R. 15. 95



# LIBER GENESIS,

## HEBRAICE BERESITH.

### Creatio mundi.

*Librū hunc LXX interpretes Geneſin inſcripſerunt, quòd in eo oſtendatur mūdū à Deo cōditū fuiſſe, neq; illū eſſe creationis expertē, vt nōnulli Philoſophi exiſtimauerūt: aut quòd generis humani, reliquorūq; animātiū ortus, breuiter, omniū quæ terra capit, hoc libro cōprehēdatur. Hebræi verò, BERESITH, à prima totius libri dictiōe, appellauerūt. Bereſith enim, ſignificat, In principio.*

## Vetus. CAP. I.

Terra. act. 14 c. 17. f. pſal. 32 a. 135. a. eccli. 18. a. Abyſſi. *Dei. Heb. 11. a.

IN PRINCIPIO creauit Deus cæ 1
lum & terram. ¶Terra autem erat ina- 2
nis & vacua, & tenebræ erant ſuper fa
ciem abyſsi: & Spiritus *Domini fere-
batur ſuper aquas. ¶Dixitq; Deꝰ, ||Fiat 3
lux. Et facta eſt lux. ¶Et vidit Deus lu- 4
cem quòd eſſet bona: & ¶diuiſit lucē à 5
*Deus.
tenebris. ¶appellauitque *lucem diem, & tenebras no- 6
ctem: factumque eſt veſpere & mane dies vnus. ¶ Dixit 7
Firmamentū ſiue cælum. Pſal. 135. a. Iere. 10. b. Pſal. 148. a.
quoque Deus, Fiat firmamentum in medio aquarum: &
diuidat aquas ab aquis. ¶Et fecit Deus firmamentum, di- 8
uiſitque aquas, quæ erant ſub firmamento, ab his || quæ
erant ſuper firmamentum: & factum eſt ita. ¶Vocauitque 9
Deus firmamentum, cælum: & factum eſt veſpere & ma
B
ne dies ſecundus. ¶Dixit verò Deus, Congregentur aquę 10
Terra & mare. pſal. 32. b. & 88. b. 135. b Iob. 38. a. d. Herbę & arbores.
quæ ſub cælo ſunt, in locum vnum: & appareat arida. &
factum eſt ita. ¶Et vocauit Deus aridam, terram: congre 11
gationeſque aquarum appellauit maria. Et vidit Deus ꝙ
eſſet bonum, ¶& ait, Germinet terra herbam virentem 12
& facientem ſemen, & lignum pomiferum faciens fru-
ctum iuxta genus ſuum, cuius ſemen in ſemetipſo ſit ſu
per terram. & factum eſt ita. ¶ Et protulit terra herbam 13
virentem, & facientem ſemen iuxta genus ſuum, lignū-
que faciens fructum, & habens vnumquodque ſementē
ſecundum ſpeciem ſuam. Et vidit Deus quòd eſſet bo-
Sol, luna, ſtellæ.
num. ¶Et factum eſt veſpere & mane dies tertius. ¶Dixit 14
autem Deus, Fiant luminaria in firmamento cæli, & di-
uidant diem ac noctem, & ſint || in ſigna & tēpora, & dies
Pſal. 135. b.
& annos: ¶Vt luceant in firmamento cæli, & illuminent 15
terram. Et factum eſt ita. ¶Fecitque Deus duo luminaria 16
magna: luminare maius, vt præeſſet diei: & luminare
*Deus.
minꝰ, vt præeſſet nocti: & ſtellas. ¶& poſuit eas *in firma 17
C
mento cæli, vt lucerent ſuper terram, ¶& præeſſent diei 18
ac nocti, & diuiderent lucem ac tenebras. Et vidit Deus
quòd eſſet bonum. ¶Et factum eſt veſpere & mane dies 19
Piſces. Aues.
quartus. ¶Dixit etiam Deus, Producant aquæ reptile ani 20
mæ viuentis, & volatile ſuper terram ſub firmamento
cæli. ¶Creauitque Deus cete grandia, & omnem ani- 21
mam viuentem atque motabilem, quam produxerant
aquæ in ſpecies ſuas, & omne volatile ſecundum genus
ſuum. Et vidit Deus quòd eſſet bonum, ¶ benedixitque 22
eis, dicens, Creſcite & multiplicamini, & replete aquas
maris: aueſque multiplicentur ſuper terram. ¶Et factum 23
Beſtiæ terræ.
eſt veſpere & mane dies quintus. ¶ Dixit quoque Deus, 24
Producat terra animam viuentem in genere ſuo, iumen
ta & reptilia & beſtias terræ ſecundum ſpecies ſuas: Fa-
ctumque eſt ita. ¶Et fecit Deus beſtias terræ iuxta ſpe- 25
*&
cies ſuas, *iumenta & omne reptile terræ in genere ſuo.
Hominis creatio. Coloſ. 3. b. D infra. 5. a. 9. a. 1. Cor. 11. b.
Et vidit Deus quòd eſſet bonum, ¶& ait, Faciamus homi 26
nem ad || imaginem & ſimilitudinem noſtram, & præſit
piſcibus maris, & volatilibus cæli, & beſtijs, vniuerſæ-
que terræ, omnique reptili, quod mouetur in terra.

## Noua. CAP. I.

1 IN PRINCIPIO creauit Deꝰ cælū & terrā. Terra autē 2 inculta erat ac vacua, 3 tenebræq; ſuper abyſſū: & 4 Spiritus Dei motabat ſupra aquas. 5 Dixitq; Deus, 6 Fiat 7 lux. Factaq; eſt lux. Viditq; Deus lucē quòd 8 bona eſſet: et diuiſit Deꝰ inter lucē et tenebras, appellauitq; Deus lucem, diem: & tenebras appellauit noctem: fuitque veſpera & mane dies 9 vnus. Et dixit Deus, Fiat 10 expanſio in medio aquarum, & diuidat inter aquas & aquas. Et fecit Deus expanſionem iſtam; & diuiſit inter aquas ſub expanſione, & inter aquas ſupra expanſionem, & fiebat ita. Appellauitque Deus expanſionem 11 cælum: & fuit veſpera & mane 12 dies ſecundus. 13 Et dixit Deus, Congregentur aquæ quæ ſunt ſub cælis, vnum in locum, vt 14 appareat continens. 15 fiebatque ſic. Et appellauit Deus continentem, terram: collectionem vero aquarum appellauit maria. Viditque Deus quòd eſſet bonum: & dixit Deus, 16 Progerminet terra 17 germen herbam ſeminificantem ſemē: 18 lignum frugiferum ferens fructum iuxta ſpeciem ſuam, cuius ſemen ſit in ſemetipſo ſuper terram. & fiebat ita. Et protulit terra germen, herbam ſeminificantem ſemen iuxta ſpeciem ſuam: & lignum ferens fructum, quod ſemen [ habuit ] in ſemetipſo ſecundum ſpeciem ſuam. Et vidit Deus quod eſſet bonum: factaque eſt veſpera & mane 20 dies tertius. Dixitq; Deus, 21 Fiant luminaria 22 in expanſione cælorū, 23 vt diſtinguant inter diem & noctem; ſintque 24 in ſigna, & ſtata tempora, in dies, & annos. Et ſint in luminaria in expanſione cælorum, vt lumen præbeant ſuper terram. Fiebatque ita. Et fecit Deus duo magna luminaria, luminare [ videlicet ] maius, 25 quod dominaretur interdiu: & luminare minus, quod dominaretur noctu, tum etiam ſtellas. Poſuitque 26 ea Deus in expanſione cælorum, vt lucem præberent ſuper terram: & vt dominarentur die ac nocte, diſtinguerentque inter lucem & tenebras. Viditque Deus quod eſſet bonum: & fuit veſpera & mane 27 dies quartus. Et dixit Deus, 28 Scaturiant aquæ 29 reptile animæ viuētis, & volatile volitet ſuper terrā 30 ante expanſionē cælorū. Et creauit Deus 31 cetos magnos, & 32 omnē animā viuētem 33 reptantē, quā aquæ ſcaturierant iuxta ſpecies ſuas, & omne volatile pennatum, [ unūquodque ] ſecundū ſpeciem ſuam. Et vidit Deus quòd eſſet bonum: 34 benedixitq; illis Deus dicēs, Fructū edite, & augeſcite, & implete aquas in maribus, & volucris multiplicetur ſuper terrā. Et fuit veſpera, fuitq; mane 35 dies quintus: Et dixit Deus, Producat terra 36 animal viuens ſecundū ſpeciem ſuā, 37 iumentū, & reptile, & 38 beſtiā terræ, ſecundū ſpeciē ſuā. Et fiebat ita: fecitque Deus beſtiā terræ ſecundū ſpeciē ſuā, & iumentū ſecūdū ſpeciē ſuā, & omne quod reptat 39 ſuper terrā ſecundū ſpeciē ſuā. Et vidit Deus quòd eſſet bonū. Et dixit Deus, 40 Faciamus 41 hominē in imagine noſtra, ſecundum ſimulacrum noſtrum, & dominētur in piſcē maris, & in volucrē cæli & in iumētū, et 42 in omnē terram, & in omne 43 reptile, quod reptat ſuper terrā.



BIBLIOTECA HOSPITAL REAL GRANADA
Sala: A
Estante: 22
Numero: 6

i16217275

R. 15. 954



# LIBER GENESIS,

## HEBRAICE BERESITH.

### Creatio mundi.

*Librũ hunc L X X interpretes Geneſin inſcripſerunt, quòd in eo oſtendatur mũdũ à Deo cõdi tũ fuiſſe, neq; illũ eſſe creationis expertẽ, vt nõnulli Philoſophi exiſtimauerũt: aut quòd generis hu mani, reliquorũq; animãtiũ ortus, breuiter, omniũ quæ terra capit, hoc libro cõprehẽdatur. Hebræi verò,* BERESITH, *à prima totius libri dictiõe, appellauerũt. Bereſith enim, ſignificat, In principio:*

### Vetus. CAP. I.

Terra.act.14 IN PRINCIPIO creauit Deus cæ 1
e.17.f.pſal.32 lum & terram. Terra autem erat ina- 2
a.135.a.eccli. nis & vacua, & tenebræ erant ſuper fa
18.a. Abyſsi. ciem abyſsi: & Spiritus *Domini fere-
*Dei. batur ſuper aquas. Dixitq; De⁹, ||Fiat 3
Heb.11.a. lux. Et facta eſt lux. Et vidit Deus lu- 4
cem quòd eſſet bona: & diuiſit lucẽ à 5
*Deus. tenebris. appellauitque *lucem diem, & tenebras no- 6
ctem: factumque eſt veſpere & mane dies vnus. Dixit 7
Firmamentũ quoque Deus, Fiat firmamentum in medio aquarum: &
ſiue cælum. diuidat aquas ab aquis. Et fecit Deus firmamentum, di- 8
Pſal.135.a. uiſitque aquas, quæ erant ſub firmamento, ab his || quæ
Iere.10.b. erant ſuper firmamentum: & factum eſt ita. Vocauitque 9
Pſal.148.a. Deus firmamentum, cælum: & factum eſt veſpere & ma
B ne dies ſecundus. Dixit verò Deus, Congregentur aquę 10
Terra & ma quæ ſub cælo ſunt, in locum vnum: & appareat arida. &
re.pſal.32. b. factum eſt ita. Et vocauit Deus aridam, terram: congre 11
&.88.b.135.b gationeſque aquarum appellauit maria. Et vidit Deus ꝙ
Iob.38.a. d. eſſet bonum, & ait, Germinet terra herbam virentem 12
Herbę & ar- & facientem ſemen, & lignum pomiferum faciens fru-
bores. ctum iuxta genus ſuum, cuius ſemen in ſemetipſo ſit ſu
per terram. & factum eſt ita. Et protulit terra herbam 13
virentem, & facientem ſemen iuxta genus ſuum, lignũ-
que faciens fructum, & habens vnumquodque ſementẽ
ſecundum ſpeciem ſuam. Et vidit Deus quòd eſſet bo-
Sol, luna, ſtel num. Et factum eſt veſpere & mane dies tertius. Dixit 14
læ. autem Deus, Fiant luminaria in firmamento cæli, & di-
uidant diem ac noctem, & ſint ||in ſigna & tẽpora, & dies
Pſal.135.b. & annos: Vt luceant in firmamento cæli, & illuminent 15
terram. Et factum eſt ita. Fecitque Deus duo luminaria 16
magna: luminare maius, vt præeſſet diei: & luminare
*Deus. min⁹, vt præeſſet nocti: & ſtellas. & poſuit eas* in firma 17
C mento cæli, vt lucerent ſuper terram, & præeſſent diei 18
ac nocti, & diuiderent lucem ac tenebras. Et vidit Deus
quòd eſſet bonum. Et factum eſt veſpere & mane dies 19
Piſces. quartus. Dixit etiam Deus, Producant aquæ reptile ani 20
Aues. mæ viuentis, & volatile ſuper terram ſub firmamento
cæli. Creauitque Deus cete grandia, & omnem ani- 21
mam viuentem atque motabilem, quam produxerant
aquæ in ſpecies ſuas, & omne volatile ſecundum genus
ſuum. Et vidit Deus quòd eſſet bonum, benedixitque 22
eis, dicens, Creſcite & multiplicamini, & replete aquas
maris: aueſque multiplicentur ſuper terram. Et factum 23
Beſtiæ terræ. eſt veſpere & mane dies quintus. Dixit quoque Deus, 24
Producat terra animam viuentem in genere ſuo, iumen
ta & reptilia & beſtias terræ ſecundum ſpecies ſuas. Fa-
ctumque eſt ita. Et fecit Deus beſtias terræ iuxta ſpe- 25
*& cies ſuas, *iumenta & omne reptile terræ in genere ſuo.
Hominis crea Et vidit Deus quòd eſſet bonum, & ait, Faciamus homi 26
tio. nem ad||imaginem & ſimilitudinem noſtram, & præſit
Coloſ.3.b. D piſcibus maris, & volatilibus cæli, & beſtijs, vniuerſæ-
Infra.5.a.9.a. que terræ, omnique reptili, quod mouetur in terra.
1.Cor.11.b.

### Noua. CAP. I.

*I N PRINCIPIO creauit De⁹ cælũ & terrã. Terra autẽ 2 inculta* erat ac vacua, 3 tenebræq; ſuper abyſſũ:* & 4 Spiritus Dei motabat* ſupra aquas. 5 Dixitq;* Deus, 6 Fiat 7 lux. Factaq; eſt lux. Viditq; Deus lucẽ quòd 8 bona* eſſet: et diuiſit De⁹ inter lucẽ et tenebras, ap pellauitq; Deus lucem, diem: & tenebras appellauit noctem: fuit que veſpera & mane dies 9 vnus. Et dixit Deus, Fiat 10 ex panſio in medio aquarum, & diuidat inter aquas & aquas. Et fecit Deus expanſionem iſtam; & diuiſit inter aquas ſub expan ſione, & inter aquas ſupra expanſionem, & fiebat ita. Ap- pellauitque Deus expanſionem 11 cælum:* & fuit veſpe- ra & mane 12 dies ſecundus. 13 Et dixit Deus,* Con- gregentur aquæ quæ ſunt ſub cælis, vnum in locum, vt 14 ap- pareat continens. 15 fiebatque ſic. Et appellauit Deus conti nentem, terram: collectionem vero aquarum appellauit maria. Viditque Deus quòd eſſet bonum: & dixit Deus, 16 Pro- germinet* terra 17 germen herbam ſeminificantem ſemẽ: 18 lignum frugiferum ferens fructum iuxta ſpeciem ſuam, cuius ſemen ſit in ſemetipſo ſuper terram. & fiebat ita. Et pro- tulit terra germen, herbam ſeminificantem ſemen iuxta ſpe- ciem ſuam: & lignum ferens fructum, quod ſemen [ habuit ] in ſemetipſo ſecundum ſpeciem ſuam. Et vidit Deus quod eſſet bõ num: factaque eſt veſpera & mane 20 dies tertius. Dixitq; Deus, 21 Fiant luminaria 22 in expanſione calorũ, 23 vt diſtinguant inter diem & noctem; ſintque 24 in ſigna, & ſta- ta tempora, in dies, & annos. Et ſint in luminaria in expanſio- ne calorum, vt lumen præbeant ſuper terram. Fiebatque ita. Et fecit Deus ²¹ duo magna luminaria, luminare [ videlicet ] ma ius, 25 quod dominaretur interdiu:* & luminare minus, quod dominaretur noctu, tum etiam ſtellas. Poſuitque 26 ea* Deus in expanſione calorum, vt lucem præberent ſuper terram: & vt dominarentur die ac nocte, diſtinguerentque inter lucem & te- nebras. Viditque Deus quod eſſet bonum: & fuit veſpera & mane 27 dies quartus. Et dixit Deus, 28 Scaturiant aquæ 29 reptile animæ viuẽtis,* & volatile volitet ſuper terrã 30 an te expanſionẽ calorũ.* Et creauit Deus 31 cetos magnos,* & 32 omnẽ animã viuẽtem 33 reptantẽ,* quã aquæ ſcaturierant iuxta ſpecies ſuas, & omne volatile pennatum, [ vnũquodque ] ſe cundũ ſpeciem ſuam. Et vidit Deus quòd eſſet bonum: 34 bene dixitq; illis Deus dicẽs, Fructũ edite, & augeſcite, & implete aquas in maribus, & volucris multiplicetur ſuper terrã. Et fuit veſpera, fuitq; mane 35 dies quintus: Et dixit Deus, Producat terra 36 animal viuens* ſecundũ ſpeciem ſuã, 37 iumentũ,* & reptile, & 38 beſtiã terræ,* ſecundũ ſpeciẽ ſuã. Et fiebat ita: fecit que Deus beſtiã terræ ſecundũ ſpeciẽ ſuã, & iumentũ ſecũdũ ſpe ciẽ ſuã, & omne quod reptat 39 ſuper terrã ſecundũ ſpeciẽ ſuã. Et vidit Deus quòd eſſet bonũ. Et dixit Deus, 40 Faciamus 41 hominẽ in imagine noſtra, ſecundum ſimulacrum noſtrum, & dominẽtur in piſcẽ maris, & in volucrẽ cæli & in iumẽtũ, et 42 in omnẽ terram,* & in omne 43 reptile, quod reptat ſuper terrã.*



BIBLIOTECA HOSPITAL REAL GRANADA
Sala: A
Estante: 22
Número: 6
116217275

*Creauit itaque Deus hominem in imagine ſua, 44 in imagine Dei creauit eum, 45 marem & fœminam creauit eos. Et benedixit illis Deus: dixitque ad eos Deus, Fructum edite, & augeſcite, & 46 implete terram,' & 47 ſubijcite eam,' & dominamini in piſcem maris, & in volucrem cæli, & in omnem beſtiam 48 quæ reptat ſuper terram. Rurſum dixit Deus, 49 Ecce dedi vobis omnem herbam 50 ſeminificantem ſemen,' quæ eſt in ſuperficie vniuerſæ terræ. & 51 omne lignum in quo eſt fructus, lignum [videlicet] quod ſemen ſeminificat, vobis in cibum erit. At omni beſtiæ terræ, & cunctis volucribus cæli, & omni ei quod reptat ſuper terram 52 in quo eſt anima viuens, 53 ſit omne viride olus in cibũ. Et fiebat ita. Et 54 vidit Deus omne quod fecerat, & ecce erat valde bonũ. Et facta eſt veſpera & mane 55 dies ſextus.*

27 ¶Et creauit Deus hominem ad imaginem & ſimilitudi- Matth.19.a. Eccſi. 17.a.
nem ſuam, ad imaginem Dei creauit illum, ‖ maſculum Infra.8.c.9.a
28 & fœminam creauit eos. ¶Benedixitque illis Deus, & ait, Homini vim
Creſcite & multiplicamini, & replete terram, & ſubijcite generandi
eam, & dominamini piſcibus maris, & volatilibus cæli, & dat Deus, ei-
29 vniuerſis animantibus quæ mouentur ſuper terram. ¶Di- que omnia
xitque Deus, Ecce dedi vobis omnem herbam afferen- ſubijcit.
tem ſemen ſuper terram, & vniuerſa ligna quæ habent Prouidentia
in ſemetipſis ſementem generis ſui, ‖ vt ſint vobis in Dei de victu.
30 eſcam, ¶& cunctis animantibus terræ, omnique volucri Infra.9.a.
cæli, & vniuerſis quæ mouentur in terra, & in quibus eſt
anima viuens, vt habeant ad veſcẽdum. Et factum eſt ita.
31 ¶‖Viditque Deus cuncta quæ fecerat: & erant valde bo- Eccſi.39.c. Marc.7.d.
na. Et factum eſt veſpere & mane dies ſextus.

## SCHOLIA IN CAP. I.

1 Dilucidiùs ſic vertitur, Initio quum creauit Deus cęlum & terram, tum terra, &c. Per cęlum intelliguntur omnia corpora cæleſtia: per terram verò terreſtria. Proponit initio rem totam, vt author eius agnoſcatur. Notandũ eſt autẽ hic terrã appellari per occupationẽ. nõdum enim ita vocabatur ſed poſtea nudata aquis, ita vocari cœpit. Chaldæus paraphraſtes vertit, In ſapientijs. i. iuxta omnes vias ſapientiæ: hoc eſt ſapientiſsime. Verti etiam poſſet. Principiò cum creauit Deus cęlum & terram: dixit, Fiat lux, vt iſta, Terra autem, &c. legantur per parentheſin. 2 vel, informis & inanis. Voces Hebraicæ fere vnum & idẽ ſignificant. Chaldęus paraphraſtes vertit, Squalida ſeu deſolata, atque vacua. L X X. autem verterunt, *inuiſibilis & incompoſita*. Id eſt, nullis adhuc veſtita plantis, nullis herbis vel arboribus ornata. 3 .i. tenebræ tegebant immenſam aquarum vim & profunditatem. 4 *Spiritus Dei volitabat*, vel, motabat. Quidã Hebręorum intelligunt de vento: vt ſit Hebraiſmus, Spiritus Dei, pro, ventus à Deo excitatus. Ita pſalm.147.b. Flabit ſpiritus eius, & fluent aquæ. Vel dicitur Spiritus Dei .i. ventus magnus. Cùm enim Hebræi magnitudinem alicuius rei ſignificare volunt, adijciunt hoc nomen Deus. vt pſalm.67.c. Mons Dei, mons pinguis. Doctioribus magis placet vt de ſpiritu diuino intelligatur: vt hic ſit ſenſus, Spiritus diuinus M E R A-H E P H E T H, volitabat, id eſt, agitabat ſeſe ſuper aquas, hoc eſt, fouebat ſubſtantiam illam aqueam & terreã. Vox enim Hebręa ſignificat volitare, incubare. Quidam vertunt, mouebat ſe. Chaldæus paraphraſtes, flabat: vt ad ventum referatur. Ferri autem ventum, & moueri, idem eſt. 5 Dicere pro iubere & pręcipere vtuntur Hebræi. Alij accipiunt, dicere, pro velle, vel decernere: & ita vertunt, Decreuit, aut voluit Deus lucem fieri, & facta eſt. 6 Sit, aut Exiſtat. 7 Deus primùm cœpit condere orbem, incipiens à nocte, Ita vt duodecim horis cęlum in tenebris fuerit ſine ſole. Primo autem die condidit ſolem, quẽ vocat lucem, quod eam pręſtet: & lunam. Nam primo die diſtinxit noctem à die. Quòd verò repetitur à Moſe quarto die conditus ſol & luna, id ἐπαναληπτικῶς dicitur. quoniã enim eo die quarto ſtellæ fuerunt conditæ, meminit vtique & maiorũ aſtrorum, abſolutique ornatus cęleſtis. Fiat igitur lux. i. Fiãt luminaria duo. Doctioribus nõ probatur, per lucẽ hoc loco intelligi lucem ſubobſcuram, & ſuis numeris nondum abſolutam: quæ poſteà creato ſole, illuſtrior & ſplendidior reddita eſt. 8 Vox Hebræa T O B, ſignificat bonum, ſuaue, delectabile, amęnum & vtile. 9 vel, primus, Aut diei vnius. i. primi. Eſt enim genitiui caſus, vt ex Chaldæo paraphraſte liquet. q.d. Atque ita tranſact⁹ eſt dies primus. Meminit prius veſperæ, quã mane, quòd Hebræi diem ſuum naturalem à veſpera incipiant: vt oſtendat ex nocte & die artificiali confici diem naturalem. q.d. ex his duobus fiunt vnus dies. Alij dicunt, fuit veſpera, & fuit tempus matutinũ. q.d. Sol venit ab ortu ad occaſum, & rurſum redijt ab occaſu ad ortum: & ita factum eſt tempus veſpertinum, & tempus matutinũ. Sic in ſequentibus vertendum. Vnum, pro primo vſurpant Hebræi: vt in Euangelio, Vna ſabbathorum. i. prima. Quidam Hebræi dicunt, per veſperam, noctem: & per mane diem intelligi. 10 Vox Hebræa R A K I A, ſignificat extenſionem & expanſionem, vt pſalm.103.a. Extendens cælum ſicut pellẽ. Quidam diffuſionem ſignificare dicunt, atque ita vertũt, Sit diffuſum quoddã corpus inter aquas ſupernas & infernas. Nam de aere intelligunt. Sunt autem duplices aquæ: alię marinę & fluuiatiles: aliæ ſunt in media regione aeris quæ ſunt nubes, quas dicit diuidi ab iſtis inferioribus per aerem. Conuertit enim Deus aquas illas, quæ circundabant terram, in corpus illud extenſum, quod eſt inter cęlum & terrã. i. vertit in aerem. 11 Hic cælum accipitur pro eo corpore quod eſt inter terram & cælum, nempe pro aere & ęthere. vt in pſal.8. Volucres cęli. i. aeris. 12 diei ſecundi. Aut factum eſt tempus ſerotinum & matutinum diei ſecundi. i. ita tranſactus eſt dies ſecundus. 13 Verti debet hic locus per præteritum pluſquam perfectum. Iam verò dixerat Deus. Hoc enim pertinet ad opus ſecũdi diei. Frequens autem eſt apud Hebræos, præteritum perfectum poni, pro plus quam perfecto. Quidam Hebręorum dicunt, omnia momento facta fuiſſe: ſed quæ ſimul facta ſunt, ſimul dici non potuerũt: ideo Moſen narrare ea facta fuiſſe viciſsim: quod dum fecit, ſecutus eſt ordinem naturæ, non temporis. 14 extet arida, vel, præbeat ſe viſendam arida. 15 & factum fuerat ita: vocaueratque Deus aridam, terram: cõgregationeſque aquarum appellauerat maria. 16 Vox Hebręa T A D S E propriè ſignificat herbificet, ſiue herbam producat. 17 vel, herbam tenellã, herbam producentem ſemẽ. Hebraico more, ſingulare pro plurali poſitũ eſt. Sunt autem duo verba Hebraica herbam ſignificãtia: verũ alterum D E S E herbã tenellã ſignificat: alterũ H E S E B, herbã quæ produxit germen & adoleuit. Germinet (inquit) terra germẽ, appoſitiue herbam facientẽ ſemen. Vel germen quod facile euadat in herbam: &c. Aut ſubaudiẽda coniunctio, *Germinet terra germen, (&) herbã, &c.* Prior interpretatio doctioribus magis probatur. 18 Lignũ pro arbore: & ſingulare pro plurali poſitum. Præterea, lignum fructus, p arbore producente fructus: Hebraicè legitur. Verte ergo, Arbores fructiferas producentes fructus. 20 diei tertij. Id eſt, ita tranſactus eſt dies tertius. 21 iuxta Latinorum & Græcorum opinionem, ſol quarto die creatus eſt, & ante eum lux, herbæ, & arbores, ne homines ſibi perſuaderent ſolem eſſe primam cauſam lucis, generationiſque herbarum & arborum: atque ita acciperẽt anſam idololatriæ. Hebræi verò dicunt ſolem & lunam creatos fuiſſe, vt numero ſeptimo dictũ eſt, Moſemque quum primo die cœpiſſet narrare creationem rerum cæleſtium, omiſiſſe tanquam res minus notas, velutque incognitas: & deſcendiſſe ad creationẽ rerum terreſtrium magis notarum nobis. Poſteà quarto die repetijſſe omiſſa, ornatum nempè earum rerum cæleſtium, nam primo die creatus fuit ſol. Tunc autem ſic vertendum erit, Iam autem dixerat Deus, Fiãt, &c. vt præteritum accipiatur pro pluſquã perfecto. Ex Sacris literis non poſsis dicere quo tempore creata fuerint luminaria illa, & creatę fuerint ſtellæ illæ: ſolum habes hęc omnia fuiſſe creata intra diem quartum. 22 in firmamento cæli. vel, in ipſo corpore cæleſti. 23 vel, vt ſeparent diem à nocte. 24 Quidam intelligunt per ſigna, momenta ipſa: per tempora, horas: vt per motionem illorum corporum cęleſtium deſignentur momenta, horę, dies, & anni. Alij quædam ſubaudiunt, hoc pacto, In ſigna, ſerenitatis ſcilicet, aut tempeſtatis: & tempora, nempe veris, ęſtatis, autumni, hyemis. Sunt qui per ſigna, intelligant miracula & prodigia: vt Ioſue.10.c. Eſa.15. b.c. Nõ deſunt qui per ſigna ſolẽnitates & feſta velint accipi. 25 Duo illa luminaria. ſic enim explicand⁹ eſt articulus Hebraicus H E, qui emphaſim habet præpoſitus dictionibus. Hęc (vt dictum eſt) primo die: ſtellæ vero, quarto creatæ fuerũt. 25 Heb. in dominium diei. Id eſt, vt dominaretur diei. Hoc autem intelligendum eſt de luce quam adminiſtrat ſol diei. Idem ſentiendum de luna. hoc eſt, vt interdiu luceret ſol, & luna noctu. 26 nempe ſolem, lunam, & ſtellas. Nam mox ſequitur, vt dominarentur die ac nocte. Qui in fœminino E A S vertunt, ad ſtellas tantum referunt: vt Chaldæus paraphraſtes. 27 diei quarti. Id eſt, ita tranſactus eſt dies quartus. 28 Vox Hebræa I I S R E S V, ſignificat repere faciant, ſiue producant in magna abundantia. 29 Hebraiſmus eſt, pro, reptilia viuentia. i. piſces maris & fluminum. Reptilia dicuntur quæcunque pedibus carent, aut quibus



bus breues admodum ſunt pedes. Si qua animalia reperiantur in aquis pedes habentia, pauca certè reperiuntur, præterea tales pedes habentia, qui non ſint apti ad greſſum. Per reptilia igitur intelligit tam grandiores, quam minores piſces. 30 Id eſt, in aere. 31 Vox Hebræa T H A N N I N I M, propriè ſignificat animalia illa oblonga, quæ pręſe ferunt formam ſerpentis. Hic tamen accipitur pro animalibus aquatilibus immenſæ magnitudinis. 32 Hebraiſmus, pro, omnia animalia viuẽtia. 33 Latine, natãtia. eſt enim propriũ piſciũ natare. 34 Benedictio in ſacris literis ſignificat abundantiam. Id eſt, dedit illis fœcunditatem verbo ſuo. Poſtea ſeipſum explicat quid per benedicere intelligat, quum dicit, Fructum edite, ſiue fructificate. 35 diei quinti. i. ita trãſact⁹ eſt dies quintus. 36 Heb. animam viuentem. Singulare pro plurali, more Hebraico. Præterea, animam viuentem vocat animantia. Sic igitur verte, Animalia viuentia. Vel, animãtes viuentes ſecundum ſpecies ſuas. Id eſt varia genera animantium. Seipſum poſtea declarat quid per animã viuentem intelligat, quum mox dicit, iumentum &c. 37 Singulare pro plurali, animantia. Vox Hebræa ſignificat ſpecies animantium quę herbas comedunt, ſiue ſint domeſtica, ſiue ſylueſtria. Partitur autem animantia omnia in tria; in iumenta, reptilia, & feras. 38 Per beſtias terrę, intelliguntur feræ, & animalia quæ carnibus veſcuntur, vt lupi, leones. Non adiecit hic, Et benedixit Deus illis, vt prius adiecerat, quòd (vt quidam volunt) maledicturus eſſet ſerpenti. 39 Ad differentiam reptilium aquatilium, adiecit terræ reptilia. nam duplicia ſunt reptilia: aquatilia & terreſtria. 40 Verbo plurali vtitur hic Moyſes, vt occultè ſacrę triadis myſterium indicet. 41 Singulare pro plurali, homines, poſitum eſt. nam verbum plurale ſequitur, dominentur. Vocibus, imago, & ſimulacrum, ſiue ſimilitudo, eiuſdem ſignificationis, quę hic continuò ponuntur, maximã ſimilitudinem ſignificat: quaſi dicat, nobis ſimilimos: vt quantum fieri poterit, accedant ad naturam noſtram. Intelligit autem ſimilitudinem animi, non corporis, quæ conſiſtit in immortalitate, in innocentia, & iuſtitia, reliquiſque animi dotibus. 42 .i. feris omnib⁹. q.d. profligatis feris inhabitent homines quãcunque volent terram. nam regiones reddũtur inacceſſæ propter feras. Vel, dominentur in omnem terram. id eſt, aratro ita eam proſcindant, vt cógant eam fructum ſibi reddere. 43 Reptile pro omni animãti quod incedere poteſt ſuper terrã. 44 Eſt repetitio cum eleganti Hebraiſmo: pro, ad ſimilitudinẽ ſui creauit illos. Solent enim Hebręi antecedẽs pro relatiuo vſurpare. Quater autem meminit huius creationis hominis, vt intelligamus perfectionem creationis ipſius hominis. 45 Relatiuum plurale retulit ad *marem & fœminam*: nequis putet, marẽ tantum ad ſimilitudinem Dei creatum. Verti poteſt, Creauit autem marem & fœminam. Sexto die creati fuerunt vir & mulier: alioqui non diceretur, Et benedixit *illis Deus*. Quomodo autem creati fuerint, dicitur à Moyſe capite ſequenti, per repetitionem. 46 .i. prole veſtra replete orbem terrarum. 47 .i. reddite eã vobis habitabilẽ expulſis feris. 48 .i. gradienti & incedenti. Ita enim hoc loco accipiẽda eſt vox Hebraica, pro omni eo quod incedit & graditur ſuper terram. 49 Ecce, apud Hebręos, pro ſane vel vtique, frequentiſsimum. Dedi autem, pręteritum pro pręſenti. q.d. Permitto vobis vt comedatis omnem herbam &c. 50 vel, producentem ſemen. 51 .i. omnis arbor pomifera ſuppeditabit vobis eſcam: hoc eſt, omnis fructus arboris pomiferę erit vobis in eſcã. 52 Id eſt, viuenti. hoc eſt omnibus animatis & viuentibus ſuper terram. 53 .i. omnes veſcentur herba virente. Eſum carnium non permittit ante diluuium, quem in principio capitis noni concedit poſt ipſum diluuium. 54 vel, contẽplatus eſt. 55 diei ſexti. Hoc eſt, ita trãſactus eſt dies ſext⁹.

## CAP. II.

Benedicitur ſabbathum. IGitur perfecti ſunt cæli & terra, & omnis ornatus eo- 1
rum. ¶Compleuitque Deus die ſeptimo opus ſuum 2
Exo.20.b. quod fecerat: & ‖ requieuit die ſeptimo ab vniuerſo ope-
Heb.4.b. re quod patrarat. ¶Et benedixit diei ſeptimo, & ſanctifi- 3
cauit illum: quia in ipſo ceſſauerat ab omni opere ſuo
Repetitio quod creauit Deus vt faceret. ¶Iſtę ſunt generationes cæ 4
prędictorum. li & terræ, quando creatæ ſunt, in die quo fecit *Deus cæ
*Dominus. lum & terram, ¶& omne virgultum agri antequam ori- 5
retur in terra, omnemque herbam regionis priuſquam
germinaret: non enim pluerat Dominus Deus ſuper ter-
Repetit formationem hominis. ram, & homo non erat qui operaretur terram. ¶Sed fons 6
aſcendebat è terra, irrigans vniuerſam ſuperficiem ter-
1. Cor.15.f. B ræ. ¶Formauit igitur Dominus Deus hominem de limo 7
Homo in paradiſo voluptatis. terræ, & inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ, & ‖ fa-
ctus eſt homo in animam viuentem. ¶ Plantauerat autẽ 8
Dominus Deus paradiſum voluptatis à principio: in quo
poſuit hominem quem formauerat. ¶Produxitque Do- 9
minus Deus de humo omne lignum pulchrum vi-
Lignũ vitæ. ſu, & ad veſcendum ſuaue, lignum etiam vitæ in me-
Lignũ ſciẽtię dio paradiſi, lignumque ſcientiæ boni & mali. ¶ Et flu- 10
uius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum pa
radiſum: qui inde diuiditur in quatuor capita. ¶Nomen 11
Phiſon. eccſi vni ‖ Phiſon: ipſe eſt qui circuit omnem terram Heui-
14.c. lath, vbi naſcitur aurum, ¶& aurum terræ illius optimũ 12
eſt, ibique inuenitur bdelium, & lapis onychinus. ¶Et no 13
Gehon. men fluuij ſecundi Gehon. ipſe eſt qui circumit omnem
Tygris. C terram AEthiopiæ. ¶ Nomen vero fluminis tertij, Ti- 14
gris: ipſe vadit contra Aſſyrios. Fluuius autem quartus,
Euphrates. ipſe eſt Euphrates. ¶ Tulit ergo Dominus Deus Homi- 15
nem, & poſuit eum in paradiſum voluptatis, vt operare-
tur, & cuſtodiret illum: ¶ præcepitque ei, dicens, Ex 16
Interdicit homini Deus ligno ſcientiæ boni & mali. omni ligno paradiſi comede: ¶ de ligno autem ſcien- 17
tiæ boni & mali ne comedas. in quocunque enim die co
mederis ex eo, morte morieris. ¶Dixit quoque Domi- 18
nus Deus, Non eſt bonum, Hominem eſſe ſolum: facia-
mus ei adiutorium ſimile ſibi. ¶Formatis igitur Domi- 19
nus Deus de humo cunctis animantibus terræ, & vniuer
Adã cun D ſis volatilibus cæli, adduxit ea ad Adam, vt videret quid
ctis animan- vocaret ea. ( omne enim quod vocauit Adam animæ

*PErfecti ſunt itaque cæli & terra, & 1 omnis exercitus illorum. 2 Et abſoluit Deus die ſeptimo' opus ſuum quod fecerat, & quieuit die ſeptimo ab omni opere ſuo 3 quod fecerat. Et benedixit Deus diei ſeptimo; 4 &' ſanctificauit eum; nam eodem die ab omni opere ſuo quieuerat, 5 quod faciendo Deus creauerat: Iſtæ ſunt 6 generationes' cælorum & terræ, quæ creata erant in die quo fecerat Dominus Deus terram & cælos, & omne 7 virgultum' agri antequam eſſet in terra, & omnem herbam agri antequam germinaret. 8 quoniam non pluerat Dominus Deus ſuper terram, 9 nec erat homo' qui coleret terram. 10 Et vapor aſcendebat è terra,' & irrigabat vniuerſam ſuperficiem terræ. Finxit igitur Dominus Deus hominem 11 puluerem de humo,' & inſflauit in nares eius ſpiritum 12 vitalem, 13 factuſque eſt homo in animam viuentem. Et 14 plantauit Dominus Deus hortos delicatiſsimos ab Oriente,' & collocauit illic hominem, quem finxerat. 15 Et fecit germinare' Dominus Deus de humo omnem arborem viſu delectabilem & in cibum 15 commodam:' & arborem 16 vitæ' in medio hortorum, 17 arborem quoque ſcientiæ' boni & mali. Et 18 fluuius egrediebatur de delicijs vt irrigaret hortum, vt inde dilapſus fieret' in quatuor capita. Nomen 19 vnius' Piſon: is circuit totam terram Hauila, vbi eſt aurum: & aurum terræ illius 20 bonum' eſt: eſt quoque illic 21 bdelium,' & lapis 22 ſchoham.' Nomen vero fluuij ſecundi Gihon: is circumit totam terram 23 Kuſch.' Porrò nomen tertij fluuij eſt 24 Hiddekel:' is curſum ſuum agit ad Orientalem plagam Aſſyriæ. Et fluuius quartus eſt Euphrates. Tulit itaque Dominus Deus 25 ipſum Adam,' & poſuit eum 26 in hortos delicatos,' vt coleret & cuſtodiret 27 illos.' Præcepitque Dominus Deus homini, dicens, 28 De omni ligno hortorũ comede: de arbore verò' ſcientiæ boni & mali, de ea [inquam] haudquaquam comedas: nam quacunque die ex ea comedes, 29 morte morieris: Et 30 dixit' Dominus Deus, Non eſt 31 commodum' vt homo ſolus ſit: 32 faciam illi adiutorium, quod corã eo ſit. 33 Finxerat enim Dominus Deus de humo omnẽ beſtiã agri, & omnẽ volucrẽ cæli,' & adduxerat [ea] ad hominẽ, vt videret 34 quomodo appellaret ea. ( 35 quodcũq; eum nomẽ Adã*

*viuentibus indidit, hoc nomine nominabantur : ) indidit itaque Adam nomina cuique iumento, & volatili cæli, omnique beſtiæ agri: 36 Adæ verò non inueniebatur adiutorium quod coram eo eſſet.' Immiſit igitur 'Dominus 'Deus 37 ſoporem' in Adam, & obdormiuit: 38 tulitque vnam ex coſtis eius, 39 carnem illius loco claudens.' Et ædificauit 'Dominus 'Deus 40 coſtam quam tulerat' de homine 41 in mulierem,' & adduxit eam ad hominem . Et dixit homo, 42 Hoc nunc 43 os ex oſsibus meis, & caro ex carne mea:' propter hoc vocabitur 44 virago,' eo quòd de viro ſumpta ſit hæc. Propterea deſeret vir patrem & matrem ſuam, & hærebit vxori ſuæ, eruntque 45 in carnem vnam.' Erant autem vterque nudus; Adam & vxor eius, 46 nec erubeſcebant.*

20 viuentis,ipſum eſt nomen eius. ¶ Appellauitq́ue Adam tibus imponit nomina.
nominibus ſuis cuncta animantia, & vniuerſa volatilia
cæli,& omnes beſtias terræ: Adæ verò non inuenieba-
21 tur adiutor ſimilis eius.¶″Immiſitq́ue'Dominꝰ Deus ſo ″Immiſit ergo.
porem in Adam:cumq́ue obdormiſſet, tulit vnam de co Creat̃ mulier
22 ſtis eius,& repleuit carnem pro ea.¶Et ædificauit Domi Inſtitutio matrimonij.
nus Deus coſtam quam tulerat de Adam,in mulierem:&
23 adduxit eam ad Adam . ¶ Dixitq́ue Adam , ‖ Hoc 1.Cor.11.b.
nunc os ex oſsibus meis,& caro de carne mea: hæc voca Matth.19.a.
24 bitur virago , quoniam de viro ſumpta eſt . ¶ Quam ob Marc.10.a.
rem relinquet homo patrem ſuum & matrem,& adhære Epheſ.5.g.
25 bit vxori ſuæ:‖ & erunt duo in carne vna.¶ Erat autem 1.Cor.6.d.
vterque nudus,Adam ſcilicet & vxor eius:& non erube-
ſcebant.

## SCHOLIA IN CAP. II.

1 Id eſt omnia quę ſunt in calo & in terra. 2 Perfecitque Deus ante diem ſeptimum. vel,ſub diem ſeptimum. Aut, Elucefcente,ſiue adueniente die ſeptimo , extremam manum impoſuit Deus operi ſuo. Poſſet verti pręteritum perfectum in plus quam perfectum,hoc modo,Perfeceratque Deus cum iam aduenit dies ſeptimus,opus &c. 3 id eſt,quod tam excellenti ordine diſpoſuerat. 4 &,pro,id eſt ,hic ponitur : exponit enim quid ſignificet benedixit,id eſt ſanctum ac celebrem haberi voluit.Sunt qui pro ſanctificauit,vertant ſegregauit.id eſt,voluit diem ſeptimum ſibi tribui.Sanctificare aliquem diem, eſt in vſum Dei ſeparare : hoc eſt in eo ceſſare ab omni opere , & agere gratias Deo pro beneficijs acceptis.Dicitur autem hic per occupationem,ſeptimum diem ſanctificari : nam ſeptimus dies ſanctus fuit,data lege,non prius. 5 Hebraiſmus , quod creauit Deus vt faceret. id eſt,vt eo ordine quo nunc eſt , diſponeret. 6 Paſsiue ſumitur generatio,quaſi dicat, Hi ſunt natales & ortus cæli & terrę quando illa creata ſunt,eo ſcilicet tempore ,quo Dominus Deus creauit terram & cælum,vnà cum omnibus arboribus , prius quàm eſſent in terra:& vnà cum omnibus herbis agrorum,prius quàm germinarent.Actiue etiam poteſt verti,vt cuidam Hebręorum placet,hoc pacto,Hęc ſunt quæ genuerunt cælum & terra poſtquam creata ſunt,eo ſcilicet tempore quo Dominus Deus creauit terram & cælum . Poſtremam particulam adiecit Moyſes,ne putemus Deum non eſſe cauſam iſtorum inferiorum,quaſi dicat,quanuis videamus aliqua creata fuiſſe ex terra tanquam materiali cauſa,& paſsiua,& ſole tanquam cauſa efficiente & actiua: tamen omnium horum ſola eſt cauſa Deus. In priore parte,cælum accipitur pro toto corpore cæleſti, in poſteriore verò pro toto illo corpore extenſo à terra vſque ad cælum.Pręterea diem accipit pro tempore. 7 id eſt,arbores. Subaudi, Et (die ſiue tempore quo creauit) omnes arbores &c. 8 ſubaudi,creauit,inquam,illa:quia nondum immiſerat pluuiam Dominus ſuper terram.quod certe dictum eſt ne poſsimus dicere imbrem fuiſſe cauſam herbarum & omnium fructuum quę proueniunt in terra:ſed Deum eſſe authorem fructuum omnium.hinc enim deprehendimus Deum eſſe authorem pluuiæ. 9 Hebraiſmus eſt,pro nullus erat,quaſi dicat . Non eſt quòd quiſquam hoc tribuat vel pluuiæ,vel humanę induſtriæ, quum Dominus nondum pluiſſet,neque vllus homo eſſet qui agros coleret. 10 Vapor autem aſcendebat è terra.Vel, Porrò vapor aſcenderat è terra.Repetit Moyſes creationem hominis:narratque quomodo pręparauit Deus materiam ex qua ipſum hominem creauit Vox Hebrea E D, ſignificat vaporem:pro qua alij fontem vertunt:alij nubem,vt Chaldęus paraphraſtes: quia nubes fit ex vaporibus eductis è terra per calorem ſolis,qui aſcẽdunt in mediam regionem aeris,vbi propter eius frigiditatem conuerſi in aquam,deſcendunt,& irrigant terram.Declarat creationem pluuię,& ad quid creetur,nempe vt irrigetur terra:quomodo item creetur,nempe ex vaporibus è terra aſcendentibus &c. 11 Inuerſus ordo præpoſitionis apud Hebręos, pro, de puluere terrę. 12 Hebraiſmus,vitæ,id eſt, ſtatim halitu ſuo animam illi dedit. 13 id eſt,factus eſt anima viuens,cœpitque viuere. 14 plantauerat Dominus Deus hortum in Eden ad Orientem. De Eden legitur Eſa.37.c.Hęc debent referri ad diẽ tertium,quo die produxerat Dominus arbores . Plantauerat autem,id eſt,iuſſerat vt producerẽtur arbores:quod ſtatim declarat Moſes cum dicit,Fecit germinare,vel , produxit de humo &c. Quæ in hoc capite leguntur , per repetitionem dicta ſunt. :: Feceratque germinare . vel , Produxerat enim . Nam rationem qua plantauerat paradiſum , ipſe declarat. 15 Hebraiſmus,bonam:Latine vertas,pulcherrimam quamque & ſuauiſsimi fructus arborẽ. 16 .i.de cuiꝰ fructu qui comediſſent,ſemper vixiſſent: vt in fine capitis ſequẽtis declarat ipſe Dñs,quũ inquit,Sumat etiã de ligno vitę,& comedat , & viuat in ęternum. 17 arboremq; ſcientiæ,(ſcientiæ inquã) &c. Debet repeti dictio (ſcientię). Ab euentu ſic dicta arbor:quia per eam Deus erat probaturus,eſſetne obediens homo,an nõ.Aut,quia cognouit Adã per eſum fructus vetiti eius arboris bonũ quod amiſerat,& malũ in quod incurrerat.Ita videtur Dñs ipſe interpretari ſequẽti capite,quũ his verbis,poſtq̃ comediſſet Adam fructũ,cõqueritur,Ecce Adã quaſi vnus ex nobis factus eſt,ſciens bonum & malũ.Per occupationẽ autem ſic dicta eſt arbor:nondũ enim ita appellabatur. 18 Videtur ſingulare pro plurali,more Hebręorũ frequẽti poſitũ eſſe,pro,Fluuij egrediebantur de Eden,ad irrigãdũ hortũ,qui inde diuidebantur &c.Edẽ regio eſt nõ procul ab Haran vrbe Meſopotamiæ,vt colligitur ex 27.cap.Ezechielis:ex qua regione fluuij egrediebãtur,qui cõfluebãt ad irrigandũ hortũ , ad quẽ,quũ peruenerãt,oẽs riuuli cõficiebãt quatuor amnes.Paradiſus iſte voluptatis videtur procul dubio fuiſſe in cõfinibus Arabiæ Oriẽtalis & Meſopotamiæ quę irrigua eſt & fluminibꝰ abũdãs:quę in vnũ cõiuncta,efficiebãt vnũ flumẽ:quod poſtq̃ allueerat paradiſum,ſeparabatur in quatuor flumina . quod poſſe fieri certe exiſtimo,eaq; eſſe quæ hic memorat Moſes. 19 .i.primi. Hebr. 20 Hebræi carẽt gradibꝰ cõparationis:idcirco vertendũ,optimũ,ſiue laudatiſsimũ. 21 Quidã dicũt eſſe nomẽ lapidis pretioſi,alij nomẽ arboris. Scribit enim Plinius bdeliũ eſſe arborem quę creſcit nõ lõge à ſinu Perſico,in finibꝰ Meſopotamię. Vnde colligitur,partẽ Meſopotamiæ eſſe paradiſum:ſaltẽ paradiſum in Meſopotamia eſſe. 22 eſt lapis onyx,vt quidã volunt. 23 v.l,Cus.i.Æthiopiæ.De Æthiopia Orientali intelligit. 24 .i.Tigris. 25 hominẽ.Hoc loco Adã eſt nomẽ appellatiuũ. 26 in hortũ Eden.i.quẽ plantauerat in regione Edẽ. 27 illum.ſub.hortũ. 28 Heb.Ex omni ligno paradiſi comedendo comedes:de ligno autem &c.Id eſt,E fructu omniũ arborum horti facio tibi comedendi poteſtatẽ:at de arbore &c.Hebr. 29 Hoc eſt,mortalis eris,obnoxius eris morti.Heb. 30 Per præteritũ plus quàm perfectũ verti debet, Dixerat autem Dominus.ſub. die ſexto,quo die fuit creata mulier.hic autem oſtendit quo modo:quod ipſe prætermiſerat. 31 Heb.bonum i.conueniens. Dicunt Hebręi hoc loco vocem Hebræam T O B ſignificare perpetuitatem & diuturnitatem.q.d.non bonũ eſt vt ſemper ſolus permaneat.non enim diu duraret humana natura. 32 Subaudiendum propterea:hoc pacto,Propterea faciam illi auxilium iuxta illud.i.illi conueniens,aut ſimile illi. Alij vertunt, Faciam illi adiutorium quaſi coram eo: ſiue quaſi ante eum.hoc eſt,quod ſtet coram eo:vel quod ſit ſemper in conſpectu eius ad obſequendũ ei. L X X verterunt,adiutorem ſecundum eum.i.congruẽtem illi,& ſimilitudine morum illi reſpondentem. 33 vel,Formauerat præterea Dominus Deꝰ de humo omnes feras agreſtes, & omnia volatilia cæli.Aut,Cũ autem formaſſet omnia,&c. adduxit ad Adam. 34 .i.quod nomen inderet illis. 35 Hebr. Et omne quod vocauit illi homo(illi inquam)animæ viuenti,eſt nomen eius.Dilucidiùs ſic,Nomen autem,quod homo indidit omnibus ipſis animantibus,ipſum fuit(vel,erat)nomen eorum.Impoſuit igitur homo nomina ſingulis animantibus,&c. Hic Adã, eſt nomen appellatiuum,vt & in ſequentibus. 36 At homini non inuenit adiutorium quod eſſet coram ſe. Hebraiſmꝰ elegãs: de ſe loquitur in tertia perſona.At homo non inuenit ſibi adiutorium per omnia ſibi reſpondens.Iſtud enim non dicitur de Deo, ſed de primo parente. 37 ſomnum grauem & profundum. Hoc ſignificat vox Hebræa. 38 vel, tulit vnam (ſubaudi,portionẽ) de lateribus eius.pro,aliquam portionem ex vno laterum eius.Eſt enim Hebraiſmus.Sic alio loco legitur, Sepultus eſt in vrbibꝰ Iuda .pro,in vna vrbium. 39 & clauſit carnẽ pro ea.i. repleuit carne locũ illũ vnde ſumpſerat materiã vt faceret Heuã. 40 vel,latꝰ quod acceperat,Hoc eſt,portionẽ eã carnis quã ipſe acceperat de latere hominis. 41 Subaudi , ędificauit inquam, in mulierem,id eſt,ex ea fecit mulierem. 42 Hac vice.Subaudi , inueni adiutorium per omnia reſpondens mihi. 43 Id eſt, communicat mecum in carne & ſanguine . Leguntur autem hęc per admirationem. 44 Si ſermo Latinus pateretur, dicendum eſſet vira,à vir:nam ſic apud Hebræos,adiectione vnius literæ mulier denominata eſt à viro . Illi enim virum ſiue maritum, I S dicunt:& mulierem ſiue vxorem,I S A. 45 id eſt,erũt velut vna caro,& vnum corpus. 46 id eſt,erant animo ſimplici & candido,innocentia naturali præditi, tales ,quales nunc pueri,qui tametſi nudi ſunt,eos tamen non pudet: ſumma concordia erat ſpiritus cum carne.



## CAP. III.

Serpens ſeducit mulierẽ. Sap.2.d.
SEd & ſerpens erat callidior cunctis animantibus ter 1
ræ,quæ fecerat Dominus Deus:¶qui dixit ad mulie 2
rem,Cur præcepit vobis Deus vt non comederetis ex
omni ligno paradiſi?Cui reſpondit mulier,¶ De fructu 3
lignorum quæ ſunt in paradiſo,veſcimur:de fructu ve-
rò ligni quod eſt in medio paradiſi,præcepit nobis Deus
ne comederemus,& ne tangeremus illud,ne forte mo-
2.Cor.11.a. riamur.¶Dixit autem ſerpens ad mulierem , ‖ Nequa- 4
quàm morte moriemini.¶ ſcit enim Deus quòd in quo- 5
cunque die comederitis ex eo,aperientur oculi veſtri:
Tranſgreſsio mandati. & eritis ſicut dij,ſcientes bonum & malum.¶ Vidit igi- 6
tur mulier quòd bonum eſſet lignum ad veſcendum, &
Eccli.25.d. pulchrum oculis,aſpectuque delectabile:& tulit de fru-
1.Tim.2.d. B ctu illius,&‖comèdit:deditque viro ſuo , qui comèdit.
¶Et aperti ſunt oculi amborum : cumque cognouiſſent 7
ſe eſſe nudos,conſuerunt folia ficus,& fecerunt ſibi peri
zomata.¶Et cum audiſſent vocem Domini Dei deambu 8
Cognito peccato,Adam& Heua ſuffugiunt faciem Dei,excuſantes peccatũ. lantis in paradiſo ad auram poſt meridiem,abſcondit ſe
Adam & vxor eius à facie Domini Dei in medio ligni
paradiſi.¶Vocauitque Dominus Deus Adam,& dixit ei, 9
Vbi es?¶Qui ait, Vocem tuam˜Domine' audiui in para 10
diſo:& timui , eo quòd nudus eſſem , & abſcondi me.
¶Cui dixit˜Dominus, ' Quis enim indicauit tibi quòd 11
nudus eſſes,niſi quòd ex ligno de quo præceperam tibi
ne comederes,comediſti ? ¶Dixitque Adam, Mulier 12
quam dediſti mihi ſociam,dedit mihi de ligno,& come
C di.¶Et dixit Dominus Deus ad mulierem,Quare hoc fe 13
Maledicitur ſerpens. ciſti?Quæ reſpondit,Serpens decepit me,& comedi.¶Et 14
ait Dominus Deus ad ſerpentem,Quia feciſti hoc,male
dictus es inter omnia animantia,& beſtias terræ : ſuper
pectus tuum gradièris,& terram comedes cunctis die-
Semen Ieſus promittitur ſaluator. bꝰ vitæ tuæ.¶INIMICITIAS PONAM inter 15
″ipſe. te & mulierem,& ſemen tuum & ſemen illius:″ipſa'con
teret caput tuum,& tu inſidiaberis calcaneo eius.¶ Mu- 16
Mulieris ærũnæ ob peccatũ. lieri quoque dixit,Multiplicabo ærumnas tuas,& con-
ceptus tuos:in dolore paries filios , & ſub viri poteſtate
1.Cor.14.f. eris,&‖ipſe dominabitur tui.¶Adæ verò dixit,Quia au- 17
Adę pœna. diſti vocem vxoris tuæ,& comediſti de ligno ex quo prę
Homo addicitur labori. ceperam tibi ne comederes,maledicta terra in opere
tuo:in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ
tuæ.¶ſpinas & tribulos germinabit tibi,& comedes her 18
D bas terræ.¶In ſudore vultꝰ tui veſcèris pane˜tuo,'donec 19
reuertaris in terram,de qua ſumptus es:quia puluis es,&
in puluerem reuertèris.¶Et vocauit Adam nomen vxo- 20
Heua. ris ſuæ,Heua:eo quòd mater eſſet cunctorum viuen-
tium.¶Fecit quoque Dominus Deus Adæ & vxori eius 21
tunicas pelliceas,& induit eos.¶Et ait,Ecce Adam quaſi 22
vnus ex nobis factus eſt,ſciens bonum & malum : nunc
ergo ne forte mittat manum ſuam , & ſumat etiam de
″Et miſit. ligno vitæ,& comedat,& viuat in æternum.¶ ″ Emiſit' 23
Eijcitur Adã è paradiſo. eum Dominus Deus de paradiſo voluptatis,vt operare-
tur terram de qua ſumptus eſt.¶Eiecitque Adam:& col- 24
locauit ante paradiſum voluptatis cherubim , & flam-
meum gladium atque verſatilem, ad cuſtodiendam viã
ligni vitæ.

## CAP. III.

*S 1 Erpens' vero 2 callidior erat omni beſtia agri,' quam fecerat 'Dominus 'Deus : qui dixit ad mulierem, 3 Itane dixit 'Deus,Non comedetis de omni 4 ligno hortorum:' Et dixit mulier ad ſerpentem,'De fructu 5 ligni hortorum comedimus:' de fructu verò arboris,quæ eſt in medio 6 hortorum,' dixit 'Deus,Ne comedatis ex ea, neque contingatis eam; ne forte moriamini. Et dixit ſerpens ad mulierem , Haudquaquam 7 moriemini .' verùm 'Deus nouit quòd ipſo die quando comederitis ex ipſa, aperientur 8 oculi' veſtri, 9 eritiſque ſicut dij,' ſcientes bonum & malum. 10 Et vidit' mulier quòd 11 arbor illa eſui commoda eſſet,' & oculis 12 deſiderabilis; 13 iucundaque arbor illa ad erudiendũ,' tulit de fructu eius, & comedit: dedit denique & 14 viro ſuo ſecũ ,' qui & ipſe comedit. Et aperti ſunt oculi amborum: 15 cognitoque quòd nudi eſſent, conſuerunt 16 folia' ficus, feceruntque ſibi 17 cinctoria. Audiuerunt autem vocem 'Domini 'Dei deambulantis 18 in hortis 19 ad auram diei:' abſconditque ſe Adam et vxor illꝰ à facie 'Domini 'Dei, 20 inter arbores hortorũ.' Vocauit ergo 'Dominus 'Deus ipſum Adam, & dixit ad eum, Vbi es tu? Qui ait, Vocem tuam audiui 21 in hortis,' & extimui, quòd nudus eſſem, & abſcondi me. Et dixit, Quis indicauit tibi quod nudus eſſes? 22 nimirum' de ipſa arbore, de qua præceperam tibi ne comederes ex ipſa, comediſti. Et dixit Adam, Mulier ipſa quã dediſti vt mecum eſſet, ipſa dedit mihi de arbore, & comedi. Et dixit 'Dominus 'Deus ad mulierem, 23 Qur hoc feciſti? ' Et dixit mulier, Serpens ille ſeduxit me, & comedi . Et dixit 'Dominus 'Deus ad ſerpentem illum, Quoniã hoc feciſti, 24 execratus es præ omni iumento, & præ omni beſtia agri: 25 ſuper ventrem tuum gradieris, & puluerem comedes cunctis diebus vitæ tuæ. Ponamque inimicitias inter te & inter ipſam mulierem, 26 inter ſemen denique' tuum & inter ſemen illius, 27 Ipſum conculcabit tibi caput,' & tu 28 conculcabis ei calcaneum.' Ad mulierem dixit, 29 'Dolorem tuum & conceptum tuum 30 cumulatiſsime multiplicabo:' in dolore paries filios, & ad virum tuum erit 31 deſiderium tuum,' ipſeque dominabitur tibi. 32 Ad Adam' vero dixit , Quandoquidem audiſti vocem vxoris tuæ, & comediſti de arbore, de qua præcepi tibi, dicens, Non comedes ex ea: execrata eſt humus 33 propter te, 34 in dolore comedes eam' cunctis diebus vitæ tuæ. Spinam atque tribulum progerminabit tibi , & manducabis herbam agri. 35 In ſudore vultus tui veſcèris pane,' donec reuertaris in humum: ex ea enim ſumptus es : 36 ſiquidem puluis es, & in puluerem reuerſurus es.' Et appellauit 37 Adam' nomen vxoris ſuæ Heua: eo 38 quòd ſit mater' omnis viuentis. Fecit quoque 'Dominus 'Deus 39 ipſi Adam ' & vxori eius tunicas pelliceas , & induit eos . Et dixit 'Dominus 'Deus, Ecce, homo iſte factus eſt quaſi vnus ex nobis, 40 vt ſciret bonum & malum.' & nunc [ 41 periculum eſt ] ne fortè mittat' manum ſuam, & accipiat etiam de arbore vitæ, & comedat, & viuat 42 perpetuò.' Et emiſit eum 'Dominus 'Deus 43 ex hortis delicatiſsimis,' ad colendam humum de qua ſumptus fuerat. Expulit itaque hominem, & collocauit 44 à plaga Orientali hortorum delicatorũ cherubim,' & laminam gladij 45 micantẽ & ſeſe vertentẽ,' ad cuſtodiẽdũ 46 iter arboris vitæ.*

## SCHOLIA IN CAP. III.

1 Serpens ille,apud Hebręos eſt articulus prępoſitiuus :vt intelligamus Moſen loqui de ſerpente noto. Per ſerpentem externum voluit internum ſerpentem intelligere,qui eſt diabolus. Serpente autem naturali & externo vſus eſt diabolus tanquã inſtrumẽto:illeq; ſerpẽs locutus eſt humano more,diabolo mouẽte eiꝰ linguã. 2 Verti põt ꝑ ſuplatiuum,hoc pacto, Erat calliditſsimus

mus,ſiue aſtutiſsimus omnium beſtiarum agri. id eſt, ferarum agreſtium. 3 vel,Etiam(ſubaudi,eſtne verum) quòd pręcepit Deus ne ex vlli? arboris fructu comederetis? Videtur trūcata fuiſſe ſententia: vt poſt alia multa quæ ſerpens dixerit mulieri, ſubiūxerit,Etiamne eſt verum quòd &c.Poſſet verti vt & Chaldæus paraphraſtes tranſtulit,Verumne eſt quòd Deus &c.Verti etiam poteſt,Multo magis(miror)quòd prohibuerit ne &c.quaſi dicat. Miror Deum vos priuaſſe magnis bonis: multo magis demiror quòd dixerit vobis ne comederetis &c. 4 arbore horti? 5 arboris horti comedimus.id eſt,veſci nobis licet. acſi dicat mulier,Res non ita habet vt interdixerit nobis eſu omnium fructuum: nam nobis licet veſci fructu omnium arborum, præterquam vnius,&c.Futurū eſt apud Hebręos pro pręſenti. 6 horti. 7 Hebraiſmus,morte moriemini.Morte mori Hebraiſmus,pro certiſsime & ſine dubio mori.Alij interpretantur hoc pacto, Nequaquam verum eſt vos eſſe morituros ea horâ, qua comedetis ex eo fructu: ſed ideo vetuit,non quod mors ſequatur eſum fructus,ſed vt tollat à vobis ſcientiam perfectiſsimam.Nota ſuperbiam diaboli,præceptum Dei eſſe falſum aſſerentis. 8 Subaudi,mentis. 9 id eſt,eritis ſimiles Deo.Alij vertūt, Sicut angeli: nam vtrunque ſignificat vox Hebręa E L O H I M. 10 Subaudi,in animo ſuo. 11 bona eſſet arbor ad veſcendum. Hebraiſmus,pro,quod bonus eſſet fructus arboris ad veſcendū. 12 vel,gratiſsima. 13 Hebræi exponunt,Concupiſcibilis eſſet arbor ad intelligendum.Id eſt, ad faciendum intelligere,ad prudentiam comparandam.Verū vox Hebręa L E H A S K I L, hoc loco potius ſignificat contemplari: debetque ſic verti, Ad cōtemplandum deſiderabilis,id eſt,quòd oculos contemplantium ſe remoraretur. 14 id eſt,viro ſuo qui ſecum erat.Hinc quidam dicunt Heuam ſeductam fuiſſe pręſente Adam viro ſuo. Verum Hebræi ſubaudiunt,vt ederet: ſicque coniungunt, Dedit viro ſuo,vt ederet vnà cum ipſa. 15 cognoueruntque quòd nudi eſſent: igitur conſuerunt. 16 vel,frondes. 17 vel,cingula. quibus ſcilicet tegerent pudenda. 18 in ipſo horto. 19 id eſt, ſub veſperam,quo tempore ventus ſeſe attollere,& aſpirare ſolet Zephyrus. 20 Hebraiſmus,in medio arboris horti.ſingulare pro plurali poſitum.vertendum igitur,In medio arborum horti. id eſt,in ea parte nemoris quæ denſiſsima erat propter arbores. 21 in horto. 22 Per interrogationem legitur Hebræis,Nonne &c. 23 Quid hoc eſt quod admiſiſti? Id eſt,quale eſt facinus quod admiſiſti! Admiratiue dictum,quaſi dicat. Quàm magnū, quàm horrendū facinus admiſiſti! 24 vel,maledictus es tu pręomnibus animantibus & feris agreſtibus. Intellige hîc duos ſerpentes,externum & internum: & per externam maledictionem intellige internam.eſt enim Satanas maledictus præ omnibus ſpiritibus. 25 Hoc loco ſuper ventrem gradi,& terram comedere,eſt verſari in imis & obſcuriſsimis terrę cauernis,anguſtis admodum,& non altis.ſunt enim cauernę multę ita anguſtæ,& depreſſæ,vt in illis nemo erigere ſe poſsit,niſi manibus exporrectis innitatur. 26 Hebraiſmus,& inter ſemen.Et,pro id eſt,ponitur hoc loco. 27 Hebraiſmus, ipſum conteret te in capite, Ipſum, ſubaudi ſemen, qui eſt Chriſtus. LXX verterunt,ipſe, Chriſtum intelligentes. aut αὐτὸς refert, non σπέρμα, ſed τὸν σπέρον: quòd ſit eiuſdem cum dictione σπέρμα ſignificationis; idque Hebraico more. Chriſtus,inquit,filius virginis deſtruet opera tua,& te victo liberabit Chriſtianos à ditione tua. Roman.16. Dominus conteret Satanam ſub pedibus veſtris. 28 percuties ipſum in calcaneo. vel, mordebis, id eſt dabis operam vt malis & inſidioſis artibus ſemen mulieris Chriſtum perdas, verùm nunquam ſuperare poteris. Percutere, vel mordere in calcaneo, eſt inſidias tendere, & niti ſupplantare. Sumpta metaphora à ſerpentibus qui incautos mordere ſolent. 29 Duo ſubſtantiua ſæpius coniunctione E T coniungunt Hebræi, quorum alterum eſſet genitiui caſus apud Latinos: vt hic, dolorem tuum, & conceptum tuum: pro, dolorem conceptus tui. Conceptum autem hoc loco pro vteri geſtatione accipere debemus, quod etiam ipſa vox Hebręa H A R O N, ſignificat. Sic igitur dilucide vertes, Haud dubie augebo dolorem tuum, dolorem inquam, qui tibi erit ex conceptu & geſtatione vteri. Verti etiam poſſet, Iterando iterabo dolorem tuum, dolorem inquam conceptus tui. id eſt, Iterabo tibi eum dolorem quem ſenties in primo tuo conceptu, ſiue vteri geſtatione tua prima. Multis vicibus afficiam te dolore, nempe quoties concipies. Seipſum ſtatim declarat, quum dicit, In dolore paries filios &c. 30 Hebraiſmus, multiplicando multiplicabo dolorem &c. Repetitio verbi apud Hebręos frequens, ſignificat certitudinem rei, quaſi dicat, Haud dubie augebo. 31 vel, concupiſcentia tua. Id eſt, In dolore paries filios: & nec ſic tamen poſt partum refugies congreſſum viri tui. Vel, Pendebis à viro tuo ſemper. 32 Ad hominem. 33 id eſt, propter peccatum tuum. Maledictio apud Hebræos ſignificat ſterilitatem: ſicut benedictio copiam & abundantiam. Paulus ad Hebr.6. declarat hanc terræ maledictionem. 34 id eſt, in ſumma calamitate & ærumna comedes ex fructibus eius. 35 Hebraiſmus. pro, Victum parabis tibi cum ſudore. 36 vel, lutum enim es, & in lutum reuerteris. Siue, terra es, & in terram reuerteris. Vox Hebręa H A P H A R, ſignificat puluerem, lutum, humum, terram. 37 homo. 38 Hæc referri debent ad tempus, quo hæc ſcripſit Moſes: quare præteritum debet verti per futurum, hoc modo, quòd mater futura eſſet. aut, fuerit. 39 ipſi homini. 40 vel, quantum ad cognitionem boni & mali attinet. Hęc per ironiam dicuntur: quaſi dicat, Longe aliter res ſe habet, ac putauit homo. Hęc verba dixit Deus antequam induiſſet eos pellibus. 41 Vel hic ſubaudiatur, Vos angeli videte, ſiue cauete ne mittat &c. 42 Quidam Hebræorum dicit vocem Hebræam L E O L A M, hîc ſignificare longum tempus, non perpetuo, ſiue in æternum, quaſi dicat, ne forte inijciendo manus in fructum illum, longo viuat tempore in miſerijs & calamitatibus. 43 de horto Eden. 44 ab Oriente horti Eden cherubim. Id eſt, angelos humanam formam habentes. 45 Verſatilis. Id eſt, gladium verſatilem. Vel, laminam gladij vtrinque acuti. Sunt qui putant hos angelos non vnum habuiſſe gladium, ſed plures ſtrictos enſes ſplendentes & fulgentes admodum: poſitumque eſſe ſingulare, pro plurali. Solent enſes euaginati & ſplendentes immittere terrorem hominibus. 46 Id eſt, viam qua itur ad arborem vitę: ne qui poſthac accederent ad hunc fructum, & donarentur immortalitate.

## *CAP. IIII.*

*Porrò 1 Adam 2 cognouit Heuam vxorem ſuam: quæ concepit, & peperit Cain, dicens, Acquiſiui virum 3 cum Domino. Rurſumque peperit fratrem eius Habel, & fuit Habel paſtor ouium: Cain vero fuit agricola. 4 Exactis autem aliquot diebus, factum eſt vt offerret Cain de fructu telluris munus Domino. Sed & Habel adduxit de primogenitis ouium ſuarum, & 5 de adipe illarum: & 6 reſpexit Dominus ad Habel, & ad munus eius: Ad Cain vero & ad munus eius non reſpexit. Iratus eſt itaque Cain vehementer, & 7 concidit vultus eius. Et dixit Dominus ad Cain, Quare ſuccenſus es tu? & cur concidit vultus tuus? Nonne ſi bene egeris, 8 feres? & ſi non bene egeris, ad fores 9 peccatum cubat? & ad te deſiderium illius: tu dominaberis ei. 10 Et locutus eſt Cain ad Habel fratrem ſuum. Factumque eſt, quum eſſent in agro, inſurrexit Cain aduerſus Habel fratrem ſuum, & occidit eum. Et dixit Dominus ad Cain, Vbi eſt Habel frater tuus? Et dixit [Cain,] Neſcio, 11 nunquid cuſtos fratris mei ego ſum? Dixit ergo [Dominus,] 12 Quid feciſti? vox 13 ſanguinis fratris tui clamat ad me de humo. Nunc itaque 14 execratus tu è terra, quæ aperuit os ſuum, vt exciperet ſanguinem fratris tui de manu tua. Quum humum excolueris, amplius non dabit tibi 15 robur ſuum: vagus & profugus eris in terra. Et dixit Cain ad Dominum, Iniquitas mea maior eſt 16 quàm vt remittatur. Et eiecisti me hodie è terra, & 17 à facie tua abſcondar, vt ſim vagus & profugus in terra: fiet itaque vt 18 quicquid me inuenerit, 19 interficiat me. Et dixit ad eum Dominus, 20 Propterea quidquid interfecerit Cainum, ſeptuplò vindicabitur. Et 21 poſuit Dominus ſignum in Cain, ne interficeret eum 22 quidquid inueniret illum. Egreſſus itaque Cain à facie Domini, habitauit profugus 23 in terra ab Oriente deliciarum. Et cognouit Cain vxorem ſuam, quæ concepit, & peperit Hanoch: extruenſque ciuitatem, vocauit nomen illius ciuitatis iuxta nomen filij ſui Hanoch. Porrò ipſi Hanoch natus eſt Irad. Irad autem genuit Mehuiael, & Mehuiael genuit Methuſael. Methuſael verò genuit Lamech. Et Lamech duxit ſibi duas vxores, nomen vnius erat Ada, & nomen alterius Silla. 24 Genuitque Ada ipſum Iabal, qui fuit pater eorum qui habitant in tentorijs, & 25 peculij. Nomen verò fratris ſui Iubal, qui fuit 26 pater omnium qui tractant citharam & fides. Et Silla quoque 27 genuit Tubal-cain, 28 qui expoliebat quodcunque opificium tum æris tum ferri. ſoror verò Tubal-cain Naema. Et dixit Lamech ad vxores ſuas Adam & Sillam, Audite vocem meam 29 vxores Lamech, auſcultate ſermonem meum, 30 quoniam virum occidi in vulnus meum, & puerum in liuorem meum. 31 Si ſeptuplò vindicabitur Cain, certe Lamech ſeptuagies ſepties. Cognouit autem Adam rurſus vxorem ſuam, & ipſa peperit filium, appellauitque nomen eius Seth, Quia poſuit mihi [inquit] Deus ſemen aliud pro Habel quem interfecit Cain. 32 Et ipſi Seth natus eſt filius, & vocauit nomen eius Enos: 33 tum cœptum eſt inuocari nomen Domini.*

## CAP. IIII.

1 Adam verò cognouit vxorem ſuam Heuam: quæ cōcepit, & peperit Cain, dicens, Poſſedi hominē per

2 Deum. Rurſumque peperit fratrem eius Abel. Fuit au

3 tem Abel paſtor ouium, & Cain agricola. Factum eſt au
tem poſt multos dies vt offerret Cain de fructibus terræ

4 munera Domino. Abel quoque obtulit de primoge
nitis gregis ſui, & de adipibus eorum: & reſpexit Do

5 minus ad Abel, & ad munera eius. Ad Cain autem, &
ad munera illius non reſpexit: iratuſque eſt Cain

6 vehementer, & concidit vultus eius. Dixitque
Dominus ad eum, Quare iratus es? & cur concidit fa

7 cies tua? Nonne ſi bene egeris, recipies: ſin autem
male, ſtatim in foribus peccatum tuum aderit? ſed ſub

8 te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius. Dixit
que Cain ad Abel fratrem ſuum, Egrediamur foras. Cūque eſſent in agro, conſurrexit Cain aduerſus fratrem

9 ſuum Abel, & interfecit eum. Et ait Dominus ad
Cain, Vbi eſt Abel frater tuus? Qui reſpondit, Ne

10 ſcio: nunquid cuſtos fratris mei ſum ego? Dixitque ad
eum, Quid feciſti? vox ſanguinis fratris tui clamat ad me

11 de terra. Nūc igitur maledict? eris ſup terrā quæ aperuit

Cain. Abel.

Dominum.

Abel & Cain offerunt munera Domino. Heb.11.a.

Cain obiurgatur à Deo.

Occidit Abelem fratrem. B Sapi.10.a. Matth.3.e. 1.Iohan.3.b. Iudę.1.d.

Maledicitur Cain.



os ſuum, & ſuſcepit ſanguinem fratris tui de manu tua.
Cū operatus fueris eam, non dabit tibi fructus ſuos: va 12
gus & profugus eris ſuper terram. Dixitque Cain ad Do 13
minum, Maior eſt iniquitas mea, quàm vt veniam merear. Ecce eijcis me hodie à facie terræ, & à facie tua 14
abſcondar, & ero vagus & profugus in terra. omnis igitur qui inuenerit me, occidet me. Dixitq; ei Dn̄s, Ne 15
quaquā ita fiet: ſed omnis qui occiderit Cain, ſeptuplum punietur. Poſuitq; Dn̄s in Cain ſignū, vt nō interficeret eū omnis qui inueniſſet eū. Egreſſuſq; Cain à facie Do 16
mini, habitauit profugus in terra ad Orientalē plagam Edē. Cognouit autē Cain vxorē ſuā, quæ concepit, & pe 17
perit Henoch: & ædificauit ciuitatem, vocauitque nomē eius ex nomine filij ſui, Henoch. Porrò Henoch genuit 18
Irad, & Irad genuit Mauiael, & Mauiael genuit Mathuſael, & Mathuſael genuit Lamech. Qui accepit duas 19
vxores, nomen vni Ada, & nomē alteri Sella. Genuitq; 20
Ada Iabel, qui fuit pater habitantium in tentorijs, atque paſtorum: & nomen fratris eius Iubal. ipſe fuit pater ca 21
nentium cithara & organo. Sella quoque genuit Tu 22
bal-cain, qui fuit malleator & faber in cūcta opera æris & ferri. Soror verò Tubal-cain, Noema. Dixitque La 23
mech vxoribus ſuis Adæ & Sellæ, Audite vocem meam vxores Lamech, auſcultate ſermonem meum: quoniam occidi virum in vulnus meum, & adoleſcentulum in liuorem meum. Septuplum vltio dabitur de Cain: de 24
Lamech verò ſeptuagies ſepties. Cognouit quoque 25
adhuc Adam vxorem ſuam: & peperit filium, vocauitque nomen eius Seth: dicens, Poſuit mihi Deus ſemen aliud pro Abel, quem occidit Cain. Sed & Seth natus 26
eſt filius, quem vocauit Enos. iſte cœpit inuocare nomen Domini.

Deſperat Cain. C

Henoch. Irad. Mauiael Mathuſael. Lamech, & eius vxores. Ada. Sella D Iabel. Iubal. Tubal-cain. Noema.

Seth. Enos. Cultus dei reſtituitur.

## SCHOLIA IN CAP. IIII.

1 Homo ipſe. 2 Rem ſua natura non ſatis honeſtam, honeſto exprimit vocabulo, more Hebræo. 3 Id eſt, fauente Domino, Dei dono & munere. Duo iſti filij figura fuerunt duplicis hominis, vnius nati in peccato: alterius renati per Spiritum ſanctum. Cain enim adumbrat hominem ſub peccato conſtitutum, Abel vero hominem liberatum à peccato. 4 Id eſt, Poſt aliquot annos. Dies enim pro annis hoc loco accipiuntur. 5 Id eſt, de pinguioribus ſiue pinguiſsimis ouibus. Hebraiſmus. 6 Hebraiſmus, pro, Abel placuit Domino, & munera eius: Cain autem non placuit ei, neque eius munera. Reſpicit Dominus non tam res externas, quàm internas. id eſt, animum donantis, potius quàm dona ipſa. Dicunt ipſum Cain deprehendiſſe oblationem fratris acceptiorem fuiſſe Deo quam ſuam, ex hoc quòd ipſe Deus igne de cælo miſſo, conuertit oblationem ipſius Abel fratris ſui in cinerem, non item ſuam. 7 Id eſt, cœpit eſſe vultu demiſſo, more triſtium hominum. maxime indignatus eſt, motus inuidia aduerſus fratrem. Deſcribit habitum & geſtum hominis irati. :: Hic Cainum interrogat, vt confeſsionem extorqueat, & ad pœnitentiam inuitet. 8 Subaudi, mercedem. Variè hic locus verti poteſt. Nam verbum Hebraicum S E E T H, pro quo interpres vertit, recipies, ſignificat etiam condonare, ſiue remittere, attollere, & leuare. Quidam igitur vertunt, Nonne ſi bene egeris, condonabit? Subaudi, tibi Deus peccatum tuum. Alij ſic, Nonne ſi bene egeris attolles? Subaudi, vultum. id eſt, Nonne incedes recto vultu, viueſque in gaudio & lætitia? Poſtremo alij hoc pacto, Nonne ſi bene egeris, exaltatio erit tibi? Quaſi dicat, Tu videris dolere quòd frater tuus ſit elatus & erectus ſupra te: at ſi ſtudueris benefacere, attolleris vt ille. Hebraicæ veritati conuenit magis hęc poſtrema interpretatio 9 Peccatum, prò, pœna peccati. id eſt, Punitio in foribus prę̨ſto eſt, & te manet, cupitque tibi adhęrere. Gallice dicimus, Elle ne demande que de t' empoigner. Verum ſi voles, dominaberis illi pœnæ, effugies pœnam illam: gratia mea ſcilicet. Poteſt extrema particula verti per imperatiuum, hoc pacto, At tu dominare ei. id eſt, vita illam punitionem, emendando vitam tuam. 10 vel, Narrauitque Cain Abel fratri ſuo. ſubaudi, omnia quæ dixerat ei Deus. Alij ſic, Allocutus eſt Cain fratrem ſuum Abel: verbis ſcilicet duris, vt inde haberet occaſionem inſurgendi in eum. 11 quaſi dicat, num dediſti mihi eum aſſeruandum? 12 vel, Quare (hoc) feciſti? 13 Per ſanguinem, mortem intelligit. Hic autem rei inanimatæ tribuitur vox. Quaſi dicat, Sanguis fratris tui à te effuſus in terram, teſtatur te illum occidiſſe. 14 vel, maledictus es de terra. Id eſt, ex parte ipſius terræ, ſiue reſpectu ipſius terræ. Hoc eſt, terra quàm coles, erit maledicta: quę iam maledicta eſt propter peccatum primi parentis, iterum propter te maledicetur. Quid autem ſit Terram maledici, exponit, cum dicit, Cum operatus fueris terram, &c. 15 vel, vires ſuas. id eſt, fructus ſuos: coles eam, & nihil colliges. Hebraiſmus. 16 vel, quàm vt condonari mihi poſsit. Sic verterunt L X X. Rectius ſic vertetur, Punitio mea maior eſt, quàm vt eam ferre poſsim. Nam dictio Hebręa vtrunque ſignificat. 17 id eſt, non apparebo poſthac in conſpectu tuo offerens aliquid. ero enim vagus &c. 18 quicunque. 19 Hoc dicit reſpiciens ad tempus futurum: neque enim vlli adhuc erant homines in ea terra: verùm metuebat ſibi à poſteris ſuis. 20 Propterea quiſquis interfecerit Cain. Hic ſubſiſtendum, iuxta quorundam opinionem, vt apud Virgilium, Quos ego. ſed motos &c. & ſubaudiendum, grauiſsimas pœnas dabit. ſequaturque poſtea, ſeptima generatione dabit pœnas. Hoc modo tranſtulit Chaldæus paraph. Rectius ſic vertetur, Imò, aut Profectò quiſquis occiderit Cain, (id eſt, te: alloquitur eum in tertia perſona) ſeptuplum punietur, id eſt, dabit pœnas grauiſsimas. accipitur enim numerus certus pro incerto, more Hebręorum, quaſi dicat. Septies grauiore pœna punietur, quàm ſi alium quempiam interficeret. Hoc dicit vt eum iubeat eſſe bono animo. 21 Id eſt, dedit ei aliquod ſignum, quo indicaret ei, neminem eum impune interfecturum. 22 vllus qui inueniſſet eum. 23 in terra Nod, in parte Orientali ipſius Eden. Nod ita dicebatur à perfugio. Aut certe vertendum, ſi fuerit appellatiuum, in terra perfugij. id eſt, in qua erat perfugium ipſis profugis. 24 Peperitque. 25 Hebraiſmus, paſcentis, ſubaudi, gregem, id eſt, hic primus adinuenit artē habitandi in tabernaculis vt paſceret gregem. 26 Hebr. pater tenentium citharam & organū, id eſt, inuentor muſices. 27 peperit. 28 Hebr. acuentem (vel expolientē) omnia opera æris & ferri .i. authorem artis fabrilis. 29 He. pro, vxores meę. Solent Hebręi de ſe loqui in tertia perſona. 30 Hic pręteritum pro futuro ponitur, & futurum pro pręterito imperfecto. vertiq; debet ad hūc modū, Sanè hominē interficerē in vulnere meo, etiā adoleſcētē in liuore meo.

Hoc eſt,Si à quoquam,etiam viro fortiſsimo,vel ab adoleſcente qui viribus valet,vulnus acciperem,illum interficerem : valeo enim viribus.Non eſt igitur quod mihi aut liberis veſtris timeatis,ò vos vxores meæ.Videbat enim vxores ſuas triſtes. 31 Sub. Scitote,inquam,quod ſeptuplum vindicabitur Cain,at Lamech ſeptuagies ſepties.i.Scitote quòd grauiſsime punietur à Domino ille,qui Cain interfecerit:multo autem grauius qui me. q.d. Si Deus affirmauit ſe grauiſsime puniturum eũ,qui occiderit Cain: multo magis eſt eum puniturus qui me interfecerit,qui neminẽ occiderim,ſed ne vulnerauerim quidem. Quod autem hîc dicitur,Septuagies ſepties:numerus certus pro incerto ponitur, more Hebræorum.Sic Matt.18.c.Non dico tibi vſque ſepties , ſed vſque ſeptuagies ſepties. 32 Sed & ipſi Seth. 33 id eſt,tunc cœpit paſsim coli Deus.

### *CAP. V.*

*HIc eſt 1 liber' generationum hominis in die quo creauit Deus 2 hominem, 3 in ſimulachro Dei' fecit illum. Marem & fœminam creauit eos: 4 & benedixit illis,' vocauitque nomen illorum 5 adam,' in die quo ſunt creati. Vixit autem Adam centum triginta annis, 6 genuitque 7 in ſimulachro ſuo,iuxta imaginem ſuam [filium]' & vocauit nomẽ illius Seth. Factique ſunt dies Adam poſtquam genuerat Seth,octingenti anni,& 8 genuit filios & filias.' Fuerunt itaque cuncti dies Adam quos vixit,nongenti anni,& triginta anni,& mortuus eſt. Et vixit Seth quinque annis et centum annis,& genuit Enos. Et vixit Seth poſtquam genuerat Enos,ſeptem annis, & octingentis annis,& genuit filios & filias. Factique ſunt cuncti dies Seth duodecim anni,& nongenti anni,& mortuus eſt. Enos vixit nonaginta annis,& genuit Kenan. Vixitque Enos poſtquam genuerat Kenan quindecim annis,& octingentis annis,& genuit filios & filias. Fueruntq; cuncti dies Enos quinque anni & nongenti anni,& mortuus eſt. Kenan verò vixit ſeptuaginta annis,& genuit Mahalaleel. Vixit deinde Kenan poſtquam genuerat Mahalaleel quadraginta annis& octingentis annis, & genuit filios & filias. Fuerũtque cuncti dies Kenan decem anni & nongenti anni,& mortuus eſt . Mahalaleel verò vixit quinque annis,& ſexaginta annis,& genuit Iared. Vixit quoq; Mahalaleel poſtquam Iared genuerat,triginta annis & octingentis annis,& genuit filios & filias. Factique ſunt cuncti dies Mahalaleel nonaginta quinque anni,& octingenti anni,et mortuus eſt. Porrò Iared vixit ſexagintaduobus annis & cẽtum annis,& genuit Henoch. Deinde vixit Iared poſtquam genuerat Henoch octingentis annis,& genuit filios & filias. Fueruntque cuncti dies Iared ſexaginta duo anni & nongenti anni , & mortuus eſt : Henoch autem vixit ſexagintaquinque annis, & genuit Mathuſalah. Et 9 ambulauit Henoch cum Deo' poſtquam genuit Mathuſalah trecentis annis,& genuit filios atque filias. Fueruntque cuncti dies Henoch ſexagintaquinque anni & trecenti anni. 10 Et ambulauit Henoch cum Deo, 11 & non ipſe,quia tulit eum Deus. Vixit autem Mathuſalah octogintaſeptem annis,& centum annis,& genuit Lamech. Et vixit Mathuſalah poſtquam genuerat ipſe Lamech,octogintaduobus annis,& ſeptingentis annis , & genuit filios & filias. Et fuerunt cuncti dies Mathuſalah nouem & ſexaginta anni atque nongenti anni,& mortuus eſt. Lamech verò vixit octogintaduobus annis & centum annis,& genuit filium. Appellauitque nomen eius Noah,dicens,Iſte 12 conſolabitur nos ab opere noſtro,& à dolore manuum noſtrarum de terra,' cui maledixit Dominus. Et vixit Lamech poſtquam ipſe genuerat Noah , nonagintaquinque annis,& quingentis annis,& genuit filios & filias. Fueruntque cuncti dies Lamech ſeptuaginta ſeptẽ anni,& ſeptingenti anni,& mortuus eſt. Noah vero fuit natus annos quingentos,& genuit ipſe Noah Sem,Ham & Iapheth.*

### CAP. V.

1 HIc eſt liber generationis Adam. In die qua creauit Repetit creationẽ hominis.
2 Deus hominẽ,‖ad ſimilitudinẽ Dei fecit illũ.¶Ma
ſculũ & fœminã creauit eos:& benedixit illis:&vocauit Sap.2.d. eccli.17.a.ſupra.1.d.infra.9.a.
3 nomẽ eorũ adã,in die quò creati ſunt.¶Vixit autẽ Adam
cẽtũ triginta annis:& genuit filiũ ad imaginẽ & ſimili-
4 tudinẽ ſuã,vocauitq; nomẽ eius Seth.¶Et facti ſunt dies
‖Adam poſtquam genuit Seth,octingenti anni:genuit- Homines.
5 que filios & filias.¶Et factũ eſt omne tempus quod vixit Adæ ętas.r para.1.a.
6 Adam,anni nõgẽti triginta,& mortuus eſt.¶ Vixit quo-
7 que Seth centũ quinq; annis,& genuit Enos.¶ Vixitque
Seth poſtquã genuit Enos,octingẽtis ſeptẽ annis,genuit Seth.
8 que filios & filias.¶Et facti ſunt oẽs dies Seth nõgẽtorũ B
9 duodecim annorũ,& mortuus eſt.¶ Vixit verò Enos no- Enos.
10 naginta annis,& genuit Cainã.¶ Poſt cuius ortum vixit
11 octingẽtis quindecim annis,& genuit filios & filias.¶Fa
ctiq; ſũt oẽs dies Enos nõgẽti quinq; anni,& mortuꝰ eſt.
12 ¶Vixit quoque Cainã ſeptuaginta annis,& genuit Mala Cainan.
13 leel.¶Et vixit Cainan poſtquã genuit Malaleel,octingẽ
14 tis quadraginta annis,genuitq; filios & filias. ¶ Et facti
ſunt omnes dies Cainã nongẽti decẽ anni,& mortuꝰ eſt.
15 ¶Vixit autẽ Malaleel ſexaginta quinq; annis , & genuit Malaleel.
16 Iared.¶Et vixit Malaleel poſtquã genuit Iared,octingẽ
17 tis triginta annis:& genuit filios & filias.¶Et facti ſunt C
oẽs dies Malaleel octingenti nonaginta quinq; anni , & Iared.
18 mortuus eſt.¶Vixitq; Iared centum ſexaginta duobꝰ an-
19 nis,& genuit Henoch.¶Et vixit Iared poſtquam genuit
20 Henoch octingentis annis,& genuit filios & filias.¶ Et
facti ſunt omnes dies Iared nongenti ſexaginta duo an-
21 ni,& mortuus eſt.¶Porrò Henoch vixit ſexagintaquin- Henoch. eccli.44.c. he.11.a.
22 que annis,& genuit Mathuſalã.¶Et ambulauit Henoch
cum Deo:& vixit Henoch poſtquã genuit Mathuſalã,tre
23 centis annis,& genuit filios & filias.¶ Et facti ſunt om-
24 nes dies Henoch trecẽti ſexagintaquinq; anni. ¶ambu-
25 lauitq; cũ Deo,& nõ apparuit:quia tulit eũ Deus.¶Vixit
quoq; Mathuſala cẽtũ octoginta ſeptẽ annis, & genuit Mathuſala.
26 Lamech.¶Et vixit Mathuſala poſtquam genuit Lamech, D
ſeptingentis octoginta duobus annis,& genuit filios &
27 filias.¶Et facti ſunt omnes dies Mathuſalæ nõgenti ſex-
28 agintanouem anni,& mortuus eſt. ¶ Vixit autem La- Lamech.
mech centum octogintaduobus annis,& genuit filium:
29 ¶vocauitque nomen eius Noe,dicens,Iſte conſolabitur Noe.
nos ab operibus & laboribus manuum noſtrarum in ter
30 ra cui maledixit Dominus. ¶ Vixitque Lamech poſt-
quam genuit Noe, quingentis nonagintaquinque an-
13 nis,& genuit filios & filias.¶Et facti ſunt omnes dies La
mech ſeptingenti ſeptuaginta ſeptem anni , & mortuus
32 eſt.¶Noe verò cum quingentorum eſſet annorum, ge- Filij Noe.
nuit Sem,Cham,& Iapheth.

### SCHOLIA IN CAP. V.

1 Liber pro enumeratione,Hebraico more.q.d.Iſta eſt enumeratio eorum,quos genuit homo:ſiue eorum qui originem habuerunt à primo parente.Deſcribit hic Moſes catalogum filiorum ipſius Adæ,vt oſtendat generationem ipſius Chriſti.neque enim omnium filiorum meminit,ſed eorum tantũ à quibus Chriſtus erat deſcenſurus.Deducit ergo generationem ipſius Adam vſque ad Abraham,per quem deſcenſurus erat Chriſtus . Matthæus autem deducit ab Abraham vſque ad Chriſtum.exiſtimat enim nos Moſen legiſſe,& eã ob rem Chriſti originem altius nõ repetit.Itaque vt Deum oſtenderet eſſe veracẽ in promiſsis, qui dixerat fore vt ſemen mulieris.i.Chriſtus,contereret caput ſerpẽtis,oſtẽdit eorũ genealogiã,à quibus Chriſtus ſecundũ carnẽ venturus erat. 2 vł,ipſum Adã.incertũ enim verũ hoc loco ſit nomen propriũ,an appellatiuũ. 3 ad ſimilitudinẽ Dei.Hebr. pro ad ſimilitudinẽ ſuam.Antecedẽs pro relatiuo. 4 Heb.pro fœcũdos reddidit eos,dando illis vim procreandi liberos ipſis ſimiles:vt ſubditur:Genuit ad imaginem & ſimilitudinẽ ſuã. 5 hominẽ.Tã marẽ quã fœminã,vocauit hominẽ. 6 ſub.filiũ. 7 ad ſimilitudinem ſuam(.i.rationalẽ)& ad ſimilitudinẽ Dei . Ad ſimilitudinem enim Dei creatus fuit Adam:igitur ipſe Adam genuit filios ad ſimilitudinem Dei,hoc eſt, præditos anima rationali. 8 .i.multos alios genuit, quorum non meminit Scriptura, qa ab illis Chriſtꝰ originẽ nõ traxit. 9 Heb.,p,Recte inculpateq; vixit,& diuinã vitã egit.q.d.Iſte nõ eſt Henoch filiꝰ Cain,ſed eſt Henoch,



Henoch,qui deſcendit ab Adam per Seth,vir ſanctiſsimus. 10 Repetitio eſt.q.d.Ambulauit,inquam,cum Deo. i. diuinam vitam egit. 11 & eſſe deſijt : quia rapuit eum Deus.i.nuſquam comparuit ; quia ſuſtulit eum de medio Dominus. Vide vndecimum caput ad Hebræos. 12 vel,ceſſare(aut quieſcere) nos faciet ab opere noſtro,&dolore manuum noſtrarum ex parte terrę,id eſt,requiem dabit nobis à laboribus & moleſtijs,quas ſubimus propter agriculturam . Hoc videtur dicere propterea quòd iſte Seth inuentor fuit inſtrumentorum agriculturæ.

### CAP. VI.

Cauſa diluuij.
CVmque cœpiſſent homines multiplicari ſuper ter 1
ram,& filias procreaſſent,¶videntes filij Dei filias 2
hominum quòd eſſent pulchræ,acceperunt ſibi vxores
120.anni ad cõuerſionem dati.
ex omnibus,quas elegerant.¶Dixitque Dominus , Non 3
permanebit ſpiritus meus in homine in æternũ,quia ca
Gigantes.
ro eſt:eruntq; dies illius centũ viginti annorum. ¶Gigã 4
tes autẽ erant ſuper terrã in diebus illis . poſtquã enim
ingreſsi ſunt filij Dei ad filias hominũ,illæq; genuerũt,
B
iſti ſunt potẽtes à ſeculo viri famoſi.¶Vidẽs autem Dñs 5
Cordis hominis malitia irritat Deum. infra.8.d. matt.1.b.
quòd multa malitia hominũ eſſet in terra,& cuncta co-
gitatio cordis intẽta eſſet ad malum omni tẽpore,¶pœ- 6
nituit eũ quòd hominẽ feciſſet in terra. ˋEt præcauẽs in
futurum,ˊ& tactus dolore cordis intrinſecus, ¶ Delebo, 7
Pœnitet Deũ hominem feciſſe.
inquit,hominẽ quẽ creaui,à facie terræ,ab homine vſq;
ad animãtia,à reptili vſq; ad volucres celi.pœnitet enim
Noe iuſti generationes. eccli.44.c.
me feciſſe eos.¶Noe verò inuenit gratiã corã Domino. 8
¶Hæ ſunt generationes Noe.Noe vir iuſtus atq; perfe- 9
ctus fuit in generationibus ſuis,cum Deo ambulauit.
¶Et genuit tres filios,Sem,Cham,& Iapheth.¶Corrupta 10
C
eſt autem terra coram Deo,& repleta eſt iniquitate.¶Cũ 11
que vidiſſet Deus terram eſſe corruptã(omnis quippe ca 12
Prędicit Deꝰ diluuium ipſi Noe.
ro corruperat viã ſuã ſuper terram)¶dixit ad Noe,Finis 13
vniuerſæ carnis venit coram me:repleta eſt terra iniqui
tate à facie eorũ,& ego diſperdam eos cum terra.¶Fac ti 14
bi arcam de lignis leuigatis:manſiũculas in arca facies,
Forma arcæ.
& bitumine linies intrinſecus & extrinſecus. ¶Et ſic fa- 15
cies eam,Trecentorum cubitorum erit longitudo arcę,
quinquaginta cubitorum latitudo, & triginta cubitorũ
altitudo illius.¶Feneſtram in arca facies,& in cubito cõ 16
D
ſummabis ſummitatem eius:oſtium autem arcæ pones
ex latere: deorſum,cœnacula,&triſtega facies in ea.¶Ec 17
ce ego adducam aquas diluuij ſuper terram, vt interfi-
ciam omnem carnem in qua ſpiritus vitæ eſt ſubter cæ-
lum,& vniuerſa quæ in terra ſunt,conſumentur.¶Ponã- 18
Qui arcã ingredi deberent.
que fœdus meum tecum:& ingredieris arcam tu & filij
tui,vxor tua,& vxores filiorum tuorum tecũ.¶Et ex cun 19
ctis animantibus vniuerſæ carnis bina induces in arcã,
vt viuant tecum:maſculini ſexus & fœminini.¶De volu 20
cribus iuxta genus ſuum,& de iumentis in genere ſuo,
& ex omni reptili terræ ſecundum genus ſuum:bina de
omnibus ingredientur tecum,vt poſsint viuere. ¶ Tol- 21
les igitur tecum ex omnibus eſcis quæ mandi poſſunt,
& comportabis apud te:& erunt tam tibi,quàm illis in
eſcam. ¶ Fecit igitur Noe omnia quæ præceperat illi 22
Deus.

### *CAP. VI.*

*ET factum eſt ; quum cœpiſſent homines multiplicari ſuper terram , nataque eſſent illis filiæ: viderunt 1 filij Dei 2 filias hominum,' quòd elegantes eſſent,& duxerunt ſibi vxores ex omnibus quas elegerant. Dixitque Dominus, 3 Non contendet ſpiritus meus perpetuò cum homine,' eo quòd caro' eſt, eruntque 4 dies illius' centum & viginti anni. 5 Fuerunt verò in diebus illis Nephilim in terra : & etiam poſteaquam filij Dei ad filias hominum veniſſent , & illæ genuiſſent eis, 6 iſti [ facti ſunt ] robuſti à ſeculo, viri celebres.' Videns autem Dominus quòd multa eſſet malitia hominum in terra : & [ quòd ] omne 7 figmentum' cogitationum cordis 8 humani duntaxat malum eſſet , idque omni tempore. pœnituit Dominum quòd feciſſet hominem in terra , & contriſtauit ſeſe in corde ſuo. Et 9 dixit' Dominus , Delebo hominem quem creaui ; à ſuperficie terræ , tam homines,quàm iumenta : tam reptilia ; quàm volatilia cæli . pœnitet enim me quòd fecerim eos. Noah autem 10 nactus eſt gratiam in oculis Domini. 11 Iſtæ ſunt generationes Noah .' Noah vir fuit iuſtus & integer 12 ſuo ſeculo, 13 cum Deo ambulauit Noah .' Genuitque Noah tres filios,Sem,Ham,& Iapheth. 14 Corrupta autem erat terra coram Deo,& impleta violentia.' Et 15 vidit Deus terram, & ecce corrupta erat:' nam omnis 16 caro corruperat viam ſuam ſuper terram. 17 Dixit' itaque Deus ad Noah. 18 Finis vniuerſæ carnis venit coram me:' nam repleta eſt terra violentia 19 coram illis,' & ecce,ego perdam eos 20 cum ipſa terra.' Fac tibi arcam de lignis 21 gopher, 22 in manſiones interſtingues arcam ,' & bituminabis eam intus & extrà 23 bitumine.' Et hûc [modo] facies eam, trecentorũ cubitorum erit longitudo arcæ,quinquaginta cubitorum latitudo eius,& triginta cubitorum altitudo eius. Feneſtram facies arcæ,& 24 ad cubitum eam supernè conſummabis:' oſtium verò arcæ in latere eius pones: 25 infimis,ſecundarijs , & tertiarijs [interſtitijs] facies eam. 26 Et ecce ego,ego [ inquam ]' adduco 27 defluxum' aquarum ſuper terram, ad perdendum omnem carnem,in qua eſt ſpiritus vitalis 28 ſub cælis :' quidquid eſt in terra expirabit. 29 Et confirmabo fœdus' meum tecum,veniesq; in arcam tu & filij tui,vxor tua & vxores filiorum tuorum tecum. Et ex omni animanti,omniq; carne,bina de ſingulis introduces in arcã, 30 vt viua ſeruentur tecũ:' mas aũt & fœmina 31 erũt.' De volucre quoq; iuxta ſpeciẽ ſuã, & de iumẽto iuxta ſpeciẽ ſuã,& 32 de oĩ reptili terræ iuxta ſpeciẽ ſuã, bina ex oĩbus veniẽt ad te,vt cõſeruentur. Et tu tolle tecũ ex oĩ cibo qui comeditur,& collige ad te,vt ſit tibi & illis in eſcam. Quod fecit Noah:iuxta omnia quæ præcepit ei Deus, ſic fecit.*

### SCHOLIA IN CAP. VI.

1 filij magnatum,vel principum ac potentum.vt vertit Chaldęus paraph.Alij,filios Dei,homines Deum agnoſcentes interpretantur,id eſt,filios Seth.Non tantum hîc taxatur libido , ſed etiam impietas &religio eorum,qui defecerant à moribus patrũ, qui præponebant pulchritudinem corporis, pulchritudini animi. 2 vel,filias hominis.i.filias Cain & poſteritatis eius. Aut, filias hominum.i.plebeiorum,mulieres à religione abhorrẽtes. 3 vel,Non diſceptabit ſpiritus meus cum homine in æternum. q.d.Non poſſum diutius ferre nequitiam hominis & contumaciam.Alij intelligunt,Non diſceptabit ſpiritus meus cum homine.vel,pro homine.q.d.Quid nam facturus ſim de homine, non diu diſceptabo,debeamne eum punire,nécne. quaſi Deus ſecum loquens,dicat,Tandem decernam quid nam facturus ſim de homine:quia totus deditus eſt voluptatibus;iamiam puniam:neq; longius tempus dabo ei ad reſipiſcendum, quàm CXX annos. Alij vertunt,Non permanebit ſpiritus meus in homine tanquã in vagina perpetuò.Si Latine dici poſſet,vaginabitur . Hoc eſt, non diu viuet homo.Tunc ſpiritum ſuum vocat,quem dedit homini.Prior interpretatio doctioribus magis placet. 3 i. carnalis,voluptatibus carnalibus deditus. 4 i.tempus quo reſipiſcere poterit homo : Non de tempore vitę hominis , ſed de tempore dato homini ad reſipiſcendum loquitur. 5 Gigantes autem fuerant ſuper terram in diebus illis , & etiam poſtea quando ingreſsi ſunt filij magnatum ad filias hominum& illę pepererunt illis. i. In diebus Cain & Henoch fuerant gigantes , & etiam poſtea fuerunt,quando filij principum congreſsi ſunt cum filiabus plebeiorum,& illæ filiæ pepererunt illis filios. 6 Verba ſunt Moſis,Iſti,erant fortes illi heroes qui à ſeculo fuerunt,viri nominis.i.de quibus tanta fuit fama. 7 vel,imaginatio. 8 eorum. 9 i.cogitauit apud ſe. Quidam ſubaudiunt, angelis.Dixit angelis.aut,vt alij volunt,ipſi Noe. 10 id eſt,gratus fuit Deo. 11 Verti etiã poteſt;Hæc ſunt,quę acciderũt tẽporibus

Noe. i. Iſta eſt hiſtoria de Noe: [redacted]ndem Petrus vocat iuſtitiæ præconem. 2. Petri. 2. 12 Heb. in generationibus ſuis. i. inter homines ſui ſeculi, cum quibus vixit. q. d. Licet Noe viueret inter homines impios, vixit tamen inculpate coram Deo. 13 Hoc eſt, diuinam vitam egit: timuit Deum, neq; ab eo defecit. 14 vel, Iam verò corrupta erat terra coram Deo, & repleta erat fraude. Vel, inuidia, aut dolo. hæc omnia ſignificat vox Hebræa. Terra pro hominibus, terræ incolis accipitur per metonymiam: qui non ſapiebant quę cæleſtia erant, ſed quę terrena. i. Ante hæc tempora iam cœperant homines flagitioſiſsimè viuere, vidente ac ſciente Deo cũ contemptu ipſius Dei. q. d. Iam erat maximus contemptus Dei. 15 vel, conſyderauit Deus homines, & ecce erant corrupti. Terram vocat homines, quòd terrena tantum, non cæleſtia ſaperent. 16 Carnem vocat homines, qui ſuam viuendi rationem corruperant, carnis opera facientes, non ſpiritus. 17 i. Reuelauit. Solet enim reuelare ſanctis ſuis quæ facturus eſt Deus. 18 i. Statutũ eſt apud me, delere omnia viuentia terræ. Hebraiſmus. ✗ vel, iniuria, rapina, fraude, calumnia. Hæc omnia ſignificat vox Hebræa. 19 Hebraiſmus, id eſt, per eos, opera ipſorum. q. d. Ipſi repleuerunt terram rapinis & calumnijs. 20 id eſt, cum ornatu totius terrę, cum arboribus & plantis. Quidam Hebræorum vertunt, de terra. 21 genus vnum eſt ex quatuor speciebus abietis, cedrum eſſe dicit Chaldæus paraphr. Alij dicunt eſſe lignum leuiſsimum, & ad fluitandum ſuper aquam aptiſsimũ, quod nunquam putreſcit. 22 Hebr. nidos facies arcam. pro, facies nidos in arca. hoc eſt, multas facies in ea manſiones & domunculas. 23 Vocem Hebræam ſignificare genus luti nonnulli dicunt: alij picem interpretantur. Alij dicunt in Armenia bitumen eſſe vice picis. 24 in cubito finies illam deſuper, id eſt, in ſummo & cacumine arcę facies feneſtram, quæ habeat cubiti longitudinem. Latitudinem feneſtræ non deſcribit Moſes, quam minimam eſſe oportuit. quidam colligunt ex longitudine, latitudinem fuiſſe ſextæ partis vnius cubiti. 25 Hebraiſmus; inferiora, & ſecunda, & tertia facies eam. i. in ea. Latine ſic, Tria tabulata facies in ea: infima, media, ſuprema. 26 Hebraiſmus, Et ego ecce, id eſt. Ego verò. Vel, Quod verò ad me attinet. 27 diluuium, diluuium inquam. Repeti enim debet vox (diluuium.) 28 ſub. ad perdendum inquam de ſub cælis: q. d. perdam omnia animalia terreſtria. 29 Statuam tamen fœdus &c. i. efficiam vt pactum quod pepigi tecum, ſit firmum & ratum quaſi dicat, conſeruabo te cum tota familia tua. Ex hoc intelligimus Deum illi promiſiſſe quod non moreretur: quod tamen non refertur à Moſe. 30 Heb. vt viuifices tecum. 31 ſub. in ea arca. 32 id eſt, ex omnibus ingredientibus ſuper terram. 33 Hebraiſ. venient ad te, vt viuifices illa. i. vt ſerues vitã illorũ tecũ. quaſi dicat, Tã varia, & præſertim ſylueſtria animalia non venatione ex deſertis & inſulis colliges, ſed illa, propria ſponte, imò iuſſu meo ad te venient, vt conſeruentur.

## CAP. VII.

*Dixitque Dominus ad Noah, Ingredere tu & omnis domus tua in arcam: 1 quia vidi te' iuſtum coram me 2 in generatione iſta.' Ex omni iumento 3 mundo accipies tibi ſeptena, marem & fœmellam eius: de iumento verò immundo bina, marem & fœmellam eius. De volucre quoque cæli ſeptena, marem & fœminam, 4 ad ſeruandum ſemen' ſuper vniuerſam terram. 5 Quoniam intra ſeptem adhuc dies' ego pluam ſuper terram quadraginta dies, & quadraginta noctes, & delebo è terra 6 omnem ſubſtantiam' quam feci. Fecit itaque Noah iuxta omnia quæ præceperat illi Deus. Noah autem 7 natus erat ſexcentos annos,' quando 8 deſluxus aquarum factus eſt ſuper terram. 9 Venit' itaque Noah & filij eius, vxor eius & vxores filiorum ſuorum cum eo, ad arcam, propter aquas diluuij. De iumento mundo, & de iumento immundo, & de volucre, deque omni eo quod 10 reptat' ſuper terram. Bina 11 venerunt' ad Noah in arcam, mas & fœmina, quemadmodum Deus mandauerat ipſi Noah. 12 Et factum eſt [post] ſeptem dies,' venerunt aquæ diluuij ſuper terram. In anno ſexcenteſimo vitæ Noah, menſe ſecundo, 13 decimoſeptimo die menſis,' eodem ſcilicet die, rupti ſunt omnes fontes 14 abyſsi magnæ, & feneſtræ cæli apertæ ſunt. Et fuit pluuia ſuper terram quadraginta dies & quadraginta noctes. 15 Ipſo eodem die 16 ingreſſus eſt' Noah, Sem, Ham, & Iapheth' filij Noah, & vxor Noah, treſque vxores filiorum eius cum eis in arcã. 17 ipſi, & omne animans iuxta ſpeciem ſuam, & omne iumentum iuxta ſpeciem ſuam, omneque reptile quod repiat ſuper terram iuxta ſpeciem ſuam, & omne volatile iuxta ſpeciem ſuam, omne denique volatile, omneque pennatum. 18 Veneruntque' ad Noah in arcam bina ex omni carne in qua fuit ſpiritus vitalis. 19 Et introeuntes mas' & fœmina ex omni carne venerunt, quemadmodum præceperat illi Deus, & 20 clauſit' Dominus 21 poſt eum.' Stagnauitque diluuium quadraginta 22 dies' ſuper terram, & auctæ ſunt aquæ, ſuſtuleruntque arcam, ita vt eleuaretur ſupra terram. 23 Inualuerunt' itaque aquæ, auctæque ſunt vehementer ſuper terram ipſam, inceſſitque arca ſuper aquas. Inualuerunt autem aquæ ſupra modum in terra, opertique ſunt omnes montes excelſi, qui fuerunt ſub vniuerſo cælo. Quindecim cubitis inualuerunt aquæ ſuperne, ita vt operirentur montes. 24 Et expirauit' omnis caro quæ reptabat ſuper terram, 25 volucrum,' iumentorum, beſtiarum, omniumque reptilium quæ repunt ſuper terram: vniuerſi denique homines. Et quidquid erat, in cuius naribus ſpirabat flatus vitæ, de omnibus quæ in ſicco [degebant] 26 mortua ſunt.' Deletumq; eſt omne quod ſubſiſtebat, quodq; erat in ſuperficie humi. tam homines quàm iumenta, reptilia, volucres demq; cæli: deleti, inquam, ſunt de terra, ita vt ſolus Noah ſuperſtes maneret, & quæ cum eo erant in arca. Auctæ ſunt itaque aquæ ſuper terram centum quinquaginta diebus.*

## CAP. VII.

1 Dixitq; Dominus ad eum, Ingredere tu & omnis
domus tua in arcam: te enim vidi iuſtum corã me
2 in generatione hac. ❡Ex omnibus animantibus mundis
tolles ſeptena & ſeptena, maſculum & fœminam: de ani
mantibus verò immũdis duo & duo, maſculum & fœmi
3 nã. ❡Sed & de volatilibus cæli ſeptena & ſeptena, maſcu
lum & fœminam: vt ſaluetur ſemen ſuper faciem vniuer
4 ſæ terræ. ❡Adhuc enim, & poſt dies ſeptem ego pluam
ſuper terram quadraginta diebus & quadraginta noctibus, & delebo omnem ſubſtantiam quam feci, de ſuper-
5 ficie terræ. ❡Fecit ergo Noe omnia quæ mandauerat ei
6 Dominus. ❡Eratque ſexcentorum annorum quando dilu
7 uij aquæ inundauerunt ſuper terram. ❡Et ingreſſus eſt
Noe & filij eius, vxor eius & vxores filiorum eius cũ eo
8 in arcam, propter aquas diluuij. ❡De animantibus quoq;
mundis & immundis, & de volucribus, & ex omni quod
9 mouetur ſuper terram. ❡Duo & duo ingreſſa ſunt ad Noe
in arcam, maſculus & fœmina, ſicut præceperat *Domi-
10 nus' Noe. ❡Cumque tranſiſſent ſeptem dies, aquæ dilu-
11 uij inundauerunt ſuper terram. ❡Anno ſexcenteſimo vi
tæ Noe, menſe ſecundo, ſeptimodecimo die menſis, rupti ſunt omnes fontes abyſsi magnæ, & cataractæ cæli
12 apertæ ſunt: ❡& facta eſt pluuia ſuper terram quadragin
13 ta diebus & quadraginta noctibus. ❡In articulo diei illius ingreſſus eſt Noe, & Sem, & Cham, & Iapheth, filij
eius: & vxor illius, & * vxores filiorum eius cum eis in
14 arcam: ❡ipſi & omne animal ſecundum genus ſuum, vni
uerſaque iumenta in genere ſuo, & omne quod moue-
tur ſuper terram in genere ſuo, cunctumque volatile ſe
cundum genus ſuum, vniuerſæ aues, omneſque volucres
15 ❡ingreſſæ ſunt ad Noe in arcam, bina & bina ex omni
16 carne, in qua erat ſpiritus vitæ. ❡Et quę ingreſſa ſunt, ma
ſculus & fœmina ex omni carne introierunt, ſicut præce
17 perat ei Deus: & incluſit eum Dominus deforis. ❡Factũ
que eſt diluuium quadraginta diebus ſuper terram: &
multiplicatæ ſunt aquæ, & eleuauerunt arcam in ſubli-
18 me à terra. ❡Vehementer enim inundauerunt, & om-
nia repleuerunt in ſuperficie terræ: porrò arca ferebatur
19 tur ſuper aquas. ❡Et aquæ præualuerunt nimis ſuper ter-
ram: opertique ſunt omnes montes excelſi ſub vniuer-
20 ſo cælo. ❡Quindecim cubitis altior fuit aqua ſuper mon
21 tes, quos operuerat. ❡|| Conſumptaque eſt omnis caro
quæ mouebatur ſuper terram, volucrum, animantium,
beſtiarum, omniumq; reptilium quæ reptant ſuper ter-
22 rã. Vniuerſi homines ❡& cũcta in quibus ſpiraculũ vitæ
eſt in terra, mortua ſunt. ❡Et deleuit *Deus' omnem 23
ſubſtantiam quæ erat ſuper terram, ab homine vſque ad
pecus, tam reptile, quàm volucres cæli: & deleta ſunt de
terra: remanſit autem ſolus Noe & qui cum eo erant,
in arca. ❡Obtinueruntque aquę terram centum quinqua 24
ginta diebus.

Præcipitur Noe arcam ingredi. 2. pet. 2. b. Iuſtus Noe.

B. Noe arcã ingreditur. matt. 24. d. luc. 17. f. 1. pet. 3 d.

*Deus

Diluuij inundatio.

C. Qui cum Noe ingreſsi. *tres

Aquę diluuij quã magnæ.

D

Sap. 10. a. eccli 39. c.



### SCHOLIA IN CAP. VII.

1 Te enim deprehendi. 2 i. inter homines huius temporis infideles & peſſimos, qui noluerunt mihi credere prædicenti diluuium, & reſipiſcere. 3 Quidam exiſtimant Deum reuelaſſe Noe quænam eſſent munda, aut immunda animalia: munda ea quæ vltro venirent ſeptena: quæ verò bina, ea eſſe immunda. Ex ſeptenis, tres mares, & tres fœminę erant ad conſeruationem ſpeciei: ſeptimum verò vt ſacrificaretur poſt diluuium. Alij, per occupationem dictum volunt. 4 Heb. vt viuificent ſemen. id eſt, vt conſerues in vita ſeminarium omnium illorum animalium. 5 vel, Quia ſeptimo abhinc die. Iſtud refertur ad illud quod præceſsit, ingredere: quia &c. 6 i. omnia animalia. 7 Heb. filius erat ſexcentorum annorum. 8 diluuium aquarum factum eſt, (factum eſt inquam diluuium aquarum) ſuper terram. Repeti enim debet vox (diluuium.) 9 i. Appropinquauit arcæ, cum videret futurum propediem diluuium. nam eo die non eſt ingreſſus, ſed diſtulit vſque ad diem decimamſeptimam, poſtea dicet, eo ipſo die &c. 10 ſiue, graditur. aut, incedit. 11 ſua ſponte ſcilicet, & vltro. 12 Et factum eſt ſeptimo die. id eſt, cum illuxiſſet dies ſeptimus. Chald. paraph. Factum eſt autem poſt tempus ſeptem dierum. 13 Hebraiſmus, pro, decimoſeptimo die eiuſdem. Quidam dicunt hunc ſecundum menſem fuiſſe Aprilem, alij Septembrem, alij Octobrem: quia diuerſæ ſunt opiniones de principio anni. 14 Per abyſſum intellige immenſam illam & profundam aquarum copiam, quę eſt ſubter terram. Fontes autem abyſsi, ſunt abyſsi ſcaturigines. Cataractę cæli. ſiue feneſtrę apertę, id eſt, nubes. quaſi dicat. Mare inundauit, & aquæ in terra multiplicatæ ſunt ſupra modum: erumpebant enim vndique: præterea nubes cito condenſatæ ſunt, & verſę in magnam vim aquarum: deſcenditque pluuia magno impetu, velut feneſtris cęli apertis. 15 Hebraiſ. In ſubſtantia ipſius diei. id eſt, In illo ipſo die, nempe decimoſeptimo. 16 vel melius per præteritum plus quàm perfectum, iam ingreſſus fuerat. 17 Subaudiendum verbum aliquod. Ipſi igitur ingreſſi erant &c. Niſi coniungas ſequenti verſui. Venerunt ad Noe. tunc V A V coniunctio Hebraica, non erit vertenda. 18 Si iungatur hic verſus præcedenti, V A V coniunctio Hebraica non erit vertenda. Si autem non iungatur, vertendum, Venerunt itaque. 19 Quæ ingreſſa ſunt: mas. 20 Subaudi, oſtium. 21 vel, ſuper eum. Quidam vertunt, Clauſit Dominus pro eo; neque enim poterat ipſe Noe extrinſecus claudere. 22 Diem naturalem intelligit: propterea non meminit noctis. 23 vel; Fortes fuerunt. videlicet ſua fortitudine arbores eradicantes; & fortiſsima ædificia deijcientes. 24 Iam verò interierat. 25 Vel, in omni genere volucrum. 26 iam interierant.

## CAP. VIII.

Imminuũtur aquę diluuij.

*Deus

Recordatus autem *Dominus' Noe, cunctorumque 1
animantium & omnium iumentorum quæ erant
cum eo in arca, adduxit ſpiritum ſuper terram, & immi-
nutæ ſunt aquæ. ❡Et clauſi ſunt fontes abyſsi, & catara- 2
ctæ cæli: & prohibitæ ſunt pluuiæ de cœlo. ❡Reuerſæq; 3
ſunt aquæ de terra euntes & redeuntes: & cœperunt mi-
nui poſt centum quinquaginta dies. ❡Requieuitque ar- 4
ca menſe ſeptimo, viceſimoſeptimo die menſis ſuper
montes Armeniæ. ❡At verò aquæ ibant & decreſcebant 5
vſque ad decimum menſem: decimo enim mẽſe, prima
die menſis apparuerunt cacumina montiũ. ❡Cumq; tran 6
ſiſſent quadraginta dies, aperiens Noe feneſtram arcæ
quam fecerat, ❡dimiſit coruum: qui egrediebatur, & 7
*non' reuertebatur, donec ſiccarentur aquæ ſuper terrã.
❡Emiſit quoque columbam poſt eum, vt videret ſi iam 8
ceſſaſſent aquæ ſuper faciem terræ. ❡Quę cum non inue 9
niſſet vbi requieſceret pes eius, reuerſa eſt ad eum in ar
cam: (aquæ enim erant ſuper vniuerſam terram:) exten-
ditque manum ſuam, & apprehenſam intulit in arcam.
❡Expectatis autem vltrà ſeptem diebus alijs, rurſum di- 10
miſit columbam ex arca. ❡At illa venit ad eum ad veſpe 11
ram, portans ramum oliuæ virentibus folijs in ore ſuo.
intellexit ergo Noe quòd ceſſaſſent aquę ſuper terram.
❡Expectauitque nihilominus ſeptem alios dies: & emi- 12
ſit columbam, quæ non eſt reuerſa vltrà ad eum. ❡Igi- 13
tur ſexcenteſimo primo anno, primo menſe, prima die
menſis imminutæ ſunt aquæ ſuper terram: & aperiens
Noe tectum arcæ aſpexit, viditque quòd exiccata eſſet
ſuperficies terræ. ❡Menſe ſecundo, ſeptimo & viceſimo 14
die menſis arefacta eſt terra. ❡Locutus eſt autem *Domi 15
nus' ad Noe, dicens, ❡Egredere de arca tu & vxor tua, fi- 16
lij tui & vxores filiorum tuorum tecum. ❡Cuncta animã 17
tia quæ ſunt apud te, ex omni carne tam in volatilibus
quàm in beſtijs & vniuerſis reptilibus, quæ reptant ſu-
per terram, educ tecum, & ingredimini ſuper terram:
||creſcite & multiplicamini ſuper eam. ❡Egreſſus eſt er- 18
go Noe & filij eius, *&' vxor illius, & vxores filiorum

Arca ſuper montes requieſcit.

B. Emittitur coruus.

Emittit Noe columbam.

Rurſus eam emittit.

C

Siccãtur aquę

*Deus.

Præcipit Noe egredi arca.

D. ſup. 1. c. d. infra. 9. a.

Egreditur.

## CAP. VIII.

*Et 1 recordatus eſt' Deus ipſius Noah, cunctorumque animantium, & omnium iumentorum quæ erant cum eo in arca, & 2 adduxit Deus ventum ſuper terram, & 3 remiſerunt' aquæ. Et obſtructi ſunt fontes abyſsi, atque 4 feneſtræ cæli,' & cohibita eſt pluuia de cælo. Et reuerſæ ſunt aquæ de terra, 5 magis magiſque decreſcentes,' imminutæque ſunt aquæ poſt centum quinquaginta dies. Septimo vero menſe, decimaſeptima 6 menſis' reſedit arca ſuper montes 7 Ararat.' Et aquæ quidem magis magiſque decreſcebant vſque ad decimum menſem. decimo enim menſe, prima [die] 6 menſis' viſa ſunt cacumina montium. Factum eſt autem poſt quadraginta dies, vt Noah apertæ feneſtra arcæ quam fecerat, coruum emitteret: qui egreſſus 8 vltrò citroque volitabat,' donec ſiccarentur aquæ ſuper terram. Emiſit quoque columbam à ſe vt videret ſi imminutæ eſſent aquæ à ſuperficie humi: at columba non inueniens quo pedem reponeret, reuerſa eſt ad eum in arcam: 9 erant enim' aquæ in ſuperficie vniuerſæ terræ. ille vero exerta manu recepit eam, introduxitque eam ad ſe in arcam. Porrò quum expectaſſet adhuc alios ſeptem dies, rurſus emiſit columbam ex arca: quæ veniens ad eum ſub veſperam, folium oleæ decerptum in ore ſuo [geſtabat.] cognouit ergo Noah quòd aquæ imminutæ eſſent ſuper terram. Expectatis autem adhuc ſeptem diebus alijs, rurſum emiſit columbam, quæ vltrà non eſt reuerſa ad eum. Factumque eſt ſexcenteſimo primo anno, [menſe] primo, eiuſdemque primo [die] exiccatæ ſunt aquæ de terra: amouitque Noah operculum arcæ, & proſpexit, & ecce ſuperficies terræ erat ſiccata. Porrò in menſe ſecundo, vigeſimoſeptimo die menſis, arefacta eſt terra. Loquutus eſt autem Dominus ad Noah, dicens: Egredere ex arca, tu & vxor tua, filij tui & vxores filiorum tuorum tecum. Cuncta animantia quæ tecum ſunt, ex omni carne; tam in volatili, quàm in iumento, tum etiam omni reptili quod reptat ſuper terram, educ tecum, vt repant 10 in terra, fructum edant atque augeſcant.' Egreſſus eſt itaq; Noah, & filij eius, & vxor eius, vxores deniq; filiorum*

eius

*eius cum eo: ſed & omnia animantia, & reptilia, denique & volatilia omnia, imò quidquid repit ſuper terram, egreſſa inquam ſunt ex arca 11 iuxta familias ſuas. Aedificauit autem Noah aram Domino, & accepit ex omni pecore mundo, & ex omni volucre mundo, & obtulit holocauſta ſuper aram. 12 Odoratuſque eſt Dominus odorem ſuaueolentem.' Et dixit Dominus 13 ad cor ſuum,' Poſthac non amplius execrabor terram 14 propter hominem. 15 ſigmentum' enim humani cordis malum eſt ab adoleſcentia ſua: neque percutiam vltrà omne viuens quemadmodum feci. 16 adhuc [erunt] omnes dies terræ, ſementis & meſſis, frigus & æſtus, æſtas & hyems: dies & nox 17 non ceſſabunt.*

19 eius cum eo. ⚲Sed & omnia animantia, iumenta, & repti
lia quæ reptant ſuper terram ſecundum genus ſuũ, egreſ
20 ſa ſunt de arca. ⚲Aedificauit autem Noe altare Domino:
& tollens de cunctis pecoribus & volucribus mundis,
21 obtulit holocauſta ſuper altare. ⚲Odoratuſque eſt Domi
nus odorem ſuauitatis, & ait ad eum, Nequaquam vltrà
maledicam terræ propter homines: ſenſus enim & co-
gitatio humani cordis in malum prona ſunt ab adole-
ſcentia ſua: non igitur vltrà percutiam omnem animam
22 viuentem ſicut feci. ⚲Cunctis diebus terræ, ſementis &
meſſis, frigus & æſtus, æſtas & hyems, nox & dies non re
quieſcent.

Offert holocauſtum Deo acceptum.

Diluuium nõ vltrà futurũ. Cor hominis malũ. ſup. 6. a. matth. 15. b.

## SCHOLIA IN CAP. VIII.

1 Recordatus eſt autem &c. Recordari noſtri dicitur Deus quando à periculis nos eripit. Per Noe, intelligimus etiam alios & omnia quæ erant cum Noe. Hinc etiam diſcimus Deum ſeruare animalia propter hominem iuſtum. 2 Hebraiſmus, tranſire fecit Deus ventum ſuper terram, & ſedatæ &c. Venti enim ſiccare ſolent. 3 vel, quieuerunt, aut, ſedatæ ſunt. 4 i. nubes deſierunt immittere pluuiam tanto impetu. 5 Heb. euntes & redeuntes. id eſt, ſubinde incipientes decreſcere. 6 ſub. eiuſdem. 7 Armeniam fere omnes exponunt. 8 Hebr. ibat, & reuertebatur. 9 ſub. adhuc. 10 vel, & gignant in terra, & creſcant, (vel, fructificent,) & multiplicentur. Poteſt etiam verti per futurum, & propagabunt genus ſuum, & creſcent, & multiplicabuntur. Rectius tamen per imperatiuum. 11 id eſt, ex omni ſpecie animalium, ita vt marem ſuum fœmina ſequeretur. 12 hoc eſt, Gratum habuit ſacrificium Noe. Sacra ſcriptura loquitur de Deo, humano more, propter nos. Chaldęus paraphraſtes, Et ſuſcepit Dominus cum beneplacito oblationem eius. Verti poteſt, odorem quietis. i. quieſcere facientis iram Dei. 13 in corde ſuo. i. decreuit Dominus apud ſe hunc in modum, Nequaquam &c. 14 id eſt, propter peccata hominum, ait Chaldæus paraph. 15 i. cogitatio. 16 Hebraiſmus. Adhuc cunctis diebus terræ. i. quandiu terra erit. 17 vt ſcilicet defecerunt tempore diluuij.

## CAP. IX.

*ET 1 benedixit' Deus Noah & filijs eius, dixitque ad eos, Fructum ferte, & multi fiatis, 2 repleteque terram.' Pauor & tremor veſter 3 erit' ſuper omne animans terræ, & ſuper omne volatile cæli: 4 quidquid mouetur aut repit in terra, quidquid eſt in piſcibus maris,' traditum eſt in manus veſtras. 5 Quidquid ſe mouet, quidquid viuit, ſit vobis in eſcam: quaſi herbam virentem dedi vobis omnia.' Veruntamen carnem 6 in anima ſua, ſanguine [ſcilicet] ſuo,' non comedetis. 7 Etenim' ſanguinem veſtrum 8 animarum veſtrarum 9 requiram: 10 de manu cunctorum animantium requiram eum, 11 tum etiam de manu hominis, & de manu viri fratris eius requiram animam hominis. 12 Qui effundit ſanguinem hominis, huius ſanguis per hominem effundetur: 13 quoniam in imagine Dei fecit hominem. 14 Vos autem fructum edite, augeſcite, prolificate in terra, & multi fiatis in ea. Dixit quoque Deus ad Noah & ad filios eius qui cum eo erant, 15 nempe ſic, Ecce confirmo' fœdus meum vobiſcum, & cum ſemine veſtro 16 poſt vos,' & cum omni anima viuente quæ vobiſcum eſt, tam in volatili, quàm in pecore, & in omni beſtia terræ, quæ eſt vobiſcum, 17 ex cunctis quæ ex arca egreſſa ſunt, iuxta cuncta animantia terræ. Confirmaui autem fœdus' meum vobiſcum, 18 vt non excindatur' vltrà omnis caro aquis diluuij, neque erit amplius diluuium 19 ad diſſipandum terram.' Et dixit Deus, Hoc erit ſignum fœderis 20 quod ego do' inter me & inter vos, & 21 inter omnem animam viuentem quæ vobiſcum eſt,' in generationes 22 perpetuas:' Arcum meum 23 poſui' in 24 nube, 25 eritque ſignum' fœderis inter me & 26 terram.' Eritque, quum 27 obnubam nubem' ſuper terram, tum conſpicietur arcus in ipſa nube. Tum recordabor fœderis mei quod eſt inter me & vos, deinde etiam 28 inter omnem animam viuentem in omni carne,' nec erunt vltrà aquæ in diluuium, vt diſſipent vniuerſam carnem. Quin arcus [ille] in nube erit, quem cum videro, recordabor fœderis 29 perpetui' [quod eſt] 30 inter Deum' & 28 inter omnem animam viuentem in omni carne' quæ eſt ſuper terram. Dixitque Deus ad Noah, 31 Hoc eſt ſignum fœderis quod conſtitui' inter me & omnem carnem quæ eſt ſuper terram. Erant autem filij Noah qui egreſſi*

## CAP. IX.

1 BEnedixitque Deus Noe & filijs eius. Et dixit ad
eos. Creſcite, & multiplicamini, & replete ter-
2 ram. ⚲ Et terror veſter, ac tremor ſit ſuper cuncta
animalia terræ & ſuper omnes volucres cæli, cum
vniuerſis quæ mouentur ſuper terram: omnes piſces
3 maris manui veſtræ traditi ſunt. ⚲ Et omne quod
mouetur & viuit, erit vobis in cibum: quaſi ole-
4 ra virentia tradidi vobis omnia. ⚲ Excepto quòd
5 carnem cum ſanguine non comedetis. ⚲ Sangui-
nem enim animarum veſtrarum requiram de manu
cunctarum beſtiarum: & de manu hominis, de manu
viri & de manu' fratris eius requiram animam homi-
6 nis. ⚲ || Quicunque effuderit humanum ſangui-
nem, fundetur ſanguis illius: † ad imaginem quip-
7 pe Dei factus eſt homo. ⚲ ⁒ Vos autem creſcite &
multiplicamini, & ingredimini ſuper terram, & im-
8 plete eam. ⚲ Hæc quoque dixit Deus ad Noe, &
9 ad filios eius cum eo, ⚲ Ecce ego ſtatuam pactum
10 meum vobiſcum, & cum ſemine veſtro poſt vos: ⚲ &
ad omnem animam viuentem quæ eſt vobiſcum, tam
in volucribus, quàm in iumentis & pecudibus terræ,
cunctiſque quæ egreſſa ſunt de arca, & vniuerſis be-
11 ſtijs terræ. ⚲ || Statuam pactum meum vobiſcum,
& nequaquam vltrà interficietur omnis caro aquis di-
luuij, neque erit deinceps diluuium diſſipans om-
12 nem' terram. ⚲ Dixitque Deus, Hoc eſt ſignum
fœderis, quod do inter me & vos, & ad omnem ani-
mam viuentem, quæ eſt vobiſcum in generationes
13 ſempiternas: ⚲ Arcum meum ponam in nubibus,
& erit ſignum fœderis inter me & inter terram.
14 ⚲ || Cumque obduxero nubibus cælum, apparebit
15 arcus meus in nubibus cæli:' ⚲ & recordabor fœde-
ris mei quod pepigi' vobiſcum & cum omni anima
viuente quæ carnem vegetat: & non erunt vltrà aquæ
16 diluuij ad delendam vniuerſam carnem. ⚲ Erit-
que arcus meus in nubibus, & videbo illum, & recor-
dabor fœderis ſempiterni, quod pactum eſt inter Deum
& * omnem animam viuentem vniuerſæ carnis, quæ
17 eſt ſuper terram. ⚲ Dixitque Deus ad Noe, Hoc "eſt ſi-
gnum fœderis quod conſtitui inter me & omnem car-
18 nem ſuper terram. ⚲ Erant ergo filij Noe qui egreſſi
ſunt

Confirmatio coniugij. ſup. 1. c. 8. c.

Homini omnia ſubiecta.

Cõceſsio ciborum prӕter ſuffocatum.

Prohibetur homicidium.

Ius gladij. matt. 26. e. B apo. 13. c. † ſup. 1. d. 5. a. ⁒ ſupra. 1. c. d. 8. d.

Pactum Dei cum Noe nõ rurſum diluuium fore.

Eſa. 54. c.

Signũ confirmans fœdus, iris in nubibus.

C Eccli 43. b.

* inter " erit

Filij Noe.



ſunt de arca, Sem, Cham, & Iapheth: porrò Cham ipſe eſt
pater Chanáan. ⚲Tres iſti, filij ſunt Noe: & ab his diſſemi 19
natum eſt omne genus hominum ſuper vniuerſam ter-
ram. ⚲Cœpitque Noe vir agricola exercere terram, & 20
plantauit vineam. ⚲Bibenſque vinum inebriatus eſt, & 21
nudatus iacuit' in tabernaculo ſuo. ⚲Quod cum vidiſſet 22
Cham pater Chanáan, verenda ſcilicet patris ſui eſſe nu
data, nuntiauit duobus fratribus ſuis foras. ⚲At vero Sem 23
& Iapheth pallium impoſuerunt humeris ſuis, & ince-
dentes retrorſum, operuerunt verenda patris ſui: facieſ-
que eorum auerſæ erant, & patris virilia non viderunt.
⚲Euigilans autem Noe ex vino, cum didiciſſet quæ fe- 24
cerat ei filius ſuus minor, ⚲ait, Maledictus puer' Cha- 25
náan, ſeruus ſeruorum erit fratribus ſuis. Dixitque, ⚲Be- 26
nedictus Dominus Deus Sem, ſit Chanáan ſeruus eius.
⚲Dilatet Deus Iapheth, & habitet in tabernaculis Sem, 27
ſitque Chanáan ſeruus eius. ⚲Vixit autem Noe poſt dilu 28
uium trecentis quinquaginta annis. ⚲& impleti ſunt om 29
nes dies eius nongentorum quinquaginta annorum: &
mortuus eſt.

Chanáan.

D Noe agricola vineam plantat.

Inebriat⁹ deridetur à filio.

Maledicitur Chanáan. Benedicitur Sẽ & Iapheth.

Ætas Noe.

*erant ex arca, Sem, Ham, & Iapheth. Porrò Ham pater fuit Chanaan. Tres iſti, filij ſunt Noah, & 32 ab his diſperſa eſt vniuerſa terra. 33 Cœpit autem Noah vir agricola plantare vineam.' Quumque de vino biberet, inebriatuſque eſſet, nudauit ſeſe in tentorio ſuo. Porrò Ham pater Chanaan, quum videret 34 verenda patris ſui,' indicauit [hoc] duobus fratribus ſuis, qui erant foris. Et ſumpto Sem atque Iapheth veſtimento ſuo, poſuerunt illud ſuper humerum amborum: & accedentes 35 retrorſum,' operuerunt verenda patris ſui, auerſis ſcilicet faciebus ſuis, ne viderent verenda patris ſui. Quumque 36 euigilaſſet' Noah à vino [ſuo,] & reſciuiſſet quæ fecerat ei filius ſuus 37 minor natu,' dixit, Execratus 38 Chanaan, 39 infimus ſeruus ſit fratrum ſuorum.' Dixitque, Laudandus Dominus Deus Sem, ſitque Chanaan 40 iis' ſeruus. 41 Dilatet Deus Iapheth,' & 42 habitet in tentorijs Sem:' Chanaan vero ſit eorum ſeruus. Vixit autem Noah poſt diluuium annis trecentis & quinquaginta: fueruntque cuncti dies Noah nongenti anni & quinquaginta, & mortuus eſt.*

## SCHOLIA IN CAP. IX.

1 i. beneficium fœcunditatis impertijt Noe & toti familiæ eius. Benedictio pro fœcunditate, vt maledictio pro ſterilitate. Deo referri debet accepta fœcunditas: ipſe enim eſt qui dat prolem. 2 ſub. prole veſtra. 3 ſit. i. Volo vos inijcere terrorem omnibus animalibus, quantumcunque immanibus, volo vobis omnia animalia ſubiecta eſſe. 4 Heb. & in omnibus quæ calcant terram, & in omnibus piſcibus maris: manui veſtræ traditi ſunt. Ante poſtremam clauſulam, ſubaudiendum (nam:) vt hic ſit ſenſus, Terror veſter ſit omnibus animalibus quæ incedunt ſuper terrã, ſiue quę calcant terram, & omnibus piſcibus maris: nam volo ea vobis ſubijci. 5 vel, Omne quod reptat, & quod viuit, erit vobis in eſcam: quaſi olus herbę dedi vobis omnia. q. d. Quacunq; reptant, ſiue gradiuntur, & eadem viuunt, erunt vobis in cibum: permitto vobis veſci carnibus omnium animalium, ſicut ante diluuium oleribus virentibus. Iam non herbas tantum do vobis in cibum, ſed etiam ipſa animalia, quorum carnibus poteritis veſci. 6 vel. cum anima ſua, ſanguine ſuo. Aut ſubaudiatur &, pro, id eſt: cum anima ſua, (&) ſanguine ſuo. vt ſit expoſitio: hoc modo, Non comedetis carnem vna cum ſanguine, qui quidem ſanguis eſt anima. hic vocat animam ſanguinem, quod ſanguis ſit tanquã vehiculum & ſedes ipſius animæ. q. d. Permitto quidem vobis veſci carnibus, uerum vt ne eas cum ſanguine comedatis: hoc eſt, cauete animalia ſuffocata edere, ſed prius iugulate, & ſanguinem effundite. 7 Et ſane. vel, Profecto &c. q. d. Videte autem ne dũ permitto animalia occidere in cibum, & eorum ſanguinem effundere, exiſtimetis vobis etiam permitti humanum ſanguinem profundere, & homines occidere. Profecto ſanguinem &c. 8 ſub. qui eſt ſedes. 9 i. vlciſcar mortem occiſorum. 10 q. d. Adeò mihi diſplicet effuſio ſanguinis, cædes & homicidium, vt etiam feræ ipſæ ratione carentes daturæ ſint mihi pœnas ſi hominem occiderint. Vos igitur multo grauiores, ſi cædem admiſeritis. 11 vel, quanto magis de manu hominis, de manu viri fratris eius requiram animam hominis? Eſt autem Hebraiſmus, Requirere ſanguinem hominis de manu hominis, pro ſupplicio extremo afficere aliquem qui hominem occiderit, & ſanguinẽ eius fuderit. Quod autem dicit, De manu viri fratris eius: quidam ſic interpretantur, De manu vniuſcuiuſque, proximum eius requiram. vel. De manu vniuſcuiuſque etiam ſi frater & proximus fuerit ei, quem interfecit. Frequentiſsimum enim eſt apud Hebræos, fratrẽ pro proximo accipi, & virum pro vnoquoque. Quidam Hebræorum, ſingulare (hominis) pro hominibus poſitum dicunt, De manu hominum. i. ſi plures occiderint, non minus dabunt pœnas, quam ſi vnus ſolus cędem admiſerit. Eſt autem repetitio Hebraica, De manu hominis requiram animam hominis de manu viri fratris ſui, &c. q. d. Dabit pœnas homo ille quicunque erit qui proximũ occiderit. Chaldęus paraphraſtes vertit, De manu viri qui effuderit ſanguinem fratris ſui, requiram &c. 12 Heb. Qui effuderit ſanguinem hominis in (homine,) ſanguis illius effundetur. In homine. i. in conſpectu omnium & publice. Aut, in homine, pro, Si affuerint teſtes, teſtificantibus hominibus. ita Chaldæus paraphraſtes. ac tum ſingulare, pro plurali ſumetur, more Hebraico. Quidam referunt ad ſequentia, In homine fundetur ſanguis eius. q. d. propterea quòd hominem occidit, fundetur ſanguis illius, vel, In homine. i. propterea quod hominem occiderit, fundetur ſanguis illius, iuſſu ſcilicet & mandato ipſius magiſtratus. ita videtur ſtatuerę poteſtatem ipſius magiſtratus. 13 Hebraiſ. quia ad ſimilitudinem Dei fecit illum. Hebraiſmus frequens, pro, Quia ad ſimilitudinem ſuam fecit illum Deus. 14 Vos igitur creſcite, & multiplicamini, gignite (vel, propagate, ſub. genus veſtrum) in terra, & multiplicamini in ea. 15 Hebr. dicendo, Et ego, ecce ſtabiliam. Hebraiſmus, pro, Quantum ad me attinet, paratus ſum ſtatuere. id eſt, ratum habere pactum meum. Vel, Equidem faciam vt ratum ſit pactum meum quo pollicitus ſum fore ut ſeruemini, & ſemen veſtrum poſt vos. 16 i. vobis vita functis. 17 ab omnibus quæ egreſſa ſunt de arca, vſque ad omnia animantia terræ. Statuam inquam pactum &c. 18 vel, quod non delebitur. 19 ad perdendam terram. i. homines in terra habitantes. 20 vel, quod pono. 21 i. inter omnia animalia quæ vobiſcum ſunt. 22 Hebr. ſeculi. i. per omnes ætates. 23 Præſens apud Hebręos pro futuro, ponam. 24 nube illa. q. d. in nube illa rorida in qua exprimi poteſt ille arcus cæleſtis, qui eſt imago colorum ſolis. 25 Hebraiſmus, pro, vt ſit ſignum. Ante diluuium, erat tantum ſignum futurę pluuiæ, nunc verò poſt diluuium erit etiam ſignum fœderis quod pepigi vobiſcum. 26 Continens pro contento. i. inter homines & animantia quæ continentur in terra. 27 Hebr. nubificabo nubem id eſt, cum congregabo nubes ſuper terram in aere. 28 i. inter omnia genera animalium. 29 i. quod perpetuò ſeruaturus ſum. 30 Hebraiſmus, pro, inter me. De ſe loquitur in tertia perſona. 31 Hoc erit ſignum fœderis quod conſtituam. Pręteritum apud Hebræos pro futuro. 32 Heb. ab his ſparſa eſt vniuerſa terra. i. ex his nati ſunt qui diſperſi ſunt per totam terram, quotquot terram inhabitant. 33 Heb. Et cœpit Noe vir terræ, & plantauit vineam. Hebraiſmi duo, Vir terræ, pro agricola: &, cœpit & plantauit, pro cœpit plantare. Sic igitur verti debet, Cœpitque Noe agricola plantare vineam. 34 Hebr. nuditatem patris ſui. Sic habet Hebręum, pudicè de verendis loquens. 35 vel, gradu retrogado. i. auerſa facie. 36 vel, excuſſa crapula expergefactus eſſet. 37 Doctiſsimi hoc referunt ad Cham, non ad Chanaan filium eius. 38 Chanaan pro Cham patre Chanaan, vt quidam volunt. 39 Hebr. ſeruus ſeruorum erit fratribus ſuis. i. ſeruus erit inter fratres ſuos. q. d. Quamuis iam ſit ſeruus natura, erit tamen etiam conditione ſeruus. 40 Quidam dicunt pronomẽ Hebræum L A M O, pro quo vertitur, iis, poſitum eſſe pro L A H E M. i. illis, Sem ſcilicet & Iapheth. vel, ipſi Sem & Deo eius. Sic paulo poſt. 41 i. Propaget Deus genus ipſius Iapheth. vel, Proles Iapheth occupet ampliſsimas regiones. 42 Quidã ſubaudiunt (Deus,) alij (Iapheth,) Habitet Deus in tabernaculis Sem. vel, Habitet Iapheth in tentorijs Sem. Hoc dicit quòd Iapheth fuerit pater Gentilium, qui tandem erant ad Chriſti fidem venturi. Videtur autem hic prædicere conuerſionem Gentilium. A Sem autem omnes Hebræi deſcenderunt. Chaldęus paraphraſtes vertit, Dilatet Deus Iapheth, & habitet gloria eius in tabernaculis Sem.

CAP.

## C A P. X.

HI AE ſunt generationes filiorum Noah,' Sem, Ham, & Iapheth: 2 natique ſunt illis' filij poſt diluuium. Filij Iapheth, Gomer, & Magog, & Madai, & Iauan, atque Tubal, & Meſech, & Thiras. Filij vero Gomer, Aſchenaz, Riphath, Thogarma. Porrò filij Iauan, AEliſa, Tharſis, Chitthim & Dodanim. 3 Ab iſtis diuiſæ ſunt inſulæ' gentium in regionibus ſuis, quæque iuxta linguam ſuam, iuxtaque familias ſuas in nationibus ſuis. Filij vero Ham, Chus, Mitſraim, Phur, atque Chanaan. Porrò filij Chus, Seba, Hauila, Sabtha, Rahema, & Sabthecha. Filij autem Rahema, Seba & Dedan. Chus genuit Nimrod, is cœpit eſſe 4 heros violentus' in terra. Fuit enim robuſtus venator 5 coram Domino. 6 idcirco dicitur, Quaſi Nimrod robuſtus venator coram Domino. Fuit autem principium regni illius Babel, Erech, Acad, atque Calne 7 in terra Sinear.' De terra 8 illa 9 egreſſus eſt Aſſur,' & ædificauit Niniuen: 10 & plateas ciuitatis,' atque Calah, Reſen quoque inter Niniuen & Calah, 11 quæ eſt ciuitas magna. Porrò Mitſraim genuit 12 Ludim, Anamim, Lehabim, & Naphthuim. Patruſim quoque & Caſluhim: è quibus egreſſi ſunt 13 Philiſtijm & Caphthurim.' Chanaan autem genuit 14 Sidon primogenitum ſuum, & Heth: Item Iebuſi, Amorri, Girgaſi, Hiui, Harci & Sini: ſed & Aruadi, Semori, Hamathi. & poſtea 15 diſſipatæ ſunt familiæ' Chananæorum. Fuit autem terminus Chananæi à Sidon 16 veniente te in Gerar, vſque ad Gazam, & eunte te in Sodomam' & Gomorrham, & Adma & Seboim vſque ad Leſa. 17 Hi ſunt filij Ham in cognationibus, linguis ſuis, terris & nationibus ſuis. Ipſi quoque Sem, qui pater eſt omnium filiorum 18 Eber,' & frater maior natu ipſius Iapheth, nati ſunt [filij.] Filij ergo Sem [fuerunt] Elam, Aſſur, Arphachſad, Lud, atque Aram. Filij Aram, Vz, Hul, Gether & Mas. Porrò Arphachſad genuit Selah, Selah autem genuit Eber. Eber quoque nati ſunt duo filij, nomen vnius Peleg: nam in diebus eius 19 diuiſa eſt terra,' & nomen fratris eius Iactan. Porrò Iactan genuit Almodad, Saleph, Hazarmaueth & Iarah: ſed & Hadoram, Vzal, Dicla, Obal, Abimael & Seba: Item Ophir & Hauila & Iobab. omnes iſti, filij Iactan. Et erat habitatio illorum à Meſa pergente te in Sephar montem 20 Orientis. 21 Iſti ſunt filij Sem' ſecundum familias & linguas ſuas, in terris & nationibus ſuis. Hæ itaque familiæ ſunt filiorum Noah iuxta cognationes ſuas in populis ſuis. Et ab illis diuiſæ ſunt gentes in terra poſt diluuium.

## C A P. X.

1 HAE ſunt generationes filiorum Noe, Sem, Cham,
2 & Iapheth: natique ſunt eis filij poſt diluuium. ¶Fi
lij Iapheth: Gomer, & Magog, & Madai, & Iauan, & Thu
3 bal, & Móſoch, & Thiras. ¶ Porro filij Gomer: Aſcenez
4 & Riphath & Thógorma. ¶Filij autẽ Iauan: Eliſa & Thar
5 ſis, Cethim & Dodanim. ¶Ab his diuiſæ ſunt inſulæ gen
tium in regionibus ſuis vnuſquiſque ſecundum linguã
6 ſuam & familias ſuas in nationibus ſuis. ¶Filij autẽ Chã:
7 Chus, & Meſráim, & Phur, & Chanáan. ¶Filij autẽ Chus:
Saba, *Heuila, & Sabatha, & Regma, & Sabathacha. Fi-
8 lij Regma: Saba, & Dadan. ¶Porro Chus genuit Nẽrod.
9 Ipſe cœpit eſſe potẽs in terra, ¶ & erat robuſtus venator
corã Domino. "ab hoc' exiuit prouerbium, Quaſi Nẽrod
10 robuſtus venator coram Domino. ¶Fuit autem principiũ
regni eius Babylõ & Arach, & Achad, & Chalanne, in ter
11 ra Sennaar. ¶De terra illa egreſſus eſt Aſſur, & ædificauit
12 Niniuen, & plateas ciuitatis, & Chale. ¶ Reſen quoque
13 inter Niniuen & Chale: hæc eſt ciuitas magna. ¶At vero
Meſráim genuit Ludim, & Anamim, & Laabim, & Neph
14 thuim, ¶ & Phetruſim, & Chaſluim: de quibus egreſſi
15 ſunt Philiſthijm, & Caphtorim. ¶Chanáan autem genuit
Sidónem primogenitum ſuum, Hethæum & Iebuſæum
16 & Amorrhæum & Gergeſæum, ¶& Heuæũ & Aracæum,
17 Sinęum ¶& Aradium, Samaręum & Hamathęum: ¶& per
18 hos diſſeminati ſunt populi Chananæorum. ¶ Factique
19 ſunt termini Chanáan venientibus à Sidóne Gerarã vſq;
ad Gazam, donec ingrediaris Sodomam, & Gomor-
20 rham, & Adamam & Seboim vſque Laſa. ¶ Hi ſunt filij
Cham in cognationibus & linguis & generationibus,
21 terriſq; & gẽtibus ſuis. ¶De Sem quoque nati ſunt, patre
22 omnium filiorum Heber, fratre Iapheth maiore. ¶Filij
23 Sem: AElam & Aſſur & Arphaxad, *Lud & Aram. ¶Filij
24 Aram: Hus & Hul & Gether & Mes. ¶At vero Arphaxad
25 genuit Sale, de quo ortus eſt Heber. ¶Natique ſunt He-
ber filij duo, nomen vni Phaleg, eo quòd in diebus eius
26 diuiſa ſit terra: & nomen fratris eius Iectan. ¶Qui Iectã
27 genuit Elmodad & Saleph, & Aſarmoth, Iare ¶& Adoram
28 & Vzal & Decla ¶& Hebal & Abimael, Saba ¶& Ophir &
29 Heuila & Iobab. omnes iſti, filij Iectan. ¶Et facta eſt ha-
30 bitatio eorum de Meſſa pergentibus vſque Sephar mon
tem Orientalem. ¶Iſti ſunt filij Sem ſecundum cogna-
31 tiones & linguas & regiones in gentibus ſuis. ¶Hæ fami
liæ Noe iuxta populos & nationes ſuas. Ab his diuiſæ
ſunt gentes in terra poſt diluuium.

Filij Iapheth 1.par.1.a.
A quibus diuiſę regiones
Filij Cham.
*& Nemrod.
B
"ob hoc Prouerbium.
Babylon.
Aſſur.
Niniue ędificatur.
C
Philiſthijm.
Chananęi.
Filij Sem.
*&
D
Phaleg.
Terrę à quibus diuiſę.

### S C H O L I A IN C A P. X.

1 Id eſt, Hi ſunt quos genuerunt filij Noe. 2 nati ſunt enim eis. De his proprijs nominibus, abunde ſatis in libello noſtro De interpretatione nominũ Hebraicorum. 3 i. Ab his ſeparati ſunt inhabitatores inſularum. i. Ab iſtis nati ſunt qui varias inſulas maris mediterranei. i. Cyprum, Rhodum, Samum, Lesbon, Chium, & alias Græcas inſulas tenuerunt & habitauerunt. 4 vel, fortis. i. Hic Nemrod primus omnium affectauit tyrannidem, & cœpit dominari in gente ſua. 5 Hebraiſmus, pro, ſub cælo. i. Fortiſsimus erat omnium hominum qui ſub cælo erant. 6 ob hoc dici ſolet, Velut &c. id eſt, exijt prouerbium, dicebaturque de homine fortiſsimo, quòd eſſet alter Nemrod. 7 Chaldæus paraph. vertit, in terra Babylonis: vt ſit idem Sinear & Babel. 8 ſub. Babylonis. 9 i. Aſſur filius Sem pius cum videret Nemrod affectare tyrannidem, ceſsit illinc cum homine impio habitaret. Alij legunt, Ex hac regione egreſſus eſt in Aſſyriam, vt ſcilicet eam ſubiugaret, & imperij ſui fines prorogaret. Hæc interpretatio placet doctioribus. 10 vel, & Rehoboth ciuitatem. 11 id eſt, Niniue eſt illa clariſsima ciuitas. 12 Hęc omnia nomina, pluralia ſunt, ſuntque propria gentium, quæ deſcenderunt à Mitſraim, qui prius habitauit in Ægypto. 13 vel, Philiſthæi & Cappadoces. 14 Omnia iſta nomina non ſunt virorum propria, ſed populõrum. q. d. Ab iſto Chanáan originem duxerunt Sidonij, Hethæi, Iebuſæi, &c. 15 vel, diſſeminatę ſunt cognationes &c. aut, diſperſę. 16 dum tu vadis verſus Geraram, vſque ad Gazam; & dum tu pergis Sodomam. 17 i. Iſti omnes ſunt qui originem traxerunt & genus ſuum ab ipſo Cham, iſti ſunt nepotes Cham ſecundum cognationes ſuas, & ſecundum linguas ſuas i. varia idiomata: per terras & regiones ſuas. hoc eſt, varias habentes familias, varias linguas, varias regiones & gentes. Sic in ſequentibus intelligendum. 18 id eſt, Hebræorum. 19 id eſt, varijs linguis vſi ſunt habitatores terræ. Iſtud refertur ad diuiſionem linguarum & habitationum: de qua ſequenti capite. 20 Keddem. id eſt, regionis Orientis. 21 vel, Hactenus recenſuimus filios ſiue nepotes, & eos qui genus traxerunt à Sem.

C A P.



## C A P. XI.

1 ERat autem terra labij vnius, & ſermonum eorun-
2 dem. ¶Cumque proficiſcerentur de Oriente, inue-
nerunt campum in terra Sennaar, & habitauerunt in eo.
3 ¶Dixitque alter ad proximum ſuum, Venite, faciamus la
teres, & coquamus eos igni. Habueruntque lateres pro
4 ſaxis, & bitumen pro cæmento: ¶& dixerunt, Venite, fa-
ciamus nobis ciuitatem & turrim, cuius culmen pertin
gat ad cælum: & celebremus nomen noſtrum antequam
5 diuidamur in vniuerſas terras. ¶Deſcendit autem Domi
nus vt videret ciuitatem & turrem, quam ædificabant fi-
6 lij Adam, & dixit, ¶Ecce, vnus eſt populus, & vnum eſt
labium omnibus: cœperuntque hoc facere, nec deſiſtẽt à
7 cogitationibus ſuis, donec eas opere compleant. ¶Veni
te igitur, deſcendamus, & confundamus ibi linguam eo
8 rum, vt non audiat vnuſquiſque vocem proximi ſui. ¶At
que ita diuiſit eos Dominus ex illo loco in vniuerſas ter
9 ras, & ceſſauerunt ædificare ciuitatem. ¶Et idcirco voca
tum eſt nomen loci illius Babel, quia ibi confuſum eſt
labium vniuerſæ terræ: & inde diſperſit eos Dominus
10 ſuper faciem cunctarum regionum. ¶Hæ ſunt generatio
nes Sem. Sem erat centum annorum quando genuit Ar-
11 phaxad, biennio poſt diluuium. ¶Vixitque Sem poſtquã
genuit Arphaxad, quingentis annis: & genuit filios & fi-
12 lias. ¶Porrò Arphaxad vixit trigintaquinque annis, & ge
13 nuit Sale. ¶Vixitque Arphaxad poſtquam genuit Sale,
14 *trecentis' tribus annis: & genuit filios & filias. ¶ Sale
15 quoque vixit triginta annis, & genuit Heber. ¶Vixitque
Sale poſtquam genuit Heber, quadringentis tribus an-
16 nis: & genuit filios & filias. ¶Vixit autem Heber trigin-
17 ta quatuor annis, & genuit Phaleg. ¶Et vixit Heber poſt
quam genuit Phaleg, quadringentis triginta annis: & ge
18 nuit filios & filias. ¶ Vixit quoque Phaleg triginta an-
19 nis, & genuit Reu. ¶Vixitque Phaleg poſtquam genuit
Reu, ducentis nouem annis, & genuit filios & filias.
20 ¶Vixit autem Reu "trigintaquinque' annis, & genuit Sa
21 rug. ¶Vixit quoque Reu, poſtquam genuit Sarug, ducen
22 tis ſeptem annis: & genuit filios & filias. ¶Vixit verò Sa-
23 rug triginta annis, & genuit Nachor. ¶ Vixitque Sarug
poſtquam genuit Nachor, ducentis annis: & genuit fi-
24 lios & filias. ¶Vixit autem Nachor vigintinouem annis,
25 & genuit Thare. ¶ Vixitque Nachor poſtquam genuit
Thare, centum decem & nouem annis: & genuit filios &
26 filias. ¶ Vixitque Thare ſeptuaginta annis: & genuit
27 Abram & Nachor & Aran. ¶Hæ ſunt autem generationes
Thare. Thare genuit Abram, Nachor & Aran. Porrò Arã
28 genuit Lot. ¶ Mortuuſque eſt Aran ante Thare patrem
29 ſuum, in terra natiuitatis ſuæ in Vr Chaldæorum. ¶Duxe
runt autem Abram & Nachor vxores: nomen vxoris
Abram, Sarái: & nomen vxoris Nachor, Melcha filia
30 Aran patris Melchæ & patris Ieſchæ. ¶Erat autem Sarái
31 ſterilis, nec habebat liberos. ¶Tulit itaque Thare Abram
filium ſuum, & Lot filium Aran filium filij ſui, & Sarái
nurum ſuam, vxorem Abram filij ſui, & eduxit eos de Vr
Chaldæorum, vt irent in terram Chanaan: veneruntque
32 vſque Haran, & habitauerunt ibi. ¶Et facti ſunt dies Tha
re ducentorum quinque annorum, & mortuus eſt in Ha
ran.

Vnus ſermo in terra. ſap.10.a.
Ædificatur turris Babel.
B
Confuſio linguarum.
Babel.
Ætas Sem.
Arphaxad.
*quadringentis
C
Sale.
Heber.
Phaleg. 1.par.1.b.
Reu.
*triginta duobus.
Sarug.
Nachor.
Thare. D
Abram.
Nachor.
Aran. 1.par.1.b. ioſ.24.a.
Lot.
Sarai.
Melcha.
Thare cum Abram it in Charan. ioſ.24.a. nehe.9.b. iudith 5.a.
Thare moritur.

## C A P. XI.

ERat autem 1 vniuerſa terra vnius labij, ſermonumque eorundem.' Et factum eſt, quum proficiſcerentur 2 ab Oriente,' inuenerunt campum planum in terra Sinear, & habitarunt ibi. Dixeruntque 3 alter ad alterum, 4 Agite, 5 ducamus lateres, & 6 incendamus incendium.' Fuitque illis later pro lapide, & 7 argilla, pro cæmento.' Dixeruntque, Agite, ædificemus nobis ciuitatem & turrim, cuius caput [pertingat] ad cælos vſque: faciamuſque nobis nomen, 8 ne fortè diſpergamur in vniuerſam terram. Deſcendit autem Dominus vt videret ciuitatem illam, & turrim, quam ædificabant 9 filij hominum.' Dixitque Dominus, En populus vnus eſt, 10 idemque labium' iſtis omnibus: 11 & hoc cum cœperunt facere, poſthac nihil prohibebit eos quin ſic pergant conſummare omnia quæcunque temerè apud ſe ſtatuerunt.' Agitedum 12 deſcendamus, & confundamus ibi labium ipſorum, 13 ne alter alterius labium percipiat.' Diſperſit itaque eos Dominus ex illo loco in vniuerſam terram, ceſſaueruntque ab extructione ciuitatis illius. Idcircò nomen eius 14 vocatum eſt 15 Babel,' quod ibi confudiſſet Dominus labium vniuerſæ terræ, & inde diſperſiſſet eos in vniuerſam terram. 16 Hæ ſunt generationes Sem. Sem quum eſſet natus annos centum, genuit Arphachſad, biennio poſt diluuium. Vixitque Sem poſtquam genuerat Arphachſad quingentis annis, 17 genuitque filios & filias. Arphachſad vero vixit trigintaquinque annis, & genuit Sela. Vixitque Arphachſad poſtquam genuit Sela quadringentis tribus annis, genuitque filios & filias. Porrò Sela vixit triginta annis, & genuit Eber. Vixitque Sela poſtquam genuit Eber annis quadringentis & tribus, genuitque filios & filias. Eber vixit trigintaquatuor annis, & genuit Peleg. Vixitque Eber poſtquam Peleg genuit, quadringentis annis & triginta, genuitque filios & filias. Peleg verò vixit triginta annis, & genuit Reu. Vixitque Peleg poſtquam Reu genuit, nouem annis & ducentis, genuitque filios & filias. Porrò Reu vixit annis trigintaduobus, & genuit Serug. Vixitque Reu poſtquam Serug genuit ſeptem annis ac ducentis, & genuit filios atque filias. Serug vixit triginta annis & genuit Nahor. Vixitque Serug poſtquam Nahor genuit, ducentis annis, genuitque filios & filias. Et vixit Nahor vigintinouem annis, & genuit Thare. Vixitque Nahor poſtquam genuit Thare, decem & nouem annis atque centum annis, genuitque filios & filias. Thare vero vixit ſeptuaginta annis, & genuit Abram, Nahor, atque Haran. Iſtæ itaque ſunt generationes Thare. Thare genuit Abram, Nahor & Haran. Haran vero genuit Lot. Et mortuus eſt Haran 18 coram patre ſuo' in patrio ſolo, [nempe] in 19 Vr Chaldæorum. 20 Duxerunt autem' Abram & Nahor ſibi vxores. Nomen vxoris Abram fuit Sarai: nomen vero vxoris Nahor, Milcha, filia Haran 21 patris Milchæ & patris Ieſchæ.' Fuit autem Sarai ſterilis, nec erat illi proles. Et tulit Thare filium ſuum Abram & Lot filiũ Haran, filium [ſcilicet] filij ſui, & Sarai nurum ſuam, vxorem Abram filij ſui: & egreſſi ſunt ſimul de Vr Chaldæorum, vt commigrarent in terram Chanaan, veneruntq; vſque ad Charan, habitaueruntq; ibi. Fuerunt autem dies Thare anni ducenti & quinque. Mortuuſque eſt Thare in Charan.

### S C H O L I A IN C A P. XI.

1 Subaudienda (in) prępoſit. In vniuerſa terra labium vnũ, & verba eadem. 2 De Oriente, inquit. i. ab Armenia. Veriſimile eſt, tranſacto diluuio, poſteros Noe aliquot annos manſiſſe in Armenia vbi ſubſtiterat arca. Cum autem ſupra modum creuiſſent aquæ, coacti ſunt deducere colonias, & aliò migrare, vbi ſedem conſtituerent. 3 Hebraiſ. vir ad proximum ſuum. 4 Heb. Venite. i. Eia, vel, Age, ſiue Agite. Solent Hebræi loco aduerbiorum, vti imperatiuis. 5 Hebr. laterificemus lateres i. fingamus lateres. 6 vel, coquamus in coctione. id eſt, igni. 7 bitumen vice luti. vel, intriti. Scribit Plinius bitumen huius regionis eſſe liquidum. 8 quaſi dicat, vt ſi contingat nos diſpergi per varias terras, poſsimus huc quando voluerimus, redire. 9 i. homines. 10 i. ſermo idem. q. d. Pauci adhuc ſunt, vt qui vna, eademque lingua vtantur: quid expectandum quum in varios populos, ob multitudinem, diſperſi erunt? Nihil certè non audebunt. 11 & hoc eſt quod facere cœperunt: nunc autem

quem non prohibebitur ab ipſis quod facere decreuerunt. quaſi dicat, hęc eſt turris quam ędificare cœperunt; neque futurum quicquam eſt quod eos prohibeat, quin quod ſtatuerunt, exequantur, niſi initiò reſiſtamus eis. 12 Vtitur verbo plurali, vnde intelligitur pluralitas perſonarum in vnitate diuinitatis. 13 Hebraiſmus, vt non exaudiant (vel, intelligant) vocem proximi ſui. id eſt, vt alter alterum non intelligat. 14 vocauit. 15 id eſt, Venit confuſio. 16 Hæc omnia quæ dicuntur, vſque ad caput duodecimum, pertinent ad Chriſtum, vt oſtendatur Deus verax in promiſsionibus. repetit enim ſeriem illius generationis deletæ ex qua deſcendere debebat MESSIAS. Hę ſunt generationes. i. Hi ſunt qui originem duxerunt à Sem. 17 Iſtorum omittit nomina, quòd ex his nō erat deſcenſurus Meſsias. 18 vel, in facie patris ſui. Hebraiſmus eſt, pro, viuente patre ſuo Thare. 19 Vt ita dicta eſt, quod eſſet ſita in valle. Vr enim vallem ſignificat. Eſa.24. 20 vel, Duxerant autem. 21 Hebraiſmus, pro, qui fuit pater ipſius Melchæ, & ſororis eius Ieſchæ.

## CAP. XII.

*D1 Ixit autem Dominus² ad Abram, 2 Exi è terra tua, de patria tua, & de domo patris tui, ad terram quam oſtendam tibi. Faciamque te in gentem magnam, & 3 benedicam tibi, & magnificabo nomen tuum, 4 tuque ſis benedictio. 5 Benedicam quoque eis qui tibi benedicent: maledicentibus vero tibi, maledicam & ego:' benedicenturque 6 in te' vniuerſæ familiæ terræ. Egreſſus eſt itaque Abram ſicut præceperat ei Dominus, iuitque cum eo Lot. Septuagintaquinque annos natus erat Abram quum egrederetur ex Charan. Et tulit Abram Sarai vxorem ſuam, & Lot filium fratris ſui, vniuerſamque ſubſtantiam ſuam quam comparauerant, ſed & 7 animas quas acquiſierant' in Charan, egreſsique ſunt vt irent in terram Chanaan. Et cum veniſſent in regionem Chanaan, pertranſiuit Abram regionem vſque ad locum Sichem, 8 & vſque ad quercetum More. 9 Chananæus autem' tum erat in ea regione. Apparuit autem Dominus Abram, & dixit, Semini tuo dabo terram iſtam. Et ædificauit ibidem aram Domino, qui ei apparuerat. 10 Soluenſque illinc, verſus montem qui erat ab Oriente ipſi Beth-el, tetendit tentorium ſuum, [vt haberet] Beth-el ab Occidente, & Hai ab Oriente, extruenſque ibi aram Domino, 11 inuocauit in nomine Domini.' Soluens rurſus Abram iuit, & venit verſus Meridiem. Orta autem fame in ea 12 regione,' deſcendit Abram in AEgyptum, vt ibidem [aliquandiu] habitaret. grauis enim fames erat 13 in terra illa.' Factumque eſt, 14 quum propius acceſsiſſet, velletque iam introire' AEgyptum, dixit ad Sarai vxorem ſuam, 15 En ſcio te eſſe mulierem pulchro aſpectu: erit itaque, quum viderint te' AEgyptij, dicent, Hæc illius eſt vxor. & interficient me: te vero 16 viuam ſeruabunt.' Dic obſecro quòd ſoror mea ſis, vt benefiat mihi propter te, viuatque anima mea gratia tui. Factum eſt itaque, quum veniſſet Abram in AEgyptum, quod AEgyptij contemplarentur mulierem ipſam: erat enim ſupra modum formoſa. Quumque viderent eam principes Pharaonis, laudauerunt eam apud Pharaonem, raptaque eſt mulier illa in aulam Pharaonis. 17 Et is quidem benignè fecit ipſi Abram propter illam, fueruntque ei oues, boues, & aſini, ſerui & ancillæ, aſinæ, & cameli. Afflixit autem Dominus Pharaonem & domum eius plagis magnis 18 propter Sarai' vxorem Abram. Vocauit igitur Pharao Abram, & dixit, Qur feciſti mihi hoc? quare non indicaſti mihi quòd vxor tua eſſet? Quare dixiſti, Soror mea eſt? & 19 accepi eam mihi in vxorem.' En igitur vxorem tuam, tolle eam & vade. Præcepitque Pharao ſuper eo viris, vt deducerent eum cum vxore ſua, omnibuſque, quæ habuit.*

## CAP. XII.

1 DIxit autem Dominus ad Abram, Egredere de terra
tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, &
2 veni in terram, quam monſtrauero tibi. ¶ Faciamque te
in gentem magnam, & benedicam tibi, & magnificabo
3 nomen tuum, eriſque benedictus. ¶ Benedicam benedicentibus tibi, & maledicam maledicentibus tibi, atque
4 IN TE benedicentur vniuerſę cognationes terrę. ¶ Egreſſus eſt itaque Abram ſicut præceperat ei Dominus, & iuit
cum eo Lot: ſeptuagintaquinque annorum erat Abrā cū
5 egrederetur de Haran. ¶ Tulitque Sarái vxorem ſuam, &
Lot filium fratris ſui, vniuerſamque ſubſtantiam quam
poſſederant, & animas quas fecerant in Haran: & egreſſi ſunt vt irent in terram Chanaan. Cumque veniſſent
6 in eam, ¶ pertranſiuit Abram terram vſque ad locum Sichem, & vſque ad Conuallem illuſtrem: Chananæus autem tunc erat in terra. ¶ Apparuit autē Dominus Abrā,
7 & dixit ei, Semini tuo dabo terram hanc. Qui ædificauit ibi altare Domino, qui apparuerat ei & inuocauit ibi
8 nomen eius.' ¶ Et inde tranſgrediens ad montem qui
erat contra Orientem Beth-el, tetendit ibi tabernaculum ſuum, ab Occidente habens Beth-el, & ab Oriente
Hai: ædificauit quoque ibi altare Domino, & inuocauit
9 nomen eius. ¶ Perrexitque Abram vadens & vltra pro-
10 grediens ad Meridiem. ¶ Facta eſt autem fames in terra: deſcenditque Abram in AEgyptum, vt peregrinare-
11 tur ibi: præualuerat enim fames in terra. ¶ Cumque propè eſſet vt ingrederetur AEgyptum, dixit Sarái vxori
12 ſuæ, Noui quòd pulchra ſis mulier: ¶ & quòd cum viderint te AEgyptij, dicturi ſunt, Vxor illius eſt. & interfi-
13 cient me, & te reſeruabunt. ¶ ||Dic ergo obſecro te, quòd ſoror mea ſis: vt bene ſit mihi propter te, & viuat anima
14 mea ob gratiam tui. ¶ Cum itaque ingreſſus eſſet Abrā AEgyptum, viderunt AEgyptij mulierem quòd eſſet pul-
15 chra nimis. ¶ Et nuntiauerunt principes Pharaoni, & laudauerunt eam apud illum: & ſublata eſt mulier in do-
16 mum Pharaonis, ¶ Abram vero bene vſi ſunt propter illam. Fueruntque ei oues & boues & aſini & ſerui, & fa-
17 mulæ & aſinæ & cameli. ¶ Flagellauit autem Dominus Pharaonem plagis maximis, & domum eius propter Sa-
18 rái vxorem Abram. ¶ Vocauitque Pharao Abram, & dixit ei, Quidnam eſt hoc quod feciſti mihi? quare non
19 indicaſti mihi quòd vxor tua eſſet? ¶ Quam ob cauſam dixiſti eſſe ſororem tuam, vt tollerem eam mihi in vxorem? Nunc igitur ecce coniunx tua, accipe eam,
20 & vade. ¶ Præcepitque Pharao ſuper Abram viris: & deduxerunt eum & vxorem illius, & omnia quæ habebat.

Iubetur Abrā egredi terrā. act.7.a. ᵍmonſtrabo

Chriſt. gal.3. b. inf.18.c.22. d.26.a. Egreditur Abrā. heb.11.b. B

Apparuitq; Promittit ei terra Chanaā Vetus teſtamētū. inf.13.d 15.d.26.a. deut.34.d.

C Famē fugiēs deſcendit in Ægyptum.

inf.20.e.

Rapitur vxor eius in domū Pharaonis. D

Percutit Pharao à Deo propter raptam vxorē Abrę.

Redditur Abræ vxor.

## SCHOLIA IN CAP. XII.

1 Hebraicè per futurum legitur, quod pro pręterito perfecto ponitur: & perfectum pro plus quàm perfecto. lege Actorum caput ſeptimum in principio. Vertendum igitur, Iam verò dixerat Dominus. 2 Hebraice ad verbum legitur, Vade tibi, pro, Abi, Diſcede. Vacat enim hoc loco (tibi.) 3 Hebraiſmus, pro, reddam te fœlicem & fortunatum, cumulabo te bonis omnibus & animi & naturæ: reddamque nomen tuum celebre. 4 Hebræi eleganter imperatiuum pro futuro ponūt. Eris benedictio, i. ſi credideris mihi, omnes homines bene precabuntur tibi: præterea quum quis bene precabitur alteri poſthac, precabitur euenire illi ſicut tibi euenit: dicetque, Vtinam tibi faciat Deus ſicut fecit Abræ: Sunt qui benedictionem pro benedicto poſitam dicant. 5 Hebraiſmus, Fauebo amicis tuis: at de inimicis tuis ſumam vindictam. q.d. Maxima pars orbis terrarū fauebit tibi: pauci verò erūt tibi inimici. 6 vel, propter te. i. propter ſemen tuū Chriſtū, vt exponit B. Paulus in epiſtola ſua ad Galat. cap.3. 7 vel, perſonas. vt de ſeruis in domo natis, aut pecunia emptis intelligatur. Chaldæus paraphraſtes vertit, quas



quas legi ſubiecerant. 8 vſque ad Elon More. Nomen loci eſt in Sichem à More Chananæo. nulla eſt coniunctio copulatiua apud Hebræos ante (vſque). Quidam Elon More eundem eſſe locum volunt qui & Mambre ſiue Mamre, dicitur. Alij verò, Elon ſignificare planitiem dicunt. 9 Singulare pro plurali, Chananęi autem &c. 10 vel, Transferenſque, ſub. tentorium ſuum. 11 vel, & precatus eſt Dominum: vt tranſtulit Chaldæus paraphraſtes. Alij vertunt, & prædicauit alijs in eo loco Dominum. 12 Palæſthina ſcilicet quæ alioqui fertiliſsima erat. 13 nempe Palæſthina. 14 Hebraiſmus, quum appropinquaret vt ingrederetur. 15 vel, Ecce nunc (vel, Profecto quidem) noui quod pulchra aſpectu ſis mulier: vnde accidet vt quum viderint te &c. Pulchra aſpectu pro formoſiſsima, Hebraiſmus. 16 Hebr. viuificabunt. Hebraiſmus, pro, Seruabunt te in vita, ſiue incolumen. 17 vel, Multa beneficia Pharao contulit Abræ, propter Saram: nam dedit ei oues, &c. 18 Hebraice legitur, ſuper verbo Sarai, Hebrei enim vtuntur hac dictione (verbum) pro re & cauſa. Hic recte omittitur. 19 q.d. propterea quod affirmaſti illam eſſe ſororē tuam, non dubitaui illam ducere in vxorem.

## CAP. XIII.

AScendit ergo Abrā de AEgypto, ipſe & vxor eius, 1
& omnia quæ habebat, & Lot cum eo ad Auſtralem plagam. ¶ Erat autem diues valde * in poſſeſsione au- 2
ri & argenti. ¶ Reuerſuſque eſt per iter quo venerat, à 3
Meridie in Beth-el, vſque ad locum vbi prius fixerat tabernaculum inter Beth-el & Hai: ¶ in loco altaris ||quod 4
fecerat prius, & inuocauit ibi nomen Domini. ¶ Sed & 5
Lot qui erat cum Abram, fuerunt greges ouium & armēta & tabernacula. ¶ Nec poterat eos capere terra, vt habi 6
tarent ſimul: ||erat quippe ſubſtantia eorum multa, & nequibant habitare communiter. ¶ Vnde * facta eſt rixa in- 7
ter paſtores gregum Abram & Lot. Eo autem tempore Chananæus & Phærezæus habitabant in terra illa. ¶ Di- 8
xit ergo Abram ad Lot, Ne quæſo ſit iurgium inter me & te, & inter paſtores meos & paſtores tuos: fratres enim
ſumus. ¶ Ecce vniuerſa terra coram te eſt: recede à me ob 9
ſecro. ſi ad ſiniſtram ieris, ego dexteram tenebo: ſi tu de
xteram elegeris, ego ad ſiniſtram pergam. ¶ Eleuatis ita 10
que Lot oculis, vidit omnem circa regionem Iordanis,
quæ vniuerſa irrigabatur antequam ſubuerteret Dominus Sodomam & Gomorrham, ſicut paradiſus Domini,
& ſicut AEgyptus venientibus in Segor. ¶ Elegitque ſibi 11
Lot regionem circa Iordanem, & receſsit ab Oriente: diuiſique ſunt alterutrum à fratre ſuo. ¶ Abram habitauit 12
in terra Chanaan: Lot vero moratus eſt in oppidis quæ
erant circa Iordanem, & habitauit in Sodomis. ¶ Homi- 13
nes autem Sodomitæ peſsimi erant, & peccatores coram
Domino nimis. ¶ Dixitque Dominus ad Abram poſtquā 14
diuiſus eſt ab eo Lot, Leua oculos tuos in directum,' &
vide à loco in quo nunc es, ad Aquilonem & Meridiem,
ad Orientem & Occidentem. ¶ Omnem terram quam 15
conſpicis, tibi dabo, & ſemini tuo vſque in ſempiternū.
¶ Faciamque ſemen tuum ſicut puluerem terræ: ſiquis 16
ᵍpoteſt' hominum numerare puluerē terræ, ſemen quoque tuum ᵍnumerare' poterit. ¶ Surge ergo,' & perambu 17
la terram in longitudine & in latitudine ſua: quia tibi daturus ſum eam. ¶ Mouens igitur tabernaculum ſuū Abrā, 18
venit, & habitauit iuxta conuallem Mambre, quæ eſt in
Hebron: ædificauitque ibi altare Domino.

Abrā Ægyptū egreditur. *Abram

ſup.12.a. Lot & Abram diuites.

inf.36.a. *& B

Abram diuidit terrā cum fratre ſuo Lot.

C Habitat Lot in Sodomis, & Abram in Chanaan.

Sodomitæ. Rurſū Abræ promittitur terra Chanaan. ſup.12.b. inf.15.b. D 26.a.

ᵍpoſsit ᵍnumerari

Ædificat altare Domino.

## CAP. XIII.

*AScendit itaque Abram de AEgypto, ipſe & vxor eius, & omnia quæ habebat, atque Lot cum eo 1 Auſtrum verſus.' Erat autem Abram 2 grauis' valde, nempe pecore, argento & auro. 3 Iuit autem ad profectiones' ſuas ab Auſtro ad Beth-el, vſque ad locum vbi fuerat tentorium eius ab initio, inter Beth-el [ſcilicet] & Hai, ad locum [nempe] aræ illius quam initio fecerat, & 4 inuocabat illic Abram nomen Domini.' Quin & ipſi Lot, qui comes erat Abram, erant greges & armenta, & tentoria: nec 5 cepit' eos terra illa vt ſimul habitarent. fuit enim poſſeſsio eorum multa, nec potuerunt habitare. Exorta itaque eſt lis inter paſtores pecoris Abram, & inter paſtores pecoris Lot. Habitabat autem tum Chananæus atque Phæreſæus in terra illa. Dixit ergo Abram ad Lot, Ne quæſo ſit iurgium inter me & te, & inter paſtores meos atque paſtores tuos, (6 fratres' enim ſumus.) 7 An non vniuerſa terra coram te eſt?' ſeparare quæſo à me: 8 ſi tu ad læuam, ego ad dexteram concedam: ſi verò tu dexteram, ego ſiniſtram eligam.' Sublatis igitur Lot oculis ſuis, 9 vidit omnia æquora campi Iordanis, quæ vniuerſa irrigua erant.' [nam] priuſquam vaſtaret Dominus Sodomam & Gomorrham, 10 [ea pars] quæ circa Soar eſt, erat ſicut hortus Domini, & ſicut terra AEgypti.' Elegit itaque ſibi Lot 11 vniuerſa æquora campi' Iordanis: profectuſque eſt Lot ab Oriente, ſeceſsitque 12 alter ab altero.' Abram habitauit in terra Chanaan, Lot verò habitauit in ciuitatibus 13 æquoris aperti,' & pertendit tentoria Sodomam vſque. Porrò Sodomitæ valde mali erant, & 14 peccatores coram Domino. Dixitque Dominus ad Abram poſtquam ſeparatus eſt Lot ab eo, Attolle quæſo oculos tuos, & vide à loco vbi tu es, ad Aquilonem & Meridiem, ad Orientem & Occaſum. nam omnem terram quam tu vides, eandem tibi dabo, & ſemini tuo vſque in ſempiternum. Ponam quoque ſemen tuum quaſi puluerem terræ: 15 ſi poterit homo' numerare puluerem terræ, numerabitur & ſemen tuum. Surge, perambula terram in longitudine & latitudine ſua: tibi enim dabo eam. Mouens igitur Abram tentorium, venit & habitauit 16 iuxta quercetum Mamre,' quod eſt in Hebron, extruxitque illic aram 17 Domino.*

## SCHOLIA IN CAP. XIII.

1 Hoc eſt, ad locum vbi prius tetenderat tabernaculum ſuum, qui erat Auſtralis, reſpectu terrę Iſrael, ſed quæ tunc erat terra Chanáan. 2 diues. q.d. deſcenderat in Ægyptum pauper, & ex illa reuerſus eſt ditiſsimus. 3 Reuerſus eſt autem per manſiones. 4 vel, prædicauit ibi Dominum. Chaldęus paraphraſtes vertit, Orauit illic Dominum. 5 ſuſtinere poterat. 6 id eſt, conſanguinei. Lot enim erat filius Aran fratris Abræ. 7 quaſi dicat. Licet tibi eam partem regionis eligere quę tibi placuerit. 8 Hebraiſmus, ſi tu ſiniſtrabis, ego dextrabo: ſi tu dextrabis, ego ſiniſtrabo. id eſt, ſi delegeris ſiniſtram, ſiue ieris ad ſiniſtram, ego ad dextram proficiſcar: ſi vero &c. Per ſiniſtram, intelligit Septentrionem: per dextram vero Meridiem. Chaldæus paraphraſtes vertit. Si ad Septentrionem &c. 9 vel, conſyderauit omnem regionem (Chaldæus paraphraſtes vertit omnem planitiem) Iordanis, quòd tota irrigua eſſet. 10 Hebr. ſicut hortus Domini, ſicut terra Ægypti ingrediente te in Soar. id eſt, regio illa erat ſimilis horto Domini, & ſicut pars Ægypti, venienti tibi, hoc eſt, qua itur in Segor. Per hortum intellige illum quem plantauerat Dominus, & inſtruxerat in Eden. 11 totam regionem. vel planitiem. 12 Hebraiſmus, vir à fratre ſuo. 13 planitiei. vel, campeſtribus. id eſt, in locis planis iuxta Iordanem. 14 Heb. peccatores Domino. id eſt, contra Dominum. vel, coram Domino. i. Dei iudicio, non hominum. hic taxat iudicium hominum, qui quę ſua ſunt, quęrunt, neglectis bonis moribus. 15 ita vt ſi poſsit quiſquam &c. quaſi dicat, quemadmodum nemo poteſt numerare puluerem terræ, ſic ſemen tuum numerari non poterit. Hyperbole. 16 Hebraiſmus, iuxta Elone Mamre. Nomen loci eſt. Mamre, vir fuit Amorrhæus, vt ſequenti capite dicitur. Elon igitur Mamre, planities quædam erat arboribus conſita, quales ante mœnia ciuitatum plantari ſolent, vt quidā Hebræorum dicunt. Elone, alij interpretantur conuallem: alij quercetum: Chaldęus paraphraſtes, planitiem. 17 i. in honorem Domini.

## CAP. XIIII.

*F 1 Actum eſt autem [hiſce] diebus, vt Amraphel rex Sinear, Arioch rex Elaſar, Chedorlahomer rex Elam, & Thideal rex Gentium, bellum inirent' contra Bera regem Sodomorum, & contra Birſam regem Gomorrhæ, contra Sineab regem Adamæ, & contra Semeber regem Seboim, & regem Bela, hac eſt 2 Soar.' Omnes iſti coniunxerunt [copias] in valle 3 Siddim', quæ nunc eſt Mare ſalſum. Duodecim enim annis ſeruierant ipſi Chedarlahomer, tertio vero decimo anno 4 rebellarunt.' Quartodecimo igitur anno venit Chedarlahomer, ſocijque reges cum eo, & percuſſerunt 5 Rephaim' in Aſtheroth-carnaim, atque Suſim in Ham, & Emim in planitie Kiriathaim: & Horæum in montanis [ſuis, nempe] Seir, vſque ad campeſtria Paran, quæ ſunt iuxta deſertum. Reuerſique venerunt ad En-miſpat, hæc eſt Cades: & percuſſerunt omnem regionem Amalec, ſed & Amorrhæum habitantem in Haſaſon-thamar. Et egreſſus eſt rex Sodomæ, rex Gomorrhæ, rex Adamæ, rex Seboim, & rex Bela: ipſa eſt Soar: & aciem inſtruxerunt aduerſus illos in valle Siddim, [nempe] aduerſus Chedarlahomer regem AElam, & Thideal regem Gentium, & Amraphel regem Sinear, & Arioch regem Elaſar, quatuor reges 6 aduerſus quinque.' Porrò vallis Siddim 7 abundabat foueis argilloſis.' Fugerunt autem rex Sodomæ atque Gomorrhæ, & 8 ceciderunt ibi:' qui vero remanſerant, fugerunt verſus montes.*

*Et accipientes omnem ſubſtantiam Sodomorum, & Gomorrhæorum, & omnem commeatum eorum, abierunt. Lot quoque nepotem Abram ex fratre abduxerunt, & ſubſtantiam eius, & receſſerunt. habitabat enim Sodomæ. Et venit quidam qui euaſerat, & indicauit [hoc] Abram Hebræo, qui [tum] habitabat 9 in quercetis' Mamre Amorrhæi, fratris Eſcol, & fratris Aner, qui fœdus habebant cum Abram. Audiens vero Abram quòd captus eſſet 10 frater ſuus, 11 exercitatos ac inſtructos ſuos, vernas ſcilicet,' numero trecentos decem, & octo, expediuit, & inſequutus eſt illos vſque ad Dan. 12 Et diuiſis copijs, ipſe & ſerui eius [irruerunt] ſuper eos noctu,' percuſſeruntque eos, & inſecuti ſunt eos vſque Hoba, quæ eſt ad læuam Damaſci. Reduxitque omnem ſubſtantiam, ſed & Lot fratrem ſuum ſubſtantiamque eius reduxit, deinde & mulieres & populum. Egreſſus itaque rex Sodomorum obuiam ei (poſteaquam reuerſus eſt à cæde Chedarlahomer, & regum qui cum eo fuerant) 13 in vallem planam,' quæ Vallis regis dicta eſt. Et Malchi-ſedec rex Salem protulit panem & vinum, 14 & hic ſacerdos erat' Dei altiſsimi. Benedixitque ei,' & ait, Benedictus Abram 15 Deo excelſo,' qui poſſidet cælum & terram. Et benedictus Deus excelſus, qui tradidit hoſtes tuos in manum tuam. 16 Dedit itaque illi decimas 17 ex omnibus. Et dixit rex Sodomæ ad Abram, Da mihi 18 animas, ſubſtantiam tolle tibi. Reſpondit Abram regi Sodomorum, 19 Leuaui manum meam ad Dominum' Deum excelſum poſſeſſorem cæli & terræ, 20 ne quidquam accipiam ex omnibus quæ tua ſunt, ne filum quidem aut calceamenti corigiam:' ne dicas ſcilicet, Ego ditaui Abram: his tantum exceptis quæ inſumpſerunt 21 pueri:' deinde & portione virorum illorum, Aner, Eſcol & Mamre, qui mecum profecti ſunt, 22 iſti accipiant' partem ſuam.*

## CAP. XIIII.

**Sodomitis, Amalecitiſq; &reliquis infertur bellū.**

1 FActum eſt autem in illo tempore, vt Amraphel rex
Sennaar, & Arioch rex Ponti, & Chodorlahomor
2 rex AElamitarum, & Thadal rex Gentium ‖ inirent bellum contra Bara regem Sodomorum, & contra Berſa regem Gomorrhæ, & contra Senaab regē Adamæ, & contra Semeber regem Seboim, contraq; regem Balæ, ipſa
3 eſt Segor. ‖ Omnes hi conuenerunt in vallē Syluestrem
4 quæ nunc eſt Mare ſalis. ‖ Duodecim enim annis ſeruierant Chodorlahomor, & tertiodecimo anno receſſerūt
5 ab eo. ‖ Igitur quartodecimo anno venit Chodorlahomor, & reges qui erant cū eo: percuſſeruntq; Raphaim in Aſtaroth & Carnaim, & Zuzim cum eis, & Emim in Saue Cariathaim,
6 ‖ & Corrhæos in montibus Seir, vſque ad
7 cāpeſtria Pharan, quæ eſt in ſolitudine. ‖ Reuerſiq; ſunt, & venerunt vſque ad fontem Miſphat, ipſa eſt Cades: & percuſſerunt omnē regionē Amalecitarū & Amorrhæorū qui habitabant in Aſaſon-thamar.

**B**

8 ‖ Et egreſsi ſunt rex Sodomorū, & rex Gomorrhæ, rexque Adamæ, & rex Seboim, necnon & rex Balæ, quæ eſt Segor: & direxerunt
9 aciem cōtra eos in valle Syluestri, ‖ ſcilicet aduerſus Chodorlahomor regē AElamitarum, & Thadal regem Gentium, & Amraphel regē Sennaar, & Arioch regem Pōti:
10 quatuor reges aduerſus quinque. ‖ Vallis autem Syluestris habebat puteos multos bituminis. Itaque rex Sodomorum, & rex Gomorrhæ terga verterunt, cecideruntque ibi:

**Sodoma diripitur.**

11 & qui remanſerant, fugerunt ad montem. ‖ Tulerunt autem omnem ſubſtantiam Sodomorum & Gomorrhæorū, & vniuerſa quæ ad cibum pertinent, & abie
12 runt. ‖ Necnon & Lot & ſubſtantiam eius, filium fratris
13 Abram, qui habitabat in Sodomis. ‖ Et ecce vnus qui euaſerat, nuntiauit Abram Hebræo, qui habitabat in cōualle Mābre Amorrhæi fratris Eſcol, & fratris Aner: hi enim

**"Gomorrhę. Abducit Lot captiuus.**

**C**

**Nuntiatur Abræ.**

14 pepigerant fœdus cum Abram. ‖ Quod cū audiſſet Abrā, captū videlicet Lot fratrem ſuum, numerauit expeditos vernaculos ſuos trecentos decem & octo: & perſecutus

**Abram eripit Lot.**

15 eſt eos vſque Dan. ‖ Et diuiſis ſocijs, irruit ſuper eos nocte: percuſſitq; eos, & perſecutus eſt eos vſque Hoba &
16 Phœnicen, quæ eſt ad læuā Damaſci. ‖ Reduxitq; omnē ſubſtantiā, & Lot fratrē ſuum cum ſubſtantia illius, mulie
17 res quoq; & populū. ‖ Egreſſus eſt autem rex Sodomorū in occurſum eius (poſtquā reuerſus eſt à cæde Chodorlahomor, & regū qui cum eo erāt) in valle Saue, quæ eſt
18 Vallis regis. ‖ At vero Melchi-ſedec rex Salē, proferens
19 panem & vinū (erat enim ſacerdos Dei altiſsimi) ‖ benedixit ei, & ait, Benedictus Abram Deo excelſo qui crea
20 uit cælū & terrā: ‖ & benedictus Deus excelſus, quo protegente hoſtes in manibus tuis ſunt. Et dedit ei decimas

**D** [redacted]

**heb.7.a.**

21 ex omnibus. ‖ Dixit autē rex Sodomorum ad Abram, Da
22 mihi animas, cætera tolle tibi. ‖ Qui reſpondit ei, Leuo manum meam ad Dn̄m Deum excelſum poſſeſſorē cœli

**Abram ſpolia renuit accipere.**

23 & terræ, ‖ quod à filo ſubtegminis vſq; ad corigiam caligæ, nō accipiā ex omnibus quę tua ſunt, ne dicas, Ego di
24 taui Abram. ‖ exceptis his quæ comederunt iuuenes, & partibus virorum qui venerunt mecum, Aner, Eſchol, & Mambre: iſti accipient partes ſuas.

### SCHOLIA IN CAP. XIIII.

1 Accidit autem tempore Amraphel regis Sennaar, & Arioh regis Elaſar, & Chodorlahomor regis Ælam, & Thadal regis Goim, vt facerent bellum &c. Amraphel putatur fuiſſe Nemrod. Sennaar, ſecundum Chaldæum paraphraſten erat Babylon. [redacted] Goim, Gentes ſiue populi dicitur. Aut eſt prouinciæ nomen, quę fuerit vicina Ælamitis. i. Perſis, & Sennaar. 2 Siue Segor. Per occupationem hic dicitur Segor, & paulo poſt: quum poſtea ſic nominata fuerit, gen. 19. c. 3 hoc eſt, camporum, ſiue campeſtri. ſignificat enim agros aratos. 4 vel, defecerunt ab illo. i. denegauerunt tributum quod perſoluere ſolebant. 5 gigantes vertit Chaldæus paraphraſtes. Alij exiſtimant fuiſſe nomen vrbis. 6 ſub. aciem inſtruxerunt. 7 Hebr. putei, putei bituminis. Hebraicus loquendi modus, pro, plena erat, vel ſcatebat puteis bituminis. 8 vel, coniecerunt ſe (aut præcipitauerunt) illuc. i. in eos puteos. 9 in Elone. Vide poſtremam annotationem capitis præcedentis. 10 i. nepos



pos eius ex fratre. 11 armis inſtructos eduxit tyrones, vernaculos ſuos. vel, nempe vernaculos ſuos. Vox Hebrea pro qua hîc vertitur tyrones, ſignificat inſtructos, & aſſuetos militiæ, aut alij cuipiam arti. 12 Heb. Et quum ſeparauiſſet ſeſe, irruit in illos noctu ipſe & ſerui eius. Separauit ſeſe: ſub. ab alijs. Vel vt alij volunt, turmam ſuam diuiſit in partes duas, & irruit, aſſumpta altera. 13 in vallem Saue, accuſatiuus caſus eſt. venit inquam in vallem Saue. 14 erat enim ſacerdos Deo altiſsimo. Benedixitque illi. ſ. Abræ. Sic apoſtolus Paulus Heb. 7. aperte teſtatur quòd Melchiſedech Abrę benedixerit, inde colligens Abram illo eſſe minorem. Melchiſedech & Abram & Deum benedictum pronunciat, Deo gratias agit, de victoria Abræ data. Cum ait Moſes, Protulit panem & vinum, intellige, vt ſacrificaret, vel vt offerret Deo. nam, inquit, erat ſacerdos Deo altiſsimo. 15 i. apud Deum excelſum. q. d. Valde fauet Deus Abræ, qui dedit ei tantam victoriam, tam paruis copijs inſtructo. Aut, Deus altiſsimus commendatiſsimum habeat Abram. 16 ſub. Abram ipſi Melchi-ſedeco. 17 ſub. quæ hoſtibus detraxerat. 18 Pro hominibus ponit animas, more Hebraico. id eſt, homines captiuos. 19 i. ſublata manu iuraui Domino &c. 20 He. ſi à filo vſque ad corrigiam calceamenti, & ſi accipiam ex omnibus quę tua ſunt. In his iuramentis ſubaudiunt aliquot Hebræi, hoc pacto, Si quicquam accepero, faciat mihi Deus hoc & hoc. Hic autem iurat, ne filum quidem veſtimenti, aut corrigiam ſe accepturum. 21 i. ſerui mei. 22 q. d. Per me licet, ſi velint accipere, accipiant.

## CAP. XV.

**Deus protector & merces Abrę.**

HIs itaque tranſactis, factus eſt ſermo Domini ad 1
Abram per viſionem dicens, Noli timere Abram, ego protector tuus ſum, & merces tua magna nimis.
‖ Dixitque Abram, Domine Deus quid dabis mihi? 2
ego vadam abſque liberis: & filius procuratoris domus
meæ iſte Damaſcus Eliezer. ‖ Additque Abram, Mihi 3

**Promittitur Abrę Iſaac filius.**

autem non dediſti ſemen: & ecce vernaculus meus erit.
‖ Statimque ſermo Domini factus eſt ad eum, dicens, Nō 4
erit hic hæres tuus: ſed qui egredietur de vtero tuo, ipſum habebis hæredem. ‖ Eduxitque eum foras, & ait illi, 5

**Rom. 4. c. ro. 4. a. gal. 3. a. iac. 2. a. d. ſup. 11. d. "Domino.**

**B**

‖ Suſpice cęlum, & numera ſtellas ſi potes. Et dixit ei, Sic
erit ſemen tuum. ‖ ‖ Credidit Abram "Deo, & reputatum 6
eſt illi ad iuſtitiam. ‖ Dixitq; ad eum, Ego Dominus qui 7
eduxi te de Vr Chaldæorum, vt darem tibi terram iſtā, &

**Tertio pmittitur Abræ terra Chanaā.**

poſsideres eam. ‖ At ille ait, Domine Deus, vnde ſcire 8
poſſum quòd poſſeſſurus ſim eam? ‖ Et reſpondens Do- 9
minus, Sume, inquit, mihi vaccam triennem, & capram trimam, & arietem annorum trium, turturem quoque &

**Ier. 34. d.**

**C**

columbam. ‖ Qui tollens vniuerſa hæc, ‖ diuiſit ea 10
per medium, & vtraſque partes contra ſe altrinſecus po
ſuit: aues autem non diuiſit. ‖ Deſcenderuntque vo- 11
lucres ſuper cadauera, & abigebat eas Abram. ‖ Cum- 12
que ſol occumberet, ſopor irruit ſuper Abram, & hor-

**Prędicitur ſeruitus & liberatio filiorum Iſrael ex Ægypto. act. 7. a.**

ror magnus & tenebroſus inuaſit eum. ‖ Dictumque eſt 13
ad eum, Scito prænoſcens quòd peregrinum futurum ſit ſemen tuum in terra non ſua: & ſubijcient eos ſeruitu-
ti, & affligent quadringentis annis. ‖ Veruntamen 14
gentem cui ſeruituri ſunt, ego iudicabo: & poſt hæc
egredientur cum magna ſubſtantia. ‖ Tu autem ibis 15
ad patres tuos in pace, ſepultus in ſenectute bona.

**Exo. 12. D**

‖ ‖ Generatione autem quarta reuertentur huc: nec- 16
dum enim completæ ſunt iniquitates Amorrhæorum
vſque ad præſens tempus. ‖ Cum ergo occubuiſſet ſol, 17
facta eſt caligo tenebroſa, & apparuit clibanus fumans,

**Quartò terra Chanaā pmittitur. ſup. 12. b 13. d. inf. 26. a. deut. 34. b. 2. par. 9. f. 3. reg. 4. c.**

& lampas ignis tranſiens inter diuiſiones illas. ‖ In il- 18
lo die pepigit Dominus fœdus cum Abram, dicens, Semini tuo dabo terram hanc à fluuio AEgypti vſque
ad fluuium magnum Euphratem, ‖ Cinæos, & Gene- 19
zæos, Cedmonæos, ‖ & Hethæos, & Pherezæos, Ra- 20
phaim quoque, ‖ & Amorrhæos, & Chananæos, & Gerge 21
ſæos, & Iebuſæos.

## CAP. XV.

*POſt hæc 1 geſta, 2 factum eſt verbum Domini ad Abram 3 in viſione [quadam]' in hunc modum, Ne timeas Abram, ego clypeus tuus ſum, & 4 merces tua' admodum ampla. Et dixit Abram, Domine Deus, quid dabis mihi, quum ego 5 incedam ſterilis? 6 & diſpenſator domus meæ eſt hic Damaſcenus Eliezer.' Et vltra loquutus eſt Abram, En, mihi non dediſti 7 ſemen, & ecce 8 filius domus meæ 9 hæres meus eſt.' Et ecce 10 verbum Domini factum eſt ad eum in hunc modum,' Hic non erit hæres tuus, ſed qui egredietur de vtero tuo, is erit hæres tuus. Eduxitque eum 11 foras,' & dixit, Suſpice quæſo cælum, & numera (ſi potes) ſtellas. Et addidit, 12 Sic' erit ſemen tuum. Credidit que Abram Domino, imputataque eſt ei hæc [fides] ad iuſtitiam.' Et dixit ad eum, 14 Ego ſum Dominus' qui eduxi te de Vr Chaldæorum, vt darem tibi terram iſtam, vt poſsideres eam. Et ait, Domine Deus, vnde ſcire poſſum quòd poſſeſſurus ſim eam? Reſpondit ei, Tolle mihi 15 buculam triennem, & capram triennem, atque arietem triennem,' turturem quoque & pullum columbarum. Hæc omnia ſibi accipiens, ſecuit ea per medium, 16 poſuitque vnamquanque partem è regione comparis ſui:' cæterum aues non diſſecuit. Deſcenderuntque volatilia ſuper cadauera illa, Abram verò ea 17 proturbabat.' Cumque ſol occumberet, irruit ſopor ſuper Abram, & ecce horror tenebroſus ac magnus irruit in eum: Et 18 dixit ad Abram, 19 Hoc tibi perſuaſiſsimum ſit,' ſemen tuum peregrinum fore in terra non ſua, & 20 ſubijcient eos ſeruituti,' affligentque eos quadringentis annis. Veruntamen gentem, cui ſeruituri ſunt, ego 21 iudicabo:' & poſt hæc egredientur cum magna poſſeſsione. Tu autem 22 ibis ad patres tuos in pace, & ſepelieris in ſenectute bona.' Seculo autem quarto reuertentur huc. hactenus enim 23 nondum completa eſt iniquitas Amorrhæorum.' Factumque eſt occidente ſole, vt caligo fieret, & ecce furnus fumans, pertranſijtque 24 fax ardens' inter particulas illas. Eodem die pepigit Dominus fœdus cum Abram his articulis, Semini tuo dedi terram iſtam, à fluuio AEgypti vſque ad fluuium magnum, nempe Euphratem: Cinæum, Kenizæum, Cadmonæum, Hethæum, Phereſæum, & Rephaim: Sed & Amorrhæum, Chananæum, Gergeſæum atque Iebuſæum.*

### SCHOLIA IN CAP. XV.

1 Heb. verba. Hebraica phraſis, pro, His itaque geſtis ſiue tranſactis. Hoc capite declaratur fides Abrę, & commendatur Abram à Deo. Apparet hæc viſio contigiſſe ſub lucem, quod infrà legatur, Eduxit eum foras, & dixit illi, Suſpice cęlum, & numera ſtellas &c. 2 Heb. pro, locutus eſt Dominus Abræ. 3 Chaldæus paraph. per prophetiam. 4 ſub. erit. i. ampliſsima te manet merces, quod tam potenter nos reges auſus es aggredi, auxilio meo fretus. 5 i. perſeuerem ſine liberis? vel, quum ego abeam? i. conſeneſcam, ætatiſque iam ſim prouectę, & tamen liberis, qui mihi hæredes ſint, caream? 6 & filius relictionis domus meę eſt Eliezer de Damaſco. Hebraiſmus eſt, filius relictionis domus meæ, pro, Is cui curam omnem rei familiaris meę ego reliqui & cōmiſi: diſpenſator & procurator domus meę. Alij vertūt, Filius diſcurſationis domus meæ. i. qui diſcurſat per domū meā, vt ſolet œconomus in rebus diſpenſandis & adminiſtrandis. q. d. Quicquid dabis mihi, illud nō erit liberorū meorū quos nullos habeo: ſed huius œconomi Eleazari Damaſceni. Quidā hoc pacto interpretātur, Filius relictionis meæ, erit filius Eleazari Damaſceni. i. Is cui relinquā domū meā, & bona mea, ſiue, hęres meus, erit filius Eleazari Damaſceni. 7 ſemē: & certe. Semē pro liberis accipit. Idem repetit: quia id male habebat virū piū. 8 vel, verna meus. 9 Heb poſsidebit me. i. quia ſum ſine liberis, futurus eſt hęres rerū mearū. 10 Heb. pro, Locutus eſt ei Dn̄s, dicendo. 11 i. extra tentoriū. 12 i. tantū, & tā numeroſum. vel, quemadmodū ſtellæ ſunt innumerę, ita & ſemē tuū numerari nō poterit. 14 q. d. Bene feciſti ꝙ credideris mihi: nā ego ſū Dn̄s &c,



15 Chal-

15 Chaldęus paraphraſtes & quidam Hebræorum vertunt, vaccas tres, & capras tres, & arietes tres. Magis placet vt referatur ad numerum annorum. 16 Heb. & quamlibet partem diuiſionis ſuæ è regione ſociæ ſuæ poſuit. Modus loquendi Hebraicus, pro, & poſuit partes illas ſibi reſpondentes altrinſecus. 17 abigebat. 18 ſub. Dominus. 19 Heb. Sciendo ſcias. i. Certo ſcias. Hebraica phraſis. 20 ſeruient illis, ſub. Ægyptijs. Plurale verbum: quia, ſemen, eſt collectiuum. 21 Hebraiſmus, pro, puniam. 22 Hebraiſmus, pro, morieris vt maiores tui, morte optima, in ſenectute bona. 23 i. nondum perpetrauerūt Amorrhæi ea ſcelera quę perpetrare debent prius quàm expellantur ſua terra. 24 vel, facula ignita, ſub. miſſa à Deo. Hic cęſa animalia & diuiſa in partes, comburuntur in confirmationem fœderis. Lege Ieremiæ caput 34. circa finem.

## *CAP. XVI.*

*Sarai itaque vxor Abram 1 nihil peperit ei: habuit autem ancillam AEgyptiam, Hagar nomine. Dixit ergo Sarai ad Abram, 2 En amabo, 3 conſtrinxit me Dominus ne párerem, 4 ingredere quæſo ad ancillam meam, 5 ſi fortè ex ea ædificer. Obedijt autem Abram voci Sarai. Tulitque Sarai vxor Abram, Hagar AEgyptiam ancillam ſuam, 6 à fine decem annorum, quibus habitauerat Abram in terra Chanaan, & dedit eam Abram marito ſuo vxorem. Et quum ingreſſus eſſet ad Hagar, concepit illa. quumque intelligeret ſe concepiſſe, 7 viluit domina ipſius in oculis eius. Et dixit Sarai ad Abram, 8 Iniuriam meam tibi acceptam refero: ego dedi ancillam meā in gremium tuū, quæ intelligens ſe grauidam, 9 vilis ſum coram ea. 10 Dominus iudicet inter me & te. Dixit autem Abram ad Sarai, En ancilla tua in 11 manu tua eſt, fac illi 12 quod tibi viſum fuerit. 13 Quum ergo Sarai eam affligeret, fugit Hagar à facie eius. Inuenit autē eā angelus Dni iuxta fontem aquæ in deſerto, iuxta fontem [inquam] illum qui eſt 14 in via Sur. Dixitque: Hagar ancilla Sarai, vnde veniſti, & quò vadis? Illa dixit, 15 A facie Sarai dominæ meæ ego fugio. Dixitq; ad eam angelus Domini, Reuertere ad herā tuam, & te ſub manus eius ſubde. 16 Porrò loquutus eſt ad eam angelus Domini, Multiplicabo ſemen tuum vehementer, vt præ multitudine numerari non poſſit. Rurſus dixit ad eā angelus Domini, Ecce tu prægnans es, parieſque filium, & vocabis nomen eius Iſmaelem. 17 audiuit enim Dominus afflictionem tuam. Hic erit homo 18 ferus, 19 manus eius contra omnes, & manus omnium contra eum: 20 coram omnibus fratribus ſuis habitabit. 21 Vocauitque Hagar nomen Domini loquentis ad eam, Tu Deus 22 qui vides me: ſic enim cogitauerat, 23 Annon etiam hîc vidi poſt videntem me? Idcirco 24 vocatus eſt puteus ille, Puteus viuentis [&] videntis me, qui eſt inter Cades & Bared. Peperit autem Hagar ipſi Abram filium: appellauitque Abram nomen filij ſui, quem pepererat illi Hagar, Iſmaelem. Octoginta ſex annorum erat Abram, quando Hagar peperit ei Iſmaelem.*

## CAP. XVI.

1 IGitur Sarái vxor Abram non genuerat ſibi liberos:
2 ſed habens ancillam AEgyptiam nomine Agar, dixit marito ſuo, Ecce, cōcluſit me Dominus, ne párerem: ingredere ad ancillam meam, ſi forte ſaltem ex illa ſu-
3 ſcipiam filios. Cumque ille acquieſceret deprecāti, tulit Agar AEgyptiam ancillam ſuam poſt annos decem quàm habitare cœperant in terra Chanaan: & dedit eam
4 viro ſuo vxorem. Qui ingreſſus eſt ad eam. At illa con-
5 cepiſſe ſe videns, deſpexit dominam ſuam. Dixitque Sarái ad Abram, Inique agis contra me: ego dedi ancillam meam in ſinum tuum, quæ videns quòd conceperit, de-
6 ſpectui me habet. iudicet Dominus inter me & te. Cui reſpondens Abram, Ecce, ait, ancilla tua in manu tua eſt, vtere ea vt libet. Affligente igitur eam Sarái, fugā inijt.
7 Cumque inueniſſet eam angelus Domini iuxta fontem
8 aquæ in ſolitudine quæ eſt in via Sur in deſerto, dixit ad illam, Agar ancilla Sarái vnde venis? & quò vadis? Quæ reſpondit, A facie Sarái dominæ meæ
9 ego fugio. Dixitque ei angelus Domini, Reuertere ad dominam tuam, & humiliare ſub manu illius.
10 Et rurſum, Multiplicans, inquit, multiplicabo ſemen
11 tuum, & non numerabitur præ multitudine. Ac deinceps, Ecce, ait, concepiſti, & paries filium: vocabiſque nomen eius Iſmael, eo quòd audierit Domi-
12 nus afflictionem tuam. Hic erit ferus homo: manus eius contra omnes, & manus omnium contra eum: & e regione vniuerſorum fratrum ſuorum figet ta-
13 bernacula. Vocauit autem Agar nomen Domini qui loquebatur ad eam, Tu Deus qui vidiſti me. dixit enim. Profectò hìc vidi poſteriora vi-
14 dentis me, Propterea appellauit puteum illum, Puteum viuentis & videntis me. ipſe eſt inter Ca-
15 des & Barad. Peperitque Agar Abræ filium: qui
16 vocauit nomen eius Iſmael. Octoginta & ſex annorum erat Abram quando peperit ei Agar Iſmaelem.

Sarai dat viro ancillam ſuam.
* acquieuiſſet
B
Cōcipit Agar & dominā irridet.
Fugit Agar Saram.
C
Cōſolatur eā angelus.
Iſmael qualis futurus.
D
Parit Agar.
Galat. 4. c.

## SCHOLIA IN CAP. XVI.

1 Non pepererat ipſi liberos: habebat. 2 Hebraiſmus, Ecce nunc. vel, Sane. 3 vel, concluſit. Hebraiſmus, pro, ſterilem reddidit. 4 id eſt, congredere nunc cum ancilla. Rem turpem honeſte exprimit. 5 Hebraiſmus, fortaſſe filiabor (vel, ædificabor) ex ea. Hebraica phraſis, pro, fortaſſe ex ea procreabis mihi liberos. 6 vel, poſt decem annos ex quo habitare cœperat. 7 i. habuit contemptui heram ſuam præ ſe. Solent homines beneficijs diuinis ſuperbire. Hagar propter beneficium fœcunditatis à Deo ſibi datum, cœpit contemnere Sarai dominam ſuam. 8 Hebraiſmus, Iniuria mea (ſiue quę mihi infertur) ſuper te eſt. i tibi imputanda eſt, iuſte poſſum de te conqueri. 9 Hebr. vilui in oculis eius. pro, contempſit me. 10 i. iudicet Dominus de mea cauſa & de tua. q. d. Non deberes id ferre. 11 Manum pro poteſtate poſuit. 12 Heb. quod bonum eſt in oculis tuis. Hebraica phraſis, pro, vtere illa vt tibi lubet. 13 i. Quum puniret illius inſolentiam. 14 id eſt, qua itur in Sur. 15 id eſt, Propter Saram &c. 16 vel, Et adiecit. 17 id eſt, exaudiuit orationem tuam quam effudiſti quum affligereris. 18 Hebraiſmus, onager. i. vir ſimilis onagro, aſino ſylueſtri, ferus, ciuilium morum expers, durus & agreſtis. Vel, Inter homines velut onager: quia habitabit in deſertis. 19 Hoc eſt, inuadet omnes, & ab omnibus inuadetur, infenſus erit omnibus. 20 q. d. non timebit ſibi neque à vicinis, neque à fratribus. 21 Quidam vertunt, Inuocauit nomen (vel, Orauit in nomine) Domini, qui loquebatur &c. Principium orationis erit, Tu Deus &c. 22 Hebr. viſionis. i. Deus qui vides omnia. Non erat autem Dominus qui loquebatur ei, ſed angelus: verum alloquitur miſſum, perinde acſi eſſet is, qui miſit. Deum autem viſionis vocat, Deum qui apparere ſoleat ſanctis ſuis & afflictis. 23 Interrogatio eſt quæ reſponſionem negatiuam poſtulat. quaſi dicat. Vidi ne illum abeuntem qui vidit me, ſiue apparuit mihi? Non vidi. vnde cognoui eſſe angelum Domini. nam quandiu colloquebatur mecum, videbam illum: mox ita diſparuit, vt videre non potuerim: quem abeuntem videre potuiſſem ſi homo fuiſſet. Vere igitur cognoui Dominum miſiſſe ad me angelum ſuum qui me conſolaretur. A ſubita diſparitione collegit angelum eſſe Domini. 24 vocauit puteum illum, &c. Vocauit, ſub. angelus: ita quidam, vt angelus impoſuerit nomē fonti. Alij dicūt Abrā hoc nomē impoſuiſſe. Rectius ſic dices, Propterea is qui impoſuit nomē, vocauit fontē viuētis. ſcilicet angeli. q. d. Poſtea vocatus eſt puteus ille. Puteus &c.





## CAP. XVII.

Abrā nominatur Abrahā.
Deus

POſtquam verò nonaginta & nouem annorum eſſe 1
cœperat, apparuit ei Dominus: dixitque ad eum,
Ego Dominus omnipotens: ambula coram me, & eſto
perfectus. Ponamque fœdus meum inter me & te: & 2
multiplicabo te vehementer nimis. Cecidit Abram pro 3
nus in faciem. Dixitque ei Deus, Ego ſum, & ponam 4
pactum meum tecum, eriſq; pater multarum gentium.
Nec vltrà vocabitur nomen tuum Abram: ſed appella 5
beris Abraham: quia patrem multarum gentium conſti
tui te. Faciamque te creſcere vehementiſsime, & po- 6
nam te in gentibus, regeſque ex te egredientur. Et ſta- 7
tuam pactum meum inter me & te, & inter ſemen tuum
poſt te in generationibus ſuis fœdere ſempiterno: vt ſim
Deus tuus & ſeminis tui poſt te. Daboque tibi & ſemi- 8
ni tuo *terram peregrinationis tuæ, & omnem terram
Chanaan in poſſeſsionem æternam, eroque Deus eo-
rum. Dixitque iterum Deus ad Abraham, Et tu ergo 9
cuſtodies pactum meum, & ſemen tuū poſt te in gene-
rationibus. Hoc eſt pactum meum quod obſeruabi- 10
tis inter me & vos & ſemen tuum poſt te, Circuncide-
tur ex vobis omne maſculinum: & circuncidetis 11
carnem præputij veſtri, vt ſit in ſignum fœderis in-
ter me & vos. Infans octo dierum circuncidetur 12
in vobis, omne maſculinum in generationibus veſtris:
tam vernaculus quàm emptitius circuncidetur, & qui-
cunque non fuerit de ſtirpe veſtra: eritque pactum 13
meum in carne veſtra in fœdus æternum. Maſcu- 14
lus cuius præputij caro circunciſa non fuerit, delebitur
anima illa de populo ſuo: quia pactū meū irritum fecit.
Dixit quoque Deus ad Abraham, Sarái vxorem tuam 15
non vocabis Sarái, ſed Saram. Et benedicam ei, & 16
ex illa dabo tibi filium, cui benedicturus ſum, eritq; in
nationes, & reges populorum orientur ex eo. Ce- 17
cidit Abraham in faciem ſuam, & riſit: in corde ſuo
dicens, Putáſne centenario naſcetur filius? & Sara no-
nagenaria pariet? Dixitque ad Deum, Vtinam Iſ- 18
mael viuat coram te. Et ait Deus ad Abraham, Sa- 19
ra vxor tua pariet tibi filium, vocabiſque nomen eius
Iſaac, & conſtituam pactum meum illi in fœdus ſempi-
ternum, & ſemini eius poſt eum. Super Iſmael quoque 20
exaudiui te. ecce benedicam ei, & augebo, & multipli-
cabo eum valde: duodecim duces generabit, & faciam
illum creſcere in gentem magnam. Pactum vero 21
meum ſtatuam ad Iſaac, quem pariet tibi Sara, tempore
iſto in anno altero. Cumque finitus eſſet ſermo lo- 22
quentis cum eo, aſcendit Deus ab Abraham. Tu- 23
lit autem Abraham Iſmael filium ſuum, & omnes ver-
naculos domus ſuæ, vniuerſoſque quos emerat, & cun
ctos mares ex omnibus viris domus ſuæ: & circuncidit
carnem præputij eorum ſtatim in ipſa die, ſicut præce-
perat ei Deus. Abraham nonaginta & nouem erat 24
annorum quando circuncidit carnem præputij ſui. Et 25
Iſmael filius ſuus tredecim annos impleuerat tempore
circunciſionis ſuæ. Eadem die circunciſus eſt Abra- 26
ham & Iſmael filius eius. Et omnes viri domus illius, 27
tam vernaculi, quàm emptitij & alienigenæ pariter cir-
cunciſi ſunt.

Eccli 44. c.
rom. 4. c.
Quinto ꝓmittitur Abrahæ Chanaan.
*poſt te
B
Circūciſio ſignū fœderis. act. 7. a.
Rom. 4. b.
Leuit. 12. a.
luc. 2. c.
C
Sarai, nominatur Sara.
Rurſum promittitur Abrahæ Iſaac.
Abrahā orat pro Iſmaele. infra. 18. b. & 21. a.
Benedicitur Iſmael.
D
Abrahā ſeipſum, Iſmaelem, & domeſticos circuncidit.

## *CAP. XVII.*

*QVum Abram natus iam eſſet annos nonagintanouem, apparuit ei Dominus, & dixit ad eum, Ego ſum 1 El-ſaddai, 2 ambula coram me, & eſto integer: ponamque fœdus meum inter me & inter te, & 3 multiplicabo te vehementiſſime. Procidítque Abram pronus, & loquutus eſt cum eo Deus, in hanc ſententiam, En ego [ferio] tecum fœdus meum: eriſque pater multarum gentium. Nec vocabitur vltrà nomen tuum Abram: quin potius Abraham erit nomen tuum, quoniam te patrem multis gentibus 4 conſtitui. 5 Ego creſcere te faciam vehementiſſime, 6 ponamque te in gentes, ſed & reges ex te prodibunt. Et confirmabo fœdus meum inter me & inter te, interque ſemen tuum 7 poſt te in generationibus ſuis fœdere perpetuo, 8 vt ſim [ſcilicet] tibi Deus, & ſemini tuo poſt te. Daboque tibi & ſemini tuo poſt te, terram hanc, in qua tu peregrinus es, nempe totam terram Chanaan, in poſſeſſionem perpetuam, 9 eroque illis Deus. Rurſumque dixit Deus ad Abraham, Et tu 10 cuſtodies fœdus meum, tu [inquam] & 11 ſemen tuum poſt te in generationibus ſuis. Hoc autem eſt 12 fœdus meum quod obſeruabitis inter me & vos, denique inter ſemen tuum poſt te, Circuncidatur vobis omnis mas. Circuncidetis vero carnem præputij veſtri, quod erit ſignum fœderis inter me & vos. 13 Omnis mas qui fuerit in generationibus veſtris dierum octo, circuncidetur vobis, ſiue verna fuerit, ſiue ære comparatus ſeruus à quocunque extraneo, qui non eſt de ſemine tuo. Omnino verna, & emptitius ære tuo comparatus, circuncidi debent: vt ſit 14 fœdus meum in carne veſtra fœdere ſempiterno. Porrò mas præputiatus, cuius præputium carnis circunciſum non fuerit, 15 huius anima excindatur è populo ſuo. 16 fœdus [enim] meum irritum fecit. Dixit quoque Deus ad Abraham, Sarai vxorem tuam non appellabis Sarai, ſed Sarah erit nomen eius. Et benedicam ei: 17 etenim dedi tibi filium ex ea: benedicam ei, 18 eritque in gentes, & reges populorū ex ea naſcentur. Procidit Abraham pronus, & 19 gauiſus eſt, cogitauitque in corde ſuo 20 Centenarióne naſcetur [proles?] & Sarah nonagenaria paritura ne eſt? Dixitque Abraham ad Deum, 21 Vtinam Iſmael viuat coram te. Ad quem dixit Deus, 22 Profectò Sara vxor tua pariet tibi filium, vocabiſq; nomen eius Iſaac: & ego 23 confirmabo fœdus meum cum eo, 24 vt ſit fœdus ſempiternum ſemini quoque eius poſt eum. 25 Audiui quoque te quod ad Iſmaelem attinet: en 26 benedixi ei, & faciam illum creſcere, multiplicaboq; eum vehementiſſime: duodecim duces generabit, & faciam illū in gentē magnam. Fœdus vero meum 27 confirmabo cum Iſaac, quē pariet tibi Sara 28 ad præſtitutum tempus iſtud, anno altero. Et deſijt loqui cū eo, 29 aſcenditq; Deus ab Abraham. Et accepit Abraham Iſmaelem filium ſuum, & omnes vernas ſuos, & omnes eos quos ære ſuo comparauerat, omnes ſcilicet mares inter viros qui erant 30 in domo Abrahæ, & circūcidit carnem præputij illorum 31 ipſo eodem die, quemadmodum loquutus fuerat Deus cum eo. Porrò Abrahā natus erat nonagintanouem annos, quum circuncidebatur caro præputij ſui. Iſmael vero filius eius natus erat tredecim annos, quando circunciſus eſt ipſe in carne præputij ſui. 32 Vno eodemque die circunciſus eſt Abraham & Iſmael filius eius, ſed & omnes domeſtici 33 eius, vernæ, & qui ab alienigenis pecunia comparati erant, circunciſi ſunt cum eo.*

## SCHOLIA IN CAP. XVII.

1 Id eſt, Deus omnipotens, à quo omnis ſufficientia, cui nihil deeſt. 2 Hebraiſmus, pro, ita viuito in hoc mundo, vt quęcunque egeris, mihi grata ſint, daque operam vt viuas inculpate. 3 q. d. tibi iam ſeni & emortuo dabo ingens ſemen. 4 Præteritum pro futuro, conſtituam. 5 vel, Multiplicabo te. 6 Hebraiſmus, pro, faciam vt ex te gentes multę naſcantur. 7 id eſt, te mortuo, temporibus ſuis & ætate ſua. 8 q. d. Tui curam ſemper geram, tu verò adorabis me, & tanquam à patre pendebis à me. 9 q. d. Dabo eis terram Chanaan, verum ea lege vt ſim Deus eorum. 10 cuſtodias. vel cuſtodi. 11 id eſt, nepotes tui, te mortuo, tempore ſuo. Hebraiſmus. 12 Hoc loco pactum, ſiue fœdus, pro ſymbolo fœderis accipitur: vt mox exponitur, his verbis, Quod erit ſignū fœderis inter me & vos. 13 Hebr. Infans itaque octo dierum circuncidatur à vobis, omnis ſcilicet maſculus in generationibus veſtris. i. tēporibus veſtris. Ordo eſt inuerſus, qui ſic cōſtrui debet, Oīs maſculus octo dies natus circūcidatur à vobis. 14 i. ſignum fœderis. 15 vtique delebitur anima illa &c. i. homo ille non cenſebitur in populo meo, nec pertinebunt ad illum promiſsiones factæ à me populo meo. Non erit particeps eius

rei,quæ deſignatur hoc ſigno, hoc eſt,paſsionis Chriſti.nam per circuncisionem ſignificatur paſsio Chriſti.item quod ſpiritu circuncisi eſſe debemus. 16 id eſt,ſignum fœderis mei neglexit. 17 & etiam dabo &c.q.d.dedi tibi filium ex ancilla, dabo etiā tibi ex ea Sara filium. 18 nempe Sara.& eſt Hebraiſmus , pro, ex ea gentes multæ naſcentur. 19 Heb.riſit. 20 Non vult Moyſes Abrahamū genuiſſe filium quo tempore cēteſimum agebat annum:ſed ſibi centenario filium miratur naſciturum. Cum enim hæc dicebat,nondum centeſimum agebat annum,ſed nonageſimum nonum.Erat verò futurus centenarius in natiuitate Iſaac. 21 Hebraiſmus.i.Vtinam Iſmael ita viuat vt tibi placeat, & obediat mādatis tuis.q.d.Satis mihi fuerit,ſi Iſmael filius meꝰ obediat mandatis tuis. 22 vel,imò,q.d. non tantum tibi viuet Iſmael,ſed etiam,aut imo Sara &c. 23 vel,ratum faciam pactū &c.q.d.pactum illud quod pepigi tecum,perueniet ad poſteros, non per Iſmaelem,ſed per Iſaac quem tibi pariet Sara.Deſcēdet enim Chriſtus ex Iſaac,non ex Iſmaele. 24 Heb.in pactum ſeculi,& cum ſemine eius poſt ipſum.i. in pactum ſempiternum, & cum ſemine eius illo mortuo. 25 i.Exaudiui quoque preces tuas quas fudiſti pro Iſmaelis vita. 26 Quia hæ promiſsiones ſunt veræ,ideo vtitur prǽterito pro futuro,benedicam. 27 i.Ex te per Iſaac Chriſtus deſcendet. 28 Heb.tempore hoc. 29 i.reliquit ipſum Abrahamū,aut diſceſſit ab eo. 30 i.in domo ſua.Antecedēs pro relatiuo. 31 Heb.in corpore diei ipſius.i.eo ipſo die, quemadmodum præceperat ei Dominus. 32 In eo ipſo die . quo ſcilicet Deus imperauerat vt circunciderentur. 33 ſub.Abrahæ.

## CAP. XVIII.

*APparuit autem ei Dominus 1 in querceto' Mamre, ipſe vero ſedebat in oſtio tabernaculi 2 in ipſo feruore diei.' Quumque ſublatis oculis reſpexiſſet,ecce tres viri ſtabant iuxta eum,quos cum vidiſſet,occurrit eis de oſtio tabernaculi, & 3 incuruauit ſe verſus terram,' & dixit, Amabo domine 4 ſi hanc gratiam à te impetrare poſſum, 5 ne quæſo prætereas ſeruum tuum. 6 Afferatur quæſo pauxillum aquæ,vt lauentur pedes veſtri, 7 recumbite' ſub arbore, Ego vero afferam fruſtum panis, 8 & reficite cor veſtrum,' deinde tranſite: idcirco enim ad ſeruum veſtrum diuertiſtis. Illi autem dixerunt, Fac quemadmodum es loquutus . Feſtinauit itaque Abraham in tabernaculum ad Saram , & dixit , Accelera, commiſce tres modios farinæ purgatiſsimæ , & fac placentas. Abraham vero currens 9 ad armenta,' & accepto iuuenco 10 pingui' ac bono, dedit [eum] puero: qui feſtinauit , & parauit illum. Butyrum quoque tulit & lac, & iuuencum quem parauerat, & appoſuit eis, ipſe vero iuxta eos ſub arbore, ipſis comedentibus, ſtabat. Dixerunt autem ad eum, Vbi eſt Sarah vxor tua? Reſpondit, En in tabernaculo eſt , Et dixit, 11 Certiſsime reuertar' ad te 12 circiter tempus viuētis,' & ecce Saræ vxori tuæ filius erit. 13 Sarah verò audiebat hoc in oſtio tabernaculi, quod erat poſt illum.' Equidem Abraham & Sarah ſenes erant,prouectæque ætatis,ita vt 14 menſes deſiiſſent Saræ iuxta morem fœminarum.' Riſit itaque Sarah apud ſeſe,dicens, Poſtquam conſenui, heruſque meus grandi eſt ætate , num voluptati indulgebo? Dixitque Dominus ad Abraham, Cur ſic riſit Sarah, dicens, 15 Num verò paritura ſum , quum ſim vetula? 16 An ergo Deo quidquam eſt difficile? 17 ad tempus definitum circiter tempus viuentis' reuertar ad te, & Sarah habebit filium. Negauit autem Sarah & dixit, Non riſi. timuit enim. Et [ille] dixit, Nihil, imò riſiſti. Conſurgentes ergo viri iſti illinc, reſpexerunt Sodoma verſus , Abraham verò ibat cum eis , vt eos deduceret. Dixit autem Dominus , Num celabo Abrahamum quæ ego geſturus ſum , Quum Abraham 18 omnino futurus ſit' in gentem magnam & robuſtam,benedicendæque ſint 19 in eo' omnes nationes terræ? 20 Hoc quoque ſcio, quòd mandaturus ſit filijs' ſuis, & domui ſuæ 21 poſt ſe,' vt cuſtodiant viam Domini, 22 faciantque iuſtitiam & iudicium ,' in hoc vt adducat Dominus ſuper Abrahamum 23 quæ loquutus eſt ad eum .' Ait itaque Dominus, 24 Fama Sodomorum & Gomorrhæorum multa eſt, & peccatum eorum ſupra modum graue: Deſcendam' nunc, & videbo num ita habeat quemadmodum regionis illius fama ad me peruenit: 26 [ſi fecerunt,]' actum de illis eſt: ſin minus, vt ſciam. 27 Diuerteruntque inde viri illi, & abierunt Sodoma,' Abraham verò ſtabat adhuc corā Domino. Et accedens Abraham dixit, Num etiam iuſtum cum impio 28 perdes?' Fortaſsis fuerint quinquaginta iuſti intra eam vrbem, num etiam perdes, & loco non parces propter quinquaginta iuſtos , qui illic ſunt ? Abſit à te vt rem hanc facias, 29 &' interficias iuſtum cum impio , 30 fiatque vt impio ſic iuſto :' abſit inquam à te , num is qui iudex eſt vniuerſæ terræ, 31 æquitatem non ſeruabit?' Et dixit Dominus , Si Sodomis 32 intra mœnia' quinquaginta iuſtos inuenero, 33 &' vniuerſo huic loco illorum gratia parcam. Et reſpondens Abraham , dixit,*

## CAP. XVIII.

1 APparuit autem ei Dominus in conualle Mambre
ſedēti in oſtio tabernaculi ſui in ipſo feruore diei.
2 ¶Cumque eleuaſſet oculos,apparuerunt ei tres viri ſtan
tes prope eum:quos cum vidiſſet, cucurrit in occurſum
eorum de oſtio tabernaculi ſui,'& adorauit in terram.
3 ¶Et dixit,Domine,ſi inueni gratiā in oculis tuis,ne tran
4 ſeas ſeruum tuum:¶ſed afferam pauxillum aquæ,& lauē
5 tur pedes veſtri,& requieſcite ſub arbore.¶Ponamq; buc
cellam panis,& confortetur cor veſtrum,poſtea tranſibi
tis:idcirco enim declinaſtis ad ſeruum veſtrum. Qui di
6 xerunt,Fac vt locutus es.¶Feſtinauit Abraham in taber
naculum ad Saram,dixitque ei,Accelera,tria ſata ſimilę
7 cōmiſce,&fac ſubcinericios panes.¶Ipſe verò ad armen
tum cucurrit,& tulit inde vitulum tenerrimum & opti-
8 mum:deditque puero,qui feſtinauit & coxit illum.¶Tu
lit quoque butyrum & lac,& vitulum quem coxerat, &
poſuit coram eis:ipſe vero ſtabat iuxta eos ſub arbore.
9 Cumque comediſſent, ¶dixerunt ad eum, Vbi eſt Sara
10 vxor tua?Ille reſpondit,Ecce in tabernaculo eſt. ¶Cui di
xit,‖Reuertens veniam ad te tempore iſto,vita comite,
& habebit filiū Sara vxor tua. Quo audito Sara riſit poſt
11 oſtium tabernaculi.¶Erant autem ambo ſenes prouectę
12 que ætatis,& deſierant Saræ fieri muliebria. ¶Quæ riſit
occultè dicens,Poſtquam conſenui,& Dñs meus vetulus
13 eſt,voluptati operam dabo? ¶Dixit autem Dominus ad
Abraham,Quare riſit Sara vxor tua dicens , Num verè
14 paritura ſum anus?¶Nunquid Deo quicquam eſt diffici-
le?iuxta condictum reuertar ad te hoc eodem tempore
15 vita comite,& habebit Sara filium.¶Negauit Sara dicēs,
Non riſi.timore perterrita.Dominus autem,Nō eſt,in-
16 quit,ita:ſed riſiſti.¶Cum ergo ſurrexiſſent inde viri,di-
rexerunt oculos cōtra Sodomam: & Abraham ſimul gra
17 diebatur deducens eos.¶Dixitque Dominus, Num cela
18 re potero Abraham quæ geſturus ſum: ¶cum futurus ſit
in gētem magnam ac robuſtiſsimam,& BENEDICEN
19 DAE ſint in illo omnes nationes terræ?¶Scio enim quod
præcepturus ſit filijs ſuis , & domui ſuæ poſt ſe vt cuſto-
diant viam Domini,& faciant iudicium & iuſtitiam : vt
adducat Dominus propter Abraham omnia quæ locutus
20 eſt ad eum.¶Dixit itaque Dominus, Clamor Sodomorū
& Gomorrhæorum multiplicatus eſt,& peccatum eorū
21 aggrauatum eſt nimis. ¶Deſcendam & videbo vtrum
clamorem qui venit ad me,opere compleuerint:an non
22 eſt ita,vt ſciam.¶Conuerteruntque ſe inde , & abierunt
Sodomam:Abraham verò adhuc ſtabat coram Domino.
23 ¶Et appropinquans ait,Nunquid perdes iuſtum cum im
24 pio?¶Si fuerint quinquaginta iuſti in ciuitate , peribunt
ſimul?& non parces loco illi propter quinquaginta iu-
25 ſtos,ſi fuerint in eo?¶Abſit à te vt rem hanc facias,& oc-
cidas iuſtum cum impio,fiatque iuſtus , ſicut impius.nō
eſt hoc tuum,qui iudicas omnem terram : nequaquam
26 facies iudicium hoc . ¶ Dixitque Dominus ad
eum , Si inuenero Sodomis quinquinta iuſtos
in medio ciuitatis , dimittam omni loco, pro -
27 pter eos . ¶ Reſpondenſque Abraham , ait ,
Quia

**Abraham hoſpitalis hoſpitio ſuſcipit angelos. heb.13.a. Myſterium trinitatis.**

**Abraham lauat pedes peregrinorum, & inſeruit mēſę** B

**Abrahę ſeni promittitur Iſaac.inf.21.a Rom.9.b.**

**Dei familiaritas & bonitas** C **cum Abraham.**

**CHRISTVS. Abraham docet familiam ſuā viam Dei.**

**Prædicit Abrahæ interitus Sodomorum.**

**Abraham intercedit pro Sodomitis.** D



**Abrahā puluis & cinis perſtat in oratione.**
***quinque**

Quia ſemel cœpi,loquar ad Dominum meum,cum ſim
puluis & cinis . ¶ Quid ſi minus quinquaginta iuſtis 28
quinque fuerint? delebis propter*quadragintaquinque*
vniuerſam vrbem? Et ait, Non delebo, ſi inuenero ibi
quadragintaquinque.¶Rurſumque locutus eſt ad eū,Sin 29
autem quadraginta ibi inuenti fuerint, quid facies?Ait,
Non percutiam propter quadraginta. ¶ Ne quæſo, in- 30
quit, indigneris Domine,ſi loquar : Quid ſi ibi inuenti
fuerint triginta ? Reſpondit , Non faciam , ſi inuenero
ibi triginta. ¶ Quia ſemel , ait , cœpi , loquar ad Do- 31
minum meum . Quid ſi ibi inuenti fuerint viginti ?
Ait , Non interficiam propter viginti . ¶ Obſecro , 32
inquit , ne iraſcaris Domine , ſi loquar adhuc ſemel :
quid ſi inuenti fuerint ibi decem ? Et dixit , Non de-
lebo propter decem.¶Abijtque Dominus poſtquam ceſ- 33
ſauit loqui ad Abraham : & ille reuerſus eſt in locum
ſuum.

*En obſecro , 34 induxi animum vt loquerer' cum Domino meo, 35 qui puluis ſum & cinis: 36 Quid ſi quinquaginta iuſtis , quinque defecerint?' num 37 ob quinque' totam illam ciuitatem vaſtabis? Et dixit, Si illic inuenero quadragintaquinque, non vaſtabo: Rurſumque loquutus eſt cum eo hiſce verbis, 38 Quid ſi inueniantur illic quadraginta? Reſpondit, Nihil faciam,' propter quadraginta. Et dixit, Ne quæſo iram moueat Domino meo , ſi loquar: inuenientur fortaſſe illic triginta. Et dixit, Si inuenero ibi triginta, nihil faciam. Dixitque iterum [ille , ] 39 En obſecro, obſequutus ſum animo meo auſus loqui ad' Dominum meum, fieri poterit vt inueniantur fortaſsis ibi viginti. Et dixit , Ob viginti non vaſtabo. Et dixit , Ne quæſo iram moueat Domino meo , ſi 40 vel iam' loquutus fuero, 41 quid ſi inueniantur ibi decem?' Et dixit, Non vaſtabo ob decem. Poſtquam vero ceſſaſſet Dominus loqui ad Abraham, abijt, & Abraham reuerſus eſt ad locum ſuum.*

## SCHOLIA IN CAP. XVIII.

1 Vide poſtremam annotationem capitis XIII. 2 vel, quum incaleſceret,ſiue calere cœpiſſet dies.Sub meridiem ſedebat in oſtio tabernaculi ſui expectans peregrinos, vt illos ad ſe vocaret,& benignè exciperet. 3 vel,adorauit in terram.i.demiſit faciem in terram vſque,reuerentię & honoris cauſa. Hoc enim ſignificat vox Hebræa.Marcus, cap. 1. de leproſo loquens, poſuit,Genu flectebat: vbi Matthæus eandem narrans hiſtoriā, Adorabat eum,ſcripſit. 4 Hebraiſ.ſi inueni gratiam in oculis tuis.Hebraica phraſis.pro, ſi tibi gratus ſum. 5 i. ne prætereas domum ſiue hoſpitium famuli tui,quin venias in tabernaculum meum. 6 Capiatur obſecro (ſub.à te domino meo) parum aquę,& lauetis pedes veſtros. 7 Vox Hebræa ſignificat inniti alicui rei,quo commodius quieſcamus.q.d.Innitimini baculis veſtris,aut re alia ſub arbore.erat enim arbor ante oſtium tabernaculi. 8 Heb. & fulcite cor veſtrum. Vel , vt confirmetis cor veſtrum. 9 vel,ad boues. 10 tenero. 11 Heb. Reuertendo reuertar . id eſt , Haud dubie reuertar. 12 circa hoc tempus,(&) viuente.ſubaudi,Sara.i.Sara vxore tua incolumi. 13 vel , Porrò Sara auſcultabat ad oſtium tabernaculi:& ipſum(ſub.oſtium)erat à tergo ipſius.q.d.angelus erat auerſa facie ab oſtio . ſiue angelo loquenti erat oſtium ad tergum. 14 Heb.deſierat eſſe ipſi Saræ conſuetudo mulierum.i.Deſierat Sara pati menſes.Hebraica phraſis. 15 q.d.Dicitne ſeriò Dominus me parituram,quum iam ſenuerim? 16 Nunquid Deo quicquam eſt occultum? Aut,Laterène quicquam poteſt Deum? Alij vertunt,Nunquid Deo quicquam mirabile?q.d.Poteſt quicquam eſſe tam mirabile & excellens,quod à Deo fieri non poſſit? 17 circa hoc tempus,(&) viuente. ſub.Sara.i.Sara vxore tua incolumi. 18 Heb.eſſendo erit.i.Quum certò maximus populus & fortiſsimus naſciturus ſit ex eo.Hebraicus loquendi modus. 19 i.per ſemen illius,qui eſt Chriſtus,vt cap. XXVI. exponitur,Et benedicentur in ſemine tuo omnes gentes terræ. 20 Heb. Noui enim eum : vt pręcipiat filijs &c. Quædam ſubaudienda, Nequaquam celabo eum, quum nouerim eum iuſtum & pium: nequaquam,inquam,cęlabo eum,vt præcipiat filijs &c.vt cuſtodiant &c.ne ſcilicet eodem pœnę genere multentur. 21 i.ſe mortuo. 22 Hebraiſmus,pro,rectè & iuſte viuant. 23 vel,quod dixit de illo.De ſe loquitur in tertia perſona.i.vt impleā quæ promiſi illi. 24 Clamor Sodomæ & Gomorrhę quia multus eſt, & iniquitas eorum quia aggrauata eſt ſupra modum: Deſcendā &c.Cum,inquit,res ita ſe habeat quod clamor &c.Deſcendā&c. Iungitur hic verſus ſequenti. 26 Hæc verba(ſi fecerunt:)ſubaudiuntur ab Hebręis. poſt ſequitur,conſummatio.vel perditio.q.d.ſi fecerint quę audio feciſſe,faciam in eis perditionem.i.prorſus delebo eos.ſi verò non fecerint,vel ſi res non ita habeat,ſciā quomodo ſint mitiùs puniendi,non extrema animaduerſione. Alij legunt,Videbo vtrum iuxta clamorem eius(vrbis)quæ venit ad me,fecerint conſummationem.i.an opere compleuerint id quod audio eos feciſſe.ſin minus,vt ſciam quomodo res ſe habeat. Alij,conſummationem fecerint,interpretantur,peccata patrarint extrema punitione digna.ſin minus tam flagitioſa patrarint, vt ſciam qua mitiore punitione debeam eos punire . 27 Conuerterant autem iam ſe inde viri,& abierant Sodomā. 28 vel,delebis?q.d.Nunquid præter alia quæ facturus es,delebis etiam &c.Omittit hic Moſes multa quę in hoc Dei & Abrahami colloquio tractata fuerunt.& infert hoc,Nunquid etiā &c. 29 Et,pro, Vt , poſitum. 30 Heb. fiatque ſic iuſtus ſicut impius. i.talis futura ſit apud te conditio iuſti , qualis conditio impij. 31 Heb.non faciet iudicium?i.non rectè iudicabit? q. d. par eſt vt rectè iudicet. 32 Heb.in ipſa vrbe. 33 Et,pro,Tunc,poſitū. 34 Heb.geſtio(vel cupio)loqui. 35 i.tametſi ſim abiectiſsimus. 36 Fortaſſe deerunt ex quinquaginta illis iuſtis quinque. 37 ſub.qui defecerint. 38 Heb.Fortaſſe inuenientur illic quadraginta.Ait,Non faciam.Subaudi,conſummationem. i.nō perdam. 39 Sane nunc geſtio alloqui. 40 vel,ſaltem hac vice. 41 fortaſſe inuenientur ibi decem.

## CAP. XIX.

**Lot hoſpitalitas,angelos hoſpitio ſuſcipientis. heb.13.a.**

VEneruntque duo angeli Sodomam veſpere, ſeden 1
te Lot in foribus ciuitatis.qui cum vidiſſet eos,'
ſurrexit,& iuit obuiam eis:adorauitque pronus in terrā,
¶&dixit,Obſecro domini,declinate in domum pueri ve 2
ſtri,& manete ibi:lauate pedes veſtros,& manè profici-
ſcemini in viam veſtram.Qui dixerunt,Minime , ſed in
platea manebimus.¶Cōpulit illos oppidò vt diuerterēt 3
ad eū:ingreſsiſque domum illius,fecit conuiuium,& co
xit azyma,& comederunt.¶Prius autem quàm irent cu- 4
bitum,viri ciuitatis vallauerunt domum illius' à puero
vſque ad ſenem,omnis populus ſimul. ¶Vocaueruntque 5
Lot,& dixerunt ei,Vbi ſunt viri qui introierunt ad te no
cte?educ illos huc,vt cognoſcamus eos.¶Egreſſus ad eos 6
Lot,poſt tergum accludens oſtium, ¶ait , Nolite quæſo 7
fratres mei,nolite malū hoc facere.¶Habeo duas filias, 8
quæ necdū cognouerunt virum:educam eas ad vos , &
abutimini eis,ſicut vobis placuerit,dūmodo viris iſtis ni
hil malifaciatis,q̃a ingreſsi ſūt ſub vmbra culminis mei.

**Cœnā eis parat. Sodomitarū libido.**

B

*VEneruntq; duo illi angeli 1 Sodoma' ſub veſperam, & Lot ſedebat in porta Sodomorum: videnſq; Lot, aſſurgit, itq; eis obuiam, 2 inclinat pronus' facie terram verſus demiſſa, & ait, En obſecro domini mei, diuertite quæſo ad domum ſerui veſtri, pernoctate, lauate etiam pedes veſtros, & manè conſurgētes proficiſcemini viam veſtram. At illi dixerunt, Non, ſed in platea pernoctabimus. Ille verò 3 efflagitabat vehementius vt ad ſe diuerterent.' ingreſsi itaq; ſunt domum eius, qui inſtruxit eis cœnam, & 4 pinſuit' placentas infermentatas, & comederūt. Prius autem quàm irent cubitū, ciues vrbis, ciues ſcilicet Sodomorū, vndiq; cinxerunt domum, à puero ad ſenem vſq;, quin vniuerſa plebs 5 ab extremis locis vrbis.' Vocauerūt autē Lot, & dixerūt ei, Vbi ſunt viri illi q̃ ad te hac nocte ingreſsi ſunt? educ illos ad nos: vt cognoſcamꝰ eos. Egreſſꝰ aūt Lot ad eos 6 foras,' clauſit poſt ſe ianuā. Et dixit, Ne quæſo frēs mei malū [hoc] cōmittatis. En, ſūt mihi duæ filiæ, quæ viros nōdū ſunt expertæ, quas ad vos nūc educā, 7 agite cū illis quod collibitū fuerit, 8 modo' viris illis nihil faciatis : in hoc enim ſub vmbram 9 tabulati mei' introierunt.*

*Et dixerunt, 10 Concede huc.' Et rurſus dixerunt, 11 Vnus ille vt incola venit, & plane ius [nobis] dicet?' te igitur plus quã illos infeſtabimus. Vehementi igitur impetu irruentes in virum (nempe Lot) acceſſerunt vt fores effringerent. Exerentes autẽ viri illi manus ſuas, 12 introduxerunt' ad ſe Lot in domum, clauſeruntque ianuam. Cæterum 13 viris illis qui erant iuxta fores domus à minimo ad maximum vſque oculos præſtrinxerunt, vt hallucinarentur, nec fatigati quidem inuenerunt oſtium. Et dixerunt viri illi ad Lot, 14 Habes adhuc quempiam hîc?' generum, filios tuos, & filias tuas, 15 & quæcunq; habes' in ciuitate educ de loco iſto. Nam nos perdemus locum iſtum, eo quòd 16 ingens ſit' clamor illorum coram Domino, miſitq; nos Dominus vt perdamus illum. Egreſſus eſt itaque Lot, & loquutus eſt ad generos ſuos, qui 17 ducturi erant' filias ſuas, dixitq; [ad eos,] Surgite, egredimini de loco iſto, quoniam ſubuertet Dominus ciuitatem iſtam: 18 fuit autem hic ſermo ludicrus generis ſuis.' Exoriente autem aurora, 19 inſtabant angeli Loto,' & dixerunt, Surge, accipe vxorem tuã, & duas filias tuas 20 quæ ſuperſunt,' ne fortè perdaris 21 in iniquitate ciuitatis.' Quumq; moram necteret, viri illi apprehenſa manu eius, manuq; vxoris eius, ſed & manu duarum filiarum eius, 22 (volebat enim parcere ei Dominus)' eduxerunt eum, collocaruntque eum extra ciuitatem. 23 Quumq; eduxiſſent eum extra ciuitatem, dixit, 24 Serua vitam tuam, 25 neq; reſpectes poſt te,' neque conſiſtas in tota iſta planitie, 26 effuge montem verſus,' ne forte abſumaris: Dixitq; Lot ad eos, 27 Ne quæſo mi domine, en gratiam à te impetraui, magnificaq; bonitate tua me proſequutus es, vt in vita me ſeruares,' en ego non potero 28 effugere verſus montem,' ne fortè me inſequatur hoc malum, & peream. 29 En oppidulum hoc vicinum, vt illuc confugiam, paruulum enim eſt, [permitte] quæſo vt ibidem ſeruer: (an non paruulum eſt?) vt viuat anima mea.' Et dixit ad eum, En 30 in hac quoque re exaudiui te, 31 vt nolim ſubuertere oppidulum illud de quo locutus es. Feſtina, & illic ſeruare: neq; enim facere poſſum quidquã, donec tu illuc venias: & hanc ob cauſam, 32 appellatum eſt nomen oppiduli' illius Zoar. Porrò ſol 33 ortus iam erat' ſuper terram, quum Lot veniret Zoar. 34 Pluit igitur Dominus ſuper Sodomam & Gomorrham ſulphure & igni à Domino de cælis,' & ſubuertit ciuitates illas, & totam illam planitiem, omnes quoque habitatores illarum vrbium, ſimulq; germen terræ. 35 Vxor verò Lot retro ſpectauit poſt illum,' & facta eſt 36 ſtatua ſalis. Abraham verò ſummo manè conſurgens, [properat] ad eum locum 37 vbi ſteterat coram Domino.' Et proſpiciens verſus Sodomam & Gomorrham, verſus vniuerſam terram iſtius planitiei, & en vapor 38 illius terræ' aſcendebat, quemadmodum vapor fornacis calcariæ. Cumque perderet Deus ciuitates illius planitiei, recordatus eſt Deus Abrahæ, 39 vt eximeret Lot ex ipſa ſubuerſione, qua ſubuertit ciuitates illas, in quibus Lot habitabat. Aſcendit verò Lot de Zoar, habitauitque in monte, vnà cum duabus filiabus ſuis: timuit enim habitare in Zoar: habitauit ergo in ſpelunca ipſe & duæ filiæ eius. Dixit autem primogenita ad natu minorem, Pater noſter ſenuit, neque vir ſupereſt in terra, 40 qui nos ducat' more vniuerſæ terræ. 41 Adeſto, 42 dabimus' vinum bibere patri noſtro, dormiemuſque cum eo, 43 vt ſeruemus' ſemen è patre noſtro. Nocte itaque illa dederunt vinum bibere patri ſuo, ingreſſaque eſt primogenita & dormiuit cum patre ſuo: ille verò non 44 animaduertit' neque dum filia accumberet, neque dum ſurgeret. Poſtera die dicebat maior natu ad minorem, En ego dormiui heri cum patre meo, 42 dabimus' ei vinum & hac nocte, & veni tu, & dormi cum eo, vt ſeruemus ſemen è patre noſtro. Dederunt ergo vinum patri ſuo etiam illa nocte, ſurgenſque minor natu dormiuit cum eo: at ipſe non 44 aduertit' neque quando illa accubuit, neque quando ſurrexit. Et conceperunt duæ filiæ Lot ex patre ſuo. Peperit autem primogenita filium, & appellauit nomen eius Moab, is eſt 45 pater' Moabitarum vſque in hunc diem. Sed & minor natu peperit filium: appellauitque nomen eius Ben-ami, is eſt author filiorum Amon vſque in præſentem diem.*

9 ⁋At illi dixerunt, Recede illuc. Et rurſus, Ingreſſus es, in
quiunt, vt aduena, nunquid vt iudices? te ergo ipſum ma
gis quàm hos affligemus. ‖Vimque faciebant Lot vehe- 2.Pet.2.b.
mentiſsime: iamque propè erat vt effringerent fores.
10 ⁋Et ecce miſerunt manum viri, & introduxerunt ad ſe
11 Lot, clauſeruntque oſtium: & eos qui foris erant ⁋ ‖per- Sap.19.c.
cuſſerunt cæcitate à minimo vſque ad maximum, ita vt C
12 oſtium inuenire non poſſent. ⁋Dixerunt autem ad Lot, Deus eripit Lot à Sodomitis: quorũ prædicit ſubuerſionem.
Habes hîc quempiam tuorum? generum, aut filios aut fi
13 lias, omnes qui tui ſunt, educ de vrbe hac: ⁋ delebimus
enim locum iſtum, eo quòd increuerit clamor eorum co
14 ram Domino, qui miſit nos vt perdamus illos. ⁋Egreſſus Lot ridetur à generis ſuis.
itaque Lot, locutus eſt ad generos ſuos, qui accepturi erãt
filias eius, & dixit, Surgite, & egredimini de loco iſto:
quia delebit Dominus ciuitatem hanc. Et viſus eſt eis
15 quaſi ludens loqui. ⁋Cumque eſſet manè, cogebant eum
angeli, dicentes, Surge, tolle vxorem tuam & duas filias
quas habes: ne & tu pariter pereas in ſcelere ciuitatis.
16 ⁋Diſsimulante illo, apprehenderunt manum eius, & ma D Egredi cogit ipſum Lot Deus.
num vxoris, ac duarum filiarum eius, eo quòd parceret
17 Dominus illi. ⁋‖Eduxeruntque eum, & poſuerunt extra Sap.10.a.
ciuitatem. Ibique locuti ſunt ad eum, dicentes, Salua ani
mam tuam: noli reſpicere poſt tergum, nec ſtes in omni
circà regione: ſed in monte ſaluum te fac, ne & tu ſimul
18 pereas. ⁋Dixitque Lot ad eos, Quæſo domine mi, ⁋quia Segor ciuitas ad preces Lot ſeruatur.
19 inuenit ſeruus tuus gratiam coram te, & magnificaſti
gloriam & miſericordiam tuam, quam feciſti mecum vt Miſericordiã Dei cõfitetur Lot.
ſaluares animam meam, nec poſſum in monte ſaluari,
20 ne forte apprehendat me malum & moriar. ⁋Eſt ciuitas
hîc iuxta, ad quam poſſum fugere, parua, & ſaluabor in hæc
21 ea: nunquid non modica eſt, & viuet anima mea? ⁋Dixit
que ad eum, Ecce etiam in hoc ſuſcepi preces tuas, vt nõ E
22 ſubuertam vrbem, pro qua locutus es. ⁋ ‖Feſtina, & ſalua Sap.10.a.
re ibi: quia non potero facere quicquam, donec ingre
diaris illuc. Idcirco vocatum eſt nomen vrbis illius Se
23 gor. ⁋Sol egreſſus eſt ſuper terram, & Lot ingreſſus eſt Sodomorum interitus.
24 Segor. ⁋‖Igitur Dominus pluit ſuper Sodomam & Go- Eſa.12.d. iere.50.f. ezec.16.f. oſeę 11.c. amos 4.d. Iu.17.f. iudæ 1.c.
25 morrhã ſulphur & ignem à Domino de cęlo: ⁋& ſubuer
tit ciuitates has, & omnem circà regionem, vniuerſos ha
26 bitatores vrbium, & cuncta terræ virentia. ⁋‖Reſpicienſ
27 que vxor eius poſt ſe, verſa eſt in ſtatuam ſalis. ⁋Abrahã Vxor Lot in ſtatuam ſalis verſa. luc.17.
autem conſurgens manè vbi ſteterat prius cum Domi
28 no, ⁋intuitus eſt Sodomam & Gomorrham, & vniuerſam
terram regionis illius: viditq aſcendentem fauillam de F g.ſup.18.a.
29 terra quaſi fornacis fumum. ⁋Cũ enim ſubuerteret Deus Propter Abraham liberatꝰ eſt Lot.
ciuitates regionis illius, recordatus eſt Abrahæ: & libe
rauit Lot de ſubuerſione vrbium in quibus habitauerat.
30 ⁋Aſcenditque Lot de Segor, & manſit in monte, duę quo Lot egreditur Segor.
que filiæ eius cum eo (timuerat enim manere in Segor)
31 & manſit in ſpelunca ipſe, & duæ filiæ eius cum eo. ⁋Di Crimen inceſtus Lot cum filiabus.
xitque maior ad minorem, Pater noſter ſenex eſt, & nul
lus virorum remanſit in terra qui poſsit ingredi ad nos
32 iuxta morem vniuerſæ terræ. ⁋Veni inebriemus eum vi
no, dormiamuſque cum eo: vt ſeruare poſsimus ex patre
33 noſtro ſemen. ⁋Dederunt itaque patri ſuo bibere vinum
nocte illa. Et ingreſſa eſt maior, dormiuitque cũ patre:
at ille non ſenſit nec quando accubuit filia, nec quando G
34 ſurrexit. ⁋Altera quoque die dixit maior ad minorẽ, Ec
ce dormiui heri cum patre meo, demus ei bibere vinum
etiam hac nocte, & dormies cum eo, vt ſaluemus ſemen
35 de patre noſtro. ⁋Dederuntque etiam & illa nocte patri
ſuo bibere vinum, ingreſſaque minor filia, dormiuit cũ
eo: & nec tunc quidem ſenſit quando concubuerit, vel
36 quando illa ſurrexit. ⁋ Conceperunt ergo duæ filiæ Lot
37 de patre ſuo. ⁋Peperitque maior filium, & vocauit nomẽ
eius Moab: ipſe eſt pater Moabitarum vſque in præſentẽ Moab.
38 diem. ⁋Minor quoque peperit filium, & vocauit nomen
eius Ammon, id eſt, filius populi mei: ipſe eſt pater Am Ammon.
monitarum vſque hodie.

SCHO-



SCHOLIA IN CAP. XIX.

1 Accuſatiuus caſus. 2 Hebr. & incuruauit ſeſe. honoris ſcilicet cauſa. 3 compulit eos mirum in modum, & declinauerunt ad eum. 4 coxit. 5 Heb. ab extremo. Subaudi, vrbis. Id eſt, qui habitabant in extrema parte vrbis. 6 ad oſtium. 7 Hebr. facite illis quod bonum fuerit in oculis veſtris. i. abutimini illis prout libuerit. 8 tantum. 9 tigni mei. Id eſt, in domum meam. Hebraiſmus. 10 Faceſſe hinc. 11 Vnicus venit vt habitaret, & iudicat iudicando? Obiurgantis ſermo: quaſi dicat, Solus venit vt habitaret apud nos, & vult eſſe iudex noſter? Vel. Venitne iſte peregrinus vt iudicaret nos? 12 attraxerunt. 13 Heb. homines illos qui (erant) ad oſtium domus percuſſerunt cęcitate à paruo vſque ad magnum, & fatigati ſunt vt inuenirent oſtium. vel, ita vt fatigarentur, quærendo oſtium. 14 Hebr. Præterea quis tibi hîc? q.d. Quos hîc adhuc affines habes pręter hos quos hîc videmus? 15 omnes qui tui ſunt. 16 Hebraiſmus, magnificatus ſit. i. creuerit. 17 vel, acceperant. Subaudi, in vxores. Id eſt, qui abduxerant ad ſe filias eius, & acceperant ſibi in vxores. 18 viſus eſt autem vt iocans, in oculis generorum ſuorum. i. exiſtimarunt eum non feriò hæc dicere. 19 vel, cogebant Lot angeli. Vel, cœperunt feſtinare, & properare cum Lot angeli. 20 vel, quas habes in promptu. Vel, filias quæ inueniuntur. 21 vel, in punitione ciuitatis. 22 Hebraiſmus, pro miſericordia Domini ſuper illum, id eſt, eo quòd Dominus miſereretur eius, hoc eſt, vellet eum eripere. 23 Factum eſt autem, quum educerent eos foras, dixit. Subaudi, alter angelus. nam quamuis duo eſſent angeli, tamen vnus educto Lot foras, euertere cœpit illas ciuitates. 24 Saluum te fac pro anima tua. Id eſt, fuga conſule vitæ & ſaluti tuæ. 25 Id eſt, ne te incœpti pœniteat. Similis loquendi modus Luc.9.g. Nemo mittens manum ad aratrum, & reſpiciens retro, aptus eſt regno Dei. 26 Hebraiſmus, ſaluum te fac in montem. 27 Quæſo domini mei, nequaquam (ita fiat,) ecce nunc (vel, ſane, aut certe) inuenit ſeruus tuus gratiam coram te, & magnificaſti miſericordiam tuam, quam feciſti mecum ad conſeruandum animam meam. Alterum angelorum alloquitur. q.d. Video me gratum & acceptum tibi fuiſſe: nam magnificaſti miſericordiam tuam quam feciſti mecum: hoc eſt maxime miſericors fuiſti erga me. Hebraiſmus eſt. 28 ſeruare me in montana. 29 Hebraiſmus. Verti vrbs iſta (ſubaudi, quam vides) eſt propinqua, ad quam poſſum fugere: & illa eſt parua: obſecro vt ſaluer in ea. nunquid nõ exigua res eſt? & viuet anima mea. Verti poteſt, pro, & illa eſt parua: nẽpe illa parua, aut, vt volunt quidam, res illa eſt parua. 30 Heb. in hoc ſuſcepi faciem tuam. 31 i. vt non ſubuertam vrbem hanc de qua, vel, pro qua exaudiui te in hac re. 32 Heb. vocauit nomen vrbis &c. Id eſt, is qui illi nomen indidit, vocauit Segor. Hoc eſt, vocaueruntque nomen illius Segor. 33 egrediebatur. 34 Hebraiſmus eſt, Pluit Dominus à Domino de cælo, pro Dominus pluit à ſe de cælo. 35 Reſpicienſque vxor eius poſt illũ. Id eſt, auerſa à tergo illius, reſpexit poſt eum. Ipſa enim illum ſequebatur. 36 vel, in cumulum ſalis. Hoc eſt, in ſtatuam incorruptibilem, permanſuram in ſempiternum. q.d. mutata eſt in ſtatuam quę eſſet perpetuum incredulitatis exemplum. Ad hunc modum dicitur Nume.18. pactum ſalis, id eſt incorruptibile & immortale. Aut ad ſalem metallicum alludit, & effotitium, qui nullo imbre liqueſcit, imò ad ędificandas domos eſt idoneus. Lege Plinium lib.31. ca.7. vbi id tradit. 37 i. iuit ad locum vbi toties antea interrogauerat Dominum. 38 i. è terra illa, ſiue regione. 39 Heb. & emiſit Lot de medio ſubuerſionis, quum ſubuerteret ciuitates illas, in quibus (id eſt, in quarum vna) habitabat Lot. 40 vt veniat ad nos. i. congrediatur nobiſcũ. 41 Verbum pro aduerbio, Eia, age. 42 demus. 43 Heb. vt viuificemus. pro, vt ſuſcitemus ſemen: hoc eſt excitemus poſteritatem ex patre noſtro. Sic paulo pòſt. 44 vel percepit. 45 id eſt, author, à quo Moabitę traxerunt genus.

CAP. XX.

Peregrinatur Abraham in Geraris, vbi rapitur eius vxor.
Obiurgatur Abi-melech.

PRofectus inde Abraham in terram Auſtralem, habi 1
tauit inter Cades & Sur: & peregrinatus eſt in Ge-
raris. ⁋Dixitque de Sara vxore ſua, Soror mea eſt. Miſit 2
ergo Abi-melech rex Geraræ, & tulit eam. ⁋ Venit au- 3
tem Deus ad Abi-melech per ſomnium nocte, & ait il-
li, En morièris propter mulierem quam tuliſti: habet
enim virum. ⁋ Abi-melech verò non tetigerat eam, & 4

Eius oratio.

ait, Domine, num gentem ignorantem & iuſtam in-
terfices? ⁋Nõne ipſe dixit mihi, Soror mea eſt: & ipſe ait, 5
Frater meus eſt? in ſimplicitate cordis mei, & munditia B
manuum mearum feci hoc. ⁋Dixitque ad eum Deus, Et 6

Ne peccet Abi-melech ſeruat Deus.

ego ſcio quòd ſimplici corde feceris: & ideo cuſtodiui te
ne peccares in me, & non dimiſi vt tangeres eam. ⁋Nũc 7
ergo redde viro ſuo vxorem, & orabit pro te: quia pro-
pheta eſt, & viues. ſi autem nolueris reddere, ſcito quòd

Propheta Abraham.

morte morieris tu & omnia quæ tua ſunt. ⁋ Statimque 8
de nocte conſurgens Abi-melech, vocauit omnes ſer-
uos ſuos: & loquutus eſt vniuerſa verba hæc in auribus
eorum, timueruntque omnes viri valde. ⁋ Vocauit au- 9

Abi-melech obiurgat ipſum Abraham. C

tem Abi-melech etiam Abraham, & dixit ei, Quid fe-
ciſti nobis? quid peccauimus in te, quia induxiſti ſuper
me & ſuper regnum meum peccatum grande? quæ non
debuiſti facere, feciſti nobis. ⁋ Rurſumque expoſtulans 10
ait, Quid vidiſti, vt hoc faceres? ⁋ Reſpondit Abraham, 11
Cogitaui mecum dicens, Forſitan non eſt timor Dei in
loco iſto, & interficient me propter vxorem meã: ⁋ aliàs 12

Sara neptis Thare ex filio, & neptis Abrahę ex fratre.

autem & vere ſoror mea eſt, filia patris mei, & non filia
matris meæ, & duxi eam in vxorem. ⁋Poſtquam autem 13
eduxit me Deus de domo patris mei, dixi ad eam, Hanc
miſericordiam facies mecum, In omni loco, ad quem
ingrediemur, dices quòd frater tuus ſim. ⁋ Tulit igitur 14

D Abi-melech eũ donis reddit vxorem.

Abi-melech oues & boues & ſeruos & ancillas, & dedit
Abraham: reddiditque illi Saram vxorem ſuam, & ait,
⁋Terra coram vobis eſt, vbicunque tibi placuerit habi- 15
ta. ⁋Sarę autem dixit, Ecce mille argenteos dedi fratri 16
tuo, hoc erit tibi in velamen oculorum ad omnes qui te-
cum ſunt: & quocunque perrexeris, memento te depre-

CAP. XX.

*PRofectus Abraham illinc in terram Auſtralem, conſedit inter Cades & inter Sur, incolaque fuit in Gerar. 1 Dixitque Abraham de vxore ſua, quòd ſoror eius eſſet. Miſit ergo rex Gerar Abi-melech, & tulit Saram. Venit autem Deus ad Abi-melech per ſomnium noctu, & dixit ad eum, En tu 2 morieris' propter mulierem quam tuliſti: marito enim iuncta eſt. Abi-melech verò 3 non acceſſerat ad eam,' & ait, Domine num gentem iuſtam quoque 4 interficies? an non ipſe dixit, Soror mea eſt? ſed & ipſa dixit, Frater meus eſt: 5 in integritate cordis mei, & innocentia manuũ mearum hoc feci.' Dixitque ad eum Deus per ſomnium, Et hoc noui quòd in integritate cordis tui hoc feceris, atque ideo cohibui te quo minus peccares in me, nec permiſi vt eam attingeres: Nunc igitur reſtitue viro vxorem, eſt enim propheta, is pro te orabit, vt ſuperſtes viuas. Quòd ſi non reſtitueris, hoc ſcito, certiſsime te moriturum, nec te ſolum, ſed & omnia quæ habes. Summo itaque mane ſurrexit Abi-melech, & conuocauit omnes ſeruos ſuos, & 6 loquutus eſt omnes hoſce ſermones coram auribus illorum,' & timuerunt vehementer. Poſt hoc vocauit Abi-melech Abrahamum, & dixit ei, Quid feciſti nobis? quid verô in te peccaui, quòd adduxiſti ſuper me & regnum meum peccatum tam grande? 8 Commiſiſti aduerſum me, quæ cõmittere minime conueniebat. Et dixit Abi-melech ad Abraham, Quid ſpectaſti, vt rem iſtam deſignares?' Reſpondit Abraham, 9 Cogitaui, Fortaſsis non viget timor' Dei in iſto loco: fiet ergo, vt me propter vxorem meam interficiant. 10 Atqui reuera ſoror mea eſt:' nam filia eſt patris mei, tametſi filia matris meæ non ſit, factaque mihi vxor. Cumque 11 errare me faceret Deus' à domo patris mei, dixi ad eam, 12 Hoc in me beneficium colloca,' in omni loco ad quem ſumus peruenturi, dic de me quòd frater ſim tuus. Tulit itaque Abi-melech oues & boues, ſeruos & ancillas, & dedit ea Abrahæ, reddiditque illi Saram vxorem ſuam.' Dixitque Abi-melech, Ecce terra mea 13 tibi patet: habita vbi tibi viſum fuerit.' Ad Saram autem dixit, En dedi fratri tuo mille argenteos, 14 idque pro velamento erit oculis tuis, & euidens argumentum coram omnibus*

*qui tecum ſunt.' Orauit itaque Abraham ad Deum, & ſanauit Deus Abi-melech & vxorem eius, atque ancillas eius, & pepererunt. 15 Concluſerat enim Dominus omnem vuluam domus Abi-melech' propter Sarah vxorem Abrahami.*

17 henſam. ℣ Orante autem Abraham, ſanauit Deus
Abi-melech, & vxorem, ancillaſque eius: & pepe
18 rerunt. ℣ concluſerat enim Dominus omnem vul-
uam domus Abi-melech propter Saram vxorem
Abrahæ.

Orat Abrahā pro Abi-melech.

## SCHOLIA IN CAP. XX.

1 Subaudi, interrogantibus quæ eſſet ipſa. 2 mortuus es .i. actum eſt de vita tua. 3 non appropinquauerat illi. Latine, non fuerat congreſſus cum ea. 4 Audiuerat enim Abi-melech ſupplicium ſumptum fuiſſe de Sodomitis. Gens pro familia. 5 .i. Cum illam retinui, ſimplici animo feci, non exiſtimans me quicquam mali facere. Hebraiſmus. 6 Modus loquẽdi Hebraicus. Latine, Narrauit illis hæc omnia quæ illi dixerat Deus. 8 Heb. Opera quæ non debuerunt fieri, feciſti mecum. Adiecitque Abi-melech, & Abrahamo ait, Quid conſideraſti, vt hoc faceres? id eſt, Quid tibi venit in mentem, vt hoc faceres? 9 Quia ita reputaui, Certe non eſt timor &c. Id eſt, Huius loci homines non timent Deum. 10 Pręterea (vel, Et etiam) in veritate ſoror mea eſt, &c. Soror eius fuit, ſicut Lot frater eius. Dixit enim ſuprà cap. 13. b. Fratres enim ſumus: quum Lot fratris filius eſſet. Thare pater Abraham genuit Aran. Aran autem genuit Sarai. Ita Sarai erat filia, id eſt, neptis Thare patris Abrahæ. Nam apud Hebręos, nepos vocatur frater: & neptis, filia. Soror igitur mea eſt, i. neptis ex fratre: neptis patris mei ex filio, non autem neptis matris meę. nam Aran fratrem meum ſuſtulit pater meus ex alia vxore, quàm ex matre mea. Alij ſic, interpretantur, Vere ſoror mea eſt, filia Thare patris mei, ſed ex alia vxore, quã ex matre mea. Creditur enim Thare duas habuiſſe vxores ex quarum altera Sarã ſuſtulerit, ex altera Abrahamũ, & fratres eius. 11 errare (vel, peregrinari) me fecerunt Dij. Hic colligitur perſonarum trinitas, vbi & nomen (Dij) & verbum (fecerunt errare) ſunt pluralis numeri. 12 Heb. Hãc miſericordiã facies mecum. Heb. Hoc mihi beneficiũ pręſtabis, vt dicas, vbicũq; erimus, &c. 13 Heb. in cõſpectu tuo eſt: in bono in oculis tuis habita. i. Vides omnẽ regionẽ: in quacũq; libuerit parte quę videbitur tibi optima, habita. 14 certe ipſe eſt tibi velamẽ oculorum, (&) omnibus quę tecũ ſunt: & cũ omnib⁹ his correpta fuit. Id eſt, propugnator eſt pudoris tui. quicunq; tibi cũ eſſe virũ nouerit, oculos à te auertet & ab ancillis tuis. Per hęc autẽ omnia, quæ illi acciderũt ſub Pharaone & Abi-melech, caſtigata & correpta fuit, ne poſtea diceret ſe ſororem eſſe Abrahami. 15 .i. Steriles reddiderat mulieres totius familię Abi-melech.

## CAP. XXI.

*V*1 *Iſitauit autem Dominus Saram, quemadmodum promiſerat, 2 præſtititque Dominus Saræ quemadmodum fuerat loquutus.' Nam concepit & peperit Sarah ipſi Abrahæ filium 3 in ſenectute eius,' idque ad tempus definitum quod prædixerat ei Deus. Et Abraham appellauit nomen filij ſui qui ſibi natus erat, & quem ei genuerat Sarah, Iſaac. circuncidit quoque Abraham filium ſuum quum eſſet natus dies octo, quemadmodum præceperat illi Deus. Porrò Abraham ipſe natus erat centum annos, cum naſceretur ei Iſaac filius ſuus. Sarah vero dixit,' Deus fecit mihi 4 gaudium,' vt omnis qui audierit, congratuletur mihi. Dixitque, 5 Quis diceret Abrahæ, Sara lactat filios, & quòd genuerim filium in ſenectute ſua? 6 Creuit itaque puer, & ablactatus eſt,' inſtruxitque Abraham conuiuiũ magnum eodem die quo ablactabatur Iſaac. Vidit autem Sarah filium Hagar AEgyptiæ, quẽ 7 genuerat' Abrahæ 8 laſciuientẽ.' Et dixit ad Abrahamum, Eijce ancillam hanc, ſimulque filium eius. filius enim iſtius ancillæ non erit hæres cum filio meo, nempe cum Iſaac. 9 Doluit autem hic ſermo Abrahamo vehementer, idque filij ſui cauſa. Dixitque Deus ad Abraham, Ne doleat tibi de puero & de ancilla tua, 10 obtempera voci Saræ in omnibus quæ dixerit tibi. 11 in Iſaac enim vocabitur tibi ſemen.' Quin & filium ancillæ 12 faciam in gentem:' ſiquidem ſemen tuum eſt. Surrexit itaque Abraham diluculo, & tulit panem ac vrceum aquæ, deditque Hagar, imponens humero eius; puerum quoque ei dedit, & amandauit eam: quæ abiens errauit in deſerto Beer-ſeba. Cumque iam conſumptæ eſſent aquæ vrcei, proiecit puerum 13 ſub virgultum quoddam.' ipſa vero abiens, conſedit è regione procul, 14 quantum eſt teli iactus: 15 dixit enim,' Non poſſum videre mortem pueri, ſedenſque è regione, ſuſtulit vocem ſuam & fleuit. Audiuit autem Deus eiulatum pueri, vocauitque angelus Dei Hagar de cælo, & dixit ad eam, Quid eſt tibi Hagar? ne metuas: quoniam exaudiuit Deus eiulatum pueri, eodem loci vbi eſt. Surge, tolle puerum, & manu tua eum apprehende: quoniam faciam eum in gentem magnam. Et aperuit Deus oculos eius, vt videret fontem aquarum: abijt ergo & impleuit vrceum aqua, deditque potum puero. Adfuit autem Deus puero, & creuit, habitauitque in ſolitudine, fuitque iaculandi peritus. Habitauit autem in deſerto Pharan, & accepit illi mater ſua vxorem ex AEgypto. Eodem tempore conuenerunt Abrahamum*

1 VIſitauit autem Dominus Saram ſicut ‖ promiſe
2 rat: & impleuit quæ locutus eſt. ℣ Conce-
pitque, & ‖ peperit filium in ſenectute ſua, tem-
3 pore, quo prædixerat ei Deus. ℣ Vocauitque Abra-
ham nomen filij ſui, quem genuit ei Sara, Iſaac.
4 ℣ Et circuncidit eum octauo die, ſicut ‖ præceperat
5 ei Deus, ℣ cum centum eſſet annorum: hac quip-
6 pe ætate patris, natus eſt Iſaac. ℣ Dixitque Sara,
Riſum fecit mihi Deus, ‵& ' quicunque audierit,
7 corridebit mihi. ℣ Rurſumque ait, Quis auditurus
crederet Abraham quòd Sara lactaret filium quem
8 peperit ei iam ſeni? ℣ Creuit igitur puer, & abla-
ctatus eſt: fecitque Abraham grande conuiuium in
9 die ablactationis eius. ℣ Cumque vidiſſet Sara fi-
lium Agar AEgyptiæ ludentem cum Iſaac filio ſuo,
10 ℣ dixit ad Abraham, ‖ Eijce ancillam hanc, & fi-
lium eius. non enim erit hæres filius ancillæ cum
11 filio meo Iſaac. ℣ Durè accepit hoc Abraham pro
12 filio ſuo. ℣ Cui dixit Deus, Non tibi videatur
aſperum ſuper puero & ſuper ancilla tua: omnia
quæ dixerit tibi Sara, audi vocem eius: quia ‖ in
13 Iſaac vocabitur tibi ſemen. ℣ Sed & filium ancil-
læ faciam in gentem magnam, quia ſemen tuum
14 eſt. ℣ Surrexit itaque Abraham mane, & tollens pa
nem & vtrem aquæ, impoſuit ſcapulæ eius, tradi-
ditque puerum, & dimiſit eam. Quæ cum abijſſet,
15 errabat in ſolitudine Ber-ſabee. ℣ Cumque conſum-
pta eſſet aqua in vtre, abiecit puerum ſubter
16 vnam arborem, quæ ibi erat. ℣ Et abijt, seditque
è regione procul quantum poteſt arcus iacere. di-
xit enim, Non videbo morientem puerum, & ſe-
17 dens contrà, leuauit vocem ſuam, & fleuit. ℣ Exau
diuit autem Deus vocem pueri: vocauitque ange-
lus Dei Agar de cælo, dicens, Quid agis Agar?
noli timere: exaudiuit enim Deus vocem pueri de
18 loco in quo eſt. ℣ Surge, tolle puerum, & tene ma
num illius: quia in gentem magnam faciam eum.
19 ℣ Aperuitque oculos eius Deus: quæ videns puteum
aquæ, abijt, & impleuit vtrem, deditque puero bibe-
20 re. ℣ Et fuit *cum eo: qui creuit, & moratus eſt in
21 ſolitudine, factuſque eſt iuuenis ſagittarius. ℣ Ha-
bitauitque in deſerto Pharan, & accepit illi ma-
22 ter ſua vxorem de terra AEgypti. ℣ Eodem tem-
pore

Naſcit Iſaac. Supra.17.c. 18.b.
Galat.4.c. Heb.11.e.
Supra.17.d. Matth.1.
Gratitudo animi Saræ.
Dies ablactationis Iſaac.
Galat.4.d. B
Veri filij Abrahę ex Iſaac. ro.9.b. hebr. 11.d.
Eijcitur Agar cũ Iſmaele.
Angel⁹ cõſolatur ipſam C Agar.
Ab Iſmaele populus magnus.
*Deus.
Iſmael ſagittarius.
Fœdus Abi-melech cum Abraham.



pore dixit Abi-melech, & Phicol princeps exercitus ei⁹
ad Abraham, Deus tecum eſt in vniuerſis, quæ agis. ℣ Iu- 23
ra ergo per Deum, ne noceas mihi & poſteris meis, ſtir-
pique meæ: ſed iuxta miſericordiam ‖ quam feci tibi,
facies mihi & terræ in qua verſatus es aduena. Dixitque
Abraham, Ego iurabo. ℣ Et increpauit Abi-melech pro- 24
pter puteum aquæ quem vi abſtulerant ſerui eius. ℣ Re- 25
ſponditque Abi-mech, Neſciui quis fecerit hanc rem:
ſed & tu non indicaſti mihi, & ego non audiui præ-
ter hodie. ℣ Tulit itaque Abraham oues & boues, & 26
dedit Abi-melech: percuſſeruntque ambo fœdus. ℣ Et 27
ſtatuit Abraham ſeptem agnas gregis ſeorſum. ℣ Cui 28
dixit Abi-melech. Quid ſibi volunt ſeptem agnæ
iſtæ, quas ſtare feciſti ſeorſum? ℣ At ille, Septem, in- 29
quit, agnas accipies de manu mea, vt ſint mihi
in teſtimonium, quoniam ego fodi puteum iſtum.
℣ Idcirco vocatus eſt locus ille Ber-ſabee: quia ibi vter 30
que iurauit. ℣ Et inierunt fœdus pro puteo iuramen 31
ti. ℣ Surrexit autem Abi-melech, & Phicol princeps 32
exercitus eius, reuerſique ſunt in terram Palæſthino-
rum. Abraham verò plantauit nemus in Ber-ſabee, &
inuocauit ibi nomen *Dei æterni. ℣ Et fuit colonus ter- 33
ræ Palæſthinorum diebus multis.

Supra.20.d.
Abraham arguit ipſum Abi-melech ob puteos ablatos. D
Percutiſit fœdus inter ſe.
Ber-ſabee.
Abrahã plantat nem⁹, inuocat Deũ.
*Domini.

*Abi-melech [rex] & Phichol ſummus imperator eius, hiſce verbis, Deus adeſt tibi in cunctis quæ tu facis: iura igitur mihi 16 hîc' per Deum, 17 ne dolo malo mecum, cum prole ac poſteris meis agas: 18 iuxta beneficentiam qua tecum egi,' tu quoque mecum agas, & cum terra in qua tu incola fuiſti. Dixitque Abraham, Ego 19 iurabo. 20 Arguit autem Abraham regem Abi-melech' de cauſa putei aquæ, quem vi eripuerant ſerui Abi-melech. Et dixit Abi-melech, Neſcio quis iſtam rem fecerit, neque etiam tu mihi indicaſti, neque ego vnquam de hac re audiui quidquam niſi hodie. Accepit vero Abraham oues & boues, deditque Abi-melech, ſanxeruntque ambo iſti fœdus. Et Abraham ſtatuit ſeptem agnas ouium ſeorſum. Dixit autem Abi-melech ad Abrahamum, Quid ſibi volunt ſeptem iſtæ agnæ quas ſeorſum ſtatuiſti? Reſpondit, Quia ſeptem iſtas agnas accipies de manu mea, vt ſint mihi teſtes quòd iſtum puteum foderim. Idcirco 21 loco illi nomen inditum eſt' Beer-ſeba, quòd vterque illic iuraſſet. Sancito itaque fœdere in Beer-ſeba, ſurrexit Abimelech & ſummus imperator eius Phichol, & reuerſi ſunt in terram Paleſtinorum. Conſeuit autem [Abraham] arboretum in Beer-ſeba, inuocauitque ibidem nomen Domini Dei æterni. Incola itaque fuit Abraham in Paleſtina diebus multis.*

## SCHOLIA IN CAP. XXI.

1 Hebraiſmus, Fecit Saræ Dominus ſicut promiſerat. Seipſum verbis ſequentibus declarat per repetitionem. 2 fecit enim Dominus Saræ quemadmodum locutus fuerat. Repetitio eſt frequens in Sacris literis. Idem enim eſt, Viſitauit Saram Dominus ſicut promiſerat: &, Fecit Saræ Dominus ſicut locutus fuerat, id eſt, promiſerat. 3 id eſt, ipſi iam ſeni Abrahamo. 4 vel, riſum. Hebraiſmus, Deus affecit me gaudio, lætam me reddidit: quicunque audierit me peperiſſe, ridebit, ſiue gaudebit mecum, congratulabiturque mihi. 5 Quis prædixit Abrahæ, Sarã lactaturã eſſe filium? nam peperi filium ſenectuti illius, id eſt, marito meo iam ſeni. quaſi dicat, Oportet Deum fuiſſe, non hominẽ, qui prędixerit viro meo me lactaturã ipſi filium. 6 vel, Cum autem creuiſſet puer, ablactatus eſt, &c. 7 pepererat. 8 vel, ludentem. aut, ſubſannantem. ſiue, deriſorem eſſe. Dicunt enim quidam docti Hebræi, Cum faceret magnum conuiuium Abraham, omneſque congratularentur ipſi Abrahæ quod Dominus in ſenectute dediſſet illi Iſaac, filium ancillę deriſiſſe, & ſubannaſſe illos: idque Saram marito indicaſſe. 9 vel, Diſplicuit hoc in oculis Abrahę propter filium ſuum. Cui dixit Deus, Non diſpliceat tibi ob puerum & ancillam tuam. quaſi dicat, Ne ægre feras eiectionem filij & matris. 10 Hebraiſmus. quicquid dicet tibi Sara, acquieſce in voce eius, id eſt, precanti. 11 Hebraiſmus, hoc eſt, filij ac nepotes Iſaac, dicentur filij ac nepotes tui: non autem qui ex Iſmaele naſcentur. 12 Hebraiſmus, faciã vt populi naſcantur ex eo. 13 Hebraiſmus, ſub vna arborum. 14 ſubaudi, diſcedendo, quantum ſcilicet poteſt arcus iacere. 15 vel, dicebat enim. 16 Hîc, id eſt, in hoc loco. 17 Hebr. quòd non mentieris mihi, & filijs meis, & nepotibus meis .i. te mihi & meis ſeruaturum fidem. Quidam vertunt, Iura te non defecturum à me. Alij, Quòd non iniquè ages mecum, & cum filijs & nepotibus meis. 18 vel, iuxta miſericordiam quam feci tibi. Heb. Quemadmodum de te bene meritus ſum: tu quoque ſtudebis & de meis bene mereri, & de incolis inter quos agis. 19 futurũ pro præſenti, iuro. i. paratus ſum iurare. 20 vel, increpauit Abraham ipſum Abi-melech. Vel, Expoſtulauit Abraham cum Abi-melech. 21 vocauit locum illum. Is ſcilicet qui indidit nomen loco illi, vocauit illum Beer-ſeba. i. Puteus ſeptem. Sub. agnarum. nã poſt pręſtitum iuramentũ, dedit ſeptẽ agnas.

## CAP. XXII.

QVæ poſtquam geſta ſunt, tentauit Deus Abraham, 1
& dixit ad eum, Abraham ‵Abraham.' At il-
le reſpondit, Adſum. ℣ Ait illi, Tolle filium tuum vnigeni 2
tum quem diligis Iſaac, & vade in Terram-viſionis: at-
que ibi offeres eum in holocauſtum ſuper vnum mon
tium quem monſtrauero tibi. ℣ Igitur Abraham de no- 3
cte conſurgens ſtrauit aſinum ſuum: ducens ſecum duos
iuuenes, & Iſaac filium ſuum: cùmque concidiſſet ligna
in holocauſtum, abijt ad locum quem præceperat ei
Deus. ℣ Die autem tertio, eleuatis oculis, vidit locum pro 4
cul, ℣ dixitque ad pueros ſuos, Expectate hîc cum aſino: 5
ego autem & puer illuc vſque properantes, poſtquã ado-
rauerimus, reuertemur ad vos. ℣ Tulit quoque ligna ho- 6
locauſti, & impoſuit ſuper Iſaac filium ſuum: ipſe verò
portabat in manibus ignem & gladium. Cumque duo
pergerent ſimul, ℣ dixit Iſaac patri ſuo, Pater mi. At ille 7
reſpondit, Quid vis fili? Ecce, inquit, ignis & ligna:
vbi eſt victima holocauſti? ℣ Dixit autem Abraham, 8
Deus prouidebit ſibi victimam holocauſti, fili mi. Per-
gebant ergo pariter: ℣ & venerunt ad locum quem oſtẽ- 9
derat ei Deus, in quo ædificauit altare, & deſuper ligna
compoſuit: cumque alligaſſet Iſaac filium ſuum, poſuit
eum in altare ſuper ſtruem lignorum. ℣ Extenditque ma 10
num, & arripuit gladium vt immolaret filium ſuum. ℣ Et 11

Iubetur Abrahã immolare filiũ. Iudith. 8.c. Heb.11.d.
Obedientia Abrahæ erga Verbum Dei.
Typus Chriſti Iſaac.
Abrahã immolat Iſaac filiũ. Iaco.2.d.

*POſt hæc geſta tentauit Deus Abrahamum, dicebatque ad eum: Abraham. Et reſpondit, En præſto ſum. Et ait, Tolle nunc filium tuum, vnicum illum tuum, quem vnice amas, Iſaac nempe, & vade in 1 terram Moria,' & ſacrifica eum ibidem holocauſtum ſuper vnum montium, quem tibi indicaro. Surgens itaque Abraham diluculo, inſtrato aſino ſuo, accepit ſecum duos pueros ſuos, & Iſaac filium ſuum, deinde diſſidit ligna ad holocauſtum: ſurrexit præterea & abijt ad locum, de quo dixerat illi Deus. Tertio die ſublatis oculis ſuis Abraham, vidit locum illum à longe. Dixitque Abraham ad pueros ſuos, Vos manete hîc cum aſino, ego verò & puer ibimus illuc vſque adoraturi, deinde reuertemur ad vos. Accepit itaque Abrahã ligna holocauſti, & impoſuit ea Iſaac filio ſuo, ipſe verò manu ſua ignem geſtabat & cultrum, profectique ſunt duo illi ſimul. Dixit ergo Iſaac ad patrem ſuum, Pater mi. Qui reſpondit, Præſto ſum fili mi. Et dixit, En ignis & ligna, vbi verò pecus eſt pro holocauſto? Reſpondit Abraham, Deus prouidebit ſibi pecus in holocauſtum mi fili. Perrexerunt autem ambo illi vnà. Quumque veniſſent ad locum de quo Deus illi dixerat, extruit ibi Abraham aram, 2 rogum ſtruit,' Iſaac filium ſuum colligat, 3 imponitque illum rogo' qui erat in ara. Extenta deinde manu Abraham apprehendit cultrum vt mactaret filium ſuum. An-*

*Angelus autem Domini clamauit ad eum è cælo hiſce verbis,*
*Abraham, Abraham. Qui reſpondit, En adſum. An-*
*gelus autem ait, Ne extendas manum tuam in puerum,*
*neque facias illi quidquam: iam enim cognoui quòd ti-*
*meas Deum, quum & filio tuo, vnico illi tuo propter me*
*nihil peperceris. Sublatis itaque oculis ſuis Abraham,*
*4 reſpexit,' & en aries 5 retro 6 implicitus erat*
*vepreto' cornibus ſuis. Et abijt Abraham, tulitque arie-*
*tem illum, & immolauit eum holocauſtum pro filio ſuo.*
*Nominauit autem Abraham nomen illius loci, Dominus*
*7 videbit: 8 quemadmodum etiamnum hodie dicitur,*
*In monte Dominus videbitur.' Angelus autem Domi-*
*ni vocauit Abrahamum ſecundò de cælo, dixitque, Per*
*memetipſum iuraui (dicit Dominus) quandoquidem rem*
*hanc feciſti, 9 nec peperciſti filio tuo, vnico illi tuo,'*
*certiſsime 10 benedicam tibi, & multiplicabo vehe-*
*menter ſemen tuum' quemadmodum ſtellas cæli, & are-*
*nam quæ eſt in litore maris: poſsidebit ſemen tuum 11 por*
*tam' hoſtium ſuorum. 12 Benedictas denique ducent ſe*
*in ſemine tuo omnes' gentes orbis, eo quòd vocem meam*
*audiuiſti. Reuerſus eſt itaque Abraham ad pueros ſuos, &*
*ſurgentes venerunt pariter in Beer-ſeba, habitauitque*
*Abraham in Beer-ſeba. 13 Factum eſt autem poſt hæc*
*negotia, vt Abrahæ nuntiaretur' tale nuntium, En & ipſa*
*Milcha peperit filios fratri tuo Nahor, nempe ipſum Vtz*
*primogenitum ſuum, Butz fratrem eius, Kemuel pa-*
*trem Syrorum, Cheſed, Hazo, Pildas, Idlaf, atque*
*Bethuel. Porrò Bethuel genuit Rebeccam. Octo iſtos*
*genuit Milcha Nahor fratri Abraham. Sed & concubi-*
*na eius nomine Reuma genuit etiam Tebah, Gaham, Ta-*
*has & Macha.*

ecce angelus Domini de cælo clamauit, dicens,
12 Abraham, Abraham. Qui reſpondit, Adſum. ¶ Di-
xitque ei, Non extendas manum tuam ſuper puerum,
neque facias illi quicquam: nunc cognoui quòd ti-
meas* Dominum,' & non peperciſti vnigenito filio
13 tuo propter me. ¶ Leuauit Abraham oculos ſuos,
viditque poſt tergum arietem inter vepres, hæren-
tem cornibus: quem aſſumens, obtulit holocauſtum
14 pro filio. ¶ Appellauitque nomen loci illius, Do-
minus videt. Vnde vſque hodie dicitur, In mon-
15 te Dominus-videbit. ¶ Vocauit autem angelus Do-
16 mini Abraham ſecundò de cælo, ¶ dicens, Per me-
metipſum iuraui, dicit Dominus: quia feciſti hanc
rem, & non peperciſti filio tuo vnigenito ' pro-
17 pter me, ¶ ' benedicam tibi, & multiplicabo ſe-
men tuum, ſicut ſtellas cæli, & velut arenam, quæ
eſt in littore maris: poſsidebit ſemen tuum por-
18 tas inimicorum ſuorum, & ¶ BENEDICEN-
TVR in ſemine tuo omnes gentes terræ, quia
19 obediſti voci meæ. ¶ Reuerſus eſt Abraham ad pue
ros ſuos, abieruntque Ber-ſabee ſimul, & habita-
20 uit ibi. ¶ His itaque geſtis, nuntiatum eſt Abra-
hæ, quòd Melcha quoque genuiſſet filios Nachor
21 fratri ſuo, ¶ Hus primogenitum, & Buz fra-
trem eius, & Camuel patrem Syrorum, & ¶ Ca-
ſed, & Azau, Pheldas quoque, & Iedlaph,
22 ¶ ac Bathuel, de quo nata eſt Rebecca. Octo
iſtos genuit Melcha, Nachor fratri Abrahæ.
23 ¶ Concubina verò illius, nomine Roma, pe-
perit Tabee, & Gaham, & Thaas, & Maa-
cha.

C

*Deum.
Timens Deũ Abraham.

Benedicitur Abraham. Pſal.104.a. Luc.1.g.eccli 44.d.heb.6.c

D

1.machab. 2.f.Luc.1.a.

CHRISTVS. ſupra.12.a.18. c.infra.26.a. act.3.d.eccli. 44.d.

Filij Nachor ex Melcha. Bathuel. Rebecca. Roma.

## SCHOLIA IN CAP. XXII.

1 De loco iſto inter omnes ferè Iudæos conuenit, quòd ſit locus in quo Cain & Abel, & poſtea Noe ſacrificia obtulerunt: vbi & Salomonicum templum fuit extructum. Moria autem, myrrham Dei ſignificat, non autem viſionem. Chaldęus paraph. interpretatur terram Moria, terram diuini cultus. 2 Hebraiſmus, ordinat ligna. 3 Hebraiſmus, poſuitque eum ſuper ligna. 4 vel, circunſpexit. 5 vel, à tergo, ſubaudi, ipſius Abrahæ. 6 vel, detentus inter virgulta perplexa. aut, arbuſta denſa & implicata. 7 prouidebit. Hoc dixit, viſo miraculo quod Dominus ſibi prouidiſſet agnum immolãdum. Ita enim reſponderat paulo ante filio ſuo interroganti, Dominus videbit. ſiue prouidebit ſibi victimam in holocauſtum. 8 de quo dicitur etiam hodie, In monte (ſubaudi, cui nomen eſt) Dominus videbitur. vel apparebit. Prophetia erat quod illic Chriſtus naſceretur & conſpiceretur: vt & factum credimus. Habuit autem hic locus duo nomina. Nam primo Abraham indidit illi nomen, Dominus prouidebit. poſtea mutatum fuit nomen illud: & dictus eſt mons ille, Dominus apparebit. Ceſsit enim nomen vmbrę, nomini veritatis. L X X verterunt, in monte Dominus viſus eſt. 9 Hebraiſmus, nec ſubtraxiſti filium tuũ illum vnicum tuum. 10 benedicendo benedicam tibi, & multiplicando multiplicabo ſemen tuum. id eſt, certiſsime benedicam, & multiplicabo. Hebraiſmus. Loquitur autem hic non tam de ſemine carnis, quàm de ſemine ſpiritus. 11 id eſt, propugnacula quæ in portis eſſe ſolent. Eſt autem Hebraiſmus, pro, Hoſtibus ſuis erunt ſuperiores. 12 Hebraiſmus, benedicent ſe per (vel, propter) ſemen tuum omnes &c. Id eſt. reputabũt ſe fœlices & beatas propter ſemen tuum Chriſtum. Vel, In illo ſolo ſemine ſe beatificandos veriſsime dicent. 13 vel, His autẽ geſtis renuntiatum eſt Abrahę.

## CAP. XXIII.

*V 1 Ixit autem Sarah centum vigintiſeptem annis. tot*
*fuerunt anni totius vitæ Saræ. Et mortua eſt Sarah in' Ki*
*riath-arba: hæc eadem eſt Hebron in terra Chanaan: 2 ve-*
*nitque' Abraham vt lugeret Sarã, defleretque eam. Surgens ita-*
*que Abraham 3 à funere ſuo,' loquutus eſt ad Hethæos in hanc*
*ſententiam, Peregrinus & incola ſum apud vos 4 date mihi*
*poſſeſsionem ſepulchralem' apud vos, vt ſepeliam funus meũ*
*5 corã me.' Reſponderunt autem Hethæi Abrahæ, & dixerunt*
*ad eum, Audito nos domine, 6 princeps diuinus es tu inter nos,'*
*in ſelectiſsimis monumentis ſepeli funus tuum, nemo ex nobis pro-*
*hibebit tibi ſepulchrum ſuum, quo minus ſepelias 7 funus tuum.'*
*Surgens autem Abraham, 8 incuruauit ſe coram populo iſtius*
*regionis,' nempe coram Hethæis. Porrò loquutus eſt cum eis hiſce*
*verbis, 9 Si vobis cordi eſt' vt ſepeliam funus meum 10 corã*
*me,' audite me, & 11 conuenite mihi Ephronem* filium Zohar,*
*vt det mihi 12 ſpeluncam duplicem* quam habet, quæ ſcilicet eſt*
*in extremitate agri ſui, 13 & eã det mihi pro iuſto pretio,* vt ſit*
*poſſeſsio ſepulchralis. Ephrõ verò habitabat inter Hethæos. Ephrõ*
*ergo Hethæ9 Abrahamo reſpõdit, 14 audiẽtib9 hoc Hethæis vni-*

## CAP. XXIII.

1 VIxit autem Sara centum vigintiſeptem annis. ¶ Et
2 mortua eſt in Ciuitate-Arbee, quæ eſt Hebron, in
Terra-Chanaan: venitque Abraham vt plangeret & fle-
3 ret eam. ¶ Cumque ſurrexiſſet ab officio funeris, locutus
4 eſt ad filios Heth, dicens, ¶ Aduena ſum & peregrinus
apud vos: date mihi ius ſepulchri vobiſcum, vt ſepeliam
5 mortuum meum. ¶ Reſponderunt filij Heth, dicentes,
6 ¶ Audi nos domine, princeps Dei es apud nos: in electis
ſepulchris noſtris ſepeli mortuum tuum, nulluſque te
prohibere poterit quin in monumento eius ſepelias
7 mortuum tuum. ¶ Surrexit Abraham, & adorauit popu-
8 lum terræ, filios videlicet Heth: ¶ dixitque ad eos, Si pla
cet animæ veſtræ vt ſepeliam mortuum meum, audite
9 me, & intercedite pro me apud Ephron filium Seor: ¶ vt
det mihi ſpeluncam duplicem, quam habet in extrema
parte agri ſui: pecunia digna tradat eam mihi coram vo
10 bis in poſſeſsionem ſepulchri. ¶ Habitabat autem Ephrõ
in medio filiorum Heth. Reſponditque Ephron ad Abra
ham cunctis audientibus qui ingrediebantur portam
ciuita-

Saram mortuam plãgit Abraham.

B

Emit agrum ſepulturæ à filijs Heth.

C



tis illius, dicens, ¶ Nequaquam ita fiet domine mi, 11
ſed tu magis auſculta quod loquor, Agrum trado tibi, &
ſpeluncam quæ in eo eſt, præſentibus filijs populi mei,
ſepeli mortuum tuum. ¶ Adorauit Abraham coram 12
' Domino, &' populo terræ. ¶ Et locutus eſt ad Ephron 13
circunſtante plebe eius, Quæſo vt audias me, Dabo pe-
cuniam pro agro: ſuſcipe eam, & ſic ſepeliam mortuum
meum in agro. ¶ Reſponditque Ephron, Domine mi, au- 14
di me: terra quam poſtulas, quadringentos ſiclos argen-
ti valet: ¶ iſtud eſt pretium inter me & te: ſed quantum 15
eſt hoc? ſepeli mortuum tuum. ¶ Quod cũ audiſſet Abra- 16
ham, appendit pecuniam quam Ephron poſtulauerat, au
dientibus filijs Heth, quadringentos ſiclos argenti pro-
batæ monetæ publicæ. ¶ Confirmatuſque eſt ager quon 17
dam Ephronis in quo erat ſpelunca duplex reſpiciens
Mambre: tam ipſe, quàm ſpelunca, & omnes arbores
eius in cunctis terminis eius per circuitum, ¶ Abrahæ in 18
poſſeſsionem, videntibus filijs Heth, & cunctis qui in-
trabant portam ciuitatis illius. ¶ Atque ita ſepeliuit 19
Abraham Saram vxorem ſuam in ſpelunca agri duplici,
*quæ' reſpiciebat Mambre, hæc eſt Hebron in terra
Chanaan. ¶ Et confirmatus eſt ager, & antrum quod 20
erat in eo, Abrahæ in poſſeſsionem monumenti à filijs
Heth.

D

*qui.
Sepeliẽ Sara. Mãbre quę & Hebron.

*uerſis ſcilicet' qui ingrediebantur portam oppidi ſui, & dixit,*
*Nequaquam mi domine, audi me potius, do tibi agrum, do*
*quoque tibi ſpeluncam, & eam do tibi 15 coram populo*
*meo,' vt ſepelias funus tuum. 16 Incuruauit ſe Abra-*
*ham coram populo regionis,' & loquutus eſt ad Ephro-*
*nem audiente hoc populo iſtius regionis, in hanc ſenten-*
*tiam, 17 Tantum ſi tu mihi auſcultares, ego do pretium*
*agri,' hoc accipe à me, & tum ſepeliam funus meum illo.*
*Rurſum reſpondit Ephron Abrahamo, & dixit, Mihi au-*
*ſculta, mi domine, 18 terra hæc quadringentorum ſiclo-*
*rum argenti eſt: quid hoc autem eſt inter me & te?' fu-*
*nus ergo tuum ſepeli. Obtemperat igitur Abraham*
*Ephroni, expenſo argento quod indicarat Ephron, idque au*
*dientibus Hethæis, quadringentis nempe ſiclis 19 argenti,*
*publicæ & probatæ monetæ.' Ager itaque Ephronis, 20 in*
*quo duplex ſpelunca erat, è regione Mamre, 'ager, inquam,*
*& ſpelunca quæ erat in eo, ſed & omnia ligna in agro &*
*vniuerſis finibus eius circumquaque, Abrahæ in poſſeſsio-*
*nem ceſsit, præſentibus Hethæis, vniuerſis [ſcilicet] qui por-*
*tam oppidi illius ingrediuntur. Poſt hæc ſepeliuit Abraham*
*Saram vxorem ſuam 21 in ſpeluncam agri duplicem,' è*
*regione Mamre, hæc eſt Hebron in terra Chanaan. 22 Ac-*
*ceſsit' itaque ager & ſpelunca quæ in eo erat, ipſi Abrahæ in*
*poſſeſsionem ſepulchralem ab Hethæis.*

## SCHOLIA IN CAP. XXIII.

1 Latinè ita verteretur, Cum autem Sara vixiſſet cẽtũ vigintiſeptem annos (tot enim annos vixit) mortua tandem eſt in &c. 2 Quidam exiſtimant Saram mortuam fuiſſe abſente Abrahamo: & propterea, VENIT, dixiſſe Moſen. Alij vertendum putant, Cœpitque plangere, & flere eam. 3 vel, à conſpectu mortui ſui, id eſt, cadaueris vxoris ſuæ defunctæ. Quaſi dicat, Cum autem Abraham ſatis ſuperque planxiſſet Saram, relicto corpore, profectus eſt ad filios Heth, &c. 4 id eſt, permittite vt ſepeliam mortuos meos cum veſtris. 5 Hebr. à facie mea. i. elatum è domo mea ad ſepulchrum, ne poſtea videam. 6 Heb. princeps Dei es apud nos. i. pro magno principe te habemus. 7 vel, cadauer tuum. i. vxoris tuæ mortuæ: ſub. in eo ſepulchro. 8 vel, adorauit populum terræ. i. gratias egit cum geniculatione aut geſtu corporis decoro, populo regionis. 9 Hebr. Si eſt in animabus veſtris. i. Si vobis placet. Hebraica phraſis. 10 Hebraiſmus, à facie mea. i. vt efferam illud è domo mea ad ſepulchrum. 11 vel, intercedite pro me apud Ephronem. 12 Hebr. ſpeluncam Macphela. i. duplicitatis: hoc eſt duplicem. Quidam exiſtimant ſpeluncam iſtam vocari duplicem ab agro in quo erat. Alij, quòd ſpelunca fuerit intra ſpeluncam. 13 Hebr. pecunia, inquã plena tradat eam mihi in medio veſtri. Vel, inter vos. Plenam pecuniam vocat iuſtum ac ſufficiens pretium. Hebr. 14 Hebraiſmus, in auribus filiorum Heth, & omnibus &c. i. audientibus Hethęis & aſtantibus quotquot intrabant. q. d. publice & coram omnibus, non priuatim. 15 Hebraiſmus, in oculis filiorũ populi mei. Hebraica phraſis, p. vidẽtib9, audiẽtib9 & pręſentibus popularibus meis. 16 vel, Adorauit coram populo terrę, id eſt, incuruauit ſe populo terræ, gratias agens. ſiue, honore affecit Hethęos. 17 Hebraiſmus. Sed ſi tu, quæſo audias me: dabo argentum pro agro. Multa ſubaudienda, videlicet, Non accipiam gratis: ſed ſi tu id facturus es quod dicis, ſi tu daturus es mihi agrum vt pollicitus es, quęſo audias me: dabo &c. Alij aliud ſubaudiunt, Sed ſi tu gratis dederis mihi, non accipiam. Chaldęus paraph. vertit, Attamen ſi tu facis mihi bonitatem, auſculta mihi, dabo pretium pecunię &c. 18 terra quadringentos ſiclos argenti valet inter me & te: quantum eſt hoc? Inter me & te, hoc eſt ratione amicitiæ, & quia te noui virum iuſtum & ſanctum. quaſi dicat, alteri non darem tam vili pretio. Quantum eſt hoc? quaſi dicat, paruo emis, ſi ſpectes loci amœnitatem & fertilitatem. 19 Hebraiſmus, argenti tranſeuntis per mercatores. id eſt, quod inter mercatores ſine vlla controuerſia recipiebatur. Chaldęus paraph. vertit, argenti quod recipiebatur pro mercimonijs in vnaquaque prouincia. 20 vel, qui ſitus erat in (loco qui dicebatur) Machphela, in conſpectu Mambre. Vide duodecimum numerum huius capitis. 21 in ſpelunca agri Machphela, id eſt, duplicitatis: hoc eſt, in ſpelunca duplici, quæ erat in agro Ephronis. 22 Confirmatus eſt.

## CAP. XXIIII.

Mittit Abrahã ſeruum ad quærẽdã vxorem filio ſuo Iſaac, quã ipſi Deus curat. Iurandi Hebræorũ mos. Infra.47.g.

ERat autem Abraham ſenex, dierumque multorum: 1
& Dominus in cunctis benedixerat ei. ¶ Dixitque 2
ad ſeruum ſeniorem domus ſuæ, qui præerat omnibus
quæ habebat, Pone manum tuam ſubter femur meum:
¶ vt adiurem te per Dominum Deum cæli & terræ, vt nõ 3
accipias vxorem filio meo de filiabus Chananęorum, in-
ter quos habito: ¶ ſed ad terram & cognationem meam 4
proficiſcaris: & inde accipias vxorem filio meo Iſaac.
¶ Reſpondit ſeruus, Si noluerit mulier venire mecum in 5
terram hanc, nunquid reducere debeo filium tuum ad lo
cum de quo tu egreſſus es? ¶ Dixitque Abraham, Caue 6
nequando reducas filium meum illuc. ¶ Dominus cæli 7
' & terræ,' qui tulit me de domo patris mei, & de terra
natiuitatis meæ, qui locutus eſt mihi, & iurauit mihi, di-
cens, || Semini tuo dabo terram hanc: ipſe mittet ange-
lum ſuum coram te, & accipies inde vxorem filio meo.
¶ ſin autẽ mulier noluerit ſequi te, nõ teneberis iuramẽ 8
to: filium meum tantùm ne reducas illuc. ¶ Poſuit ergo 9
ſeruus manum ſub femore Abraham domini ſui, & iura-

Fides Abrahæ in promiſſiones Dei. Supra.12.b.

*ABraham ſenex iam erat & prouectæ ætatis, & Dominus*
*1 fortunauerat' Abrahamum in cunctis. Dixit ergo*
*Abraham ad ſeruum ſuum ſeniorem domus ſuæ, qui præe-*
*rat omnibus quæ habebat, 2 Pone quæſo manum tuam*
*ſubtus femur meum, 3 Iuramentoque te per Dominum*
*Deum cæli & terræ adigam,' ne accipias vxorem filio meo de fi*
*liabus Chanaan, inter quos ego habito, Sed petas terram meam*
*4 nataleque meum ſolum,' & iſthinc vxorem filio meo Iſaac*
*adducas. Dixit verò ſeruus ad eum, Fortaſsis mulier illa me ſe-*
*qui nolit, vt veniat in hanc regionem, reducamne filium tuum*
*in terram de qua tu egreſſus es? Cui reſpondit Abraham, Ca-*
*ue filium meum illuc reducas. Dominus Deus cæli, qui tulit me*
*de domo patris mei, & de patrio meo ſolo, & qui loquutus eſt ad*
*me, quique iurauit mihi, dicens, Semini tuo dabo iſtam ter-*
*ram, is mittet angelum ſuum ante te, vt adducas inde*
*vxorem filio meo. Quòd ſi mulier te ſequi nolit, tunc li-*
*ber eris ab hoc 5 meo' iuramento, 6 modò' ne filium*
*meum illuc reducas. Admouit igitur ſeruus manum ſuam*
*ſubtus femur Abrahami domini ſui, & ei 7 hac de re iura-*
*uit.*

*uit. Et accipiens ſeruus decem camelos de camelis domini ſui,*
*abijt: (erat enim 8 omne bonum' domini ſui in poteſtate*
*ſua, ) & ſurgens abijt 9 in Aran-naharaim' ad vrbem*
10 *Nahor.' Porrò camelos fecit 11 accubare' extra vr-*
*bem iuxta puteum aquæ ſub tempus veſpertinum, eo ſcili-*
*cet tempore quo ſolent egredi haurientes [ puellæ. ] Di-*
*xitque, Domine Deus heri mei Abraham, 12 fac ob-*
*ſecro, auſpicatum ſit quod cœpi hodie, 13 bonitate tua*
*proſequere herum' meum Abraham. En ego aſto ad fontem*
*aquæ, egrediunturque puellæ huius ciuitatis vt hauriant*
*aquam. 14 Puella itaque' ad quam dixero, inclina*
*quæſo 15 cadum' tuum vt bibam, illaque dixerit, Bi-*
*be, quin & camelis tuis potum dabo: 16 eam ipſam cer*
*tiſsime exploraſti ſeruo' tuo Iſaac, 17 atque in hac ip-*
*ſa' ſciam quòd beneficio proſequutus ſis herum meum. Priuſ-*
*quam verò finem loquendi faceret, en Rebecca egredieba-*
*tur: hæc nata erat Bethueli filio Milcha vxoris Nahor fra*
*tris Abrahæ, ferebatque 15 cadum' ſuum ſuper humero*
*ſuo. Erat autem puella hæc ſpecie peruenuſta, deinde &*
*virgo, quippe quam vir nullus cognouerat. Hæc deſcen*
*dit ad fontem, impleuitque 15 cadum' ſuum, & aſcen-*
*dit. Seruus autem accurrens dixit, Potum præbe mihi*
*quæſo, nempe pauculum aquæ 18 ex cado tuo.' Quæ*
*ait, Bibe mi domine. moxque 19 depoſito cado ſuo' ſu-*
*per manum ſuam, dedit illi potum. Cumque dediſſet il-*
*li potum, dixit, Quin & camelis tuis hauriam, 20 do*
*nec abunde ſatis biberint.' Porrò feſtinanter effudit*
*15 cadum' ſuum in canalem potorium, & cucurrit*
*iterum ad puteum vt hauriret, hauſitque omnibus came-*
*lis illius. Vir autem ille 21 admiratione puellæ atto-*
*nitus,' tacite ſecum expendit, fortunaſſet Dominus iter*
*ſuum necne. Quumque cameli 22 ſatis abunde iam*
*poti erant,' protulit vir inaurem auream dimidij ſicli, &*
*duas armillas ſuper manus eius, 23 quarum pondus erat*
*decem [ ſiclorum ] auri.' Dixitque, Filia cuius es? in-*
*dica quæſo mihi, eſtne locus nobis in domo patris tui ad*
*pernoctandum? Reſpondit ei, Filia ſum Bethuelis filij*
*Milcha, quem peperit ipſi Nahor. 24 Dixitque ad*
*eum, Etiam ſtramentum & pabulum abunde eſt nobis,*
*quin & locus ad pernoctandum. Inclinans vir ille ver-*
*ticem, adorauit Dominum, dixitque, Laudandus Do-*
*minus Deus domini mei Abrahæ, 25 qui non intermi-*
*ſit quin bonitatem ſuam & fidem erga herum meum oſten-*
*deret: me enim, quum in via eſſem, ad domum fra-*
*trum domini mei deduxit Dominus. Puella interim cur-*
*rens nuntiauit 26 hæc' in domo matris ſuæ. Rebeccæ*
*autem frater erat nomine Laban, qui cucurrit ad virum*
*foras ad fontem: (Viderat enim inaurem, & armillas in*
*manibus ſororis ſuæ, audieratque verba Rebeccæ ſororis ſuæ*
*dicentis, Sic loquutus eſt ad me vir ille:) & venit ad*
*virum ſtantem apud fontem iuxta camelos, & dixit, Ve-*
*ni benedicte 27 Domini, 28 cur foris ſtas? ego præ-*
*paraui intus locum' pro camelis tuis. Intrauit itaque vir*
*ille domum, & camelis clitellas detraxit, deditque [ La*
*ban ] ſtramentum, ac pabulum pro camelis, & aquam vt*
*lauaret pedes ſuos, pedeſque virorum qui cum illo ve-*
*nerant. Deinde 29 appoſuit ei cibum.' Dixit autem*
*[ ſeruus, ] Non comedam, 30 donec negotia mea con-*
*fecero.' Qui dixit, Loquere. Dixit ergo, Seruus ſum*
*Abrahæ. Locupletauit autem Dominus herum meum inſi-*
*gniter, 33 vt potens ſit, deditque' illi greges & ar-*
*menta, argentum & aurum, ſeruos & ancillas, ca-*
*melos & aſinos. Porrò Sarah vxor heri mei peperit fi-*
*lium hero meo, idque quum iam vetula eſſet, cui dedit*
*omnia quæ habet. Adegitque me herus meus iuramen-*
*to, & dixit, Ne accipias filio meo vxorem de filiabus*
*Chanaan, in cuius regione ego habito: ſed vade ad do-*
*mum patris mei, & ad cognationem meam, [ illinc ] afferas*
*filio meo vxorem. Dixi autem ad herum meum, Fortaſsis*

10 uit illi ſuper ſermone hoc. ¶ Tulitque decem camelos B
de grege domini ſui, & abijt, ex omnibus bonis eius
portans ſecum, profectuſque perrexit in Meſopota-
11 miam ad vrbem Nachor. ¶ Cumque camelos feciſſet
accumbere extra oppidum iuxta puteum aquæ veſpe-
re, eo tempore quo ſolent mulieres egredi ad haurien
12 dam aquam, "orauit Dominum, ¶ Dicens, ' Domi-
ne Deus domini mei Abraham, occurre obſecro mi-
hi hodie, & fac miſericordiam cum domino meo A-
13 braham. ¶ Ecce ego ſto prope fontem aquæ, & filiæ
habitatorum huius ciuitatis egredientur ad haurien-
14 dam aquam. ¶ Igitur puella cui ego dixero, Incli-
na hydriam tuam, vt bibam: & illa reſponderit, Bibe,
quin & camelis tuis dabo potum: ipſa eſt quam præ-
paraſti ſeruo tuo Iſaac, & per hoc intelligam quòd
feceris miſericordiam cum domino meo "Abraham.'
15 ¶ Necdum intra ſe verba compleuerat, & ecce Rebec-
ca egrediebatur filia Bathuel filij Melchæ vxoris Na-
chor fratris Abraham, habens hydriam in ſcapula:
16 ¶ *puella decora nimis, virgoque pulcherrima, & in-
cognita viro. deſcenderat autem ad fontem, & im-
17 pleuerat hydriam "aqua,' ac reuertebatur. ¶ Occurrit-
que ei ſeruus, & ait, Pauxillum aquæ mihi ad bi-
18 bendum præbe de hydria tua. ¶ Quæ reſpondit, Bi-
be domine mi. Celeriterque depoſuit hydriam ſu-
19 per vlnam ſuam, & dedit ei potum. ¶ Cumque ille
bibiſſet, adiecit, Quin & camelis tuis hauriam C
20 aquam, donec cuncti bibant. ¶ Effundenſque hy-
driam in canalibus, recurrit ad puteum vt hauriret
21 aquam: & hauſtam omnibus camelis dedit. ¶ Ipſe
autem contemplabatur eam tacitus, ſcire volens v-
trum proſperum iter ſuum feciſſet "Deus, ' an non.
22 ¶ Poſtquam autem biberunt cameli, protulit vir inau
res aureas, appendentes ſiclos duos: & armillas toti-
23 dem pondo ſiclorum decem. ¶ Dixitque ad eam, Cu-
ius es filia? indica mihi, eſt in domo patris tui locus
24 ad manendum? ¶ Quæ reſpondit, Filia ſum Bathuelis
25 filij "Nachor, quem peperit ei Melcha.' ¶ Et addidit
dicens, Palearum quoque & fœni plurimum eſt apud
26 nos, & locus ſpatioſus eſt ad manendum. ¶ Inclina-
27 uit ſe homo, & adorauit Dominum, ¶ dicens, Benedi-
ctus Dominus Deus domini mei Abraham, qui non
abſtulit miſericordiam & veritatem ſuam à domino
meo, & recto itinere me perduxit in domum fratris
28 domini mei. ¶ Cucurrit itaque puella, & nuntiauit
29 in domum matris ſuæ omnia quæ audierat. ¶ Habe-
bat autem Rebecca fratrem nomine Laban, qui fe-
30 ſtinus egreſſus eſt ad hominem vbi erat fons. ¶ Cum- D
que vidiſſet inaures & armillas in manibus ſororis
ſuæ, & audiſſet cuncta verba referentis, Hæc lo-
cutus eſt mihi homo: venit ad virum qui ſtabat iuxta
31 camelos & prope fontem aquæ, ¶ dixitque ad eum,
Ingredere benedicte Domini: cur foris ſtas? præpara-
32 ui domum & locũ camelis "tuis.' ¶ Et introduxit eum in
hoſpitium: ac deſtrauit camelos, deditque paleas &
fœnum, & aquam ad lauandos pedes camelorum, & vi-
33 rorum qui venerant cum eo. ¶ Et appoſitus eſt in conſpe
ctu eius panis. Qui ait, Non comedam, donec loquar ſer
34 mones meos. Reſpondit ei, Loquere. ¶ At ille, Seruus,
35 inquit, Abraham ſum. ¶ Dominus benedixit domino
meo valde, magnificatuſque eſt: & dedit ei oues &
boues, argentum & aurum, ſeruos & ancillas, ca-
36 melos & aſinos. ¶ Et peperit Sara vxor domini mei
filium domino meo in ſenectute ſua. deditque illi om
37 nia quæ habuerat. ¶ Et adiurauit me dominus meus
dicens, Non accipies vxorem filio meo de filiabus Cha
38 nanæorum, in quorum terra habito: ¶ ſed ad domum pa
tris mei perges, & de cognatione mea accipies vxorem
39 filio meo. ¶ Ego verò reſpondi domino meo, Quid ſi E

no-

"dixit.

Oratio fidelis ſerui Abrahæ ad Deum.

Seruo neſcienti offert Rebecca virgo pulcherrima.

*ſua.

Rebeccæ in verbis modeſtia.

"Dominus.

"Melchæ, quem peperit Nachor.

Gratias agit Deo ſeruus.

Mirum ſtudium Rebeccę & Labã, erga peregrinũ

Narrat ſeruus cauſas itineris, & quę acciderint ei in itinere.

Benedicere Dei quid ſit.



noluerit venire mecum mulier? ¶ Dominus, ait, in cuius 40
conſpectu ambulo, mittet angelum ſuum tecum, & diri
get viam tuam: accipieſque vxorem filio meo de co-
gnatione mea, & de domo patris mei. ¶ Innocens eris à 41
maledictione mea, cum veneris ad proximos meos, &
non dederint tibi. ¶ Veni ergo hodie ad fontem aquæ, & 42
dixi, Domine Deus domini mei Abraham, ſi direxiſti
viam meam in qua nunc ambulo. ¶ Ecce ſto iuxta fon- 43
tem aquæ, & virgo quæ egredietur ad hauriendam aquã
audierit à me, Da mihi pauxillum aquæ ad bibendum,
de hydria tua: ¶ & dixerit mihi, Et tu bibe, & camelis tuis 44
hauriam: ipſa eſt mulier quam præparauit Dominus fi-
lio domini mei. ¶ Dumque hæc tacitus mecum voluerẽ, 45
apparuit Rebecca veniens cum hydria, quam portabat
in ſcapula: deſcenditque ad fontem, & hauſit aquam. Et
aio ad eam, Da mihi paululum bibere. ¶ Quæ feſtinans 46
depoſuit hydriam de humero, & dixit mihi, Et tu bibe,
& camelis tuis tribuam potum. Bibi, & adaquauit came-
los. ¶ Interrogauique eam, & dixi, Cuius es filia? Quæ re 47
ſpondit, Filia Bathuëlis ſum filij Nachor, quem pepe-
rit ei Melcha. Suſpendi itaque inaures ad ornandam
F faciem eius, & armillas poſui in manibus eius. ¶ Pro- 48
nuſque adoraui Dominum, benedicens Domino Deo do
mini mei Abraham, qui perduxit me recto itinere, vt ſu
merem ‖ filiam fratris domini mei filio eius. ¶ Quam ob 49
rem ſi facitis miſericordiam & veritatem cum domino
meo, indicate mihi. ſin autem aliud placet, & hoc dici-
te mihi, vt vadam ad dexteram, ſiue ad ſiniſtram. ¶ Re- 50
ſponderuntque Laban & Bathuel, A Domino egreſſus
eſt ſermo: non poſſumus extra placitum eius quicquam
aliud loqui tecum. ¶ En Rebecca coram te eſt, tolle 51
eam, & proficiſcere, & ſit vxor filij domini tui, ſicut lo
cutus eſt Dominus. ¶ Quod cum audiſſet puer Abra- 52
ham, procidens adorauit in terram Dominum. ¶ Prola- 53
tiſque vaſis argenteis, & aureis, ac veſtibus, dedit ea Re-
beccæ pro munere: "fratribus' quoque eius, & matri do-
na obtulit. ¶ Inito conuiuio veſcentes pariter & biben- 54
tes, manſerunt ibi. Surgens autem manè, locutus eſt
puer, Dimittite me, vt vadam ad dominum meum. ¶ Re 55
ſponderuntque "fratres' eius & mater, Maneat puella
ſaltem decem dies apud nos, & poſtea proficiſcetur.
¶ Nolite, ait, me retinere: quia Dominus direxit viam 56
meam: dimittite me vt pergam ad dominum meum.
G ¶ Et dixerunt, Vocemus puellam, & quæramus ipſius vo 57
luntatem. ¶ Cumque vocata veniſſet, ſciſcitati ſunt, Vis 58
ire cum homine iſto? Quæ ait, Vadam. ¶ Dimiſerunt 59
ergo eam, & nutricem illius "Deboram' ſeruumque Abra
ham, & comites eius, ¶ imprecantes proſpera ſorori ſuæ, 60
atque dicentes, Soror noſtra es, creſcas in mille millia, &
poſsideat ſemen tuum portas inimicorum ſuorum. ¶ Igi 61
tur Rebecca, & puellæ illius aſcenſis camelis ſecutæ
ſunt virum: qui feſtinus reuertebatur ad dominum
ſuum. ¶ Eo autem tempore deambulabat Iſaac per viam 62
quæ ducit ad puteum, ‖ cuius nomen eſt Viuentis & vidẽ
tis: habitabat enim in terra Auſtrali. ¶ Et egreſſus fuerat 63
ad meditandum in agro, inclinata iam die: cumque ele-
uaſſet oculos, vidit camelos venientes procul. ¶ Rebec- 64
ca quoque conſpecto Iſaac, deſcendit de camelo, ¶ & ait 65
ad puerum, Quis eſt ille homo qui venit per agrum in
occurſum nobis? Dixitque ei, Ipſe eſt dominus meus.
At illa tollens citò pallium ſuum, operuit ſe. ¶ Seruus au 66
tem cuncta quæ geſſerat, narrauit domino ſuo Iſaac.
¶ Qui introduxit eam in tabernaculum Saræ matris 67
ſuæ, & accepit eam vxorem: & in tantum dilexit eam,
vt dolorem qui ex morte matris eius acciderat, tem-
peraret.

Rebecca neptis Nachor ex filio. ſupra 20. c.

Deo omnia committunt.

Munera ipſi Rebeccæ & parentibus ipſius offert ſeruus.

*fratri.

*frater.

Rogat puellæ cõſenſus.

Ducitur Rebecca ad Iſaac.

Benedicunt ipſi Rebeccæ parentes.

Iſaac ſe exercet in agro ſub noctem. Supra. 16. d.

Iſaac accipit Rebeccam in vxorem.

*nolit me ſequi vxor. Ad quod reſpondit mihi, Dominus 32 in*
*cuius conſpectu [ hactenus ] verſatus ſum,' mittet angelum ſuum*
*tecum, & proſperabit iter tuum, 33 vt afferat filio meo con*
*iugem' de cognatione mea, & de domo patris mei. 34 Tunc*
*abſolutus eris à iuramento quo te adegi, ſi ieris ad cognationem*
*meam, & ipſi' tibi non dederint, iuramento quo te adegi libe-*
*raberis. Ego itaque veni hodie ad fontem, & dixi, Domine*
*Deus heri mei Abrahæ, ſi tu iter meum, quò proficiſcor, proſpe-*
*rum feciſti, En ego ſto ad fontem aquæ, 35 ſic ergo fiat,*
*puella quæ exierit' aquam hauſtura, ad quam dixero, Potum*
*præbe mihi, nempe pauculum aquæ 36 ex cado tuo:' illa-*
*que reſponderit mihi, Et tu bibe, & etiam camelis tuis hauriã:*
*hæc eadem ſit coniunx quam certiſsime 37 deſtinauit' Do*
*minus filio heri mei. 38 Priuſquam verò finiuiſſem ſic volue*
*re in corde meo, en Rebecca' egreſſa eſt, ferens 39 ca-*
*dum' ſuum in humero ſuo, deſcenditque in fontem & hauſit*
*aquam, dixique ad eam, Potum præbe mihi, obſecro. Illa*
*verò confeſtim, 40 cado ſuo à ſe poſito,' dixit, Bibe, quin*
*& camelis tuis potum dabo. Bibi ego, camelis quoque ipſa*
*potum dedit. Interrogans autem eam dixi, Filia, cuius*
*es tu? Reſpondit, Filia ſum Bethuelis filij Nahor, quem il-*
*li peperit Milcha. Tum admoui faciei eius inaurem, &*
*manibus eius armillas, inclinatoque vertice 41 gratias egi*
*Domino, & laudaui Dominum Deum' heri mei Abrahæ,*
*qui me 42 recto itinere' deduxit, vt caperem filiam fra-*
*tris heri mei filio eius. 43 Iam verò ſi vultis herum meum*
*beneficijs & ſumma fide proſequi,' ſignificate: ſi verò non*
*vultis, iterum ſignificate mihi, 44 vt vertam me alior-*
*ſum.' Reſpondit Laban, atque Bethuel, & dixerunt,*
*45 Hoc negotium à Domino egreſſum eſt,' non poſſumus*
*46 quidquam contra te loqui.' Ecce Rebecca 47 coram*
*te adeſt,' accipe, & abi, ſitque vxor filio heri tui, quem-*
*admodum Dominus 48 loquutus eſt. Factum eſt autem, vt au*
*diuit ſeruus Abrahæ verba illorũ, 49 inclinauit pronus ad*
*terram, & gratias egit Domino.' Protulit autem ſeruus va-*
*ſa argentea & aurea, atque veſtimenta, & dedit [ ea ] Re-*
*beccæ, fratri autem eius ac matri dedit 50 dulces fru-*
*ctus.' Comederunt ergo & biberunt, ipſe & viri qui cum*
*ipſo erant, & pernoctarunt. Mane cum ſurrexiſſent, dixit il*
*le, Amandate me ad herum meum. Reſpondit frater puellæ*
*& mater eius, Maneat puella nobiſcum 51 aliquot die-*
*bus, poſtea eat. Dixit illis ſeruus, Nolite me remorari,*
*quandoquidem Dominus iter meum fortunauit: dimittite er*
*go vt abeam ad herum meum. Illi autem dixerunt, 52 Vo*
*cabimus puellam, & interrogabimus ex ore eius.' Vocarunt*
*ergo Rebeccam, & dixerunt ad eam, Vis ire cum viro illo?*
*Et reſpondit, 53 Ibo. 54 Amandarunt' itaque Rebec-*
*cam ſororem ſuam atque nutricem eius, ſeruum quoque Abra*
*hæ & comites eius. 55 Benedixerunt' autem Rebeccæ, di-*
*xeruntque ad eam, 56 Soror' noſtra es, 57 ſis in mille mil*
*lia,' ſemenque tuum poſsideat 58 portas hoſtium ſuorum.'*
*Surrexit itaque Rebecca & puellæ eius, & conſcenſis camelis*
*ſequutæ ſunt virum. Tulit itaque ſeruus ille Rebeccam, & abijt.*
*59 Iſaac autem veniebat ea via qua itur ad puteum Viuentis*
*& videntis me:' habitabat enim in terra Auſtrali. 60 Egreſ*
*ſus autem erat Iſaac ſubveſperam in campum ad meditandum:'*
*qui cum attolleret oculos ſuos, vidit aduentantes camelos. Re-*
*becca quoque ſuſtulit oculos ſuos, & viſo Iſaac, decidit de*
*camelo. Dixit ergo ad ſeruum, Quis eſt vir ille qui deam-*
*bulat in campo nobis obuiam? Reſpondit ſeruus, Is eſt herus*
*meus. Arrepto itaque 61 peplo,' operuit ſe. Seruus narrauit*
*Iſaac omnia ea quæ geſſerat. Introduxit ergo eam Iſaac in*
*tentorium Saræ matris ſuæ, & duxit Rebeccam vt eſſet ei*
*vxor, & amauit eam, 62 conſolationemque accepit Iſaac*
*poſt matrem ſuam.*

SCHO-

## SCHOLIA IN CAP. XXIIII.

1 Hebräiſmus,benedixerat. 2 Sic ſolebant ſerui agnoſcere obedientiã.& hic mos obſeruatur adhuc apud Indos.quaſi dicat,tu es mihi ſubditus,tu es ſeruus meus. 3 vel, vt iurare te faciam per Dominum Deum,&c. 4 id eſt,in Vr Chaldæorum. 5 id eſt,mihi à te pręſtito. 6 tantum. 7 .i.ſe facturum quod petebat Abraham. 8 Singulare,pro plurali. i. pretioſa quæque domini ſui erant in poteſtate illius:præerat omnibus rebus domini ſui.Aut,ſecum deferebat de pretioſiſsimis quibuſque domini ſui. 9 .i.in Syriam duorum fluuiorum, hoc eſt Meſopotamiam,quæ eſt inter Euphratẽ & Tigrim. Chaldęus paraph.Abijt in Syriam quę eſt iuxta Euphraten. 10 id eſt,in qua habitabat Nachor. 11 vel,requieſcere. 12 Hebr. occurre.i.exaudi preces meas.Alij vertunt , Fac mihi occurrat obſecro hodie.Subaudi,id quod opto. Chaldæus paraphraſtes vertit,prępara:ſcilicet quod peto. 13 vel,miſericordiam facito cum domino &c. 14 Hebraiſmus . Igitur fac accidat, vt puella &c. 15 hydriam.vel,vrnam. 16 Hebr.illam pręparaſti ſeruo &c.i.ea ſit quam præparaueris ſeruo &c. 17 atque hac ipſa re.vel,hac ratione. 18 ex hydria tua. 19 depoſita hydria ſua. 20 Hebraiſmus,donec finierint bibere.i.quod omnes biberint:aut,ſatis biberint. 21 Hebr. obſtupeſcebat in ea.i.mirabatur de illa. 22 Hebraiſ.finiſſent bibere. 23 Hebraiſ.decem aurei pondus earum. 24 Adiecitque ei. 25 Hebraiſmus,qui non ſubtraxit miſericordiam ſuam & veritatem ſuam à domino meo i.qui miſericors fuit & verax erga dominũ meum. 26 Hebr.ſecundum verba hæc .i. quę geſta fuerant 27 id eſt,à Domino.Hoc eſt,ò homo apud Deum gratioſe, & cui Deus fauet. 28 cur foris ſtabis,quum ego pręparauerim domum & locum &c. 29 Hebr.appoſitum fuit coram illo ad comedendum. 30 Hebr.donec dixero ſermones meos.id eſt, donec expoſuero qua de cauſa huc venerim. 31 vel, magnuſque effectus eſt:nam dedit &c. 32 Hebraiſmus,in cuius conſpectu ambulaui,id eſt,quem ſemper timui,& cuius mãdata ſemper ſeruaui.Hebraicus loquendi modus. 33 Hebr.vt accipias vxorem filio meo. 34 Tunc mundus eris à iuramento mihi præſtito,quum veneris ad cognationem meam :quòd ſi ipſi &c . Mundum eſſe à iuramento præſtito,ſignificat abſolui,& non teneri iuramento. 35 Hebr.ſit ergo vt virgo quæ egredietur &c. 36 Hebraiſmus,ex hydria tua. 37 Hebr. præparauit. Eſt autem Hebraiſmus,Pręparauit Dominus,pro Pręparaſti Domine.Tertia perſona pro ſecunda.alloquitur enim ipſum Dominum,Ipſa ſit mulier quam tu pręparaſti ,Domine, filio domini mei,id eſt,quam tu vis eſſe vxorem filij domini mei. 38 Hebraiſmus.Ego,antè quàm finiſſem loqui in corde meo , & ecce Rebecca.&c.Modus loquendi Hebraicus,pro,Nondum hæc tacitus apud me dixeram,quum ecce Rebecca venit. 39 hydriã. 40 depoſita hydria ſua è ſcapula ſua. 41 Hebraiſmus, adoraui Dominum,& benedixi Domino Deo, id eſt, gratias egi. 42 Hebraiſmus,per viam veritatis. 43 Et nunc(vel, Quamobrem)ſi facturi eſtis miſericordiam & veritatem cum domino meo.Si vere collocaturi eſtis beneficium in dominum meum: ſi eſtis daturi filiam veſtram filio heri mei , idque libero animo. 44 Hebraiſmus,vt vertam me ad dexteram,ſiue ad ſiniſtram, id eſt,vt faciam prout Dominus diriget mentem meam. 45 Hebraiſmus.A Domino egreſſus eſt ſermo.i.Hoc negotium diuino nutu geritur. 46 Hebr.loqui ad te bonum vel malum.i. non poſſumus contradicere tibi vlla in re . Hebraica phraſis. 47 Hebraiſmus,pro præſto eſt,& in tua poteſtate. 48 locutus eſt,pro vult,frequentiſsimum apud Hebræos.Sicut vult Dominus. 49 Hebr.incuruauit ſe ſuper terram Domino.vel,adorauit in terram Dominum. 50 Heb.pretioſa munera. 51 Hebraiſmus.dies,vel,decem.id eſt,vt Hebræi intelligunt, per annum:vel decem menſes,vt Chaldæus paraphraſtes.dies enim pro anno apud eos accipitur,quòd annus eſt velut orbis ac circulus dierum.Sunt autem verba matris & Laban,non Bathuelis patris, ſuprà enim Bathuel dixerat,Cape & vade. 52 Hebraiſmus.Vocemus puellam,& interrogemus os eius,id eſt, Audiamus quid dictura ſit. Chaldęus paraphraſtes, Inquiramus eius voluntatẽ. 53 vel,Volo ire. 54 Dimiſerunt. 55 Benedicere,pro valedicere, ſimulque fauſta omnia imprecari. 56 Soror pro conſanguinea hoc loco ponitur,quaſi dicat , quum ſis conſanguinea noſtra, petimus à Deo vt ſobolem copioſiſsimam tibi donet. 57 Hebraiſmus ,pro,ſit ſemen tuum numeroſiſsimum. 58 id eſt,propugnacula vrbium inimicorum ſuorum,quæ ſolent in portis eſſe.Hoc eſt,ſint inimicis ſuperiores. 59 Hebraiſmus.Porrò Iſaac veniebat à veniendo.(id eſt,reuertebatur) à puteo Viuentis & videntis me. 60 vel,Et egreſſus fuerat Iſaac ad orandum in agro,appetente iam veſpera.Sic vertit Chaldęus paraphr . L X X,Vt exerceret ſe.Vox Hebręa , S V A H,proprie ſignificat ſubmiſſa voce loqui & murmurare:vt orantes, vel meditantes,vel apud nos de re aliqua mirantes,facimus . Quidam Hebręorum interpretantur,vt ambularet inter virgulta. 61 vl, pallio. 62 id eſt,temperauit dolorem quem acceperat de morte matris ſuę.

## *CAP. XXV.*

*A 1 Braham verò duxit rurſus vxorem , 2 cui nomen Ketura,quæ peperit ei Zimran,Iacſan,Medan,Midian, Iiſbac & Sua.Iacſan verò genuit Seba & Dedan.Filij Dedan fuerunt 2 Aſſurim,Letuſim & Leumim.Porrò filij Midian,Epha,Epher,Henoch,Abida & Heldaah:omnes hi fuerunt filij Keturæ.Deditque Abraham quidquid habebat ipſi Iſaac.Filijs verò 3 pallacarum quas habuit Abraham, dedit Abraham munera,& amandauit eos ab Iſaac filio ſuo dum adhuc viueret,ad Orientem,ad terram 4 Kedem. Et iſti ſunt dies annorum vitæ Abraham,quibus vixit,centum & ſeptuagintaquinque anni.Defecit autem Abraham, & mortuus eſt in ſenectute bona,ſenex & 5 [vitæ]ſatur, 6 collectuſque eſt ad populos ſuos . Iſaac verò & Iſmael filij eius ſepelierunt eum in ſpelunca duplici , in agro Ephronis filij Zohar Hethæi , qui erat è regione Mamre, quem agrum emerat Abraham ab Hethæis : illic ſepultus eſt Abraham & Sarah vxor eius. Poſt mortem Abrahæ Deus benedixit Iſaac filio eius,habitauitque Iſaac ad puteum Viuentis & videntis me. Hæ ſunt generationes Iſmaelis filij Abraham , quem pepererat Hagar AEgyptia , ancilla Saræ ipſi Abrahæ . Et hæc ſunt nomina filiorum Iſmaelis 7 in nominibus ſuis ſecundum generationes ſuas . Primogenitus Iſmaelis Nabaioth , deinde Kedar , Abeel, Mibſam , Miſma , Duma , Maſſa , Hedar , Thema , Ietur , Naphis , & Kedma. Hi ſunt filij Iſmaelis , & hæc eorum nomina,per 8 villas ſuas & caſtella,duodecim 9 principes populorum ſuorum. Hi verò ſunt anni vitæ Iſmael,centum anni & trigintaſe-*

## CAP. XXV.

1 ABraham verò aliam duxit vxorem nomine Cetu-
Abraham Ceturam ducit in vxorem.
2 ram:quæ peperit ei Zamram & Iecſan,& Madan,
3 & Madiam,& Ieſboc,& Sue.Iecſan quoque genuit Sa-
Filij Ceturæ. 1.par.1.c.
ba & Dadan.Filij Dadan fuerunt Aſſurim,& Latuſsim,
4 & Laomim.At verò ex Madiã ortus eſt Epha, & Epher,
& Henoch, & Abida , & Eldaa . omnes hi , filij Ceturæ.
5 Deditque Abraham cuncta quæ poſſederat,Iſaac:filijs
Iſaac dat poſſeſsio:filijs cõcubinarum munera.
6 autem concubinarum largitus eſt munera, & ſeparauit
eos ab Iſaac filio ſuo dum adhuc ipſe viueret, ad plagam
7 Orientalem.Fuerunt autem dies vitæ Abrahæ centum
Moritur Abraham.
8 ſeptuagintaquinque anni. Et deficiens mortuus eſt in
ſenectute bona,prouectęque ætatis,& plenus dierum:cõ
9 gregatuſque eſt ad populum ſuum. Et ſepelierunt eum
Iſaac & Iſmael filij ſui in ſpelunca duplici , quæ ſita eſt
in agro Ephron filij Seor Hethæi , è regione Mam-
10 bre,quam ||emerat à filijs Heth . ibi ſepultus eſt ipſe
B ſupra.23.e
11 & Sara vxor eius . Et poſt obitum illius benedixit
Benedicitur Iſaac à Deo. Supra.16.d.
Deus Iſaac filio eius,qui habitabat|| iuxta puteum no-
12 mine Viuentis & videntis. Hæ ſunt generationes Iſ-
Genealogia Iſmaelis. 1.Pa.1.b.
mael filij Abrahæ quem peperit ei Agar AEgyptia,famu
13 la Saræ:& hæc nomina filiorum eius in vocabulis & ge
nerationib⁹ ſuis.Primogenitus Iſmaelis Nabaioth,dein
14 de Cedar,& Adbeel,& Mabſam, Mabſma quoque , &
15 Duma,& Maſſa, Hadad,& Thema,& Ietur,& Naphis,&
16 Cedma: iſti ſunt filij Iſmaelis:& hæc nomina per caſtel
la & oppida eorum,duodecim principes tribuum ſuarũ.
17 Et facti ſunt anni vitæ Iſmaelis centum trigintaſe-
Morit̃ Iſmael
ptem,



C ptem , deficienſque mortuus eſt,& appoſitus ad popu-
lum ſuum. Habitauit autem ab Heuila vſque Sur,quę 18
reſpicit AEgyptum introeuntibus Aſſyrios. coram cun-
ctis fratribus ſuis obijt. Hæ quoque ſunt generationes 19
Generationes Iſaac.
Iſaac filij Abraham. Abraham genuit Iſaac:qui cũ qua- 20
draginta eſſet annorum,duxit vxorem Rebeccam filiam
Batuelis Syri de Meſopotamia,ſororem Laban.Depre- 21
Iſaac orat ſibi dari prolem.
catuſque eſt Iſaac Dominum pro vxore ſua,eo quòd eſ-
ſet ſterilis:qui exaudiuit eum,& dedit cõceptum Rebec-
Concipit Rebecca.
cæ.Sed collidebãtur in vtero eius paruuli:quæ ait,Si ſic 22
*me
mihi futurum erat,quid neceſſe fuit * concipere ? Perre-
Rebecca Deũ conſulit.
xitque Rebecca vt conſuleret Dominum. Qui reſpon- 23
Hæc Paulus exponit ad Rom. 9.c.
dens ait,Duæ gentes ſunt in vtero tuo,& duo populi ex
ventre tuo diuidentur , populuſque populum ſuperabit,
& maior ſeruiet minori. Iam tempus pariendi aduene- 24
Eſau.Oſe.12.a.
rat,& ecce gemini in vtero eius reperti ſunt. Qui prim⁹ 25
D egreſſus eſt,rufus erat,& totus in morem pellis hiſpidus:
Iacob.Matt.1.a
vocatumque eſt nomen eius Eſau. Protinus alter egre- 26
diens,plantam fratris tenebat manu: & idcirco appella-
uit eum Iacob.Sexagenarius erat Iſaac quando nati ſunt
Eſau venator, agricola:Iacob, ſimplex.
ei paruuli. Quibus adultis factus eſt Eſau vir gnarus ve 27
nandi,& homo agricola:Iacob autem vir ſimplex habi-
tabat in tabernaculis. Iſaac amabat Eſau , eo quòd 28
de venationibus illius veſceretur : & Rebecca diligebat
Eſau vẽdit primogenita. Hebræ.1.a. Abdiæ.1.a. Edom.
Iacob. Coxit autem Iacob pulmẽtum:ad quem cum ve 29
niſſet Eſau de agro laſſus, ait, Da mihi de coctione hac 30
rufa:quia oppidò laſſus ſum.quam ob cauſam vocatum
eſt nomen eius Edom. Cui dixit Iacob, Vende mihi pri 31
mogenita tua. Ille reſpondit,En morior,quid mihi pro- 32
derũt primogenita? Ait Iacob,Iura ergo mihi.Iurauit ei 33
Eſau,& vendidit primogenita. Et ſic accepto pane & 34
lentis edulio comedit,& bibit,& abijt,paruipendẽs quòd
primogenita vendidiſſet.

*ptem:defecitque & mortuus eſt,collectuſque ad populos ſuos. Habitauerunt autem ab Heuilah vſque ad Sur, quæ eſt è regione AEgypti, 10 itinere Aſſur verſus.coram facie omniũ fratrum ſuorum 11 cecidit.Hæ verò ſunt generationes Iſaac filij Abrahæ. Abraham genuit Iſaac.Natus autem erat Iſaac quadraginta annos,quum duceret ſibi vxorem Rebeccam filiam Bethuelis Syri 12 de Padan-aram,ſororem Laban Syri.Et orauit Iſaac Dominum 13 pro vxore ſua,ſterilis enim erat.Et exoratus eſt ab eo Dominus,cõcepitque Rebecca vxor eius.Et collidebant ſeſe filij in vtero eius , dixitque Rebecca, 14 Si ſic,cur ego hoc? Abijt igitur 15 inquiſitura Dominum.Dominus verò dixit ad eam , Duæ gentes ſunt in vtero tuo,& duo populi ex viſceribus tuis diuidentur , alter autem altero erit robuſtior,& maior ſeruiet minori.Impletis verò diebus eius vt pareret,en gemini 16 in vtero eius.Egreſſuſque prior rufus veluti gauſapina villoſa totus hiſpidus : vocauerunt ergo nomen eius Eſau.Deinde prodijt & frater eius,manuſq; eius prehendebat calcem Eſau. 17 Vocatumque eſt nomen eius Iacob.Porrò Iſaac natus erat ſexaginta annos 18 cum illi naſcerentur.Creuerunt itaque paruuli, & fuit Eſau vir gnarus venandi,& 19 amans campi:Iacob verò vir fuit 20 integer,habitãs in tentorijs.Iſaac dilexit Eſau, 21 quòd ferina guſtui eius [grata eſſet:] Rebecca verò Iacob diligebat. Coxit autem Iacob pultem quandam , & veniebat Eſau ex agro,eratq; laſſus.Et dixit Eſau ad Iacob, 22 Ingere mihi de rufo,de rufo inquam iſto: laſſus enim ſum. & hinc vocatũ eſt nomen eius Edom.Dixitq; Iacob,Vende mihi 23 hodie 24 ius tuum primogenitorũ.Et dixit Eſau, 25 En vado vt moriar,quid ergo mihi ius hoc primogenitorum? Reſpõdit Iacob,Iura mihi hodie.& iurauit ei,vendiditque ipſi Iacob 26 ius ſuum,quod ei vt primogenito debebatur.Iacob ergo dedit Eſau panẽ,& quod ex lentibus coxerat:ille verò comedit & bibit,ſurgenſq; abijt,vilipẽditq; Eſau ius primogenitorum.*

## SCHOLIA IN CAP. XXV.

1 Heb.& adiecit Abraham,& accepit vxorem.pro , Abrahã autem aliam duxit vxorem. 2 Sunt iſta nomina gentium & populorum qui originem traxerunt à filijs Dedan. 3 ſiue, concubinarum.Hebræi per concubinam intelligunt ancillam viro in concubitum abſque ſcripto & ſubarratione & legitimis cæremonijs addictam.Et proles ex tali nata coniugio, non ſuccedit patri in hæreditatem,ſed muneribus dotari poteſt.Sic Agar fuit concubina Abraham. 4 ideſt,Orientem. 5 ideſt,qui non optabat dies ſuos innouari. 6 Modus loquendi apud Hebræos, pro, mortuus eſt quemadmodum & maiores ſui poſt alios. 7 vel ſecundum nomenclaturas & generationes ſuas. 8 vel,vicos ſuos. 9 principes fuerunt per populos ſuos.Vel,in familijs ſuis. 10 dũ pergis ad Aſſyrios.Vel,qua itur ad Aſſyrios. 11 vel mortuus eſt. Hebraiſmus,pro,Superſtitibus omnibus fratribus. Chaldæus paraph.vertit.Coram cunctis fratribus cecidit.Sub.ſors eius,ideſt,nõ procul habitauit à fratribus:ſors illius propinqua erat hæreditati fratrum ſuorũ,ſic L X X.Prior interpretatio magis placet doctis. 12 Vide annotationem in principio cap.XXIIII. 13 vel præſente vxore ſua,vt nonnullis placet,minus recte tamen. 14 ideſt, Si ſic mihi futurum erat,vt quid viuo,& non potius morior? Vel vt vetus noſter interpres ſuppleuit locum , Quid neceſſe fuit cõcipere? 15 vel conſultura. 16 ſub.inuenti ſunt. 17 vel,vocauit,is ſcilicet qui vocauit,ideſt,vocauerunt. 18 Heb.quando genuit eos.Vel,dum peperit eos.Rebecca ſcilicet. 19 Heb.vir agri, ideſt,agreſtis:libenter verſabatur in agro,procul ab vrbe. 20 vel, ſimplex, 21 Heb.eo quod in ſuo ore erat venatio.Hebraica phraſis ,pro , quia Iſaac habebat quotidie carnem ferinam qua libenter veſcebatur : & quam Eſau venabatur portans ad os patris. 22 Ciba me quæſo de (pulmento) rufo, 23 vel iuxta hunc diem,ideſt,iamiam in præſenti tempore , abſque vlla dilatione. 24 primogenituram tuam . Primogenitura , vt aiunt Hebræi , fuit ſucceſsio in dignitate patris , & principatu atque honore eius , & quòd authoritatem haberet in minores, ita vt fratres minores conſurgerent à conſpectu eius , & miniſtrarent illi , ſicut filij patri . Alij exiſtimant primogenitum accepiſſe ex bonis paternis duas portiones , ſacerdotium & regnum. 25 q.d.Quotidie me mortis periculo obijcio,ſumque in diſcrimine vitæ , qui in feras irruo : quid igitur mihi profuerit ius primogenituræ? 26 Heb. primogenituram ſuam.

## CAP. XXVI.

Deus in media fame benedicit, & paſcit Iſaac.
ORta autem fame ſuper terram poſt eam ſterili- 1
tatem quæ acciderat in diebus Abraham, abijt
Iſaac ad Abi-melech regem Palæſthinorum in
Gerara. Apparuitque ei Dominus,& ait, Ne deſcendas 2
in AEgyptum,ſed quieſce in terra quam dixero tibi. Et 3
peregrinare in ea,eroque tecum,& benedicam tibi : tibi
Iſaac promittĩ Chanaan.
enim & ſemini tuo dabo vniuerſas regiones has,complẽs
Sup.12.b.13.d. 15.d.ſup.12.a. 18.c.22.d.
iuramentum quod ſpopondi Abraham patri tuo. Et mul 4
tiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas cæli: daboque poſteris
B tuis vniuerſas regiones has:& B E N E D I C E N T V R
CHRISTVS.
I N S E M I N E T V O omnes gentes terrę, eo quòd 5
obedierit Abraham voci meæ , & cuſtodierit præcepta
Iſaac vxorẽ ſuã dicit eſſe ſororem.
& mandata mea , & cæremonias legeſque ſeruauerit.
Manſit itaque Iſaac in Geraris. Qui cum interro- 6
garetur à viris loci illius ſuper vxore ſua , reſpondit, 7

## CAP. XXVI.

*ORta autem fame in terra vltra famem priorem quæ fuerat in diebus Abraham , commigrauit Iſaac ad Abi-melech regem Paleſtinorum in Gerar. Apparuit autem ei Dominus , & ait , Ne deſcendas in AEgyptum , ſed habita in terra quam indicaro tibi . Incola ſis in hac regione , & ego ero tecum , 1 benedicamque tibi : nam tibi & ſemini tuo dabo omnes terras iſtas , & confirmabo iuramentum quod iuraui Abraham patri tuo , & multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas cæli, & dabo ſemini tuo omnes terras iſtas , 2 benedicenturque in ſemine tuo omnes gentes terræ , eo quod obtemperauit Abraham voci meæ , & obſeruauerit 3 obſeruationem meam , præcepta mea , ſtatuta mea , & leges meas . Habitauit itaque Iſaac in Gerar . Cumque viri loci illius interrogarent de vxore ſua , reſpondit,*

*Soror mea eſt: veritus dicere, Vxor mea eſt: [cogitans,] fortè habitatores illius loci occident me propter Rebeccam, quæ venuſta erat aſpectu. Cumque morã traheret eodem loci diebus aliquot, contigit vt Paleſtinorum rex Abi-melech per feneſtram proſpiciens, videret Iſaac 4 ludentem cum Rebecca vxore ſua. Abi-melech ergo accerſito Iſaac, dixit, Nimirum vxor tua eſt: cur ergo dixiſti quòd ſoror tua ſit? Reſpondit Iſaac, 5 Hoc nempe conſilio, ne fortè morerer illius gratia. Abi-melech ait, 6 Cur hoc feciſti nobis? 7 in procliui [fuit] vt aliquis è populo dormiret cum vxore tua, & adduxiſſes ſuper nos 8 culpam. Mandauit itaque Abi-melech omni populo, dicens, Qui virum illum 9 & vxorem eius tetigerit, confeſtim occidatur. Seminans autem Iſaac in terra illa, 10 adquiſiuit eodem anno centum 11 modios: 12 locupletauitque eum Dominus. 13 Auctus itaque vir ille 14 promouit ſubinde, donec ſupra modum eueheretur. Habuit enim poſſeſſionem gregum & armentorum, & 15 famulitium multum. Inuidebant ergo ei Paleſtini, & omnes puteos quos foderant ſerui patris ſui in diebus Abraham, obruerunt Paleſtini, opplentes eos humo. Dixit itaque Abi-melech ad Iſaac, Secede à nobis: nam potentior es nobis plus ſatis. Soluens ergo illinc Iſaac, caſtrametatus eſt in valle Gerar, illicque habitauit. Reuerſus itaque Iſaac refodit puteos aquæ, quos foderant in diebus Abraham patris ſui, quoſque obſtruxerant Paleſtini poſt mortem Abrahæ, & vocauit eos nominibus, iuxta ea nomina quæ pater eis indiderat. Foderũt itaque ſerui Iſaac in valle, & inuenerunt ibi puteum 16 aquarum viuarum. Rixati autem ſunt paſtores Gerar cum paſtoribus Iſaac, dicentes, Noſtra eſt aqua. Vocatumque eſt nomen putei illius 17 Eſec, quòd pro eo contenderant. Et foderunt alium puteum: & pro illo quoque rixabantur; & vocauit nomen eius 18 Sitna. Soluens illinc, fodit alium puteum, de quo non contenderunt, vocauitque nomen eius 19 Rehoboth: quia dixit, Quoniam nunc dilatauit nos Dominus vt creſcamus in terra. Aſcenditque in Beer-ſeba, & apparuit ei Dominus eadem nocte, & dixit, Ego ſum Deus Abraham patris tui, ne metuas, quoniam ego tecum ſum, & benedicam tibi atque multiplicabo ſemen tuum propter Abraham ſeruum meum. Extruens autem illic aram, inuocauit nomen Domini, extenditque tentorium ſuum, & foderũt ſerui Iſaac ibi puteum. Venit autem ad eum Abi-melech de Gerar, 20 cœtuſque amicorum eius, & Phichol 21 ſummus imperator. Et dixit ad eos Iſaac, Quare veniſtis ad me, cùm tamen odio me habeatis, & eieceritis me à vobis? Qui reſponderunt, 22 Omnino vidimus Dominum tibi adeſſe, ô tu fortunate Domini, & diximus, Sit iuramentum inter nos, inter nos inquam & inter te, 23 feriemuſque fœdus tecum, vt non afficias nos malo, quemadmodum & nos te non attigimus, nec fecimus tibi quidquam niſi bonum, 24 & dimittemus te in pace: tu nunc es benedictus Domini? Inſtruxit itaque eis conuiuium, & comederunt atque biberunt. Mane autem ſurgentes iurauit alter alteri, dimiſitque eos Iſaac, illi verò receſſerunt ab eo in pace. Hoc ipſo die venerunt ſerui Iſaac, & nuntiarunt ei de puteo quem foderant, dixeruntque ei, Inuenimus aquam. Et vocauit illum 25 Sibea: ob hanc cauſam nomen ciuitatis illius eſt Beer-ſeba, vſque in hodiernum diem. Cumque Eſau natus iam eſſet quadraginta annos, duxit vxorem nomine Iehudith, filiã Beeri Hethæi, & Baſmath filiam Elon Hethæi. 26 Quæ res excruciabat animũ non ſolum Iſaac, ſed & Rebeccæ.*

Soror mea eſt. timuerat enim confiteri quòd ſibi eſſet ſo-
ciata cõiugio: reputans, ne fortè interficerent eũ propter
8 illius pulchritudinem. ♀ Cumque pertranſiſſent dies plu-
rimi, & ibidem moraretur, proſpiciens Abi-melech rex
Palæſthinorum per feneſtram, vidit eum iocantem cum
9 Rebecca vxore ſua. ♀ Et accerſito eo ait, Perſpicuum eſt
quòd vxor tua ſit: cur mentitus es eam ſororem tuam eſ-
10 ſe? Reſpondit, Timui ne morerer propter eam. ♀ Dixitq;
Abi-melech, Quare impoſuiſti nobis? potuit coire qui
ſpiam de populo cum vxore tua, & induxeras ſuper nos
grande peccatum. Præcepitque omni populo, dicens,
11 ♀ Qui tetigerit hominis huius vxorem, morte morietur.
12 ♀ Seuit autem Iſaac in terra illa, & inuenit in ipſo anno cẽ
13 tuplum: benedixitque ei Dominus. ♀ Et locupletatus eſt
homo, & ibat proficiens atque ſuccreſcens: donec ma-
14 gnus vehementer effectus eſt, ♀ habuitque poſſeſsiones
ouium & armentorum, & familiæ plurimum. Ob hoc in-
15 uidentes ei Palæſthini, ♀ omnes puteos quos foderant ſer
ui patris illius Abrahã, illo tẽpore obſtruxerunt, implen
16 tes humo: ♀ intantũ vt ipſe Abi-melech diceret ad Iſaac,
Recede à nobis, quoniam potentior nobis factus es val-
17 de. ♀ Et ille diſcedens, vt veniret ad Torrentem Geraræ,
18 habitaretque ibi: ♀ rurſum fodit alios puteos, quos fode-
rãt ſerui patris ſui Abraham, & quos illo mortuo olim
obſtruxerant Philiſthijm: appellauitque eos eiſdem no-
19 minibus quibus antè pater vocauerat. ♀ Foderuntque in
20 Torrente, & repererunt aquam viuam. ♀ Sed & ibi iur-
gium fuit paſtorum Geraræ aduerſus paſtores Iſaac, di-
centium, Noſtra eſt aqua, quam ob rem nomen putei ex
21 eo quod acciderat, vocauit calumniam. ♀ Foderunt au-
tem & alium: & pro illo quoque rixati ſunt, appellauit-
22 que eum Inimicitias. ♀ Profectus inde fodit alium pu-
teum, pro quo non contenderunt: itaque vocauit nomen
eius Latitudo: dicens, Nunc dilatauit nos Dominus, & fe
23 cit creſcere ſuper terram. ♀ Aſcendit autem Iſaac ex illo
24 loco in Ber-ſabee, ♀ vbi apparuit ei Dominus in ipſa no-
cte, dicens, Ego ſum Deus Abraham patris tui, noli time-
re, quia ego tecum ſum: benedicam tibi, & multiplicabo
25 ſemen tuum propter ſeruum meum Abraham. ♀ Itaque
ædificauit ibi altare Domino: & inuocato nomine Do-
mini extendit tabernaculum: præcepitque ſeruis ſuis vt
26 foderent puteum. ♀ Ad quem locũ cum veniſſent de Ge-
raris Abi-melech, & Ochozath amicus illius, & Phi-
27 chol dux militum, ♀ locutus eſt eis Iſaac, Quid veniſtis
28 ad me hominẽ quem odiſtis, & expuliſtis à vobis? ♀ Qui
reſponderunt, Vidimus tecum eſſe Dominum: & idcir-
co nos diximus, Sit iuramentum inter nos, & inea-
29 mus fœdus: ♀ vt non facias nobis quicquam mali, ſi-
cut & nos nihil tuorum attigimus, nec fecimus quod te
læderet, ſed cum pace dimiſimus auctum benedictio-
30 ne Domini. ♀ Fecit ergo eis conuiuium: & poſt cibum
31 & potum ♀ ſurgentes mane, iurauerunt ſibi mutuò: di-
32 miſitque eos Iſaac pacifice in locum ſuum. ♀ Ecce
autem venerunt in ipſo die ſerui Iſaac annuntiantes
ei de puteo quem foderant, atque dicentes, Inueni-
33 mus aquam. ♀ Vnde appellauit eum Abundantiam: &
nomen vrbi impoſitum eſt Ber-ſabee, vſque in præſen-
34 tem diem. ♀ Eſau verò quadragenarius duxit [a] vxo-
res duas, Iudith filiam Beeri Hethæi, & Baſemath fi-
35 liam Elon eiuſdem loci: ♀ quæ ambæ offenderant ani-
mum Iſaac & Rebeccæ.

Maxima dei cura de Iſaac & eius vxore.

C

Benedicit Deus Iſaac dans ei diuitias.

D

Puteos Iſaac obturant Palæſthini, & eũ expellunt.

E

Alios puteos fodit.

Gratiarum actio.

Conſolatur ipſum Iſaac Deus.

F

Iſaac Deum inuocat.

Abi-melech init fœdus cum Iſaac.

G

Ber-ſabee vrbs. Digamia Eſau. [a] vxorem Inf. 27. g.

## SCHOLIA IN CAP. XXVI.

1 Quid ſit, Deum benedicere homini, ſatis declaratur verbis continuo ſequentibus. Tibi enim & ſemini tuo dabo vniuerſas regiones has. 2 benedicent ſe in ſemine tuo, ideſt, reputabunt ſe fœlices omnes gentes fideles, propter Chriſtum qui ex te naſciturus eſt. 3 cuſtodiã meam, & mandata mea, ſtatuta mea, legeſque meas. Cuſtodiam meam dicit, ideſt, quæ mandaui cuſtodiri, nempe mandata mea, &c. Hebraiſmus. 4 vel, iocantem. aut, ridentem 5 Hebr. Dixi enim, ne forte moriar: Dicere hic poſitũ, pro



pro cogitare apud ſe. 6 vel, Quid iſtud eſt quòd feciſti nobis? 7 Heb. parum abſuit quin dormierit vnus populi &c, ideſt, primus in populo, hoc eſt ego, qui primas teneo in populo. 8 peccatum. 9 aut vxorem 10 inuenit 11 vel, menſuras. i. centies tantum quantum ſeminauerat. Quidam vertunt, centum æſtimationes. i. centies tantum quantum æſtimauerat. 12 Hebr. benedixerat enim ei Dñs. i. locupletauerat eũ. 13 ſub. magnis opibus. 14 Heb. perrexit pergẽdo & creſcẽdo, donec creſceret valde: vel, & multiplicãdo, donec multiplicaretur valde. Hebraicus loquẽdi modus, pro, ſubinde locupletior fiebat & multiplicabatur, ita vt euaſerit in virum locupletiſsimũ, vt ſtatim ſequitur. 15 vel, terram multam arabilem. aut, prouentum ampliſsimum. Quidam enim Hebræorum dicunt vocem Hebræam ſignificare quidquid nobis prouenit ex cultura agrorum. 16 ideſt, aquæ ſcaturientis, & iugiter manantis. 17 Heſec, ſignificat contentionem, vel iurgium. q. d. vocauit contentionem: quia contenderũt ſiue negotium habuerunt cum Iſaac. 18 ideſt, inimicitias, ſiue odium. 19 ideſt, latitudines. 20 Quidam Hebræorum legũt Abuzath amicus eius: vt ſit nomen proprium. 21 dux militum eius. 22 Heb. Videndo vidimus, tecum eſſe Deum. i. Certo percepimus tibi fauere Deum 23 vel, percutiamuſque 24 vel, amandauimus te in pace: nam tu es benedictus à Domino. q. d. Cognoſcimus te amari à Domino. 25 Sibea, ſeptem ſignificat nõ autẽ iuramentum. q. d. puteus ſeptimus. 26 Heb. Et fuerũt amaritudo ſpiritus ipſi Iſaac & Rebeccæ. i. fuerunt inobedientes ipſi Iſaac, &c. vel, fuerunt rebelles ſpiritui ipſius Iſaac.

## CAP. XXVII.

Iubet Iſaac Eſau ſibi ex venatione coquere pulmentum.

SEnuit autem Iſaac, & caligauerunt oculi eius, & vi- 1
dere non poterat: vocauitque Eſau filium ſuũ ma-
iorem, & dixit ei, Fili mi? Qui reſpondit, Adſum.
♀ Cui pater, Vides, inquit, quòd ſenuerim, & ignorem 2
diem mortis meæ. ♀ Sume arma tua, & pharetram & ar- 3
cum, & egredere foras. Cumque venatu aliquid appre-
henderis, ♀ fac mihi inde pulmentum, ſicut velle me no- 4
ſti, & affer vt comedam: & benedicat tibi anima mea an-
tequam moriar. ♀ Quòd cum audiſſet Rebecca, & ille 5
abijſſet in agrum vt iuſsionem patris impleret, ♀ dixit fi- 6
lio ſuo Iacob, Audiui patrem tuum loquentem cum Eſau
fratre tuo, & dicentem ei, ♀ Affer mihi de venatione tua, 7
& fac cibos vt comedam, & benedicam tibi coram Do-
mino antequam moriar. ♀ Nunc ergo fili mi, acquieſce 8
conſilijs meis, ♀ & pergens ad gregem, affer mihi duos 9
hœdos optimos, vt faciam ex eis eſcas patri tuo, quibus
libenter veſcitur: ♀ quas cum intuleris, & comederit, be- 10
nedicat tibi priuſquam moriatur. ♀ Cui ille reſpondit, No 11
ſti quòd Eſau frater meus homo piloſus ſit, & ego lenis:
♀ ſi attrectauerit me pater meus, & ſenſerit, timeo ne putet 12
me ſibi voluiſſe illudere, & inducat ſuper me maledictio
nem pro benedictione. ♀ Ad quem mater, In me ſit, ait, 13
iſta maledictio fili mi: tantum audi vocem meã; & per-
gens affer quæ dixi. ♀ Abijt, & attulit, deditque ma- 14
tri: parauit illa cibos ſicut velle nouerat patrem illius.
♀ Et veſtibus Eſau valde bonis, quas apud ſe habebat 15
domi, induit eum: ♀ pelliculaſque hœdorum circunde- 16
dit manibus, & colli nuda protexit. ♀ Deditque pul- 17
mentum, & panes, quos coxerat, tradidit. ♀ Quibus il- 18
latis dixit, Pater mi? At ille reſpondit, Audio: quis es
tu fili mi? ♀ Dixitque Iacob, Ego ſum primogenitus tuus 19
Eſau: feci tibi ſicut præcepiſti mihi: ſurge, ſede, & co-
mede de venatione mea, vt benedicat mihi anima tua.
♀ Rurſumque Iſaac ad filium ſuum, Quomodo, inquit, 20
tam citò inuenire potuiſti fili mi? Qui reſpondit, Volun-
tas Dei fuit vt citò occurreret mihi quod volebam. ♀ Di- 21
xitque Iſaac, Accede ad me, vt tangam te fili mi, & pro-
bem vtrum tu ſis filius meus Eſau, an non. ♀ Acceſsit ille 22
ad patrem: & palpato eo, dixit Iſaac, Vox quidem, vox
Iacob eſt: ſed manus, manus ſunt Eſau. ♀ Et non cogno- 23
uit eum, quia piloſæ manus, ſimilitudinem maioris ex-
preſſerant. Benedicens ergo illi, ♀ ait, Tu es filius meus 24
Eſau? Reſpondit, Ego ſum. ♀ At ille, Affer mihi, inquit, 25
cibos de venatione tua fili mi, vt benedicat tibi ani-
ma mea: Quos cum oblatos comediſſet, obtulit ei
etiam vinum: quo hauſto, ♀ dixit ad eum, Accede ad 26
me, & da mihi oſculum fili mi. ♀ Acceſsit, & oſculatus eſt 27
eum. Statimque vt ſenſit veſtimentorum illius fragrãtiã,
benedicẽs illi, ait, Ecce odor filij mei, ſicut odor agri ple-
ni, cui benedixit Dominus. ♀ Det tibi Deus de rore cæ- 28
li, & de pinguedine terræ, abundantiam frumenti & vi-
ni & olei. ♀ Et ſeruiant tibi populi, & adorent te tri- 29
bus: eſto dominus fratrum tuorum, & incuruentur
ante te filij matris tuæ. Qui maledixerit tibi, ſit ille
maledictus: & qui benedixerit tibi, benedictionibus

Iacob per aſtutiã matris præripit benedictionem Eſau.

Oſculatur filiũ Iſaac.

Iſaac benedicit ipſi Iacob. heb. 11. d.

## CAP. XXVII.

*CVmq; iã ſenio confectus eſſet Iſaac, 1 ita vt oculi eius caliginoſi cæcutirẽt, vocauit Eſau [a] filium ſuum natu maiorẽ, & dixit ad eum, Fili mi. Is reſpõdit illi, Adſum pater. Et dixit, En ego iam ſenui, 2 & neſcio diẽ mortis meæ, 3 cape ergo inſtrumẽta tua, pharetram tuam & arcum tuum, & egredere in agrum, vt venẽris mihi venationẽ, Pareſq; mihi 4 cibos delicatos quos appeto. 5 hos affer mihi vt comedam, 6 & tibi ex animo fauſta ac fœlicia imprecer antequam moriar. Rebecca verò 7 audiuit Iſaac loquentem cum filio ſuo Eſau. Abijt ergo Eſau in agrum, vt venaretur venationem, & eam afferret. Dixitq; Rebecca ad Iacob filiũ ſuum, 8 En audiui patrem tuum loquentem cum fratre tuo Eſau, dicentẽq;, Affer mihi ferinã, & para mihi cibos delicatos, vt comedã, & fauſta ac fœlicia tibi imprecer 9 corã Domino ante mortem meã. 10 Audi ergo vocem meam mi fili, in his quæ tibi mãdauero. Vade quæſo ad gregẽ, & affer mihi illinc duos hædos caprarũ bonos, vt coquam eos cibos delicatos patri tuo 11 gratos, Quos tu inferes ad patrem tuum vt edat, 12 impreceturq; tibi fauſta & fœlicia antequã moriatur. Dixit autẽ Iacob ad Rebeccã matrem ſuã, En Eſau frater meus vir hiſpidus eſt, ego verò leuis & glaber, 13 Quid ſi pater meus me attrectet, & videar ei inſidias ſtruere, accerſamq; mihi execrationẽ & nõ fauſtã imprecationem? Rurſus mater ad eũ, Mihi (inquit) eueniat hæc execratio tua mi fili, 14 modo voci meæ auſcultes, & vadas atq; afferas mihi. Abiẽs itaq; tulit, & attulit matri ſuæ, & parauit mater eius cibos delicatos gratos patri ſuo. Accepit autẽ Rebecca veſtimẽta 15 concupita Eſau filij ſui maioris natu, quæ ſecũ in domo habebat, & induit ea Iacob filiũ ſuũ natu minorẽ. Sed & hædorũ pellibus veſtiuit manus eius, & læuorẽ colli eius, Tradiditq; cibos quos parauerat, panẽq; in manus Iacob filij ſui. Qui quũ veniſſet ad patrẽ ſuũ, ait, Pater mi. Is verò reſpõdit, Adſum: quis es tu fili mi? Dixitq; Iacob ad patrẽ ſuũ, Ego ſum Eſau primogenitus tuus, feci quod mãdaueras mihi: ſurge quæſo, ſede & comede de venatione mea, 16 vt ex animo mihi fauſta ac fœlicia impreceris. Et reſpondit Iſaac filio ſuo, 17 Quid iſthuc mi fili, quòd tã cito inueniſti? Qui ait, 18 Quòd Dñs Deus tuus corã me bene fortunauit. Dixitq; Iſaac ad Iacob, Accede quæſo vt tãgã te fili mi, filius meus Eſau an ſis, an minus. Et acceſſit Iacob ad patrẽ ſuũ Iſaac, illeq; attrectãs eũ, dixit, Vox, vox Iacob: manus verò, manus ſunt Eſau. Atqui nõ cognouit eum, eo quòd manus eius eſſent ſicut manus Eſau fratris ſui hiſpidæ, 19 Et imprecatus eſt ei omnia fœlicia & fauſta, & dixit. Tune es filius meus Eſau? Reſpõdit, Ego idẽ. Et dixit, Affer mihi de venatione fili mi, vt comedã, vtq; tibi ex animo fauſta ac fœlicia imprecer. Et appoſuit ei, & comedit: intulit quoq; vinũ, & bibit. Dixit autẽ ad eũ Iſaac pater eius, Accede quæſo, & oſculare me fili mi. Acceſſit ille, & oſculatus eſt eũ, olfecitq; fragrãtiã veſtimẽtorũ eius, imprecatuſq; eſt ei fauſta ac fœlicia, & ait, En odor filij mei quẽadmodũ odor agri, 20 quẽ vberẽ & lætũ fecit Deus. Det itaq; tibi Deus de rore cæli, 21 vbertatẽq; terræ, & copiã frumẽti ac muſti. Seruiãt tibi populi, & ĩcuruẽt ſe tibi nationes, ſis dñs fratrũ tuorũ, & ſe ĩclinẽt tibi filij matris tuæ. Qui tibi mala fuerit ĩprecatus, huic mala imprecatio obueniat: qui verò bona tibi fuerit ĩprecatus, is fœlix &*

*fauſtus ſit. Cūq; iā Iſaac cōpleſſet imprecationē fauſtā ipſi Iacob, vixq; egreſſo Iacob à patre ſuo Iſaac, venatu venit frater eius Eſau. Et is quoq; parauit cibos delicatos, quos intulit ad patrē ſuū, dixitq; patri ſuo, Surgat pater meus, & edat de venatione filij ſui, vt mihi ex animo bene imprecetur. Et dixit illi Iſaac pater ſuus, Quis es tu? Ait ille, Ego ſum filius tuus, primo genitus tuus Eſau. Et expauit Iſaac ingenti pauore, idq; ſupra modum, & ait, 22 Quis? vbi ergo ille qui venatus eſt venationem, & intulit mihi, & ego comedi ex omnibus priuſquā tu venires, & imprecatus ſum ei fauſta & fœlicia, eritq; fauſtus & fœlix? Cum Eſau audiret verba patris ſui, eiulauit eiulatu magno & vehementer amaro, & dixit patri ſuo, Et mihi bene precare pater mi. Qui reſpondit, Venit frater tuus fraudulenter, & præripuit imprecationem tuam fauſtam. Et dixit, 23 Annon vere vocatum eſt nomen eius Iacob? ſupplantauit enim me iam ſecundo, ius primogenitum meum tulit, & en nunc quoque præripuit mihi fauſtam imprecationem. Et addidit, Annon & mihi imprecationem bonam retinuiſti? Reſpondit Iſaac, & dixit ad Eſau, En præfeci illum tibi dominum, omneſq; fratres eius conſtitui illi ſeruos, 24 frumēto & muſto ſuffulſi eum, & tibi 25 hic quid faciam fili mi? Et dixit Eſau ad patrem ſuum, Mi pater, an vnicā duntaxat imprecationem fauſtā habes? imprecare & mihi fœlicia, ſublataq; voce ſua fleuit Eſau. Reſpondit ei Iſaac pater ſuus, & dixit. In vbere ſolo 26 ſit habitatio tua, & de rore cæli 27 deſuper. 28 Gladio tuo viues, & fratri tuo ſeruies: futurum eſt autē 29 cum humiliaris, vt frangas iugum eius de collo tuo. Odit ergo Eſau Iacob propter fauſtam illam imprecationē quē imprecatus ei fuerat pater eius: cogitauitq; Eſau in corde ſuo, Appropinquabunt dies 30 luctus patris mei, occidāq; Iacob fratrē meum. Nūciata verò ſunt Rebeccæ verba Eſau filij ſui natu maioris: miſit ergo & accerſiuit Iacob filium minorem natu: dixitq; ad eum, En frater tuus Eſau 31 hoc vno ſe ſolatur vt te interficiat. Nunc igitur 32 me audies fili mi, ſurge & fuge ad Laban fratrem meum in Charan, habitaq; cum eo 33 paucis dieb⁹, donec fratris tui furor 34 remittatur, Donec inquā ira fratris tui à te auertatur, & obliuiſcatur eorū quæ tu aduerſus eum cōmiſiſti. tum mittam, & accerſam te illinc. cur 35 orbarer vtroq; veſtrū vno eodēq; die? Et dixit Rebecca ad Iſaac, Tædet me vitæ meæ, idq; propter filias Hethæas, ſi Iacob vxorem duxerit de filiabus Hethæis quales iſtæ ſunt, de filiabus inquam iſtius regionis, ad quid mihi vita?*

30 repleatur. ¶ Vix Iſaac ſermonē impleuerat: & egreſſo Ia- E
31 cob foras, venit Eſau, ¶ coctoſq; de venatione cibos intu-
litpatri, dicēs, Surge pater mi, & comede de venatione
32 filij tui: vt benedicat mihi anima tua: ¶ Dixitque illi
Iſaac, Quis enim es tu? Qui reſpondit, Ego ſum fi-
33 lius tuus primogenitus Eſau. ¶ Expauit Iſaac ſtupore ve-
hementi: & vltrà quàm credi poteſt admirans, ait, Quis
igitur ille eſt qui dudum captam venationem attulit mi-
hi, & comedi ex omnibus prius quàm tu venires? be-
34 nedixique ei, & erit benedictus. ¶ Auditis Eſau ſermo-
nibus patris, irrugijt clamore magno: & conſternatus
35 ait, Benedic etiam & mihi, pater mi: ¶ Qui ait, Venit
germanus tuus fraudulenter, & accepit benedictionē
36 tuam. ¶ At ille ſubiunxit, Iuſte vocatum eſt nomen eius
Iacob: ſupplantauit enim me in altera vice: ||primoge- F
nita mea antè tulit, & nunc ſecundò ſurripuit bene-
dictionem meam. Rurſumque ad patrem, Nunquid
37 non reſeruaſti, ait, & mihi benedictionem? ¶ Reſpon-
dit Iſaac, Dominum tuum illum conſtitui, & omnes
fratres eius ſeruituti illius ſubiugaui: frumento & vi-
no & oleo ſtabiliui eum, & tibi poſt hæc fili mi vltrà
38 quid faciam? ¶ Cui Eſau, Num vnam, inquit, tantum
benedictionem habes pater? mihi quoque obſecro vt
39 benedicas. Cumque eiulatu magno fleret, ¶ motus Iſaac
dixit ad eum, In pinguedine terræ, & in rore cæli de-
40 ſuper erit benedictio tua. ¶ Viues in gladio, & fratri tuo
ſeruies: tempuſque veniet cum excutias & ſoluas iu- G
41 gū eius de ceruicibus tuis. ¶ Oderat ergo ſemper Eſau
Iacob pro benedictione qua benedixerat ei pater: di-
xitque in corde ſuo, Venient dies luctus patris mei, &
42 occidam Iacob fratrem meum. ¶ Nunciata ſunt hæc Re-
beccæ: quæ mittens, & vocans Iacob filium ſuum, di-
xit ad eum, Ecce Eſau frater tuus minatur vt occidat
43 te. ¶ Nunc ergo fili mi, audi vocem meam, & conſur-
44 gens fuge ad Laban fratrem meum in Haran: ¶ habita-
biſque cum eo dies paucos, donec requieſcat furor fra-
45 tris tui, ¶ Et ceſſet indignatio eius, obliuiſcaturque eo-
rum quæ feciſti in eum: poſtea mittam, & adducam te
46 inde huc. cur vtroque orbabor filio in vno die? ¶ Di-
xitque Rebecca ad Iſaac, Tædet me vitæ meæ pro-
pter filias Heth: ſi acceperit Iacob vxorem de ſtirpe
huius terræ, nolo viuere.

Reuerſus à venatione Eſau, affert cibos patri.

Triſtat Iſaac.

Maximis vociferationibus Eſau petit ſibi benedici. Sup. 25. d.

Iſaac benedicit ipſi Eſau. heb. 11. d

Eſau odit ipſū Iacob, & mortē minat. abd. 1. c.

Rebecca ipſi Iacob conſulit fugam in Meſopotamiam.

## SCHOLIA IN CAP. XXVII.

1 Heb. & caligauiſſent oculi eius, ita vt videre non poſſet, vocauit Eſau 2 q. d. video iam mortem mihi inſtare. 3 Hebr. ſume quæſo (vel, nunc) arma tua, pharetrā. Arma more Hebraico, vocat inſtrumenta: quod declarat, quum dicit, pharetram. 4 vel, plumenta ſapida, quemadmodum diligo. i. quibus libenter veſcor. 5 & affer 6 Heb. & benedicat tibi anima mea. 7 audierat Iſaac loquentem cū Eſau filio ſuo. Et abierat 8 vel, Sane. ſiue, Equidem 9 vel Domino inſpectante. vel, ex animo. Aut, vt omnia fœlicia precer dari tibi à Deo. 10 ideſt, Acquieſce conſilijs meis. 11 Heb. quemadmodum diligit. 12 in hoc vt benedicat. Vel, vt ſcilicet benedicat tibi 13 Hebr. Forte attrectabit me pater meus, & ero in oculis eius velut ſeductor: & inducam &c. Id eſt, videbor illi impoſtor, putabitque me ſibi vello illudere: ita inducam ſuper me maledictionem pro benedictione. 14 veruntamen. Vel, tantum 15 pretioſiora 16 Heb. vt benedicat mihi anima tua. 17 ideſt. Quid ſibi hoc vult, quod tam cito prædam reperiſti? 18 vel, Quia fecit occurrere (ſubaudi, ferā) Dominus Deus tuus ante faciē meam. 19 Hoc dicit per anticipationem. nondum enim benedixerat ei. 20 Heb. cui benedixit Dominus. hoc eſt, qui refertus eſt, varijs floribus à Deo. 21 Heb. & de pinguedinibus terræ. Id eſt, det tibi terrā fertilem. Alij vertunt, & pinguedines terræ. Sub. det. 22 vel Quis eſt, & vbi eſt ille qui cepit venationem, & attulit &c. 23 vel, Recte. aut, Vere 24 vel ſtabiliui eum frumento & vino. Hebraiſmus pro, donaui illum abundantia omnium rerum, eamque illi imprecatus ſum à Deo. 25 nunc 26 vel, erit habitatio tua. i. habitabis in ſolo quod Deus reddet fœcundum immiſsione roris & pluuiæ. 27 ſub. dabit tibi Deus. 28 ideſt. Arte militari comparabis tibi victum. 29 quum præualebis, (vel, quum dominari incipies,) tunc excuties 30 ideſt, mortis. 31 Hebr. cōſolatur ſe de te ad interficiendum te, ideſt, ſolatur ſe de iniuria ſibi illata, dum cogitat futurum vt te interficiat. 32 acquieſce mihi, ſub. monenti. 33 Heb. dies vnos, ideſt paucos. 34 vel conquieſcat. 35 vel orbabor.

## CAP. XXVIII.

*VOcans itaque Iſaac Iacob, [vale dicit, &] bene precatur ei, mandatq; ei, dicens, Ne ducas vxorem de filiabus Chanaan. Surge, vade in 1 Padan-aran, ad domum Bethuelis, 2 qui auus tuus eſt maternus, illinc duc tibi vxorem de filiabus Laban auūculi tui. Deus autem omnipotens benedicat tibi, 3 & faciat te creſcere, atque multiplicet te, vt fias in cœtum populorum. 4 Det quoque ti-*

## CAP. XXVIII.

1 VOcauit itaque Iſaac Iacob, & benedixit eū præ-
cepitq; ei dicēs, Noli accipere coniugē de gene-
2 re Chanaan, ¶ ſed vade, & proficiſcere in Meſo-
potamiam Syriæ, ad domū Bathuel patrem matris tuæ,
& accipe tibi inde vxorē de filiabus Labā auunculi tui.
3 ¶ Deus autē omnipotēs benedicat tibi, & creſcere te fa-
4 ciat atq; multiplicet: vt ſis in turbas populorū. ¶ Et det ti

Prohibet Iſaac ipſi Iacob ne ducat vxorem de filiabus Chanaā, cui obedit Iacob.

patris



bi benedictiones Abrahæ, & ſemini tuo poſt te: vt poſ-
ſideas terram peregrinationis tuę, quam pollicitus eſt
5 auo tuo. ¶ ||Cumque dimiſiſſet eum Iſaac, profectus per-
uenit in Meſopotamiam Syrię ad Laban filium Bathuel
6 Syri, fratrem Rebeccæ matris ſuæ. ¶ Videns autem
Eſau quòd benedixiſſet pater ſuus Iacob, & miſiſſet
eum in Meſopotamiam Syriæ, vt inde vxorem duce-
ret: & quod poſt benedictionem præcepiſſet ei, di-
7 cens, Non accipies vxorem de filiabus Chanaan: ¶ quòd-
que obediens Iacob parentibus ſuis, iſſet in Syriam:
8 ¶ probans quoque quòd non libenter aſpiceret filias
9 Chanaan pater ſuus: ¶ iuit ad Iſmaelem, & duxit vxo-
rem abſque ijs quas prius habebat, Maheleth filiam Iſ-
10 mael filij Abraham, ſororem Nabaioth. ¶ Igitur egreſſus
11 Iacob de Ber-ſabee, pergebat Haran. ¶ Cumque ve-
niſſet ad quendam locum, & vellet in eo requieſcere
poſt ſolis occubitum, tulit de lapidibus qui iacebant,
& ſupponens capiti ſuo, dormiuit in eodem loco.
12 ¶ Viditque in ſomnis ſcalam ſtantem ſuper terram, &
cacumen illius tangens cælum: angelos quoque Dei
13 aſcendentes & deſcendentes per eam: ¶ & dominum
innixum ſcalæ dicentem ſibi, Ego ſum Dominus Deus
Abraham patris tui, & Deus Iſaac. Terram in qua dor-
14 mis, tibi dabo & ſemini tuo. ¶ Eritque ſemen tuum qua-
ſi puluis terræ: ||dilataberis ad Orientem, & Occidentē,
& Septentrionem, & Meridiem: & ||BENEDICENTVR
15 IN TE & in ſemine tuo cunctæ tribus terræ. ¶ Et ero cu-
ſtos tuus quocunque perrexeris, & reducam te in terram
hanc: nec dimittam niſi compleuero vniuerſa quæ dixi.
16 ¶ Cumque euigilaſſet Iacob de ſomno, ait, Vere Domi-
17 nus eſt in loco iſto, & ego neſciebam. ¶ Pauenſque, Quā
terribilis eſt, inquit, locus iſte! non eſt hìc aliud niſi Do-
18 mus-Dei, & porta cæli. ¶ Surgens ergo Iacob manè tu-
lit lapidem, quem ſuppoſuerat capiti ſuo, & erexit in titu-
19 lum, fundens oleum deſuper. ¶ Appellauitque nomen vr-
20 bis Beth-el, quæ prius Luza vocabatur. ¶ Vouit etiam vo-
tum, dicens, Si fuerit Dominus mecum, & cuſtodierit
me in via per quam ego ambulo, & dederit mihi panem
21 ad veſcendum, & veſtimentum ad induendum, ¶ reuerſuſ-
que fuero proſpere ad domum patris mei: erit mihi Do-
22 minus in Deum, ¶ & lapis iſte quem erexi in titulum,
23 vocabitur Domus-Dei: ¶ cunctorumque quæ dederis
mihi, decimas offeram tibi.

Oſeę. 12. d.

B

Eſau, contra voluntatē patris, accipit vxorem de filiab⁹ Iſmael.

Iacob pergēs in Haran, videt ſcalam in ſomnis.

Promittitur Iacob terra Chanaan. Deut. 12. e. 19. e.

CHRISTVS. ſupra. 26. a.

D

Conſolatur Iacob Deus. Domus-Dei.

Beth-el. Luza. Votū Iacob. Deus. Victum & veſtitum petit.

*bi benedictionem Abrahæ, tibi inquam & ſemini tuo tecum, vt hæreditate accipias terram quam incolis, quam 5 dedit Deus Abrahæ. Amandauit itaque Iſaac Iacob, & ille abijt in Padan-aran ad Laban filium Bethuelis Syri fratrem Rebeccæ, matris Iacob & Eſau. Animaduertens autem Eſau quòd Iſaac benedixiſſet Iacob, & quòd miſiſſet eum in Padan-aran, vt illinc ſibi duceret vxorem, præcepiſſeque ei cum 6 valediceret, dicens, Ne ducas vxorem de filiabus Chanaan: Et quòd Iacob obtemperaſſet patri ſuo & matri ſuæ, abiiſſetque in Padan-aran: Intelligens etiam Eſau quòd filiæ Chanaan diſplicerēt Iſaac patri ſuo: Abijt ipſe ad Iſmaelem, & duxit ſibi vxorem Mahalath filiam Iſmaelis filij Abraham, ſororem Nebaioth, vltra vxores ſuas. Egreſſus itaq; Iacob de Beer-ſeba, profectus eſt Charan. Incidit autem forte fortuna in quendam locum, vbi pernoctauit: nam ſol occiderat, & tollens de lapidibus illius loci, fecit ſibi ceruicalia, & dormiuit in eodem loco. Et habuit ſomnium, & en 7 ſcala erat poſita in terram, cuius culmen pertingebat vſque in cælum, angelique Dei aſcendebant & deſcendebant per eam. Deus autem innitebatur ſcalæ, dixitque ad eum, Ego ſum Dominus Deus Abraham patris tui, & Deus Iſaac: terram in qua tu dormis tibi dabo & ſemini tuo. Eritque ſemen tuum ſicut puluis terræ, 8 & tu erumpes vſque ad mare Occidentale, ad Orientem, ad Septentrionem, & ad Meridiem: benedicenturque in te 9 & in ſemine tuo omnes familiæ terræ. En ego adſum tibi, & cuſtodiam te quocunque fueris profectus, & reducam te in terram iſtam: 10 neque deſeram te, donec fecero quæcunque ad te loquutus ſum. Euigilans autem Iacob è ſomno ſuo, ait, Reuera Dominus eſt in iſto loco, & ego non noueram. Et timuit ac dixit, Quàm terrificus eſt locus iſte! non eſt 11 hic niſi domus Dei & porta cæli. Conſurgens autem Iacob diluculo, tulit lapidem quem ſibi ceruical capitis ſui poſuerat, & erexit illum 12 in ſtatuam, fuditque oleum ſuper ſummitatem eius: & vocauit nomen loci illius Beth-el (etenim nomen illius ciuitatis antea Luz erat.) Vouit & votum hiſce verbis, 13 Quandoquidem Deus mihi adſuit, & cuſtodiet me in via iſta qua proficiſcor, & dabit mihi panem ad comedendum, & veſtimentum ad induendum, reuerſurus quoque fuero incolumis & ſaluus ad domum patris mei, erit mihi Dominus in Deum. Et lapis iſte quem poſui in ſtatuam, 14 erit domus Dei: & quodcunque dederis mihi, de hoc decimam tibi dabo.*

## SCHOLIA IN CAP. XXVIII.

1 Id eſt, in Meſopotamiam. 2 Hebraiſmus, patris matris tuæ. 3 Hic, Et, pro Id eſt, ponitur. Benedicat tibi, id eſt, creſcere &c. 4 id eſt, ea conferat in te beneficia quę contulit in Abrahamum: tam faueat tibi quàm fauit Abrahamo. 5 id eſt, repromiſit. 6 Hebraiſmus, benediceret illi. 7 Per iſtā ſcalam quæ extendebatur à terra ad cælum, dicunt doctiſsimi Hebręorum ſignificari omnia iſta inferiora dependere à ſuperioribus. Verùm per ſcalam intelligimus Chriſtum, cuius diuinitas coniuncta erat humanitati, deſcenditque ad nos: per quem & aſcendimus ad Deum Patrem. nemo enim venire poteſt ad Patrem, niſi per Chriſtum. Hoc myſterium ignorant ipſi Iudæi. 8 dilataberis enim ad Occidentem. 9 Et, pro (id eſt) poſitū. eadem enim eſt promiſsio quę Abrahæ facta fuerat ſuprà cap. 22. d. Benedicentur in ſemine tuo, &c. & cap. 12. a. In te benedicentur cognationes terrę. Hoc loco vtrunque dixit, In te, & In ſemine tuo. 10 quia non derelinquam te, donec compleuero. 11 vel, iſte. ſubaudi, locus. 12 vel, in titulum. ſiue, inſtar metæ. 13 Hebraiſmus. Si ſit Deus mecum, & cuſtodierit me in via iſta per quam ego ambulo, dederitque mihi panem ad veſcendum, & veſtes ad veſtiendum: quum reuerſus fuero in pace, id eſt citra damnum, incolumis & ſaluus. 14 id eſt, erit locus vbi inuocabitur nomen Dei. Vel, iſte lapis erit mihi argumento quòd ſit domus Dei, & locus in quo ſoleat Deus exaudire preces hominum. Hic locus erat in quo Abraham obtulerat filiū ſuum.

## CAP. XXIX.

1 PRofectus ergo Iacob venit in terram Orientalem.
2 ¶ Et vidit puteum in agro, tres quoque greges
ouium accubantes iuxta eum: nam ex illo adaquaban-
tur pecora, & os eius grandi lapide claudebatur. ¶ Moriſ-
3 que erat vt cunctis ouibus congregatis deuoluerent
lapidem, & refectis gregibus rurſum ſuper os putei po-
4 nerent. ¶ Dixitque ad paſtores, Fratres, vnde eſtis? Qui
5 reſponderunt, de Haran. ¶ Quos interrogans, Nunquid,
ait, noſtis Laban filium Nachor? Dixerunt, Nouimus.
6 ¶ Sanuſne eſt: inquit. Valet, inquiunt: & ecce Rachel filia

Venit Iacob ad Laban.

Fratres ſuos vocat ignotos.

## CAP. XXIX.

*LEuauit itaque Iacob pedes ſuos, & perrexit ad terram eorum qui ad Orientem habitant. 1 Et vidit puteum in campo, iuxta quem cubabant tres greges ouium: nam ex puteo iſto adaquabant greges iſtos, eratque ingens lapis 2 ſuper puteo. 3 Collectique ſunt illuc omnes greges, volutoque lapide ab ore putei, adaquabant oues, & reuoluebant lapidem ſuper puteum in locum ſuum. Dixitque ad eos Iacob, Fratres mei vnde eſtis? Qui reſponderunt, de Charan ſumus. Et dixit ad eos, Noſtiſne Laban filiū Nahor? Illi verò dixerūt, Nouimus. Dixitq; rurſ⁹ ad eos, 4 Rectene habet? Reſpōderūt, Recte, en Rahel filia eius*

*eius venit iam cum grege. Et dixit, 5 Multum adhuc diei*
*ſupereſt, 'adeoque nec tempus pecora cogendi: potum ergo præbe*
*te ouibus, eunteſque paſcite. Qui reſponderunt, Non poſſumus do*
*nec congregentur omnes greges, & voluatur lapis à puteo, vt po*
*tum demus ouibus. Cum adhuc loqueretur cum eis, venit Rahel*
*cum grege patris ſui 6 quem ipſa paſcebat.' Cumque vidiſ-*
*ſet Iacob Rahelem filiam Laban auunculi ſui, gregemque eius,*
*acceſſit & reuoluit lapidem à puteo, & adaquabat gregem*
*Laban auunculi ſui. Oſculatus quoque eſt Iacob Rahelem, 7 ſu*
*blataque voce ſua' fleuit. 8 Nuntiauitque' Iacob Raheli quòd*
*ipſe eſſet frater patris eius, & filius Rebeccæ. Illa verò currens*
*nuntiauit hæc patri ſuo. Cum verò Laban audiſſet rumorem de*
*Iacob filio ſororis ſuæ, currens ei obuiam, amplexatus eſt eum at*
*que oſculatus, & introduxit eum in domum ſuam, & ille narra*
*uit ipſi Laban 9 negotia iſta cuncta. Ad quem Laban ait,*
*Profectò os meum' & caro mea es tu. & manſit cum eo 10 men*
*ſem totum.' Dixit verò Laban ad Iacob, 11 An quia frater*
*meus es, gratis mihi ſeruires?' Indica mihi 12 quæ' ſit merces*
*tua. Erant autem ipſi Laban duæ filiæ: nomen maioris natu erat*
*Lea, minoris verò nomẽ Rahel. Porrò Lea habebat oculos 13 de*
*biles:' Rahel verò erat pulchra forma & venuſta facie.' Dilexit*
*autem Iacob Rahelem, & ait, Seruiam tibi ſeptem annis pro Ra*
*hele filia tua natu minori. Laban reſpondit, Satius eſt vt eam ti*
*bi dem quàm alij viro: mane apud me. Seruiuit itaque Iacob pro*
*Rahele ſeptem annis, 14 qui viſi ſunt ei dies pauci, ' eo quòd*
*eam deamaret.' Dixit autem Iacob ad Laban, Cedo [mihi] vxo*
*rem meam, quoniam dies mei exacti ſunt, 15 & veniam ad*
*eam.' Congregauit ergo Laban omnes viros illius loci, & inſtru*
*xit conuiuium. Adueniante veſpera, accepit Leam filiam ſuam,*
*& introduxit eam ad Iacob, & ingreſſus eſt ad eam.' Dedit ad*
*hæc Laban ipſi Leæ filiæ ſuæ Zilpam ancillam ſuam vt famula*
*eſſet. 16 Cumque iam mane eſſet, en ea erat Lea. Dixit er-*
*go Iacob ad Laban, Cur feciſti mihi hoc? annon pro Rahele ſer-*
*uiui tibi? cur ergo impoſuiſti mihi? Reſpondit Laban, Non eſt*
*hic mos noſtri loci, vt minor natu elocetur ante maiorem natu.*
*17 Abſolue hanc hebdomadem,' locabiturque tibi & iſta pro*
*ſeruitio quod adhuc alijs ſeptem annis mihi ſeruiturus es.*
*Hoc fecit Iacob, 18 & abſoluit iſtam hebdomadem, &*
*dedit ei Rahelem' filiam ſuam vxorem. Dedit & La-*
*ban Raheli filiæ ſuæ Bilham ancillam ſuam vt eſſet famu*
*la. Ingreſſus eſt ergo Iacob ad Rahelem quoque, & ama-*
*uit Rahelem præ Lea, ſeruiuitque illi adhuc alijs ſeptem an*
*nis. Videns autem Dominus quòd exoſa eſſet Lea, 19 red*
*didit eam fœcundam,' manſitque Rahel ſterilis. Lea igi*
*tur concepit, & peperit filium, vocauitque nomen eius Ru*
*ben: ſic enim cogitabat, Vidit Dominus afflictionem*
*meam, 20 nunc' igitur diliget me maritus meus. Rur-*
*ſum concipiens peperit filium, & ait, Quandoquidem Do*
*minus audiuit me odio haberi, dedit mihi & iſtum. vo-*
*cauitque nomen eius Simeon. Rurſumque concepit, & pe*
*perit filium, & dixit, Et nunc quoque copulabitur mi-*
*hi maritus meus, quandoquidem peperi ei tres filios. & ob*
*hanc cauſam vocatum eſt nomen eius Leui. Denuo con-*
*cepit, & peperit filium, dicens, 21 Et nunc gratias*
*agam Domino.' & idcirco vocauit nomen eius Iuda: de-*
*ſtititque parere.*

7 eius venit cum grege ſuo. ¶Dixitque Iacob, Adhuc mul
tum diei ſupereſt, nec eſt tempus vt reducantur ad cau-
las greges: date antè potum ouibus, & ſic eas ad paſtum
8 reducite. ¶Qui reſponderunt, Non poſſumus donec om-
nia pecora congregentur, & amoueamus, lapidem de ore
9 putei, vt adaquemus greges. ¶Adhuc loquebantur, & ec
ce Rachel veniebat cum ouibus patris ſui: nam gregem
10 ipſa paſcebat. ¶Quam cum vidiſſet Iacob, & ſciret con-
ſobrinam ſuam, oueſque Laban auunculi ſui: amouit la-
11 pidem, quo puteus claudebatur. ¶Et adaquato grege, oſ-
12 culatus eſt eam: & eleuata voce fleuit. ¶ Et indicauit
ei quòd frater eſſet patris ſui, & filius Rebeccæ: at illa
13 feſtinans nuntiauit patri ſuo. ¶ Qui cum audiſſet veniſ
ſe Iacob filium ſororis ſuæ, occurrit obuiam ei: comple
xuſque eum, & in oſcula ruens, duxit in domum ſuam.
14 Auditis autem cauſis itineris, ¶ Reſpondit, Os meum
es, & caro mea. Et poſtquam impleti ſunt dies menſis
15 vnius, ¶ dixit ei, Num quia frater meus es, gratis
16 ſeruies mihi? dic quid mercedis accipias. ¶ Habebat
verò duas filias, nomen maioris Lia: minor verò appel-
17 labatur Rachel. ¶Sed Lia, lippis erat oculis: Rachel deco
18 ra facie, & venuſto aſpectu. ¶ Quam diligens Iacob, ait,
Seruiam tibi pro Rachel filia tua minore, ſeptem annis.
19 ¶Reſpondit Laban, Melius eſt vt tibi eam dem quàm al-
20 teri viro: mane apud me. ¶ Seruiuit ergo Iacob pro
Rachel ſeptem annis: & videbantur illi pauci dies præ
21 amoris magnitudine. ¶ Dixitque ad Laban, Da mihi
vxorem meam: quia iam tempus impletum eſt, vt ingre
22 diar ad illam. ¶Qui vocatis multis amicorum turbis
23 ad conuiuium, fecit nuptias. ¶ Et veſpere Liam filiam
24 ſuam introduxit ad eum, ¶dans ancillam filiæ, Zelpham
nomine. Ad quam cum ex more, Iacob fuiſſet ingreſſus,
25 ¶facto mane vidit Liam: & dixit ad ſocerum ſuum, Quid
eſt quod facere voluiſti? nonne pro Rachel ſeruiui tibi?
26 quare impoſuiſti mihi? ¶Reſpondit Laban, Non eſt in lo
co noſtro conſuetudinis, vt minores antè tradamus ad nu
27 ptias. ¶Imple hebdomadam dierum huius copulæ: & hãc
quoque dabo tibi pro opere quo ſeruiturus es mihi ſe-
28 ptem annis alijs. ¶Acquieuit placito: & hebdomada tran
29 ſacta, Rachel duxit vxorem: ¶cui pater ſeruam Balam tra
30 diderat. ¶Tandemque potitus optatis nuptijs, amorem
ſequentis priori prætulit, ſeruiens apud eum ſeptem an-
31 nis alijs. ¶Videns autem Dominus quòd deſpiceret Liã,
32 aperuit vuluam eius, ſorore ſterili permanente. ¶ Quæ
conceptum genuit filium, vocauitque nomen eius Ru
ben, dicens, Vidit Dominus humilitatem meam,
33 nunc amabit me vir meus. ¶ Rurſumque concepit &
peperit filium, & ait, Quoniam audiuit me Dominus
haberi contemptui, dedit etiam iſtum mihi. voca-
34 uitque nomen eius Simeon. ¶Concepitque tertiò, &
genuit alium filium: dixitque, Nunc quoque copulabi-
tur mihi maritus meus, eo quód pepererim ei tres
35 filios. & idcirco appellauit nomen eius Leui. ¶Quar
tò concepit, & peperit filium, & ait, Modò con
fitebor Domino: & ob hoc vocauit eum Iudam: ceſſauit
que parere.

B
Rachel paſcit oues.

Iacob Rachel ſanctè oſculatur.

Laban cõplectitur ipſum Iacob, & oſculatur.

C
Lia lippis oculis.

Iacob ſeruit ſeptẽ annis pro Rachel

Labã nuptias celebrat.

Ipſi Iacob datur Lia pro Rachel.

D
Datur ei & Rachel.

Cõcipit Lia Ruben.

Simeon.

Leui.

Iuda. mat. 1. a.

## SCHOLIA IN CAP. XXIX.

1 Hebr. Et vidit, & ecce puteum &c. i. circumſpiciens ſitum regionis, animaduertit puteum. 2 Heb. ſuper os putei. 3 Cõgregabãturq;. 4 Heb. Nũquid eſt pax ei? Inquiũt, Pax. 5 Heb. Sane adhuc dies eſt magna. 6 Hebr. quia paſtor erat. ſiue paſtorem agebat. 7 ſub. Iacob. 8 Iam verò renuntiauerat. Antequam ſcilicet oſculatus eam fuiſſet. 9 Heb. omnia verba iſta. Ad quæ Laban ait, Profectò os meum &c. i. retulit ei omnia quæ geſta erant cũ Eſau, quæq; acciderãt ei in itinere. Ad quæ Labã reſpondit, Profectò cõſanguineus meus es. Hic os, ab oſſe eſt, nõ ab ore. Hebr. 10 Heb. menſem dierum. i. menſem integrum, conſtantem omnibus ſuis diebus. 11 Heb. Vere frater meus es, (id eſt nepos) ſeruies mihi ergo gratis? Frater pro nepote. Verti poteſt, An quòd nepos meus ſis, gratis ſeruies mihi? 12 vel, quanta. i. quid velis lucrari. 13 vel, teneros. Quidam intelligunt oculos lippos. Alij, inter quos Chaldæus paraphraſtes, interpretantur elegantes. q. d. Lia oculorum tantum pulchritudine commendabatur. 14 Hebr. qui fuerunt in oculis eius vt dies vni. i. pauci. 15 .i. vt illa fruar. 16 Hebr. Factum eſt autem mane, & ecce erat Lia. More Hebraico dictum, pro, Mane autem facto cognouit eſſe Liam. 17 vel, Imple ſeptenarium iſtius, Subaudi, Liæ. ſiue, Tranſeant ſeptem dies feſti iſtius Liæ. 18 adimpleuit enim hebdomadam iſtius, deditque (ſubaudi Laban) ei Rachel &c. 19 Hebr. aperuit vuluam eius. 20 vel poſthac. 21 Vice hac celebrabo Dominum.

CAP.



## CAP. XXX.

CErnens autem Rachel quòd infœcunda eſſet, inui- 1
dit ſorori ſuæ, & ait marito ſuo, Da mihi liberos,
alioquin moriar. ¶ Cui iratus reſpondit Iacob, Num 2
pro Deo ego ſum, qui priuauit te fructu ventris tui?
¶At illa, Habeo, inquit, famulam Balam: ingredere ad il- 3
lam, vt pariat ſuper genua mea, & habeam ex illa filios.
¶Deditque illi Balam in coniugium: quæ, ingreſſo ad ſe 4
viro, ¶concepit, & peperit filium. ¶Dixitque Rachel, Iu 5
dicauit mihi Dominus, & exaudiuit vocem meam, dans 6
mihi filium. & idcirco appellauit nomen eius Dan. ¶Rur 7
ſumque Bala concipiẽs, peperit alterum: ¶ pro quo ait 8
Rachel, Comparauit me Dominus cum ſorore mea, &
inualui, vocauitque eum Nephthali. ¶Sentiens Lia quòd 9
parere deſijſſet, Zelpham ancillam ſuam marito tradi-
dit. ¶Qua poſt conceptum edente filium, ¶dixit, Fœlici- 10
ter. & idcirco vocauit nomen eius Gad. ¶Peperit quoque 11
Zelpha alterum. ¶Dixitque Lia, Hoc pro beatitudine 12
mea: beatam quippe me dicent omnes mulieres. propte 13
rea appellauit eum Aſer. ¶ Egreſſus autem Ruben tem- 14
pore meſsis triticeæ in agrum, reperit mãdragoras, quas
matri Liæ detulit. Dixitque Rachel, Da mihi partem de
mandragoris filij tui. ¶Illa reſpondit, Parumne tibi vide- 15
tur quòd præripueris maritum mihi, niſi etiam mandra-
goras filij mei tuleris? Ait Rachel, Dormiat tecum hac
nocte pro mandragoris filij tui. ¶Redeuntique ad veſpe 16
ram Iacob de agro, egreſſa eſt in occurſum eius Lia, &
ait, Ad me, inquit, intrabis: quia mercede conduxi te pro
mandragoris filij mei. Dormiuitque cum ea, nocte illa.
¶Et exaudiuit Deus preces eius: concepitque, & peperit 17
filium quintum, ¶ & ait, Dedit Deus mercedem mihi, 18
quia dedi ancillam meam viro meo. appellauitque no-
men eius Iſſachar. ¶Rurſum Lia concipiens peperit ſex- 19
tum filium, ¶& ait, Dotauit me Deus dote bona: etiam 20
hac vice mecum erit maritus meus, eo quòd genuerim
ei ſex filios. & idcirco appellauit nomen eius Zabulon.
¶Poſt quem peperit filiam nomine Dinam. ¶ Recorda- 21
tus quoque Dominus Rachelis, exaudiuit eam, & aperuit 22
vuluam eius. ¶Quæ concepit, & peperit filium, dicens, 23
Abſtulit Deus opprobrium meum. ¶ Et vocauit nomen 24
eius Ioſeph, dicens, Addat mihi Dominus filium alte-
rum. ¶Nato autem Ioſeph, dixit Iacob ſocero ſuo, Dimit 25
te me vt reuertar in patriam meam, & ad terram meam.
¶Da mihi vxores, & liberos meos, pro quibus ſeruiui ti- 26
bi, vt abeam: tu verò noſti ſeruitutem qua ſeruiui tibi.
¶ Ait illi Laban, Inueniam gratiam in cõſpectu tuo: (ex- 27
perimento didici quia benedixerit mihi Deus propter
te) ¶cõſtitue mercedem tuam, quam dem tibi. ¶ At ille 28
reſpondit, Tu noſti quomodo ſeruierim tibi, & quan- 29
ta in manibus meis fuerit poſſeſsio tua. ¶ Modicum ha- 30
buiſti antequam venirem ad te, & nunc diues effectus
es: benedixitque tibi Deus ad introitum meum: iuſtum
eſt igitur vt aliquando prouideam *domui meæ. ¶Dixit- 31
que Laban, Quid tibi dabo? At ille ait, Nihil volo: ſed ſi
feceris quod poſtulo, iterum paſcam, & cuſtodiam peco
ra tua. ¶Gyra omnes greges tuos, & ſepara cunctas oues 32
varias, & ſparſo vellere: & quodcunque furuum & macu
loſum, variumque fuerit, tam in ouibus quàm in capris,
erit merces mea. ¶Reſpondebitq; mihi cras iuſtitia mea, 33
quãdo placiti tempus aduenerit, coram te: & omnia quæ
non fuerint varia, & maculoſa, & furua, tam in ouibus
quàm in capris, furti me argues. ¶Dixitq; Labã, Gratum 34
habeo quod petis. ¶Et ſeparauit in die illa capras, & oues, 35
& hircos & arietes varios, atq; maculoſos: cunctum autẽ
gregem vnicolorẽ, id eſt, albi & nigri velleris, tradidit
in manu filiorum ſuorum. ¶ Et poſuit ſpatium itineris 36
triũ dierũ inter ſe & generũ, qui paſcebat reliquos gre
ges ei9. ¶Tollẽs ergo Iacob virgas populeas virides, & 37
amygdalinas, & ex platanis, ex parte decorticauit eas; detra

Rachel conqueritur marito de infœcunditate.

Dat Rachel Balam in vxorem marito.

Dan.

B

Nephthali.

Zelpha ancilla Liæ cõcipit.

Gad.

Aſer.

Lia, mandragoris emit à Rachel vt ſe cũ dormiat marit9, & concipit.

C

Iſſachar.

Zabulon.

Dina. D

Dat Deus cõceptũ Racheli.

Ioſeph.

Petit Iacob ſe dimitti, & mercedẽ ſibi dari.

E

Ditauit De9 ipſum Labã ꝓpter Iacob.

*etiam.

Iacob varij coloris oues ex vnicoloribus natas, mercedẽ petit.

F

Variat Iacob gregis colorẽ, inſtinctu & mandato Dei, vt ſequẽs caput indicat.

## *CAP. XXX.*

*CErnens verò Rahel 1 quòd nihil pareret ipſi Iacob,*
*2 æmulata eſt ſororem ſuam,' dixitque ad Iacob, Da*
*mihi liberos: ſin minus, morior. Iacob autem ira incenſus aduer-*
*ſus Rahelem, dixit, 3 Num Dei loco ſum ego, 4 qui pro-*
*hibet quo minus parias?' Rhael ait, En ancilla mea, Bilha, ingre*
*dere ad eam, 5 vt pariat ſuper genua mea, 6 vt ego ex*
*ea ædificer.' Dedit itaque Bilham ancillam ſuam ipſi Iacob vxo*
*rem, & Iacob ingreſſus eſt ad eam. Concipiens itaque Bilha, pe-*
*perit ipſi Iacob filium. Et ait Rahel, 7 Cauſam meam egit*
*Deus,' & etiam exaudiuit vocem meam, dans mihi filium. & ob*
*id vocatum eſt nomen eius Dan. Rurſum concipiens Bilha ancil*
*la Rahelis, peperit filium ſecundum ipſi Iacob. Et dixit Rahel,*
*8 Viciſsitudinibus Dei paria feci cum ſorore mea, vt etiam*
*præualeam. vocauitque' nomen eius Naphthali. Videns autem*
*Lea quòd deſtitiſſet parere, accepit Zilpam ancillam ſuam, de-*
*ditque eam Iacob vxorem. Peperit itaque Zilpa ancilla Leæ*
*ipſi Iacob filium, & ait Lea, 9 Auſpicatò.' vocauitque nomen*
*eius Gad. Zilpa ancilla Leæ peperit Iacob filium ſecundum.*
*Dixitque Lea, 10 In beatitudine mea: 11 nam beatam*
*me ducent filiæ.' vocauitque nomen eius Aſer. Egreſſus Ruben*
*in diebus meſsis triticeæ, inuenit 12 mandragoras' in agro,*
*attulitque eas ad Leam matrem ſuam, & dixit Rahel ad Leã,*
*Da mihi quæſo de mandragoris filij tui. Cui illa reſpondit, An*
*parum eſt quòd 13 accipis' virum meum, inſuper & mandra*
*goras filij mei 14 accipies?' Dixit Rahel, Dormiat igitur*
*tecum hac nocte pro mandragoris filij tui. Venit igitur Iacob*
*è rure ſub veſperam, & egreſſa eſt Lea ei obuiam, & ait, Ad*
*me venies: conduxi enim te mandragoris filij mei. & dormiuit*
*cum ea nocte illa. Exaudiuit autem Deus Leam vt concipe-*
*ret, & pareret ipſi Iacob filium quintum. Et dixit Lea, Reddi-*
*dit [mihi] Deus mercedem meam, eo quòd dederim ancillam*
*meam marito meo. vocauitque nomen eius Iſaſchar. Rurſum con*
*cepit Lea, & peperit ipſi Iacob ſextum filium. Et dixit Lea,*
*15 Donauit me Deus bona dote, 16 nunc' cohabitabit mi-*
*hi maritus meus, quoniam peperi ei ſex filios. vocauitque nomen*
*eius Zebulon. Poſt hæc peperit filiam, cuius nomen vocauit Di-*
*na. Et recordatus eſt Deus Rahelis, exaudiuitque eam Deus,*
*17 & reddidit eam fœcundam.' Quæ concipiens peperit filiũ,*
*dicens, Suſtulit Deus 18 opprobrium' meum. Vocauitque nomẽ*
*eius Ioſeph, dicens, 19 Adijciat' mihi Dominus filium alte-*
*rum. Cumque peperiſſet Rahel Ioſeph, contigit vt Iacob dice-*
*ret ad Laban, 20 Dimitte me, vt vadam ad locum meum,*
*& ad terram meam:' Da mihi vxores meas, & liberos meos, pro*
*quibus ſeruiui tibi, vt abeam: tu enim 21 noſti ſeruitium meũ*
*quod tibi ſeruiui.' Reſpondit ei Laban, 22 Si nunc gra-*
*tiam hanc à te impetrare poſſum: 23 indica mihi mer-*
*cedem tuam, & dabo: obſeruaui enim hoc, quòd Dominus*
*me propter te fortunauit.' Et dixit ad eum, Tu noſti quo-*
*modo ſeruierim tibi, & 24 quale pecus fuerit tibi me paſto-*
*re.' Nam 25 modicum quod tibi fuit antequam ad te venirem,*
*vehementer auctum eſt, & quòd Dominus te fortunarit mei cau*
*ſa: 26 nunc verò quando tandem domui meæ proſpiciam?' Qui*
*ait, Quid dabo tibi? Reſpondit Iacob, Nihil dabis mihi: ſi feceris*
*mihi iſtam rem, iterum paſcam [&] cuſtodiam oues tuas. Tranſi*
*bo hodie per omnes greges tuos, 27 ſepara tu illinc omne pecus*
*punctis reſperſum & maculis variegatum, & quidquid fuluum*
*erit in agnis, punctis reſperſum, & maculis variegatũ in capris,*
*merces mea fuerit. 28 Et reſpondebit pro me iuſtitia mea poſte-*
*ro tempore: veniet enim ad mercedem meam corã te.' Quidquid*
*ergo in capris 29 aut pũctis reſperſum, aut maculis variegatũ,*
*in agnis verò fuluum non fuerit, furtum hoc eſto apud me.' Di*
*xit ergo Laban, 30 Age,' modo fiat quod dixiſti. 31 Rele-*
*gauit igitur eadem die hircos circulatos, & maculis variegatos,*
*omneſque capras punctatas & maculoſas, omnes inquam in qui-*
*bus albedinis aliquid fuit, deinde quicquid in agnis fuluũ fuit.'*
*& dedit eas ſub manus filiorum ſuorum. 32 Interſtinxit ve-*
*rò inter ſe & Iacob iter trium dierum,' & Iacob paſcebat oues*
*Laban reliquas. Porrò Iacob accepit virgas virides de populo,*

*auellana & caſtanea.* 33 *& deglubit eas, vt albedo appareret, denudans ſcilicet quod album erat in virgis.* 34 *Et poſuit virgas, quas degluberat, in canales aquarios in quos decurrebant aquæ: illuc enim conueniebant oues ad bibendum.* [ *Poſuit autem virgas* ] *è regione ouium, vt potum venientes inardeſcerent, conciperentque.* 35 *Inardere ergo oues concipiebant ad virgas, & pariebant circulatas, punctis reſperſas, & maculis variegatas.* ' *Iacob autem ſeparauit agnos, & direxit faciem gregis* 36 *aduerſus circulatas & cunctas fuluas quæ erant in grege Laban: poſuit enim ſibi greges ſeorſim, non ad oues Laban.* 37 *In omni igitur admiſſura ouium robuſtiorum* ' *poſuit Iacob virgas in canales ante oculos ouium,* [ *hoc ſcilicet agens* ] 38 *vt in admiſſura conſpectis virgis: conciperent.* ' 39 *In admiſſura autem debilium ouium non ponebat. erant ergo debiliores Laban, robuſtiores verò ipſius Iacob.* ' *Auctus eſt ergo vir ille in immenſum, ita vt eſſet ei magnus grex, ancillæ, ſerui, cameli & aſini.*

ctiſque corticibus, in his quæ ſpoliata fuerant candor ap
paruit: illa verò quæ integra fuerant, viridia permanſe-
38 runt: atque in hunc modũ color effectus eſt varius. ⁋ Po-
ſuitque eas in canalibus, vbi effundebatur aqua: vt cum
veniſſent greges ad bibendum, ante oculos haberent
39 virgas, & in aſpectu earum conciperent. ⁋ Factumque
eſt vt in ipſo calore coitus oues intuerentur virgas, & pa
40 rerent maculoſa, & varia, & diuerſo colore reſperſa. ⁋ Di
uiſitque gregem Iacob, & poſuit virgas in canalibus an
te oculos arietum: erant autem alba & nigra quæque La
41 ban: cætera vero, Iacob, ſeparatis inter ſe gregibus. ⁋ Igi
tur quando primo tempore aſcendebantur oues, pone-
bat Iacob virgas in canalibus aquarum ante oculos arie
tum, & ouium, vt in earum contemplatione conciperẽt.
42 ⁋ quando vero ſerotina admiſſura erat, & conceptus ex-
tremus, non ponebat eas. Factaque ſunt ea quæ erant ſe-
43 rotina, Laban: & quæ primi temporis, Iacob. ⁋ Ditatuſ-
que eſt homo vltra modum, & habuit greges multos, an-
cillas & ſeruos, camelos & aſinos.

G

Ditiſsimus Iacob.

## SCHOLIA IN CAP. XXX.

1 Vel, quòd non peperiſſet ipſi Iacob. 2 inuidit ſorori ſuæ. 3 Hebraiſmus eſt, pro, Putaſne me Deum eſſe qui id fecerim: aut, qui id poſsim quod Deus poteſt? 4 Hebraiſmus, qui prohibuit à te fructũ ventris? id eſt, liberos. 5 id eſt, quum illa pariet, accipiam puerum in gremio meo, ſiue ſinu. 6 Heb. & filiabor ego quoque ex illa, id eſt, & habebo filios ex ea. Hebraicus loquendi modus. 7 Hebr. Iudicauit me Dominus. vel, pro me, id eſt, quaſi ſuperior, Deo iudice. Alij exponunt, Iudicauit me Dominus indignam prole, tamen impetraui vt haberem filium. 8 Hebr. Luctationibus Dei luctata ſum cum ſorore mea, & præualui. vocauitque &c. Luctationes Dei, vocat luctationes maximas, vt Cedri Dei, dicũtur cedri altiſsimę. Vel, Luctationes Dei, quibus Deus fauit. Alij vertunt, Coniuncta ſum per Deum ſorori meę, imò excellui ei. 9 Heb. Venit fœlicitas. Id eſt, Proſpere ceſsit quòd tradiderim ancillã meã viro meo. L X X verterũt, Fœlix facta ſum. Alij, Venit turma. ſubaudi, filiorum. Id eſt, Iam multos habeo filios. Alij. Venit dux & collector exercituum. 10 Cum beatitudine mea. Vel, Ad fœlicitatem meam ſiue, Pro proſperitate mea. Id eſt, Mihi fœliciter ceſsit quòd dedi ancillam meam viro meo. L X X, Beata ego. Chaldæus paraphraſtes, Laus facta eſt mihi. 11 Sic Luc. 2. Beatam me dicent omnes generationes. 12 Quidam inter Hebręos ſcribit mandragoras eſſe radicem herbę, quæ radix refert hominem. Alij dicunt mandragoras herbam eſſe quę poma fert odorata, coloris ochrę, & vitellis ouorum ſimilia. Dioſcorides in quarto. Quòd poma mandragorę ſint iucundi odoris, clarum eſt ex capite ſeptimo Cantici Salomonis. Videntur ergo in Iudæa fuiſſe in pretio poma mandragoræ, quòd ſua pulchritudine oculos paſcant, & odore nares plurimum oblectent. Radix huius herbę habet humanam formam. A Columella mandragora epitheto dicitur ſemihomo. 13 prę ſtipueris. ſubaudi, mihi. 14 accipere tentes? 15 Vel, Bonum donum dedit mihi Deus. Id eſt. Optimam partem dedit mihi. 16 hac vice. 17 Hebraiſmus, aperuit enim vuluã eius. 18 Olim dabatur vitio ſterilitas. Nam fœcunditas ex Deo proueniebat, qui dixerat, Creſcite, & multiplicamini. 19 Per futurum melius legeretur, Addet mihi Dominus filium alterum: vt ſit Hebraiſmus, pro, Cum vnum habuerim, plures habitura ſum. 20 id eſt, Da mihi poteſtatem abeundi ad domum meam', & in patriam meam. 21 id eſt, noſti operam meam quam præſtiti tibi. quaſi dicat, Satis ſeruaui tibi. 22 Hebraiſm⁹. Quæſo ſi inueni gratiam in oculis tuis. Id eſt, ſi tibi charus ſum. ſubaudi, mane apud me. 23 Hęc verba hoc ordine leguntur apud Hebręos, Si inueni gratiam in oculis tuis: nam expertus ſum quòd Dominus benedixerit mihi propter te. Dixit inquam, Conſtitue mercedem tuam mihi &c. id eſt, Si tibi charus ſum, ſiquid facere velis mea cauſa, ſubaudi, mane apud me. nam experimento didici Deum benedixiſſe mihi tua cauſa. Neq; volo vt maneas apud me gratis: ſed præſcribe pręmium tuum mihi, dic mihi quid velis lucrari, & dabo tibi: vel, vt dem tibi. quaſi dicat, quicquid petieris à me, dabo tibi. Si non ſubaudiantur hęc verba, mane apud me: tunc per parentheſin legentur hæc verba, Nam expertus ſum quòd &c. vt hoc ordine legantur, Si inueni gratiam in oculis tuis, indica mihi mercedem tuam, & dabo: nam expertus ſum quòd Dominus &c. 24 vel, quanta fuerit apud me poſſeſsio tua. Aut, quantus fuerit grex tuus mecum, id eſt, quantum peculium tradideris mihi initio. 25 paruum erat id quod habebas in conſpectu meo, & creuit plurimum: & benedixit Dominus tibi ad pedem meum, id eſt, Pauca erant tua pecora quæ tu commiſiſti mihi: ſed creuerunt multum. benedixit enim tibi Dominus ad aduentum meum. Chaldæus paraph. vertit, benedixit propter me. 26 Hebraiſmus, nunc autem quando operabor ego quoque pro domo mea? Id eſt, quando dabo operam vt congregem diuitias ad alendam familiam meam? 27 Hebraiſmus, ad ſeparandum. (id eſt, vt ſeparem) illinc omnes agnos paruis & magnis maculis aſperſos, item omnes agnos nigros inter agnos, & magnis aut paruis maculis aſperſa inter capras: eritque merces mea. quod ſcilicet naſcetur tale, id eſt, quę iſtis ſimiles poſthac naſcentur, mihi cedent mercedis loco. 28 vel, Reſpondebitque mihi craſtina die iuſtitia mea, quando veneris ad mercedem meam, ante te. id eſt. Iuſtitia mea teſtabitur tibi poſthac de me, ſiue teſtimonium mihi feret, quum tu uenies ad mercedem meã. Hoc eſt, Tunc deprehendes me iuſtum eſſe, quum venies ad videndas oues quæ mihi mercedis loco cedent, & videris me nihil habere quod tuum ſit. 29 vel, aut maculis paruis, aut magnis aſperſum, & nigrum in ouibus non fuerit: apud me erit furto ablatum. Id eſt, Dicito me furto abſtuliſſe, & me furti argue, ſi videris apud me capras varijs maculis non variatas, aut oues non nigras. 30 Vtinam. 31 vel, Separauit itaque in die illa hircos habentes crura diuerſo colore veluti faſcijs reuincta, & magnis maculis aſperſos, omneſque capras maculis paruis & magnis aſperſas, omnia inquam in quibus erat aliquid albi, & omnia nigra in ouibus: &c. 32 Poſuit verò ſpatium itineris trium dierum inter ſe & inter Iacob. 33 vel, decorticauitque in illis decorticationes albas, denudationem candoris qui erat ſuper virgas. Et poſuit &c. Vel, incidit in illis inciſuras albas, ſpoliationem candoris qui erat ſuper virgas. Poſuitque &c. Id eſt. partim decorticauit virgas ipſas: ea autem parte virgæ qua corticem detraxit, albor qui ſuberat cortici, apparuit: & ita varia effecta eſt virga. Quod hic verſum eſt, denudationem candoris, &c. per appoſitionem dictum eſt. quaſi dicat, Atque ita factum eſt vt denudaretur candor. detracto enim cortice, apparuit candor qui ſuberat cortici, vt dictum eſt. 34 vt, Poſuit itaque virgas quas decorticauerat, in fluenta & canales aquarum, ad quos veniebant (vel, venturæ erant) pecudes, vt biberent: (poſuit inquam) in conſpectu ouium; quæ incaleſcebãt dum venirent ad bibendum. Incaleſcebant, inquit, id eſt, calore incendebantur ad coitum. 35 vel, Incaleſcebant (vel Coibant) igitur in conſpectu virgarum, & pariebant oues illæ agnos, quorum crura diuerſo colore veluti faſcijs videbãtur reuincta, & aſperſos paruis punctis, & magnis maculis. 36 verſus agnos (antecedentes, ſcilicet) aſperſa maculis crura habentes, & verſus omne nigrum in grege Laban: poſuit enim ſibi greges ſeorſum & non cum ouibus Laban. Hęc eſt ſecunda induſtria Iacob: maculoſos agnos iam natos in vnum redegit gregem. fecitque illum antecedere gregem ouium Laban, vt ſequentes oues, contemplatione præcedentium maculoſorum agnorum, alios parerẽt maculoſos. 37 Factum eſt item quandocunque fortiores oues incaleſcebant. vel, coibant, id eſt. In priore admiſſura: nempe mẽ-



ſe Martio. 38 Heb. vt coirent ante virgas. 39 Hebraice ad verbum, Et dum ſerotinarent (. i. cum poſteriori admiſſuræ vacabant) oues, non ponebat: & ita ſerotinę erant ipſius Laban, & robuſtiores ipſius Iacob. Hoc eſt, quando menſe Septembri coibant oues, quę eſt poſterior admiſſura, quo tempore ſolent oues agnos debiliores parere, propter ſubſequens frigus. Hæc eſt tertia induſtria Iacob, quòd virgas poſuit in canales eo tempore quo robuſtiores oues conceptui operam dabant, aut quando procliuiores erant ad coitum, vt ſic robuſtiorem ederent fœturam; quod fit menſe Martio.

## CAP. XXXI.

Murmurarũt filij Laban ob diuitias Iacob.

Iubet De⁹ ipſi Iacob reuerti in patriam.

*Iacob

Iacob narrat beneficium Dei erga ſe.

Deus ſeruat Iacob, ne noceat ei Labã.

E

ſup. 28. d.

C

Iacob reuertitur in terram ſuam, inſcio Laban.

•itaque

Rachel furata patris idôla.

Labã inſequitur Iacob.

Cura Dei pro Iacob, nequid mali inferat ei Laban.

D

Obiurgat Laban ipſum Iacob.

•veſtri

•cum

Conqueritur

POſtquam autem audiuit verba filiorum Laban di- 1
centium, Tulit Iacob omnia quæ fuerunt patris
noſtri, & de illius facultate ditatus, factus eſt inclytus.
⁋ Animaduertit quoque faciem Laban quòd non eſſet 2
erga ſe ſicut heri & nudiuſtertius. ⁋ Maxime dicente 3
ſibi Domino, Reuertere in terram patrum tuorum, &
ad generationem tuam, eroque tecum. ⁋ Miſit *, & 4
vocauit Rachel & Liam in agrum, vbi paſcebat greges.
⁋ Dixitque eis, Video faciem patris veſtri, quòd non ſit 5
erga me ſicut heri & nudiuſtertius: Deus autem patris
mei fuit mecum. ⁋ Et ipſæ noſtis quòd totis viribus 6
meis ſeruierim patri veſtro. ⁋ Sed & pater veſter cir- 7
cumuênit me, & mutauit mercedem meam decem vi-
cibus: & tamen non dimiſit eum Deus vt noceret mi-
hi. ⁋ Siquando dixit, Variæ, erunt mercedes tuæ: pa- 8
riebant omnes oues varios fœtus. quando vero è con-
trario ait, Alba quæque accipies pro mercede: omnes
greges alba pepererunt. ⁋ Tulitque Deus ſubſtantiam 9
patris veſtri, & dedit mihi. ⁋ Poſtquam enim conce- 10
ptus ouium tempus aduenerat, leuaui oculos meos, &
vidi in ſomnis aſcendentes mares ſuper fœminas, va-
rios, reſperſos, & maculoſos, & diuerſorum colorum.
⁋ Dixitque angelus Dei ad me in ſomnis, Iacob? Et ego 11
reſpondi, Adſum. ⁋ Qui ait, Leua oculos tuos, & vide 12
vniuerſos maſculos aſcendentes ſuper fœminas, varios,
maculoſos, atque reſperſos. Vidi enim omnia quæ fe-
cit tibi Laban. ⁋ Ego ſum Deus Beth-el, ‖ vbi vnxi- 13
ſti lapidem, & votum vouiſti mihi. nunc ergo ſurge, &
egredere de terra hac, reuertens in terram natiuitatis
tuæ. ⁋ Reſponderuntque Rachel & Lia, Nunquid 14
habemus reſidui quicquam in facultatibus, & hæredi-
tate domus patris noſtri? ⁋ Nonne quaſi alienas repu- 15
tauit nos, & vendidit, comeditque pretium noſtrum?
⁋ Sed Deus tulit opes patris noſtri, & eas tradidit no- 16
bis, ac filijs noſtris: vnde omnia quæ præcepit tibi Deus
fac. ⁋ Surrexit autem Iacob: & impoſitis liberis, ac 17
coniugibus ſuis ſuper camelos, abijt. ⁋ Tulitque om- 18
nem ſubſtantiam ſuam, & greges, & quicquid in Me-
ſopotamia acquiſierat, pergens ad Iſaac patrem ſuum
in Terram-Chanáan. ⁋ Eo tempore ierat Laban ad 19
tondendas oues, & Rachel furata eſt idola patris ſui.
⁋ Noluitque Iacob confiteri ſocero ſuo quòd fugeret. 20
⁋ Cumque abijſſet tam ipſe quàm omnia quæ iuris ſui 21
erant, & amne transmiſſo pergeret contra Montem-
Galaad: ⁋ Nuntiatum eſt Laban die tertio quòd fuge- 22
ret Iacob. ⁋ Qui aſſumptis fratribus ſuis, perſecutus 23
eſt eum diebus ſeptem: & comprehendit eum in Mon-
te-Galaad. ⁋ Viditque in ſomnis dicentem ſibi Domi- 24
num, Caue ne quicquam aſperè loquaris contra Iacob.
⁋ Iamque Iacob extenderat in monte tabernaculum: 25
cumque ille conſecutus fuiſſet eum, cum fratribus ſuis
in eodem Monte-Galaad fixit tentorium. ⁋ Et dixit 26
ad Iacob, Quare ita egiſti, vt clàm me abigeres filias
meas quaſi captiuas gladio? ⁋ Cur ignorante me fu- 27
gere voluiſti, nec indicare mihi: vt proſequerer te cum
gaudio, & canticis, & tympanis, & citharis? ⁋ Non es 28
paſſus vt oſcularer filios meos & filias? ſtultè operatus
es & nunc quidem. ⁋ Valet manus mea reddere tibi 29
malum: ſed Deus patris tui heri dixit mihi, Caue ne
loquaris contra Iacob quicquam durius. ⁋ Eſto, ad 30
tuos ire cupiebas, & deſiderio erat tibi domus patris

## CAP. XXXI.

*ET audiuit verba filiorum Laban, qui ſic loquebantur, Rapuit Iacob quidquid erat patris noſtri, & ex his quæ patris noſtri ſunt, omnem iſtam* 1 *gloriam' parauit. Vidit quoque Iacob faciem Laban, animaduertitque eam non eſſe erga ſe* 2 *quemadmodum fuerat heri & nudiuſtertius.' Et dixit Dominus ad Iacob, Reuertere ad terram patrum tuorum, & ad natale ſolum, ego tibi adero. Mittens igitur Iacob, accerſiuit Rahelem & Leam in agrum ad gregem ſuum. Et dixit ad eas, Video ego faciem patris veſtri non eſſe erga me quemadmodum heri & nudiuſtertius: veruntamen Deus patris mei mihi adfuit. Et vos quidem noſtis quòd toto robore meo ſeruiui patri veſtro. Pater autem veſter* 3 *dolo malo egit mecum, & immutauit' mercedem meam iam* 4 *decies:' neque tamen permiſit Deus vt me læderet. Quum diceret, Quæ* 5 *punctis' reſperſæ ſunt, ſint merces tua: tunc naſcebantur omnes oues* 5 *punctis' reſperſæ. ſi verò diceret,* 6 *Circulis obuinctæ,' erunt merces tua: naſcebantur omnes* 7 *oues circulatæ.' Eripuit igitur Deus peculium patri veſtro, & mihi dedit.* 8 *Et hoc quoque factum eſt, in ouium admiſſura' ſuſtuli oculos meos, vidique per ſomnium hircos* 9 *obuinctos circulis, punctis' reſperſos, & albis maculis notatos, qui inibant gregem. Tum dixit ad me angelus Dei per ſomnium, Iacob? Et reſpondi, Preſto ſum. Et dixit, Attolle quæſo oculos tuos, & obſerua omnes hircos* 9 *obuinctos circulis, punctis' reſperſos, & albis maculis notatos qui ineunt gregem: vidi enim quæcunque in te* 10 *commiſit' Laban. Ego ſum Deus Beth-el, cui illic ſtatuam erexiſti, quoque loci mihi votum vouiſti: ſurge igitur & egredere ex iſta terra, & redi in patriam tuam. Reſpondit Rahel ſimulque Lea, & dixerunt ad eum,* 11 *Num pars aut hereditas adhuc nobis eſt in domo patris noſtri?' An non extraneæ ab eo reputatæ ſumus? vendidit enim nos, deinde & argentum noſtrum* 12 *inſumpſit.* 13 *Quandoquidem ergo omnes opes quas eripuit Deus patri noſtro, noſtræ ſunt, liberorumque noſtrorum, fac' quidquid Deus tibi mandauit. Surrexit itaque Iacob, & impoſuit filios ſuos & vxores ſuas camelis. Abduxitque omnes greges ſuos, & omnes facultates ſuas quas parauerat, omnes oues poſſeſſionis ſuæ, quas acquiſierat in Padan-aran, vt remearet ad Iſaac patrem ſuum in terram Chanaan. Laban autem abierat vt tonderet oues ſuas, furata eſt interim Rahel ſimulachra patris ſui:* 14 *Iacob verò furatus eſt cor Laban Syri, eo quòd abitum ſuum illi non indicaſſet.' Fugit itaque ipſe & omnia quæ illius erant, ſurrexitque & traiecit* 15 *fluuium,' dirigens faciem ſuam verſus* 16 *montem Gilead.' Die tertio nuntiatum eſt ipſi Laban quod Iacob fugiſſet. Et ſumens ſecum fratres ſuos, inſequutus eſt illum itinere ſeptem dierum, & apprehendit eum in monte Gilead. Venerat autem Deus in ſomno nocturno ad Laban Syrum, & dixerat ad eum, Caue* 17 *quidquam loquaris cum Iacob.' Aſſequutus eſt itaque Laban Iacob: fixerat autem tabernacula ſua Iacob in monte, ſed & Laban cum fratribus ſuis tetendit* [ *tentoria ſua* ] *in monte Gilead. Ait itaque Laban ad Iacob, Quid feciſti quòd* 18 *furatus es cor meum,' & abduxiſti filias meas veluti* 19 *bello captas?* 20 *Cur me clàm & inſcio fugam capeſſere voluiſti? Quin mihi indicaſti, vt te cum gaudio amandaſſem,' deduxiſſemque cum canticis, tympanis & cithara? Inſuper non permiſiſti vt oſcularer filios meos & filias meas. ſtultè quidem egiſti.* 21 *Et ſatis potens eſſem' vobis malefacere: at Deus patris veſtri heri ad me dixit, Caue* 17 *loquaris cum Iacob quidquam.* 22 *Quòd ſi omnino abire collibitum fuit, vtpote deſiderio paternæ domus flagranti:*

*continuône deos meos furari oportuit? Reſpondit Iacob & di-*
*xit ad Laban, Eo quòd timui, cogitauique te vi rapturum eſ-*
*ſe filias tuas mihi. Cæterùm is apud quem deos tuos inuenéris*
*23 non viuat:' coram 24 fratribus' noſtris recognoſce tibi ſi-*
*quid apud me eſt, & cape tibi. neſciebat autem Iacob quòd Ra*
*hel eos eſſet furata. Ingreſſus ergo eſt Laban tabernaculum Ia*
*cob, tabernaculum Leæ, tabernaculumque duarum ancilla-*
*rum, & non inuenit. Egreſſuſque tabernaculum Leæ, venit in*
*tabernaculum Rahelis. Porrò Rahel ſimulachra illa acceperat,*
*& poſuerat ea 25 ſub ſtratum' cameli, inſeditque eis: & cum*
*Laban contrectaſſet totum tabernaculum, nihil tamen inuenit.*
*Rahel autem dixit ad patrem ſuum, Ne ſuccenſeat dominus*
*meus 26 quòd non poſſum' aſſurgere tibi, quia 27 iuxta con*
*ſuetudinem fœminarum mihi accidit.' Perſcrutans itaque, non*
*inuenit ſimulachra. 28 Hoc iram mouit ipſi Iacob, vt litiga-*
*ret cum Laban, & diceret,' Quæ præuaricatio mea? aut quod*
*denique peccatum meum, quòd ſic inardeſcens me inſequeris?*
*29 Contrectaſti omnem ſupellectilem meam, quid ex vniuer-*
*ſa ſupellectili domus tuæ deprehendiſti? 30 Profer' huc coram*
*fratribus meis & fratribus tuis, vt iſti inter nos duos diſceptẽt.*
*En viginti iſtis annis fui tecum, oues tuæ & capræ tuæ non ſunt*
*abortæ, ſed neque arietes gregis tui comedi. A feris laceratum,*
*tibi non attuli: ego, ſiquid peccatum, 31 pœnas dedi.' E manu*
*mea requirebas ſiquid vel interdiu, vel noctu furto ſurreptum*
*fuerat. Interdiu conſumpſit me æſtus, nocturno verò tempore*
*gelu, fugitque ſomnus meus ab oculis meis. 32 Viginti iſtis*
*annis inquam ſeruiui tibi in domo tua, quatuordecim' annis pro*
*duabus filiabus tuis, & ſex annis pro ouibus tuis, & immuta-*
*ſti mercedem meam iam decies. Et niſi 33 Deus patris mei,*
*'Deus Abraham,' & 34 pauor Iſaac' affuiſſet mihi, 35 nunc*
*quoque vacuum me amandaſſes:' ſed afflictionem meam, & la*
*borem manuum mearum reſpexit Deus, 36 & redarguit [te]*
*heri.' Laban reſpondit, & dixit ad Iacob, An non filiæ iſtæ filiæ*
*meæ ſunt, & filij iſti filij mei, ſed & greges iſti greges mei, imò*
*quidquid tu vides 37 an non meum eſt? 38 & filiabus iſtis*
*quid facerem hodie, aut filijs' earum quos pepererunt? Veni igi*
*tur, 39 feriemus' ego & tu fœdus, quod teſtis loco ſit inter me*
*& te. Accepto itaque lapide Iacob 40 ſtatuam' erexit, di-*
*xitque ad fratres ſuos, 41 Legite' lapides. Qui afferentes lapi*
*des, tumulum excitarunt, & ibi ſuper eum comederunt. Vocauit*
*que eum Laban 42 Iegar-ſchahadutha,' Iacob vero vocauit*
*eum 42 Galeed.' Dixitque Laban, Tumulus iſte teſtis eſt ho-*
*die inter me & inter te, & idcirco 43 vocatum eſt' nomen eius*
*Galeed. Et 44 Mitzpa, 45 quoniam dixit, 46 Speculetur' Do*
*minus inter me & inter te, 47 quando fuerimus ſeparati alter*
*ab altero.' Si affixeris filias meas, & ſi duxeris vxores 48 ad' fi*
*lias meas, 49 nemo nobiſcũ eſt: en Deus teſtis eſt inter me & in*
*ter te.' Rurſumq; dixit Labã ad Iacob, En iſte tumulus, & en ſta*
*tua quam erexi inter me & te: Teſtis eſto tumulus iſte, & teſtis*
*quoq; hæc ſtatua, quòd ego tumulũ iſtũ non trãſibo 50 ad te,' nec*
*tu tumulum iſtũ & ſtatuã iſtam 51 ad me 52 ad malum.' Deus*
*Abraham, & 53 deus Nahor, deus quoq; patris illorum, iudicẽt*
*inter nos.' Et iurauit Iacob per pauorem patris ſui Iſaac. Macta*
*uit quoq; Iacob victimã in Mõte, inuitauitq; 54 fratres' ſuos vt*
*manducarent panem. Et comederunt panem, pernoctaruntq; in*
*monte illo. Conſurgenſq; Laban diluculo, oſculatus eſt 55 filios'*
*ſuos & filias ſuas, & imprecatus eſt eis fœlicia: valedicenſq; La*
*ban, 56 abijt reuerſus' ad locum ſuum.*

31 tui: cur furatus es deos meos? ♀ Reſpondit Iacob, Quòd — idôla ſibi eſſe
inſciò te profectus ſum, timui ne violenter auferres fi- — ablata.
32 lias tuas. ♀ Quòd autem furti me arguis, apud quen-
cunque inueneris deos tuos, necetur. coram fratribus
noſtris ſcrutare, quicquid tuorum apud me inueneris au
fer. hæc dicens, ignorabat quòd Rachel furata eſſet idô — E
33 la. ♀ Ingreſſus itaque Laban tabernaculum Iacob, &
Liæ, & vtriuſque famulæ, non inuenit. Cumque intraſ-
34 ſet tentorium Rachelis, ♀ illa feſtinans abſcondit idó- — Rachel abſcõ
la ſubter ſtramenta cameli, & ſedit déſuper: ſcrutanti- — ſis idôlis pa-
35 que omne tentorium, & nihil inuenienti, ♀ ait, Ne — tris, deludit
iraſcatur dominus meus, quòd coram te aſſurgere ne- — ipſum.
queo: quia iuxta conſuetudinem fœminarum nunc ac-
36 cidit mihi. ſic deluſa ſolicitudo quærentis eſt. ♀ Tu-
menſque Iacob, cum iurgio ait, Quam ob culpam
meam, & ob quod peccatum meum ſic exarſiſti poſt
37 me, ♀ & ſcrutatus es omnem ſupellectilem meam?
Quid inueniſti de cuncta ſubſtantia domus tuæ? pone
hic coram fratribus meis & fratribus tuis, & iudicent
38 inter me & te. ♀ Idcirco viginti annis fui tecum? oues — Iacob fidem,
tuæ & capræ ſteriles non fuerunt, arietes gregis tui — diligentiã, &
39 non comedi: ♀ nec captum à beſtia oſtendi tibi, ego — laborẽ ſuum
damnum omne reddebam. Quicquid furto peribat, à — declarat ipſi
40 me exigebas. ♀ Die noctuque æſtu * vrgebar,' & ge- — F Laban.
41 lu, fugiebatque ſomnus ab oculis meis. ♀ Sicque per — *vrebar,
viginti annos in domo tua ſeruiui tibi, quatuordecim
pro filiabus, & ſex pro gregibus tuis: immutaſti quo-
42 que mercedem meam decem vicibus. ♀ Niſi Deus
patris mei Abraham & timor Iſaac affuiſſet mihi, for-
ſitan modo nudum me dimiſiſſes: afflictionem meam
& laborem manuum mearum reſpexit Deus, & arguit
43 te heri. ♀ Reſpondit ei Laban, Filiæ meæ & filij & gre
ges tui, & omnia quæ cernis, mea ſunt: quid poſſum fa
44 cere filijs & nepotibus meis? ♀ Veni ergo, & inea-
45 mus fœdus: vt ſit in teſtimonium inter me & te. ♀ Tu- — Pactum inter
lit itaque Iacob lapidem, & erexit illum in titulum. — Laban & Ia-
46 ♀ Dixitque fratribus ſuis, Afferte lapides. Qui con- — cob.
gregantes fecerunt tumulum, comederuntque ſuper
47 eum. ♀ Quem vocauit Laban Tumulum-teſtis: & Ia-
cob, Aceruum-teſtimonij, vterque iuxta proprietatem
48 linguæ ſuæ. ♀ Dixitque Laban, Tumulus iſte erit te- — G
ſtis inter me & te hodie. & idcirco appellatum eſt no-
men eius Galaad, id eſt, Tumulus-teſtis. Et adiecit
49 Laban,' ♀ Intueatur & iudicet Dominus inter nos
50 quando receſſerimus à nobis. ♀ Si afflixeris filias
meas, & ſi introduxeris alias vxores ſuper eas: nullus
ſermonis noſtri teſtis eſt abſque Deo, qui præſens re-
51 ſpicit. ♀ Dixitque rurſus ad Iacob, En tumulus hic, &
52 lapis quem erexi inter me & te, ♀ Teſtis erit: tumulus,
inquam, iſte & lapis ſint in teſtimonium, ſi aut ego tran
ſiero illum pergens ad te: aut tu præterieris, malum mi
53 hi cogitans. ♀ Deus Abraham & Deus Nachor iudicet
inter nos, deus patris eorum. Iurauit ergo Iacob per ti-
54 morem patris ſui Iſaac: ♀ immolatiſque victimis in
Monte, vocauit fratres ſuos vt ederent panem. Qui
55 cum comediſſent, manſerunt ibi. ♀ Laban verò de no-
cte conſurgens, oſculatus eſt filios & filias ſuas, & bene-
dixit illis: reuerſuſque eſt in locum ſuum.

## SCHOLIA IN CAP. XXXI.

1 vel, ſplendorem. aut opulentiam. i. peperit ſibi has diuitias, quibus aſſequutus eſt gloriam, & ſplendorem iſtum. 2 i. ſicut antea ſolebat. 3 Heb. mentitus eſt mihi: mutauit enim &c. i. fallaciter & peruerſe egit mecum. 4 Numerus certus hic ponitur pro incerto. multis vicibus. 5 punctis paruis. 6 Ea quorum crura erunt diuerſis coloribus veluti faſcijs reuincta. 7 fœtus quorum crura erant diuerſis coloribus veluti faſcijs reuincta. 8 vel, Accidit enim, tempore quo incaleſcebant oues. Vel, tempore quo oues coibant. 9 vel, crura diuerſo colore veluti faſcijs reuincta habentes, paruis item punctis &c. 10 facit. preſentis temporis. 11 q.d. Nihil eſt quod amplius expectemus à patre noſtro. 12 decoxit. i. vendidit nos tibi: ſeruiuiſti enim illi pro nobis. & decoxit pecuniam noſtram i. quæ nobis debebatur pro mariti noſtri labore. fructus enim laborum Iacob redibat ad Laban. 13 vel, Sane omnes opes &c. nunc ergo fac &c. 14 Furatus eſt etiam Iacob cor Laban Syri, eo quòd non renuntiarit ei quod fugeret. vel fugere vellet. Hebraiſmus eſt, Furatus eſt cor Laban, pro, ignorante vel inſcio Laban



ban aufugit. 15 i. Euphraten. 16 Per anticipationem. nondum enim ita appellabatur. 17 Heb. ne loquaris cum Iacob à bono ad malum. i. nequid blande aut aſpere illi dixeris.
18 Furari cor alterius (vt dictum eſt) eſt celare eum, & clàm eũ aliquid facere. 19 Heb. captas gladio? 20 Hebr. Cur abſcondiſti te ad fugiendum, & furatus es me, & non indicaſti mihi: & dimiſiſſem te cum gaudio &c. Hæc poſteriora verba, Non indicaſti mihi: declarant quod obſcurius dixerat, Abſcondiſti te ad fugiendum, & furatus es me. q.d. Cur clàm aufugiſti, me neſciente, nec indicaſti? 21 Heb. Eſt fortitudo in manu mea &c. i. Poſſem vobis malum facere. 22 Heb. Et nunc eundo iuiſti, quia deſiderando deſideraviſti domum patris tui: cur ſurripuiſti deos meos? 23 vel, non viuet, q.d. mea manu eum interficiam. 24 Fratres vocat cognatos. 25 vel, ſub clitellis.
26 vel, non enim poſſum. 27 Heb. eſt mihi conſuetudo mulierum. id eſt, quia patior menſes, ſiue menſtrua. 28 Hebr. Iratuſque Iacob, rixatus eſt cum Laban: atque reſpondens dixit ipſi Laban. 29 Hebr. Quando contrectaſti omnia vaſa mea, quid inueniſti ex omnibus vaſis domus tuæ? Vaſa vocat ſupellectilem, more Hebraico. 30 Subaudi, in medium, ſiquid reperiſti apud me. 31 pœnas luebam. ſiue damnum rependebam. 32 Heb. Iam mihi ſunt viginti anni in domo tua: (i. Iam viginti annis manſi in domo tua.) ſeruiui tibi quatuordecim &c. 33 i. Deus quem pater meus colebat, qui pater dicebatur Abraham. 34 i. Deus quem timuit Iſaac. 35 Subaudiendum (ſcio) aut (exiſtimo.) ſcio quòd inanem dimiſiſſes me. Aut vox Hebręa כי, accipienda eſt pro ſane vel certe. Certe inanem dimiſiſſes me. 36 vel, arguit enim te heri. Vel vt Chald. paraphraſtes vertit, heſterna nocte. 37 Heb. meum eſt.
38 vel, ſed filiabus iſtis meis quid faciam hodie, aut filijs. q.d. natura non permittit vt detrimenti quicquam eis inferam.
39 vel, percutiamus. 40 vel, in metam. ſiue titulum. 41 Colligite. 42 Hæ duæ voces Syriacæ ſignificant tumulum ſiue aceruum teſtimonij. idem ſignificat & vox Hebræa Galeed. ſeipſum poſtea interpretatur. 43 vel, vocauerat. ſcilicet Iacob.
44 Hoc eſt, Iacob vocauit etiam locum illum Miſpha. i. Specula iſta. quoniam Laban dixerat, Aſpiciat Dominus &c. 45 ſub. Laban. 46 ſub. poſthac. 47 vel, quum abſcondemur quiſque à ſocio ſuo. Hebraiſmus, pro, quando diſceſſerimus alter ab altero. 48 vltra. 49 q.d. præſente Deo, & abſentibus hominibus polliceris te non afflicturum filias meas, Phraſis Hebraica.
50 ſub. eundo. 51 ſub. veniendo. 52 vel, ad inferendam iniuriam. q.d. ego continebo me intra hos fines, & tu intra iſtos: neque alter alterius fines ingredietur, vt inferat alteri malum. 53 dij Nachor iudicabunt inter nos, cum dijs patris illorum. Dij Nachor, erant idôla. 54 i. affines. 55 i. nepotes. 56 Heb. & abijt, & reuerſus eſt. pro, abienſque reuerſus eſt.

## CAP. XXXII.

*quoque Angelorũ viſione, Deus roborat Iacob.

Iacob miſſis nuntijs petit fauorem fratris ſui Eſau.

Iacob diuidit ſua in turmas.

Orat Iacob Deum in anguſtijs, arripiẽs promiſſionẽ Dei, & indignitatem ſuã cõfitens.

Iacob mittit munera ad Eſau fratrem ſuum.

IAcob * autem' abijt in itinere quod cœperat: fuerunt 1
que ei obuiam angeli Dei. ♀ Quos cum vidiſſet, ait, 2
Caſtra Dei ſunt hæc. & appellauit nomen loci illius Ma
hanáim, id eſt, Caſtra. ♀ Miſit autem & nuntios ante ſe 3
ad Eſau fratrem ſuum in Terram-Seir, in Regionem-
Edõ: ♀ præcepitque eis, dicens, Sic loquimini domino 4
meo Eſau, Hæc dicit frater tuus Iacob, Apud Laban pe-
regrinatus ſum, & fui vſque in præſentem diem. ♀ Ha- 5
B beo boues & aſinos & oues, & ſeruos & ancillas: mitto-
que nunc legationem ad dominum meum, vt inueniam
gratiam in conſpectu tuo. ♀ Reuerſique ſunt nuntij ad Ia 6
cob, dicentes, Venimus ad Eſau fratrem tuum, & ecce
properat in occurſum tuum cum quadringentis viris.
♀ Timuit Iacob valde: & perterritus diuiſit populum qui 7
ſecum erat, greges quoque & oues, & boues & camelos
in duas turmas, ♀ dicens, Si venerit Eſau ad vnam tur- 8
mam, & percuſſerit eam, alia turma, quæ reliqua eſt, ſal-
uabitur. ♀ Dixitque Iacob, Deus patris mei Abraham, & 9
C Deus patris mei Iſaac: Domine qui dixiſti mihi, Reuer-
tere in terram tuam, & in locum natiuitatis tuæ, & bene
faciam tibi. ♀ Minor ſum cunctis miſerationibus tuis, & 10
veritate tua quam expleuiſti ſeruo tuo. in baculo meo
tranſiui Iordanem iſtum: & nunc cum duabus turmis re-
gredior. ♀ Erue me de manu fratris mei Eſau, quia val- 11
de eum timeo: ne forte veniens percutiat matrem cum
D filijs. ♀ Tu locutus es quòd benefaceres mihi, & dilata- 12
res ſemen meum ſicut arenam maris, quæ præ multitudi
ne numerari non poteſt. ♀ Cumque dormiſſet ibi nocte 13
illa, ſeparauit de his quę habebat, munera Eſau fratri ſuo.
♀ Capras ducentas, hircos viginti, oues ducentas, & arie- 14
tes viginti, ♀ camelos fœtas cum pullis ſuis triginta, vac 15
cas quadraginta, & tauros viginti, aſinas viginti, & pul-
los earum decem. ♀ Et miſit per manus ſeruorum ſuorum 16
ſingulos ſeorſum greges, dixitque pueris ſuis, Antecedi
te me, & ſit ſpatium inter gregem & gregem. ♀ Et præ- 17
E cepit priori, dicens, Si obuium habueris fratrem meum
Eſau, & interrogauerit te, Cuius es? aut, Quò vadis? aut,
Cuius ſunt iſta quæ ſequeris? ♀ Reſpondebis, Serui tui Ia 18
cob, munera miſit domino ſuo Eſau: ipſe quoque poſt
nos venit. ♀ Similiter dedit mandata ſecundo & tertio, 19
& cunctis qui ſequebantur greges, dicens, Iiſdem verbis
loquimini ad Eſau cum inueneritis eum. ♀ & addetis, Ip- 20
ſe quoque ſeruus tuus Iacob iter noſtrum inſequitur.
dixit enim, Placabo illum muneribus quæ præcedunt, &
F poſtea videbo illum: forſitan propitiabitur mihi. ♀ Præ- 21

*I 1 Acob verò 2 profectus eſt itinere ſuo, cui obuiam*
*facti ſunt angeli Dei. Quos cum vidiſſet Iacob, dixit, Ca-*
*ſtra ſunt hæc Dei. & vocauit nomen loci illius 3 Mahanaim.'*
*Iacob autem nuntios ante ſe præmiſit ad Eſau fratrem ſuum*
*in terram Seir, in regionem Edom. Mandauitque eis dicens,*
*Sic dicetis domino meo Eſau, 4 Sic dicit ſeruus tuus Ia-*
*cob,' Apud Laban aduena fui, illicque moram traxi hacte-*
*nus. Et ſunt mihi boues, aſini & oues, ſerui & ancillæ,*
*5 miſique nuntiatum [hæc] domino meo, vt impetrarem gra*
*tiam apud te. Reuerſi ſunt nuntij ad Iacob, dicentes, Ve-*
*nimus ad fratrem tuum, nempè ad Eſau, qui tibi etiam ob-*
*uiam venit, habetque ſecum quadringentos viros. Timuit*
*verò Iacob vehementer, anxiuſque fuit: diſtribuit ergo po-*
*pulum qui ſecum erat, oues quoque & boues & camelos in*
*duas turmas, aitque, Si venerit Eſau ad vnam turmam, &*
*trucidauerit eam, 6 euadet altera, reliquaque manebit.'*
*Et dixit Iacob, Deus patris mei Abraham, & Deus patris*
*mei Iſaac, Domine qui dixiſti ad me, Reuertere in terram*
*tuam, & in patriam tuam, & omnino benefaciam tibi, In-*
*ferior ſum 7 omni beneficentiæ' omnique 8 fide' quam*
*ſeruo tuo exhibuiſti: 9 quoniam baculo meo tranſiui Ior-*
*danem iſtum,' & nunc 10 creui in' duas turmas. Eri-*
*pe me quæſo è manu fratris mei, de manu Eſau: nam timeo*
*eum, ne veniat & trucidet matrem ſimul cum filijs.*
*11 Et tu quidem promiſiſti quòd velis mihi benefacere,*
*reddereque ſemen meum' veluti arenam maris, quæ præ*
*multitudine numerari non poteſt. Pernoctauit itaque illic*
*nocte illa, & accepit de ijs 12 quæ ſibi in manum ve-*
*niebant, 13 munus' ipſi Eſau fratri ſuo' Nempe capras du*
*centas, hircos viginti, oues ducentas, & arietes viginti, ca-*
*melas lactantes cum pullis earum triginta, vaccas quadra-*
*ginta, & 14 tauros' decem, aſinas viginti, & pullos de-*
*cem. Tradiditque [iſthæc] in manum ſeruorum ſuorum,*
*15 quemlibet gregem' ſeorſim, & ait ad ſeruos ſuos, 16 Tran*
*ſite ante me,' & facite ſpatium inter gregem & gregem.*
*Præcepitque priori dicens, 17 Si occurrerit' tibi Eſau fra-*
*ter meus, & interrogauerit te hiſce verbis, Cuius es tu, quò va*
*dis, & cuius iſta quæ te præcedunt? Dices, Hæc ſunt Iacob ſer-*
*ui tui, 18 munus hoc miſſum' domino meo Eſau, & en ipſe ſub-*
*ſequitur nos. 19 Huiuſmodi mandata dedit ſecundo, & ter-*
*tio, omnibus denique qui greges ſequebantur, nempe vt ſic lo-*
*querentur ad Eſau, ſicubi inuenirent eum, dicerentque*
*quod Iacob ſeruus eius ſequeretur eos.' ſic enim cogitabat,*
*Placabo 20 eum' munere quod me antecedit, deinde*
*videbo faciem eius, fortaſſe 21 me exaudiet. Præ-*
*ceſſit*

*ceſsit itaque munus faciem eius, ipſe verò eadem nocte manſit in caſtris. Nocte verò conſurgens, tulit duas vxores ſuas, & duas ancillas ſuas, vndecim quoque natos ſuos, & traiecit vadum Iaboc. Accipiens ergo eos, transmiſit eos vltra torrentem, transmiſit quoque quidquid habuit: 22 manſit Iacob ſolus, 23 deſcenditque cum eo vir in arenam, donec aurora oriretur: qui videns quod non poſſet ei præualere, 24 tetigit volam femoris eius, & vola femoris Iacob luxata eſt, dum ille luctaretur cum eo. 25 Dixitque, Dimitte me: exorta eſt enim aurora. 26 Et dixit, Non dimittam te, niſi bona mihi fueris imprecatus. Et dixit ad eum, Quod eſt nomen tuum? Reſpondit, Iacob. Ait, Nomen tuum 27 vltra non vocabitur Iacob, ſed Iſrael: 28 nam & Elohim & hominibus tanquam princeps ſuperior euaſiſti. Iacob interrogans dixit, Indica quæſo nomen tuum. Et dixit, Cur 29 ſic interrogas de nomine meo? fauſtaque imprecatus eſt ei ibidem. Et vocauit nomen loci illius, Pniel: Quoniam vidi [inquit] 30 Elohim facie ad faciem, & 31 erepta eſt anima mea. Ortuſque eſt ei ſol cum pertranſiſſet Pniel, & ipſe claudus erat 32 femore ſuo: ob id filij Iſrael 33 etiamnum hodie non comedunt neruum obſtupefactum in concauitate femoris, eo quòd tetigerit concauitatem femoris Iacob neruo obſtupefacto.*

ceſſerunt itaque munera ante eum, ipſe verò manſit no-
22 cte illa in caſtris. ¶ Cumque mature ſurrexiſſet, tulit
duas vxores ſuas & totidem famulas cum vndecim filijs,
23 & tranſiuit Vadum-iaboc. ¶ Traductiſque omnibus quæ
24 ad ſe pertinebant, ¶ manſit ſolus: & ecce vir luctabatur
25 cum eo vſque mane. ¶ Qui cum videret quòd eum ſupe-
rare non poſſet, tetigit neruum femoris eius. & ſtatim
26 emarcuit. ¶ Dixitque ad eum, Dimitte me: iam enim
aſcendit aurora. Reſpondit, Non dimittam te niſi bene-
27 dixeris mihi. ¶ Ait ergo, Quod nomen eſt tibi? Reſpon-
28 dit, Iacob. ¶ At ille, Nequaquam, inquit, Iacob appella-
bitur nomen tuum, ſed Iſrael: quoniam ſi contra Deum
fortis fuiſti, quantò magis contra homines præualebis?
29 ¶ Interrogauit eum Iacob, Dic mihi, quo appellaris no-
mine? Reſpondit, Cur quæris nomen meum quod eſt mi
30 rabile? Et benedixit ei in eodẽ loco. ¶ Vocauitq; Iacob
nomẽ loci illius Phanûel, dicens, Vidi Dominum facie
31 ad faciem, & ſalua facta eſt anima mea. ¶ Ortuſq; eſt ei ſta
tim ſol poſtquam tranſgreſſus eſt Phanûel: ipſe verò clau
32 dicabat pede. ¶ Quam ob cauſam non comedunt neruũ
filij Iſrael, qui emarcuit in femore Iacob vſque in præſen
tem diem: eo quòd tetigerit neruum femoris eius, & ob
ſtupuerit.

mane. Iacob luctatur cum angelo, ne poſtea timeat fratrem. remanſit

Iacob nominatur Iſrael.

G

Deum

Iudæi neruũ femoris non comedunt.

### SCHOLIA IN CAP. XXXII.

1 vel, Iacob quoque. 2 i. cœpit iter ſuum conficere. 3 i. caſtra. Eſt autem Mahanáim, locus vltra Iordanem non procul à monte Galaad. 4 q.d. Hæc ſeruus tuus Iacob vult tibi eſſe nota. 5 Hebr. mittoque vt nuntiem domino meo, vt inueniam gratiam in oculis tuis. Multa hic ſunt ſubaudienda, Et mitto nuntios vt nuntient domino meo aduentum meum, vt inueniam &c. Alij aliud ſubaudiunt. Vt annuntiẽt domino meo quæcunque præcepit mihi Dominus. Eſt autem Hebraiſmus, vt inueniam gratiam in oculis tuis, pro, vt tibi ſim gratus. 6 Heb. erit turma quæ reliqua fuerit, in liberationem. 7 Hebr. cunctis miſerationibus. pro, Indignus eram in quem tanta beneficia conferres. 8 vel, veritate. Per veritatem intelligit promiſsiones impletas. q. d. Indignus ſum omnibus promiſsionibus tuis quas adimpleſti ſeruo tuo. 9 i. cum tranſirem Iordanem iſtũ vt irem in Haran, nihil amplius habebam quàm baculum in manibus. Tropus eſt Hebraicus, quo intelligitur nudum & tenuem eum tranſiiſſe Iordanem. Chaldæus paraphr. vertit. Quia ſolus tranſiui Iordanem. i. ſine comitatu. 10 Heb. factus ſum in &c. i. deduco mecum duas turmas. 11 Hebr. Et tu quidem dixiſti, Benefaciendo benefaciam tibi, & ponam ſemen tuum &c. q.d. Vtcunque res habeat, pollicitus es mihi quod certo benefacturus ſis mihi. &c. 12 i. quod in promptu habebat. 13 ſub. quod mitteret. 14 iuuencos. 15 Heb gregem gregem. 16 vel, Præcedite me. 17 Cum occurrerit. 18 munus eſt quod mittitur. 19 Heb. Et præcepit etiam ſecundo & tertio, omnibus ſimiliter ſequentibus poſt armenta, dicendo, Iuxta verbum hoc dic eris ad Eſau, quum inueneritis eum. Dicetis etiam, Ecce ſeruus tuus Iacob poſt nos eſt. i. ſequitur nos. 20 Hebr. faciem eius. vel, iram eius. 21 Heb. ſuſcipiet faciem meam, pro, fortaſſe ſuſcipiet me fronte hilari. Vel, honorifice excipiet. 22 ſub. vltra Iordanem à latere Galaad. 23 & luctatus eſt quidam cum illo. i. angelus Domini qui ſuſtinebat perſonam hominis. 24 tetigit acetabulum femoris eius, & acetabulum femoris luxatum eſt. vel, os ipſum femoris, loco ſuo motum eſt. Vox Hebræa CAPH, pro qua acetabulum vertimus, ſignificat vertebram & cotylem. i. oſsis cauitatem illam in qua abſconditur ſumma pars femoris, quod iſchium Græcis dicitur: & etiam caput illud femoris quod in iſchiũ inſeritur. Os igitur ipſum femoris quod in iſchium inſeritur, loco ſuo motum eſt, non acetabulum. Verti poteſt, tetigit coxendicem, & luxata eſt coxendix: eadem ſententia cum priore. 25 ſub. angelus. 26 ſub Iacob. Vide Deut. c. 5. Nu. 7. 27 Quidam rectè pro (vltra) vertunt (tantum) hoc modo, Non tantum appellaberis Iacob poſthac, ſed etiam Iſrael. 28 Heb. quia ſtrenue egiſti cum Deo, & cum hominibus, & præualuiſti. i. quia ſtrenuum te præſtitiſti apud angelum & apud homines. Vel, principem egiſti cum Deo. id eſt, in lucta ſuperior fuiſti angelo qui humanam perſonam ſuſtinebat: quanto magis præualebis hominibus? Ita Chaldæus paraphraſtes vertit, & LXX. Hoc modo præteritum (præualuiſti,) erit, pro futuro (præualebis:) & VAV, pro, quanto magis. 29 iſtud. 30 Deum. 31 vel, liberata eſt anima mea. i. animus meus liberatus eſt metu. vel, mortuus non ſum. 32 Hebraiſmus, ſuper femur ſuum. id eſt, claudicabat altero pede. 33 non comedunt muſculum contractionis, qui eſt ſuper acetabulum oſsis femoris, vſque ad hoc tempus: quia tetigit (ſub. angelus) acetabulum femoris (vel, coxendicem) Iacob, quod eſt iuxta muſculum contractionis. i. non comedunt muſculum contrahentem & mouentem femur, qui muſculus eſt iuxta acetabulum oſsis femoris; quia angelus Dei tetigit acetabulũ femoris, quod eſt iuxta muſculum mouentem femur.

### CAP. XXXIII.

*Attollens Iacob oculos ſuos, vidit, & ecce Eſau 1 venit, quadringentiq; viri cum eo. 2 Diſtribuit itaque filios ad Leam, Rahelem, atque duas ancillas: collocauit autem ancillas & filios illarum in primo ordine, deinde Leam & liberos eius, Rahelem 3 tamen & Ioſeph poſtremos. Ipſe verò ante illos præcedens, ſepties pronus terram verſus inclinat, quouſque fratri appropinquaret. Eſau vero obuiam illi currens, amplexatus eſt eum, ruitque in collum eius, & oſculatus eſt eum, fleueruntque. Attollens autem oculos ſuos, vidit mulieres & pueros, dixitque, Qui 4 tibi iſti? Et reſpondit, Pueri ſunt quos benignitate ſua Deus donauit ſeruo tuo. Accedentes itaque ancillæ & nati earum, inclinarunt. Appropinquauit & Lea cum filijs ſuis inclinantes. 5 Poſt hæc adductus eſt Ioſeph & Rahel, & incuruati*

### CAP. XXXIII.

1 ELeuans autẽ Iacob oculos ſuos, vidit venientẽ Eſau,
& cum eo quadringentos viros: diuiſitque filios Liæ
2 & Rachel, ambarumque famularum: ¶ & poſuit vtrãque
ancillam & liberos earum in principio: Liam verò, & fi
lios eius in ſecundo loco: Rachel autem, & Ioſeph nouiſ
3 ſimos. ¶ Et ipſe progrediens adorauit pronus in terram
4 ſepties, donec appropinquaret frater eius. ¶ Currẽs itaq;
Eſau obuiam fratri ſuo, amplexatus eſt eum: ſtringenſq;
5 collum eius, & oſculans fleuit. ¶ Leuatiſq; oculis vidit mu
lieres & paruulos earum, & ait, Quid ſibi volunt iſti? &
ſi ad te pertinent? Reſpondit, Paruuli ſunt quos donauit
6 mihi Deus ſeruo tuo. ¶ Et appropinquantes ancillæ & fi
7 lij earum, incuruati ſunt. ¶ Acceſsit quoq; Lia cũ pueris
ſuis: & cũ ſimiliter adoraſſent, extremi Ioſeph & Rachel
adora-

Eſau venit obuiã fratri cui occurrit Iacob.

Eſau fratrem Iacob oſculatur, placaturque ei.

B



adorauerũt. ¶ Dixitq; Eſau, Quænã ſunt iſtæ turmæ quas 8
obuiam habui? Reſpondit, vt inuenirem gratiam coram
domino meo. ¶ At ille ait, Habeo plurima frater mi, ſint 9
tua tibi. ¶ Dixitque Iacob, Noli ita obſecro: ſed ſi inueni 10
gratiam in oculis tuis, accipe munuſculum de manibus
meis: ſic enim vidi faciem tuã, quaſi viderim vultũ Dei:
eſto mihi propitius, ¶ & ſuſcipe benedictionem quã attu 11
li tibi, & quam donauit mihi Deus tribuens omnia. Vix
fratre compellente ſuſcipiens ¶ ait, Gradiamur ſimul, 12
eroq; ſocius itineris tui. ¶ Dixitq; Iacob, Noſti domine 13
mi quod paruulos habeam teneros, & oues & boues fœ-
tas mecum: quas ſi plus in ambulando fecero laborare,
morientur vna die cuncti greges. ¶ Præcedat dominus 14
meus ante ſeruum ſuum: & ego ſequar paulatim veſtigia
eius, ſicut videro paruulos meos poſſe, donec veniam ad
dominum meum in Seir. ¶ Reſpondit Eſau, Oro te, vt de 15
populo qui mecum eſt, ſaltem ſocij remaneant viæ tuæ.
Non eſt, inquit, neceſſe: hoc vno tantum indigeo, vt in-
ueniam gratiam in conſpectu tuo dñe mi. ¶ Reuerſus eſt 16
itaq; illo die Eſau itinere quo venerat in Seir. ¶ Et Iacob 17
venit in Socoth: vbi ædificata domo & fixis tentorijs ap
pellauit nomẽ loci illius Socoth, id eſt tabernacula. ¶ Trã 18
ſiuitque in Salem vrbem Sichimorum, quæ eſt in Ter-
ra-Chanaan, poſtquam reuerſus eſt de Meſopotamia Sy
riæ: & habitauit iuxta oppidum. ¶ Emitque partem agri 19
in qua fixerat tabernacula, à filijs Hemor patris Sichem
centum agnis. ¶ Et erecto ibi altari, inuocauit ſuper illud 20
fortiſsimum Deum Iſrael.

C

Benedictio, pro munere & dono.

Eſau ſuſcipit munus fratris ſui Iacob.

D

Altare Deo ædificat Iacob.

*inclinant. Dixit autem [Eſau,] 6 Quæ tibi vniuerſa hæc turma, cui obuiam veni? Reſpondit, 7 Vt gratiam ac fauorem impetrarẽ coram domino meo. Et dixit Eſau, Abunde ſatis mihi adeſt mi frater, maneat tibi quod tuum eſt. Ad quẽ ait Iacob, 8 Ne quæſo, ſi impetro gratiam coram te, 9 accipe hoc munus meum de manu mea: 10 nam in hoc vidi faciem tuam, quemadmodum videtur facies Elohim: gratum ergo mihi fac, Cape quæſo honorarium munus meum quod tibi allatum eſt: 11 benigne enim mihi fecit Deus, & ſatis habeo. 12 Flagitante autem illo, accepit [Eſau,] & ait, Moue caſtra, & proficiſcamur, ego te præcedam. Reſpondit illi [Iacob,] Dominus meus nouit nimirũ quod pueri teneri ſunt, deinde ſunt 13 mihi oues & boues 14 fœtæ, 15 quas ſi impulero vno die, morientur omnes oues. Trãſeat quæſo dominus meus ante ſeruum ſuum, ego 16 ſenſim incedã, quatenus ferunt pecora ante me, & quatenus pueri ferre poſſunt, donec peruenero ad dominũ meum in Seir. Dixit ergo Eſau. 17 Cõſtituã quæſo quoſdã de ijs qui mecũ ſunt, qui tecũ maneãt. Iacob reſpõdit, Cur iſtud? ſatis eſt ſi gratiã impetro corã domino meo. Reuerſus eſt itaq; Eſau eadẽ die itinere ſuo verſus Seir: Iacob verò profectus in Suchoth, extruxit ſibi domũ, tentoriaq; ſuis pecoribus: hinc vocatũ eſt nomen loci illius Suchoth. Venitq; Iacob incolumis in 18 Sichem, quæ eſt in terra Chanaan, dum rediret ex 19 Padan-aran, & 20 habitauit è regione illius ciuitatis. Emit quoq; partem agri, vbi 21 tenderet tabernaculum ſuum, de manu filiorum Hemor patris Sichem, centum 22 probatis nummis: ibiq; conſtituit aram, 23 inuocauitq; ibi fortem Deum Iſraelis.*

### SCHOLIA IN CAP. XXXIII.

1 vel, veniebat. 2 Separauit itaque filios partim cum Lia, partim cum Rachele, & partim cum ancillis. i. Diſtribuit filios in tres ordines, cuique matri ſuos commendans. 3 autem 4 Iſtud (tibi) ſignificat qui tecum ſunt. Aut potius vacare dicendũ eſt hoc loco: quod eſt frequentiſsimum apud Hebræos. 5 Acceſsit tandem & Ioſeph 6 Heb. Quis eſt iſte ad quem mittis totam turmam iſtam quam obuiam habui? 7 q.d. Hæc traxi mecum vt ea tibi dono darem, vt eſſem tibi gratioſus. 8 ſub. recuſes. 9 ſed accipe. 10 propterea aſpicio faciem tuam, ſicut aſpicerem faciẽ Dei: & (vel nam) places mihi. q.d. Si acceperis munus meũ, ita gaudebo, tamque libenter aſpiciam vultum tuum, quam ſi aſpicerem vultum Dei aut angeli: vſque adeo places mihi. 11 Heb. quoniam miſertus eſt mei Deus, ſuntque mihi omnia. Hebraiſmus eſt, pro, Ex benignitate Dei, omnia mihi abunde ſuppetunt. 12 Heb. Coegit igitur eum, & accepit: dixitque, (ſub. ipſe Eſau) Proficiſcere (vel, Proficiſcamur) & eamus, iboque è regione tui. i. à latere tuo, & æquis paſsibus. ero comes itineris tui. 13 Heb. ſuper me. i. ſunt mihi curandæ. 14 vel, lactantes, 15 Heb. & accelerabunt eas die vno, & morientur. Hebraiſmus eſt, pro, quas ſi acceleraueriint etiam die vno citius quàm ſolitæ ſint ambulare, morientur omnes. 16 vel, pedetentim deducam, iuxta pedem operis quod eſt ante me, & iuxta veſtigium paruulorum. Opus vocat vniuerſam familiam, potiſsimum greges & armenta. i. ſecũdum quod videro familiam meam ambulare poſſe, greges & armenta. 17 Heb. Relinquam nunc apud te ex populo qui mecum eſt. Et ille reſpondit. Ad quid iſtud, (dummodo) inueniam gratiam in oculis domini mei? q.d. ſatis mihi fuerit, ſi tibi gratus ſim. 18 Hæc vrbs dicitur Sichar, Ioan. 4. 19 Vide annotationem cap. 14. circiter principium. 20 vel, caſtrametatus eſt. 21 tetenderat. 22 vel, agnis. 23 vel, vocauit illud Fortis Deus Iſrael. i. fuit in ſignum quod fortis Deus Iſrael liberaſſet eum.

### CAP. XXXIIII.

1 EGreſſa eſt autem Dina filia Liæ vt videret mulie-
2 res regionis illius. ¶ Quam cum vidiſſet Sichem fi
lius Hemor Heuæi, princeps terræ illius, adamauit
eam: & rapuit, & dormiuit cum illa, vi opprimens virgi-
3 nem. ¶ Et conglutinata eſt anima eius cum ea, triſtemque
4 deliniuit blanditijs. ¶ Et pergẽs ad Hemor patrem ſuum,
5 Accipe, inquit, mihi puellam hanc coniugem. ¶ Quod
cum audiſſet Iacob abſentibus filijs, & in paſtu peco-
6 rum occupatis, ſiluit donec redirent. ¶ Egreſſo autem
7 Hemor patre Sichem vt loqueretur ad Iacob, ¶ ecce fi-
lij eius veniebant de agro: auditoque quod acciderat,
irati ſunt valde, eo quòd fœdam rem operatus eſſet in Iſ
8 rael, & violata filia Iacob rem illicitam perpetraſſet. ¶ Lo
cutus eſt itaque Hemor ad eos, Sichem filij mei adhæſit
9 anima filiæ veſtræ: date eam illi vxorem. ¶ Et iun-
gamus viciſsim connubia: filias veſtras tradite nobis, &
10 filias noſtras accipite. ¶ Et habitate nobiſcum: terra in po
teſtate veſtra eſt, exercete, negotiamini, & poſsidete eã.
11 ¶ Sed & Sichem ad patrem & ad fratres eius ait, Inueniã
12 gratiam coram vobis: & quæcunq; ſtatueritis dabo. ¶ au-
gete dotem, & munera poſtulate, & libenter tribuam

Dinæ raptus.

Hemor petit Dinã in vxorem filio.

B

### CAP. XXXIIII.

*DIna filia Leæ, quã pepererat ipſi Iacob, egreſſa eſt 1 vt filias illius regionis videret: Quã vt vidit Sichẽ filius Hemor Hiuei 2 principis illius regionis, rapuit eã: & dormiẽs cũ ea, cõſtuprauit eã. 3 Adhæſerat enim animus eius Dinæ filiæ Iacob, & amauit puellã, 4 pellexitq; eã verbis. Et dixit Sichẽ ad Hemor patrem ſuũ, 5 Cura vt hæc puella detur mihi vxor. Audiuit autẽ Iacob quòd [Sichẽ] polluiſſet Dinã filiã ſuã, filij autẽ eius erant in agro apud pecora ſua, & diſsimulauit donec venirẽt. Porrò Hemor pater Sichẽ egreſſus eſt ad Iacob, 6 vt cũ eo loqueretur. 7 Veniẽtes autẽ filij Iacob è rure, atq; audiẽtes, ſeſe diſcruciarũt viri illi, & cõmouit eos vehemẽter, quòd is rẽ ã nephariã deſignaſſet in Iſraele, dormiẽdo ſcilicet cũ filia Iacob, 8 quod factũ minime cõueniebat. Locutus eſt ergo Hemor cũ eis in hãc ſententiã, 9 Sichem natus meus deperit filiã veſtrã: obſecro igitur vt detis eã ei vxorem. Iũgite nobiſcũ affinitatẽ, collocate nobis filias veſtras, & noſtras filias vobis ducite. Habitabitiſq; nobiſcũ. 10 regio ipſa vobis patebit, vt in ea habitetis, negotiemini, atq; etiã contineamini. Sichẽ quoq; dixit ad patrẽ puellæ & ad fratres eius. 11 Sinite vt impetrem hoc à vobis, & quicquid dixeritis ad me, dabo: 12 auctionem facite vel in immẽſum, idque erga me cum*

*cũ donationis propter nuptias, tũ dotis, dabo quidquid indi-*
*caueritis mihi, modo detis mihi puellã hãc vxorẽ. Reſpõderũt*
*filij* Iacob *ipſi* Sichẽ *&* Hemor *patri eius doloſe, 13 expoſtu-*
*lantes ſuper eo quòd ſorore ipſorũ* Dinam *polluiſſet. Dixerũt*
*ergo ad eos, Rẽ iſtã facere haudquaquã poſſumus, vt colloce-*
*mus ſororẽ noſtrã viro præputiũ habẽti: id enim probroſum*
*nobis eſſet. Veruntamẽ in hoc obſignati 14 ſecuri erimus de*
*vobis, ſi fueritis ſicut nos ſumus, vt circũcidãtur vobis omnes*
*mares. Tũ collocabimus filias noſtras vobis, ducemuſq́; nobis*
*filias veſtras, habitabimuſq́; vobiſcũ, & erimus vobiſcũ vnus*
*populus. Quòd ſi nos nõ audieritis, vt ſcilicet circũcidamini,*
*15 recipiemus filiã noſtrã & abibim⁹. Placuerũt verò 16 ver*
*ba illorũ cũ ipſi* Hemor, *tũ* Sichẽ *filio eius. Et iuuenis quidem*
*nihil cũctatus eſt facere rẽ iſtã: deperibat enim filia* Iacob,
*eratque honoratior omnibus qui in domo patris erat. Venit*
*itaq́;* Hemor *&* Sichẽ *filius eius ad portã ciuitatis ſuæ, loquu*
*tiq́; ſunt cũ ciuibus ſuis in hũc modũ, Viri iſti 17 pacẽ nobis*
*offerũt, 18 vt habitare eis liceat in noſtra regione, in eaq́; ne-*
*gotiari. & terra quidẽ ſatis ampla eſt corã eis: ducemus er-*
*go nobis filias eorũ vxores, collocabimuſq́; filias noſtras eis.*
*19 Attamẽ hac in re obſignãtur erga nos viri illi vt nobiſcũ*
*habitẽt, coeantq́; nobiſcũ in vnũ populũ, ſi cũcti mares 20 no*
*bis circũcidãtur, queadmodũ ipſi circũciſi ſunt. Pecora illorũ*
*facultateſq́; illorũ, & omnia iumẽta illorũ, an nõ noſtra futu-*
*ra ſunt, 21 ſi illis hoc ſigno obſtringemur, vt nobiſcũ habitet?*
*22 Vniuerſi itaq́; ciues illius vrbis obſecuti ſunt ipſi* Hemor
*&* Sichẽ *filio eius, omneſq́; mares illius vrbis circũciſi ſunt.*
*Tertio itaq́; die, quũ eſſent in dolore ciues, duo filij* Iacob, *Si-*
*meõ &* Leui, *fratres* Dinæ, *arreptis gladijs ſuis, vrbe introie-*
*rũt 23 cõfidẽter, interfecerũtq́; omnẽ marẽ. Quin &* Hemor *atq́;*
*Sichẽ filiũ eius trucidarũt 24 gladio, tuleruntq́;* Dinã *ex do-*
*mo* Sichẽ, *& abierũt. Filij verò* Iacob *veniẽtes ſuper occiſos,*
*25 deſpoliarũt ciuitatẽ, eo quòd polluerãt ſororẽ ſuã. Oues*
*quoq́; & boues atq́; aſinos illorũ, & quicquid erat in vrbe &*
*in agro, rapuerũt. Sed & cũctam ſubſtãtiã, 26 omnemq́; pu-*
*bẽ, atq́; vxores illorũ 27 ceperũt, atq́; prædã abegerũt, cũ om*
*nibus quæ intus erãt. Dixit verò* Iacob *ad* Simeõ *&* Leui, *Cõ*
*turbaſtis me, 28 putidumq́; me reddidiſtis corã habitatorib⁹*
*iſtius regionis, nẽpe corã* Chananæo *&* Pheriſæo: *29 & ego*
*quidẽ paruo ſum numero, cõgregabũtur ergo illi aduerſum*
*me, & trucidabũt me, vaſtaborq́; ego & domus mea. Illi verò*
*reſpõderũt, An ergo vt ſcorto abuti ſorore noſtra debuit?*

quod petieritis: tantum date mihi puellam hanc vxo-
13 rem. ♀ Reſponderunt filij Iacob Sichem & patri eius in
14 dolo, ſæuientes ob ſtuprum ſororis, ♀ Non poſſumus
facere quod petitis, nec dare ſororem noſtram homi-
ni incircunciſo: quod illicitum & nepharium eſt apud
15 nos. ♀ Sed in hoc valebimus fœderari, ſi volueritis eſſe
ſimiles noſtri; & circuncidatur in vobis omnis maſculini
16 ſexus. ♀ Tunc dabimus & accipiemus mutuò filias ve
ſtras ac noſtras: & habitabimus vobiſcum, erimuſque
17 vnus populus. ♀ Si autem circuncidi nolueritis, tolle-
18 mus filiam noſtram, & recedemus. ♀ Placuit oblatio eo-
19 rum Hemor, & Sichem filio eius. ♀ Nec diſtulit ado-
leſcens quin ſtatim quod petebatur expleret: amabat
enim puellam valde, & ipſe erat inclytus in omni do-
20 mo patris ſui. ♀ Ingreſsique portam vrbis, locuti
21 ſunt ad populum. ♀ Viri iſti pacifici ſunt, & volunt
habitare nobiſcum: negotientur in terra, & exer-
ceant eam, quæ ſpatioſa & lata cultoribus indiget:
filias eorum accipiemus vxores, & noſtras illis da-
22 bimus. ♀ Vnum eſt quo differtur tantum bonum,
Si circuncidamus maſculos noſtros, ritum gentis imitan
23 tes. ♀ Et ſubſtantia eorum, & pecora, & cuncta quæ
poſsident, noſtra erunt: tantum in hoc acquieſcamus,
& habitantes ſimul, vnum efficiamus populum.
24 ♀ Aſſenſique ſunt omnes, circunciſis cunctis mari-
25 bus. ♀ Et ecce, die tertio quando grauiſsimus vul-
nerum dolor eſt, arreptis, duo filij Iacob, Simeon &
Leui fratres Dinæ, gladijs, ingreſsi ſunt vrbem con-
26 fidenter: interfectiſque omnibus maſculis, ♀ Hemor
& Sichem pariter necauerunt, tollentes Dinam de do-
27 mo Sichem ſororem ſuam. ♀ Quibus egreſsis irrue-
runt ſuper occiſos cæteri filij Iacob: & depopulati
28 ſunt vrbem in vltionem ſtupri. ♀ Oues eorum, &
armenta, & aſinos, cunctaque vaſtantes quæ in domi-
29 bus & in agris erant, ♀ paruulos quoque eorum & vxo
30 res duxerunt captiuas. ♀ Quibus perpetratis auda-
cter, Iacob dixit ad Simeon & Leui, Turbaſtis me,
& odioſum feciſtis me Chananæis & Pherezæis ha-
bitatoribus terræ huius, nos pauci ſumus: illi con-
gregati percutient me, & delebor ego & domus mea.
31 ♀ Reſponderunt, Nunquid vt ſcorto abuti debuere ſo-
rore noſtra?

[Filij Iacob doloſe petũt Sichimitas circuncidi.]
[C]
[Oratio Hemor ad populũ.]
[D]
[Circunciſos Sichimitas occidunt Simeon & Leui.]
[Increpantur à Iacob patre ſuo.]

## SCHOLIA IN CAP. XXXIIII.

1 vt cognoſceret mulieres regionis illius: 2 vel, princeps. nominatiuo caſu. 3 ideſt, vehementer eam amabat. 4 Heb. Locutuſque eſt ad cor puellæ. Vel, ſecundum animum puellæ. i. loquebatur amice cum ea, & verbis eam demulcebat, vt eam ad cõſenſum ineundi coniugij inclinaret. Hebraiſmus eſt. Chaldæus paraph. Locutus eſt conſolationes ad cor eius. 5 Heb. Cape mihi puellam hanc in vxorem. 6 de futuris ſcilicet nuptijs. 7 Reuerſis autem filijs Iacob ex agro, cum intellexiſſent, dolore affecti ſunt 8 quum non liceret ſic fieri. Chaldæus paraphraſtes vertit, Et ſic non erat rectum facere. 9 Hebr. Sichem filij mei anima deperit &c. i. Filius meus Sichẽ deperit filiam veſtrã. Vel, Filius meus ex animo diligit filiam veſtram. 10 Heb. terra erit coram vobis: habitate, & negotiamini in ea, poſsideteque eã. vel, poſſeſſioneſque acquirite in ipſa. Hebraiſmus eſt, Terra erit in conſpectu veſtro, pro, In veſtra poteſtate erit: licebit vobis habitare in quocũque loco volueritis. 11 Heb. Inueniam gratiã coram vobis. i. Sim vobis gratioſus, & annuite precibus meis. 12 Heb. multiplicate mihi dotem & donum, ideſt, petite à me ingentem dotem, muneraque ampliſsima. 13 Heb. & dixerunt, eo quod violaſſet Dinam ſororem ſuam, dixerunt inquam ad eos. 14 complacebimus vobis. Vel, acquieſcemus vobis hac condi tione. 15 tunc recipiemus 16 ideſt, conditiones ab eis oblatæ. 17 Heb. pacifici ſunt nobiſcum. q. d. Viri iſti hactenus pacifice vixerunt nobiſcum. 18 Heb. habitaturi ſunt itaque in hac regione, & negotiabuntur in ea. ipſa nanque terra ampla eſt locis coram eis. Id eſt, latiſsima eſt, & proinde eorum capax. 19 Veruntamen hac lege conſentient nobis viri 20 vel, in nobis, ideſt, qui ſunt apud nos: aut nobis, qui noſtri ſunt. 21 ſi modo acquieuerimus illis, & habitabunt nobiſcum? 22 Hebr. Aſſenſique ſunt ipſi Hemor & Sichem filio eius, omnes egredientes portam ciuitatis ipſius: & circunciderunt ſe omnes maſculini ſexus, egredientes portam ciuitatis eius. Id eſt, vrbis eius ciues qui mares erãt. 23 Chaldæus paraphraſtes vertit, quæ habitabat confidenter. Id eſt, quæ nihil tale cogitabat. 24 Heb. in ore gladij, ideſt, necauerunt gladio, vel acuto gladio, aut acie gladij. 25 vel, diripuerunt 26 omneſque paruulos, 27 captiuos abduxerunt, & diripuerunt quicquid erat in domibus. 28 vel, propterea quòd fœtere feciſtis me apud Chananæos &c. Id eſt odioſum & execrabilem reddidiſtis me Chananæis &c. Hebraiſmus eſt, cui contrarium eſt, quod Paulus ait. 2. Corinth. 2. d. Chriſti bonus odor ſumus. pro, Accepti ſumus Chriſto. 29 Heb. & ego homines numeri, ideſt, quũ habeã paucos mecũ, cõgregabuntur illi, &c.

## CAP. XXXV.

*DIxit autem Deus ad* Iacob, *Surge, aſcẽde in* Beth-el,
*& habita ibi, facieſq́; ibi aram* Deo, *qui apparuit ti*
*bi quũ coram* Eſau *fratre tuo fugeres. Tu dixit* Ia
*cob ad domũ ſuã, & ad omnes qui ſecũ erat, Abijcite deos alie*

1 INterea locutus eſt Deus ad Iacob, Surge, & aſcen-
de Beth-el, & habita ibi, facque altare Deo qui ap-
2 paruit tibi quãdo fugiebas Eſau fratrem tuũ. ♀ Iacob
verò conuocata omni domo ſua ait, Abijcite deos alie-
nos

[Iacob anxiũ iubet Deus aſcendere in Beth-el, & altare ædificare.]



[ſupra. 28. cap. Iubet Iacob auferri idola.]

nos qui in medio veſtri ſunt, & mundamini, ac mutate ve
ſtimenta veſtra. ♀ Surgite, & aſcendamus in Beth-el, vt 3
faciamus ibi altare Deo, qui exaudiuit me in die tribula-
tionis meæ, & ſocius fuit itineris mei. ♀ Dederũt ergo ei 4
omnes deos alienos quos habebant, & inaures quæ erãt
in auribus eorum: at ille infodit eas ſubter terebinthum,
quæ eſt poſt vrbem Sichem. ♀ Cũq; profecti eſſent, ter- 5
ror Dei inuaſit omnes per circuitũ ciuitates, & non ſunt
auſi perſequi recedẽtes. ♀ Venit igitur Iacob Luzã, quæ 6
eſt in Terra-Chanaan, cognomento Beth-el: ipſe & om
nis populus cũ eo. ♀ Aedificauitq́; ibi altare, & appellauit 7
nomẽ loci illius Domus-dei: ibi enim apparuit ei Deus
cũ fugeret fratrẽ ſuũ. ♀ Eodẽ tempore mortua eſt Debo 8
ra nutrix Rebeccæ, & ſepulta eſt ad radices Beth-el ſub
ter quercũ: vocatumq́; eſt nomen loci illius Quercus-fle
tus. ♀ Apparuit autẽ iterũ Deus Iacob poſtquam reuer- 9
ſus eſt de Meſopotamia Syriæ, & venit in Beth-el, be-
nedixitq́; ei, ♀ dicens, Non vocaberis vltrà Iacob, ſed 10
Iſrael erit nomen tuũ. Et appellauit eum Iſrael, ♀ dixitq́; 11
ei, Ego Deus omnipotens, creſce & multiplicare: gentes,
& populi nationũ ex te erũt, reges de lũbis tuis egrediẽ-
tur. ♀ Terramq́; quã dedi Abraham & Iſaac, dabo tibi & 12
ſemini tuo poſt te. ♀ Et receſsit ab eo: ♀ ille verò erexit ti 13
tulũ lapideum in loco quo locutus fuerat ei Deus: libans 14
ſuper eũ libamina, & effundens oleũ: ♀ vocanſq́; nomen 15
loci illius Beth-el. ♀ Egreſſus autẽ inde venit verno tẽpo 16
re ad terrã quæ ducit Ephrãtham: in qua cum parturiret
Rachel, ♀ ob difficultatem partus periclitari cœpit. Di- 17
xitque ei obſtetrix, Noli timere, quia & hunc habebis fi
lium. ♀ Egrediẽte autẽ anima præ dolore, & imminẽte iã 18
morte, vocauit nomẽ filij ſui Ben-oni, id eſt filius dolo-
ris mei: pater verò appellauit eũ Beniamin, id eſt filius
dextræ. ♀ Mortua eſt ergo Rachel, & ſepulta eſt in via 19
quæ ducit Ephrãtham, hæc eſt Beth-lehẽ. ♀ Erexitq́; Ia 20
cob titulũ ſuper ſepulchrũ eius: hic eſt titulus monumen
ti Rachel, vſque in præſentem diẽ. ♀ Egreſſus inde fixit 21
tabernaculũ trãs Turrem gregis. ♀ Cumq; habitaret in 22
illa regiõe, abijt Ruben, & dormiuit cum Bala concubi-
na patris ſui: quod illum minime latuit. Erant autẽ filij Ia
cob duodecim. ♀ Filij Liæ: primogenitus Rubẽ, & Simeõ 23
& Leui & Iudas & Iſſachar & Zabulõ. ♀ Filij Rachel: Io 24
ſeph & Beniamin. ♀ Filij Balæ ancillæ Rachelis: Dan & 25
Nephthali. ♀ Filij Zelphæ ancillæ Liæ: Gad & Aſer. hi 26
ſunt filij Iacob qui nati ſunt ei in Meſopotamia Syriæ.
♀ Venit etiã ad Iſaac patrẽ ſuum in Mãbre, Ciuitatẽ-Ar- 27
bee, hæc eſt Hebron, in qua peregrinatus eſt Abrahã &
Iſaac. ♀ Et completi ſunt dies Iſaac centũ octoginta an- 28
norum. ♀ Conſumptuſq́; ætate mortuus eſt: & appoſitus 29
eſt populo ſuo ſenex & plenus dierum: & ſepelierunt eũ
Eſau & Iacob filij ſui.

[Deus terret hoſtes Iacob.]
[B]
[Venit Iacob in Beth-el. Domus-dei. ſupra. 28. c.]
[Moritur Debora.]
[Deus rurſum nominat Iacob, Iſraelem. ſupra. 32. f.]
[C]
[Iterum ipſi promittitur terra Chanaan. Beth-el.]
[Rachel pariens Beniamin, moritur.]
[Ephratha. Sepulchrũ Rachel.]
[Cócumbit Ruben cum cõcubinã patris.]
[D]
[Filij Iacob.]
[Iacob peruenit ad Iſaac.]
[Iſaac moritur.]

*nos qui ſunt inter vos, mundamini, & 1 immutate veſtimẽ*
*ta veſtra. 2 Nam ſurgentes aſcendemus in* Beth-el, *& ibi*
*faciam aram* Deo, *qui 3 reſpondit mihi in die afflictionis*
*meæ, & affuit mihi in via quam ambulaui. Dederunt ita-*
*que ipſi* Iacob *omnes deos alienos quos habuerunt, inaures*
*quoq́; quæ erãt in auribus illorũ, & defodit eos* Iacob *ſubter*
*quercum quæ erat iuxta* Sichẽ. *Et quũ emigrarẽt, fuit terror*
Dei *ſuper ciuitates illas quæ erãt per circuitũ illorũ, 4 vt filios*
Iacob *nõ inſequerẽtur. Venit itaq́;* Iacob Luzã, *quæ eſt in ter*
*ra* Chanaã, *ipſa eſt* Beth-el, *ipſe & cũctus populus qui cũ ipſo*
*erat. Et extruxit illic arã, appellauitq́; locũ illum,* Deus-
Beth-el: *nam eodem loci 5 apparuerat ei* Deus *quum fugeret*
*fratrem ſuum. Mortua verò eſt* Debora *nutrix* Rebeccæ, *&*
*ſepulta eſt 6 ſub* Beth-el *ſub quercu: & vocatum eſt no-*
*mẽ [ loci ] illius* Quercus-fletus. *Rurſus apparuit* Deus *ipſi*
Iacob *quum rediſſet 7 è* Padan-arã, *& benedixit ei. Et di-*
*xit ad eum* Deus, *Nomẽ tuum eſt* Iacob, *8 vltra non vo*
*cabitur nomẽ tuum* Iacob, *ſed* Iſrael *erit nomẽ tuum: voca-*
*tumq́; eſt nomẽ eius* Iſrael. *Dixit verò ad eum* Deus, *Ego*
*ſum* Deus *9* Schadai, *creſce & augeſce: gens, imò congre-*
*gatio gentium ex te prodibit, quin & reges è lumbis tuis*
*egredientur. Et terram illam quam dedi* Abrahamo *&* Iſaac,
*tibi dabo, & ſemini tuo poſt te, 10 terram iſtam. Aſcen-*
*dit itaque* Deus *ab eo, in loco vbi loquutus fuerat cum eo. Po*
*ſuit autem* Iacob *ſtatuam lapideam in eodem loco in quo cũ*
*eo loquutus fuerat, libans ſuper eam libamẽ, & fundens ſu-*
*per eam oleum: 11 Vocauitq́; nomẽ loci illius, in quo* Deus
*fuerat cum eo loquutus,* Beth-el. *12 Cũque proficiſceren-*
*tur de* Beth-el, *abeſſentque iugerum arui ab* Ephrata, *partu-*
*rijt* Rahel, *inque pariendo difficulter habuit. Cũmque ſic gra*
*uiter haberet in partu ſuo, dixit ad eam obſtetrix, Ne timeas,*
*nam & hunc habebis filiũ. Cũmque efflaret animã, 13 (mo*
*riebatur enim) vocauit nomẽ eius 14* Ben-oni, *pater verò*
*eius vocauit eum 15* Beniamin. *Mortua itaque eſt* Rahel,
*& ſepulta in via qua itur* Ephrata: *hæc eſt* Beth-lehem. *Et*
*16 collocauit* Iacob *ſtatuã ad ſepulchrũ eius. hæc eſt ſtatua*
*monumenti* Rahel *vſque in præſentem diem. Profectus ergo*
Iſrael *tetendit tabernaculum ſuũ vltra 17 turrim* Eder. *Cũ*
*itaque* Iſrael *habitaret in ea regione, iuit* Rubẽ, *& dormiuit*
*cũ* Bilha *18 cõcubina patris ſui, quod audiuit* Iſrael. *Filiorũ*
*autẽ* Iacob *fuerũt duodecim. Filij* Leæ, *primogenit⁹* Iacob, Ru
*bẽ,* Simeõ, Leui, Iudã, Iſaſchar *&* Zebulõ. *Filij* Rahelis, Ioſeph
*&* Beniamin. *Filij autẽ* Bilha *ancillæ* Rahel, Dã *&* Naphtali.
*Et filij* Zilpa *ancillæ* Leæ, Gad *&* Aſer. *Hi ſunt filij* Iacob, *qui*
*nati ſunt ei in* Padã-arã. *Et venit* Iacob *ad* Iſaac *patrẽ ſuũ in*
Mãre *19 [in]* Kiriath-arba, *quæ eſt* Hebrõ, *vbi incolæ fuerãt*
Abrahã *&* Iſaac. *Fuerũt autẽ dies* Iſaac *centũ anni & octo-*
*ginta. Deficiẽs autẽ* Iſaac *mortuus eſt, 20 collectuſq́; ad popu*
*los ſuos ſenex & ſatur dierum: filij autẽ eius* Eſau *&* Iacob
*eum ſepelierunt.*

## SCHOLIA IN CAP. XXXV.

1 q. d. abijcite veſtes immũdas, & mũdas accipite. 2 Heb. Et ſurgamus & aſcendamus 3 vel, exaudiuit me 4 Heb. & non ſunt perſecuti filios Iacob. 5 apparuerant ei angeli. 6 i. ad radices montis Beth-el. ſita enim eſt Beth-el in mõte 7 ideſt, è Meſopotamia. Vide principium capitis. 24. 8 vel, poſthac. ſubaudiaturque aduerbium (tantum.) hoc modo, Non tantum vocaberis poſthac Iacob, ſed etiam Iſrael erit nomen tuum. 9 i. omnipotens. q. d. nihil eſt difficile apud me. crede me omnia poſſe, & benedictione mea efficiẽ vt creſcas & multipliceris. 10 ſub. dabo. 11 vel, Iam verò vocauerat 12 Heb. Profecti ſunt itaq́; è Beth-el: quum autem reſtaret itineris quantum miliare capit, antequam perueniretur in Ephrathã, parturire cœpit Rachel: & difficultatem habuit in pariendo. Factumque eſt, quum difficultate partus laboraret, dixit &c. Quidam, pro, Quantum miliare capit, vertunt, Quantum confici poteſt poſt vnum paſtum. 13 nã mortua eſt. ſub. in ipſo partu. 14 ideſt, filius calamitatis meæ. 15 ideſt. filius dexteræ. 16 erexit 17 vel, arcem 18 Vox Hebræa PILEGVES, ſignificat ancillam viro iunctam abſque contractu & ſponſalibus. Tamẽ in Sacris literis erat vera vxor: vt de Cetura legimus, quæ vxor appellatur Gene. 25. a, Abrahã aliã duxit vxorẽ, nomine Ceturã. Eadẽ 1. Par. 1. c. dicitur cõcubina, Filij autẽ Ceturæ cõcubinæ Abrahã &c. Iudicũ cap. 19. a, Quidã vir Leuites habitãs in lateribus mõtis Ephraim, accepit ſibi vxorẽ concubinã de Beth-lehem Iuda. Paulo poſt, Dixit pater puellæ ad generum ſuum. Hic generum vocat eum qui concubinam illam acceperat. 19 ſub. quæ dicta eſt, hoc modo, in Mãre, quæ dicta eſt Cariath-arbe. 20 ideſt ſepultus eſt cum maioribus ſuis.

## CAP. XXXVI.

[Vxores Eſau. 1. Para. 1. c.]
[* Alias]

HAE ſunt autem generationes Eſau, ipſe eſt Edõ. 1
♀ Eſau accepit vxores de filiabus Chanaan: Ada 2
filiam Elon Hethæi, & Oolibamã filiã Anæ* filij

*HAE autẽ ſunt generationes* Eſau, *1 qui &* Edõ. Eſau
*duxerat vxores ſuas de filiabus* Chanaan, *nempe*
*2* Ada *filiã* Elõ Hithæi, *& 3* Aholibama *filiã* Ana *filiæ*
Zibeon

*Zibeon Hiuæi. Sed & Baſmath filiam Iſmael ſororem Nebaioth. Ada peperit ipſi Eſau Eliphas, & Baſmath peperit Rebuel. At Aholibama peperit Iehus, Ialam atque Corah. Et hi ſunt filij Eſau, qui nati ſunt ei in terra Chanaan. Tulit autem Eſau vxores ſuas, filios ſuos & filias ſuas, & 4 omnes animas domus ſuæ, pecora ſua, iumenta ſua, cunctamque poſſeſsionem ſuam quam comparauerat in terra Chanaan, & 5 abijt in terram 6 è regione fratris ſui Iacob. 7 Plurimæ enim facultates erant illis, nec poterant habitare ſimul: ſed nec terra quam incoluerant, ferre eos potuit propter pecora quæ habebant. Habitauit ergo Eſau in monte Seir, 8 Eſau autem eſt Edom. Iſtæ autem ſunt generationes Eſau 9 patris Edom 10 in monte Seir. Et iſta ſunt nomina filiorum Eſau, Eliphas filius Ada vxoris Eſau. Rebuel filius Baſmath vxoris Eſau. Filij Eliphas fuerunt Theman, Omar, Zepho, Gatham & Kenas. Porrò Thimna fuit pellex ipſius Eliphas filij Eſau, & peperit ipſi Eliphas Amalec. & hi ſunt filij Ada vxoris Eſau. Iſti verò fuerunt filij Rehuel, Nahath, Zera, Sāma & Miza. iſti fuerunt filij Baſmath vxoris Eſau. Iſti fuerunt filij Aholibama filiæ Ana, filiæ Zibeon vxoris Eſau, peperitque ipſi Eſau Iehus, Ialam & Kora. Iſti ſunt duces filiorum Eſau, [&] hi filij Eliphas primogeniti Eſau: Dux Themā, dux Omar, dux Zepho, dux Kenas, dux Korah, dux Gatham, dux Amalec. Iſti ſunt duces ex Eliphas in terra Edom, & hi ſunt filij Ada. Hi quoque ſunt filij Rehuel filij Eſau: dux Nahath, dux Zera, dux Sāma, dux Mizah. iſti ſunt inquam duces ex Rehuel in terra Edom, & hi ſunt filij Baſmath vxoris Eſau. Porrò iſti ſunt filij Aholibama vxoris Eſau, dux Iehus, dux Ialā, dux Korah. iſti ſunt duces ex Aholibama filia Ana vxore Eſau. Iſti itaque ſunt 11 filij Eſau, & hi duces eorum, 12 is eſt Edom. Iſti verò ſunt filij Seir Horæi, 13 qui habitauerant in terra, Lotam, Sobal, Zibeon, & Ana. Item Diſon, Ezer atque Diſan. & hi ſunt duces Horæi filij Seir in terra Edom. Fueruntque filij Lotan: Hori & Hemā. Soror verò Lotan Thimna. Et iſti filij Sobal: Aluan & Manahath, Ebal, Sepho, atque Onam. Iſti ſunt filij Zibeon & Aiath atque Ana. Hic eſt Ana qui inuenit 14 mulos in deſerto, quum paſceret aſinos patris ſui Zibeon. Et iſti ſunt filij Ana: Diſon, & Aholibama filia Ana. Hi verò ſunt filij Diſan: Hembdan, Eſban, Iithran atque Cheran. Iſti ſunt filij Ezer: Bilhan, Zahenan & Acan. Et hi filij Diſan: Viz & Aran. Hi duces Horæi, dux Lotan, dux Sobal, dux Zibeō, dux Anath, dux Diſon, dux Ezer, dux Diſan: iſti ſunt duces Horæi 15 ſecundum duces eorum in terra Seir. Iſti verò ſunt reges qui regnauerant in terra Edom antequam regnaret rex ſuper filios Iſrael. Regnauit autem in terra Edom, Bela filius Beor, & nomen ciuitatis ſuæ Dinhaba. Mortuo Bela, regnauit pro eo Iobab filius Zerah de Botzra. Cumque mortuus eſſet Iobab, regnauit pro eo Huſam de terra Theman. Mortuo Huſam regnauit pro eo Hadad filius Bedad, qui 16 percuſſit Midian in campo Moab: & nomen ciuitatis eius Auith. Hadad mortuo, regnauit pro eo Samla de Maſreca. Mortuo Samla, regnauit pro eo Saul 17 de Rehoboth fluuio. Mortuus verò eſt Saul, & regnauit pro eo Baal-hanan filius Achbor. Sed & Baal-hanan filius Achbor mortuus eſt, & regnauit pro eo Hadar: & nomen ciuitatis ſuæ Pahu, nomen verò vxoris ſuæ Mehetabeel, quæ fuit filia Matred filiæ Mezahab. 18 Hæc ergo ſunt nomina ducum Eſau iuxta familias ſuas, & iuxta loca ſua ſecundum nomina ſua. Dux Thimna, dux Aluah, dux Ietheth, dux Aholibama, dux Ela, dux Pinon, dux Kenatz, dux Theman, dux Mibzar, dux Magdiel, dux Iram. Iſti inquam ſunt duces Edom 19 iuxta habitationes ſuas in terra poſſeſsionis eorum. Ipſe eſt Eſau pater Edumæorum.*

Sebeō Heuæi: Baſemath quoque filiam Iſmael ſororem
4 Nabaioth. ♀ Peperit autem Ada, Eliphaz: Baſemath ge-
5 nuit Rahuel. ♀ Oolibama genuit Iehus & Ihelom & Co
6 re, hi filij Eſau qui nati ſunt ei in Terra-Chanaā. ♀ Tulit
autem Eſau vxores ſuas & filios & filias, & omnem ani-
mam domus ſuæ, & ſubſtantiam, & pecora, & cuncta quę
7 habere poterat in terra ♀ Chanaan: & abijt in alteram re-
8 gionem, receſsitque à fratre ſuo Iacob. ♀ Diuites enim
erant valde, & ſimul habitare non poterant: nec ſuſtine-
bat eos terra peregrinationis eorum pręmultitudine gre
gum. ♀ Habitauitque Eſau in Monte-Seir, ipſe eſt Edō.
9 ♀ Hæ autē ſunt generationes Eſau patris Edom in Mon-
10 te-Seir, ♀ & hæc nomina filiorū eius: Eliphaz filius Ada
vxoris Eſau: Rahuel quoq; filius Baſemath vxoris eius.
11 ♀ Fueruntq; Eliphaz filij: Theman, Omar, Sepho, & Ga
12 tham, & Cenez & Core. ♀ Erat autē Thamna, concubi-
na Eliphaz filij Eſau: quæ peperit ei Amalec. hi ſunt filij
13 Ada vxoris Eſau. ♀ Filij autem Rahuel: Nahath & Zara.
14 Samma & Meza. hi filij Baſemath vxoris Eſau. ♀ Iſti quo
que erant filij Oolibama filiæ Anæ filij Sebeon, vxoris
15 Eſau, quos genuit ei Iehus & Ihelom & Core. ♀ Hi duces
filiorum Eſau. Filij Eliphaz primogeniti Eſau: dux The
16 mā, dux Omar, dux Sepho, dux Cenez, ♀ dux Core, dux
Gatham, dux Amalec. hi filij Eliphaz in Terra-Edom,
17 & hi filij Ada. ♀ Hi quoque filij Rahuel filij Eſau: dux
Nahath, dux Zara, dux Sāma, dux Meza. hi autem du-
ces Rahuel in Terra-Edom: iſti filij Baſemath vxoris
18 Eſau. ♀ Hi autem filij Oolibama vxoris Eſau: dux Ie-
hus, dux Ihelom, dux Core. hi duces Oolibama filię Anę
19 vxoris Eſau. ♀ Iſti ſunt filij Eſau, & hi duces eorum: ipſe
20 eſt Edom. ♀ Iſti ſunt filij Seir Horræi, ᵃhabitatoris terræ:
Lotan & Sobal & Sebeom & Ana & Diſon & Aſer &
21 Diſan. ♀ hi duces Horræi, filij Seir in Terra-Edom. ♀ Fa
22 cti ſunt autem filij Lotan: Hori & Hemā. erat autem ſo-
23 ror Lotan, Thamna. ♀ Et iſti filij Sobal: Aluan & Mana-
24 hath & Ebal, & Sepho & Onam. ♀ Et hi filij Sebeō: Aia
& Ana. Iſte eſt Ana qui inuenit aquas calidas in ſolitudi
ne, cum paſceret aſinas Sebeon patris ſui. Habuitque fi-
25 lium Diſon, & filiā Oolibama. ♀ Et iſti filij Diſon: Ham-
26 dan & Eſeban & Iethran & Charan. ♀ Hi quoque filij
27 Eſer: Balaan & Zauan & Acan. ♀ Habuit autem filios
28 Diſan: Hus, & Arā. ♀ Hi duces Horræorum: dux Lo-
29 tan, dux Sobal, dux Sebeon, dux Ana, ♀ dux Diſon,
30 dux Eſer, dux Diſan: ♀ Iſti duces Horræorum qui im
31 perauerunt in Terra-Seir. ♀ Reges autem qui regna-
uerunt in Terra-Edom antequam haberent regem filij
32 Iſrael, fuerunt hi: ♀ Bela filius Beor, nomenque vr-
33 bis eius Denaba. ♀ Mortuus eſt autem Bela & regna-
34 uit pro eo Iobab filius Zaræ de Boſra. ♀ Cumque mor
tuus eſſet Iobab, regnauit pro eo Huſam de terra The-
35 manorum. ♀ Hoc quoque mortuo regnauit pro eo Adad
filius Badad, qui percuſsit Madian in Regione-Moab:
36 & nomen vrbis eius Auith. ♀ Cūq; mortuus eſſet Adad,
37 regnauit pro eo Senla de Maſreca. ♀ Hoc quoque mor
38 tuo regnauit pro eo Saul de fluuio Rohoboth. ♀ Cum-
que & hic obijſſet, ſucceſsit in regnum Balanan
39 filius Achobor. ♀ Iſto quoque mortuo regnauit
pro eo Adar, nomenque vrbis eius Phau: & appel-
labatur vxor eius Meetabel, filia Matred filiæ Me-
40 zaab. ♀ Hæc ergo nomina ducum Eſau in cogna-
41 tionibus & locis, & vocabulis ſuis: ♀ dux Thamna,
dux Alua, dux Ietheth, dux Oolibama, dux Ela,
42 dux Phinon, ♀ dux Cenez, dux Theman, dux Mab-
43 ſar, ♀ dux Magdiel, dux Hiram: hi duces Edom
habitantes in terra imperij ſui, ipſe eſt Eſau pater
Idumæorum.

Eſau habitat in monte Seir.

Eſau & Iacob diuites, ſup. 23. a

Generationes Eſau patris Idumæorum. 1. para. 1. c.

B

Amalec.

C

ᵃHabitatores.

D

CAP.



SCHOLIA IN CAP. XXXVI.

1 vel cognomētò Edō. Aut, qui alio nomine dicitur Edom. 2 Hæc cap. 26. g. dicitur Baſemath. 3 Hæc cap. 26. g. dicitur Iudith. ex hoc annotant Hebræi etiā mulieres habuiſſe interdū diuerſa nomina. 4 .i. omnes homines domus ſuæ, oēs domeſticos ſuos, ſiue familiares. 5 .i. longius ſiue vltra progreſſus eſt. Chaldæus paraph. ſubaudit (aliā.) Abijt in aliā terrā. 6 propter Iacob fratrē ſuum. 7 Quia opes eorū maiores erāt quā vt habitare poſſent ſimul. 8 .i. is Eſau, ille eſt qui cognomento dicitur Edom. 9 .i. qui fuit author & origo Idumæorū, à quo traxerunt originē Idumæi. 10 ſubaudi, habitantis. 11 Filios vocat nepotes, more Scripturæ. ſic Matthæi primo, Filij Dauid, filij Abrahā. 12 Ideſt, iſte Eſau alio nomine dicebatur Edō, à quo deſcenderūt Idumæi. 13 Heb. habitatores terræ. i. qui habitabant in ea regione. 14 .i. ipſe pater adinuenit quo modo procrearētur muli. eſt enim generatio artificialis, non naturalis: ex aſina enim & equo procreantur. 15 ſecundū duces ſuos in terra Seir. i. numerū ineundo eorum qui ex illis principes fuerūt & duces in terra Seir. 16 .i. Madianitas vicit. 17 Chaldæus paraphraſtes vertit, de Rohoboth quæ eſt ſuper Euphraten. 18 .i. Hæc ſunt nomina filiorū Eſau qui duces fuerūt & capita cognationū, qui habitauerūt in terra Edō, per cognationes ſuas & p regiones ſuas, ſecūdū nomina ſua. i. per loca ſibi aſsignata ī regiōib⁹ quas de nominib⁹ ſuis appellauerūt. 19 vel, per habitatiōes ſuas in terra poſſeſsiōis ſuæ. i. Hi duces Idumæorū, q habitauerūt ī Idumęa p regiōes ſuas. i. ī locis ſibi ad habitādū aſsignatis.

CAP. XXXVII.

Iacob terram Chanaan habitat.

HAbitauit autem Iacob in Terra-Chanaan, in 1
qua pater ſuus peregrinatus eſt. ♀ Et hæ ſunt 2
generationes eius: Ioſeph cum ſedecim eſſet an-
norum, paſcebat gregem cum fratribus ſuis adhuc puer:
Et erat cum filijs Balæ & Zelphæ vxorum patris ſui: ac-
cuſauitque fratres ſuos apud patrē crimine peſſimo. ♀ Iſ- 3
rael autem diligebat Ioſeph ſuper omnes filios, eo quòd
in ſenectute genuiſſet eum: fecitque ei tunicam polymi-
tam. ♀ Videntes autem fratres eius quod à patre plus 4
cunctis filijs amaretur, oderant eum, nec poterāt ei quic-
quam pacifice loqui. ♀ Accidit quoque vt viſum ſom- 5
nium referret fratribus ſuis, quæ cauſa maioris odij ſemi-
narium fuit. ♀ Dixitque Ioſeph ᵃfratribus ſuis, Audite 6
ſomnium meum quod vidi, ♀ Putabam nos ligare ma- 7
nipulos in agro: & quaſi conſurgere manipulum meum,
& ſtare, veſtroſque manipulos circunſtantes adorare ma
nipulum meum. ♀ Reſponderunt fratres eius, Nun- 8
quid rex noſter eris? aut ſubijciemur ditioni tuæ? Hæc er
go cauſa ſomniorum atque ſermonum, inuidiæ & odij fo
mitem miniſtrauit, ♀ Aliud quoque vidit ſomnium, 9
quod narrans fratribus, ait, Vidi per ſomnium quaſi ſo-
lem, & lunam, & ſtellas vndecim adorare me. ♀ Quod 10
cum patri ſuo, & fratribus retuliſſet, increpauit eum pa-
ter ſuus, & dixit, Quid ſibi vult hoc ſomnium quod vi-
diſti? num ego & mater tua, & fratres tui adorabimus te
ſuper terram? ♀ Inuidebant ei igitur fratres ſui: pater 11
verò rem tacitus conſiderabat. ♀ Cumque fratres il- 12
lius in paſcendis gregibus patris morarentur in Si-
chem, ♀ dixit ad eum Iſrael, Fratres tui paſcunt 13
oues in Sichimis: veni, mittam te ad eos. Quo reſpon-
dente, ♀ Præſto ſum: ait ei, Vade, & vide ſi cuncta pro- 14
ſpera ſint erga fratres tuos, & pecora, & renuntia mihi
quid agatur. Miſſus de Valle-Hebron, vênit in Sichem:
♀ inuenitque eum vir errantem in agro, & interrogauit 15
quid quæreret. ♀ At ille reſpondit, Fratres meos quæ- 16
ro, indica mihi vbi paſcant greges. ♀ Dixitque ei vir, 17
Receſſerunt de loco iſto: audiui autem eos dicentes, Ea-
mus in Dothain. Perrexit itaque Ioſeph poſt fratres ſuos,
& inuenit eos in Dothain. ♀ Qui cum vidiſſent eum 18
procul, antequam accederet ad eos, cogitauerunt illum
occidere. ♀ Et mutuo loquebantur, Ecce ſomniator ve 19
nit, ♀ venite occidamus eum, & mittamus in ciſternam 20
veterem: dicemuſque, Fera peſſima deuorauit eum. &
tunc apparebit quid illi proſint ſomnia ſua. ♀ Audiens 21
autem hoc Ruben, nitebatur liberare eum de manibus
eorum, & dicebat, ♀ Non interficiamus animam eius, 22
nec effundamus ſanguinem: ſed proijcite eum in ci-
ſternam ᵃ veterem, quæ eſt in ſolitudine, manuſque
veſtras ſeruate innoxias. hoc autem dicebat, volens eri-
pere eum de manibus eorum, & reddere patri ſuo. ♀ Cō 23
feſtim igitur vt peruênit ad fratres ſuos, nudauerunt eum
tunica talari, & polymita: ♀ miſeruntque eum in ciſter- 24
nam veterem, quæ non habebat aquam. ♀ Et ſedentes 25

Ioſeph accuſat fratres ſuos.

B

primum ſomnium Ioſeph.

ᵃad eos,

Alterum ſomnium Ioſeph.

C

D

Fratres Ioſeph conſultāt de eo occidendo.

E

Ruben eripit ipſum.

ᵃhanc,

Ioſeph mittitur in ciſternam.

CAP. XXXVII.

*IAcob autem habitauit in terra in qua pater eius incola fuerat., nempe in terra Chanaan. 1 Iſtæ ſunt generationes Iacob, Ioſeph quum eſſet natus annos decem & ſeptem, paſcebat oues cum fratribus ſuis, & ipſe puer 2 [agebat] cum filijs Bilha, atque cum filijs Zilpa vxorum patris ſui, 3 & deferebat Ioſeph infamiam eorum malam ad patrem eorum, Iſrael autem diligebat Ioſeph ſuper omnes filios ſuos, 4 quod natus eſſet ei in ſenectute ſua, & fecit ei 5 tunicam variam. Fratres autem eius quum animaduerterent quòd pater eorum amaret eum præ cunctis fratribus ſuis, odio proſequuti ſunt eum, nec poterant cum eo pacate loqui. Et Ioſeph ſomniauit ſomnium, quod cum fratribus narraſſet, plus odiſſe eum cœperunt. Dixit enim ad eos, Audite quæſo ſomnium iſtud quod ſomniaui. En colligabamus in agro 6 mergites, & ecce merges meus erectus ſtabat, mergites verò veſtri tanquam in gyro meum mergitem proni venerabantur. Cui dixerunt fratres eius, An ergo tu rex regnabis ſuper nos, & dominus nobis imperitabis? Hinc maius odium conceperunt aduerſus eum, idque propter inſomnia ſua, atque huiuſmodi ſermones. Rurſus verò aliud ſomnium ſomniauit, quod narrans fratribus ſuis, ait, En & hoc ſomnium ſomniaui, ſol & luna vnà cum vndecim ſtellis me proni venerabantur. Cùmque hoc retuliſſet patri ſuo, fratribuſque ſuis, increpauit eum pater ſuus, dixitque ei, Quid hoc ſomnij quod ſomniaſti? an ego & mater tua fratreſque tui veniemus, & coram te proni procidemus? AEmulati ſunt itaque eum fratres ſui, pater verò obſeruabat negotium iſtud. Abierunt autem fratres eius vt paſcerent gregem patris ſui in Sichem. Dixitque Iſrael ad Ioſeph, Annon fratres tui paſcunt in Sichem? agedum mittam te ad eos. Reſpondit, En præſto ſum. Dixitque ad eum, Vade quæſo, & 7 vide ſi recte habeant fratres tui, & ſi grex recte valeat, idque ad me refer. Miſit itaque eum de valle Hebron, & venit in Sichem. Reperit autem eum vir quidam errantem in campo, interrogabatque eum, Quid quæris? Reſpondit, Fratres meos quæro: indica quæſo mihi vbi paſcant. Et dixit vir ille, Profecti ſunt hinc: audiui enim eos dicentes, Abeamus in Dothan. Inſequutus eſt ergo Ioſeph fratres ſuos, & inuenit eos in Dothan. Videntes autem eum procul antequam acceſsiſſet eos, machinati ſunt ei necem, dixitque alter ad alterum, En magiſter iſte ſomniorum venit: adeſte, occidamus eum, & demittamus eum 8 in puteum aliquem, dicemuſque, Beſtia mala eum deuorauit, & videbimus 9 qualiter cadant ſomnia eius. Audiens hoc Ruben, conatus eſt eum liberare ex eorum manu, & dixit, 10 Ne vitam ei eripiamus. Et rurſum dixit ad eos Ruben, Ne ſanguinem effuderitis, ſed demittite eum in hanc ciſternam, quæ eſt in ſolitudine, & manum ne inferatis ei: [hoc nempe conſilio] vt eriperet eum ex illorum manu, & reſtitueret eū patri ſuo. Cūq; veniſſet Ioſeph ad fratres ſuos, 11 nudauerūt eū tunica ſua, tunica illa varia qua erat indut⁹. Et arripiētes eū, demiſerūt eū 12 ī ciſternā vacuā ī qua nō erat aqua. Ipſi verò*

D

*conſidunt*

*conſidunt ad edendum cibum:& cum attollerent oculos, vide*
*runt in via 13 Iſmaelitas venientes è Gilead, quorum ca-*
*meli ferebant 14 aromata, reſinam & ſtacten: ibant autem*
*vt deportarent hæc in* AEgyptum *. Et dixit* Iuda *ad fratres*
*ſuos, Quid lucri, ſi fratrem noſtrum occiderimus, & 15 ſan-*
*guinē eius obtexerimus? Adeſte, vendamus eum* Iſmaelitis, *nec*
*inferamus nos ei manus: frater enim noſter eſt & caro noſtra.*
*Et 16 audierunt eum fratres eius. Cumque præterirent Ma-*
*dianitæ negotiatores, extracto & ſublato* Ioſeph *è ciſterna, vē*
*diderunt eum* Iſmaelitis *viginti [ſiclis] argenti, qui duxerunt*
*eum in* AEgyptum. *Et reuerſus eſt* Ruben *ad ciſternam, &*
*ecce* Ioſeph *non erat in ciſterna: conſcidit ergo veſtem ſuam.*
*Et reuerſus ad fratres ſuos, dixit, Puer nuſpiam comparet, &*
*ego quò ibo? Tulerunt itaque tunicam* Ioſeph *, & mactantes*
*hædum ex capris, tinxerunt tunicam ſanguine. Miſerunt au-*
*tem tunicam illam variam, tuleruntque eam ad patrem ſuū,*
*dicentes, Hoc inuenimus: dignoſce quæſo, tunica filij tui ſit, an*
*non. Et agnouit eam, dixitq́;, Tunica filij mei eſt, beſtia mala*
*deuorauit eum, omnino laceratus eſt* Ioſeph: *conſciſſiſque ve-*
*ſtimentis ſuis, impoſuit ſaccum lumbis ſuis, 17 ſeque diſcru-*
*cians filij ſui cauſa, idque multis diebus. Surrexerunt verò om*
*nes filij eius cunctæq́; filiæ eius, vt eum conſolarētur, at noluit*
*conſolationem admittere: dixitq́;, Quin lugens deſcendam ad*
*filium meum in 18 ſepulchrum: fleuitq́; ſuper eum pater ſuus.*
*Porrò* Madianitæ *vendiderunt eum in* AEgyptum Potiphari
*19 cubiculario* Pharaonis, *20 capitalium rerum præfecto.*

vt comederēt panem, viderunt Iſmaelitas viatores ve- F
nire de Galaad, & camelos eorum portantes aromata,
26 & reſinam, & ſtacten in AEgyptum. ♀ Dixit ergo Iu- Iudæ cōſilio vēditur Iſmaelitis.
das fratribus ſuis, Quid nobis prodeſt ſi occiderimus
27 fratrem noſtrum, & celauerimus ſanguinem ipſius? ♀ Me
lius eſt vt venundetur Iſmaelitis, & manus noſtræ non
polluantur: frater enim, & caro noſtra eſt. Acquieue-
28 runt fratres ſermonibus illius. ♀ Et prætereuntibus Ma Sapien. 10. c. Pſal. 104. b.
dianitis negotiatoribus, extrahentes eum de ciſterna; vē
diderunt eum Iſmaelitis" triginta argenteis: qui duxe- "viginti
29 runt eum in AEgyptum. ♀ Reuerſuſque Ruben ad ci-
30 ſternam, non inuenit puerum: ♀ & ſciſsis veſtibus per-
gens ad fratres ſuos, ait, Puer non compâret, & ego quò G
31 ibo? ♀ Tulerunt autem tunicam eius, & in ſanguinem Veſtis Ioſeph tincta in ſanguine hœdi fertur ad patrem.
32 hœdi quem occiderant, tinxerunt: ♀ mittentes qui
ferrent ad patrem, & dicerent, Hanc inuenimus: vide
33 vtrum tunica filij tui ſit, an non. ♀ Quam cum" cogno "agnouiſſet
uiſſet pater, ait, Tunica filij mei eſt, fera peſsima comēdit
34 eum, beſtia deuorauit Ioſeph. ♀ Sciſsiſque veſtibus, in-
35 dutus eſt cilicio, lugens filium ſuum multo tempore. ♀ Cō Iacob luget filium Ioſeph.
gregatis autem cunctis liberis eius vt lenirent dolorem
patris, noluit conſolationem accipere: ſed ait, Deſcen-
dam ad filium meum lugens in infernum. Et illo per-
36 ſeuerante in fletu, ♀ Madianitæ vendiderunt Ioſeph Phutiphari Ioſeph vēditur.
in AEgypto Phutiphari eunucho Pharaonis magiſtro mi
litum.

## SCHOLIA IN CAP. XXXVII.

1 Et hæc ſunt quæ euenerunt ipſi Iacob. Ita debet verti. Quidam putant referri debere ad generationem: verum minus rectè. 2 Chaldæus paraph. enutriebatur. 3 Heb. retulitque ſermonem ipſorum malum patri ſuo. Id eſt, conqueſtus eſt apud patrem ſuum de probris quibus afficiebant eum fratres eius. 4 Hebr. eo quod filius ſenectutis eius eſſet, ideſt, quem in ſenectute genuiſſet. Quidam minus rectè exponunt, quod delectaretur eo in ſenectute. Chaldæus paraphraſtes, quod ſenilem prudentiam referret. 5 Id eſt, tunicam figuratam, & pictam, multorumq́ue colorum: hoc eſt, ex varijs licijs confectam. 6 manipulos. ita in ſequentibus. 7 Heb. vide pacem fratrum tuorum, & pacē pecorum, ideſt, quo pacto valeant fratres tui, & quo pacto ſe habeant oues. 8 Heb. in vnam ciſternarum. 9 Heb. quid erunt, &c. Chaldæus paraph. vertit, Et videbimus quis erit finis ſomniorum eius, ideſt, euentum ſomniorum eius. 10 Heb. Ne percutiamus eum (ſub. percuſsione) animæ, id eſt, ne occidamus eum. 11 induſerunt vt Ioſeph exueret tunicam ſuam, tunicam illam compoſitam ex varijs particulis variorum pannorum qua tegebatur. 12 in ciſternam, ciſternam inquam vacuam. 13 turmam Iſmaelitarum venientem. 14 vel, opobalſamum, ceram, & lachrymam myrrhæ. 15 ideſt, occultauerimus mortem eius? 16 vel, acquieuerunt ei. 17 luxitque. 18 vel, foſſam, ideſt, filio meo mortuo, non poſſum amplius viuere. 19 vel, principi. 20 vel, principi laniorum. Hic Phutiphar princeps laniorum vocatur, quod is præfectus eſſet coquis & pecorum mactatoribus, quos Pharao habuit in aula ſua. Alij vero Chaldæum paraph. ſequentes, putant illum principem fuiſſe ſicariorum atque militum. LXX. verterunt, magiſtro coquorum.

## CAP. XXXVIII.

C*1 Ontigit illo tempore vt* Iuda *2 deſcenderet à*
*fratribus, & diuerteret ad quendam Adulamitem,*
Hiram *nomine. Vidit ibidem* Iuda *filiam cuiuſdam*
*3 negotiatoris qui vocabatur* Sua, *& 4 ducens eam, in-*
*greſſus eſt ad eam. Concipiens illa peperit filium, 5 voca-*
*tumque eſt nomen eius* Er. *Rurſum vero concipiens peperit fi-*
*lium, 6 vocauitque nomen eius* Onan. *Peperit vltra filium,*
*quem 6 vocauit* Sela, *7 & fuit ipſe in 8* Chezib *cum*
*illa hunc pareret. Accepit autem* Iuda *vxorem primogenito*
*ſuo* Er, *nomine* Thamar *. Et fuit* Er *primogenitus* Iuda *9*
*malus coram oculis* Domini, *& interfecit eum* Dominus *. Di-*
*xit ergo* Iuda *ad* Onan, *Ingredere ad vxorem fratris tui, &*
*duc eam vxorem, vt 10 exuſcites ſemen fratri tuo. Sciens*
*vero* Onan *11 quod ſemen non eſſet ei futurum ſi ingrede-*
*retur ad vxorem fratris ſui, 12 diſperdidit ad terram, 13*
*ne daret ſemen fratri ſuo. Diſplicuit hæc res quam fecerat* Do
*mino: idcirco & hunc occidit. Dixit itaque* Iuda *ad* Thamar
*nurum ſuam, Mane vidua in domo patris tui, donec* Sela *filius*
*meus adoleſcat. 14 idque eo conſilio, ne & iſte quemadmo*
*dum fratres ſui, moreretur. Abijt ergo* Thamar, *& man-*
*ſit in domo patris ſui. Cumque multi dies præterijſſent,*
*moritur filia* Sua *vxor* Iudæ *: qui conſolatione accepta,*
*aſcendit ad tonſores ouium ſuarum in* Thimnath *, ipſe*
*&* Hiram *amicus eius* Adulamites. *Nuntiatum verò eſt ipſi*

## CAP. XXXVIII.

1 EOdem tempore deſcendens Iudas à fratribus ſuis,
diuertit ad virum Odollamiten, nomine Hiram. Coniugium Iudæ.
2 ♀ Viditque ibi filiam hominis Chananæi, vocabu-
3 lo Sua: & accepta vxore, ingreſſus eſt ad eā. ♀ Quæ cō 1. Par. 2. a.
4 cepit, & peperit filium, & vocauit nomen eius Her. ♀ Rur Her.
ſumq́ue concepto fœtu, natum filium vocauit Onan. Onan.
5 ♀ Tertium quoque peperit: quem appellauit Sela, quo Sela.
6 nato, parere vltra ceſſauit. ♀ Dedit autem Iudas vxo- Her ducit vxorē Thamar.
7 rem primogenito ſuo Her, nomine Thamar. ♀ Fuitquo B
q́ue Her primogenitus Iudæ, nequam in conſpectu Do- Num. 26. c.
8 mini: & ideo ab eo occiſus eſt. ♀ Dixit ergo Iudas ad Her moritur.
Onan filium ſuum, Ingredere ad vxorem fratris tui, &
9 ſociare illi: vt ſuſcites ſemen fratri tuo. ♀ Ille ſciens nō na
ſci ſibi filios, introiens ad vxorem fratris ſui, ſemen fun-
10 debat in terram: ne liberi, fratris nomine naſcerentur. ♀ Et Onan inuidus percutitur à Domino.
idcirco percuſsit eum Dominus, eo quod rem deteſtabi-
11 lem faceret. ♀ Quam ob rem dixit Iudas Thamar nu-
rui ſuæ, Eſto vidua in domo patris tui, donec creſcat Se- Thamar vidua moratur apud patrem.
la filius meus. timebat enim ne & ipſe moreretur, ſi-
cut fratres eius. Quæ abijt, & habitauit in domo patris ſui. C
12 ♀ Euolutis autem multis annis mortua eſt" Sua vxor Iu Iudas, mortua vxore, exit ad tōdendas oues.
dæ: qui poſt luctum conſolatione ſuſcepta aſcendebat "filia Suæ
ad tonſores ouium ſuarum, ipſe & Hiras opilio gre-
13 gis Odollamites, in Thamnas. ♀ Nuntiatumq́ue eſt
Thamar



Thamar quòd ſocer illius aſcenderet in Thamnas ad tō
dendas oues. ♀ Quæ depoſitis viduitatis veſtibus aſ- 14
ſumpſit theriſtrum: & mutato habitu ſedit in biuio itine-
ris, quod ducit Thamnam: eo quod creuiſſet Sela, & non
D eum accepiſſet maritum. ♀ Quam cum vidiſſet Iudas, 15
Inceſtus Iudæ cum Thamar nuru ſua.
ſuſpicatus eſt eſſe meretricē: operuerat enim vultū ſuum,
ne agnoſceretur. ♀ Ingredienſque ad eam ait, Dimitte 16
me vt coeam tecum, neſciebat enim quod nurus ſua eſ-
ſet. Qua reſpondente, Quid dabis mihi, vt fruaris concu-
bitu meo? ♀ Dixit, Mittam tibi hœdum de gregibus. 17
Rurſumq́ue illa dicente, Patiar quod vis, ſi dederis mihi
arrhabônem, donec mittas quod polliceris. ♀ Ait Iu- 18
das, Quid tibi vis pro arrhabône dari? Reſpondit, Annu
lum tuum, & armillam, & baculum quem manu tenes. Ad
vnum igitur coitum mulier concepit. ♀ Et ſurgens abijt: 19
E depoſitoq́ue habitu quem ſumpſerat, induta eſt viduita-
tis veſtibus. ♀ Miſit autem Iudas hœdum per paſtorem 20
ſuum Odollamitem, vt reciperet pignus quod dederat mu
lieri: qui cum non inueniſſet eam, ♀ interrogauit homi- 21
nes loci illius, Vbi eſt mulier quæ ſedebat in biuio? Re-
ſpondentibus cunctis, Non fuit in loco iſto meretrix:
♀ reuerſus eſt ad Iudam, & dixit ei, Non inueni eam: ſed 22
& homines loci illius dixerunt mihi nunquam ſediſſe ibi
F ſcortum. ♀ Ait Iudas, Habeat ſibi, certè mendacij argue- 23
re nos non poteſt: ego miſi hœdum quem promiſeram,
& tu non inueniſti eam. ♀ Ecce autem poſt tres men- 24
Iudas nurū ſuā ſtupri accuſatā, comburi iubet: poſtea culpam agnoſcit.
ſes nuntiauerunt Iudæ, dicentes, Fornicata eſt Thamar
nurus tua, & videtur vterus illius intumeſcere. Dixitq́ue
Iudas, Producite eam vt comburatur. ♀ Quæ cum du- 25
ceretur ad pœnam, miſit ad ſocerum ſuum, dicens, De vi
ro cuius hæc ſunt, concepi: cognoſce cuius ſit annulus, &
armilla, & baculus. ♀ Qui agnitis muneribus ait, Iuſtior 26
G me eſt: quia non tradidi eam Sela filio meo. attamen vl-
Parit Thamar geminos. Matt. 1. a.
tra non cognouit eam. ♀ Inſtante autem partu, appa- 27
ruerunt gemini in vtero: atque in ipſa effuſione infan-
tium vnus protulit manum, in qua obſtetrix ligauit coc- 28
cinum, dicens, ♀ Iſte egredietur prior. ♀ Illo verò re- 29
trahente manum egreſſus eſt alter, dixitq́ue mulier,
Quare diuiſa eſt propter te maceria? & ob hanc cauſam
Phares. 1. Paralip. 2. a.
vocauit nomen eius Phares. ♀ Poſtea egreſſus eſt fra- 30
ter eius, in cuius manu erat coccinū: quē appellauit Zara.
Zara.

*Thamar in hanc formam. Ecce ſocer tuus aſcendit in* Thim-
nath, *vt tondeat oues ſuas. Illa verò à ſe depoſitis veſtimentis*
*viduitatis ſuæ, obtexit atque 15 obduxit ſe peplo, 16 &*
*conſedit ad biuium, in propatulo qua itur* Thimnatath *. Vi-*
*derat enim adoleuiſſe* Selam *, neque ſe datam illi vxorem.*
*Quam cum vidiſſet* Iuda, *exiſtimauit eam eſſe meretricem:*
*operuerat enim faciem ſuam. Declinans ergo ad eam è via, di*
*xit, Age, ſine quæſo ad te ingrediar (neſciebat enim quod nu-*
*rus ſua eſſet.) Illa verò reſpondit, Quid dabis mihi, 17 ſi*
*ad me vis ingredi? Qui dixit, Mittam ex grege hædum ca-*
*prarum. Ait illa, Annon pignus mihi dabis donec mittas? Qui*
*ait, Qualenam pignus darem tibi? Illa reſpondit, Annulum*
*tuum, 18 faſciam tuam, atque baculum quem manu ge-*
*ſtas. Dans itaque ei, ingreſſus eſt ad eam, & concepit*
*ex eo. Et [illa] ſurgens abijt, 19 poſitoque peplo ſuo, in-*
*duit veſtimenta viduitatis ſuæ. Miſit autem* Iuda *hædum ex*
*capris per manum amici ſui* Adulamitæ *, vt reciperet pignus*
*de manu mulieris; at ille non inuenit eam. Interrogauit*
*ergo homines loci illius hiſce verbis, Vbi eſt illa mere-*
*trix, quæ [ſedebat] 20 in propatulo ad viam? Illi re-*
*ſponderunt, Nulla fuit hic meretrix. Reuerſus eſt igi-*
*tur ad* Iudam *, dixitque illi, Non inueni eam: ſed &*
*homines iſtius loci dixerunt nullam fuiſſe illic meretricem.*
*Et dixit* Iudas, *Sibi ſeruet, 21 ne & nos pudefiamus: en mi-*
*ſi hædum hunc, & non inueniſti eam. Poſt tres fermè men-*
*ſes, nuntiatum eſt* Iudæ *tale nuntium,* Thamar *nurus tua*
*ſcortata eſt, & ecce ex ſcortatione concepit etiam.* Iudas
*ait, Educite eam, vt comburatur, Cùmque educeretur, mi-*
*ſit ad ſocerum ſuum hiſce verbis, E viro cuius hæc ſunt, gra-*
*uida ſum. Addiditque, Dignoſce quæſo cuius ſit hic annu-*
*lus, hæc faſcia, & baculus iſte. Et agnouit* Iudas, *&*
*dixit, Iuſtior me eſt: 22 eo quod non dederim eam filio*
*meo* Sela. *neque vltra cognouit eam. 23 Cùmque adue-*
*niſſet tempus vt pareret ipſa, gemelli erant in vtero eius, &*
*in pariendo vnus manum exeruit. qua arrepta obſtetrix, coc-*
*cino filo circumligabat, dicens, Is primus egreſſus eſt. Conti-*
*git autem vt is manum ſuam retraheret, & egrederetur fra-*
*ter eius, dixitque illa, 24 Cur rupiſti tibi rupturam? Et*
*vocatum eſt nomen eius* Paretz. *Poſtea egreſſus eſt frater eius,*
*in cuius manu filum coccinum erat, & vocatum eſt nomen*
*eius* Zarah.

## SCHOLIA IN CAP. XXXVIII.

1 Vel, Sub id tempus. Dicunt enim Hebræi id accidiſſe ante venditionem Ioſeph. 2 Deſcenderet, inquit: quia declinauit verſus plagam Meridionalem. Latinè ſic redderetur, Sub id tempus, Iudas relictis fratribus ſuis diuertit ad, &c. 3 ita vertit Chaldæus paraph. alij vertunt, Chananæi. 4 vel accipiens eam in vxorem. 5 vocauitq́ue, ſcilicet Iudas. 6 illa ſcilicet. eſt enim verbum fœmininum apud Hebræos. 7 vel, & erat. 8 vrbs eſt Paleſtinæ. 9 ideſt nota fuit Domino malitia ei9, & illi diſplicuit. Hoc eſt, fuit inſigniter malus, & nequiſsimus. 10 .i. inſtaures poſteritatē fratri tuo. Hoc eſt, procrees liberos qui cenſebuntur filij fratris tui, & de nomine eius vocabuntur. 11 vel, quod non futurum eſſet ſuum ſemen quum ingrederetur. Chaldæus paraphraſtes vertit, Quod ſuo nomine non vocaretur ſemen .i. filius quem procreaturus eſſet. 12 Heb. corrumpebat .i. deijciebat ſemen genitale in terram. 13 i. ne procrearet liberos qui vocarentur de nomine fratris ſui defuncti. 14 Heb. dicebat enim (ſubaudi, non dabo filium,) ne forte & ipſe moriatur. 15 occultauit. vel, celauit. 16 & ſedit in porta Enaim, quæ eſt iuxta iter quo, &c. alij vertunt, Et ſedit in oſtio fontium quod illic eſſent duo fontes. Chaldæus paraph. in diuiſione oculorum .i. biuio: quod in biuio ſoleamus diuertere, oculos in duas partes. vel, in oſtio oculorum .i. in propatulo, vbi freq̄ues erat euntium & redeūtium tranſitus. 17 vt ingrediaris ad me? 18 Vox Hebræa accipitur à quibuſdam etiam Hebræis pro tegmine capitis: ab alijs pro quodam genere veſtis, & pallio, vel peplo. 19 vel, remotoq́ue velo ſuo. 20 in Enaim iuxta viam? Vide annotationem paulo præcedentem. 21 ne forte ſimus in contemptum: ideſt, ne res iſta quam feci, & quæ turpis eſt, publicetur, ſimuſq́; cōtemptui. 22 Subaudi, hoc fecit, quia, &c. 23 Factum eſt autem: tempore quo pariebat (ecce vero in vtero eius gemelli erant) quū inquam pareret, accidit vt (vnus) proferret manum. Parentheſis illa, Ecce verò, verti etiam poteſt, Habebat autem gemellos in vtero ſuo. 24 vel, Quare rupiſti ſuper te rupturam? id eſt, cur membranam qua operiebaris, rupiſti, vt prodires ante fratrem tuum? Hoc eſt, cur ruptis ſecundis prior egreſſus es, & anteuertiſti fratri tuo? Verba ſunt matris aut obſtetricis ægrè ferentis præreptum eſſe Zaræ à Phares exitum ex vtero. Vox Hebræa PERES, pro qua vertimus rupturam, hoc loco ſignificat ſecundas, quod illis perruptis & diuiſis prodire ſoleat infans.

## CAP. XXXIX.

Vēditur Ioſeph Phutiphari.
IGitur Ioſeph ductus eſt in AEgyptum, emitq́ue eum 1
Phutiphar eunuchus Pharaonis, princeps exercitus
ſui, vir AEgyptius, de manu Iſmaelitarum, à quibus
perductus erat. ♀ Fuitq́ue Dominus cum eo, & erat vir 2
Deus eſt cū Ioſeph.
in cunctis proſpere agens: habitauitq́ue in domo domini
ſui, ♀ qui optimè nouerat Dominum eſſe cum eo, & om 3
nia quæ gereret, ab eo dirigi in manu illius. ♀ Inuenit- 4
q́ue Ioſeph gratiam coram domino ſuo, & miniſtrabat ei:
à quo præpoſitus omnibus gubernabat creditam ſibi

## CAP. XXXIX.

P*Orrò* Ioſeph *deductus eſt in* AEgyptum, *emitq́; eum* Po
tiphar *1 cubicularius* Pharaonis, *2 præfectus rerum*
*capitalium, vir* AEgyptiacus: *[emit eum inquā] de ma-*
*nu* Iſmaelitarū, *qui abduxerāt eū illuc. Et* Dn̄s *affuit ipſi* Io-
ſeph, *3 vt eſſet vir cui omnia proſpere caderent, eratq́; in do-*
*mo domini ſui* AEgypti. *Cùmq́; videret herus eius quod* Dn̄s
*adeſſet ei, quodq́;* Dn̄s *cuncta quæ gerebat* Ioſeph, *ſub manu*
*eius fortunaret: nactus eſt* Ioſeph *gratiam coram domino ſuo,*
*ſeruiuitque ei: præfecitque eum domui ſuæ, tradēs ſub manum*

*eius quæcunq; habebat. Ab eo ergo tēpore, quo cũ domui ſuæ & omnibus rebus ſuis præfecerat, Dominus domum AEgyptij propter Ioſeph fortunauit: quin quidquid habebat, ſiue domi ſiue ruri, fœcundum reddidit Dominus. Reliquit igitur quæcũque habebat, in manu Ioſeph: 4 nec quicquã cum eo nouerat, niſi cibũ quē edebat. Erat autē Ioſeph eleganti forma & pulchro aſpectu. Factũ eſt autē poſt hæc, vt vxor heri ſui iniectis in Ioſeph oculis, diceret, Dormi mecũ. Qui renuens ait ad vxorē heri ſui, En herus meus mecũ nihil nouit earũ rerũ 5 quæ in domo gerũtur: quin cũcta quæ habet, in manũ meã concredidit. Nõ eſt maior me quiſpiã in hac domo, nec 6 excepit à me quidquã præter te, eo quòd tu vxor illius es: quomodo igitur deſignarē ingens hoc flagitiũ, vt peccē & in Deũ? Cũq; [ſic] quotidie cũ Ioſeph loqueretur, 7 ipſe tamen eam non audit, nec dormire vult cũ ea, imò nec cũ ea eſſe. Cõtigit ergo quodã die, vt domum veniret, 8 faceretque opus ſuum, nec eſſet quiſpiã 9 ex familiaribus in domo: Illa apprehēdit eũ veſte ei⁹ dicēs, Dormi mecum, qui relicta veſte ſua in manu illius, fugit, & egreſſus eſt foras. Cum verò illa vidiſſet quod reliquiſſet veſtē ſuã in manu eius, fugiſſetq; foras, vocauit domeſticos ſuos, dixitq; ad eos, En 10 introduxit ad nos virũ Hebræũ, vt nobis illuderet: [nã] venit ad me vt mecũ dormiret, ego verò ſublata voce clamaui. Cũq; is audiret me attollere vocē & clamare, veſte ſua apud me relicta fugit, & egreſſus eſt. Et collocauit veſtem eius apud ſeſe, donec veniret herus eius domum ſuã. Tũc loquuta eſt ad eum hiſce verbis, Venit ad me ſeruus Hebræus, quem adduxiſti nobis vt illuderet mihi. Quum verò ſuſtuliſſem vocem meam & clamarem, relicta veſte ſua apud me, fugit foras. Audiens verò dominus eius verba vxoris ſuæ, quæ ad illum erat loquuta, nempe, ſic fecit mihi ſeruus tuus: excanduit ira eius. Tollenſq; herus Ioſeph, coniecit eum 11 in carcerem, in eum locum vbi vincti regis 12 concluſi tenebantur: & Ioſeph fuit illic in carcere. At Dominus aderat ipſi Ioſeph, & inclinauit ad eum 13 beneficentiam, 14 & dedit illi vt fauore eũ proſequeretur ergaſtularius. Et tradidit præfectus carceris vniuerſos vinctos qui in carcere erant, ſub manũ Ioſeph: & 15 quidquid ibidem faciebant, ipſe faciebat. 16 Nihil curæ gerebat præfectus carceris manu ſua, quandoquidē dñs aderat ipſi Ioſeph: & quidquid faciebat ipſe, 17 fortunauit dñs.*

5 domum, & vniuerſa quæ ei tradita fuerant: ♀ benedixit-
que Dominus domui AEgyptij propter Ioſeph, & multi
plicauit tam in ædibus quàm in agris cunctam eius ſub-
6 ſtantiam. ♀ nec quidquam aliud nouerat, niſi panem quo
veſcebatur. Erat autem Ioſeph pulchra facie, & decôrus
7 aſpectu. ♀ Poſt multos itaque dies iniecit domina ſua ocu
8 los ſuos in Ioſeph, & ait, Dormi mecum. ♀ Qui nequa-
quam acquieſcens operi nephario, dixit ad eam, Ecce do
minus meus omnibus mihi traditis ignorat quid habeat
9 in domo ſua: ♀ nec quicquam eſt quod non in mea ſit
poteſtate, vel non tradiderit mihi, præter te, quæ vxor
eius es, quomodo ergo poſſum hoc malum facere, &
10 peccare in *Dominum meum? ♀ Huiuſcemodi verbis
per ſingulos dies* & mulier moleſta erat adoleſcenti, &
11 ille recuſabat ſtuprum. ♀ Accidit autem quadam die vt
intraret Ioſeph domum, & operis quippiam abſque ar-
12 bitris faceret: ♀ & illa, apprehenſa laſcinia veſtimenti
eius, diceret, Dormi mecum. Qui relicto in manu eius
13 pallio, fugit, & egreſſus eſt foras. ♀ Cumque vidiſſet
mulier veſtem in manibus ſuis, & ſe eſſe contemptam,
14 ♀ vocauit ad ſe homines domus ſuæ, & ait ad eos, En in-
troduxit virum Hebrẹum, vt illuderet nobis: ingreſſus eſt
ad me, vt coiret mecum: cumque ego ſucclamaſ-
15 ſem, ♀ & audiſſet vocem meam, reliquit pallium quod
16 tenebat, & fugit foras. ♀ In argumentum ergo fidei
retentum pallium oſtendit marito reuertenti domum,
17 ♀ & ait, Ingreſſus eſt ad me ſeruus Hebræus quem ad-
18 duxiſti, vt illuderet mihi: ♀ cumque audiſſet me cla-
mare, reliquit pallium quod tenebam, & fugit foras.
19 ♀ His auditis dominus, & nimium credulus verbis con-
20 iugis, iratus eſt valde, ♀ tradiditque Ioſeph in carcerem,
21 vbi vincti regis cuſtodiebantur, & erat ibi clauſus. ♀ Fuit
autem Dominus cum Ioſeph, & miſertus eſt illius: &
22 dedit ei gratiam in conſpectu principis carceris. ♀ Qui
tradidit in manu illius vniuerſos vinctos qui in cu-
ſtodia tenebantur: & quicquid fiebat, ſub ipſo e-
23 rat. ♀ Nec nouerat aliquid cunctis ei creditis: Do-
minus enim erat cum illo, & omnia opera eius diri-
gebat.

Deus benedicit ipſi Phutiphar B propter Ioſeph.

Ioſeph denegat dominæ ſuæ ſtuprum.

*Deum?

*loquebatur, C

Ioſeph falſo accuſatus ſtupri à domina ſua, incarceratur.

D

Miſeretur ipſi Ioſeph Deus. Pſal. 104. b.

## SCHOLIA IN CAP. XXXIX.

1 Vel, princeps. 2 vel, princeps laniorum. Vide poſtremam annotationem capitis triceſimi ſeptimi. 3 Heb. erat enim vir fœlix. Vel, proſpere agens. 4 Ideſt, Nullam rationem reddebat Ioſeph domino ſuo, nec herus ipſe ſua curabat, ſed omnia fideli miniſtro committebat, nulla re alia ſolicitus, quàm de edendo & bibendo. 5 Hebr. quæ ſunt in domo, ideſt, nihil ſolicitus eſt de rebus ſuis domeſticis delegata mihi omni cura. 6 Heb. prohibuit mihi, ideſt, ſummouit à me, ſiue excepit, &c. 7 Heb. nec parêret ei vt cum ea dormiret, & cum ipſa eſſet. Factum eſt inquam ſecundum hanc diem, vt domum, &c. Secundum diem hanc, Hebraiſmus, ideſt, eadem die. Ideſt ſimili huic diei & ei reſpondente, qua ſcilicet cœperat ſolicitare Ioſeph. Alij intelligunt, tranſacta hebdomade, vel menſe, vel anno. 8 vt faceret. 9 Heb. ex viris domus illic, ideſt, ex domeſticis. 10 adduxit nobis. 11 Heb. in domum carceris. 12 vinciebantur, vel, vincti erant. 13 gratiam ſuam. Vel, miſericordiam ſuam. 14 Heb. & poſuit gratiam eius in oculis principis domus carceris, ideſt, reddidit illum gratioſum & charum apud præfectum carceris. 15 ideſt, quæcunque erant facienda, ipſe faciebat. 16 Heb. Non erat princeps domus carceris aſpiciens quicquam in manu eius, eo quod, &c. ideſt, non exigebat rationem cuiuſquam rei quam ille faciebat: eo quod, &c. 17 ſecundabat. vel, dirigebat.

## CAP. XL.

*POſt hæc geſta contigit vt regis AEgyptij 1 pocillator & piſtor peccarēt aduerſus dñm ſuũ, regē ſcilicet AEgypti, Iratuſq; eſt Pharao aduerſus 2 duos p̃fectos, nēpe aduerſus p̃fectũ pocillatorũ, & aduerſus præfectũ piſtorũ. Et cõiecit eos in carcerē, in domũ videlicet magiſtri 3 ſuppliciorũ, in eũ carcerē in quo Ioſeph vinctus tenebatur. Et p̃fectus 3 rerũ capitaliũ præfecit illis Ioſeph, qui & miniſtrabat eis, fuerũtq; 4 aliquot dies ĩ carcere. Sõniarũt vero vterq; ſomniũ, quiſq; ſuũ ſomniũ eadē nocte, & quiſq; 5 iuxta interp̃tationē ſomnij ſui, pocillator ſcilicet & piſtor regis AEgyptij, qui vĩcti tenebãtur ĩ carcere. Et veniēs ad eos Ioſeph mane cõtēplatus eſt eos, & erãt 6 cõſternati. Percõtat⁹ eſt itaq; p̃fectos Pharaõis, qui ſecũ erãt ĩ carcere dñi ſui, hiſceverbis, Cur 7 triſtis eſt vult⁹ veſter hodie? Qui reſpõderũt ei, Sõniũ ſõniauim⁹, nec eſt qui ĩterp̃tetur.*

1 HIs itaque geſtis accidit vt peccarent duo eu-
nuchi, pincerna regis AEgypti, & piſtor do-
2 mino ſuo. ♀ Iratuſque contra eos Pharao
3 (nam alter pincernis præerat, alter piſtoribus) ♀ mi-
ſit eos in carcerem principis militum, in quo erat
4 vinctus & Ioſeph. ♀ At cuſtos carceris tradidit eos
Ioſeph, qui & miniſtrabat eis: aliquantulum tempo-
5 ris fluxerat, & illi in cuſtodia tenebantur. ♀ Vi-
deruntque ambo ſomnium nocte vna, iuxta in-
6 terpretationem congruam ſibi: ♀ ad quos cum in-
7 troiſſet Ioſeph mane, & vidiſſet eos triſtes, ♀ ſci-
ſcitatus eſt eos, dicens, Cur triſtior eſt hodie
8 ſolito facies veſtra? ♀ Qui reſponderunt, Som-
nium vidimus, & non eſt qui interpretetur nobis.

Pincernæ & piſtori Pharaonis in carcere miniſtrat Ioſeph.

Vidēt ſomnia.

Dixitque



B Dixitque ad eos Ioſeph, Nunquid non Dei eſt interpre
tatio? referte mihi quid videritis. ♀ Narrauit prior, præ- 9
poſitus pincernarum ſomnium ſuum, Videbam coram
me vitem, ♀ in qua erant tres propagines, creſcere pau- 10
latim in gemmas, & poſt flores vuas matureſcere: ♀ ca- 11
licemque Pharaonis in manu mea. tuli ergo vuas: & ex-
preſsi in calicem quem tenebam, & tradidi poculum Pha
raoni. ♀ Reſpondit Ioſeph, Hæc eſt interpretatio ſom- 12
nij, Tres propagines, tres adhuc dies ſunt, ♀ poſt quos 13
recordabitur Pharao miniſterij tui, & reſtituet te in gra-
dum priſtinum: dabiſque ei calicem iuxta officium tuũ,
C ſicut antè facere conſueueras. ♀ Tantum memento 14
mei, cum tibi bene fuerit, & facies mecum miſericordiam,
vt ſuggeras Pharaoni vt educat me de iſto carcere: ♀ quia 15
furtim ſublatus ſum de terra Hebræorum, & hîc inno-
cens in lacum miſſus ſum. ♀ Videns piſtorum magi- 16
ſter quòd prudenter ſomnium diſſoluiſſet, ait, Et ego vi-
di ſomnium, Quòd tria caniſtra farinæ haberem ſuper ca
put meum: ♀ & in vno caniſtro quod erat excelſius, 17
portare me putabam omnes cibos qui fiunt arte piſtoria,
aueſque comedere ex eo. ♀ Reſpondit Ioſeph, Hæc eſt 18
D interpretatio ſomnij, Tria caniſtra, tres adhuc dies
ſunt: ♀ poſt quos auferet Pharao caput tuum, ac ſuſpen 19
det te in cruce, & lacerabunt volucres carnes tuas. ♀ Ex- 20
inde dies tertius natalitius Pharaonis erat: qui faciēs grã
de conuiuium pueris ſuis, recordatus eſt inter epulas ma-
giſtri pincernarum, & piſtorum principis. ♀ Reſtituit- 21
que alterum in locum ſuum, vt porrigeret ei poculum,
♀ alterum ſuſpendit in patibulo, vt coniectoris veritas 22
probaretur. ♀ Et tamen ſuccedentibus proſperis, præ- 23
poſitus pincernarum oblitus eſt interpretis ſui.

Pincernæ ſomnium, quod Ioſeph interpretatur.

Somnium item piſtoris exponit.

Conuiuiũ Pharaonis in natali ſuo.

Ingratus pincerna.

*Dixitq; ad eos Ioſeph, An non Dei ſunt interpretationes? narrate quæſo mihi. Recenſuit itaq; præfectus pocillatorum ſomnium ſuum ipſi Ioſeph, dixitque ei, Quum ſomniarē, en vitis erat corã me, & in ipſa vite tres palmites, 8 vitis verò quaſi germinabat exoriēte flore eius, & maturãtibus botris in flagellis eius. Sed & crater Pharaonis erat in manu mea, & accipiēs vuas, expreſſi eas in craterē Pharaonis, dediq; craterē in manũ Pharaonis. Dixit verò ad eũ Ioſeph, Hæc eſt interp̃tatio ei⁹, Tres palmites, tres dies ſunt. 9 Intra tres dies Pharao extollet caput tuũ, & te in gradũ tuũ reponet, vt præbeas craterē Pharaoni in manũ eius, iuxta priſtinũ morem quũ eſſes à caliculis [regis:] 10 Tu modo ſis apud te mei memor quũ tibi bene fuerit, vt mihi vel hoc beneficium præſtes vt mei mentionē facias apud Pharaonē, & cures vt extrahar ex hac domo. Quia furtĩ ſublat⁹ ſum è terra Hebræorũ, neq; hîc quidquã deſignaui, ob quod me in hanc foueã cõijcerēt. Intelligens autē piſtorũ præfectus 11 expoſitionē hanc eſſe fauſtam, ait ad Ioſeph, 12 Et ego ſomniũ habui, Erant tria caniſtra alba ſuper caput meũ. Porrò in ſuperiori caniſtro erant 13 varij generis cibi Pharaonis, opere piſtorio parati, & aues comedebant eos ex caniſtro quod erat ſuper caput meũ. Reſponditq; Ioſeph, & dixit, Hæc eſt interpretatio eius, Tria caniſtra, ſunt tres dies. 14 intra triduũ tollet Pharao caput tuũ à te, agetq; te in crucē, 15 vt aues comedãt carnes tuas. Factũ itaq; eſt die tertio, qui erat dies natalitius Pharaonis, vt inſtrueret cõuiuiũ omnibus ſeruis ſuis, & recenſuit caput 16 præfecti pocillatorum, atq; caput præfecti piſtorũ, inter ſeruos ſuos. Et præfectum quidem pocillatorũ reſtituit vt eſſet pocillator ſuus, qui & præbuit craterē in manũ Pharaonis. Præfectũ vero piſtorũ ſuſpendit, quēadmodum coniecerat eis Ioſeph. At præfectus pocillatorum, Ioſephũ non eſt recordatus, ſed tradidit eum obliuioni.*

## SCHOLIA IN CAP. XL.

1 Pincerna 2 vel, duos ex principibus ſuis, nempe aduerſus principem pincernarum, &c. 3 vel militum, aut, laniorum. Vide poſtremam annotationem capitis XXXVII. 4 Heb. per dies in cuſtodia, ideſt, annum vnum integrum. Recta interpretatio. 5 ideſt, indicans quid in poſterum eſſet euēturum vtrique eorum in officio ſuo. 6 vel, triſtes. aut, attoniti. 7 vel, triſtiores ſunt ſolito vultus veſtri? 8 Heb. eratque ipſa ſicut floreſcens: & erumpebat flos, & percoxerunt vuæ (vel botri) eius racemos, ideſt, videbatur flores emittere, ipſique flores videbantur erumpere, & racemi ad maturitatem perduci. 9 Hebr. Poſt tres dies eleuabit Pharao caput tuum, ideſt, recenſebit, vel numerabit te inter reliquos miniſtros. Chaldæus paraph. vertit, recordabitur tui. 10 Hebr. Sed recorderis mei apud te, quum bene fuerit tibi: faciaſque obſecro mecum miſericordiam vt mentionem mei facias apud Pharaonem, vt educat me, &c. Poſſet & ſic verti, Quod ſi recordatus fueris mei apud te, (ideſt, ſi memineris mei,) quum bene tibi fuerit, tunc facias obſecro mecum miſericordiam. i. hoc beneficium conferas in me, vt mentionem, &c. 11 Hebræ. quod bene interpretatus eſſet. 12 Hebr. Etiam ego in ſomnio meo, & ecce tria. &c. 13 Heb. ex omni genere ciborum 14 in fine trium dierum 15 & aues comedent 16 principis pincernarum & piſtorum inter ſeruos ſuos. Ideſt, recordatus eſt principis, &c.

## CAP. XLI.

POſt duos annos vidit Pharao ſomnium, Puta- 1
bat ſe ſtare ſuper fluuium, ♀ de quo aſcende- 2
bant ſeptem boues, pulchræ & craſſæ nimis: &
paſcebantur in locis paluſtribus. ♀ Aliæ quoque ſe- 3
ptem emergebant de flumine, fœdæ, confectæque
macie: & paſcebantur in ipſa amnis ripa in locis vi-
rentibus. ♀ Deuorauerùntque eas quarum mira ſpe- 4
cies & habitudo corporum erat. Expergefactus Pha-
rao, ♀ rurſum dormiuit, & vidit alterum ſomnium, 5
Septem ſpicæ pullulabant in culmo vno plenæ atque
formoſæ. ♀ Aliæ quoque totidem ſpicæ tenues, & per- 6
cuſſæ vredine oriebantur, ♀ deuorantes omnem prio- 7
rum pulchritudinem. Euigilãs Pharao poſt quietem, ♀ & 8
facto mane, pauore perterritus, miſit ad omnes conie-
ctores AEgypti, cunctoſque ſapientes: & accerſitis
B narrauit ſomnium, nec erat qui interpretaretur.
♀ Tunc demum reminiſcens pincernarum magiſter, 9
ait, Confiteor peccatum meum: ♀ Iratus rex ſeruis 10
ſuis, me & magiſtrum piſtorum retrudi iuſsit in carce-

Somnium Pharaonis de ſeptē bobus.

Somnium alterum de ſpicis.

Pincerna meminit Ioſeph apud Pharaonem.

*P1 Oſt duos annos ſomnians erat Pharao: Stabat 2 ad riuum, & aſcendebant è riuo ſeptem vaccæ aſpectu pulchræ, & carne pingues, paſcentes in loco paluſtri. Poſt illas aſcendebant aliæ ſeptem vaccæ 3 de riuo, deformes illæ & tenui carnē, ſtabantque iuxta illas vaccas 4 in littore riui. Et vaccæ illæ quæ deformes erant atque macilentæ, deuorabant ſeptē vaccas quæ erant eleganti forma & pingues. & euigilauit Pharao. Rurſum verò dormiens, ſomniauit ſecũdo: Septem ſpicæ pullulabant in culmo vno plenæ quidem & bonæ. Et rurſus ſeptem ſpicæ tenues & Euro exhauſtæ germinabant poſt illas. Deuorabantque ſpicæ tenniores, ſeptem ſpicas craſſas & plenas. Euigilauitque Pharao, & ecce 5 ſomnium erat. Mane facto 6 palpitabat cor eius, mittenſque conuocauit omnes Magos AEgypti, & cunctos ſapientes 7 eius, narrauitque Pharao ſomnium ſuum eis, nec erat coniector qui ea Pharaoni interpretaretur. Loquutus eſt ergo præfectus pocillatorum ad Pharaonem in hanc ſententiam, 8 Subeunt mihi hodie peccata mea. Pharao iratus aduerſus ſeruos ſuos, coniecerat me in carcerem*

*vem in domum præfecti 9 ſuppliciorum, me inquam & præfectum piſtorum. Somniabamus autem ſomnium ego & ille eadem nocte: vterque iuxta ſomnij ſui interpretationem ſomniabamus. Erat autem ibidem nobiſcum puer quidam Hebræus, ſeruus præfecti 9 capitalium rerum: cui cum recenſeremus, interpretatus eſt nobis ſomnia noſtra, 10 vtriq; videlicet iuxta ſuum ſomnium. Quemadmodum verò coniecit nobis, ſic euenit: me reſtituit loco meo, illum verò in crucem egit. Mittens ergo Pharao vocauit Ioſeph, & 11 ilico eduxerũt eum è fouea: detõſus verò, mutatis veſtib⁹ venit ad Pharaonẽ. Et dixit Pharao ad Ioſeph, Sõniaui ſomniũ, & cõiector nõ eſt qui explicet: ego verò de te audiui loqui 12 quòd poſſis ſomnia quæ audieris interpretari. Reſpõdit Ioſeph Pharaoni, & dixit, 13 De⁹ vel abſq; me proſpera reſpõdebit Pharaoni. Locutuſq; eſt Pharao ad Ioſeph, Quũ ſõniarẽ viſus ſum mihi ſtare ſup ripã fluuij, & en de fluuio ſeptẽ vaccæ pingues carne aſcẽdebãt, formaq; elegãti, paſcentes in loco paluſtri. Rurſus aſcenderũt poſt illas ſeptem aliæ vaccæ, tenues quidem & deformiſſimæ, & macilentæ, 14 quales non vidi in tota terra AEgypti. Et deuorauerunt vaccæ illæ macilentæ & deformes, ſeptem priores vaccas pingues. Et tametſi eſſent ingreſſæ in viſcera illarum, animaduerti tamen non poterat illas in viſcera iſtarum introijſſe: nã aſpectus iſtarum erat, vt prius, deformis. 15 Et euigilans, rurſus vidi per ſomnium meum ſeptem ſpicas pullulantes ex vno culmo, plenas & pulchras. Fuerunt rurſus aliæ ſeptem ſpicæ 16 exiccatæ, tenues, & Euro exhauſtæ, quæ pullularunt poſt priores. Deuorauerũtque ſpicæ illæ tenues, ſeptem ſpicas bonas. Hæc narraui Magis, & non fuit qui mihi interpretaretur. Et reſpondit Ioſeph Paraoni, Somnium Pharaonis idem eſt: quæ Deus facturus eſt, nota facit Pharaoni. Septem vaccæ elegantes, ſunt ſeptem anni: & ſeptem ſpicæ bonæ, itidem ſeptem anni ſunt: vnum idemque eſt ſomnium. Septem verò vaccæ macilentæ & tenues, quæ poſt priores aſcenderunt, ſeptem ſunt anni: & ſeptem ſpicæ vacuæ & Euro exhauſtæ, [etiam] ſeptẽ anni ſunt famis. 17 Hoc eſt verbum quod loquutus ſum ad Pharaonem, & hoc facturus eſt Deus, & oſtendit id Pharaoni. Ecce veniunt ſeptem anni fertiliſſimi per totam terrã AEgypti. Et deinde venient poſt illos ſeptem anni famis: & obliuioni tradetur cuncta abundantia per terram AEgypti, & fames conficiet terram ipſam. Nec cognoſcetur vbertas in terra ob famem illam ſuperuenientem: nã grauiſſima erit. Quòd verò iteratum eſt ſomnium bis ſuper Pharaonẽ, [ſignificat] quod firmiter decretum eſt hoc à Deo, feſtinaturumq; Deum vt id perficiat. Nũc ergo prouideat ſibi Pharao virum aliquẽ 18 induſtriũ & ſapientẽ, quẽ præficiat ſuper terrã AEgypti. Faciat & hoc Pharao, conſtituat præfectos ſuper terram, & 19 accipiat partem quintam de terra AEgypti per ſeptem annos vbertatis. Congregent quoq; omne alimentũ per annos bonos ſequentes, & 20 conuehãt frumentum ſub manum Pharaonis, & annonam per ciuitates conſeruent. Eritque alimẽtum hoc ad reſeruationem ipſi terræ pro ſeptem annis famis, qui futuri ſunt ſuper terram AEgypti, 21 ne terra fame conficiatur. Placuit hic ſermo Pharaoni & cunctis miniſtris eius. Et dixit Pharao ad ſeruos ſuos, 22 Num inueniri poteſt vir qui huic poſſit comparari, in quo [nempe] ſit Spiritus Dei? Dixitq; Pharao ad Ioſeph, Quandoquidem Deus hæc omnia tibi nota fecit, nullus eſt qui te prudentia & ſapientia æquet. Tu igitur ſis ſuper domum meam, & ad tuum imperium vniuerſus populus meus 23 cibum capiet: ſolio dũtaxat 24 honoratior te ero. Rurſum dixit Pharao ad Ioſeph, En conſtitui te ſuper totã terram AEgypti. Et auferens Pharao annulum ſuum de manu ſua, inſeruit illum manui Ioſeph, veſtiuitq; eum veſtimentis byſſinis, & impoſuit torquem aureum in collũ eius. Iuſſit quoq; eũ vehi 25 in curru ſecundo quem habebat: & clamauerũt corã eo 26 Abrech: & conſtituit eũ ſuper totã terram AEgypti. Et dixit Pharao ad Ioſeph, Ego ſum Pharao, ſine nutu tuo nõ ſuſtollet quiſpiã manũ ſuã aut pedẽ ſuũ per totã terrã AEgypti. Vocauitq; Pharao nomẽ Ioſeph 27 Zaphnat Paeneach. & dedit ei Aſnath filiã Potipharis, 28 ſacerdotis in On, vxorẽ. Egreſſus*

11 rẽ principis militũ: ♀ vbi vna nocte vterq; vidimus ſom-
12 nium, præſagium futurorum. ♀ Erat ibi puer Hebræus,
13 eiuſdẽ ducis militum famulus: cui narrantes ſomnia, ♀ au
diuimus quicquid poſtea rei probauit euentus: Ego
enim redditus ſum officio meo, & ille ſuſpenſus eſt in
14 cruce. ♀ Protinus ad regis imperium eductum de
carcere Ioſeph totonderunt: ac veſte mutata obtule-
15 runt ei. ♀ Cui ille ait, Vidi ſomnia, nec eſt qui
16 ediſſerat: quæ audiui te ſapientiſſime conijcere. ♀ Re-
ſpondit Ioſeph, abſque me Deus reſpondebit proſpe-
17 ra Pharaoni. ♀ Narrauit ergo Pharao quod vide-
18 rat. Putabam me ſtare ſuper ripam fluminis, ♀ &
ſeptem boues de amne conſcendere, pulchras nimis, C
& obeſis carnibus: quæ in paſtu paludis vireta car-
19 pebant. ♀ Et ecce, has ſequebantur aliæ ſeptem
boues, in tantum deformes & macilentæ, vt nunquam
20 tales in terra AEgypti viderim. ♀ quæ deuoratis &
21 conſumptis prioribus, ♀ nullum ſaturitatis dedere
veſtigium: ſed ſimili macie & ſqualore torpebant. Eui-
22 gilans, rurſus ſopore depreſſus, ♀ vidi ſomnium,
Septem ſpicæ pullulabant in culmo vno plenæ atque
23 pulcherrimæ. ♀ Aliæ quoque ſeptem tenues & per-
24 cuſſæ vredine, oriebantur è ſtipula: ♀ quæ priorum
pulchritudinem deuorauerunt. Narraui coniectoribus
25 [a]ſomnium, & nemo eſt qui ediſſerat. ♀ Reſpondit
Ioſeph, Somnium regis vnum eſt: quæ facturus eſt
26 Deus, oſtendit Pharaoni. ♀ Septem boues pulchræ,
& ſeptem ſpicæ plenæ, ſeptem hubertatis anni ſunt,
27 eandemque vim ſomnij comprehendunt. ♀ Septem quo
que boues tenues atq; macilentæ, quæ aſcenderunt poſt
eas, & ſeptem ſpicæ tenues, & vẽto vrente percuſſæ: ſeptẽ
28 anni venturæ ſunt famis. ♀ Qui hoc ordine complebũtur. D
29 ♀ Ecce, ſeptem anni venient fertilitatis magnæ in vniuer
30 ſa Terra ♀ AEgypti: quos ſequentur ſeptem anni alij tan
tæ ſterilitatis, vt obliuioni tradatur cuncta retrò abundan
31 tia: conſumptura eſt enim fames omnem terrã, ♀ & huber
tatis magnitudinem perditura eſt inopiæ magnitudo.
32 ♀ Quòd autem vidiſti ſecundò ad eandem rem pertinens
ſomniũ: firmitatis indicium eſt, eo quòd fiat ſermo Dei,
33 & velocius impleatur. ♀ Nunc ergo prouideat rex virum
ſapientem & induſtrium, & præficiat eum Terræ-AEgy-
34 pti. ♀ Qui conſtituat præpoſitos per cunctas regio-
nes: & quintam partem fructuum per ſeptem annos ferti
35 litatis, ♀ qui iam nunc futuri ſunt, congreget in hor-
rea: & omne frumentum ſub Pharaonis poteſtate conda-
36 tur, ſerueturque in vrbibus. ♀ Et præparetur futuræ
ſeptem annorum fami quæ oppreſſura eſt AEgyptum, & E
37 non conſumetur terra inopia. ♀ Placuit Pharaoni
38 conſilium & cunctis miniſtris eius: ♀ locutuſque
eſt ad eos, Num inuenire poterimus talem virum, qui
39 Spiritu Dei plenus ſit? ♀ Dixit ergo ad Ioſeph,
Quia oſtendit tibi Deus omnia quæ locutus es, nun-
quid ſapientiorem & conſimilem tui inuenire pote-
40 ro? ♀ Tu eris ſuper domum meam, & ad tui oris
imperium cunctus populus obediet: vno tantum re-
41 gni ſolio te præcedam. ♀ Dixitque rurſum Pha-
rao ad Ioſeph, Ecce, conſtitui te ſuper vniuerſam Ter-
42 ram-AEgypti. ♀ Tulitque annulum de manu ſua,
& dedit eum in manu eius: veſtiuitque eum ſtola byſſina,
43 & collo torquem auream circumpoſuit. ♀ Fecit-
que eum aſcendere ſuper currum ſuum ſecundum, cla-
mante præcone vt omnes coram eo genu flecterent, &
præpoſitum eſſe ſcirent vniuerſæ Terræ-AEgypti.
44 ♀ Dixit quoque rex AEgypti ad Ioſeph, Ego ſum
Pharao: abſque tuo imperio non mouebit quiſquam ma F
45 num aut pedem in omni Terra-AEgypti. ♀ Vertit-
que nomen eius, & vocauit eum lingua AEgyptiaca,
Saluatorem-mundi. Deditque illi vxorem Aſeneth
filiam Phutipharis ſacerdotis Heliopoleos. Egreſſus
eſt

Ioſeph eductus è carcere Pharao narrat ſomnia ſua. pſalm. 104.b.

[a]ſomniorum

Exponit Ioſeph Pharaoni ſomnia, prædicens abũdantiam & famem.

Ioſeph cõſtituitur ſuper annonam.

Pſal. 104.b. 1. Mach. 2.f. Act. 7.b.

Ioſeph ducit vxorem.



Colligit Ioſeph frumenta annorũ fœcũditatis.

eſt itaque Ioſeph ad Terram-AEgypti ♀ (triginta au- 46
tem annorum erat quando ſtetit in conſpectu regis Pha-
raonis,) & circuiuit omnes regiones AEgypti. ♀ Ve- 47
nitque fertilitas ſeptem annorum, & in manipulos re-
dactæ ſegetes congregatæ ſunt in horrea AEgypti. ♀ Om 48
nis etiam frugum abundantia in ſingulis vrbibus condi-
ta eſt. ♀ Tantaque fuit abundantia tritici, vt arenæ 49
maris coæquaretur, & copia menſuram excederet. ♀ Na- 50
tique ſunt Ioſeph filij duo antequam veniret fames: quos
peperit ei Aſeneth filia Phutipharis ſacerdotis Helio-
poleos. ♀ Vocauitque nomen primogeniti, Manaſſes, 51
G dicens, Obliuiſci me fecit Deus omnium laborum meo-
rum, & domus patris mei. ♀ Nomen quoque ſecundi 52
appellauit Ephraim, dicens, Creſcere me fecit Deus in
terra paupertatis meæ. ♀ Igitur tranſactis ſeptem hu- 53
bertatis annis, qui fuerant in AEgypto, ♀ cœperunt ve- 54
nire ſeptem anni inopiæ, quos prædixerat Ioſeph: & in
vniuerſo orbe fames præualuit, in cuncta [a] etiam Terra-
AEgypti [b] fames erat. ♀ Qua eſuriente clamauit popu- 55
lus ad Pharaonem alimenta petens. Quibus ille reſpon-
dit, Ite ad Ioſeph: & quicquid ipſe vobis dixerit, faci-
te. ♀ Creſcebat autem quotidie fames in omni terra: 56
aperuitque Ioſeph vniuerſa horrea, & vendebat AEgy-
ptijs: nam & illos oppreſſerat fames. ♀ Omneſque pro 57
uinciæ veniebant in AEgyptum, vt emerent eſcas, & ma
lum inopiæ temperarent.

Filij Ioſeph. Inf. 46.c.

Manaſſes.

Ephraim.

Fames ĩ vniuerſo orbe.

[a] autem

[b] panis

*eſt itaq; Ioſeph in terrã AEgypti. Erat verò Ioſeph natus annos triginta, quãdo ſtetit corã Pharaone rege AEgypti. Et egrediẽs Ioſeph à Pharaone, pertrãſijt totã terrã AEgypti. Septem autẽ annis fertilibus protulit terra 29 aceruos. Ille vero 30 cõuexit omnem prouentum ſeptẽ annorum, qui fuit per totã terrã AEgypti: & repoſuit alimentum in vrbibus, 31 cuiuſlibet agri prouentũ conuexit in eã vrbẽ quam ambiebat [ager.] Et cõuexit Ioſeph frumẽtũ vehemẽter multũ, tanquã arenam maris, 32 ita vt à numerãdo ceſſaret: innumerũ enim erat. Natique ſunt Ioſeph duo filij antequã veniret annus famis, quos illi pepererat Aſnath filia Potipharis 28 ſacerdotis in On. Vocauitq; Ioſeph nomẽ primogeniti 33 Manaſſe, 34 [ac ſi diceret,] Quoniã effecit Deus vt cũcti laboris mei, & vniuerſæ domus patris mei obliuiſcerer. Nomẽ verò ſecũdi vocauit 35 Ephraĩ, 34 [ac ſi diceret,] Quoniã effecit Deus vt 36 fructũ haberẽ in terra afflictionis meæ. Exactis itaq; ſeptẽ annis, 37 fertilibus qui fuerũt in terra AEgypti, Venire cœperũt ſeptẽ anni famis, quẽadmodũ prædixerat Ioſeph. Fuit itaq; fames in omnibus regionibus, in cũcta autẽ terra AEgypti 38 fuit annona. Cũq; fames graſſari inciperet [etiã] in tota terra AEgypti, clamauit popul⁹ ad Pharaonẽ p cibo. Et dixit Pharao ad oẽs AEgyptios, Ite ad Ioſeph: & quod ille dixerit vobis, facite. Fuit itaq; fames illa ĩ vniuerſa terra, aperuit ergo Ioſeph oĩa [horrea] ĩ quib⁹ erat [annona,] & diſtraxit AEgyptijs: inualuerat enim fames p terrã AEgypti. Oẽs quoq; regiones venerũt in AEgyptũ, 39 frumẽtatũ à Ioſeph: inualuerat enĩ fames per vniuerſã terrã.*

## SCHOLIA IN CAP. XLI.

1 Hebraice legitur, Poſt duos annos dierum, ideſt, Poſt duos annos integros & perfectos. Genus dicendi Hebraicum 2 iuxta fluuium, (ideſt, Nilum,) & ecce aſcendebant è fluuio 3 è flumine, 4 quæ erant iuxta ripam fluminis. 5 ideſt, animaduertit ſe ſomniaſſe & vidiſſe illa in ſomnio. 6 conſternatus eſt ſpiritus eius, ſiue conturbatus. 7 Scilicet AEgypti. Apud Hebræos eſt relatiuum fœmininum. 8 Peccata mea recenſebo hodie. q. d. Peccatorum meorum ego meminero hodie te præſente. Fateor peccatum meum. 9 vel militum, aut, laniorum. Vide poſtremam annotationem capitis XXXVII. 10 ideſt, ſomniauimus quod erat conſentaneum rei. hoc eſt, ſomnium verum ſomniauimus, quemadmodum poſtea euenit. 11 Hebræ. currere fecerunt eum. 12 Heb. quod audias ſomnium ad interpretandum illud, ideſt, audiui de te, quod ſi audieris ſomnium aliquod, poſſis ipſum interpretari. 13 Heb. præter me Deus qui reſpondebit pacem, &c. q. d. Alius eſt præter me qui interpretabitur ſomnium, nempe Deus, qui proſpera Pharaoni interpretabitur. 14 Heb. ſimiles in turpitudine. 15 Heb. & euigilaui. vidi etiam in ſomnio meo, & ecce ſeptem ſpicæ aſcendebant in culmo vno, plenæ & pulchræ. 16 graciles, 17 Hoc eſt illud quod dixi (vel, dicebam, ſub. initio) ad Pharaonem: id quod facturus eſt Deus, oſtendit Pharaoni. 18 prudentem. 19 Heb. quintet, ideſt, quintam partem fructuum exigat. 20 congregent frumentum ſub manu Pharaonis, cibum in vrbibus, & ſeruent. Sitque cibus ille vice depoſiti regioni ſeptem annis famis, ideſt, ſeruetur ad regionem alendam tempore ſeptem annorum famis. Sub manu autem Pharaonis, ideſt, authoritate Pharaonis. 21 vel, ita fiet vt non pereant habitatores AEgypti fame. 22 Heb. An inueniemus ſimilem huic virum, &c. 23 vel, armabitur, ideſt, quando principes præparabuntur ad bellum, tu eris magiſter militum. q. d. conſtituo te ſecundum à me tempore pacis & belli. Alij vertunt, Os tuum oſculabitur omnis populus. hoc nempe ſigno te illorum eſſe dominum oſtendentes. 24 maior te. 25 ſuper currum ſecundi ab illo. Secundi, ſub. viri, id eſt quo is qui à rege ſecundus erat, vehi ſolebat. 26 id eſt, pater tener. Ioſeph enim fuit pater ſapientia, & tener annis. Alij vocem Hebræam vertunt, Genu flecte. vel, Genu flectam. Chaldæus paraphraſtes vertit, Et clamabant ante eum, pater regis. 27 Ideſt, vt vertit Chaldæus paraph. Vir cui abſcondita reuelata ſunt. vel, abſconditorum expoſitor. 28 Chaldæus paraphraſtes vertit, principis On: vt ſit On, nomen regionis. Alij aiunt On fuiſſe idolum, Sacerdotem idoli On. 29 vel in aceruos, ideſt, tantam abundantiam frumenti produxit terra, vt replerentur horrea. Chaldæus parapha. vertit, Et congregauerunt habitatores terræ in ſeptem annis abundantiæ, frumentum in theſauros, ideſt, in horrea. 30 congregauit omnem cibum (ſub. qui ſuperfuerat) ſeptem annorum, qui fuerant in terra. 31 Heb. cibum agri vrbis (vel regionis) qui in circuitu illius (ſub. creuerat,) ponebat in ea. ſub. vrbe. 32 vel, adeo vt deſierit numerari. 33 Manaſſe ſignificat obliuiſci faciens. 34 Hæc ſubaudienda, aut alia quæ magis conueniant loco, cuiuſmodi, propterea ſic vocauit eum, quod apud ſe diceret, Effecit, &c. 35 Ephraim ſignificat fructificationes. 36 vel multiplicarer. ſiue, augerer. 37 Hebræ. ſaturitatis. 38 Heb. erat panis. 39 Heb. ad emendum. ſub. triticum.

## CAP. XLII.

Iacob mittit filios in AEgyptum pro alimẽtis emendis. act. 7.b.

AVdiens autem Iacob quòd alimenta venderen- 1
tur in AEgypto, dixit filijs ſuis, Quare negligi-
tis? ♀ audiui quòd triticum venundetur in AEgy- 2
pto: deſcendite, & emite nobis neceſſaria, vt poſſimus vi-
uere, & non conſumamur inopia. ♀ Deſcendentes igitur 3
fratres Ioſeph decem, vt emerent frumenta in AEgypto,
♀ Beniamin domi retento à Iacob, qui dixerat fratribus 4
eius, Ne fortè in itinere quicquam patiatur mali: ♀ in- 5
greſſi ſunt Terram-AEgypti cum alijs qui perge-
bant ad emendum. erat autem fames in Terra-Cha-
naan. ♀ Et Ioſeph erat princeps in Terra-AEgypti, 6
atque ad eius nutum frumenta populis vendebantur,

## CAP. XLII.

*INtelligens autem Iacob annonam eſſe in AEgypto, dixit ad filios ſuos, 1 Cur ſic deſides cunctamini? Addiditque, En audiui quòd annona ſit in AEgypto: deſcendite illuc, & emite nobis illinc frumenta: vt in vita ſuperſtites maneamus, nec moriamur. Deſcenderunt ergo decem fratres Ioſeph, vt frumentum emerent ab AEgyptijs. Beniamin verò fratrem Ioſeph, non miſit Iacob cum fratribus ſuis. dixit enim, 2 Fortè accidet ei pernicies. Venerunt itaque filij Iſrael ad coemendum ſimul cum alijs qui veniebant. erat enim fames in terra Chanaan. Ioſeph autem dominus erat ſuper terram, 3 vt ipſe venderet omni populo terræ.*

Accedentes itaque fratres Ioſeph, proni verſus terram incli- 7
nant ſe ei. Videns autem Ioſeph fratres ſuos, agnoſcit eos, ſed
alienum ſe ſimulat erga ipſos, loquiturque cum eis dure, & di
cit ad eos, Vnde veniſtis? Reſponderunt, De terra Chanaan, 8
vt emamus alimenta. Ioſeph autem agnouit fratres ſuos, ipſi 9
verò non agnouerunt eum. Recordatuſque Ioſeph ſomniorum
quæ de eis ſomniauerat, ait ad eos, Exploratores eſtis, veniſtiſ- 10
que vt 4 nuditatem terræ obſeruetis. Ad quem illi
dixerunt, Non domine: ſed ſerui tui eſcam emptum venerunt. 11
Nos omnes filij ſumus vnius viri, 5 probi ſumus, 6 nec
exploratores, ſerui tui. Quibus rurſum, ait, Minime: ſed veni- 12
ſtis vt nuditatem terræ exploretis. Illi rurſus dixerunt, Duo- 13
decim fratres ſerui tui ſumus nos, filij vnius viri in terra Cha
naan: & minor natu etiamnum hodie cum patre noſtro ma- 14
net, vnus verò non extat. Et dixit ad eos Ioſeph, Hoc eſt quod 15
locutus ſum ad vos, quum dicerem, Exploratores eſtis. In hoc
[quaſi experimento] 7 probemini, 8 viuit Pharao,
hinc non exibitis, niſi veniat huc frater veſter minor natu. 16
Mittite ex vobis vnum, qui adducat fratrem veſtrum, vos in-
terim vincti eritis: vt probentur verba veſtra, num veritas ſit
vobiſcũ: quòd ſi minus, viuit Pharao, exploratores eſtis. 9 Co 17
pulat itaque eos in carcerem tribus diebus. Tertio demum die 18
dixit ad eos Ioſeph, Hoc facite vt viuatis, (Deum enim me- 19
tuo) Si 10 probi eſtis, frater veſter vnus vinciatur in car
cere veſtro: vos autem ite, & vehite 11 frumentum do-
mibus veſtris [vt occurratur] fami: Fratrem verò veſtrum na- 20
tu minorem adducite ad me, 12 vt explorentur verba ve-
ſtra, verane ſint, ne pereatis. Et fecerunt ſic. Dixitque alter ad 21
alterum, Profectò ſcelerati fuimus, idque erga fratrem no-
ſtrum, quum videremus animi ſui anxietatem, neque exau-
diremus eum, etiam dum magnopere nos precaretur: idcirco
venit hæc afflictio ſuper nos. Reſpondit eis Ruben, dicens, An 22
non dicebam vobis, ne peccaretis aduerſus puerum, ſed non
audiebatis? 13 iam verò ſanguis eius exquiritur. Neſcie- 23
bant autem quod Ioſeph intelligeret: erat enim interpres inter
eos. Et auerſus ab eis Ioſeph, fleuit: reuerſuſque ad eos, locu- 24
tus eſt cum eis: tulit autem ex eis Simeonem, vinxitque eum 25
ipſis cernentibus. Porrò præcepit Ioſeph, vt impletis vaſis illo-
rum frumento, reſtituerent pecuniam illorum, cuiuſque ſcili-
cet in ſaccum ſuum, darentque eis viaticum pro itinere: fa-
ctumque eſt eis ſic. Impoſito ergo frumento ſuo aſinis ſuis, re- 26
ceſſerunt illinc. Et aperiens vnus ſaccum ſuum, vt daret pa- 27
bulum aſino ſuo in diuerſorio, vidit pecuniam ſuam 14 in
ſacco ſuo. Qui dixit ad fratres ſuos, Reddita eſt pecunia mea, 28
en eſt in ſacco meo. 15 Exanimati ergo ſunt, & obſtu-
pefacti dixerunt inter ſe, 16 Cur hoc fecit nobis Deus? Ve-
nerunt itaque ad Iacob patrem ſuum in terram Chanaan, & 29
indicauerunt ei omnia quæ illis acciderant, dicentes, Vir
ille Dominus terræ acerbè loquutus eſt nobiſcum, 17 tra-
ctauitque nos ac ſi fuiſſemus exploratores terræ. Cui 30
diximus, 18 probi ſumus, non exploratores. Sumus 31
enim duodecim fratres, filij patris noſtri: vnus autem non 32
extat, minor natu etiamnum hodie eſt apud patrem no-
ſtrum in terra Chanaan. Rurſum dixit ad nos vir ille 33
dominus terræ, In hoc experiar, 19 probine ſitis: re-
linquite apud me vnum aliquem ex fratribus veſtris, 20
& annonam tollite pro domibus veſtris, & abite. Ad- 34
duciteque fratrem veſtrum natu minorem ad me, vt ſciam
vos non ſpeculatores, ſed probos eſſe: tum dabo vobis fra-
trem veſtrum, & in hac terra 21 negotiari poteritis. 35
Cumque ſaccos ſuos effunderent, quiſque reperit faſcicu-
lum pecuniæ ſuæ in ſacco ſuo, videntes autem ipſi & pa-
ter illorum faſciculos pecuniarum ſuarum, metu perculſi 36
ſunt. Dixitque ad eos Iacob pater illorum, Orbaſtis me,
Ioſeph non extat, nec Simeon adeſt, & Beniamin quoque
tolletis: 22 ego ſolus hæc omnia patiar. Dixit ego Ruben ad 37
patrem ſuum, Si hunc tibi non reduxero, interfice duos filios
meos: 23 commenda illum fidei meæ, & ego tibi eum reſtituã. 38
Et ait, Filius meus nõ deſcendet vobiſcum: nam frater eius

B
Agnoſcũtur fratres à Ioſeph.

Cumque adoraſſent eum fratres ſui, ¶ & agnouiſſet eos,
quaſi ad alienos duriuſloquebatur, interrogãs eos, Vnde
veniſtis? Qui reſponderunt, de Terra-Chanaã, vt ema-
mus victui neceſſaria. ¶ Et tamen fratres ipſe cognoſcẽs,
non eſt cognitus ab eis. ¶ Recordatuſque ſomniorum

Tentãtur ab ipſo.

quæ aliquando viderat, ait ad eos, Exploratores eſtis: vt
videatis infirmiora terræ veniſtis. ¶ Qui dixerunt. Non
eſt ita domine, ſed ſerui tui venerunt vt emerent cibos.
¶ Omnes filij vnius viri ſumus: pacifici venimus, nec

C

quicquam famuli tui machinantur mali. Quibus ille re-
ſpõdit. Aliter eſt: ¶ immunĩta terræ huius conſyderare ve
niſtis. ¶ At illi dixerunt. Duodecim, inquiunt " fra-
tres, ſerui tui ſumus, filij viri vnius in Terra-Chanaan:

"ſerui tui fratres

minimus cum patre noſtro eſt, alius non eſt ſuper. ¶ Hoc
eſt, ait, quod locutus ſum, Exploratores eſtis: ¶ Iam nunc
experimẽtum veſtri capiam: per ſalutem Pharaonis non
egrediemini hinc, donec veniat frater veſter minimus.
¶ Mittite ex vobis vnum, & adducat eum: vos autem eri-
tis in vinculis, donec probentur quæ dixiſtis vtrum vera
an falſa ſint: alioquin per ſalutem pharaonis explorato-
res eſtis. ¶ Tradidit ergo illos cuſtodiæ tribus diebus.

Mittũtur in cuſtodiam.
D

¶ Die autem tertio eductis de carcere, ait, Facite quæ
dixi, & viuetis: Deum enim timeo. ¶ Si pacifici eſtis,
frater veſter vnus ligetur in carcere: vos autem ab-
ite, & ferte frumenta quæ emiſtis, in domos veſtras.
¶ Et fratrem veſtrum minimum ad me adducite, vt
poſsim veſtros probare ſermones, & non moriamini.
Fecerunt vt dixerat, ¶ & locuti ſunt adinuicem, Me-
ritò hæc patimur, quia peccauimus in fratrem noſtrum,
videntes " anguſtias animæ illius dum deprecaretur nos,
& non audiuimus: idcirco vẽnit ſuper nos iſta tribu-
latio. ¶ E quibus vnus, Ruben, ait, Nunquid non

Fratres Ioſeph agnoſcunt peccatum ſuum.
"anguſtiam

dixi vobis, Nolite peccare in puerum: & non audi-
iſtis me? En ſanguis eius exquiritur. ¶ Neſciebant
"enim quod intelligeret Ioſeph: eo quòd per interpre-
tem loqueretur ad eos. ¶ Auertitque ſe parumper,
& fleuit: & reuerſus locutus eſt ad eos. ¶ Tollenſ-

Sup. 37. d.
E "autem
Flet Ioſeph.

que Simeon, & ligans, illis præſentibus, iuſsit mi-
niſtris vt implerent eorum ſaccos tritico, & repone-
rent pecunias ſingulorum in ſacculis ſuis, datis ſuprà
cibarijs in via: qui fecerunt ita. ¶ At illi portantes
frumenta in aſinis ſuis, profecti ſunt. ¶ Apertoque
vnus ſacco vt daret iumento pabulum in diuerſorio,
contemplatus pecuniam in ore ſacculi, ¶ dixit fra-
tribus ſuis, Reddita eſt mihi pecunia *en habetur in
ſacco. Et obſtupefacti, turbatique mutuo dixerunt,
Quidnam eſt hoc quod fecit nobis Deus? ¶ Vene-
runtque ad Iacob patrem ſuum in Terram-Chanaan,
& narrauerunt ei omnia quæ accidiſſent ſibi, dicentes,
¶ Locutus eſt nobis dominus terræ durè, & putauit nos
exploratores eſſe prouinciæ. ¶ Cui reſpondimus, Pacifi-
ci ſumus, nec vllas molĩmur inſidias. ¶ Duodecim fra-
tres vno patre geniti ſumus: vnus non eſt ſuper, minimus
cum patre noſtro eſt in Terra-Chanaan. ¶ Qui ait no-
bis, Sic probabo quòd pacifici ſitis, Fratrem veſtrum vnũ
dimittite apud me, & cibaria domibus veſtris neceſſaria
ſumite, & abite: ¶ fratremque veſtrum minimum adduci
te ad me, vt ſciam quòd non ſitis exploratores: & iſtum
qui tenetur in vinculis, recipere poſsitis: ac deinceps
quæ vultis, emendi habeatis licentiam. ¶ His dictis cum
frumenta effunderent, ſinguli repererunt in ore ſac-
corum ligatas pecunias: exterritiſque ſimul omnibus,
¶ dixit pater Iacob, Abſque liberis me eſſe feciſtis,
Ioſeph non eſt ſuper, Simeon tenetur in vinculis, &
Beniamin ° auferetis: in me hæc omnia mala recide-
runt. ¶ Cui reſpondit Ruben, Duos filios meos
interfice, ſi non reduxero illum tibi: trade illum in
manu mea, & ego eum tibi reſtituam. ¶ At ille, Non
deſcendet, inquit, filius meus vobiſcum: frater eius
mortuus

Simeon conijcitur in carcerem.
*mea,
F
Reuertuntur ad patrem petentes Beniamin.
G
Pecunias repeńiunt in ore ſaccorum.
°auferetis.
Iacob renuit dare Beniamin.



mortuus eſt, & ipſe ſolus remanſit, ſiquid ei aduerſitatis
acciderit in terra ad quã pergitis, deducetis canos meos
cum dolore ad inferos.

eſt mortuus, & ipſe ſolus reliquus eſt: ſi illi accideret 24 per-
nicies in itinere quo proficiſcemini, deduceretis ſenium meũ
cum dolore 25 in foueam.

## SCHOLIA IN CAP. XLII.

1 Heb. Vt quid voſipſos aſpicitis? Vel, Quare proſpicitis vo-
bis? ſub. tantummodo. q. d. Quare non cõſulitis alijs vt vobis? qua
re proſpicitis vobis tantummodo? quare non conſyderatis quomo
do poſsitis alere totam veſtram familiam? Alij vertunt, Quare
contenditis inter vos? 2 Ne accidat illi mors. 3 ipſe erat qui
vendebat. 4 ideſt partem regionis quæ minime eſt munita. Ver
tere potes, arcanum terræ. 5 vel, veraces 6 vel, nunquam
fuerunt exploratores 7 probabimini. 8 Sic ſolebant iurare
AEgyptij, quemadmodum Hebræi, Viuit Dominus: ꝗ vita homi
num ab eo pendeat. 9 Congregauit 10 vel, veraces. 11 Heb.
frumentum famis domus veſtræ, ideſt, quo expellatis famẽ de fa-
milia veſtra. 12 Heb. & verificabuntur verba veſtra. 13 Heb.
& etiam ſanguis eius ecce exquiritur. 14 Heb. in ore ſacci ſui.
15 Heb. Egreſſum eſt ergo cor illorum, 16 Quid hoc eſt ꝙ
&c. 17. Heb. tradiditq; nos &c. ſub. in carcerem. Vel tradidit ſi-
ue dedit, pro reputauit ſiue exiſtimauit poſitũ eſt. 18 vel, Vera-
ces. Aut, Recti 19 vel, veraceſne. 20 Heb. & famẽ domorum
veſtrarum tollite, ideſt, alimenta quibus famem propellatis de do
mibus veſtris. 21 negotiabimini. 22 Heb. in me hæc om-
nia. 23 Heb. da eum in manum meam, 24 vel, mors 25 vel,
in ſepulchrum, ideſt, efficeretis vt ego ſenex mœrore & mœſti-
tia morerer.

## CAP. XLIII.

Remittũtur fratres Ioſeph vna cum Beniamin & muneribus.
"Teſtificatione

INterim fames omnem terram vehemẽter premebat. 1
Conſumptiſque cibis quos ex AEgypto detulerant,
¶ dixit Iacob ad filios ſuos, Reuertimini, & emite no 2
bis pauxillũ eſcarũ. ¶ Reſpõdit Iudas, Denũtiauit nobis 3
vir ille ſub "atteſtatiõe iuriſiurãdi, dicens, Non videbitis
faciẽ meã, niſi fratrẽ veſtrũ minimũ adduxeritis vobiſcũ.
¶ Si ergo vis eũ mittere nobiſcũ, pergem° pariter, & eme 4
mus tibi neceſſaria. ¶ Si autẽ nõ vis, nõ ibimus: vir enim 5
(vt ſæpe diximus) denuntiauit nobis, dicẽs, Non videbi-
tis faciẽ meã abſque fratre veſtro minimo. ¶ Dixit eis Iſ- 6
rael, In meam hoc feciſtis miſeriã vt indicaretis ei & aliũ
habere vos fratrẽ. ¶ At illi reſponderũt, Interrogauit nos 7
homo per ordinem, noſtram progeniẽ: ſi pater viueret: ſi
haberemus fratrem: & nos reſpondimus ei conſequenter
iuxta id quod fuerat ſciſcitatus: nunquid ſcire poteramus
quòd dicturus eſſet, Adducite fratrem veſtrum vobiſcũ?
¶ Iudas quoque dixit patri ſuo, Mitte puerum mecum, 8
vt proficiſcamur, & poſsimus viuere: ne moriamur nos
& paruuli noſtri. ¶ Ego ſuſcipio puerũ: de manu mea re- 9
quire illum, niſi reduxero & reddidero eum tibi, ero pec
cati reus in te omni tempore. ¶ Si non interceſsiſſet dila 10
tio, iam vice altera veniſſemus. ¶ Igitur Iſrael pater eorũ 11
dixit ad eos, Si ſic neceſſe eſt, facite quod vultis: ſumite
de optimis terræ "frugibus in vaſis veſtris, & deferte viro
munera, modicũ reſinę, & mellis, & ſtoracis, ſtactes, & te
rebinthi, & amygdalarũ. ¶ Pecuniam quoq; duplicem fer 12
te vobiſcum: & illam quam inueniſtis in ſacculis, repor-
tate, ne forte errore factum ſit. ¶ Sed & fratrem veſtrum 13
tollite, & ite ad virum. ¶ Deus autem meus omnipotens 14
faciat vobis eum placabilem: & remittat vobiſcum fra-
trem veſtrum quem tenet in vinculis, & hunc Bẽiamin:
ego autem quaſi orbatus abſque liberis ero. ¶ Tulerunt 15
ergo viri munera, & pecuniam duplicem, & Beniamin:
deſcenderuntque in AEgyptum, & ſteterunt coram Io-
ſeph. ¶ Quos cum ille vidiſſet, & Beniamin ſimul, præce- 16
pit diſpenſatori domus ſuæ, dicens, Introduc viros do-
mum, & occide victimas, & inſtrue conuiuium: quoniam
"hodie mecum ſunt comeſturi meridie. ¶ Fecit ille "quod 17
ſibi fuerat imperatum, & introduxit viros domum. ¶ Ibi- 18
que exterriti, dixerunt mutuo, Propter pecuniam quam
retulimus prius in ſaccis noſtris, introducti ſumus: vt de-
uoluat in nos calũniã, & violenter ſubijciat ſeruituti &
nos, & aſinos noſtros. ¶ Quam ob rem in ipſis foribus ac 19
cedentes ad diſpenſatorem ¶ locuti ſunt, Oramus domi- 20
ne vt audias nos, Iam antè deſcendimus vt emeremus
eſcas. ¶ Quibus emptis, cum veniſſemus ad diuerſorium 21
aperuimus ſaccos noſtros, & inuenimus pecuniã in ore
ſaccorum: quã nũc eodem pondere reportauimus. ¶ Sed 22
& aliud attulimus argentum, vt emamus quæ nobis ne-
ceſſaria ſunt: non eſt in noſtra conſcientia quis poſuerit

ſup. 42. d. B
Anguſtiæ Iacobi
C
"Fructibus.
Ioſeph iubet D parari conuiuiũ fratribus in domo ſua.
"Sicut.
ſup. 42. a. E

INualuerat autem fames in terra. Quumq; [ferè] abſum-
pſiſſent in cibo annonam quam ex AEgypto aduexerant,
tunc dixit pater eorum ad eos, 1 Reuertimini, & emi-
te nobis paululum alimenti. Iuda reſpondit ei, & dixit, 2 Sã
cte obteſtatus eſt nos vir ille, & dixit, 3 Ne veniatis in
conſpectum meum, niſi frater veſter veniat vobiſcum: ſi
ergo miſeris fratrem noſtrum nobiſcum, deſcendemus, &
ememus tibi alimentum: Si verò non miſeris, non deſcende-
mus: nam vir ille dixit ad nos, 3 Ne veniatis in conſpe-
ctum meum, niſi frater veſter fuerit vobiſcum. Dixit ergo
Iſrael, 4 Cur tam inique mecum egiſtis, vt indicaretis vi
ro illi quod 5 ſupereſſet vobis adhuc frater? Reſponde-
runt, Diligenter percontatus eſt vir ille nos de progenie no-
ſtra, dicens, Viuitne adhuc pater veſter? eſtne vobis [alius]
frater? Et 6 ſecundum huiuſmodi ſermones reſpondimus
ei: num præſcire poteramus eum dicturum, Adducite fra-
trem veſtrum? Dixitque Iuda ad Iſrael patrem ſuum, Mitte
puerũ mecũ, vt ſurgamus & abeamus, viuamuſq;, & nõ mo-
riamur nos & tu, ac pubes noſtra. Ego ſpõdeo pro eo, 7 de ma
nu mea require eũ: ſi eũ nõ reduxero ad te, & ante cõſpectum
tuũ collocauero eũ, ero peccati reus in te omnibus diebus. Et-
enim niſi morã traxiſſem°, iã ſecũdò reuerſi eſſemus. Et dixit
ad eos Iſrael pater eorũ, Si quidẽ omnino ita fieri oportet, faci
te hoc, & accipite de nobiliſsimis [fructib°] terræ in vaſa ve-
ſtra, & deferte viro illi munus, paululũ reſinæ, & paululum
mellis, aromata & ſtactẽ, 8 iuglãdes & amygdala, & pecu-
niã 9 aliã accipite in manũ veſtrã, deinde & pecuniã quæ re
poſita eſt in ſaccos veſtros, deferte in manu veſtra, 10 fortaſ-
ſe erratũ eſt. Capite & fratrẽ veſtrũ, ſurgite, reuertiminiq; ad
virũ. Deus autẽ omnipotẽs det vt gratiã impetretis corã viro
illo: vt remittat vobiſcũ fratrẽ veſtrũ aliũ, & hũc quoq; Benia
min: ego interim quẽadmodũ 11 orbatus ſum, orbatus ero. Ac
ceperũt itaq; viri illi munus illud, & duplicẽ pecuniã in ma-
nũ ſuã, & ipſum Beniamin, & ſurgẽtes deſcẽderũt in AEgy-
ptũ. Cumq; ſtarẽt corã Ioſeph, & Ioſeph videret Beniamin cũ
illis, dicebat præfecto domus ſuæ, Introduc viros illos in do-
mũ, & 12 macta tu, ac 13 para: viri enim illi mecũ prãdebũt
in meridie. Fecit vir ille quẽadmodũ præceperat Ioſeph, intro
duxitq; viros illos in domũ Ioſeph. Timuerunt autẽ viri, quũ
eſſent introducti in domũ Ioſeph, 14 dicebãtq;, Propter pecu
niã ipſam quæ in ſaccos noſtros ab initio repoſita eſt, introdu
cti ſumus, 15 vt deuoluat [hoc] in nos, irruatq; in nos, & ca-
piat nos atq; aſinos noſtros, ſeruitutiq; ſubyciat. Et acceſſerũt
virũ illũ qui diſpẽſator erat dom° Ioſeph, loquutiq; ſunt ad eũ
ad oſtiũ domus, & dixerũt, Mi dñe, deſcẽdimus primũ vt eme
rem° alimentũ. Quumq; veniſſemus in diuerſoriũ, aperuimus
ſaccos noſtros, & en cuiuſque pecunia erat in ſacco ſuo, pecu-
nia inquã noſtra iuxta põdus ſuũ quã reportauimus in manu
noſtra. Sed & aliã pecuniã portauimus in manu noſtra, vt
emamus alimentum, neſcij quiſnam pecuniam repoſuerit
in ſaccos

*in ſaccos noſtros. Qui ait, 16 Eſte bono animo, ne metuatis: Deus veſter, & Deus patris veſtri dedit vobis theſaurū in ſaccos veſtros, pecunia veſtra 17 peruenit ad me, eduxitq́; ad eos Simeonē. Deinde introduxit vir ille viros illos in domum Ioſeph: & dedit eis aquā vt lauarēt pedes ſuos, deditque pabulū aſinis eorum. Et illi inſtruxerunt munus interim, donec veniret Ioſeph 18 meridie, audierant enim ſe illic prāſuros. Ingreſſo verò Ioſeph domū, intulerunt ei munus, quod habebāt, in domum: prociderūtq́; corā illo in terrā. Interrogauit autē eos 19 nū rectè haberent omnia, & dixit, Pater veſter ſenex, de quo mihi dixeratis, rectène valet? viuitne adhuc? Reſponderūt, Pater noſter ſeruus tuus rectè valet, & viuit adhuc, & proni inclinabant. Sublatis autem oculis ſuis, vidit Beniamin fratrem ſuum 20 filium matris ſuæ, dixitque, Eſtne iſte frater veſter minor natu, de quo mihi dixeratis? Et ait, Deus 21 miſereatur tui fili mi. Feſtinauitq́; Ioſeph (incaluerant enim 22 viſcera eius erga fratrem ſuū) & quæſiuit vt fleret, ingreſſuſq́; penetrale, fleuit ibi. Et lauans faciem ſuam exiuit, & cōtinuit ſe, & ait, Apponite 23 panē. Et poſuerunt ei ſeorſim, illiſque ſeorſim, AEgyptijs quoq́;, qui cū eo comedebant, ſeorſim: quia 24 non poſſunt AEgyptij comedere cibum cum Hebræis, ſiquidem abominādum eſt hoc AEgyptijs. Sederunt itaque è regione ipſius, 25 primogenitus iuxta primogenituram ſuam, & minores natu iuxta ætatem ſuam: miratique ſunt viri illi quiſque cum proximo ſuo. Et tulit 26 à ſe fercula ad illos, auctumq́; eſt ferculum Beniamin præ omnium aliorū ferculis, idque quintuplo: & bibentes cum eo, vino ſunt exhilarati.*

23 eā in marſupijs noſtris. ♀At ille reſpōdit, Pax vobiſcū, no
lite timere: Deus veſter, & De⁹ patris veſtri dedit vobis
theſauros in ſaccis veſtris, nā pecuniā quā dediſtis mihi,
24 probatā ego habeo. eduxitq́; ad eos Simeō. ♀Et introdu
ctis domū, attulit aquā, & lauerūt pedes ſuos, deditq́; pa
25 bulū aſinis eorū. ♀Illi verò parabāt munera, donec ingre
deretur Ioſeph meridie. audierāt enim quòd ibi comeſtu
26 ri eſſent panē. ♀Igitur ingreſſus eſt Ioſeph domū ſuā, ob
tulerūtq́; ei munera, tenētes in manibus ſuis: & adoraue
27 rūt proni in terrā. ♀At ille clemēter reſalutātis eis, interro
gauit eos, dicēs, Sanuſne pater veſter ſenex, de quo dixe
28 ratis mihi, Adhuc viuit? ♀Qui reſpōderūt, Soſpes eſt ſer-
uus tuus pater noſter, adhuc viuit. Et incuruati, adoraue-
29 runt eū. ♀Attollēs autē Ioſeph oculos, vidit Beniamin
fratrē ſuū vterinum, & ait, Iſte eſt frater veſter paruulus,
de quo dixeratis mihi? Et rurſum, Deus, inquit, miſerea-
30 tur tui fili mi. ♀Feſtinauitq́; in domum, quia commota
fuerāt viſcera eius ſuper fratre ſuo, & erūpebant lachry-
31 mæ: & introiēs cubiculū fleuit. ♀Rurſumque lota facie
32 egreſſus, cōtinuit ſe, & ait, Ponite panes. ♀Quib⁹ appoſi-
tis, ſeorſum Ioſeph, & ſeorſum fratrib⁹, AEgyptijs quoq́;
qui veſcebātur ſimul, ſeorſum, (illicitū eſt enim AEgyp-
tijs comedere cū Hebræis, & prophanū putāt huiuſcemo
33 di cōuiuiū) ♀ſederūt corā eo primogenit⁹ iuxta primoge
nita ſua, & minimus iuxta ætatē ſuā. Et mirabātur nimis,
34 ♀ſumptis partibus quas ab eo acceperant: maiorq́; pars
venit Beniamin, ita vt quinq́; partibus excederet: biberūt-
que, & inebriati ſunt cum eo.

Educit è carcere Simeon.
F Lauantur pedes fratrum Ioſeph.
Ioſeph interrogat fratres de patre.
G
Flet Ioſeph.
Fratres epulantur cum eo. AEgyptijs illicitum edere cū Hebræis.

SCHOLIA IN CAP. XLIII.

1 ideſt, Reuertimini emere 2 Heb. Conteſtando cōteſtatus eſt nos, ideſt, Denuntiauit nobis adhibito iuramēto. 3 Heb. Non videbitis faciem meam, ideſt, Nullus patebit vobis ad me aditus. 4 Hebr. Vt quid malefeciſtis mihi, 5 eſſet 6 ideſt, iuxta id quod fuerat interrogatus. 7 ideſt, à me. Hebraiſmus. 8 vel, nuces pineas 9 duplicem, ideſt, duplum argenti accipite. 10 Hebr. ſi forte error ſit, ideſt, fortaſſe id errore factum eſt. 11 vel, orbatus fui, orbabor, ideſt, quemadmodum orbatus fui filio meo Ioſeph, orbabor & filio meo Beniamin. hoc eſt illum perdam. q.d. præſagit mihi animus quod orbabor filio meo Beniamin, ſicut orbatus ſum alijs duobus, Simeone & Ioſepho. 12 ſub. victimā. 13 vel, inſtrue conuiuium: 14 ſub. intra ſe. 15 Heb. vt deuoluat ſeſe ſuper nos, &c. ideſt, vt hoc prætextu reddat nos ſeruos ſibi. 16 Hebr. Pax vobis, ideſt, Nihil eſt periculi. 17 ideſt, eam recepi. 18 ſub. ad prandium. 19 Hebr. de pace, (ideſt, de ſanitate, ſiue incolumitate, rectène valerent,) dicens, Rectène valet &c. 20 Hebraiſmus, pro vterino. 21 ideſt, faueat tibi. Hebraiſmus. 22 vel, miſerationes 23 Panis pro omni eſca. 24 ideſt, eſt AEgyptijs illicitū. 25 q.d. pro ratione ætatis ſedebant. 26 Heb. à facie ſua portiones, vel munera ad &c. i. è paropſide illi appoſita dedit illis mun⁹ ſiue portionē. 27 q.d. maximā partē dedit ipſi Bēiamin.

CAP. XLIIII.

*IOſeph antem præcepit magiſtro domus ſuæ, & dixit, Imple ſaccos virorum illorum frumento quantum 1 capere poſſunt, & repone cuiuſque pecuniam 2 in ſaccum ſuū. Scyphum præterea meum, ſcyphum inquam argenteum; pone 3 in ſaccum natu minoris, vna cum pecunia 4 frumenti ſui. & fecit is iuxta mandatum Ioſeph quod mandauerat. Mane quū illuceſceret, emiſſi ſunt viri illi cum aſinis ſuis. Cumq́; vrbem eſſent egreſſi, & haud longe abeſſent, ait Ioſeph ad magiſtrum domus ſuæ, Surge, & inſequere viros illos: & quum apprehenderis eos, dic ad eos, Quare reddidiſtis malū pro bono? annō iſte eſt è quo potat dominus meus, & 5 quo augurijs ſcrutatur? male feciſtis hac in re. Apprehendens ergo illos, loquutus eſt cum illis verba iſta. Et reſponderunt illi, Quare loquitur dominus meus talia verba? abſit hoc vt ſerui tui rem iſtam deſignēt. En pecuniam quam inuenimus 6 in ſaccis noſtris, reportauimus ad te ex terra Chanaā, & quomodo 7 furaremur aurum vel argentū è domo domini tui? Apud quecūque ex ſeruis tuis hoc inuentū fuerit, is moriatur, & nos quoque ſerui erimus domini mei. Qui ait, 8 Etiam, fiat ergo iuxta verba veſtra: apud quem inuentus fuerit [ſcyphus,] is ſit ſeruus meus, & vos 9 innocētes eritis. Feſtinantes itaque depoſuerunt quiſque ſaccū ſuum in terram, & aperuit vnuſquiſq́; ſaccum ſuū. Et incepit ſcrutari à maiore natu, deſijtq́; in minore, & inuentus eſt ſcyphus in ſacco Beniamin. Illi vero conſciſſis veſtibus ſuis, rurſus onerarunt aſinos ſuos, & re*

CAP. XLIIII.

1 PRæcepit autē Ioſeph diſpēſatori domus ſuæ, dicēs,
Imple ſaccos eorū frumēto, quātū poſſūt capere: &
2 pone pecuniā ſingulorū in ſummitate ſacci. ♀Scy-
phū autē meū argenteū, & pretiū quod dedit tritici, po-
3 ne in ore ſacci iunioris. factumq́; eſt ita. ♀Et orto mane,
4 dimiſſi ſunt cū aſinis ſuis. ♀Iamq́; vrbem exierāt, & pro
ceſſerant paululum: tunc Ioſeph accerſito diſpenſato-
re domus, ait, Surge, inquit, & perſequere viros: & appre
5 hēſis dicito, Quare reddidiſtis malū pro bono? ♀Scyphus
quē furati eſtis, ipſe eſt in quo bibit dominus meus & in
6 quo augurari ſolet: peſsimā rem feciſtis. ♀Fecit ille vt iuſ
7 ſerat: & apprehēſis per ordinē locutus eſt. ♀Qui reſpon
derūt, Quare ſic loquitur dominus noſter, vt ſerui tui tan
8 tū flagitij cōmiſerint? ♀Pecuniā quā inuenimus in ſum-
mitate ſaccorū, reportauimus ad te de Terra-Chanaan:
& quomodo cōſequens eſt vt furati ſimus de domo do-
9 mini tui aurū vel argentum? ♀Apud quencunque fuerit
inuentum ſeruorum tuorum quod quæris, moriatur, &
10 nos erimus ſerui domini noſtri. ♀Qui dixit eis, Fiat iuxta
veſtram ſententiam: apud quencunque fuerit inuen-
11 tum, ipſe ſit ſeruus meus, vos autem eritis innoxij. ♀Ita
que feſtinatò deponentes in terram ſaccos, aperue-
12 runt ſinguli. ♀Quos ſcrutatus, incipiens à maiore vſq́;
13 ad minimum, inuenit ſcyphum in ſacco Beniamin. ♀At
illi ſciſſis veſtibus, oneratiſque rurſum aſinis, re-
uerſi

Iubet Ioſeph ſcyphum ſuum poni in ſacco Beniamin.
Deprehenditur in ſacco Beniamin.
* cum
B
C
Ioſeph fratres furti arguit.



uerſi ſunt in oppidum. ♀Primuſque Iudas cum fratribus 14
D ingreſſus eſt ad Ioſeph, (necdum enim de loco abierat)
omneſq́; ante eū pariter in terram corruerūt. ♀Quibus 15
ille ait, Cur ſic agere voluiſtis? an ignoratis quod non ſit
ſimilis mei in augurādi ſcientia? ♀Cui Iudas, Quid reſpō 16
debimus, inquit, domino meo? vel quid loquemur, aut iu-
ſtè poterimus obtendere? Deus inuenit iniquitatem ſer-
uorum tuorum: en omnes ſerui ſumus domini mei, & nos
& apud quem inuentus eſt ſcyphus. ♀Reſponditque Io- 17
ſeph, Abſit à me vt ſic agam: qui furatus eſt ſcyphum, ip
ſe ſit ſeruus meus, vos autem abite liberi ad patrem ve-
ſtrum. ♀Accedens autem propius Iudas, confidenter ait, 18
Oro domine* audi me, vt loquatur ſeruus tuus verbum
E in auribus tuis, & ne iraſcaris famulo tuo: tu es enim poſt
Pharaonem ♀dominus meus. Interrogaſti prius ſeruos 19
tuos, Habetis patrem aut fratrem? ♀& nos reſpondimus 20
tibi domino meo, Eſt nobis pater ſenex, & puer paruu-
lus, qui in ſenectute illius natus eſt, cuius vterinus frater
mortuus eſt: & ipſum ſolum habet mater ſua, pater verò
tenerè diligit eum. ♀Dixiſtique ſeruis tuis, Adducite eū 21
ad me, & ponam oculos meos ſuper illum. ♀Suggeſsi- 22
mus tibi domino meo, Non poteſt puer relinquere pa-
trē ſuum: ſi enim illum dimiſerit, morietur. ♀Et dixiſti ſer 23
uis tuis. Niſi venerit frater veſter minimus vobiſcum, nō
F videbitis amplius faciem meam. ♀Cum ergo aſcendiſſe- 24
mus ad famulum tuum patrem noſtrum, narrauimus ei
omnia quæ locutus eſt dominus meus. ♀Et dixit pater 25
noſter, Reuertimini, & emite nobis parum tritici. ♀Cui 26
diximus, Ire non poſſumus: ſi frater noſter minimus de-
ſcenderit nobiſcum, proficiſcemur ſimul: alioquin illo ab
ſente non audemus videre faciem viri. ♀At ille reſpon- 27
dit, Vos ſcitis quòd duos filios genuerit mihi vxor mea.
♀Egreſſus eſt vnus, & dixiſtis, Beſtia deuorauit eum: & 28
hucuſque non comparet. ♀Si tuleritis & iſtum, & aliquid 29
ei in via contigerit deducetis canos meos cum mœrore
G ad inferos. ♀Igitur ſi intrauero ad ſeruum tuum patrem 30
noſtrum, & puer defuerit (cum anima illius ex huius ani
ma dependeat) ♀videritque eum non eſſe nobiſcum, mo 31
rietur, & deducent famuli tui canos eius cum dolore ad
inferos. ♀Ego propriè ſeruus tuus ſim, qui in meam hunc 32
recepi fidē, & ſpopōdi dicens, Niſi reduxero eum, pecca
ti reus ero in patrem meum omni tempore. ♀Manebo 33
itaque ſeruus tuus pro puero in miniſterio domini mei,
& puer aſcendat cum fratribus ſuis. ♀Non enim poſſum 34
redire ad patrem abſente puero: ne calamitatis quæ op-
preſſura eſt patrem meum, teſtis aſsiſtam.

Oratio Iudæ ad Ioſeph.
* mi,
ſup. 42. c.
ſup. 43. a.
* Ad quæ ſup. 37. e.
ſup. 43. b.

*dierunt in ciuitatē. Venienſq́; Iuda & fratres eius in domum Ioſeph, qui adhuc ibi aderat, corruerunt corā eo ſuper terram. Quibus dixit Ioſeph, Quidnam hoc eſt quod feciſtis? annō ſcitis quòd 10 certiſſime augurari poteſt vir talis, qualis ego ſum? Et dixit Iuda, Quid dicemus ad dominum meum? quid loquemur? aut qua ratione 11 excuſabimus noſipſos? Deus 12 inuenit iniquitatem ſeruorum tuorum, en ſerui ſumus domini mei, nos inquam, & is in cuius manu inuentus eſt ſcyphus. Qui reſpondit, Hoc procul ſit à me, vt iſtud faciam: is in cuius manu inuentus eſt ſcyphus, erit ſeruus meus, vos autem aſcendite in pace ad patrem veſtrum. Tum acceſſit eum Iuda, & dixit, Mi domine, liceat mihi quæſo ſeruo tuo loqui coram domino meo, & ne ſuccenſeat ira tua aduerſus ſeruum tuum: 13 tu enim es perinde ac ipſe Pharao. Interrogauit dominus meus ſeruos ſuos hiſce verbis, Eſtne vobis pater aut frater? Et diximus ad dominum meum, Eſt nobis pater ſenex, & puer paruus 14 qui natus eſt ei in ſenectute, cuius frater mortuus eſt, 15 relictuſq́; ipſe ſolus ex matre ſua, quem & pater ſuus vnice diligit. Et dixiſti ad ſeruos tuos, Adducite eū ad me, 16 vt ponam oculos meos ſuper eum. Diximus verò ad dominum meum, Non poterit puer deſerere patrem ſuum: nam ſi deſereret patrem ſuum, moreretur ille. Et dixiſti ad ſeruos tuos, Si non deſcenderit frater veſter minor natu vobiſcum, ne veniatis amplius in conſpectum meū. Factum ergo eſt vt aſcenderemus ad ſeruū tuū patrem meum, & indicaremus ei verba domini mei. Dixit autem pater noſter, Redite, & emite nobis parum alimenti. Et reſpondimus, Non poſſumus deſcendere: ſi vero frater noſter minor nobiſcum fuerit, deſcendemus: nam 17 non audebimus videre faciem viri illius, ſi frater noſter minor nō fuerit nobiſcū. Et dixit ſeruus tuus pater meus ad nos, Vos ſcitis quòd vxor mea duos mihi peperit, Vnus quidem egreſſus eſt à me, de quo dixi, 18 Omnino laceratus eſt, & non vidi eū hactenus. Et tollitis quoque iſtum à me: 19 ſi quæ ei pernicies accidat, 20 deducetis ſeniū meū cū afflictione in foueā. Nūc igitur quū venero ad ſeruū tuū patrē meū, & puer ille nobiſcū nō fuerit, (quādoquidē 21 animus patris cū animo illius colligatus eſt) videritq́; puerū nō adeſſe, morietur: deducētq́; ſerui tui caniciē ſerui tui patris noſtri cū dolore ad ſepulchrū. Etenim ſeruus tuus ſpopōdit pro puero corā patre meo, dicens, Si nō reduxero eum ad te, 22 peccauero in patrē meū perpetuò. Nunc igitur remaneat quæſo ſeruus tuus pro puero illo, vt ſit ſeruus domini mei, & puer aſcendat cum fratribus ſuis. Nā quomodo poſſem aſcendere ad patrem meum, ſi puer non fuerit mecū? 23 niſi fortè videre vellem malum quod accidet patri meo.*

SCHOLIA IN CAP. XLIIII.

1 Ferre 2 in ore ſacci ſui. 3 in ore ſacci 4 tritici eius, ideſt, ab eo comparati. 5 vel, per quem augurando auguratur? Aut, pro quo augurando auguratus eſt? q.d. nonne iſte ſcyphus quem furati eſtis, eſt ille in quo bibere ſolet dominus meus, pro quo diuinos conſuluit, vt ſciret quis eum ſurripuiſſet? Quidam Hebræorum vertunt, per quem tentando tentauit vos? reliquit enim eum ante vos vt experiretur an ſurrepturi eſſetis illum. Chaldæus paraph. rimando rimatur? ſiue, inquirendō inquirit? Alij ex Hebræis interpretantur, cogitat amiſsionem ſcyphi ex quo bibit, ſibi eſſe malum omen. 6 in ore ſaccorum noſtrorum. 7 furati eſſemus 8 Hebr. Etiam, nunc iuxta verba veſtra ita fiat. vel, fiat ita vt dicitis: 9 vel, innoxij 10 Heb. diuinando diuinat homo. ſub. ſi quippiam amiſerit. Et hæc quidem dicebat, nō quod augurio vteretur, ſed quæ ad propoſitam rem faciebant loquebatur. q.d. an ignoratis ꝙ homo ſimilis mei ſoleat augurari, vel conſulere diuinos? Alij vertunt, tentando tentat vir &c. 11 Heb. iuſtificabimus 12 q.d. recordatus eſt iniquitatis ſeruorum tuorum quam admiſerunt perdendo fratrem ſuum. Quidā accipiunt vocem Hebræam AVON, pro mulcta & punitione peccati. vt dicat, Deus inuenit vnde puniret ſeruos tuos ob ſcelus admiſſum in fratrem ſuum. Nunc punit nos ſeruos tuos Deus. 13 Heb. nam ſicut tu ſicut Pharao. i. ſimilis es Pharaoni authoritate & poteſtate, authoritate æquas Pharaonem. 14 Heb. ſenectutū. 15 q.d. mater eius duos tantum genuit, & hic ſolus eſt relictus. 16 Hebr. pro, vt videā eum. 17 Hebr. non poſſumus, ideſt, non patebit nobis aditus ad virū illū. 18 Heb. Rapiendo raptus eſt. pro, Certe dilaceratus eſt à fera. 19 vel, ſi acciderit illi mors, 20 ideſt eritis cauſa mortis meæ qui ſenex ſum. efficietis vt præ mœrore moriar. 21 anima eius ligata eſt cum anima illius, ideſt, eum vnice diligit. Chaldæus paraphr. Anima eius tam dilecta eſt illi, quàm anima ſua. 22 vel, obnoxius ero pœnæ patri meo omnibus diebus. 23 Hebraiſmus, ne forte videam malum quod inueniet patrem meum.

CAP. XLV.

NOn ſe poterat vltrà cohibere Ioſeph multis 1
coram aſtantibus: vnde præcepit vt egre-
derentur cuncti foras, & nullus intereſſet
alienus agnitioni mutuæ. ♀Eleuauitque vocem cum 2

Ioſeph ſe fratribus agnoſcendum præbet.

CAP. XLV.

*N1 On potuit autē Ioſeph ſe cōtinere corā omnibus qui ſtabāt iuxtā illū, quin clamaret, En ſubmouete oēs viros à me. & nō māſit vir vllus cū eo, dū ſe cognoſcēdū præberet Ioſeph fratrib⁹ ſuis. Emittebatq́; vocē ſuā cū fletu*

*fletu,& audierunt[hoc] AEgyptij,audijt quoque domus Pharaonis.Et dixit Ioſeph ad fratres ſuos,Ego ſum Ioſeph:viuitne adhuc pater meus? Et non poterant fratres ſui ei reſpondere,adeo terrore erant obſtupefacti 2 coram illo.Dixit ergo Ioſeph ad fratres ſuos,Accedite quæſo ad me.Et acceſſerũt, & dixit,Ego ſum Ioſeph frater veſter, 3 quem vendidiſtis in AEgyptum.Nunc igitur nolite mærore conſici 4 neque commouemini intra vos,quòd me huc vendidiſtis : quoniam 5 ad conſeruationem miſit me Deus ante vos. 6 Et quidem hoc biennio fames[fuit] in terra,reſtant autem adhuc quinque anni,in quibus neque agros colent neque metent.Miſit ergo me Deus ante vos,vt 7 ponerem vobis reliquias in terra, 8 & vitam veſtram ſeruarem, ad magnam euaſionem.Itaque vos non miſiſtis me huc,ſed Deus,qui & poſuit me 9 patrem Pharaoni, & dominum totius domus ipſius,& dominatorem per totam terram AEgypti. Feſtinate ergo & aſcendite ad patrem meum, & ſic dicetis illi, Filius tuus Ioſeph ſic loquutus eſt, Conſtituit me Deus dominum totius AEgypti : deſcende igitur ad me, ne differas. Habitabis in terra Goſen,eriſque 10 penes me,tu & filij tui, & nepotes tui,greges tui & armenta tua, & quæcũque habes.Ego tibi illic cibum adminiſtrabo,(quoniam[reſtant]adhuc quinque anni famis,) ne fortè inopia labores tu & domus tua, & cuncta quæ habes. 11 Ecce oculi veſtri vident,ſimulq; oculi fratris mei Beniamin, quòd os meum loquitur ad vos. Referetis ergo patri meo omnẽ gloriam meam in AEgypto , & omnia quæ vidiſtis : accelerate & adducite patrem meum huc. Et ruit in collum Beniamin,fleuitque: ſed & Beniamin fleuit ſuper collum illius. Et oſculans omnes fratres ſuos, fleuit ſuper eos,& poſtea loquuti ſunt fratres eius cum eo. Et fama ipſa audita eſt in domo Pharaonis, 12 vt dicerent,Venerunt fratres Ioſeph. & 13 placuit Pharaoni & ſeruis eius.Dixitque Pharao ad Ioſeph,Dic ad fratres tuos,Hoc facite,onus imponite iumentis veſtris,& euntes pergite in terram Chanaan,& adducite patrem veſtrum, & 14 domos veſtras,& venite ad me,& 15 dabo vobis bonum terræ AEgypti,& 16 comedite pinguedinem terræ.Et tu quidem 17 iuſſus es, Facite hoc,accipite vobiſcum plauſtra è terra AEgypti pro pube veſtra,& pro vxoribus veſtris, & aduehite patrem veſtrum,& venite. 18 Ne pœniteat vos , ſi ſupellectilem veſtram poſt vos relinquatis : quia 19 bonum vniuerſæ terræ AEgypti veſtrum erit. Fecerunt autem ſic filij Iſrael,deditque eis Ioſeph currus iuxta mãdatum Pharaonis:dedit etiam eis commeatum pro itinere.Dedit inſuper ſingulis 20 veſtes mutatorias:ipſi autem Bẽiamin dedit trecentos argenteos , & quinque mutatorias veſtes , Patri autem ſuo 21 miſit in hunc modum,Decẽ aſinos ferentes 22 de bonis AEgypti,& decem aſinas ferentes frumentum,panem, & cibum pro patre ſuo ad iter. Amandauitque fratres ſuos vt abirent, & dixit ad eos, 23 Ne tumultuemini in via. Aſcenderunt itaque ex AEgypto , & venerunt in terram Chanaan,ad Iacob patrem ſuum . Et nuntiarunt ei dicentes,Ioſeph adhuc viuit , quin dominatur per totam terram AEgypti. 24 vacillabat autem cor eius: non enim credebat illis . Et loquuti ſunt ad eum cuncta verba Ioſeph quæ loquutus fuerat ad ipſos:cernenſque quadrigas quas miſerat Ioſeph ad ferendum eum,reuixit ſpiritus Iacob patris eorum. Dixitque Iſrael, 25 Sat ſuperque quòd Ioſeph filius meus adhuc viuit:ibo & videbo eum priuſquam moriar.*

fletu:quam audierunt AEgyptij, omniſque domus Pha-
3 raonis.¶ Et dixit fratribus ſuis , Ego ſum Ioſeph:adhuc
pater meus viuit ? ″Non poterant reſpondere fratres
4 nimio terrore perterriti.¶Ad quos ille clementer,Acce-
dite,inquit,ad me. Et cum acceſsiſſent propè,Ego ſum,
ait,Ioſeph frater veſter, quem vendidiſtis in AEgyptũ.
5 ¶ Nolite pauere , neque vobis durum eſſe videatur
quòd vendidiſtis me in his regionibus: pro ſalute enim
6 veſtra miſit me Deus ante vos˜in AEgyptum.¶ Bien-
nium eſt enim quòd cœpit fames eſſe in terra: & adhuc
quinque anni reſtant: quibus nec arari poterit , nec
7 meti. ¶ Præmiſitque me Deus vt reſeruemini ſuper
8 terram, & eſcas ad viuendum habere poſsitis. ¶ Non
veſtro conſilio,ſed Dei voluntate huc miſſus ſum : qui
fecit me quaſi patrem Pharaonis, & dominum vniuerſæ
domus eius, ac principem in omni Terra-AEgypti.
9 ¶ Feſtinate,& aſcendite ad patrem meum, & dicetis ei,
Hæc mandat filius tuus Ioſeph,Deus fecit me dominum
vniuerſæ Terræ-AEgypti:deſcende ad me,ne moreris,
10 ¶& habitabis in Terra-Geſſen,eriſque iuxta me tu,& fi
lij tui,& filij filiorum tuorum,oues tuæ, & armenta tua,
11 & vniuerſa quæ poſsides. ¶ Ibique te paſcam, (adhuc
enim quinque anni reſidui ſunt famis) ne & tu pereas,&
12 omnis domus tua, & omnia quæ poſsides. ¶ En oculi
veſtri & oculi fratris mei Beniamin vident quòd os meũ
13 loquatur ad vos.¶ Nuntiate patri meo vniuerſam glo-
riam meam,& cuncta quæ vidiſtis in AEgypto : feſtina-
14 te,& adducite eum ad me.¶ Cumque amplexatus ceci-
diſſet in collũ Beniamin fratris ſui,fleuit: illo quoq; ſimi
15 liter flente ſuper collũ eius.¶ Oſculatuſq; eſt Ioſeph om
nes fratres ſuos,& plorauit ſuper ſingulos:poſt quæ auſi
16 ſunt loqui ad eũ.¶Auditumq; eſt & celebri ſermone vul
gatũ in aula regis,Venerũt fratres Ioſeph. & gauiſus eſt
17 Pharao atq; omnis familia eius.¶ Dixitq; ad Ioſeph vt
imperaret fratribus ſuis,dicẽs,Onerãtes iumenta, ite in
18 Terrã-Chanaã:¶& tollite inde patrẽ veſtrũ & cognatio
nẽ,& venite ad me:& ego dabo vobis omnia bona AEgy
19 pti,vt comedatis medullã terræ. ¶ Præcipe etiã vt tollãt
plauſtra de Terra-AEgypti, ad ſubuectionẽ paruulorũ
ſuorũ ac coniugũ:& dicito,Tollite patrẽ veſtrũ, & pro-
20 perate quãtocyus veniẽtes.¶Nec dimittatis quicquã de
ſupellectili veſtra:quia oẽs opes AEgypti, veſtræ erũt.
21 ¶ Fecerũtq; filij Iſrael vt eis mãdatũ fuerat. Quibus de-
dit Ioſeph plauſtra,ſecũdũ Pharaonis imperiũ:& cibaria
22 in itinere.¶ Singulis quoq; proferri iuſsit binas ſtolas:Bẽ
iamin verò dedit trecẽtos argẽteos cũ quinq; ſtolis opti-
23 mis:¶tãtundẽ pecuniæ & veſtiũ mittẽs patri ſuo, addẽs″
eis aſinos decẽ qui ſubueherẽt ex omnibꝰ diuitijs AEgy-
24 pti,& totidẽ aſinas,triticũ in itinere,paneſq; portãtes.¶Di
miſit ergo fratres ſuos:& proficiſcẽtibus ait, Ne iraſca-
25 mini in via.¶ Qui aſcẽdẽtes ex AEgypto,venerũt in Ter
26 rã-Chanaan ad patrẽ ſuũ Iacob.¶Et nũtiauerũt ei,dicen
tes, Ioſeph˜filius tuus viuit: & ipſe dominatur in omni
Terra-AEgypti.Quo audito Iacob,quaſi de graui ſom-
27 no euigilans,tamen non credebat eis.¶Illi è contra refe-
rebant omnem ordinem rei.Cumque vidiſſet plauſtra &
28 vniuerſa quæ miſerat,reuixit ſpiritus eius, ¶ & ait, Suffi
cit mihi ſi adhuc Ioſeph filius meus viuit:vadam,& vide
bo illum antequam moriar.

″ Nec

B Act.7.b.

Cõſolatur eos. inf.50.c.

C Voluntate Dei miſſus Ioſeph in AEgyptum, præficitur AEgypto, & patrem acceſſit.

D

Oſculatur fratres ſuos, flens.

Præcipit Pharao Iacob adduci i AEgyptum. E

F

Ioſeph dat dona fratribus.

″ ei (ſin.nu.

G Ad charitatẽ hortatur eos.

Nuntiatur Iacob,Ioſeph filiũ viuere.

SCHOLIA IN CAP. XLV.

1 Heb.Non poterat autem Ioſeph vim facere ſibi omnibus aſtantibus iuxta ipſum , & clamauit,ideſt,Non potuit Ioſeph,quãuis iuxta ipſum multi aſtarent,cohibere ſe quin clamaret,Submouete &c. 2 Heb.à facie eius. 3 Hebr. qui vendidiſtis me. 4 Heb.neq; indignentur oculi veſtri,ideſt,ne indignemini vos. aut,ne fleatis. 5 Heb.ad vitam,ideſt,pro victu ac ſalute. 6 Iã enim duobus annis, 7 ideſt,ſeruaretur poſteritas veſtra. 8 Heb. & viuificarem vos euaſione magna,ideſt,eriperem vos à periculo maximo. 9 Hic pater pro inſtructore & rectore ponitur. 10 vicinus mihi.vel,propinquus, 11 q.d.Ipſi agnoſcere poteſtis quòd ſim frater veſter:loquor enim vobiſcum patria lingua , non per interpretem. 12 Heb.dicendo. 13 Heb.bonum viſum eſt in oculis Pharaonis,& in oculis ſeruorum eius , ideſt , gratiſsimum fuit Pharaoni & ſeruis eius. 14 Chaldæus paraph.homines domorum



morum veſtrarum. 15 ideſt optimam partem terræ AEgypti, & fertiliſsimam habitabitis. 16 Imperatiuus pro futuro, comedetis. 17 ſub.à me, ideſt, nunc tibi mando vt dicas fratribus tuis,Facite 18 Heb.Et oculus veſter ne parcat inſtrumentis veſtris.ideſt,Omnem ſupellectilem veſtram afferte, neque quicquã relinquatis. 19 ideſt,feraciſsima pars vniuerſæ regionis AEgypti veſtra erit.Hebraiſmus. 20 vel, mutationes veſtium . hoc eſt, duas veſtes diſsimiles. 21 Hebraiſmus, miſit ſicut iſtud, Decem &c. id eſt quinque veſtes , & trecentos nũmos argenteos , præterea decem aſinos, 22 ideſt, ex optimis quibuſque terræ AEgypti. 23 vel , Ne contendatis,ſiue,Ne rixemini,quod ſcilicet vendideritis me. 24 q.d. non ſtatim credidit illis.Alij legunt,diſſolutum eſt cor eius. vel elanguit , ideſt, tantam cõſolationem accepit,vt vitalis eius ſpiritus ceſſarit. 25 vel, Sufficit.Alij,Multũ eſt ꝙ Ioſeph &c.q.d.Abundans eſt mihi gaudium ꝙ &c. 26 Et,pro vt.more Hebraico,vt videam.

## CAP. XLVI.

PRofectuſque Iſrael cũ omnibus quæ habebat, vẽ- 1
nit ad Puteum-iuramenti: & mactatis ibi victimis
Deo patris ſui Iſaac,¶audiuit eum per viſionẽ no- 2
cte vocantẽ ſe,& dicentem ſibi,Iacob,Iacob?Cui reſpõ-
dit,Ecce adſum.¶Ait illi Deus,Ego ſum fortiſsimus Deus 3
patris tui:noli timere,ſed deſcende in AEgyptũ, quia in
gentẽ magnam faciã te ibi.¶ Ego deſcẽdam tecũ illuc & 4
ego inde adducam te reuertentem: Ioſeph quoq; ponet
manꝰ ſuas ſuper oculos tuos.¶Surrexit autem Iacob˜ma 5
ne à Puteo-iuramenti: tuleruntque eum filij cum paruu-
lis & vxoribus ſuis in plauſtris quæ miſerat Pharao ad
portandum ſenẽ, ¶ & omnia quæ poſſederat in Terra- 6
Chanaan:venitque in AEgyptum cũ omni ſemine ſuo,
¶filij eius & nepotes, filiæ, & cuncta ſimul progenies. 7
¶Hæc ſunt autẽ nomina filiorũ Iſrael qui ingreſsi ſunt in 8
AEgyptum,ipſe cũ liberis ſuis.primogenitus Rubẽ. ¶ Fi 9
lij Rubẽ:Henoch & Phallu & Heſron & Charmi.¶ ⁒ Fi- 10
lij Simeõ:Iamuel & Iamin˜& Iami & Ahod & Iachin &
Sohar,& Saul filius Chananitidis.¶∴ Filij Leui : Gerſon 11
& Cahath & Merari.¶Filij Iuda:Her & Onan & Sela & 12
Phares & Zara.mortui ſunt autẽ Her & Onan in Terra-
Chanaã.Natiq; ſunt filij Phares:Heſron & Hamul.¶ Fi- 13
lij Iſſachar:Thola & Phua & Iob & Simeron.¶Filij Za- 14
bulõ:Sared & Elon & Iahelel.¶ hi filij Liæ quos genuit 15
in Meſopotamia Syriæ cũ Dina filia ſua.omnes animæ fi
liorũ eius & filiarũ, trigintatres.¶ Filij Gad: Sephon & 16
Aggi & Eſebon & Suni & Heri & Arodi & Areli. ¶ Filij 17
Aſer:Iamna & Ieſua & Ieſſui & Beria, Sara quoq; ſoror
eorũ . Filij Beria : Heber & Melchiel. ¶ hi filij Zelphæ, 18
quã dedit Laban Liæ filiæ ſuæ.& hos genuit Iacob ſede
cim animas.Filij Rachel vxoris Iacob:Ioſeph & Benia-
min.¶Natiq; ſũt Ioſeph filij in Terra-AEgypti,¶quos ge 19
nuit ei Aſeneth filia Phutipharis ſacerdotis Heliopoleos: 20
Manaſſes & Ephraim.¶Filij Beniamin:Bela & Bechor & 21
Aſbel & Gera & Naaman & Echi & Ros & Mophim &
Ophim & Ared.¶ hi filij Rachel quos genuit Iacob:oẽs 22
animæ,quatuordecim.¶Filij Dan:Huſim. ¶ Filij Neph- 23
thali:Iaſiel & Guni & Ieſer & Sallẽ.¶hi filij Balæ,quam 24
dedit Labã Racheli filiæ ſuæ:& hos genuit Iacob . om- 25
nes animæ,ſeptẽ.¶Cunctæq; animæ quæ ingreſſæ ſunt 26
cũ Iacob in AEgyptũ,& egreſſę ſunt de femore illiꝰ,(abſ
que vxoribus filiorũ eius,)ſexaginta ſex.¶Filij autẽ Io- 27
ſeph qui nati ſunt ei in Terra-AEgypti,animæ duæ.om-
nes animæ domus Iacob quæ ingreſſæ ſunt in AEgyptũ,
fuere ſeptuaginta.¶Miſit autẽ˜Iacob Iudã ante ſe ad Io- 28
ſeph˜in AEgyptũ,vt nũtiaret ei,& ille occurreret in Geſ
ſen.¶Quò cũ perueniſſet,iũcto Ioſeph curru ſuo,aſcẽdit 29
obuiã patri ſuo ad eundẽ locũ:videſq; eũ,irruit ſuper col
lũ eius,& inter amplexus fleuit. ¶ Dixitq; pater ad Io- 30
ſeph,Iã lætus moriar, quia vidi faciẽ tuã,& ſuperſtitẽ te
relinquo.¶At ille locutus eſt ad fratres ſuos, & ad omnẽ 31
domũ patris ſui,Aſcendã,& nũtiabo Pharaoni:dicãq; ei,
Fratres mei & domus patris mei qui erãt in Terra-Cha-
naã venerũt ad me:¶& ſunt viri paſtores ouiũ,curãq; ha 32
bẽt alendorũ gregũ:pecora ſua,& armẽta,& omnia quæ
habere potuerũt,adduxerũt ſecũ.¶Cũq; vocauerit vos, 33
& dixerit,Quod eſt opus veſtrũ?¶reſpõdebitis. Viri pa- 34
ſtores ſumus ſerui tui,ab infantia noſtra vſq; in præſens,
& nos & patres noſtri.hæc autem dicetis,vt habitare poſ
ſitis in Terra-Geſſen:quia deteſtantur AEgyptij omnes
paſtores ouium.

Profectio Iacob in AEgyptum.

Deus conſolatur Iacob , & promiſsiones renouat.

Act.7.b.

Filij Iacob.

B

Exod.1.a. 6.b.
Num.26.a.
1.Paral.5.a.
⁒1.Par.4.a.
∴1.Paral.6.a.
1.Par.2.a. 4.d.

Sup.38.a.
1.Par.7.a.

1.Paral.7.f.

Sup.41.f. C

1.Par.7.b. & 8.a.

Septuaginta homines ingreſsi AEgyptum.

Deu.10.d. D

Ioſeph occurrens patri oſculatur ipſum.

Paſtores abominantur AEgyptij.

*PRofectus itaque Iſrael cum omnibus quæ habebat, venit in Beer-ſeba , & ſacrificauit ſacrificia Deo patris ſui Iſaac . Et dixit Deus ad Iſrael in apparitione nocturna, in hunc modum, Iacob,Iacob? Et reſpondit, En præſto ſum. Et dixit, Ego ſum Deus,Deus patris tui, ne metuas deſcendere in AEgyptum : quoniam 1 in gentem magnam faciam te ibidem . Ego 2 deſcendam tecum in AEgyptum, & 3 reducam te, & Ioſeph 4 ponet manum ſuam ſuper oculos tuos. Et ſurrexit Iacob de Beer-ſeba, tuleruntque filij Iſrael Iacob patrem ſuum,& paruulos ſuos atque vxores ſuas in plauſtris,quæ miſerat Pharao ad ferendum eum.Et tollentes pecora ſua , & omnes facultates ſuas, quas parauerant in terra Chanaan,venerunt in AEgyptum, Iacob & vniuerſum ſemen eius cum eo.Filij eius, & nepotes eius cum ipſo,ſed & 5 neptes ex filijs,omne denique ſemen ſuum duxit ſecum in AEgyptum.Hæc ſunt autem nomina filiorum Iſrael qui venerunt in AEgyptum : Iacob cum filijs ſuis:primogenitus Iacob,Ruben. Filij verò Ruben, Hanoch, Phallu, HetZron, & Charmi . Filij Simeon:Iemuel, Iamin, Ohad,Iachin atque Zohar,& Saul filius Chananitidis . Filij Leui:Gerſon,Kahath,& Merari.Filij Iehuda:Er,Onan, Sela,PeretZ atque Zerah.mortuus vero eſt Er & Onan in terra Chanaan. Filij PeretZ fuerunt HetZron atque Hamul. Porrò filij Iſaſchar : Thola,Phua,Iob & Simron. Filij verò Zebulon:Sered,Elon & Iachleel.Hi filij Leæ,quos 6 genuit ipſi Iacob in Padan-aram,vnà cum Dina filia ſua.omnes animæ filiorum eius & filiarum eius,trigintatres . Filij autem Gad:Ziphion,Haggi,Suni & EZbon,Eri,& Arodi,atq; Areli.Filij Aſer:Iimna,Iiſua,Iiſui,& Bria,atque Serah ſoror eorum.Filij autem Bria,Heber & Malchiel.Iſti filij Zilpa,quam dedit Laban Leæ filiæ ſuæ,peperitque iſtos ipſi Iacob:ſedecim nempe animæ . Filij Rahel vxoris Iacob erant Ioſeph & Beniamin.Natique ſunt ipſi Ioſeph in terra Aegypti,Manaſſes & Ephraim,quos peperit ei Aſnath filia Potipharis 7 ſacerdotis ꝟ On.Filij Beniamin,Bela,Becher, Aſbel,Gera,Naaman , Ehi & Roſch,Mupim,Huppim & ard.Hi filij Rahel , quos peperit ipſi Iacob:oẽs animæ quatuordecim. Filij Dã,Huſim.Filij Naphtali,IachZeel,Guni,IeZer & Sillem.Hi filij Bilha,quã dedit Laban Raheli filiæ ſuæ , peperitque iſtos ipſi Iacob:omnes animæ ſeptem.Itaque omnes animæ quæ venerunt cum Iacob in AEgyptum, 8 egreſſæ de femore eius,(præter vxores filiorum Iacob) omnes inquam animæ ſunt ſexaginta ſex.Filij verò Ioſeph,qui nati ſunt ei in AEgypto,duæ animæ. Omnes itaque animæ domus Iacob quæ venerunt in AEgyptum,ſunt ſeptuaginta.Præmiſit autem Iudam ante ſe ad Ioſeph, 9 vt dirigeret ante ſe ad Goſen,veneruntque in Goſen.Et 10 apparans Ioſeph currum ſuum,aſcendit obuiam Iſraeli patri ſuo in Goſen:& vt viſus eſt ab eo,ruit in collum eius,fleuitque ſuper collum eius 11 vehementer.Et dixit Iſrael ad Ioſeph,Iam 12 moriar, poſteaquam vidi faciem tuam,& 13 quòd tu adhuc viuis.Dixitque Ioſeph ad fratres ſuos,& ad domum patris ſui,Aſcẽdam,& indicabo Pharaoni,dicamque ei,Fratres mei,& domus patris mei qui fuerunt in terra Chanaan,venerunt ad me.Sunt autem paſtores gregum,(14 fuerunt enim homines pecuarij) adduxerũtque greges ſuos,armenta ſua,& omnia quæ habent.Et ſi fiat vt Pharao vos vocet,& dixerit,15 Quod eſt opus veſtrum? Reſpondebitis,Viri pecuarij ſunt ſerui tui à pueritia noſtra vſq; in præſens:non ſolum nos,ſed & patres noſtri.vt ſcilicet habitare poſsitis in terra Goſen: 16 quoniam abominandi ſunt AEgyptijs cuncti paſtores ouium.*

SCHO-

## SCHOLIA IN CAP. XLVI.

1 ideſt, faciam vt relinquas magnam poſteritatem in AEgypto. 2 q.d. gratiam & fauorem meum ſemper habebis comitem. 3 poſteritatem eius intelligit, quam reduxit ex AEgypto. 4 ideſt, oculos tibi morienti claudet. q.d. illic relinques Ioſeph ſuperſtitem. 5 Heb. filiæ eius, & filiæ filiorū eius, 6 peperit. 7 Vide annotationem de hoc ſuprà ca. 41. 8 ideſt, quæ ortum & originem acceperunt ab ipſo Iacob. 9 vt indicaret ante illum in Geſſen, ideſt, vt ſignificaret aduentum ſuum in Geſſen. Chaldæus paraphr. vt præpararet locum ante ſe in Geſſen. 10 Hebr. ligās vel, iungens. 11 Heb. adhuc. i. aliquātiſper. 12 ſub. lubens. 13 vel, quia adhuc video te viuentem. 14 Heb. quia homines pecoris ſunt. i. ſolēt alere pecora, nec vnquā aliā artem exercuerunt, quàm paſtoritiam: ſemper habuerunt curam pecorum. 15. i. Quam artē exercetis? 16 Execrabantur enim oēs illos AEgyptij, qui mactāt animalia, & veſcuntur carnibus eorū, quum ipſi à taliū eſu abſtinerent, ob venerationem.

## CAP. XLVII.

VEnit itaq; Ioſeph, & indicauit Pharaoni, dixitq;, Pater meus, & fratres mei: greges eorū atq; armēta eorū, vna cū omnibus quæ habent, venerūt è terra Chanaā, & en ſunt in terra Goſen. Accipiēs autē quoſdā 1 è fratribus ſuis, nēpe quinque viros, ſtatuit eos corā Pharaone. Dixit autē Pharao ad fratres Ioſeph, 2 Quod eſt opus veſtrū? Et reſpōderūt Pharaoni, Paſtores ouiū ſunt ſerui tui, tam nos quàm patres noſtri. Dixeruntq; ad Pharaonē, Vt incolamus hāc regionē venimus: nō enim ſunt paſcua gregibus quos habēt ſerui tui: quoniā graſſatur fames in terra Chanaā. liceat igitur quæſumus, ſeruis tuis vt habitēt in terra-Goſen. Et dixit Pharao ad Ioſeph, Pater tuus & fratres tui venerūt ad te, terra AEgypti 3 tibi patet: cura vt pater tuus & fratres tui habitēt in melioribus [locis] terræ, habitēt inquā in terra Goſen, & ſi deprehēderis inter eos viros aliquos 4 induſtrios, præfice eos pecori meo. Adduxit quoq; Ioſeph patrē ſuū Iacob, & ſtatuit eum corā Pharaone: & Iacob 5 ſalutabat Pharaonē. Dixit autē Pharao ad Iacob, Quot ſunt dies annorū vitæ tuæ? Iacob reſpōdit Pharaoni, Dies annorū quibus peregrinus ſui, triginta ſunt & centū anni: 6 pauci quidē & mali fuerūt dies annorū vitæ meæ, nec attigerunt dies annorū vitæ patrū meorū, quibus ipſi fuerūt peregrini. 7 Agēs itaq; gratias Iacob Pharaoni, egreſſus eſt à conſpectu eius. Aſsignauit itaq; Ioſeph patri ſuo & fratribus ſuis vbi habitarēt, & dedit eis poſſeſsiones in terra AEgypti, in optimis locis regionis, nēpe in terra Raemſes, quēadmodū mādauerat Pharao. Porro Ioſeph adminiſtrauit cibū patri ſuo & fratribus ſuis, & toti domui patris ſui, 8 vt ſolet pubi [fieri.] 9 Non fuit panis per vniuerſam terrā [AEgypti,] quoniam graſſabatur fames adeò, vt nō ſolū AEgyptus, ſed & regio Chanaā 10 præ caritate annonæ cōtabeſceret. Ioſeph igitur collegit omnē pecuniā quæ inueniebatur in terra AEgypti, & in terra Chanaā, pro frumēto quod illi coemebant, & intulit Ioſeph illā pecuniā in domū Pharaonis. Cumq; iā cōſumpta eſſet pecunia de terra AEgypti, atque de terra Chanaan, venerūt omnes AEgyptij ad Ioſeph, & dixerūt, Da nobis panē: 11 cur morimur coram te, quū pecunia defecerit? Reſpōdit Ioſeph, Date pecora veſtra 12 & quādoquidē defecit pecunia, dabo vobis pro pecoribus veſtris. Adduxerūt igitur pecora ſua ad Ioſeph, & dedit Ioſeph illis frumētū pro equis, atq; pro pecudibus ouiū, & pro armentis, & pro aſinis: & ſuſtentauit illos cibo, illo anno pro omnibus pecoribus ſuis. Exacto illo anno, venerūt ad eū ſecūdo anno, dixerūtq; ad illū, Nō celabimus hoc dominū meum, exhauſtā eſſe pecuniā, deinde & poſſeſsiones pecorū eſſe apud dominū meū: nec reliquū eſt corā domino meo, niſi corpora noſtra, & humus noſtra: Cur morimur te id cernēte, nō ſolū antē nos, ſed & 13 agri noſtri? eme nos & terrā noſtrā pro cibo, 14 erimuſq; & nos & terra noſtra ſeruientes Pharaoni: modo da ſemen vt viuamus, & nō moriamur, neve terra in ſolitudinē redigatur. Emit ergo Ioſeph totā humū AEgypti ipſi Pharaoni, quoniā vēdiderūt AEgyptij quiſq; agrum ſuū, eo quòd fames grauis erat ſuper eos, factaq; eſt humus Pharaonis. Populum verò ipſum trāſtulit 15 in ciuitates ab extremis finibus AEgypti. 16 Attamen terrā ſacerdotū non emit, 17 quoniā demēſum erat certū cōſtitutū à Pharaone ſacerdotibus, vt comederēt demēſum quod largitus erat eis Pharao: & ideo non vendiderunt terrā ſuā. Et dixit Ioſeph

## CAP. XLVII.

1 INgreſſus ergo Ioſeph nuntiauit Pharaoni, di-
cens, Pater meus & fratres, oues eorum & ar-
menta, & cuncta quæ poſsident, venerunt de
Terra-Chanaan: & ecce conſiſtunt in Terra-Geſ-
2 ſen. ♀ Extremos quoque fratrum ſuorum quinque
3 viros conſtituit coram rege: ♀ quos ille interroga-
uit, Quid habetis operis? Reſponderunt, Paſtores
ouium ſumus ſerui tui, & nos & patres noſtri.
4 ♀ Ad peregrinandum in terram tuam venimus:
quoniam non eſt herba gregibus ſeruorum tuo-
rum, ingraueſcente fame in Terra-Chanaan: pe-
timuſque vt eſſe nos iubeas ſeruos tuos in Ter-
5 ra-Geſſen. ♀ Dixit itaque rex ad Ioſeph, Pater
6 tuus & fratres tui venerunt ad te. ♀ Terra-AEgy-
pti in conſpectu tuo eſt: in optimo loco fac eos ha-
bitare, & trade eis Terram-Geſſen. Quod ſi noſti in eis
eſſe viros induſtrios, conſtitue illos magiſtros pe-
7 corum meorum. ♀ Poſthæc introduxit Ioſeph pa-
trem ſuum ad regem, & ſtatuit eum coram eo:
8 qui benedicens illi, ♀ & interrogatus ab eo, Quot
9 ſunt dies annorum vitæ tuæ? ♀ Reſpondit, Dies pe-
regrinationis vitæ meæ centum triginta anno-
rum ſunt, parui & mali, & non peruenerunt vſ-
que ad dies patrum meorum quibus peregrinati
10 ſunt. ♀ Et benedicto rege egreſſus eſt foras. Io-
11 ſeph ♀ verò patri & fratribus ſuis dedit poſſeſsio-
nem in AEgypto in optimo Terræ loco, Rameſ-
12 ſes, vt præceperat Pharao. ♀ Et alebat eos, omnem-
que domum patris ſui, præbens cibaria ſingulis.
13 ♀ In toto enim orbe panis deerat, & oppreſſerat
fames terram, maxime AEgypti & Chanaan.
14 ♀ E quibus omnem pecuniam congregauit pro ven-
ditione frumenti, & intulit eam in ærarium re-
15 gis. ♀ Cùmque defeciſſet emptoribus pretium, vê-
nit cuncta AEgyptus ad Ioſeph, dicens, Da nobis
“ panes: quare morimur coram te deficiente pe-
16 cunia? ♀ Quibus ille reſpondit, Adducite pecora ve-
ſtra, & dabo vobis pro eis cibos, ſi pretium non
17 habetis. ♀ Quæ cum adduxiſſent, dedit eis alimen-
ta pro equis, & ouibus, & bobus, & aſinis: ſuſten-
tauitque eos illo anno pro commutatione peco-
18 rum. ♀ Venerunt quoque anno ſecundo, & dixe-
runt ei, Non celamus domino noſtro quòd deficien-
te pecunia, pecora ſimul defecerunt: nec clam
19 te eſt quod abſque corporibus ♀ & terra nihil habea-
mus. Cur ergo moriemur te vidente? & nos, & ter-
ra noſtra tui erimus: eme nos in ſeruitutem regiam,
& præbe ſemina, ne pereunte cultore redigatur
20 Terra in ſolitudinem. ♀ Emit igitur Ioſeph omnem
Terram-AEgypti, vendentibus ſingulis poſſeſsiones
ſuas præ magnitudine famis. Subiecitque eam
21 Pharaoni, ♀ & cunctos populos eius à nouiſsimis
terminis AEgypti vſque ad extremos fines eius:
22 ♀ præter terram ſacerdotum quæ à rege tradita
fuerat eis: quibus & ſtatuta cibaria ex horreis
publicis præbebantur, & idcirco non ſunt compul-
23 ſi vendere poſſeſsiones ſuas. ♀ Dixit ergo Ioſeph
ad po-

Ioſeph nuntiat Pharaoni aduē tum patris, & fratres introducit.

B Pharao iubet dari eis terram Geſſen.

Iacob introductus interrogatur à Pharaone.

C Ipſi Iacob datur terra Geſſen.

Ioſeph pro pecunijs, & pecoribus, & terris dat frumentū.

D “ Panem.

E

Sacerdotibus victus à regē datur.



ad populos, En vt cernitis, & vos & terram veſtram Pha
rao poſsidet: accipite ſemina, & ſerite agros, ♀ vt fruges 24
habere poſsitis. Quintam partē regi dabitis: quatuor reli
quas permitto vobis in ſementem & in cibum familijs &
liberis veſtris. ♀ Qui reſponderunt, Salus noſtra in ma- 25
nu tua eſt: reſpiciat nos tantum dominus noſter, & læti
ſeruiemus regi. ♀ Ex eo tempore vſque in præſentem diē 26
in vniuerſa Terra-AEgypti, regibus quinta pars ſolui-
tur, & factum eſt quaſi in legem, abſque terra ſacerdota
li, quæ libera ab hac conditione fuit. ♀ Habitauit ergo Iſ 27
rael in AEgypto, id eſt in Terra-Geſſen, & poſſedit eam
auctuſque eſt & multiplicatus nimis. ♀ Et vixit in ea de- 28
cē & ſeptem annis: factique ſunt omnes dies vitæ illius,
cētum quadraginta ſeptē annorū. ♀ Cùmq; appropin- 29
quare cerneret diem mortis ſuæ, vocauit filium ſuum Io
ſeph, & dixit ad eum, Si inueni gratiam in conſpectu tuo,
pone manum tuā ſub femore meo: & facies mihi miſeri-
cordiā & veritatē, vt non ſepelias me in AEgypto: ♀ ſed 30
dormiam cū patribus meis, & auferas me de terra hac, cō
daſque in ſepulchro maiorū meorum. Cui reſpondit Io-
ſeph, Ego faciā quod iuſsiſti. ♀ Et ille, Iura ergo, inquit, 31
mihi. Quo iurante, adorauit Iſrael Dominum, conuerſus
ad lectuli caput.

F Homines pro victu, ſe in ſeruos tradunt.

G

ſup. 24. a. Iacob vult ſepeliri cum patribus.

ad populum, Ecce emi vos hodie, ſimulq; terrā veſtrā Pharaoni, en vobis ſemen vt ſeminetis terrā. 18 Ex prouentu verò eius quintā dabitis Pharaoni: quatuor partes veſtræ erūt pro ſemine agri, atque vt vos comedatis, & qui ſunt in domibus veſtris, & pubes veſtra. Qui reſpōderūt, 19 Tu ſeruaſti nos in vita, nos erimus ſerui Phar. onis, modo nanciſcamur gratiā in oculis domini mei. Fecit autē Ioſeph hoc 20 decretū ſuper terrā AEgypti vſq; in hunc diem, vt quinta pars eſſet Pharaonis: niſi quod terra ſacerdotum, atque ea ſola, non facta eſt Pharaonis. Habitauit itaque Iſrael in terra AEgypti, nempe in Goſen, & 21 detenti in ea, creuerūt atque multiplicati ſunt vehementer. Vixitque Iacob in terra AEgypti decem & ſeptem annis: fueruntque dies Iacob, [&] anni vitæ eius centum & quadragintaſeptem anni. Appropinquarant autem dies Iſrael vt moreretur, & vocauit filium ſuum Ioſeph, dixitque ei, 22 Si hanc à te impetro gratiam, obſecro pone nunc 23 manum tuam ſubter femur meū, & 24 fac mihi hoc beneficium, idque bona fide, ne me ſepelias in AEgypto, 25 Iacebo cum patribus meis: transferas ergo me ex AEgypto, atq; ſepelias me in ſepulchro illorum. Et reſpondit, Ego faciam iuxta mandatum tuum. Et ille ait, Iura mihi. Et iurauit ei. 26 inclinauit ergo Iſrael verſus caput lecti.

## SCHOLIA IN CAP. XLVII.

1 Quidam vertunt, de extremitate fratrum ſuorum, ſiue, de extremis fratribus ſuis, ideſt, eos qui abiectiori erant aſpectu, & perſona: ne ſi robuſtiores adduxiſſet, Pharao illos in militiam traxiſſet. 2 ideſt, Quod opus exercetis? 3 Hebr. coram te eſt. q.d. Offero tibi totam AEgyptum: elige quam partem voles pro patre tuo. 4 fortes, 5 Heb. benedixit, ideſt, ſalutauit, ſalutēque eſt imprecatus. 6 q.d. ſi vita mea conferatur cum vita maiorum meorum, breuis eſt, & parum fœlix: illi vixerunt longiore tempore. 7 vel, Vale dicens itaque &c. 8 Heb. ſecundum os paruulorum, ideſt, pro ratione & numero paruulorū. 9 vel, Non erat 10 vel, propter famem contabeſceret. 11 cur moriemur coram te? iam enim pecunia defecit. 12 & ſi defecit &c. 13 Nam paulo poſt dicturus eſt, Ne Terra in ſolitudinem redigatur. 14 vel, vt nos ſimus 15 vel, de ciuitate in ciuitatem. In ſignum videlicet quod nihil proprij haberent amplius in Terra. 16 Tantum 17 vel, quia portio ſacerdotibus à Pharaone dabatur, comedebantque eam portionem quam conſtituerat eis Pharao. i. alebat eos Pharao ſumptu proprio: ideo habebant vnde viuerent, nec penuria cogebantur vendere poſſeſsiones ſuas. 18 Heb. In prouentibus verò eius &c. vel, In fructibus, ideſt, quum meſsis tempus aduenerit, & agri prouentum ſuum tulerint. 19 Heb. Viuificaſti nos: inueniamus gratiam in oculis domini mei, vt ſimus ſerui Pharaonis. Id eſt, Author vitæ noſtræ es, reſtituiſti nos in vitam, reputabimus hoc pro maximo beneficio, ſi receperit nos in ſeruitutem ſuam Pharao. 20 in ſtatutum. vel, in conſuetudinem. Ioſeph (inquit) eam induxit cōſuetudinem, quæ etiam hodie durat, vt regibus AEgyptiorum quinta pars ſoluatur. 21 habuerunt poſſeſſiones in ea. Vel, facti ſunt poſſeſſores in ea: 22 Heb. Si nunc (vel, Quæſo) inueni gratiam in oculis tuis. id eſt, Si gratia valeo apud te. Si tibi charus ſum. 23 Hūc iurādi modū vide ſuprà capite XXIIII, in principio. 24 Heb. fac mecum hāc miſericordiā & veritatē, neq; me &c. Id eſt, iura te haud dubie collaturū in me hoc beneficiū, nēpe quod non ſepelies &c. 25 Heb. Et dormiā cum patribus meis, & auferes me. (Et) primo loco poſitum accipitur pro aduerbio (quū) ſiue (quādo.) Dormire cū patribus, pro mori. Id eſt, Cum mortuus fuero, aufer me ex AEgypto. 26 vel, adorauit ergo Iſrael ad (vel, ſuper) caput lecti. Id eſt, ſedente eo in ſuperiore parte lecti.

## CAP. XLVIII.

HIs itaq; trāſactis nūtiatū eſt Ioſeph quod ęgrotaret 1
pater ſuus: qui aſſumptis duobus filijs, Manaſſe
& Ephraim, ire perrexit. ♀ Dictūq; eſt ſeni, Ecce 2
filius tuus Ioſeph venit ad te. Qui cōfortatus ſedit in lectu
lo. ♀ Et ingreſſo ad ſe Ioſeph ait, Deus omnipotēs apparuit 3
mihi in Luza, quæ eſt in Terra-Chanaā: benedixitq; mi
hi, ♀ & ait, Ego te augebo & multiplicabo, & faciā te in 4
turbas populorū: daboq; tibi terrā hāc, & ſemini tuo poſt
te in poſſeſsionē ſempiternā. ♀ Duo ergo filij tui qui nati 5
ſunt tibi in Terra-AEgypti antequā huc venirē ad te mei
erūt: ⁒ Ephraim & Manaſſes, ſicut Rubē & Simeō reputa
būt mihi. ♀ Reliquos aūt quos genueris poſt eos, tui erūt, 6
& nomine fratrum ſuorū vocabuntur in poſſeſsionibus
ſuis. ♀ Mihi enim quando veniebā de Meſopotamia, 7
† mortua eſt Rachel in Terra-Chanaan in ipſo itinere,
eratq; vernum tēpus: & ingrediebar Ephrathā, & ſepeli-
ui eam iuxta viam Ephrathæ, quæ alio nomine appella
tur Beth-lehem. ♀ Videns autē filios eius dixit ad eum, 8
Qui ſunt iſti? ♀ Reſpondit, Filij mei ſunt quos donauit 9
mihi Deus in hoc loco, Adduc, inquit, eos ad me, vt bene
dicam illis. ♀ Oculi enim Iſrael caligabant præ nimia ſe- 10
nectute, & clare videre non poterat. Applicitoſque ad ſe

Ioſeph patrem ægrotantem viſitat cum filijs.

ſup. 28. c.

ſup. 41. f. Iacob adoptat Ephraim & Manaſſe.

B

⁒ Ioſ. 13. b. d. 16. 17. a.

† ſup. 35. c.

Iacob filijs Ioſeph benedicit.

## CAP. XLVIII.

POſt hæc geſta nuntiatum eſt ipſi Ioſeph, En pater tuus ægrotat. & tulit ſecum duos filios ſuos, Manaſſe & Ephraim. Et nuntiatum eſt ipſi Iacob tale nuntiū, Ecce filius tuus Ioſeph venit ad te, 1 & confortauit ſeſe Iſrael, & reſedit ſuper lectum. Dixitque Iacob ad Ioſeph, Deus omnipotens viſus eſt mihi in Luſa in terra Chanaan, benedixitque mihi, & dixit ad me, Ecce ego faciam te creſcere & multiplicabo te, daboque te vt ſis cœtus populorum, & tradā terram hanc ſemini tuo poſt te, 2 vt poſsideant eam perpetuo. Et nūc duo filij tui, qui nati ſunt tibi in terra AEgypti priuſquā ad te venirē in AEgyptū, 3 mei futuri ſunt, Ephraim ſcilicet & Manaſſe, ſicut Rubē & Simeō. 4 Filij autē tui, ſiqui poſt hos tibi naſcētur, tui erūt, 5 iuxta nomē fratrū ſuorū appellationē accipiēt in poſſeſsione ſua. Equidē quū redirē 6 ex Padan, mortua eſt 7 iuxta me Rahel in terra Chanaā in via, 8 quū adhuc iugero arui abeſſem ab Ephrata: ſepeliuique eā ibidem in via Ephrat, quæ eſt Beth-lehem. Et videns Iſrael filios Ioſeph, dixit, 9 Qui ſunt iſti? Reſpondit Ioſeph patri ſuo, Filij mei ſunt quos dedit mihi Deus in hoc [loco.] Et dixit, Adduc quæſo eos ad me, vt fauſta illis imprecer. Erant autem oculi Iſrael graues præ ſenio, nec poterat videre, & adduxit illos ad eum, qui
oſculum

*æſculum dedit eis, & eos eſt complexus.* Dixitque *Iſrael ad Ioſeph, Quòd faciem tuam viderem, nunquam apud me cogitaſſem, & ecce* Deus 10 *oſtendit mihi etiam ſemẽ tuum.* Et eduxit Ioſeph eos 11 *de gremio eius, &* 12 *pronus inclinauit ad terrã. Accepit autẽ* Ioſeph *vtrunque,* Ephraim *in dextera ſua ad ſiniſtram* Iſraelis, & *Manaſſe in ſiniſtra ſua ad dexteram* Iſraelis, & *duxit ad illum. Extendens autẽ* Iſrael *dexteram ſuã, poſuit ſuper caput* Ephraim, *qui erat minor natu: & ſiniſtram ſuam ſuper caput* Manaſſe, 13 *ſciens ac prudens dirigens manus ſuas, tametſi* Manaſſe *eſſet primogenitus.* Et *fauſta imprecatus eſt ipſi* Ioſeph, & *ait,* Deus, *in cuius conſpectu ambulauerunt patres mei, Abrahã &* Iſaac: Deus *qui paſcit me* 14 *tota vita mea in hũc vſque diem:* Angelus *quoque ipſe, qui* 15 *tutatus eſt me ab omni malo, ſumma felicitate fortunet pueros iſtos,* 16 *vocentur nomine meo, nomineque patrum meorum* Abraham & Iſaac, & 17 *augeſcant in immenſum in ipſa terra. Videns autẽ* Ioſeph *quod poneret pater ſuus manũ ſuam dexterã ſuper caput* Ephraim *ægre tulit: & apprehẽſa manu patris ſui, trãsferre eam voluit de capitẽ* Ephraim *ſuper caput* Manaſſis. *Et dixit* Ioſeph *ad patrem ſuum,* Non *ſic mi pater: nam iſte eſt primogenitus, pone dexteram tuam ſuper caput eius. Sed pater eius renuit, & dixit, Scio fili mi, ſcio,* 18 *ipſe quoque in populum euadet, & magnus erit: verũtamen frater eius natu minor, erit illo maior, & ſemen eius erit* 19 *impletio gentiũ.* Imprecatus *eſt itaque eis fauſta eodẽ die, & ait,* 20 In *te fauſta imprecabitur* Iſrael, *vt dicat,* Ponat te Deus *ſicut* Ephraim *& ſicut* Manaſſen. *Et præpoſuit* Ephraim *ipſi* Manaſſe. *Dixit verò* Iſrael *ad* Ioſeph, En *ego morior, &* Deus *erit vobiſcum, reducetque vos ad terram patrum veſtrorum.* Et *ego dedi tibi portionem vnam ſupra fratres tuos,* 21 *quam tuli de manu Amorræi gladio meo ac arcu meo.*

11 deoſculatus & circumplexus eos, ♀ dixit ad filium ſuum,
Non ſum fraudatus aſpectu tuo: inſuper oſtendit mihi C
12 Deus ſemen tuum. ♀ Cumque tuliſſet eos Ioſeph de gre
mio patris, adorauit pronus in terram. Et poſuit Ephraim
13 ad dexteram ſuam, id eſt ad ſiniſtram Iſrael: ♀ Manaſſen
verò in ſiniſtra ſua, ad dexteram ſcilicet patris, applicuit
14 que ambos ad eum. ♀ Qui extendens manum dexteram,
poſuit ſuper caput Ephraim minoris fratris: ſiniſtram au
tem ſuper caput Manaſſe qui maior natu erat, cõmutans
15 manus. ♀ Benedixitque Iacob filijs Ioſeph, & ait, Deus Heb.11.d.
in cuius conſpectu ambulauerunt patres mei Abraham
& Iſaac, Deus qui paſcit me ab adoleſcentia mea vſque
16 in præſentem diem: ♀ angelus qui eruit me de cunctis ſup.31.d.32.a. matth.18.b.
malis, benedicat pueris iſtis: & inuocetur ſuper eos
nomen meum, nomina quoque patrum meorum Abra-
ham & Iſaac, & creſcant in multitudinem ſuper terram.
17 ♀ Videns autem Ioſeph quod poſuiſſet pater ſuus dex- D
teram manum ſuper caput Ephraim, grauiter accepit: &
apprehenſam manum patris leuare conatus eſt de capi-
18 te Ephraim, & transferre ſuper caput Manaſſe. ♀ Dixit-
que ad patrem, Non ita conuenit pater: quia hic eſt pri-
19 mogenitus, pone dexteram tuã ſuper caput eius. ♀ Qui
renuens ait, Scio fili mi, ſcio: & iſte[o] quippe erit in popu- [o] quidem
los & multiplicabitur: ſed frater eius minor, maior erit
10 illo, & ſemen illius creſcet in gentes. ♀ Benedixitque
eis in tempore illo dicẽs, In te benedicetur Iſrael, atque
dicetur, Faciat tibi Deus, ſicut Ephraim & ſicut Manaſſe.
21 Conſtituitque Ephraim ante Manaſſen. ♀ Et ait ad Io- Prædicit Iacob liberationem filiorum ſuorũ.
ſeph filium ſuum, En ego morior, & erit Deus vobiſcũ,
22 reducetque vos ad terram patrum veſtrorum. ♀ Do tibi
[1] partẽ vnã extra fratres tuos, [2] quã tuli de manu Amor- [1] Ioſ.13.a.16.a
rhæi in gladio & arcu meo. [2] Ioſ.24.b.

## SCHOLIA IN CAP. XLVIII.

1 Vel, qui reſumptis viribus, reſedit &c. q. d. dedit operam vt ſederet in lectulo ſuo. 2 Heb. in poſſeſsionem ſeculi. Hoc eſt, ad longum tempus, vt nonnullis placet. 3 Sub. hæredes. 4 Heb. Et generatio tua quam genuiſti poſt illos, 5 ideſt, quando diuidenda erit hæreditas terræ Chananæorum, comprehendentur ſub Ephraim & Manaſſe. 6 ideſt, ex Meſopotamia. 7 vel, mihi. Vide hunc locum ſuprà cap. 35. 8 vel, quum adhuc ſupereſſet aliquod terræ ſpatium (vel, miliare terræ) antequã peruenirem ad Ephratham: 9 vel, Cuius 10 videre fecit me 11 de genibus ſuis. Ad Ioſeph refertur, non ad Iacob. q. d. Remouit à ſe filios ſuos, & ſtatuit prope patrem. 12 vel adorauit in terram, ideſt, gratias Deo egit. 13 Heb. intelligere fecit &c. ideſt, ſcite & docte impoſuit manus ſuas, quemadmodũ poſtea euentus probauit: tanquam manus illæ eſſent conſciæ rerum futurarum. 14 ex quo ſum. 15 eripuit 16 Heb. vocetur in eis nomen meum. Id eſt, dicantur poſthac filij mei, & filij Abrahæ & Iſaac. 17 Vox Hebræa, ſignificat in modum piſcium multiplicari. Creſcunt autem piſces in maximo numero. 18 vel, multi populi orientur ex eo, 19 Heb. plenitudo, vel, multitudo, ideſt, permultæ gentes ex eo venturæ ſunt. Chaldæus paraph. Filij eius erunt patentes in populis. 20 Heb. In te benedicet &c. q. d. Dum populus Iſrael volet filijs ſuis bona imprecari, dicet, Multipliceris vt multiplicatus fuit Ephraim & Manaſſe. 21 Quidam Hebræorum dicunt hæc eſſe dicta per anticipationem, Quam tuli, ſiue accepi: pro, Quam accipiam, nepoteſque mei accepturi ſunt iure bellico. Amorrhæum autem ſolum nominat, quia erant fortiſsimi omnium horum quos Iſraelitæ deuicerunt. Alij putant hic ſignificari Sichimam, quam ob ſtupratam Dinam acquiſierunt, cuius etiam Iohannes Euangeliſta meminit. Alij intelligunt de Ioſeph, cuius filij duas partes acceperunt: atque ita partem vnam vltra fratres ſuos videtur accepiſſe Ioſeph. Eſt autẽ Hebraiſmus, In gladio & arcu meo: pro, iure bellico.

## CAP. XLIX.

*Vocans autem* Iacob *filios ſuos, ait illis, Congregamini, vt prædicem vobis quid euenturum ſit vobis poſteris temporibus. Congregamini, & audite filij* Iacob, *audite* Iſraelem *patrem veſtrum.*

*Ruben primogenitus meus tu es, robur quidem meũ,* 1 *at principium doloris mei,* 2 *præcipuus ferendo, præcipuus robore, diffluens veluti aqua: non excelles [prærogatiua,] quoniam aſcendiſti lectum patris tui, tum ſtratum meum prophanaſti aſcendendo.*

*Simeõ &* Leui 3 *fratres,* 4 *arma violenta machæræ eorũ,* 5 *in arcanum eorum non veniat anima mea, non in vnum conueniat gloria mea cum cœtu illorum: quoniam* 6 *in furore ſuo occiderunt* 7 *virũ, &* 8 *pro libidine ſua ſuffoderunt murum.* 9 Maledictus *æſtus ipſorum, quoniam vehemens eſt: & indignatio eorum, quia dura: diſpertiar eos in* Iacob, & *diſpergam eos in* Iſrael.

[3] *Iehuda tu es, te laudabunt fratres tui,* 10 *manus tua in ceruice hoſtium tuorum,* 11 *genu flectent tibi filij*

1 Vocauit autem Iacob filios ſuos, & ait eis, Cõgre Iacob prædicit quid euenturũ ſit filijs ſuis.
gamini, vt annũtiem quæ ventura ſunt vobis in
2 diebus nouiſsimis. ♀ Congregamini & audite filij
Iacob, audite Iſrael patrem veſtrum.
3 ♀ Ruben primogenitus meus, tu fortitudo mea & Ruben.
principium doloris mei: prior in donis, maior
4 in imperio. ♀ Effuſus es ſicut aqua, non creſcas: infra.35.d.1.para.5.a.
quia aſcendiſti cubile patris tui, & maculaſti ſtratum
eius.
5 ♀ Simeon & Leui fratres: vaſa iniquitatis bellan
6 tia. ♀ In conſilium eorum non veniat anima mea, Simeon & Leui ſup.34.d. Ioſ.19.a.21.a.b.
& in cœtu illorum non ſit gloria mea: quia in furore
ſuo occiderunt virum, & in voluntate ſua ſuffoderunt
7 murum. ♀ Maledictus furor eorum, quia pertinax: & B
indignatio eorum, quia dura: diuidam eos in Iacob, &
diſpergam eos in Iſrael.
8 ♀ Iuda, te laudabunt fratres tui: manus[o] tuæ in cer- Iuda. [o] tua 1.Para.5.a.
uicibus inimicorum tuorum, adorabunt te filij
patris



patris tui. ♀ Catulus leonis Iuda: ad prædam fili aſcendi- 9
ſti: requieſcens accubuiſti vt leo, & quaſi leæna, quis ſuſci
CHRISTVS è Iuda naſciturus. Iohan.7.g. Matt.2.a. tabit eum? ♀ NON AVFERETVR ſceptrum de Iu 10
da, & dux de femore eius: donec veniat qui mittẽdus eſt.
& ipſe erit expectatio Gentium. ♀ Ligans ad vineam pul- 11
lum ſuum, & ad vitem ô fili mi aſinam ſuam. Lauabit in
vino ſtolam ſuam, & in ſanguine vuæ pallium ſuum.
♀ Pulchriores ſunt oculi eius vino, & dentes eius lacte 12
candidiores.
Zabulon. ♀ Zabûlon in litore maris habitabit, & in ſtatione na- 13
uium pertingens vſque ad Sidônem.
Iſſachar. ♀ Iſſachar aſinus fortis accubãs inter terminos. ♀ Vidit 14
requiem quòd eſſet bona, & terram quòd optima: & ſup- 15
poſuit humerum ſuum ad portandum, factuſq; eſt tribu-
tis ſeruiens.
Dan. C ♀ Dan iudicabit populum ſuum ſicut & alia tribus in 16
Iſrael. ♀ Fiat Dan coluber in via, ceraſtes in ſemita, mor- 17
dens vngulas equi, vt cadat aſcenſor eius retro, ♀ SALV 18
CHRISTVS. TARE tuum expectabo Domine.
Gad. ♀ Gad, accinctus præliabitur ante eum: & ipſe accinge 19
tur retrorſum.
Aſer. ♀ Aſer pinguis panis eius, & præbebit delicias regi- 20
bus.
Nephtali. ♀ Nephtali ceruꝰ emiſſꝰ, & dãs eloquia pulchritudinis. 21
Ioſeph. 1.Par.5.a. ♀ Filius accreſcens Ioſeph, filius accreſcẽs & decôrus 22
aſpectu: filiæ diſcurrerunt ſuper murum. ♀ Sed exaſpera- 23
uerunt eum, & iurgati ſunt, inuideruntque illi habentes ia
cula. ♀ Sedit in forti arcus eius, & diſſoluta ſunt vincula 24
brachiorum & manuum illius per manus potentis Iacob:
inde paſtor egreſſus eſt lapis Iſrael. ♀ Deus patris tui erit 25
adiutor tuus, & omnipotens benedicet tibi benedictioni-
bus cæli deſuper, benedictionibus abyſsi iacentis deor-
ſum, benedictionibus huberum & vuluæ. ♀ Benedictiones 26
patris tui confortatæ ſunt benedictionibus patrum eius:
D donec veniret deſiderium collium æternorum: fiant in
capite Ioſeph, & in vertice nazaræi inter fratres ſuos.
Beniamin. ♀ Beniamin lupus rapax, mane comedet prædam, 27
& veſpere diuidet ſpolia. ♀ Omnes hi in tribubus Iſ- 28
rael duodecim: hæc locutus eſt eis pater ſuus, bene-
Iacob vult ſepeliri cũ patribus. dixitque ſingulis, benedictionibus proprijs. ♀ Et præ- 29
cepit eis, dicens, Ego congregor ad populum meum:
ſepelite me cum patribus meis in ſpelunca duplici quæ
Sup.23.d. eſt in agro Ephron Hethæi ♀ contra Mambre in Ter- 30
ra-Chanaan, quam emit Abraham cum agro ab Ephron
Hethæo in poſſeſsionem ſepulchri. Ibi ſepelierunt
eum, & Saram vxorem eius: ♀ ibi ſepultus eſt Iſaac 31
cum Rebecca coniuge ſua: ibi & Lia condita iacet.
Moritur. ♀ Finitiſque mandatis quibus filios inſtruebat, collegit 32
pedes ſuos ſuper lectulum, & obijt: appoſituſque eſt ad
populum ſuum.

*patris tui.* 12 *Catulus leonis* Iehuda, *de præda fili mi aſcendiſti: demiſit ſe, & accubuit veluti leo, & veluti leæna, quis excitabit eum?* 13 Non *recedet ſceptrum de* Iehuda, 14 *& legiſlator de pedibus eius, donec veniat* 15 *Schilo, & ad illum* 16 Gentes *confluent. Ligans ad vitem pullum ſuum, & ad* 17 *ſorec* 18 *filius meus aſinam ſuam; eluet in vino veſtimentum ſuum, & in ſanguine vuarum operimentum ſuum.* 19 Rubicundi *oculi à vino, & dentes candidi à lacte.*

*Zebulon ad portum maris habitabit,* 20 *& ad ſtationem nauium, latere ſuo ad Zidonem pertinget.*

*Iſaſchar aſinus* 21 *oſſeus, accubans* 22 *inter duos fines. Videns requiem quòd eſſet bona, &* 23 *terram quòd eſſet amœna: inclinauit humerum ſuum ad baiulandum, factuſque eſt* 24 *vectigalis.*

25 Dan *iudicabit populum ſuum,* 26 *quemadmodum aliæ tribus* Iſrael. *Futurus eſt* Dan *ſerpens* 27 *in via, & aſpis in ſemita, mordens* 28 *calcaneos equi, ceciditq; eques eius retrorſum.* 29 Expectabo SALVTEM *tuam ô* Domine.

30 *Cuneus latronum graſſabitur in* Gad, *at ipſe tandẽ victoria potietur.*

31 De *Aſer pinguis panis illius, ipſeque dabit* 32 *delicias regibus.*

Naphtali 33 *cerua celeris, edens verba elegantia.*

34 *Ioſeph filius fructum edens, filius ad fontem fructum edens, filiæ incedentes ſuper murum.* 35 Irritarunt *eum, contenderunt cum eo, & odio proſequuti ſunt eum periti ſagittandi:* 36 Manſit *tamen arcus eius firmus, roborataq; ſunt brachia manuum eius, idque per fortem* Iacobi, *hinc paſtor lapis* Iſraeli. A Deo *patris tui qui adiuuit te, &* 37 *cum omnipotente qui benedixit te* 38 *benedictionibus cæli deſuper, benedictionibus abyſsi cubantis infra, benedictionibus vberum & vteri.* 39 Benedictiones *patris tui ampliores ſunt quam benedictiones maiorum meorum,* 40 *vſque ad deſiderabiles colles qui iam olim fuerunt,* 41 *eruntque ſuper caput* Ioſeph, *& in vertice nazaræi fratrum ſuorum.*

Bẽiamin 42 *lupus diripiẽs, mane comedet prædã, & ad veſperã diuidet ſpoliũ.* 43 Omnes *iſtæ ſunt duodecim tribus* Iſrael; *& hoc eſt quod loquutus eſt pater eorũ ad illos, & bene precatus eſt eis, cuiq; iuxta ſuam* 44 *imprecationem.* Præcepit *præterea eis, & ait ad eos,* 45 Cũ *ego ad populum meũ collectꝰ fuero, ſepelite me ad patres meos,* In *ſpelunca quæ eſt in agro* Ephronis Hithæi, *in ſpelũca in quã* 46 *duplici in agro, qui eſt è regione* Mamre *in terra* Chanaã, 47 *quẽ [agrũ] emit* Abrahã *ab* Ephrone Hithæo *in poſſeſsionẽ ſepulchralẽ.* Vbi *ſcilicet ſepulti ſunt* Abrahã *&* Sara *vxor eius, illic etiã ſepulti* Iſaac & Rebecca *vxor eius, ibi etiã ſepeliui ego* Leam. Emptus *eſt verò ager & ſpelunca quæ in eo eſt, ab* Hethitis. Cumq; *iam finem faceret* Iacob *præcipiendi filijs ſuis,* 48 *collegit pedes ſuos ad lectum, & expirans, collectus eſt ad populos ſuos.*

## SCHOLIA IN CAP. XLIX.

1 Et principium roboris mei. i. quem genui quum adhuc eſſem fortis, in florenti ſcilicet ætate mea. Bis idem dicit, robur meum, & principium roboris mei. 2 excellentia dignitatis, & excellentia fortis, Leuitas ſicut aquæ, ne excellas: quia aſcendiſti cubile patris tui: ex quo contaminaſti ſtratũ meũ, defecit ſub. congreſſus meus cũ Bala. i. Tibi debebatur ſacerdotiũ & imperiũ, ex teq; egreſſuri erant ſacerdotes & reges, verũ leue fuit tibi ingeniũ, leuis fuiſti, & procliuis ad libidinẽ, vt aqua quæ celeriter labitur. propterea nõ excelles: nõ pertinebit ad te ius neq; ſacerdotij, neq; regni, neq; primogenituræ. Aſcendiſti enim cubile meũ, & cõſtupraſti Balã concubinam meam: ex eoque tempore quo polluiſti cubile meũ, abſtinui à congreſſu cum ipſa Bala. Chaldæus paraphraſtes ſic vertit, Tu accepturus eras partes tres, primogenituram ſcilicet, ſacerdotium, & regnum. ſed quia ſecutus es voluntatem tuam, ſicut aqua effuſa non proficies. Quidam vertunt poſteriorem periodi partem ad hunc modum, Ex quo violaſti lectum meum, aſcendit, ideſt, abijt: ſubaudi, dignitas tua. hoc eſt, priuatus es dignitate quæ tibi debebatur. Nam primogenito, duæ hæreditatis partes, ſacerdotiũ & regnum, debebantur: quibus omnibus priuatus fuit: ius primogenituræ ad Ioſeph, (nam duas hæreditatis partes habuit) ſacerdotium ad Leui, regnum verò ad Iudam tranſlatum eſt. 3 ideſt, ſocij in ſcelere. 4 ideſt, abuſi ſunt armis ſuis ad iniquitatem, occidentes innocentes Sichimitas. Alij vertunt, arma iniquitatis in peregrinationibus eorum. Chaldæus paraphraſtes vertit, in terra peregrinationis ſuæ, ideſt, quum peregrinarentur. Reuertebatur enim pater eorum cum ipſis de Haran, quum occiderunt Sichimitas. 5 vel, in arcanum eorum ne venias o anima mea: ne ſis vnà in cœtu eorum o gloria mea, ideſt, fuge cœtum eorum. Per gloriam, intelligit animam, & eſt repetitio diuerſis verbis. 6 ideſt, irati. Hebraiſmus. 7 Singulare pro plurali. habitatores enim Sichem intelligit. 8 Heb. in voluntate ſua euerterunt murum, ideſt, ſecuti ſuos affectus, euerterunt vrbem Sichem, quæ hîc

E pe-

per murum ſignificatur. Quidam Hebræorum pro muro, vertunt bouem, ſiue taurum, intelligentes ſignificari hoc loco Ioſeph, quē fratres vendiderant in AEgyptum. 9 vel, Maledicta ira eorum, quia fortis: & furor eorum, quia durus eſt: (propterea) diuidam, &c. ideſt, maledicta ira eorum, quia pertinax: & furor eorum ſit maledictus, quia inexpugnabilis. non enim potuerunt prohiberi ne mortem inferrent Sichimitis. :: vel, O tu Iuda, te, &c. 10 ideſt, vertes in fugam inimicos tuos, & vinces eos. 11 .i. tibi, tanquam præcellenti, honorem deferent. Quidam hoc de Chriſto intelligunt, quem Iſraelitæ adoraturi erant, qui de tribu Iudæ ortus eſt. 12 ideſt. Tu Iuda velut catulus leonis, vinces inimicos, & reportabis ampliſsima ſpolia. Ad poſteros autem Iudæ referendum eſt: & debent omnia verti per futurum: prophetiæ enim ſunt. 13 Dicit regnū permãſurum eſſe in Iuda vſque ad Chriſtū. 14 Heb. & ſcribens (vel, ſcriba, aut ſcribere faciens) de inter pedes eius, ideſt, è pedibus eius. Hoc dicit (inquiunt Hebræi) quod mos dominantis ſit, vt ſcriba ad pedes eius maneat. Quidam inter eos doctiſsimus dicit rectum eſſe vt vox Hebræa M E H O k E k exponatur pro dominante, ſiue dominatore: quod is in ſua terra ſcribat, ſiue ponat ſtatuta & leges. acſi dicat, Non recedet virga ſiue ſceptrum de Iuda, & dominator de inter pedes eius, ideſt, de ſemine eius, quod egreditur de inter pedes eius. Alludit ad ſitum pudẽdorum quæ ſunt inſtrumenta generationis. In hanc ſententiam vertit Chaldæus paraphraſtes his verbis, Et ſcriba de filijs filiorum eius. 15 ideſt, fœlicitas. ſiue, author fœlicitatis, & abundantiæ omnium rerum: hoc eſt Chriſtus. Chaldæus paraphraſtes vertit, Donec veniat Chriſtus. Doctiſsimus inter Hebræos dicit in dictione Siloch, He poſitum eſſe pro Vau, quod eſt pronomen, & vertendum, donec veniat filius eius. Filium autem Iudæ, Chriſtum intelligit, qui de tribu Iudæ deſcendit, cui bona pars Gentium credidit. 16 erit congregatio Gentium, ideſt, congregabuntur ad eum populi, & obedient ei. 17 Eſt genus generoſiſsimæ vitis. 18 filium (ſiue, pullum) aſinæ ſuæ. In voce Hebræa בני, Iod vacat. vnde ſolummodo vertendum, filius: non autem, filius meus, neque fili mi. 19 Rubicundis erit oculis præ vino, & candidis dentibus præ lacte, ideſt, Terra-Iuda, ſiue ſors quæ illi obueniet, erit tam ferax vini, vt vir aliquis poſsit ligare aſinum ſuum ad palmitem vnum, & ex eius fructu onerare aſinum: tanta inquam vini copia erit, vt poſsint in eo lauare veſtimenta ſua. Rubeſcent etiam, inquit, oculi virorum Iuda ab ipſo vino: tam largiter vinum proferet terra illa. Quin & lactis in ea tribu tanta erit copia, vt dentes ipſius ex frequenti eius eſu ſint albicaturi. 20 vel, & erit in portum nauium, terminuſque eius erit vſque ad Sidonem. 21 Sic Hebraice: pro forti, præduro, robuſto, aut lacertoſo. 22 vel, inter duas ſarcinas. aut, duo onera, ideſt, Hæc tribus erit fortis in periculis ferendis, velut aſinus, qui inter duo onera ſi ſuccumbat, reſurgit tamen. Vel potius, *inter duas ſarcinas*, ideſt, vltro ſuccumbens ſarcinæ, neque eam ferre renuens. Libenter enim tribus Iſſachar tributa ſibi impoſita tulit, quæ potens & ditiſsima erat. Propterea ſequitur, inclinauit humerum. 23 ſiue, regionem. q. d. tametſi ſit fortiſsimus, tamen conſiderauit bonum eſſe, viuere in quiete, & regionem ſuam iucundam eſſe ob fructuum ſuauitatem: propterea maluit ferre onus ſibi impoſitum, & penſitare tributum, quàm continuis atteri bellis. 24 Hebr. tributo ſeruiens. 25 Hoc dicit, quia fuerunt iudices è tribu Dan. 26 q. d. ſiqua alia ſit quæ iudicet, & illa iudicabit. 27 vel, iuxta viam, & ſicut ceraſtes iuxta viam. Repetitio eſt, verbis immutatis. Hic autē laudat eum ab aſtu bellico. 28 vel, vngulas equorum, ita vt cadat, &c. 29 vel, Expecto. i. auxilium à te expecto Domine. q. d. Libera me ab aſtutia huius tribus. Vel potius, Ex alia tribu tãdem naſcetur Salutare tuum, qui eſt Chriſtus. Hebraice legitur in præterito, Expectaui. 30 Heb. Gad exercitus inuadet illum, & expugnabit tandem, ideſt, Tribum quidem Gad exercitus inuadet: at ipſa tandem expugnabit illum exercitum. 31 De Aſer pingui, panis eius, ideſt, de terra Aſer, quæ pinguis erit, naſcetur panis eius. Hoc eſt, abundabit omnibus quæ ad victum pertinent: vt non ſit illi opus aliunde ei annonam apportari. 32 vel, delicias regias, ideſt, tam ſuaues fructus ea terra proferet, vt illis etiam reges contenti eſſe poſsint. 33 vel, velut cerua miſſa: qui daturus eſt verba pulchritudinis, ideſt, erit elegantiſsima & formoſiſsima hæc tribus, qualis eſſe cerua ſolet quę ad aliquem principem mittitur. vel, valebit celeritate pedum: erit præterea facundiſsima. 34 Sicut ramus creſcens Ioſeph, ramus inquam creſcens iuxta fontem: (erit velut) puellæ incedentes iuxta mœnia. Hoc eſt, erit velut plantula formoſiſsima, mirum in modum creſcens propter abundantiã humorum. Conuertet oculos omnium in ſe, velut puellæ quæ incedunt iuxta muros vrbis, vt vidẽdas ſe præbeant ob pulchritudinẽ. Alij vertunt, Filius ramoſæ arboris iuxta fontē: filiæ diſcurrerunt iuxta murum. Hoc eſt, erit velut arbor iuxta fontem plantata, & ob id gratiſsima: filiæ diſcurrerunt ſuper murũ, vt pulchritudinem eius contemplarentur. 35 Heb. Et amaritudine afflixerunt eũ, & iaculati ſunt, & odio habuerunt eum magiſtri telorum, ideſt, ſagitarij iacula miſerunt in eum. Hoc eſt, multos habiturã eſt inimicos tribus Ioſeph. Præteritum enim pro futuro poſitum eſt. 36 Heb. Sed ſedit in loco forti arcus eius, & fortia fuerunt brachia manuum eius à manibus fortis Iacob, vnde pauit lapidem Iſraelis, id eſt, Habitauit in loco forti, cum auxilio forti: defendit illum locus fortis, & milites fortes, ope & auxilio fortis Dei Iacob: vnde, ſiue à quo Deo, & cuius ope pauit lapidem & baſim Iſrael, nempe me Iacob qui ſum pater omnium Iſraelitarum. Poſtquam enim multa perpeſſus fuerat, & varijs iaculis petitus à fratribus & domina ſua: tandem Dei auxilio immobilis permanſit, & nutriuit patrē & fratres. Quidam hæc in futuro legunt, quod ſit prophetia, Sedebit, & fortia erunt. 37 ab omnipotente, &c. ſub. hæc omnia tibi contigerunt. 38 ideſt, Habitabit in terra fertiliſsima ob frequentes pluuias & rores de cælo: agros irriguos, & copioſos frugum prouẽtus habebit. Fœlix erit præterea, gregum & liberorum copia. Hebraiſmus, Abyſſum vocat mare. q. d. Dabit tibi tempeſtiuam & opportunam pluuiam. Alludit ad nubes quæ excitantur ſurſum è mari. Chaldæus paraph. vertit, Benedictionibus quæ aſcẽdunt de profundis terræ. In regione ſicca, magni beneficij eſt pluuia. 39 id eſt, Benedictiones quibus benedico tibi, maiores erunt benedictionibus quibus benedixerunt mihi maiores mei. q. d. Eris multo fœlicior me. 40 (quæ) vſque ad extremitatem colliũ mundi. Subaudi, durabunt, ideſt, omni tempore quo ſteterit terminus collium mundi, erunt hæ benedictiones. Alij ſubaudiunt, pertingent. tunc ſignificat maximas futuras benedictiones. 41 eruntque (benedictiones) ſuper caput Ioſeph, & ſuper verticem coronati fratrum ſuorũ, ideſt, ſuper verticem eius qui eſt princeps inter fratres ſuos. Alij vertunt ſecuti Chaldæum paraph. Super verticẽ eius qui fuit ſeparatus à fratribus ſuis. Eſt autem repetitio verbis immutatis more Hebræorum qui gaudent repetitionibus. Separatus fuit Ioſeph quando venditus fuit. 42 vt lupus rapiet, ideſt, ſuperabit inimicos, lacerabit prædam, & omnia faciet quæ ſolent facere victores. Hebraiſmus. 43 Heb. Omnes iſtæ tribus Iſrael, ſunt duodecim. hoc igitur eſt quod, &c. Hoc eſt, Ab iſtis duodecim ſunt denominatæ duodecim tribus Iſrael. 44 Heb. benedictionem, ideſt, precatus eſt eis quæ poſtea euenerunt illis. 45 Heb. Ego congregor ad populum meum: & ſepelite. vel, propterea ſepelite, &c. ideſt, in eum locum abeo ſiue diſcedo, vbi nunc ſunt maiores mei, hoc eſt, ad ſedes beatas. q. d. morior. 46 quæ eſt in agro duplici. 47 quã (ſpeluncam) emit, &c. 48 vel, retraxit pedes ſuos in lectum.

## CAP. L.

*RVitque Ioſeph in faciem patris ſui, & fleuit ſuper eum, oſculatuſque eſt eum. Porrò Ioſeph ſeruis ſuis medicis mandauit vt aromatibus condirent patrem ſuũ: & aromatibus condiuerunt medici Iſraelem. Et exacti ſunt ei quadraginta dies (nam 1 ſic implentur dies eorum qui aromatibus condiuntur,) & luxerunt eum AEgyptij ſeptuaginta dieb⁹. Tranſactis autem diebus luctus eius, loquutus eſt Ioſeph ad domum Pharaonis, in hæc verba, 2 Impetrẽ quæſo hãc gratiã à vobis, vt loquamini ad Pharaonẽ huiuſmodi verba, 3 Iuramẽto adegit me pater meus, dicens, En ego morior ſepeli me in ſepulchro meo quod mihi fodi in terra Chanaã:*

1 QVod cernens Ioſeph, ruit ſuper faciem patris
2 flens & deoſculans eum. Præcepitque ſeruis  
Vngitur corp⁹ Iacob.
ſuis medicis vt aromatibus condirent patrem.
3 Quibus iuſſa explentibus, tranſierunt qua
draginta dies: iſte quippe mos erat cadauerum condito-
4 rum. fleuitque eum AEgyptus ſeptuaginta diebus. Et  
Planctus AEgyptiorum.
expleto planctus tempore, locutus eſt Ioſeph ad familiam Pharaonis, Si inueni gratiam in conſpectu ve-
5 ſtro, loquimini in auribus Pharaonis: eo quòd pa-
ter meus adiurauerit me dicens, En morior, in ſe-  
Sup. 47. g.
pulchro meo quod fodi mihi in Terra-Chanaan,
ſepelies



ſepelies me. Aſcendam igitur, & ſepeliam patrem meum,
ac reuertar. Dixitque ei Pharao, Aſcende, & ſepeli pa- 6
Ioſeph ſepelit patrem in Chanaan, cum magno comitatu & planctu. B
trem tuum ſicut adiuratus es. Quo aſcendente, ierunt 7
cum eo omnes ſenes domus Pharaonis, cunctique maio-
res natu Terræ-AEgypti: domus Ioſeph cum fratribus 8
ſuis, abſque paruulis & gregibus, atque armentis quæ de-
reliquerant in Terra-Geſſen. Habuit quoque in comi- 9
tatu currus & equites: & facta eſt turba non modica. Ve 10
neruntque ad Aream-Atad, quæ ſita eſt trans Iordanem:
Celebrant̄ exequiæ Iacob.
vbi celebrantes exequias planctu magno atque vehemẽ
ti, impleuerunt ſeptem dies. Quod cum vidiſſent habita 11
tores Terræ-Chanaan, dixerunt, Plãctus magnus eſt iſte
AEgyptijs. Et idcirco vocatum eſt nomen loci illius,
Planctus-AEgypti. Fecerunt ergo filij Iacob ſicut præ 12
Act. 7. b. Sup. 23. d.
ceperat eis: & portantes eum in Terram-Chanaan, ſe- 13
pelierunt eum in ſpelunca duplici, quam emerat Abrahã
cum agro in poſſeſsionem ſepulchri ab Ephron Hethęo
C contra faciem Mambre. Reuerſuſque eſt Ioſeph in AE- 14
gyptum cum fratribus ſuis & omni comitatu, ſepulto pa-
Fratres Ioſeph orant veniam.
tre. Quo mortuo, timentes fratres eius, & mutuò collo- 15
quentes, Ne fortè memor ſit iniuriæ quam paſſus eſt, &
*ei,
reddat nobis omne malum quod fecimus*. Mandaue- 16
runt ei dicentes, Pater tuus præcepit nobis antequam mo
reretur, vt hæc tibi verbis illius diceremus, Obſecro vt 17
obliuiſcaris ſceleris fratrum tuorum, & peccati atque ma
*ſeruis Dei patris tui.
litiæ quam exercuerunt in te. nos quoque oramus vt *ſer-
uo Dei patri tuo dimittas iniquitatem hanc. Quibus
Ioſeph fratribus iniuriam remittit, & eos blande alloquitur.
auditis fleuit Ioſeph. Veneruntque ad eum fratres 18
ſui: & proni adorantes in terram, dixerunt, Serui tui
ſumus. Quibus ille reſpondit, Nolite timere: num Dei 19
D poſſumus reſiſtere voluntati? Vos cogitaſtis de me ma- 20
lum, ſed Deus vertit illud in bonum: vt exaltaret me ſi-
Sup. 45. b. Mala conſilia Deus vertit in bonum.
cut impræſentiarum cernitis, & ſaluos faceret multos po
pulos. Nolite timere: ego paſcam vos & paruulos ve- 21
ſtros. conſolatuſque eſt eos, & blandè ac leniter eſt locu-
tus. Et habitauit in AEgypto cum omni domo patris 22
ſui: vixitque centum decem annis. Et vidit Ephraim filios
Num. 32. g.
vſque ad tertiam generationem. Filij quoque Machir fi-
lij Manaſſe nati ſunt in genibus Ioſeph. Quibus tranſ- 23
Heb. 11. d. Ioſeph prædicit liberationẽ fratrum ſuorũ.
actis locutus eſt fratribus ſuis, Poſt mortem meam Deus
viſitabit vos, & aſcendere vos faciet de terra iſta ad ter-
ram quam iurauit Abraham, Iſaac, & Iacob. Cumque 24
Exod. 13. d. Ioſue. 24. g. Ioſeph moritur.
adiuraſſet eos, atque dixiſſet, Deus viſitabit vos, aſpor-
tate oſſa mea vobiſcum de loco iſto: mortuus eſt exple- 25
tis centum decem vitæ ſuæ annis. Et conditus aromati-
bus, repoſitus eſt in loculo in AEgypto.

*nunc igitur 4 aſcendam, obſecro, & ſepeliam patrem meum, atque reuertar. Et dixit Pharao, Aſcende, & ſepeli patrē tuũ quemadmodum te 3 ſacramento adegit. Quum igitur Ioſeph aſcenderet ad ſepeliendum patrem ſuum, aſcenderunt cum eo omnes ſerui Pharaonis, ſeniores domus eius, & cũcti ſenes terræ AEgypti. Sed & vniuerſa domus Ioſeph & fratres eius, atq; domus patris ſui: dũtaxat pubē ſuam, greges ſuos atq; armenta ſua reliquerunt in terra Goſen. Aſcenderunt quoq; cũ eo currus & equites, & facta eſt turma magna valde. Et venerunt ad aream Atad, quæ eſt 5 cis Iordanem, & planxerũt ibi planctu magno ac acerbiſsimo: luxitq; patrem ſuum ſeptē diebus. Habitatores autem illius regionis, nempe Chananæi, quum viderent luctum in area Atad, dixerunt, Luctum ingẽtem habent AEgyptij: & ob hanc cauſam vocatum eſt nomen illius [loci] 6 Abel-Mitzraim, qui eſt 5 cis Iordanem. Fecerũt ergo ei filij eius quemadmodum mandauerat illis. Nam abduxerunt eum filij eius in terram Chanaan, & ſepelierũt in ſpelunca duplicis agri, quam emerat Abraham cum agro in poſſeſsionē ſepulchralē, ab Ephrom Hithæo, è regione Mamre. Reuerſuſq; eſt Ioſeph in AEgyptum poſtquã ſepelierat patrē ſuũ, ipſe & fratres eius, atq; omnes qui aſcenderant cum eo, ad ſepeliendum patrē eius. Fratres autē Ioſeph animaduertentes quod pater eorũ mortuus eſſet, dixerũt; 7 Quid ſi odio nos proſequatur Ioſeph, 8 planeq; repẽdat nobis vniuerſum malum quod in eũ deſignauimus? 9 Significabant ergo [ei] in hanc ſententiam, Pater tuus priuſquã moreretur ſic mandauit, Sic dicetis Ioſeph, 10 ignoſce quæſo nũc fratribus tuis in iniquitate & peccato eorũ: nã malefecerũt tibi: & nunc ignoſce quæſo iniquitati ſeruorũ Dei patris tui. Ioſeph autē fleuit quũ illi loquerentur cũ eo. 11 (Venerant enim fratres ſui ad eum, & proni prociderant in terrã coram eo, dicentes, Ecce, nos ſumus ſerui tui.) Quibus dixit Ioſeph, Ne metuatis, 12 nũ Dei loco ego ſum? Equidē vos cogitaſtis aduerſus me malum, at Deus 13 cogitauit idipſum in bonũ, vt faceret quēadmodũ hodie apparet, 14 vt ſcilicet ſeruaret in vita populũ multũ. Ne igitur metuatis, ego adminiſtrabo cibũ vobis, & pubi veſtræ. conſolatuſq; eſt eos, & loquutus eſt 15 in cor eorũ. Habitauit itaq; Ioſeph in AEgypto ipſe & domus patris ſui, vixitq; centũ & decē annis. Vidit etiã Ioſeph ex Ephraim 16 tertios filios, ſed & filij Machir filij Manaſſe 17 nati ſunt ſuper genua Ioſeph. Dixit verò Ioſeph ad fratres ſuos, 18 Me mortuo, Deus certiſsime viſitabit vos, & reducet vos è terra iſta, ad terrã quã iurauit Abrahã, Iſaac & Iacob. Et Ioſeph 19 adegit filios Iſrael tali ſacramēto. Quũ Deus vos viſitabit, aſportate oſſa mea hinc. Mortu⁹ itaq; eſt Ioſeph, quũ eſſet nat⁹ cētũ & decē annos, & cõdierũt eũ aromatibus, poſueruntq; [eũ] in arcam in AEgypto.*

## SCHOLIA IN CAP. L.

1 ideſt, apparatus ille non abſoluitur ante quadrageſimũ diem. 2 Heb. Si quæſo inueni gratiam in oculis veſtris, loquimini obſecro, &c. ideſt, Si vobis gratus ſum. 3 Heb. Iurare fecit, &c. 4 ideſt, iubeat me aſcendere, &c. 5 vel, vltra. 6 ideſt, Luctus AEgyptiorum. 7 vel, Forte proſequetur nos odio. 8 Heb. reddendoque reddet. 9 Heb. Præceperunt igitur (nuntio miſſo) ad Ioſeph, vt diceret. 10 vel, Condona quæſo nunc iniquitatem fratrum tuorum, & peccatum eorum. 11 Sine parentheſi melius legetur, quod ipſi nuntium ſubſequuti ſint, Venerunt enim fratres eius ad eum, & ceciderunt in conſpectu eius. vel, proſtrauerunt ſeſe ante illum, dicentes, &c. 12 vel, num Deus ego ſum? ſub. vt ſic fecerim. quaſi dicat, Hoc non factum eſt conſilio meo, ſed diuino. Alij ſic intelligunt, Nolite timere: quia de vobis ſupplicium non ſumam, neq; enim Deus ſum. Alij exiſtimant hoc ab eo propterea dictum eſſe, quod à fratribus adoraretur. quaſi diceret, Hic honos Deo, non mihi haberi debet. 13 Cogitauit, pro cogitauit vt verteret in bonum, ſimulque conuertit. 14 Heb. vt viuificaret, ideſt, vt me exaltaret, & conſtitueret principem, vt multos populos miniſterio meo paſceret tempore famis, ne morerentur. 15 vel, iuxta cor eorum. Hebraiſmus, pro, leniuit verbis mœſtitiam eorum, familiariter locutus eſt, & timorem exemit. 16 Hebraiſ. filios tertiorum, ideſt, quartam generationem. 17 educati ſunt ad genua (vel in gremio) Ioſeph, ideſt, educati apud Ioſephũ, amanter ſuſcepti & plauſibiliter in ſinum repoſiti, tractatiq; cum gaudio. 18 Heb. Ego morior, & Deus viſitando viſitabit vos, &c. ideſt, Inſtat dies mortis meæ: me autem mortuo Deus viſitabit vos, &c. 19 iurare fecit filios Iſrael, dicendo, Viſitando viſitabit vos Deus; (tunc) aſportate, &c.

# Liber Exodus, Hebraice Veelle ſemoth.

Secundus liber Moſis Græce dicitur ἔξοδος. Exodus, ideſt, exitus. quod nomen habet ab inſigni illo ac ſtupēdo miraculo quo filij Iſrael egreſsi ſunt ex AEgypto, & priſtinam, diúque expectatam libertatem recuperarunt. Hebraice verò, VELLE SEMOTH, ideſt, Et hæc ſunt nomina, nuncupatur, à primis huius libri vocibus.

## N. CAP. I.

*HAEC ſunt nomina filiorum Iſrael, qui venerunt in AEgyptum cum Iacob, quiſque cum 1 domo ſua ingreſſus eſt: Ruben, Simeon, Leui & Iehuda, Iſaſchar, Zebulon & 2 Beniamin, Dan, Naphtali, Gad & Aſer. Fuerunt autem omnes animæ egreſſæ de femore Iacob, ſeptuaginta: 3 Ioſeph verò fuit in AEgypto. Mortuuſque eſt Ioſeph & omnes fratres eius, atque 4 totum hoc ſeculum. Et creuerunt filij Iſrael, 5 vermiumque more ſcaturierunt, aucti in immenſum, & roborati ſupra modum, ita vt 6 terra ipſis impleretur. Exoritur interim rex nouus ſuper AEgyptum, qui 7 Ioſeph non nouerat, qui dixit ad populum ſuum, En populus 8 filiorum Iſrael maior eſt & fortior nobis, Agite, 9 callide circumueniamus eum, ne augeſcat: 10 fieret enim, ſi nobis bellum ingrueret, vt iunctus hoſtibus contra nos pugnaret, atque ex terra emigraret. Conſtituerunt ergo ſuper [populum Iſrael] præfectos qui tributa exigerent, 11 affligerentque eum oneribus ſuis: extruxeruntq; vrbes Pharaoni, quæ eſſent 12 repoſitoria, nempe Pithom & Raameſes. Quo verò magis eum afflixerunt, hoc magis augeſcebat & 13 erumpebat, 14 vt nauſeam conciperent à filijs Iſrael: in ſeruitutem itaque redegerunt AEgyptij filios Iſrael, idque 15 cum ſæuitia. Hinc 16 facta eſt illis vita amara, in ſeruitute illa graui ac dura, nempe luto & lateribus, omnique ſeruitio ruris: [in ſumma,] omnis ſeruitus, qua illos premebant, ſæuiſsima erat. Dixit præterea rex AEgypti obſtetricibus Hebræis, 17 quarum vna vocabatur Siphra, altera Pua: dixit inquam, Quando in partu affueritis Hebræis mulieribus, videritiſque 18 eas in partu filium parturire, interficite eum: ſi filia fuerit, 19 viuat. Timuerunt verò obſtetrices Deum, & non fecerunt quod præceperat eis rex AEgypti, 20 ſeruaruntque filios viuos. Rex ergo AEgypti vocauit obſtetrices, dixitque ad eas, Cur feciſtis rem iſtam, vt ſeruaretis filios viuos? Reſponderunt obſtetrices Pharaoni, 21 Quoniam Hebrææ mulieres non ſunt ſicut mulieres AEgyptiæ: ſunt enim 22 vegetæ [&] priuſquam veniat ad eas obſtetrix, pariunt. Et benefecit Deus obſtetricibus, & multiplicatus eſt populus, & 23 roborati ſunt vehementer. Quādoquidem verò obſtetrices Deum timuerant, fecit eis 24 domos. Præcepit autem Pharao omni populo ſuo, dicens, Omnē prolem maſculam in flumen deijcite, omnem verò fœminam 25 ſeruate viuam.*

## V. CAP. I.

1 HAEC ſunt nomina filiorum Iſrael,
qui ingreſsi ſunt in AEgyptum cum
Iacob: ſinguli cum domibus ſuis in-
2 troierunt: ♀ Ruben, Simeon, Leui,
3 Iudas, ♀ Iſſachar, Zabûlon & Benia-
4 min, ♀ Dan & Nephthali, Gad & Aſer.
5 ♀ Erant igitur omnes animæ eorum qui egreſsi ſunt de fe
more Iacob, ſeptuaginta: Ioſeph autem in AEgypto erat.
6 ♀ Quo mortuo, & vniuerſis fratribus eius, omniq́ue co-
7 gnatione ſua: ♀ filij Iſrael creuerunt, & quaſi germinan
tes multiplicati ſunt: ac roborati nimis, impleuerunt Ter
8 ram. ♀ Surrexit interea rex nouus ſuper AEgyptum qui
9 ignorabat Ioſeph: ♀ & ait ad populum ſuum, Ecce, popu-
10 lus filiorum Iſrael multus, & fortior nobis eſt. ♀ Venite ſa
pienter opprimamus eum: ne fortè multiplicetur: & ſi in-
gruerit contra nos bellum, addatur inimicis noſtris, ex-
11 pugnatiſque nobis egrediatur de terra. ♀ Præpoſuit ita-
que eis magiſtros operum, vt affligerent eos oneribus,
ædificaueruntq́ue vrbes tabernaculorum Pharaoni, Phi-
12 thom, & Rameſſes. ♀ Quantoq́ue opprimebant eos, tan-
to magis multiplicabantur, & creſcebant: oderantq́ue
13 filios Iſrael AEgyptij, ♀ & affligebant illudentes eis
14 & inuidentes. ♀ Atque ad amaritudinem perduce-
bant vitam eorum operibus duris luti, & lateris, om-
niq́ue famulatu, quo in terræ operibus premeban-
15 tur. ♀ Dixit autem rex AEgypti obſtetricibus Hebræo-
rum: quarum vna vocabatur Sephora, altera Phua,
16 ♀ præcipiens eis, Quando obſtetricabitis Hebræas,
& partus tempus aduenerit: ſi maſculus fuerit, inter-
17 ficite eum: ſi fœmina, reſeruate. ♀ Timuerunt autem
obſtetrices Deum, & non fecerunt iuxta præceptum re-
gis AEgypti, ſed conſeruabant mares. Quibus accerſitis
18 ad ſe rex ait, ♀ Quidnam eſt hoc quod facere voluiſtis,
19 vt pueros ſeruaretis? ♀ Quæ reſponderunt, Non ſunt He-
bręæ ſicut AEgyptiæ mulieres: ipſæ enim obſtetricandi
habent ſcientiam, & priuſquam veniamus ad eas, pa-
20 riunt. ♀ Bene ergo fecit Deus obſtetricibus & creuit po-
21 pulus, confortatuſque eſt nimis. ♀ Et quia timuerunt ob-
22 ſtetrices Deum, ædificauit eis domos. ♀ Pręcepit ergo Pha
rao omni populo ſuo, dicens, Quicquid maſculini ſexus
natum fuerit, in flumen proijcite: quicquid fœmini-
ni, reſeruate.

Gen. 46. a Filij Iacob ingreſsi AEgyptum.

Act. 7. c.

B Nouus Pharao opprimit populum Iſrael.

C

Obſtetrices Deum timētes conſeruāt pueros Hebræorū. ſap. 18. b.

D

Obſtetricibus prouidet Deus timentibus ipſum.

### SCHOLIA IN CAP. I.

1 ideſt, familia. Commendantur in hoc libro gloria Dei, & fides promiſsionum eius, qui ex tantulo numero tantam multitudinem procreauerit. Recenſet autem nomina filiorum Iſrael, idque ex ordine quo nati ſunt, vt commodius præſentem hiſtoriam proſequatur. 2 Beiamin præponitur Dan, & alijs, non quod eſſet maior natu, ſed quoniam ij eſſent filij ancillarum. 3 Nam Ioſeph erat, &c. quaſi dicat cauſa deſcenſus eorum in AEgyptum fuit Ioſeph, quod is gratia valeret apud regem AEgypti. 4 vel, omnis illa generatio, ideſt, homines illius ætatis. Hoc dicit, vt oſtendat afflictionem non accidiſſe Iſraelitis viuente Ioſepho. 5 Vox Hebræa, proprie de piſcibus dicitur qui fœtum edunt multiplicem & numeroſum. 6 ſub. in qua habitabant. 7 ideſt, beneficia quæ Ioſeph contulerat in AEgyptios. 8 filij Iſrael. Nominatiuo caſu per appoſitionem dictum. En populus, nempe filij Iſrael. En populus iſte, populus Iſraeliticus. 9 Heb. ſapientiores ſimus illo. Vel, ſapientes ſimus propter eum. Hoc eſt, inueniamus rationem aliquam callidam & ſubtilem qua opprimere poſsimus illum, ne multiplicetur.

10 Heb.



10 Heb. & accidat vt cum ingruerint crebra bella, addatur etiam ipſe (vel, adiungat ſeſe) inimicis noſtris, atque nos oppugnet, & aſcendat de terra. vel, hinc abeat. 11 vt affligerent eum. 12 Vox Hebræa ſignificat hic theſauros, vt vertit Chaldæus paraph. vel loca in quibus reponuntur triticum, oleum, vinum, & huiuſmodi. 13 multiplicabatur. 14 ita vt moleſtia afficerentur propter filios Iſrael. vel, tædebat eos vitæ propter, &c. viſa ſcilicet proſperitate Iſraelitarum. 15 vel, tyrannice. aut citra vllam clementiam & miſericordiam. 16 amaritudine affecerunt vitam illorum ſeruitute inclementi, in luto (ſub. parando,) & lateribus, omnique opere ruſtico, in quo eorum opera vtebantur citra miſericordiam. 17 Principes oportet fuiſſe iſtas duas inter alias obſtetrices, quas ſolas vocauerit: alioqui ſolæ non ſuffeciſſent. 18 ſedem: ſi mas fuerit, &c. Sedem vocat, in qua recipitur fœtus dum cadit ex vtero matris. Alij exiſtimant eam eſſe ſedem in qua ſedebat pariens. Alij dicunt vocem Hebræam HAAVENAIM, ſignificare vuluam: & per vuluam ſignificari fœtum. quaſi dicat, quum videritis fœtum qui egredietur ex vtero matris. 19 Hebr. tum viuet. 20 Heb. viuificaueruntq́ue mares, ideſt, dederunt operam vt mares editi in lucem, ſeruarentur incolumes. 21 Subaudiendum aliquid, Id accidit, quod mulieres Hebrææ, &c. 22 viuaciores. vel, robuſtiores. Chaldæus paraph. Quia ſapientes & prudentes ſunt, ideſt, nouerunt artem obſtetricandi. 23 vel, creuit. 24 ideſt, familias. hoc eſt, reddidit eas fœcundas ex viris ſuis. propterea Hebraicè vſus eſt Moſes relatiuo fœminino: quia nomen à viris accipiunt familiæ. Aliquando tamen ם pro ן accipitur. Dedit, inquit, illis prolem numeroſiſsimam. 25 Hebraiſmus, viuificate.

## CAP. II.

EGreſſus eſt pòſt hæc vir de domo Leui. Et acce- 1
pit vxorem ſtirpis ſuæ: ♀ quæ concepit, & pepe- 2
rit filium: & videns eum elegantem abſcondit tri-
bus menſibus. ♀ Cumq́ue iam celare non poſſet, ſum- 3
pſit fiſcellam ſcirpeam, & liniuit eam bitumine ac pice: po
ſuitq́ue intus infantulum, & expoſuit eum in carecto ri-
pæ fluminis, ♀ ſtante procul ſorore eius, & conſideran- 4
te euentum rei. ♀ Ecce autem deſcendebat filia Pharao- 5
nis vt lauaretur in flumine: & puellæ eius gradiebantur
per crepidinem aluei. Quæ cum vidiſſet fiſcellam in pa-
pyrione, miſit vnam è famulabus ſuis: & allatam ♀ ape- 6
riens, cernenſque in ea paruulum vagientem, miſerta
eius, ait, De infantibus Hebræorum eſt hic. ♀ Cui ſo- 7
ror pueri, Vis, inquit, vt vadam, & vocem tibi mulierem
Hebræam, quæ nutrire poſsit infantulum? ♀ Reſpōdit, Va 8
de. Perrexit puella, & vocauit matrem ſuam. ♀ Ad quam 9
locuta filia Pharaonis, accipe, ait, puerum iſtum, & nutri
mihi: ego dabo tibi mercedem tuam. Suſcepit mulier, &
nutriuit puerum: ♀ adultumq́ue tradidit filiæ Pharao- 10
nis. Quem illa adoptauit in locum filij, vocauitq́ue nomē
eius Moyſes, dicens, Quia de aqua tuli eum. ♀ In die- 11
bus illis poſtquam creuerat Moyſes, egreſſus eſt ad fra-
tres ſuos: viditq́ue afflictionem eorum, & virum AEgy-
ptium percutientem quendam de Hebræis fratribus ſuis.
♀ Cumq́ue circūſpexiſſet huc atque illuc, & nullum ad- 12
eſſe vidiſſet, percuſſum AEgyptium abſcondit ſabulo.
♀ Et egreſſus die altero conſpexit duos Hebræos rixan- 13
tes: dixitq́ue ei qui faciebat iniuriam, Quare percutis
proximum tuum? ♀ Qui reſpondit, Quis conſtituit te 14
principem, & iudicem ſuper nos? num occidere me tu vis,
ſicut heri occidiſti AEgyptium? Timuit Moyſes, & ait,
Quomodo palàm factum eſt verbum iſtud? ♀ Audiuit- 15
q́ue Pharao ſermonem hunc, & quærebat occidere Moy-
ſen: qui fugiens de conſpectu eius, moratus eſt in Terra-
Madian, & ſedit iuxta puteum. ♀ Erant autem ſacerdoti 16
Madian ſeptem filiæ, quæ venerant ad hauriendā aquā:
& impletis canalibus adaquare cupiebant ♀ greges patris 17
ſui. Superuenere paſtores, & eiecerunt eas: ſurrexitq́ue
Moyſes, & defenſis puellis, adaquauit oues earum. ♀ Quę 18
cum reuertiſſent ad Iethro patrem ſuum, dixit ad eas,
Cur velocius veniſtis ſolito? Reſponderunt, ♀ Vir AE- 19
gyptius liberauit nos de manu paſtorum: inſuper & hau-
ſit aquam nobiſcum, potumq́ue dedit ouibus. ♀ At ille, 20
Vbi eſt? inquit. quare dimiſiſtis hominem? vocate eum vt
comedat panem. ♀ Iurauit ergo Moyſes quòd habitaret 21
cum eo. Accepitq; Sephoram filiam eius vxorem: ♀ quæ 22
peperit ei filium, quem vocauit Gerſam, dicens, Aduena
fui in terra aliena. Alterum verò peperit, quem vocauit
Eliezer, dicens, Deus enim patris mei adiutor meus, &
eripuit me de manu Pharaonis. ♀ Poſt multum verò tem- 23
poris mortuus eſt rex AEgypti: & ingemiſcentes filij Iſ-
rael, propter opera vociferati ſunt: aſcenditq́ue clamor
eorum ad Deum ab operibus. ♀ Et audiuit gemitum 24

Moyſes nat° exponitur in carecto. inf. 6. c. Num. 23. g. 1. Par. 13. c.

Act. 7. c. heb. 11. d.

Adoptatur à filia Pharaonis.

B

Moyſes. AEgyptium occidit Moſes affligentem Hebræum. heb. 11. e.

Inter rixantes pacem componere nititur.

C

Fugit Moſes Pharaonem.

Defendit puellas ab iniuria paſtorum.

°Raguel

D

Ducit vxorem Sephoram. Inf. 18. a. 1. para. 23. b.

Clamāt ad Deū filij Iſrael in tribulatione, & reſpicit eos.

## CAP. II.

*ABijt 1 vir de domo Leui, & duxit 2 filiam Leui. Et concipiens mulier illa peperit filium: & videns eum eſſe elegantem, abſcondit eum 3 tribus menſibus. Et quum illum amplius abſcondere non poſſet, accepit 5 ſibi 6 arculam arundineam, quam bitumine atque pice obleuit, & poſuit in eam infantem illum, expoſuitque in carecto ad litus fluminis. 7 Statuebat autem ſe ſoror eius procul, vt reſciret quid futurum eſſet illi. Porrò filia Pharaonis deſcendit lotum in flumine, 8 & puellæ eius deambulabant in litore fluminis, & viſa arcula in carecto, miſit 9 famulam ſuam vt tolleret eam. Cùmque aperuiſſet, vidit eſſe infantem, & ecce puer 10 fleuit, & miſerta illius, dixit, De Hebræorum pueris eſt hic. Dixit autem ſoror eius ad filiam Pharaonis, Vadamne vt vocem tibi mulierem nutricem ex Hebræis, quæ tibi puellum lactet? Reſpondit filia Pharaonis, Vade. Abijt ergo puella, & aduocauit matrem pueri. Ad quam ait filia Pharaonis, Cape puerum iſtum, & lacta mihi eum, ego autem dabo tibi mercedem tuam. Et mulier accepit puerum, & nutriuit eum. 11 Adoleuit autem puer, & adduxit eum ad filiam Pharaonis, factuſque eſt ei loco filij, & vocauit nomen eius 12 Moſe: dixit enim, Ex aquis traxi eum. 13 Contigit verò quodam tempore quum idm adoleuiſſet Moſe, vt egrederetur ad fratres ſuos, 15 & videret quòd onera baiularent. Cum autem vidiſſet virum AEgyptium percutientem 16 quendam Hebræum, qui erat ex fratribus ſuis: Cumque quaquauerſum circunſpexiſſet, vidiſſetq; neminem adeſſe, ferijt AEgyptium, & abſcondit eum in arenam. Egreſſus deinde 17 altera die, cum contenderent duo viri Hebræi, dixit 18 ad violentum, Quare tu percutis proximum tuum? Qui reſpondit, Quis conſtituit te principem & iudicem ſuper nos? an iſta loqueris tu, vt me occidas, quemadmodum occidiſti AEgyptium? Moſes ergo timuit, dixitque, Profectò hoc negotium palàm factum eſt. Audiens Pharao 19 ſermonem iſtum, quærebat vt occideret Moſen: Moſes autem fugiens à conſpectu Pharaonis, habitauit in terra Midiā, 20 ſeditque iuxta puteum. Erant autem ſacerdoti in Midian ſeptem filiæ, quæ venerant hauſtum, vt implerent canales, adaquarentque oues patris ſui. Et venerunt paſtores, & eiecerunt eas. tum ſurrexit Moſes, & 21 adfuit eis, potumque dedit ouibus illarum. Cumque veniſſent ad 22 Rehuel patrem ſuum, dixit ille, Quare hodie 23 tam feſtinanter veniſtis? Reſponderunt, vir AEgyptius 24 aſſeruit nos de manu paſtorum, deinde hauſit nobis, & adaquauit oues. Et dixit ad filias ſuas, Et vbi is eſt? quare ſic dimiſiſtis virum illum? vocate eum vt comedat cibum. Et conſenſit Moſes habitare cum viro illo, 25 deditque ille Ziporam filiam ſuam Moſi. Quæ quum peperiſſet filium, vocauit ille nomen eius 26 Gerſom: dicebat nempe, Peregrinus fui in terra aliena. 27 Cùmque multi dies eſſent exacti, mortuus eſt rex AEgypti, ſuſpiraruntque filij Iſrael propter ſeruitutem, & clamauerunt, 28 aſcenditque clamor illorum ad Deum 29 ex ſeruitute. Audiuitque Deus planctum*



illorum,

*illorum, & recordatus eſt Deus fœderis ſui cum Abraham, Iſaac & Iacob.* 30 *Aſpexitque Deus filios Iſrael, & cognouit Deus.*

eorum, ac recordatus eſt fœderis quod pepigit cũ Abra-
25 ham, Iſaac & Iacob. ♀ Et reſpexit Dominus filios Iſ-
rael, & [a]liberauit eos. [a]cognouit

## SCHOLIA IN CAP. II.

1 ideſt, quidam Leuita. Hic fuit Amram, qui amitam ſuam, patris ſui ſororem, duxit in vxorem, nempe Iochabed. Vide infra cap. 6. Deſcribit quibus parentibus natus fuerit Moyſes. 2 Mulierem de ſtirpe Leui, intellige. 3 Sunt qui dicant, iuxta edictum regium viſitationem fieri ſolitam: idcirco non potuiſſe eum diutius occultare. alij dicunt tribus menſibus, ideſt, tandiu quandiu potuit. non potuit autem diutius. 5 ei. ſub. puero. 6 vel, nauiculã ſcirpeam. Quidã inter Hebręos doctiſſ. dicit vocẽ Hebręã G O M E, ſignificare arborem admodum leuem. 7 Collocata autem fuerat. ſub. à matre. vel, Stabat autem ſoror, &c. nempe Maria. 8 vel, interea dum ancillæ eius, &c. q. d. ſola remanſit cum vna ex ancillis in illo loco vt ſeſe lauaret, reliquæ vero expatiabantur. 9 cuius ſcilicet opera vtebatur in lauando. Legitur etiam, miſit brachium ſuum, & accepit eam. Chaldæus paraph. extendit brachium. 10 vel, flebat. Aut, quæ quũ videret puerum flere, miſerta illius, &c. 11 vel, Cum autẽ adoleuiſſet puer, adduxit. 12 ſignificat Latinè Extractio. 13 Heb. in dieb[9] illis, & creuit Moſe, &egreſſus eſt. pro, Cũ aũt eo tẽpore adoleuiſſet Moſes, egreſſus eſt ad, &c. vt ſcilicet eos videret. 15 & vidit onera eorum. i. oppreſſionem. 16 ideſt, virum ex Hebræis fratribus ſuis. 17 poſtridie. 18 ad impium, ſiue, ad improbum, ideſt ad eum qui inferebat iniuriam. 19 rem hanc. nempe quod interfeciſſet AEgyptium. 20 Multa ſubaudienda, cuiuſmodi, Vbi quum aliquandiu moratus eſſet, quieuit, & ſedit aliquando iuxta puteum. 21 ſeruauit eas. aut, defendit. 22 Hunc fuiſſe auum earum virginum dicunt quidàm inter Hebræos. Alij exiſtimant illum habuiſſe plura nomina. 23 vel, citius ſolito. 24 vel, eripuit nos. 25 ſub. in vxorem. 26 ſignificat peregrinum. 27 Hebr. Factum eſt autem in diebus illis multis. vel, Poſt dies multos. ideſt, Poſt multos annos. Poſt quadraginta ſcilicet annos, vt volunt quidam Hebræorum. 28 Hebraiſmus, pro, exaudiuit Deus clamorem eorum. 29 vel, propter ſeruitutem illam. 30 .i. vidit quomodo palàm & publice affligerẽtur: cognouit præterea cogitationes AEgyptiorum, quomodo ſcilicet illos perdere volebant.

## CAP. III.

*PAſcebat autem Moſes oues Iethro ſoceri ſui ſacerdotis Midian, duxitque oues* 1 *poſt deſertum, & venit ad Horeb* 2 *montem Dei. Viſuſque illi* 3 *angelus Domini* 4 *in flamma ignis de medio rubi: & reſpexit, & ecce rubus ardebat igne, nec tamen conſumebatur. Dixit ergo Moſes,* 5 *Concedam quæſo, & videbo viſionem iſtam magnam, [nempe] quare rubus non comburatur. Videns autem Dominus quòd* 6 *abiret ſpectatum, vocauit eum Deus de medio rubi, & dixit, Moſes Moſes. Qui reſpondit, Adſum. Et ait, Ne huc accedas propius, ſolue calceamenta de pedibus tuis: quoniam locus in quo tu ſtas,* 7 *Terra ſancta eſt. Et dixit, Ego Deus patris tui, Deus Abraham, Deus Iſaac, & Deus Iacob. Moſes operuit faciem ſuam: quoniam veritus eſt aſpicere Deum. Et dixit Dominus, Omnino vidi afflictionem populi mei qui eſt in AEgypto, & audiui clamorem eorum [qui ſit] propter exactores quos habent: quoniam ſcio dolores eorum.* 8 *Deſcendi quoque vt liberem eos de manu AEgyptiorum, educamque eos de terra iſta ad terram bonam & ſpatioſam, ad terram* 9 *fluentem lacte & melle, ad loca Chananai, Hithæi, Amorrhæi, Phereſæi, Hiuæi atque Iebuſæi.* 10 *Clamor ergo filiorum Iſrael nunc venit ad me, vidique oppreſſionem illam qua AEgyptij opprimunt eos. Nunc ergo age, te mittam ad Pharaonem, vt educas populum meum filios Iſrael ex AEgypto. Dixit autem Moſes ad Deum, Quis ſum ego, vt adeam Pharaonem, & quòd educam filios Iſrael ex AEgypto? Et reſpondit, Ego enim ero tecum: & hoc tibi eſto ſignum quòd ego miſerim te, Poſtquam eduxeris populum iſtum de AEgypto, ſeruietis Deo ſuper monte iſto. Et ait Moſes ad Deum, En, [ſi] veniens ad filios Iſrael, dixero eis, Deus patrum veſtrorum miſit me ad vos: ipſique interrogauerint me, Quod eſt nomen eius? quid reſpondebo eis? Et reſpondit Deus Moſi,* 11 *SVM QVI SVM. Et ait, Sic dices filijs Iſrael,* 12 *SVM miſit me ad vos. Et rurſus dixit Deus ad Moſen, Sic dices filijs Iſrael, Dominus Deus patrum veſtrorum, Deus Abraham, Deus Iſaac, & Deus Iacob, miſit me ad vos: hoc eſt nomen meum in perpetuum, & hoc* 13 *memoraculum meum in omnia ſecula. Vade, & congrega ſeniores Iſrael, diceſque ad eos, Dominus Deus patrum veſtrorum viſus eſt mihi, Deus Abraham, Iſaac & Iacob, dicens,* 14 *Omnino viſitaui vos, & quod factum eſt vobis in AEgypto [ſcio] & dixi, Educam vos de afflictione*

## CAP. III.

1 MOyſes autem paſcebat oues Iethro ſoceri ſui
ſacerdotis Madian: cumque minaſſet gregem
ad interiora deſerti, vênit ad montem Dei Ho-
2 reb. ♀ Apparuitque ei Dominus in flamma ignis de me
dio rubi: & videbat quòd rubus arderet, & non combure-
3 retur. ♀ Dixit ergo Moyſes, Vadam, & videbo viſionẽ
4 hanc magnam, quare non comburatur rubus. ♀ Cernẽs au
tem Dominus quod pergeret ad videndum, vocauit eum
de medio rubi, & ait, Moyſes, Moyſes? Qui reſpondit, Ad-
5 ſum. ♀ At ille, Ne appropies, inquit, huc: ſolue calcea-
mentum de pedibus tuis. locus enim in quo ſtas, Terra
6 ſancta eſt. ♀ Et ait, Ego ſum Deus patris tui, Deus Abra-
ham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob. Abſcondit Moyſes fa
7 ciem ſuam: non enim audebat aſpicere contra Deũ. ♀ Cui
ait Dominus, Vidi afflictionem populi mei in AEgypto,
& clamorem eius audiui propter duritiam eorũ qui præ-
8 ſunt operibus: ♀ & ſciens dolorem eius, deſcendi vt li-
berem eum de manibus AEgyptiorum, & educam de ter-
ra illa in terram bonam, & ſpatioſam, in terram quæ fluit
lacte & melle, ad loca Chananæi, & Hethæi, & Amor-
9 rhæi, & Pherezæi, & Heuæi, & Iebuſæi. ♀ Clamor ergo fi
liorum Iſrael vênit ad me: vidique afflictionem eorum
10 qua ab AEgyptijs opprimuntur. ♀ Sed veni, & mittam
te ad Pharaonem, vt educas populum meum filios Iſrael,
11 de AEgypto. ♀ Dixitque Moyſes ad Deum, Quis ſum
ego, vt vadam ad Pharaonem, & educam filios Iſrael de
12 AEgypto? ♀ Qui dixit ei, Ego ero tecum: & hoc habe-
bis ſignum quòd miſerim te, Cum eduxeris populum
meum de AEgypto, immolabis Deo ſuper montem iſtũ.
13 ♀ Ait Moyſes ad Deum, Ecce ego vadam ad filios Iſ-
rael, & dicam eis, Deus patrum veſtrorum miſit me
ad vos. Si dixerint mihi, Quod eſt nomen eius? quid di-
14 cam eis? ♀ Dixit Dominus ad Moyſen, EGO SVM
QVI SVM. Ait, Sic dices filijs Iſrael, QVI EST,
15 miſit me ad vos. ♀ Dixitque iterum Deus ad Moyſen,
Hæc dices filijs Iſrael, Dominus Deus patrum veſtrorum,
Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob miſit me ad
vos: hoc nomen mihi eſt in æternum, & hoc memoriale
16 meum in generatione & generationem. ♀ Vade, &
congrega ſeniores Iſrael, & dices ad eos, Dominus
Deus patrum veſtrorum apparuit mihi, Deus Abraham
& Deus Iſaac & Deus Iacob, dicens, Viſitans viſita-
ui vos, & vidi omnia quæ acciderunt vobis in AE-
17 gypto: ♀ & dixi vt educam vos de afflictione
AEgypti

Moyſes paſcit oues ſoceri.

Deus in medio rubi loquitur Moyſi de liberando Iſraele. act. 7. d.

B

Terra ſancta. Matt. 22. c. Mar. 12. c. Luc. 20. f.

C

Mittit Moyſen vt populũ educat.

D

Deus cũ Moyſe.

Nomen Dei.

E

Quo ordine velit liberare populum ſuum docet Moyſen Deus.

F



AEgypti in Terram Chananæi & Hethæi & Amorrhæi
& Pherezæi & Heuæi & Iebuſæi, ad terram fluentem la-
cte & melle. ♀ Et audient vocem tuam: ingredieriſque 18
tu & ſeniores Iſrael ad regem AEgypti, & dices ad eum,
Dominus Deus Hebræorum vocauit nos: ibimus viam
trium dierum in ſolitudinem, vt immolemus Domino
Deo noſtro. ♀ Sed ego ſcio quòd non dimittet vos rex 19
G AEgypti vt eatis, niſi per manum validam. ♀ Exten- 20
damque manum meam, & percutiam AEgyptum in cun
ctis mirabilibus meis, quæ facturus ſum in medio eorum:
poſt hoc dimittet vos. ♀ Daboque gratiam populo huic 21
coram AEgyptijs: & cum egrediemini, non exibitis va-
cui, ♀ ſed poſtulabit mulier à vicina ſua, & ab hoſpita 22
ſua, vaſa argentea & aurea, ac veſtes: ponetiſque eas ſu-
per filios & filias veſtras, & ſpoliabitis AEgyptum.

Infrà. 11. a. & 12. e.

*AEgyptiorum ad terram Chananæi, Hithæi, Amorrhæi, Phereſæi, Hiuæi atque Iebuſæi, ad terram fluentem lacte & melle. poſtquam verò vocem tuam audierint, ibis tu & ſeniores Iſrael ad regem AEgypti, dicetiſque ad illum, Dominus Deus Hebræorum* 15 *obuiam factus eſt nobis: liceat igitur nobis vt eamus iter trium dierum in deſertum, & ſacrificemus Domino Deo noſtro. Et ego quidem ſcio quod rex AEgypti non permiſſurus eſt vobis vt abeatis,* 16 *& ne valida manu quidem. Ego verò extendam manum meam, & percutiã AEgyptum* 17 *cunctis mirabilibus meis, quæ facturus ſum in ea: tum demum emittet vos. Daboq; populo huic gratiã* 18 *apud AEgyptios, fietque quum abibitis, non abeatis vacui, ſed poſtulabit mulier à vicina ſua, & ab incola domus ſuæ vaſa argentea, & vaſa aurea, & veſtimenta,* 19 *quæ imponetis filijs veſtris, & filiabus veſtris, &* 20 *auferetis AEgyptum.*

## SCHOLIA IN CAP. III.

1 Hoc eſt, in penitiſsimam partem deſerti. 2 Per anticipationem dictum: nondum enim Mons Dei appellabatur. 3 Quidam dicunt per angelum Domini, intelligi verbũ Dei: alij ipſum angelum, qui poſtea dicetur Dominus. dicuntur enim angeli de nomine mittentis. 4 Heb. de corde ignis, ideſt, de medio ignis. Quia cor in animantibus medium locum obtinet, ideo cor accipitur pro medio cuiuſcunque rei. Alij dicunt vocem Hebræam ſignificare flammam, ideſt, in flamma ignea. 5 Vadam nunc. 6 accederet. 7 ſub. propter præſentiam meam. 8 Deus deſcendere dicitur, quando fauet nobis, & auxiliatur. nam omne auxilium, de cælo eſt. 9 ideſt, quæ abundat optimis quibuſque fructibus, & rebus delicatiſsimis. Hebraiſmus. 10 q. d. Iamiam habiturus ſum rationem clamoris eorum. 11 Heb. EIE ASER EIE, ideſt, Ero qui ero. pro Ero: is enim ſum qui ero. Orationem eſſe conciſam oſtendit Tarha accentus Hebraicus, qui ponitur in EIE, vel potius, Ero, quia ero. pro Ero: ero enim. vt ASER ſit coniunctio, non relatiuum. Hoc eſt, qui eſt, qui fuit, qui erit. futurum enim tria tempora comprehendit. q. d. Deus æternus. Qui vertunt, Sum qui ſum: conuertunt futurum in præſens, quia æternitas nullis finibus comprehenditur, ideo nullo tempore deſcribi poteſt. quo fit vt recte vocetur, Qui eſt, qui fuit, qui erit. nam omnia tempora, quum de Deo loquimur, confunduntur. Nomen hoc Dei Græce expreſſit Iohannes Apocalyp. 1. quum dixit, ἀπὸ τοῦ ὁ ὢν, ὁ ἦν, καὶ ὁ ἐρχόμενος. Id eſt, ab eo qui eſt, qui erat, & qui erit. 12 Ero, miſit, &c. q. d. Deus cuius nomen eſt Ero. 13 memoriale meum, ideſt, iſtud nomen meum eſt per quod homines recordabuntur mei. 14 Recordando recordatus ſum veſtri, & eius quod factum eſt vobis in AEgypto, & dixi, &c. Id eſt, tandem recordatus ſum veſtræ afflictionis qua affligimini ab AEgyptijs. Ita recte vertit Chaldæus paraph. 15 ideſt, apparuit nobis: proinde per te nobis liceat, &c. q. d. Deus Hebræorum vult à nobis coli extra AEgyptum. 16 niſi manu forti. ſub. coactus. 17 .i. omnibus operibus meis mirandis. hoc eſt, miraculis meis editis. 18 Heb. in oculis AEgyptiorum. 19 ideſt, quibus ornabitis filios, &c. 20 ſpoliabitis AEgyptios.

## CAP. IIII.

Tria ſigna dat De[9] Moyſi, quibus teſtet Pharaoni ſe à Deo miſſum.

Virga verſa in ſerpentem.

REſpondens Moyſes ait, Non credent mihi, ne- 1
que audient vocem meam: ſed dicent, Non ap-
paruit tibi Dominus. ♀ Dixit ergo ad eum, 2
Quid eſt quod tenes in manu tua? Reſpondit, Vir-
ga. ♀ Dixitque Dominus, Proijce eam in terram. Pro- 3
iecit, & verſa eſt in colubrum, ita vt fugeret Moyſes. ♀ Di- 4
xitque Dominus, Extende manum tuam, & appre-
hende caudam eius. Extendit, & tenuit, verſaque eſt
in virgam. ♀ Vt credant, inquit, quòd apparuerit tibi 5
B Dominus Deus patrum [a]tuorum, Deus Abraham & Deus
Iſaac & Deus Iacob. ♀ Dixitque Dominus rurſum, 6
Mitte manum tuam in ſinum tuum, quam cum miſiſ-
ſet in ſinum, protulit leproſam inſtar niuis. ♀ Retra- 7
he, ait, manum tuam in ſinum tuum. Retraxit, & pro-
tulit iterum, & erat ſimilis carni reliquæ. ♀ Si non 8
crediderint, inquit, tibi, neque audierint ſermonem ſi-
gni prioris, credent verbo ſigni ſequentis. ♀ Quòd ſi 9
nec duobus quidem his ſignis crediderint, neque audie-
C rint vocem tuam: ſume aquam fluminis, & effunde
eam ſuper aridam, & quicquid hauſeris de fluuio, ver-
tetur in ſanguinem. ♀ Ait Moyſes, Obſecro Domine: 10
non ſum eloquens ab heri & nudiuſtertius: & ex quo lo-
cutus es ad ſeruum tuum, impeditioris & tardioris linguę
ſum. ♀ Dixit Dominus ad eum, Quis fecit os hominis? aut 11
quis fabricatus eſt mutum & ſurdum, videntem & cæcũ?
nonne ego? ♀ Perge igitur, & ego ero in ore tuo: docebo- 12
que te quid loquaris. ♀ At ille, Obſecro Domine, inquit, 13
mitte quem miſſurus es. ♀ Iratus Dominus in Moy- 14
ſen, ait, Aaron frater tuus Leuites, ſcio quòd elo-
D quens ſit: ♀ ecce ipſe egredietur in occurſum tuum, 14

[a]ſuorum,

Manus Moyſi leproſa.

Moyſes impedite linguæ ſe eſſe cauſatur.

Matth. 10. c.

Iratus Moyſi De[9], dat ei Aaron pro oratore.

## CAP. IIII.

*REſpondit vero Moſes, & ait, En non credent mihi, neque audient vocem meam, ſed dicent, Dominus nõ apparuit tibi. Et ait ad eum Dominus, Quid hoc eſt quod manu tua [geſtas]? Reſpondit, Baculus. Et dixit, Abijce eũ ad terram. & abiecit eum ad terram, & factus eſt coluber, & Moſes fugit à cõſpectu eius. Et dixit Dñs ad Moſen, Extende manum tuam, & apprehende caudã eius. Et extẽſa manu ſua apprehendit eum,* 1 *factuſq; eſt baculus in manu eius.* 2 *Vt credant [ſcilicet] quod Dominus Deus patrum ipſorum viſus ſit tibi, Deus [videlicet] Abraham, Deus Iſaac, & Deus Iacob. Rurſus dixit Dñs ad eum, Inſere* 3 *quæſo manum tuam in ſinũ tuum. & inſeruit manum ſuam in ſinum ſuum: & quũ exeruiſſet eã, ecce manus eius leproſa erat veluti nix. Et dixit, Reduc nũc manum tuã in ſinum tuũ. & rurſus inſeruit manum ſua in ſinũ ſuum, proferenſq; eã è ſinu ſuo, ecce* 4 *reſtituta erat quẽadmodũ caro eius. Erit itaq;,* 5 *ſi fidẽ nõ habuerint tibi, neque audierint vocẽ prioris ſigni, credent tamen voci poſterioris ſigni. Quod ſi nec duobus iſtis ſignis crediderint, nec vocẽ tuã audierint, accipies de aquis fluminis, & effundes in ſiccã [humum,] eruntq; aquæ illæ quas de flumine acceperis, erunt inquam ſanguis in ipſa ſicca [humo.] Et dixit Moſes ad Dñm,* 6 *Mi Dñe: ego non ſum* 7 *eloquens* 8 *ab heri & nudiuſterti[9], etiã* 9 *ex eo tẽpore quo loquutus es ad ſeruũ tuũ:* 10 *ſum enim graui ore, & graui lingua. Et dixit Dñs ad eũ,* 11 *quis dedit homini os? aut quis facit mutũ aut ſurdũ, videntẽ aut cæcum? annon ego Dñs? Vade ergo, & ego* 12 *adero ori tuo, doceboq; te quæ loquaris. Qui ait, Obſecro Dñe,* 13 *mitte nunc per manũ [eius quem] mittes. Et irat[9] eſt furor Dñi aduerſus Moſen, & dixit,* 14 *Annon Aharon frater tuus Leuita? ſcio quòd is omnino eloquens eſt: & ecce is etiam egreditur tibi obuiã, &*

*viſo te, lætabitur corde ſuo, 15 Tu loquêris ad eum, & pones verba [iſta] in os eius, & ego 16 adero ori tuo, & ori ipſius: doceboque vos quid agere debeatis. Et ipſe loquetur pro te ad populū, 17 ipſeq; erit tibi vice oris, tu autē eris ipſi vice Dei. Baculum iſtum cape in manum tuam, quo ſigna edes. Abijt itaque Moſes, & reuerſus eſt ad Iether ſocerū ſuum, & dixit ad eum, Liceat mihi quæſo vt vadam & reuertar ad fratres meos qui ſunt in AEgypto, & videā viuantne adhuc. Et dixit Iethro ad Moſen, Vade in pace. 18 Dixit quoque Dominus ad Moſen in Midiam, Vade, reuertere in AEgyptum: quoniam mortui ſunt omnes viri illi 19 qui quærebant animam tuam. Accepit itaque Moſes vxorem ſuam & filios ſuos, & vexit eos ſuper aſino, reuerſuſque eſt in terram AEgypti: accepit quoque Moſes baculum 20 Dei in manum ſuam. 21 Et dixit Dominus ad Moſen, Quum ingreſſus atque reuerſus fueris in AEgyptum, vide vt facias in conſpectu Pharaonis omnia prodigia quæ ego poſui 22 in manum tuam: ego verò 23 retinebo cor illius, vt non dimittat populum. Diceſque ad Pharaonem, Sic dicit Dominus, Iſrael eſt filius meus primogenitus. Et ego quidem dixi ad te, vt dimitteres filium meum vt ſeruiat mihi. quādoquidem verò tu renuis dimittere, ecce ego occidam filium tuum, [nempe] primogenitum tuum. Contigit autem in itinere, in ipſo diuerſorio, 24 vt occurreret ei Dn̄s, volebatque eum occidere. Zipora autem arrepto [acuto] ſilice, abſcidit præputium filij ſui, applicuitque pedibus 25 eius, dicens, 26 Quoniam ſponſus ſanguinis tu mihi. 27 Deſtititque ab eo: tunc dixit illi, 28 Sponſus ſanguinis: ob circunciſionē. Dixit autem Dominus ad Aharonem, Vade Moſi obuiā in deſertum. & abiens, obuiam factus eſt illi ad Montem Dei: oſculatuſque eſt eum. Et expoſuit Moſes Aharoni vniuerſa verba Domini qui miſerat eum, & cuncta ſigna quæ ei mandauerat. Moſes ergo & Aharon abierunt, & congregauerunt omnes ſeniores filiorum Iſrael. Et Aharon loquutus eſt omnia verba quæ loquutus erat Dominus ad Moſen, fecitque ſigna coram oculis populi. Et populus credidit: & 29 audientes quòd 30 viſitaſſet Dominus filios Iſrael, aſpexiſſetq; afflictionem eorum, vertice inclinato adorarunt.*

16 Videnſque te lætabitur corde. ¶ Loquere ad eum, & po-
ne verba mea in ore eius: & ego ero in ore tuo, & in ore
17 illius, & oſtendam vobis quid agere debeatis. ¶ Et ip-
ſe loquetur pro te ad populum, & erit os tuum: tu autem
eris ei in his quæ ad Deum pertinent. Virgam quoq; hāc
18 ſume in manu tua, in qua facturus es ſigna. ¶ Abijt Moy-
ſes, & reuerſus eſt ad Iethro ſocerum ſuum: dixitque ei,
Vadam, & reuertar ad fratres meos in AEgyptum, vt vi-
19 deam ſi adhuc viuant. Cui ait Iethro, Vade in pace. ¶ Di-
xit ergo Dominus ad Moyſen in Madiam, Vade, & reuer
tere in AEgyptum: mortui ſunt enim omnes qui quære-
20 bant animam tuam. ¶ Tulit ergo Moyſes vxorem ſuam,
& filios ſuos, & impoſuit eos ſuper aſinum: reuerſuſq; eſt
21 in AEgyptum, portans virgam Dei in manu ſua. ¶ Dixit-
que ei Dominus reuertenti in AEgyptum, Vide vt omnia
oſtenta quæ poſui in manu tua, facias coram Pharaone:
22 ego indurabo cor eius, & non dimittet populum. ¶ Di-
ceſque ad eum, Hæc dicit Dominus, Filius meus primo-
23 genitus, Iſrael. ¶ Dixi tibi, Dimitte filium meum vt ſer-
uiat mihi: & noluiſti dimittere eum. ecce ego interficiam
24 filium tuum primogenitum. ¶ Cumque eſſet in itinere, in
diuerſorio occurrit ei Dominus, & volebat occidere eum.
25 ¶ Tulit ilicò Sephora acutiſsimam petram, & circuncidit
præputium filij ſui, tetigitque pedes eius, & ait, Sponſus
26 ſanguinum tu mihi es. ¶ Et dimiſit eum poſtquam dixe-
27 rat, Spōſus ſanguinum tu mihi es: ob circunciſionē. ¶ " Di
xitque Dominus ad Aaron, Vade in occurſum Moyſi in
deſertum. qui perrexit obuiam ei in Montem Dei, & oſcu
28 latus eſt eum. ¶ Narrauitque Moyſes Aaron omnia ver-
ba Domini pro quibus miſerat eum, & ſigna quæ manda
29 uerat. ¶ Veneruntque ſimul, & congregauerunt cunctos
30 ſeniores filiorum Iſrael. ¶ Locutuſque eſt ad Aaron
omnia verba quæ dixerat Dominus ad Moyſen: & fe-
31 cit ſigna coram populo. ¶ Et credidit populus: au-
dieruntque quòd viſitaſſet Dominus filios Iſrael: &
quòd reſpexiſſet afflictionem illorum: & proni adora-
uerunt.

Eccleſ. 43. a.
Inſ. 7. a.
E
Pergit Moyſes in AEgyptum.
F
Deus Moyſen vult occidere.
G Sephora circuncidit filium.
Iuſſu Dei Aarō pergit in occurſum Moyſi.
" Dixit autem

## SCHOLIA IN CAP. IIII.

1 Vel, verſus eſt in baculum. 2 Hic ſubaudiri debent nonnulla, velut, Iſtud facies coram filijs Iſrael. vel, Hoc feci coram te, vt credant &c. Aut proijce inquam vt credant, ideſt, vt videntes tale miraculum credant. 3 nunc. 4 ideſt, reuerſa eſt in formam reliquæ carnis. 5 Hoc eſt, ſi non paruerint verbis tuis, neque crediderint ſermonibus, quos confirmaueris priore miraculo, certè credent quum poſteriore miraculo illis fidem feceris. 6 Non eſt ſententia abſoluta: deeſt enim, Ne mittas me. q. d. Obſecro Domine, ne mittas me: non enim ſum eloquens quales oportet eſſe eos qui verba apud principes facturi ſunt. 7 Hebr. vir verborum, ideſt, eloquens & diſertus. 8 Hebraiſmus, pro, nunquam fui eloquens. 9 Sub. noſti me non eſſe eloquentem. 10 ideſt, natura tardus ſum ad loquendum, & lingua impedita. 11 q. d. Quis donauit hominem facultate loquendi? 12 Heb. ero in ore tuo, ideſt, reddam te facundum. 13 q. d. mitte quemcunque volueris, modo ne me mittas minus idoneum ad hoc munus. 14 Nonne Aaronem fratrem tuum Leuitam noui, quod loquendo loquetur ipſe? q. d. Scio neceſſè eſſe vt vtaris opera Aaronis fratris tui, illeque pro te loquatur: quum ſis impedito ore. 15 vel, Loquere igitur ad eum, & pone verba (iſta) in os eius, ideſt, Narra ei legationem iſtam: ſiue, doce eum quæ ego dixi tibi eſſe dicenda. 16 ideſt, moderator ero oris, ſiue ſermonis veſtri. 17 ideſt, vtêris eo interprete, tu vero narrabis ei quæ ego dixero tibi, & te conſulet tanquam me. 18 Iam vero dixerat. Dicunt Hebræi ordinem non eſſe requirendum in Sacris literis. 19 ideſt, qui volebant te occidere. Similis Hebraiſmus eſt Matth. 2. Mortui ſunt enim qui quærebant animam pueri. 20 ideſt, per quem Deus facturus erat miracula: ſiue per quem iam fecerat. 21 Dixerat autem. 22 ideſt, in tua poteſtate: & quæ, quum voles, facere poteris. 23 indurabo, ſubtrahendo ſcilicet gratiam meam, quæ mollificare ſolet cor hominis. 24 vel, vt irrueret in eum Dominus. Siue, angelus Domini, ideſt, captus eſt grauiſsimo morbo, vt dicunt Hebræi, propter omiſſam circunciſionem. 25 ſcilicet Moſis. q. d. proiecit præputium filij ſui ad pedes Moſis. 26 ideſt. Tu qui es ſponſus meus, occidendus eras propter omiſſam filij tui circunciſionem. q. d. Angelus Dei te interfeciſſet, niſi circuncidiſſem filium tuum Eleazarum. Quidam putant hoc dictum à matre ægreferente filium circuncidi, & arguente maritum inclementiæ, ac ſi dicat, Non abhorres à fundendo ſanguine filij tui, dum iubes illum circuncidi? erat enim Madianitis, huius cæremoniæ inſolens. 27 vel, Et dimiſit eum. Sub. angelus Domini, ſiue morbus, ideſt, receſsit ab eo morbus, & reſtitutus eſt ſanitati. 28 ideſt, Occidendus eras propter omiſſam filij tui circunciſionem. Aut vertendum, Illa autem dixerat, Sponſus ſanguinum es: ob circunciſionem. Id eſt, propterea quod vidiſſet paruuli filij ſui ſanguinem fundi. Quidam dicunt quod mulieres vocare ſolebant circunciſos pueros, ſponſos ſuos: & ideo eam alloqui hoc loco filium ſuum, O fili, ſponſus es mihi, tinctus ſanguine, non cædis, ſed circunciſionis. q. d. Propter te morietur maritus meus, quod die octauo non circunciderit te. Prior expoſitio doctioribus magis placet. 29 ideſt, intelligentes & cognoſcentes. 30 vel, recordatus fuiſſet Dominus filiorum Iſrael.

CAP.



## CAP. V.

Moyſes & Aaron aggrediuntur Pharaonē.

POſt hæc ingreſsi ſunt Moyſes & Aaron, & dixerūt 1
Pharaoni, Hæc dicit Dominus Deus Iſrael, Dimit-
te populum meum vt ſacrificet mihi in deſerto.
¶ At ille reſpondit, Quis eſt Dominus, vt audiam vocē 2
eius, & dimittam Iſrael? neſcio Dominum, & Iſrael
non dimittam. ¶ Dixeruntque, Deus Hebræorum vo 3
cauit nos, vt eamus viam trium dierum in ſolitudinem, &
ſacrificemus Domino Deo noſtro: ne forte accidat no-
bis peſtis aut gladius. ¶ Ait ad eos rex AEgypti, Qua- 4
re Moyſes & Aaron ſolicitatis populū ab operibus ſuis?
ite ad onera veſtra. ¶ Dixit que Pharao, Multus eſt po 5
pulus Terræ: videtis quod turba ſuccreuerit: quanto ma
gis ſi dederitis eis requiē ab operibus? ¶ Præcepit er- 6
go in die illo præfectis operum & exactoribus populi,
dicens, ¶ Nequaquam vltra dabitis paleas populo ad 7
conficiendos lateres, ſicut prius: ſed ipſi vadant, & colli
gant ſtipulas. ¶ Et menſuram laterum quam prius fa- 8
ciebant, imponetis ſuper eos, nec minuetis quicquam. va
cant enim, & idcirco vociferantur, dicentes, Eamus, &
ſacrificemus Deo noſtro. ¶ Opprimantur operibus, & 9
expleant ea: vt non acquieſcant verbis mendacibus.
¶ Igitur egreſsi præfecti operum & exactores, ad po- 10
pulum dixerunt, Sic dicit Pharao, Non do vobis paleas.
¶ Ite, & colligite ſicubi inuenire poteritis: nec minue- 11
tur quicquam de opere veſtro. ¶ Diſperſuſque eſt po 12
pulus " in omnem Terram AEgypti ad colligendas pa-
leas. ¶ Præfecti quoque operum inſtabāt, dicentes, Cō 13
plete opus veſtrum quotidie, vt prius facere ſolebatis
quando dabantur vobis paleæ. ¶ Flagellatique ſunt 14
qui præerant operibus filiorum Iſrael, ab exactoribus
Pharaonis, dicentibus, Quare non impleſtis menſuram
laterum ſicut prius, nec heri nec hodie? ¶ Venerunt- 15
que præpoſiti filiorum Iſrael, & vociferati ſunt ad Pha-
raonem dicentes, Cur ita agis contra ſeruos tuos? ¶ Pa 16
leæ non dantur nobis, & lateres ſimiliter imperantur: en
famuli tui flagellis cædimur, & iniuſte agitur contra po-
pulum tuum. ¶ Qui ait, Vacatis otio, & idcirco dicitis, 17
Eamus, & ſacrificemus Domino. ¶ Ite ergo, & opera- 18
mini: paleæ non dabuntur vobis, & reddetis conſuetum
numerum laterum. ¶ Videbantque ſe præpoſiti filiorū 19
Iſrael " in malum, eo quod diceretur eis, Non minuetur
quicquā operis de lateribus per ſingulos dies. ¶ Occur 20
reruntque Moyſi & Aaron, qui ſtabant ex aduerſo, egre
dientes à Pharaone: ¶ & dixerunt ad eos, Videat Do 21
minus & iudicet, quoniam fœtere feciſtis odorem no-
ſtrum coram Pharaone & ſeruis eius, & præbuiſtis ei gla
dium vt occideret nos. ¶ Reuerſuſque eſt Moyſes ad 22
Dominum, & ait, Domine cur affixiſti populum iſtum?
quare miſiſti me? ¶ Ex eo enim quo ingreſſus ſum ad 23
Pharaonem vt loquerer " ex nomine tuo, affixit popu
lum tuum: & non liberaſti eos. Dixitque Dominus ad
Moyſen, Nunc videbis quæ facturus ſum Pharaoni: per
manum enim fortē dimittet eos, & in manu robuſta eij-
ciet illos de terra ſua.

Renuit Pharao dimittere populum Iſrael.
B
Populum Dei laboribus opprimi iubet Pharao.
C
" per
Vociferātur ad Pharaonē præpoſiti Iſrael.
D
" in malo,
Incuſantur à populo Moyſes & Aaron.
Conqueritur Deo Moyſes.
" in

## CAP. V.

*POſtea ingreſſi ſunt Moſes & Aharon, & dixerunt ad Pharaonem, Sic dicit Dominus Deus Iſrael, Dimitte populum meum, 1 vt feſtum diem mihi celebrent in deſerto. Dixit autem Pharao, Quis eſt Dominus, 2 vt audiam vocem eius, & dimittam Iſraelem? Neſcio Dominum, nec Iſraelem dimittam. Et dixerunt, Deus Hebræorum 3 vocauit nos, liceat nobis quæſo vt eamus iter triū dierum in deſertum, 4 & ſacrificemus Domino Deo noſtro, ne forte 5 accidat nobis peſtilentia aut gladius. Et ait rex AEgypti ad eos, Tu Moſes & Aharon cur 6 abſtrahitis populum ab operibus ſuis? ite ad onera veſtra. Dixit quoque Pharao, En multus eſt nunc populus terræ, 7 & vos facitis vt ceſſent ab oneribus ſuis. Et præcepit Pharao eodem die exactoribus qui erant in populo, atque præfectis eius, in hanc ſententiam, Poſthac non dabitis paleas populo ad ducendos lateres, 8 quemadmodum heri & nudiuſtertius: ipſi eant & colligant ſibi paleas. 9 At demenſum laterum quod antea fecerunt imponetis eis, nec minuetis ex eo: otio enim torpent ipſi, & ideo clamant dicentes, Ibimus & ſacrificabimus Deo noſtro. 10 Aggrauetur ſeruitus ſuper viros, vt faciant [aliquid] in ea, neque reſpiciant ad res vanas. Egreſſi itaque exactores populi & præfecti eius, dixerunt ad populum hiſce verbis, Sic dixit Pharao, Ego 11 non dabo vobis paleas, Vos ipſi ite, & tollite vobis paleas vbicunque inueneritis, 12 nec imminuitur de opere veſtro quicquam. Et diſperſus eſt populus per totam terram AEgypti, vt colligerent ſtipulas pro paleis. Exactores autem vrgebant, dicentes, Perficite opus veſtrum, 13 cuiuſque diei demenſum ſuum, perinde ac dum erant vobis paleæ. Et vapulabant præfecti filiorum Iſrael quos conſtituerant exactores Pharaonis ſuper eos; dicebaturque [eis,] Quare non compleſtis 14 demenſum veſtrum lateritium, quemadmodum antea, nec heri nec hodie? Venerunt itaque præfecti filiorum Iſrael, & expoſtularunt apud Pharaonem hiſce verbis, Cur ſic facis ſeruis tuis? Palea non datur ſeruis tuis, interim dicunt nobis, Ducite lateres: & ecce ſerui tui vapulant, & 15 peccatum populo tuo [imputatur.] Qui ait, 16 Vacatis vos, vacatis [inquā] & ob id dicitis, 17 Ibimus & ſacrificabimus Dn̄o. Nūc ergo ite, & operamini, palea nō dabitur vobis, demēſum tamē laterū vos reddetis. Viderūt ergo præfecti filiorū Iſrael 18 ſeſe eſſe in afflictiōe, quū diceretur, Nō minuetur de lateribus veſtris, 19 demēſum ſcilicet vniuſcuiuſq; diei. Et obuiā facti Moſi & Aharoni, quū egrederētur à Pharaone, ſtātes 20 aduerſum eos, dixerūt ad eos, 21 Videat Dn̄s ſuper vos, & iudicet, qui 22 fœtere feciſtis odorē noſtrū corā Pharaone, & corā ſeruis eius, dādo ſcilicet gladiū in manū eorū, vt nos interficiāt. Reuerſus eſt itaq; Moſes ad Dominū, & ait, Domine, quare 23 tā iniquè agis cū hoc populo? cur nā miſiſti me? Ex eo enim tēpore, quo veni ad Pharaonē vt loquerer tuo nōie, afflixit populū iſtū, nec tu populū tuū liberaſti. Et dixit Dn̄s ad Moſen, Iam videbis quæ facturus ſim Pharaoni: quoniam 24 per manum validam dimittet eos, & per manum robuſtam è terra ſua eijciet*

## SCHOLIA IN CAP. V.

1 vel, vt diebus feſtis mihi ſacrificent. 2 vel, cuius voci paream, 3 vel, occurrit nobis: eamus quæſo viam &c. ideſt, apparuit nobis: quæſo liceat nobis per te ire viam triū dierum &c. 4 ET, pro VT poſitum: vt ſacrificemus. 5 occurrat nobis (vel, irruat in nos) cum peſtilentia aut gladio, ideſt, interficiat peſte aut bello. 6 vel, ceſſare facitis 7 ideo ceſſare facitis eos ab operibus ſuis, ideſt, freti multitudine, intermittitis opus, & cogitatis de rebellando. 8 Hebr. pro, ſicut antea, vel prius. 9 Summam tamē laterum quam heri & nudiuſtertius faciebant, imponite illis, nec minuatis quicquā ex ea: ſunt enim remiſſo animo, propterea vociferantur, dicentes, Eamus & ſacrificemus &c. 10 Grauius illis opus imponatur, & occupentur in eo opere, vt non attendant verbis fallacibus, ideſt, Moſi & Aaroni qui verbis fallacibus decipiunt illos. 11 Heb. non do. pro, Non daturus ſum vobis poſthac &c. 12 non enim imminuetur, vel, nec propterea minuetur &c. 13 Hebr. rem diei in die ſuo, ideſt penſum diurnum. vt reddatis illud tempore ſuo, quemadmodum faciebatis quum dabatur vobis palea. 14 penſum veſtrum in lateribus conficiendis, ſicut heri & nudiuſtertius &c. ideſt ſicut prius. 15 peccabit populus tuus. Futurum pro præſenti



ideſt,

.i.peccati reus iudicatē.Vel,punitur perinde quaſi peccarit in regiā maieſtatē,detrectādo mādatū regiū. 16 vel,Remiſſi,remiſſi eſtis. Vel Ceſſatis,ceſſatis,17 Heb. Eamus & ſacrificemus.i.Liceat nobis ire,& ſacrificare. 18.i.ſecū male agi.19 Heb. de re diei in die ſuo.

i.de penſo diurno, quin illud reddatis tēpore ſuo. 20 ex aduerſo corū. 21.q.d.Deus cognita cauſa iudicet de vobis. 22.i.abominabiles reddidiſtis nos. 23 affligis populum iſtum? 24 ideſt coactus plagis magnis & ingentibus.

## CAP. VI.

*ET loquutus eſt Deus ad Moſen, & dixit ad eum,* 1 *Ego Dominus.* 2 *Et apparui Abrahæ, Iſaac & Iacob* 3 *in Deo Schadai, & in nomine meo* IEHOVA *non ſum eis notus factus.* 4 *Erexi quoque fœdus meum cum eis vt darem eis terram Chanaan, terram in qua peregrini ipſi fuerunt, & in qua incolæ fuerunt. Audiui quoque planctum filiorum Iſrael, quos AEgyptij ſeruitute premunt, & recordatus ſum fœderis mei. Dic ergo filijs Iſrael, Ego Dominus,* 5 *& educam vos de oneribus AEgypti: & eruam vos de ſeruitute eorum, &* 6 *aſſeram vos brachio exerto, &* 7 *iudicijs magnis. Aſſumā quoque vos mihi in populum, eroque Deus veſter, & ſcietis quod ego Dominus Deus veſter, qui educo vos de oneribus AEgypti. Introducam quoque vos ad terram* 8 *pro qua leuaui manum meam vt darem eam Abrahæ, Iſaac & Iacob, daboque vobis eam vt eam poſſideatis, ego Dominus. Moſes ergo in hunc modum loquutus eſt cum filijs Iſrael, verùm ipſi non audierunt Moſen præ angore ſpiritus, & propter ſeruitutem grauiſſimam. Et loquutus eſt Dominus ad Moſen dicens, Ingredere, & loquere ad Pharaonem regem AEgypti vt dimittat filios Iſrael è terra ſua. Et loquutus eſt Moſes coram Domino, dicens, Ecce filij Iſrael non audiunt me, quomodo ergo Pharao me audiret,* 9 *qui ſum incircuncīſus labijs? Et loquutus eſt Dominus ad Moſen & Aharonem, & mandatum dedit eis ad filios Iſrael, & ad Pharaonem regem AEgypti, vt filios Iſrael de terra AEgypti educerent. Hæc ſunt capita domus patrum ſuorum, filij Ruben primogeniti Iſrael: Henoch, Pallu, Hetzron & Charmi. hæ familiæ Ruben. Et filij Simeon: Iemuel, Iamin, Obad, Iachin. Zohar & Saul filius* 10 *Chananitidis. hæ familiæ Simeon. Et hæc ſunt nomina filiorum Leui* 11 *ad generationes ſuas: Gerſon, Kahat, & Merari. Anni autem vitæ Leui centum anni & trigintaſeptem.* 12 *Filij Gerſon: Libni & Simehi per familias ſuas. Et filij Kahath: Amram, Iitzhar, Hebron & Vſiel. Anni autem vitæ Kahath, centum & trigintatres. Et filij Merari: Mahali & Muſi.* 13 *hæ familiæ Leui per generationes ſuas. Et Amrā duxit ſibi vxorem Iochebed* 14 *amitam ſuam [maiorem,] quæ, peperit ei Aharonem & Moſen. Et anni vitæ Amram centum & trigintaſeptem anni. Filij Iitzhar Korah: Nepheg, & Zichri. Et filij Vziel: Miſael, & Elzaphan, & Sithri. Et Aharō duxit ſibi vxorem Eliſaba filiam Aminadab ſororem Nahaſon, quæ peperit ei Nadab, Abihu, Eleazar, & Ithamar. Filij verò Korah: Aſſir, Elcana, & Abiaſaph. hæ familiæ Koritarum. Porrò Eleazar filius Aharonis duxit ſibi vxorem de filiabus Putiel, quæ peperit ei Pinhas.* 15 *& hæc ſunt capita patrum Leuitarum iuxta familias ſuas. Hic eſt Aharon & Moſes, ad quos dixit Dominus, Educite filios Iſrael è terra AEgypti ſecundum exercitus ſuos. Ipſi ſunt qui loquebantur ad Pharaonem regem AEgypti, vt educerent filios Iſrael ex AEgypto. is eſt Moſes & Aharō.* 16 *Factumque eſt in die quo loqueretur Dominus ad Moſen in terra AEgypti, loquebatur ad Moſen in hunc modum, Ego Dominus, loquere ad Pharaonem regem AEgypti omnia quæ ego loquor ad te. Et dixit Moſes coram Domino, En ego* 17 *incircunciſus ſum labijs, & quomodo audiet me Pharao?*

## CAP. VI.

2 LOcutuſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens, Ego
3 Dominus, ⁋ Qui apparui Abraha, Iſaac & Iacob in
Deo omnipotēte: & nomē meū ADONAI non
4 indicaui eis. ⁋ Pepigique fœdus cū eis, vt darē eis Ter-
ram-Chanaan, terra peregrinationis eorum, in qua fue-
5 runt aduenæ. ⁋ Ego audiui gemitum filiorū Iſrael quo
AEgyptij oppreſſerūt eos: & recordatus ſum pacti mei.
6 ⁋ Ideo dic filijs Iſrael, Ego Dominus qui educā vos de
ergaſtulo AEgyptiorum, & eruam de ſeruitute: ac redi-
7 mam in brachio excelſo & iudicijs magnis. ⁋ Et aſſumā
vos mihi in populū, & ero veſter Deus: & ſcietis ꝙ ego
ſum Dominus Deus veſter qui eduxerim vos de ergaſtu
8 lo AEgyptiorū: ⁋ & induxerim vos in terrā, ſuper quam
leuaui manū meā vt darē eam Abrahā, Iſaac & Iacob:
9 daboq; illā poſſidendā vobis, ego Dominus. ⁋ Narrauit
ergo Moyſes omnia filijs Iſrael: qui nō acquieuerunt ei
10 propter anguſtiā ſpiritus, & opus duriſſimū. ⁋ Locutuſ-
11 que eſt Dominus ad Moyſen, dicēs, ⁋ Ingredere, & loque
re ad Pharaonē regem AEgypti vt dimittat filios Iſrael
12 de terra ſua. ⁋ Reſpondit Moyſes corā Domino, Ecce fi
lij Iſrael nō audiūt me: & quomodo audiet Pharao, præ-
13 ſertim cum incircūciſus ſim labijs? ⁋ Locutuſque eſt Do
minus ad Moyſen & Aaron: & dedit mandatum ad filios
Iſrael, & ad Pharaonem regem AEgypti vt educerent fi
14 lios Iſrael de Terra-AEgypti. ⁋ Iſti ſunt principes domo
rum per familias ſuas. Filij Ruben primogeniti Iſraelis:
Henoch & Phallu, Heſrō & Charmi. hæ cognationes Ru
15 ben. ⁋ Filij Simeon: Iamuel & Iamin * & Iami & Ahod,
& Iachin, & Sohar, & Saul filius Chananitidis. hæ pro-
16 genies Simeon. ⁋ Et hæc nomina filiorum Leui per
cognationes ſuas: Gerſon & Caath & Merari. An-
17 ni autem vitæ Leui fuerunt centum triginta ſeptem. ⁋ Fi
18 lij Gerſon: Lobni & Semei, per cognationes ſuas. ⁋ Fi-
lij Caath: Amram, & Iſaar, & Hebron & Oziel. "Anni
19 quoque vitæ Caath, centum triginta tres. ⁋ Filij Merari:
Moholi & Muſi. hæ cognationes Leui per familias ſuas.
20 ⁋ Accepit autem Amram vxorem Iochabed patrue-
lem ſuam: quæ peperit ei Aaron & Moyſen * & Mariam.
21 Fueruntque anni vitæ Amrā, centum triginta ſeptē. ⁋ Fi-
22 lij quoq; Iſaar: Core, & Nepheg, & Zechri. ⁋ Filij quo-
23 que Oziel: Miſael, & Eliſapha, & Sethri. ⁋ Accepit aūt Aa
rō vxorē Elizabeth filiā Aminadab, ſororē Nahaſon, quę
24 peperit ei Nadab, & Abiu, & Eleazar, & Ithamar. ⁋ Filij
quoq; Core: Aſer, & Elcana, & Abiaſaph. hæ ſunt cogna
25 tiones Coritarū. ⁋ At verò Eleazar filius Aaron accepit
vxorē de filiabus Phutiel: quæ peperit ei Phinees. hi ſunt
26 principes familiarū Leuiticarū per cognatiōes ſuas. ⁋ Iſte
eſt Aarō & Moyſes quibus præcepit Dn̄s vt educerēt fi-
27 lios Iſrael de Terra-AEgypti per turmas ſuas. ⁋ Hi ſunt
qui loquūtur ad Pharaonē regē AEgypti, vt educāt filios
28 Iſrael de AEgypto: iſte eſt Moyſes & Aarō, ⁋ in die qua
29 locutus eſt Dn̄s ad Moyſen, in Terra-AEgypti. ⁋ Et locu
tus eſt Dn̄s ad Moyſen, dicēs, Ego Dominus: loquere ad
30 Pharaonem regem AEgypti, omnia quæ loquor tibi. ⁋ Et
ait Moyſes coram Domino, En incircunciſus labijs ſum,
quomodo audiet me Pharao?

Reminiſcitur Deus promiſſionum ſuarum.

Promittit Deus liberationem, & terrā Chanaan.

B

Non acquieſcūt filij Iſrael monitis Moyſi.

Mittitur Moyſes & Aaron ad Pharaonem.

C

Rubē. gen. 46. b. num. 26. a. 1. para. 5. a.

Simeon. 1. para. 4. d.

Leui. 1. Para. 6. a. & 23. a. num. 3. e. Nume. 26. g. 1. par. 6. a. 23. b.

" Annique

Amram, pater Moyſi & Aarō.

Aaron pater Nadab & Abiu. Nume. 3. a.

D

Eleazar pater Phinees.

Præcipitur Moyſi loqui Pharaoni.

## SCHOLIA IN CAP. VI.

1 Ego ſum IEHOVA. Nomen Dei eſt ab eo dictum quod ille eſſe facit quod promiſit, id eſt quia opere complet quod promiſit. יְהוָה enim deducitur à radice הוה quæ ſignificat, Fuit, vnde IEHOVA ſignificat eum qui eſt, & aliquid eſſe facit. q.d. Ego ſum verax, qui opere complebo quod pollicitus ſum Abrahæ, &c. 2 Aut, Apparui autem, vel, Viſus autem ſum 3 in Deo omnipotente: at in nomine meo IEHOVA non fui notus illis, ideſt, omnipotentem me eſſe illis declaraui, & mihi abunde



abunde eſſe diuitiarum vt illos diuites redderem: at in nominē meo IEHOVA non fui notus illis, ideſt, verum opere non cō pleui quod illis ſum pollicitus. Hoc eſt, promittētem quidem me illis Terram Chananæorum audierunt, & crediderunt: ſed opere promiſſa complentem non viderunt, quemadmodum tu viſurus es. Tibi igitur in nomine meo IEHOVA cognitus ero, ideſt, videbis me id facere quod nomen meum ſonat, nempe facientem eſſe, hoc eſt præſtantem quod ſum pollicitus. 4 ideſt, Interpoſito fœdere promiſi me daturum illis terram &c. 5 educam enim vos de ſub oneribus AEgyptiorum, ideſt, quæ impoſuerunt vobis AEgyptij. 6 vel, redimā vos in brachio extento, ideſt, magna vi, vel extento ad percutiendum. Alij intelligunt, extento brachio à cælo ad terram. 7 ideſt, ſignis quæ faciam inter eos. Vel, ſupplicium grauiſſimum ſumendo de illis. 8 ideſt, quam ſublata manu iuraui me daturum Abrahæ, &c. Hebraiſmus. 9 ideſt, qui ſum linguæ impeditioris? Hebraiſmus. 10 ideſt quem ſuſtulit ex Chananitide. 11 ſecundum generationes. 12 ideſt, A Gerſon genus duxerunt Lobni & Semei, vnâ cum familijs. 13 ideſt, hi ſunt qui genus ſuum duxerunt à Leui, vnâ cum illis quos & ipſi genuerunt. 14 ſororem patris ſui. Vel, vt alij volunt, filiam fratris patris. 15 Id eſt, iſti ſunt qui principem locum tenuerunt inter patres Leuitarum, vnâ cum familijs ſuis. 16 Genus dicendi Hebraicum, pro, Accidit autem, quo die loquutus eſt Dominus ad Moſen in terra AEgypti, vt diceret ad eum, Ego &c. 17 ideſt, impeditæ linguæ, rudis in loquendo, & ineptus.

## CAP. VII.

DIxitque Dominus ad Moyſen, Ecce conſtitui te 1
Deum Pharaonis: & Aaron frater tuus erit pro-
pheta tuus. ⁋ Tu loquēris ei omnia quæ mando 2
tibi: & ille loquetur ad Pharaonem, vt dimittat filios Iſ-
rael de terra ſua. ⁋ Sed ego indurabo cor eius, & multi- 3
plicabo ſigna & oſtenta mea in Terra-AEgypti. ⁋ Et nō 4
audiet vos: immittamque manum meam ſuper AEgy-
ptum, & educam exercitum & populum meum filios Iſ-
rael de Terra-AEgypti per iudicia maxima. ⁋ Et ſcient 5
AEgyptij quia ego ſum Dominus qui extenderim manū
meam ſuper AEgyptum, & eduxerim filios Iſrael de me-
dio eorum. ⁋ Fecit itaque Moyſes & Aaron ſicut præ- 6
ceperat Dominus: ita egerunt. ⁋ Erat autem Moyſes octo 7
ginta annorum, & Aaron octoginta trium, quando locu-
ti ſunt ad Pharaonem. ⁋ Dixitq; Dominus ad Moyſen & 8
Aaron, ⁋ Cum dixerit vobis Pharao, Oſtendite ſigna: di- 9
ces ad Aaron, Tolle virgam tuā, & proijce eam corā Pha
raone, ac vertatur in colubrum. ⁋ Ingreſſi itaq; Moyſes 10
& Aaron ad Pharaonem, fecerunt ſicut præceperat Do-
minus. Tulitque Aaron virgam coram Pharaone & ſer-
uis eius, quæ verſa eſt in colubrum. ⁋ Vocauit autē Pha- 11
rao ſapientes & maleficos: & fecerunt etiam ipſi per in-
cantationes AEgyptiacas & arcana quædam ſimiliter.
⁋ Proieceruntque ſinguli virgas ſuas, quæ verſæ ſunt in 12
dracones: ſed deuorauit virga Aaron virgas eorum. ⁋ In 13
duratumque eſt cor Pharaonis, & non audiuit eos, ſicut
præceperat Dominus. ⁋ Dixit autē Dominus ad Moy 14
ſen, Ingrauatū eſt cor Pharaonis, * & non vult dimittere
populū. ⁋ Vade ad eū mane: ecce, egredietr ad aquas: & 15
ſtabis in occurſum eius ſuper ripā fluminis, & virgā quæ
conuerſa eſt in dracone, tolles in manu tua, ⁋ Diceſq; ad 16
eū, Dominus Deus Hebræorum miſit me ad te, dicēs, Di-
mitte populū meū vt ſacrificet mihi in deſerto: & vſq; ad
præſens audire noluiſti. ⁋ Hæc igitur dicit Dominus, In 17
hoc ſcies ꝙ ſim Dominus: ecce percutiā virga quæ in ma
nu mea eſt, aquā fluminis, & vertetur in ſanguinē. ⁋ Piſ- 18
ces quoque qui ſunt in fluuio morietur, & cōputreſcent
aquę, & affligentur AEgyptij bibētes aquā fluminis ⁋ Di 19
xit quoq; Dominus ad Moyſen, Dic ad Aaron, Tolle vir
gā tuā, & extende manū tuā ſuper aquas AEgypti, & ſu-
per fluuios eorū, & riuos ac paludes, & omnes lacus aqua
rū, vt vertātur in ſanguinē: & ſit cruor in omni Terra-
AEgypti, tā in ligneis vaſis quā in ſaxeis. ⁋ Feceruntque 20
* Moyſes & Aarō ſicut præceperat Dn̄s: & eleuās virgā
percuſſit aquā fluminis corā Pharaone & ſeruis eius: quę
verſa eſt in ſanguinē. ⁋ Et piſces qui erāt in flumine, mor 21
tui ſunt: cōputruitq; fluuius, & nō poterāt AEgyptij bi-
bere aquā fluminis, & fuit ſanguis in tota Terra-AEgy-
pti. ⁋ Fecerūtq; ſimiliter malefici AEgyptiorū incātatiōi 22
bus ſuis, & induratū eſt cor Pharaonis, nec audiuit eos, ſi
cut præceperat Dn̄s, ⁋ Auertitq; ſe, & ingreſſus eſt domū 23
ſuā, nec appoſuit cor etiā hac vice. ⁋ Foderūt aūt omnes 24
AEgyptij per circuitū fluminis aquā vt biberēt: nō enim
poterant bibere "aquā fluminis. ⁋ Impletiq; ſunt ſeptem 25
dies, poſtquam percuſſit Dominus fluuium.

Sup. 4. d.

Moyſes cum Aarone mittitur ad Pharaonem.

Signa facit Deꝰ vt cognoſcatur ſolus potens.

B

Virga Moyſi vertitur in colubrum.

Magi idem faciunt. 2. tim. 3. b

C

I D

* ita

Aquæ in ſanguinē verſæ. Pſal. 77. c.

Magi idē faciūt Sap. 17. b.

" de aqua

## CAP. VII.

*ET dixit Dominus ad Moſen, Ecce conſtitui te* 1 *Deum Pharaoni: eritq; Aharō frater tuꝰ* 2 *propheta tuꝰ. Tu* 3 *loquēris omnia quæ ego tibi mādauero, Aharon autē frater tuus loquetur ad Pharaonē,* 4 *vt dimittat filios Iſrael è terra ſua. Et ego indurabo cor Pharaōis, & ſignamea atq; portēta mea multa faciā in terra AEgypti, Et non audiet vos Pharao,* 5 *& extendā manū meam ſuper AEgyptū, & educam exercitus meos, [nempe] populū meū filios Iſrael è terra AEgypti* 6 *in iudicijs magnis. Et ſciēt AEgyptij quod ego ſum Dominus, quum extendero manum meā ſuper AEgyptū, & eduxero filios Iſrael de medio eorū. Fecit itaq; Moſes & Aharon quemadmodū præcepit eis Dominus,* 7 *ſic inquā fecerūt. Erat autē Moſes natus octoginta annos, & Aharon natus annos octogintatres, quū loquerentur ad Pharaonē. Et dixit Dominus ad Moſen & Aharon in hūc modū, Si locutus fuerit ad vos Pharao hiſce verbis,* 8 *Oſtendite portentū: dices ad Aharonem, Tolle baculū tuum, & abijce coram Pharaone,* 9 *vt fiat ſerpens. Venit itaq; Moſes & Aharon ad Pharaonē, & fecerūt ita, ſicut iuſſerat Dominus: abiecitq; Aharon baculū ſuū corā Pharaone & corā ſeruis eius, & factus eſt coluber. Vocauit autē Pharao etiā ſapiētes* 10 *& incātatores, & fecerūt quoq; ſic ipſi magi AEgypti incātationibus ſuis. Proiecerūt nāpe ſinguli ſuas virgas, & factæ ſunt dracones: at baculus Aharonis deuorauit virgas illorū. Et indurauit cor Pharaonis, & nō audiebat eos, quēadmodū locutus fuerat Dn̄s. Et dixit Dominus ad Moſen, Ingrauatū eſt cor Pharaonis, renuit dimittere populū. Vade ad Pharaonē diluculo, ecce egreditur ad aquas, & ſtabis in ripa fluminis obuiam ei, tolleſque baculū qui eſt in colubrū verſus, in manū tuā, Et dices ad eum, Dominus Deus Hebræorū miſit me ad te hiſce mandatis, Dimitte populū meū, vt ſeruiant mihi in deſerto, & ecce hactenus audire noluiſti. Sic ergo dixit Dominꝰ, In hoc cognoſces quòd ego Dominus, en ego percutiā baculo quē manu geſto ſuper aquam quæ eſt in flumine, & vertetur in ſanguinē. Piſces verò qui ſunt in flumine morientur, & cōputreſcet flumē,* 11 *& delaſſabūtur AEgyptij, [vt nō poſſint] bibere aquas de flumine. Et dixit Dominꝰ ad Moſen, Dic ad Aharonē, Tolle baculū tuū, & extende manū tuam ſuper aquas AEgypti, ſuper flumina eorū, ſuper riuos eorū, & ſuper ſtagna eorū, & ſuper cūctas collectiones aquarū quas habēt, vt fiāt ſanguis, ſitq; ſanguis per totā regionē AEgypti, tā in ligneis quām lapideis [vaſis.] Moſes & Aharō fecerūt quēadmodū mādarat Dn̄s: & eleuato baculo percuſſit aquas quæ erāt* 12 *in riuo corā oculis Pharaōis, & corā oculis ſeruorū eiꝰ: verſæq; ſunt o͞es aquæ quæ erāt* 12 *in riuo in ſanguinē. Piſces quoq; qui erāt in riuo mortui ſunt, & cōputruit riuus, vt nō potuerint AEgyptij bibere de riuo: fuitq; ſanguis per totam terram AEgypti. Et fecerunt quoq; ſic incantatores AEgypti ſuſurrationibus ſuis: & induruit cor Pharaonis,* 13 *vt non audiret eos, quemadmodum locutus fuerat Dominus. Reuerſus Pharao, rediit in domum ſuam,* 14 *nec corde ſuo hoc expendit. Foderunt autem omnes AEgyptij circum flumen aquas, vt biberent: quoniam non poterant bibere de aquis* 15 *riui. Et* 16 *exacti ſunt ſeptem dies poſtquam percuſſit Dominus riuum.*

SCHO-

## SCHOLIA IN CAP. VII.

1 Id eſt, vice Dei Pharaoni. Hoc eſt, dices nomine meo & verbis meis Pharaoni, quid ego velim. Chaldæus paraph. vertit, Poſui tę in principem Pharaoni. 2 ideſt, interpres verborum tuorum. Verbis ſequentibus ſeipſum declarat, cum dicit, Loquetur ad Pharaonem. 3 ſub. ipſi Aaroni. 4 & dimittet. q. d. etiam inuitus dimittet, ſiue cupiet illos diſcedere, qui nunc non vult illos abire. 5 propterea ponam manū meam ſuper AEgyptum, ideſt percutiam AEgyptum. 6 vel, per iudicia maxima, ideſt puniendo maxime AEgyptios. Hebraiſmus. 7 Hæc verba more Hebraico redundant. Satis enim erat, Fecit Moſes & Aaron ſicut præceperat illis Dominus. 8 Date pro vobis prodigium. quo ſcilicet confirmetis dicta veſtra. 9 & fiet ſerpens. 10 Iſtud (&) exponit quid ſignificet ſapiētes: ſæpe incantatores. 11 Heb. laborabuntq; AEgytij vt bibant aquā fluminis id eſt, nō poterunt AEgyptij bibere aquam fluminis. Vel, ægre bibent. Aut abhorrebunt à potu aquæ fluuij. Paulo poſt ſeipſum declarat. 12 in flumine 13 neque credidit illis, 14 nec appoſuit cor ſuū ad hoc. i. nec mouebat eū tātum periculū. ſiue, non adiecit animū ad tam inſigne miraculū. Vel, nō curauit. 15 fluminis. 16 i. durauit hebdomadā vnā ſanguis ille. Hebraiſmus.

## CAP. VIII.

*Dixit autem Dominus ad Moſen, Ingredere ad Pharaonem, & dic ad eum, Sic dicit Dominus, Dimitte populum meum, vt ſeruiant mihi. Quod ſi tu dimittere renueris, en ego percutiam omnes terminos tuos ranis: & ebulliet fluuius ranas, quæ aſcendent, & venient in domum tuam, & in conclaue cubilis tui, & ſuper ſtratum tuū, & in domum ſeruorum tuorum, & in populum tuum, in furnos tuos, & 1 in farinam tuam aquis conſperſam. Sed & in te atque in populum tuum, & in omnes ſeruos tuos 2 aſcendent ranæ. Et dixit Dominus ad Moſen, Dic ad Aharonem, Extende manum tuam cum baculo tuo ſuper fluuios, riuos ac ſtagna, vt adducas ranas ſuper terram AEgypti. Et extendit Aharon manum ſuam ſuper aquas AEgypti, & aſcē derunt ranæ, & operuerunt terram AEgypti. Et fecerunt quoque ſic magi incantationibus ſuis, & adduxerunt ranas ſuper terram AEgypti. Et vocans Pharao Moſen & Aharonem, ait, Orate ad Dominum vt auferat ranas à me & à populo meo, & dimittam populum vt ſacrificent Domino. Et dixit Moſes ad Pharaonem, 3 Gloriare de me, quando orabo pro te, pro ſeruis tuis, & pro populo tuo, vt exterminentur ranæ à te, & à domibus tuis, & duntaxat in flumine ſuperſint. Qui ait, Cras. Et ille dixit, Iuxta verbum tuum [fiat,] vt cognoſcas quòd non eſt ſicut Dominus Deus noſter. Recedent itaque ranæ à te, & à domibus tuis, à ſeruis tuis, & à populo tuo, duntaxat in flumine 4 reliquæ erunt. Et exiuit Moſes & Aharon à Pharaone, & clamauit Moſes ad Dominum 5 propter ranas quas poſuerat Pharaoni. Et fecit Dominus 6 iuxta verbum Moſis, & mortuæ ſunt ranæ de domibus, de 7 atrijs, & de agris. Et collegerunt eas aceruatim, & 8 computruit terra. Videns autem Pharao quòd facta eſſet reſpiratio, aggrauauit cor ſuum, & non audijt eos, quemadmodum dixerat Dominus. Et dixit Dominus ad Moſen, Dic ad Aharonem, Extende baculum tuum, & percute puluerem terræ, vt vertatur in 9 pediculos per totam terram AEgypti. Et fecerunt ſic: & extendit Aharon manum ſuam cum baculo ſuo, ferijtque puluerem terræ, & redactus eſt in pediculos, tam in hominibus quā in iumentis. Omnis puluis terræ verſus eſt in pediculos in tota terra AEgypti. Et fecerunt quoque ſic magi incantationibus ſuis vt producerent pediculos, ſed non potuerunt. fuerunt itaque pediculi in hominibus & in iumentis. Dixerunt ergo magi ad Pharaonem, 10 Digitus Dei hic eſt. & induruit cor Pharaonis, & non audiuit eos, quemadmodum locutus fuerat Dominus. Dixit ergo Dominus ad Moſen, Conſurge mane, & colloca te ante Pharaonem, en egredietur ad aquas, & dic ad eum, Sic dixit Dominus, Dimitte populum meum vt ſeruiant mihi. Alioqui ſi non dimiſeris populum meum, en ego mittam in te, in ſeruos tuos, in populum tuum, & in domos tuas 11 varij generis inſecta: & implebuntur domus AEgyptiorum 12 varij generis inſectis, deinde & terra ipſa in qua ipſi ſunt. Et ſeparabo in die illa terram Goſen, in qua populus meus habitat, vt in ea 13 nulla ſint inſecta: 14 vt intelligas quòd ego ſum Dominus in medio terræ. Et 15 ponam redemptionem inter populum meum, & inter populum tuum: 16 cras erit ſignum illud. Fecitq;*

## CAP. VIII.

II.
Ranæ.

1 Dixit quoq; Dominus ad Moyſen, Ingredere ad
Pharaonē, & dices ad eū, Hæc dicit Dominus,
2 Dimitte populū meū, vt ſacrificet mihi. ⁋Si autē
nolueris dimittere, ecce ego percutiā omnes terminos
3 tuos ranis. ⁋ Et ebulliet fluuius ranas: quæ aſcendēt, & in
gredientur domū tuā, & cubiculū lectuli tui, & ſuper ſtra-
tū tuū, & in domos ſeruorū tuorū, & in populū tuū, & in
4 furnos tuos, & in reliqas ciborū tuorū: ⁋ & ad te & ad po
5 pulū tuū, & ad oēs ſeruos tuos intrabūt ranæ. ⁋Dixitque
B
Dñs ad Moyſen, Dic ad Aarō, Extēde manum tuā ſuper
fluuios ac ſuper riuos & paludes, & educ ranas ſuper Ter
6 rā-AEgypti. ⁋Et extendit Aarō manū ſuper aquas AEgy-
pti, & aſcenderunt ranæ, operuerūtq; Terram-AEgypti.
7 ⁋ Fecerūt autē & malefici per incātationes ſuas ſimiliter:
Sap. 17. b.
8 eduxeruntq; ranas ſuper Terrā-AEgypti. ⁋Vocauit autē
Pharao Moyſen & Aarō, & dixit eis, Orate Dñm vt aufe
Rogat Pharao Moyſen vt pro ipſo oret.
rat ranas à me & à populo meo: & dimittā populū vt ſa-
9 crificet Dño. ⁋Dixitq; Moyſes ad Pharaonē, Cōſtitue mi
hi quādo deprecer pro te & pro ſeruis tuis & pro popu-
lo tuo, vt abigātur ranæ à te & à domo tua, & à ſeruis
C
10 tuis, & à populo tuo: & tantū in flumine remaneāt. ⁋Qui
reſpōdit, Cras. At ille, Iuxta, inquit, verbum tuū faciā: vt
11 ſcias quoniā nō eſt ſicut Dominus Deus noſter. ⁋Et recē
dēt ranæ à te & à domo tua, & à ſeruis tuis, & à populo
12 tuo: & tantū in flumine remanebūt. ⁋Egreſsiq; ſunt Moy
Orat Moyſes pro Pharaone.
ſes & Aarō à Pharaone: & clamauit Moyſes ad Dominū
13 pro ſponſione ranarū quā cōdixerat Pharaoni. ⁋Fecitq;
Dominus iuxta verbū Moyſi: & mortuę ſunt ranæ de do
14 mibus, & de villis, & de agris. ⁋ Cōgregaueruntq; eas in
15 immēſos aggeres, & cōputruit terra. ⁋ Vidēs autē Pha-
D
Induratur Pharao.
rao ꝙ data eſſet requies, ingrauauit cor ſuum, & nō audi
16 uit eos, ſicut prępeperat Dominus. ⁋Dixitq; Dominus ad
Moyſen, Loquere ad Aarō, Extēde virgā tuam, & percu-
III.
Ciniphes, ſiue pediculi in hominibus & iumentis.
te puluerē Terrę: & ſint ciniphes in vniuerſa Terra-AE-
17 gypti. ⁋ Feceruntq; ita: & extēdit Aaron manum, virgā
tenēs: percuſsitq; puluerē terræ, & facti ſunt ciniphes in
hominibus & in iumētis, omnis puluis terræ verſus eſt in
18 ciniphes per totā Terrā-AEgypti. ⁋ Feceruntq; ſimili-
ter malefici incantationibus ſuis, vt educerēt ciniphes,
E
& nō potuerunt: erantq; ciniphes tā in hominibus quā
19 in iumētis. ⁋Et dixerūt malefici ad Pharaonē, Digitus Dei
Digit⁹ Dei, pro potentia Dei.
eſt hic. induratūque eſt cor Pharaonis, & nō audiuit eos
20 ſicut præceperat Dñs. ⁋Dixit quoq; Dñs ad Moyſen, Cō
ſurge diluculo & ſta corā Pharaone, egredietur enim ad
aquas: & dices ad eū, Hęc dicit Dñs, Dimitte populū meū
IIII.
Muſcæ ſiue omne genus ferarum & beſtiarū noxiarum.
21 vt ſacrificet mihi. ⁋ Quòd ſi non dimiſeris eum, ecce
ego immittam in te, & in ſeruos tuos, & in popu-
lum tuum, & in domos tuas omne genus muſcarum,
& implebuntur omnes domus AEgyptiorum mu-
ſcis diuerſi generis, & vniuerſa terra in qua fue-
22 rint. ⁋ Faciamque mirabilem in die illa Terram-Geſ-
E
ſen, in qua populus meus eſt, vt non ſint ibi mu-
ſcæ: & ſcias quoniam ego Dominus in medio terræ,
23 ⁋Ponamque diuiſionem inter populum meum, &
24 populum tuum: cras erit ſignum iſtud. ⁋ Fecitque
Domi-



Sapien. 16. b.
Dominus ita: & venit muſca grauiſsima in domos Pha-
raonis & ſeruorum eius, & in omnē Terrā-AEgypti: cor
ruptaq; eſt Terra ab huiuſcemodi muſcis. ⁋ Vocauitq; 25
Pharao Moyſen & Aaron, & ait eis, Ite, & ſacrificate Deo
veſtro in terra hac. ⁋ Et ait Moyſes, Nō poteſt ita fieri: 26
abominationes enim AEgyptiorū immolabim⁹ Domino
Deo noſtro? quòd ſi mactauerimus ea quæ colunt AEgy
G
ptij corā eis, lapidibus nos obruēt. ⁋Viam triū dierū per- 27
ſup. 3. f.
gemus in ſolitudinē: & ſacrificabimus Domino Deo no-
Rogat Pharao Moyſen, vt pro ipſo oret.
ſtro, ſicut præcepit nobis. ⁋ Dixitque Pharao, Ego dimit- 28
tam vos vt ſacrificetis Domino Deo veſtro in deſerto: ve
runtamē longius ne abeatis, rogate pro me. ⁋ Et ait Moy 29
ſes, Egreſſus à te, orabo Dominum: & recedet muſca à
Pharaone, & à ſeruis ſuis, & à populo eius cras: veruntamen noli vltrà fallere vt non dimittas populum ſacrifica
re Domino. ⁋Egreſſuſque Moyſes à Pharaone, orauit Do 30
minū. ⁋ Qui fecit iuxta verbū illius: & abſtulit muſcas à 31
Pharaone, & à ſeruis eius, & à populo eius: nō ſuperfuit
Induratur Pharao.
ne vna quidē. ⁋ Et ingrauatum eſt cor Pharaonis, ita vt 32
nec hac quidem vice dimitteret populum.

*Dñs ſic. & 17 venerūt varij generis inſecta, atq; ea grauida in domū Pharaonis, & in domū ſeruorū eius, & in omnē terrā AEgypti: & corrupta eſt terra 18 ab inſectis illis. Et aduocauit Pharao Moſen atq; Aharonem, & ait, Ite, ſacrificate Deo veſtro in ipſa terra. Et reſpōdit Moſes, Non cōuenit vt ita faciamus: quoniā 19 abominationē AEgyptiorū ſacrificarem⁹ Domino Deo noſtro, en ſi abominationem AEgyptiorum ſacrificaremus ipſis cernentibus, annon lapidibus nos obruerent? Ibimus viam triū dierū in deſertū, & ſacrificabimus Domino Deo noſtro, quemadmodū nobis dixit. Et ait Pharao, Dimittam vos vt ſacrificetis Domino Deo veſtro in deſerto, modo ne longius abeatis, orateque pro me. Et dixit Moſes, Ecce ego egrediens à te, rogabo ad Dominū 20 vt recedāt inſecta hæc à Pharaone, à ſeruis eius, & à populo eius cras: modo Pharao vltra ne fallat, ac populū 21 ſacrificatū Domino non dimittat. Et exijt Moſes à Pharaone, & orauit ad Dominum. Et 22 fecit Dominus iuxta verbū Moſis, & abſtulit 23 inſecta illa à Pharaone, à ſeruis eius, & à populo eius, vt ne vnum quidem ex eis ſupereſſet. Et aggrauauit Pharao cor ſuum etiā tum, & non dimiſit populum.*

## SCHOLIA IN CAP. VIII.

1 In panaria tua. Vox Hebræa MISAROTH ſignificat locum in quo ſubigitur maſſa ad conficiendum panem. 2 ideſt, adorientur & inuadent te ranæ. 3 te, ideſt, Hoc honoris tibi ſit me, vt deſignes mihi tempus, in quo orem pro te. Aut, Hoc tibi tribuo vt præfigas mihi tempus quando orem pro te. Alij hunc ſenſum eſſe volunt, Tunc gloriari poteris, atque bono eſſe animo, quum me orante pro te, auferentur ranæ. Hanc ſpem de tuis Magis & ariolis habere non potes. 4 remanebunt. 5 Heb. ſuper negotio ranarum ꝙ propoſuerat Pharaoni, ideſt, pro ranis tollēdis, quod ſe facturum pollicitus fuerat Pharaoni. 6 ideſt, fecit quod petebat Moſes. Hebraiſmus. 7 vel, villis, 8 repleta fuit fœtore. 9 Vox Hebræa CHINNIM, ſignificat genera quædam exiguarum beſtiolarū, quæ infenſiſsimæ eſſe ſolent, non ſolum lædentes cutē, pruritum noxium immittentes: ſed etiam penetrantes ad interna, vt nares quoque & aures ingrediantur, & oculos lędant. Quidam dicunt ſignificare vermiculos alatos ſimiles culicibus. Veteres tamen Hebręi dicūt ſignificare pediculos. 10. i. Hoc fit virtute diuina, non arte magica. 11 miſturam (ſiue turbam) ferarum noxiarum. Vox Hebræa AAROB, ſignificat miſturam collectam ex varijs & multis ſpeciebus beſtiolarū ſeu inſectorum. Alij intelligunt etiam ſerpentes & ſcorpiones, atque alia venenata animalia. Nonnulli dicunt fuiſſe incurſionem leonum, pardorū, luporum, ſerpentium, & ſimilium noxiarum beſtiarum. 12 vel, miſcellanea ferarum noxiarum. 13 nullæ ſint turbæ ferarum noxiarum. 14 ideſt, vt ſcias à me hoc fieri in punitionem peccati tui. 15 ideſt, liberabo: hoc eſt, faciam vt populus tuus lædatur à feris noxijs, & populus meus non lædatur. 16 ideſt, prædico tibi hæc futura die craſtino. 17 venit turba maxima ferarum noxiarum, 18 propter multitudinem ferarum illarum noxiarum. 19 Vocat Scriptura Deos Gentium, abominationes. Colebant autem AEgyptij arietem: à quo cultu abhorrebant Iudæi. Propterea non audebant coram AEgyptijs ſacrificare Deo arietes, ne occiderētur. Chaldæus paraph. vertit, Quoniā iumēta AEgyptiorū ſunt dij illorū, quos ipſi timent: & ex illis ſacrificabimus coram Domino Deo noſtro? 20 vt recedat turba ferarum noxiarum. 21 vt ſacrificet, 22 ideſt, exaudiuit Dominus deprecationem Moſis. Hebraiſmus. 23 turbam ferarum noxiarum.

## CAP. IX.

V
Mors pecorū.
Dixit autē Dominus ad Moyſen, Ingredere ad 1
Pharaonē, & loquere ad eū, Hæc dicit Dominus
Deus Hebræorū, Dimitte populū meū vt ſacri-
ficet mihi. ⁋ Quod ſi adhuc renuis, & retines eos: ⁋ Ecce 2
* tuos
manus mea erit ſuper agros, * & ſuper equos & aſinos, & 3
camelos, & oues, & boues peſtis valde grauis. ⁋Et faciet 4
Dominus mirabile inter poſſeſsiones Iſrael, & poſſeſsio
nes AEgyptiorū, vt nil omnino pereat ex his quæ perti
nēt ad filios Iſrael. ⁋Conſtituitque Dominus tēpus, dicēs, 5
Cras faciet Dominus verbū iſtud in terra. ⁋ Fecit ergo 6
B
Dominus verbū hoc altera die: mortuaq; ſunt omnia ani
mātia AEgyptiorū: de animalibus verò filiorū Iſrael ni-
hil omnino perijt. ⁋ Et miſit Pharao ad vidēdū, nec erat 7
quicquā mortuū de his quæ poſsidebat Iſrael. Ingraua-
tumq; eſt cor Pharaonis, & non dimiſit populū. ⁋Et dixit 8
Dominus ad Moyſen & Aaron, Tollite plenas manus ci
neris de camino, & ſpargat illum Moyſes in cælū coram
VI.
Veſicæ vlcera.
Pharaone. ⁋Sitq; puluis ſuper omnē Terram-AEgypti: 9
eruntenim in hominibus & iumentis vlcera, & veſicæ
turgētes in vniuerſa Terra-AEgypti. ⁋ Tuleruntque ci- 10
nerem de camino, & ſteterunt corā Pharaone, & ſparſit
C
illum Moyſes in cælū: factaq; ſunt vlcera veſicarū turgē
tiū in hominibus & iumētis: ⁋ nec poterāt malefici ſtare 11
corā Moyſe propter vlcera quæ in illis erāt, & in omni
Terra-AEgypti. ⁋ Indurauitque Dominus cor Pharao- 12
nis: & non audiuit eos, ſicut locutus eſt Dominus ad

## CAP. IX.

*Dixit autem Dominus ad Moſen, Ingredere ad Pharaonem, & loquere ad eū, Sic ait Dominus Deus Hebræorū, Dimitte populū meū vt ſeruiant mihi: Si verò renueris tu dimittere, & adhuc retinueris eos, Ecce 1 manus Domini erit ſuper pecora tua quæ ſunt in agro, in equis, in aſinis, in camelis, in armentis & gregibus, peſtilentia [erit] grauiſsima. Et ſeparabit Dominus inter pecora Iſrael, & inter pecora AEgypti, vt nō moriatur ex omnibus quæ ſunt filiorū Iſrael quidquam. Et poſuit Dominus certū tēpus dicēs, Cras faciet Dominus rem hāc in terra. Fecit igitur Dominus poſtero die rem hāc, & mortuum eſt omne pecus AEgypti, at de pecore filiorum Iſrael ne vnum quidem mortuum eſt. Et 2 miſit Pharao, & ecce de pecore Iſraelis ne vnū quidem mortuum fuit: & ingrauatum eſt cor Pharaonis, vt nō dimitteret populum. Et ait Dominus ad Moſen & Aharonem, Accipite vobis volas veſtras plenas 3 fauilla fornacis calcariæ, & ſpargat eam Moſes cælum verſus coram Pharaone. 4 Eritq; puluis ſuper vniuerſam terram AEgypti, vt fiat in homine & iumento 5 apoſtema germinans vlcera in vniuerſa terra AEgypti. Et tulerunt fauillā de fornace calcaria, ſteteruntq; coram Pharaone, & ſparſit eā Moſes cælū verſus: & facta ſunt apoſtemata germinātia vlcera tā in hominib⁹ quā in iumētis. Neq; magi poterāt cōſiſtere corā Moſe propter apoſtemata, quoniam fuerunt apoſtemata in magis, & in omnibus AEgyptijs. Et 6 retinuit Dominus cor Pharaonis, vt non audiret eos, quemadmodum locutus fuerat Dominus ad*

*Moſen*

*Moſen. Et dixit Dominus ad Moſen, Surgito mane, & colloca te in conſpectum Pharaonis, & dic ad eum, Sic dicit Dominus Deus Hebræorum, Dimitte populum meum vt ſeruiant mihi. 7 Iam enim ego mittam omnes plagas meas in cor tuum, & in ſeruos tuos, & in populum tuum: vt intelligas quòd non ſit mei ſimilis in vniuerſa terra. Iam enim extendi manum meam, vt percutiam te & populum tuum peſte, & excidêris è terra. 8 Equidem ob id te conſtitui, vt oſtenderem tibi potentiam meam, & vt enarretur nomen meum in vniuerſa terra. Adhuc tu te 9 aggerem opponis populo meo, vt non dimittas eos? Ecce ego depluam cras hoc ipſo tempore grandinem grauiſsimam, qualis non fuit in AEgypto, ab eo die quo fundata eſt vſque in præſens. Mitte igitur & coge pecus tuum, & quidquid ruri habes: quidquid vel hominum vel iumentorum inuentum ruri fuerit, nec in domum collectum, ſuper illos deſcendet grando, & morientur. Qui itaque ex ſeruis Pharaonis verbum Domini metuit, curauit vt ſerui ſui & pecus ſuum domum fugerent: qui verò cor ſuum ad verbum Domini non accommodauit, reliquit ſeruos ſuos & pecora ſua in agro. Et ait Dominus ad Moſen, Extende manum tuam verſus cælum, vt ſit grando in tota terra AEgypti ſuper homines, ſuper iumenta, & ſuper vniuerſam herbam agri in terra AEgypti. Et extendit Moſes baculum ſuum verſus cælum, & Dominus edidit tonitrua & grandinem, diſcurritque ignis per terram, & depluit Dominus grandinem ſuper terram AEgypti. Et fuit grando, 10 & ignis ſeſe recipiens intra grandinem, grauiſsima quidem, & qualis non fuerat per totam terram AEgypti 11 ex eo tempore quo facta eſt gens. Et percuſsit grando illa in vniuerſa terra AEgypti, omne quod fuit in agro, tam homines quàm iumenta, ſed & omnem herbam agri percuſsit grando, & omnia ligna campi confregit. Duntaxat in terra Goſen, in qua erant filij Iſrael, non fuit grando. Mittens ergo Pharao, vocauit Moſen & Aharonem, dixitq; ad eos, Peccaui 12 etiã nunc, Dominus iuſtus eſt, ego verò & populus meus impij. Orate Dominum, 13 & abunde ſat, ſi non fuerint tonitrua Dei & grando, dimittam vos, nec eſt quod vltrà maneatis. Et dixit Moſes ad eum, Egrediens vrbem, expandam manus meas ad Dominum, ceſſabuntque tonitrua, & grando vltra non erit, vt ſcias quòd Domini ſit terra. 14 Et ſcio quod priuſquam tu & ſerui tui timeretis in conſpectu Dei, & linum & hordeum percuſſa ſunt: hordeum enim maturuerat, & linum in calamos iuerat. Triticum verò & far non percuſſa ſunt, eo quòd 15 adhuc latuerant. Egreſſus autem Moſes à Pharaone ex vrbe, expandit manus ſuas ad Dominum, ceſſaruntque tonitrua & grando, nec pluuia fuſa eſt in terram. Videns autem Pharao quod pluuia ceſſaſſet, & grando atque tonitrua, perrexit peccare, & aggrauauit cor ſuum ipſe & ſerui eius. Et 16 obriguit cor Pharaonis, nec dimiſit filios Iſrael, quemadmodum dixerat Dominus per Moſen.*

13 Moyſen. ¶ Dixitq; Dominus ad Moyſen, Mane conſurge, — VII. Grando.
& ſta corã Pharaone, & dices ad eũ, Hæc dicit Dominus
Deus Hebrçorũ, Dimitte populũ meũ vt ſacrificet mihi.
14 ¶ Quia in hac vice mittã omnes plagas meas ſuper cor
tuũ, & ſuper ſeruos tuos, & ſuper populũ tuũ: vt ſcias ꝙ — D
15 nõ ſit ſimilis mei in omni terra. ¶ Nũc enim extendens — * meam
manũ * percutiã te, & populũ tuũ peſte, ″ peribitiſq; de — ″ peribiſque
16 terra. ¶ Idcirco autẽ poſui te, vt oſtẽdam in te fortitudi- — Hunc locũ exponit Paulus ad
17 nẽ meam, & narretur nomẽ meum in omni terra. ¶ Adhuc — Rom. 9. d.
18 retines populum meum: non vis dimittere eũ? ¶ En pluã
cras hac ipſa hora grandinem multam nimis: qualis non
fuit in AEgypto à die qua fundata eſt, vſque in præſens
19 tẽpus. ¶ Mitte ergo iam nunc, & congrega iumenta tua,
& omnia quæ habes in agro: homines enim & iumenta,
& vniuerſa quæ inuenta fuerint foris, nec congregata — E
de agris, cecideritque ſuper ea grando, morientur.
20 ¶ Qui timuit verbum Domini de ſeruis Pharaonis, fecit
21 confugere ſeruos ſuos, & iumenta in domos: ¶ qui autem neglexit ſermonem Domini, dimiſit ſeruos ſuos, &
22 iumenta in agris. ¶ Et dixit Dominus ad Moyſen, Exten
de manũ tuã in cælum, vt fiat grando in vniuerſa Terra-AEgypti ſuper homines, & ſuper iumenta, & ſuper
23 omnem herbam agri in Terra-AEgypti. ¶ Extenditque — Sap. 16. c. 19. d.
Moyſes virgam in cælum, & Dominus dedit tonitrua, &
grandinem, ac diſcurrentia fulgura ſuper terram: pluit-
24 que Dominus grandinem ſuper Terram-AEgypti. ¶ Et
grando & ignis miſta pariter ferebantur: tantæque fuit — F
magnitudinis, quanta antè nunquam apparuit in vniuer-
25 ſa Terra-AEgypti ex quo gens illa condita eſt. ¶ Et percuſsit grando in omni Terra-AEgypti cuncta quæ fuerunt in agris, ab homine vſque ad iumentum: cunctamque herbam agri percuſsit grãdo, & omne lignum regio
26 nis confregit. ¶ Tantum in Terra-Geſſen, vbi erant fi-
27 lij Iſrael, grãdo nõ cecidit. ¶ Miſitque Pharao, & voca- — Peccatum ſuũ agnoſcit Pharao, rogatque Moyſen vt oret pro ipſo.
uit Moyſen & Aaron, dicens ad eos, Peccaui etiam nunc,
28 Dominus iuſtus: & ego & populus meus impij. ¶ Orate
Dominum vt deſinãt tonitrua Dei, & grando: vt dimit-
29 tam vos, & nequaquam hîc vltrà maneatis. ¶ Ait Moyſes, — G
Cum egreſſus fuero de vrbe, extendã palmas meas ad
Dominum, & ceſſabũt tonitrua, & grãdo nõ erit: vt ſcias
30 quia Dñi eſt terra. ¶ Noui autẽ quòd & tu & ſerui tui neo
31 dũ timeatis Dominum Deum. ¶ Linũ ergo & hordeũ læ-
ſum eſt, eo ꝙ hordeum eſſet virens, & linũ iam folliculos
32 germinaret: ¶ triticum autẽ & far nõ ſunt læſa, quia ſero-
33 tina erãt. ¶ Egreſſuſq; Moyſes à Pharaone ex vrbe, tetẽ- — Orante Moyſe ceſſat grando.
dit manus ad Dominum: & ceſſauerũt tonitrua & grãdo,
34 nec vltrà ſtillauit pluuia ſuper terrã. ¶ Vidẽs autem Pha
rao ꝙ ceſſaſſet pluuia & grando & tonitrua, auxit pecca
35 tum: ¶ & ingrauatũ eſt cor eius, & ſeruorũ illius, & indura
tum nimis: nec dimiſit * Iſrael, ſicut præceperat Domi- — * filios
nus per manum Moyſi.

## SCHOLIA IN CAP. IX.

1 Ideſt, percutiam pecora, & alia animalia peſte grauiſsima. Eſt enim appoſitio, manus mea, peſtis grauis. 2 ſub. nuntios. 3 intelligit albam illam fauillam nondum plene verſam in cinerem, qua ſemimortui carbones teguntur. 4 Eritque in puluerem. Vel, Et vertetur in puluerem. 5 vel, ſcabies producens puſtulas (vel, veſicas) turgentes. 6 indurauit. 7 Quia vice hac 8 vel, Et vtiq; ob id feci te ſtare. Vel, feci te manere. i. nolui te ilico ob tuam impietatem exterminare. Vel, Idcirco feci te regẽ, vt &c. 9 eleuas contra populum meum non dimittendo eum? 10 vel, & fulgur miſtum cum grandine, 11 ex quo fuit in gentem, ideſt, ex quo cœpit habitari. 12 hac vice, 13 & ſufficiat (ſub. illi) vt non ſint tonitrua Dei & grando: & dimittã vos, nec vltra maneatis, ideſt, vt ſufficiat illi tonitrua hæc ingentia & grandines miſiſſe, vt poſthac non fiant: & dimittam vos, nec vltra manebitis in AEgypto. Chaldæus paraphr. vertit, Magnum coram me eſt lucrum, quod non ſint ſuper nos voces illæ execrandæ. Hoc loco Tonitrua Dei, pro magnis & vehementibus tonitruis ponitur: vt alio loco Cæli Dei, pro Cælis altiſsimis. 14 Hebr. Tu verò & ſerui tui ſcio prius quam orem, quod timeatis à facie Domini Dei. Linum itaque & hordeum percuſſum eſt: quia hordeũ viride erat, & linũ in calamo. Priori verſui deeſt altera pars: ſic autem impletur, Noui ꝙ vos, priuſquam orẽ pro vobis, timeatis à facie Domini Dei: ſed poſtquã orauero, nõ timebitis. q. d. Præſente plaga, timetis: ſed poſtquã diſceſſerit, deſinetis timere. Alij legũt, Ego autẽ ſcio ꝙ tu & ſerui tui nondum timeatis à facie Domini Dei. Alij, Noui enim quod tu & ſerui tui hactenus nõ humiliamini à facie Domini Dei. Prior interpretatio verior. 15 Hebr. ſerotina erant, ideſt, nondum aſſurrexerant in calamum, propterea non fuerunt læſa. 16 vel, roboratum eſt.

CAP.



## CAP. X.

VIII Locuſtæ. Indurat Pharaonem Deus.

Et dixit Dominus ad Moyſen, Ingredere ad Pharao 1
nem: ego enim indurauì cor eius, & ſeruorum illiꝰ:
vt faciam ſigna mea hæc in eo, ¶ Et narres in auri- 2
bus filij tui, & nepotum tuorũ, quoties contriuerim AEgy
ptios, & ſigna mea fecerim in eis: & ſciatis quia ego Do-
minus Deus. ¶ Introierunt ergo Moyſes & Aaron ad Pha 3 — Moyſes minatur Pharaoni locuſtas. Sapien. 16. b.
raonem, & dixerunt ei, Hæc dicit Dominus Deus He-
bræorum, Vſquequo non vis ſubijci mihi? dimitte popu-
lum meum, vt ſacrificet mihi. ¶ Sin autem reſiſtis, & non 4
B vis dimittere eum: ecce ego inducam cras locuſtam in fi-
nes tuos: ¶ quæ operiet ſuperficiem terræ, ne quicquam 5
eius appareat, ſed comedatur quod reſiduum fuerit gran
dini: corrodet enim omnia ligna quæ germinant in agris.
¶ Et implebunt domos tuas, & ſeruorũ tuorum, & omniũ 6
AEgyptiorum: quantam non viderunt patres tui, & aui,
ex quo orti ſunt ſuper terram, vſque in præſentem diem.
Auertitque ſe, & egreſſus eſt à Pharaone. ¶ Dixerunt au 7
tem ſerui Pharaonis ad eum, Vſquequo patiemur hoc ſcã
C dalum? dimitte homines, vt ſacrificent Domino Deo ſuo.
nonne vides quòd perierit AEgyptus? ¶ Reuocaueruntque 8
Moyſen, & Aaron ad Pharaonem: qui dixit eis, Ite,
ſacrificate Domino Deo veſtro: quinam ſunt qui ituri
ſunt? ¶ Ait Moyſes, Cum paruulis noſtris, & ſenioribus 9
pergemus, cum filijs & filiabus, cum ouibus & armentis:
eſt enim ſolennitas Domini Dei noſtri. ¶ Et reſpondit 10
Pharao, Sic Dominus ſit vobiſcum, quomodo ego dimit-
tam vos, & paruulos veſtros. cui dubium eſt quòd peſſi-
mè cogitetis? ¶ Non ″ fiat ita, ſed ite tantum viri, & ſacrifi 11 — ″ fiet
cate Domino: hoc enim & ipſi petiſtis. ſtãtimque eiecti
D ſunt de conſpectu Pharaonis. ¶ Dixit autem Dominus 12
ad Moyſen, Extende manum tuã ſuper Terram-AEgy-
pti ad locuſtam, vt ″ deſcendat ſuper terram, & deuoret — ″ aſcendat
omnem herbam quæ reſidua fuerit grandini. ¶ Et exten 13
dit Moyſes virgam ſuper Terram-AEgypti: & Dominus
induxit ventum vrentem tota die illa, & nocte: & mane
facto ventus vrens leuauit locuſtas. ¶ Quæ aſcenderunt 14
ſuper vniuerſam Terram-AEgypti: & ſederunt in cun-
ctis finibus AEgyptiorum innumerabiles, quales ante il
E lud tempus non fuerant, nec poſtea futuræ ſunt. ¶ Ope- 15
rueruntque vniuerſam ſuperficiem Terræ, vaſtantes om
nia. Deuorata eſt igitur herba terræ, & quicquid pomo-
rum in arboribus fuit, quæ grando dimiſerat: nihil quo-
que omnino virens relictum eſt in lignis & in herbis ter-
ræ, in cuncta AEgypto. ¶ Quam ob rem feſtinus Pharao 16 — Agnoſcens peccatum Pharao, petit orari pro ſe.
vocauit Moyſen & Aaron, & dixit eis, Peccaui in Domi-
num Deum veſtrum, & in vos. ¶ Sed nunc dimittite pec- 17
catum mihi etiam hac vice, & rogate Dominum Deum
veſtrum, vt auferat à me mortem iſtam. ¶ Egreſſuſque 18 — Orat Moyſes pro Pharaone.
eſt Moyſes de conſpectu Pharaonis, & orauit Dominũ.
F ¶ Qui flare fecit ventum ab Occidente vehementiſsimũ, 19
& arreptã locuſtam proiecit in Mare-rubrum: non remã
ſit ne vna quidem in cunctis finibus AEgypti. ¶ Et indura 20
uit Dominus cor Pharaonis, nec dimiſit filios Iſrael. ¶ Di 21
xit autem Dominus ad Moyſen, Extende manum tuam — IX Tenebræ palpabiles.
in cælum: & ſint tenebræ ſuper Terram-AEgypti tam
denſæ vt palpari queant. ¶ Extenditque Moyſes manum 22
in cælum: & factæ ſunt tenebræ horribiles in vniuerſa
Terra-AEgypti tribus diebus. ¶ Nemo vidit fratrem ſuũ, 23 — Sapien. 17. a. Sap. 18. a.
G nec mouit ſe de loco in quo erat: vbicunq; autem habita
bãt filij Iſrael, lux erat. ¶ Vocauitque Pharao Moyſen & 24
Aaron, & dixit eis, Ite, ſacrificate Domino: oues tantum
veſtræ, & armenta remaneant, paruuli veſtri eant vobi-
ſcum. ¶ Ait Moyſes, Hoſtias quoque & holocauſta dabis 25
nobis, quæ offeramus Domino Deo noſtro. ¶ Cuncti gre 26
ges pergent nobiſcum: non ″ remanebit ex eis vngula:
quæ neceſſaria ſunt in cultum Domini Dei noſtri: præ-

## CAP. X.

*Et dixit Dominus ad Moſen, Ingredere ad Pharaonem: nam ego aggrauaui cor eius, & cor ſeruorum eius, vt ponerem ſigna mea hæc 1 inter eos, 2 Et vt narrares ante aures filij tui, & nepotis tui, quæ ego tentauerim in AEgypto, & ſigna mea quæ poſui inter eos, & vt ſciatis quòd ego Dominus. Venit itaque Moſes & Aharon ad Pharaonem, & dixerunt ad eum, Sic dixit Dominus Deus Hebræorum, Quouſque 3 renuis humilis eſſe coram me? dimitte populum meum vt mihi ſeruiant: Alioqui ſi recuſas dimittere populum meum, ecce adducam cras locuſtas in fines tuos. Et operient ſuperficiem terræ, vt terra videri non poſſit, depaſcentque reſiduum quod ſeruatum eſt, quodque relictum eſt vobis à grandine, comedent etiam omnem arborem germinantem vobis in agro. Inſuper domos tuas implebunt, & domos omnium ſeruorum tuorum, & domos omnium AEgyptiorum, quales non viderunt patres aut aui tui, à die quo ipſi fuerunt ſuper terram, vſque in hunc diem. 4 Et reſpiciens exiuit à Pharaone. Dixerunt verò ſerui Pharaonis ad eum, 5 Quandiu erit hoc nobis offendiculo? dimitte homines illos vt Domino Deo ſuo ſeruiant: 6 viſne prius experiri AEgyptum eſſe perditam? Et 7 retracti ſunt Moſes atque Aharon ad Pharaonem, dixitque ad eos, Ite & ſeruite Domino Deo veſtro. 8 qui verò ſunt qui abibunt? Et dixit Moſes, Cum pueris noſtris, & cum ſenibus noſtris ibimus, cum filijs noſtris atque filiabus noſtris, cum gregibus & armentis noſtris ibimus: quoniam 9 dies feſtus Domini nobis eſt. Et ait ad eos, 10 Ita fiet, Dominus vobiſcũ quum dimittam vos & pubem veſtram: 11 videte annon malũ moliamini. Non ſic: viri eant, & ſeruiãt Domino: nam & hoc voſipſi poſtulaſtis. & 12 eiecit eos à facie Pharaonis. Ait ergo Dominus ad Moſen, Extende manũ tuã ſuper terram AEgypti 13 pro locuſta, vt aſcẽdat ſuper terrã AEgypti, & depaſcat omnẽ herbã terræ, & omne quod grãdo reliquũ fecit. Extẽdit itaq; Moſes baculũ ſuum ſuper terram AEgypti, adduxitque Dominus ventum Orientalẽ ſuper terram toto illo die & tota nocte. mane facto, attulit Eurus locuſtam. Aſcenditque locuſta ſuper terram AEgypti, & demiſit ſe in omnibus finibus AEgypti, eaq; vehementer grauis: ante illam 14 non fuit talis locuſta, nec talis poſt illam ventura eſt. 15 Operuit enim ſuperficiẽ totius terræ, ita vt terra obſcuraretur, & comedit omnem herbam terræ, atq; omnem fructum arborum quem reliquum fecerat grando: non relictum eſt aliquid viroris, tam in arboribus quàm in herba agri per totam terram AEgypti. Pharao itaque ilico vocauit Moſen & Aharonem, dixitque, Peccaui in Dominum Deum veſtrũ, & in vos. Ignoſce igitur quæſo peccato 16 vel nũc, & rogate Dominum Deum veſtrũ vt auferat à me duntaxat 17 iſtam mortẽ. Exiuit ergo à Pharaone, & orauit Dominũ. Et 18 vertit Dñs ventum Occidentalẽ fortiſsimum, & ſuſtulit locuſtas, 19 defixitq; eas in mare 20 carectoſum, ita vt in omnibꝰ finibꝰ AEgypti ne vna quidẽ ſupereſſet. Et 21 retinuit Dominus cor Pharaonis, vt nõ dimitteret filios Iſrael. Dixitq; Dominus ad Moſen, Extende manũ tuam verſus cælũ, vt ſint tenebræ ſuper terrã AEgypti, 22 & tenebræ quidẽ quas palpet aliquis. Et extẽdit Moſes manũ ſuã verſus cælũ, factæq; ſunt tenebræ obſcuriſſimæ in vniuerſa terra AEgypti tribus diebus. Nõ vidit quiſpiã proximũ ſuũ, nec ſurrexit quis de loco ſuo tribus diebus: omnibus autẽ filijs Iſrael lux fuit in ſuis habitationibus. Vocauit itaq; Pharao Moſen, & dixit, Abite, ſeruite Dño: 23 verũtamẽ greges veſtri & armẽta veſtra maneãt, etiã pubes veſtra eat vobiſcũ. Et dixit Moſes, Tu etiam dabis in manus noſtras ſacrificia & holocauſta, vt ſacrificemus ea Domino Deo noſtro. Etiam pecora noſtra ibũt nobiſcum, non relinquetur vel vngula: ex illis enim accipiemus vt ſeruiamus Domino Deo noſtro. & nos*

*nos quidem nondum ſcimus 24 quid ſacrificaturi ſimus Domino, donec illuc venerimus. Et 21 retinuit Domin⁹ cor Pharaonis, vt non vellet eos dimittere. Et dixit ei Pharao, Recede à me, caue ne vltra videas faciem meã: nam quacunque die videbis conſpectum meum, morieris. Et dixit Moſes, 25 Quẽadmodum loquutus es, non videbo vltra conſpectum tuum.*

ſertim cũ ignoremus quid debeat immolari donec ad ip-
27 ſum locũ perueniamus. ♀ Indurauit autẽ Dñs cor Pharao
28 nis, & noluit dimittere eos. ♀ Dixitq́; Pharao ad Moyſen,
Recede à me, & caue ne vltrà videas faciẽ meã: quocũq;
29 die apparueris mihi, morîêris. ♀ Reſpondit Moyſes, Ita
fiat vt locutus es, non videbo vltrà faciem tuam.

## SCHOLIA IN CAP. X.

1 In medio eius, ideſt, vt in regno eius, eo ſpectante edam ſigna mea in gloriam meam. 2 Et narres in auribus filij tui, ideſt, audiente filio tuo & nepote tuo. Hîc Moſes ſuſtinet perſonam totius Iſraelis. q.d. vt narrent Iſraelitæ filijs ſuis & nepotibus. 3 vel, renuis ſubmittere te mihi? Vel, renuis deprimere te coram me? 4 vel, Et conuerſus eſt, & egreſſus. pro, Et conuerſus, egreſſus eſt &c. 5 Vſquequo erit nobis iſte in offendiculum? Vel, Vſquequo erit nobis iſtud in laqueum? Id eſt, Vſquequo iſtud quod fit ab iſtis, nobis damnoſum erit? 6 q.d. nũquam dimittes populũ hunc, quin tota AEgyptus perierit. Aut, dimitte populum iſtum, alioqui actum eſt de tota AEgypto. Verti etiam poteſt, nondum ſcis quod perijt AEgyptus? Chaldæus paraphraſtes an adhuc non ſcis quod perierit AEgyptus? 7 reuocati ſunt 8 vel, ſed quinam ſunt qui ituri ſunt? 9 ideſt, celebraturi ſumus ſolennitatem Domini. 10 Heb. Sit ita Dominus vobiſcum vt dimittam vos &c. ideſt, Vellem Dominum non maiori animo eſſe erga vos vt vos iuuet, quàm ſum vt vos dimittam cum &c. Acſi dicat, Nũquam ſum vos dimiſſurus cum paruulis &c. 11 Heb. videte ꝙ malum eſt contra faciem veſtram. ſiue vt Chaldæus paraph. eſt è regione faciei veſtræ. ideſt, videte quod malitia veſtra quã cogitatis, reuereretur in vos. Vel, videte ꝙ malũ eſt vobis proximũ. L X X verterũt, videte ꝙ ſcelus vobis præpoſitũ eſt. Hoc eſt, quiuis poteſt videre, ꝙ vos aliquid mali moliamini. 12 Subaudi, eiector, & ille qui eijcit. Alij volũt eſſe Hebraiſmũ, & antecedẽs pro relatiuo, expulit eos à ſe. 13 Subaudi, adducẽda. i. pro locuſtis adducendis. ſingulare pro plurali. 14 .i. nũquam fuerũt viſæ in tãto numero. 15 ideſt, Radiũ ſolarẽ totius terræ AEgypti operuerũt, ita vt præ multitudine earum non potuerit radius ſolis pertingere vſq; ad terram. 16 hac tantummodo vice, 17 ideſt, perniciẽ iſtã: hoc eſt multitudinem locuſtarum. 18 ideſt, ventum Orientalẽ qui adduxerat locuſtas, vertit in ventum ab Occidente flantem. Alij vertunt, flare fecit (ex contraria cæli parte) ventum Occidentalem. 19 Vox Hebræa ſignificat cum magna colliſione & fragore deijcere. 20 Suph, ideſt in mare Rubrum. 21 indurauit. 22 Alij exponũt, Et illæ tenebræ poſteriores expellant priores tenebras noctis. i. ſint multo denſiores tenebris nocturnis. Rectius intelligamus palpabiles. 23 tantũmodo 24 quo ſeruiemus. i. ex qua ſpecie ſacrificaturi ſimus. 25 Verum (vel, Probe) locut⁹ es.

## CAP. XI.

## CAP. XI.

*E(1 T dixit Dominus ad Moſen, Adhuc vnam plagam adducam ſuper Pharaonem & ſuper AEgyptum, tum tandẽ vos hinc dimittet: 2 quumq; plene dimittet, omnino expellet vos hinc. Loquere quæſo audiente populo, vt quiſque à proximo ſuo, & quæque à proxima ſua vaſa argentea & aurea poſtulet. 3 Conciliabitque Dominus gratiam populo coram AEgyptijs. quin & vir ille Moſes excellentiſſimus erat in terra AEgypti coram ſeruis Pharaonis, & coram populo.) 4 Et dixit Moſes, Sic dixit Dominus, Circa mediũ noctis ego exibo in ipſam AEgyptum, Morieturque omne primogenitum in terra AEgypti, 5 à primogenito Pharaonis, qui ſedet in ſolio eius, vſque ad primogenitum ancillæ, 6 quæ eſt poſt molam, atque omne primogenitum iumentorum. Et erit clamor magnus per totam terram AEgypti, qualis nunquam fuit, & qualis nunquam futurus eſt. Apud cunctos autem filios Iſrael 7 non mutiet canis lingua ſua, neque in hominibus neque iumentis: vt cognoſcatis 8 quale diſcrimen habeat Dominus inter AEgyptios & inter Iſraelitas. Deſcendentque omnes ſerui tui iſti ad me, & proni procumbent mihi, dicentes, Egredere tu, & cunctus populus 9 qui ſub te eſt, & tum tandem egrediar. Et exiuit à Pharaone 10 iratus. Dixit autem Dominus ad Moſen, Pharao vos non audiet, vt multa fiant prodigia mea in terra AEgypti, Moſes itaque & Aharon fecerunt omnia hæc prodigia coram Pharaone, 11 & Dominus retinuit cor Pharaonis, vt non dimitteret filios Iſrael è terra ſua.*

1 E(T dixit Dominus ad Moyſen, Adhuc vna pla-
ga tangam Pharaonem & AEgyptum, & poſt
2 hæc dimittet vos, & exire compellet. ♀ Dices ergo
omni plebi vt poſtulet vir ab amico ſuo, & mulier à vi-
3 cina ſua vaſa argentea, & aurea ͡ & veſtem. ♀ Dabit
autem Dominus gratiam populo ſuo coram AEgyptijs.
Fuitque Moyſes vir magnus valde in Terra-AEgypti
4 coram ſeruis Pharaonis, & omni populo.) ♀ Et ait,
Hæc dicit Dominus, Media nocte ᵘ ingrediar in AEgy-
5 ptũ: ♀ & morietur omne primogenitum in Terra-AEgy
ptiorum, à primogenito Pharaonis qui ſedet in ſolio
eius, vſque ad primogenitum ancillæ quæ eſt ad mo-
6 lam, & omnia primogenita iumentorum. ♀ Eritque
clamor magnus in vniuerſa Terra-AEgypti, qualis nec
7 antè fuit, nec poſtea futurus eſt. ♀ Apud omnes au-
tem filios Iſrael non mutiet canis ab homine vſque ad
pecus: vt ſciatis quanto miraculo diuidat Dominus AE-
8 gyptios & Iſrael. ♀ Deſcendentque omnes ſerui tui
iſti ad me, & adorabunt me, dicentes, Egredere tu & om-
nis populus qui ſubiectus eſt tibi: poſt hæc egrediemur.
9 Et exiuit à Pharaone iratus nimis. ♀ Dixit autem Domi-
nus ad Moyſen, Non audiet vos Pharao vt multa ſigna
10 fiant in Terra-AEgypti. ♀ Moyſes autem & Aaron fece-
runt omnia ſigna ͡ & oſtenta quæ ſcripta ſunt, coram Pha
raone: & indurauit Dominus cor Pharaonis, nec dimiſit
filios Iſrael de terra ſua.

Dominus iubet vt ſpolient AEgyptios. ſup. 3. g. & infra. 12. e.

B Eccle. 45. a.

X

Mors primogenitorum.

ᵘ egrediar

C

D

## SCHOLIA IN CAP. XI.

1 Iam verò dixerat. quando ſcilicet apparuerat ei Dominus in rubo ardenti. Hæc autem debent legi per parentheſin vſque ad hæc verba, Et dixit Moſes, Sic dicit &c. 2 quumq; dimiſerit (vos,) omnino expellẽdo expellet vos hinc. Omnino, inquit. i. ſine vlla exceptione aut ſine conditione. Prius enim dicebat, cap. 8. g, Dimittam vos &c. modo ne longius abeatis. Et cap. 10. f, Abite, ſeruite Domino: veruntamen greges &c. Alij vertũt, Conſummatim, ſiue in vniuerſum repellendo repellet vos hinc. Chaldæus paraphraſtes, Cumque dimiſerit, omnino proijciet vos. L X X. cum omni eiectione eijciet vos. 3 Hebr. Et dedit Dominus gratiam populo in oculis AEgyptiorum, ideſt, Reddidit eum charum AEgyptijs. 4 Dixit autem. Vel, Adiecit Pharaoni Moſes: antequam ſcilicet egrederetur à facie ipſius Pharaonis, id eſt, prædixit illi vltimam plagam. Reddit enim ad interruptam hiſtoriam quæ eſt in fine præcedentis capitis. 5 vel, primogenito ſedente, id eſt ſeſſori, qui iure ſeſſurus erat ſuper ſolium patris. 6 Id eſt, quæ circumagit molam in piſtrino. 7 non mouebit linguam ſuam ab homine vſque ad beſtiam. ideſt, neque hominibus, neque iumentis filiorum Iſrael allatrabit vllus canis. 8 quod diſcrimen poſuerit. 9 Hebraiſmus, qui ſub pedibus tuis eſt. ideſt, tibi ſubditus. 10 Hebr. in ira furoris. ideſt, vehementiſſime iratus. 11 vel, ſed Dominus indurauerat cor Pharaonis: propterea non dimiſit &c.

CAP.



## CAP. XII.

Præceptum & ritus edendi agni paſchalis.

D Ixit quoque Dominus ad Moyſen & Aaron in 1
Terra-AEgypti, ♀ Menſis iſte, vobis princi- 2
pium menſium: primus erit in menſibus anni.
♀ Loquimini ad vniuerſum cœtum filiorum Iſrael, & di- 3
cite eis, Decima die menſis huius tollat vnuſquiſque
agnum per familias & domos ſuas. ♀ Sin autem minor 4
eſt numerus vt ſufficere poſsit ad veſcendum agnum: aſ-
ſumet vicinum ſuum qui coniunctus eſt domui ſuæ, iux-
ta numerum animarum quæ ſufficere poſſunt ad eſum
agni. ♀ Erit autem agnus abſque macula, maſculus, an- 5
niculus: iuxta quem ritum tolletis & hœdum. ♀ Et ſer- 6
uabitis eum vſque ad quartamdecimam diem menſis hu-
ius: immolabitque eum vniuerſa multitudo filiorum Iſ-
B rael ad veſperam. ♀ Et ſument de ſanguine eius, ac po- 7
nent ſuper vtrunque poſtem, & in ſuperliminaribus do-
morum in quibus comedent illum. ♀ Et edent carnes 8
nocte illa aſſas igni, & azymos panes, cum lactucis agre-
ſtibus. ♀ Non comedetis ex eo crudum quid, nec co- 9
ctum aqua, ſed aſſum tantum igni: caput cum pedibus
eius & inteſtinis vorabitis. ♀ Nec remanebit quicquam 10
ex eo vſque mane. ſiquid reſiduum fuerit, igne combure-
tis. ♀ Sic autem comedetis illum, Renes veſtros accin- 11
getis, & calceamenta * habebitis in pedibus, tenentes
baculos in manibus, & comedetis feſtinantes: eſt enim
phaſe (id eſt tranſitus) Domini. ♀ Et tranſibo per Ter- 12
ram-AEgypti nocte illa, percutiamq́ue omne primoge-
nitum in Terra-AEgypti ab homine vſque ad pecus: &
in cunctis dijs AEgypti faciam iudicia, ego Dominus.
♀ Erit autem ſanguis vobis in ſignum in ædibus in qui- 13
bus eritis: & videbo ſanguinem, & tranſibo vos: nec erit
in vobis plaga diſperdens quando percuſſero Terram-
C AEgypti. ♀ Habebitis autem hunc diem in monimen- 14
tum: & celebrabitis eam ſolennem Domino in generatio-
nibus veſtris cultu ſempiterno. ♀ Septem diebus azy- 15
ma comedetis: in die primo non erit fermentum in domi-
bus veſtris: quicunque comederit fermentum, peribit ani-
ma illa de Iſrael, à primo die vſque ad diem ſeptimum.
♀ Dies prima erit ſancta atque ſolennis, & dies ſepti- 16
ma eadem feſtiuitate venerabilis: nihil operis facietis in
eis, exceptis his quæ ad veſcendum pertinent. ♀ Et 17
obſeruabitis azyma: in eadem enim ipſa die educam
exercitum veſtrum de Terra-AEgypti, & cuſtodietis
diem iſtum in generationes veſtras ritu perpetuo. ♀ Pri- 18
mo menſe, quartadecima die menſis ad veſperam come-
detis azyma vſque ad diem viceſimamprimam eiuſdem
menſis ad veſperam. ♀ Septem diebus ᵒ fermenta- 19
tum non inuenietur in domibus veſtris: qui comede-
rit fermentatum, peribit anima eius de cœtu Iſrael,
tam de aduenis quàm de indigenis Terræ. ♀ Om- 20
D ne fermentatum non comedetis: in cunctis habitacu-
lis veſtris edetis azyma. ♀ Vocauit autem Moyſes om- 21
nes ſeniores filiorum Iſrael, & dixit ad eos, Ite tol-
lentes animal per familias veſtras, & immolate pha-
ſe. ♀ Faſciculumq́ue hyſſopi tingite in ſanguine qui 22
eſt in limine, & aſpergite ex eo ſuperliminare, &
vtrunque poſtem: nullus veſtrum egrediatur oſtium do-
mus ſuæ vſque mane. ♀ Tranſibit enim Dominus per- 23
cutiens AEgyptios: cumq́ue viderit ſanguinem in ſuper-
liminari & in vtroque poſte, tranſcendet oſtium domus,
& non ſinet percuſſorem ingredi domos veſtras & læde-
re. ♀ Cuſtodi verbum iſtud legitimum tibi & filijs tuis 24
vſque in æternum. ♀ Cumque introieritis terram quam 25
Dominus ͡ Deus daturus eſt vobis vt pollicitus eſt, obſer-
uabitis cæremonias iſtas. ♀ Et cum dixerint vobis filij 26
veſtri, Quæ eſt iſta religio? ♀ dicetis eis, Victima tranſi- 27
tus Domini eſt, quando tranſiuit ſuper domos filiorum Iſ
rael in AEgypto percutiẽs AEgyptios, & domos noſtras
liberans. incuruatuſq́; populus adorauit. ♀ Et egreſsi filij 28
Iſrael fecerũt ſicut præceperat Dominus Moyſi & Aarõ.

* veſtra

Leuit. 23. a.
Num. 28. c.

ᵒ fermentum

Heb. 11. c.

Parẽtibus præcipit vt filios myſterium paſchæ doceant.

Clades primogenitorũ AEgypti.

## CAP. XII.

*E T dixit Dominus ad Moſen & ad Aharonem in terra AEgypti in hanc ſententiam, 1 Menſis iſte erit vobis principium menſium: is erit vobis primus in menſibus anni. Loquimini ad omnem cœtum Iſrael, dicentes, Decimo huius menſis tollant ſinguli ſibi 2 pecudem 3 iuxta domos patrum, pecudem pro domo. Si verò domus minor fuerit quàm vt edendo agno [ſufficiat,] 4 ſumatur & vicinus eius, propinquus ſcilicet domui eius, 5 pro numero animarum 6 numerabitis ad pecudem, quantum ſinguli edant. 7 Pecus ſit integra, maſcula, annicula, quam ex ouibus aut capris accipietis. Et hanc quidem ſeruabitis vſq; ad decimum quartum diem huius menſis: mactabitque eam omnis cœtus congregationis Iſrael 8 inter veſperas. Tollent inſuper de ſanguine, ponentque in duobus poſtibus, & in ſuperis liminibus domorum, in quibus eam edent. Et comedent carnem illam eadem nocte, aſſam igni, & placentas infermẽtatas, cum amaris [herbis] comedent eam. Non comedetis ex ea 9 crudum, aut quod coctione coctum ſit in aqua, ſed igni aſſum: 10 caput eius cum cruribus atque interioribus eius. Ne reſeruetis ex ea quidquam vſque mane: quod verò ex ea vſque mane relictum fuerit, igni comburetis. Sic autem comedetis illam, Lumbi veſtri ſint 11 accincti, calceamenta veſtra in pedibus veſtris, & baculus veſter in manu veſtra, & comedetis eam cum feſtinatione, 12 Pæſah hoc Domino. Et 13 tranſibo in terra AEgypti nocte 14 illa, & cædam omne primogenitum in terra AEgypti, tam in hominibus quam iumentis, & 15 in cunctis dijs AEgypti edam iudicia, ego Dominus. Et ſanguis ille erit 16 vobis 17 ſignum in domibus in quibus vos fueritis: cumque ſanguinem illum videro, præteribo vos, nec erit in vobis plaga 18 internecionis, 19 quum cecidero in terra AEgypti. Eritque vobis dies ille 20 in monumentum, & celebrabitis eum, feſtum Domino 21 in poſteritate veſtra, ſtatuto perpetuo celebrabitis eum. Septem diebus comedetis placentas infermentatas, veruntamen primo die 22 abolebitis fermentum è domibus veſtris: quicunque enim fermentatum comederit, à primo die ad ſeptimũ vſque, excindatur anima huiuſmodi ex Iſraele. 23 Et primo quidem die conuocatio ſancta, & die ſeptimo conuocatio ſancta erit vobis: nullum opus fiet in eis, duntaxat quod editur ab omni anima, hoc ſolum 24 fiet à vobis. Et 25 obſeruabitis infermentata: nam hoc ipſo die eduxi 26 exercitus veſtros de terra AEgypti. obſeruabitis igitur hunc diem apud poſteros veſtros ritu perpetuo. In primo, decimoquarto die illius menſis ſub veſperam comedetis placentas infermentatas, vſque ad vigeſimumprimum diem menſis ad veſperam. Septem diebus non inuenietur fermentum in domibus veſtris: nam quicunque fermentatum ederit, ∵ ſiue incola is ſit, ſiue indigena terræ, excindetur anima illa de cœtu Iſraelis. Nihil fermentatum comedetis, ſed in omnibus habitationibus veſtris infermentatas placentas comedetis. Conuocauit autem Moſes omnes ſeniores Iſrael, & dixit ad eos, 27 Ite, & tollite vobis ouiculam pro familijs veſtris, & mactate 28 Pæſah. Accipite quoque faſciculum hyſſopi, & tingite in ſanguine qui fuerit in 29 pelui: & contingite ſupera limina & duos poſtes ſanguine qui eſt in pelui, nulluſque ex vobis fores domus ſuæ egrediatur vſque mane. Tranſibit enim Dominus vt cædat AEgyptios: quumque ſanguinem in ſuperis liminibus, & in duobus poſtibus viderit, tranſiliet 30 Dominus ianuam illam, neque permittet vaſtatorem ingredi domos veſtras, 31 vt cædat. 32 Obſeruabitis itaque verbum iſtud, vt ſit & tibi & filijs tuis perpetuus ritus. Fietque, quum introieritis terram, quam Dominus vobis iuxta pollicitationem ſuam daturus eſt, hunc 33 cultum ſeruabitis. Deinde ſi filij veſtri ad vos dixerint, ⁒ Quis hic cultus veſter? Reſpondebitis, 34 Mactatio Pæſah hæc Domino: qui præterijt domos filiorum Iſrael in AEgypto, quum cæderet AEgyptios, & domos noſtras liberauit. populus verò inclinato vertice, 35 gratias egit. Abierunt itaque filij Iſrael, & fecerunt quemadmodum præceperat Dominus Moſi & Aharoni,*

F ſic

ſic inquam fecerunt. Et factum eſt media nocte, quòd Dominus cæderet omne primogenitum in terra AEgypti, à primogenito Pharaonis 36 ſedentis ſuper ſolium eius, vſque ad primogenitum captiui qui eſt in carcere, deinde & omne primogenitum iumentorum. Et ſurrexit Pharao noctu, ipſe & omnes ſerui eius, atque cuncti AEgyptij, & factus eſt clamor magnus in AEgypto, quoniam non erat domus in qua non eſſet 37 mortuum aliquid. Et vocauit Moſen & Aharonem noctu, & dixit, Surgite, exite è populo meo, tam vos quàm filii Iſrael, & ite ſacrificatum Domino iuxta verbum veſtrum: Quin & greges veſtros, armentaque veſtra tollite, quemadmodum loquuti eſtis, & abite, 38 atque fauſta mihi imprecamini. 39 Et inſtabant AEgyptii populo, vt feſtinanter eos expellerent è terra: dicebant enim, Omnes 40 morimur. Et tulit populus maſſam farinaceam aqua ſubactam antequam fermentaretur, 41 reliquias ſuas in veſtibus ligatas ſuper humerum ſuum. Et filii Iſrael fecerunt iuxta mandatum Moſis, poſtulantes [videlicet] ab AEgyptiis vaſa agentea, & vaſa aurea, & veſtes. Et Dominus 42 conciliauit gratiam populo coram AEgyptiis, 43 vt petita darent eis, & abſtulerunt AEgyptiis. Profecti ſunt itaque filii Iſrael, de Raemſes in Sucoth circiter ſexcenta millia peditum fortium virorum, præter pubem. Sed & 44 promiſcuum [vulgus] plurimum aſcendit cum eis, oues quoque & boues & pecora admodum multa. Coxerunt ergo maſſam farinaceam, quam extulerant ex AEgypto, placentas infermentatas, quoniam 45 non fermentauerant: eiecti enim ab AEgyptiis non potuerunt moram facere, nec etiam viaticum ſibi parare. Habitationis verò tempus, quo filii Iſrael in AEgypto habitarunt, fuerunt anni quadringenti triginta. Exactis verò quadringentis triginta annis, ipſo eodem die egreſſi ſunt omnes exercitus Domini è terra AEgypti. 46 Nox hæc obſeruabilis Domino, 47 qua eduxit eos de terra AEgypti: 48 hæc inquam nox Domini eſt, quam obſeruare debent omnes filii Iſrael per poſteritates ſuas. Et dixit Dominus ad Moſen & Aharonem, 49 Hic ritus ſit Pæſah, nullus extraneus edat ex eo. Et omnis ſeruus ære emptus, poſtquam circuncideris eum, comedet ex eo. Incola & mercenarius ex eo ne comedant. In vna domo comedatur, non exportabis è domo de carne illa foras, nec os confringetis in eo. Vniuerſus cœtus Iſrael facient ipſum. Et ſi aduena apud te incola fuerit, & 50 fecerit Pæſah Domino, circuncidatur ei omnis mas, & tunc accedat, vt faciat ipſum, & ſit vt indigena terræ. nullus enim incircunciſus ex eo comedat. Eadem lex erit indigenæ & incolæ qui inter vos habitat. Fecerunt autem omnes filii Iſrael quemadmodum præceperat Dominus Moſi & Aharoni: ſic [inquam] fecerunt. Eodem ergo ipſo die eduxit Dominus filios Iſrael de terra AEgypti cum exercitibus ſuis.

29 ¶ Factum eſt autem, in noctis medio percuſsit Dominus E
omne primogenitum in Terra-AEgypti, à primogenito
Pharaonis qui in ſolio eius ſedebat, vſque ad primogeni-
tum captiuæ quæ erat in carcere, & omne primogenitum Sap.18.b.
30 iumentorum. ¶ Surrexitque Pharao nocte & omnes Pharao eijcit filios Iſrael.
ſerui eius, cunctaque AEgyptus: & ortus eſt clamor ma-
gnus in AEgypto: neque enim erat domus in qua non
31 iacêret mortuus. ¶ Vocatiſque Pharao, Moyſe & Aa-
ron nocte, ait, Surgite, egredimini à populo meo, * vos *&
& filij Iſrael: ite, & immolate Domino ſicut dicitis.
32 ¶ Oues veſtras & armenta aſſumite vt petieratis, &
33 abeuntes benedicite mihi. ¶ Vrgebantque AEgyptij
populum Iſrael de Terra exire velociter, dicentes, Om-
34 nes moriemur. ¶ Tulit igitur populus conſperſam fa- Iudæi AEgyptios ſpoliāt vaſis argenteis.
rinam antequam fermentaretur: & ligans in pallijs poſuit
35 ſuper humeros ſuos. ¶ Feceruntque filij Iſrael ſicut præ- Sup.11.a.
ceperat Dominus Moyſi: & petierunt ab AEgyptijs va- F
36 ſa argentea & aurea, veſtemque plurimam. ¶ Dominus
autem dedit gratiam populo coram AEgyptijs vt com-
37 modarent eis: & ſpoliauerunt AEgyptios. ¶ Profecti- EGREDIVNTVR ISRAELITAE.
que ſunt filij Iſrael de Rameſſe in Socoth, ſexcenta fe-
rè millia peditum virorum, abſque paruulis & mulie-
38 ribus. ¶ Sed & vulgus promiſcuum innumerabile aſcen
dit cum eis, oues & armenta & animantia diuerſi generis
39 multa nimis. ¶ Coxeruntque farinam quam dudum
de AEgypto conſperſam tulerant: & fecerunt ſubci-
nericios panes azimos: neque enim poterat fermenta-
ri cogentibus exire AEgyptijs, & nullam facere ſinen-
tibus moram: nec pulmenti quicquam occurrerat præ- 430. annos habitauerunt in AEgypto.
40 parare. ¶ Habitatio autem filiorum Iſrael qua manſe-
runt in AEgypto, fuit quadringentorum triginta anno-
41 rum. ¶ Quibus expletis, eadem die egreſſus eſt omnis
42 exercitus Domini de Terra-AEgypti. ¶ Nox iſta eſt
obſeruabilis Domini, quando eduxit eos de Terra-AE-
gypti: hanc obſeruare debent omnes filij Iſrael in gene-
43 rationibus ſuis. ¶ Dixitque Dominus ad Moyſen & Mos celebrādi
Aaron, hæc eſt religio phaſe, Omnis alienigena non co- G phaſe.
medet ex eo. Omnis autem ſeruus emptitius circunci-
44 detur, & ſic comedet. ¶ Aduena & mercenarius non
45 edent ex eo. ¶ In vna domo comedetur, nec effere- Nume.9.b.
46 tis de carnibus eius foras, ¶ nec os illius confringetis. Iohan.19.f.
47 ¶ Omnis cœtus filiorum Iſrael faciet illud. ¶ Quod ſi-
48 quis peregrinorum in veſtram voluerit tranſire colo-
niam, & facere phaſe Domini, circuncidetur prius omne
maſculinum eius, & tunc rite celebrabit: eritque ſicut in-
digena Terræ. ſiquis autem circunciſus non fuerit, non
49 veſcetur ex eo. ¶ Eadem lex erit indigenæ & colono
50 qui peregrinatur apud vos. ¶ ° Feceruntque omnes fi- °Fecerunt autē
lij Iſrael ſicut præceperat Dominus Moyſi & Aaron.
51 ¶ Et eadem die eduxit Dominus filios Iſrael de Terra-
AEgypti per turmas ſuas.

## SCHOLIA IN CAP. XII.

1 Eandem ſententiam verbis diuerſis effert. quaſi dicat, Erit vobis menſis præcipuus inter omnes menſes. Hic eſt menſis qui poſtea Chaldaico vocabulo Niſan eſt appellatus, & plerumq; reſpondet Martio noſtro. nam initium eius aliquando præcedit, & aliquando ſequitur æquinoctium vernale, ſecundum quod annus emboliſmicus propè vel longè fuerit. 2 Vox Hebræa ſignificat agnum vel hœdum. 3 per domum patrum, agnum per ſingulas domos. Repetitio Hebræis frequens. pro, ſibi per ſingulas familias. Domum enim patrum vocat familiam. Subaudienda præterea dictio Nempe, Videlicet, aut ſimilis, in poſteriore parte: hoc pacto, Per domum patrum, nempe per ſingulas domos, ſiue familias. 4 vel, tunc accipiet & vicinum proprium in domum ſuā. 5 ideſt, habita ratione numeri perſonarum & capitum familiæ. quaſi dicat, prout numeroſa fuerit familia, ita ſibi magnam aut paruam familiam adiunget. oportet enim vt agnus ille ambabus ſufficiat. 6 Hebraiſmus, ſinguli ſecundum comeſtionem ſuam numerabitis ad agnum, ideſt, habita ratione cibi quem edere poſſint, numerabitis perſonas ad agnum edendum. quaſi dicat, quiſque tot ſibi aſſumet perſonas, quot ſibi ſatis eſſe poſſunt ad edendum agnum paſchalem. 7 vel, Agnus ſit integer. Id eſt, cui nihil deſit. 8 inter duas veſperas. Chaldæus paraphraſtes vertit, inter duos ſoles. ideſt, inter ſolem declinātem in puncto meridiei, & inter ſolem occidentem: hoc eſt, inter meridiem & occidentem. Quidam dicunt vnam eſſe veſperam ſolis, quum ſol tranſit horizontem: alteram luminis, quum non apparet lumen ſolis poſt occaſum. & ita ait immolandum eſſe agnum inter occaſum ſolis & principium noctis. 9 crudum intellige, quod nondum plenè eſt aſſum. 10 ſubaudi, comedetis. 11 vt ſcilicet accincti eſſe ſolent lumbi eorum qui iter faciunt. 12 Hebraice P E S A H legitur, pro quo Latini qui ad nos ex Hebræo transferunt, dicunt Phaſe: Syri verò, ſiue Chaldæi Paſcha: quod nos & Græci heth in ch mutato, dicimus Paſcha. Senſus autem huius loci eſt, ſignificat tranſitum Domini imminere: ideſt, horam qua tranſiturus eſt Dominus domos AEgyptiorum. Sequitur enim, Nam tranſibo, &c.

13 ideſt,



13 ideſt, interfecturus ſum primogenitos AEgypti, & ſeruaturus primogenitos filiorum Iſrael. 14 hac. 15 ideſt, ſumam pœnas legitimas de idolis AEgyptiorum. Deijciam enim eorum idola, vt intelligant me ſolum Deum, quaſi dicat, Non ſolum oſtendam potentiam meam in primogenitis AEgyptiorum, ſed etiam in idolis quæ colunt. 16 ideſt, in veſtram vtilitatem. 17 Sub. angelo percutienti. 18 in perditionem. Poſſet melius verti, dum percutiam: vt verba illa, Et videbo, &c. legantur per parentheſim: hoc pacto, Erit autem ſanguis vobis in ſignum in ædibus in quibus eritis (aſpiciam enim ſanguinem, & tranſibo vos: nec erit in vobis plaga) dum percutiam, quando, &c. ideſt, dum angelus quem mitto, percutiet primogenita AEgypti. 19 quando percutiam terram AEgypti. 20 ideſt, in memoriam tanti beneficij accepti à Deo. 21 Heb. per ætates veſtras, ſtatuto mundi, &c. ideſt, vos cum poſteris veſtris, ſtatuto ſempiterno celebrabitis illum. 22 Heb. ceſſare facietis fermentum in domibus veſtris. nam quicunque, &c. ideſt, ante primum illum diem auferetis fermentum de domibus veſtris, ita vt primo illo die nullum inueniatur fermentum. 23 vel, Dies quidem prima erit conuocatio ſancta, etiam dies ſeptima erit vobis conuocatio ſancta. i. Dies ſolennis in quo conuocari iubetur populus. Hoc eſt, Ex illis ſeptem diebus primus & ſeptimus erunt vobis ſolennes. 24 vel, parabitur, ideſt, nullum opus fiet à vobis, præterquam quod licebit vobis parare cibum neceſſarium. 25 Id eſt, obſeruabitis ritum edendi azymos. erat enim ſignum quod Iudæos monere debuit diuinæ liberationis, qui eripuerat eos ab omni amaritudine ſpiritus. 26 Id eſt, omnem numerum filiorum Iſrael. ℞ Heb. in aduena & indigena terræ. Phraſis eſt Hebraica, pro, ſiue aduena ſit, ſiue indigena terræ. 27 Heb. Extrahite, & tollite vobis pecudem per familias veſtras. Extrahite, ſubaudi, de ouili. Chaldæus paraphraſtes vertit, Capite de filijs gregis, ideſt, agnos vel hœdos. 28 vel, phaſe. Id eſt, victimam quæ tranſitum ſignificabat, quando Dominus tranſijt per AEgyptum, occidens primogenita AEgyptiorum, præteritis primogenitis Iſraelitarum. 29 quo ſcilicet exceptus fuit ſanguis agni. 30 Antecedens pro relatiuo poſitum. Latini dicerent, Tranſibit ipſe oſtium. 31 ad percutiendum. Subaudi, primogenita. 32 Heb. Obſeruabitis igitur rem iſtam in ſtatutum, tibi & filijs tuis in ſempiternum. Tranſitus perſonæ eſt: ita vertendum eſſet, Erunt tibi cæremoniæ hæ vice ſtatuti, &c. 33 vel, ritum. ✗ vel, Quid ſibi vult hic ritus veſter? quaſi dicat, Cur hunc ritum ſeruatis? 34 ideſt, Victima ſiue ſacrificium tranſitus Domini eſt. hoc eſt, ſacrificium inſtitutum pro miſericordia, quam præſtitit nobis Deus, quando præterijt, &c. 35 adorauit. ſub. Dominum, agnoſcendo beneficium Dei. 36 ſedente, ideſt, ſeſſuro ſuper ſolium eius. ita docte vertit Chaldæus paraphraſtes. 37 mortuus. 38 Heb. benedicite etiam mihi. Chaldæus paraphraſtes, orate pro me. Ne ſcilicet moriar. 39 Heb. Et præualeſcebat AEgyptus ſupra populum ad feſtinandum dimittere illos è Terra. Hebraica phraſis, pro, Totis autem viribus AEgyptij vrgebant populum vt mature diſcederent ab AEgypto. 40 vel, perimus. q. d. actum eſt de nobis. 41 cibos ſuos ligatos in veſtibus poſuit ſuper humeros ſuos. Alij vertunt, panaria ſua inuoluta veſtibus. Id eſt, vaſa in quibus ſeruatur maſſa illa: Vt tamen continens ſit pro contento: quaſi dicat, conſperſiones ſuas conſperſas. Alij dicunt vocem Hebræam S E R V R O T H, pro qua cibos vertimus, ſignificare reliquias ciborum. Poſſet & ita verti, ſubintelligendo I N, In panarijs ſuis inuolutis veſtibus, &c. ideſt, tulit maſſam farinaceam in panarijs ſuis, inuolutis veſtibus, (tulit inquam) ſuper humerum ſuum. 42 Hebraiſmus, dederat gratiam populo in oculis AEgypti. Id eſt reddiderat populum ſuum gratum AEgyptijs. 43 Hebraiſmus, & commodauerunt (ſiue mutuo dederunt) eis, & ſpoliauerunt AEgyptios. 44 Hebraiſmus, miſtio multa. Chaldæus paraphraſtes vertit, extranei multi qui non erant Iſraelitici. 45 vel, non erat fermentata. 46 Hebraiſmus. Nox cuſtodiarum eſt Domino, ideſt, Hac nocte Dominus cuſtodiuit filios Iſrael ne læderentur à vaſtatore, vt educeret eos de terra AEgypti, & aſſereret in libertatem. 47 vt educeret. vel, educendo. 48 nox inquam iſta erit Domino, obſeruantiæ filijs Iſrael per generationes ſuas. Pluralis numeri eſt obſeruantiæ, quaſi dicat, Nox iſta obſeruabitur ab omnibus filijs Iſrael Domino, ideſt, in honorem Domini. 49 vel, Hoc ſtatutum phaſe, ideſt, Hic debet eſſe ritus, hæc obſeruantia, hoc more celebrandum eſt phaſe. 50 facere volet.

## CAP. XIII.

Primogenita Deo ſanctificanda. inf.34.c. nu.8.c. luc.2.d. leui.27.c. Memoria liberationis celebranda.

LOcutuſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens, 1
¶ Sanctifica mihi omne primogenitum quod 2
aperit vuluam in filijs Iſrael, tam de homini-
bus quàm de iumentis: mea ſunt enim omnia. ¶ Et 3
ait Moyſes ad populum, Mementote diei huius in qua
egreſsi eſtis de AEgypto & de domo ſeruitutis, quoniam
in manu forti eduxit vos Dominus de loco iſto: vt non
comedatis fermentatum panem. ¶ Hodie egredimini 4
menſe nouarum frugum. ¶ Cumque introduxerit te 5
Dominus in Terram-Chananæi & Hethæi & Amorrhæi
& Heuæi & Iebuſæi, quam iurauit patribus tuis vt daret
tibi, terram fluētem lacte & melle, °celebrabitis hunc mo °celebrabis
rem ſacrorum menſe iſto. ¶ Septem diebus veſcêris 6
B azymis: & in die ſeptimo erit ſolennitas Domini. ¶ Azy- 7
ma comedetis ſeptem diebus: non apparebit apud te
aliquid fermentatum, nec in cunctis finibus tuis. ¶ Nar- 8
rabiſque filio tuo in die illo, dicens, Hoc eſt quod fe- Filij docendi ſe liberatos fuiſſe à tyrannide Pharaonis.
cit mihi Dominus quando egreſſus ſum de AEgypto.
¶ Et erit quaſi ſignum in manu tua, & quaſi mo- 9
nimentum ante oculos tuos: & vt lex Domini ſem-
per ſit in ore tuo, in manu enim forti eduxit te Do-
minus de AEgypto. ¶ Cuſtodies huiuſcemodi cul- 10
tum ſtatuto tempore à diebus in dies. ¶ Cumque in- 11 Primogenita omnia, Dei erāt.
troduxerit te Dominus in Terram-Chananæi, ſicut iu-
rauit tibi & patribus tuis, & dederit tibi eam: ¶ ſepa- 12
rabis omne quod aperit vuluam Domino, & quod primi-
tiuum eſt in pecoribus tuis: quicquid habueris maſculini
ſexus, conſecrabis Domino. ¶ Primogenitum aſini 13
mutabis oue: quod ſi non redemeris, interficies. om-
G ne autem primogenitum hominis de filijs tuis pretio
redimes. ¶ Cumque interrogauerit te filius tuus cras, 14

## CAP. XIII.

LOquutuſque eſt Dominus ad Moſen in hanc ſententiam, Conſecra mihi omne primogenitum, 1 aperturam omnis vuluæ in filijs Iſrael, tam in homine quam in iumento: meum enim eſt. Et dixit Moſes ad populum, Meminiſſe [oportet] diei huius, in quo egreſſi eſtis de AEgypto, 2 de domo ſeruorum: quoniam 3 potenti manu eduxit vos Dominus iſthinc: 4 ne comedatur fermentatum. Vos hodie egredimini in menſe 5 Abib. Cumque Dominus introduxerit te in terram Chananæi, Hithæi, Amorrhæi, Hiuæi, & Iebuſæi, quam iurauit patribus tuis vt tibi daret, terram fluentem lacte & melle, 6 præſtabis in hoc menſe huiuſmodi obſequium. Septem diebus comedes infermentata, ſeptimo die feſtus dies Domini eſt. Placentæ infermentatæ comedentur ſeptem diebus, vt ne videatur quidem apud te neque fermentatum, neque fermentum in cunctis finibus tuis. Indicabis autem illo die filio tuo, dicens, 7 Propterea hoc fecit mihi Dominus, quum educeret me ex AEgypto. 8 Eritque tibi in ſignum ſuper manum tuam, & in monimentum inter oculos tuos, 9 vt ſcilicet ſit lex Domini in ore tuo, quoniam manu valida eduxit te Dominus de AEgypto. Cuſtodies igitur hunc ritum 10 ſtato tempore, idque iugiter. Cumque introduxerit te Dominus in terram Chananæi, 11 quam iurauit tibi & patribus tuis, dederitque tibi eam, 12 Mancupi facies omne primogenitum Domino, & omne primogenitum fœtus iumenti quod tibi fuerit, mares Domini [ſunt.] Omne autem primogenitum aſini 13 pecude redimes: ſi verò non redemeris, frange ei ceruicem: & omne primogenitum hominis de filijs tuis 14 redimes. Cumque interrogauerit te 15 cras filius tuus,



dicens,

*dicens, Quid hoc? Dices ad eum, Dominus eduxit nos potenti manu ex AEgypto, 16 è domo ſeruorum. 17 Cumque Pharao grauatim dimitteret nos, interfecit Dominus omne primogenitum in terra AEgypti, à primogenito hominis vſque ad primogenitum iumenti: & hac cauſa ego ſacrifico Domino omne primogenitum maſculinum, atque omne primogenitum filiorum meorum 18 redimo. Sit itaque in ſignum ſuper manum tuam, & in 19 monimentum inter oculos tuos, quòd Dominus eduxerit nos valida manu ex AEgypto. Factum eſt autem quum Pharao dimitteret populum, non duxit eos Deus per viam terræ Paleſtinorum, 20 quæ propior erat: quoniam ait Deus, Ne fortè pœnitudine ducatur populus quum viderint prælium, & reuertantur in AEgyptum: Sed circunduxit Deus populum, 21 via deſerti maris carectoſi, & 22 armati aſcenderunt filij Iſrael è terra AEgypti. Tulit quoque Moſes ſecum oſſa Ioſeph: ſacramento enim adegerat [Ioſeph] filios Iſrael, dicens, 23 Deus certiſſime viſitabit vos, tum abducetis hinc vobiſcum oſſa mea. Profecti itaque de Suchoth, caſtrametati ſunt in Etham 24 à fine deſerti. Et præcedebat eos Dominus, interdiu per columnam nubis, vt deduceret eos per viam, noctu verò per columnam ignis, vt luceret eis, quo incederent die noctuque. 25 Interdiu columna nubis non receſſit à conſpectu populi, nec ignis columna noctu.*

dicens, Quid eſt hoc? reſpondebis ei, In manu forti edu-
xit nos Dominus de Terra-AEgypti, de domo ſeruitu-
15 tis. ¶Nam cum induratus eſſet Pharao, & nollet nos dimit
tere, occîdit Dominus omne primogenitum in Terra-
AEgypti à primogenito hominis vſque ad primogenitũ
iumentorum: idcirco immolo Domino omne quod ape-
rit vuluam maſculini ſexus, & omnia primogenita filiorũ
16 meorum redimo. ¶Erit igitur quaſi ſignum in manu tua,
& quaſi appenſum quid, ob recordationem [a] ante oculos
tuos: eo quòd in manu forti eduxit nos Dominus de AE-
17 gypto. ¶Igitur cum emiſiſſet Pharao populum, non eos
duxit [b] Dominus per viam Terræ-Philiſthijm quæ vici-
na eſt: reputans ne fortè pœniteret eum, ſi vidiſſet aduer
18 ſum ſe bella cõſurgere, & reuerteretur in AEgyptũ. ¶ Sed
circunduxit per viam deſerti, quæ eſt iuxta Mare-ru-
brum: & armati aſcenderunt filij Iſrael de Terra-AEgy-
19 pti. ¶Tulit quoque Moyſes oſſa Ioſeph ſecum: eo quòd
adiuraſſet filios Iſrael, dicens, Viſitabit vos Deus, efferte
20 oſſa mea hinc vobiſcum. ¶Profectique de Socoth caſtra-
21 metati ſunt in Ethã in extremis finibus ſolitudinis. ¶ Do-
minus autem præcedebat eos ad oſtendendam viam per
diem in columna nubis, & per noctem in columna ignis:
22 vt dux eſſet itineris vtroque tempore. ¶Nunquam defuit
columna nubis per diem, nec columna ignis per noctem,
coram populo.

Filij docẽdi, cur primogenita in vſum Dei ſeparentur.

[a] inter

Quare Deus filios Iſrael circũduxit per deſertum.

D

[b] Deus

Oſſa Ioſeph fert Moyſes. Gen. 50. d.

Num. 14. c. 1. Cor. 10. a.

Columna nubis & ignis. Nehem. 9. d.

## SCHOLIA IN CAP. XIII.

1 Vel, apertionem omnis vteri. Hoc per appoſitionem dictum eſt, primogenitum quod primo aperit matris vterum. 2 Per appoſitionem AEgyptum vocat domum ſeruorum, id eſt locum in quo ſeruiebant ſeruitutem duram. 3 Heb. in manu forti. id eſt, magnis viribus, magna virtute & fortitudine. 4 Vt ſcilicet hac ratione memores ſitis quòmodo non tantum vi exiſtis ex AEgypto, ſed etiam ita feſtinanter eiecti fuiſtis, vt non licuerit immorari diutius ad parandum viaticum, nondũq; maſſæ veſtræ eſſent fermentatæ; tantum abeſt vt vos retinuerint. 5 Vox Hebræa A B I B, ſignificat propriè calamum in cuius ſummitate eſt ſpica. Hoc fit menſe Martio, vel in principio Aprilis, quo menſe ſpicæ exeunt è calamis. 6 Heb. ſeruies ſeruitutem hanc in menſe iſto, ideſt, celebrabis hunc ritum menſe iſto. 7 ſub. vt memores eſſemus beneficij accepti. q. d. Deus fecit illa ſigna quum egrederer ex AEgypto, vt perpetuo memores eſſemus illius beneficij, & quod ſemper adeſſe ſolet ſuis in neceſsitate. Alij vertunt, Propter hoc quod fecit Dominus mihi quum exirem, &c. ideſt, Propter ea ſigna quæ fecit Dominus, propter occiſa primogenita, celebramus paſchæ iſtius feſtum, in memoriam beneficij accepti. 8 ideſt, Externæ iſtæ cæremoniæ ſint tibi non ſecus ac ſiquis ſignum aliquod in manum aut ante oculos ponat quod eum perpetuo admoneat. 9 id. eſt, vt illam iugiter mediteris ad explendam Domini voluntatẽ, exercearisque ſemper in operibus quæ præcepit tibi Dominus. 10 tempore ſuo de anno in annum. Iſt eſt, quotannis, ſiue per ſingulos annos. 11 quemadmodum. 12 Heb. Tunc tranſire facies (ſiue adduces) omne quod aperit vuluam, ad Dominum: & omnem apertionem, emiſsionem iumenti. Vel, pecoris. Per appoſitionem dictum, emiſsionem iumenti. Ideſt, omne quod aperit vuluam beſtiæ, hoc eſt omne primogenitum beſtiæ, quæ tua fuerit. Apertionem vuluæ, vocat primogenitum. 13 Non licebat conſecrare aſinum Domino, quia immundum erat animal: ſed loco illius immolandus erat hœdus vel agnus. 14 ſub. animali mundo. hoc eſt, loco illius animal mundum immolabitur. 15 ideſt, poſthac. 16 ideſt, de loco in quo ſeruiebamus duram ſeruitutem. 17 Hebr. Quum induraſſet ſe Pharao ad dimittendum nos, ideſt, quominus dimitteret nos. 18 vel redimere ſoleo. 19 vel, frontale. quaſi dicat, hæc oblatio primogenitorum reuocabit tibi perpetuo memoriam beneficiorum acceptorum: erit tibi vice ſigni alligati manibus & fronti tuæ. 20 quia vicina erat. vel, quod propinqua eſſet. ſiue parum diſtaret. diſtabat enim decem dierum itinere. 21 per viam deſerti, Maris-rubri. Quidam repetunt dictionem Deſerti, hoc pacto, per viam deſerti, deſerti inquam Maris-rubri. q. d. per vias obliquas duxit populum ad Mare-rubrum. Alij inter quos, Chaldæus paraph. ſubaudiunt præpoſitionem Hebræam ל ante ים, ſic, לים, & vertunt, Mare-rubrum. q. d. circunducendo itineribus obliquis deduxit ad Mare-rubrum. 22 Vox Hebræa proprie ſignificat quinto facere. Vnde quidam Hebræorum vertunt, accincti (armis) in quinta (coſta.) quod ſcilicet thorax pertingeret ad quintam coſtam. Alij dicunt ideo dici quòd quinque armorum generibus accincti fuerint. Prior opinio verior, quòd armati aſcenderint. 23 Heb. Viſitando viſitabit vos Deus, & aſcendere facietis. pro, Cum viſitauerit vos Deus, efferte, &c. 24 in ora (ſiue fine) deſerti. 25 Non abſtulit (ſub. Deus) columnam nubis interdiu, neque columnam ignis noctu ante populum.

## CAP. XIIII.

*ET loquutus eſt Dominus ad Moſen, dicens, Loquere ad filios Iſrael, vt reflectentes maneant ante Pi-hahiroth 1 inter turrim & mare è regione Baal-Zephon, coram eo 2 caſtrametentur ad mare. Nam Pharao dicet de filijs Iſrael, Perplexi ſunt in terra, deſertum eos concluſit. Et ego 3 roborabo cor Pharaonis, vt perſequatur vos, & 4 glorioſus ero in Pharaone, & in cuncto exercitu eius: ſcientque AEgyptij quod ego ſum Dominus. & fecerunt ſic. Nuntiatum eſt autem AEgyptio regi quòd populus fugeret, & 5 verſum eſt cor Pharaonis & ſeruorum eius contra populum, vt dicerent, 6 Cur hoc*

## CAP. XIIII.

1 LOcutus eſt autem Dominus ad Moyſen, dicens,
2 ¶Loquerẽ filijs Iſrael, Reuerſi caſtrametentur
eregione Phi-hahiroth quæ eſt inter Magdalum
& mare contra Beel-ſephon: in conſpectu eius caſtra po
3 netis ſuper mare. ¶Dicturuſque eſt Pharao ſuper filijs Iſ-
4 rael, Coarctati ſunt in terra, concluſit eos deſertum. ¶ Et
indurabo cor eius, ac perſequetur vos: & glorificabor in Pharaone & in omni exercitu eius: ſcientque
AEgyptij quia ego ſum Dominus. feceruntque ita.
5 ¶Et nuntiatum eſt regi AEgyptiorum quod fugiſſet
populus: immutatumque eſt cor Pharaonis & ſeruorum eius ſuper populum, & dixerunt, Quid voluimus
facere

Iubet De[us] populũ caſtrametari in periculoſo loco, vt magis glorificetur.

Indurat cor Pharaonis Deus.

Pharao inſequitur Iſraelem.



B facere vt dimitteremus Iſrael, ne ſeruiret nobis? ¶ Iunxit 6
ergo currum, & omnem populum ſuum aſſumpſit ſecũ;
¶Tulitque ſexcentos currus electos, & quicquid in AE- 7
gypto curruum fuit: & duces totius exercitus. ¶Indurauit 8
que Dominus cor Pharaonis regis AEgypti, & perſecu-
tus eſt filios Iſrael: at illi egreſsi erant in manu excelſa.
¶Cumque perſequerentur AEgyptij veſtigia præceden- 9
tium, repererunt eos in caſtris ſuper mare: omnis equita-
tus & currus Pharaonis, & vniuerſus exercitus erant in
Phi-hahiroth contra Beel-ſephon. ¶Cumque appropin- 10
quaſſet Pharao, leuantes filij Iſrael oculos, viderunt AE-
C gyptios poſt ſe: & timuerunt valde, clamaueruntque ad
Dominum. ¶Et dixerunt ad Moyſen, Forſitan non erant 11
ſepulchra in AEgypto, ideo tuliſti nos vt moreremur in
ſolitudine: quid hoc facere voluiſti, vt educeres nos ex
AEgypto? ¶Nonne iſte eſt ſermo quem loquebamur ad te 12
in AEgypto, dicentes, Recede à nobis, vt ſeruiamus AE-
gyptijs? multo enim melius erat ſeruire eis, quam mori in
ſolitudine. ¶Et ait Moyſes ad populum, Nolite timere: 13
ſtate, & videte magnalia Domini quæ facturus eſt hodie:
AEgyptios enim quos nunc videtis, nequaquam vltrà
videbitis vſque in ſempiternum. ¶ Dominus pugnabit 14
D pro vobis, & vos tacebitis. ¶Dixitque Dominus ad Moy- 15
ſen, Quid clamas ad me? Loquere filijs Iſrael vt profici-
ſcantur. ¶Tu autem eleua virgam tuam, & extende ma- 16
num tuam ſuper mare, & diuide illud: vt gradiantur filij
Iſrael in medio mari per ſiccum. ¶ Ego autem indurabo 17
cor AEgyptiorum vt perſequantur vos: & glorificabor
in Pharaone, & in omni exercitu eius, & in curribus & in
equitibus illius. ¶Et ſcient AEgyptij quia ego ſum Do- 18
minus: cum glorificatus fuero in Pharaone, & in curribus
atque in equitibus eius. ¶Tollenſque ſe angelus [a] Domi- 19
ni qui præcedebat caſtra Iſrael, abijt poſt eos: & cum eo
E pariter columna nubis, priora dimittens poſt tergũ. ¶Ste- 20
tit inter caſtra AEgyptiorum & caſtra Iſrael: & erat nu-
bes tenebroſa, & illuminans noctem, ita vt ad ſe inuicem
toto noctis tempore accedere non valerent. ¶ Cumque 21
extendiſſet Moyſes manum ſuper mare, abſtulit illud Do
minus, flante vento vehementi & vrente tota nocte, &
vertit in ſiccum: diuiſaque eſt aqua. ¶Et ingreſsi ſunt fi- 22
lij Iſrael per medium ſicci maris: erat enim aqua quaſi mu
rus à dextra eorum & læua. ¶Perſequenteſque AEgyptij 23
ingreſsi ſunt poſt eos, & omnis equitatus Pharaonis, cur-
rus eius & equites per medium maris. ¶Iamque aduene- 24
F rat vigilia matutina & ecce reſpiciens Dominus ſuper
caſtra AEgyptiorum per columnam ignis & nubis, inter-
fecit exercitum eorum, ¶& ſubuertit rotas curruum, fere- 25
banturque in profundum. Dixerunt ergo AEgyptij, Fu-
giamus Iſraelem: Dominus enim pugnat pro eis contra
nos. ¶Et ait Dominus ad Moyſen, Extẽde manum tuam 26
ſuper mare, vt reuertantur aquæ ad AEgyptios, ſuper
currus & equites eorum. ¶ Cumque extendiſſet Moyſes 27
manum cõtra mare, reuerſum eſt primo diluculo ad prio
G rem locum: fugientibuſque AEgyptijs occurrerũt aquæ,
& inuoluit eos Domin[us] in medijs fluctibus. ¶ Reuerſæq; 28
ſunt aquæ, & operuerunt currus & equites cuncti exerci-
tus Pharaonis, qui ſequentes ingreſsi fuerant mare: nec
vnus quidem ſuperfuit ex eis. ¶ Filij autem Iſrael perre- 29
xerunt per medium ſicci maris, & aquæ eis erant quaſi
pro muro à dextris & à ſiniſtris: ¶liberauitque Dominus 30
in die illa Iſrael de manu AEgyptiorum. ¶ Et viderunt 31
AEgyptios mortuos ſuper litus maris, & manum ma-
gnam quam exercuerat Dominus contra eos: timuit-
que populus Dominum, & crediderunt Domino, &
Moyſi ſeruo eius.

1. Mach. 4. a.

De ſalute deſperantes Iſraelitæ murmurãt.

Promittit eis ſalutẽ a Deo Moyſes.

Clamans Moyſes ad Deum, iubetur virga mare diuidere.

[a] Dei

Angelo ſequente caſtrá Iſrael gradiuntur per medium maris.

Pſal. 113. a. Pſal. 77. b. d. 104. d. heb. 11. e.

Pharaonẽ cum exercitu ſubmergit Deus. Sap. 18. b.

Viſo miraculo Iſraelitæ timent Deum, & credunt ei.

*fecimus, vt dimitteremus Iſraelem, ne nobis ſeruiret? 7 Et accingens currum ſuum tulit ſecum populum ſuum. Accepitque ſexcentos electos currus, & omnes currus AEgypti, & 8 [duces] triarios ſuper quenquam illorum. Et roborauit Dominus cor Pharaonis regis AEgypti, perſequutuſque eſt filios Iſrael. filij autem Iſrael egreſsi erant 9 excelſa manu. 10 Et AEgyptij perſequuti ſunt illos, & apprehenderunt eos caſtrametantes ad mare, omnis equitatus curruum Pharaonis atq; equites eius, & copiæ eius iuxta Pi-hahiroth è regione Baal-Zephon. Cumque Pharao applicuiſſet, ſuſtulerunt filij Iſrael oculos ſuos, & ecce AEgyptij proficiſcebantur poſt eos, timueruntque vehementer, & clamauerunt filij Iſrael ad Dominum, Et dixerunt ad Moſen, An nulla erant ſepulchra in AEgypto, 11 vt educeres nos, vt moreremur in deſerto? cur hoc feciſti nobis, vt educeres nos ex AEgypto? Annon hoc eſt quod loquuti ſumus ad te in AEgypto, dicentes, Sine nos vt ſeruiamus AEgyptijs? ſatius enim nobis fuerat ſeruire AEgyptijs, quàm vt moreremur in deſerto. Et dixit Moſes ad populum, Ne timueritis, conſiſtite, & videte ſalutem Domini, quam vobis hodie feret. nam 12 quos hodie vidiſtis AEgyptios, poſthac vltra perpetuò non videbitis. Dominus bellum geret pro vobis, & vos tacebitis. Et dixit Dominus ad Moſen, 13 Quid clamas ad me? loquere ad filios Iſrael, vt proficiſcãtur. Tu verò tolle in ſublime baculum tuum, & extende manum tuam ſuper mare, & diſſeca illud, ingrediantùrque filij Iſrael per medium maris in ſicco. Et ecce ego obſirmabo cor AEgyptiorum, vt illos inſequantur, & 14 glorioſus ero in Pharaone, & in vniuerſo exercitu eius, in curribus eius, & in equitibus eius. Et cognoſcent AEgyptij quia ego Dominus, quũ 15 glorioſus fuero factus in Pharaone, in quadrigis eius & equitibus eius. Et 16 ſoluens angelus Dei qui præcedebat caſtra Iſraelis, ibat poſt eos: migrauit quoque columna nubis quæ erat ante eos, & ſtetit à tergo illorum: Venitque inter caſtra AEgyptiorum, & inter caſtra Iſraelitarum: & fuit 17 nubes & tenebræ [AEgyptijs,] illuſtrauit verò noctẽ [Iſraelitis,] vt alter ad alterum tota iſta nocte non accederet. Et extẽdit Moſes manum ſuam ſuper mare, & Dominus effecit 18 vt decurreret mare per Orientalem ventum vehementem tota illa nocte: & fecit mare vt eſſet ſiccũ, & diſciſſæ ſunt aquæ. Et ingreſsi ſunt filij Iſrael in medium maris in ſicco, & aquæ [fuerunt] illis murus à dextra eorum, & à ſiniſtra eorum. Et inſequuti AEgyptij, ingreſsi ſunt poſt eos ad medium maris, totus [ſcilicet] equitatus Pharaonis, currus eius, & equites eius. Factumque eſt 19 in cuſtodia matutina, vt reſpiceret Dominus ad caſtra AEgyptiorum in columna ignis & nube, & caſtra AEgyptiorum 20 conturbauit, 21 & conſtrinxit rotas curruum eius, atque difficulter duxit eum: vt diceret AEgyptius, Fugiam à conſpectu Iſraelis: Dominus enim pugnat pro eis contra AEgyptios. Et dixit Dominus ad Moſen, Extende manum tuam ſuper mare, 22 vt reuertantur aquæ ſuper AEgyptium, [hoc eſt] ſuper currus eius, & ſuper equites eius. Et extendit Moſes manum ſuam ſuper mare. & reuerſum eſt mare 23 in alueum ſuum 24 ante lucem, fugeruntq; AEgyptij obuiam 25 illi: & præcipitauit Dominus AEgyptios in medium maris. Et refluebant aquæ, operueruntque quadrigas & equites, atque totum exercitum Pharaonis, qui mare ingreſsi fuerant poſt illos, vt ne vnus quidem ex eis ſupereſſet. Filij autem Iſrael iuerunt per medium maris in ſicco, & aquæ fuerunt eis vice muri à dextra eorum & à ſiniſtra eorum. Seruauit itaque Dominus illo die Iſraelem de manu AEgyptiorum, ita vt Iſraelitæ viderent AEgyptios mortuos ad litus maris. Vidit quoque Iſrael 26 manum illam potentem, quàm exeruerat Dominus cõtra AEgyptios: & timuit populus Dominum, crediderùntque Domino & Moſi ſeruo eius.*

## SCHOLIA IN CAP. XIIII.

1 Ante Migdol.nomen loci. 2 caſtra figetis. 3 indurabo. 4 gloriabor.i.glorioſus apparebo. 5 Id eſt,mutata eſt ſententia Pharaonis. 6 vel,Quid hoc rei eſt quod fecimus, quando dimiſimus,&c.aut,quod emiſimus.ſiue dimiſimus,&c. 7 Hebr.Iungens ergo currum.i.curauit apparādum currum ſuum.olim enim pugnabant in curribus. 8 præfectos. 9 .i.cum magna potentia, & magna audacia,animoq; alacri. 10 vel,Cumq; perſequerentur eos AEgyptij,aſſequuti ſunt eos caſtrametatos iuxta mare:omnes inquam equi curruum Pharaonis,atque equites eius,& exercitus eius,iuxta Phi-hahiroth,quæ eſt eregione Beel-ſephon.Ordo perturbatior eſt:quē ſic poteris ordinare,Inſecuti ſunt AEgyptij, hoc eſt omnes equi curruum Pharaonis,& equites eius, & exercitus eius filios Iſrael : & aſſequuti ſunt eos caſtrametatos iuxta mare , iuxta Phi-hahiroth , quæ eſt eregione Beel-ſephon. 11 quod eduxeris. 12 vel,quemadmodum vidiſtis hodie.nempe viuos.i.non eos eſtis viſuri viuos,vt nunc videtis. 13 Hic Moyſes, vt nonnullis placet,populi perſonam ſuſtinet.q. d. Quare populus cui præes,clamat ad me? 14 gloriabor de Pharaone. 15 vel,gloriabor de Pharaone . Id eſt,glorioſus apparebo propter mortem eius. 16 diſcedens.q.d.angelus qui præcedebat,cœpit ire à tergo. 17 Heb.nubes & tenebræ,& illuminabat noctem.Id eſt, columna illa quæ erat inter vtraque caſtra,ex parte Iſraelis, noctem illuminabat:ex parte autem AEgyptiorum,erat nubes obſcura & tenebroſa.ita Chaldæus paraphraſtes . Vel,erat nubes quæ illuſtrabat noctem filijs Iſrael:tenebræ autem erant AEgyptijs. 18 vt diſcederet mare vento Orientali vehementiſsimo(flante) tota, &c. 19 in vigilia. 20 vel,attriuit. 21 abſtulit enim rotas curruum eius , ita vt deducerēt illos grauiter.Subaudi,AEgyptios. Vel,cum magna difficultate . Agebant ægre eos currus , vt ſolent magna difficultate agi detractis rotis. 22 & reuertentur 23 ad robur ſuum,ideſt,ad priſtinum vigorem & ſtatum. 24 Heb.dum reſpiceret mane.ideſt,prima luce. 25 ſub.aquæ , vel mari,ideſt,præ conſternatione ruebant in ipſas aquas, vt viderentur ipſis aquis exire obuiam,& ipſæ aquæ illis. 26 manum magnam.Id eſt,potentiam & virtutem illam magnam qua vſus fuerat Dominus in AEgyptios.

## CAP. XV.

*TVnc 1 cecinit Moſes & filij* Iſrael *canticum iſtud 2 Domino,& cecinerunt in hunc modum,*
*3 Cātabo Dn̄o,quia 4 magnifice magnificētiā ſuā exeruit,5 equū & curr⁹ ei⁹ ſublatos in altū deiecit in mare.*

*6 Dominus eſt robur & carmen meum, 7 qui fuit ſeruator meus:iſte[inquam Dominus]eſt 8 Deus meus, 9 hunc decorabo:Deus patris mei, 10 hunc extollam.*

*Dominus 11 vir bellator,Dominus nomen eius.*

*Quadrigas* Pharaonis *& copias eius 12 deiecit in mare , & electi 13 triarij eius demerſi ſunt in mari 14 carectoſo.*

*Abyßi eos operuerunt,deſcenderunt in profunditates veluti lapis.*

*Dextera tua ô* Domine *15 excellenti virtute eminuit , dextera tua ô* Domine *hoſtem confregit.*

*Et 16 in multitudine magnificentiæ tuæ ſubuertiſti inſurgētes contra te, 17 miſiſti furorem tuum , qui deuorauit eos tanquam ſtipulam.*

*18 In flatu narium tuarum coaceruatæ ſunt aquæ, 19 flumina conſtiterunt vt cumulus,abyßi 20 coagulatæ ſunt in medio mari.*

*Hoſtis dixit,Perſequar,apprehendam,diuidam ſpolia,21 implebitur eis anima mea:exeram gladium meum,perdet eos manus mea.*

*Vento tuo flauiſti,[&]mare eos operuit:demerſi ſunt veluti plumbum in aquis vehementibus.*

*Quis tui ſimilis 22 in dijs ô* Domine? *quis ſicut tu 23 magnificus ſanctitate, 24 formidabilis laudibus,faciens admiranda?*

*Extendente te dexteram tuam 25 deglutiuit eos terra.*

*26 Duxiſti tua bonitate populum iſtum , quem aſſeruiſti, duxiſti tua fortitudine ad habitaculum ſanctuarij tui.*

*27 Audientes[hoc]populi contremuerunt,dolor apprehendit habitatores* P*aleſtinæ.*

*Tunc 28 perterriti ſunt duces* Edom,*robuſti* Moab *, apprehendit eos tremor, defluxerunt omnes habitatores Chanaan.*

*29 Cadat ſuper eos tremor & pauor,in magnitudine brachij tui 30 obſtupeſcant quaſi lapis,donec pertranſierit populus tuus ô* Domine *, donec pertranſierit populus iſte quem 31 adquiſiuiſti.*

*Introduces eos,& 32 plantabis eos in monte hæreditatis tuæ, 33 [ad]habitaculum manſionis tuæ, 34 quod tu paraſti* Domine:*[ad]ſanctuarium* Domini,*quod manus tuæ firmauerunt.*

*Dominus regnabit in ſeculum, 35 & in perpetuum.*

*Quoniam ingreſſus 36 eques* P*harao cū curribus ſuis & equitibus ſuis mare,& reduxit* Dn̄s *ſuper eos aquas maris:filij autem Iſrael profecti ſunt per ſiccum in medio mari.*

Gratias agunt Deo Moyſes & Iſraelitæ pro victoria.
Sap.10.d.
Eſa.12.a.Pſal. 117.c.

1 TVnc cecinit Moyſes & filij Iſrael carmē hoc Do
mino,& dixerunt,
Cantemus Domino:glorioſe enim magnificatus
eſt,equum & aſcenſorem deiecit in mare.
2 Fortitudo mea,& laus mea Dominus,& factus eſt mihi
in ſalutem:iſte Deus meus,& glorificabo eum , Deus
patris mei,& exaltabo eum.
3 Dn̄s quaſi vir pugnator,omnipotēs nomen eius.
4 Currus Pharaonis & exercitum eius proiecit in mare:
electi principes eius ſubmerſi ſunt in Mari-rubro.
5 Abyſsi operuerunt eos, deſcenderūt in profundū quaſi
lapis.
6 Dextera tua Domine magnificata eſt in fortitudine:
dextera tua Domine percuſsit inimicum.
7 Et in multitudine gloriæ tuæ depoſuiſti aduerſarios
ᵃmeos:miſiſti iram tuam quæ deuorauit eos ſicut ſti- ᵃtuos.
pulam.
8 Et in ſpiritu furoris tui congregatæ ſunt aquæ : ſtetit B
vnda fluens , congregatæ ſunt abyſsi in medio mari.
9 Dixit inimicus,Perſequar & comprehendam , diuidam
ſpolia,implebitur anima mea:euaginabo gladiū meū,
interficiet eos manus mea.
10 Flauit ſpiritus tuus,& operuit eos mare : ſubmerſi ſunt
quaſi plumbum in aquis vehementibus.
11 Quis ſimilis tui in fortibus Domine? quis ſimilis tui, ma
gnificus in ſanctitate,terribilis atque laudabilis, faciēs
mirabilia?
12 Extendiſti manum tuam,& deuorauit eos terra.
13 Dux fuiſti in miſericordia tua populo quem redemiſti:
& portaſti eum in fortitudine tua,ad habitaculū ſanctum tuum.
14 Aſcenderunt populi,& irati ſunt:dolores obtinuerūt ha
bitatores Philiſthijm.
15 Tunc conturbati ſunt principes Edom,robuſtos Moab
obtinuit tremor:obriguerunt omnes habitatores Chanaan.
16 Irruat ſuper eos formido & pauor:in magnitudine bra- C
chij tui fiant immobiles quaſi lapis:donec pertranſeat
populus tuus Domine,donec pertrāſeat populus tuus
iſte quem poſſediſti.
17 Introduces eos,& plantabis in monte hæreditatis tuæ,
firmiſsimo habitaculo tuo quod operatus es Domine:
ſanctuarium tuum Domine,quod firmauerunt manus
tuæ.
18 Dominus regnabit in æternum & vltrà.
19 Ingreſſus eſt enim ᵃeques,Pharao cū currib⁹ & equitib⁹ ᵃequus,
eius in mare:& reduxit ſuper eos Dn̄s aquas maris:filij
autem Iſrael ambulauerunt per ſiccum in medio eius.

Sum-



Mulieres cum tympanis laudant Deum.

Sūpſit ergo Maria prophetiſſa ſoror Aarō tympanū in 20
manu ſua:egreſſæq; ſunt omnes mulieres poſt eā cū tym
panis & choris, quibus præcinebat,dicēs,Cātemus Do- 21
mino:glorioſe enim magnificatus eſt,equū & aſcenſorē
eius deiecit in mare. Tulit autē Moyſes Iſrael de Mari- 22
rubro,& egreſsi ſunt in deſertū Sur:ambulauerūtq; tribus
diebus per ſolitudinē,& nō inueniebāt aquā. Et vene- 23
rūt in Mara,nec poterāt bibere aquas de Mara , eo quòd
eſſent amaræ.vnde & congruū loco nomē impoſuit, vo-
cās illū Mara, id eſt amaritudinē. Et murmurauit popu 24
lus cōtra Moyſen,dicēs, Quid bibemus? At ille clamauit 25
ad Dn̄m.qui oſtēdit ei lignū:quod cū miſiſſet in aquas,in
dulcedinem verſæ ſunt.ibi conſtituit ei præcepta,atq; iu
dicia,& ibi tentauit eum,dicēs, Si audieris vocem Domi 26
ni Dei tui,& quod rectum eſt coram eo feceris,& obedie
ris mandatis eius , cuſtodieriſque omnia præcepta illius:
cunctum languorem quem poſui in AEgypto,non inducam ſuper te.ego enim ſum Dominus Deus ſanator tuus.
Venerunt autem in Elim filij Iſrael,vbi erant duodecim 27
fontes aquarum,& ſeptuaginta palmæ : & caſtrametati
ſunt iuxta aquas.

Veniunt in Sur filij Iſrael.
D
In Mara ob aquas amaras murmurant.
Iudith.5.c.
Eccle.38.a.
Audiēdus De⁹.
Infirmitates.
Sanator Deus.
Veniūt in Elim.
Nume.33.b.

*Et ſumpſit Maria prophetis ſoror Aharonis tympanum in manum ſuam,& egreſſæ ſunt omnes mulieres poſt eam cum tympanis & choris.Et Maria[viciſsim]37 reſpondit eis, 38 Cantate* Domino,*quia 39 magnifice magnificentiam ſuam exeruit,equos 40 & currus eius ſublatos in altum deiecit in mare.Mandauit itaque* Moſes *vt Iſraelitæ 41 ſoluerent a mari carectoſo:egreßi ergo in deſertum Sur,profecti ſunt tribus diebus per deſertum,& non inuenerunt aquam. Et venerunt in* Mara,*nec poterant aquas* Mara *bibere,eo quòd amaræ eſſent: & ob hoc appellauit nomen eius 42* Mara. *Et murmurans populus aduerſus* Moſen,*dixit,Quid bibemus ? Et clamauit ad* Dominum *, &* Dominus *43 oſtendit ei lignum , quod cum immiſiſſet in aquas , dulces factæ ſunt aquæ . ibi dedit 44 ei ſtatuta & iudicium,& ibi tentauit eum.Et ait,Si diligenter audieris vocem* Domini Dei tui *, & quod rectum in oculis eius eſt feceris , & auſcultaueris præceptis eius,cuſtodieriſque omnia ſtatuta eius: 45 nullum languorem quem* AE*gyptijs immiſi,tibi immittam:quia ego* Dominus *te ſanans. Et venerunt in* Elim *, vbi erant duodecim fontes aquarum , & ſeptuaginta palmæ , & caſtrametati ſunt ibi iuxta aquas.*

## SCHOLIA IN CAP. XV.

1 Singulari numerò dicit Cecinit:quòd ſolus Moſes compoſuerit canticum in laudem Domini:licet alij vnà cum eo cecinerint. 2 vel,in laudem Domini.Hoc capite continetur encomium huius tantæ victoriæ:agit enim gratias Deo ob tantam victoriam. 3 Cantabo dicit,quod hoc canticum Moſes compoſuerit. 4 Heb.magnificando magnificatus eſt.Id eſt,magnum & fortem & ſtrenuum ſe eſſe oſtendit. 5 Heb.equum & aſcenſorem eius,ideſt,equites enim & ipſos equos.Singulare pro plurali. 6 Id eſt,Deus eſt cuius auxilio hoſtibus ſuperior fui , & qui mihi propterea canticis celebrandus eſt. 7 Heb.qui factus eſt mihi in ſalutem:Id eſt,tulit enim mihi opem,& liberauit me. 8 Hic E L, Deus dicitur à fortitudine,quia fortitudinem ſuā oſtenderat. 9 vel,propterea extruam illi tabernaculum.In quo ſcilicet eum colam. 10 propterea exaltabo eum. 11 Heb.vir belli.hoc eſt,admodum bellicoſus. 12 vel,eiaculatus eſt.quaſi dicat,Tanta facilitate deiecit in mare,quanta quis emittere ſolet ſagittas arcu.Id ſignificat vox Hebraica I A R A. 13 principes. 14 Suph. 15 Heb.magnificata eſt in fortitudine,ideſt,planum factum eſt,manum tuam magnam ac fortem eſſe,ex eo quod per eam fortiter egeris.Hebraica phraſis. 16 Hoc eſt,magnificentia tua inſigni & multa,ſiue excellenti tua fortitudine deſtruxiſti, &c.Hebraiſmus. 17 ideſt,oſtendiſti te iratum,& ſtatim perierūt. 18 vel,Per flatum naris tuæ.Id eſt,quem emiſiſti.quia Deus eſt author flatuum & ventorū.ideo dicitur ventus naris eius, hoc eſt, ab eo emiſſus.q.d.feciſti vt ſpiraret ventus,& ad flatum illius ſtatim congregatæ ſunt aquæ. 19 fluenta. 20 ideſt, ita ſteterunt acſi congelatæ fuiſſent. 21 vel,explebitur eis deſiderium meum,ideſt,diuitijs eorum replebor. 22 vel,inter deos.ſiue,inter angelos . Incipit admirari fortitudinem Dei,poſtquam facta eius mirabilia enarrauit. 23 magnificatus eſt in ſanctitate ? Id eſt,quis ſicut tu pollet,ſiue præditus eſt ſanctitate? 24 Id eſt, terribilis quoque es quum laudaris,quum nemo mortalium te ſatis laudare queat.Vel rurſum ſubaudiuntur verba illa , Quis ſicut tu.quaſi dicat,Quis ſicut tu,tanta reuerentia laudari debeat , ſiue laudandus ſit,vt qui facias mirabilia magna ſolus ? Alij vertunt, Terribilis laudibus,Id eſt,qui magno cum timore laudari debeat. 25 q.d.Non ſolum abſorpti ſunt aquis,ſed etiam terra aperuit ſe, & abſorbuit eos. 26 Præteritum pro futuro hic poſitum eſt,Duces(vel,Deduces)per miſericordiam tuam populum iſtum quem redemiſti,deduces tuis viribus ad tabernaculum ſanctitatis tuæ.id eſt,ad tabernaculum ſanctum,in quo tu qui ſanctus es , habitabis: intelligit montem Sion,in quo poſtea extructum templum.Redemiſſe dicitur Deus populum ſuum,quando aſſeruit eum in libertatem. 27 Præterita pro futuris,Audient populi,& commouebuntur:dolor corripiet habitantes Palæſthinam,ideſt,Philiſthæos. Quidam pro Commouebuntur,vertunt Iraſcentur. 28 turbabuntur principes Edom:fortes Moab corripientur tremore:diſſoluentur omnes habitatores Chanaan,ideſt , animo demiſſo erunt. Principes Edom,vocat Idumæorum principes:& fortes Moab,fortes Moabitidis regionis. 29 Cadet.futuro tempore. 30 conticeſcent.Id eſt,ob fortitudinem tuam quam brachio tuo oſtēdes. 31 Chaldæus paraphraſtes redemiſti. 32 dicit Plantabis, quaſi perpetuo habitaturos. 33 Heb.loco habitationis tuæ, ideſt, in ſede quam feciſti vt illic ſedeas. 34 Subaudiendum eſt N A M: hoc modo,Nam templum firmabunt(vel,parabunt ) o Domine, manus tuæ.Quaſi dicat,præcipies tibi ædificari templum in ſede illa & loco in quo conſtituiſti habitare. 35 Heb.& vltrà, ideſt, perpetuò.quaſi dicat,Ipſe extrues tibi templum, & tunc rex eris in æternum in ea ſede quam firmabunt manus tuæ. 36 equus Pharaonis cum curribus eius & equitibus eius. 37 Moyſi ſcilicet,& alijs viris præcinentibus.Vt enim illi dixerunt,Cantate Domino,&c.ſic quoque illa ijſdem verbis prorupit in laudem.Alij legunt,Et Maria præcinebat illis,ſub.mulieribus. 38 Ponitur hic ſolum initium cantici:veriſimile eſt tamen illis præcinuiſſe totum canticum:verùm noluit repetere. 39 Vide quartam annotationem huius capitis. 40 cum ſeſſoribus ſuis 41 proficiſcerentur. 42 Mara ſignificat amarum. 43 Heb.docuit eum arborem.Id eſt,oſtendit ei arborem,ex qua decerptum ramum proiecit in aquas amaras. 44 Ei,ſcilicet Iſraeli.Id eſt,illic Deus tulit Iſraelitis aliquot leges. 45 Quaſi dicat,Quomodo immitterem in te morbos,quum ego is ſim qui ſanare te ſoleam ſi quando morbo tenteris?

## CAP. XVI.

Veniunt in deſertum Sin.
Sap.11.a.
Murmurant pro cibo.

PRofectique ſunt de Elim,& venit omnis multitudo 1
filiorum Iſrael in deſertum Sin,quod eſt inter Elim
& Sinai,quintodecimo die menſis ſecundi , poſt-
quam egreſsi ſunt de Terra-AEgypti. Et murmurauit 2
omnis congregatio filiorum Iſrael contra Moyſen &
Aaron in ſolitudine. Dixerūtque filij Iſrael ad eos,Vti- 3
nam mortui eſſemus per manum Domini in terra-AE-
gypti,quando ſedebamus ſuper ollas carnium, & come-
debamus panem in ſaturitate:cur induxiſtis nos in deſer-
tum iſtud. vt occideretis omnem multitudinem fame?
Dixit autem Dominus ad Moyſen,Ecce ego pluam 4

*SOluentes autem de* Elim *, venerunt omnis cœtus filiorum* Iſrael *ad deſertum* Sin *, quod eſt inter* Elim *&* Sinai,*quintodecimo die menſis ſecundi poſt egreſſum eorum è terra* AE*gypti.Et omnis cœtus filiorum* Iſrael *murmurabat contra* Moſen *&* Aharonem *in deſerto . Et filij* Iſrael *dixerunt ad eos , Vtinam mortui eſſemus per manum* Domini *in terra* AE*gypti , quando ſedebamus nos ad ollas carnium,& quando comedebamus panem ad ſatietatem : quoniam eduxiſtis nos in deſertum iſtud, vt omnem congregationem iſtam fame conficeretis. Et ait* Dominus *ad* Moſen *, En ego 1 depluam*

 vobis

*vobis panem de cælo, & egredietur populus, 2 vt colligant demenſum in ſingulos dies: vt probem eum, ambuletne in lege mea necne. Die verò ſexto parent quod 3 inferant, eritque illud duplum, huius reſpectu quod collegerunt in ſingulos dies. Dixitque Moſes & Aharon ad vniuerſos filios Iſrael, Veſperi ſcietis quòd Dominus eduxit vos de terra AEgypti: Mane autem videbitis 4 gloriam Domini, eo quòd audierit ipſe murmurationem veſtram 5 contra Dominum: 6 nos enim quid ſumus, quòd aduerſum nos murmuraſtis? Et ait Moſes, 7 Quum Dominus dederit vobis ad veſperam carnes ad edendum, & panem mane ad ſatietatem, [ teſtabitur ] ſe audiſſe querimonias veſtras, quibus muſsitatis aduerſus eum. quid enim nos ſumus? non contra nos ſunt querimoniæ veſtræ, ſed contra Dominum. Et dixit Moſes ad Aharonem, Dic ad omnem cætum filiorum Iſrael, Accedite in conſpectum Domini, quoniam audiuit querimonias veſtras. Contigit autem quum loqueretur Aharon ad omnem cætum filiorum Iſrael, vt reſpicerent ad deſertum, & ecce gloria Domini viſa eſt in nube. 8 Locutuſque eſt Dominus ad Moſen, dicens, Audiui querimonias filiorum Iſrael, loquere ergo ad eos in hanc ſententiam, 9 Inter veſperas comedetis carnes, & mane ſaturi eritis panibus: ſcietiſque quòd ego ſum Dominus Deus veſter. Factumque eſt veſperi, & 10 aſcendit coturnix, operuitque caſtra, & mane 11 proiectus fuit ros circum caſtra: 12 Quo abſcedente, ecce in ſuperficie deſerti minutum quiddam & 13 orbiculare, minutum tanquam pruina ſuper terram. Et videntes filij Iſrael, dixerunt quiſque ad proximum ſuum, 14 Hoc eſt man. neſciebant enim quid eſſet. Et ait Moſes ad eos, Hic eſt panis, quem dedit vobis Dominus in cibum. 15 Hoc eſt verbum quod præcepit Dominus, Colligite ex eo, quiſque 16 quantum edat: gomer 17 pro capite iuxta numerum animarum veſtrarum, quiſque pro his qui ſunt in tentorio ſuo accipite. Et filij Iſrael fecerunt ſic, & collegerunt, alij plus, alij minus. Et quum metirentur per gomer, 18 nihil ſuperfuit ei qui plus, nihil defuit ei qui minus collegerat: quiſque collegit 19 quantum ad veſcendum [ ſatis fuit. ] Et ait Moſes ad eos, Nemo quidquam 20 reſiduum faciat ex eo vſque mane. Qui non audierunt Moſen, ſed quidam reſeruarunt ex eo vſque mane, & produxit vermes & computruit, & iratus eſt aduerſus eos Moſes. Collegerunt autem illud 21 mane per ſingulos dies, quiſque 22 quantum ad veſcendum [ ſatis fuit: ] quumque ſol incaleſceret, 23 liqueſiebat. In die ſexto collegerunt panem duplicem, duo ſcilicet gomer pro vno. Et venerunt omnes primores congregationis, & 24 retulerunt Moſi, & dixit ad eos, Hoc eſt quod Dominus loquutus eſt, 25 Quies ſabbathi ſancti cras eſt Domino: 26 quod pinſere volueritis, pinſite: & quod coquere vultis, coquite, 27 atque omne quod ſupereſt, reponite vobis vt ſeruetur vſque mane. Et repoſuerunt illud vſque mane, quemadmodum præceperat Moſes, & non computruit, neque vermis natus eſt in eo. Et ait Moſes, Comedite ipſum 28 hodie: quoniam 29 ſabbatum eſt hodie Domino, hodie non inuenietis ipſum in campo. Sex diebus colligetis ipſum, & in die ſeptimo ſabbatum eſt, 30 quo die non erit. Contigit autem vt quidam è populo ſeptimo quoque die exirent ad colligendum, & non inuenerunt. Et ait Dominus ad Moſen, Quandiu renuitis obſeruare præcepta mea & leges meas? Videte, Dominus dedit vobis ſabbatum, & ob id dat vobis ſexto die 31 panem pro duobus diebus. maneat igitur quiſque in loco ſuo, & non egrediatur vllus de loco ſuo ſeptimo die. Quieuit itaque populus die ſeptimo. Domus autem Iſrael appellauit nomen illius Man, & erat veluti ſemen 32 coriandri, album, & guſtus eius vt 33 placentæ mellitæ. 34 Dixitque Moſes, Hoc eſt verbum quod præcepit Dominus,*

vobis panes de cælo: egrediatur populus, & colligat quæ B
ſufficiunt per ſingulos dies: vt tentem eum vtrum ambu-
5 let in lege mea, an non. ♀ Die autem ſexto parēt quod in-
ferant: & ſit duplum quàm colligere ſolebant per ſingu-
6 los dies. ♀ Dixeruntque Moyſes & Aaron ad omnes fi-
lios Iſrael, Veſpere ſcietis quòd Dominus eduxerit vos
7 de Terra-AEgypti. ♀ Et mane videbitis gloriam Domi-
ni: "audiui enim murmur veſtrum contra Dominum: nos

"audiuit

8 verò quid ſumus, quia muſsitaſtis cōtra nos? ♀ Et ait Moy
ſes, Dabit vobis Dominus veſpere carnes edere, & mane
panes in ſaturitate: eo quòd audierit murmurationes ve-
ſtras, quibus murmurati eſtis contra eum. nos enim quid
ſumus? nec contra nos eſt murmur veſtrum, ſed contra C
9 Dominum. ♀ Dixit quoque Moyſes ad Aaron, Dic vni-
uerſæ congregationi filiorum Iſrael, Accedite coram Do
10 mino: audiuit enim murmur veſtrum. ♀ Cumque loque-
retur Aaron ad omnem cœtum filiorum Iſrael, reſpexe-
runt ad ſolitudinem: & ecce gloria Domini apparuit in

Contra Deum murmurat, qui cōtra miniſtros eius.

11 nube. ♀ Locutus eſt autem Dominus ad Moyſen, dicens,
12 ♀ Audiui murmurationes filiorum Iſrael, loquere ad eos,
Veſpere comedetis carnes, & mane ſaturabimini panib⁹:

Loquitur Moyſi Deus in nube. Eccle. 45. a.

13 ſcietiſque quòd ego ſum Dominus Deus veſter. ♀ Factum
eſt ergo veſpere, & aſcendens coturnix, cooperuit caſtra:
14 mane quoque ros iacuit per circuitum caſtrorum. ♀ Cum-
que operuiſſet ſuperficiem terræ, apparuit in ſolitudine
minutum, & quaſi pilo tuſum in ſimilitudinem pruinæ ſu
15 per terram. ♀ Quod cum vidiſſent filij Iſrael, dixerūt ad-
inuicem, Man hu? (quod ſignificat, Quid eſt hoc?) igno-
rabant enim quid eſſet. Quibus ait Moyſes, Iſte eſt pa-

Pluit coturnices & man. D
Nume. 11. b.
Pſal. 77. c.
Sap. 16. c.
Iohan. 6. d.
1. Cor. 10. a.

16 nis quem Dominus dedit vobis ad veſcendum. ♀ Hic
eſt ſermo quem præcepit "vobis Dominus, Colligat
vnuſquiſque ex eo quantum ſufficit ad veſcendum: go-
mor per ſingula capita, iuxta numerum animarum ve-
17 ſtrarum quæ habitant in tabernaculo ſic tolletis. ♀ Fe-
ceruntque ita filij Iſrael: & collegerunt, alius plus, alius
18 minus. ♀ Et menſi ſunt ad menſuram gomor: nec qui
plus collegerat, habuit amplius: nec qui minus para-
uerat, reperit minus: ſed ſinguli iuxta id quod ede-
19 re poterant congregauerunt. ♀ Dixitque Moyſes ad eos,
20 Nullus relinquat ex eo in mane. ♀ Qui non audierunt
eum, ſed dimiſerunt quidam ex eis vſque mane, & ſca-
tere cœpit vermibus, atque computruit. & iratus eſt

2. Cor. 8. d.

E
Man ſeruatum fœtet & computreſcit.

21 contra eos Moyſes. ♀ Colligebant autem mane ſin-
guli, quantum ſufficere poterat ad veſcendum, cum-
22 que incaluiſſet ſol, liqueſiebat. ♀ In die autem ſexta col-
legerunt cibos duplices, ideſt duo gomor per ſingu-
los homines: venerunt autem omnes principes multi-
23 tudinis, & narrauerunt Moyſi. ♀ Qui ait eis, Hoc eſt
quod locutus eſt Dominus, Requies ſabbathi ſancti-
ficata eſt Domino cras. quodcunque operandum eſt,
facite: & quæ coquenda ſunt, coquite: quicquid au-
24 tem reliquum fuerit, reponite vſque in mane. ♀ Fe-
ceruntque ita vt præceperat Moyſes, & non compu-
25 truit, neque vermis inuentus eſt in eo. ♀ Dixitque
Moyſes, Comedite illud hodie, quia ſabbathum eſt
26 "Domini: non inuenietur hodie in agro. ♀ Sex die-
bus colligite: in die autem ſeptimo ſabbathum eſt "Do-
27 mini, idcirco non inuenietur. ♀ Venitque ſeptima dies:
& egreſsi de populo vt colligerent, non inuenerunt.
28 ♀ Dixit autem Dominus ad Moyſen, Vſquequo non
29 vultis cuſtodire mandata mea, & legem meam? ♀ Vi-
dete quòd Dominus dederit vobis ſabbathum, & pro-
pter hoc die ſexta tribuit vobis cibos duplices: maneat
vnuſquiſque apud ſemetipſum, "& nullus egrediatur de
30 loco ſuo die ſeptimo. ♀ Et "ſabbathizabit populus die
31 ſeptimo. ♀ Appellauitque domus Iſrael nomen eius
Man: quod erat quaſi ſemen coriandri album, gu-
32 ſtuſque eius quaſi ſimilæ cum melle. ♀ Dixit autem
Moyſes, Iſte eſt ſermo quem præcepit Dominus,

Sabbatho nec coquere quidē ſas erat.

F

"Domino:
In ſabbatho Deus non pluit man.

Increpat Deus populum, quod ſabbathum non cuſtodiant.

"Sabbathizauit
G ſpt. tē. Man.

Imple



Man reſeruatur in memoriam poſteris.

Imple gomor ex eo, & cuſtodiatur in futuras retro gene
rationes: vt nouerint panem quo alui vos in ſolitudine,
quando educti eſtis de Terra-AEgypti. ♀ Dixitque Moy 33
ſes ad Aaron, Sume vas vnum, & mitte ibi man quantum
poteſt capere gomor: & repone coram Domino ad ſeruā
dum in generationes veſtras, ſicut "pręceperat Dominus
Moyſi. ♀ Poſuitq; illud Aaron in tabernaculo reſeruan- 34
dū. ♀ Filij autem Iſrael comederunt man quadraginta an 35
nis, donec venirent in terram habitabilem: hoc cibo ali-
ti ſunt, vſquequo tangerent fines Terræ-Chanaan. ♀ Go 36
mor autem decima pars eſt ephi.

"pręcepit

Nehem. 9. d.
Iudith. 5. c.
Gomor.

*Imple gomer ex eo, quod ſeruetur apud poſteros veſtros: vt videant panem, quem vobis edendum dedi in deſerto, quando eduxi vos de terra AEgypti. Et ait Moſes ad Aharonem, Accipe 35 vaſculum vnum, & pone in eo gomer plenum mā, & repone illud 36 coram Domino, vt ſeruetur pro poſteris veſtris. Et Aharon repoſuit illud 37 coram teſtimonio vt ſeruaretur, quemadmodum præceperat Dominus Moſi. Et comederunt filij Iſrael man annis quadraginta, donec venirent ad terram habitandam: man inquam comederunt donec venirent ad terminum terræ Chanaan. Porrò gomer eſt decima pars epha.*

## SCHOLIA IN CAP. XVI.

1 ideſt, inſtar pluuiæ è cælo demittam vobis cibum. 2 colligentque rem diei in die ſuo. ideſt, colligent quotidie quantum ſatis erit pro ipſo die. Hebraiſmus eſt. Per hoc autem voluit Dominus tentare & probare eos an crederēt verbis eius, & nō plus colligerēt quā illis opus eſſet per ſingulos dies. Voluit præterea dare illis cibos, nō per ſingulos mēſes, ſed per ſingulos dies: vt nullus trāſiret dies, in quo Dei circa ſe nō ſentirēt beneficiū: atq; ob id eſſent ſemper memores Dei. Ob ipſam cauſam videtur Chriſt⁹ docuiſſe nos orare, Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie. 3 Subaudi, in domos ſuas. 4 declaratur iſtud verſiculo paulo poſt ſequenti, Ecce gloria Domini. vt ſcilicet ita intelligatis hoc opus non eſſe humanum, ſed diuinum. 5 more Hebraico dictum, pro, contra ſe. Antecedens pro relatiuo. 6 vel, nos enim quid poſsimus aliud facere (vobis,) 7 Subaudiendum eſt, videbitis gloriam Domini. Vel, cognoſcetis quòd Dominus eduxerit vos de AEgypto, non autem nos, quum dederit Dominus vobis veſperi carnem ad comedendum, & panem mane ad ſaturandum (vos:) audiuit enim querimonias &c. 8 Dixerat autem Dominus ad Moſen in hunc modum, Audiui &c. 9 Vide cap. 12. annotationem de hoc. 10 q.d. ex alio loco aduolarunt tot coturnices, vt caſtra cooperirentur. 11 Heb. fuit deſcenſio roris. i. deſcendit ros. 12 Heb. Cumque diſparuiſſet deſcenſio roris. i. quum euanuiſſet ros qui deſcenderat. 13 Chaldæus paraph. decorticatū. hoc eſt, album, vt ſunt ligna decorticata. 14 Donū eſt. ignorabant &c. Hoc eſt, Donum illud eſt quod Dominus pollicitus fuerat. Appellauerunt autem vocabulo generali, quod eſt Mā: quod proprium illi nomen indere non poſſent. 15 Hoc eſt quod præcepit Dominus, ſub. de manna. 16 vel, quantum comedere poſsit. hoc eſt, quantum ſatis ſit illi pro cibo. 17 in caluaria. i. per ſingula capita. 18 Heb. non ſuperabundauit multiplicans, & diminuens non defecit. vel deficere fecit. ſub. menſuram. ideſt, qui plus collegerat, non plus tamē habuit: neque qui minus collegerat, minus eo habuit qui plus collegerat. q.d. omnes habuerunt menſuras iuſtas, ſinguli quantum comedere poterant, vt mox dicit, nēpe gomer vnum quiſque. Hunc locum citat Paulus. 2. Corin. 8. c, ex verſione LXX interpretum, In præſenti tempore, veſtra abundantia, illorum inopiam ſuppleat: vt & illorum abundantia, veſtræ inopiæ ſit ſupplementum, vt fiat æqualitas, ſicut ſcriptum eſt, Qui multum, non abundauit: & qui modicum, non minorauit. 19 Heb. iuxta cibum ſuum. 20 vel, relinquat. Nolebat enim eos eſſe ſolicitos de craſtino. Matth. 6. d, Nolite ſoliciti eſſe in craſtinum &c. 21 Heb. mane & mane, ideſt, ſingulo mane. 22 iuxta cibum ſuum. 23 vel, liqueſcere ſolebat. 24 nempe quod collegiſſent panem duplicem. 25 Hebr. Ceſſatiuncula, ceſſatio inquam ſanctitatis Domino cras. ideſt, Die craſtino vobis ceſſandum eſt in honorē Domini. Is dies tribuendus eſt Domino & laudi diuinæ, qui ipſe ceſſauit ſeptimo die. 26 quod cocturi eratis, coquite: & quod elixaturi, elixate, ideſt, quod die craſtino eratis cocturi, coquite hodie. 27 Subaudiendum aliquid, quale, & comedite ad ſaturitatem. vt ſequatur, quicquid autem ſupererit &c. 28 diem ſeptimum intelligit. 29 ideſt ceſſandum eſt vobis hodie in honorem Domini. 30 ideſt, eo die non cadet man. 31 .i. cibum. 32 Aſsimilatur man coriandro, non colore, quum ſemina coriandri ſint nigra: ſed figura, quod man fuerint granula paruula in morem granulorum coriandri. 33 vel, ſimilę frixæ in melle. 34 Omnia hæc dicuntur per anticipationem, vſque ad finem capitis, quaſi dicerentur poſt conditum templum & tabernaculum. 35 quidam ſcutellam vertunt. 36 ideſt, in arca teſtimonij. 37 ideſt, coram arca teſtimonij.

## CAP. XVII.

Veniunt in Raphidim.

IGitur profecta omnis multitudo filiorum Iſrael de de 1
ſerto Sin, per manſiones ſuas, iuxta ſermonem Domi
ni, caſtrametati ſunt in Raphidim, vbi non erat aqua
ad bibendū populo. ♀ Qui iurgatus contra Moyſen, ait, 2
Da nobis aquam, vt bibamus. Quibus reſpondit Moyſes,
Quid iurgamini contra me? cur tentatis Dominum? ♀ Siti 3
uit ergo ibi populus præ aquæ penuria, & murmurauit
contra Moyſen, dicens, Cur feciſti nos exire de AEgy-
pto, vt occideres nos, & liberos noſtros, ac iumenta ſiti?
♀ Clamauit autem Moyſes ad Dominum, dicens, Quid 4
faciam populo huic? adhuc paululum, & lapidabit me.
♀ Et ait Dominus ad Moyſen, Antecede populum, & ſu- 5
me tecum de ſenioribus Iſrael: & virgam qua percuſsiſti
fluuium, tolle in manu tua, & vade. ♀ En ego ſtabo ibi co 6
ram te, ſupra petram Horeb: percutieſque petram, & exi-
bit ex ea aqua, vt bibat populus. Fecit Moyſes ita coram
ſenioribus Iſrael. ♀ Et vocauit nomē loci illius Tentatio, 7
* propter iurgium filiorum Iſrael, & quia tētauerunt Do
minum, dicentes, Eſtne Dominus in nobis, annon? ♀ Ve- 8
nit autem Amalec, & pugnabat contra "filios Iſrael in
Raphidim. ♀ Dixitque Moyſes ad Ioſue, Elige viros, & 9
egreſſus pugna contra Amalec: cras ego ſtabo in vertice
collis, habens virgam Dei in manu mea. ♀ Fecit Ioſue vt 10
locutus erat Moyſes, & pugnauit contra Amalec: Moyſes
autem, & Aaron, & Hur aſcenderunt ſuper verticem col-
lis. ♀ Cumque leuaret Moyſes manus, vincebat Iſrael: 11
ſi autem paululum remiſiſſet, ſuperabat Amalec. ♀ Ma 12

Murmurant ob aquę penuriam. num. 20. a.

Orat Deum B Moyſes.

Sup. 14. e.
Pſalm. 77. b.
1. Corint. 10. a.
Datur aqua è petra.
* & lis
Tentāre Deum
"Amalecitę occi
dūt à filijs Iſ- C
rael, orāte Moy
ſe.
Iudith. 4. d.
ſapient. 11. a.
deut. 25. d.
Ioſue.

*PRofectus itaque vniuerſus cætus filiorum Iſrael de deſerto Sin, 1 per profectiones ſuas 2 iuxta præceptum Domini, & caſtrametati ſunt in Raphidim, vbi non erat aqua vt biberet populus. Et expoſtulauit populus cū Moſe, & dixerunt, 3 Date nobis aquam vt bibamus. Quibus ait Moſes, 4 Cur mecum expoſtulatis? cur tētatis Dominū? Sitiuit ergo illic populus 5 aquā, 6 & querebatur aduerſus Moſen, dicens, Quare effeciſti tu vt aſcēderemus de AEgypto, vt me & filios meos atq; pecora mea ſiti interficeres? Et clamauit Moſes ad Dominum, dicens, Quid faciam populo huic? parū abeſt quin me lapidibus obruant. Et dixit Dominus ad Moſen, 7 Tranſi corā populo, & tolle tecū de ſenioribus Iſrael, & baculū tuū quo fluuiū percuſsiſti, tolle in manū tuam, & vade. Ecce ego 8 ſto ante te illic ſuper petram quæ eſt in Horeb, & tu percuties petram, & egredientur ex ea aquæ vt bibat populus. Et Moſes fecit ſic coram oculis ſeniorum Iſrael. Vocauitque nomē loci illius 9 Maſſa & Meriba: propter contentionē filiorum Iſrael, & quòd tentaſſent Dominum hiſce verbis, 10 Eſtne Dominus in medio noſtri, annon? Venit Amalec, & pugnabat cum Iſraele in Raphidim. Et dixit Moſes ad Iehoſua, Elige nobis viros, & egrediens pugna contra Amalec: & cras ego ſtabo in vertice collis, & 11 bacul⁹ Dei in manu mea. 12 Et Iehoſua fecit quemadmodū præceperat ei Moſes, 13 pugnauitq; cōtra Amalec. Moſes autē, Aharō & Hur aſcenderūt in verticem collis. Factumque eſt, 14 cum in ſublime attolleret manus ſuas Moſes, Iſrael ſuperior erat: quando verò manus demittebat, ſuperior erat Amalec. Ma-*

*nus verò Moſis* 15 *graues fuerunt: tulerunt ergo lapidem, & ſuppoſuerunt [eum] illi, & ſedit ſuper eo: Aharon verò & Hur fulcierunt manus eius, vnus hinc, alter iſthinc: &* 16 *fuit firmus manibus ſuis vſque ad ſolis occaſum. Debilitauit itaque Iehoſua Amalec, atque* 17 *populum eius* 18 *gladio. Dixitque Dominus ad Moſen,* 19 *Conſigna hoc in librum* 20 *ad monumentum, &* 21 *commenda auribus ipſius Iehoſua, quoniam plane delebo memoriam Amalec de ſub cælo. Et extruxit Moſes aram, vocauitque nomen eius Dominus* 22 *Niſſi. Et dixit, [*23 *ſublata] manu ſuper ſolium Dei, [iuro] quòd prælium Domini [futurũ ſit] contra Amalec* 24 *per omnia ſecula.*

nus autem Moyſi erant graues: ſumentes igitur lapi-
dem, poſuerunt ſubter eum, in quo ſedit: Aaron au- D
tem, & Hur ſuſtentabant manus eius ex vtraque parte.
Et factum eſt vt manus illius non laſſarentur vſque ad
13 occaſum ſolis. ♀ Fugauitque Ioſue Amalec, & popu-
14 lum eius in ore gladij. ♀ Dixit autem Dominus ad Moy-
ſen, Scribe hoc ob monimentum in libro, & trade auri-
bus Ioſue: delebo enim memoriam Amalec ſub cælo.
15 ♀ AEdificauitque Moyſes altare: & vocauit nomen
16 eius, Dominus-ᵃ exultatio-mea, dicens, ♀ Quia manus
ᵃſolius Domini, & bellum Domini erit contra Amalec,
à generatione in generationem.

Amalecitarum interitum prædicit Deus.

ᵃ exaltatio ᵃ ſolij

## SCHOLIA IN CAP. XVII.

2 Hebr. iuxta os 3 Tu ſcilicet Moyſes & Aaron date, &c. 4 q.d. Vos eſtis ingrati, & obliti beneficij à Deo accepti. nũ certo ſcitis, atque creditis Deum eſſe omnipotentem, & ita non deſerturum vos? 5 propter aquam. ſiue, penuria aquæ. q.d. magna ſiti preſſus fuit ibi populus quod aquę deficerent. 6 &, pro propterea. 7 vel, Pręcede populum, 8 pręſens pro futuro, ſtabo. 9 ideſt Tentatio & contentio. 10 ideſt, Qua ratione ſciemus Dominum eſſe nobiſcum? 11 quo ſcilicet Deus tanta miracula operatus erat. 12 vel, Fecit itaque Ioſue 13 vel, pugnando 14 ideſt, quando Moſes totus pendebat à Deo, & intentiſſime orabat, magna animi contentione, vincebat Iſrael: quando verò remittebat preces, tum vincebant Amalecitæ. Manus illę exaltatę, contentionem orationis ſignificant: remiſſę vero, remiſſionem orationis adumbrabant. 15 ideſt, ſua ſponte demittebantur: quia caro per ſe debilis & infirma eſt, niſi adſit vigor ſpiritus. 16 Hebraicè ad verbum legitur, fuit manibus eius fidelitas. Vel, & quęlibet manus eius fuit fidelis. hoc eſt, fuerunt manus eius fideliter & firmiter extenſę. Chaldęus paraphraſtes, fuerunt manus eius extenſę in orationem, donec &c. 17 ideſt, populum qui venerat ei auxilio qui non erat Amalecites. 18 Heb. in ore gladij, pro, acie gladiorum. 19 vel, Scribe hoc in libro. ſub. legis, vel, in libro bellorum Domini: vt hoc dicatur per anticipationem. 20 vel, pro memoriali, 21 Hebr. trade in auribus Ioſue, quod proculdubio delebo &c. ideſt, inculca ipſi Ioſue quòd &c. 22 Vexillum meum. Alij vertunt, Miraculum meum. q.d. miraculo & miſericordia Dei factum eſt iſtud. Chaldęus paraph. vertit, Et coluit ſuper ipſum altare Dominum, qui fecit ei mirabilia. Alij, Vocauit nomen eius Altare Domini vexilli mei, ideſt, qui fuit mihi loco vexilli. 23 Hebr. manus ſuper ſolium Domini, bellum Domino erit &c. Hebraiſmus eſt, Manus Domini ſuper ſolium eius: pro, Iurauit Dominus per ſolium ſuum, quod bellum erit ei contra &c. 24 Hebr. à generatione in generationem. ideſt, per omnes ætates & in ſempiternum.

## CAP. XVIII.

*ET audiuit Iethro* 1 *ſacerdos Midian, ſocer Moſis, omnia quæ fecit Deus* 2 *Moſi & Iſraeli populo ſuo, quòd eduxiſſet Dominus Iſraelem ex AEgypto. Tulit itaque Iethro ſocer Moſis Ziporam vxorem Moſis* 3 *poſtquam remiſerat eam, & duos filios eius, quorum vnius nomen erat Gerſom, quoniam* 4 *dixerat, Aduena fui in terra aliena. Nomen verò alterius, Eliezer: quoniam* 5 *[dixerat,] Deus patris mei in auxilio meo, qui eripuit me de gladio Pharaonis. Venit itaq; Iethro ſocer Moſis, & filij eius, & vxor eius ad Moſen in deſertum, vbi ſcilicet ipſe ad montem Dei caſtra fixerat. Et dixit ad Moſen, Ego Iethro ſocer tuus venio ad te, ſed & vxor tua, atque duo filij eius cum ea. Et egreſſus Moſes obuiã ſocero ſuo, incuruauit ſe, & oſculatus eſt eũ, & interrogauit alter alterũ* 6 *nũ rectè haberet [omnia,] ingreſſique ſunt tẽtorium. Et recenſuit Moſes ſocero ſuo omnia quæcunq; fecerat Dominus Pharaoni & AEgyptijs propter Iſraelem, omnem denique moleſtiã* 7 *quæ eis in itinere contigerat, & [quomodo] liberaſſet eos Dominus. Et Iethro lætatus eſt ſuper omni* 8 *bonitate qua proſequutus eſt Dominus Iſraelem,* 9 *quòdque liberaſſet eum de manu AEgyptiorum. Et ait Iethro, Laudandus Dominus, qui liberauit vos de manu AEgyptiorum, & de manu Pharaonis, quique eripuit populum iſtum à manu AEgyptiorum. Nunc cognoui quod magnus eſt Dominus præ omnibus dijs, quoniam* 10 *in ea re qua illi inſolenter egerunt contra illos, [perierunt.] Et accepit Iethro ſocer Moſis holocauſtum & ſacrificia* 11 *Deo. Venitque Aharon & omnes ſeniores Iſrael, ad comedendum panem cum ſocero Moſis* 12 *coram Deo.* 13 *Poſtero die ſedit Moſes* 14 *ad iudicandum populum: ſtabatque populus coram Moſe à mane vſque ad veſperam. Et videns ſocer Moſis omnia quæ ille faciebat populo, ait, Quid hoc eſt quod facis* 15 *populo? quare tu ſolus ſedes, & cunctus populus ſtat iuxta te à mane vſque ad veſperam? Et reſpondit Moſes ſocero ſuo, Quoniam* 16 *venit populus ad me* 17 *vt conſulat Deũ. Quum fuerit illis cauſa aliqua,* 18 *venit ad me, & ego ius dico inter virum & proximum ſuum, & oſtendo ſtatuta*

## CAP. XVIII.

1 CVmque audiſſet Iethro ſacerdos Madian, cog-
natus Moyſi, omnia quæ fecerat Deus Moyſi,
& Iſraeli populo ſuo & quod eduxiſſet Domi-
2 nus Iſrael de AEgypto: ♀ tulit Sephoram vxorem Moyſi
3 quam remiſerat: ♀ & duos filios eius, quorum vnus voca-
batur Gerſam, dicente patre, Aduena fui in terra aliena.
4 ♀ Alter verò Eliezer, Deus enim, ait, patris mei adiutor
5 meus, & eruit me de gladio Pharaonis. ♀ Venit ergo Ie-
thro cognatᵘˢ Moyſi, & filij eius & vxor eius ad Moyſen
6 in deſertũ, vbi erat caſtrametatus iuxta Mõtem dei. ♀ Et
mãdauit Moyſi, dicẽs, Ego Iethro cognatus tuus venio ad
7 te, & vxor tua, & duo filij tui cũ ea. ♀ Qui egreſſus in oc-
curſum cognati ſui, adorauit, & oſculatus eſt eum: ſaluta-
ueruntq; ſe mutuo verbis pacificis. Cumque intraſſet ta- B
8 bernaculum, ♀ narrauit Moyſes cognato ſuo cuncta quę
fecerat Dominus Pharaoni & AEgyptijs propter Iſrael:
vniuerſumq; laborẽ qui accidiſſet eis in itinere, & quòd
9 liberauerat eos Dominus. ♀ Lætatuſque eſt Iethro ſuper
omnibus bonis quæ fecerat Dominus Iſraeli, eo quòd
10 eruiſſet eum de manu AEgyptiorũ, ♀ & ait, Benedictus
Dominus qui liberauit vos de manu AEgyptiorum, &
de manu Pharaonis, qui eruit populum ſuum de manu
11 AEgypti. ♀ Nunc cognoui quia magnus Dominus ſuper
12 omnes deos: eo quòd ſuperbè egerint contra illos. ♀ Ob
tulit ergo Iethro cognatus Moyſi holocauſta & hoſtias
ᵃ Domino: veneruntque Aaron & omnes ſeniores fi-
liorum Iſrael, vt comederent panem cum eo coram C
13 Deo. ♀ Altera autem die ſedit Moyſes vt iudicaret po-
pulum qui aſſiſtebat Moyſi à mane vſque ad veſpe-
14 ram. ♀ Quod cum vidiſſet cognatus eius, omnia ſci-
licet quæ agebat in populo, ait, Quid eſt * quod fa-
cis in plebe? cur ſolus ſedes, & omnis populus præſtola-
15 tur de mane vſque ad veſperam? ♀ Cui reſpondit Moy-
ſes, Venit ad me populus quærens ſententiam Dei.
16 ♀ Cumque acciderit eis aliqua diſceptatio, veniunt
ad me vt iudicem inter eos, & oſtendam præcepta
Dei,

Iethro inuiſit Moyſen, cum vxore & filijs ipſius Moyſi.

ſup. 2. d.

Narrat Moyſes liberationẽ filiorũ Iſrael ſocero.

Deum Iſraelis confitens Iethro, offert holocauſta.

ſup. 1. b. c. d. 5. b c. d. 14. b.

ᵃ Deo:

[redacted]

* hoc

Quærere Deum quid.



Dei, & leges eius. ♀ At ille, Non bonam, inquit, rem facis: 17
♀ ſtulto labore conſumeris & tu, & populus iſte qui tecũ 18
eſt: vltra vires tuas eſt negotium, ſolus illud non pote-
ris ſuſtinere. ♀ Sed audi verba mea atque conſilia, & erit 19
Dominus tecum. Eſto tu populo in his quæ ad Deum
pertinent, vt referas quæ dicuntur, ad eum: ♀ oſtendaſ- 20
que populo ceremonias & ritum colendi, viamque per
quam ingredi debeant, & opus quod facere. ♀ Prouide 21
autem de omni plebe virosᵃ ſapientes & timentes Deũ,
in quibus ſit veritas, & qui oderint auaritiam, & conſti-
tue ex eis tribunos, & centuriones, & quinquagenarios,
& decanos, ♀ qui iudicent populum omni tempore: 22
quicquid autem maius fuerit, referant ad te, & ipſi mi-
nora tantummodo iudicent: leuiuſque ſit tibi, partito
in alios onere. ♀ Si hoc feceris, implebis imperium Dei, 23
& præcepta eius poteris ſuſtentare: & omnis hic popu-
lus reuertetur ad loca ſua cum pace. ♀ Quibus auditis 24
Moyſes fecit omnia quæ ille ſuggeſſerat. ♀ Et electis vi- 25
ris ſtrenuis de cuncto Iſrael, conſtituit eos principes po
puli, tribunos, & centuriones, & quinquagenarios, & de
canos. ♀ Qui iudicabant plebem Domini omni tem- 26
pore, quicquid autem grauius erat, referebant ad eum,
faciliora tantummodo iudicantes. ♀ Dimiſitque cogna- 27
tum ſuum: qui reuerſus abijt in terram ſuam.

Deut. 1. b.

Iudices alios ſecum conſtituit Moyſes, & quales. D

ᵃ potentes

*Dei & leges eius. Et ait ſocer Moſis ad eum, Res quam tu facis non eſt bona,* 19 *omnino marceſces, & tu & populus iſte qui tecum eſt: nam grauius eſt negotium, quàm vt tu hoc ſolus conficias. Audi igitur vocem meam, conſulam tibi, &* 20 *erit Deus tecum.* 21 *Tu gere curam populi coram Deo, & refer cauſas ad Deum, Et doce eos ſtatuta & leges, & viam eis oſtende in qua ambulent, atque opus quod faciant. Porro ex omni populo tu* 22 *proſpice viros* 23 *fortes timentes Deum, viros veraces,* 24 *odientes auaritiam, & præfice illos tribunos, centuriones, quinquagenarios atque decuriones. Illi iudicent populum omni tempore: omnem vero rem grauem quæ inciderit, ad te referent: ipſi vero vniuerſas res paruas iudicent,* 25 *leuabuntque te quum ferent tecum. Si hoc feceris,* 26 *[in his quæ] Deus præcipiet ſubſiſtere poteris: denique omnis populus iſte redire [poterit] ad locum ſuum* 27 *in pace. Obediuit itaque Moſes voci ſoceri ſui, & fecit omnia quæ ille dixerat. Et elegit Moſes viros fortes ex omni Iſraele, & conſtituit eos capita ſuper populum, [nempe] tribunos, centuriones, quinquagenarios & decuriones.* 28 *Illique iudicauerunt populum omni tẽpore: cauſas vero difficiles referebant ad Moſen, cũctas vero res paruas ipſi iudicarunt. Dimiſit autem Moſes ſocerum ſuum, abijtq; is in regionem ſuam.*

## SCHOLIA IN CAP. XVIII.

1 Vel, princeps, vt vertit Chaldæus paraphraſtes. 2 ideſt, propter Moyſen & Iſraelem populum ſuum. in gratiam Moſis & populi ſui Iſraelis. 3 ſub. in domum paternam. nam ipſa, quũ Moſes proficiſceretur in AEgyptum, inciderat in morbum propter circunciſionem populi ſui. Rectius verteris ex Hebræo, poſt dona eius. Pronomẽ fœmininũ. ideſt, cumulatam donis & muneribus à patre. 4 ſub. Moſes, vocabitur Gerſom, hoc eſt Aduena: quia Aduena &c. 5 ſub. Moſes, vocabitur Eliezer. hoc eſt, Dei adiutorium: quia Deus patris &c. 6 Heb. de pace. pro, interrogauerunt ſe mutuo quinam valerent. Quidam vertunt, bene precati ſunt alter alteri. Alij, ſalutauerũt ſe mutuo pacifice, ideſt, verbis pacificis. Prior interpretatio verior. 7 He. quæ inueniſſet eos, ideſt, quam ſuſtinuiſſent & paſſi fuiſſent. 8 bono quo &c. ideſt, propter omnia bona quibus proſecutus &c. 9 vel, quẽ liberaſſet 10 eadem re qua ſuperbe agebant in eos. Sub. perdidit eos. Chaldæus paraphraſtes, quoniam in re qua cogitauerũt AEgyptij iudicare Iſraelem, in ea iudicauit eos Deus, ideſt, puniuit. Dominus enim ſubmerſit AEgyptios perſequentes Iſraelem, quemadmodum pueros Hebræorum ipſi præceperant ſubmergere quum naſcerentur. 11 ideſt, quæ offerret Deo. 12 ideſt, nõ longe ab eo loco vbi Deum conſulebant: ante tabernaculum ſcilicet fœderis, non longe à tabernaculo Moſis. Nam tabernaculum Moſis erat iuxta tabernaculum fœderis. Hæc autem dicuntur per anticipationem: quia nondum erat tabernaculum fœderis. 13 quàm ſcilicet Iethro veniſſet. 14 ideſt, vt ius redderet populo. 15 vel, propter populum? ſiue, populi cauſa? 16 Venit, eſt præſentis temporis, ideſt, venire ſolet. Verti etiam poteſt, Scito quod veniat &c. Aut, Certe venire ſolet &c. 17 vel, vt requirat ſententiam Dei. Chaldæus paraphraſtes, vt inquirat inſtructionem à Deo. 18 ſingulare pro plurali, veniunt. 19 ſuccumbendo ſuccumbes. Quaſi dicat, proculdubio ſuccumbes. Hoc ſignificat geminatio illa verbi Hebraica. Vel, deficiendo deficies. 20 ideſt, erit tibi auxilio. Vel, dabo tibi tale conſilium, quod Deus, tibi fauendo, probabit. 21 Heb. Eſto tu populo coram Deo. Id eſt, Tu propter populum aſta coram Deo. 22 conſyderabis, ideſt, cum multa animaduerſione & cognitione deliges. 23 Heb. virtutis. hoc eſt ſtrenuos, fortes, magnanimos, qui ſint ferendo tanto oneri, patientes laboris. Quidam interpretantur, viros diuites & conſtantes, qui in iudicio nec minis nec muneribus à recto deflecti poſſunt. 24 Chaldęus paraphr. qui oderint accipere pecuniam & munera. 25 & ſarcinam tuam leuiorem reddent, & illam ferent tecum, ideſt, te iuuabunt. 26 Heb. & pręceperit tibi Deus, poteris ſuſtinere: & etiam omnis &c. ideſt, idque ex præcepto Dei, & volente Deo, poteris ſufficere huic labori. 27 ideſt, ſublatis iurgijs ac litibus. 28 vel, Qui iudicabant.

## CAP. XIX.

MEnſe tertio egreſſionis * Iſrael de Terra-AE- 1
pti in die hac venerunt in ſolitudinem Sinai.
♀ Nam profecti de Raphidim, & peruenien- 2
tes vſque in deſertum Sinai, caſtrametati ſunt in eo-
dem loco, ibique Iſrael fixit tentoria e regione montis.
♀ Moyſes autem aſcendit in montem ad Deum: vo- 3
cauitque eum Dominus de monte, & ait, Hæc dices do
mui Iacob, & annuntiabis filijs Iſrael, ♀ Vos ipſi vidi- 4
ſtis quæ fecerim AEgyptijs, quomodo portauerim vos
ſuper alas aquilarum, & aſſumpſerim mihi. ♀ Si ergo au 5
dieritis vocem meam, & cuſtodieritis pactum meum, eri
tis mihi in peculium de cunctis populis: ⁒ mea eſt enim
omnis terra. ♀ Et vos eritis mihi in regnum ſacerdo- 6
tale, & gens ſancta. hæc ſunt verba quæ loqueris ad fi-
lios Iſrael. ♀ Venit Moyſes: & conuocatis maioribus 7
natu populi, expoſuit omnes ſermones quos mandaue-
rat Dominus. ♀ Reſponditque omnis populus ſimul, 8
Cuncta quæ locutus eſt Dominus faciemus. Cũque re-
tuliſſet Moyſes verba populi ad Dominum, ♀ ait ei 9

Veniunt ad mõtem Sinai. num. 33. c.

* filiorum

Act. 7. c.

Deut. 29. a.

⁒ Pſal. 23. a.

Sacerd. reg. 1. pet. 2. b. B

Sancta gens.

Moyſes annuntiat verbũ Dei.

*MEnſe tertio* 1 *quum egreſſi eſſent filij Iſrael ex terra AEgypti,* 2 *ipſa die venerunt in deſertum Sinai.* 3 *Soluentes enim ex Raphidim, venerunt in deſertum Sinai, & caſtrametati ſunt in ipſo deſerto,* 4 *manſitque illic Iſrael è regione mõtis. Moſes vero aſcendit* 5 *ad Deum,* 6 *& vocauit eum Dominus de monte, dicens, Sic dices Domui Iacob, & annuntia filijs Iſrael, Vos vidiſtis quæ feci AEgyptijs, &* 7 *geſtaui vos [quaſi] ſuper alis aquilarum, & duxi vos ad me. Nunc ergo ſi diligenter audieritis vocem meam, & fœdus meum cuſtodieritis, eritis mihi* 8 *peculium præ omnibus populis:* 9 *mea [quidem] eſt omnis terra, Vos autem eritis mihi* 10 *regnum ſacerdotale, & gens ſancta. hæc ſunt verba quæ loqueris ad filios Iſrael. Venit itaque Moſes, & vocauit ſeniores populi, &* 11 *propoſuit illis omnia verba iſta quæ præceperat ei Dominus. Et reſponderunt omnis populus pariter, & dixerunt, Quæcunque loquutus eſt Dominus, faciemus. Et retulit Moſes verba populi ad Dominum. Et dixit Dominus*

*Dominus ad Moſen, Ecce ego veniam ad te in denſa nube, vt populus audiat me tecum loquentem, & etiam credant tibi perpetuo. (∴ Et nuntiauit Moſes verba populi Domino.) 12 Et ait Dominus ad Moſen, Vade ad populum, & 13 conſecra eos hodie & cras, lauentque veſtimenta ſua, Vt ſint parati in diem tertium: quoniam in die tertio 14 deſcendet* Dominus *in oculis totius populi in montem Sinai. Et circunſcribe terminum populo 15 circunquaque, dicens, Cauete vobis ne aſcendatis in montem, neque extremitatem eius attingatis: quicũque montem attigerit, morte moriatur:* Non *16 feriet eum manus, ſed 17 lapidibus obruatur, aut telo petatur: ſiue iumentum fuerit, ſiue homo, non viuat. 18 Quum protractus fuerit ſonitus iobel, ipſi 19 aſcendent in montem. Et deſcendit* Moſes *de monte ad populum, & 20 conſecrauit populum, & lauerunt veſtimenta ſua. Et dixit ad populum, Sitis parati in diem tertium, 21 neque acceſſeritis ad vxores. Factumque eſt die tertio quum eſſet mane, facta ſunt tonitrua & fulgura, & nubes graues ſuper montem, & vox 22 cornu vehementiſſima, & 23 expauit vniuerſus populus qui erat in caſtris. Et Moſes populum obuiam* Deo *è caſtris eduxit, & conſtiterunt 24 ad imam radicem montis. Mons autem Sinai totus fumabat, eo quòd deſcendiſſet ſuper eum* Dominus *25 in igne, 26 & aſcendit fumus eius tãquam fumus fornacis calcariæ, & totus mons vehementer contremuit. Cumque vox cornu intenderetur, & fieret vehementer fortis, loquebatur* Moſes, & Deus *reſpondebat ei 27 in voce. 28 Deſcendit itaque* Dominus *in montem Sinai, in verticem montis: & quum vocaſſet* Dominus *Moſen in verticem montis, aſcendit* Moſes. *Et dixit* Dominus *ad* Moſen, *Deſcende, 29 obteſtare populum, ne fortè 30 prorumpant ad* Dominum *vt contemplentur, corruantque ex eis multi. Quin & ſacerdotes, 31 qui accedunt ad* Dominum, *32 ſe conſecrent, 33 ne forte* Dominus *eos diſſipet. Et ait Moſes ad* Dominum, *Populus non poterit aſcendere montem Sinai: tu enim 34 obteſtatus es nos, dicens, 35 Limita montem, & 36 conſecra eum. Et dixit ei* Dominus, *Vade, deſcende, & aſcende tu & Aharon tecum: ſacerdotes autem & populus 37 non prorumpant, vt aſcendant ad* Dominum, *33 ne in illos irrumpat. Deſcendit itaque Moſes ad populum, & loquutus eſt cum eis.*

Dominus; Iam nunc veniam ad te in caligine nubis, vt
audiat me populus loquentem ad te, & credat tibi in
perpetuum. Nuntiauit ergo Moyſes verba populi ad
10 Dominum. ¶ Qui dixit ei, Vade ad populum, & ſanctifi-
11 ca illos hodie, & cras, lauentque veſtimenta ſua. ¶ Et
ſint parati in diem tertium: in die enim tertia deſcendet
12 Dominus coram omni plebe ſuper montem Sinai. ¶ Con
ſtitueſque terminos populo per circuitum, & dices ad
eos, Cauete ne aſcendatis in montem, nec tangatis fi-
nes illius: omnis qui tetigerit montem, morte morietur.
13 ¶ Manus non" tangent eum, ſed lapidibus opprimetur,
aut confodietur iaculis: ſiue iumentum fuerit ſiue ho-
mo, non viuet. cum cœperit clangere buccina, tunc
14 aſcendant in montem. ¶ Deſcenditque Moyſes de mon
te ad populum, & ſanctificauit eum. Cumque lauiſſent
15 veſtimenta ſua, ¶ ait ad eos, Eſtote parati in diem ter-
16 tium, & ne appropinquetis vxoribus veſtris. ¶ Iamque
aduenerat tertius dies, & mane inclaruerat: & ecce cœ-
perunt audiri tonitrua, ac micare fulgura, & nubes
denſiſsima operire montem, clangorque buccinæ ve-
hementius perſtrepebat: & timuit * populus qui erat in
17 caſtris. ¶ Cumque eduxiſſet eos Moyſes in occur-
ſum Dei de loco caſtrorum, ſteterunt ad radices mon-
18 tis. ¶ Totus autem mons Sinai fumabat: eo quod de-
ſcendiſſet Dominus Deus ſuper eum in igne, & aſcen-
deret fumus ex eo quaſi de fornace: eratque omnis
19 mons terribilis. ¶ Et ſonitus buccinæ paulatim cre-
ſcebat in maius, & prolixius tendebatur: Moyſes loque-
20 batur, & Deus reſpondebat ei. ¶ Deſcenditque Do-
minus ſuper montem Sinai in ipſo montis vertice, &
vocauit Moyſen in cacumen eius. Quò cum aſcen-
21 diſſet, ¶ dixit ad eum, Deſcende, & conteſtare popu
lum: ne forte velit tranſcendere terminos ad videndum
22 Dominũm, & pereat ex eis plurima multitudõ. ¶ Sacer-
dotes quoq; & populus qui accedũt ad Dñm, ſanctificẽ
23 tur, ne percutiat eos. ¶ Dixitq; Moyſes ad Dñm, Nõ po-
terit vulgus aſcẽdere in mõtẽ Sinai: tu enim teſtificatus es
& iuſsiſti, dicẽs, Pone terminos circa mõtẽ, & ſanctifica
24 illũ. ¶ Cui ait Dñs, Vade, deſcẽde: aſcẽdeſq; tu, & Aarõ te-
cũ: ſacerdotes autẽ & populus ne tranſeant terminos, nec
25 aſcendãt ad Dominũ, ne forte interficiat illos. ¶ Deſcen-
ditq; Moyſes ad populũ, & omnia narrauit eis.

Moyſi verbis Deus vult fidẽ haberi.
Iubetur populus ſanctificari.
C
Tangens montem lapidatur. heb.12.e.
" tanget
Sanctificatur populus.
In tonitru & fulgure apparet Deus, vt à populo timeatur.
* omnis
Deut.4.b.
D
Sanctificantur ſacerdotes.
Populus & ſacerdotes, ne tangant montem.

## SCHOLIA IN CAP. XIX.

1 Ab egreſſu filiorum. 2 ideſt, ipſo die quo receſſerunt ex Raphidim. Hoc ideo dicit, quod non eſſet magna diſtantia ex Raphidim ad montem Sinai. q. d. plus itineris confecerunt eo die quàm alijs diebus. Alij referunt ad primum diem menſis. q.d. Primo die menſis tertij venerunt in deſertum Sinai. 3 Profecti ſunt autem. vel, Diſceſſerant autem de Raphidim, & venerũt &c. q.d. Nã quum diſceſsiſſent eo die de Raphidim, ipſa eadẽ die peruenerunt in deſertum Sinai. 4 caſtrametatuſque eſt 5 Hebræi ſubaudiunt Montem, & legunt, ad montem Dei, in quo ſcilicet Deus ſe manifeſtauit, & legem tradidit. 6 Chaldęus paraphraſtes, vocauerat enim eum Dominus de monte, dicendo. 7 .i. portaui vos quaſi in humeris, ſicut aquila pullos ſuos portat in alis, præter morẽ aliarum auium quæ pedibus portant. 8 vt theſaurus vnicè dilectus, præ cunctis populis. Sic vocat Dominus populum ſuum cui legem ſuam tradidit, & viuendi formam præſcripſit. Vox Hebræa SEGVLA, ſignificat rem quandam amatã & charam, ſiue theſaurus fuerit, ſiue res alia quæcũque. 9 Heb. quia mea eſt vniuerſa terra. q.d. tametſi mei ſint omnes populi, diligam tamẽ vos vnice, & ſupra omnes alios populos. 10 vel, ſacerdotium regale, ideſt, regnum ſacerdotum. Chaldæus paraphraſtes vertit, reges & ſacerdotes: acſi dictiones eſſent ſeparatæ. q.d. faciam omnes vos reges & ſacerdotes, & gẽtes ſanctas. 11 Heb. poſuit ante faciem eorum ∴ Renunciauerat enim Moſes verba populi ad Dominum. Hæc debent legi per parentheſin. q.d. Moſes retulerat Domino populum non credere, eum eſſe miſſum ab ipſo Deo vt eos liberaret. 12 Addiditque Dominus, 13 ſanctifica. Hic ſanctificare, pro præparare accipitur. 14 ideſt, deſcendam. Hebraiſmus. 15 vel, per circuitum. ſub. montis. 16 tanget. q.d. nemo ſequetur eum qui tetigerit montem, vt eripiat eum ne lapidetur. 17 Heb. lapidando lapidabitur, & iaculando iaculabitur, ideſt, lapidibus obruetur, & conficietur iaculis. 18 Heb. Cum traxerit buccina. Sub. vocem ſuam, ideſt, quum prolixius inſonuerit buccina. Iobel, cornu eſt, aut buccina. aut ſonus ille editus. 19 ideſt, aſcendere poterunt. 20 ideſt, pręparauit. 21 ideſt, abſtineat vnuſquiſque ab vxore ſua. 22 vel, buccinæ 23 ſiue, intremuit 24 in ima parte 25 ideſt, circundatus igne. 26 aſcendebatque, 27 ideſt clara voce & exaudibili ab omnibus. 28 Deſcenderat autem Dominus. q. d. Poſteaquam Dominus deſcenderat, ſtabat in vertice montis &c. 29 & denuntia populo ne diſsipent terminos. Denuntia, inquit, quaſi teſtibus adhibitis. 30 Heb. deſtruant, ad Dominum, ad videndum, ideſt, ne deſtructis ordinibus, deſertaque ſtatione conſcendant ad Dominum, vt videant gloriam eius, & propterea cadat ex eis maxima pars. In fine huius capitis adiecit verbum, quod hîc ſubintelligi debet, quum ait, ne diruant vt aſcendant. 31 vel, qui acceſſuri ſunt 32 vel, ſanctimoniæ dent operam, 33 ne diſsipet eos Dominus. vel, ne rupturam faciat in eis Do. aut ne vim illis afferat. Chaldæus paraphraſtes, ne interficiat eos Dominus. 34 vel, denuntiaſti nobis hoc modo, 35 vel, Conſtitue limites circa montem, 36 Quid ſit ſanctificare vel conſecrare montẽ, his verbis pręcedentibus declarat, Conſtitue terminos circa montẽ. hoc eſt vide nequis eum montẽ contingat tanquã mihi ſacrum, quẽ ab eis attingi fas non eſt. 37 ne deſtruant. ſub. ſtationem ſuã, eamque deſerant vt aſcendant &c.

CAP.



## CAP. XX.

Deos alienos ne habeamus.
deuter.5.a.
pſal.80.c.96.b.
113.b.leuit.26.a

LOcutuſque eſt Deus cunctos ſermones hos, ¶ Ego 1
ſum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de Terra- 2
AEgypti, de domo ſeruitutis.
¶ Non habebis deos alienos coràm me. ¶ Non facies ti 3
bi ſculptile, neque omnẽ ſimilitudinem quæ eſt in cælo 4
deſuper, & quæ in terra deorſum, nec eorum quæ ſunt
in aquis ſub terra. ¶ Non adorabis ea, neque coles, ego 5
ſum Dominus Deus tuus fortis, zelotes, viſitans iniquita
tem patrum in filios, in tertiam & quartam generationẽ
eorum qui oderunt me: ¶ Et faciens miſericordiam in 6
millia his qui diligunt me: & cuſtodiunt præcepta mea.

Iurare. B
deu.5.b.leui.29
c.mat.5.e.

¶ Non aſſumes nomen Domini Dei tui in vanum. nec 7
enim habebit inſontem Dominus eum qui aſſumpſerit no
men Domini Dei ſui fruſtra.

Sabbathũ.
Eze.20.b.
deut.5.b.
infra.31.b.

¶ Memento vt diem ſabbathi ſanctifices. ¶ Sex diebus 8
operaberis, & facies omnia opera tua. ¶ Septimo autẽ die 9
ſabbathum Domini Dei tui eſt: non facies omne opus in 10
eo, tu & filius tuus & filia tua, ſeruus tuus & ancilla tua, iu
mentum tuum & aduena qui eſt intra portas tuas. ¶ Sex 11
enim diebus fecit Dominus cælum & terram & mare, &
omnia quæ in eis ſunt, & requieuit in die ſeptimo, idcirco
benedixit Dominus diei ſabbathi, & ſanctificauit eum.

Gene.2.a.
C

Parentes.
deut.5.b.

¶ Honora patrem tuum & matrem tuam, vt ſis longæ- 12
uus ſuper terram quam Dominus Deus tuus dabit tibi.

Occidere
matth.5.c.
Mœchari.
Furtum.
Falſum teſtim.

¶ Non occides. ¶ Non mœchaberis. 13
¶ Non furtum facies. 14
¶ Non loquêris contra proximum tuum falſum teſti- 15
monium. 16

Concupiſcẽtia
rom.7.b.13.e.

¶ Nõ cõcupiſces domũ proximi tui: nec deſyderabis vxo 17
rẽ eius, nõ ſeruũ, non ancillã, nõ bouẽ, nõ aſinũ, nec om-
nia quæ illius ſunt. ¶ Cũctus autẽ populus videbat voces 18
& lãpades, & ſonitũ buccinæ, mõtemq; fumantẽ: & per-
territi ac pauore cõcuſsi ſteterunt procul, ¶ dicẽtes Moy 19
ſi, Loquere tu nobis, & audiemus: nõ loquatur nobis Do

Vt timeretur apparuit in fulgure Deꝰ. heb.12.e.
D
deute.18.c.

minus, ne fortè moriamur. Et ait Moyſes ad populũ, ¶ No 20
lite timere: vt enim probaret vos vẽnit Deus, & vt terror
illius eſſet in vobis, & nõ peccaretis. ¶ Stetitq; populus 21
delõge. Moyſes autẽ acceſsit ad caliginẽ in qua erat Deꝰ.
¶ Dixit præterea Dominꝰ ad Moyſen, Hæc dices filijs Iſ- 22
rael, Vos vidiſtis quod de cælo locutus ſim vobis. ¶ Nõ fa 23

* mecum
Dij argentei.
Altare terreum
infra.27.b.38.a.
Deut.27.a. Ioſue.8.f.
* tuum

cietis * deos argẽteos, nec deos aureos facietis vobis. ¶ Al 24
tare de terra facietis mihi, & offeretis ſuper eo holocau-
ſta & pacifica veſtra, oues veſtras & boues in omni loco
in quo memoria fuerit nominis mei: veniã ad te, & bene-
dicã tibi. ¶ Quòd ſi altare lapideũ feceris mihi, non ædifi 25
cabis illud de ſectis lapidibus: ſi enim leuaueris cultrũ
* ſuper eũ, polluetur. ¶ Nõ aſcẽdes per gradus ad altare 26
meum, ne reueletur turpitudo tua.

## CAP. XX.

*LOquutuſque eſt* Deus *omnia verba iſta, dicens, Egõ 1* Dominus Deus *tuus, qui eduxi te ex terra AEgypti, 2 de domo ſeruorum.*

*Ne ſint tibi dij alij 3 coram me. 4* Ne *feceris tibi ſtatuã, nec vllum ſimulachrum [eius] quod eſt in cælis ſuperne, nec quod eſt in terra ſubtus, nec quod in aquis eſt ſub terra. 5* Nõ *adorabis ea, neque coles ea, quia ego* Dominus Deus *tuus fortis, 6 indignabundus, 7 perſequens iniquitatem patrum in filijs, in tertijs & in quartis, odientibus [ſcilicet] me,* Et *8 proſequens bonitate in mille, his qui diligunt me, & præcepta mea obſeruant.*

9 Ne *ſumas nomẽ* Domini Dei *tui* 10 *vane: quoniã neutiquam 11 impunitum dimittet* Dominus *eum qui nomen ſuum vane ſumpſerit.*

12 Memineris *diei ſabbati vt ſancte colas illum. Sex diebus operaberis, & omnia negotia tua conficies: Septimo autem die 13 ſabbatum eſt* Domini Dei *tui: non facies vllum opus, neque tu, neque filius tuus, neque filia tua, neque ſeruus tuus, neque ancilla tua, neque iumentum tuum, neque aduena tuus 14 qui eſt intra portas tuas.* Quoniam *ſex diebus fecit* Dominus *cælum & terram, mare & omnia quæ in eis ſunt, ſeptimo autem die quieuit: idcirco* Dominus *15 diem ſabbati celebrem fecit, & eum conſecrauit.*

*Cole patrem tuũ & matrẽ tuam, vt longius prorogentur dies tui in terra, quam* Dominus Deus *tuus dat tibi.*

Ne *occidas.* Ne *ſis mœchus.* Ne *fureris.*

16 Ne *reſpondeas contra proximũ tuum falſo teſtimonio.*

Ne *cõcupiſcas 17 domũ proximi tui, ne 18 cõcupiſcas [in quã] vxorẽ proximi tui, nec ſeruũ eius, nec ancillã eius, nec bouẽ eius, nec aſinũ eius, nihil [denique] quod eſt proximi tui.* Omnis *itaq; populus 19 vidit tonitrua & lãpades, & vocẽ buccinæ, & montẽ fumantẽ: quod quũ videret populus, vacillabat, & ſtetit procul.* Et *dixerũt ad* Moſen, Loquere *tu nobiſcu, & audiemus: & ne loquatur nobiſcũ* Deus, *ne forte moriamur.* Et *ait* Moſes *ad populũ,* Ne *timueritis, quoniã* Deus *venit vt vos tẽtaret, & 20 vt metus eius ſit corã vobis, vt nõ peccetis.* Et *populus ſtetit procul,* Moſes *verò appropinquauit ad caliginẽ in qua erat* Deꝰ. Et *dixit dñs ad* Moſen, Sic *dices filijs Iſrael, 21* Vos *vidiſtis quod de cælo loquutus ſim vobiſcũ. 22* Nõ *facietis me, deos argẽteos, nec deos aureos facietis vobis 23 Arã de terra mihi extrues, & ſuper eã ſacrificabis holocauſta tua, & 24 ſalutares tuas hoſtias, oues tuas, & boues tuos in omni loco 25 in quo meminiſſe fecero nominis mei: 26 veniã ad te, & benedicã tibi.* Et *ſi arã de lapidibus extruxeris mihi, ne extruas ex ijs qui expoliti ſunt. ſi enim 27 cultrũ tuum 28 ei admoueris, cõtaminabis e ã.* Ne *per gradus ad arã meã aſcẽdas, ne verenda tua iuxta eam retegantur.*

## SCHOLIA IN CAP. XX.

1 Dominus, ab Haia, ideſt, eſſe, dicitur, vt dictum eſt ſupra cap.6. q.d. Ego ille ipſe ſum qui ſum per memetipſum, & omnia alia per me eſſentiam ſuam habent. ſiue ſpectes originem tuam, ego ſum Dominus tuus. ſiue ſpectes quid tibi poſt creationem cõferam, ſum benefactor tuus. nam eduxi te de terra AEgypti. quæ quum ita ſunt, debes me ſolum amare & colere. Hæc eductio ex AEgypto erat velut typus futuræ liberationis, quæ nunc facta eſt per Chriſtum. Iſtud eſt primum pręceptum iuxta Hebræorum diuiſionem. Secundum autem, Ne ſint tibi dij &c. 2 Hebraiſmus, pro, de loco vbi ſeruiebas. 3 ideſt, me inſpectante. q.d. quũ vbique ſim, nuſquam coles deos alienos, ne in occulto quidẽ, quũ nihil me latere poſsit. 4 q.d. Abſtine à cultu creaturarũ. 5 vel, Ne incurues te coram illis, neque ſeruias illis: quia ego ſum &c. 6 Vox Hebræa CANNA, non ſolum affectum ſignificat qui eſt inter amantes, & non fert corriualem: ſed & eum quo animus commouetur & ſuis & ſuorum contumelijs & iniurijs. quę ſignificatio huc quadrare videtur. Alij vertunt, Deus zelotypus. q.d. qui non poſſum ferre vt alius ametur, colaturve quàm ego. fortis ſum qui poſsim iniuriam mihi illatam vlciſci. 7 viſitans iniquitatem, ideſt puniens iniquitatem patrum in filijs tertię & quartę generationis. Hoc intelligitur de filijs & poſteris qui imitantur vitia parentum, vt ipſe indicat, ſubdens, odientibus me. q. d. parco aliquando parentibus vt reſipiſcant: quod ſi moriantur, expecto & filios eorum: ſed tandem in quarta generatione poſterorum, qui deploratè perſeuerant in veſtigijs parentum, eorumque improbitatem imitantur, oſtendo vltionem meam. hoc eſt, ſoleo meminiſſe iniquitatum parentũ vſque ad ternos & quaternos poſteros qui imitantur vitia parentum. At contra, faciens miſericordiam in milleſima generatione, ideſt, ſoleo meminiſſe probitatis parentum in perpetuum, in eos qui probitatem ipſorum parentum imitantur, hoc eſt eorum qui me diligunt. Hinc videmus miſericordiam Dei ſe latius extendere quàm iuſtitiã. 8 vel faciens miſericordiam 9 Chaldæus paraphraſtes, Non iurabis. Tertium pręceptum. 10 vel, fruſtra. ſiue, temere, ideſt, ſiquid iuraueris te facturum, adhibito nomine Domini, illud pręſtes. 11 pro inſonte (ſiue innocente) habebit Dominus eum &c. i. pro impio & ſcelerato habebit eũ dominus, qui &c. Hebręi enim eam rem augere volũt, id per negationem nominis, quod nos per

ſuper-

ſuperlatiuum,facere ſolent. 12 Hebraiſmus, pro, Da operam vt ceſſes ab operibus tuis die ſabbathi. Quartum præceptum,quo Deus homini conſulit,vt & corpus labore defatigatum & exhauſtum, alterna requie non careat: & animi robur operatione corporis diſtractum,diuinæ legis meditatione, & diuinorum beneficiorum recordatione vires reſumat. 13 ideſt, quieſcendum eſt ab operibus corporis, vt liberius vaces operibus ſpiritus, nempe meditationi diuinæ legis,& diuinorum beneficiorum recordationi:ita fiet vt Dominum iugiter laudes. 14 ideſt, qui habitat in tua vrbe. 15 Heb.benedixit diei ſabbathi, & eum ſanctificauit. Vide Gen.2.a. 16 Ne loquaris contra proximum tuum falſum teſtimonium. 17.i.facultates. 18 Hoc verbum repetiuit Moſes, vt magis ſeipſum exponeret. nec enim diuiditur hoc præceptum in duo, ſecundum Hebræos. 19 videbat, ideſt,audiebat. Nam apud Hebræos, quod ad ſenſus attinet, alter pro altero vſurpatur. 20 ideſt,vt timeatis illum. 21 q.d. Vos vidiſtis quod ſuperne è cælo,non è terra locutus ſum vobis,neque tãquam idolum mutum. 22 Ne (igitur) faciatis mecum deos &c.Mecum,hoc eſt, vt vnà eos mecũ colatis: volo vt me vnicũ, nolo habere ſocium,quem mecũ adoretis. 24 pacifica tua. Sunt ſacrificia quæ pro pace & incolumitate offerũtur. 25 .i. in quo inſtituam memoriam nominis mei. 26.i.te exaudiã,& fœlicem reddã. 27 Cultrũ vſurpat pro quocunq; inſtrumento ferreo.28 Heb. eleuabis ſuper eam.ad poliendum eam ſcilicet.

## CAP. XXI.

*HAEc autẽ ſunt 1 iudicia quæ propones eis. Si ſeruũ Hebræum emeris, ſex annis ſeruiet, ſeptimo verò exeat liber,[idq;] gratis. 2 Si ſolutus venit, ſolutus exeat:ſi verò vxorẽ habuerit,vxor eius cũ eo exeat.Si herus eius dederit ei vxorẽ, & hæc pepererit ei filios aut filias, vxor & liberi eius erunt heri ſui, ipſe verò exibit 3 ſolus. Quòd ſi ſeruus ille conſtãter dixerit,Diligo herũ meũ, vxorẽ meã & liberos meos, 4 nõ egrediar liber: Adducet illũ herus eius ad 5 deos,& admouebit eum 6 ad oſtiũ vel ad poſtẽ, perforabitq; herus eius aurẽ eius ſubula,ſeruietq; ei 7 perpetuo.Et ſi quiſpiã vẽdiderit filiã ſuã vt ſit ancilla, non exibit 8 vt ſerui exeunt. Si diſplicuerit oculis heri ſui 9 quod non deſpondet eã,ſinat eã redimi:populo alieno vendẽdi eã poteſtatẽ nõ habet,10 quãdoquidẽ ipſe eam deſpexit.Si autẽ filio ſuo deſponderit eam 11 iure filiarum aget cum ea.Si alterã 12 ſibi duxerit, 13 cibum eius,operimentum eius,& ius cõiugale,quo ei reſpondere debet,non minuet.Quod ſi iſta tria ei non præſtiterit,egredietur illa gratis abſque pecunia. Qui hominẽ percuſſerit ita vt moriatur,morte plectatur.Et qui nõ tetendit inſidias,ſed Deus 14 deſtinauit [illum] in manũ eius,conſtituã tibi locũ quo confugiat. Si vero aliquis 15 volens & callide machinatur proximo ſuo necẽ,ab ara mea illũ rapias,vt interficiatur. Percutiens patrem ſuum 16 & matrem ſuam,morte multetur. Qui furatus fuerit hominẽ, & vendiderit eum, 17 & deprehenſus fuerit in manu eius,morte multetur. Qui patri ſuo 16 & matri ſuæ maledicit,morte multetur.Si rixati fuerint viri, & alter alterum vel lapide vel pugno ceciderit,ita [tamẽ] vt non moriatur, ſed lectulo decumbat: ſi ſurrexerit, & egreſſus fuerit foras baculo ſuo [innixus,] 18 abſoluatur percuſſor, 19 attamẽ [damnu] vacationis illius,& impenſas in medicos præſtabit.Et ſi verberauerit quiſpiam ſeruũ ſuũ aut ancillam ſuam virga,ita vt moriatur 20 ſub manu eius, de illo omnino ſumatur vltio: Veruntamẽ ſi vno die aut per duos perſtat, vltio de eo nõ ſumatur: 21 argentũ enim ipſius eſt.Si contenderint viri, & pulſauerint mulierẽ ferentẽ vterum ita vt abortiat, nec tamẽ 22 exitialis fuerit noxa: 23 omnino multetur talis iuxta æſtimationem quam imponit ei maritus mulieris, quã dabit pro arbitrorũ ſententia. Quod ſi 24 noxa fuerit exitialis, 25 dabis animã pro anima, 26 Oculũ pro oculo,dentem pro dente,manum pro manu,pedem pro pede, aduſtionem pro aduſtione,vulnus pro vulnere,liuorem pro liuore. Et ſi quiſpiam 27 ferit oculum ſerui ſui,vel oculum ancillæ ſuæ, 28 ita vt pereat,manumittet eum pro oculo eius.Et ſi dentem ſeruo ſuo aut ancillæ ſuæ excuſſerit, manumittet illum pro dente eius. Et ſi bos 29 impegerit in virum vel in mulierem, ita vt moriantur,bos ille omnino lapidibus obrui debet,nec comedatur caro eius, dominus autem bouis 30 inſons ſit. Quòd ſi bos cornupeta fuit 31 ab heri & nudiuſtertius, 32 & denuntiatum ſit domino eius,& non cuſtodierit eum, & is virum aut mulierem interfecerit,lapidibus obruatur bos ille,& etiã dominus eius 33 interficitur. Et ſi 34 pretium piaculare ei fuerit impoſitum, quidquid ei imponitur, det vt animam ſuam redimat.Si vero filium aut filiam petierit cornu, 35 idẽ iudicium fiet illi. Si ſeruum aut ancillam bos cornu petierit,*

## CAP. XXI.

1 HAEc ſunt iudicia quæ propones eis. ¶ Si emeris
2 ſeruũ Hebræũ,ſex annis ſeruiet tibi: in ſeptimo
3 egredietur liber gratis. ¶ Cũ quali veſte intraue
rit,cũ tali exeat. ſi habẽs vxorẽ:& vxor egredietur ſimul.
4 ¶ Sinautẽ domin⁹ dederit illi vxorẽ, & pepererit filios &
filias: mulier & liberi eius erũt domini ſui, ipſe verò exi-
5 bit cũ veſtitu ſuo. ¶ Quòd ſi dixerit ſeruus, Diligo dominũ
6 meũ & vxorẽ ac liberos,nõ egrediar liber: ¶ offeret eum
dominus dijs,& applicabitur ad oſtiũ & poſtes,perfora-
7 bitq; aurẽ eius ſubula,& erit ei ſeruus in ſeculũ. ¶ Siquis
vẽdiderit filiã ſuam in famulã,nõ egredietur ſicut ancil-
8 læ exire conſueuerũt. ¶ Si diſplicuerit oculis domini ſui
cui tradita fuerat,dimittet eã:populo autẽ alieno vendẽ
9 di nõ habebit poteſtatẽ,ſi ſpreuerit eã. ¶ Sinautẽ filio ſuo
10 deſpõderit eam,iuxta morẽ filiarũ faciet illi. ¶ Quòd ſi
alterã ei acceperit,prouidebit puellæ nuptias & veſtimẽ
11 ta,& pretiũ pudicitiæ nõ negabit. ¶ Si tria iſta nõ fecerit,
12 egredietur gratis abſq; pecunia. ¶ Qui percuſſerit homi-
13 nẽ volẽs occidere,morte moriatur. ¶ Qui autẽ nõ eſt in-
ſidiatus,ſed Deus illũ tradidit in manus eius: cõſtituã ti-
14 bi locũ in quẽ fugere debeat. ¶ Siquis" per induſtria occi
derit proximũ ſuũ,& per inſidias: ab altari meo euelles
15 eũ vt moriatur. ¶ Qui percuſſerit patrem ſuũ" aut matrẽ,
16 morte moriatur. ¶ Qui maledixerit patri ſuo vel matri,
17 morte moriatur. ¶ Qui furatus fuerit hominẽ, & vẽdide-
18 rit eũ,conuictus noxæ,morte moriatur. ¶ Si rixati fue-
rint viri,& percuſſerit alter proximũ ſuũ lapide vel pug
19 no,& ille mortuus nõ fuerit, ſed iacuerit in lectulo: ¶ ſi
ſurrexerit,& ambulauerit foris ſuper baculũ ſuũ,innocẽs
erit qui percuſſerit,ita tamẽ vt operas eius, & impenſas
20 in medicos,reſtituat. ¶ Qui percuſſerit ſeruum ſuum,vel
ancillam virga,& mortui fuerint in manibus eius,crimi-
21 nis reus erit. ¶ Sinautem vno die vel duobus ſuperuixe-
22 rit,non ſubiacebit pœnæ,quia pecunia illius eſt. ¶ Si rixa
ti fuerint viri,& percuſſerit quis mulierem prægnantem,
& abortiuum quidem fecerit,ſed ipſa vixerit: ſubiacebit
dãno quantũ maritus mulieris expetierit, & arbitri iudi-
23 cauerint. ¶ Sinautẽ mors eius fuerit ſubſecuta,reddet ani
24 mã pro anima, ¶ Oculum pro oculo,dentẽ pro dẽte,ma-
25 nũ pro manu,pedẽ pro pede, ¶ aduſtionẽ pro aduſtione,
26 vulnus pro vulnere,liuorẽ pro liuore. ¶ Si percuſſerit qui
ſpiã oculũ ſerui ſui aut ancillæ,& luſcos eos fecerit,dimit
27 tet eos liberos pro oculo quẽ eruit. ¶ Dentẽ quoq; ſi ex-
cuſſerit ſeruo vel ancillæ ſuæ,ſimiliter dimittet eos libe-
28 ros. ¶ Si bos cornu percuſſerit virũ aut mulierẽ, & mor-
tui fuerint, lapidibus obruetur: & non comedentur car
29 nes eius,dominus quoque bouis innocens erit. ¶ Quòd
ſi bos cornupeta fuerit ab heri & nudiuſtertius & conteſtati
ſunt dominum eius, nec recluſerit eum ˜ dominus,
occideritque virum aut mulierem: & bos lapidibus
30 obruetur, & dominum eius occident. ¶ Quòd ſi pre-
tium fuerit ei impoſitum, dabit pro anima ſua quicquid
31 fuerit poſtulatus. ¶ Filium quoque & filiam ſi cornu per-
32 cuſſerit, ſimili ſententiæ ſubiacebit. ¶ Si ſeruum ancil-
lamque inuaſerit, triginta ſiclos argenti domino dabit,

De ſeruis emendis. deut.15.c. iere.34.c.

B Filia vendita in ancillam.

C Homicidium leuit.24.c. Deuter.19.a.

" de induſtria.

"&

Parentes percutiens.

D Maledicens patri.le.20.b. pro.20.c.matt.15.a.mar.7.b.

Furtum.

Rixantes.

Percutiens ſeruum.

Precutiens mulierem prægnantem. E

Pœna talionis. matt.5.f. leuiti.24.d.deuter.19 d.

Oculum eruens vel dentem excutiens ſeruis.

Bos cornupeta. F

G



dabit,bos verò lapidibus opprimetur. ¶ Siquis aperuerit 33
ciſternã,& foderit,& nõ operuerit eã,cecideritq; bos aut
aſinus in eã, ¶ reddet dñs ciſternæ pretiũ iumẽtorũ: quod au 34
tẽ mortuũ eſt,ipſius erit. ¶ Si bos alien⁹ bouẽ alterius vul- 35
nerauerit,& ille mortuus fuerit: vendent bouem viuum,
& diuidẽt pretium,cadauer autem mortui inter ſe diſper
tient. ¶ Si autem ſciebat quod bos cornupeta eſſet ab he- 36
ri & nudiuſtertius,& non cuſtodiuit eum dominus ſuus:
reddet bouem pro boue,& cadauer integrum accipiet.

Fodiens ciſternam in quã bos ceciderit.

Bos bouem occidens.

*dabit dño eius triginta ſiclos argẽti,boſq; lapidibus obruetur. Siquis foueã aperuerit,aut ſi quiſpiã foderit foueã, & eã non obruerit,& ceciderit in eã bos aut aſinus,dñs foueæ 36 rependet,argẽtũ reſtituet dño eius,& quod mortuũ eſt, eius erit.Si alicuius bos bouẽ proximi ſui cornu petierit, & ille mortuus fuerit,vẽdant bouẽ viuũ,& diuidãt pretiũ eius, ſed & mortuũ diuidãt.At ſi cõſtiterit bouẽ fuiſſe cornupetã ab heri & nudiuſtertius,& dominus eius non cuſtodiuit eum, omnino bouem pro boue reddet,& 37 mortuus ei cedet.*

## SCHOLIA IN CAP. XXI.

1 Vel,leges quibus vtentur filij Iſrael.His legibus lites ortas diriment. 2 Heb.Si cum corpore ſuo ingreſſus fuerit,cum corpore ſuo egredietur.Hebraiſmus eſt,pro,Si ſolus ſine vxore venerit in domum tuam,ſine vxore exibit. Quidam vertũt, Si cum veſte ſua &c.verum non tam recte,quod ſtatim ſequatur, Si verò vxorẽ habuerit,&c. 3 Heb.cum corpore ſuo.i.ſolus. 4 .i.nolo donari libertate. 5 ideſt, iudices, vt vertit Chaldæus paraphra. L X X,ad tribunal Dei. 6 Hoc intelligitur de publico ædificio,ideſt, de portis vrbis iuxta quas ſolebãt iudices iudicia populo reddere. Admouebit autẽ,ſub.ex ſententia iudicũ. 7 .i.lõgo tẽpore,hoc eſt vſq; ad iubileũ:ſiue is annus propè fuerit, ſiue lõgè abfuerit. 8 Serui, quando libertate donabantur,nudi & ſine præmio egrediebantur: filiæ autem cum mercede. 9 qui non deſpondit eam,redimere faciet eam.Id eſt,dabit pecuniam qua illa redimatur,aut remittet illi pecuniã ſeruitutis, ac perinde quaſi pretiũ pro redẽptione eius accepiſſet,liberã eam abire permittet.Hoc eſt habebit rationem temporis quo ſeruiuit ei:quod ſeruitutis tempus, erit ei loco pecuniæ quam pro redemptione puellæ alioqui recepturus erat.Alij vertunt,Et diſplicuerit in oculis heri ſui, qui ſibi deſpondit eam,redimere faciet eam, atque ita legunt Chaldæus paraph. & L X X.eſt enim duplex lectio apud Hebræos, לו, vel לא.Doctis probatur lectio paraphraſtæ:propter ſequentem verſum.Quidam Hebræorum dicunt quindecim eſſe locos Scripturæ in quibus לא ſcribitur,& legitur לו cum Vau, quorum vnus eſt iſte. 10 quum ipſe contẽpſerit eam. Vel, eo quod fefellerit eam.Si legat, qui ſibi eam deſpondit:tunc hoc loco (contempſerit) ſignificat violauerit & corruperit. 11 .i.ita tractabit eã vt tractari ſolent puellæ deſponſatæ. 12 ſub.filio. 13 victum & veſtitũ eius,& mercedem pudicitiæ non negabit ei, ideſt,antequam amittat eam à ſe, oportet vt prouideat illi de victu,veſtitu,& præmio ob pudicitiam eius à ſe corruptam.Quidã minus recte legũt,tempus eius nõ minuet ei,ideſt,pretium illi ob tempus quo opera eius vſus eſt,debitum. 14 tradidit 15 Heb.ſuperbierit in proximum ſuum ad occidendum eũ cum fraude,ideſt,quũ per arrogantiã & de induſtria interfecerit proximũ dolo,nuſquã erit tutus, ſed etiã ab altari meo abſtrahet, &c. 16 (&) pro (aut) poſitum, more Hebraico. 17 Hebraiſmus, pro, ſi conuincatur reus illius criminis. 18 Heb.innocens erit. Subaudi,à cæde. i. non cenſebitur homicida. 19 Heb.tantummodo ceſſationem eius dabit, & curãdo curabit,ideſt,tantummodo iacturam temporis,quã fecit ceſſando ab opere,ſoluet,& curabit eum ſanandũ. 20 ideſt percutiente eo illum vel illam. 21 ideſt,ſeruus quẽ emit pecunia ſua. 22 fuerit mors: 23 Heb.puniendo punietur quẽadmodum imponet ſuper illũ maritus mulieris & dabit ſecundũ iudices. i. mulctabitur ea mulcta quam impoſuerit maritus ſentẽtia iudicũ arbitrorũ:dabit quãtum arbitri cenſuerint. 24 fuerit mors, 25 ideſt morieris,quia mortuus eſt. qui percuſſerit interficietur. 26 ſub. dabis.q.d.ſiquis oculum eruerit, oculus ei eruetur: ſi dentem excuſſerit,dens ei excutietur: &c. 27 percuſſerit 28 & corruperit illum.ſub.oculum. 29 cornu petierit virum vel mulierẽ. 30 ideſt,habeatur pro inſonte, & abſoluatur. 31 Hebraiſmus, pro,antea. 32 & teſtibus adhibitis denuntiatum fuerit domino eius.Vel admonituſque fuerit dominus eius teſtibus adhibitis, 33 ſententia ſcilicet iudicum. 34 Heb.redemptio fuerit ei impoſita,dabit redemptionem animæ ſuæ iuxta omne quod impoſitum fuerit ei.i.ſi habeat à iudicibus poteſtatẽ redimẽdi ſe, tũc pro redẽptione vitæ ſuæ dabit viro quantum imperatum fuerit. 35 ſecundum iudiciũ hoc &c.i.eidẽ ſubiacebit ſententiæ. 36 damnũ reſarciet,ſummam pecuniæ reddet domino eius. 37.i.bos qui mortuus eſt,illius erit cuius bos interfecit illum bouem.

## CAP. XXII.

SIquis furatus fuerit bouem aut ouẽ, & occiderit, 1
vel vendiderit:quinque boues pro vno boue reſti-
tuet,& quatuor oues pro vna oue. ¶ Si effringens 2
fur domum ſiue ſuffodiens fuerit inuẽtus, & accepto vul
nere mortuus fuerit: percuſſor non erit reus ſanguinis.
¶ Quòd ſi orto ſole hoc fecerit, homicidium perpetra- 3
uit,& ipſe morietur.Si non habuerit quod pro furto red-
dat,ipſe venundabitur. ¶ ſi inuentum fuerit apud eum 4
quod furatus eſt,viuens,ſiue bos,ſiue aſinus,ſiue ouis:du
plum reſtituet. ¶ Si læſerit quiſpiam agrum vel vineam, 5
& dimiſerit iumentum ſuum vt depaſcatur aliena: quic-
quid optimum habuerit in agro ſuo vel in vinea,pro dan
ni æſtimatione reſtituet. ¶ Si egreſſus ignis inuenerit" ſpi 6
cas,& comprehenderit aceruos frugum,ſiue ſtantes ſege
tes in agris:reddet damnum qui ignem ſuccenderit. ¶ Si- 7
quis commendauerit amico pecuniam aut vas in cuſto-
diam:& ab eo qui ſuſceperat,furto ablata fuerint: ſi inue
nitur fur,duplum reddet: ¶ ſi latet fur, dominus domus 8
applicabitur ad deos,& iurabit quod non extenderit ma
num in rem proximi ſui, ¶ Ad perpetrandam fraudẽ,tam 9
in boue quàm in aſino,& oue ac veſtimento,& quicquid
damnum inferre poteſt:ad deos vtriuſque cauſa peruenie
t: & ſi illi iudicauerint, duplum reſtituet proximo
ſuo. ¶ Siquis commendauerit proximo ſuo aſinum, bo- 10
uem,ouem,& omne iumentum ad cuſtodiam, & mortuũ
fuerit" & debilitatum, vel captum ab hoſtibus, nulluſq;
hoc viderit: ¶ iuſiurandum erit in medio quod non ex- 11
tenderit manum ad rem proximi ſui: ſuſcipietque Domi
C nus iuramentum, & ille reddere non cogetur. ¶ Quòd 12

Pœna furis.

2.Reg.12.b.

Dãnum factũ.

" ſpinas. B

De depoſito lex.

Depoſitũ quomodo reddẽdũ.

"aut

*SIquis furatus fuerit bouem vel pecudem, & hæc mactauerit aut vendiderit,reddet quinque boues pro boue illo,& quatuor oues pro vna pecude.Si deprehenſus fuerit fur 1 cum inſtrumento perfoſſorio, & verberatus mortuus fuerit, 2 aduerſus percuſſorem non dabitur capitalis actio. 3 Si ſol fuerit ortus ſuper eum, 4 capitalis erit in eum actio, omnino reddet, & ſi non habet, pro furto ſuo vendatur. Si vero furtum manifeſte in manu eius deprehenditur,ſiue bos fuerit ſiue aſinus aut pecus,illaque viua fuerint,duplum reddat.Si quiſpiam 5 depaſci fecerit agrum aut vineam, 6 & immiſerit iumentum ſuum, vt depaſcatur agrum alterius: [ex] præſtantibus agri ſui, & præſtantibus vineæ ſuæ rependet. Si egreſſus fuerit ignis, apprehenderitque ſpinas,ita vt vel acerui frugum, vel ſtantes ſegetes,vel ager abſumantur:qui incendit,omnino rependet quod exuſtum eſt. Si quiſpiam dederit cuſtodienda proximo ſuo 7 pecuniam,aut vaſa, & ſurrepta fuerint de domo viri illius, ſi fur fuerit deprehenſus,reddat duplum: Si verò fur non fuerit deprehenſus,adducetur dominus domus 8 ad deos, 9 quod non extenderit manum ſuam in rem proximi ſui. 10 Quidquid tandem præuaricationis [inciderit] propter bouem, propter aſinum,propter pecudem,propter veſtem, imò propter omnem rem perditam, quum quiſpiã dixerit hoc ſic eſſe, cauſa amborum veniet ad deos,& quem dij damnauerint,is reddat duplum proximo ſuo.Siquis dederit proximo ſuo aſinum,vel bouem,vel pecudem, aut quodcunque iumentum ad cuſtodiendum, & illud fuerit mortuum, aut confractum, aut vi abactum nemine vidente, 11 Iuſiurandum Domini inter vtroſque interueniat,quod*

non

*non extenderit manum ſuam in rem proximi ſui : quod 12 recipiet dominus eius, & [alter] non reſtituet. Si verò furto ſurreptum ei fuerit, domino eius rependat. Si [à feris] laceratum eſt, 13 adducat eum teſtem, & laceratum non rependet. 14 Siquis poſtulauerit à proximo ſuo, & id confractum fuerit vel mortuum, domino eius non præſente, omnino rependet. Si verò dominus eius fuerit cum eo, non rependet: 15 quandoquidem mercede conductus pro mercede ſua venit. Siquis 16 pellexerit virginem nondum deſponſam, concubueritque cum ea, 17 donatione donabit eam, [eritque] ei vxor. Quod ſi pater puellæ renuerit ei dare illam 18 argentum dependet iuxta donationem virginum. 19 Malefica mulier ne viuat. Quicunque cum iumento concumbit, morte multetur. Qui ſacrificat dijs, præterquam Domino ſoli, excindatur. 20 Aduenæ ne vim inferas, neque opprimas eum: nam & vos aduenæ fuiſtis in terra AEgypti. Nullam viduam nec pupillum affligetis: 21 Si vero omnino affligere eos pergatis, 22 indubie ad me clamabunt, & ego certiſſime exaudiam eos, Et excandeſcet 23 naſus meus, atque interficiam vos gladio, & erunt vxores veſtræ viduæ, & filij veſtri orbi. Si mutuo dederis pecuniam populo meo pauperi, 24 [nempe] qui tecum eſt, non eris ei tamquam exactor, neque inferes ei 25 morſum. Si in pignus acceperis veſtimentum proximi tui, 26 ſub occaſum ſolis illud ei reſtitues: hoc enim eſt tegumentum eius vnicum, hoc eſt veſtimentum eius 27 quo cutem ſuam [contegat,] in quo dormit: fiet autē ſi ad me clamauerit, vt ego eum exaudiam, quoniam miſericors ſum. 28 Dijs non maledices, & principem in populo tuo ne execreris. 29 Plenitudinem tuam & lachrymam tuam ne differas. Primogenitum filiorum tuorum mihi dabis. 30 Sic quoque facies cum boue tuo, & cum ouibus tuis: ſeptem diebus erit cum matre ſua, octauo die mihi ipſum dabis. 31 Et eritis mihi ſancti homines: neque comedetis carnem 32 lacerati in campo, ſed cani projcietis ipſam.*

13 ſi furto ablatum fuerit, reſtituet damnum domino. ¶ Si
comeſtum à beſtia, deferat ad eum quod occiſum eſt,
14 & non reſtituet. ¶ Qui à proximo ſuo quicquid ho-
rum " mutuo poſtulauerit, & debilitatum aut mortuum
fuerit domino non præſente, reddere compelletur.
15 ¶ Quod ſi impræſentiarum dominus fuerit, non re-
ſtituet, maximè ſi conductum venerat pro mercede
16 operis ſui. ¶ Si ſeduxerit quis virginem necdum de-
ſponſatam, dormieritque cum ea: dotabit eam, & habe-
17 bit eam vxorem. ¶ Si pater virginis dare noluerit, red
det pecuniam iuxta modum dotis quam virgines acci-
18 pere conſueuerunt. ¶ Maleficos non patieris viuere.
19 ¶ Qui coierit cum iumento, morte moriatur. ¶ Qui
20 immolat dijs, occidetur, præterquam Domino ſoli.
21 ¶ Aduenam non contriſtabis, neque affliges eum: ad-
22 uenæ enim & ipſi fuiſtis in Terra-AEgypti. ¶ Viduæ
23 & pupillo non nocebitis. ¶ Si læſeritis eos, vocifera-
24 buntur ad me, & ego audiam clamorem eorum: ¶ Et
indignabitur furor meus, percutiamque vos gladio, &
25 erunt vxores veſtræ viduæ, & filij veſtri pupilli. ¶ Si
pecuniam mutuam dederis populo meo pauperi qui ha-
bitat tecum, non vrgebis eum quaſi exactor, nec vſu-
26 ris opprimes. ¶ Si pignus à proximo tuo accepe-
27 ris veſtimentum, ante ſolis occaſum " reddes ei. ¶ Ip-
ſum enim, eſt ſolum quo operitur, indumentum car-
nis eius, nec habet aliud in quo dormiat: ſi clamauerit
28 ad me, exaudiam eum, quia miſericors ſum. ¶ Dijs
non detrahes, & principi populi tui non maledices.
29 ¶ Decimas & primitias tuas non tardabis reddere.
30 Primogenitum filiorum tuorum dabis mihi. ¶ De
bobus quoque, & ouibus ſimiliter facies: ſeptem
diebus ſit cum matre ſua, die octaua reddes illum
31 mihi. ¶ Viri ſancti eritis mihi: carnem quæ à be-
ſtijs fuerit prægustata, non comedetis, ſed projcie-
tis canibus.

Gen.31.f.
Cōmodatū aut locatum.
" mutuum.
Stuprata virgo. deut.22.d.
Malefici.
Coiens cū iumento.
Idololatra. leuit.19.g.
Aduena.
D Vidua & pupillus. zac.7.c.
Pecunia mutuo data.
Pignora quādo reddēda.
" redde
Magiſtratus & principes. act. 23.a.
Primitiæ.
Primogenita. leui.22.b.
Ezech.44.g.
Caro à beſtijs laniata.

## SCHOLIA IN CAP. XXII.

1 Vel, in ſuffoſsione, ideſt, Si fur ſuffodiens domum, deprehenſus &c. 2 Heb. non ſunt illi ſanguines, ideſt, non fundetur ſanguis percuſſoris propter occiſum à ſe furem, non interficietur. 3 ideſt, Si fur interdiu conetur domum effringere. 4 ſanguines ſunt illi: reddendo reddet, ideſt, percuſſor occidetur, fur autē reddet quod furto abſtulerit. Hebraiſmus. q. d. furem diurnum nō licet occidere. 5 deduxerit iumenta ſua in agrum, &c. 6 & miſerit iumentū ſuum & depauerit (ſub. iumentū) agrum alterius: 7 vel argentum. Nomine argenti omnia argentea & aurea intellige: vt & nomine vaſis, omnem ſupellectilem. 8 ideſt, ad iudices. hoc eſt, vocabitur in ius. 9 an non miſerit. Subaudiendū aliquid, cuiuſmodi, Vt ſciatur annon ipſe dominus domus furatus fuerit. Illud enim ſignificat mittere manum in rem proximi. 10 Heb. De omni negotio tranſgreſsionis, nempe de boue, de aſino, de oue, de veſte, & omni re quę perierit, qua quis dixerit quod hoc ſit. Omne negotium trāſgreſsionis vocat quodcunque crimen, ſiue rem omnē controuerſam. Quòd hoc ſit, ideſt, quod ea res ſit quæ perdita eſt. Alij vertunt pro, quod hoc ſit, quia ipſe eſt. hoc eſt, ſi dixerit teſtis eum eſſe reum, poteritque id probare coram iudicibus, dabit reus duplum. quaſi dicat, quando erit controuerſia inter duos de aliqua re, ita vt ſibi vterque eam rem aſſerat, quem cōdemnauerint iudices, reddet quadruplum. 11 Iuſiurandum Domini erit inter vtrūque, annō &c. ideſt, Iurabit vterque per Dominum &c. an non furto abſtulerit rem proximi ſui. 12 ideſt, dominus rei ſuſcipiet iuramentum à proximo cui commendauerat eam rem, & ſi ille iurauerit ſe non contrectaſſe rem ipſius, non tenebitur reſtituere qui ita iurarit. 13 afferet illud in teſtem, & dilaniatum non reſtituet. Illud, hoc eſt partem animalis quæ teſtari poſsit alteram partem fuiſſe dilaniatam. Chaldæus paraph. Afferat quod dilaniatum eſt in teſtimonium. Alij vertunt, Adducat ille teſtem. 14 Cumque quis à proximo ſuo (quid) mutuatus fuerit. Equum ſcilicet aut bouem, & id genus. 15 ſi conductum fuerit veniens pro mercede ſua. Hebraiſmus eſt, ideſt, ſi pecunia conduxerit eum. Satis fuerat dixiſſe conductum fuerit: verum amplius expoſuit, quum addidit, Veniens pro mercede ſua, hoc eſt, quod animal habetur data mercede. 16 ſeduxerit 17 Heb. dote dotabit eam ſibi in vxorem, ideſt, aſsignata dote accipiet eā ſibi in vxorem. 18 vel, ſummam pecuniæ appendet iuxta modum dotis quæ virginibus dari ſolet. 19 Heb. Maleficam ne viuifices, ideſt, ne ſinas viuere. Hęc lex intelligitur etiam de malefico: vtitur tamē fœminino genere quod fœminę ad id vitiū proniores ſint. 20 vel, Aduenam ne decipias, neque expiles eum. Vel, ne contriſtaueris neque denudaueris. i. ne priuaueris bonis. 21 Si affligendo afflixeritis eum. Reticentia eſt, ſubaudiendum autem, Poſtea te affligam. E V M pro E O S poſuit, ſingulare pro plurali. 22 nam ſi vociferando vociferatus fuerit ad me, ego audiēdo audiā clamorē eius. Singulare pro plurali, ſi vociferati fuerint. q. d. non auertā aures meas à clamore eorū. 23 furor meus. Hebraiſmus, pro, Iraſcar valde. 24. i. pauperi tecū habitanti. 25. i. fœnus. q. d. nō impones illi vſurā tāquam fœnerator, nihil ab eo pręter ſortē exiges. 26 vel, antequā occiderit ſol 27 Heb. cuti ipſius. i. quo corpus ſuum cōtegit. 28 .i. Iudicibus, & legē docētibus. 29 Muſtū tuū, & lacrymā tuā nō tardabis offerre. i. Primitias muſti & olei tui, primo quoq; tēpore offeres. Muſtū dicitur Hebraice M E L E A, quod magna copia è torcularibus defluere ſoleat. Oleū autē vocauit lachrymā, quod guttatim defluat cū fit in lacu. Quidā Hebręorū M E L E A, exponūt abūdātiā frugū: quaſi dicat Moſes, Cū implete fuerint ſiue ad maturitatē peruenerint fruges tuę, dabis primitias: deīde quū collectę fuerint intra domū, dabis quoq; lachrymā. i. vinū & oleū in vindemia quę meſſem ſequitur. 30 .i. Dabis etiam mihi primogenitū ex bobus & ouibus. 31 .q. d. Date operā vt ex fidei ſanctimonia & puritate cordis placeatis mihi. 32 vel, quę in agro lacerata fuerit. Sub. à beſtijs. i. abſtinete à carnibus ferarum interfectarum ab alijs beſtijs,





## CAP. XXIII.

NOn ſuſcipies vocem mendacij: nec iunges ma- 1
num tuam vt pro impio dicas falſum teſtimo-
nium. ¶ Non ſequêris turbam ad faciendum ma- 2
lum: nec in iudicio, plurimorum acquieſces ſententiæ, vt
à vero deuies. ¶ Pauperis quoque non miſereberis in " iudi 3
cio. ¶ Si occurreris boui inimici tui, aut aſino erranti, re- 4
duc ad eum. ¶ Si videris aſinum odiētis te iacêre ſub one- 5
re, non pertranſibis, ſed ſubleuabis cum eo. ¶ Non decli- 6
nabis in " iudicium pauperis. ¶ Mendacium fugies, Inſon- 7
tem & iuſtum non occides: quia auerſor impium. ¶ Nec 8
accipies munera, quæ etiam excæcant prudentes, & ſub-
uertunt verba iuſtorum. ¶ Peregrino moleſtus non eris. 9
ſcitis enim aduenarum animas: quia & ipſi peregrini fui-
ſtis in Terra-AEgypti. ¶ Sex annis ſeminabis terram tuā, 10
& cōgregabis fruges eius. ¶ Anno autem ſeptimo dimittes 11
eam, & requieſcere facies, vt comedant pauperes populi
tui: & quicquid reliquum fuerit, edant beſtiæ agri. ita fa-
cies in vinea, & in oliueto tuo. ¶ Sex diebus operaberis: ſe 12
ptimo die ceſſabis, vt requieſcat bos & aſinus tuus, & re-
frigeretur filius ancillæ tuæ, & aduena. ¶ Omnia quæ dixi 13
vobis cuſtodite: & per nomen externorum deorum non
iurabitis, neque audietur ex ore veſtro. ¶ Tribus vicibus 14
per ſingulos annos mihi feſta celebrabitis. ¶ Solennita- 15
tem quoque azymorum cuſtodies: ſeptem diebus " come-
detis azyma, ſicut præcepi tibi, tempore menſis nouo-
rum, quando egreſſus es de AEgypto: non apparebis in
conſpectu meo vacuus. ¶ Et ſolennitatem meſsis primiti- 16
uorum operis tui, quæcunque ſeminaueris in agro: ſolen-
nitatem quoque in exitu anni, quando congregaueris om
nes fruges tuas de agro. ¶ Ter in anno apparebit omne 17
maſculinum tuum coram Domino Deo " tuo. ¶ Non im- 18
molabis ſuper fermento ſanguinem victimæ " tuæ, nec re-
manebit adeps ſolennitatis meæ vſque mane. ¶ Primitias 19
frugum terræ tuæ deferes in domum Domini Dei tui.
Nō coques hœdum in lacte matris ſuæ. ¶ Ecce ego " mit- 20
tam angelum " meum, qui præcedat te, & cuſtodiat in via,
& introducat in locum quem præparaui. ¶ Obſerua eum, 21
& audi vocem eius, nec contemnendum putes: (quia non
dimittet cum " peccaueris,) & eſt nomen meum in illo.
¶ Quòd ſi audieris vocem eius, & feceris omnia quæ lo- 22
quor, inimicus ero inimicis tuis, & affligam affligentes te.
¶ Præcedetq; te angelus meus, & introducet te ad Amor- 23
rhæum, & Hethæum, & Pherezęum, Chananæumque &
Heuæum, & Iebuſæum, quos ego conteram. ¶ Non ado- 24
rabis deos eorum, nec coles eos: non facies opera eorum,
ſed deſtrues eos, & confringes ſtatuas eorum. ¶ Seruietiſ- 25
que Domino Deo veſtro, vt benedicam panibus tuis &
aquis, & auferam infirmitatem de medio tui. ¶ Non erit 26
infœcunda, nec ſterilis in terra tua: numerum dierū tuo-
rum implebo. ¶ Terrorē meū mittam in præcurſum tuū, 27
& occidam omnem populum ad quē ingrediêris: cuncto-
rumque inimicorum tuorum coram te terga vertam:
¶ emittēs crabrones prius, qui fugabunt Heuæum, & Cha 28
nanæum & Hethæum, antequam introeas. ¶ Nō eijciam 29
eos à facie tua anno vno: ne terra in ſolitudinem rediga-
tur, & creſcant contra te beſtiæ. ¶ Paulatim expellam eos 30
de conſpectu tuo, donec augearis, & poſsideas Terram.
¶ Ponam autem terminos tuos à Mari-rubro vſq; ad Ma- 31
re-Palęſthinorum, & à deſerto vſque ad Fluuium: tradam
in manibus veſtris habitatores Terræ, & eijciam eos de cō
ſpectu veſtro. ¶ Non inibis cum eis fœdus, nec cum dijs 32
eorum. ¶ Non habitent in terra tua, ne forte peccare te fa 33
ciant in me, ſi ſeruieris dijs eorum: quod tibi certe erit in
ſcandalum.

Mendacium.
Iudex æquus.
Pauper.
" negotio.
Inimici. deut.22.a.
Pauper.
" iudicio
Innocens.
Danie.13.f. B
Munera. Deut. 16.d. eccl.20.d.
Peregrini. Geneſ.46.a.
Sabbathum terræ.
Sabbathum C ſeptimi diei.
Dij externi.
Paſcha.
" comedes
Sup.13.a.
Inf.34.c. deute. 16.d. eccl.35.a.
Pentecoſte. D
Tabernacula in Septembri.
Sanguis.
" meæ,
Primitiæ. deute. 14.c. Inf.34.c.
" mitto
Angelus deducens populum Iſrael.
" peccaueritis, E
Infr.33.a. Ioſue. 24.c. deut.7.e.
Dij alieni non adorandi.
Seruire Deo.
Benedictio.
Infirmitas. F
Sterilis. deut. 7.c.
Paulatim expulſi Chananæi.
G
Deut.7.a.
Inf.34.b.

## CAP. XXIII.

*NE recipias rumorem vanum, 2 neque paciſcaris cum impio, vt ſis teſtis iniquus. 3 Ne ſequaris multos ad maleſaciendum, 4 neque reſpondeas in iudicio, declinando poſt multos, vt peruerſum quid cōmittas. 5 Ne ornes pauperem in cauſa ſua. Si occurreris boui inimici tui, aut aſino eius erranti, mox reduces eum illi. Si videris aſinum eius qui te odit ſuccumbentem ſub onere ſuo 6 nū ceſſabis, [&] derelinques eum? num deſeriū deſeres? Ne flectas iudicium 7 pauperis tui in cauſa ſua. 8 A verbo mendaci longiſsime abſis. Innocentem & 9 iuſtum ne occidas: 10 nec enim impium iuſtum cenſebo. Munus ne recipias: quoniam munus excæcat 11 oculatos, & peruertit 12 verba iuſtorum. Aduenam ne premas: 13 vos enim nouiſtis animus aduenarum [qualiter affectus ſit,] quādoquidem aduenæ fuiſtis in terra AEgypti. Sex annis ſeminabis terram tuam, & colliges prouentum eius. In ſeptimo verò 14 relinques eam, atque deſeres eam, vt comedant pauperes populi tui, & de reſiduo eorum comedent beſtiæ agri. ſic quoque facies vineto tuo, & olíueto tuo. Sex diebus facies opera tua, ſeptimo autem die quieſces, vt quieſcat bos tuus, & aſinus tuus, & 15 reſpiret filius ancillæ tuæ, & peregrinus. 16 Omnia quæcunque dixi vobis, ſeruate, & 17 nominis aliorum deorum ne mentionem quidem feceritis, ne audiatur ex ore tuo. Ter in anno celebrabitis mihi dies feſtos. Solennem diem azymorum ſeruabis: ſeptem diebus comedes placentas infermentatas, quemadmodum præcepi tibi, ſtato ſcilicet tempore menſis 18 Abib: 19 quoniam eodem egreſſus es ex AEgypto. 20 coram me nemo appareat vacuus. Et 21 [ſeruabis etiam] diem feſtum meſsis præcocium fructuum operis tui, quos ſeminaſti in agro: & diē feſtum collectionis, quæ fit 22 in exitu anni, quum opera tua ex agro collegeris. Omnis mas tuus ter in anno appareat in cōſpectu 23 Domini Dei. 24 Non mactabis ſanguinem ſacrificij mei cum fermento, neque pernoctabit adeps 25 celebritatis meæ vſque mane. Principium primitiuorum fructuū telluris tuæ 26 inferes in domum Domini Dei tui. Ne coquas hœdum 27 in lacte matris ſuæ. Ecce ego 28 mitto angelū ante faciem tuam, vt cuſtodiat te in via, & introducat te ad locum quem preparaui. 29 Obſeruans ſis illius, audique vocem eius, ne ſis illi rebellis: (30 neque enim [impune] feret preuaricationes veſtras) quoniam nomen meum 31 eſt in eo. 32 Si verò diligenter audieris vocem eius, & feceris omnia quæ loquar, hoſtis ero hoſtibus tuis, & affligentes te affligam. Nam præcedet te angelus meus, & introducet te ad Amorræū, Hithæum, Pheriſæum, Chananæum, Hiuæum atque Iebuſæū, illos autem excindam. Ne adores illorum deos, neque colas illos, neque facias iuxta opera illorum, ſed funditus diruas eos, & ſtatuas eorum minutim confringas. Et ſeruietis Domino Deo veſtro, 33 qui cibum tuum & aquas tuas fortunabit, & auferam à te morbos. Non erit in terra tua abortiēs aut ſterile [quidpiam,] 34 numerum dierum tuorum implebo. 35 Terrorem meum mittam ante te, & 36 tumultuari faciā omnes populos ad quos tu venies, 37 efficiamque vt cuncti hoſtes tui terga vertant coram te. Mittam quoque ante te 38 crabrones, qui Hiuæum, Chananæum & Hithæum ante te expellant. Nec tamen vno anno eijciam eum ante te, ne forte terra vaſta fiat, & beſtiæ agreſtes contra te multiplicentur. Paulatim eijciam eum ante te, donec creſcas, & hæreditate capias terram. Terminum tuum ponam à mari 39 carectoſo, vſque ad mare Paleſtinorum, & à deſerto vſque ad 40 Fluuium: nam tradam habitatores terræ in manus veſtras, & tu expelles eos ante te. Ne ferias cum eis & cum dijs eorum fœdus: nec habitent in terra tua, ne forte peccare te faciant contra me: 41 ſi enim colueris deos eorum, tibi offendiculo erit.*

### SCHOLIA IN CAP. XXIII.

1 Vel, Ne aſſumas rumorem falſum, ideſt, Ne ſis author falſi rumoris contra proximum tuum; aut fingas in corde tuo, vnde illius fama lædi poſsit. vel, Ne admiſeris rumorem falſum. 2 nec ponas manum tuam cum impio vt, &c. ideſt, non adiuuabis cauſam improbi falſo tuo teſtimonio. 3 Heb. non eris poſt multos, ideſt, Non ſequêris multitudinem, ſiue maiorem partem ad malefaciendum. 4 nec loquaris in lite, vt declines poſt multos ad peruertendum, ideſt, in lite, ne ſequaris plurium ſentẽtiam vt peruertas iudicium. Si plures in iudicio condemnauerint innocẽtem, tu ſequere pauciores qui illum ſaluare conantur, & ne inclines in iudicium cum multis. 5 vel, Pauperem ne honora in lite ſua, id eſt, Ne habeas reſpectum perſonæ in iudicio. Licet multo fauore Deus vbique proſequatur pauperes, & nolit opprimi: non vult tamen reſpectu paupertatis iudicium corrumpi. multo minus diuitũ reſpectu violari debet iuſtitia in iudicio. 6 vel, deſines derelinquere illum, auxiliando auxiliaberis cum eo, ideſt, cauebis dimittere eum: exonerando exonerabis cum eo. hoc eſt, cauebis deſerere aſinum cum onere, verum detrahes ei onus illud cum inimico tuo. Chaldæus paraphraſtes, Quando videris aſinum odientis te iacentem ſub onere ſuo, & deſieris adiuuare eum: dimittens dimittes odium quod erat in corde tuo aduerſus eum, & ſubleuabis ipſum cum eo. Verti etiam poſſet, deſines auxiliari illi? auxiliando auxiliaberis (ſub. aſino) cum illo. Quidam Hebræorum vertunt, cauebis ne deſeras illi ſoli onus ſubleuandum: verùm ſubleuãdo ſubleuabis cum illo, vt animal facilius ſe erigat in pedes. 7 Id eſt, pauperum qui ſunt apud te. Hoc eſt, Neque pauperi fauendum eſt, neque auerſandus eſt in iudicio. q.d. Non habendus reſpectus perſonarum in iudicio. 8 vel, A ſermone falſo recedes, ideſt, à iudicio falſo. hîc enim videtur alloqui iudicem. 9 vel, iuſtificatum, ideſt, abſolutum ſuffragijs aliorum. 10 Heb. non enim iuſtificabo impium, ideſt, non ſinam eum iudicem inultum qui innocentẽ morti adiudicarit. 11 videntes, ideſt, ſapientes & prudentes, ſiue qui videntur eſſe ſapientes. 12 ideſt, negotia & cauſam iuſtorũ. 13 Heb. ſcitis enim aduenarum animas. Id eſt, noſtis animũ aduenæ, ſcitis quales ſint peregrinorum affectus: ſatis eſt id pœnarũ, quod peregrini ſunt, ne addatis & alias moleſtias. Hebraiſmus. 14 vel, liberam dimittes, ideſt, non coles, neque ſeminabis eam, ſed deſeres: & quæ ſponte naſcentur, non cõgregabis, ſed dimittes pauperibus & beſtijs terræ. 15 vel, refrigeretur. ſiue, recreetur. 16 In omnibus quæ dixi vobis, cauti eſtote. Hebraiſmus eſt, pro, Magna diligentia obſeruate quæ dixi. 17 q.d. Non tantum nõ coletis deos alienos, ſed ne vllam quidem eorum mentionem facietis. 18 Vox hæc Hebræa, ſignificat maturitatem frugum: quæ in Martio apud Ieroſolymitanos & AEgyptios contingere ſolet: hoc eſt, circa æquinoctium Vernũ: ſicut collectio aliorum fructuũ, in fine anni, hoc eſt circa æquinoctium Autumnale, fieri ſolet. Incipiunt enim Hebræi annum ſuum circa æquinoctium Autumnale: licet in Sacris ab æquinoctio Verno illum iubeãtur auſpicari. Proinde feſtum meſsis, eſt feſtum Pentecoſtes: & feſtum collectionis, feſtum Tabernaculorum. & in his feſtis Deus noluit vt vacui venirent ante conſpectum ſuum. 19 Hebraiſmus eſt, pro, in memoriam egreſsionis veſtræ ex AEgypto celebrabitis feſtum iſtud. in eoque feſto filij Iſrael non apparebunt coram me vacui & ſine muneribus. 20 Heb. neque videbuntur facies meæ inanes, ideſt, filij Iſrael non apparebunt coram arca fœderis, ſuper quam me illis præſentem exhibeo, ſine muneribus, quibus teſtentur gratitudinem animi ſui erga me. 21 Id eſt, celebrabis feſtum in quo offeres Deo primitias frugũ quas terra à te culta reddiderit. 22 quũ ſcilicet ſol egreditur Libram. 23 Dominatoris Domini, ideſt, Ter in anno mares omnes venient ad eum locũ vbi ego mei cultum inſtituero, nempe in Ieruſalem: offerentq́ue ibi munera mihi. 24 Id eſt, antequam immoles victimam paſchalem, remouebis fermentatum de domo tua. 25 victimæ meæ. Id eſt, hoſtiarũ quæ mihi occiduntur. 26 Id eſt, offeres Domino Deo tuo. 27 Id eſt, quandiu ſugit lac. Hoc eſt, Ne offeras mihi hœdum poſtea coquendum miniſterio ſacerdotum, ne offeras inquam eum dum lac matris ſugit. Alij vertunt, cum matre lactante. q.d. Satis tibi ſit comedere hœdum, abſtineas à matre: hoc enim præ ſe fert crudelitatem quandam. Sic præcepit, pullos auium comprehendere in nido, dimiſſa matre. Deut. 32. a. 28 Præſens tempus pro futuro, mittã, ſiue præmittam. 29 Caue à conſpectu illius. Id eſt, Caue tibi ab eo. Vel, Caue ne coram eo aliquid iniquum deſignes. 30 non parcet iniquitati veſtræ. Vel, tranſgreſsioni veſtræ. 31 eſt in medio illius. Iſtud debet referri ad præcedentia, Obſerua eum. q.d. Caue tibi ab eo: quia angelus eſt legatus meus: & quæ dicet, nomine meo dicet. 32 Nam ſi audiendo audieris. 33 & benedicet pani tuo & aquis tuis. Mutatio perſonæ more Hebrẹorum, pro, & benedicam, ideſt, dabo tibi cibum & potum in magna abundantia. 34 Heb. eſt, faciam, inquit, vt vos viuatis vſque ad extremam ſenectam ſine ægritudine. 35 .i. Terrebo omnes te adueniente. 36 vel, frangam animos totius populi, ad quem, &c. 37 Heb. daboq́; omnes inimicos tuos tibi ceruicem. i. conuertam eos in fugã corã te. 38 Heb. crabronem. Singulare pro plurali, crabrones, vel veſpas. 39 Heb. Suph. i. à Mari rubro. 40 ſub. Euphraten, qui ab Oriente terminus eſt terræ promiſsionis, vt mare Mediterraneũ ab Occidente. 41 quando colueris ſimulachra eorum: nam id eſſet tibi in laqueum. vel, offendiculũ. i. id poſſet eſſe in cauſa quod peccares in me, ſi ſineres eos habitare in regione tua.

### CAP. XXIIII.

*AD Moſen quoque dixit, 1 Aſcende ad Dominum tu & Aharon, Nadab & Abihu, & ſeptuaginta ex ſenioribus Iſrael, & adorabitis procul. 2 Moſes verò ſolus penetrabit ad Dominum, ipſi verò non accedant, nec populus aſcendat cum eo. Venit itaque Moſes, & narrauit populo omnia verba Domini, & omnia iudicia: reſponditque cunctus populus vna voce, & dixerunt, Omnia verba quæ locutus eſt Dominus, faciemus. Et ſcripſit Moſes omnia verba Domini, ſurgenſque mane extruxit aram 3 infra ad montem, & duodecim 4 columnas ſecundum duodecim tribus Iſrael. Miſitque iuuenes filiorum Iſrael, qui 5 adduxerunt holocauſta, & ſacrificarunt victimas 6 ſalutares Domino, nempe boues. Et Moſes accepto dimidio ſanguinis, fudit in crateres, dimidium vero ſanguinis ſparſit ſuper aram. Et accepto libro fœderis, legit 7 audiente populo: qui dixerunt, Cuncta quæ locutus eſt Dominus, faciemus, & obtemperabimus. Tulit quoque Moſes ſanguinem, & ſparſit ſuper populum hiſce verbis, En 8 ſanguis fœderis quod pepigit Dominus vobiſcum ſuper cunctis hiſce ſermonibus. 9 Aſcenditque Moſes, Aharon, Nadab & Abihu, & ſeptuaginta ex ſenioribus Iſrael. Et viderunt Deum Iſraelis, eratque ſub pedibus eius quaſi opus quoddam 10 lapideum ſapphirinum, & quaſi 11 ipſum cælum clarũ. 12 Selectis autem ex filijs Iſrael*

### CAP. XXIIII.

1 MOyſi quoque dixit, Aſcende ad Dominum tu
& Aaron, Nadab & Abiu, & ſeptuaginta ſenes
2 ʼex Iſrael, & adorabitis procul. ♀ Soluſq; Moy
ſes aſcendet ad Dominum, & illi non appropinquabunt:
3 nec populus aſcendet cũ eo. ♀ Venit ergo Moyſes, & nar-
rauit plebi omnia verba Domini, atq; iudicia: reſpondítq;
omnis populus vna voce, Omnia verba Domini, quæ lo-
4 cutus eſt, faciemus. ♀ Scripſit autem Moyſes vniuerſos ſer
mones Domini: & mane conſurgens ędificauit altareʼDo
mino ad radices montis, & duodecim titulos per duode-
5 cim tribus Iſrael. ♀ Miſitque iuuenes de filijs Iſrael, & ob-
tulerunt holocauſta, immolaueruntque victimas pacifi-
6 cas Domino, vitulosʼduodecim. ♀ Tulit itaque Moyſes
dimidiam partem ſanguinis, & miſit in crateras: partem
7 autem reſiduam fudit ſuper altare. ♀ Aſſumenſque vo-
lumen fœderis, legit audiente populo: qui dixerunt,
Omnia quæ locutus eſt Dominus faciemus, & erimus
8 obedientes. ♀ Ille verò, ſumptum ſanguinem reſper-
ſit in populum, & ait, Hic eſt ſanguis fœderis quod
pepigit Dominus vobiſcum ſuper cunctis ſermonibus
9 his. ♀ Aſcenderuntq́ue Moyſes & Aaron, Nadab &
10 Abiu, & ſeptuaginta de ſenioribus Iſrael: ♀ & vi-
derunt Deum Iſrael: * ſub pedibus eius quaſi opus la-
pidis ſapphirini, & quaſi cælum cum ſerenum eſt.
11 ♀ Nec ſuper eos qui procul receſſerant de filijs Iſrael,

Moyſes iubetur rurſum ſcandere montem.

Scribit Moyſes verba Dei in vnum volumen, eaq́; populo legit.

B

Sanguis fœderis. heb. 9. e.

C

*&

mi-



miſit manum ſuam: videruntq́ue Deum, & comederunt,
ac biberunt. ♀ Dixit autem Dominus ad Moyſen, Aſcen- 12
de ad me in montem, & eſto ibi: daboq́ue tibiʼduas tabu-
las lapideas, & legem, ac mandata quæ ſcripſi, vt doceas
ʺfilios Iſrael. ♀ Surrexerunt Moyſes, & Ioſue miniſter 13
eius: aſcendenſque Moyſes in montem Dei, ♀ ſeniori- 14
bus ait, Expectate hîc donec reuertamur ad vos. habetis
Aaron, & Hur vobiſcum: ſiquid natum fuerit quæſtionis,
referetis ad eos. ♀ Cumq́ue aſcendiſſet Moyſes, ope- 15
ruit nubes montem, ♀ & habitauit gloria Domini ſuper 16
Sinai, tegens illum nube ſex diebus: ſeptimo autem die vo
cauit eumʼDominus de medio caliginis. ♀ Erat autem 17
ſpecies glorię Domini, quaſi ignis ardens ſuper verticem
montis in conſpectu filiorum Iſrael. ♀ Ingreſſuſq́; Moy- 18
ſes medium nebulæ, aſcendit in montem: & fuit ibi qua-
draginta diebus, & quadraginta noctibus.

Moyſes cũ Deo ĩ nube, 40 diebus & 40 noctibus.

ʺeos.

Seniores Iſrael in radice montis iudicantes populum.

D

Inf. 34. d. Deut. 9. b. c.

*non intulit manum ſuam: 13 etiamſi viderent Deum, & comederunt atque biberunt. Et ait Dominus ad Moſen, Aſcende ad me in montem, & eſto ibi, 14 daboque tibi tabulas lapideas, & legem atque præcepta, quæ ſcripſi 15 vt eos dirigãt. Et ſurgens Moſes & miniſter eius Iehoſua, aſcendit Moſes in montem Dei. Dixitque ad ſeniores, 16 Expectate nos hic, quouſque ad vos reuertamur: ecce Aharon & Hur vobiſcum ſunt, 17 qui habuerit cauſas, accedat eos. Aſcenditque Moſes montem, & nubes montem obtexit. Habitauit autem 18 gloria Domini ſuper montem Sinai, & obtexit eum nubes ſex diebus, vocauitque Moſen die ſeptimo 19 de medio nubis. Et aſpectus gloriæ Domini, quaſi ignis 20 lambens in vertice montis 21 in oculis filiorum Iſrael. Et ingreſſus eſt Moſes 22 in ipſam nubem, aſcenditque montem: & fuit Moſes in monte quadraginta diebus, & quadraginta noctibus.*

### SCHOLIA IN CAP. XXIIII.

1 Hebraiſmus eſt, pro, Aſcende ad me. Antecedens pro relatiuo. 2 Et acceſsit propius ſolus Moſes ad Dominum: illi verò non acceſſerunt propius, neque populus aſcendit cum illo. Subaudi. Moſe. 3 ad radicem montis. 4 vel, ſtatuas. aut, titulos, id eſt, ſtationes. 5 obtulerunt. 6 vel pacificas. 7 Hebr. in auribus populi. 8 Hic ſanguis, typus erat ſanguinis Chriſti: cuius ſanguinis effuſio confirmatura erat omnes Dei promiſsiones. 9 Iam vero aſcenderat. 10 vel, lateris. aut, menſulæ ſapphirinæ. Alij vertunt, ſicut opus menſæ ſapphirinæ. id eſt ex ſapphiro lato & complanato in modum lateris & menſæ. 11 ſubſtantia (vel, corpus) cæli in puritate. aut, præ puritate & munditia. Non poteſt ſermone humano exprimi thronus ille Dei. 12 Ad principes autem filiorum Iſrael non miſit manum ſuam. Id eſt, Deus non læſit principes Iſrael, qui illum viderant. biberunt enim & comederunt poſtea: quod argumentum fuit, illos non fuiſſe à Deo occiſos, quũ tamen ſcriptum ſit, Non videbit me homo, & viuet. 13 videruntq́ue Deum, &c. ideſt, qui quum vidiſſent Deum, comederunt & biberunt vt antea, nullo accepto incommodo. Chaldæus paraphra. vertit, Principibus autem filiorum Iſrael nullum incommodum fuit: & viderunt gloriam Dei, & gauiſi ſunt in ſacrificijs ſuis quæ accepta fuerunt quaſi comediſſent & bibiſſent. 14 vel, vt dem tibi tabulas. 15 ad docendum eos. i. vt hæc doceatur populus iſte. Oportet igitur vt populus inſtruatur præceptis à Deo datis. 16 Hebr. Sedete nobis hic. i. Sedentes expectate nos hic. 17 Heb. qui fuerit dominus verborum. i. qui cauſas habuerit loquendi, hoc eſt, qui habuerit lites. 18 .i. Dominus glorioſus. 19 .i. è parte nubis quæ denſiſsima erat. 20 ardens. vel, comburẽs. ſub. omnia. 21 .i. talis apparebat Dominus multitudini, non ipſi Moſi: cui viſus fuerat ſimilis lapidi ſapphirino. 22 Hebr. in medium nubis. Non enim fuit deterritus auguſta illa ſpecie.

### CAP. XXV.

LOcutuſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens, ♀ Lo- 1
quere filijs Iſrael, vt tollant mihi primitias: ab om- 2
ni homine qui offert vltroneus, accipietis eas.
♀ Hæc ſunt autem quæ accipere debetis, Aurum & argẽ 3
tum, & æs, ♀ Hyacinthum & purpuram coccumq́ue bis 4
tinctum, & byſſum, pilos caprarum, ♀ Et pelles arietum 5
rubricatas, pelleſque ianthynas, & ligna ſetim. ♀ Oleum 6
ad luminaria concinnanda, aromata in vnguentum, &
thymiamata boni odoris: ♀ Lapides onychinos, & gẽ- 7
mas ad ornandum ephod, ac rationale. ♀ Facientq́ue mi- 8
hi ſanctuarium, & habitabo in medio eorum: ♀ Iuxta om 9
nem ſimilitudinem tabernaculi quod oſtẽdam tibi, & om
nium vaſorum in cultum eius: ſicq́ue facietis illud, ♀ Ar- 10
cam de lignis ſetim compingite, cuius longitudo habeat
duos & ſemis cubitos, latitudo cubitum & dimidium, alti-
tudo cubitum ſimiliter ac ſemiſſem. ♀ Et deaurabis eam 11
B auro mundiſsimo intus & foris: facieſq́ue ſuprà, coronam
auream per circuitum: ♀ Et quatuor circulos aureos, quos 12
pones per quatuor arcæ angulos: duo circuli ſint in latere
vno, & duo in altero. ♀ Facies quoque vectes de lignis ſe- 13
tim, & operies eos auro. ♀ Induceſq́; per circulos qui ſunt 14
in arcæ lateribus, vt portetur in eis: ♀ qui ſemper erunt in 15
circulis, nec vnquam extrahentur ab eis. ♀ Poneſque in ar 16
ca teſtificationem quam dabo tibi. ♀ Facies & propitiato- 17
rium de auro mundiſsimo: duos cubitos & dimidium te-
nebit longitudo eius, & cubitum ac ſemiſſem latitudo.
♀ Duos quoque cherûbim aureos, & productiles facies, 18
ex vtraque parte oraculi: ♀ cherub vnus ſit in latere vno, 19
& alter in altero: ♀ vtrunque latus propitiatorij tegãt. Ex- 20
pandentes alas, & operientes oraculum, reſpiciantq́ue ſe
mutuo verſis vultibus in propitiatorium Quo operienda
eſt arca, ♀ In qua pones teſtimonium quod dabo tibi. 21
C ♀ Inde præcipiam, & loquar ad te ſupra propitia- 22
torium, ac de medio duorum cherûbim, qui erunt

Dona voluntaria exigit Deus à populo inſtructuram tabernaculi. Inf. 35. a.

Heb. 9. a.

Arca.

Propitiatoriũ.

Cherûbim.

### CAP. XXV.

*LOquutuſque eſt Dominus ad Moſen huiuſmodi verba, Loquere ad filios Iſrael, vt accipiant mihi 1 thruma: ab omni viro 2 qui cor ſuum ex munificentia [ad hanc rẽ] appulerit, accipietis mihi thruma. Hæc autem ſit thruma, quã accipietis ab eis, aurum, argentum & æs, 3 Hyacinthinũ [ſericum,] purpureum, coccinum bis tinctum, byſſum, & [pilos] caprarum: Pelles denique arietum rubras, & pelles 4 melium, & ligna 5 ſitim. Oleum ad luminare, 6 odoramenta ad oleũ vnctionis, & aromata ad ſuffitũ. Lapides 7 ſchoham, 8 & lapides qui includãtur ad ephod & ad pectorale. 9 Et faciãt mihi ſanctuariũ, vt habitem inter eos. 10 Iuxta omnia quæ ego oſtẽdo tibi, tã iuxta exẽplar tabernaculi, quã iuxta exemplar cunctorũ vaſorũ eius, ſic facietis. Faciẽt etiã arcã ex lignis ſitim, cuius lõgitudo ſit duorũ cubitorũ & dimidij: latitudo aũt eius cubitũ [habeat] & dimidiũ, & altitudo eius cubitum & dimidiũ. Obduceſq́; eã auro mũdo, intus & foris obduces eã, & facies ſuper eã in circuitu 11 coronã aureã. Fũdes quoq́; ei quatuor circulos aureos, quos ponas in quatuor angulis eius: duo circuli erũt in vno illius latere, & duo circuli in altero illius latere. Et facies vectes ex lignis ſitim, & auro eos obduces. Inſereſque vectes illos in circulos qui ſunt ad latera arcæ, vt illis feratur arca. Erũtq́; vectes in circulis arcæ, nec ab ea tollẽtur. Et in arcã repones 12 teſtimoniũ quod tibi dabo. Et facies 13 propitiatoriũ ex auro mũdo, duorũ cubitorũ & dimidij erit lõgitudo eius, & cubiti ac dimidij latitudo eius. Facies quoq́; duos 14 cherubĩ aureos, 15 ſolidos facies eos, in duabus extremitatibꝰ ꝓpitiatorij: cherub vnũ fac ab extremitate iſta, & cherub alterũ ab extremitate alia: 16 ex ipſo inquã propitiatorio facietis cherubĩ in duabꝰ extremitatibꝰ eius. Eruntq́ue cherubim expãdentes alas ſuperne, tegẽtes alis ſuis ꝓpitiatoriũ, ſeq́; mutuo intueãtur cherubim, faciebus ad propitiatoriũ verſis. Pones autẽ propitiatoriũ ſuperne ſuper arcã, & intra arcã pones teſtimoniũ quod ego dabo tibi. Illic 17 te cõueniã, & colloquãr tecũ è propitiatorio inter duos cherubim, qui ſunt*

*ſuper arcam teſtimonij,de hiſce rebus omnibus quæ tibi mandaturus ſum ad filios Iſrael.Menſam quoque facies de lignis ſitim,duorum cubitorũ erit longitudo eius,latitudo eius vnius cubiti,cubiti & dimidij altitudo eius . Et obduces eam auro mundo,facieſque ei coronam auream per circuitum. 18 Sed & limbo palmario eam circũcludas,& huic limbo addas per ambitum auream coronam.Et fac ei quatuor annulos aureos, & pone annulos illos in quatuor angulos,qui ſunt in quatuor pedibus eius. 19 Sub limbo erũt annuli pro loculis vectium, ad geſtandum menſam . Facies autem vectes ipſos ex lignis ſitim,& obduces eos auro,vt illis menſa geſtetur. Facies quoque 20 acetabula eius,& 21 cochlearia eius, 22 dimidiatas fiſtulas eius,& inſtrumenta quibus purgatur,quibuſq; funditur:hæc[inquam]facies ex auro mundo.Et pones ſuper menſam 23 panes facierum coram me iugiter.Facies & candelabrum ex auro mundo, 24 ductile fiat candelabrum,25 ſcapus eius,calami eius, 26 calices eius,ſphærulæ eius,& flores eius 27 ex ipſo fiant.Et ſex calami prodibunt de lateribus eius,tres calami candelabri ex vno latere eius,& tres calami ex altero latere eius.Tres calices 28 in formam amygdali facti in calamo vno, cũ ſphærula & flore:& tres calices amygdali formam habentes in altero calamo cum ſphærula & flore: 29 ſic ſex calamis qui ex candelabro prodeunt. 30 In ipſo autem candelabro quatuor ſint calices amygdali formam habentes cum ſphærulis & floribus ſuis. 31 Eritque [ſemper]ſub duobus[quibuſque]calamis,quæ ex ipſo[candelabro]prodeũt,ſphærula vna:ſunt autem calamorum ſex qui ex cãdelabro prodeunt.Sphærulæ eorum & calami eorum 32 ex ipſo erunt,totumq; ipſum[opus]vnum erit ſolidum ex auro mundo.Facies quoque lampades eius ſeptem,& collocabis lampades eius in ſublimi, 33 vt illuminet[quæque]è regione.Emunctoria quoque eius,& vaſcula eius[in quibus emũcta excipiuntur,]ex auro mundo[fiant.] 34 Talentum auri mundi faciet illud, cum vniuerſis vaſis iſtis.Et vide vt facias ad exemplar 35 eorum quæ tibi in monte demonſtrata ſunt.*

ſuper arcam teſtimonij,cuncta quæ mandabo per te fi-
23 lijs Iſrael. ¶ Facies & menſam de lignis ſetim , haben- Menſa.
tem duos cubitos longitudinis , & in latitudine cubi-
24 tum , & in altitudine cubitum ac ſemiſſem. ¶ Et
inaurabis eam auro puriſsimo: facieſque illi labium au-
25 reum per circuitum, ¶ & ipſi labio coronam interraſi-
lem altam quatuor digitis:& ſuper illam , alteram coro-
26 nam aureolam. ¶ Quatuor quoque circulos aureos præ-
parabis , & pones eos in quatuor angulis eiuſdem menſæ
27 per ſingulos pedes. ¶ Subter coronam erunt circuli au-
rei,vt mittantur vectes per eos , & poſsit menſa portari.
28 ¶ Ipſos quoque vectes facies de lignis ſetim , & circun-
29 dabis auro ad ſubuehẽdam menſam.¶ Parabis & aceta- Sacra vaſa.
bula,ac phialas,thuribula,& cyathos,in quibus offeren-
30 da ſunt libamina,ex auro puriſsimo. ¶ Et pones ſuper
menſam panes propoſitionis in conſpectu meo ſemper.
31 ¶ Facies & candelabrum ductile de auro mundiſsimo, D Cãdelabrũ.
haſtile eius,& calamos,ſcyphos & ſphærulas,ac lilia ex
32 ipſo procedentia. ¶ Sex calami egredientur de lateri-
33 bus , tres ex vno latere , & tres ex altero. ¶ Tres ſcy-
phi quaſi in nucis modum per calamos ſingulos,ſphæru-
læque ſimul & lilia.& tres ſimiliter ſcyphi inſtar nucis in
calamo altero , ſphærulæque ſimul & lilia . Hoc erit
opus ſex calamorum , qui producendi ſunt de haſtili.
34 ¶ In ipſo autem candelabro erunt quatuor ſcyphi in
nucis modum , ſphærulæque per ſingulos , & lilia.
35 ¶ Sphærulæ , ſub duobus calamis per tria loca , qui ſi-
36 mul ſex fiunt procedentes de haſtili vno. ¶ Et ſphæ-
rulæ igitur & calami ex ipſo erunt . vniuerſa ductilia
37 de auro puriſsimo. ¶ Facies & lucernas ſeptem , &
pones eas ſuper candelabrum , vt luceant ex aduerſo.
38 ¶ Emunctoria quoq; & vbi quæ emuncta ſunt extinguan
39 tur , fiant auro puriſsimo. ¶ Omne pondus candelabri
cum vniuerſis vaſis ſuis habebit talentum auri puriſsi- Heb.8.h.
40 mi. ¶ Inſpice , & fac ſecundum exemplar quod tibi Act.7.f.
in monte monſtratum eſt.

## SCHOLIA IN CAP. XXV.

1 Thruma,vox Hebræa,quæ hoc in loco quarumcunque rerum munificum & liberale donum ſignificat quod Domino ſeparatur.Vertere potes oblationem,de bonis ſuis ſcilicet. 2 cuius cor(ſiue animus)voluntariè dederit,accipietis oblationem mihi.Hæc eſt autem oblatio quã accipietis ab eis.Vel,accipere debetis ab eis,ideſt,capietis rem quæ mihi offeretur,ab omni homine. 3 Heb.hyacinthum & purpuram,coccumque,&c.ideſt , veſtes hyacinthinas , ſiue pannos hyacinthinos & cæruleos , vt Hebræi interpretantur:& pannos purpureos,& ſericum coccineum , ſiue cocco tinctum,& byſſum,& veſtes factas ex pilis caprarum. 4 ſiue,taxorum,vt quibuſdam Hebræorum placet , qui putant fuiſſe animal mundum varij coloris. Vnde quidam Hebræam vocem relinquunt,ſcribentes thaſorum.Hebraicè ſcribitur tehaſsim. Alij, violacei coloris vertunt. 5 Hebræi dicunt cedri eſſe ſpeciẽ optimam. 6 aromata pro oleo vnctionis,& pro incenſo ſuauium odorum.Vel,vnguentum odoriferum,& ad ſuffitum odoratum. Hoc vngento vngebantur ſacerdotes. 7 quidam interpretantur pro onyche. 8 & lapides plenitudinum in ſuperhumerale & pectorale.Lapides plenitudinum,ſiue impletionis, vocat gemmas quæ auro & argento includi ſolent,atque ita replent locum factũ in re aliqua argentea,quem palam vocant,vt videmus in annulis: quas parabant ad ornandum ſuperhumerale & pectorale.Ephod, vox Hebræa,quæ veſtis erat ſuperhumeralis.Pectorale autẽ quod HOSEN Hebraice dicitur,ornamentum fuit ex ſerico,auro,& pretioſis lapidibus factum,quod ſummus ſacerdos in pectore ſuo & ſuper cor ſuum portabat,in quo erant Vrim & Thummim. 9 Facient quoque mihi ſanctuarium.Hęc præcipit Deus,vt eos auerteret ab idololatria. 10 vel,Omnino vt ego oſtendam tibi exẽplar(vel ſimilitudinem)tabernaculi,& exemplar omnium vaſorũ eius,ſic faciatis. 11 limbum(vel,labium) aureum. 12 ideſt, librum fœderis,tabulas lapideas continentes decalogum,quæ vobis teſtantur meam voluntatem. 13 tegmen.ſiue, operimentũ. aut velamen & cælum quale rebus pretioſis ſuperponere ſolemus. Erat tabula quæ ſuperponebatur arcæ. Qui vertunt propitiatoriũ, magis habent rationem verbi à quo deducitur,quam rei.Verbum enim CAPHAR à quo deducitur,aliquando ſignificat remouit iram,ſiue placauit,condonauit iniquitatem & peccatum . Solebat autem Dominus apparere Iſraelitis ſuper operimentum illud , & illinc eos alloqui,& oſtendere voluntatem ſuam(vt paulo poſt dicit)iratus eſſet,an placatus illis.Vnde factum vt quidam verterint propitiatorium:quaſi dicas,locus in quo Dominus placatus alloquebatur populum.Vetus interpres etiam pro eo vertit oraculum: propterea quod illinc Dominus oracula ſua edebat,ideſt,Moyſi loquebatur,docebatque eum quid populum Iſraeliticum facere vellet. 14 Cherub,ſecundum Hebræos,eſt dictio compoſita,idem ſignificãs quod Quaſi puer.Cherubim,plurale eſt.habebant enim formam & figuram puerorum. 15 vel,opere integro & ſolido, vt ſcilicet tam operculum,quam cherubim fuerint opus vnũ, abſque vlla iunctura factum. Quidam vertũt,opere ductili facies eos. 16 ideſt,ex auro quo propitiatorium eſt tectum,facies duo cherubim.Alij vertunt,in ipſo inquam propitiatorio,&c. 17 vel, tecum conueniam.Aut vt alij,teſtificabor tibi.ſiue,conteſtabor te, 18 Sed & clauſuram facies ei quatuor digitos latam in circuitu:facieſque illi clauſuræ coronam auream per circuitum. 19 Ex aduerſo clauſuræ erunt annuli in domos vectibus, ad portandũ menſam illam,ideſt.E regione additamenti illius inferioris collocabũtur annuli,per quos traijcientur vectes ad portandum menſam. 20 ſcutellas eius.i.vaſa quædam concaua admodum , in quibus ponebantur panes.Hebraicè KEAAROTH. 21 vel,thuribula.in quibus ponebatur thus.Hebraice CAPPOTH:dicta fortaſſe ꝙ volæ cauitatẽ imitarẽtur. 22 opercula & crateres,quibus tegẽtur.Sub.thus & panes propoſitionis.Vox Hebræa KESOTH, pro qua thuribula vertit vetus interpres,quæ per opercula,quibus thus tegebatur,hic reddit:à nõnullis accipit pro medijs calamis vacuis,quos ponebãt in ſummitate vniuſcuiuſq; panis,vt ingrederetur vẽtus ſiue aer inter ipſos panes,ne mucidi efficerentur:eranteque veluti operimentum ipſis panibus . Dictio verò MENAKIOTH,pro qua vertimus crateres,interpres autem vetus cyathos,ſignificat crateres quibus panes tegebantur:vt KESOTH, opercula thuris,aut contrà.nam ordo horum vaſorũ eſt incertus. 23 Sic dicuntur,quod ſemper eſſent in facie & conſpectu Domini. 24 opere ductili.q.d.malleo fiet,non fuſione . Alij vertunt,opere integro fiet:eadem ſententia.volunt enim candelabrũ fuiſſe factum,non ex diuerſis partibus in vnum coagmentatis:verum ex craſſo ſtipite,vnde malleis producebantur calami, ſcyphi, &c. 25 haſtile,ideſt,truncus eius. 26 Intelligit partes quaſdam extantes,quæ calicis formam habebant. 27 ideſt, ex eadẽ materia,& non ex alia.malleo enim ex ipſo trunco & ſtipite formabantur omnia. 28 vel,in ſpeciem nucis amygdalinæ deformati. 29 ſic de ſex calamis qui egredientur ex candelabro.Subdicendum eſt. 30 ideſt,in haſtili candelabri,& trunco. 31 Heb. Eritque ſphærula vna ſub duobus calamis ex ipſo, ſphærula item erit ſub duobus calamis ex ipſo,ſphærula poſtremo ſub duobus calamis ex ipſo:ſub ſex calamis exeuntibus de candelabro.Et ſphærulæ,&c.ideſt,ſub ſingulis duobus calamis erit ſphærula vna. Hoc eſt;Sphærula prima erit ſub duobus primis calamis qui vtrinque ex ipſo ſunt candelabro,ideſt,ex eadem materia candelabri. deinde alia ſphærula erit ſub duobus ſecundis calamis,qui vtrinque ex ipſo ſunt.poſtremo ſphærula vna erit ſub duobus poſtremis calamis qui vtrinque ſunt ex ipſo candelabro,ex eademque candelabri materia.atque ita fit vt ſint ſub ſex calamis de candelabro procedentibus. 32 ideſt,egredientur ex ipſo candelabro . Vel,ex eadem candelabri materia erunt.malleo enim ex ipſo trunco producentur. 33 vt luceant ad latus faciei eius.Hebraiſmus,pro,vt verſus eam partem lumen emittant,ad quam verſum erit candelabrum. 34 Hebraice dicitur CHICHAR. continet autem vulgare talentum ſexaginta libras ; illud autem quo in templo vtebantur , duplum erat ad prophanum. quaſi dicat, conſtabit totum opus talento vno. 35 Hebraiſmus, quod tu factus es videre.

## CAP. XXVI.

Forma tabernaculi.
TAbernaculum verò ita facies,Decem cortinas de 1
byſſo retorta,& hyacintho,ac purpura , cocco-
que bis tincto , variatas opere plumario facies.
¶ Longitudo cortinæ vnius habebit vigintiocto cubi- 2
tos:latitudo,quatuor cubitorum erit.vnius menſuræ fient
vniuerſa tentoria. ¶ Quinque cortinæ ſibi iungentur 3
mutuò,& aliæ quinque nexu ſimili cohærebunt. ¶ An- 4
ſulas hyacinthinas in lateribus ac ſummitatibus facies cor
tinarum , vt poſsint inuicem copulari. ¶ Quinquage- 5
nas anſulas cortina habebit in vtraque parte, ita inſertas,
B vt anſa contra anſam veniat , & altera alteri poſsit ad-
aptari. ¶ Facies & quinquaginta circulos aureos qui- 6
bus cortinarum vela iungenda ſunt,vt vnum tabernacu-
lum fiat. ¶ Facies & ſaga cilicina vndecim,ad operien- 7
dum tectum tabernaculi. ¶ Longitudo ſagi vnius ha- 8
bebit triginta cubitos:& latitudo,quatuor:æqua erit men
ſura ſagorum omnium. ¶ E quibus quinque iunges ſeor- 9
ſum , & ſex ſibi mutuò copulabis , ita vt ſextum ſagum
in fronte tecti duplices. ¶ Facies & quinquaginta an- 10
ſas in ora ſagi vnius,vt cõiungi cum altero queat:& quin
quaginta anſas in ora ſagi alterius , vt cum altero co-
C puletur. ¶ Facies & quinquaginta fibulas æneas qui- 11
bus iungantur anſæ , vt vnum ex omnibus operimentum
fiat. ¶ Quod autem ſuperfuerit in ſagis quæ parantur 12
tecto,id eſt vnum ſagum quod amplius eſt,ex medieta-
te eius operies poſteriora tabernaculi. ¶ Et cubitus 13
ex vna parte pendebit , & alter ex altera qui plus eſt
in ſagorum longitudine , vtrunque latus tabernaculi
protegens. ¶ Facies & operimentum aliud tecto de 14
pellibus arietum rubricatis : & ſuper hoc rurſum aliud
operimentum de hyacinthinis pellibus. ¶ Facies & 15
tabulas ſtantes tabernaculi de lignis ſetim, ¶ quæ 16
ſingulæ denos cubitos in longitudine habeant , & in
D latitudine ſingulos ac ſemiſſem. ¶ In lateribus tabu- 17
læ , duæ incaſtraturæ fient , quibus tabula alteri ta-
bulæ connectatur : atque in hunc modum cunctæ ta-
bulæ parabuntur. ¶ Quarum viginti erunt in latere 18
Meridiano quod vergit ad Auſtrum. ¶ Quibus qua- 19
draginta baſes argenteas fundes , vt binæ baſes ſin-
gulis tabulis per duos angulos ſubijciantur. ¶ In late- 20
re quoque ſecundo tabernaculi quod vergit ad Aquilo-
nem,viginti tabulæ erunt, ¶ Quadraginta habentes ba- 21
ſes argenteas, binæ baſes ſingulis tabulis ſupponentur.
¶ Ad Occidentalem verò plagam tabernaculi facies ſex 22
E tabulas, ¶ & rurſum alias duas quæ in angulis erigan- 23
tur poſt tergum tabernaculi. ¶ Eruntque ſibi coniun- 24
ctæ à deorſum vſque ſurſum,& vna omnes compago,re-
tinebit.duabus quoque tabulis quæ in angulis ponendæ
ſunt,ſimilis iunctura ſeruabitur. ¶ Et erunt ſimul tabulæ 25
octo,baſes earum argenteæ ſedecim, duabus baſibus per
vnam tabulam ſupputatis. ¶ Facies & vectes de lignis 26
ſetim quinque ad continendas tabulas in vno latere ta-
bernaculi,¶ & quinque alios in altero,& eiuſdẽ numeri ad 27

*T 1 Abernaculum verò facies,decem aulæa [ex] byſſo torta,hyacinthino[ſerico,]purpureo,coccino bis tincto,cherubim facies in eis opere textorio . Longitudo vnius aulæi erit vigintiocto cubitorum , & latitudo aulæi vnius erit quatuor cubitorum : eandem menſuram habebunt ſingula aulæa . Quinque aulæa coniuncta erunt, alterum ad alterum:& [reliqua] quinque aulæa coniuncta erũt, alterum ad alterum . Facies quoque anſulas hyacinthinas in oris vniuſcuiuſque aulæi, 2 vt extremis ſuis alterum alteri conſocietur. 3 Vnicuique [ſcilicet] aulæo facies quinquaginta anſulas in oris , vt extremis ſuis alterum alteri conſocietur, excipientibus ſeſe mutuo anſulis.Facies & quinquaginta 4 fibulas aureas,& conſocia fibulis illis aulæum cum aulæo,vt ſit tabernaculum vnum.Facies & aulæa de pilis caprarum, 5 ad tectorium ſuper tabernaculum : facies autem vndecim aulæa. Longitudo aulæi vnius ſit triginta cubitorum , & latitudo aulæi vnius quatuor cubitorum: eandem menſuram habeant vndecim aulæa . Et conſociabis quinq; aulæa 6 inter ſe,& ſex aulæa inter ſe, & duplicabis aulæum ſextum 7 è regione proſpectus tabernaculi. Et facies quinquaginta 8 anſulas in oris vniuſcuiuſque aulæi , vt finibus ſuis altera alteri conſocietur.Facies deinde quinquaginta 9 fibulas æneas,& inſeres fibulas in anſulas : iungeſque tectorium illud:vt fiat vnum.Et quod 10 excedit abundatque in aulæis tectorij,[nempe]dimidium aulæi quod abundat, 11 excedet in poſterioribus tabernaculi,Vt[ſcilicet]cubitus hinc,& cubitus illinc in longitudine aulæorum tectorij abundet , ſitque exceſſus in lateribus tabernaculi hinc & illinc,vt ipſum operiat.Facies & tegumentum 12 ipſi tectorio expellibus arietũ rubris:& 13 ſummũ operimentum ex pellibus 14 melium.Facies quoque aſſeres pro tabernaculo de lignis ſitim,quæ ſtent erectæ. Longitudo aſſeris erit cubitorum decem:latitudo vnius aſſeris cubiti & dimidij. 15 Duo denticuli fiant in vnoquoque aſſere inciſi alter è regione alterius:ſic facies omnibus aſſeribus tabernaculi.Et facies aſſeres pro tabernaculo,viginti aſſeres in angulo verſus Meridiem.Et quadraginta baſes argenteas ſub viginti illis aſſeribus, 16 duas baſes ſub vno aſſere pro duobus dentibus,& duas baſes ſub aſſere altero pro duobus denticulis eius.Pro alio latere tabernaculi quod eſt ad plagam Aquilonarem , viginti aſſeres erunt , Et quadraginta baſes illorum argenteæ , duæ ſcilicet baſes ſub aſſere vno, & duæ baſes ſub aſſere alio . In latere verò Occidentali tabernaculi facies ſex aſſeres . Facies etiam duos [ alios ] aſſeres in angulis tabernaculi 17 in duobus lateribus . Qui gemini erunt infra , ſic gemini erunt in capite ſuo ad annulum vnum. 18 ſic erit vtriſque ipſis , in duobus angulis erunt . Et erunt octo aſſeres , & eorum baſes argenteæ,baſes videlicet ſedecim , duæ baſes ſub aſſere vno , & duæ baſes ſub aſſere alio.Et facies vectes de lignis ſitim,quinque pro aſſeribus tabernaculi in latere vno . Et quinque vectes pro aſſeribus tabernaculi in latere altero , & quinque vectes pro aſſeribus tabernaculi 19 in latere angulorum*

 Occidentis-

*Occidentis. Medius autem vectis per medium aſſerum [tranſ-
iens,] 20 cōtinget à fine ad finem. Aſſeres autem obduces au
ro, & annulos eorum facies aureos, vt ſint receptacula vectiū,
vectesque ipſos auro obduces. Et eriges tabernaculum ipſum
iuxta ordinem ſuum, qui tibi in monte monſtratus eſt. Facies
& velum ex hyacinthino [ſerico,] purpureo, coccino bis tincto,
& biſſo torta: 21 cherubim facies in eo, opere textorio, 22
Affigaſque illud ſuper quatuor 23 columnas argenteas, quæ
ſunt factæ ex lignis ſitim, auroque obductæ, vncinique earum
aurei ſuper quatuor baſibus argenteis. 24 Affigaſque ve-
lum illud ſub fibulis, vt illic intra velum reponas arcam teſti-
monij, 25 & velum illud ſeparabit vobis ſanctum à Sancto
Sāctorum. Et pones 26 propitiatorium ſuper arcam teſtimonij
in Sancto ſanctorum. Menſam verò pones extra velum, & cā
delabrum è regione menſæ, ad latus ſcilicet tabernaculi Au-
ſtrale, & mēſam pones in latere Aquilonari. Et facies velum
27 oſtio tentorij ex hyacinthino [ſerico,] purpureo, coccino bis
tincto, & byſſo torta opere acupictoris. Et 28 illi velo facies
quinque columnas [ex lignis] ſitim, & obduces eas au-
ro, 29 & vncini earum erunt aurei, fundeſque pro eis quin-
que baſes æreas.*

28 Occidentalem plagam, ¶ qui mittentur per medias tabu- F
29 las à ſummo vſque ad ſummum. ¶ Ipſas quoque tabulas
deaurabis, & fundes in eis annulos aureos per quos vectes
30 tabulata contineant, quos operies laminis aureis. ¶ Et eri
ges tabernaculum iuxta exemplar quod tibi in Mōte mō
31 ſtratum eſt. ¶ Facies & velum de hyacintho, & purpura, Sup.24.c.
coccoque bis tincto, & byſſo retorta, opere plumario &
32 pulchra varietate contextum, ¶ quod appendes ante qua
tuor columnas de lignis ſetim, quæ ipſæ equidem deaura
tæ erunt, & habebunt capita aurea, ſed baſes argenteas. G.
33 ¶ Inſeretur autem velum per circulos, intra quod pones Situs arcæ.
arcam teſtimonij, quo & Sanctuarium & Sanctuarij ſan-
34 ctuaria diuidetur. ¶ Pones & propitiatorium ſuper arcam Propitiatorij
35 teſtimonij in Sancta ſanctorum: ¶ menſamque extra ve- Menſæ.
lum: & contra menſam candelabrum in latere tabernacu- Candelabri.
36 li Meridiano: menſa enim ſtabit in parte Aquilonis. ¶ Fa- Tentorium.
cies & tentorium in introitu tabernaculi de hyacintho,
& purpura, coccoque bis tincto, & byſſo retorta, opere
37 plumarij. ¶ Et quinque columnas deaurabis lignorum ſe-
tim, ante quas ducetur tentorium, quarum erunt capita
aurea, & baſes æneæ.

## SCHOLIA IN CAP. XXVI.

1 Tabernaculum autem facies ex decem cortinis, ex byſſo retorta, & hyacintho, ac purpura, coccoque bis tincto: cherubim opere artificis peritiſsimi facies eas, ideſt, eas cortinas, ſiue ea aulęa ſparges imaginibus alatis, vſus opera artificis peritiſsimi. Per hyacinthum, intellige pannum tinctum colore hyacinthino. Coccum bis tinctum, vel ſericū coccineum. Tabernaculum dicitur Hebraice MISCAN. 2 Heb. in ora in coniunctione: ſic facies in ora cortinę extremę in coniunctione ſecunda, ideſt, in extremitate aulęi, in aulęo illo quod iungendum erit alteri. ſiue, in extremitate cortinę, in cortina illa quę iungenda erit alteri, ſic facies in ora cortinæ alterius ſecundæ. 3 Hebr. Quinquaginta laqueolos (ſiue anſulas) facies in cortina vna, quinquaginta præterea laqueolos facies in extremitate cortinæ quę eſt in coniunctione ſecunda, (ideſt, quæ ſecundo loco eſt coniungenda:) vt ſcilicet laqueoli illi mutuo ſibi reſpondeant. Facies, &c. ideſt, quinquaginta laqueolos facies in prima, & totidem in ſecunda. 4 vncinos aureos, quibus cortinæ inuicem iungendæ ſunt. 5 in operimentum ſuper tabernaculum, ideſt, quibus tegetur tabernaculum. Operimentum dicitur Hebraice O E L. 6 ſeorſum, & ſex aulæa ſeorſum, ideſt, ex quinque particularibus aulæis facies vnum magnum. 7 verſus faciem tabernaculi. Per faciem tabernaculi, intelligit anteriorem partem tabernaculi. 8 laqueolos in ora cortinæ vnius, in ora extrema quæ coniungenda eſt alteri: & quinquaginta laqueolos in extremitate cortinę alterius quæ iungenda eſt cum altera. Facies &c. 9 vncinos æneos, & induces vncinos in laqueolos: 10 vel, ſuperfluit 11 redundabit (vel, extendetur) ſuper poſteriora tabernaculi. Et cubitus hinc & illinc qui ſupereſt in longitudine cortinarum tabernaculi, redundabit (vel, extendetur) ſuper latera &c. Id eſt, longius cubitis duobus extendetur quàm cortina prior quę XXVIII cubitos habebat. hęc enim XXX cubitos habet. Poſteriora tabernaculi vocat alteram partē quæ à tergo eius partis eſt quam reſpicis. 12 ſuper ipſum tabernaculum 13 vel, deſuper 14 vel, taxorum: ſiue vt Hebraice ſcribitur TEHASSIM. Quidam vertunt, ex pellibus coloris violacei. 15 Duos cardines habebit vnaquęque tabula, inſtar graduum ſcalæ diſpoſitos, alter è regione alterius. Id eſt, Duo illi cardines qui erunt in extremitate tabularum, erunt veluti duo parui vectes, qui præ ſe ferent figuram ſcalarum. 16 vt binæ baſes ſint ſub tabula vna in duobus cardinibus eius: & duæ baſes ſub tabula alia in duobus cardinibus eius. 17 vel, in latere, (ſub. Occidentali.) Et erunt gemellæ in parte ima, & ſimul deſinent in faſtigio eius in circulum vnum. ſic erit &c. Hoc eſt, tā aptè coniungentur inter ſe: aſſeres in parte ima, vt videantur gemelli: & ſimul deſinent in faſtigio eius rei in circulū vnum, ideſt, tam bene compacti erunt vt ex duobus aſſeribus videatur vnus: qui in ſummitate iungentur circulo vno. 18 ſic erit de duabus illis tabulis quę ponentur in angulis. 19 in latere (vergente ad) mare. 20 vel, traijcietur ab extremitate ad extremitatem, ideſt, per totam illam compagem traijcietur. 21 opere artificis doctiſſimi facies illud, cherubim. Hebraiſmus eſt, pro, artifex peritiſsimus ſparget illud magna induſtria imaginibus alatis, formam pueri habentibus. 22 vel, Appendeſque illud contra, aut iuxta quatuor columnas. 23 columnas ex lignis ſitim, tectas auro, quarū capitella aurea erunt. 24 Pones autē velū ſub vncinis. i. appendes vncinis, vel facies vt pendeat ab vncinis, 25 vel, quo velo & Sanctuariū ſeparabitur à Sancto ſanctorū. i. à Sacrario illo ſanctiſsimo. 26 cooperimētū. Vide de hoc annotationē, capite XXV huius, fere in principio. 27 Subaudi, exteriori. 28 .i. pro velo ſuſtinendo. 29 quarum erunt capitella aurea, & baſes ænee quinque fundentur illis.

## CAP. XXVII.

*FAcies & aram ex lignis ſitim, quinque cubitorum in
longitudine & quinque cubitorum in latitudine: quadrata fiat ara: altitudo eius erit trium cubitorum. Et fa
cies ei cornua in quatuor angulis eius: ſintque cornua eius
1 ex ipſa: & obduces eam ære. Facies quoque ollas eius ad ci-
neres [excipiendos,] & 2 ſcopas eius, pelues eius ſparſorios,
3 fuſcinulas eius, 4 ignis receptacula, atque cuncta vaſa
eius ex ære facies. Facies quoque illi cancellulos æreos opere re
ticulato: & ad rete illud facies quatuor annulos æreos in qua-
tuor extremitatibus eius. Poneſque ipſum [reticulatum opus]
ſub ambitum aræ, 5 vt ſit rete hoc inferne vſque ad me-
dium aræ. Facies & vectes aræ, vectes [de lignis] ſitim, quos
ære obduces. Et inſerentur vectes eius in annulos, eruntque ve
ctes in duobus lateribus aræ 6 ad geſtandum eam. 7 Fa-
cies autem aram ex tabulis, vt ſit [intus] inanis aut caua: quē-
admodum oſtendit tibi in monte, ſic 8 facient. 9 Et facies*

1 FAcies & altare de lignis ſetim, quod habe- Forma altaris
bit quinque cubitos in longitudine, & toti- holocauſti.
dem in latitudine, ideſt quadrum, & tres cu- Inf.38.a.b.
2 bitos in altitudine. ¶ Cornua autem per quatuor
3 angulos ex ipſo erunt: & operies illud ære. ¶ Fa-
cieſque in vſus eius lebetes ad ſuſcipiendos cineres, &
forcipes atque fuſcinulas, & ignium receptacula. om-
4 nia vaſa ex ære fabricabis. ¶ Craticulamque in mo-
dum retis æneam: per cuius quatuor angulos erunt
5 quatuor annuli ænei, ¶ quos pones ſubter arulam
altaris: eritque craticula vſque ad altaris medium.
6 ¶ Facies & vectes altaris de lignis ſetim duos, quos
7 operies laminis æneis: ¶ & induces per circulos, B
eruntque ex vtroque latere altaris ad portandum.
8 ¶ Non ſolidum, ſed inane & cauum intrinſecus facies il-
9 lud, ſicut tibi in Monte monſtratum eſt. ¶ Facies & Supr.10.d.
atrium



Atrij. atrium tabernaculi, in cuius Auſtrali plaga contra Me-
ridiem erunt tentoria de byſſo retorta: centum cubitos
vnum latus tenebit in longitudine. ¶ Et columnas vi- 10
ginti cum baſibus totidem æneis, quæ capita cum cæla-
turis ſuis habebunt argentea. ¶ Similiter & in latere 11
Aquilonis per longum erunt tentoria centum cubitorum,
C columnæ viginti, & baſes æneæ eiuſdem numeri, & ca-
pita earum cum cælaturis ſuis argentea. ¶ In latitudi- 12
ne verò atrij quod reſpicit ad Occidentem erunt tento-
ria per quinquaginta cubitos, & columnæ decem, ba-
ſeſque totidem. ¶ In ea quoque atrij latitudine quæ 13
reſpicit ad Orientem, quinquaginta cubiti erunt, ¶ In 14
quibus quindecim cubitorum tentoria lateri vno deputa-
buntur, columnæque tres & baſes totidem: ¶ & in la- 15
tere altero erunt tentoria cubitos obtinentia quindecim,
columnæ tres, & baſes totidem. ¶ In introitu verò a- 16
trij fiet tentorium cubitorum viginti ex hyacintho & pur
pura, coccoque bis tincto, & byſſo retorta, opere plu-
marij: columnas habebit quatuor, cum baſibus totidem.
¶ Omnes columnæ atrij per circuitum veſtitæ erunt ar- 17
D genteis laminis, capitibus argenteis & baſibus æneis. ¶ In 18
longitudine occupabit atrium cubitos centum, in latitu-
dine quinquaginta, altitudo quinque cubitorum erit.
fietque de byſſo retorta, & habebit baſes æneas. ¶ Cun- 19
cta vaſa tabernaculi in omnes vſus & ceremonias,
Oleum lucernę tam paxillos eius quàm atrij, ex ære facies. ¶ Præci- 20
pe filijs Iſrael vt afferant tibi oleum de arboribus oliua-
rum puriſsimum, piloque contuſum: vt ardeat lu-
cerna ſemper ¶ in tabernaculo teſtimonij, extra ve- 21
lum quod oppanſum eſt teſtimonio. Et collocabunt
eam Aaron & filij eius, vt vſque mane luceat coram Do-
mino. Perpetuus erit cultus per ſucceſsiones eorum co-
ram filijs Iſrael.

*atrium tabernaculi in angulo Meridionali, tapetes ipſi atrio
ex torta byſſo, longitudine centum cubitorum pro vno latere.
Columnæ 10 eius erunt viginti, & baſes earum æneæ viginti.
11 vncini autem columnarum & 12 cincturæ earum ar-
gentea. Sic quoque verſus angulum Septentrionalem, ſe-
cundum longitudinem habebunt tapetes centum cubitorum
longitudinem, & columnæ illius viginti, & baſes ea-
rum æneæ viginti: 13 vncini autem columnarum &
cincturæ earum argentea. Porrò latitudo atrij ad angu-
lum Occidentalem [habebit] tapetes quinquaginta cu-
bitorum: & columnæ 14 eorum erunt decem, & baſes
earum decem. Latitudo verò atrij ad Orientalem pla-
gam [habebit] quinquaginta cubitos. Quindecim cu-
bitorum 15 tapetes 16 ad latus: & columnæ eorum
tres, & baſes earum tres. In altero latere erunt tapetes
quindecim: columnæ eorum tres, & baſes earum tres.
In porta atrij erit velum viginti cubitorum, ex hyacin-
thino [ſerico,] purpureo, coccino bis tincto, & byſſo
torta opere acupictorio: columnæ 17 eorum & baſes ea-
rum quatuor. Omnes columnæ atrij circunquaque cinctu-
ras habebunt argenteas, 18 vncini earum erunt argen-
tei, & baſes earum æneæ. Longitudo atrij centum cubi-
torum, & 19 latitudo quinquaginta in quinquaginta: 20
altitudo verò quinque cubitorum, ex byſſo torta, & baſes ea-
rum æneæ. Omnia inſtrumenta tabernaculi, in omni mi-
niſterio eius, & omnes 21 claui eius, atque omnes cla-
ui atrij, ænei erunt. Præcipies quoque tu filijs Iſrael vt
afferant tibi oleum oleæ, purum & contuſum, ad lumi-
nare, 22 ad accendendum lucernam iugiter. 23 In ten-
torio conſtituto extra velum, quod eſt 24 iuxta teſtimonium,
25 ordinabit eam Aharon & filij eius à veſpera vſque mane
coram Domino: ritus hic perpetuus erit 26 filijs Iſrael, etiam
apud poſteros illorum.*

## SCHOLIA IN CAP. XXVII.

1 id eſt, ex eadem materia, & ex eodem ligno, non aliūde aſſuta. 2 vel, palas. erat inſtrumentum quo cinis remouebatur. 3 Fuſcinula, inſtrumentum dentes recuruos habens, quo caro ex olla extrahebatur. 4 pateras. erat vas patens in quo carbones recipiebantur. 5 vel, ipſumque rete perueniet vſque, &c. 6 dum portabitur. 7 Concauam ex tabulis facies illam: 8 ſub. artifices. 9 Facies præterea atriū tabernaculi in latere Meridionali (ſub. ipſius atrij) ad Auſtrum: (erunt) vela ad atrium (conſtruendum) ex &c. Atrium erat collocatū in parte Orientali. 10 ſub. lateris. 11 capitella. ſiue, epiſtylia. 12 ſiue, zonæ, id eſt, circuli & alia ornamēta quæ per gyrum ambiunt columnas, velut circulus doliaris. 13 capitella. 14 ſub. tapetum, id eſt, ad quas affigebantur tapetes. 15 ſiue, aulæa. ſub. diſponentur. 16 in altero laterum. ſub. frontis, & ingreſſus atrij. 17 ſub. tapetū ex quibus velum illud erat concinnatum. 18 capitella earum erunt argentea. 19 id eſt, latitudo erit peromnia ęqualis in vtroq; latere. 20 Subaudi, cortinarū. 21 paxilli. erāt veluti claui quibus affigebantur cortinę illę, ne à vēto agitatę dimouerētur. 22 ad accēdēdas lucernas iugiter .i. ſingulis noctib⁹: vt ipſe poſtea exponit quū ait, Vt vſq; mane luceat corā Dño. Interdiu enī erāt extinctę. 23 In tabernaculo cōuētionis. ſiue cōgreſſus, aut cōgregationis. Vox Hebræa MOEED dicitur à cōueniēdo, eo q illuc cōueniret De⁹, vt loqueretur Moſi & ſucceſſorib⁹ ei⁹: vt cap.25.b, Deus ipſe exponit, quare ita ſit appellatū. ait enim, Et cōueniā tecū illuc. Pro quo vetus interpres vertit, Inde præcipiā tibi. Itē Nume.17.b, Corā teſtimonio, vbi conueniā vobiſcū, pro quo vetus interpres vertit, Vbi loquar ad te. Alij vertūt, In tabernaculo fœderis: quod illic De⁹ dabat hominibus reſpōſa, & illis loqueretur. 24 ante teſtimoniū. Quidā dicūt hic ſubintelligēdā eſſe vocē arca, hoc modo, Quod oppāſum eſt arcæ teſtimonij. 25 Singulare pro plurali, collocabunt eas. Sub. lucernas. 26 per ſucceſsiones eorum apud filios Iſrael, id eſt, perpetuum hoc erit ſtatutum Iſraelitis, ſeruabiturque apud filios Iſrael perpetuo.

## CAP. XXVIII.

APplica quoque ad te Aaron fratrem tuum cum fi- 1
lijs ſuis de medio filiorum Iſrael, vt ſacerdotio
fungantur mihi: Aaron, Nadab & Abiu, Eleazar
Ornatus Aaronis ſacerdotis & filiorum eius. & Ithamar. ¶ Facieſque veſtem ſanctam Aaron fratri tuo 2
in gloriam & decorē. ¶ Et loquēris cunctis ſapientibus 3
corde, quos repleui ſpiritu prudentiæ, vt faciant veſtes
Aaron in quibus ſanctificatus miniſtret mihi. ¶ Hęc au- 4
tem erunt veſtimenta quæ facient, Rationale & ſuperhu-
merale, tunicam & lineam ſtrictam, cidarim & balteum.
facient veſtimenta ſancta fratri tuo Aaron & filijs eius, vt
ſacerdotio fungantur mihi. ¶ Accipientque aurum & 5
hyacinthum & purpuram, coccumque bis tinctum &
Superhumerale. B byſſum. ¶ Facient autem ſuperhumerale de auro & hya- 6
cintho & purpura, coccoque bis tincto, & byſſo retor-
ta, opere polymito. ¶ Duas oras iunctas habebit in 7
vtroque latere ſummitatum, vt in vnum redeant. ¶ Ipſa 8
quoq; textura & cūcta operis varietas erit ex auro & hya
cintho & purpura, coccoque bis tincto & byſſo retorta.

*ET tu 1 adhibe tibi Aharonem fratrem tuū, filioſq; eius
cum eo, è medio filiorum Iſrael, vt ſacerdotio mihi fun-
gatur: Aharon, Nadab, Abihu, Eleazar atque Itha-
mar filij Aharonis. Et facies veſtes ſāctas Aharoni fratri tuo
2 ad gloriā & decorē. Et tu loquēris ad oēs 3 qui ſapiēti ſunt
corde, 4 quos repleui ſpiritu ſapientiæ, vt veſtes Aharoni fa-
ciāt 5 ad conſecrandum ſe, & vt mihi ſit ſacerdos. Hæ autem
ſunt veſtes quas faciēt, pectorale, 6 humerale, 7 interula ſinuo
ſior, & 8 tunica ſtricta, 9 tiara & Zona. has ſanctas veſtes fa-
ciēt Aharoni fratri tuo & filijs eius, vt ſacerdotio fūgatur mi-
hi. Et hi accipiēt aurū, & hyacinthinū [ſericū], & purpureū,
& coccinū bis tinctū, & byſſum. Humerale facient ex auro,
hyacinthino [ſerico,] purpureo, coccino bis tincto, atq; byſſo tor-
ta 10 opere textorio polymito. 11 Duo humeri ſibi cohærentes
erūt, adq; duas extremitates committentur. 12 Textura poly-
mita limbi eius quæ eſt ſuperne in eo, ſit quemadmodum o-
pus eius, quin ex ipſo ſit: nempe ex auro, hyacinthino
[ſerico,] purpureo, coccino bis tincto, & byſſo torta.*

*Accipies quoq; duos lapides 13 ſchohã, & exculpes in eis nomina filiorũ Iſrael: ſex nomina illorũ in lapide vno, & ſex nōia reliqua in lapide altero, 14 ſecũdũ generatiões illorũ. 15 Opere artificis qui gẽmas ſcalpit, & ſigna cælat, duos illos lapides exculpes nōibus filiorũ Iſrael: 16 curabiſq; vt aureis ſpintrib⁹ circũdati includãtur. Poneſq; duas illas gẽmas 17 in humeris ephod, vt ſint gẽmæ 18 monumẽti p filijs Iſrael. Aharõ autem portabit nōia eorũ corã Dño, in vtroq; humero ſuo 19 ad monumẽtũ. 20 Facies & aurea ſpintra & duas catenulas ex auro mũdo, 21 eaſq; in extremitatibus opere cõplicato facies, & inſeres catenulas iſtas aureas cõplicatas ſpintribus fibulatis. Facies deĩde 22 pectorale iudicij 23 opere textili polymito, quẽadmodũ opus humeralis, facies illud, nẽpe ex auro, hyacinthino [ſerico,] purpureo, coccino bis tincto, & byſſo torta facies illud, Quadratũ erit & duplicatũ, palmũ habens in lõgitudine ſua, & palmũ in latitudine ſua, 24 Quod implebis gẽmarũ inſitiõe, quatuor videlicet ordinibus gẽmarũ: ordo ſardonychis, topaſij, & ſmaragdi ordo vnus. Secũd⁹ ordo, carbũculi, ſapphiri & 25 adamãtis. In tertio ordine, 26 lyncurius, achates, & amethyſtus. In quarto ordine, hyacinthus, onix, & 27 iaſpis, auro erũt incluſi 28 palis ſuis. Et gẽmæ iſtæ erunt 29 cũ nominibus filiorum Iſrael, duodecim ſcilicet 30 pro nominibus illorũ, exculptæ vt ſigna cælari ſolẽt, ſingulæ nominibus ſuis iuxta duodecim tribus. Facies quoq; pectorali 31 catenulas complicato opere ex auro mundo quæ ſint in extremitate. Et 32 ipſi pectorali facies duos annulos aureos, & pones eoſdẽ duos annulos in duabus extremitatibus pectoralis. Et inſeres 33 duas aureas catenas cõplicatas in duos illos annulos qui ſunt in extremitatibus pectoralis. 34 Et alias duas extremitates duarũ catenularũ complicatarũ inſeres in duo ſpintra fibulata, poneſq; in humeris ephod è regione ipſius. Facies & duos [alios] ãnulos aureos, quos pones in duabus extremitatibus pectoralis 35 in ora eius, quæ eſt verſus ephod intus. Et facies duos annulos aureos, & pones eos in duobus lateribus ephod inferne 36 è regione iuxta cõmiſſuras eius, ſupra texturam polymitã ipſius ephod. Connectentq; pectorale annulis ſuis ad annulos ephod 37 faſcia hyacinthina: 38 vt ſit ſupra texturã polymitã ipſius ephod, & nõ ſeparetur pectorale ab ipſo ephod. Et geſtabit Aharõ nomina filiorũ Iſrael ſemper in pectorali iudicij ſuper cor ſuũ cũ ingredietur Sanctũ, 39 pro monumento corã Domino iugiter. Pones quoq; in pectorali iudicij 40 Vrim & Thummim, eruntque ſuper cor Aharonis quũ ingredietur coram Domino, & geſtabit Aharõ ⁒ iudicium filiorum Iſrael ſuper cor ſuum 41 iugiter coram Domino. Facies quoq; 42 interulam laxiorem ad ephod, quæ ſit tota hyacinthina. 43 In ſummo eius circa medium eius ſit foramen: & circum foramen limbus opere textorio fiat illi, quemadmodum limbus loricæ, ne dirumpatur. Et facies in fimbrijs eius [inferioribus] mala punica ex hyacinthino [ſerico,] purpureo, & coccino bis tincto, idque per ambitum fimbriarum eius, & tintinnabula inter illa per ambitum. Tintinnabulum aureum & malum punicum, tintinnabulum aureum & malum punicum ſit in fimbrijs 44 interulæ laxioris per ambitum. Hac veſtietur Aharon 45 quum miniſtrabit, 46 vt audiatur ſonus eius quum ingredietur in ſanctum in conſpectum Domini, & quum egredietur, 47 vt non moriatur. Facies & laminam ex auro mundo, & ſcalpes in ea 48 cælaturas, vt ſolent ſigilla [cælari,] ſanctũ Domino. Et pones illam 49 ſuper faſciam hyacinthinam, vt ſit ſuper tiara in anteriori parte tiaræ. Et hæc erit in frõte Aharonis, vt ferat iniquitatem 50 conſecratorum, quæ conſecrant filij Iſrael cunctis donis ſuis ſanctis: manebitque iugiter in fronte eius 51 pro reconciliatione eorum corã Domino. 52 Facies quoque ſtrictam tunicam byſſinam, & tiaram byſſinam, & Zonam facies opere Phrygio. Et filijs Aharonis facies tunicas, facies & cincturas, & pileolos etiam facies eis, 53 in gloriam & decus. Et veſties ijs Aharonem fratrem tuũ, & filios eius, & vnges eos, & 54 implebis manus eorum, & conſecrabis eos, vt ſacerdotio mihi fungantur.*

9 ♀ Sumeſque duos lapides onychinos, & ſculpes in eis
10 nomina filiorum Iſrael: ♀ ſex nomina in lapide vno, &
ſex reliqua in altero, iuxta ordinem natiuitatis eorum.
11 ♀ Opere ſculptoris & cælatura gemmarij, ſculpes eos Sapien.18.d.
nominibus filiorum Iſrael, incluſos auro atque circunda-
12 tos, ♀ & pones in vtroque latere ſuperhumeralis, me-
moriale filijs Iſrael. Portabitque Aaron nomina eorum
coram Domino ſuper vtrumque humerum, ob recorda-
13 tionem. ♀ Facies & vncinos ex auro, ♀ & duas catenu- C
14 las auri puriſsimi ſibi inuicem cohærentes, quas inſeres
15 vncinis. ♀ Rationale quoque iudicij facies opere poly- Rationale.
mito iuxta texturam ſuperhumeralis ex auro, hyacintho,
16 & purpura, coccoque bis tincto, & byſſo retorta. ♀ Qua-
drangulum erit & duplex: menſuram palmi habebit tam
17 in longitudine quàm in latitudine. ♀ Poneſq; in eo qua-
tuor ordines lapidum. in primo verſu erit lapis ſardius, &
18 topazius, & ſmaragdus. ♀ In ſecundo: carbunculus, ſap-
19 phirus, & iaſpis. ♀ In tertio: ligurius, achates, & amethy-
20 ſthus. ♀ In quarto: chryſolithus, onychinus, & beryllus.
21 incluſi auro erunt per ordines ſuos. ♀ Habebuntq; nomi-
na filiorum Iſrael: duodecim nominibus cælabuntur, ſin-
guli lapides nominibus ſingulorum per duodecim tribus.
22 ♀ Facies in rationali catenas ſibi inuicem cohærentes ex
23 auro puriſsimo: ♀ & duos annulos aureos quos pones in D
24 vtraque rationalis ſummitate: ♀ catenaſque aureas iun-
25 ges annulis qui ſunt in marginibus eius: ♀ & ipſarum ca-
tenarum extrema duobus copulabis vncinis in vtroq; la-
26 tere ſuperhumeralis quod rationale reſpicit. ♀ Facies &
duos annulos aureos quos pones in ſummitatibus rationa
lis, in oris quæ è regione ſunt ſuperhumeralis, & poſte-
27 riora eius aſpiciunt. ♀ Necnon & alios duos annulos
aureos qui ponendi ſunt in vtroque latere ſuperhume-
ralis deorſum, quod reſpicit contra faciem iuncturæ
28 inferioris, vt aptari poſsit cum ſuperhumerali, ♀ &
ſtringatur rationale annulis ſuis cum annulis ſuperhu-
meralis vitta hyacinthina, vt maneat iunctura fabre- E
facta, & à ſe inuicem rationale & ſuperhumerale
29 nequeant ſeparari. ♀ Portabitque Aaron nomina
filiorum Iſrael in rationale iudicij ſuper pectus ſuum,
quando ingredietur Sanctuarium, memoriale coram
30 Domino in æternum. ♀ Pones autem in rationali
iudicij Doctrinam & Veritatem, quæ erunt in pecto-
re Aaron quando ingredietur coram Domino: & ge-
ſtabit iudicium filiorum Iſrael in pectore ſuo, in con-
31 ſpectu Domini ſemper. ♀ Facies & tunicam ſuperhu-
32 meralis totam hyacinthinam ♀ in cuius medio ſuprà
erit capitium, & ora per gyrum eius textilis, ſicut fieri
ſolet in extremis veſtium partibus, ne facilè rumpatur. F
33 ♀ Deorſum verò ad pedes eiuſdem tunicæ per circuitum
quaſi mala punica facies ex hyacintho, & purpura, &
cocco bis tincto, ˋ & byſſo retorta, miſtis in medio tin-
34 tinnabulis, ♀ ita vt tintinnabulum ſit aureum & malum
punicum, rurſumque tintinnabulum aliud aureum & ma-
35 lum punicum. ♀ Et veſtietur ea Aaron in officio mini- Eccle.45.b.
ſterij, vt audiatur ſonitus quando ingreditur & egredi-
tur Sanctuarium in conſpectu Domini, & non moriatur.
36 ♀ Facies & laminam de auro puriſsimo: in qua ſcul-
37 pes opere cælatoris, Sanctum Domino. ♀ Ligabiſque
38 eam vitta hyacinthina, & erit ſuper tiaram, ♀ immi-
nens fronti pontificis. Portabitque Aaron iniquitates eo-
rum, quæ obtulerunt & ſanctificauerunt filij Iſrael, in
cunctis muneribus & donarijs ſuis. Erit autem lamina
39 ſemper in fronte eius, vt placatus ſit ei Dominus. ♀ Strin- G
geſque tunicam byſſo, & tiaram byſsinam facies, &
40 balteum opere plumarij. ♀ Porrò filijs Aaron tunicas
lineas parabis & balteos ac tiaras in gloriam & decorem.
41 ♀ Veſtieſque his omnibus Aaron fratrem tuum & fi-
lios eius cum eo: & cunctorum conſecrabis ma-
nus, ſanctificabiſque illos, vt ſacerdotio fungantur mihi.

♀ Facies



♀ Facies & feminalia linea vt operiant carnem turpitu- 42
dinis ſuæ, à renibus vſque ad femora: ♀ & vtentur eis 43
Aaron & filij eius quando ingredientur tabernaculum
teſtimonij, vel quando appropinquant ad altare vt mi-
niſtrent in ſanctuario, ne iniquitatis rei moriantur.
Legitimum ſempiternum erit Aaron, & ſemini eius
poſt eum.

*Facies quoque illis femoralia linea, vt tegant carnem verendorum, quæ pertingant à lumbis vſque ad femora. Et ijs induentur Aharon & filij eius, quum venient 55 in tentorium conſtitutum: vel quum accedent ad aram ad miniſtrandum 56 in ſancto, 57 ne ferant iniquitatem, & moriantur. 58 ſtatutum perpetuum hoc ſit illi, & ſemini eius poſt ipſum.*

## SCHOLIA IN CAP. XXVIII.

1 Accedere fac. vel, applica ad te 2 id eſt, ad ornamẽtum, aut quibus ornabitur. 3 Hebraiſmus eſt, pro peritis artificibus. 4 Quidam referunt relatiuum ad cor: hoc modo, quod repleuit ſpiritus ſapientiæ. ſiue ſcientiæ. 5 ad ſanctificandum eum, vt miniſtret mihi, id eſt, ad ſeparandum & dedicandum eum, vt agat ſacerdotem apud me. 6 vel, ſuperhumerale. Hebraice ephod. veſtis erat extima breuiſsima, quæ manicis carebat, & quodammodo arctabat & conſtringebat laxitatem interiorum veſtium. 7 vel, pallium, 8 vel, tunica ocellata. i. opere Phrygionico quibuſdam veluti ocellis intexta. 9 vel, pileus. ſeu vitta quæ capiti circunuoluitur. 10 opere ingenioſi artificis. ſiue, textura peritiſsimi artificis. 11 Duo latera coniuncta erunt illi in extremitatibus eius: & ita coniungetur. 12 Et textura (ſiue artificium ipſius ſuperhumeralis) quæ ſuper ipſum eſt, eodem opere fieri debet. i. ex eodem pãno, & ex eadem materia erit. 13 id eſt, onychinos. 14 id eſt, habita ratione natiuitatis & ætatis eorum. vt maior natu ſit prior. 15 Heb. Opere artificis lapidum, ſculpturis ſigilli ſculpes eos. Artificem lapidum vocat gemmarium. Sculpturæ ſigilli. i. quibus vti ſolent in annulis. Hoc eſt, curabis vt gemmarius ſculptura qua ſolet vti in annulis, ſculpat in illis lapillis nomina filiorum Iſrael. 16 circundatos palis aureis facies eos. hoc eſt conſtringes eos palis aureis, id eſt, curabis affigendas duas palas aureas. 17 in lateribus 18 Heb. memoriæ filijs Iſrael. i. quæ reuocabunt in memoriã Deo vel Aaroni, filios Iſrael. ſequitur enim, Portabit nomina eorũ &c. 19 in recordationem. i. ob memoriam. 20 Facies itaq; palas aureas. Incluſoria erant quibus includebantur lapilli illi. Eſt autem recapitulatio eorum lapidum de quibus iam dixerat. 21 definitæ magnitudinis, ex opere intorto: & inſeres catenas illas intortas pallis illis. Definitæ magnitudinis catenas vocat breues. Locus iſte declarabitur per locum ſequentem in fine huius capitis. 22 Dicebatur pectorale iudicij, quòd ſacerdos nunquam dicebat ius in re graui, niſi quum habebat pectorale ſuper pectus collocatum. Quidam dicunt, Pectorale iudicij ideo dici, quòd contineret iudicium & ſententiam Dei, quæ erat, vt ſummus ſacerdos eſſet ornatus eruditione ſumma & doctrina, morumque integritate abſolutiſsima. Hoc enim ſignificabant voces illæ V R I M & T H V M M I M. quæ intra pectorale erant. Nam V R I M. i. illuminationes, ſignificabãt doctrinam ſanctam, quæ eſt vitæ noſtræ verũ lumen: & T H V M M I M, perfectiones. i. ſingularem morum integritatem. Vocem Hebræam H O S E N verterunt L X X λογεῖον, quos ſecutus vetus interpres, vertit rationale. λογεῖον enim nomen habet ἀπὸ τοῦ λόγου, id eſt à ratione. Videtur autem rationale & Græcis & Latinis ita dictum, quòd contineret quæ ſumma prudẽtia & exacta ratione conſyderãda erant à ſummo pontifice, nempe V R I M & T H V M M I M, & nomina filiorum Iſrael. 23 vel, textura artificis, 24 Heb. Et implebis in eo impletione lapidũ quatuor ordines lapillorum. ordo (quo erit) ſardius, topazius, & ſmaragdus erit ordo primus. Implebis (inquit) in eo. i. palas in eo diſpoſitas replebis lapidibus. 25 vel, iaſpis. 26 Plinius lib. 37. cap. 3, docet lyncurium, gemmam eſſe è lyncis vrina coactam. 27 vel, beryllus. 28 Heb. in repletionibus ſuis. i. in palis quas replent. 29 iuxta nomina. i. totidem erunt quot ſunt patriarchæ. 30 Heb. iuxta nomina illorum: ſculpturæ annuli quiſq; iuxta nomen ſuum erũt pro duodecim tribubus. i. inſculpẽtur ſculptura annuli, expreſſa, & quæ legi poſsit. 31 catenas termini, opere tortili ex auro mundo. De ſumma parte pectoralis loquitur. Catenas termini vocat terminatas & præfinitæ magnitudinis. Opus tortile, quale eſt funium. 32 id eſt, in parte ſuperiore pectoralis. 33 Heb. duos funes aureos. i. duas catenas aureas factas opere intorto inſtar funis. 34 Et duo extrema duorum funium (. i. duarum catenarum inſtar funis intortarum) inſeres duobus vncinis: poneſque (ſub. funes illarum catenarum) in lateribus ipſius ſuperhumeralis eregione faciei eius. Id eſt, in parte anteriore. Vncinos intelligit qui adhærent palis duorũ lapidum onychinorum. 35 in labio ſcilicet eius quod eſt in latere ſuperhumeralis intrinſecus. Id eſt, in parte interna quæ contingit ſuperhumerale. Labium vocat oram, vel extremum. 36 in anteriore parte, eregione vtriuſq; iuncturæ eius, ſupra cingulum (vel, balteum, ſiue artificium) ſuperhumeralis. Et coniungent pectorale &c. Cum iuncturam dicit, ſingulare eſt pro plurali. eæ erant in lateribus ſuperhumeralis. 37 vel, filo hyacinthino. 38 vt ſcilicet ſit ſupra cingulum ipſius ſuperhumeralis. 39 in memoriam. i. vt Deus memor ſit duodecim patriarcharum. Vel, vt ipſe Aaron ſit duodecim patriarcharum memor quum erit coram Domino. 40 Chaldæus paraphraſtes ſimiliter integra reliquit vocabula Vrim & Thummim. L X X interpretati ſunt Declarationẽ & Veritatẽ. Intra pectorale erat ſcriptura quædam quæ complectebatur nomẽ Dei tetragrammaton יהוה quę dicebatur Vrim & Thummim. Hoc autem nomen יהוה, trinitatis myſterium continet, vt veteres Iudæi qui Chriſtum præceſſerũt, dixere in ſuis traditionibus. nam per י, intelligitur pater qui eſt principium & origo omnium rerum. Per ה, filius per quẽ omnia quæ facta ſunt, eſſe cœperunt. Per ו, quæ eſt coniunctio copulatiua, intelligitur Spiritus ſanctus: qui eſt amor & nexus vtriuſq; qui ab vtroq; procedit. Geminatur autem ה propter duplicem naturam quæ eſt in Chriſto. per primum ה, natura diuina intelligitur: per ה poſtremũ, natura humana. Hoc nomen יהוה dicebatur Hebræis שם מפורש: id eſt, nomen expoſitum ſiue declaratum: aut nomen quod exponitur. Exponebatur enim ab eis per nomen duodecim literarum אב בן ורוח הקדש. Hoc eſt, Pater, Filius, & Spiritus ſanctus. Itẽ per nomẽ quadraginta duarũ literarũ אב אלהים בן אלהים רוח הקדש אלהים שלשה באחד אחד בשלשה. Id eſt, Pater Deus eſt, Filius Deus eſt, Spiritus ſanctus Deus eſt: *tres in vno*, (hoc eſt in vna ſubſtantia) vnus in tribus. (id eſt vna eſſentia.) Hæc autem ſcriptura nominis Dei יהוה dicebatur Vrim & Thummim, id eſt illuminationes & perfectiones, quòd ex huius trinitatis intellectu, mens illuminetur & perficiatur. Hæc ferè ex Rabbi Solomone magni nominis viro apud Iudæos: inter quos non deſunt alij rabbini etiã docti, qui quid ſit Vrim & Thummim, ingenuè fateantur ſe ignorare. Quidam exiſtimant V R I M & T H V M M I M quæ (vt dictum eſt) ſignificant illuminationes & perfectiones, hoc eſt, ſummam illuminationem & perfectionem: ideo Dominum iuſsiſſe inſcribi pectorali, vt admoneretur ſummus ſacerdos, oportere eum eſſe ſumma doctrina præditum (quæ lumen & illuminatio ſæpe in Scripturis dicitur) & morũ ſumma integritate. ⁒ Hîc iudiciũ, pro pectorali iudicij accipitur. Vel potius, iudiciũ, pro memoriali ponitur, quo reuocabat filios Iſrael Deo in memoriã. 41 Id eſt, quotieſcũq; ingredietur tabernaculũ. 42 Vel, palliũ ſuperhumeralis. Id eſt, quod ſuberat ſuperhumerali. 43 vel, In cuius ſummę partis medio foramẽ erit. Per quod ſcilicet caput immittatur. 44 pallij 45 Heb. ad miniſtrãdũ. i. quotieſcũq; erit miniſtraturus. 46 & audietur 47 & nõ morietur. vel, & ita nõ morietur. hoc eſt, ita impune ingredietur ſanctuariũ & egredietur. 48 Heb. ſculpturis annuli, ſanctitas Dñi eſt. ליהוה הקדש. Id eſt Sanctitas decet Dominũ. q. d. Procul eſte prophani; ſancte colẽdus eſt Deus. Verti poteſt, Sanctitas Dño eſt. Id eſt, Deus ſanctiſsimus eſt. Sculpturas annuli vocat explanatas, quæ facile legi poſsint. 49 in vitta hyacinthina, vt ſit ſuper tiarã in parte anteriore eius. Subaudi, tiarę, vel mitræ. Vel, ex aduerſo faciei eius. 50 Heb. ſanctificationum quas ſanctificabũt filij Iſrael in omnibus muneribus ſanctificationũ ſuarũ. Id eſt, tollet iniquitatẽ quã admittere poſſent Iſraelitæ in ſanctificationibus ſuis: hoc eſt, in oblationibus ſuis ſanctis, & in omnibus alijs donis, ſiquid peccẽt, nõ rite offerendo, aut ea offerendo quæ offerri nõ debent: cõdonabiturq; eis propter ſacerdotẽ ſummũ, qui Chriſtum repræſentabat. 51 Heb. ad beneplacitum eis coram Domino, id eſt, vt ipſos reconciliet Domino. 52 vel, Ocellabiſq; tunicam byſsinam. Id eſt, veluti oculis opere Phrygionico factis diſtingues. 53 Id eſt, ad ornamentum. 54 id eſt, ſuppeditabis illis victimas, & trades in manus eorum, vt eas offerant. Alij interpretantur, Tu mittes eos in poſſeſsionem ſacerdotij. Nam quum aliquis mittitur in poſſeſsionem alicuius rei, traditur aliquid in manu eius. Alij exponunt, Conſecrabis. Hoc enim vox Hebræa etiam ſignificat. Chaldæus paraphraſtes, Offeres oblationem pro Aarone & filijs eius. 55 in tabernaculum teſtimonij. ſiue fœderis. aut conuentionis & congreſſus, ſiue congregationis. De tabernaculo teſtimonij vide annotationem capite præcedenti, circiter finem. 56 vel, in ſanctimonia. aut, ſancte. ſiue cum ſumma ſanctitate. 57 Hebraiſmus eſt, ne ſi aliter faciant, peccent, ob idque moriantur. 58 Hoc eſt, ita induentur, & id obſeruabunt quotquot fungentur ſummo ſacerdotio.

## CAP. XXIX.

ET hæc quoque facies eis 1 ad conſecrandū eos, vt mihi ſacerdotio fungãtur. Tolle iuuencū vnum 2 ex bubus, & arietes duos integros. Panes quoque azymos, & placentas infermētatas oleo permixtas, & 3 lagana infermētata oleo vncta: hæc facies ex ſimilagine triticea, Poneſq; ea in caniſtrū vnū, & offeres ea in caniſtro, vnà cū iuueco & duobus arietibus. Aharonē verò & filios eius adduces ad oſtiū 4 tētorij cōſtitutionis, & aqua eos lauabis. Tolleſq; veſtes, & indues Aharonē, 5 tunicā ſtrictā, & interulā laxiorē, ephod & pectorale: & cinges eum textura quæ eſt in ipſo ephod. Pones etiā tiarā ſuper caput eius, & 6 coronā ſanctam pones ſuper tiarā. Accepto deinde oleo 7 vnctionis, 8 fundes ſuper caput eius, & vnges eum. Deinde & filios eius adduces, & indues eos tunicis: Cinges quoq; eos cinctura, Aharonē videlicet & filios eius, & 9 obuincies eos pileolis, 10 eritq; eis ſacerdotiū in ſtatutū perpetuū: 11 implebis quoque manū Aharonis, & manū filiorū eius. Poſt hæc adduci facias 12 iuuēcū ante tentoriū 13 cōſtitutionis, & admouebit Aharon & filij eius manus ſuas ſuper caput iuuēci. 14 Et mactabis iuuencū illū coram Dño, ad oſtiū tentorij 15 cōſtituti. Et tollens de ſanguine iuuēci, pones ſuper cornua aræ digito tuo, & 16 omnē ſanguinē fundes ad baſim aræ. Accipies quoq; vniuerſum adipē qui obtegit 17 inteſtinū, & reticulū 18 quod eſt circa hepar, & duos renes, & adipem qui eſt ſuper eos, & incendes ſuper arā. Carnē verò iuuenci, & cutē eius, & fimū eius, 19 extra caſtra igne cōbures, [eo quòd] 20 peccatū eſt. Accipies deinde alterū arietē, & Aharō atque filij eius manus ſuas ſuper caput arietis ponēt. Et vbi arietē mactaueris, accipies de ſanguine eius, & ſparges 21 per ambitū aræ, Arietē autē ipſum incides 22 iuxta inciſiones ſuas, & lauabis inteſtinū eius, atque crura eius, poneſq; 23 ad inciſiones eius, & ad caput eius. Deinde incēdes totū arietem ſuper aram, 24 holocauſtū hoc Dño, odor gratiſſimus & ſuaueolens, ſacrificiū igne confectū Domino. Alterū verò arietē tolles, & admouebit Aharon & filij eius manus ſuas ſuper caput arietis illius. 25 Et mactato ariete, ſumes de ſanguine eius, poneſq; ſuper 26 auriculam molliorē auris Aharonis, & ſuper auriculā molliorem auris filiorū ſuorū dexterā, & ſuper pollicē manus ipſorū dexterū, & ſuper pollicem pedis eorū dexterū, & ſparges ſanguinē ſuper aram per ambitū. Et accipies de ſanguine qui eſt ſuper aram, & de oleo vnctionis, & ſparges ſuper Aharonem & ſuper veſtes eius, & ſuper filios eius, & ſuper veſtes filiorū eius cum ipſo, & cōſecrabitur ipſe, & veſtimēta eius, atque filij eius, & veſtimenta filiorū eius cū eo. Tolles quoq; adipē de ariete, & caudā, 27 & adipē qui inteſtinū obtegit, & reticulū iecoris, & duos renes, & adipē qui 28 circa ipſos eſt, & armū dextrū: eſt enim 29 aries impletionis. Sed & 30 globum panis vnū, placentā vnā panis oleo permixtā, & laganum vnum de caniſtro 31 azymorū 32 quod eſt corā Domino. Et omnia hæc pones ſuper manus Aharonis, & ſuper manus filiorum eius, & facies ea motari 33 tenupha corā Dño. Et deinde tolles ea de manu illorū, & incēdes ſuper arā 34 ad holocauſtū, in odorē ſuaueolentē corā Dño, 35 ſacrificiū igne confectū eſt Domino. Tolles etiā pectuſculū 36 de ariete cōſecrationū Aharō: & motabis ipſum 37 thruma corā Domino, 38 eritq; pars tua. Conſecrabis itaq; pectuſculū 39 tenupha, & armū eleuationis, quod motū, & qui in altum ſublatus eſt, de ariete 40 cōſecrationis, propter Aharonem & propter filios eius. Et erit Aharonis & filiorū eius ſtatuto perpetuo de filijs Iſrael, 41 quoniā thruma eſt, thruma inquā à filijs Iſrael, & à ſacrificijs eorū pacificis, thruma eorū Domino. Porrò veſtes ſanctæ quas habet Aharon, erūt filiorū eius poſt ipſum, vt vngantur 42 in eis, & impleant manū ſuā cū eis. Septē diebus induet eas 43 ſacerdos 44 ſucceſſor eius, qui eſt de filijs eius, quando venerit ad tentorium cōſtitutum, vt miniſtret in ſancto. Tolles autem arietem conſecrationis, & coques carnem eius in loco ſancto, comedetq; Aharon & filij eius 45 carnem arietis, & panes qui ſunt in caniſtro iuxta oſtium tentorij

## CAP. XXIX.

1 SEd & hoc facies, vt mihi in ſacerdotio conſecren-
tur, Tolle vitulum de armento, & arietes duos im-
2 maculatos, ♀ Paneſque azymos, & cruſtulā abſq;
fermento, quæ conſperſa ſit oleo, lagana quoque azyma
3 oleo lita: de ſimila triticea cuncta facies. ♀ Et poſita in
4 caniſtro offeres: vitulum autem & duos arietes. ♀ Et
Aaron, ac filios eius applicabis ad oſtium tabernaculi te-
ſtimonij. Cumque laueris patrem cum filijs ſuis aqua,
5 ♀ indues Aaron veſtimentis ſuis, id eſt linea & tunica, & 
6 ſuperhumerali & rationali, quod conſtringes balteo. ♀ Et
pones tiaram in capite eius, & laminam ſanctam ſuper
7 tiaram, ♀ & oleum vnctionis fundes ſuper caput eius,
8 atque hoc ritu conſecrabitur. ♀ Filios quoque illius ap-
9 plicabis, & indues tunicis lineis, ♀ Cingeſque balteo,
Aaron ſcilicet & liberos eius, & impones eis mitras, erūt-
que ſacerdotes mihi religione perpetua. Poſtquam ini-
10 tiaueris manus eorum, ♀ applicabis & vitulum coram
tabernaculo teſtimonij. Imponentque Aaron & filij eius
11 manus ſuper caput illius, ♀ & mactabis eum in conſpe-
12 ctu Domini, iuxta oſtium tabernaculi teſtimonij. ♀ Sum-
ptumque de ſanguine vituli, pones ſuper cornua altaris
digito tuo, reliquum autem ſanguinem fundes iuxta ba-
13 ſim eius. ♀ Sumes & adipem totum qui operit inteſtina,
& reticulum iecoris, ac duos renes, & adipem qui ſuper
14 eos eſt, & offeres incenſum ſuper altare. ♀ Carnes ve-
rò vituli & corium & fimum combures foris extra ca-
15 ſtra, eo quòd pro peccato ſit. ♀ Vnum quoque arietem
ſumes, ſuper cuius caput ponent Aaron & filij eius ma-
16 nus. ♀ Quem cum mactaueris, tolles de ſanguine eius,
17 & fundes circa altare. ♀ Ipſum autem arietem ſecabis
in fruſta: lotaque inteſtina eius ac pedes pones ſuper
18 conciſas carnes, & ſuper caput illius. ♀ Et offeres totum
arietem in incenſum ſuper altare: oblatio eſt Domino,
19 odor ſuauiſsimus victimæ Domini. ♀ Tolles quoque
arietem alterum, ſuper cuius caput Aaron & filij eius po-
20 nent manus. ♀ Quem quum immolaueris, ſumes de ſan
guine eius, & pones ſuper extremum auriculæ dextræ
Aaron & filiorum eius, & ſuper pollices manus eorum ac
pedis dextri, fundeſque ſanguinem ſuper altare per cir-
21 cuitum. ♀ Cumque tuleris de ſanguine qui eſt ſuper
altare & de oleo vnctionis, aſperges Aaron & veſtes
eius, filios, & veſtimenta eorum. Conſecratiſque ipſis &
22 veſtibus, ♀ tolles adipem de ariete, & caudam & aruinā
quæ operit vitalia, ac reticulum iecoris, & duos renes,
atque adipem qui ſuper eos eſt, armumque dextrum,
23 eo quòd ſit aries cōſecrationis: ♀ tortamq; panis vnius,
cruſtulam conſperſam oleo, laganum de caniſtro azy-
24 morum, quod poſitum eſt in conſpectu Domini: ♀ po-
neſque omnia ſuper manus Aaron & filiorum eius, &
25 ſanctificabis eos eleuans coram Domino. ♀ Suſcipieſq;
vniuerſa de manibus eorum: & incendes ſuper altare in
holocauſtum, odorem ſuauiſsimum in conſpectu Domi-
26 ni, quia oblatio eius eſt. ♀ Sumes quoque pectuſculum
de ariete quo initiatus eſt Aaron, ſanctificabiſq; illud ele-
27 uatum coram Domino, & cedet in partem ° ſuā. ♀ San-
ctificabiſq; & pectuſculum conſecratū, & armū quem de
28 ariete ſeparaſti, ♀ quo initiatus eſt Aaron & filij eius,
cedentq; in partem Aaron & filiorū eius iure perpetuo à
filijs Iſrael, quia primitiua ſunt & initia de victimis eo-
29 rum pacificis quæ offerunt Domino. ♀ Veſtem autem
ſanctam qua vtetur Aaron, habebunt filij eius poſt eum,
30 vt vngantur in ea, & conſecrentur manus eorum. ♀ Se-
ptem diebus vtetur illa qui pontifex pro eo fuerit con-
ſtitutus de filijs eius, & qui ingredietur tabernaculum te-
31 ſtimonij vt miniſtret in Sanctuario. ♀ Arietem autem
°conſecrationis tolles, & coques carnes eius in loco
32 ſancto, ♀ quibus veſcetur Aaron & filij eius. Panes
quoque qui ſunt in caniſtro, in veſtibulo tabernaculi
teſtimonij

°in ſacerdotium. Modus conſecrandi ſacerdotes Dei, rituſq; offerendi pro eis. Leuitici 9.a.

B Leuit.1.b.

Leuit.3.a.

C

D

°tuam.

E

°conſecrationum

Leuit.8.f.



teſtimonij comedent: ♀ vt ſit placabile ſacrificium, & 33
ſanctificentur offerentium manus. Alienigena non veſce
tur ex eis, quia ° ſancti ſunt. ♀ Quòd ſi remanſerit de 34
carnibus conſecratis ſiue de panibus vſque mane, com-
bures reliquias igni: non comedentur, quia ſanctificata
ſunt. ♀ Omnia quæ præcepi tibi, facies ſuper Aaron & 35
filijs eius. Septem diebus conſecrabis manus eorum: ♀ & 36
vitulum pro peccato offeres per ſingulos dies ad ex-
piandum. Mundabiſque altare cum immolaueris expia-
tionis hoſtiam, & vnges illud in ſanctificationem. ♀ Se 37
ptem diebus expiabis altare & ſanctificabis, & erit ſan-
ctum ſanctorum: omnis qui tetigerit illud ſanctificabi-
tur. Hoc eſt quod facies in altari, ♀ Agnos anniculos 38
duos per ſingulos dies iugiter, ♀ vnum agnum mane, 39
& alterum veſpere, ♀ decimam partem ſimilæ conſper 40
ſæ oleo tuſo, quod habeat menſuram quartam partē hin,
& vinum ad libandum eiuſdem menſuræ in agno vno.
♀ Alterum verò agnum offeres ad veſperam iuxta ritum 41
matutinæ oblationis, & iuxta ea quę diximus, in odorem
ſuauitatis. ♀ ſacrificium eſt Domino Deo, oblatione 42
perpetua in generationes veſtras, ad oſtium tabernacu-
li teſtimonij coram Domino, vbi conſtituam vt loquar
ad te. ♀ Ibique præcipiam filijs Iſrael, & ſanctificabitur 43
altare in gloria mea. ♀ Sanctificabo & tabernaculum 44
teſtimonij cum altari, & Aaron cum filijs ſuis, vt ſacer-
dotio fungantur mihi. ♀ Et habitabo in medio filio- 45
rum Iſrael, eroque eis Deus. ♀ Et ſcient quia ego Do- 46
minus Deus eorum, qui eduxi eos de Terra AE-
gypti, vt manerem inter illos, ego Dominus Deus ip-
ſorum.

° ſancta

F

Sacrificium iuge & quotidianum. num.28.a

G

46 conſtitutionis. Veſcentur inquam illis, 47 eo quod propitiatio per ea facta ſit, ad implendum manus illorum, & ad cōſecrandum eos. Alienus autem non edet, quia ſancta ſunt. Siquid de carne conſecrationis aut de panibus ſuperfuerit vſque mane, combures hoc reſiduum igne: non comedetur, quoniam ſanctum eſt. Sic facies Aaroni & filijs eius, iuxta omnia quæ præcepi tibi, ſeptem diebus 48 implebis manum illorum. Et iuuencum 49 peccati facies per ſingulos dies 50 pro expiationibus, & expiabis aram, 51 quum ſuper ea expiaueris, & vnges eam, vt conſecres eam. Septem diebus expiabis 52 ſuper ara, & conſecrabis eam, eritque ara 53 ſanctum ſanctorum: 54 quicūque tetigerit aram, ſacer eſto. Hoc eſt autē quod facies 7 ſuper aram, duos agnos anniculos iugiter 55 per ſingulos dies. Vnum agnum mane facies, & alterum facies 56 inter veſperas. 57 Decimam quoq; [partē] ſimilaginis mixtam oleo contuſo, quartam partem hin, 58 & libamen vini quartam partem hin ad agnum vnum. Agnum autem alterum facies 56 inter veſperas, 59 quemadmodum ſacrificium cibarium matutinum, & quemadmodum libationem eius facies ei, vt ſit odor ſuaueolens & ſacrificium igne confectum Domino. Hoc holocauſtum iuge ſit etiam poſteris veſtris ad oſtium tentorij 60 conſtituti 61 coram Domino, 62 vbi conueniam vos vt tecum loquar. Illic 63 paciſcar cum filijs Iſrael, & 64 conſecrabitur [locus] in gloria mea. 65 Et ego ſanctum reddam tabernaculum conſtitutionis, & aram: ſed & Aharonem atque filios eius cōſecrabo, vt mihi ſacerdotio fungatur. Habitaboq; in medio filiorū Iſrael, & ero Deus illorū. Et ſciēt quod ego ſum Dominus Deus eorum, qui eduxi eos è terra AEgypti, vt habitarē in medio illorū: ego 66 Dominus Deus eorum.

## SCHOLIA IN CAP. XXIX.

1 Heb. ad ſanctificandum eos, vt ſacerdotio mihi &c. Id eſt, hac quoque ratione conſecrabis illos, vt mihi ſacerdotes ſint. 2 Heb. filium bouis. Hebraiſmus, pro nondum adulto. 3 Vox Hebræa RAKIK, ſignificat placentulam, cruſtulam, ſiue laganum, à tenuitate Hebraice appellatum. 4 tabernaculi conuentus, ideſt, quo, ſiue ad quod conuenire ſoleo vobiſcum. Vide annotationem cap. 27, circa finem. 5 tunica ſcilicet, & pallio ſuperhumeralis, & ſuperhumerali & pectorali: & cinges illum artificio ſuperhumeralis. Pallium ſuperhumeralis vocat ſupra quod ſtatim ponebatur ſuperhumerale. Artificium autem ſuperhumeralis, texturam vetus interpres alio loco vertit. Alij, ingenioſiſsimum opus quod ex eodem panno & materia in extremitatibus ephod ſiue ſuperhumeralis fabrefactum erat. 6 .i. laminam auream in qua deſcriptum erat, Sanctitas Domini. ſiue, Sanctitas decet Dominum. 7 ideſt, quo vngebantur ſacerdotes. 8 ſubintellige, depoſita prius mitra 9 vel, aptabis illis tiaras, 10 .ideſt, volo vt ſacerdotium perpetuo pertineat ad eos. 11 Vide interpretationem horum verborum capite præcedenti, paulo ante finem. 12 ſub. de quo locuti ſumus. 13 conuentus. Vide annotationem capitis XXVII, circa finem. 14 vel, Tunc mactabis 15 conuentus. vel, fœderis. 16 reliquum 17 Singulare pro plurali, inteſtina. Quidam ventrem legunt. 18 quod eſt ſuper iecur. vel, quod ambit iecur, 19 Nā propterea & Chriſtus paſſus eſt extra portam vrbis. Heb. 11. b. 20 Id eſt, ſacrificium pro peccato eſt. Sic Paulus. 2. Corinth. 5. d. Eum qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit. Hîc monent Hebræi, Dominum potiſsimum exigere pro ſuo ſacrificio animalia illa & membra quæ concupiſcentijs ſubijciuntur. Non vult habere animal infirmum, aut quod teſticulis ſit priuatum. Requirit renes, qui concupiſcentiæ prima ſunt officina. Vult habere hepar, quod roborat libidinem: & adipes, qui effrænem faciūt concupiſcentiam, iuxta illud, Impinguatus eſt Iſrael, & recalcitrauit. Hæc omnia Dominus in ſuo vult habere ſacrificio, non quod illum delectent renes, ſed quod hæc ſignificent mortificanda eſſe membra noſtra ſuper terram. 21 ſuper altare per circuitum, 22 in fruſta ſua, ideſt, dilaniabis. 23 ſuper fruſta eius, & caput eius, ideſt, congeres omnia illa in vnum. 24 vel, holocauſtum (enim) eſt Domino, odor quietis, oblatio ignita eſt Domino, ideſt, oblatio eſt enim quæ tota igni abſumi debet in honorem Dei: eſtque oblatio quę quieſcere facit iram Dei: hoc eſt, pacatum eum reddit hominibus. Quod autem addit, oblatio ignita eſt Domino: repetitio eſt verbis paulum immutatis. Dicitur præterea holocauſtum, HOOLA Hebraice, à verbo, עלה, ideſt, aſcendit: quod totum illud ſacrificium in fumum, vt ita dicam, aſcenderet & conuerteretur. 25 vel, Dehinc mactato &c. 26 vel, teneriorem auris partem 27 Hoc loco (&) accipitur expoſitiuè. q. d. Id eſt adipem tegētem inteſtina. 28 vel, ſuper 29 Arietem impletionum ſiue conſecrationum appellat, qui immolabatur in conſecratione ſummi ſacerdotis. 30 fruſtum (vel, partem) panis vnius, 31 vel, infermentatorum. Id eſt, in quo infermentata fuerint oblata Deo. 32 Hebraiſmus eſt, pro, quod oblatum eſt Deo. 33 Tenupha ſacrificium eſt quod dextroſum & ſiniſtrorſum motabatur. Quidam vertunt, agitabis ea, agitatione. Sublatam enim hoſtiam agitabant ſeu mouebant primum ab Oriente in Occidentem, deinde à Septentrione in Meridiem: qua agitatione Deum totius eſſe terræ Dominum ſignificabant. 34 vltra holocauſtum. vel, cum holocauſto. 35 vel, eſt enim oblatio ignita Domino, ideſt, quę igni abſumitur in honorem Domini, 36 ideſt, de ariete immolato die conſecrationis Aaronis. 37 Thruma, genus ſacrificij eſt, quod ab imis ad ſuperiora eleuatur. Voces Hebraicas reliquit aliquando nouus interpres, eas pręcipuè quę verbo vno non poſſunt exprimi. Quidam vertunt, agitabis (illud pectuſculum) agitatione. Alij, eleuabis ipſum eleuatione. 38 ideſt, ex eo ſacrificio habebis pro parte tua pectuſculum. 39 eleuationis, ideſt, eleuatū iam corā Dño. 40 vel, conſecrationū Aaronis & filiorū eius. Aut, cōſecrationum pro Aarone & filijs eius. 41 quia oblatio eſt: & oblatio erit à filijs Iſrael de ſacrificijs ſuis pacificis: eleuatio (ſiue oblatio) inquam eorum erit Domini, ideſt, pars illa offeretur Domino, & propterea ſacerdotes habebunt illam, hoc eſt, armum dextrum cum pectore. 42 vel, cum eis, ideſt, vt illis veſtiti vngantur & conſecrentur. 43 ſub. ſummus. 44 vel, qui ſufficietur in locum eius de nepotibus eius, qui ingredietur tabernaculum fœderis ad miniſtrandum cum ſanctimonia. 45 ideſt, quod ſuperfuerit de ariete. 46 conuentionis. aut, fœderis. 47 quibus expiatus eſt ad conſecrandum manus eorum (ideſt, eos) & ſanctificandum eos. 48 ideſt, conſecrabis eos. 49 vel, pro peccato offeres. 50 vel, propter expiationes, ideſt, ad expiandum, ſcilicet altare. Vel, vltra expiationum, ſubaudi arietes, ideſt, vltra arietes qui mactabūtur altaris expiandi cauſa. 51 expiando illam, & vnges eam (poſtea,) ad ſanctificandum, ideſt, vt ſancta ſit ara. 52 aram, 53 vel, ſanctitas ſanctitatum. Hebraiſmus, pro, erit ſanctiſsima. q. d. atque ita ſanctiſsima erit hęc ara, ita vt quicunque &c. 54 vel, quicquid tetige-

tetigerit aram, ſanctificabitur, ideſt, quæcũque ſuper altare illud offerentur, non poterunt edi niſi à ſacerdotibus. ⁒ vel, altaris cauſa. 55 Sub. offeres. 56 inter duas veſperas. hoc eſt, ſub veſperam & noctem ipſam. 57 Sub. ephi. Habet autem menſura ephi, tria ſata, ſeu modios, ſiue bocellos. Et decima pars ephi tantum continet quantum quadraginta trium ouorum teſtæ. Hin vero eſt menſura liquidorum, continens duodecim login. Log vero menſura eſt quæ tantum continet quantum ſex ouorum teſtæ. Porro homer, ſiue gomer, qui & corus dicitur, eſt menſura continens tres menſuras ephi, hoc eſt quantum mille ducentæ & nonaginta teſtæ ouorum. 58 vel, & libamẽ factum ex tribus ſextarijs vini pro vnoquoque agno. 59 iuxta ritum matutinæ oblationis, & iuxta libamẽ eius facies ei (ſub. holocauſto) in odorem quietis: oblatio eſt ignita Domino. Holocauſtum iuge (erit) per ætates (vel, generationes) veſtras &c. In odorem quietis, ideſt, vt ſit odor gratiſſimus Deo. nam iſtud ſacrificium erit oblatio quæ igni abſumetur in honorem Domini, quandiu viuetis, offeretis mihi iuge ſacrificium. 60 conuentus. 61 ideſt, coram arca fœderis. 62 quò conueniam vobiſcum, vt te illic alloquar. Hîc aperte declarat quare appelletur OELMOEED, tabernaculum conuentus, vt ita dicam. 63 conueniam 64 ſanctificabitur ob gloriam meã. i. ob meã præſentiã glorioſam. 65 Sãctificabo inquã tabernaculũ conuentus. Exponit ſuperiora. 66 .i. ſum Dominus Deus eorũ, qui promitto auxiliũ meum illis.

## CAP. XXX.

*A*1 *Ram quoq; facies 2 ad incendendũ ſuffimentum, de lignis ſitim facies eam. Cubitũ habebit longitudo eius, cubitumq; latitudo eius: quadrata erit: cuius altitudo duos habebit cubitos, cornuaque eius 3 ex ipſa erũt. Et obduces eã auro mũdo, nẽpe tectũ eius, parietes eius per ambitum, & cornua eius: & facies ei 4 coronã aureã per ambitũ. Facies ei & duos annulos aureos ſub corona eius, & facies in duobus angulis eius, in vtroque latere eius, vt ſint 5 loculi ipſis vectibus, vt eis ipſa geſtetur. Facies autem vectes ex lignis ſitim, & obduces eos auro. Et pones eã [foris] 6 ante velũ, quod eſt iuxta arcam teſtimonij, corã propitiatorio quod eſt ſuper teſtimoniũ, vbi tibi paciſcar. Et Aharõ adolebit ſuper ea incẽſum aromatũ ſingulis mane, quando ſcilicet 7 inſtruxerit lucernas, adolebit incenſum. Similiter 8 inter veſperas, quũ promouet Aharõ lucernas, adolebit ipſum, eritque hoc ſuffimentum iuge corã Domino in poſteritatibus veſtris. Ne 9 afferatis ſuper eam incenſum alienum, 10 aut holocauſtum, aut cibarium ſacrificium, ſed nec libamen fundetis ſuper eam. Semel in anno expiabit Aharon ſuper cornua eius, 11 idq; per ſanguinẽ hoſtiæ peccati, [quæ fit] pro his qui expiantur: ſemel inquã in anno expiabit ſuper eã in poſteritatibus veſtris, 12 ſacroſancta eſt Domino. Loquutuſque eſt Dominus ad Moſen hiſce verbis, 13 Quum cenſum egeris ſecundum capita filiorum Iſrael, iuxta cenſum eorum, dabunt ſinguli 14 expiationẽ animæ ſuæ Domino, 15 quãdo eos cenſueris, vt non ſit in eis plaga, quũ ipſi cenſentur. Quicunq; ergo 16 in cenſum venit, hoc dabit, dimidiũ ſiclum iuxta ſiclum 17 ſanctuarij: ſiclus autẽ habet viginti 18 gera. 19 munus ergo Domino erit dimidius ſiclus. Quicunq; 16 in cenſum tranſit, ab eo qui natus eſt viginti annos, & ſupra, 21 dabit munus Domino. Qui diues eſt, nihil plus dabit: nec qui pauper eſt, minus dabit dimidio ſiclo, 22 ad dandũ munus Domino, ad expiandũ animas veſtras. Hanc 23 expiatorum pecuniã à filijs Iſrael acceptã, tradas 24 in cultũ tentorij cõſtitutionis, 25 vt ſit filijs Iſrael ad monumentũ corã Domino, 26 vt propitius ſit animabus veſtris. Et loquutus eſt Dominus ad Moſen, dicens, Facies & 28 labrũ æneum, & baſim eius æneã ad lauandum, & pones ipſum inter 29 tentorium conſtitutionis, & inter arã, & fundes in ipſum aquã, Vt Aharon & filij eius manus ſuas & pedes ſuos ex eo lauent. Quando enim ingreſſuri ſunt 29 tentoriũ cõuentionis, aqua ſe lauabunt, ne moriantur: aut cum acceſſuri ſunt ad 30 aram, vt miniſtrent, & adoleant 31 ſacrificiũ quod igne cõfit Domino: Lauabunt inquã manus ſuas & pedes ſuos, ne moriãtur. 32 hic ritus perpetuus ſit eis, tam Aharoni quàm ſemini eius per poſteritates ſuas. Et loquutus eſt Dominus ad Moſen, dicẽs, Sume tibi 33 odoramẽta præſtantiſſima, myrrhæ ſponte fluẽtis 34 quingẽtos, cinamomi aromatici dimidiũ 35 eius, nẽpe ducẽtos quinquaginta, & calami aromatici ducẽtos quinquaginta, Caſiæ vero quingẽtos ſecundũ ſiclum ſanctuarij, & 36 hin olei de olea. 37 Ex hoc conficies oleũ vnctionis ſanctũ, 38 vnguentũ [confectũ] opere vnguentarij, eritq; oleũ vnctionis ſanctæ. Vnges autẽ eodẽ tentorium conuentionis, & arcam teſtimonij: Et mẽſam, & omnia inſtrumenta eius: candelabrũ & inſtrumẽta eius, arã quoq; incenſi: Sed & arã holocauſti, & omnia inſtrumẽta eius, labrũ & baſim eius.*

## CAP. XXX.

Forma altaris thymiamatis.

1 FAcies quoque altare ad adolendum thymiama,
2 de lignis ſetim, ¶ Habens cubitum longitudinis,
& alterum latitudinis, id eſt quadrangulum, &
duos cubitos in altitudine: cornua ex ipſo procedent.
3 ¶ Veſtieſque illud auro puriſſimo, tam craticulam
eius, quàm parietes per circuitum, & cornua. ° Fa-
4 cieſque ei coronã aureolam per gyrum, ¶ & duos annu-
los aureos ſub corona per ſingula latera, vt mittantur
5 in eos vectes, & altare portetur. ¶ Ipſos quoque ve-
6 ctes facies de lignis ſetim, & inaurabis. ¶ Poneſque
altare contra velum, quod ante arcam pendet teſtimonij
coram propitiatorio quo tegitur teſtimonium, vbi lo-
7 quar tibi. ¶ Et adolebit incenſum ſuper eo Aaron, ſua-
ue fragrans mane: quando componet lucernas, incen-
8 det illud. ¶ Et quando collocabit eas ad veſperum,
vret thymiama ſempiternum coram Domino in gene-
9 rationes veſtras. ¶ Non offeretis ſuper eo thymiama
compoſitionis alterius, nec oblationem & victimam,
10 nec libabitis libamina. ¶ Et deprecabitur Aaron ſuper
cornua eius ſemel per annum, in ſanguine quod obla-
tum eſt pro peccato, & placabit ſuper eo in generationi
11 bus veſtris, ſanctum ſanctorum erit Domino. ¶ Lo-
12 cutuſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens, ¶ Quan-
do tuleris ſummam filiorum Iſrael iuxta numerum, da-
bunt ſinguli pretium pro animabus ſuis Domino, & non
13 erit plaga in eis, cum fuerint recenſiti. ¶ Hoc autem
dabit omnis qui tranſit ad ° nomen, dimidium ſicli
iuxta menſuram templi. Siclus viginti obolos ha-
14 bet. media pars ſicli offeretur Domino. ¶ Qui ha-
betur in numero, à viginti annis & ſupra, dabit pre-
15 tium. ¶ Diues non addet ad medium ſicli, & pauper ni
16 hil minuet. ¶ Suſceptamque pecuniam, quæ collata eſt
à filijs Iſrael, trades in vſus tabernaculi teſtimonij, vt ſit
monimentum eorum coram Domino, & propitietur
17 animabus eorum. ¶ Locutuſque eſt Dominus ad Moy
18 ſen, dicens, ¶ Facies & labium æneum cum baſi ſua
ad lauandum: poneſque illud inter tabernaculum te-
19 ſtimonij & altare. Et miſſa aqua ¶ lauabunt ° in ea
20 Aaron, & filij eius manus ſuas ac pedes, ¶ quando
ingreſſuri ſunt tabernaculum teſtimonij, & quando
acceſſuri ſunt ad altare vt offerant in eo thymiama
21 Domino: ¶ ne forte moriantur. legitimum ſempi-
22 ternum erit ipſi, & ſemini eius per ſucceſſiones. ¶ Lo-
23 cutuſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens, ¶ Sume tibi
aromata, primæ myrrhæ & electæ quingentos ſiclos, &
cinnamomi medium, id eſt ducentos quinquaginta ſiclos,
24 calami ſimiliter ducentos quinquaginta ſiclos, ¶ Ca-
ſiæ autem quingentos ſiclos in pondere ſanctuarij, ° oleũ
25 de oliuetis menſuram hin: ¶ facieſque vnctionis oleũ
ſanctum, vnguentum compoſitum opere vnguentarij,
26 ¶ & vnges ex eo tabernaculum teſtimonij, & arcam
27 teſtamenti, ¶ Mẽſamque cum vaſis ſuis, candelabrum, &
28 vtenſilia eius, altaria thymiamatis, ¶ & holocauſti, &
vniuerſam ſupellectilem quæ ad cultum eorum pertinet.
29 ¶ Sanctificabiſque omnia, & erunt ſancta ſanctorũ: qui
30 tetigerit ea, ſanctificabitur. ¶ Aaron & filios eius
vnges,

° Facies quoq;

Situs eiuſdem.

B

Pecunia in vſus tabernaculi, nu. 1. a.

° numerum, Siclus. leuit. 27. c. nume. 3. g. ezec. 45. d.

C

Labium æneũ.

° in eo

Confectio olei ſancti.

° olei



D vnges, ſanctificabiſque eos, vt ſacerdotio fungantur
mihi. ¶ Filijs quoque Iſrael dices, Hoc oleum vnctio 31
nis ſanctum erit mihi in generationes veſtras. ¶ Caro 32
hominis non vngetur ex eo, & iuxta compoſitionem eius
non facietis aliud, quia ſanctificatum eſt, & ſanctum erit
vobis. ¶ Homo quicunque tale compoſuerit, & dederit 33
ex eo alieno, exterminabitur de populo ſuo. ¶ Dixitq; 34
Dominus ad Moyſen, Sume tibi aromata, ſtacten & ° ony
cham, ° galbanũ boni odoris, & thus lucidiſſimum, æqua
lis ponderis erunt omnia: ¶ facieſque thymiama com 35
poſitum opere vnguentarij, miſtum diligenter, & purum
& ſanctificatione digniſſimum. ¶ Cumque in tenuiſſi 36
mum puluerem vniuerſa contuderis, pones ex eo coram
tabernaculo teſtimonij, in quo loco apparebo tibi. ſan
ctum ſanctorum erit vobis thymiama. ¶ Talem com 37
poſitionem non facietis in vſus veſtros, quia ſanctum eſt
Domino. ¶ Homo quicunque fecerit ſimile, vt odore 38
illius perfruatur, peribit de populis ſuis.

Confectio thymiamatis.
° onycha,
° galbanen

*Hæc inquã cõſecrabis, vt ſint ſacroſancta: 39 quicunq; hæc cõtigerit, ſacer eſto. Vnges quoq; Aharonẽ & filios eius, & cõſecrabis eos, vt mihi ſacerdotio fungãtur. Ad filios verò Iſrael loquêris in hunc modũ, Hoc oleũ vnctionis ſanctæ meũ erit per poſteritates veſtras. Super carnẽ hominis nõ fundetur, nec talẽ cõpoſitionẽ facietis qualis hæc eſt: 40 ſancta enim eſt, & ſancta vobis eſto. Quicũque tale cõfecerit, aũt 41 qui poſuerit de hoc ſuper alienũ, excindetur è populo ſuo. Et dixit Dominus ad Moſen, Sume tibi aromata, 42 balſamũ, 43 vngulã [caballinã,] galbanũ, aromata [iſta] vnà cũ thure mũdo, 44 quòdque ſeorſim æqualiq; põdere ſit. Ex ijs facies ſuffimentũ, 45 vnguẽtum videlicet opere vnguentarij commiſtum, 46 mundũ & ſanctũ. Et cõtundes 47 ex illo puluerẽ, poneſque ex eo corã teſtimonio in tentorio cõuentionis, vbi tibi paciſcar: ſacroſanctũ erit vobis. Et ſi ſuffimẽtum vultis vobis facere, talem 48 commiſtionem, qualis illa eſt, ne feceritis: 49 ſanctũ enim Domino erit. Quicunq; talem fecerit, vt eam olfaciat, 50 excindetur è populo ſuo.*

## SCHOLIA IN CAP. XXX.

1 Sub. aliam. 2 Heb. ſuffimenti ſuffitus. 3 ideſt, ex eodẽ ligno, non aliunde affixa & compacta. 4 vel, limbum aureum 5 Heb. domus, ideſt, vt per eos traijciantur ipſi vectes. 6 eregione veli quod eſt iuxta arcam teſtimonij coram tectorio (vel, cęlo) quo tegitur teſtimonium quò conueniam tecum. Arcam teſtimonij vocat, in qua teſtimonium diuinæ voluntatis duabus tabulis comprehenſum ponebatur. Præterea, teſtimonium poſuit pro arca teſtimonij. 7 Hebr. bonas fecerit lucernas, ideſt, bene cõpoſuerit. Hoc eſt, quum quicquid noctu immunditiarum oleũ & ellychnium contraxerit, remouerit, & repurgarit. 8 inter duas veſperas, quum accendet Aaron &c. Hebraice legitur, quum aſcendere fecerit lucernas. 9 vel, offeratis. 10 ideſt, tantum ſuper illud incendetis odores. 11 idque ſanguine ſacrificij pro peccato, quo facta eſt expiatio: 12 ſanctitas ſanctitatum eſt Domino. Hebraiſmus eſt, pro ſanctiſſimo, ideſt, tanquam res Deo dicata ſanctiſſimum erit vobis. 13 Quando capies ſummam filiorum Iſrael per numeratos eorum, ideſt, Quando recenſere voles filios Iſrael qui veniunt in numerum. non enim omnes numerabantur: nam qui viceſimum annum nondum attigerant, reijciebantur ab eo numero. 14 redemptionem. Oblationem intelligit qua redimebant vitam ſuam. Nã alioqui Deus interficiebat eos, vt fecit tẽporibus Dauid. 15 quando recenſere voles eos: neque erit in eis plaga, quando recenſebis eos, ideſt, Dominus non percutiet eos. 16 tranſibit ad numeratos, ideſt, Omnis qui numerabitur. 17 Hoc eſt, quo vtebantur in templo. Nã ſiclus tẽpli, vt aiunt Hebræi, cõſentiẽte Ioſepho, habebat quatuor drachmas: & quælibet drachma quinque obolos: quare eueniebat vt ſiclus templi, viginti caperet obolos. Idem eueniebat in talento. nam talentum templi capiebat centum & viginti libras: prophanum verò, quo vulgo vtebantur, ſexaginta tantum, ideſt, dimidium. Ita & ſiclus vulgaris capiebat duas drachmas, ideſt, didrachmõ, & decem obolos. Viginti obolorum erat ſiclus. 18 ideſt, obolos. 19 vel, oblatio 21 vel, dabit oblationem quæ leuabitur coram Domino. 22 dando oblationem Domino ad expiandum &c. ideſt, ad placandum Dominũ ne interficiat vos. 23 vel, expiationum, ideſt, qua expiatur iniquitas. 24 in opus tentorij conuentus. Vel conuentionis, aut fœderis. De hoc vide annotationem ſupra. 27. d. 25 ideſt, vt cauſa ſit quamobrem recorder filiorum Iſrael. Hebraico more, de ſe loquitur in tertia perſona. 26 ad expiandum animas veſtras, ideſt, vt condonem vobis delicta veſtra. & ne vos interficiam propter ea. 28 vel, ſolium. aut, concham 29 tabernaculum conuentus. vel, fœderis. 30 ſub. æneam. 31 vel, oblationem vſtulatam 32 Heb. eritque hoc illis ſtatutum perpetuum, id eſt, illi & poſteritati eius in generationes ſuas. Hoc eſt, quandiu viuent, perpetuo obſeruabitur ab illis hæc lotio. 33 aromata capitis, myrrhæ liberæ. Aromata capitis vocat præcipua, primæ notæ, & optima. Myrrham autem liberam, intelligit non adulteratam. ſolet enim frequenter adulterari & vitiari, vt tradit Plinius. Chaldæus paraphraſtes vertit, myrrhæ puriſſimæ. 34 ſub. ſiclos. 35 ſcilicet myrrhæ. 36 menſura eſt AEgyptiaca, duodecim logim continens, ideſt, vt vertit B. Hieronymus, ſextarios. Log autem eſt menſura quæ tantum capit quantum ſex ouorum teſtis contineri poteſt, 37 ideſt, Ex omnibus his aromatibus confuſis. 38 Heb. vnguentum vnguenti, ideſt, optimum vnguentum. per appoſitionem dictum. 39 quicquid tetigerit ea, ſanctificabitur. ſiue, ſanctum erit. q. d. ea re quæ tetigerit ſanctificata, non licebit vti in rebus priuatis, ſed tantum in ſacris. 40 ſanctum eſt, ideoque pro ſancto habebitis illud. Id eſt, ſanctum erit vobis, neque prophanabitis illud, hoc eſt non vtemini ad alios vſus quàm ad meos, nempe quum ſacerdotes meos vngetis. 41 Id eſt, qui eo vnxerit eum qui non fuerit ſacerdos, aut ex genere ſacerdotali. 42 vel, ſtacten, 43 vnguem aromaticum. Vel, vngulam aromaticam. eſt enim vnguis aromaticus leuis & pellucidus inſtar vnguis. 44 Hebraice legitur ad verbum, pondus in pondere erit. i. æqualis ponderis erunt omnia. Vel, vnicum in vnico erit. i. vnumquodque aroma in pila ſeorſum contundetur. Dicũt Hebręi vniuſcuiuſque horum aromatum libras ſeptuaginta Moſen accepiſſe. 45 compoſitionem aromaticam 46 & purum, & ſanctitatem, ideſt, omnia iſta miſcebis diligenter cum ſumma puritate & ſanctimonia. 47 ex ea (ſcilicet compoſitione) & comminues: poneſq; ex ea corã arca teſtimonij in tabernaculo conuentus, vbi conueniã tecũ. ſanctitas ſanctitatũ erit vobis. i. ſacroſanctum erit vobis hoc thymiama. 48 vel, compoſitionẽ. 49 .i. quia hæc compoſitio dicabitur Domino. 50 .i. peribit anima eius.

## CAP. XXXI.

Artificibus Beſeleel & Ooliab dat Spiritũ ſuũ Deus, vt excogitent omnia quæ pertinent ad tabernaculum eleganter conſtruendum.

B

LOcutuſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens, 1
¶ Ecce, vocaui ex nomine Beſeleel filiũ Vri filij 2
Hur de tribu Iuda. ¶ Et impleui eum Spiritu 3
Dei, ſapientia, & intelligentia, & ſcientia in omni opere,
¶ Ad excogitandum quicquid fabrefieri poteſt ex au- 4
ro, & argento, & ære, ¶ marmore, & gemmis, & diuer- 5
ſitate lignorum. ¶ Dedique ei ſocium Ooliab filium 6
Achiſamech de tribu Dan. Et in corde omnis eruditi po-
ſui ſapientiam: vt faciant cũcta quæ præcepi tibi, ¶ Ta 7
bernaculum fœderis, & arcam teſtimonij, & propitiato-
rium quod ſuper eam eſt, & cuncta vaſa tabernaculi,
¶ menſamque, & vaſa eius, candelabrum puriſſimum 8
cum vaſis ſuis, & ° altaria thymiamatis. ¶ Et holocau- 9

° altare

*LOquutuſq; eſt Dominus ad Moſen, dicens, En ego 1 nominatim vocaui Bezaleel filium Vri, filij Hur de tribu Iehuda, Et impleui eũ Spiritu 2 Dei, ſapientia, iudicio, peritia, & omni 3 opere. 4 Ad texendũ polymita, ad operandũ in auro, argẽto & ære. In artificio quoq; 5 gẽmas inſerẽdi, & fabrefactione lignorũ, ad operandũ deniq; in omni opere. Et ecce, adiũxi ei Ahaliab filiũ Ahiſamach ex tribu Dã: & 6 in cor vniuſcuiuſque, qui ſapienti eſt corde, ego dedi ſapientiã, vt faciant quæcunque præcepi tibi. Nẽpe, tentorium conuentionis, & arcam teſtificationis, & 7 propitiatorium quod ſuper illam eſt, & cuncta vaſa tentorij. Sed & menſam & omnia vaſa eius, candelabrum mundum cum omnibus inſtrumentis ſuis, & aram incenſi, Et aram holocauſti, &*

*ſti,& omnia inſtrumenta eius,labrū cū baſi ſua,Et 8 veſtimē ta quibus quæ ſuperſunt[inuoluūtur,] & veſtimenta ſancta pro Aharone ſacerdote, & veſtimenta 9 ſacerdotalia filiorū eius. Oleū quoq; vnctionis,& ſuffimentū aromaticū pro ſanctuario,ſecundū omnia quæ præcepi tibi faciēt. Et dixit* Dñs *ad Moſen in hūc modū,Et tu loquere ad filios Iſrael hiſce verbis,* 10 *Veruntamē ſabbata mea obſeruabitis: quoniā ſignū eſt inter me & inter vos* 11 *in poſteritates veſtras,vt ſciatis quòd ego* Dñs 12 *qui ſanctos vos reddo. Obſeruabitis igitur ſabbatū,* 13 *quoniam ſanctum eſt vobis:prophanans ipſum,* 14 *morte multetur,quicuque enim opus in eo fecerit,* 15 *excindetur anima illa è populo ſuo. Sex diebus fiet opus, die ſeptimo* 16 *ſabbatū eſt,quies ſancta* Dño. 17 *quicūque fecerit opus in ſabbato,morte multetur. Obſeruabūt igitur filij Iſrael ſabbatū,vt faciāt ſabbatū* 18 *per poſteritates ſuas fœdere perpetuo. Inter me enim & inter filios Iſrael ſignum hoc eſt perpetuū: quoniā ſex diebus fecit* Dñs *cælum & terrā, ſeptimo aut die quieuit &* 19 *refocillatus eſt.* Dedit autē Dñs *Moſi, poſtea quam ceſſaſſet loqui cum eo in monte Sinai,* 20 *duas tabulas teſtimonij,tabulas lapideas ſcriptas* 21 *digito* Dei.

10 ſti,& omnia vaſa eorum,labium cum baſi ſua, ♀ Veſtes
ſanctas in miniſterio Aaron ſacerdoti,& filijs eius,vt fun
11 gantur officio ſuo in ſacris,♀Oleum vnctionis,& thymia
ma aromatum in ſanctuario.omnia quæ præcepi tibi,fa- C
12 cient. ♀ Et locutus eſt Dominus ad Moyſen , dicens,
13 ♀ Loquere filijs Iſrael,& dices ad eos, Videte vt ſabba-
thum meum cuſtodiatis: quia ſignum eſt inter me & vos
in generationibus veſtris: vt ſciatis quia ego Dominus qui
14 ſanctifico vos. ♀ Cuſtodite ſabbathum ˋ meum:ſan-
ctum eſt enim vobis: qui polluerit illud, morte morie-
tur:qui fecerit in eo opus, peribit anima illius de medio
15 populi ſui. ♀ Sex diebus ″facietis opus : in die ſeptimo
ſabbathum eſt, requies ſancta Domino.omnis qui fece- D
16 rit opus in hac die,morietur. ♀ Cuſtodiant filij Iſrael
ſabbathū,& celebrēt illud in generationibus ſuis. Pactū
17 eſt ſempiternū ♀ inter me & filios Iſrael,ſignumq; perpe
tuū.ſex enim diebus fecit Dominus cælū & terrā,& in ſe
18 ptimo ab ˋomni opere ceſſauit. ♀ Deditq; Dominus Moy
ſi,cōpletis huiuſcemodi ſermonibus in mōte Sinai,duas
tabulas teſtimonij lapideas,ſcriptas digito Dei.

Sabbathū quale ſignum. ſup.20.b. ezec. 20.b.

″ facies

Gene.1.d.

Tabulæ lapideę digito Dei ſcriptæ. deut.9.b.

## SCHOLIA IN CAP. XXXI.

1 Heb.ex nomine vocaui,pro,prę alijs delegi. 2 ideſt,meo, de ſe loquitur in tertia perſonā. 3 arte mechanica, 4 Heb.Ad cogitandum cogitationes,ideſt, Ad excogitandum quicquid excogitari poteſt. 5 gemmario,ad replendas(ſub.palas lapillis pretioſis) & in arte fabrili lignaria,ita vt poſsit operari in omni arte mechanica,ideſt,donaui eum cognitione omnium artium mechanicarum. Hinc diſcimus artes mechanicas eſſe à Deo. 6 ideſt, ita docui omnes artifices,in eorum animis inſerendo ſapientiam, vt facere poſsint &c. 7 vel potius,coopertorium 8 veſtimenta miniſterij.hoc eſt,ea veſtimenta quibus arca,menſa, candelabrum,& reliqua vaſa inuoluebantur quando tabernaculum deponebatur. 9 filiorum eius vt ſacerdotio fungantur,vel,ad miniſtrandum,ideſt,cum quibus fungantur ſacerdotio. 10 eſt eclipſis.q.d.facient quidem omnia illa quæ iuſsi: tamen nolo ea fieri diebus feſtis. Itaque ſabbatha mea,ideſt,mihi dicata ſeruate, agnoſcendo me Dominum eſſe qui ſanctificauerim vos. 11 Heb. in generationibus veſtris,ideſt,per ætates veſtras,quandiu vixeritis. 12 qui ſanctifico vos,ideſt,qui ſeparaui vos ab alijs populis, & mihi ſelegi,vt ſancti eſſetis. 13 vel,ſacroſanctum enim vobis eſſe debet: 14 ideſt,ſententia iudicis moriatur. Hoc enim verbum Hebraicum in ſexta coniugatione Hebraica ſignificat. Ita intelligendum paulo poſt, & alijs locis. 15 Hebraiſmus eſt, pro,peribit. 16 ſabbathum ſabbathi (vel, quies quietis) eſt, & ſanctitas Domino, ideſt,at in die ſeptimo omnino vobis ceſſandum eſt: dies enim is Domino Deo ſacer eſt, ſiue conſecratus. 17 Subintelligendum eſt, Proinde:vt ſic legatur, Proinde omnis qui &c. 18 Heb.in generationibus veſtris,ideſt,per ætates veſtras,quandiu vixeritis. 19 vel,recreatus eſt, loquitur autē Scriptura & hic,& alijs pene infinitis locis, de Deo,humano more,perinde quaſi homo eſſet qui poſt laborem recrearetur : quod diligentiſsime notant Hebræi. 20 ideſt,duas tabulas in quibus decem præcepta erant ſcripta,quibus teſtabatur Iſraelitis ſuam voluntatem,quicquid eos in poſterum facere vellet. 21 ideſt,digito ſuo. Hebraiſmus,antecedens pro relatiuo.

## CAP. XXXII.

*VIdens autem populus quòd moram faceret* Moſes *deſcendendi de monte,congregatus eſt populus* 1 *ad Aharonem,& dixerunt ad eum, Surge* , *fac nobis deos qui nos præcedant:*Moſi *enim viro iſti,qui effecit vt nos aſcenderemus è terra* AEgypti , *neſcimus* 2 *quid acciderit. Et dixit Aharon ad eos,* 3 *Abrumpite inaures aureas , quæ [pendent] in auribus vxorum veſtrarum , filiorum veſtrorum,& filiarum veſtrarum,& afferte ad me.* 4 *Abruperūt ergo populus inaures aureas omnes quæ pependerant in auribus ſuis,& attulerunt ad* Aharonem. *Qui ſumens de manu illorum,* 5 *finxit illud ſtilo,& fecit* 6 *hoc ipſum,vitulum fuſum.*Et *dixerunt,Iſti ſunt dij tui,ô* Iſrael,*qui effecerunt vt aſcenderes à terra* AEgypti. *Quod videns* Aharon, *extruxit aram coram eo.* Et 7 *clamauit* Aharon, *& dixit,* Cras *erit feſtus dies* 8 Domino. *Poſtero die ſummo mane conſurgentes,immolauerunt holocauſta, &* 9 *adduxerunt gratulatoria,& ſedit populus vt manducaret & biberet , & ſurrexerunt ad ludendum.* Loquutus *eſt autem* Dominus *ad Moſen,* Vade,*deſcende:quoniam populus tuus quem adduxiſti ex* AEgypto,*corrupit[viam ſuam,]* Deflexerunt *ilico à via quā præceperam eis,fecerunt ſibi vitulum fuſum , & adorarunt eum,atque ſacrificarunt ei, dixeruntque,* Iſti *ſunt dij tui , ô* Iſrael,*qui fecerunt te aſcendere è terra* AEgypti.Et *dixit* Dominus *ad* Moſen,Vidi *populum iſtum,& en populus eſt præfractæ ceruicis:* 10 *Adquieſce ergo mihi,vt excandeſcat furor meus in eos,conſumamque eos,* 11 *te autem faciam in gentem magnam.* Et *precatus eſt* Moſes 12 *coram* Domino Deo *ſuo,& dixit,Cur excandeſceret ô* Domine,*furor tuus in*

1 VIdens autem populus quod morā faceret deſcē
dendi de monte Moyſes,congregatus aduerſus
Aaron,dixit, Surge,fac nobis deos qui nos præ
cedant:Moyſi enim huic viro qui nos eduxit de Terra-
2 AEgypti, ignoramus quid acciderit *. ♀ Dixitque ad
eos Aaron , Tollite inaures aureas de vxorum,filiorum-
que, & filiarum veſtrarum auribus , & afferte ad me.
3 ♀ Fecitque populus quæ iuſſerat, deferens inaures ad
4 Aaron. ♀ Quas cum ille accepiſſet, formauit opere
fuſorio,& fecit ex eis vitulum conflatilem. Dixerunt-
que, Hi ſunt dij tui Iſrael , qui te eduxerunt de Ter-
5 ra-AEgypti. ♀ Quod cum vidiſſet Aaron, ædifica- B
uit altare coram eo, & præconis voce clamauit dicens,
6 Cras ſolennitas Domini eſt. ♀ Surgenteſque mane,
obtulerunt holocauſta , & hoſtias pacificas , & ſe-
dit populus manducare , & bibere , & ſurrexerunt
7 ludere. ♀ Locutus eſt autem Dominus ad Moyſen,
ˋdicens, Vade , deſcende : peccauit populus tuus
8 quem eduxiſti de Terra- AEgypti. ♀ Receſſerunt
cito de via, quam oſtendiſti eis : feceruntque ſibi vi-
tulum conflatilem , & adorauerunt , atque immo-
lantes ei hoſtias , dixerunt , Iſti ſunt dij tui Iſrael,
9 qui te eduxerunt de Terra-AEgypti. ♀ Rurſum-
que ait Dominus ad Moyſen , Cerno quòd populus
10 iſte, duræ ceruicis ſit: ♀ dimitte me, vt iraſcatur fu- C
ror meus contra eos , & deleam eos , faciamque te in
11 gētem magnam. ♀ Moyſes autem orabat Dominum
Deum ſuum,dicens,Cur Domine iraſcitur furor tuus cō-
tra po-

Vitulum aureū filij Iſrael adorant. Act.7.e.

* ei

Pſal.105.c.

1.Cor.10.b.

De peccato populi admonet Moyſen Deus. deu. 9.b.

3.Reg. 12. g.

Ceruicis duræ populus Iſrael. infra.33.a. 11.

Pſalm.105.b.



tra populum tuum quem eduxiſti de Terra-AEgypti, in
fortitudine magna,& in manu robuſta? ♀ Ne quæſo di 12
cant AEgyptij, Callidè eduxit eos,vt interficeret in mō-
tibus,& deleret è terra: quieſcat ira tua, & eſto placabilis
ſuper nequitia populi tui. ♀ Recordare Abraham,ˋ & 13
Iſaac,& Iſrael ſeruorum tuorum, quibus iuraſti per teme
tipſum,dicens, Multiplicabo ſemen veſtrum ſicut ſtel-
las cæli:& vniuerſam terram hanc, de qua locutus ſum,
dabo ſemini veſtro,& poſsidebitis eam ſemper. ♀ Pla- 14
D catuſque eſt Dominus ne faceret malum quod locutus
fuerat aduerſus populum ſuum.♀ Et reuerſus eſt Moyſes 15
de mōte,portās duas tabulas teſtimonij in manu ſua,ſcri
ptas ex vtraque parte, ♀ & factas opere ″Domini:ſcri- 16
ptura quoque Dei erat ſculpta in tabulis. ♀ Audiens au 17
tem Ioſue tumultum populi vociferantis, dixit ad Moy-
ſen,Vlulatus pugnæ auditur in caſtris. ♀ Qui reſpon- 18
dit,Non eſt clamor adhortantium ad pugnam,neque vo
ciferatio compellentium ad fugam : ſed vocem cantan-
tium ego audio. ♀ Cumque appropinquaſſet ad ca- 19
ſtra:vidit vitulum,& choros,iratuſque valde, proiecit de
manu tabulas,& cōfregit eas ad radicem mōtis. ♀ Arri 20
E pienſque vitulum quem fecerant,combuſsit, & contriuit
vſque ad puluerem quem ſparſit in aquam, & dedit ex
eo potum filijs Iſrael. ♀ Dixitque * ad Aaron, Quid ti- 21
bi fecit hic populus, vt induceres ſuper eum peccatum
maximum? ♀ Cui ille reſpondit, Ne indignetur domi 22
nus meus:tu enim noſti populum iſtum quòd pronus ſit
ad malum. ♀ Dixerunt mihi, Fac nobis deos, qui nos 23
præcedant: huic enim Moyſi, qui nos eduxit de Terra-
AEgypti,neſcimus quid acciderit. ♀ Quibus ego dixi, 24
Quis veſtrum habet aurum?Tulerunt, & dederunt mihi:
& proieci illud in ignem, egreſſuſque eſt hic vitulus.
F ♀ Videns ergo Moyſes populum quòd eſſet nudatus(ſpo 25
liauerat enim eum Aaron propter ignominiam ſordis, &
inter hoſtes nudum conſtituerat) ♀ & ſtans in porta 26
caſtrorum, ait,Siquis eſt Domini,iungatur mihi. Con-
gregatique ſunt ad eum omnes filij Leui: ♀ quibus 27
ait, Hæc dicit Dominus Deus Iſrael,Ponat vir gladium
ſuper femur ſuum:ite,& redite de porta vſque ad portam
per medium caſtrorum,& occidat vnuſquiſque fratrem,
& amicum,& proximum ſuum. ♀ Feceruntque filij Le 28
ui iuxta ſermonem Moyſi,cecideruntque in die illa quaſi
ˋtriginta tria millia hominum. ♀ Et ait Moyſes,Con- 29
ſecraſtis manus veſtras hodie Domino, vnuſquiſque in
G filio,& in fratre ſuo,vt detur vobis benedictio. ♀ Facto 30
autem altero die,locutus eſt Moyſes ad populū,Peccaſtis
peccatum maximum:aſcendam ad Dominum,ſi quo mo
do quiuero eum deprecari pro ſcelere veſtro. ♀ Reuer 31
ſuſque ad Dominum,ait,Obſecro,ˋ Domine peccauit po
pulus iſte peccatum maximum,feceruntque ſibi deos au
reos: ♀ aut dimitte eis hanc noxam: aut ſi non facis,de 32
le me de libro tuo quem ſcripſiſti. ♀ Cui reſpondit Do 33
minus,Qui peccauerit mihi, delebo eum de libro meo:
♀ tu autem vade, & duc populum iſtum quò locutus 34
ſum tibi,angelus ˋautem meus præcedet te. Ego autem
in die vltionis viſitabo & hoc peccatum eorum. ♀ Per- 35
cuſsit ″autem Dominus populum pro reatu vituli quem
fecerat Aaron.

Orat Moyſes Deum pro Iſraël,citans promiſsiones. Num. 14. c.

Gene. 12. b.15. b.48.c.

Moyſes deſcendit de monte.

″ Dei:

Tabulæ à Deo ſcriptæ.

Iratus confringit tabulas, & vitulum.

* Moyſes Obiurgat Aaronem fratrem.

Interficiuntur idololatræ à Leuitis,iuſſu Moyſi.

Peccatum populi reprehendit Moyſes.

Vult deleri de libro Dei, aut populo peccatum dimitti.

Scripti in libro Dei.

ˋergo

*populum tuum quem eduxiſti è terra* AEgypti *magna virtute , & manu forti ?* 13 *Cur [ſic] dicerent* AEgyptij , *Ad malum eduxit eos , [nempe] vt occideret eos in montibus , vtque conficeret eos è terra. reuertere ab ira furoris tui,* 14 *pœniteatque te mali huius contra populū tuum.* 15 *Memineris Abrahæ, Iſaac & Iſraelis ſeruorum tuorum, quibus per temetipſum iuraſti, & loquutus es ad eos,* Augebo *ſemen veſtrum quemadmodū ſtellas cæli:& vniuerſam terram hanc de qua dixi,*Dabo *ſemini veſtro , quam perpetua hæreditate poſsidebunt.* Pœnituit *itaque* Dominum *mali quod loquutus fuerat ſe facturum populo ſuo .* Et 16 *vertens ſe* Moſes *deſcendit de monte , habebatque duas tabulas teſtimonij in manu ſua , quæ tabulæ ſcriptæ erant ab vtraque facie .* Erantque *tabulæ illæ opus* Dei *: & ſcriptum hoc, fuit ſcriptum* Dei, *ſculptum in tabulis.* Audiens *autem* Iehoſua *vocem populi* 17 *cum iubilo,ait ad* Moſen, 18 Vox *bellica[eſt] in caſtris.* Et 19 *dixit,* 20 Vox *hæc non eſt eorum qui reſpondeant fortiter, nec vox eſt eorum qui reſpondeāt infirmiter : quin vocem cātantium viciſsim audio.* Quumque *iam ad caſtra appropinquaſſet,vidit vitulum & choros:& excanduit* 21 *naſus* Moſis,*& abijciens tabulas è manu ſua,eas infra ad mōtem confregit.* Et *tollens vitulum quem fecerant,combūſsit [eum] igne,& comminuit eum in puluerem , & ſpargens in aquam, potum dedit filijs* Iſrael. Et *ait* Moſes *ad* Aharonem,Quid *fecit tibi populus ille ,* 22 *vt induceres ſuper eum tam grande peccatum ?* Et *reſpondit* Aharon, 23 Ne *cōmoueat iram domino meo:tu noſti* 24 *quòd populus iſte in moleſtia fuerit.* Dixerunt *enim mihi,* Fac *nobis deos qui nos præcedant : neſcimus enim quid* Moſi *viro iſti,qui nos è terra* AEgypti *eduxit,acciderit . Et dixi ad eos,* 25 *Qui aurum habent , abrūpant,& dent mihi.hoc abieci in ignē,* 26 *exiuitque vitulus ille.Et vidit* Moſes *populum* 27 *quòd nudatus eſſet , quodq́; Aharon nudaſſet eum ad ignominiā coram eis qui contra eos inſurrecturi erant.* Et *ſtans* Moſes *in porta caſtrorum , ait,* 28 *Qui* Domini *eſt,ad me[accedat.]* Et *congregati ſunt ad eū omnes filij* Leui.*Quibus ait, Sic dicit* Dominus Deus Iſrael,*Ponite quiſque gladium ſuum ſuper femur ſuum: tranſite & redite de porta ad portam in caſtris,& trucidet quiſq; fratrem ſuum, & quiſque proximum ſuum , quiſque inquā propinquum ſuum.*Fecerunt *autem filij* Leui *iuxta verbum* Moſis,*& ceciderunt eodem die è populo circiter tria millia virorum.* 29 Et *ait* Moſes, Conſecrate *hodie manus veſtras* Domino: 30 *quiſque in filio ſuo,& in fratre ſuo,* 31 *vt detur vobis hodie fauſta imprecatio.*Poſtero *die dixit* Moſes *ad populum,* Vos *peccaſtis peccatum magnum: nunc igitur aſcendam ad* Dominum , 32 *ſi quo modo propitiari queam peccatum veſtrum.* Reuerſus *eſt igitur* Moſes *ad* Dominum , *& ait,* Obſecro , *peccauit populus iſte peccatum grande:* 33 *& fecerunt ſibi deos aureos.* 34 *Nunc igitur remitte peccatum hoc eorum:aut ſi non vis [remittere,] expunge me quæſo* 35 *ex libro tuo quem ſcripſiſti.* Et *reſpondit* Dominus Moſi, *Qui mihi peccauit, hunc expungam è libro meo.* Nunc *igitur vade,duc populum ad eum[locum] de quo loquutus ſum tecum : ecce angelus meus ibit ante te:* 36 *in die autem viſitationis meæ viſitabo [hoc] eorum peccatum in eis.* Et *plagam intulit* Dominus *populo , quòd feciſſent vitulum, quem fecerat* Aharon.

## SCHOLIA IN CAP. XXXII.

1 Aduerſus 2 Ex Hebræo addendum (ei,) quod apud Latinos vacat. Eſt autem Hebraiſmus , Moyſi huic viro neſcimus quid acciderit ei:pro , Neſcimus quid acciderit huic viro Moſi. 3 Heb.Separate.vel, Seponite 4 Heb.Separauitque ſeſe omnis populus ab inauribus aureis quas habebat in auribus ſuis,ideſt, priuauit ſe inauribus,vel detraxit inaures de auribus ſuis. Hebraica phraſis. 5 vel,formauit illud ſtilo . Alij volunt eſſe formulam &typum in quem proiecerit Aaron aurum,quod fuſum expreſſerit vituli ſimilitudinem. Sequitur enim,Fecit ex eo vitulum conflatilem. 6 ex eo.ſcilicet auro. 7 ideſt,voce præconis indixit. 8 Domino dicit,non vitulo.ſperabat enim Moſen rediturum ante diem ſequentem. 9 admouerunt hoſtias pacificas: 10 Dimitte me in pace.vel,Sine me. 11 ideſt,efficiam vt ex te gens oriatur magna. Vel,præficiam te alij genti multo maiori. 12 Heb. faciem Domini Dei ſui,& dixit,Cur iraſcetur 13 Quare dicent AEgyptij,Malo ſydere eduxit eos,ideſt,Ne committas vt AEgyptij dicant in hunc modum,Infœlici ſydere eduxit eos . AEgyptij enim omnia tribuunt ſyderibus. Alij vertunt, vt vetus interpres,Malitioſe,ſiue callidè eduxit eos. 14 vel,pœniteatque te ſuper malo,populo tuo. Tria hæc verba, Quod facere decreuiſti, ſubin-

ſubintelligi debẽt hoc modo, Muta ſententiã de malo quod facere decreuiſti populo tuo. Ita exponẽdũ eſſe docent ſequẽtia. 15 ideſt, Memento iuramenti facti in gratiã Abrahæ. 16 vel, conuerſus. ſcilicet à Deo, auertit faciẽ ſuã à Deo, & deſcendit 17 vel, cũ vociferaretur, 18 Strepitus pugnæ, 19 ſub. Moſes. 20 Nõ eſt clamor vociferationis fortitudinis, neq; eſt clamor vociferationis imbecillitatis, ideſt, Non eſt ſtrepitus qualis eſſe ſolet vincentiũ, neq; eorũ qui vincuntur. In bello audiuntur duæ diuerſæ voces: vna eorũ qui victi ſunt, & hęc eſt vox calamitoſa, & triſtitię plena. Altera eſt eorũ qui victoriã adepti ſunt: & illi iubilant pro fortitudine ſua. In caſtris aũt Iſrael audiebatur vox gaudentiũ, ludentiũ, atq; cantantiũ. Chaldæus paraph. vertit, Non eſt vox virorum qui vincunt in pręlio, neque vox debilium qui vincuntur. 21 furor. 22 ideſt, quod impuleris eum in tantum peccatum? ſiue, quod eum peccare feceris tam grauiter? Hebraiſmus. 23 Heb. Ne iraſcatur furor domini mei: pro, Ne indigneris mihi domine. 24 Heb. quod in malo ſit, ideſt, quod omnino malus ſit. 25 Heb. Quibus eſt aurum, (vel, Quis habet aurum?) ſeparate vos ab illo. Dederunt itaque mihi, ideſt, ſiqui ſint qui habeant aurum, auferant à ſe, & ad me afferant, quod & fecerunt. Hebraicus loquendi modus. 26 . i. formatus eſt 27 vel, quod eſſet detectus. (detexerat enim eum Aaron, ad ignominiam apud hoſtes eorum) Tunc ſtans &c. ideſt, Quum vidiſſet Moſes quod detecta & nota facta eſſet malitia populi ipſius ad ignominiam eius apud aduerſarios. Erat enim magnum dedecus & magna confuſio Iſraelitis coram hoſtibus, vt deſerto Deo cæli, qui tot & tanta miracula fecerat in oculis eorum, & pro vtilitate eorum, eligerent alium deum etiam cum magno diſpendio auri & argenti ſui. Denudauit igitur Aaron populum illum, primùm quod innoteſcere fecerit vniuerſo mundo qualem haberent animum, quum illis fabricauit vitulum quem adorauerunt: præterea denudauit eum ornamentis ſuis aureis. 28 Heb. Quis eſt pro Domino? ideſt, Quicunque eſt Domini, qui colit Dominum, & vult tueri partes eius, non idoli, veniat ad me. &c. 29 Iam ante dixerat Moſes, Implete &c. ideſt, Conſecrate manus &c. Debebat hic verſus præcedere. hoc enim dixerat antequam interficerent eos. q. d. Hoc agite quod vobis dicam, quod factum, perinde reputabitur à Domino, quaſi obtuleritis ei dona & oblationes. 30 Heb. nam quiſque in filio &c. Subaudi, conſecrabit, vel conſecrare poterit illas, interficiendo eum ſcilicet. q. d. Tanquam ſacrificium reputabit Dominus, ſiquis filium ſuum idololatram interfecerit. 31 vt det vobis hodie benedictionem. Vel, vt detur, ideſt, vt bene ſit vobis. 32 fortaſſe expiabo peccatum veſtrum, ideſt, placabo Deum vobis iratum ob peccatum veſtrum. 33 fecerunt enim 34 Heb. Nunc autem ſi remittis eis peccatum eorum. Hic multa ſunt ſubaudienda. q. d. Si tantum peccatum remiſeris eis, quid ſentient de te Gentes? quanta apparebit miſericordia tua? quibus laudibus efferent te omnes? 35 In quo ſcilicet ſcripſiſti omnes electos tuos ab æterno. q. d. ne ſim de numero electorum tuorum. 36 ideſt, eo tẽpore quo puniturus ſum peccata, puniam & iſtud peccatum.

## CAP. XXXIII.

ET loquutus eſt Dominus ad Moſen, Vade, & 1 aſcẽde hinc, tu & populus quem eduxiſti e terra AEgypti, ad terram (quam iuraui Abrahamo, Iſaac & Iacob, dicens, Semini tuo dabo eã. Et mittã ante te angelũ, & eijciã Chananæum, Amorræum, Hithæũ, Pheriſæum, Hiuæum atq; Iebuſæum,) ad terram ſcilicet 2 fluentem lacte & melle: ego enim nõ aſcendam in medio tui, eo quòd populus ſis præfractæ ceruicis, ne fortè in via te conficiam. Audiens autem populus verbum iſtud malum, luxerunt, nec vllus ornamentum ſuum ſibi adhibuit. 3 Et dixit Dominus ad Moſen, Dic ad filios Iſrael, Vos eſtis populus duræ ceruicis, 4 ſemel ſubito irruam in medium tui, & conficiam te: 5 pone igitur ornamentum tuum à te vt ſciam quid faciam tibi. Et ſpoliarunt ſe filij Iſrael ornamentis ſuis 6 ad montem Horeb. Et Moſes tollens 7 tentorium, tetendit ſibi extra caſtra procul à caſtris & vocauit ipſum, 8 Tentorium conuentionis. hinc factum eſt vt quicunque 9 quærere vellet Dominum, exiret ad Tentorium conuentionis, quod erat extra caſtra. Et hoc quoque fiebat, quoties exiret Moſes ad Tentorium, ſurgebat vniuerſus populus, ſtabantque ſinguli ad oſtium tentorij ſui, & 10 videbant poſt Moſen, donec Tentorium eſſet ingreſſus. Quumque ingreſſus eſſet Moſes Tentorium, deſcendebat columna nubis, & ſtabat ad oſtium tentorij, & loquebatur cum Moſe. Et videbat cunctus populus columnam nubis ſtantem ad oſtium Tentorij, & ſurgebat cunctus populus, pronique incuruabant, quiſque in oſtio tentorij ſui. Loquebatur autem Dominus ad Moſen 11 facie ad faciem, quemadmodum quis cum amico ſuo loquitur. cumque rediret in caſtra, miniſter eius Iehoſua filius Nun 12 puer, nõ recedebat e tentorio. Et dixit Moſes ad Dominum, Ecce tu dicis ad me, Duc populum iſtum, tu vero non oſtendiſti mihi quem miſſurus ſis mecum: 13 dixiſti autem, Noui te 14 ex nomine, ſed & 15 gratiam coram me nactus es. Si igitur hanc gratiam apud te impetraui, oſtende quæſo mihi 16 viã tuam, vt te cognoſcam, & vt gratiam coram te impetrem, & attende quod populus tuus gens iſta ſit. Et ait, 17 Facies mea ibit, & requiem tibi præſtabo. Dixit ad eum, Si facies tua non ierit, ne ducas nos hinc. In quo enim cognoſcetur nũc quod impetrarim coram te gratiam, ego & populus tuus? 18 annõ [tum] quum tu nobiſcum ieris? tum ſcilicet eximij erimus cum ego, tum populus tuus, præ omnibus populis qui habitant in ſuperficie terræ. Et ait Dominus ad Moſen, 19 Et hoc quoque faciam quod loquutus es: 20 conciliaſti enim tibi fauorem apud me, teque ex nomine noui. Qui

## CAP. XXXIII.

1 LOcutuſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens, Va-
de "deſcende de loco iſto tu & populus tuus quẽ
eduxiſti de Terra-AEgypti, in terram (quã iuraui
Abraham, Iſaac, & Iacob, dicens, Semini tuo dabo eam.
2 ♀ Et mittam præcurſorem tui angelum, vt eijciam Cha-
nanæum, & Amorrhæum, & Hethæum, & Pherezæum,
3 & Heuæũ, & Iebuſæũ,) & ♀ intres in terrã fluentẽ lacte
& melle. ♀ Non enim aſcendam tecum, quia populus
4 duræ ceruicis es: ne fortè diſperdam te in via. ♀ Audiẽſ-
que populus ſermonem hũc peſsimũ, luxit: & nullus ex
5 more indutus eſt cultu ſuo. ♀ Dixitq; Dñs ad Moyſen,
Loquere filijs Iſrael, populus duræ ceruicis es, ſemel aſcẽ-
dã in medio tui, & delebo te. Iã nũc depone ornatum tuũ
6 vt ſciã quid faciã tibi. ♀ Depoſuerunt ergo filij Iſrael or-
7 natũ ſuũ à mõte Horeb. ♀ Moyſes quoque tollens taber-
naculũ, tetẽdit extra caſtra procul, vocauitq; nomẽ eius
Tabernaculum fœderis. Et omnis populus qui habebat
aliquã quæſtionẽ, egrediebatur ad Tabernaculũ fœde-
8 ris extra caſtra. ♀ Cumque egrederetur Moyſes ad Ta-
bernaculũ, ſurgebat vniuerſa plebs, & ſtabat vnuſquiſq;
in oſtio papilionis ſui, aſpiciebantq; tergũ Moyſi, donec
9 ingrederetur tentorium. ♀ Ingreſſo autẽ illo Taberna-
culum fœderis, deſcẽdebat columna nubis, & ſtabat ad
10 oſtiũ, loquebaturq; Dominus cum Moyſe, ♀ cernenti-
bus vniuerſis quod colũna nubis ſtaret ad oſtiũ Taberna-
culi. Stabantq; ipſi & adorabãt per fores tabernaculorũ
11 ſuorũ. ♀ Loquebatur autẽ Dñs ad Moyſen facie ad fa-
ciem, ſicut ſolet loqui homo ad amicũ ſuum. Cùmque il-
le reuerteretur in caſtra, miniſter eius Ioſue filius Nun,
12 puer, nõ recedebat de Tabernaculo. ♀ Dixit autẽ Moy-
ſes ad Dñm, Præcipis vt educã populũ iſtum: & nõ indi-
cas mihi quẽ miſſurus es mecũ, præſertim cum dixeris,
13 Noui te ex nomine, & inueniſti gratiam corã me. ♀ Si er-
go inueni gratiã in conſpectu tuo, oſtende mihi "faciem
tuã, vt ſciam te, & inueniã gratiam ante oculos tuos: re-
14 ſpice populũ tuum gentẽ hanc♀. Dixitque Dominus, Fa-
15 cies mea præcedet te, & requiẽ dabo tibi. ♀ Et ait Moy-
ſes, Si non tuipſe præcedas, ne educas nos de loco iſto.
16 ♀ In quo enim ſcire poterimus ego & populus tuus inue-
niſſe nos gratiam in cõſpectu tuo, niſi ambulaueris nobi-
ſcum, vt glorificemur ab omnibus populis qui habitant
17 ſuper terram? ♀ Dixit autem Dominus ad Moyſen, Et
verbum iſtud quod locutus es, faciam: inueniſti enim
18 gratiam coram me, & teipſum noui ex nomine. ♀ Qui
ait

Angelum dat populo Deus qui deducat. "aſcende Gene. 12. b. ſup. 23. e. Ioſ. 24. c. deut. 7. c. Deus renuit cũ populo aſcendere. ſup. 32. b. Luget populus.

B Tabernaculum fœderis primũ.

Moyſes loquitur cum Deo familiariter.

C

Poſtulat Deum eſſe ſecum in reducendo populo, & viam ſibi oſtendi. "viam Inuenire gratiã coram Deo.

D Exauditur Moyſes.



Gloriã Dei potit videre. "vocabo Rom. 9. c.

Iubetur ſtare in petra.

ait, Oſtende mihi gloriam tuam. ♀ Reſpondit, Ego oſten- 19
dam omne bonum tibi, & " vocabor in nomine Domini
coram te: & miſerebor cui voluero, & clemens ero in quẽ
mihi placuerit. ♀ Rurſumque ait, Non poteris videre fa- 20
ciem meam, non enim videbit me homo, & viuet. ♀ Et ite- 21
rum, Ecce, inquit, eſt locus apud me: & ſtabis ſupra petrã.
♀ Cumque tranſibit gloria mea, ponam te in foramine pe- 22
træ, & protegam dextera mea, donec tranſeam: ♀ tollam- 23
que manum meam, & videbis poſteriora mea, faciem autem meam videre non poteris.

ait, Oſtẽde mihi quæſo gloriã tuã. Et reſpõdit, Ego 21 efficiã vt corã te tranſeat omne bonũ meũ, & 22 exclamabo nomen Dñi corã te, & miſerebor 23 cuius miſerebor, & 24 viſceribus cõmouebor ſup quẽ viſceribus cõmouebor. Dixitq;, Nõ poteris videre 25 faciẽ meã: 26 nõ enim videbit me homo, & viuet. Et ait Dominus, Ecce locus eſt 27 apud me, & ſtatues te ſuper petram. Quumque gloria mea tranſibit, ponam te in fiſſuram petræ, & 28 tegam manum meam ſuper te, donec trãſiero. Et rurſum auferam manum meam, tum tu 29 poſt me videbis, facies verò mea 30 non videbuntur.

## SCHOLIA IN CAP. XXXIII.

1 Ideſt, hinc deſcendendo vade vt aſcendas. quia pars Septentrionalis eſt editior Meridionali. 2 ideſt, plenam omnibus ſuauib⁹ rebus. Per lac autem intelligit omnes res neceſſarias ad victum. Hebraiſmus. 3 Iam enim dixerat Dominus 4 momento vno aſcendam. Vel, vno impetu, ſiue breui tempore, ideſt, ſi minimum temporis aſcendero tecum, conſumam te. 5 ideſt, nunc ergo depone ornatum tuum à te, in ſignum animi reſipiſcẽtis & dolentis de peccato admiſſo, & videbo quid faciam tibi. 6 à monte Horeb. 7 Iſtud per occupationem dictum eſt. tabernaculum enim nondum factum erat. Vel fortaſſe factum quidem erat, verùm quo modo factum ſit, Moſes nondum dixit. 8 vel, Tabernaculum conuentus. 9 Quærere Dominum, hoc loco, pro conſulere Dominum ponitur. 10 ideſt, obſeruabant Moſem abeũtem, donec, &c. 11 ideſt, familiariſsime. quod declaratur verbis continuò ſequentibus, Sicut ſolet loqui, &c. 12 More Hebraico vocat puerum miniſtrum. erat enim grandior natu Ioſue. 13 & tamen tu dixiſti, 14 vel, nominatim, ideſt, præ cæteris te elegi. 15 Hebraiſmus, pro, gratus es mihi. 16 Per quam ſcilicet ducam populum tuum. 17 ideſt, Ego te præcedam. nam ſtatim Moſes dicit, Si non tuipſe præcedas, &c. Hebraicè legitur, Facies meæ ibunt. 18 vel, nonne quum ambulaueris nobiſcum, & ſeparabimur ego & populus tuus ab omnibus alijs populis qui; &c. 19 quaſi dicat, Ego gradiar cum populo hoc, vt tu rogas. 20 Hebraiſmus, inueniſti enim gratiam in oculis meis, 21 ideſt, oſtendam tibi veſtigia aliqua bonorum meorum quæ ſunt infinita: hoc eſt, tantum oſtendam tibi de bonis meis, quantum mens humana capere & cognoſcere poteſt. 22 clamabo nominatim, Dominus eſt, coram te: miſerebor enim cuius miſerebor, ideſt, dicam coram te nominatim, Dominus eſt qui præterit: idque faciam pro miſericordia mea qua vtor erga eos quibus mihi placet. 23 ideſt, cuius miſereri placuerit. 24 vel, clemens ero in eum erga quem clemens ero, ideſt, erga quem placuerit mihi. 25 ideſt, faciem ſimilitudinis quam tibi obijciam: tantum abeſt vt meram ipſam diuinitatem videas. 26 Hebraiſmus. nemo viuens videbit me: nõ videbit, non aſſequetur diuinitatem meam quiſquam, quandiu viuet: nemo homo viuens hanc vitam temporariam, & caducam, poterit aſſequi meam eſſentiam, quid ſim ego. ſic quidã interpretantur. Alij colligunt ex hoc loco, Deum nulli mortalium apparere in ſua eſſentia citra mortis diſcrimen. atque hinc eſſe quod Manue dicebat, Iudicum cap. 13. d. Morte moriemur. 27 in ea ſcilicet petra in qua ſoleo tibi apparere. 28 vel, protegã te vola mea, 29 vel, poſteriorem meã partem. 30 ſub. ab homine.

## CAP. XXXIIII.

Tabulas nouas parare iubet Deus Moyſi. deut. 10. a.

AC deinceps, Præcîde, ait, tibi duas tabulas lapi- 1
deas inſtar priorum, & ſcribam ſuper eas verba
quæ habuerunt tabulæ quas fregiſti. ♀ Eſto para- 2
tus mane, vt aſcendas ſtatim in montem Sinai, ſtabiſ-
que mecum ſuper verticem montis. ♀ Nullus aſcen- 3
dat tecum, nec videatur quiſpiam per totum montem, bo-
ues quoque & oues non paſcantur econtra. ♀ Excîdit 4
ergo duas tabulas lapideas, quales antea fuerant, & de
nocte conſurgens aſcendit in montem Sinai, ſicut pręce-
perat ei Dominus, portans ſecum* tabulas. ♀ Cumq; deſ- 5
cendiſſet Dominus per nubem, ſtetit Moyſes cum eo, in-
uocans nomen Domini. ♀ Quo tranſeunte coram eo, 6
ait, Dominator Domine Deus miſericors, & clemens, pa-
tiens & multæ miſerationis ac "verus, ♀ qui cuſtodis 7
miſericordiam in millia: qui aufers iniquitatem, & ſcelera
atque peccata, nulluſque apud te per ſe innocens eſt.
Qui reddis iniquitatem patrum filijs, ac nepotibus in
tertiam & quartam progeniem. ♀ Feſtinuſque Moy- 8
ſes, curuatus eſt pronus in terram, & adorans ♀ ait, 9
Si inueni gratiam in conſpectu tuo Domine, obſe-
cro vt gradiaris nobiſcum: populus enim duræ cer-
B uicis eſt, "vt auferas iniquitates noſtras atque pecca-
ta, noſque poſsideas. ♀ Reſpondit Dominus, Ego 10
inibo pactum videntibus cunctis, ſigna faciam quæ
nunquam viſa ſunt ſuper terram, nec in vllis genti-
bus: vt cernat populus iſte in cuius es medio, o-
pus Domini terribile quod facturus ſum. ♀ Obſerua 11
cuncta quæ hodie mandaui tibi: ego ipſe eijciam
ante faciem tuam Amorrheum & Chananæum, & He-
theum, Pherezæum quoque, & Heuæum, & Iebuſæum.

Orat Deũ Moyſes vt cũ populo gradiatur, miſericordiã Dei cõmendans. *duas

"verax, Pſal. 142. a.

Ier. 32. c. deute. 5. a.

"&

Promittit Deus terrã Chanaã.

## CAP. XXXIIII.

ET ait Dominus ad Moſen, 1 Scalpe tibi duas tabulas lapideas priorum inſtar, & ſcribam ſuper eas tabulas verba quæ fuerunt in tabulis prioribus quas fregiſti. Eſto ergo paratus mane, vt mane aſcendas in montem Sinai, & ſtes 2 mihi illic in cacumine montis. Nemo autem aſcendat tecum, nec vllus videatur in toto monte, nec oues nec boues paſcantur 3 ad montem iſtum. Scalpſit igitur duas tabulas lapideas inſtar priorum: & mane conſurgens Moſes, aſcendit in montem Sinai, quemadmodum præceperat ei Dominus, tulitque in manu ſua duas tabulas lapideas. Et deſcendens Dominus per nubem, ſtetit ibidem cum eo, 4 & exclamauit nomen Domini. Et 5 tranſiens Dominus coram eo, exclamauit Dominus, Dominus eſt, 6 Deus, miſericors, 7 beneficus, leni animo, immenſæ bonitatis ac veritatis, 8 tenax bonitatis in mille, 9 condonans iniquitatem, tranſgreſsionem & peccatum: 10 at impunita minime dimittens, ∴ viſitans iniquitatem patrum in filijs & nepotibus, 11 in tertijs & quartis. Et feſtinans Moſes inclinauit ſe terram verſus, & adorauit. Dixitque, Sine quæſo vt hanc apud te gratiam impetrem, ò Domine, vt Dominus meus eat in medio noſtri: & quandoquidem populus eſt præfractæ ceruicis: tu propitius ſies iniquitati noſtræ & peccato noſtro, & in hæreditatem nos accipias. Qui dixit, Ecce ego 12 excindam fœdus coram vniuerſo populo tuo, faciam 13 rara quædam, quæ creata non ſunt in vniuerſa terra, neque in vlla natione, & videbit omnis populus, in cuius medio tu es, opus Domini: nam terribile erit hoc quod faciam tecum. 14 Obſerua ergo tu quæcunque ego tibi hodie præcipio: en ego eijcio ante te Amorræum, Chananæum, Hithæum, Phereſæum, Hiuæum & Iebuſæum.

Caue ne ferias fœdus cum habitatore terræ ad quam tu venis: ne forte 15 cedat hoc in ruinam in medio tui. Quin aras eorum diruite, & ſtatuas eorum confringite, atque lucos eorum ſuccidite, 16 ne adores deum alienum, ( 17 quia Dominus indigne fert [iniurias,] nomen eius eſt Deus indigne ferens [iniurias,]) Ne forte [ſi] fœdus ineas cum habitatore terræ, illi poſt deos ſuos ſcortantes, & dijs ſuis ſacrificantes, te quoq; vocent, 18 comedaſque de ſacrificio eorum. Ducas inſuper filijs tuis illorum filias, quæ poſt deos ſuos ſcortantes, filios quoque tuos 19 ſcortari faciant poſt deos ſuos. Deos fuſos ne feceris tibi. Azymorum ſolennitatem cuſtodies, ſeptem diebus comedes placentas infermentatas, id quod tibi præcepi 20 ad ſtatum tempus, menſis ſcilicet Abib. nam in menſe 21 Abib egreſſus es ex AEgypto. 22 Omne primogenitum meum eſt, 23 & omne primogenitum pecus tuum maſculum meum eſt, ſiue ex armento ſit, ſiue ex grege. Aſini autem primogenitum redimes pecude: ſi verò non redemeris, frange ei ceruicem. omne quoq; primogenitum filiorum tuorum redimes. coram me nemo appareat vacuus. Sex diebus operaberis, ſeptimo autem die quieſces: 24 tam in ſemente quàm in meſſe ſabbathum ages. 25 Solennitatem hebdomadum facies tibi, quū præcoces fruges demetentur: & 26 Solennitatem collectionis vertente anno. Ter in anno appareat omnis mas tuus ante conſpectum 27 dominatoris Domini Dei Iſraelis, Quoniam eijciam gentes ante te, & dilatabo terminos tuos, vt nemo terram tuā deſideret, 28 quum tu ter in anno aſcendes vt appareas coram Domino Deo tuo. 29 Non mactabis ſanguinem victimæ meæ 30 cum fermento, neque pernoctabit vſque mane mactatio ſolennitatis Paſſah. Principium 31 primitiuorum fructuum terræ tuæ inferes in domum Domini Dei tui. 32 ne coquas hœdum in lacte matris ſuæ. Et dixit Dominus ad Moſen, Scribe tibi verba iſta: quoniam iuxta iſtorum verborum rationem ſanciui fœdus tecum, & cum Iſraele. Fuit autē illic cum Domino quadraginta dies, & quadraginta noctes, nec panem edens, nec aquam bibens, 33 ſcripſitque ſuper tabulas verba fœderis, nēpe 34 decem verba. Factumque eſt, quum deſcenderet Moſes de monte Sinai, erant duæ tabulæ teſtimonij in manu Moſis, quum deſcenderet [inquam] de monte: Moſes autem neſciebat quòd 35 radios eiacularetur cutis faciei eius 36 ex colloquio diuino. Aharon verò & omnes filij Iſrael viderunt Moſen, & ecce radios eiaculabatur cutis faciei eius, ita vt ad eum accedere formidarēt. Et quum vocaſſet eos Moſes, 37 reuerſi ſunt ad eum Aharon & omnes primores qui erant in cœtu, loquutuſque eſt Moſes ad eos. Deinde acceſſerunt quoque omnes filij Iſrael, & præcepit eis cuncta quæ loquutus fuerat cum eo Dominus in monte Sinai. Quumque ceſſaſſet loqui Moſes cum eis, poſuit velamen ſuper faciem ſuam. Rurſum quum ingrederetur Moſes in conſpectum Domini, vt cum eo loqueretur, auferebat velum, donec egrederetur. & egreſſus loquebatur cum filijs Iſrael quæ iuſſus erat. 38 Videbantque filij Iſrael faciē Moſis, quod radios eiacularetur cutis faciei Moſis, tum reduxit Moſes velamen ſuper faciem ſuam, donec ingrederetur ad loquendum cum eo.

12 ¶Caue ne vnquam cum habitatoribus terræ illius iungas
13 amicitias, quę ſint tibi in ruinā: ¶ſed & aras eorū deſtrue,
14 *confringe ſtatuas, lucoſque ſuccide. ¶ Noli adorare
Deum alienum. Dominus zelotes nomen eius, Deus eſt
15 æmulator. ¶ Ne ineas pactum cum hominibus illarum
regionum: ne cum fornicati fuerint cum dijs ſuis, & adorauerint
ſimulachra eorum, vocet te quiſpiam ut comedas
16 das de immolatis. ¶ Nec vxorem de filiabus eorum accipies
filijs tuis: ne poſtquā ipſæ fuerint fornicatæ, forni-
17 cari faciant & filios tuos in deos ſuos. ¶ Deos conflatiles
18 non facies tibi. ¶ Solennitatem azymorum cuſtodies. ſeptem
diebus veſcēris azymis, ſicut præcepi tibi, in tempore
menſis nouorum. menſe enim verni temporis egreſſus
19 es de AEgypto. ¶Omne quod aperit vuluam generis maſculini,
meum erit. De cūctis animantibus tam de bobus,
20 quàm de ouibus, meum erit. ¶Primogenitum aſini redimes
oue. ſin autem nec pretium pro eo dederis, occidetur.
Primogenitum filiorum tuorū redimes: nec appare-
21 bis in conſpectu meo vacuus. ¶ Sex diebus operaberis,
die ſeptimo ceſſabis arare & metere. Solennitatem hebdomadarum
facies tibi in primitijs frugum meſsis tuæ tri-
22 ticeæ, & ¶ Solennitatem quando redeunte anni tempo-
23 re cuncta conduntur. ¶Tribus temporibus anni apparebit
omne maſculinum tuum in conſpectu omnipotentis
24 Domini Dei Iſrael. ¶Cum enim tulero gentes à facie tua,
& dilatauero terminos tuos, nullus inſidiabitur terrę tuę,
aſcendente te & apparente in conſpectu Domini Dei tui
25 ter in anno. ¶ Non immolabis ſuper fermento ſanguinem
hoſtiæ meæ: neque reſidebit mane de victimis
26 ſolennitatis Phaſe. ¶ Primitias frugum terræ tuæ offeres
in domo Domini Dei tui. Non coques hœdum
27 in lacte matris ſuæ. ¶ Dixitque Dominus ad Moyſen,
Scribe tibi verba hæc, quibus & tecum & cum
28 Iſrael pepigi fœdus. ¶ Fuit ergo ibi cum Domino
Moyſes quadraginta dies & quadraginta noctes: panem
non comedit, & aquam non bibit. & ſcripſit in ta-
29 bulis verba fœderis, decem. ¶ Cumque deſcenderet
Moyſes de monte Sinai, tenebat duas tabulas lapideas
teſtimonij, & ignorabat quod cornuta eſſet fa-
30 cies ſua ex conſortio ſermonis Domini. ¶ Videntes
autem Aaron & filij Iſrael cornutam Moyſi faciem,
31 timuerunt propè accedere. ¶ Vocatique ab eo, reuerſi
ſunt tam Aaron, quàm principes ſynagogæ. Et
32 poſtquam locutus eſt ad eos, ¶ venerunt ad eum etiam
omnes filij Iſrael: quibus præcepit cuncta quæ
33 audierat à Domino in monte Sinai. ¶ Impletiſque
34 ſermonibus poſuit velamen ſuper faciem ſuam. ¶ Quod
ingreſſus ad Dominum, & loquens cum eo, auferebat
donec exiret, & tunc loquebatur ad filios Iſ-
35 rael omnia quæ ſibi fuerant imperata. ¶ Qui videbant
faciem egredientis Moyſi eſſe cornutam, ſed operiebat
ille rurſus faciem ſuam ſiquando loquebatur
ad eos.

Prohibetur ſocietas Gētium, & idololatria. deut. 7. a. Sup. 23. d.
*&
& 
3. Reg. 11. a.
C Solennitas azymorum.
De primogenitis. Sup. 13. a. vbi hæc eadem fere repetuntur.
Sup. 23. b. deute. 16. eccl. 35. a.
Sabbathum.
Pentecoſte.
Tabernacula.
victima
Primitiæ. Sup. 23. c. deute. D 14. c.
Sup. 24. d.
Ieiuniū Moyſi.
Verba decem. deut. 4. b.
Facies Moyſi cornuta.
Qui
Velamen ſuper faciem Moyſi. 2. Cor. 3. c.

## SCHOLIA IN CAP. XXXIIII.

1 Vel, Dola 2 ideſt, propter me, vel expectans me. 3 vel, aregione montis huius. 4 & clamauit nominatim, Dñs eſt. i. Clamauit Dominus ad Moſen, alta voce denuntiauit ei hanc vocem, Dominus eſt: vt capite præcedenti dixerat, Exclamabo nomē Domini, coram te: ſiue, Clamabo nominatim, Dominus eſt, coram te. ſic nomen ſuum magnificum exprimens, hic dicit, Dominus eſt. 5 ideſt, quum ipſe Dominus tranſiret coram Moſe, ipſe Dominus clamauit, &c. 6 vel, fortis. Omnia quæ ſequuntur, Dei ſunt verba, non Moſis. Vt enim ſuprà dixerat, Clamabo nominatim, Dominus eſt: miſerebor, &c. ita & hic idem dicit, Deus miſericors, quaſi dicat, Ego ſum Dominus ille, & Deus miſericors quem tu rogaſti pro populo, &c. 7 clemens, tardus ad iram, & abundans miſericordia & veritate, ideſt, verax in promiſsis meis. 8 cuſtodiens miſericordiam, ideſt, qui cuſtodio, hoc eſt, cuius miſericordia nunquam exhauritur. 9 Hebraiſmus, auferens, id eſt, qui aufero & condono iniquitates. 10 quique abſoluendo non abſoluit. In tertia perſona de ſe loquitur, ideſt, nocentem, non pronuntio innocentem: ſed punio. Hebraiſmus. :: ideſt, qui punio peccata maiorum in poſteris, ſi pergant maioribus ſuis eſſe ſimiles. 11 ideſt, in nepotibus tertij & quarti gradus. 1 Hebraiſmus, Si quæſo inueni gratiam in oculis tuis Domine, vadat nunc Dominus per medium noſtri, quia populus



lus duræ ceruicis eſt, & parces, &c. Si pro quia poſitum, vt nonnullis placet. 12 feriam 13 mirabilia 14 Hebraiſmus, Cuſtodi tibi, pro Obſerua diligenter. 15 vel, ſint offendiculum in medio tui, ideſt, ne tibi ſint cauſa ruinæ quum habitabunt tecum. fiet enim vt te inducant in idololatriam, vt poſtea declaratur. 16 Nam non adorabis 17 Hebraiſmus, Dominus enim zelotes nomen eius: Deus zelotes eſt. Hebraiſmus eſt, pro, Dominus enim dicitur zelotypus, ideſt, non patitur vt ſecum alius deus colatur: ſolus pro Deo amari & coli vult. 18 Hac de cauſa reprehendebat eos Paulus qui comedebant idolothyta, 1. Corinthio. 8. b. c. 19 ideſt, ne eos adducant ad cultum idolorum ſuorum, vt de Salomone legimus, 3. Reg. 11. a. 20 tempore menſis matureſcentis frugis. Vox Hebræa A B I B, ſignificat culmum, quando ſcilicet è culmo primum prodit ſpica: quod fieri ſolet mēſe Martio apud Palæſthinos. 21 vel, matureſcentis frugis. Vel, in quo ſpicæ è culmis primum prodibant. Id enim ſignificat vox Hebrea A B I B, vt paulo ante dictum eſt. 22 Heb. Omne quòd aperit vuluam 23 omne enim pecus tuum recenſebitur, primogenitum tam in armento, quàm in pecore, ideſt, omnia primogenita tam boum quàm ouium, recenſebuntur & mea erunt. Vel, omne quod memorabitur inter primogenita boum & ouium, meum erit. 24 ideſt, etiam tempore quo arandum eſt, & quo ſegetes demetendæ ſunt, volo diligenter obſeruari ſabbatha mea: tametſi vos aliò vocet priuata vtilitas, vel arandi, vel ſegetes demetendi. 25 ideſt, Feſtum Pentecoſtes. 26 Ideſt, celebrabis feſtum tabernaculorum menſe Septembri. 27 Domini IEHOVA. Vide caput ſextum huius libri. 28 vel, aſcendente te ter in anno, ideſt, quotieſcunque aſcendes in Ieruſalem vt offeras mihi quę tibi præcepi. 29 Vide annotationem huius loci capite viceſimotertio huius libri. 30 vel, ſuper fermentato, ideſt, quum ſit fermētatum apud te. 31 vel, primitiarum, ideſt, Primitias illas primas. Eandem materiam vide ſupra capite viceſimo tertio. 32 Vide annotationem huius loci, capite viceſimotertio præcedente. 33 Subaudi, Dominus. 34 Per hæc duo verba, declarat quid velit intelligi per verba fœderis, nempe decem verba, decem præcepta, decalogum. 35 vel, ſplenderet. Verti etiam poſſet per præteritum plusquam perfectum coniunctiui. ſplenduiſſet. 36 Hebraiſmus, quum ipſe loqueretur cum eo. Subaudi, Deo. 37 ipſi enim abierant territi ſplendore qui apparebat, in facie Moſis. 38 quaſi dicat, Vbi agnouit Moſes faciem ſuam ſplendore maximo afferre metum Iſraelitis cœpit velare faciem verba faciens ad eos: velamen autem obductum faciei deponebat cum erat tabernaculum ingreſſurus. 2. Corinth. 3.

## CAP. XXXV.

IGitur congregata omni turba filiorum Iſrael, dixit ad 1
eos, Hæc ſunt quæ iuſsit Dominus fieri. ¶ Sex dieb9 fa- 2
cietis opus: ſeptimus dies erit vobis ſanctus, ſabbathū,
& requies Domini: qui fecerit opus in eo, occidetur. ¶Nō 3
ſuccendetis ignem in omnibus habitaculis veſtris per
diem ſabbathi. ¶ Et ait Moyſes ad omnem cateruam fi- 4
liorum Iſrael, Iſte eſt ſermo quem præcepit Domi-
nus, dicens, ¶ Separate apud vos primitias Domi- 5
no. Omnis voluntarius & prono animo offerat eas
Domino: aurum & argentum & æs, ¶ hyacinthum 6
& purpuram, coccumque bis tinctum, & byſſum, pi-
los caprarum, ¶ Pelleſque arietum rubricatas, & 7
hyacinthinas, ligna ſetim, ¶ Et oleum ad lumina- 8
ria concinnanda, & vt conficiatur vnguentum, &
thymiama ſuauiſsimum, ¶ Lapides onychinos, & 9
gemmas ad ornatum ſuperhumeralis & rationalis. ¶ Quiſ 10
quis veſtrum ſapiens eſt, veniat, & faciat quod Do-
minus imperauit, ¶ Tabernaculum ſcilicet, & te- 11
ctum eius, atque operimentum, annulos & tabulata
cum vectibus, & paxillos & baſes: ¶ Arcam & ve- 12
ctes, propitiatorium, & velum quod ante illud op-
panditur: ¶ Menſam cum vectibus & vaſis & pro- 13
poſitionis panibus: ¶ Candelabrum ad luminaria ſu- 14
ſtentanda, vaſa illius & lucernas, & oleum ad nu-
trimenta ignium: ¶ Altare thymiamatis, & vectes 15
& oleum vnctionis & thymiama ex aromatibus: ten-
torium ad oſtium tabernaculi: ¶ Altare holocauſti, 16
& craticulam eius æneam cum vectibus & vaſis ſuis:
labrum & baſes eius: ¶ Cortinas atrij cum colum- 17
nis & baſibus, tentorium in foribus veſtibuli, ¶ pa- 18
xillos tabernaculi & atrij cum funiculis ſuis: ¶ Ve- 19
ſtimenta quorum vſus eſt in miniſterio ſanctuarij, ve-
ſtes Aaron pontificis ac filiorum eius vt ſacerdotio fun-
gantur mihi. ¶ Egreſſaque omnis multitudo filio- 20
rum Iſrael de conſpectu Moyſi, ¶ obtulerunt men- 21
te promptiſsima atque deuota primitias Domino, ad
faciendum opus tabernaculi teſtimonij. Quicquid ad
cultum & ad veſtes ſanctas neceſſarium erat, ¶ vi- 22
ri cum mulieribus præbuerunt, armillas & inaures,
annulos & dextralia: omne vas aureum in donaria
Domini ſeparatum eſt. ¶ Siquis habebat aurum, 23
hyacinthum & purpuram, coccumque bis tinctum,
byſſum & pilos caprarum, pelles arietum rubri-
catas, & hyacinthinas, ¶ argenti & auri, æriſ- 24
que metalla obtulerunt Domino, lignaque ſetim in
varios vſus. ¶ Sed & mulieres doctæ, quæ neue- 25
rant, dederunt hyacinthum, purpuram, &

Præcipitur ſabbathum.
Exiguntur primitiæ & donaria. Sup. 25. a.
vel, prōpto
ianthinas,
baſim
Prōptitudo C animi populi offerentis.
ianthinas,

MOſes coacto vniuerſo cœtu filiorum Iſrael, dixit ad eos, Hæc ſunt verba quæ præcepit Dominus vt ea faciatis. Sex diebus fiet opus, 1 dies ſeptimus ſit vobis ſanctus, ſabbathum quietis eſt Domino: quicunque opus in eo fecerit, 2 morte multetur. 3 Ne accendatis ignem in die ſabbathi in omnibus habitationibus veſtris. Et ait Moſes ad omnem cœtum filiorum Iſrael, dicens, Hoc eſt verbum quod præcepit Dominus, dicens, 4 Capite ex vobis thruma Domino: quicunque cor ſuum ex munificentia [ad hanc] rem appulerit, is adferat thruma Domino, nempe aurum, argentum atque æs, hyacinthinum [ſericum,] purpureum, coccinum bis tinctum, byſſum, & [pilos] caprarum. Pelles quoque arietum rubras, & pelles melium, vnà cum lignis ſitim. Et oleum ad luminare, odoramenta ad oleum vnctionis, & aromata ad ſuffitum. Lapides quoque 5 ſchoham, & lapides 6 qui includantur in ephod, & in pectorali. 7 Quicunque verò inter vos ſunt corde ſapienti, hi veniant, & faciant quodcunque imperauit Dominus. Nempe tabernaculum, tentorium eius, operimentum eius, 8 fibulas eius, aſſeres eius, vectes eius, columnas eius, & baſes eius. Arcam quoque & vectes eius, & 9 propitiatorium, atque velum 10 obtentionis. Menſam & vectes eius, & omnia vaſa eius, & panem facierum. Candelabrum 11 luminaris, & inſtrumenta eius, & lampades eius, & oleū ad luminare. Aram incenſi, & vectes eius, oleum vnctionis, & aromata ad ſuffitum, velum quoque oſtij ad ingreſſum tabernaculi. Aram holocauſti, & æreum reticulum quod habet, vectes eius, & omnia vaſa eius: labrum & baſim eius. Tapetes atrij, columnas eius, & baſes eius, & velum in portam atrij. Clauos tabernaculi, & clauos atrij cum funibus eorum, Et 12 veſtimenta quibus quæ ſuperſunt [inuoluuntur] ad miniſterium in ſanctuario, & veſtimenta ſancta Aharoni ſacerdoti, & veſtimenta filiorum eius, vt ſacerdotio fungantur. Et egreſſus eſt vniuerſus cœtus filiorum Iſrael à conſpectu Moſis. Et venit quiſque quem cor ſuum 13 ferebat, & quicunq; ſpiritu fuit 14 prompto ac voluntario, & obtulerunt 15 thruma Dño ad opus tentorij 16 cōſtitutionis, & ad omne miniſteriū eius, & pro veſtibus ſanctis. Et venerūt viri cū mulieribus, quicunque volūtario erāt corde, & obtulerūt fibulas, & inaures, annulos, & 17 ornamēta: 18 omnia illa inſtrumenta aurea erāt, & quicūq; 19 motabat tenupha auri Dño. Quicūq; habebāt hyacinthū, purpurā, coccū bis tinctū, byſsū, & pilos caprinos, & pelles arietū rubras, & pelles 20 meliū, hæc attulerūt. 21 Quicūque in ſublime tollebāt thruma argēti & æris, obtulerūt thruma Dño. Quicūq; habebāt ligna ſitim, pro vniuerſo opere miniſterij ea obtulerūt. Oēs quoque mulieres quæ erāt 22 ſapiēti corde, manibus ſuis nebāt, & quod nendo operatæ erāt, attulerunt: nēpe hyacinthinū [ſericū,] purpureū,

*coccinum bis tinctum, & byſſum. Sed & omnes mulieres 23 quas incitabat cor ſuum, neuerunt induſtrie pilos caprinos. Principes quoque attulerunt lapides 24 ſchoham, & gemmas 25 inſerendas in ephod & pectorale. Odoramenta quoque, & oleum pro luminari, & pro oleo vnctionis, & 26 aromata ad ſuffitum. Omnis vir & mulier qui promptum cor habuerunt offerendi pro cuncto opere quod iuſſerat Dominus fieri per manum Moſis, offerebant filij Iſrael 27 voluntarium Domino. Et ait Moſes ad filios Iſrael, Videte, Dominus 28 ex nomine deſtinauit BeZaleel filium Vri, filij Hur de tribu Iehuda. Et impleuit eum Spiritu 29 Dei, ſapientia, intelligentia, ſcientia & omni artificio: 30 Qui polymitarius eſt artifex ad operandum in auro, & in argento, & in ære. 31 Deinde artifex gemmarius, qui gemmas includit, in artificio quoq; ligni, vt quodcunq; opus ingenioſum fabrefaciat. 32 Dedit inſuper in cor eius vt docere poſſit, 33 ipſe & Ahaliab filius Ahiſamach de tribu Dan: impleuit eos 34 ſapientia cordis, vt facere poſſint omne opus fabrile, polymitum, & Phrygium, hyacintho, purpura, cocco bis tincto, & byſſo, textorioq; opere, factores omnium operum, & 35 polymiti ingenioſi.*

26 vermiculum ac byſſum, ♀& pilos caprarum ſponte pro-
27 pria cuncta tribuentes. ♀Principes verò obtulerunt lapi-
des onychinos, & gemmas ad ſuperhumerale & rationa-
28 le, ♀aromataque & oleum ad luminaria concinnanda, &
ad præparandum vnguentum, ac thymiama odoris ſua- D
29 uiſsimi componendum. ♀Omnes viri & mulieres mente
deuota obtulerunt donaria, vt fierent opera quæ iuſſerat
Dominus per manum Moyſi. Cuncti filij Iſrael volunta
30 ria Domino dedicauerunt. ♀ Dixitque Moyſes ad filios
Iſrael, Ecce, vocauit Dominus ex nomine Beſeleel filium
31 Vri filij Hur de tribu Iuda: ♀impleuitq; eum Spiritu Dei,
ſapientia & intelligentia & ſcientia, & omni doctrina
32 ♀Ad excogitandum, & faciendum opus in auro & argen
33 to, & ære, & ferro, ♀ſculpendiſq; lapidibus, & opere car
34 pentario. quicquid fabrè adinueniri poteſt, ♀dedit in cor-
de eius: Ooliab quoque filium Achiſamech de tribu
35 Dan: ♀ambos erudiuit ſapientia, vt faciant opera abieta-
rij, polymitarij, ac plumarij de hyacintho ac purpura,
coccoque bis tincto, & byſſo, & texant omnia, ac noua
quæque reperiant.

Beſeleel, & Ooliab artifices, commendantur populo à Moyſe. Sup. 31. a.

## SCHOLIA IN CAP. XXXV.

1 Vel, at in die ſeptimo ſit vobis ſanctitas, ſabbathum ceſſationis Domino. omnis qui fecerit, &c. ideſt, dies autem ſeptimus vobis ſanctus erit, & ſolennis, in quo omnino ab operibus ceſſabitis. 2 ideſt, ſententia iudicum condemnetur. 3 Senſus huius loci eſt, ſabbatho nullum accendendum ignem fuiſſe vnde lucrũ aliquod ſperari poſſet: vt ex fornace, in qua lateres vel ollæ, aut calx decoquuntur: aut etiam ſi ſuccenderetur fornax ad coquendos panes. 4 Accipite à vobis oblationem Domino: quicunque eſt voluntario corde, offerat eam Domino: nempe aurum, & argentũ, &c. ideſt, Accipite de his quæ apud vos ſunt, de facultatib⁹ veſtris, quas offeratis Domino: quicunque eſt liberali animo, offerat, &c. 5 ideſt, onychinos. 6 Hebraiſmus, repletionum pro ſuperhumerali & pectorali. Lapides repletionum vocat eos qui palis aureis includi ſolent. 7 i. Quiſquis eſt induſtrius. 8 vel, vncinos 9 vel, cælum arcæ, 10 ideſt, quod oppandebatur propitiatorio. 11 ideſt, in quo erant luminaria 12 Hebraiſmus. veſtimenta miniſterij ad miniſtrandum in ſancto. Pro ſancto, ſanctuarium vertere potes. Hic veſtimenta, ſignificat ea indumenta quibus candelabrum & altare incenſi, atque arca inuoluebantur. 13 incitabat. 14 ſub. ad dandum. 15 oblationem 16 conuentus, 17 Vox Hebræa C H V M A Z, ſignificat ornamentum quod ponebatur in brachijs. 18 quæ omnia ornamenta erant aurea. Sic quidam vertunt. Alij ſubaudiunt E T, vertuntque, Et omnia vaſa aurea. 19 Hebraiſmus eleuauerat, eleuationem, ideſt, obtulerat oblationem. 20 taxorum, 21 Hebraiſmus, Omnis eleuans eleuationem argenti & æris, attulerunt oblationem Dñi. i. Quicunque offerebat oblationem argenteam & æream, ea obtulerunt Deo, nempe argentum & æs. 22 ideſt, peritæ, quæ optime nere nouerant. 23 Hebraiſmus, quarum cor eleuauerat eas in ſapientia, neuerant pilos caprinos. Hebraiſmus eſt, Quarum cor eleuauerat eas in ſapientia, pro, Mulieres peritæ artis nendi. 24 ideſt, onychinos. 25 Hebraiſmus, repletionum pro ſuperhumerali & pectorali. Lapides repletionum vocat (vt iam dictum eſt) gẽmas quæ palis aureis includi ſolent. 26 pro ſuffitu aromatico. 27 oblationem ſpontaneam 28 vel, vocauit nominatim, ideſt, delegit ſiue ſelegit. 29 ideſt, ſuo. Antecedens pro relatiuo, more Hebraico. 30 Hebraiſmus, Et ad excogitandum cogitationes ad operandum, &c. ideſt, ad excogitandas adinuentiones. 31 Et in arte lapidis, ad replendas: & in artificio ligni, ad operandum in omni opere cogitationis. Artem lapidis, vocat artem gemmariã. Ad replendas, ſcilicet palas lapillis. Opus cogitationum dicit opus plenum arte, in quo opus eſt ingenio acri. 32 vel, Poſuit in corde illius, ad docendum, ideſt, reddidit eum facilem & pronum ad docendum alios. 33 Hebraiſmus eſt, ipſe & Ooliab impleuit eos; pro, impleuit ipſos, Beſeleel ſcilicet, & Ooliab filium Achiſamech de tribu Dan, ſapientia, &c. 34 Sapientiam cordis vocat peritiam artis, & induſtriam, ſiue ingenioſitatem, vt ita loquar. 35 excogitãtes cogitationes nouas, ideſt, reddidit eos peritos lignarios, phrygiones, acupictores, vel plumarios, & textores: breuiter, ita peritos vt quoduis opus excogitare poſſent, & facere.

## CAP. XXXVI.

*FEcit itaq; BeZaleel & Ahaliab, & quicũq; 1 ſapiẽti erãt corde, quibus Dñs dedit ſapientiã & 2 iudiciũ, vt ſcirẽt facere omne opus 3 ꝑ cultu ſanctuarij [atq;] omnia quæ præcepit Dñs. 4 Et vocauit Moſes BeZaleel & Ahaliab, & omnẽ virũ qui induſtrio erat corde, quibus Dñs ſapiẽtiam in cor indidit, [atq;] omnẽ eũ 5 qui ſpõte ſua ad hoc ferebatur, vt accederet ad opus hoc perficiẽdũ. Acceperũt itaq; à Moſe omnem 6 cõtributionẽ, quã cõtulerat filij Iſrael ad opus miniſterij ſanctuarij, vt ipſum ꝑficerẽt. & illi quidẽ 7 quotidie mane plura adhuc volũtaria dona ad eũ cõferebãt. Et venerũt oẽs ſapientes, qui vniuerſum opus ſanctuarij faciebãt, quiſq; 8 ab opere ſuo cui faciẽdo inſiſtebat, Et loquuti ſunt ad Moſen, dicentes, Populus plus adfert, quã opus ſit pro cultu & opere quod Dñs fieri præcepit. Præcepit ergo Moſes vt voce [præconũ] per caſtra euulgari iuberẽt, in hãc ſentẽtiã, Nec vir nec mulier 9 vltra quidquã doni adferat ad opus ſanctuarij. Prohibitus itaq; eſt populus, nequid amplius adferret: nã ſatis erat materiæ ad vniuerſum opus ꝑficiẽdũ, ita vt ſupereſſet. Fecerũt itaq; oẽs qui ſapiẽti erãt corde, 10 ꝑ hos qui faciebãt, opus tabernaculi, decẽ aulæa ex 11 byſſo torta, hyacinthino [ſerico,] purpureo, & coccino bis tincto, 12 cherubim fecit in eis opere polymito. Lõgitudo vnius aulæi erat vigintiocto cubitorum, & latitudo aulæi vnius quatuor cubitorum, eadem menſura erant omnia aulæa. Et conſociauit quinque aulæa, vnum ad alterum: & rurſus conſociauit quinque aulæa, vnum ad alterum. Fecit etiam 13 anſulas ex hyacintho 14 in oris vniuſcuiuſque aulæi, vt extremis ſuis alterum alteri conſociaretur. Quinquaginta anſulas fecit in cortina prima, quinquaginta item in extremitate cortinæ quæ erat iungenda ſecundæ: correſpondebantque ſibi mutuo anſulæ illæ. Fecit quoque quinquaginta fibulas aureas, & coniunxit aulæa, vnum ad alterum, illis fibulis, factumque eſt tabernaculum vnum. Fecit & aulæa de pilis caprarum pro tectorio tabernaculi, vndecim aulæa fecit. Longitudo vnius aulæi habuit triginta cubitos, & latitudo vnius aulæi habuit quatuor cubitos: eandem menſuram habebant vndecim aulæa. Et conſociauit quinque aulæa ſeorſim, & rurſus ſex ſeorſim. Fecit quoq; anſulas quinquaginta vnicuique aulæo 15 in oris, vt extremis ſuis alterum alteri conſociaretur, excipientibus ſeſe mutuo anſulis. Fecit deinde quinquaginta 16 fibulas æneas, ad coniungendum tectorium illud in vnum. Et fecit tegumentum ſuper illud tectorium ex pellibus arietum rubris & tegumentum ex pellibus 17 melium ſuper illud. Fecit & aſſeres pro tabernaculo ex lignis ſitim, ſtantes. Decem cubitorum erat longitudo aſſeris, latitudo verò aſſeris cubiti vnius & dimidij. Duos 18 denticulos habebat vnuſquiſque aſſer, qui inciſi erant alter è regione alterius: ſic fecit omnibus aſſeribus tabernaculi. Fecit inquam aſſeres pro tabernaculo, nempe viginti aſſeres verſus plagam Meridionalem. Et quadraginta baſes argenteas fecit ſub viginti aſſeres, duas baſes ſub vnum aſſerem pro duobus 19 dẽticulis eius, & duas baſes ſub alio aſſere pro duobus 19 dẽticulis eius. Alteri lateri tabernaculi, quod eſt ad angulum Aquilonarem, fecit viginti aſſeres: Et quadraginta baſes argẽteas, duas baſes ſub vnoquoq; aſſere. Ad lat⁹ verò tabernaculi Occidentale fecit ſex aſſeres. Et duos aſſeres fecit in angulis tabernaculi pro vtroque latere, Qui 20 gemini erant infra, 21 ſic gemini erant in capite ſuo ad annulum vnum: ſic fecit pro duobus illis, pro duobus [inquam] angularibus. Et fuerunt octo aſſeres, baſes autem eorum argenteæ ſedecim erant, ſub vnoquoque aſſere duæ baſes. Fecit & vectes ex lignis ſitim, quinque pro aſſeribus tabernaculi in latere vno: & quinque vectes pro aſſeribus tabernaculi in latere altero, & quinque vectes pro aſſeribus tabernaculi ad duo latera Occidentis. Fecit & vectem intermedium, qui per medium aſſerum [tranſiens,] contignet à fine ad finem. Et aſſeres ipſos obduxit auro, eorumque annulos fecit aureos, qui eſſent 22 loculi ipſis vectibus, obduxitque vectes auro. Fecit & velum ex hyacinthino [ſerico,] purpureo, coccino bis tincto, & byſſo torta, 23 cherubim fecit in ipſis opere polymito. Fecit quoque illi quatuor columnas de lignis ſitim, eaſque auro obduxit: vncini autem earum aurei erant, & fudit pro eis quatuor baſes argẽteas. Fecit quoque velamen in oſtium tabernaculi ex hyacinthino [ſerico,] purpureo, coccino bis tincto, & byſſo torta opere Phrygio. Et columnas eius quinque cum vncinis earum, obduxitque capita illarum & 24 ambitus illarum auro, baſes autem earum erant ænea.*

1 FEcit ergo Beſeleel, & Ooliab, & omnis vir
ſapiens, quibus dedit Dominus ſapientiam &
intellectum, vt ſcirent fabrè operari quæ in
vſus ſanctuarij neceſſaria ſunt, & quæ præcepit
2 Dominus. ♀ Cumque vocaſſet eos Moyſes, &
omnem eruditum virum cui dederat Dominus ſa-
pientiam, & qui ſponte ſua obtulerant ſe ad fa-
3 ciendum opus, ♀ tradidit eis vniuerſa donaria fi-
liorum Iſrael. qui cum inſtarent operi, quotidie
4 mane vota populus offerebat. ♀ Vnde artifices ve-
5 nire compulſi, dixerunt Moyſi, ♀ Plus offert po-
6 pulus quàm neceſſarium eſt. ♀ Iuſsit ergo Moyſes
præconis voce cantari, Nec vir nec mulier quic-
quam offerat vltrà in opere ſanctuarij. Sicque ceſ-
7 ſatum eſt à muneribus offerendis, ♀ eo quòd obla-
8 ta ſufficerent & ſuperabundarent. ♀ Feceruntque
omnes corde ſapientes ad explendum opus taberna-
culi, cortinas decem de byſſo retorta, & hya-
cintho, & purpura, coccoque bis tincto, opere
9 vario, & arte polymita. ♀ quarum vna habebat
in longitudine viginti octo cubitos, & in latitu-
dine quatuor. vna menſura erat omnium cortina-
10 rum. ♀ Coniunxitque cortinas quinque, alte-
ram alteri, & alias quinque ſibi inuicem copula-
11 uit. ♀ Fecit & anſas hyacinthinas in ora cortinæ
vnius ex vtroque latere, & in ora cortinæ alterius
ſimiliter,

Artifices tabernaculum aggrediuntur.

Populi prompta voluntas.

Fabricatio cortinarum.
Hic eadem ferè verba, quæ ſup. cap. 26.
B



ſimiliter, ♀ vt contra ſe inuicem venirent anſæ, & mu- 12
tuò iungerentur. ♀ vnde & quinquaginta fudit circulos 13
aureos, qui morderent cortinarum anſas, & fieret vnum
tabernaculum. ♀ Fecit & ſaga vndecim de pilis capra- 14
rum ad operiendum tectum tabernaculi: ♀ vnum ſa- 15
gum in longitudine habebat cubitos triginta, & in la-
titudine cubitos quatuor. vnius menſuræ erant om-
nia ſaga: ♀ quorum quinque iunxit ſeorſum, & ſex alia 16
ſeparatim. ♀ Fecitque anſas quinquaginta in ora ſagi 17
vnius, & quinquaginta in ora ſagi alterius, vt ſibi inuicem
iungerentur. ♀ Et fibulas æneas quinquaginta, quibus 18
necteretur tectum, vt vnum pallium ex omnibus ſagis fie
ret. ♀ Fecit & opertorium tabernaculi de pellibus arie- 19
tum rubricatis: aliudque deſuper velamentum de pelli-
bus "hyacinthinis. ♀ Fecit & tabulas tabernaculi de li- 20
gnis ſetim ſtãtes. ♀Decem cubitorum erat longitudo ta- 21
bulæ vnius: & vnum ac ſemis cubitum latitudo retinebat.
♀ Binæ incaſtraturæ erant per ſingulas tabulas, vt alte- 22
ra alteri iungeretur. Sic fecit in omnibus tabernaculi ta-
bulis. ♀ E quibus viginti ad plagam Meridianam erant 23
contra Auſtrum ♀ cum quadraginta baſibus argenteis. 24
Duæ baſes ſub vna tabula ponebantur ex vtraque parte
angulorum, vbi incaſtraturæ laterum in angulis terminan
tur. ♀ Ad plagam quoque tabernaculi quæ reſpicit ad 25
Aquilonem, fecit viginti tabulas ♀ cum quadraginta ba- 26
ſibus argenteis, duas baſes per ſingulas tabulas. ♀ Con- 27
tra Occidentem verò, id eſt ad eam partem tabernaculi
quæ Mare reſpicit, fecit ſex tabulas, ♀ & duas alias per 28
ſingulos angulos tabernaculi retro: ♀ quæ iunctæ erant 29
à deorſum vſque ſurſum, & in vnam compaginem pari-
D ter ferebantur. Ita fecit ex vtraque parte per angulos: ♀vt 30
octo eſſent ſimul tabulæ, & haberent baſes argenteas ſe-
decim, binas ſcilicet baſes ſub ſingulis tabulis. ♀ Fecit 31
& vectes de lignis ſetim, quinque, ad continendas tabu-
las vnius lateris tabernaculi, ♀ & quinque alios ad al- 32
terius lateris coaptandas tabulas: & extra hos, quinque
alios vectes ad Occidentalem plagam tabernaculi con-
tra Mare. ♀ Fecit quoque vectem alium, qui per me- 33
dias tabulas ab angulo vſq; ad angulum perueniret. ♀Ipſa 34
autem tabulata deaurauit, fuſis baſibus earum argenteis.
Et circulos eorum fecit aureos, per quos vectes induci
poſſent: quos & ipſos laminis aureis operuit. ♀ Fecit & 35
velum de hyacintho, & purpura, vermiculo, ac byſſo re-
torta, opere polymitario, varium atque diſtinctum: ♀ & 36
quatuor columnas de lignis ſetim, quas cum capitibus de-
aurauit, fuſis baſibus earum argenteis. ♀ Fecit & ten- 37
torium in introitu tabernaculi ex hyacintho, purpura,
vermiculo, byſſoque retorta, opere plumarij: ♀ & co- 38
lumnas quinque cum capitibus ſuis, quas operuit auro, ba
ſeſque earum fudit æneas, quas & operuit auro.

Sagorum.

C

Opertorij.

"ianthinis.

Tabularum.

Vectium.

Veli.

Tentorij.

## SCHOLIA IN CAP. XXXVI.

1 ideſt, ingenioſi. 2 intelligentiam. 3 miniſterij. 4 Vocauerat enim Moſes Beſeleel & Ooliab, & omnem ſapientẽ corde virum, ideſt, ingenioſos quoſque artifices. 5 Heb. quem excitauerat cor ſuum vt accederet ad hoc opus, ad perficiendum illud. 6 oblationem quam obtulerant. 7 Heb. votum adhuc afferebant ad eum in mane & mane. Votum vocat ſpontaneam oblationem. Quamobrem omnes ſapientes qui vniuerſum opus ſanctuarij faciebant, vnuſquiſque ab opere ſuo quod faciebat, venerunt, & loquuti ſunt ad Moyſen, dicentes, Plus offert, &c. A conſpectu Moſis dixit, pro à Moſe, more Hebraico. In mane, & mane. i. ſingulis diebus. 8 Hoc eſt, relicto opere. 9 Heb. faciant vltra opus ad oblationem ſanctificationis. Recte vertit interpres. 10 inter eos qui vacabant operi, (fecerũt inquam) tabernaculũ ex cortinis decẽ, ideſt, quotquot ingenioſi erant inter eos qui incumbebant operi diuino, fecerunt tabernaculũ, &c. 11 Voces Hebrææ, S E S M A S Z A R, ſignificant linum duplicatum: vel vt alij volunt, ſeptuplicatum, ſi Latine dici poſſet. 12 Heb. cherubimos opere Phrygionico fecit eas. i. Beſeleel ſparſit eas imaginibus alatis repræſentantibus cherubim. 13 vel, laqueolos. 14 Heb. in ora cortinæ primæ, in extremo, in connexione (ideſt, ex latere quod iungebatur alteri:) ſic fecit in ora cortinæ extrema in connexione ſecunda. i. quæ erat coniũgenda ſecundæ. 15 Heb. in ora cortinæ extrema, in cõiunctione: & quinquaginta anſulas fecit in ora cortinæ, quæ ſeſe cõiungit in ſecunda. ſub. coniunctione, ideſt, fecit anſulas in extrema parte cortinæ in ea parte qua cortina coniungi debet cum alia cortina: item alias etiam in ora extrema cortinæ ſecũdæ in ea ora quæ copulatur cum tertia cortina. nam coniunctio ſecunda, eſt illa qua ſecunda cortina iungitur cum tertia. 16 vncinos æneos. 17 vel, taxorum. 18 cardines habebat vnuſquiſque aſſer, inſtar graduum ſcalarium diſpoſitos alterum ad alterum. quaſi dicat, duo illi cardines, ſiue incaſtraturæ duæ correſpondebant ſibi. 19 cardinibus. 20 vel, gemelli. ſiue, coniuncti. aut, copulati 21 & pariter copulati vſque ad ſummum eius, idque circulo vno: ſic fecit in vtroque in duobus angulis. 22 vel, loca. ſiue, receptacula vectibus illis, ideſt, vt per illos annulos tranſmitterentur vectes 23 vel, opere Phrygionico ſparſit (velum) illud imaginibus repræſentãtibus cherubim. 24 fila eas cingentia, auro. Fila vocat cælaturas quibus columnæ cingebantur.

CAP. XXXVII.

FEcit quoq; Bezaleel arcã de lignis ſitim, longitudo eius
fuit duorum cubitorum & dimidij, latitudo eius cubiti
vnius & dimidij: ſic quoq; altitudo eius cubiti & di-
midij. Et obduxit eam auro mundo intus & foris, fecitq; illi
1 coronã aureã ꝑ ambitũ. Fudit ꝑ ea quatuor annulos aureos
ꝑ quatuor angulis eius; duos videlicet annulos ꝑ vno eius la-
tere, duos annulos ꝑ altero eius latere. Fecit & vectes de lignis
ſitim, & obduxit eos auro. Et inſeruit vectes in annulos in late
rib⁹ arcæ ad geſtãdũ arcã. Fecit & 2 propitiatoriũ de auro mũ
do, lõgitudo eius fuit duorũ cubitorũ & dimidij, latitudo autẽ
eius vnius cubiti atq; dimidij. Fecit & duos cherubim aureos
3 ſolidos fecit eos 4 à duabus extremitatib⁹ propitiatorij. Che
rub vnum ab extremitate hac, & cherub alterum ab extremi
tate iſta: 5 ex ipſo propitiatorio fecit ipſos cherubim, in extre
mitatibus ſcilicet eius. Et expandebant cherubim alas ſuper-
ne, obtegentes alis ſuis propitiatorium: facies verò eorum erant
vt alter alterum reſpiceret, faciebus cherubim ad propitiato-
rium [verſis.] Et fecit menſam ex lignis ſitim, longitudo eius
erat duorum cubitorum, latitudo eius vnius cubiti, altitudo
eius cubiti vnius atq; dimidij. Et obduxit eã auro mundo, &
fecit ei coronam auream per ambitum. 6 Et fecit ei limbum
palmarium per ambitum, limbo autem addidit per ambitum
coronam auream. Et fudit quatuor annulos aureos, & poſuit
annulos illos ad quatuor angulos qui ſunt in quatuor pedibus
eius. 7 Sub limbo erant annuli illi, loculi ſcilicet pro vectibus
ad geſtãdum menſam. Et fecit vectes de lignis ſitim, & obdu
xit eos auro ad geſtandum menſam. Fecit & vaſa 8 pro ipſa
menſa ex auro mundo, nempe 9 acetabula eius, 10 cochlea-
ria eius, 11 dimidiatas fiſtulas eius, & inſtrumenta quibus
purgãtur, quibuſq; funditur. Fecit & cãdelabrũ ex auro mũ
do, 12 ſolidũ (inquã) fecit cãdelabrũ, 13 ſcapus eius, calami
eius, calices eius, ſphærulæ eius, & flores eius, 14 ex ipſo erant.
Sex calami prodibant de lateribus eius, tres calami cãdelabri
ex latere vno, & tres calami candelabri ex latere altero. Tres
15 calices in formam amygdali in vno calamo, cum ſphærula
& flore, & tres calices in amygdali formam in altero calamo
cum ſphærula & flore: ſic erat in ſex calamis [alijs,] qui ex
ipſo candelabro prodibãt. Et in ipſo candelabro quatuor erãt
calices formã amygdali habentes cum ſphærulis & floribus
ſuis. 16 Eratq; [ſemper] ſub duobus [quibuſq;] calamis, quæ
ex ipſo [candelabro prodeunt] ſphærula vna: erant autem ca
lamorum, qui ex ipſo candelabro prodeunt, ſex. Sphærulæ eo-
rũ, & calami eorum 17 ex ipſo erant: totumq; ipſum [opus]
vnum erat 18 ſolidũ ex auro mundo. Fecit & lampades ſep-
tem cum emunctorijs eius, & vaſis [in quibus emuncta exci
piuntur,] ex auro mundo. Ex talento auri mundi fecit ipſum
cum omnibus vaſis eius. Fecit & aram 19 ſuffitus ex lignis ſi
tim, longitudo eius erat vnius cubiti, & latitudo eius cubiti
vnius: quadrata erat: altitudo eius erat duorum cubitorum,
20 ex ipſo quoq; prodibant cornua eius. Et obduxit ipſam au
ro, tectum videlicet eius, & parietes eius, circunquaq;, atq; cor
nua eius: & fecit ei coronam auream per ambitum. Et fecit ei
duos annulos aureos ſub corona eius in duobus angulis eius,
& in duobus lateribus eius, 21 pro receptaculis vectium, vt
geſtaretur ipſis. Et fecit vectes ipſos ex lignis ſitim, obduxitq;
eos auro. Fecit & oleũ vnctionis ſanctum, & ſuffimentũ aro-
maticum mundum opere vnguentarij.

CAP. XXXVII.

Fabricatio arcæ teſtimonij.

1 FEcit autẽ Beſeleel & arcam de lignis ſetim, haben-
tem duos ſemis cubitos in longitudine, & cubitum
ac ſemiſſem in latitudine, altitudo quoq; vnius cu
2 biti fuit & dimidij: ¶ veſtiuitque eam auro puriſsimo in-
3 tus ac foris. Et fecit illi coronam auream per gyrum, ¶ cõ
flans quatuor annulos aureos per quatuor angulos eius:
4 duos annulos in latere vno, & duos in altero. ¶ Vectes
5 quoque fecit de lignis ſetim, quos veſtiuit auro, ¶ &
quos miſit in annulos qui erant in lateribus arcæ, ad por-
6 tandum eam. ¶ Fecit & propitiatorium, id eſt oracu-
lum, de auro mundiſsimo, duorum cubitorum & dimidij
7 in longitudine, & cubiti ac ſemis in latitudine. ¶ Duos
etiam cherûbim ex auro ductili, quos poſuit ex vtraque
8 parte propitiatorij, ¶ cherub vnum in ſummitate vnius
partis, & cherub alterum in ſummitate partis alterius:
duos cherûbim in ſingulis ſummitatibus propitiatorij,
9 ¶ extendentes alas, & tegentes propitiatorium, ſe-
10 que mutuò & illud reſpicientes. ¶ Fecit & menſam
de lignis ſetim in longitudine duorum cubitorum, & in
latitudine vnius cubiti, quæ habebat in altitudine cubi-
11 tum ac ſemiſſem. ¶ circundeditque eam auro mundiſ-
12 ſimo, & fecit illi labium aureum per gyrum, ¶ ipſique
labio coronam auream interraſilem quatuor digitorum,
13 & ſuper eandem alteram coronam auream. ¶ Fudit
& quatuor circulos aureos, quos poſuit in quatuor an-
14 gulis per ſingulos pedes menſæ ¶ contra coronam:
15 miſitque in eos vectes, vt poſsit menſa portari. ¶ Ipſos
quoque vectes fecit de lignis ſetim, & circundedit eos
16 auro. ¶ Et vaſa ad diuerſos vſus menſæ, acetabula,
phialas, & cyâthos, & thuribula, ex auro puro, in
17 quibus offerenda ſunt libamina. ¶ Fecit & candela-
brum ductile de auro mundiſsimo. De cuius vecte ca
lami, ſcyphi, ſphærulæque ac lilia procedebant.
18 ¶ Sex in vtroque latere, tres calami ex parte vna, &
19 tres ex altera. ¶ Tres ſcyphi in nucis modum per ca-
lamos ſingulos, ſphærulæque ſimul & lilia: & tres ſcy-
phi inſtar nucis in calamo altero, ſphærulæque ſimul
& lilia. AEquum erat opus ſex calamorum, qui proce
20 debant de ſtipite candelabri. ¶ In ipſo autem vecte
erant quatuor ſcyphi in nucis modũ, ſphærulæq; per ſin
21 gulos ſimul & lilia: ¶ & ſphęrulę ſub duobus calamis per
loca tria, qui ſimul ſex fiunt calami procedẽtes de vecte
22 vno. ¶ Et ſphærulæ igitur, & calami ex ipſo erãt, vniuer
23 ſa ductilia ex auro puriſsimo. ¶ Fecit & lucernas ſeptem
cũ emunctorijs ſuis, & vaſa vbi ea quæ emũcta ſunt, ex-
24 tinguantur, de auro mũdiſsimo. ¶ Talentũ auri appẽde-
25 bat candelabrũ cũ omnibus vaſis ſuis. ¶ Fecit & altare
thymiamatis de lignis ſetim, per quadrũ ſingulos habẽs
cubitos, & in altitudine duos: è cuius angulis procedebãt
26 cornua. ¶ Veſtiuitq; illud auro puriſsimo cũ craticula ac
27 parietibus & cornibus. ¶ Fecitq; ei coronã aureolã per
gyrũ, & duos annulos aureos ſub corona per ſingula la-
tera, vt mittantur in eos vectes, & poſsit altare portari.
28 ¶ Ipſos autem vectes fecit de lignis ſetim, & operuit lami
29 nis aureis. ¶ Compoſuit & oleum ad ſanctificationis vn-
guentum, & ʺ thymiamata de aromatibus mundiſsimis
opere pigmentarij.

Propitiatorij.

B

Menſæ.

C

Candelabri.

D Lucernarũ.

Altaris thymiamatis.

Cõpoſitio thymiamatis.

ʺ thymiama.

SCHOLIA IN CAP. XXXVII.

1 Limbum aureum 2 tegumentum. Vel, cælum 3 vel, du
ctiles. Vide annotationẽ vigeſimãquartã capitis XXV. de opere
ductili. 4 vel, in duabus 5 de ipſo tegumento. i. ex eadem mate-
ria qua factũ erat tegumẽtũ ſiue cælum. 6 Fecit etiã ei clauſurã
palmi vnius per circuitũ, limbũq; aureum ſuper ipſam clauſuram
in circuitu. Pro clauſura vertere potes coronam interraſilẽ, vt ver
tit vetus interpres. 7 Eregione coronæ 8 vel, quæ ſuper mẽſam
ponenda erant 9 ſcutellas eius. Vox Hebræa KEAAROTH.
ꝑ qua interpres vertit acetabula, ſignificat ſcutellas in quibus po-
nebãtur panes. Vide nomina horũ vaſorũ, ſuprà ca. XXV. 10 vel,
thuribula, in quibus ponebatur thus. Hebraicè CAPPOTH.
11 & opercula & crateres, quibus tegentur. ſcilicet panes. Vide an
notationẽ ſuprà cap. XXV. 12 vel, ductile 13 vel, truncus. ſiue,
haſtile. 14 ideſt, ex eadem maſſa auri ex qua candelabrum erat
factum. 15 vel, ſcyphi 16 Heb. Eratque ſphærula ſub duo-
bus calamis ex ipſo, & ſphærula ſub duobus calamis ex ipſo, & ſphę
rula ſub duobus calamis ex ipſo: ſex calamis egredictibus ex ipſo.
ſub haſtili candelabri. 17. i. ex eadẽ materia. 18 vel, ductile. 19 vel,
incẽſi, ſiue, thymiamatis. 20 vel, ex eo erant cornua. i. ex eadẽ ma
teria. 21 vel, vt mitterentur in eos vectes ad portandum illam.

CAP.



CAP. XXXVIII.

Fabricatio altaris holocauſti.

FEcit & altare holocauſti de lignis ſetim, quinque 1
cubitorum per quadrum, & triũ in altitudine. ¶ Cu- 2
ius cornua de angulis procedebant, operuitque il-
lud laminis æneis. ¶ Et in vſus eius parauit ex ære va- 3
ſa diuerſa, lebetes, forcipes, fuſcinulas, vncinos, & ignium
receptacula. ¶ Craticulamque eius in modum retis fecit 4
æneam, & ſubter eam in altaris medio arulam, ¶ fuſis qua- 5
tuor annulis per totidem retiaculi ſummitates, ad immit-
tendos Vectes ad portandum: ¶ quos & ipſos fecit de li- 6
gnis ſetim, & operuit laminis æneis: ¶ induxitque in cir- 7
culos qui in lateribus altaris eminebant. ipſum autem al-
tare non erat ſolidum, ſed cauum ex tabulatis, & intus va
cuum. ¶ Fecit & labrum æneum cum baſi ſua de ſpeculis 8
mulierum quæ excubabãt in oſtio tabernaculi. ¶ Fecit & 9
atrium, in cuius Auſtrali plaga erant tentoria de byſſo re-
torta, cubitorum centum, ¶ colũnæ æneæ viginti cum ba 10
ſibus ſuis, capita columnarum, & tota operis cælatura, ar
gentea. ¶ AEquè ad Septentrionalem plagam tentoria, co 11
lumnæ, baſeſque, & capita columnarum eiuſdem men-
ſuræ, & operis ac metalli, erant. ¶ In ea verò plaga que ad 12
Occidentem reſpicit, fuerunt tentoria cubitorum quin-
quaginta, columnæ decem cum baſibus ſuis æneæ, & ca-
pita columnarum, & tota operis cælatura, argentea. ¶ Por 13
rò contra Orientem quinquaginta cubitorum parauit tẽ-
toria: ¶ è quibus, quindecim cubitos, columnarum trium, 14
cum baſibus ſuis vnum tenebat latus: ¶ & in parte altera 15
(quia inter vtraque introitum tabernaculi fecit) quinde-
cim æquè cubitorum erant tentoria, columnæque tres, &
baſes totidem. ¶ Cũcta atrij tentoria byſſus retorta texue 16
rat. ¶ Baſes colũnarum fuere æneæ, capita autẽ earũ cũ 17
cunctis cælaturis ſuis argẽtea: ſed & ipſas columnas atrij
veſtiuit argento. ¶ Et in introitu eius opere plumario fe- 18
cit tentorium ex hyacintho, purpura, vermiculo, ac byſ-
ſo retorta, quod habebat viginti cubitos in longitudine,
altitudo verò quinque cubitorum erat iuxta menſuram
quam cuncta atrij tentoria habebant. ¶ Columnæ au- 19
tem in ingreſſu fuere quatuor cum baſibus æneis, capi-
taque earum & cęlaturæ argenteæ. ¶ Paxillos quoque 20
tabernaculi & atrij per gyrum fecit æneos. ¶ Hæc ſunt 21
inſtrumenta tabernaculi teſtimonij, quæ enumerata ſunt
iuxta præceptum Moyſi ʺ in ceremonijs Leuitarum per
manum Ithamar filij Aaron ſacerdotis: ¶ quæ Beſe- 22
leel filius Vri filij Hur de tribu Iuda, Domino per Moy
ſen iubente, compleuerat, ¶ iuncto ſibi ſocio Ooliab 23
filio Achiſamech de tribu Dan: qui & ipſe artifex lig-
norum egregius fuit, & polymitarius atque plumarius
ex hyacintho, purpura, vermiculo, & byſſo. ¶ Om- 24
ne aurum quod expenſum eſt in opere ſanctuarij, &
quod oblatum eſt in donarijs, vigintinouem talento-
rum fuit, & ſeptingentorum triginta ſiclorum ad men
ſuram ſanctuarij. ¶ Oblatum eſt autem ab his qui 25
tranſierunt ad numerum à viginti annis & ſupra,
de ſexcentis tribus millibus, & quingentis quinqua-
ginta, armatorum. ¶ Fuerunt præterea centum ta- 26
lenta argenti, è quibus conflatæ ſunt baſes ſanctua-
rij, & introitus vbi velum pendet. ¶ Centum baſes 27
factæ ſunt de talentis centum, ſingulis talentis per
baſes ſingulas ſupputatis. ¶ De mille autem ſeptin- 28
gentis, & ſeptuagintaquinque ˋ ſiclis fecit capita co-
lumnarum, quas & ipſas veſtiuit argento. ¶ AEris 29
quoque oblata ſunt talenta ſeptuagintaduo millia, &
quadringenti ſuprà ſicli, ¶ ex quibus fuſæ ſunt baſes in in- 30
troitu tabernaculi teſtimonij, & altare æneum cum crati-
cula ſua, omniaque vaſa quæ ad vſum eius pertinent, ¶ Et 31
baſes atrij tam in circuitu, quàm in ingreſſu eius, & pa-
xilli tabernaculi atque atrij per gyrum.

Exod. 20. d.
Labri ænei.
Atrij.

B

C

ʺ in ceremonias

D

Supputatio pretij à populo oblati.

CAP. XXXVIII.

FEcit quoque aram holocauſti ex lignis ſitim, quinque
cubitorum erat longitudo eius, & quinque cubitorum
latitudo eius: quadrata erat: & trium cubitorũ erat
altitudo eius. Et fecit cornua eius in quatuor angulis eius:
1 ex ipſa erant cornua eius, & obduxit eam ære. Fecit quo-
que omnia inſtrumenta aræ, ollas, & ſcopas, & pelues ſpar
ſorias, & fuſcinulas, & ignis receptacula: omnia inſtru-
menta eius fecit ænea. Et aræ fecit 2 cancellulos æreos
opere reticulato, ſub ambitum aræ inferne vſque ad me-
dium aræ. Et fudit quatuor annulos ex ære ad extremitates
reticulati operis, vt eſſent loculi vectium. Et fecit vectes ex
lignis ſitim, & obduxit eos ære, & inſeruit vectes in annu-
los ad latera aræ, vt ara illis geſtetur: ex aſſeribus cauam eam
fecit. Fecit & Librum æneum, & baſim eius æneam de ſpe-
culis excubantium, 3 quæ ad oſtium tentorij conſtitutionis
excubabant. Atrium quoque fecit 4 in angulo qui eſt ver-
ſus Meridionalem plagam, & tapetes atrij erant ex byſſo
torta centum cubitorum. Columnæ earum erant viginti, &
baſes earum æneæ viginti: vncini autem columnarum, &
cincturæ earum argenteæ. Verſus angulum Aquilonarem
[tapetes] centum cubitorum, columnæ earum viginti æreæ:
vncini columnarum, & cincturæ earum erant ex argento.
Ad angulum Occidentalem erant tapetes quinquaginta cu-
bitorum, columnæ earum decem, & baſes earum decem: vn-
cini verò columnarum & cincturæ earum erant ex argento.
Ad angulum Orientalem [tapetes] quinquaginta cubito-
rum. Erant autem tapetes quindecim cubitorum ad latus, co-
lumnæ earum tres, & baſes earum tres. Ex alio deinde late-
re hinc & hinc ad portam atrij tapetes quindecim cubitorum,
cum columnis ſuis tribus, & baſibus earum tribus. Omnes ta-
petes atrij per ambitũ erãt ex byſſo torta. Baſes verò colũnarũ
æneæ erãt, & vncini colũnarũ & cincturæ earũ argẽteæ, capi
ta verò earũ obducta erãt argẽto, & cingebãtur cingulis argẽ
teis oẽs colũnæ atrij. Velũ verò quod erat in porta atrij, erat
opus Phrygiũ, ex hyacinthino [ſerico,] purpureo, coccino bis
tincto, & byſſo torta, habẽs viginti cubitos in lõgitudine, 5 &
in altitudine ac latitudine quinq; cubitos ſecundũ proportionẽ
tapetiũ atrij. Colũnæ earũ erãt quatuor, & baſes earũ quatuor
æneæ, vncini autẽ earũ argẽtei, & 6 obductio capitũ earũ atq;
cincturæ earũ ex argẽto. Omnes quoq; 7 claui tabernaculi &
atrij per circuitũ erãt ænei. 8 Hæc eſt ſumma tabernaculi,
9 tabernaculi inquã teſtimonij, 10 quæ ratione ſubducta eſt
iuxta præceptũ Moſis, 11 miniſteriũ Leuitarũ 12 in manu
Ithamar filij Aharonis ſacerdotis. Et Bezaleel quidẽ filius Vri
filij Hur de tribu Iehuda, fecit quidquid Dñs præceperat Moſi.
Cũ illo autẽ erat Ahaliab filius Ahiſamach de tribu Dã, 13 fa
ber, & artifex, & acupictor, in hyacintho, purpura, cocco bis
tincto & byſſo. Omne aurũ 14 factũ ad opus, in omni opere
ſanctuarij, 15 & auri [quod datũ fuit ad] tenupha, fuit vi-
ginti nouẽ talẽta, & ſeptingẽti triginta ſicli, 16 ſecundũ ſi-
clũ ſanctuarij. 17 Argẽti verò quod ex cẽſu cœtus [collectũ]
erat, centũ talẽta, mille, ſeptingẽti quinq;, & ſeptuagĩta ſicli,
ſecundũ ſiclũ ſanctuarij. 18 Semiſsis pro capite, dimidiũ ſicli
Iuxta ſiclũ ſanctuarij, pro omni eo qui trãſibat 19 in numerũ,
ab eo qui natus erat viginti annos, & ſupra, 20 pro ſexcẽtis
millibus & tribus millibus, & quingẽtis quinquaginta. Et fue
rũt centũ talẽta argenti ad fuſionẽ baſiũ ſanctuarij, & baſiũ
veli, ex centũ inquã talentis centũ baſes, talentum pro baſe.
21 Sed & mille ſeptingentos, & ſeptuaginta quinq; vncinos
fecit colũnis, & obduxit capitella earum, et fecit cincturas ea-
rũ. AEris verò 22 quod ad tenupha [oblatum erat,] ſeptua-
ginta talẽta et bis mille quadringẽti ſicli. Fecit autẽ ex eo ba-
ſes ad oſtiũ tentorij 23 conſtitutionis, & arã æneã, & reticulũ
æneũ pro ea cũ omnibus inſtrumentis aræ: Sed & baſes atrij
per ambitum, & baſes pro porta atrij, & omnes 24 clauos
tabernaculi, & omnes 24 clauos atrij per circuitum.

## SCHOLIA IN CAP. XXXVIII.

1 Ideſt, ex eadem materia. 2 vel, craticulam æream. 3 quæ conueniebant ad oſtium tabernaculi conuentus. Chaldæus paraphraſtes vertit, quæ veniebant vt orarẽt in oſtio tabernaculi. Mos erat Iudæarum omnium (inquit Rabbi Abraham) ſuam decorare faciem, & aptare tiaram ſingulo mane ad ſpeculum æneum, aut in vitreis ſuam faciem reſpicere. Erant autem in Iſrael mulieres Deũ colentes, quæ ſpreta mundi vanitate, ſoli Deo placere ſtudẽtes, ſua ſpecula Domino offerebant; non enim erat illis opus. veniebantq; per ſingulos dies ad oſtium tabernaculi vt orarent, & Dei audirent præcepta. 4 ad plagam Meridianam ad Auſtrum. 5 & altitudo quæ ex latitudine ſumitur, erat quinque cubitorum, obſeruata proportione ad cortinas (ſiue tapetia) atrij. 6 operimentumq́ue capitellorum earum, & cælaturæ earum, erant ex argento. 7 Clauos ſiue paxillos vocat, quibus retinebantur in terra cortinæ ſiue tapetia, ne facilè à vento raperentur. 8 Hebraiſmus. Hæc ſunt numerata tabernaculi, ideſt, partes tabernaculi quæ ad numerum ſunt commiſſæ Leuitis. Hæc autem per anticipationem dicuntur: quod ex principio libri Numerorũ intelligitur. 9 Deeſt dictio (arcæ) vt ſic legatur, Tabernaculi arcæ teſtimonij. Vocat autem arcam teſtimonij, eam in qua tabulæ quæ Domini voluntatẽ teſtabantur, repoſitæ erant. 10 vel, quæ recenſita fuerunt. 11 ſubaudi. vt eſſent: hoc modo, vt eſſent miniſterium Leuitarum, id eſt, vt ea curarent Leuitæ. Officium enim Leuitarum erat transferendi tabernaculi, quando locum mutabant Iſraelitæ. 12 ideſt, opera Ithamar. Eſt Hebraiſmus. 13 ſiue, faber lignarius, polymitarius, & plumarius. 14 vel, quod inſumptum fuit in opus. 15 fuit autem aurum oblationis, ideſt, ſponte oblatum in donarijs. Hoc debet legi per parentheſin. 16 vel, iuxta ſiclos quibus vtebantur in ſanctuario. 17 Hebraiſmus. Argentum autem numeratorum congregationis, centum, &c. ideſt, eorum qui ex congregatione in numerum venerant. hoc eſt argentum datum à recenſitis qui iam attigerant viceſimum annum, vt mox ſequitur. 18 Drachma per ſingula capita, id eſt. 19 ad numeratos. 20 vel, in ſexcentis. Vel, à ſexcentis, & tribus millibus, ſub. hominum, qui in numerum tranſibant, &c. 21 Hebraiſmus. Et ex mille & ſeptingentis & quinque & ſeptuaginta fecit epiſtylia columnarum. 22 oblati vltro, erat ſeptuaginta. 23 conuentus. 24 vel, paxillos, aut, palos.

## CAP. XXXIX.

*DE hyacinthino verò [ſerico,] purpureo, & coccino bis tincto fecerũt veſtes 1 inuolutionis quæ ſeruirẽt ſanctuario: fecerunt & veſtes ſanctas* Aharoni, *quemadmodum præceperat* Dominus *ipſi* Moſi. *Et fecit ephod ex auro, hyacintho, purpura, cocco bis tincto, & byſſo torta.* 2 Et *diduxerunt bracteas aureas vt abſcinderentur faſciæ, quæ texebãtur inter hyacinthum, purpuram, & coccum bis tinctũ & byſſum, opere ſcilicet polymito.* 3 Humeros *fecerunt ei cohærẽtes, vt ad duas extremitates eius committantur.* Textura *polymita limbi eius quæ erat ſuperne in eo, erat quẽadmodũ opus eius, quin ex ipſo fuit, nẽpe ex auro, hyacintho, purpura, cocco bis tincto, & byſſo torta, quẽadmodũ præceperat* Dñs Moſi. 4 *Fecerũt quoq; lapides ſchoham, circũdatos aureis* 5 *ſpintribus, ſcalptos* 6 *cælaturis eius qui ſigna cælat, cũ nominibus filiorũ* Iſrael. *& poſuit eos in* 7 *humeris ephod, vt eſſent lapides monumẽti pro filijs* Iſrael, *ſicut præceperat* Dñs Moſi. Fecit *& pectorale opere textili polymito, quẽadmodũ opus* 8 *humeralis, ex auro, hyacinthino [ſerico,] purpureo, coccino bis tincto, & byſſo torta.* Quadratũ *fuit, atq; duplicatũ fecerũt pectorale illud, cuius lõgitudo palmũ habebat, & latitudo palmũ, duplicatũ.* Et *impleuerũt* 9 *ipſum quatuor ordinibus gẽmarũ. ordo ſardonychis, topaſij & ſmaragdi ordo vnus. Secũdus ordo carbũculi, ſapphiri & adamãtis.* In *tertio ordine lyncurius, achates & amethyſtus.* In *quarto ordine hyacinthus, onyx & iaſpis, circũdati palis aureis,* 10 *quibus erãt inſerti.* Et *gemmæ iſtæ erãt* 11 *cũ nominib⁹ filiorũ* Iſrael, *nẽpe duodecim,* 12 *pro nominibus illorũ,* 13 *exculptæ vt ſigna exculpi ſolet, ſingulæ nominibus ſuis iuxta duodecim tribus.* Fecerũt *quoq; pectorali* 14 *catenulas cõplicato opere ex auro mũdo in extremitatibus.* 15 Fecerũt *& duo ſpintra aurea, & duos annulos aureos, & poſuerũt duos annulos in duabus extremitatibus pectoralis,* Et *inſeruerũt* 16 *duas aureas catenulas cõplicatas, in duobus annulis, in extremitatibus pectoralis. Sed & [alias] duas extremitates* 17 *duarũ catenularũ cõplicatarũ, inſeruerũt in duo ſpintra fibulata, poſuerũtq; ea in humeros ephod eregione ipſius.* Fecerũt *& duos annulos aureos, quos poſuerũt* 18 *ĩ duobus humeris ephod inferne, eregione iuxta cõmiſſuras eius, ſupra texturã polymitã ipſius ephod.* Et 20 *cõſociarũt pectorale annulis ſuis ad annulos ephod faſcia hyacinthina, vt* 21 *eſſet ſupra texturã polymitã ipſius ephod, vt nõ ſepararetur pectorale ab ipſo ephod, ſicut pceperat* Dñs. 22 Ad *ephod fecit interulã laxiorẽ opere textili, quæ fuit tota hyacinthina.* Et *foramẽ erat in medio ei⁹, inſtar foraminis loricæ, & circa foramẽ limb⁹ per ambitũ, ne dirũperetur.* Fecerũtq; *in fimbrijs interulæ mala punica ex hyacinthino [ſerico,] purpureo, coccino bis tincto, & byſſo torta.* Fecerunt *& tintĩnabula ex auro mũdo, poſueruntque tintĩnabula inter mala punica* 23 *in fimbrijs interulæ per ambitum inter mala punica.* Tintinnabu*lum & malum punicum, [& rurſus] tintinnabulum*

## CAP. XXXIX.

Ornatus Aarõ. Hæc eadem habes ſup. cap. 28.

1 DE hyacintho verò & purpura, vermiculo ac byſſo fecit veſtes, quibus indueretur Aaron quando miniſtrabat in ſanctis, ſi-
2 cut præcepit Dominus Moyſi. ♀ Fecit igitur ſuperhumerale de auro, hyacintho, & purpura, coccoq́ue bis tincto, & byſſo retorta, opere poly-
3 mitario. ♀ inciditq́ue bracteas aureas, & extenuauit in fila, vt poſſent torqueri cum priorum co-
4 lorum ſubtegmine, ♀ duaſq́ue oras ſibi inuicem co-
5 pulatas in vtroq́ue latere ſummitatum, ♀ & balteum ex eiſdem coloribus, ſicut præceperat Do-
6 minus Moyſi. ♀ Parauit & duos lapides onychi- B
nos, aſtrictos & incluſos auro, & ſculptos arte gemmaria nominibus filiorum Iſrael. ſex nomina in lapide vno, & ſex in altero, iuxta ordinem
7 natiuitatis eorum. ♀ poſuitq́ue eos in lateribus ſuperhumeralis in monimentum filiorum Iſrael, ſicut præ-
8 ceperat Dominus Moyſi. ♀ Fecit & rationale o- Rationale.
pere polymito iuxta opus ſuperhumeralis, ex auro, hyacintho, purpura, coccoq́ue bis tincto, &
9 byſſo retorta: ♀ quadrangulum, duplex, menſu-
10 ræ palmi. ♀ Et poſuit in eo gemmarum ordines
quatuor. in primo verſu erat ſardius, topazius, ſma- C
11 ragdus. ♀ In ſecundo, carbunculus, ſapphîrus
12 & iaſpis. ♀ In tertio, ligyrius, achates & ame-
13 thyſtus. ♀ In quarto, chryſolithus, onychinus, & berillus, circundati & incluſi auro per ordines
14 ſuos. ♀ Ipſiq́ue lapides duodecim, ſculpti erant nominibus duodecim tribuum Iſrael, ſinguli per
15 nomina ſingulorum. ♀ Fecerunt in rationali & catenulas ſibi inuicem cohærentes, de auro pu-
16 riſſimo: & duos vncinos, ♀ totidemq́ue annulos aureos. Porrò annulos poſuerunt in vtro-
17 q́ue latere rationalis, ♀ è quibus penderent duæ
catenæ aureæ, quas inſeruerunt vncinis qui in ſu- D
18 perhumeralis angulis eminebant. ♀ Hæc & antè & retrò ita conueniebant ſibi, vt ſuperhumerale
19 & rationale mutuò necterentur, ♀ ſtricta ad balteum & annulis fortius copulata, quos iungebat vitta hyacinthina, ne laxa fluerent, & à ſe inuicem mouerentur, ſicut præcepit Dominus Moyſi.
20 ♀ Fecerunt quoque tunicam ſuperhumeralis totam Tunica.
21 hyacinthinam, ♀ & capitium in ſuperiori parte contra medium, oramq́ue per gyrum capitij tex-
22 tilem: ♀ deorſum autem ad pedes mala punica ex hyacintho, purpura, vermiculo, ac byſ-
23 ſo retorta: ♀ & tintinnabula de auro puriſſi- E
mo, quæ poſuerunt inter malogranata in extre-
24 ma parte tunicæ per gyrum: ♀ tintinnabulum autem



autem aureum & malum punicum, quibus ornatus incedebat pontifex quando miniſterio fungebatur, ſi-
cut præceperat Dominus Moyſi. ♀ Fecerunt & tuni- 25
cas byſſinas opere textili Aaron & filijs eius: ♀ & mi- 26
tras cum coronulis ſuis ex byſſo: ♀ feminalia quoque 27
linea, byſſina: ♀ cingulum verò de byſſo retorta, hya 28
cintho, purpura, ac vermiculo diſtinctum arte pluma
Lamina ſacra. F ria, ſicut præceperat Dominus Moyſi. ♀ Fecerunt & 29
laminam ſacræ venerationis de auro puriſſimo, ſcripſeruntque in ea opere gemmario, Sanctum Domini:
♀ & ſtrinxerunt eam cum mitra vitta hyacinthina, ſi- 30
Populus offert Domino cũcta quæ fieri iuſſerat. cut præceperat Dominus Moyſi. ♀ Perfectum eſt igi- 31
tur omne opus tabernaculi & tecti teſtimonij: feceruntque filij Iſrael cuncta quæ præceperat Dominus Moy-
ſi. ♀ Et obtulerunt tabernaculum & tectum & vniuer- 32
ſam ſupellectilem, annulos, tabulas, vectes, columnas ac baſes, ♀ Opertorium de pellibus arietum ru- 33
bricatis, & aliud operimentum de* hyacinthinis pel-
* ianthinis. G libus, ♀ velum, Arcam, vectes, propitiatorium, 34
♀ Menſam cum vaſis ſuis & propoſitionis panibus: 35
♀ Candelabrum, lucernas, & vtenſilia earum cum 36
oleo: ♀ Altare aureum, & vnguentũ, & thymiama ex aro 37
matibus, ♀ & tentorium in introitu tabernaculi: ♀ Altare 38
æneum, retiaculum, vectes, & vaſa eius omnia: la- 39
brum cum baſi ſua: Tentoria atrij, & columnas cum baſibus ſuis, ♀ Tentorium in introitu atrij, funiculoſ- 40
q́ue illius & paxillos. nihil ex vaſis defuit quæ in miniſterium tabernaculi, & in tectum fœderis iuſſa ſunt fie-
ri. ♀ Veſtes quoque quibus ſacerdotes vtuntur in ſan- 41
ctuario, Aaron ſcilicet & filij eius, ♀ obtulerunt filij 42
Iſrael, ſicut præceperat Dominus. ♀ Quæ poſtquam 43
Moyſes cuncta vidit completa, benedixit eis.

*& malũ punicũ in fimbrijs* 24 *interulæ per ambitũ* 25 *ad miniſtrandũ, quemadmodũ præceperat* Dñs Moſi. Fecerunt *quoque tunicas byſſinas opere textili pro* Aharone *& filijs eius.* Et 26 *tiarã byſſinam, &* 27 *pileolos byſſinos decoros, & femoralia linea ex torta byſſo.* Et *Zonã ex byſſo torta, hyacinthino [ſerico,] purpureo, & coccino bis tincto, opere* Phrygio, *quẽadmodũ* Dñs *Moſi præceperat.* Et *fecerũt laminã* 28 *coronã ſanctã ex auro mũdo, & ſcripſerũt ſuper eam ſcripturam* 29 *vt ſigna cælari [ſolẽt,]* 30 *Sanctũ* Dño. Et 31 *adhibuerũt ei faſciã hyacĩthinã, qua alligaretur tiaræ, ſurſum, quẽadmodũ* Dñs *Moſi præceperat.* Abſolutũ *eſt itaq; vniuerſum opus* 32 *tabernaculi, tentorijq; cõſtitutiõis: & fecerũt filij* Iſrael *iuxta omnia quæ præceperat* Dñs *Moſi, ſic fecerũt.* Et *attulerũt tabernaculũ ad Moſen* 33 *[nẽpe] tẽtoriũ & omnia inſtrumẽta eius, fibulas eius, & aſſeres eius, & vectes eius, & colũnas eius, & baſes eius.* Et *tegumentũ ex pellibus arietinis rubris, & tegumentũ ex pellibus* 34 *meliũ, &* 35 *velũ obtentionis.* Arcã *teſtimonij & vectes eius, atq; propitiatoriũ.* Et *menſam, omniaq; eius inſtrumẽta, & panẽ facierũ.* 36 *Luminare mũdũ,* 37 *lãpades eius, lãpades diſpoſitas, & omnia inſtrumẽta eius, & oleũ ad luminare.* Et *arã aureã, & oleũ vnctionis, & ſuffimẽtũ aromaticũ, & velũ ad oſtiũ tẽtorij.* Arã *quoq; æneã, & reticulũ eius æneũ, vectes eius, & omnia inſtrumẽta eius, labrũ & baſim eius.* Tapetes *atrij, & colũnas eius, & baſes eius: & velũ pro porta atrij, &* 38 *clauos eius atq; funes eius, ſed & cũcta inſtrumẽta* 39 *cultus tabernaculi* 40 *ad tẽtoriũ cõſtitutionis.* Veſtes *quib⁹ inuoluũtur res* 41 *quæ pertinẽt ad miniſteriũ ſanctuarij, veſtes ſãctas pro* Aharõe *ſacerdote, & veſtes filiorũ ei⁹, in quib⁹ ſacerdotio fũgeretur.* Iuxta *omnia quæ præceperat* Dñs *Moſi, ſic fecerũt filij* Iſrael 42 *p vniuerſo miniſterio.* 43 Et *vidit* Moſes *vniuerſũ op⁹, & ecce abſoluerãt hoc, ſicut pceperat* Dñs, *ſic inquã fecerãt. &* 44 *laudauit eos* Moſes.

## SCHOLIA IN CAP. XXXIX.

1 Heb. miniſterij quæ &c. Vide duodecimam annotationem capitis viceſimiquinti. 2 vel, Extenuaueruntque bracteas aureas vnde abſcidit fila quæ texebantur cum hyacintho, purpura cocco, & lino, opere Phrygionis. 3 vel, Feceruntque & latera illi, quæ copularentur inter ſe: in duabus extremitatibus ſuis cõiungebatur. Artificium quoque cinguli eius quod erat ſuper ipſum, ex ipſo erat, & ſimilis texturæ, ex auro. &c. Ex ipſo ait, ideſt, ex eadem materia. 4 vel, Parauerunt quoque lapides onychinos, ſubaudi. arte gemmaria. 5 palis, 6 ſculpturis ſigillorum, ideſt, elegantiſſimis. 7 lateribus 8 ſiue, ephod, 9 Heb. in eo quatuor ordines lapillorum, ordo (ſub. qui erat, aut, in quo erant) ſardius, topazius, & carbunculus, (erat.) ordo primus. De his lapidum nominibus, vide ſup. cap. XXVIII. 10 Heb. in plenitudinibus ſuis, ideſt, quas implebant. 11 iuxta nomina &c. i. æquabãt filios Iſrael. 12 iuxta nomina 13 Heb. ſculpturæ annuli, quiſq; iuxta nomẽ ſuũ pro duodecim tribubus. vel iuxta duodecim tribus. Per appoſitionẽ dictũ, ſculpturæ annuli. q. d. lapides iſti ſiue gẽmæ iſtæ erant ſculptæ ſculptura annuli. i. expreſſa & quę legi poſſit. 14 catenas termini opere intorto ex auro puro, ideſt, catenas breues in modum funium ex auro mundo. 15 iam autem fecerant duas palas aureas, 16 Heb. duos funes aureos, ideſt, duas catenas aureas factas opere intorto inſtar funium. 17 Heb. duorum funium (ideſt, duarum catenarum inſtar funis intortarum) inſeres duobus vncinis: poneſque (ſub. fines illarum catenarum) in lateribus ipſius ſuperhumeralis eregione faciei eius. Id eſt in parte anteriore. Vncinos intelligit qui adhærent palis duorum lapidum onychinorum. 18 in duobus lateribus ſuperhumeralis inferne, eregione faciei eius, & eregione coniunctionis eius, paulo ſupra artificium ſuperhumeralis. Eregione, inquit, faciei eius. i. in parte eius anteriore. 20 vel, coniunxerunt 21 (ſub. pectorale,) ſuper artificium ſuperhumeralis. 22 Fecit & pallium ſuperhumeralis. i. pallium quod ſupponebatur ipſi ſuperhumerali. 23 ideſt, in medio ſummę partis ipſius pallij. erat enim ex omni parte clauſum excepto orificio, ſiue foramine illo. 24 pallij, 25 ideſt, in pallio quo vtebatur ad miniſtrandum. 26 vel, mitram 27 Heb. ornamenta galerorum ex byſſo. Id eſt elegantes pileolos. 28 Heb. coronæ ſanctitatis. Vel, pro corona ſancta 29 ſculpturarum annuli. Id eſt ſcriptura elegantiſſima, & facta affabre. 30 Vide annotationem in fine capitis XXVIII. huius. 31 inſeruerunt in ea (ſubaudi lamina) filum hyacinthinum, vt collocarent eam ſupra mitram. Id eſt, paulo ſupra frontem. 32 tabernaculi, & tentorij conuentus. id eſt, tabernaculi quod alio nomine dicitur tentorium conuentus. Per appoſitionem enim tabernaculum dicitur tentorium conuentus. Debetque hoc loco ET, pro Id eſt accipi. 33 Hæc per expoſitionẽ dicuntur. exponit enim quid per tabernaculum intelligat, nempe &c. 34 vel, taxorum, 35 Heb. velum muſach. i. velũ quod alio nomine dicĩ muſach. i. aulæum. 36 Cãdelabrũ 37 vel, cum lucernis eius, cum lucernis (inquã) diſpoſitionis. i. quæ quotidie aptabantur mane & veſperi. 38 funes eius & paxillos eius. 39 miniſterij 40 pro tentorio conuẽtus. vel, (quod etiã dicebatur) Oel moeed. i. tentorium fœderis, ſiue conuentus. 41 vel, miniſterij ad miniſtrandum in ſanctuario. Id eſt, quibus vtebantur in transferendo tabernaculo. 42 He. vniuerſum opus. 43 Hebraiſmus eſt, pro, Diligenter perſpecto opere vniuerſo quod fecerant, deprehendit perfectum eſſe vt pręceperat Dominus. 44 Heb. benedixit illis Moſes.

## CAP. XL.

Erigitur tabernaculum.

LOcutuſque eſt Dominus ad Moyſen, dicẽs, ♀ Mẽ 1
ſe primo, prima die mẽſis, eriges tabernaculum te
ſtimonij, ♀ Et pones in eo arcam, demitteſque 2
ante illam velum. ♀ Et illata menſa pones ſuper eam 3
quæ ritè præcepta ſunt: candelabrum ſtabit cum lu-
cernis ſuis, ♀ Et altare aureum in quo adoletur incen 4
ſum, coram arca teſtimonij. Tentorium in introitu ta-

## CAP. XL.

*LOquutuſq; eſt* Dominus *ad* Moſen, *dicẽs,* 1 *In die mẽſis primi, in primo mẽſis, eriges tabernaculũ* 2 *tẽtorij cõſtitutionis.* Et *pones in eo arcã teſtimonij, & obteges arcã velo.* Inferesque *mẽſam, & ordinabis eam iuxta diſpoſitionem ſuam, inferes & candelabrum, &* 3 *in ſublime collocabis lampades eius.* Pones *deinde aram auream incenſi coram arca teſtimonij, & pones velum ad oſtium ta-*

*bernaculi. Arã verò holocauſti pones ante oſtiũ tabernaculi 4 tentorij cõſtitutionis. Labrũ ipſum pones inter tabernaculũ 5 cõſtitutionis, & inter arã, & pones illuc aquas. Pones & atriũ per circuitũ, & expandes velũ ad portã atrij. Tolles & oleũ vnctionis, & vnges tabernaculũ, & quicquid in eo eſt, & cõſecrabis illud cũ vniuerſis inſtrumẽtis ſuis, vt ſit ſanctũ. Vnges & arã holocauſti, atq; omnia inſtrumẽta eius, & cõſecrabis arã, vt ſit ara 6 ſacroſancta. Vnges & labrũ atque baſim eius, & cõſecrabis ipſum. Et adduces Aharonẽ & filios eiꝰ ad oſtiũ tẽtorij 5 cõſtitutionis, & lauabis eos aqua. Indues quoque Aharoni veſtes ſanctas, & vnges eũ, cõſecrabiſq; eũ, vt ſacerdotio mihi fungatur. Sed & filios eius adduces, & indues eos tunicis. Et vnges eos quemadmodũ vnxiſti patrẽ eorũ, vt ſacerdotio mihi fungãtur. 7 futurũ enim eſt, vt ſit illis vnctio eorũ in ſacerdotiũ perpetuũ in poſteritatibus ſuis. Fecit autẽ Moſes iuxta omnia quæ præcepit ei Dominus, ſic inquã fecit. Et factũ eſt mẽſe primo, anno ſecũdo, primo mẽſis erectũ eſt tabernaculũ. Erexit autẽ Moſes tabernaculũ illud, ponẽs baſes eius, & ponẽs aſſeres eius, & ponẽs vectes eius, & erigẽs columnas eius. Extẽditq; tentoriũ ſuper tabernaculũ, & poſuit tegumentum 8 tectorij ſuper illud ſuperne, ſicut præceperat Dñs Moſi. Tulit quoq; 9 teſtimoniũ, & repoſuit illud in arcã, addiditq; vectes arcæ, & poſuit propitiatoriũ ſuper arcã. Et inferẽs arcã in tabernaculũ, obtẽdit 10 velũ obtẽtionis, operiẽs arcã teſtimonij, quẽadmodũ præceperat Dñs Moſi. Poſuit & menſam intra tẽtoriũ 11 cõſtitutionis ad latus tabernaculi Septẽtrionale, extra tamẽ velũ. Et diſpoſuit ſuper eã ordinẽ panis in cõſpectu Dñi, ſicut præceperat Dñs Moſi. Poſuit & cãdelabrũ in tẽtoriũ 11 cõſtitutionis, eregione mẽſæ, ad latus tabernaculi Meridionale. 12 Erexit & lãpades corã Domino, 13 quẽadmodũ Dñs ipſi Moſi præceperat. Et arã aureã poſuit in tẽtoriũ cõſtitutionis ante velũ. Et adoleuit ſuper eã ſuffimentũ aromaticũ, quẽadmodũ præceperat Dominus Moſi. Suſpẽdit & velamẽ ad oſtiũ tabernaculi. Et arã holocauſti poſuit ad oſtiũ 14 tabernaculi tẽtorij cõſtitutionis: & ſacrificauit ſuper ipſam holocauſtũ, & 15 cibariũ ſacrificiũ, quẽadmodũ præceperat Dñs Moſi. Poſuit & labrũ inter tentoriũ cõſtitutionis, & inter arã, & immiſit in illud aquã ad lauãdũ. Et 16 lauerũt ex eo Moſes, & Aharõ & filij eius manus ſuas & pedes ſuos quũ introirent in tẽtoriũ cõſtitutionis, & quũ appropinquarẽt ad arã, lauerũt, ſicut Dñs Moſi præceperat. Erexit quoq; atriũ per circuitũ tabernaculi & aræ, & poſuit velamẽ ad portã atrij, & abſoluit Moſes opus illud. Et nubes obtexit 17 tentoriũ conſtitutionis, & gloria Dñi impleuit tabernaculũ. Et Moſes nõ potuit introire in tentoriũ cõſtitutionis, eo quòd nubes habitaret ſuper ipſum, & quod gloria Domini impleret tabernaculum. Quumq; nubes in altũ tolleretur à tabernaculo, proficiſcebantur filij Iſrael per cunctas profectiones ſuas. Quãdo verò nubes nõ tollebatur in altum, non proficiſcebantur, vſq; ad diẽ quo ſuſtolleretur. Nã nubes Dñi erat ſuper tabernaculum interdiu, & ignis erat in eo noctu corã oculis vniuerſæ domꝰ Iſrael, 18 in omnibꝰ profectionibꝰ ſuis.*

6 bernaculi teſtimonij pones: ♀ & ante illud, altare
7 holocauſti: ♀ Labrum inter altare & tabernaculum,
8 quod implebis aqua. ♀ Circundabiſque atrium ten-
9 torijs, & ingreſſum eius. ♀ Et aſſumpto vnctionis oleo
vnges tabernaculum cum vaſis ſuis, vt ſanctificentur:
10 ♀ altare holocauſti & omnia vaſa eius: ♀ labrum
11 cum baſi ſua: omnia vnctionis oleo conſecrabis, vt
12 ſint ſancta ſanctorum. ♀ Applicabiſque Aaron & fi-
lios eius ad fores tabernaculi teſtimonij, & lotos B
13 aqua ♀ indues ſanctis veſtibus, vt miniſtrent mihi,
& vnctio eorum in ſacerdotium ſempiternum profi-
14 ciat. ♀ Fecitque Moyſes omnia quæ præceperat Do-
15 minus. ♀ Igitur menſe primo anni ſecundi, prima
16 die menſis collocatum eſt tabernaculum. ♀ Ere-
xitque Moyſes illud, & poſuit tabulas ac baſes & Nume.7.a.
17 vectes, ſtatuitque columnas, ♀ & expandit tectum
ſuper tabernaculum, impoſito deſuper operimento,
18 ſicut Dominus imperauerat. ♀ Poſuit & teſtimo-
nium in arca, ſubditis infrà vectibus, & oraculum
19 deſuper. ♀ Cumque intuliſſet arcam in tabernacu-
lum teſtimonij, appendit ante eam velum, vt ex-
20 pleret Domini iuſsionem. ♀ Poſuit & menſam in C
tabernaculo teſtimonij ad plagam Septentrionalem
21 extra velum, ordinatis ♀ coram propoſitionis pa-
22 nibus, ſicut præceperat Dominus Moyſi. ♀ Poſuit
& candelabrum in tabernaculo teſtimonij eregione
23 menſæ in parte Auſtrali, ♀ locatis per ordinem lu-
24 cernis, iuxta præceptum Domini. ♀ Poſuit & al-
25 tare aureum ſub tecto teſtimonij contra velum, ♀ &
adoleuit ſuper eo incenſum aromatum, ſicut iuſſe-
26 rat Dominus Moyſi. ♀ Poſuit & tentorium in introi
27 tu tabernaculi teſtimonij. ♀ Et altare holocauſti in
veſtibulo teſtimonij, offerens in eo holocauſtum
28 & ſacrificia, vt Dominus imperauerat. ♀ Labrum
quoque ſtatuit inter tabernaculum teſtimonij, &
29 altare, implens illud aqua. ♀ Laueruntque * Moy- D * in eo
30 ſes & Aaron, ac filij eius manus ſuas & pedes, ♀ cum
ingrederentur tectum fœderis, & accederent ad al-
31 tare, ſicut præceperat Dominus Moyſi. ♀ Ere-
xit & atrium per gyrum tabernaculi & altaris, du-
cto in introitu eius tentorio. Poſtquam omnia per- Nubes, diuinæ
32 fecta ſunt, ♀ operuit nubes tabernaculum teſtimo- præſentiæ ſig-
33 nij, & gloria Domini impleuit illud. ♀ Nec pote- num, tabernacu
rat Moyſes ingredi tectum fœderis, nube operien- lum operit.
te omnia, & maieſtate Domini coruſcante: quia cun-
34 cta nubes operuerat. ♀ Si quando nubes taber- Nume.9.c.
naculum deſerebat, proficiſcebantur filij Iſrael per 3.reg.8.b.
35 turmas ſuas: ♀ Si pendebat deſuper, manebant in
36 eodem loco. ♀ Nubes quippe Domini incubabat
per diem tabernaculo, & ignis in nocte, videnti-
bus cunctis populis Iſrael per cunctas manſio-
nes ſuas.

## SCHOLIA IN CAP. XL.

1 Ideſt, Die quadam menſis primi, nempe prima eiuſdem. hoc eſt, Prima die menſis Niſan. Aſcendit enim Moſes altera vice mõtem Sinai, viceſimanona die menſis Ab, & deſcendit iterum de monte decima die menſis Tiſri, qui fuit dies propitiationis: fuitq; per totum menſem Elul, & per decem dies menſis Tiſri in monte, quadraginta ſcilicet diebus ac noctibus. Et mox vt deſcendit, præcepit vt inſiſterent operi tabernaculi perficiendo: cõſummauerũtque vniuerſum opus ab Autumno, vſque ad principium menſis Paſchalis, qui iam erat ſecundus annus (incipiens ſcilicet) ab egreſſu de AEgypto. 2 tentorium conuentus. Hoc per appoſitionẽ dictum eſt: tabernaculum quod alio nomine dicitur tentorium cõuentus. 3 accendes lucernas eius. 4 tentorium conuentus. Per appoſitionem dictum. 5 conuentus. 6 Heb. ſanctitas ſanctitatum. 7 ideſt, per hanc vnctionem erunt mihi ſacerdotes perpetui, hoc eſt quandiu viuent. 8 Tectorium iſtud erat factum ex pellibus caprarum. 9 ideſt, tabulas teſtimonij. 10 ideſt, velum illud ꝙ oppandebatur arcæ, & quo diſtinguebatur tabernaculum in duas partes. 11 conuentus. Sic & paulo poſt. 12 Accendit & lucernas. 13 Hebraiſmus, pro, vt ipſe Moſi præceperat. antecedens pro relatiuo. 14 tabernaculi tentorij conuentus. Iſta duo idem ſignificant. q. d. in oſtio tabernaculi, tabernaculi inquam conuentus, ſiue fœderis. 15 oblationem. Iſta oblatio fiebat de liquidis, farina ſimilaginea conſperſa oleo. 16 vel, lauabãt ex eo. i. ex eius aqua. 17 tabernaculum conuentus. 18 .i. quoties proficiſcebãtur.





# Liber Leuiticus, Hebraice Vaicra.

Leuiticus, Græcè τὸ λευιτικὸν, ita dicitur quòd in eo fuſiſsimè & prolixiſsimè tractantur quæcunque pertinent ad officium & prouinciam tribus Leui: vt ſunt holocauſta & reliqua omnia ſacrificiorum & oblationum genera, cura ignis perpetui, diſcrimen animalium mundorum & immundorum, indictio dierum feſtorum, promulgatio anni iubilei, & alia quamplurima. Hebraice vero VAIICRA appellatur, ideſt, Et vocauit: à primo libri vocabulo: quæ nomenclatura familiaris eſt Hebræis in toto Pentateucho.

## V. CAP. I.

Ritus offerendi armenta. VOcauit autem Moyſen, & locutus eſt ei 1
Dominus de tabernaculo teſtimonij, di-
cens, ♀ Loquere filijs Iſrael, & dices ad 2
eos, Homo qui obtulerit ex vobis ho-
Exod.29.b. ſtiam Domino: de pecoribus, id eſt de
bobus & ouibus offerẽs victimas, ♀ Si ho 3
locauſtum fuerit eius oblatio, ac de ar-
mento: maſculum immaculatum offeret ad oſtium taber
naculi teſtimonij, ad placandum ſibi dominum: ♀ ponet- 4
que manus ſuper caput hoſtiæ, & acceptabilis erit, atque
B in expiationem eius proficiens. ♀ Immolabitque vitulum 5
°ſacerdotes coram Domino, & offerent filij Aaron °ſacerdotis ſangui
nem eius, fundentes per altaris circuitum, quod eſt ante
oſtium tabernaculi. ♀ Detractaque pelle hoſtiæ, artus in 6
fruſta concident. ♀ Et ſubijcient in altari ignem, ſtrue li- 7
gnorum antè cõpoſita. ♀ Et membra quæ ſunt cæſa, deſu- 8
per ordinantes, caput videlicet, & cuncta quæ adhærent
iecori, ♀ Inteſtinis & pedibus lotis aqua: adolebitque ea 9
ſacerdos ſuper altare in holocauſtum & ſuauem odorem
Pecudes. C Domino. ♀ Quòd ſi de pecoribus oblatio eſt, de ouibus 10
°maſculum ſiue de capris holocauſtum: °agnum anniculum & abſq;
macula offeret: ♀ immolabitque ad latus altaris quod re- 11
ſpicit Aquilonem, coram Domino. ſanguinem verò il-
lius fundent ſuper altare filij Aaron per circuitum. ♀ Di- 12
uidentque membra, caput & omnia quæ adhærent ieco-
ri: & imponent ſuper ligna, quibus ſubijciendus eſt ignis.
♀ Inteſtina verò & pedes lauabunt aqua: & oblata omnia 13
adolebit ſacerdos ſuper altare in holocauſtum & odorem
ſuauiſsimum Domino. ♀ Si autem de auibus, holocauſti 14
Aues. D oblatio fuerit Domino: de turturibus & pullis columbæ
♀ offeret eam ſacerdos ad altare: & retorto ad collum ca- 15
pite, ac rupto vulneris loco, decurrere faciet ſanguinem
ſuper crepidinem altaris. ♀ Veſiculam verò gutturis & 16
plumas proijciet prope altare ad Orientalem plagam, in
loco in quo cineres effundi ſolent. ♀ Confringetque aſcel 17
las eius, & non ſecabit, neque ferro diuidet eam, & adole-
bit ſuper altare, lignis igne ſuppoſito. holocauſtum eſt &
oblatio ſuauiſsimi odoris Domino.

## N. CAP. I.

*1 VOcauit autem Moſen, & loquutus eſt Dominus ad eum è tentorio 2 conſtitutionis in hanc ſententiam, Loquere ad filios Iſrael, & dic ad eos, 3 Si quiſpiam ex vobis adduxerit ſacrificium Domino: 4 ex animalibus [his nempe] de bobus 5 & ouibus 6 adducetis ſacrificia veſtra. 7 Si holocauſtum fuerit 8 ſacrificium eius ex armento, adferat [vitulum] marem 9 integrum, & adducat eum ad oſtium 10 tentorij conſtitutionis, 11 vt acceptus ſit ipſe coram Domino. Et admouebit manum ſuam ſuper caput 12 holocauſti, & acceptum erit pro eo, 13 vt expiatio pro eo fiat. Et 14 mactabit vitulum 15 coram Domino, & adducent filij Aharonis ſacerdotes ſanguinẽ, ſpargentq; illum ſuper arã per ambitũ, quæ [ara] eſt ad oſtiũ tẽtorij 2 cõſtitutionis. Deinde detracta pelle, 16 incidat holocauſtũ 17 iuxta inciſiones ſuas. Ponetq; filij Aharonis ſacerdotis ignẽ ſuper arã, & ſtruẽt ligna ſuper ignẽ. Et cõſtruẽt filij Aharonis ſacerdotes 18 inciſiones, caput videlicet & 19 exta ſuper ligna quæ ſunt in ara ſuper igne. 20 Vẽtrẽ autẽ eius & crura eius aqua lauabit, & incendet ſacerdos omnia 21 in ara: holocauſtũ, ſacrificiũ hoc igne cõfectũ, odor ſuaueolẽs Dño. Si verò de grege fuerit ſacrificiũ eius, de ouibus ſcilicet aut capris 22 holocauſtũ, adducat marẽ integrum. Et mactet ipſum ad latus Aquilonare ipſius aræ 23 corã Dño, ſpargãtq; filij Aharonis ſacerdotes ſanguinẽ eiꝰ ſuper ara per circuitũ. 24 Et incidãt ipſum inciſionibus ſuis, nẽpe caput eius & 26 exta, cõſtruetq; ſacerdos ea ſuper ligna quæ ſunt in ara ſuper ignẽ. 27 Ventre verò & crura aqua lauabit, & adducet ſacerdos vniuerſa, & incẽdet 21 in ara: holocauſtũ, ſacrificiũ hoc igne cõfectũ odor ſuaueolẽs Dño. Si verò holocauſtũ quis Dño offerre voluerit ex auibus, adducat de turturibus aut pullis columbarũ 28 ſacrificiũ ſuũ. Sacerdos adferet ipſum ad arã, 29 cõtorquebitq; caput eius, & incẽdet in ara: ſanguis verò eius iuxta parietẽ aræ guttatim effundatur. Et tollet 30 vẽtriculũ eius cu pluma, & proijciet eã iuxta aram 31 ad Oriẽtẽ, ad locũ 32 cineris. Et findat 33 ipſũ cũ alis ſuis, ſed nõ ſeparet: incẽdetq; ipſũ ſacerdos in ara ſup ligna quæ ſũt ſup ignẽ: 34 vt ſit holocauſtũ igne cõfectũ odor ſuaueolẽs Dño.*

## SCHOLIA IN CAP. I.

1 Hebraiſmus eſt, pro, Vocauit autem Dominus Moyſen, & locutus eſt ei. Hæc præfatur Moyſes, vt intelligamus hæc ſacrificia à Deo inſtituta. 2 conuentus 3 Heb. Homo quum obtulerit ex vobis oblationem, &c. Hebraiſmus eſt, pro, Cum quiſpiã priuatus offerre volet. Hic loquitur de ſacrificio priuato. Duabus autem de cauſis olim præcepit Deus ſacrificia Iudæis: primùm vt populus in idololatriã pronus, ab idolis auerteretur, & in cultu vnius Dei contineretur. Deinde vt typos haberet populus Dei ſacrificij Chriſti, quem oportebat aliquando in crucẽ agi pro peccatis ſuorum. 4 Heb. de greſsilibus, ex armento & ex grege, ideſt, de animalibus quæ gradiuntur, nempe ex armento, ſiue ex bobus, & ex gregibus offeretis. 5 & grege. Id eſt ex ouibus & capris. Vox Hebræa SON, communis eſt ad oues & capras. 6 Heb. offeratis oblationem veſtram. Hebraiſmus eſt, pro, offerat eã. eſt enim perſonæ & numeri mutatio, & antecedens pro relatiuo. 7 Quaſi dicat, Si quiſpiam offerre volet oblationem ex armento, quam velit totam igni abſumi. Hæc oblatio, Hebræis OLA dicitur, quæ tota igni abſumebatur, ab עלה, ideſt aſcendit, quod tota in fumũ aſcẽderet & abiret. A Græcis vero ὁλόκαυστον ſiue ὁλοκαύτωμα, quaſi totũ combuſtũ, aut totũ igne abſumptũ. ꝙ totũ igni abſumeretur. 8 oblatio 9 vel, perfectũ. Hoc eſt, vitij ac labis expertem, non macilentum, non debilem, non languidum. 10 taber-

naculi conuentus. Vel, fœderis, id eſt, ad oſtium atrij. Tabernaculum conuentus ſiue fœderis, proprie erat domicilium arcæ & altaris thymiamatis, id eſt Sãctũ & Sãctũ ſanctorũ, ſignificat. accipitũ tamen aliquando pro toto ædificio illo ſacro quod etiam atrium cõplectitur, vt hic & Nume. 4. c. ad oſtium enim atrij deducebant hoſtiam, quam ſacerdotibus tradebant. 11 propria ſua voluntate coram Domino. Sic rectius vertitur. Chaldæus tamen paraphraſtes vertit, vt accepta ſit illi coram Domino. Id eſt, ad placãdum Deũ. ſic etiam L X X. Quod ait, Coram Domino, ſignificat ante tabernaculum conuentus, ſiue fœderis, vbi exhibebat ſe Deus præſentem filijs Iſrael. 12 Id eſt, victimæ quæ futura eſt holocauſtum, totaque igni abſumenda eſt. Impoſitione manuum ſignificabat offerens, ſuam oblationem eſſe ſpontaneam, ſeque omnia quæ in manu ſua erant, à Deo accepiſſe. 13 Id eſt, vt proficiat ei ad placandum ipſi Deum. quaſi dicat, hac victima reddetur Deus illi propitius. Chaldæus paraphraſtes, vt ſit redemptio pœnarum quas ille daturus erat. 14 ſub. ſacerdos, vel Leuita. 15 ideſt, coram altari Domini. 16 ſacerdos nempe, aut miniſter. 17 .i. mẽbratim. 18 ideſt, membra hoſtiæ inciſa. 19 adipem. Vox Hebræa P E D E R, ſignificat adipem illum ſiue reticulum illud quod ſuper hepar poſitum inuenitur. 20 Inteſtina 21 ſuper altare: holocauſtũ eſt vſtulatum (vel ignitũ) odoris quietis Domino. i. odoris gratiſſimi. q. d. holocauſtum iſtud quod igni abſumitur, nidorem reddit ſuauiſsimũ quo placatur Deus. 22 vel, ad holocauſtum faciendũ. Ordo talis eſſe debet, Si oblatio ad holocauſtũ faciẽdum, eſt de pecoribus &c. 23 vel, in conſpectu Domini. hoc dicit, quia mactabatur coram Sancto. 24 Diuidatque (Subaudi, ſacerdos) ipſum membratim, 26 adipẽ. Vide paulo ſupra, de hoc annotationem. 27 Inteſtina 28 oblationẽ ſuam. Et offeret eã ſacerdos &c. 29 ſecabitq; vngue caput eius, & cremabit ſuper altare: 30 ideſt, veſiculam quæ eſt in gutture. 31 ideſt, ad eam partem quæ procul erat à Sancto ſanctorũ. ingrediebantur enim tabernaculũ ab Oriẽte. 32 ideſt, in quo reponebantur cineres. 33 ſub. ſacrificiũ. vel, Et findet illam cum alis ſuis, & non abrumpet. Id eſt, oblationem illam cum alis ſuis remanentibus findet, & non ſeparabit eas. q. d. alæ eius non reſecabuntur, neque ſeparabit ſacerdos partem alterã ab altera. 34 (id) holocauſtũ eſt & ſacrificiũ ignitum (vel, incenſum) odoris ſuauis Domino. Vide numerũ. 21.

## CAP. II.

*A 1 Nima quæ* Dño *cibarium ſacrificium offerre voluerit, 2 ſit eius oblatio de ſimilagine: & fundat ſuper eã oleum, & ponat ſuper eã thus.* Adferatq; *eam ad filios* Aharõ *ſacerdotes, & 3 apprehẽdat inde volã ſuã plenã de ſimila eius, & de oleo eius, cũ vniuerſo thure eius: & incẽdet ſacerdos 4 monumentũ eius ſuper arã, ſacrificiũ, hoc igne cõſit in odorẽ ſuaueolentẽ* Dño. *Reſiduũ verò illius 5 cibarij ſacrificij erit* Aharonis *& filiorũ eius, 6 ſacroſanctũ de ſacrificijs* Dñi. ∴ *Et ſi attuleris oblationẽ, cibariũ ſcilicet ſacrificiũ ex ijs quæ in fornace coquũtur, 7 ſit placẽta ſimilaginea, azyma oleo cõſperſa, & lagana infermẽtata delicta oleo. Si vero munus tuũ oblatũ fuerit de ſartagine, erit ſimila infermẽtata oleo ſubacta. Cõminues autẽ 9 eã 10 minutim, & fundes ſuper eã oleũ, 11 ſacrificiũ cibariũ eſt hoc. 12 Si ſacrificiũ cibariũ, quod adfers, eſt de frixorio, fiat de ſimilagine cũ oleo. Et inferes ſacrificiũ hoc cibariũ, quod factũ eſt ex illis, ad* Dnm, *& adferes illud ſacerdoti, vt adducat illud ad arã. Et ſacerdos tollat 13 ſeparatim de ſacrificio iſto cibario monumẽtũ eius, & adolebit [illud] in ara, 14 vt ſit ſacrificiũ igne cõfectũ ad odorẽ ſuaueolentẽ* Dño. *Et quod reſiduũ fuerit 15 de ſacrificio iſto cibario, erit* Aharõis *& filiorũ eius, 16 ſacroſanctũ eſt de ſacrificijs quæ igne fiũt* Dño. *17 Omne donũ quod* Dño *affertis, infermẽtatũ ſit: 18 nullũ enĩ fermẽtũ, nullũq; mel incẽdere debetis in ſacrificijs* Dñi *quæ igne fiũt. 19 Ex primitijs quidẽ [fructibus] afferetis munus* Dño: *20 ſuper arã vero nõ aſcẽdãt ad odorẽ ſuaueolẽtẽ. 21 Omne munus ſacrificij tui cibarij ſale cõdias: ne vnquã deſit ſal fœderis* Dei *tui 22 in cibarijs tuis ſacrificijs, ſed in omni munere tuo ſal adhibebis. 23 Si volueris ſacrificiũ cibariũ afferre* Dño *ex primitijs, afferas cibariũ ſacrificiũ è primitijs tuis, nẽpe fruges matureſcẽtes igne toſtas, quas profudit fertiliſsim⁹ ager.* Ponas *etiã ſuper 24 illud oleum & thus: 25 ſacrificiũ hoc cibariũ. 26 Et ſacerdos adolebit monumentum eius, [nempe] illius profuſionis, & illius olei, vna cum vniuerſo thure, ſacrificium hoc quod igne conſit* Domino.

## CAP. II.

1 ANima cum obtulerit oblationem ſacrificij Domino, ſimila erit eius oblatio, fundetque ſuper
2 eam oleum, & ponet thus, ♀ Ac deferet ad filios
Aaron ″ ſacerdotis: quorum vnus tollet pugillum plenũ
ſimilæ & olei, ac totum thus, & ponet memoriale ſuper
3 altare in odorem ſuauiſsimum Domino. ♀ Quod autem reliquum fuerit de ſacrificio, erit Aaron & filiorum eius ſanctum ſanctorum de oblationibus Domini.
4 ♀ Cum autem obtuleris ſacrificium coctum in clibano:
de ſimila, panes ſcilicet abſque fermento conſperſo
5 oleo, & lagana azyma oleo lita. ♀ Si oblatio tua fuerit de ſartagine: ſimilæ conſperſæ oleo & abſque fer-
6 mento, ♀ diuides eam minutatim, & fundes ſuper eã
7 oleum. ♀ Sinautem de craticula fuerit ſacrificium,
8 æque ſimila oleo conſpergetur. ♀ quam offerens
9 Domino, trades manibus ſacerdotis. ♀ Qui cum
obtulerit eam, tollet memoriale de ſacrificio, &
adolebit ſuper altare in odorem ſuauitatis Domino.
10 ♀ quicquid autem reliquum eſt, erit Aaron &
filiorum eius, ſanctum ſanctorum de oblationibus
11 Domini. ♀ Omnis oblatio quæ offertur Domino, abſque fermento fiet, nec quicquam fermenti ac mellis adolebitur in ſacrificio Domini.
12 ♀ Primitias tantum eorum offeretis ac munera: ſuper altare verò non imponentur in odorem ſuaui-
13 tatis. ♀ Quicquid obtuleris ſacrificij, ſale condies,
nec auferes ſal fœderis Dei tui de ſacrificio tuo. In
14 omni oblatione offeres ſal. ♀ Si autem obtuleris
munus primitiarum, frugum tuarum Domino, de
ſpicis adhuc virentibus torrebis igni, & confringes
in morem farris, & ſic offeres primitias tuas Domi-
15 no, ♀ Fundens ſuper ea oleum, & thus imponens,
16 quia oblatio Domini ♀ eſt. de qua adolebit ſacerdos
in memoriam muneris partem farris fracti & olei ac totum thus.

De oblatione ſacrificiorum, ſimilæ.

″ſacerdotes

Thuris.

Eccl. 7. d.

Panum.

B

Laganorum.

C

Fermentum nõ erat in oblationibus.

Sale condita oblatio.

D

## SCHOLIA IN CAP. II.

1 Heb. Et anima quum obtulerit oblationem muneris. Ordo eſt inuerſus, Cum autem offeret anima, ideſt, aliquis priuatus oblationem &c. Chaldæus paraph. vertit, Et homo.. priuatum hominem ſignificare volens. Oblationem muneris, ideſt, oblationem quæ vocatur munus. Hebraice M I N H A, ideſt, Quum quis priuatus oblationem offerre volet quæ vocatur munus, quæ fiebat de rebus animæ expertibus. 2 ideſt, è ſimila offeret eam. 3 vel, tollat (ſacerdos) ex eo (ſub. munere) pugillum plenum de ſimila eius, &c. (ſub. muneris.) 4 memoriale eius ſuper altare: hoc quod igni abſumitur, eſt odoris ſuauiſsimi Domino, ideſt, adolebit id quod Deo reducet in memoriam ipſum offerentem: eaq; res, ſacrificium ſcilicet illud quod ita crematur, gratiſsimum eſt Domino. Alij dicunt vocem Hebræam A Z C A R A, pro qua memoriale verſum eſt, ſignificare odorem, vt ſic legatur, & adolebit ſacerdos odorem eius ſuper altare. 5 de munere, vel, de munere illo 6 ſanctum ſanctorum eſt de oblationibus Domini ignitis. Vel, de ijs quæ in honorem Domini incenduntur. q. d. id enim eſt ſacroſanctum: quia id, eſt de ijs quæ incenduntur in honorem Domini: eoque comedi non poſſunt, niſi à ſanctis, hoc eſt ſacerdotibus. ∴ vel, Quum offerre voles oblationem quæ vocatur munus, coctionem clibani, ideſt, Quum offerre volueris munus quod coctum fuerit in clibano. 7 Heb. è ſimila (ſub. offeres) placentas ſcilicet maiores infermẽtatas, verſatas in oleo: (vel, tinctas oleo:) & placentas minores infermentatas, oleo vnctas. 9 illud. Sub. munus. 10 in buccellas. 11 munus eſt, ideſt, tale eſt quod oportet offerre Deo. 12 Sinautẽ munus craticulæ (vel ſartaginis profundæ valde) fuerit oblatio tua: ex ſimila oleo conſperſa fiet: & afferes munus quod fiet ex illis, Domino, offereſque ſacerdoti, & ad-



& admouebit &c. Munus craticulæ vocat coctum ſuper craticulã. 13 aliquam muneris illius partem memoriale eius. Sub. muneris, ideſt, quæ faciat vt Deus recordetur illius muneris. 14 ſacrificium igni abſumptum, eſt odoris ſuauiſsimi Domino. q. d. hæc munera etiam placent Domino. 15 ex munere. 16 Heb. (quia) ſanctitas ſanctitatum eſt de incenſis Domini, ideſt, quia hoc Domino oblatum eſt. 17 vel, Omne munus quod offeretis Deo, nõ fiet de re fermentata. Deus munera reſpuit fermentata, ideſt, quæ à puro, candido, & ſyncero animo non proficiſcuntur. 18 quia ex omni fermento & omni melle non incendetis incenſum Domino. 19 In oblatione primitiarum offeretis eas Domino. q. d. Tempore nouarum frugũ offeretis primitias. Hebraiſmus eſt. De oblatione enim primitiuarum frugum hic loquitur. 20 ideſt, non imponentur ſuper altare, vt incendantur, expiraturæ nidorem Domino: quia debent quidem offerri Deo primitię, ſed non debent adoleri, quod cedant in cibum ſacerdotũ. 21 Omnem oblationem muneris tui, ideſt, quæ munus erit. 22 in oblatione tua; ideſt, Perpetuo vtẽris ſale in omni munere quod mihi oblaturus es ratione fœderis quod tecum percuſsi. q. d. Non committes vt aliquid offeras Deo ſine iudicio ſpiritus. 23 Si vero offeras donum de primitijs Domino, de ſpica recente toſta igni, & triticò contuſo (tritico inquam) ſpicæ plenæ offeres munus primitiarum tuarum, ideſt, de ſpicis recentibus toſtis igni, & è tritico ſpicæ plenæ contuſo &c. 24 Sub. munus. 25 munus eſt. 26 vel, Adolebitque ſacerdos in memoriam eius (ſubaudi, muneris) partẽ de frumento eius cõtuſo, & de oleo eius, vnà cum toto thure eius: id, eſt incenſum Domino, ideſt, Sacerdos adolebit partem aliquam muneris eius, quæ Deum meminiſſe faciat oblationis. Alij vertũt, adolebit ſuffitum eius. Incenſum Domino, inquit, vel quod incenditur Domino.

## CAP. III.

Hoſtiæ pacificorum, de bobus.

• immaculatũ.

QVòd ſi hoſtia pacificorum fuerit eius oblatio, & 1
de bobus voluerit offerre, marem ſiue fœminã, ″ immaculata offeret coram Dño. ♀ Ponet- 2
que manum ſuper caput victimæ ſuæ, quæ
immolabitur in introitu tabernaculi teſtimonij, fundentque filij Aaron ″ ſacerdotis, ſanguinem per altaris circuitum. ♀ Et offerent de hoſtia pacificorum in 3
oblationem Domino, adipem qui operit vitalia, &
quicquid pinguedinis eſt intrinſecus: ♀ Duos renes 4
cum adipe quo teguntur ilia, & reticulum iecoris
cum renunculis. ♀ Adolebuntque ea ſuper altare in 5
holocauſtum, lignis igne ſuppoſito: in oblationem
ſuauiſsimi odoris Domino. ♀ Si vero de ouibus fue- 6
rit eius oblatio & pacificorum hoſtia, ſiue maſculum
obtulerit, ſiue fœminam, immaculata erunt ″ om-
nia. ♀ Si agnum obtulerit coram Domino, ♀ ponet 7
manum ſuam ſuper caput victimæ ſuæ: quæ immola- 8
bitur in veſtibulo tabernaculi teſtimonij: fundentque
filij Aaron ſanguinem eius per circuitum altaris. ♀ Et 9
offerent de pacificorum hoſtia ſacrificium Domi-
no: adipem & caudam totam ♀ cum renibus, & 10
pinguedinem quæ operit ventrem atque vniuerſa vitalia, Et vtrunque renunculum cum adipe qui eſt
iuxta ilia, reticulumque iecoris cum renunculis. ♀ Et 11
adolebit ea ſacerdos ſuper altare in pabulum ignis &
oblationis Domini. ♀ Si capra fuerit eius oblatio, & 12
obtulerit eam Domino, ♀ Ponet manum ſuam ſuper 13
caput eius, immolabitque eam in introitu tabernaculi
teſtimonij. Et fundent filij Aaron ſanguinem eius ″ per
altaris circuitum. ♀ Tollentque ex ea in paſtum ig- 14
nis Dominici, adipem qui operit ventrem, & qui tegit vniuerſa vitalia: ♀ Duos renunculos cum reti- 15
culo quod eſt ſuper eos iuxta ilia, & aruinam iecoris
cum renunculis, ♀ Adolebitque ea ſuper altare ſacer- 16
dos in alimoniam ignis, & ſuauiſsimi odoris. Omnis
adeps, Domini erit ♀ iure perpetuo in generationibus, & 17
cunctis habitaculis veſtris: nec ſanguinem nec adipem
omnino comedetis.

• ſacerdotes

Exod. 29. b.

B

De ouibus.

C

De capris.

• ſuper

D

## CAP. III.

*SI verò ſacrificiũ eius fuerit ſacrificiũ 1 gratiarũ actionis, attuleritq; illud de armẽto marẽ aut fœminã, 2 integrũ afferat 3 corã* Domino. *Et ponet manũ ſuam ſuper caput 4 ſacrificij ſui, 5 iugulabitq; illud ad oſtium tẽtorij 6 cõſtitutionis, & ſparget filij* Aharonis *ſacerdotes ſanguinẽ ſuper arã per ambitũ.* Et *7 offeret de ſacrificio 8 gratulatorio, 9 quod igne cõſiat* Domino, *nẽpe adipẽ 10 qui operit vẽtrẽ, & omnẽ pinguedinẽ quæ eſt 11 circa ventrẽ. Et duos renes, & adipẽ 12 qui eſt circũ eos, & ſuper omentũ iliorũ, & reticulũ quod eſt ſuper iecur, vnà cũ renibus tollet. Et incendẽt illud filij* Aharõis *in ara ſuper holocauſto, quod eſt ſuper ligna quæ ſunt ſuper ignẽ: 13 vt fiat ſacrificiũ igne* Dño *ad odorẽ ſuaueolentẽ. Si verò de grege fuerit munus eius 14 ad ſacrificiũ gratulatoriũ* Dño, *offerat marẽ aut fœminã, ſed integrũ. Vt ſi ouẽ 15 attulerit pro ſacrificio ſuo, adducat illã in cõſpectum* Dni. *Deinde ponat manum ſuã ſuper caput ſacrificij ſui, & 16 mactet ipſum ante tẽtoriũ 17 cõſtitutionis, ſpargãtq; 18 filij* Aharonis *ſanguinẽ eius ſuper arã per circuitũ. 19* Et *ſacrificet de victima gratulatoria ſacrificiũ, quod igne cõſit,* Dno, *nẽpe adipẽ eius, integrã caudã, 20 quæ iuncta eſt ſpinæ dorſi, tollet, adipẽ quoq; qui obtegit 21 vẽtrẽ, & omnẽ adipẽ 22 qui eſt ſuper inteſtina. Duos quoq; renes, & adipẽ qui eſt 23 circa eos, & ſuper abdomẽ iliorũ, & reticulũ quod eſt ſuper iecur, cũ renibus 24 tollet. Sacerdoſque illud incendet in ara. 25 vt ſit cibariũ ſacrificiũ igne confectũ* Dño. *Si autẽ capra fuerit munus eius, adducat hãc in conſpectũ* Dñi. *Et imponat manum ſuã ſuper caput eius, 26 mactabitq; illam 27 ante tentoriũ conſtitutionis: & ſpargãt filij* Aharonis *ſanguinẽ eius ſuper aram per circuitum. Et offeret 28 de illo ſacrificium ſuum, ſacrificium quod igne conſit,* Domino, *nempe adipem qui obtegit 29 ventrem, & omnem adipem qui 30 eſt ſuper ventrem. Et duos renes, & adipem qui eſt ſuper eos, & 31 ſuper ilijs, & reticulum ſuper iecur, vnà cum renibus tollet. Et adolebit ea ſacerdos in ara, 32 cibarium ſacrificiũ quod igne conſit, vt ſit ad odorem ſuaueolẽtem* Domino *omnis adeps.* Ritus *hic perpetuus [ſit] 33 ad poſteros veſtros, 34 per cunctas habitationes veſtras, vt nullum adipem nullumque ſanguinem edatis.*

## SCHOLIA IN CAP. III.

1 Paciũ. ſi ita loqui liceret. i. ſacrificiũ pacificũ. q. d. Si homo priuatus offerre voluerit hoſtiã pacis. De ſacrificio pacifico, vide ſup. cap. V I I. 2 vel, immaculatũ. pro, integra, ſiue immaculata, hoc eſt, ſine vllo vitio. 3. i. in oſtio atrij, in quo quidem atrio erat tabernaculũ, in quo tabernaculo erat arca ſuper quam apparebat eis Dominus. 4 vel, oblationis ſuæ. 5 ſub. ſacerdos. 6 vel, conuentus. 7 ſub. ſacerdos. 8 pacium, vel, pacifico. 9 incenſum Domino, ideſt, partem aliquam quæ incendatur in honorem Dei. id quod poſtea exponit, cum dicit, adipem &c. 10 qui eſt ſuper inteſtina, 11 inter inteſtina. 12 quo teguntur ipſi, qui adeps eſt iuxta ilia. Vel, qui renes ſunt iuxta ilia. 13 hæc res eſt incẽſum odoris quietis Domino. q. d. Tale ſacrificium ſic factum, erit acceptiſsimum Domino Deo. 14 pro ſacrificio pacifico, ideſt, Si de ouibus ſacrificiũ pacificũ offerre velit Domino. 15 vel, obtulerit pro oblatione ſua. 16 ſub. ſacerdos. 17 vel, conuentus. 18 filios Aaron vocat minores ſacerdotes qui aſtabant ſacerdoti ſacrificanti. 19 Et offeret de hoſtia pacis pro incenſo (faciẽdo) Domino. 20 vel, ea parte qua &c. 21 vitalia exta. 22 vel, quo interiora inteſtina teguntur. 23 ſuper eos, qui adeps eſt iuxta ilia. 24 ſub. ſacerdos: vel, vltra renes auferet. 25 in cibum incenſi ſacrificij Domino. vel, cibus eſt incenſi ſacrificij Domĩdo, ideſt, cibus eſt qui incenditur in honorem Domini. 26 ſub. ſacerdos. 27 corã tabernaculo cõuentus. Hoc eſt, ante oſtiũ atrij in quo erat tabernaculũ. 28 ex eo oblationem ſuã, (vt fiat) incenſum Domino. Ex eo, ſcilicet hœdo. nã per capram intelligit & hœdum. 29 exta vitalia. 30 inferiora inteſtina tegit. 31 qui eſt iuxta ilia. 32 eſt enim (velut) cibus qui igni abſumitur, in odorẽ quietis Domino. (nã) omnis adeps Domini eſt. q. d. hoc velut cibo quĩ igni abſumitur, placatur Dominus. nã omnis adeps ſacer eſt Domino. 33 Heb. in generationibus veſtris. i. quoad vixeritis. 34 .i. vbicũq; habitaueritis. q. d. à vitijs carnalibus, quæ nomine adipis intelligũtur, & ab omni ſpecie crudelitatis alieni eritis.

C A P.

## CAP. IIII.

*ET locutus eſt Dominus ad Moſen, dicens, Loquere ad filios Iſrael in hanc ſententia, 1 Anima ſi peccauerit per 2 errorẽ 3 in cunctis prohibitionibus Domini, quæ fieri nõ debebãt, ipſe verò vnum ex illis fecerit: [Vt] ſi ſacerdos 4 inunctus peccauerit 5 ad delictum populi, adducat pro peccato ſuo quod peccauit, iuuencũ ex bubus integrũ Dno ad [faciendũ] ſacrificiũ pro peccato. Et adducat iuuencũ illum ad oſtiũ 6 tentorij cõſtitutionis in cõſpectum Dni, ponatq; ſuper caput iuuẽci manũ ſuã, & 7 mactabit iuuencũ corã Dño. Et ſacerdos vnctus capiat de ſanguine iuuenci, & inferat eũ in 6 tentoriũ conſtitutionis. Intingatq; ſacerdos digitum ſuũ in ſanguinẽ, & ſpargat de illo ſanguine ſepties corã Dno ante 8 velum ſanctuarij. Ponetq; ſacerdos de iſto ſanguine ſuper cornua aræ incenſi aromatici corã Dno, quæ [ara] eſt in 6 tentorio cõſtitutionis: & cunctũ ſanguine iuuenci fundet ad baſim aræ holocauſti, quæ eſt ad oſtiu 6 tentorij cõſtitutionis. Et omnem adipẽ iuuenci [qui eſt ſacrificiũ] pro peccato, tollendo ſeparabit ex eo, nempe adipem qui obtegit 9 ventrem, & omnem adipem qui eſt 10 circa inteſtinu. Sed & duos renes, & adipem qui eſt ſuper eos, & 11 ſuper ilia, & reticulu iecoris cũ renibus tollet, Quemadmodũ ſeparãdo tollitur in boue 12 qui fit pro ſacrificio gratulatorio: & incendet ea ſacerdos in ara holocauſti. Pellem vero iuuenci, & omnẽ carnem eius, cũ capite eius, & cruribus eius, & cũ inteſtinis eius, & fimo eius, [Breuiter,] totũ iuuencũ extra caſtra efferet, ad locũ mundũ vbi cineres effundũtur, & cõburet illũ ibi ſuper ligna in igne, iuxta [locũ] vbi cineres effunduntur, cõburetur. Quòd ſi totus cœtus Iſrael errore peccauerit, res vero hæc cœtũ latuerit, 13 & fecerint quidpiã ex omnibus prohibitionibus Dni, quæ facere nõ debebãt, atq; deliquerint. Quũ notũ fuerit factũ peccatũ quod peccarũt, adducet cœtus iuuencũ ex bubus 14 pro peccato, & adducẽt illũ ante tentoriũ 15 cõſtitutionis. Et ſeniores cœtus admouebũt manꝰ ſuas ſuper caput iuuẽci corã Dno, & mactabitur iuuẽcus in cõſpectu Dni. Inferetq; ſacerdos vnctus de ſanguine iuuẽci ad tentoriũ 15 cõſtitutionis. Et intinget ſacerdos digitũ ſuũ in ſanguinem, & ſparget ſepties corã Dno ante velũ. Ponat deinde de ſanguine illo ſup cornua aræ, quæ eſt in cõſpectu Domini in tẽtorio 15 cõſtitutionis, & totũ ſanguinẽ fundet ad baſim aræ holocauſti, quæ eſt ante oſtium tẽtorij 15 cõſtitutionis Et cunctũ adipẽ ſeparãdo tollet ab eo, & incẽdat ſup ara. 16 Facietq; cũ iuuẽco iſto, queadmodũ fecit cũ iuuẽco pro peccatis, ſic inqua faciet cũ iſto: & expiabit ꝑ eis ſacerdos, & ꝓpitiabitur ipſis Efferet autẽ iuuencũ iſtu extra caſtra, & cõburet eũ, ſicut cõbuſſit iuuencũ primũ, 17 peccatu eſt cœtus. 18 Si princeps peccauerit per errorẽ, ac deliquerit, & fecerit quippiã ex omnibꝰ prohibitionibus Dni Dei ſui, quas facere nõ debebat, ſi illi cõſtiterit de peccato ſuo quod cõmiſit, afferat munus ſuũ, nẽpe hircu caprarum marẽ integrũ. Et applicet manu ſuã ſuper caput hirci, 19 mactabitq; eũ in loco vbi mactari ſolet holocauſtũ in cõſpectu Dni: 20 peccatum enim eſt. Tolletq; ſacerdos de ſanguine ſacrificij quod fit pro peccato digito ſuo, & ponet ſuper cornua aræ holocauſti, & ſanguinẽ eius fundet ad baſim aræ holocauſti. Totũ autem adipẽ eius adolebit in ara inſtar adipis ſacrificij 21 gratulatorij: 22 & expiabit ꝑ eo ſacerdos, vt à peccato ſuo [liberetur,] & propitiabitur ei. Et 23 ſi anima aliqua peccauerit per errore e populo terræ, feceritq; vnu ex prohibitionibus Dni, quas facere nõ debebat, atq; ſic deliquerit: Si innotuerit ei peccatũ ſuũ quod peccauit, adducet munus ſuũ 24 hircũ caprarũ integrũ, aut caprã 25 pro peccato ſuo quod peccauit. Et admoueat manũ ſuã 26 ſuper caput peccati, & mactet 27 peccatu in eo loco vbi holocauſta mactari ſolent. Tũc accipiet ſacerdos de ſanguine eius digito ſuo, & ponet ſuper cornua aræ holocauſti, & omnẽ ſanguinẽ eius effundet ad baſim aræ. Separãdoq; tollet omnẽ eius adipẽ quemadmodũ ſeparãdo tollitur adeps de ſacrificio 28 gratulatorio: & incẽdat ſacerdos ſup arã, 29 vt ſit odor ſuaueolẽs Dno, 30 & expiet pro eo ſacerdos, & propi-*

## CAP. IIII.

1 LOcutuſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens,
2 ♀Loquere filijs Iſrael, Anima "quæ peccauerit per ignorantiã, & de vniuerſis mandatis Domini quæ — Hoſtiæ pro peccatis per ignorãtiam. " quum
3 præcepit vt non fierent, quippiam fecerit: ♀ Si ſacerdos
qui vnctus eſt peccauerit, delinquere faciens populum,
offeret pro peccato ſuo vitulum immaculatum, Domi-
4 no. ♀ Et adducet illum ad oſtium tabernaculi teſtimo-
nij coram Domino, ponetque manum ſuper caput
5 eius, & immolabit eum Domino. ♀ Hauriet quoque
de ſanguine vituli, inferens illum in tabernaculum te-
6 ſtimonij. ♀ Cumque intinxerit digitum in ſanguinem,
aſperget * eum ſepties coram Domino contra velum B * eo
7 ſanctuarij. ♀ Ponetque de eodem ſanguine ſuper cor-
nua altaris thymiamatis gratiſsimi Domino, quod eſt
in tabernaculo teſtimonij. omnem autem reliquum ſan
guinem fundet in baſim altaris holocauſti in in roi-
8 tu tabernaculi. ♀ Et adipem vituli " offeret pro pecca- " auferet
to, tam eum qui vitalia operit, quàm omnia quæ in-
9 trinſecus ſunt: ♀ Duos renunculos & reticulũ quod
eſt ſuper eos iuxta ilia, & adipem iecoris cum renun-
10 culis, ♀ Sicut " offertur de vitulo hoſtiæ pacificorum: " aufertur
11 & adolebit ea ſuper altare holocauſti. ♀ Pellem verò C
& omnes carnes cum capite & pedibus & inteſtinis
12 & fimo, ♀ & reliquo corpore efferet extra caſtra in
locum mundum, vbi cineres effundi ſolent: incendet-
que ea ſuper lignorum ſtruem, quæ in loco effuſorum
13 cinerum cremabuntur. ♀ Quòd ſi omnis turba filio-
rum Iſrael ignorauerit, & per imperitiam fecerit quod
14 contra mandatum Domini eſt, ♀ Et poſtea intellexe-
rit peccatum ſuum, offeret pro peccato ſuo vitulum,
15 adducetque eum ad oſtium tabernaculi. ♀ Et ponent
ſeniores populi manus ſuper caput eius coram Domi- D
16 no. Immolatoque vitulo in conſpectu Domini, ♀ in-
feret ſacerdos qui vnctus eſt, de ſanguine eius in taber-
17 naculum teſtimonij, ♀ Tincto digito aſpergens ſep-
18 ties contra velum. ♀ Ponetque de eodem ſanguine
in cornibus altaris, quod eſt coram Domino in taber-
naculo teſtimonij: reliquum autem ſanguinem fun-
det iuxta baſim altaris holocauſtorum, quod eſt in
19 oſtio tabernaculi teſtimonij. ♀ Omnemque eius adi-
20 pem tollet, & adolebit ſuper altare: ♀ Sic faciens
& de hoc vitulo quomodo fecit & prius: & rogante
21 pro eis ſacerdote, propitius erit eis Dominus. ♀ Ipſum
autem vitulum efferet extra caſtra, atq; comburet ſicut
& priorem vitulum: quia eſt pro peccato multitudinis. E
22 ♀ Si peccauerit princeps, & fecerit vnum è pluribus per
23 ignorantiã, quod Domini lege prohibetur, ♀ & poſtea
intellexerit peccatũ ſuũ, offeret hoſtiam coram Domino,
24 hircum de capris, immaculatũ. ♀ Ponetq; manum ſuam
ſuper caput eius: cumque immolauerit eũ in loco vbi ſo
let mactari holocauſtũ coram Domino, quia pro pecca-
25 to eſt, ♀ Tinget ſacerdos digitum in ſanguine hoſtiæ
pro peccato, tangens cornua altaris holocauſti, & re-
26 liquum fundens ad baſim eius. ♀ Adipem verò adole-
bit ſuprà, ſicut in victimis pacificorũ fieri ſolet: rogabit-
que pro eo ſacerdos, & pro peccato eius, & dimit- F
27 tetur ei. ♀ Quòd ſi peccauerit anima per ignorãtiam,
de populo Terræ, vt faciat quicquam de his quæ Domi
28 ni lege prohibentur, atque delinquat, ♀ & cognouerit
29 peccatum ſuum, offeret capram immaculatam. ♀ Po-
netque manus ſuper caput hoſtiæ quæ pro peccato eſt,
30 & immolabit eam in loco holocauſti. ♀ Tolletque
ſacerdos de ſanguine in digito ſuo: & tangens cornua
altaris holocauſti, reliquum fundet ad baſim eius.
31 ♀ Omnem autem adipem auferens, ſicut auferri ſo-
let de victimis pacificorum, adolebit ſuper altare in odo G
rem ſuauitatis Domino: rogabitque pro eo, & dimit-
tetur



tetur ei. ♀ Si autem de pecoribus obtulerit victimam 32
pro peccato, ouem ſcilicet immaculatam: ♀ ponet 33
manum ſuper caput eius, & immolabit eam in loco
vbi ſolent cædi holocauſtorum hoſtiæ. ♀ Sumet- 34
que ſacerdos de ſanguine eius digito ſuo, & tan-
gens cornua altaris holocauſti, reliquum fundet
ad baſim eius. ♀ Omnem quoque adipem aufe- 35
rens, ſicut auferri ſolet adeps arietis qui immolatur
pro pacificis: cremabit ſuper altare incenſum Do-
mini: rogabitque pro eo & pro peccato eius, & di-
mittetur ei.

*tiabitur ei. Et ſi ouẽ adduxerit pro ſacrificio peccati [ſui,] adducat fœmellã integrã. Ponetq; manum ſuã ſuper caput ſacrificij pro peccatis, & iugulabit eã in hoſtia pro peccato in loco vbi mactantur holocauſta. Et tollet ſacerdos digito ſuo de ſanguine hoſtiæ pro peccato, ponetque ſuper cornua aræ holocauſti, & cunctum ſanguinem fundet ad baſim aræ. Et vniuerſum adipem eius tollet, quemadmodum tollitur adeps ab oue in ſacrificio 28 gratulatorio: & incendet ſacerdos 31 ea in ara, 32 vt fiat Domino ſacrificium igne confectum, expiabitque ſacerdos illum à peccato ſuo quod commiſit, & remittetur ei.*

## SCHOLIA IN CAP. IIII.

1 Hebraiſmus, pro, Quum quis peccauerit. 2 Vox Hebrea ſignificat peccatum in quod ex incogitantia, imprudentia, & errore, impellente ſcilicet affectuum mole, ac impetu, animus perplexus præcipitatur, quo minus rationis ac ſpiritus iudicium audiat. 3 in aliquod ex omnibus præceptis Domini, (quæ præcepta) fieri non debent, (vel, contra quæ nihil committi debet,) & fecerit vnũ ex illis. vel, quippiam vnius ex illis, ideſt, ſi quicquam contra præcepta negatiua admiſerit. 4 Chaldæus paraph. vertit, ſummus. Vnctus igitur ſignificat ſummum ſacerdotem: quia ſummi ſacerdotes vngebantur vnctione ſolenni, non autem alij infimi ſacerdotes. 5 ideſt, faciens delinquere populum. vel, ſecundum delictum populi, ideſt, ſi tale peccatum admiſerit quale admitti ſolet ab vnoquouis è populo. 6 tabernaculi conuentus, ideſt, ad oſtiũ atrij, in quo erat tabernaculum, in tabernaculo vero arca teſtimonij ſuper quam apparebat Dominus. Vide annotationem de hoc in principio primi capitis huius libri. 7 ſub. ſacerdos. 8 quod ſcilicet ſeparabat Sanctum ſanctorum à Sancto. 9 extra vitalia. 10 ſuper inteſtina ipſa. 11 qui eſt iuxta ilia ipſa, 12 hoſtiæ pacium. ſiue pacificorum: 13 Vide tertiam annotationem huius capitis. 14 vel, pro ſacrificio peccati. 15 conuentus. 16 Et apparabit iuuencum iſtum: quemadmodũ fecit de iuuenco illo oblato pro pctõ (ſub. ſacerdotis:) ſic faciet de iſto. & expiabit illos ſacerdos: remitteturque illis. Sub. peccatum. 17 ideſt, hoſtia eſt pro peccato multitudinis. q. d. tale eſt ſacrificium quod fit pro peccato multitudinis. 18 Heb. Si princeps peccauerit, & fecerit aliquod ex omnibus præceptis Domini Dei ſui quæ fieri non debet, idque fecerit per ignorantiam, & ita deliquerit: indicaueritque ei (ſub. aliquis) peccatũ ſuum quod peccauit. vel, innotuerit ei peccatum quod peccauit. 19 ſub. ſacerdos. 20 ideſt, hoſtia pro peccato. 21 pacificorum. 22 expiabitque eum ſacerdos à peccato ſuo, & dimittetur ei, ideſt, oratione ſua à Deo obtinebit vt illi peccatum condonetur pro quo ſacrificiũ offert: quod & fiet. 23 Hebraiſmus eſt, pro, Siquis è plebe per ignorantiam peccauerit, faciẽdo aliquod ex præceptis Domini quæ facienda non ſunt. 24 capellam caprarũ inculpatam fœminam. 25 Id eſt, pro ſacrificio faciẽdo in expiationem peccati. 26 ideſt, ſuper caput hoſtiæ pro peccato. 27 oblationem pro peccato. 28 pacificorum. 29 in odorem quietis, ideſt, vt inde excitetur odor gratiſsimus Domino. 30 expiabitque illum ſacerdos (ſabaudi, à peccato ſuo,) & remittetur ei. 31 i. totum adipem cum renunculis. Ideo dicit (ea:) nam intelligit ea quæ cremari ſolent in ſacrificio pacificorum. 32 in incenſa Domini. i. vt fiat incenſum Domino.

## CAP. V.

De eo qui adiuranti iudici, ſcelus nõ indicat. " adiurantis. Tangẽs immũdum.

SI peccauerit anima, & audierit vocem " iurantis, 1
teſtiſque fuerit quod aut ipſe vidit, aut conſcius
eſt: niſi indicauerit, portabit iniquitatem ſuam.
♀ Anima quæ tetigerit aliquid immundum, ſiue 2
quod occiſum à beſtia eſt, aut per ſe mortuum,
aut quodlibet aliud reptile: & oblita fuerit immun-
ditiæ ſuæ, rea eſt, & deliquit. ♀ Et ſi tetigerit 3
quicquam de immunditia hominis iuxta omnem im-
puritatem qua pollui ſolet, oblitaque cognouerit po-
ſtea, ſubiacebit delicto. ♀ Anima quæ iurauerit, 4 — Expiatio periurij.
& protulerit labijs ſuis vt vel male quid faceret,
vel bene, & non fecerit, & idipſum iuramento
& ſermone firmauerit, oblitaque poſtea intellexe-
B rit delictum ſuum, ♀ agat pœnitentiam pro peccato, 5
♀ & offerat de gregibus agnam ſiue capram, ora- 6
bitque pro ea ſacerdos & pro " peccatis eius. ♀ Sin- 7 — " peccato
autem non potuerit offerre pecus, offerat duos tur-
tures, vel duos pullos columbarum Domino, vnum
pro peccato, & alterum in holocauſtum. ♀ Dabit- 8
que eos ſacerdoti: qui primum offerens pro peccato,
retorquebit caput eius ad pennulas, ita vt collo ad-
hæreat, & non penitus abrumpatur. ♀ Et aſper- 9
get de ſanguine eius parietem altaris, quicquid au-
tem reliquum fuerit, faciet diſtillare ad fundamen-
tum eius, quia pro peccato eſt. ♀ Alterum verò 10
in holocauſtum adolebit, vt fieri ſolet: rogabitque
pro eo ſacerdos & pro peccato eius, & dimittetur ei.
C ♀ Quòd ſi non quiuerit manus eius duos offerre tur- 11
tures, aut duos pullos " columbarum, " offeret pro — " Columbæ, " offerat
peccato ſuo ſimilæ partem ephi decimam, non mit-
tet in eam oleum, nec thuris aliquid imponet, quia
pro peccato eſt. ♀ Tradetque eam ſacerdoti: qui 12
plenum ex ea pugillum hauriens, cremabit ſuper
altare in monimentum eius qui obtulerit, ♀ rogans 13

## CAP. V.

*SI 1 peccauerit anima, audieritq; vocem execrationis, teſtiſque fuerit ipſe, ſiue viderit, ſiue cognitũ habuerit: ſi non indicauerit, 2 iniquitatem ſuam feret. Aut ſi 3 anima tetigerit rem aliquã immundam, ſiue cadauer fuerit beſtiæ immundæ, ſiue cadauer iumenti immũdi, ſiue cadauer reptilis immũdi, idque 4 eum latuerit, is immundus eſt, & deliquit. Aut ſi tetigerit immunditiã hominis, quæcunque tandem immũditia eius fuerit, 5 qua pollui poſſet, 6 idque eũ latuerit, poſteaquam ei cõſtiterit, delictum incurrit. Aut ſi anima iurauerit 7 effutiendo labijs 8 vt malefaciat aut benefaciat, iuxta omnia quæ 9 temere effutire ſolet homo iurãdo, 10 idq; latuerit eũ, 11 ipſeque reſcierit ſe deliquiſſe in aliquo horũ. 12 Si ſic in aliquo horum deliquerit, confiteatur quod ea re peccauit, & adducat Domino ſacrificium pro delicto ſuo, pro peccato inquam ſuo quod peccauit, fœminam ex grege, ouem aut capram ad ſacrificium pro peccato, & expiabit eum ſacerdos a peccato ſuo. 13 Si vero facultas afferendæ ouis aut capræ defuerit ei, afferat Domino pro delicto ſuo quod cõmiſit, duos turtures, aut duos pullos columbinos: alterum pro peccato, alterum ad holocauſtum. Afferat autem eos ſacerdoti, qui ſacrificet primũ illũ qui eſt pro peccato, 14 contorquẽdo ſcilicet caput eius, iuxta ceruicem eius, ita tamen vt non ſeparet. Et ſparget de ſanguine illius hoſtiæ pro peccato ad parietem aræ: reliquum vero ſanguinem guttatim ad baſim aræ effundat. 15 peccatum eſt. Alterum vero faciet pro holocauſto, iuxta ritum, & expiabit illũ ſacerdos à peccato eius quod peccauerat, & remittetur ei. 16 Si vero facultas afferendi duos turtures aut duos columbinos pullos ei defuerit, afferat munus ſuum is qui peccauit, decimam ſcilicet partẽ ſimilaginis 17 epha pro ſacrificio peccati: at 18 oleũ non ponat ſuper illud, neque etiam thus addat: eſt enim ſacrificium pro peccato. Offerat autem eam [ſimilaginem] 19 ſacerdos, apprehendatque ſacerdos de ea volam ſuam plenam, 20 monumentum ſcilicet eius, & incendet in ara,*

21 vt

*21 vt ſit Dño ſacrificiũ igne cõfectũ, 22 ſacrificiũ ſcilicet pro peccato. Et expiabit eũ ſacerdos à peccato ipſius quod cõmiſit in aliquo ſcilicet horũ, & remittet ei: eritq; ſacerdotis 23 quẽadmodũ cibariũ ſacrificiũ. Et loqut⁹ eſt Dñs ad Moſen, dicẽs, Anima 24 ſi fuerit aliqua præuaricatiõe præuaricata, 25 & peccauerit per errorẽ in his quæ Dño ſunt cõſecrata: adducat Dño oblationẽ ꝑ delicto ſuo, arietẽ integrũ ex grege iuxta æſtimationẽ tuã argẽti 26 põderoſi, iuxta ſiclũ ſanctuarij, [vt ſit] ꝑ ſacrificio delicti. 27 Eã vero rẽ cõſecratã, in qua peccauit, reſtituet, addita ad eã quinta ei⁹ parte, quã tradat ſacerdoti, ſacerdos vero 28 expiabit ꝑ eo, ariete ſcilicet qui ꝑ delicto ſacrificatur, & remittetur ei. Quod ſi aĩa peccauerit, & fecerit quiddã ex 29 ꝓhibitionib⁹ Dñi, quæ fieri nõ debẽt, 30 neſcierit que & deliquerit: feret iniquitatẽ ſuã. Is adferat ad ſacerdotẽ ꝑ hoſtia delicti arietẽ integrũ ex grege, 31 iuxta æſtimationẽ tuã, & ſacerdos expiabit eũ ab errore ſuo 32 in quo errauit ignorauitq; , & remittetur ei. Sacrificium hoc eſt pro delicto, 33 quo expiat [quis] delictum coram Domino.*

pro illo & expians , reliquam verò partem ipſe
14 habebit in munere . ♀ Locutuſque eſt Dominus
15 ad Moyſen , dicens , ♀ Anima ſi præuaricans ceremonias , per errorem in his quæ Domino ſunt ſanctificata peccauerit , offeret pro delicto ſuo arietem immaculatum de gregibus , qui emi poteſt
16 duobus ſiclis , iuxta pondus ſanctuarij : ♀ ipſumque quod intulit damni reſtituet , & quintam partem ponet ſuprà , tradens ſacerdoti , qui rogabit pro eo offerens arietem , & dimittetur ei.
17 ♀ Anima [a] quæ peccauerit per ignorantiam , feceritque vnum ex his quæ Domini lege prohibentur , & peccati rea intellexerit iniquitatem ſuam,
18 ♀ offeret arietem immaculatum de gregibus ſacerdoti , iuxta menſuram æſtimationemque peccati: qui orabit pro eo, quia neſciens fecerit : & dimit-
19 tetur ei , ♀ quia per errorem deliquit in Dominum.

Expiatio furti rei conſecratæ Deo admiſſi D per ignorantiam.

[a] ſi

SCHOLIA IN CAP. V.

1 Vel, Cum quis peccauerit, id eſt audierit vocem adiurationis, cum teſtificari poſſit quod viderit, vel ( alia ratione) cognouerit: &c. Chaldæus paraphraſtes vertit, audierit vocem iudicis adiurantis. Id eſt, quum quiſpiam priuatus vocem iudicis adiurantis ipſum audierit, vt id quod res eſt dicat, huiuſque rei teſtis eſſe poſſit de qua eum interrogat iudex , eo quod viderit &c. 2 Id eſt, punietur à Deo, etiam ſi lateat id perpetuo homines. Hic iniquitas pro pœna ponitur. 3 Animam pro homine poſuit : quòd ea ſit præcipua hominis pars. Anima agit in corpore, & corpus eſt velut inſtrumentum eius. quo ſit, vt animæ tanquam omnium operatrici peccata aſcribantur. 4 Heb. abſconditum fuerit ab ea. ſubaudi, anima. Tropus Hebraicus, pro, neſcierit eſſe immũdum. 5 Heb. iuxta omnem impuritatem eius qua redditur impurus. Id eſt, hominem impurum quacunque impuritate ſit impurus . 6 Id eſt, neſcierit rem fuiſſe immundam, poſtea autem cognouerit. 7 proferendo. 8 ideſt, ſe afflicturum ſeipſum ieiunijs , & huiuſmodi: aut aliquem beneficijs affecturum. Sic Hebræi interpretantur. Alij intelligunt de promiſsionibus quæ temere, ſubito, vel falſo corde effutiuntur. Peccat enim coram Deo & qui mala ſe facturum iurãdo pollicetur: & qui bona quæ pollicitus eſt, non facit. vnde fateatur peccatum oportet. 9 proferre. 10 ideſt, oblitus rei fuerit, atque ita peierarit. 11 poſtea autem ipſe reſcierit , tunc peccauit in vnum ex iſtis, ſub. quæ dicta ſunt. 12 Cum ergo peccauerit in vno ex illis. ſub. quæ dicta ſunt. 13 Heb . Sinautem manus eius non potuerit tangere ſufficientiam ouis. Hebræorum tropus eſt, quem reddidit interpres. q. d. Si adeo pauper ſit vt non ſuppetat ouis quam offerat. Hinc diſcimus Deum non tam reſpicere ſacrificia, quàm animum offerentium. 14 vngue diſſecando caput ei⁹ eregione ceruicis: non tamen ſeparet. Subaudi, caput à reliquo corpore. 15 vel, hoſtia enim eſt pro peccato. 16 Heb. Quod ſi manus eius non apprehenderit duos turtures. Hebraiſmus, vt iam dictum eſt, pro, Si pauperior fuerit quàm vt offerre poſſit duos turtures. 17 epha, ſiue ephi. Tria ſata continebat ephi: tantum quãtum in die ſolet homo edere. 18 Oleum, lætitiam ſignificat in Scriptura ſacra: vt thus, gratam orationem. 19 ſacerdoti. 20 .i. id quod erit apud Deum memoriale offerentis. 21 vel, vnà cũ incenſis Domini. i. cum alijs quæ incendũtur Domino. 22 (quia) ſacrificium eſt pro peccato. 23 tanquam munus, ideſt. Sacerdotis erit reliquum oblationis illius, quemadmodum reliquum muneris, ſacerdotis etiam erat: hoc eſt, ſicut ſimila quæ dabatur quando fiebat ſacrificium muneris. 24 Id eſt, ſi abſtulerit quippiam ex conſecratis Domino, & neſcierit fuiſſe coſecratum . 25 Et pro Id eſt poſitum . 26 ſiclorum, ideſt, quæ æſtimatio erit argenti, hoc eſt pretij ſiclorũ, minimum duorũ: iuxta autem ſiclũ ſanctuarij fiet æſtimatio, non iuxta ſiclum prophanum. 27 Heb. Et quod peccauerit in re ſancta. 28 emundabit per illum arietem oblationis factæ pro peccato, ideſt, per eum cuius erat aries figura, nempe per Chriſtũ. 29 præceptis 30 & non nouerit, & deliquerit , & portauerit iniquitatẽ ſuã: Tũc offeret &c. i. idq; fecerit per imprudentiam, & poſtea cognouerit ſe deliquiſſe, cognoueritque ſe eſſe prægrauatam delicto ſuo: Tunc offeret &c. 31 ideſt. ſecundũ pretium quod conſtitueris. 32 quẽ per imprudentiam admiſit, & ipſe non intellexit. vel, ab errore ſuo quo neſciẽs errauit. 33 Heb. (nam) delinquendo deliquit in Dominum.

CAP. VI.

*LOcutuſq; eſt Dominus ad Moſen, dicẽs, Anima ſi peccauerit, 1 & ſcelus deſignarit cõtra Dominũ, negãdo videlicet proximo ſ[uo] depoſitum, 2 vel datũ in manũ ſuã, 3 aut rapiẽdo, 4 calũniamq; faciẽdo proximo. Aut ſi rem perditã inuenit, & 5 eam negauerit , iuraueritq; falſo ſuper quapiã re, ex omnibus his quæ facere ſolet homo, 6 inque his peccare: Si itaq; peccauerit, & 7 deliquerit , reſtituat raptum quod rapuit, aut quod per calũniã extorſit, aut depoſitũ quod illi fuit cõmiſſum, aut rem perditã quã inuenit , Quin totum illud ſuper quo peierauit, 8 reddat ſortẽ, addita ei quinta eius parte, reddat inquã ei cuius eſt, in die 9 quo expiat delictum ſuũ. Sacrificiũ vero pro delicto ſuo adducat Domino, arietem nẽpe integrũ ex grege, iuxta tuã æſtimationẽ, ad ſacrificiũ delicti ipſi ſacerdoti. Et expiet 10 pro eo ſacerdos corã Domino, & remittetur ei, 11 quidquid illud fuerit quod fecit , & in quo deliquit. Et loquutus eſt Dominus ad Moſen, dicẽs, Præcipe Aharoni & filijs eius in hanc ſententiam, 12 Hæc eſt lex holocauſti. 13 Holocauſtum ſit in pyra aræ tota nocte vſque mane, & ignis ipſius aræ incenſus ſit in ea. Induetque ſacerdos veſtimentũ ſuum lineum, & lineis femoralibus induet 14 carnẽ ſuam, 15 leuet cineres quos abſumpſit ignis holocauſti in ara, ponetque eos iuxta aram. Et exuens veſtes ſuas, induet alias veſtes, efferetque cineres extra caſtra ad locum*

1 LOcutus eſt Dominus ad Moyſen , dicens,
2 ♀ Anima quæ peccauerit, & contempto Domino negauerit proximo ſuo depoſitum, quod fidei eius creditum fuerat , vel vi aliquid extor-
3 ſerit , aut calumniam fecerit, ♀ Siue rem perditam inuenerit , & inficians inſuper peierauerit , & quodlibet aliud ex pluribus fecerit in quibus ſolent pec-
4 care homines , ♀ Conuicta delicti , ♀ reddet om-
5 nia quæ per fraudem voluit obtinere , integra, & quintam inſuper partem domino cui damnum
6 intulerat. ♀ Pro peccato autem ſuo offeret arietem immaculatum de grege , & dabit eum ſacerdoti , iuxta æſtimationem menſuramque delicti:
7 ♀ Qui rogabit pro eo coram Domino , & dimittetur illi pro ſingulis quæ faciendo peccauit.
8 ♀ Locutuſque eſt Dominus ad Moyſen , dicens,
9 ♀ Præcipe Aaron & filijs eius , Hæc eſt lex holocauſti . Cremabitur in altari tota nocte vſque
10 mane : ignis in eodem altari erit. ♀ Veſtietur tunica ſacerdos & feminalibus lineis : tolletque cineres , quos [a] vorans ignis exuſsit , & ponens iuxta
11 altare, ♀ Spoliabitur prioribus veſtimentis , indutuſque alijs , efferet eos extra caſtra , [b] & in loco mundiſ-

Hoſtia pro peccato vltroneo.

Num. 5. a.

Lex holocauſti.

B

[a] vorax



Ignis perpetuus. Lex ſacrificij & libamentorum.

mundiſsimo [b] vſque ad fauillam conſumi faciet. ♀ Ignis 12
autem in altari ſemper ardebit, quem nutriet ſacerdos ſubijciens ligna mane per ſingulos dies, & impoſito holocauſto, deſuper adolebit adipes pacificorum. ♀ Ignis 13
eſt iſte perpetuus, qui nunquam deficiet in altari. ♀ Hæc 14
eſt lex ſacrificij & libamentorum, quę offerent filij Aaron coram Domino, & coram altari, ♀ Tollet ſacer- 15
dos pugillum ſimilæ , quę conſperſa eſt oleo , & totum thus quod ſuper ſimilam poſitum eſt : adolebitque illud in altari in monimentum odoris ſuauiſsimi Domino. ♀ Reliquam autem partem ſimilæ comedet 16
Aaron cum filijs ſuis, abſque fermento : & comedet in loco [b] ſanctuarij tabernaculi. ♀ Ideo autem non fer- 17
mentabitur, quia pars eius in Domini offertur incenſum . ſanctum ſanctorum erit, ſicut pro peccato atque delicto. ♀ Mares tantùm ſtirpis Aaron comedent 18
illud : legitimum ac ſempiternum erit in generationibus veſtris de ſacrificijs Domini . omnis qui tetigerit illa, ſanctificabitur. ♀ Locutuſque eſt Dominus ad Moy- 19
ſen , dicens, ♀ Hæc eſt oblatio Aaron , & filiorum eius, 20
quam offerre debent Domino in die vnctionis ſuæ. Decimam partem ephi offerent ſimilæ in ſacrificio ſempiterno , medium eius mane , & medium eius veſpere. ♀ Quæ in ſartagine oleo conſperſa frigetur : of- 21
feret autem eam calidam in odorem ſuauiſsimum Domino ♀ Sacerdos, qui iure patri ſucceſſerit , & tota 22
cremabitur in altari. ♀ omne enim ſacrificium ſacer- 23
dotum igne conſumetur , nec quiſquam comedet ex eo. ♀ Locutus eſt autem Dominus ad Moyſen , di- 24
cens, ♀ Loquere Aaron & filijs eius , Iſta eſt lex ho- 25
ſtię pro peccato , In loco vbi offertur holocauſtum, immolabitur, coram Domino . ſanctum ſanctorum eſt. ♀ Sa- 26
cerdos qui offert, comedet eam in loco ſancto , in atrio tabernaculi. ♀ Quicquid tetigerit carnes eius , ſancti- 27
ficabitur . Si de ſanguine illius , veſtis fuerit aſperſa, lauabitur in loco ſancto. ♀ Vas autem fictile in quo co- 28
cta eſt, confringetur . quòd ſi vas æneum fuerit, defricabitur , & lauabitur aqua. ♀ Omnis maſculus de ge- 29
nere ſacerdotali veſcetur de carnibus eius , quia ſanctum ſanctorum eſt. ♀ Hoſtia enim quæ cæditur pro 30
peccato, cuius ſanguis infertur in tabernaculum teſtimonij ad expiandum in ſanctuario, non comedetur, ſed comburetur igni.

C

[b] ſancto, in atrio

Oblatio Aaron & filiorum eius in die vnctionis ſuæ.

Lex hoſtiæ D pro peccato.

Heb. 13. b. ſup. 4. a.

*mundum. Ignis verò in ara incenſus maneat, nec vnquam extinguatur; quin ſacerdos per ſingulos dies mane ligna in ara incendat, & aptet ſuper eam holocauſtum, adolebitque ſuper eam adipes ſacrificiorum pacificorum. Ignis ſemper accenſus ſit in ara, nec vnquam extinguatur. Hæc verò 16 lex eſt ſacrificij cibarij: afferent illud filij Aharonis coram Domino ante aram : Separandoque tollet ex illo vola ſua, ex ſimilagine ſcilicet ipſius ſacrificij cibarij, & de oleo eius, totũq; thus 17 quod eſt ſuper ſacrificium cibarium, incendetq; in ara 18 monumentum eius, in odorem ſuaueolentem Domino . Quod verò ex eo ſuperfuerit, comedent Aharon & filij eius: 19 placentæ infermentatæ comedentur in loco ſancto , nempe in atrio 20 tentorij conſtitutionis comedent 21 illud. Non coquetur fermentatum: 22 hoc ipſum dedi eis, vt ſit pars eorum ex ſacrificijs meis quæ igne fiunt: 23 ſacroſanctum eſt, quemadmodũ ſacrificium pro peccato, & ſacrificium pro delicto. Omnis mas ex filijs Aharonis comedet 24 ex eo: 25 ritus hic perpetuus ſit in poſteritatibus veſtris, de ſacrificiis quæ igne conſiunt Domino: 26 quicunque contingit ea, ſacer eſto. 27 Loquutuſque eſt Dominus ad Moſen, dicens, 28 Hoc ſit munus Aharonis & filiorum, quod offerent Domino, 29 ab eo die quo fuerit vnctus. Decima pars epha ſimilaginis 30 pro iugi ſacrificio , dimidium eius mane, & dimidium eius veſpere . In ſartagine cum oleo fiet, 31 maceratam afferas eam , cocta ſcilicet fruſta cibarii ſacrificii afferas, odorem ſuaueolentem Domino. Et ſacerdos qui pro eo vnctus fuerit de filiis eius, faciet iſtud : ritus hic perpetuus ſit, Domino totum incendatur: omne ſacrificium cibarium ſacerdotis totum [incenſum] erit, nec comedetur . Et locutus eſt Dominus ad Moſen in hanc ſententiam , Loquere ad Aharonem, & ad ſilios eius hiſce verbis, Hæc eſt lex hoſtiæ pro peccato: in loco vbi mactatur holocauſtum, mactabitur & hoſtia pro peccato 32 coram Domino , ſacroſancta enim eſt. Sacerdos qui ſacrificat hoſtiam pro peccato, eam comedet, in loco ſancto comedetur, [nempe] in atrio tentorii 33 conſtitutionis. 34 Quicunque contigerit carnem eius, ſacer eſto . Et ſi de ſanguine eius ſparſum fuerit ſuper aliquam veſtem, quod aſperſum fuerit lauabis in loco ſancto. Vas autem fictile in quo cocta fuerit, frangetur: & ſi in vaſe æneo cocta fuerit, defricabitur, & aqua lauabitur. Omnis mas ex ſacerdotibus comedet illam: 35 ſacroſancta enim eſt. Et omnis hoſtia peccati, de cuius ſanguine infertur in tentorium 33 conſtitutionis, 36 ad expiandum in ſanctuario, 37 non comedetur, ſed igne cremabitur.*

SCHOLIA IN CAP. VI.

1 Heb. & præuaricationem admiſerit contra Dominum, mentituſque fuerit contra ſocium ſuum in depoſito, ideſt, ſi cõtempto Domino, negauerit, in damnum proximi, ipſum proximum depoſuiſſe apud ſe aliquid. 2 Heb. aut in depoſitione manus, ſub. mentitus fuerit. Hoc eſt, ſi negauerit datam ſibi fuiſſe pecuniam negotiationis communis cauſa. 3 Heb. aut rapinam. Sub. negauerit, id eſt, ſi negauerit ſe vi pecuniam extorſiſſe. 4 ideſt, bona proximi ſui occupauiſſe aliqua fraude. 5 Heb. inficias ierit in ea, ideſt, ſe eã inueniſſe. 6 peccando in his, ideſt, quæ fieri non poſſunt ab homine citra peccatum. 7 ideſt, fateri volet ſe deliquiſſe. 8 reddat illud in ſolidum , ideſt , totum illud ipſum, hoc eſt ſortem ipſam. 9 Heb. peccati ſui, ideſt, die oblationis ſuæ pro delicto. aut die confeſsionis delicti ſui. 10 illum 11 Heb. ab vno ex omnibus quæ admittere ſolet (homo) peccando in eo. 12 ideſt, Hæ ſunt ceremoniæ obſeruandæ in holocauſto. 13 Heb. Eſt autem holocauſtum propter aduſtionem (ideſt, vt comburatur) quæ fit ſuper altare tota nocte vſque ad matutinum tempus. ignis enim altaris incendetur in eo, ideſt, perpetuò ardebit ignis ille qui ſemel accenſus diuinitus fuerit ſuper altare. Hæc debent legi per parentheſin . Alij legunt ſine parentheſi, hoc pacto, Erit holocauſtum in incendio ſuper altare, tota nocte vſque ad mane: ignis enim erit in eo altari: Induetq; ſe tunica, &c. In incẽdio, verti poteſt, ſuper focũ, ſiue ſuper incẽdiũ. i. ſuper ligna accẽſa. Ignis autẽ, ille ſcilicet qui diuinitus accẽſus fuit. 14 .i. pudenda ſua. 15 tollet que cinerẽ poſteaquã abſumpſerit ignis holocauſtum ab altari: ponetque illum 16 lex oblationis quæ dicitur munus, quam offerent, &c. ideſt , hæ ceremoniæ obſeruandæ ſunt quando offeretur Minha, ideſt , munus: quod vnus ex filijs Aaronis offeret. 17 ideſt, quod adijcitur oblationi muneris. 18 in odorem quietis, monimentum eius (ſub. ſimilæ) Domino, ideſt, quæ admoneat Dominum oblationis. 19 Heb. in azymis comedetis 20 tabernaculi conuentus 21 illam. ſub. ſimilam. 22 Heb. portionem eorum poſui illam ex incenſis , ideſt, nõ coquentur ex ea panes fermentati : quia partem eorum dedi illam ex his quæ mihi incenduntur. Hebræus loquendi mos, pro, Volui portionem eorum quæ offeruntur mihi incendenda, cedere in cibum ſacerdotum, & ab illis tantum edi. 23 vel, ſanctitas ſanctitatum eſt, ideſt, res ſacroſancta eſt: eoque à ſacerdotibus tantum edi debet ſicut hoſtia quæ pro peccato & quæ pro delicto offertur. 24 illud. Sub. munus. Vel illam ſimilam, ſiue panes factos ex illa ſimila. 25 ſtatuto perpetuo per ætates veſtras, de incenſis Dñi. Hoc eſt, omnes mares ſtirpis ſacerdotalis comedere poterunt panes ex ea ſimila factos: quandiu vixeritis, erit veſtra ſimila ex incenſis Domini. 26 quicquid tetigerit illa, ſanctificabitur, ideſt, fiet ſacroſanctum, & non poterit edi, niſi à ſacerdotibus. (Illa) quum dicit , tam ſimilam intelligit, cum oleo & thure oblatam , quàm hoſtias pro delicto , & pro peccato oblatas. 27 Vtitur hac præfatione ſolita Moſes, vt oſtendat ſacrificiorum leges à ſe confictas non eſſe , ſed à Deo inuentas & inſtitutas. 28 vel, Hæc eſt oblatio, &c. ideſt, Hæc eſt lex & ritus quem obſeruare debent in oblatione muneris tam Aaron qui ſummus eſt ſacerdos , quàm filij eius qui minores ſunt ſacerdotes. 29 vel, in die quo vngetur . Refertur ad ſummum ſacerdotem: nam ille ſolus oleo puro vngebatur: alij autem oleo miſto ſanguini. 30 in munus, perpetuò. ſiue, iugiter, ideſt, quotieſcunque vngendi erunt ſummi ſacerdotes , offerent minores ſacerdotes decimam partem ſimilæ in munus. 31 frictam offeres eam; munus coctum, & in fruſta diuiſum, of-

I feres

feres, in odorem quietis Domino. Sacerdos autem vnctus pro eo, ex filijs eius, offeret illam: ſtatuto perpetuo tota Domino cremabitur. Et omne munus ſacerdotis cuiuſuis holocauſtum erit: & nihil ex eo munere comedetur. Et locutus eſt, &c. Quod ait, In odorem quietis Domino: perinde eſt acſi dicat, Tale munus erit Domino acceptiſsimum. Sacerdos autem vnctus pro eo, ideſt, qui ſufficietur in locum Aaronis eo mortuo. Holocauſtum præterea fieri, more Hebraico poſitum pro totum cremari. 32 ideſt, in atrio, in plaga Septentrionali. 33 conuentus. 34 Quicquid contigerit carnem eius, ſanctum redditur, ideſt, Non comeditur niſi à ſacerdotibus. 35 ideſt, Deo dicata eſt ea hoſtia 36 Sub. peccatum. 37 à ſacerdotibus ſcilicet.

## CAP. VII.

HAEc verò 1 lex eſt hoſtiæ pro delicto, 2 ſacroſancta eſt. In loco vbi mactāt holocauſtum, ibi quoque mactent hoſtiā pro delicto, & ſanguinē eius 3 ſparget 4 ſuper arā per circuitū. Omnē adipē eius offerēt de eo, caudā, & adipē eius qui obtegit inteſtina. Duos quoq; renes, & adipē qui ſuper eos eſt, [&] qui eſt 5 ſuper ilys, & reticulū quod eſt ſuper iecur cum renibus tollet. Et incēdet ea ſacerdos ſuper ara, 6 vt ſit ſacrificium quod igne cōſit Dño: eſt enim hoſtia ꝑ delicto. Omnis mas de ſacerdotibus ex ea comedet, in loco ſancto comedetur: eſt enim ſacroſancta. 7 Sicut hoſtia pro peccato, ſic hoſtia pro delicto, eadem illis lex eſt: & 8 erit ſacerdotis qui per eā expiat. Sacerdos qui adfert alicuius holocauſtum, illius erit pellis holocauſti quod ſacrificauit. Et omne 9 ſacrificium cibarium quod coctum eſt in fornace, & quodcunq; fit in frixorio, & in ſartagine, ſacerdotis illius erit qui illud ſacrificat. Et omne ſacrificium cibarium quod permiſtum eſt oleo, quin & aridum, erit omniū filiorū Aharonis, ⁒ vnius vt alterius. Hæc eſt lex ſacrificij 10 pacificorum, 11 cum offertur Dno. Si pro gratiarum actione obtulerit ipſum, offerat 12 pro ſacrificio illo gratiarum actionis 13 placentas azymas oleo permiſtas, & extenuatas placentas infermentatas oleo vnctas, & ſimilaginem maceratam, lagana oleo ſubacta. Cum placentis panis fermentati 14 adducet ſacrificium ſuum, pro hoſtia gratiarum actionis pacificorum ſuorum. Et offeret ex eo vnum; 15 ex vniuerſo ſacrificio thruma Dño; 16 quæ erit ſacerdotis ſpargentis ſanguinem pacificorum. 17 Porrò caro ſacrificij gratiarum actionis pacificorum ſuorum, eodem die quo offertur edi debet, nec reponat ex eo quidquam vſq; mane. Si autem ex voto vel ſponte attulerit ſacrificium ſuum, comedetur eodem die quo afferet ſacrificium ſuum: poſtero verò die ſiquid reſiduum ex eo manſerit, edi poteſt. Quod autem manſerit de carne ſacrificij in diem tertium, igne cōburetur. Quòd ſi omnino quidpiam comeſtum fuerit de carne pacificorū ſuorum die tertio, 18 fauorem non conſequetur offerens illud, nec reputabitur ei, quin abominatio erit: & anima quæ comederit, feret iniquitatem ſuam. Caro quæ tetigerit quancunq; immūditiam, non comedetur ſed igne comburetur: 19 munda ſit omnis caro, & qui carnem comederit. Anima quæ comederit carnem de hoſtia pacificorum quæ Domini ſunt, & habuerit in ſe immunditiam ſuam, 20 excindetur anima eiuſmodi de populis ſuis. Anima verò quæ tetigerit aliquid immundum, ſiue ſit hominis immunditia, ſiue immundum animal, aut immunditia reptilis, & comederit de carne ſacrificij pacificorum, quod Dñi eſt, excindetur anima huiuſmodi de populis ſuis. Et loquutus eſt Dñs ad Moſen, dicēs, Loquere ad filios Iſrael, hiſce verbis, Omnē adipē bouis, & ouis, atque capræ nō comedetis. 21 Adipis cadaueris, & adipis diſcerpti à beſtia vſus eſſe poteſt ad omnia opera, modo huiuſmodi non edatis. Omnis enim qui adipē animalis, quod adducitur ad ſacrificium quod igne conſit Dno, comederit, anima illa edens excindetur è populis ſuis. Et omnē ſanguinem ne edatis, 22 in cunctis habitationibus veſtris, ſiue auis ſit, ſiue iumenti. Quæcunq; anima ſanguinem aliquē comederit, huiuſmodi anima excindatur è populo ſuo. Et loquutus eſt Dñs ad Moſen in hanc ſententiam, Loquere ad filios Iſrael huiuſmodi verba, Qui adducet ſacrificiū pacificorum ſuorum Dño, 23 adducat ſuam illam oblationē Domino, de ſacrificio pacificorum. 24 Manus eius adducāt ſacrificium quod igne conſiat Dño, adipe cum pectuſculo afferet ipſe, pectus quidē vt agitetur ad tenupha corā Dño: adipē verò incēdet ſacerdos in ara, eritq; pectus Aharonis & filiorū eius.

## CAP. VII.

1 HAEc quoque eſt lex hoſtiæ pro delicto, ſan-
2 cta ſanctorum eſt: ♀ Idcirco vbi immolabitur
holocauſtum, mactabitur & victima pro deli-
3 cto: ſanguis eius per gyrum altaris fundetur. ♀ Offe-
4 rent ex ea caudam & adipem qui operit vitalia. ♀ Duos
renunculos, & pinguedinem quæ iuxta ilia eſt, reticu-
5 lumque iecoris cum renunculis. ♀ Et adolebit ea ſa-
cerdos ſuper altare: incenſum eſt Domini pro delicto.
6 ♀ Omnis maſculus de ſacerdotali genere, in loco ſan-
cto veſcetur his carnibus, quia ſanctum ſanctorum eſt.
7 ♀ Sicut pro peccato offertur hoſtia, ita & pro delicto:
vtriuſque hoſtiæ lex vna erit. ad ſacerdotem qui eam
8 obtulerit, pertinebit. ♀ Sacerdos qui offert holocau-
9 ſti victimam, habebit pellem eius. ♀ Et omne ſacri-
ficium ſimilæ, quod coquitur in clibano, & quicquid
in craticula, vel in ſartagine præparatur, eius erit ſa-
10 cerdotis à quo offertur: ♀ Siue oleo conſperſa, ſi-
ue arida fuerint, cunctis filijs Aaron menſura æqua
11 per ſingulos diuidetur. ♀ Hæc eſt lex hoſtiæ paci-
12 ficorum quæ offertur Domino. ♀ Si pro gratiarum
actione oblatio fuerit, offerent panes abſque fermento
conſperſos oleo, & lagana azyma vncta oleo, coctam-
que ſimilam, & collyridas olei admiſtione conſper-
13 ſas, ♀ Panes quoque fermentatos cum hoſtia gratia-
14 rum, quæ immolatur pro pacificis: ♀ Ex quibus vnus
pro primitijs " offertur Domino, & erit ſacerdotis qui
15 fundet hoſtię ſanguinem. ♀ Cuius carnes eadem co-
medentur die, nec remanebit ex eis quicquam vſque
16 mane. ♀ Si voto, vel ſponte quiſpiam obtulerit ho-
ſtiam, eadem ſimiliter edetur die: Sed & ſiquid in
17 craſtinum remanſerit, veſci licitum eſt: ♀ quicquid
18 autem tertius inuenerit dies, ignis abſumet. ♀ Et ſi-
quis de carnibus victimæ pacificorum die tertio come-
derit, irrita fiet ˋ eius oblatio, nec proderit offerenti:
quin potius quæcunque anima tali ſe edulio contami-
19 nauerit, præuaricationis rea erit. ♀ Caro quæ ali-
quid tetigerit immundum, non comedetur, ſed com-
buretur igni: qui fuerit " immundus, veſcetur ex
20 ea. ♀ Anima polluta, quæ ederit de carnibus ho-
ſtię pacificorum, quæ oblata eſt Domino, peribit de
21 populis ſuis. ♀ Et quæ tetigerit immunditiam ho-
minis, vel iumenti, ſiue omnis rei quæ polluere po-
teſt, & comederit de huiuſcemodi carnibus, interibit
22 de populis ſuis. ♀ Locutuſque eſt Dominus ad Moy-
23 ſen, dicens, ♀ Loquere filijs Iſrael, Adipem ouis,
24 & bouis, & capræ non comedetis. ♀ Adipem ca-
daueris morticini, & eius animalis quod à beſtia ca-
25 ptum eſt, habebitis in varios vſus. ♀ Siquis adipem,
qui offerri debet in incenſum Domini, comederit, per-
26 ibit de populo ſuo. ♀ Sanguinem quoque omnis ani-
malis non ſumetis in cibo, tam de auibus, quàm de
27 pecoribus. ♀ Omnis anima quæ ederit ſanguinem,
28 peribit de populis ſuis. ♀ Locutuſque eſt Domi-
29 nus ad Moyſen, dicens, ♀ Loquere filijs Iſrael,
dicens, Qui offert victimam pacificorum Domino,
offerat ſimul & ſacrificium, id eſt libamenta eius.
30 ♀ Tenebit manibus adipem hoſtię, & pectuſcu-
lum. cumque ambo oblata Domino conſecrauerit,
31 tradet ſacerdoti, ♀ qui adolebit adipem ſuper alta-
re, pectuſculum autem erit Aaron & filiorum eius.
♀ Armus

Lex hoſtiæ pro delicto.

B

Hoſtia pacificorum.

" offeretur

C

" mundus,

Adeps & ſanguis non comedenda.

Quæ Aaronis erant, & filiorū eius de ſacificijs pacificis.

D



♀ Armus quoque dexter de pacificorum hoſtijs cedet in 32
primitias ſacerdotis. ♀ Qui obtulerit ſanguinem, & adi- 33
pem, filiorum Aaron, ipſe habebit & armum dextrum in
portione ſua. ♀ Pectuſculum enim eleuationis, & ar- 34
mum ſeparationis tuli à filijs Iſrael de hoſtijs eorum pa-
cificis, & dedi Aaron ſacerdoti, & filijs eius lege perpetua,
ab omni populo Iſrael. ♀ Hæc eſt vnctio Aaron & fi- 35
liorum eius in ceremonijs Domini in die quo obtulit eos
Moyſes, vt ſacerdotio fungerentur, ♀ & quæ præcepit 36
eis dari Dominus à filijs Iſrael religione perpetua in ge-
nerationibus ſuis. ♀ Iſta eſt lex holocauſti, & ſacrificij 37
pro peccato atque delicto, & pro conſecratione & pacifi-
corum victimis: ♀ quam conſtituit Dominus Moyſi in 38
monte Sinai quando mandauit filijs Iſrael vt offerrent
oblationes ſuas Domino in deſerto Sinai.

Armum quoque dextrum dabitis 25 thruma ſacerdoti, ex ſacrificijs pacificorum veſtrorum. Qui ex filijs Aharonis obtulerit ſanguinem pacificorum atque adipem, is habebit armum dextrum pro portione. Nā pectus 26 tenupha, & armus thruma accepi à filijs Iſrael, de ſacrificijs pacificorum ipſorum, & dedi ea Aharoni ſacerdoti & filijs eius, ſtatuto perpetuo à filijs Iſrael. 27 Hæc eſt vnctio Aharonis & filiorum eius 28 de ſacrificijs Domini, à die quo attulit eos vt ſacerdotio fungerentur coram Domino, quæ præcepit eis Dominus dari in die vnctionis eorum à filijs Iſrael, ſtatuto perpetuo 29 in poſteritatibus ſuis. Hæc eſt lex holocauſti, & 30 ſacrificij cibarij, & hoſtiæ pro peccato, & hoſtiæ pro delicto, 31 pro initiatione, & pro ſacrificio pacificorum: 32 Quam ſcilicet præcepit Dominus Moſi in monte Sinai, quum mandaret filijs Iſrael in deſerto Sinai vt offerrent ſacrificia ſua 33 Domino.

## SCHOLIA IN CAP. VII.

1 ideſt, ratio & ritus obſeruandus in mactanda hoſtia pro expiatione delicti. Hoc capite deſcribuntur leges ſacrificij quod pro minore peccato offertur. 2 vel, ſanctitas ſanctitatum eſt, ideſt, eſt res ſancta: ideo eſus eius ſolis ſacerdotibus permittitur. 3 ſub. ſacerdos. 4 ſub. holocauſti. 5 vel, iuxta ilia. 6 in incenſum Domino: talis eſt enim hoſtia quæ pro delicto offertur. 7 Heb. Sicut peccatum, ſic delictum. Compendium loquendi Hebræorum. i. Vt hoſtia pro peccato ſe habet, ita hoſtia pro delicto, & vice verſa: hoc eſt, idem ritus ſeruabitur in hoſtia pro delicto, qui obſeruabatur in hoſtia pro peccato. 8 Hebraiſmus eſt, pro, ad eum ſacerdotē pertinebit hoſtia iſta, qui per illam expiauerit peccatum alicui[9]. 9 munus. Hebraice vocatur minha. ⁒ Heb. vnicuiq; ſicut fratri ſuo. i. per ſingulos iuſta menſura diuidetur. 10 Heb. pacium. Hoc ſacrificium fiebat quoties aliquis Deum laudare volebat ſuper ſigno aliquo erga ſe facto. Vnde & offerens comedebat ex eo: quod in ſacrificio pro peccato & delicto non fiebat. Per ſignum factum, intellige liberationem ex vinculis: aut ſiquis Dei beneficio ex graui infirmitate conualuiſſet: aut prolem ex ſterili vxore impetraſſet. Hæc & ſimilia nomine pacis intelliguntur, pro quibus agebantur gratiæ Deo. immolatis ſacrificijs. 11 quod offeret. ſub. ſacerdos. 12 cum ſacrificio 13 vel, cruſtula infermentata, oleo vncta, & ſimilam frictam, & placentas verſatas in oleo. 14 Hebr. offeret oblationem ſuam cum ſacrificio gratiarum actionis pacium ſuarum. Hoc eſt, ſacrificio quo gratias agebant ob pacem redditam, aut trāquillitatē, aut ſanitatem reſtitutam, vt iam dictum eſt. Panis infermentatus, agnitionem culpæ & infirmitatis ſignificat. 15 vel, ex vniuerſa oblatione, eleuationem Domino. i. Ex iſto ſacrificio offeret vnum panem qui eleuabitur coram Domino. 16 ſub. panis eleuatio. 17 Caro vero ſacrificij gratiarum actionis pacium ſuarum, eadem die qua immolabitur, comedetur: nec relinquet, &c. Sub. ſacerdos. Hebraiſmus. pro, Caro oblata pro gratiarum actione ob pacem impetratam, vel ob aliud inſigne beneficium à Deo recens acceptum. 18 non erit gratus qui obtulerit illud, nec imputabitur illi (ſubaudi, ad gratiam,) imo abominatio erit. anima enim quæ comederit ex ea (oblatione,) feret pœnam iniquitatis ſuæ. 19 & carnes illas omnis mundus comedet. Carnes intelligit hoſtiæ immolatæ Deo in ſacrificio pacificorum. 20 .i. eijcietur è congregatione fidelium. 21 Heb. Adeps cadaueris, & adeps rapinæ fiet in omne opus, & comedendo non comedetis illum. i. Adeps cadaueris & etiam rapti à fera & occiſi, ad varios vſus adaptabitur: ſed nō poterit comedi à vobis. 22 .i. vbicunque habitare vos contigerit. 23 offerat oblationem ſuam Domino de ſacrificio ſuo pacifico, id eſt, ex ea victima. 24 vel, Manibus ſuis offerat quod eſt incendendum Domino: adipem cum pectuſculo offerat: vt ſcilicet pectuſculum agitatione agitetur coram Domino. Agitatio ea, ſiebat à dextera ad ſiniſtram. 25 eleuationem. Id eſt, ad leuandum coram Domino ſurſum verſus. Dum agitabatur hoſtia à dextra ad ſiniſtram, ſurſumque verſus agitabatur, ſignificabatur Deus ſupernorum & infernorum, cæleſtium & terreſtrium dominus. 26 agitationis, & armus eleuationis. i. quod per agitationem à dextra ad ſiniſtrā offertur, & armus qui eleuatur dum mihi offertur. 27 ideſt, Hæc eſt merces vnctionis Aaronis: hoc eſt, Mercedis loco hoc habebit Aaron & filij eius ob vnctionem ſuam, ſiue ſacerdotium ſuum à filijs Iſrael. 28 vel, de his quæ incenduntur Domino, à die quo accēdere fecit eos vt ſibi ſacerdotio fungerentur. 29 .i. quibus ſeculis illi vixerint. 30 muneris, & ſacrificij, &c. Hic eſt recapitulatio præcedentium, vt tranſeat ad ſequentia. 31 ideſt, & ſacrificij quod fieri ſolet in conſecratione ſacerdotum. 32 ideſt, Quas leges Moſes tulit iubente Domino. 33 ideſt, ſibi. Hebraiſmus. antecedens pro relatiuo.

## CAP. VIII.

Conſecratio pōtificis Aaronis, & filiorū eius.

LOcutuſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens, 1
♀ Tolle Aaron cum filijs ſuis, veſtes eorum, & 2
vnctionis oleum, vitulum pro peccato, duos arie-
tes, caniſtrum cum azymis, ♀ Et congregabis omnem 3
cœtum ˋ Iſrael ad oſtium tabernaculi. ♀ Fecitque Moy- 4
ſes vt Dominus imperauerat: congregataque omni turba
ante fores tabernaculi, ♀ Ait, Iſte eſt ſermo quem iuſsit 5
Dominus fieri. ♀ Statimque obtulit Aaron & filios eius. 6
cumque lauiſſet eos, ♀ Veſtiuit pontificem ſubucula li- 7
nea, accingens eum balteo, & induens eum tunica hya-
B cinthina, & deſuper humerale impoſuit, ♀ quod a- 8
ſtringens cingulo aptauit rationali, in quo erat do-
ctrina & veritas. ♀ Cidari quoque texit caput: & ſu- 9
per eam contra frontem, poſuit laminam auream, con-
ſecratam in ſanctificatione, ſicut præceperat ei Domi-
nus. ♀ Tulit & vnctionis oleum, quo liniuit taber- 10
naculum cum omni ſupellectili ſua. ♀ Cumque ſan- 11
ctificans aſperſiſſet altare ſeptem vicibus, vnxit illud,
& omnia vaſa eius, labrumque cum baſi ſua ſan-
ctificauit oleo. ♀ Quod fundens ſuper caput Aaron, 12

Eccl. 45. c.

LOquutus eſt Dominus ad Moſen, dicens, Accipe Aharonem & filios eius cum eo, & veſtes, atque oleum vnctionis, & iuuencum [ſacrificij] pro peccato, & duos arietes, atq; caniſtrum placentarum infermētatarū. Et congrega vniuerſum cœtum ad oſtium tētorij 1 cōſtitutionis. Et Moſes fecit quēadmodum præceperat ei Dñs, cōgregatuſq; eſt cœtus ad oſtium tētorij 1 cōſtitutionis. Et dixit Moſes ad cœtū, 2 Hoc eſt verbum quod præcepit Dominus, vt fiat. Et 3 adduxit Moſes Aharonem & filios eius, & lauit eos aqua. Et induit eum tunicam ſtrictam, & cinxit eum 4 Zona: ſed & 5 interulā laxiorē induit eum, & induit eū humerale, 6 & cinxit illud textura polymita quæ erat in humerali, cingens ſcilicet illū eo. Poſuit & pectorale ſup eū, reponēs in pectorali Vrī & Thummim. Deinde poſuit tiarā in capite eius, ponēs ſuper tiaram 7 in anteriori parte eius, laminam auream coronam 8 ſanctā, ſicut præceperat Dñs Moſi. Accepit quoq; Moſes oleū vnctionis, & 9 vnxit tabernaculum & quidquid fuit in eo, & conſecrauit ea. Et ſpargens de illo ſuper aram ſepties, vnxit arā & omnia inſtrumēta eius, labrum & baſim eius vt conſecraret ea. Fundēs aūt de oleo vnctionis ſuper caput Aharonis,

vnxit eum, vt eum conſecraret. Et applicans Moſes filios Aha-
ronis 10 induit eos tunicis, atq; accinxit eos cinctura, & 11
adhibuit eis pileolos, quẽadmodum præceperat Dominus Mo-
ſi. 12 Adduxit quoq; iuuencum pro peccato, & poſuit Aharon
atq; filij eius manus ſuas ſuper caput iuuenci, qui fuit ſacrifi-
cium pro peccato. Quo mactato, Moſes accepit ſanguinẽ, quẽ
digito ſuo poſuit ſuper cornua aræ per ambitum, & expiauit
aram, & ſanguinem fudit ad baſim aræ, conſecrauitq; ipſam,
13 & expiauit pro ea. Et tollens vniuerſum adipem, qui erat
ſuper 14 ventrem, & reticulum iecoris, & duos renes, atq; adi
pem eorum, incendit Moſes in ara. Iuuencum vero & pellem
eius, carnem eius, & excrementum eius extra caſtra igne com
buſsit, quemadmodum præceperat Dominus Moſi. Et adducto
ariete pro holocauſto, impoſuerunt Aharon & filij eius manus
ſuas ſuper caput arietis. Quo mactato, Moſes ſparſit ſangui-
nem ſuper aram circunquaque. Et incidẽs arietem 15 in ſuas
inciſiones, incendit Moſes caput, 16 & alias inciſiones cũ ex-
tis, 17 ventrem verò & crura lauit aqua. Et incendit Moſes
totum arietem ſuper ara 18 in holocauſtũ, vt fieret odor ſua-
ueolens, & ſacrificium quod igne confit Domino, quemadmo-
dum Dominus Moſi præceperat. Adduxit deinde arietem alte-
rum, arietem ſcilicet conſecrationis, & impoſuerunt Aharõ &
filij eius manus ſuas ſuper caput arietis. Quem mactans Mo-
ſes, tulit de ſanguine eius, & poſuit ſuper 19 auriculam mol-
liorem auris Aharonis dextræ, & ſuper pollicem manus eius
dextræ, & ſuper pollicem pedis eius dextri. Et adducens Mo-
ſes filios Aharonis, poſuit de ſanguine ſuper 19 teneriorẽ par-
tem auris eorum dextræ, & ſuper pollicem manus eorum dex
træ, & ſuper pollicem pedis eorum dextri, ſparſitq; Moſes ſan-
guinem ſuper aram per circuitum. Tulit deinde adipem atque
caudam, & omnem adipem qui erat ſuper vẽtrem, reticulum
iecoris, & duos renes cum adipe eorum, & armum dextrum.
De caniſtro quoq; azymorum quæ erant coram Domino, tulit
placentam vnam infermentatam, & placentam panis 20 de-
libuti vnam, & laganum vnum, & poſuit ſuper adipes, & ſu
per armum dextrum. Et hæc omnia poſuit ſuper manus Aha-
ronis, & ſuper manus filiorum eius, & 21 agitauit ea tenupha
coram Domino. Deinde tulit Moſes ea de manibus eorum, &
adoleuit in ara 22 ſuper holocauſtum: 23 fuit enim hoc ſacri-
ficium conſecrationis igne confectum Domino in odorem ſua-
ueolentem. Et accipiens Moſes pectus, 24 agitauit ipſum tenu
pha coram Domino: fuit enim de ariete conſecrationis ipſi Mo
ſi pars hæc, quemadmodum præceperat Dominus Moſi. Tulit
etiam Moſes de oleo vnctionis, & de ſanguine qui erat in ara,
& ſparſit ſuper Aharonem, & ſuper veſtimenta eius, & filios
eius, atq; veſtimenta filiorum eius cum eo: conſecrauitq; Aha-
ronem, veſtimenta eius, & filios eius, atq; veſtimenta filiorum
eius cum eo. Et dixit Moſes ad Aharonem, & ad filios eius,
Coquite carnem in oſtio tentorij 25 conſtitutionis, ibidemque
comedite eam vnà cum pane, qui eſt in caniſtro conſecratio-
nis, quemadmodum 26 præcepi hiſce verbis, Aharon & filij
eius comedent eam. Quod vero de carne & pane reliquũ fue-
rit, igne comburetis. De oſtio quoq; tentorij 25 conſtitutionis ſe
ptem diebus non exibitis, ad eum vſq; diem quo impleti fue-
rint dies conſecrationis veſtræ: ſeptem enim diebus 27 imple-
bit manum veſtram, 28 ſicut fecit hac die, ſic præcepit Domi-
nus fieri ad expiandum vos. Porrò die noctuq; 29 ſedebitis in
oſtio tentorij 30 conſtitutionis ſeptem diebus, 31 & obſerua-
bitis obſeruationem Domino, vt non moriamini: ſic enim iuſ-
ſus ſum. Fecit itaque Aharon & filij eius omnia verba quæ Do
minus per Moſen præceperat.

13 vnxit eum, & conſecrauit. ♀ Filios quoque eius
" oblatos conſecrauit, veſtiuitque tunicis lineis, & — *"oblatos veſtiuit*
cinxit balteis, impoſuitque mitras, vt iuſſerat Dominus.
14 ♀ Obtulit & vitulum pro peccato. cumque ſuper ca-
15 put eius poſuiſſet Aaron & filij eius manus ſuas, ♀ im- C
molauit eum: hauriens ſanguinem, & tincto digito, te-
tigit cornua altaris per gyrum. quo expiato & ſancti-
ficato, fudit reliquum ſanguinem ad fundamenta eius.
16 ♀ Adipem verò qui erat ſuper vitalia, & reticulum
iecoris, duoſque renunculos cum aruinulis ſuis ado-
17 leuit ſuper altare: ♀ vitulum cum pelle, & carnibus,
& fimo, cremans extra caſtra, ſicut præceperat Do-
18 minus. ♀ Obtulit & arietem in holocauſtum: ſuper
cuius caput cum impoſuiſſent Aaron & filij eius ma-
19 nus ſuas, ♀ immolauit eum, & fudit ſanguinem e- D
20 ius per circuitum altaris. ♀ Ipſumque arietem in fru-
ſta concidens, caput eius, & artus, & adipem adole-
21 uit igni, ♀ lotis prius inteſtinis & pedibus. Totum-
que ſimul arietem incendit ſuper altare, eo quòd eſ-
ſet holocauſtum ſuauiſsimi odoris Domino, ſicut præ-
22 ceperat ei. ♀ Obtulit & arietem ſecundum, in con-
ſecrationem ſacerdotum: poſueruntque ſuper caput e-
23 ius Aaron & filij eius manus ſuas. ♀ Quem cum im-
molaſſet Moyſes, ſumens de ſanguine eius, teti-
git extremum auriculæ dextræ Aaron, & pollicem
24 manus eius dextræ, ſimiliter & pedis. ♀ Obtulit & E
filios Aaron. cùmque de ſanguine arietis immolati te-
tigiſſet extremum auriculę ſingulorum dextrę, & "pol- — *"pollicem*
lices manus ac pedis dextri, reliquum fudit ſuper al-
25 tare per circuitum. ♀ Adipem verò, & caudam, om-
nemque pinguedinem quæ operit inteſtina, reticulum-
que iecoris, & duos renes cum adipibus ſuis, & ar-
26 mo dextro ſeparauit. ♀ Tollens autem de caniſtro
azymorum, quod erat coram Domino, " panes abſ- — *"panem (ſing. num.*
que fermento*, & collyridam conſperſam oleo, la- — ** vnum*
ganumque poſuit ſuper adipes, & armum dextrum,
27 ♀ tradens ſimul omnia Aaron & filijs eius. Qui poſt-
28 quam leuauerunt ea coram Domino, ♀ rurſum ſuſ- F
cepta de manibus eorum, adoleuit ſuper altare ho-
locauſti, eo quòd conſecrationis eſſet oblatio in odo-
29 rem ſuauitatis ſacrificij " Domini. ♀ Tulitque pe- — *"Domino.*
ctuſculum eleuans illud coram Domino, de ariete con-
ſecrationis in partem ſuam, ſicut præceperat ei Domi-
30 nus. ♀ Aſſumenſque vnguentum, & ſanguinem qui
erat in altari, aſperſit ſuper Aaron & veſtimenta e-
31 ius, & ſuper filios illius ac veſtes eorum. ♀ Cum-
que ſanctificaſſet eos in veſtitu ſuo, præcepit eis, di-
cens, Coquite carnes ante fores tabernaculi, & ibi
comedite eas. panes quoque conſecrationis edite, Qui
politi ſunt in caniſtro, ſicut præcepit mihi Dominus,
32 dicens, Aaron & filij eius comedent eos. ♀ Quic- G Exod. 29. ſ.
quid autem reliquum fuerit de carne & panibus, ignis
33 abſumet. ♀ De oſtio quoque tabernaculi non exibitis
ſeptem diebus, vſque ad diem quo complebitur tem-
pus conſecrationis veſtræ. ſeptem enim diebus finitur
34 conſecratio: ♀ ſicut impræſentiarum factum eſt, vt ri-
35 tus ſacrificij " compleretur. ♀ Die ac nocte manebi- — *"compleatur,*
tis in tabernaculo obſeruantes cuſtodias Domini, ne mo-
36 riamini: ſic enim mihi præceptum eſt. ♀ Feceruntque
Aaron & filij eius cuncta quæ locutus eſt Dominus per
manum Moyſi.

## SCHOLIA IN CAP. VIII.

1 Conuentus. 2 Hebraiſmus, pro, Hoc eſt quod Domi nus præcepit fieri. 3 acceſsiuit ad ſe 4 vel, balteo: 5 pallium 6 accinxitque eum balteo ſuperhumeralis, & ſtrinxit eum illo. Poſuit præterea pectorale ſuper illud, in quo poſuit Vrim & Thummim. Deinde, &c. Chaldæus paraphraſtes, pro Strinxit eum illo, vertit, Ornauit eum illo. Pectorale ſuperpoſuit ipſi ſuperhumerali. Pro balteo, verti poteſt artificium, hoc pacto, Coniunxitque eum in artificio ſuperhumeralis, id eſt, in eo loco vbi artificium ſuperhumeralis erat. 7 eregione faciei ſuæ, 8 Vocat ſanctam, quod in ea ſcriptum eſſet, Sanctitas decet Dominum. 9 vel, conſecrauit 10 vel, ornauit eos tunicis lineis, 11 vel,

mitras



mitras alligauit illis, 12 vel, Aſſumpſit quoque vitulum mactandum pro expiatione peccati, 13 ad expiandum eam. Vel, in ea, ideſt, ad expiandum in ea omnia peccata. 14 inteſtina, 15 in ſua fruſta, 16 & fruſta ſua 17 inteſtinum 18 Hebr. holocauſtum erat in odorem quietis, & res quæ incenderetur ipſi Domino, ideſt, eo quod holocauſtum eſſet cuius odor erat Deo gratiſſimus; eumque arietem incendebat in honorem Domini. 19 extremam auriculam Aaronis dextram, 20 Heb. olei, ideſt, oleo conſperſi. 21 agitauit ea agitatione, ideſt, fecit vt cum agitatione quadam, motitando illa à ſiniſtra ad dextram, offerrẽt illa. 22 in holocauſtum. Vel, poſt holocauſtum: 23 Heb. oblationes ſunt in odorem quietis, oblatio ignita Domino, ideſt, nam illud ipſum, oblatio ſacerdotis, nempe ſacrificium quod abſumitur igni, fieri ſolet in gratiſsimum odorẽ Domino. 24 agitauit illud agitatione. i. agitãdo vel motitãdo obtulit illud Deo. 25 cõuẽtus, 26 præcepit. ſub. Dñs. 27 ideſt, cõſecrabit. ſub. Dominus. Quidam dicunt tertiã perſonam poni pro prima, conſecrabo manus veſtras iuſſu Dei. 28 ideſt, quemadmodum ego Moſes feci, ſic præceperat Dominus vt facerem, vt emundarem vos à peccatis veſtris per ſeptem dies. 29 manebitis 30 conuentus 31 vel, obſeruantes cuſtodias Domini. Ideſt, cuſtodientes ea quæ iuſsit Dominus cuſtodiri, ideſt, ceremonias & præcepta eius.

## CAP. IX.

*Prima Aaronis oblatio, pro ſe & populo. Exod. 29. a.*

FActo autem octauo die, vocauit Moyſes Aaron & 1
filios eius, ac maiores natu Iſrael, dixitque ad Aa-
ron, ♀ Tolle de armento vitulum pro peccato, & 2
arietem in holocauſtum, vtrunque immaculatum, & of-
fer illos coram Domino. ♀ Et ad filios Iſrael loquêris, 3
Tollite hircũ pro peccato, & vitulum atque agnum " an- — *"anniculos,*
niculum, & ſine macula in holocauſtum, ♀ bouem & 4
arietem pro pacificis: & immolate eos coram Domino, in
ſacrificio ſingulorum ſimilam conſperſam oleo offeren-
tes. hodie enim Dominus apparebit vobis. ♀ Tulerunt 5
ergo cuncta quæ iuſſerat Moyſes ad oſtium tabernaculi:
B vbi cum omnis multitudo aſtaret, ♀ ait Moyſes, Iſte eſt 6
ſermo quem præcepit Dominus: facite, & apparebit vo-
bis gloria eius. ♀ Et dixit ad Aaron, Accede ad altare, 7
& immola pro peccato tuo: offer holocauſtum, & depre-
care pro te & pro populo, cumque mactaueris hoſtiam
populi, ora pro eis, ſicut præcepit Dominus. ♀ Statim- 8
que Aaron accedens ad altare, immolauit vitulum pro
peccato ſuo: ♀ Cuius ſanguinem obtulerunt ei filij ſui. 9
in quo tingens digitum, tetigit cornua altaris, & fudit re-
ſiduum ad baſim eius. ♀ Adipemque, & renunculos, 10
ac reticulum iecoris, quæ ſunt pro peccato, adoleuit ſu-
per altare, ſicut præceperat Dominus Moyſi: ♀ Car- 11
nes verò & pellem eius, extra caſtra combuſsit igni. ♀ Im- 12
molauit & holocauſti victimam: obtuleruntque ei filij ſui
ſanguinem eius, quem fudit per altaris circuitum. ♀ Ip- 13
ſam etiam hoſtiam in fruſta conciſam, cum capite & mem
bris ſingulis obtulerunt: quæ omnia ſuper altare crema-
uit igni, ♀ Lotis aqua prius inteſtinis & pedibus. ♀ Et 14 15
pro peccato populi offerens, mactauit hircum: expiato-
que altari, ♀ fecit holocauſtum, ♀ Addens in ſacri- 16
ficio libamenta, quæ pariter offeruntur, & adolens ea ſu- 17
per altare, abſque ceremonijs holocauſti matutini. ♀ Im- 18
molauit & bouem atque arietem hoſtias pacificas popu-
li. obtuleruntque ei filij ſui ſanguinem, quem fudit ſuper
altare in circuitum. ♀ Adipem autem bouis, & caudam 19
D arietis, renunculoſque cum adipibus ſuis, & reticulum ie-
coris ♀ poſuerunt ſuper pectora. Cumque cremati eſ- 20
ſent adipes ſuper altare, ♀ pectora eorum, & armos 21
dextros ſeparauit Aaron, eleuans coram Domino, ſicut
præceperat Moyſes. ♀ Et extendens manum ad po- 22
pulum, benedixit ei. ſicque completis hoſtijs pro pecca-
to, & holocauſtis & pacificis, deſcendit. ♀ Ingreſsi au- 23
tem Moyſes & Aaron in tabernaculum teſtimonij, &
deinceps egreſsi benedixerunt populo. Apparuitque
gloria Domini omni multitudini: ♀ & ecce egreſſus 24
ignis à Domino, deuorauit holocauſtum, & adipes qui
erant ſuper altare: quod cum vidiſſent turbæ, laudauerũt
Dominum ruentes in facies ſuas.

*Benedicit Aarõ populo.*

*Apparet gloria Domini. 2. macha. 2. c. Ignis à Domino egreſſus deuorat holocauſtum.*

FActum eſt autem 1 octauo die vt vocaret Moſes Abaro-
nem atque filios eius, ſenioreſq; Iſraelis. Dixit autem ad
Aharonem, Tolle tibi vitulum iuuenem ex armento ad
hoſtiam pro peccato, & arietẽ in holocauſtũ, integros [vtroſq;]
& adduc in conſpectum Domini. Ad filios verò Iſrael dices
hiſce verbis, Tollite hircum ex capris pro hoſtia peccati, & vi-
tulum, & agnum, anniculos, integros pro holocauſto. Bouem
quoq; & arietem pro pacificis, ad ſacrificandum coram Domi
no, & oblationem Minha oleo conſperſam: hodie enim Domi
nus apparebit vobis. Tulerunt itaq; quæ præcepit Moſes, ante
tentorium 2 conſtitutionis, & acceſsit vniuerſus cœtus, ſtete-
runtq; 3 coram Domino: Et ait Moſes, Hoc eſt verbũ quod præ-
cepit Dominus vt faciatis, & apparebit vobis gloria Domini.
Et ait Moſes ad Aharonem, Accede ad aram, & fac ſacrificium
tuum pro peccato, & holocauſtum tuum, 4 & fac expiationem
pro te, & pro populo, & fac etiam ſacrificium populi, 5 vt ex-
pies eos, quemadmodum præcepit Dominus. Acceſsit igitur
Aharon ad aram, & mactauit vitulum quem habuit pro pec-
cato. Et attulerunt filij Aharonis ſanguinem ad eum, & intin
gens digitum ſuum in ſanguine, poſuit ſuper cornua aræ, fu-
ditq; ſanguinem ad baſim aræ. Adipem verò & renes, & reti-
culum iecoris de illa hoſtia peccati, 6 incendit in ara, quemad
modum præceperat Dominus Moſi. Porrò carnem & pellem
igne combuſsit extra caſtra. Mactauit & holocauſtum, &
porrexerunt Aharoni filij eius ſanguinem, quem ſparſit ſuper
aram per circuitum. Sed & holocauſtum ipſum adminiſtra-
runt ei, 7 cum inciſionibus ſuis, & capite, quæ 6 incendit ſuper
aram. Lauit quoq; 8 ventrem & crura, & 9 incendit cum ho
locauſto in ara. Deinde adduxit ſacrificium populi, accipiens
caprum, quem 10 habuit populus hoſtiam peccati, & mactans
eum, confecit eum pro hoſtia peccati, quemadmodum priorẽ.
Et ſacrificauit holocauſtum, & fecit illud iuxta ritum. Addu-
xit & 11 cibarium ſacrificiũ, implẽs manum ſuã ex eo, & in-
cẽdens in ara præter holocauſtum matutinum. Mactauit & bo
uẽ, & arietẽ, ſacrificium [ſcilicet] 12 gratulatorium, 13 quod
populus habuit. Et filij Aharonis porrexerunt ei ſanguinẽ, quẽ
ſparſit ſuper arã per ambitum. Et adipes de boue, & ariete, &
caudã, 14 & obtegentẽ [adipem,] & renes atq; reticulum ieco
ris. Et poſuerunt adipes ſuper 15 pectuſculum, & 16 incendit
adipes in ara. Pectuſcula verò & armum dexterum 17 mouit
Aharon tenupha coram Domino, quemadmodum præceperat
Moſes. Et leuans Aharon manum ſuam ſuper populum, fau-
ſta eſt eis imprecatus. 18 tum deſcendit [19 ab ara,] vbi fece-
rat hoſtiam pro peccato, & holocauſtum, 20 atq; gratulatoria.
21 Et veniens Moſes atq; Aharon in tentorium conſtitutionis,
egreſsi, bene precati ſunt populo, viſaq; eſt gloria Domini vni-
uerſo populo. 22 Et egreſſus eſt ignis à facie Domini, deuora-
uitq; in ara holocauſtum, & adipes: quod videns vniuerſus po
pulus, lætis vocibus 23 exclamans, ceciderunt in facies ſuas.

## SCHOLIA IN CAP. IX.

1 Sub. Martij. Hæc enim geſta ſunt altero anno egreſsionis ex AEgypto, octauo Martij: non vt Rabbini volũt primò. 2 cõuẽtus, 3 nẽpe ante fores tabernaculi. 4 vel, & deprecare pro te. Aut, placa tibi Deũ, propitiũ tibi redde & fauẽtẽ tibi & populo p̱ ſacrificium.

5 & ora pro eis. vel, placa(Deum)pro illis, 6 ideſt, cremandũ poſuit ſuper altare. nam igni de cælo abſumebatur holocauſtum. 7 ideſt, cum artubus ſuis in fruſta conciſis. 8 inteſtina 9 id eſt cremanda poſuit. 10 vel, tradiderat populus pro hoſtia peccati, 11 munus, ideſt, ex eo munere cepit quantum pugillo capi poteſt, & cremandum poſuit ſuper altare, vt quando deſcenderet ignis, comburerentur omnia. Præter holocauſtum matutinum, inquit: nam ante omnia ſacrificia matutino tempore offerebatur holocauſtum, & rurſus veſperi vltimum ſacrificium erat holocauſtũ. 12 pacificorum, 13 vel, quod erat populi. ſiue, quod pro populo offerebatur. 14 & adipem tegentem exta, 15 pectora. bouis ſcilicet & arietis. 16 cremandos poſuit 17 agitauit Aaron agitatione, ideſt, agitando obtulit. 18 poſtquam deſcenderat. Quia altare erat in loco editiore, idcirco, deſcenderat, dixit. 19 ab apparando oblationem 20 & ſacrificium pacificorum. 21 vel, Iam vero ingreſſi fuerant Moſes & Aaron tabernaculum fœderis, & egreſſi erant, & benedixerunt populum, &c. 22 His verbis declarat quid ſignificarent verba illa, Apparuitque gloria Domini, nempe, deſcendit ignis de cælo, &c. 23 exclamauit, & concidit in faciem ſuam. Honoris ſcilicet cauſa: aut præ metu. q. d. attoniti fuerunt viſo miraculo. Pro Exclamauit, Chaldæus paraphr. vertit, prorupit in laudem Domini.

## CAP. X.

*ET accipientes filij Aharonis Nadab & Abihu quiſque acerram ſuam, impoſito igne, miſerunt in eas incenſum, & attulerunt coram Domino ignem 1 alienum. de quo nihil eis 2 præceperat. Et egreſſus ignis à facie Domini, 3 deuorauit eos, mortuique ſunt 4 in conſpectu Domini. Et ait Moſes ad Aharonem, 5 Hoc eſt quod loquutus eſt Dominus, quum diceret, 6 In his qui mihi appropinquant 7 ſanctus ero, & in conſpectu vniuerſi populi 8 glorioſus. & Aharon tacuit. Vocauit ergo Moſes Miſael & Elzaphan, filios Vſielis, qui fuit patruus Aharonis, & dixit ad eos, Accedite, efferte 9 fratres veſtros 10 è ſanctuario extra caſtra. Et illi accedentes, tulerunt eos in tunicis ſuis extra caſtra, ſicut loquutus fuerat Moſes. Et ait Moſes ad Aharonem, & ad Eleazarum atque Ithamarum filios eius, Capita veſtra 11 ne nudetis, nec veſtimenta diſcindatis, ne moriamini, & 12 ne indignatio cadat ſuper vniuerſum cœtum: ſed fratres veſtri, nempe tota domus Iſrael, defleant 13 deflagrationem quam incendit Dominus. Et 14 de oſtio tentorij conſtitutionis ne egredimini, ne forte moriamini: 16 quoniam oleum vnctionis Domini eſt in vobis. & fecerunt iuxta verbum Moſis. Et 17 loquutus eſt Dominus ad Aharonem hiſce verbis, Vinum & ſiceram 18 non bibes, tu & filij tui qui tecum ſunt, 19 quum ingreſſi fueritis tentorium conſtitutionis, ne moriamini: 20 ſtatutum hoc ſit ſempiternum per poſteritates veſtras. 21 Et vt diſcernatis inter ſanctum & inter prophanum, inter immundum & mundum. 22 Vtque doceatis filios Iſrael omnia ſtatuta 23 quæ Dominus ad eos per Moſen loquutus eſt. Et loquutus eſt Moſes ad Aharonẽ, & ad Eleazarum, & Ithamarum filios eius reſiduos, Tollite 24 cibarium ſacrificium quod ſupereſt ex eis ſacrificijs, quæ igne conſiunt Domino, & comedite illud 25 infermentatum iuxta aram, quoniam 26 ſacroſanctum eſt. Comedetis illud [inquam,] in loco ſacro: 27 eſt enim demenſum tuum, & demenſum filiorum tuorum, de eis ſacrificijs quæ igne conſiunt Domino, quoniam ſic iuſſus ſum: 28 Et pectuſculum tenupha, armumque thruma comedetis in loco mundo, tu & filij tui, atque filiæ tuæ tecum: ſiquidem pro iure tuo, & pro iure filiorum tuorum data ſunt [iſta] de ſacrificijs pacificorum filiorum Iſrael. 29 Armum thruma, & pectuſculum tenupha cum ſacrificijs adipum quæ igne fiunt, inferent, vt motitent tenupha coram Domino. hoc erit tibi, & filijs tuis tecum, ſtatutum perpetuum, quemadmodum præcepit Dominus. Hircum quoque pro peccato diligenter quæſiuit Moſes, & ecce erat cõbuſtus. iratus eſt ergo contra Eleazar atque Ithamar filios Aharonis ſuperſtites, & ait, Quare non comediſtis hoſtiam pro peccato in loco ſacro, quum ſit ſacroſancta, illamque vobis 30 dederit, 31 vt auferatis iniquitatem cœtus, 32 ad expiandum eos in conſpectu Domini? En ſanguis eius non eſt illatus intra ſanctuarium interius, omnino debueratis comedere eam 33 in ſanctuario, quemadmodum 34 præceperam. Aharon autem reſpondit Moſi, En attulerunt hodie hoſtiam ſuam pro peccato, & holocauſtum ſuum coram Domino, 35 taliaque mihi acciderunt: & ſi comediſſem hoſtiam pro peccato hodie, num hoc benefactum eſſet in oculis Domini? Quod quum audiſſet Moſes, 36 boni conſuluit.*

## CAP. X.

1 ARreptiſq; Nadab & Abiu filij Aaron thuribulis, impoſuerunt ignem, & incenſum deſuper, offerẽtes coram Domino ignem alienum, quod eis præ
2 ceptum non erat. ¶ Egreſſuſq; ignis à Domino, deuorauit
3 eos, & mortui ſunt coram Domino. ¶ Dixitq; Moyſes ad Aaron, Hoc eſt quod locutus eſt Dñs, Sãctificabor in ijs qui appropinquant mihi, & in conſpectu omnis populi
4 glorificabor. quod audiens tacuit Aaron. ¶ Vocatis autem Moyſes Miſaele, & Eliſaphan filijs Oziel, patrui Aarõ, ait ad eos, Ite, & tollite fratres veſtros de cõſpectu ſanctua-
5 rij, & aſportate extra caſtra. ¶ Confeſtimq; pergentes, tulerunt eos ſicut iacebant, veſtitos lineis tunicis, & eiece-
6 runt foras, vt ſibi fuerat imperatum. ¶ Locutuſq; eſt Moyſes ad Aaron, & ad Eleazar, & Ithamar filios eius, Capita veſtra nolite nudare, & veſtimenta nolite ſcindere: ne forte moriamini, & ſuper omnem cœtum oriatur indignatio. fratres* veſtri, & omnis domus Iſrael plangant incen-
7 dium quod Dñs ſuſcitauit. ¶ Vos autem" non egrediemini fores tabernaculi, alioquin peribitis. oleum quippe ſanctæ vnctionis eſt ſuper vos. Qui fecerũt omnia iuxta præ
8 ceptum Moyſi. ¶ Dixitq; Dominus ad Aaron, ¶ Vinum,
9 & omne quod inebriare poteſt, non bibetis tu & filij tui, quando intrabitis in tabernaculũ teſtimonij, ne moriamini: quia præceptum ſempiternum eſt in generationes ve-
10 ſtras. ¶ Et vt habeatis ſcientiam diſcernendi inter ſanctũ
11 & prophanum, inter pollutum & mundum: ¶ Doceatiſq; filios Iſrael omnia legitima mea quæ locutus eſt Dñs ad
12 eos per manum Moyſi. ¶ Locutuſque eſt Moyſes ad Aaron, & ad Eleazar & Ithamar filios eius, qui erãt reſidui, Tollite ſacrificium quod remanſit de oblatione Dñi, & comedite illud abſq; fermento iuxta altare: quia ſanctum
13 ſanctorum eſt. ¶ Comedetis autem in loco ſancto: quod datum eſt tibi & filijs tuis de oblationibus Dñi, ſicut præ-
14 ceptum eſt mihi. ¶ Pectuſculum quoq; quod oblatum eſt, & armum qui ſeparatus" eſt, edetis in loco mundiſſimo tu & filij tui, & filię tuæ tecum. tibi enim ac liberis tuis" repoſita ſunt de hoſtijs ſalutaribus filiorum Iſ-
15 rael: ¶ Eo quod armum & pectus, & adipes qui cremantur in altari, eleuauerũt coram Domino, & pertineant ad te, & ad filios tuos lege perpetua, ſicut præcepit Dominus.
16 ¶ Inter hæc hircum qui oblatus fuerat pro peccato cum quæreret Moyſes, exuſtum reperit: iratuſque contra Eleazar & Ithamar filios Aaron qui remanſerant,
17 ait, ¶ Cur non comediſtis hoſtiam pro peccato in loco ſancto, quæ ſancta ſanctorum eſt, & data vobis vt portetis iniquitatem multitudinis, & rogetis pro
18 ea in conſpectu Domini, ¶ præſertim cum de ſanguine illius non ſit illatum intra ſancta, & comedere debueratis eam in ſanctuario, ſicut præceptum eſt
19 mihi? ¶ Reſpondit Aaron, Oblata eſt hodie victima pro peccato, & holocauſtum coram Domino: mihi autem accidit quod vides. quomodo potui comedere eam, aut placere Domino in ceremonijs men-
20 te lugubri? ¶ Quod cum audiſſet Moyſes, recepit ſatiſfactionem.

Nadab & Abiu comburuntur à Deo. Num. 3. a. 26. g. 1. par. 24. a.

Feruntur extra caſtra.

Planctus Iſrael B ob incenſos Nadab & Abiu.

*quoque

"ne egrediminí

Interdicitur ſacerdotibus vino.

C Sacerdotes comedunt reſiduũ oblationis.

*ſepoſita

D 1. Mac. 2. e. Iraſcitur Moyſes, quod nõ comederint reſiduum.

SCHO-



## SCHOLIA IN CAP. X.

1 Vel, externum, ideſt, qui non erat è cælo miſſus, & ſumptus ex altari. Durauit autem ignis iſte è cælo demiſſus ſuper altare, vſq; ad illud tempus quo captiui Iſraelitæ in Babylonem abducti ſunt. 2 Sub. Moſes. q. d. ipſi non admoniti à Moſe acceperunt ignem. 3 ideſt, exanimauit. neque enim in fauillam redacti ſunt, vt ex ſequentibus intelligere licet. 4 in eodem ſcilicet loco, ideſt, ad altare holocauſti in atrio. 5 ideſt, Nunc verbũ Dei impletum eſt. 6 ideſt, In ſacerdotibus qui propinquiores ſunt mihi. q. d. Eos qui mihi propinquiores fuerint puniam, ſi aberrauerint. 7 ideſt, ſanctum me oſtendam, & ſanctitatis amatorẽ, qui ſanctè velim coli, & leges meas nolim pollui. 8 ideſt, apparebo glorioſus, ſiue apparebit gloria mea. 9 ideſt, cognatos. 10 è conſpectu ſanctitatis, ideſt, loci ſancti. 11 more ſcilicet lugentium. Dominus non vult eos eſſe triſtes propter mortem impiorũ: neque vult vt contra præceptum eius quicquam faciant. 12 ideſt, ne iraſcatur Dominus aduerſus congregationem. 13 ideſt, mortem filiorum Aaron qui igni à Deo cælitus immiſſo perierunt. 14 ab oſtio tabernaculi fœderis (ſiue conuentus) ne, &c. q. d. ne ceſſaueritis ab officio veſtro, manete domi in loco ſancto, ibique vacate orationi & ſacrificijs, & ijs quæ ſunt muneris veſtri. 16 ideſt, quia vncti eſtis oleo ſancto. 17 opera ſcilicet Moſis. 18 vel, ne bibas. Nõ ſemper abſtinebant à vino ſacerdotes, ſed quando ingreſſuri erant tabernaculum fœderis, ſacrorum cauſa. 19 quando intraturi eſtis in tabernaculũ conuentus, ideſt, quãdo debebitis officio veſtro fungi. 20 ideſt, volo hoc ſtatutum perpetuo à vobis obſeruari quibuſcunque ſeculis vixeritis. 21 Tum vt diſcernatis. Sub. ex præcedentibus, vinum ne bibatis, Tum vt habeatis diſcretionem inter diem, vel locum ſanctum & prophanum. vel inter rem ſanctam & prophanam, 22 vel, Tum vt doceatis 23 Hebraiſmus eſt, pro, quæ locutus ſum ego. 24 reliquum muneris ex his quæ incenſa ſunt Domino. q. d. Quum aliqua Domino offerentur, pars incẽdetur Domino, reliquum vero accipietis in vſum veſtrũ. 25 in infermẽtatis, ideſt, ex eo munere facietis panes infermẽtatos, quos comedetis. 26 Heb. ſanctitas ſanctitatum eſt, ideſt, res eſt ſacroſancta. 27 quia hoc eſt ius tuum, & ius filiorum tuorum de incenſis Domini: ſic enim præceptum eſt mihi, ideſt, quia ex iure ſacerdotali hoc ad te pertinet ex his quæ incenduntur in honorem Domini. Locum ſanctum vocat atrium tabernaculi fœderis. 28 Pectus quoque agitationis, & armum oblationis edetis, &c. Pectus agitationis vocat quod cum quadam agitatione offerebatur. Armum item eleuationis, qui cum quadam eleuatione offerebatur. Chaldæus paraphraſtes vertit, armum ſeparationis, ideſt, qui ſeparatur ab hoſtia & victima. 29 Armum eleuationis, & pectus agitationis, cũ incẽſis adipibus offerent, vt ea agites (vel, eleues eleuatione) coram Dño: eritque tuum & filiorum tuorum tecum in ius æternum, ideſt, cedet tibi & filijs tuis iure perpetuo. 30 ſubaudi, Dominus 31 vel, vt remittatis iniquitatem. 32 ideſt, ad placandũ Deum pro eis? 33 ideſt, in atrio. 34 capite ſexto ſcilicet huius libri. 35 mihi autem acciderunt huiuſmodi. ſi igitur comediſſem hodie oblationem illam pro peccato, an placuiſſet Deo? ideſt. Mihi tamen mortui ſunt filij mei: quod certe argumento eſt illorũ ſacrificiũ Deo nõ placuiſſe. (ignorabat enim Aaron cauſam mortis filiorũ.) Si igit̃ comediſſem ꝙ mihi debebat̃ ex ea oblatione, quomodo placuiſſem Deo, quũ oblatio ipſa nõ placuerit? q. d. Nõ putaui fore Deo gratũ, quũ ea victima nõ fuerit placat⁹. 36 Heb. placuit ĩ oculis eius. Hebraicus loquẽdi mod⁹ eſt, pro, hęc reſpõſio placuit ei.

## CAP. XI.

Animalia munda, & immunda. deut. 14. a.

LOcutuſque eſt Dominus ad Moyſen & Aaron, di- 1
cens, ¶ Dicite filijs Iſrael, Cuſtodite omnia quæ 2
ſcripſi vobis, vt ſim Deus veſter. Hæc ſunt animalia quæ comedere debetis de cunctis animantibus terræ,
¶ Omne quod habet diuiſam vngulã, & ruminat in peco- 3
ribus, comedetis. ¶ Quicquid autem ruminat*, & habet 4
vngulam, ſed non diuidit eam, ſicut camelus & cætera, non comedetis illud, & inter immunda reputabitis.
¶ Chœrogryllus qui ruminat, vngulamque non diui- 5
dit, immundus eſt. ¶ Lepus quoque: nam & ipſe rumi- 6
nat, ſed vngulam non diuidit. ¶ Et ſus: qui cum vngu- 7
lam diuidat, non ruminat. ¶ horum carnibus non ve- 8
ſcemini, nec cadauera contingetis, quia immunda
ſunt vobis. ¶ Hæc etiam ſunt quæ gignuntur in aquis, 9
& veſci licitum eſt, Omne quod habet pinnulas & ſquamas, tam in mari quàm in fluminibus & ſtagnis, comede-
tis. ¶ Quicquid autẽ pinnulas & ſquamas non habet eorũ 10
quæ in aquis mouentur & viuũt, abominabile vobis ¶ exe 11
crandumque erit. carnes eorum non comedetis, & mor-
ticina vitabitis. ¶ Cũcta quę nõ habent pinnulas & ſqua- 12
mas in aquis, polluta erunt. ¶ Hæc ſunt quæ de auibus co 13
medere non debetis, & vitanda ſunt vobis, aquilam, &
gryphem, & haliæetum, ¶ & miluum ac vulturẽ iuxta ge- 14
nus ſuum, ¶ & omne coruini generis in ſimilitudinẽ ſuam, 15
C ¶ Struthionem, & noctuam, & larum, & accipitrem iuxta 16
genus ſuũ: ¶ Bubonem, & mergulum, & ibin, ¶ & cygnũ, 17
& onocrotalum, & Porphyrionẽ, ¶ herodionem & chara 18
drion iuxta genus ſuũ, vpupam quoque & veſpertilionẽ. 19
¶ Omne de volucribus quod graditur ſuper quatuor pe- 20
des, abominabile erit vobis. ¶ Quicquid aũt ambulat qui- 21
dẽ ſuper quatuor pedes, ſed habet lõgiora retro crura, per
quæ ſalit ſuper terram, ¶ comedere debetis, vt eſt brucus 22
in genere ſuo, & attacus atque ophiomachus, ac locuſta,
ſingula iuxta genus ſuum. ¶ Quicquid autem ex volucri- 23
bus quatuor tantũ habet pedes, execrabile erit vobis: ¶ & 24
D quicũq; morticina eorũ tetigerit, polluetur, & erit immũ
dus vſq; ad veſperũ: ¶ & ſi neceſſe fuerit vt portet quip- 25
piam horum mortuum, lauabit veſtimenta ſua, & immun
dus erit vſque ad occaſum ſolis. ¶ Omne animal quod ha- 26
bet quidem vngulam, ſed non diuidit eam, nec ruminat,
immundũ erit: & quicquid tetigerit illud, cõtaminabitur.

*quidem

Chœrogryllus.

Lepus. Sus. 2. ma. 6. d.

B

Piſces mundi & immundi.

Aues immũdæ.

Aues mundæ.

Animalia immunda.

## CAP. XI.

*ET loquutus eſt Dñs ad Moſen & Aharonẽ, dicẽs, Loquimini ad filios Iſrael in hãc ſententiam, Hoc eſt animal quod comedetis ex omni iumẽto quod eſt ſuper terram. Quicquid ex iumẽtis vngulã ſeparat, 1 & vngulas fiſſura findit, 2 ruminationẽ ſurſum reuocas, hoc comedatis. Veruntamẽ hoc nõ comedetis ex his quæ ruminationẽ ſurſum reuocãt, 3 & ex his quæ vngulã ſeparãt, camelus 4 qui ſurſum quidẽ ruminationẽ reuocat, at vngulã nõ ſeparat, & ob id immũdus ſit vobis. Cuniculus 4 qui & ipſe ruminat, ſed vngulã non ſeparat, immũdus ſit vobis. Et lepus, qui ruminationẽ reuocat ſurſum, at vngulã nõ ſeparat, immũdus ſit vobis. Et ſus, quũ vngulam ſeparet, findatq; fiſſura vngulã, ruminationẽ tamẽ nõ reuocat, immundus ſit vobis. De carne eorũ ne edatis, & cadauer illorũ ne tãgatis, ſed immũda ſint vobis. Ex omnibus verò quæ in aquis ſunt, hoc comedetis, Quæcũq; in aquis pinnulas habẽt & ſquamas, tã in mari quã in fluminibus, ea comedetis. Et quicquid pinnulas nõ habet ac ſquamas, in mari & fluminibus, ex omnibus 5 reptilibus aquaticis, & ex cũcta anima viuẽte quæ in aquis eſt, 6 abominãdũ ſit vobis: abominãda inquã ſint vobis, 7 de carne eorũ ne comedatis, & cadauer illorũ horreatis. Quidquid in aquis pinnulas & ſquamas nõ habet, ſit vobis abominãdũ. In auibus hæc ſunt 8 à quibus horrere, nec ea comedere debetis, abominãda enim ſunt, aquila, 9 accipiter, 10 aquila marina, vultur & miluus iuxta ſpeciẽ ſuã: oĩs coruus iuxta ſpeciẽ ſuã. 11 Struthio, noctua, 12 cuculus, 13 niſus iuxta ſpeciẽ ſuã: Nycticorax, mergulus, 14 bubo, 15 Porphyrion, 16 ibis, pelecanus, Ciconia, & 17 graculus iuxta ſpeciẽ ſuã, vpupa & veſpertilio. Quicquid ex volucrib⁹ repit & vadit ſuper 18 quatuor, abominãdũ vobis eſto. Verũtamẽ iſtud comedetis ex omni reptili pẽnato, quod graditur ſup 18 quatuor, 19 cui ſcilicet ſũt ſuffragines ſup pedes eius, quib⁹ ſaltare põt ſup terrã. Ex quib⁹ hæc 20 comedetis, 21 arbe iuxta ſpeciẽ ſuã, & 22 ſaleã iuxta ſpeciẽ ſuã, & 23 bargol iuxta ſpeciẽ ſuã, & 24 hagab iuxta ſpeciẽ ſuã. Omne verò [reliquũ] reptile alatũ quod quatuor pedes habet, 25 abominãdũ eſto vobis. 26 In iſtis polluemini: & quicunq; cadauer illorũ tetigerit, immundus ſit vſq; ad veſperã. Quicũq; 27 extulerit cadauer eorũ aliquod, lauabit veſtimenta ſua, & erit impurus vſq; ad veſperam. Omne animal quod 28 ſeparat vngulam, ſed fiſſuram non findit, nec ruminationem ſurſum reuocat, immunda hæc ſint vobis: quicunque tetigerit 29 ea, immundus erit.*

*Et quicquid graditur 30 ſuper manus ſuas,in omni animali*
*quod ambulat ſuper quatuor,immūda ſint vobis talia:& qui*
*cunque tetigerit cadauer illorum,ad veſperā vſq; ſit immun-*
*dus.Et qui 31 portauerit cadauer illorum , lauet veſtimenta*
*ſua,eritq; immundus vſq; ad veſperā: 32 immunda hæc ſint*
*vobis.Et in reptili quod reptat ſuper terrā,hoc vobis immun-*
*dum ſit,*Muſtela *& mus,*⁒*crocodilus iuxta ſpeciē ſuā : 33* Eri
*cius,limax,*Stellio,*lacerta & 34 chamæleō:hæc immūda ſint*
*vobis in omni reptili:quicunq; tetigerit ea mortua, 35 immū-*
*dus erit vſq; ad veſperā.*Et *ſuper quodcunq; ceciderit 36 ca-*
*dauer eorum,immundum erit,ſiue fuerit vas ligneum,ſiue ve*
*ſtis,ſiue pellis,ſiue ſaccus,ſiue quodcunq; vas in quo fit aliquod*
*opus:per aquā traducatur,ſitq; immūdum vſq; ad veſperā,&*
*37 tum mundabitur.* Omne *quoq; vas fictile,in quod aliquid*
*ex his inciderit,immundum erit quidquid intra ipſum fuerit,*
*vaſq; ipſum cōfringetis.Sed & omnis cibus qui comedi ſolet,*
*ſuper quē venerit aqua[huiuſmodi,]immundus erit : & om-*
*nis potus qui bibi ſolet,in quocunq; fuerit vaſe,immūdus erit.*
Et *omne ſuper quod ceciderit 38 cadauer illorum,immūdum*
*erit:[proinde]furnus & ollæ diruātur, quia immunda ſunt,*
*eruntq; vobis immunda.*At *fons,39 puteus,& aquarum col-*
*lectio munda erit:& 40 qui cadauer illorum tetigerit, immū*
*dus erit.* Quòd *ſi 41 cadauer illorum ceciderit ſuper quod-*
*cunque 42 ſemē quodſeminatur aut ſeminari poßit,mun-*
*dum erit. 43 Sin aqua fuſa fuerit ſuper ſemen , & cecide-*
*rit ſuper illud 44 cadauer illorum,immundum erit vobis . Si*
*fuerit mortuum aliquod iumētum,quod à vobis edi poteſt, &*
*aliquis tetigerit cadauer eius,is immūd⁹ erit vſq; ad veſperā.*
Q*ui comederit de morticino eius,lauabit veſtimēta ſua,& erit*
*immundus vſq; ad veſperā:ſic qui portauerit cadauer eius,la-*
*uabit veſtimēta ſua,& immūdus erit vſq; ad veſperā.* Deniq;
*omne reptile quod reptat ſuper terrā,abominādum ſit vobis,*
*nec comedatur.Quidquid incedit ſuper pectus , & quidquid*
*ambulat ſuper quatuor,aut quod plures habet pedes, in omni*
*reptili quod reptat ſuper terrā,ea nō comedetis,quoniā abomi*
*nāda ſunt.*Ne *reddatis 45 abominādas animas veſtras in vl-*
*lo reptili reptāti,neq; polluatis vos in eis,vt 46 immundi fia-*
*tis in eis,quoniā ego ſum* Dn̄s Deus *veſter : ſanctos ergo vos*
*ſeruate,& ſancti eſtote,quoniā ego ſanctus ſum,& ne pollua*
*tis animas veſtras in vllo reptili quod reptat ſuper terrā .* Ego
*enim ſum* Dn̄s,*qui eduxi vos de terra* AEgypti,*vt eſſem* Deus
*veſter:ſancti ergo ſitis,quia ego ſanctus ſum.*Hæc *eſt lex iumē*
*torū,& volucrū,omniſq; animæ viuētis quæ reptat in aquis,*
*& omnis animæ quæ reptat ſuper terra.*Vt *ſcilicet 47 diſcri-*
*men fiat inter immundum & inter mundum : inter animal*
*quod edi poteſt,& inter animal quod edi non debet.*

27 ¶ Quod ambulat ſuper manus ex cunctis animanti-
bus,quæ incedunt quadrupedia , immundum erit : qui
tetigerit morticina eorum , polluetur vſque ad veſpe-
28 rum.¶Et qui portauerit huiuſcemodi cadauera , lauabit
veſtimenta ſua , & immundus erit vſque ad veſperum:
29 quia omnia hæc immunda ſunt vobis. ¶ Hæc quoque
inter polluta reputabuntur de his quæ mouentur in ter- E
ra , Muſtela & mus & crocodilus , ſingula iuxta genus
30 ſuum, ¶ mygale , & chamæleon,& ſtellio,& lacerta,&
31 talpa: ¶ omnia hæc immunda ſunt. Qui tetigerit morti-
32 cina eorum,immundus erit vſque ad veſperum: ¶ & ſu-
per quod ceciderit quicquam de morticinis eorum , pol-
luetur tam vas ligneum & veſtimentum, quàm pelles &
cilicia:& in quocunque fit opus,tingentur aqua,& pollu-
ta erunt vſque ad veſperum,& ſic poſtea mundabuntur.
33 ¶ Vas autem fictile in quod horum quicquam intrò ce-
34 ciderit,polluetur,& idcirco frangendum eſt. ¶ Omnis Cibus.
cibus quem comedetis,ſi fuſa fuerit ſuper eum aqua, im-
mundus erit:& omne liquens quod bibitur de vniuerſo Potus.
35 vaſe,immundum erit. ¶ Et quicquid de morticinis hu- F
iuſcemodi ceciderit ſuper illud,immundum erit:ſiue cli-
bani,ſiue chytropodes,deſtruentur , & immundi erunt.
36 ¶ Fontes verò & ciſternæ,& omnis aquarum congrega- Fons.
tio munda erit:qui morticinum eorum tetigerit, pollue-
37 tur. ¶ Si ceciderit ſuper ſementem , non polluet eam.
38 ¶ Si autem quiſpiam aqua ſementem perfuderit, & po- Sementis.
39 ſtea morticinis tacta fuerit,illico polluetur. ¶ Si mor-
tuum fuerit animal quod licet vobis comedere,qui cada-
40 uer eius tetigerit,immundus erit vſque ad veſperum.¶ &
qui comederit ex eo quippiam,ſiue portauerit:lauabit ve
41 ſtimenta ſua,& immundus erit vſque ad veſperum.¶ Om
ne quod reptat ſuper terram,abominabile erit,nec aſſu- Reptile immundum.
42 metur in cibum. ¶ Quicquid ſuper pectus quadrupes gra
ditur,& multos habet pedes , ſiue per humum trahitur, G
43 non comedetis,quia abominabile eſt. ¶ Nolite conta-
minare animas veſtras,nec tangatis quicquam eorum, ne
44 immundi ſitis. ¶ Ego enim ſum Dominus Deus veſter:
ſancti eſtote , quia ego ſanctus ſum . Ne polluatis ani- 1.Pet.1.c.
mas veſtras in omni reptili , quod mouetur ſuper ter-
45 ram. ¶ Ego enim ſum Dominus , qui eduxi vos de
Terra-AEgypti , vt eſſem vobis in Deum. Sancti eritis,
46 quia ego ſanctus ſum. ¶ Iſta eſt lex animantium ac vo-
lucrum,& omnis animæ viuentis , quæ mouetur in aqua,
47 & reptat in terra, ¶ vt differentias noueritis mundi &
immundi,& ſciatis quid comedere & quid reſpuere de-
beatis.

## SCHOLIA IN CAP. XI.

1 Hebraiſmus,& findens fiſſuram vngularum,ideſt, habēs vngulam omnino fiſſam. Hoc ponitur ad maiorem declarationē. 2 Hebraiſmus,reuocans cibum inter animalia comedetis,ideſt,cibū in ſtomachum demiſſum ruminans inter animalia , comedere poteritis. 3 aut. Cū Ex ruminantibus, dicit,& Ex diuidentibus vngulā,ſubaudi aduerbiū T A N T V M vel S O L V M.q.d.ex animalibus quæ tantū ruminant,aut diuidunt vngulā tantū. Quatuor enim genera animaliū hîc ſunt attendenda:nā alia ruminant tantū,alia diuidunt vngulā tantū,alia neque ruminant, neque vngulā biſulcā habent:alia & ruminant,& vngulā biſulcā habent.animalia poſtremi huius generis munda ſunt,reliqua impura. 4 quia 5 Per reptilia,intelligit minores piſces qui naſcuntur ex cœno:per animalia viuentia,intelligit maiores qui naſcuntur ex coitu maris & fœminæ. 6 ideſt,abſtinete ab horum eſu. 7 ſeipſum interpretatur quid per(abominari)intelligat. 8 Heb.quæ abominatio ſunt vobis, 9 vel,griphus. Alij ſpeciē aquilæ eſſe volunt,quā oſſifragā vocant. 10 Haliæetus,aquila eſt marina,à mari & piſcationibus ſic appellata. ἁλιεύω enim eſt piſcor:& ἀετὸς aquila. 11 Heb.Filia ſtruthionis,ideſt,Struthiocamelus. 12 vel,larus. 13 accipiter 14 ibis. 15 vel,Cygnus, 16 platēa,(ſiue pelecanus) & chlorio, 17 Nonnulli vertunt picā,alij miluū. LXX, charadrion. Eſt autē charadrios Græca vox , pro qua Theodorus Gaza lib.8.de hiſt.anim.vertit rapax auis. Quidā ex Hebræis exiſtimant eā ſignificare auem quā Hairon dicimus. 18 ſub.pedes. 19 vel,quibus crura oblonga 20 ſiue,comedere poteritis, 21 Vocabula Hebræa ideo relicta,quod varie ab interpretibus traducta ſint. Significant autē ferè locuſtarū , cicadarū,ac brucorū ſpecies. Arbe,locuſtā doctiſsimi quique vertunt. 22 Attacū quidā vertunt,dicuntque genus eſſe volucris ſuper quatuor pedes ambulantis,longioraque retro crura habentis. Hebræi genus eſſe locuſtæ dicunt,altū & ſine cauda,cuius caput eſt oblongū. 23 ophiomachus,genus volucris aut lacertæ pugnantis cū ſerpente , ex re nomen habens. Vox tamen Hebræa H A R G O L,magis ſignificat genus locuſtarū. 24 brucus 25 abominatio ſunt vobis. 26 vel, Propter hæc. 27 ſub.extra caſtra. 28 vel, diuidit 29 ideſt,cadauera eorū. 30 ſuper volas ſuas. Vt ſcilicet faciūt ſimiæ. 31 extulerit.ſub.extra caſtra. 32 ideſt,poſſunt vos immundos reddere ſuo contactu. ⁒ Verti poteſt bufo. Quidā vertunt hericiū. Alij dicunt vocē Hebræā ſignificare ranā cāpeſtrem, 33 Mygale,& chamæleon, 34 talpa: 35 .i.nō poterit verſari cū alijs,nec ingredi atrium:nec veſci oblatis:poſt veſperam autē poterit verſari,&c. 36 Heb.aliquid ex eis poſtquam mortua fuerint. ſiue,dum moriuntur.aut,in morte eorum, 37 nempe veſpera facta,reddentur pura, 38 de cadaueribus eorum. 39 ciſterna congregationis aquarum 40 quod cadauer illorum contigerit,immundum erit. 41 de cadauere eorum 42 Heb.ſemen ſeminatū quod ſeminabitur, 43 Hoc dicit,quod quædam ſemina aqua macerantur,prius quàm terræ mandentur:vt ſunt fabæ. 44 quicquā ex cadaueribus 45 pollutas 46. impuritatem contrahatis per illa. Repetitio Hebraica. 47 diſcrimen ponere valeatis.

C A P.



## CAP. XII.

Lex purgandę mulieris poſt partum. Luc.2.d. Iohan.7.c. Luc.2.c.

LOcutuſque eſt Dominus ad Moyſen,dicēs,¶Loque 1
re filijs Iſrael,& dices ad eos,Mulier ſi ſuſcepto ſe- 2
mine pepererit maſculū,immūda erit ſeptē diebus
iuxta dies ſeparationis mēſtruæ. ¶ Et die octauo circūci 3
B detur infantulus: ¶ ipſa verò triginta tribus diebus mane 4
bit in ſanguine purificationis ſuæ. Omne ſanctū nō tan-
get,nec ingredietur in ſanctuariū donec impleātur dies
purificationis ſuæ. ¶ Sin autē fœminam pepererit,immū- 5
da erit duabus hebdomadibus iuxta ritū fluxus mēſtrui,
C & ſexaginta ſex diebus manebit in ſanguine purificatio-
nis ſuæ. ¶ Cumq; expleti fuerint dies purificationis ſuæ, 6
pro filio,ſiue pro filia,deferet agnū anniculū in holocau
ſtū,& pullū colūbæ ſiue turturē pro peccato ad oſtiū ta-
bernaculi teſtimonij,& tradet ſacerdoti ¶ qui offeret il- 7
D la corā Domino,& orabit pro ea, & ſic mūdabitur à pro
fluuio ſanguinis ſui,iſta eſt lex pariētis maſculū aut fœ-
minā. ¶ Quòd ſi nō inuenerit manus eius , nec potuerit 8
offerre agnū,ſumet duos turtures vel duos pullos colūba
rū,vnum in holocauſtū,& alterum pro peccato, orabit-
que pro ea ſacerdos,& ſic mūdabitur.

Luc.2.d.

## CAP. XII.

*LOquutuſque eſt* Dominus *ad* Moſen *hiſce verbis,* Lo-
*quere ad filios* Iſrael,*& dic,*Mulier *1 ſi ſuſcepto ſemine*
*marē pepererit,ſeptem diebus immūda erit,iuxta dies*
*ſeparationis 2 menſtruorum ſuorum erit immunda.* Porro
*octauo die circūcidetur caro præputij 3 [pueri,] deinde 4 ma*
*neat trigintatribus diebus in ſanguine purificationis ſuæ: 5 ni*
*hil ſanctum tangat,6 in ſanctuarium non ingrediatur , do-*
*nec fuerint exacti dies purgationis ſuæ. Si verò fœminam pe-*
*pererit,immunda erit duabus hebdomadibus 7 iuxta ſepa-*
*rationē ſuam,& 8 ſexagintaſex diebus manebit in ſanguine*
*purificationis ſuæ.Quumque exacti fuerint dies purgationis*
*ſuæ,pro filio vel filia adducet agnū anniculum in holocau-*
*ſtum,& pullum columbinum,aut turturem pro hoſtia pecca-*
*ti,ad oſtium 9 tentorij conſtitutionis , & ad ſacerdotē .* Qui
*adducto 10 illo in conſpectum* Domini, *11 expiabit pro ea,*
*12 mūdabiturq; 13 à fonte ſanguinis ſui . & 14 hæc eſt lex*
*pro pariente marem vel fœminam. 15 Si verò facultas afferē-*
*di agni ei defuerit,accipiat duos turtures , aut duos pullos co-*
*lūbinos,vnū pro holocauſto,& alterū ꝑ hoſtia peccati, 16 &*
*expiabit pro ea ſacerdos,& 17 munda erit.*

## SCHOLIA IN CAP. XII.

1 Heb.ſi ſemē emiſerit,& pepererit,ideſt, ſi emiſſo ſemine conceperit. Hîc Hebræi communiter ſentiunt , mulierem filium parere quoties ipſa primum ſemē miniſtrauerit: nōn quod maſculus generetur ex mulieris ſemine:ſed mulier miniſtrat matrici rubedinem quandam(tale enim eſt mulieris ſemē) quæ mox coagulatur,& à ſuperueniente virili ſemine retinetur , atque fortificatur, creſcit,& tandem in membra conſurgit. Ex albo virili ſemine formātur nerui & oſſa:ex rubeo verò mulieris producuntur caro, ſanguis,& pili. 2 Heb.morbi ſui,ideſt,ſicut tempore quo ſecedere ſolet propter morbum ſuum,hoc eſt, menſes ſuos & fluxum ſanguinis. Vel,tot dies reputabitur impura, quot dies à commercio hominum ſe ſubducere ſolet propter mēſtruorum fluxum:qua de re vide XV caput huius. Hac re conſulebat lex earum ſanitati,ſeptē autem primis à partu diebus ita immunda erat , vt nemini cum ea verſari liceret,ne marito quidem: reliquis triginta tribus diebus verſari quidem,ſed non cum ea rem habere. 3 ſub.eius, ideſt, infantuli. Relatiuum ſine antecedente. 4 Heb.ſedebit.i.ante triginta dies mūdari nō poterit,hoc eſt,domi ſe continebit,tantiſper dū pura reddetur à ſanguinis fluxu quē in partu paſſa eſt. 5 .i.nullā rem ſacrā tanget,vt ſunt decimæ,ſacrificia,& id genus. 6 vel, nec accedet ad ſanctuarium. i.ad locū in quo eſt tabernaculum & atriū,ad cuius atrij fores oblationes fiebāt. 7 .i.quemadmodum impura eſt tempore quo à viro recedit dū patitur menſes. Hoc nō refertur ad numerū dierū, ſed ad puritatē. ſeptē enim diebus, quæ patiebatur menſes,immūda erat: hîc autē quæ peperit fœminam, quatuordecim. 8 .i.ſexaginta ſex diebus continebit ſe domi , donec purificata fuerit à fluxu quem paſſa eſt , dū enixa eſt fœminam . 9 tabernaculi cōuentus. Hîc nomine tabernaculi atrium intelligit,in cuius oſtio oblationes ſuas offerebat populus. 10 vtroque 11 expiabit illam.i.reddet illi Dominū propitium. 12 .i.munda declarabitur. Hebraiſmus. 13 à vena,vel,profluuio 14 Hebraiſmus,pro,hoc facere tenetur mulier quæ peperit marem, aut fœminam. 15 Heb.Quod ſi non inuenerit manus eius ſufficientiam agni. Hebraic⁹ dicēdi modus eſt,pro,ſi tenuiores fuerint eius fortunæ,quàm vt vel agnū offerre poſsit. 16 expiabitque eam.i. reddet ei Deum propitium. 17 .i.munda reputabitur.

## CAP. XIII.

Conſyderatio & diſtinctio lepræ à lepra.

LOcutuſque eſt Dominus ad Moyſen & Aaron, 1
dicens, ¶ Homo in cuius cute & carne ortus 2
fuerit diuerſus color ſiue puſtula , aut quaſi lu-
cens quippiam , id eſt plaga lepræ , adducetur ad Aa-
ron ſacerdotem , vel ad vnum quemlibet filiorum
eius. ¶ Qui cum viderit lepram in cute , & pilos in 3
album mutatos colorem , ipſamque ſpeciem lepræ hu
miliorem cute & carne reliqua , plaga lepræ eſt,
& ad arbitrium eius ſeparabitur. ¶ Sin autem lucens 4
candor fuerit in cute,nec humilior carne reliqua , &
pili coloris priſtini , recludet eum ſacerdos ſeptem
diebus . ¶ Et conſyderabit die ſeptimo : & ſi qui- 5
dem lepra vltrà non creuerit, nec tranſierit in cute
priores terminos , rurſum recludet eum ſeptem die-
bus alijs. ¶ Et die ſeptimo contemplabitur : ſi obſcu 6
B rior fuerit lepra , & non creuerit in cute , mundabit
eum , quia ſcabies eſt : lauabitque homo veſtimenta
ſua , & mundus erit. ¶ Quod ſi poſtquam à ſacerdo 7
te viſus eſt , & redditus munditiæ , iterum lepra cre-
uerit : adducetur ad eum, ¶ & immunditiæ condem 8
nabitur. ¶ Plaga lepræ ſi fuerit in homine , addu- 9
cetur ad ſacerdotem. ¶ Et videbit eum : cumque co- 10
lor albus in cute fuerit , & capillorum mutauerit
aſpectum , ipſa quoque caro viua apparuerit: ¶ Le- 11
pra vetuſtiſsima iudicabitur atque inolita cuti : con-
taminabit itaque eum ſacerdos , & non recludet , quia

## CAP. XIII.

*ET locutus eſt* Dn̄s *ad* Moſen *hiſce verbis,Si fuerit in cu*
*te carnis alicuius hominis tumor,ſeu ſcabies ſerpēs fue*
*rit,ſiue cādicās macula, 1 vt ſit in cute carnis eius ma*
*cula lepræ:ducetur ad* Aharonē *ſacerdotē,vel ad aliquē ex fi-*
*lijs ei⁹ ſacerdotib⁹.Tū inſpiciet ſacerdos 2 maculā in cute car*
*nis:ſi pil⁹ in ipſa 3 macula verſus eſt in cādorē, & aſpectus*
*4 maculæ ſubſidet ꝓfundior ſcilicet quàm ſit cutis carnis ei⁹:*
*3 macula hæc lepra erit:& inſpiciet eū ſacerdos,& 5 immū-*
*dū eū ꝓnūtiabit.Si verò cādicās macula fuerit in cute carnis*
*ei⁹,& aſpectus ei⁹ nō fuerit ꝓfundior ipſa cute , nec pil⁹ eius*
*verſus fuerit in cādore:occludet ſacerdos 6 maculā ſeptē die-*
*b⁹.Tū inſpiciet eū ſacerdos die ſeptimo,& ſi ſane 7 macula ſte*
*terit ſpecie ſua,nec creuit macula in cute,occludet eū ſacerdos*
*ſecūdo ſeptē dieb⁹.*Et *tū inſpiciet 8 eū ſacerdos ſeptimo die rur*
*ſus,& 9 ſi obſcurior fuerit macula,nec creuit macula in cute,*
*10 mūdū ꝓnūtiabit eū ſacerdos:ſcabies eſt ſerpēs,lauabit igi*
*tur veſtimēta ſua,& mūdus erit.* Quòd *ſi ſcabies hæc ſerpēs,*
*omnino creuerit in cute poſt quā à ſacerdote inſpect⁹ eſt,& mū*
*d⁹ iudicat⁹,debet denuo inſpici à ſacerdote.Vidēs igitur ſacer*
*dos quòd ſcabies illa ſerpēs creuerit ī cute,immūdū pronūtia-*
*bit illū ſacerdos,quoniā lepra eſt.Quū 11 macula lepræ fuerit*
*in homine,adducat ad ſacerdotē.Sacerdoſq; ipſe inſpiciat:&*
*ſi tuberculū cādidū fuerit in cute,mutaueritq; 12 pilū in cā-*
*dorē, 13 viuacitas quoque carnis 14 recentis fuerit in tuber-*
*culo illo, 15* Lepra *erit inueterata in cute carnis eius: 16 im-*
*mundumque pronuntiabit eum ſacerdos,& non includet eū,*

 *ſiquidem*

*ſiquidem immundus eſt. Si vero omnino 17 floruerit lepra in cute, & operuerit lepra ipſa vniuerſam cutem 18 maculæ, à capite eius vſque ad pedes eius, 19 quidquid cadit ſub obtutum oculorum ſacerdotis, Tunc inſpiciet eum ſacerdos: & en ſi operuerit lepra ipſa 20 totam carnē eius, mundam iudicabit hanc maculam, eo quod 21 tota verſa ſit in candorem, eritque ille mundus. 22 In die vero illa quando viſa fuerit 23 in eo viua caro, immundus erit. Inſpicietque ſacerdos carnē illā viuam, & immundum eum pronuntiabit: caro enim illa viua 24 immūda eſt, lepra eſt. Aut ſi reuerſa fuerit caro viua, & mutata eſt in candorem, veniet ille ad ſacerdotem, Et inſpiciet eum ſacerdos: & ſi macula verſa fuerit in candorē, 25 mundam pronuntiabit ſacerdos maculam illam, 26 mundus enim eſt. 27 Et caro in cuius cute fuerit vlcus, illudque fuerit ſanatum, Si enatus fuerit in loco illius vlceris tumor albicans, aut macula candicans, ſubrufa tamen, inſpicietur à ſacerdote. Et quum inſpexerit ſacerdos, fueritq; aſpectus eius profundior ipſa cute, & pilus eius mutatus fuerit in albedinem, immūndum pronuntiabit eum ſacerdos, 28 macula lepræ eſt ex vlcere germinans. Et ſi eā inſpexerit ſacerdos, nec fuerit in ea pilus albicās, nec ea fuerit 29 humilior ipſa cute, ipſa tamen obſcura eſt, includet eum ſacerdos ſeptem diebus. Et ſi 30 omnino dilatata fuerit in ipſa cute, immundum pronuntiabit eum ſacerdos, macula eſt. Si vero 31 in ſeſe ſteterit macula illa, & non fuerit dilatata, 32 cicatrix eſt vlceris, & 33 mundum pronuntiabit eum ſacerdos. 34 Quod ſi caro aliqua fuerit in cuius cute fuerit aduſtio ignis, & 35 viuum illud aduſtionis habuerit maculam candicantem, ſubrufam, aut albam: Inſpiciet eam ſacerdos, & ſi quidem verſus fuerit pilus in alborem in [candicante illa] macula, & aſpectus eius fuerit profundior ipſa cute, lepra eſt in ipſa aduſtione effloreſcens: & ideo 37 immundum pronuntiabit illum ſacerdos: macula enim eſt lepræ. Si autem, quum inſpexerit eam ſacerdos, nō fuerit in macula illa pilus ſubalbicans, neque ea fuerit profundior cætera cute, ſed 38 fuerit ſubobſcurior, includet eum ſacerdos ſeptem diebus, inſpicietq; eum ſacerdos die ſeptimo: & ſi 39 omnino dilatata fuerit in ipſa cute, 37 immundum pronuntiabit eum ſacerdos: eſt enim macula lepræ. Et ſi in ſeſe ſteterit macula [illa candicans,] nec dilatata fuerit in cute, ſed 38 fuerit ſubobſcura, tumor eſt aduſtionis, & ſacerdos 33 pronuntiabit eum mundum: eſt enim 40 cicatrix aduſtionis. Vir ſiue mulier ſi habuerit 41 maculam in capite vel barba, Tunc inſpiciet ſacerdos maculam illam, & ſi quidem aſpectus eius profundior fuerit cute ipſa, fueritque in ea 42 pilus ſubfuluus, iudicabit 43 illum ſacerdos immundum: eſt enim 44 pſora fœda, & lepra capitis aut barbæ. Si vero ſacerdos inſpexerit 45 maculam iſtius pſoræ, & aſpectus eius non fuerit profundior reliqua cute, nec fuerit in ea pilus niger, includat ſacerdos [eum qui habet] maculam 46 pſoræ ſeptem diebus. Septimo die inſpiciat ſacerdos maculam: ſi quidem non creuerit 47 pſora, nec fuerit in ea pilus fuluus, & aſpectus pſoræ illius non fuerit profundior ipſa cute, Faciet ſe tonderi, ita tamen vt pſora non tondeatur, & includat ſacerdos [eū qui habet] pſoram ſeptem diebus, idq; ſecundo. Et ſeptimo die inſpiciat ſacerdos pſoram illam: ſi quidem pſora ipſa non creuerit in cute, neq; aſpectus eius fuerit profundior cute, 48 mundū pronuntiabit eum ſacerdos, lauabitq; veſtimenta ſua, & erit mundus. Quòd ſi pſora in ipſa cute creuerit poſt eius emundationem, Tunc inſpiciat ſacerdos: & ſi quidem macula ipſa in cute creuit, 49 non inquirat ſacerdos de fuluo pilo, immundus eſt. Si autem 50 pſora in ſpecie ſua perſtiterit, & pilus niger in ea pullulauerit, ſanata eſt pſora, 51 & ille mūdus erit, mundumq; pronuntiabit eum ſacerdos. Vir ſiue mulier, ſi in cute carnis eorum maculæ fuerint, maculæ inquam candicantes, Inſpiciet ſacerdos: & ſi quidem in cute carnis eorum fuerint maculæ albicantes 52 ſubobſcuræ, 53 lentigo eſt in cute germinans, mundus eſt. Si è capite alicuius pili fuerint euulſi, caluus is & mundus eſt. Si defluxerint pili à fronte capitis ſui, recaluaſter eſt & mundus. Si vero in recaluaſtri loco aut occipite caluo macula fuerit 54 alba [&] ſubrufa lepra germinans eſt in caluitie eius anteriori ſeu caluitie poſteriori eius. Inſpiciet autem 55 eum ſacerdos: & ſi quidem tumor maculæ albus [&] ſubrufus fuerit in caluitie eius anteriori, vel poſteriori caluitie eius, cutiſque carnis 56 fuerit ſecundū aſpectū lepræ, Is leproſus eſt, & immundus, omnino immūdū pronūtiabit eū ſacerdos, 57 macula eius eſt in capite eius. Leproſ⁹ ī quo fuerit 58 macula, hui⁹ veſtimēta lacera ſint, & caput ei⁹ nudū, 59 mētū ſuperū ſit īuolutū, Pollut⁹ & immūd⁹, clamabit.*

12 perſpicuæ immunditiæ eſt. ¶ Sinautem effloruerit diſcurrens lepra in cute, & operuerit omnem carnem
à capite vſque ad pedes, quicquid ſub aſpectum oculo
13 rum cadit, ¶ Conſyderabit eum ſacerdos, & tenēri lepra mundiſsima iudicabit: eo quòd omnis in cando-
14 rem verſa ſit, & idcirco homo mundus erit. ¶ Quan
15 do vero caro viuens in eo apparuerit, ¶ tunc ſacerdo
tis iudicio polluetur, Et inter immundos reputabitur. ca C
16 ro enim viua ſi lepra aſpergitur, immunda eſt. ¶ Quòd
ſi rurſum verſa fuerit in alborem, & totum hominē ope-
17 ruerit, ¶ Conſyderabit eum ſacerdos, & mundum eſſe de
18 cernet. ¶ Caro autem & cutis in qua hulcus natum eſt, &
19 ſanatum, ¶ Et in loco hulceris cicatrix alba apparuerit
20 ſiue ſubrufa, adducetur homo ad ſacerdotem. ¶ Qui
cum viderit locum lepræ humiliorem carne reliqua, &
pilos verſos in candorem, cōtaminabit eum: plaga enim
21 lepræ orta eſt in hulcere. ¶ Quod ſi pilus, coloris eſt priſtini, & cicatrix ſubobſcura, & vicina carne non eſt hu-
22 milior, recludet eum ſeptem diebus. ¶ Et ſi quidem creue
23 rit, adiudicabit eū lepræ. ¶ Sinautem ſteterit in loco ſuo,
24 hulceris eſt cicatrix, & homo mundus erit. ¶ Caro autem
& cutis quam ignis exuſſerit, & ſanata albam ſiue rufam
25 habuerit cicatricem, ¶ Conſyderabit eam ſacerdos, &
ecce ſiverſa eſt in alborem, & locus eius reliqua cute eſt
humilior: contaminabit eum, quia plaga lepræ in cicatri D
26 ce orta eſt. ¶ Quòd ſi pilorum color non fuerit immutatus, nec humilior plaga carne reliqua, & ipſa lepræ ſpe-
27 cies fuerit ſubobſcura, recludet eum ſeptem diebus, ¶ &
die ſeptimo contemplabitur. ſi creuerit in cute lepra, con
28 taminabit eum. ¶ Sinautem in loco ſuo cādor ſteterit non
ſatis clarus, plaga combuſtionis eſt, & idcirco munda-
29 bitur, quia cicatrix eſt combuſturæ. ¶ Vir ſiue mulier in
30 cuius capite vel barba germinauerit lepra, ¶ Videbit eos
ſacerdos: & ſiquidem humilior fuerit locus carne reliqua, & capillus flauus ſolitoque ſubtilior: contaminabit
31 eos: quia lepra capitis ac barbæ eſt. ¶ Sinautem viderit
locum maculæ æqualem vicinæ carni, & capillum nigrū:
32 recludet[a] eos ſeptem diebus. ¶ Et die ſeptimo inturbitur:
ſi non creuerit macula, & capillus ſui coloris eſt, & locus [a] eum
33 plagæ carni reliquæ æqualis: ¶ Radetur homo abſque E
34 loco maculæ, & includetur ſeptem diebus alijs. ¶ Si die
ſeptimo viſa fuerit ſtetiſſe plaga in loco ſuo, nec humilior carne reliqua, mundabit eum, lotiſque veſtibus ſuis
35 mundus erit. ¶ Sinautem poſt emundationem rurſus
36 creuerit macula in cute, ¶ non quæret amplius vtrum
capillus in flauum colorem ſit commutatus, quia aper
37 tè immundus eſt. ¶ Porrò ſi ſteterit macula, & capilli
nigri fuerint, nouerit hominem ſanatum eſſe, & con
38 fidenter eum pronuntiet mundum. ¶ Vir ſiue mulier
39 in cuius cute candor apparuerit, ¶ Intuebitur eos ſacerdos: ſi deprehenderit ſubobſcurum alborem lucere
in cute, ſciat non eſſe lepram, ſed maculam coloris
40 candidi, & hominem mundum. ¶ Vir de cuius capite
41 capilli fluunt, caluus & mundus eſt. ¶ Et ſi à fronte ceci
42 derint pili, recaluaſter & mundus eſt. ¶ Sinautem in cal F
uitio ſiue in recaluatione albus vel rufus color fuerit ex-
43 ortus, ¶ Et hoc ſacerdos viderit, condemnabit eum haud
44 dubiè lepræ, quæ orta eſt in caluitio. ¶ Quicunque ergo
maculatus fuerit lepra, & ſeparatus eſt ad arbitrium ſa-
45 cerdotis, ¶ habebit veſtimēta diſſuta, caput nudū, os veſte
contectum, contaminatum ac ſordidum ſe clamabit.



¶ Omni tempore quo leproſus eſt, & immundus, ſolus ha 46
bitabit extra caſtra. ¶ Veſtis lanea ſiue linea, quæ le- 47
pram habuerit ¶ in ſtamine atque ſubtegmine, aut certe 48
pellis, vel quicquid ex pelle confectum eſt, ¶ Si alba 49
vel rufa macula fuerit, infecta lepra reputabitur, oſten-
deturque ſacerdoti. ¶ Qui conſyderatam recludet ſep- 50
tem diebus. ¶ Et die ſeptimo rurſus aſpiciens ſi deprehē- 51
derit creuiſſe, lepra perſeuerans eſt: pollutum iudicabit
G veſtimentum, & omne in quo fuerit inuenta. ¶ Et id cir 52
co comburetur flammis. ¶ Quod ſi eam viderit non 53
creuiſſe, ¶ Præcipiet, & lauabunt id in quo lepra eſt, re 54
cludetque illud ſeptem diebus alijs. ¶ Et cum viderit 55
faciem quidem priſtinam non reuerſam, nec tamen creuiſſe lepram, immundum iudicabit, & igne comburet, eo
quòd infuſa ſit in ſuperficie veſtimenti vel per totum, le-
pra. ¶ Sinautem obſcurior fuerit locus lepræ poſtquam 56
veſtis eſt lota, abrumpet eum, & à ſolido diuidet. ¶ Quòd 57
ſi vltrà apparuerit in his locis, quæ prius immaculata
erant, lepra volatilis & vaga: debet igne comburi. ¶ Si 58
ceſſauerit, lauabit aqua ea quæ pura ſunt, ſecundò, & mū
da erunt. ¶ Iſta eſt lex lepræ veſtimenti lanei & linei, 59
ſtaminis atque ſubtegminis, omniſque ſupellectilis pelliceæ, quomodo mundari debeat vel contaminari.

*Omnibus diebus quibus 60 macula fuerit in eo, contaminatus & immundus erit, ſeorſim habitabit, extra caſtra ſit manſio eius. Veſtis 61 in qua fuerit macula lepræ, ſiue lanea fuerit veſtis, ſiue linea, ſiue fuerit in ſtamine vel ſubtegmine lineo aut laneo, ſiue in pelle, ſiue 62 in opere pelliceo. Si inquam macula huiuſmodi 63 lurida fuerit vel ſubrufa, in veſte aut ī pelle, aut in ſtamine aut ſubtegmine, aut 64 in quocūq; inſtrumēto pelliceo, 65 macula lepræ eſt, demōſtrabiturq; ſacerdoti. Sacerdos igitur inſpiciet maculam illam, & includet [eum qui habet] maculam, ſeptem diebus. Septimo die inſpiciet maculam: quæ ſi dilatata fuerit in veſte, aut in ſtamine, aut ſubtegmine, aut in pelle, aut in quocunque eo quod conficitur ex pelle, 66 lepra eſt corrodens, & macula immūnda. Comburet itaque veſtem, aut ſtamē, aut ſubtegmen ſiue laneum fuerit, ſiue lineum, aut 67 quodcumque inſtrumentum pelliceū in quo fuerit macula, quia lepra corrodens eſt, igne comburetur. Quod ſi ſacerdos viderit maculam non creuiſſe in veſte, aut in ſtamine, aut ſubtegmine, aut in quocunque inſtrumento pelliceo, Præcipiet ſacerdos vt lauent id in quo eſt macula, includetque illud denuo ſeptem diebus. Poſteaquam verò lotum fuerit; inſpiciet ſacerdos maculam ipſam, & ſi quidē macula ſpeciem ſuā non mutauerit, nec ipſa macula creuerit, immūnda eſt [tamen,] igne combures eam, 68 corroſio eſt 69 in caluitio occipitis, aut in recaluaſtri loco. Et ſi viderit ſacerdos maculam 70 obſcuriorem redditam poſtquam lota eſt, ſcindat eam a veſte, aut à pelle, aut à ſtamine, aut à ſubtegmine. Et ſi adhuc apparuerit in ea veſte, aut in ſtamine, aut ſubtegmine, aut in quocunque inſtrumento pelliceo, [lepra] repullulaſcens eſt, igne 71 exures maculam quæ eſt in ea. Et veſtis ſiue ſtamen ſit, ſiue ſubtegmen, ſiue quodcunque inſtrumentum pelliceum, quæ laueris, ſi receſſerit macula ab eis; lauabitur ſecundo, & tunc mundum erit. Iſta eſt lex plagæ lepræ, in veſte lanea vel linea, ſtamine vel ſubtegmine, & in omni inſtrumento pelliceo, 72 ad emūdandum vel contaminandum ipſum.*

## SCHOLIA IN CAP. XIII.

1 cumque id fuerit in cute carnis eius in plagam lepræ, ideſt, ita vt videatur id eſſe lepræ ſimile. Vel, ſuſpicionem ingerat lepræ. 2 plagam, ideſt, locum affectum. 3 plaga 4 plagæ fuerit profundior cute, ideſt, ipſa ſuperficies loci affecti profundior ſit cute &c. 5 Heb. contaminabit eum. 6 plagam, ideſt, curabit recludendum hominem ita affectum. 7 plaga ſteterit in colore ſuo. Alij vertunt, ſteterit in oculis eius. vt ſit Hebraiſmus, pro, ſi iudicio ſuo plaga videbitur ſtetiſſe. Chaldæus parap. ſteterit ſicut erat. 8 plagam. 9 Verti poteſt, ſi contracta fuerit plaga. 10 Heb. mundabit eum, ideſt, iudicabit eum eſſe mundum. Hebraica phraſis. 11 plaga lepræ ſimilis. Voce Hebræa SARAATH, pro qua vertimus lepram, multi morbi comprehenduntur: hic pro lepra apparente ſumitur. 12 ſub. natura nigrum. 13 vel, ſanitas 14 viuentis. vel, ſenſitiuæ. 15 (Tunc) lepra eſt. 16 Heb. proinde contaminabit 17 germinauerit 18 plagæ. ſiue, loci affecti. 19 Heb. per omnem aſpectum oculorum ſacerdotis. 20 ideſt, totam partem corporis quæ conſpicua eſt. 21 tota vertit ſeſe in cādorem, ob id, eſt munda. 22 ideſt, Cumque 23 in ea. ſub. plaga. 24 ideſt, ſignificat impuritatem plagæ: & talis morbus eſt verè lepra. 25 ſiue, puram declarabit 26 mūda. Plagam refert. 27 Heb. Et caro, quum fuerit in eo in cute ipſius vlcus. Genus dicendi Hebraicum, pro, Cum autem in hominis cute enatum fuerit vlcus. 28 vel, plaga (enim) lepræ eſt, quæ (lepra) enata eſt in vlcere, ideſt, in loco vbi prius erat vlcus. 29 vel, depreſsior 30 graſſando graſſata fuerit per cutem (ſub. ſanam,) tunc impuram declarabit ſacerdos eam (plagam,) plaga eſt. ſub. lepræ. 31 ſiue, in loco ſuo. ſeipſum poſtea declarat. 32 aduſtio 33 declarabit eam eſſe mūdam 34 ideſt, Cum ignis cutem exuſſerit, & in parte aduſta quæ poſtea fuit ſanata, enata fuerit macula partim alba partim ſubrufa, aut alba tātū. 35 fuerit in ſanitate aduſtionis macula alba (&) ſubrufa, aut alba, ſub. tantummodo, ideſt, exorta fuerit in parte ambuſta reſtituta ſanitati macula partim candida, partim rubicunda, aut alba tantummodo. 37 immūdam pronuntiabit illam. 38 ſit contracta in rugas, ideſt, non ſerpat. 39 graſſata fuerit. ſub. in partes vicinas, & eas infecerit. 40 vel, aduſtio ambuſti. i. cicatrix eſt quæ naſcitur ex humoribus aduſtis per applicationem ignis externi. 41 plagam 42 pilus aureus tenuis. 43 eam ſacerdos immundā: 44 macula nigra, lepra 45 plagam iſtius maculæ nigræ. 46 nigrā 47 macula nigra; 48 mundā pronuntiabit eam. 49. i. non curabit de pilo flauo. quamuis nō appareant pili flaui. 50 plaga nigra in colore ſuo 51 pura eſt, & purā iudicabit 52 vel, non obſcuræ. 53 vitiligo eſt (quod) in cute natum eſt munda eſt. 54 id eſt, cuius color tēdat ad candorē & ruborē. 55 eā 56 . i. præ ſe ferat ſpeciē lepræ. 57 . i. in capite eſt lepra qua affectus eſt. 58 plaga illa. i. lepra. 59 barbam tegat. ſuperioris ſcilicet labri, reiecta in humerum veſte. Sciſſæ vel diſruptæ veſtes, & nudum caput, erant ſigna lugentium inter Iudæos. His autem ſignis docebantur leproſi, vt reliquā vitā in luctu trāſigerēt, oportebatq; eos clara voce dicere, Cauete vobis à me impuro. 60 plaga. 61. i. quæ aſperſa fuerit labe & macula quæ eſt in panno id, quod in corpore lepra. 62 vel, in quacunq; ſupellectile pellicea. 63 ſubuiridis 64 vel, in quauis ſupellectile pellicea. 65 plaga lepræ eſt. i. labes & macula quæ ſimilis eſt lepræ in corpore hominis. nā quēadmodū lepra afficitur corpus hominis, ita & labe veſtimentū. 66 . i. labes & macula corrodēs eſt. 67 quancūque ſupellectilē pelliceā in qua. 68 Vox Hebraica PEHETHETH, ſignificat corroſionē & labē quæ introrſum radices agit, quæ graſſatur in imū, & agit intra id cui inſederit. 69. i. ſiue ſit in parte anteriore, ſiue ī poſteriore veſtis. 70 vel, contractiorem factam 71 exures (veſtem) in qua fuerit plaga. 72 ideſt, quando declarari debeat purum vel impurum, quaſi dicat, Hoc modo poterit cognoſcere veſtimentum purum ſit, an impurum.

## CAP. XIIII.

Lex mundandi hominis leproſi Matth. 8. a. mar. 1. d. luc. 5. c

LOcutuſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens, 1
¶ Hic eſt ritus leproſi quando mundandus eſt, 2
Adducetur ad ſacerdotem: ¶ Qui egreſſus de ca- 3
ſtris cum inuenerit lepram eſſe mundatam, ¶ præcipiet 4
ei qui purificatur vt offerat duos paſſeres viuos pro ſe,
quos veſci licitum eſt, & lignum cedrinum, vermiculumque & hyſſōpum. ¶ Et vnum ex paſſeribus immolari 5
iubebit in vaſe fictili ſuper aquas viuentes: ¶ Alium au- 6

## CAP. XIIII.

*ET loquutus eſt Dominus ad Moſen hiſce verbis, 1 Hæc lex eſt leproſi, in die emundationis ſuæ, Adducetur ad ſacerdotem, Egredieturque ſacerdos extra caſtra, & inſpiciet ſacerdos: ſi quidem ſanata eſt macula lepræ à leproſo, Tunc præcipiet ſacerdos, vt tollat is qui mūdādus eſt duas auiculas viuas & mundas, & lignum cedrinum, & coccum bis tinctum, atque hyſſopum. Et præcipiet ſacerdos mactari vnā auem 2 ſuper vas fictile, ſuper aquas viuas. Auiculā vero viuam*

ro viuam accipiat cum ligno cedrino, cocco bis tincto, & hyſſopo, & intinget ea cum aue viua in ſanguine 3 auis iugulatæ ad aquas viuas. Et aſperget ſuper mundādū à lepra ſepties, & 4 emundabit eum, 5 dimittetq; auē viuam in ſuperficiē cāpi. Et mundatus lauabit veſtimenta ſua, & radet omnes pilos ſuos, lauabit inquam in aqua, vt mūdus ſit: poſt hoc veniat in caſtra, & manebit extra tentoriū ſuum ſepte diebus. Septimo die radet omnes pilos ſuos, nempe caput ſuum, barbā ſuā, & ſupercilia oculorum ſuorū: in ſumma, omnes pilos ſuos radet, & lauabit veſtimenta ſua, lauabit quoq; carnē ſuā aqua, & 6 mundus ſit. Octauo die accipiat duos agnos integros, & ouiculam vnā anniculam integrā, & tres decimas ſimilaginis 7 pro cibario ſacrificio, quod permixtum ſit oleo, & vnum 8 log 9 olei. Sacerdos autem 10 purificans collocabit virū mundandum & iſta corā Domino ante oſtiū tentorij 11 conſtitutionis. Et tollat ſacerdos 12 agnum vnū, & ſacrificet eū pro delicto, & log olei, & 13 moueat ea tenupha corā Domino. Agnum mactabit in eo loco vbi mactatur hoſtia pro peccato, & holocauſtū, in loco ſcilicet ſacro: nā ſicut hoſtia pro peccato, ſic hoſtia pro delicto ſacerdotis eſt, 14 ſacroſanctum eſt. Et tollet ſacerdos de ſanguine hoſtiæ pro delicto, quē ponet ſacerdos 15 ſuper teneriorē auriculā auris dextræ eius qui purificatur, & ſuper pollicē manus eius dextræ, & ſuper pollicē pedis eius dextri. Accipiat quoque ſacerdos de log olei, & fundat ſuper manū ſacerdotis ſiniſtrā. Deinde intingat ſacerdos digitum ſuum dextrum in oleo, quod eſt in manu ſua ſiniſtra, & de oleo ſepties digito ſuo corā Domino aſpergat. De reſiduo vero oleo quod eſt in manu ſua, ponet ſacerdos 15 ſup molliorē auricula auris dextræ eiꝰ qui purificatur, & ſup pollicē manus eius dextræ, & ſuper pollicem pedis eius dextri, 16 ſupra ſanguinem hoſtiæ pro delicto. Et reſidum olei quod eſt in manu ſacerdotis, ponet ſuper caput mūdādi, expiabitq; eū ſacerdos corā Dño. Faciet quoq; ſacerdos hoſtiā ꝑ peccato, & expiabit mūdandum ab immunditia ſua, & poſtea mactet holocauſtum. Et ſacrificabit ſacerdos holocauſtum & ſacrificium cibarium in ara, 17 & expiabit eum ſacerdos, eritque mundus. Si verò is pauper fuerit, 18 vt hæc non ſint in facultate eius, ſumat agnum vnum pro hoſtia delicti 19 ad tenupha, 20 vt expietur pro eo, & vnam decimam ſimilaginis mixtam oleo 21 pro ſacrificio cibario, & log olei. Sed & duos turtures, aut duos pullos colūbinos, 22 vt fuerit in facultate eius, quorū vnus erit pro hoſtia peccati, & alter pro holocauſto. Adducet autem eos die 23 octauo ad ſacerdotē pro emundatione ſui, ad oſtium 24 tentorij conſtitutionis coram Domino. Tum accipiat ſacerdos agnum pro hoſtia delicti, & log olei, motabitq; ea ſacerdos, 25 tenupha corā Domino. Mactabitque agnum pro hoſtia delicti, & ſumet ſacerdos de ſanguine hoſtiæ pro delicto, & ponet ſuper teneriorem auriculam auris dextræ eius qui purificatur, & ſuper pollicē manus eius dextræ, atq; ſuper pollicē pedis eius dextri. De oleo quoq; fundet ſacerdos ſuper volam 26 ſacerdotis ſiniſtrā. Et ſparget ſacerdos digito ſuo dextro de oleo quod eſt in vola ſua ſiniſtra, ſepties corā Domino. Ponetq; idem ſacerdos de oleo quod eſt in vola ſua ſuper teneriorem auriculā auris dextræ purificādi, & ſuper pollicem manus eius dextræ, atq; ſuper pollicem pedis eius dextri, 27 ad eum ſcilicet locum vbi ſanguis hoſtiæ pro delicto [fuerat poſitus.] Reſiduū verò olei quod eſt in manu ſacerdotis, ponet ſuper caput mundandi, 28 vt expiet eum coram Domino. Faciet quoque vnum ex turturibus, aut pullis columbinis, 29 de ijs ſcilicet quos apprehendit manus eius, de ijs inquam quos apprehenderit manus eius, vnum [paret] pro hoſtia peccati, & alterum in holocauſtum 30 cū ſacrificio cibario, expiabitque ſacerdos emundādum coram Domino. Hæc lex ſit eius in quo eſt macula lepræ, & 31 in cuius facultate non ſunt [hæc] pro ſui emūdatione. Et loquutus eſt Dominus ad Moſen & Aharonem in hāc ſententiā, Quum veneritis in terram Chanaan, quam ego 32 do vobis poſſidendam, & dedero maculam lepræ 33 in domo terræ poſſeſſionis veſtræ: Veniet is, cuius eſt domus, & indicabit

tem viuum cum ligno cedrino, & cocco & hyſſo-
7 po tinget in ſanguine paſſeris immolati, ¶ Quo
aſperget illum qui mundandus eſt, ſepties, vt iu-
re purgetur, & dimittet paſſerem viuum, vt in
8 agrum auolet. ¶ Cumque lauerit homo veſtimen
ta ſua, radet omnes pilos corporis, & lauabitur
aqua: purificatuſque ingredietur caſtra, ita dun-
taxat vt maneat extra tabernaculum ſuum ſep-
9 tem diebus. ¶ Et die ſeptimo [a] radat capillos
capitis, barbamque & ſupercilia, ac totius cor-
poris pilos. Et lotis rurſum veſtibus & corpo-
10 re, ¶ die octauo aſſumet duos agnos immacu-
latos, & ouem anniculam abſque macula, & tres
decimas ſimilæ in ſacrificium quæ conſperſa
11 ſit oleo, & ſeorſum olei ſextarium. ¶ Cumque
ſacerdos purificans hominem, ſtatuerit eum, &
hæc omnia coram Domino in oſtio tabernaculi
12 teſtimonij, ¶ Tollet agnum, & offeret eum
pro delicto, oleique ſextarium. Et oblatis ante
13 Dominum omnibus, ¶ immolabit agnum vbi ſolet
immolari hoſtia pro peccato & holocauſtum, ideſt
in loco ſancto. ſicutenim pro peccato, ita & pro de-
licto ad ſacerdotem pertinet hoſtia: ſancta ſan-
14 ctorum eſt. ¶ Aſſumenſque ſacerdos de ſan-
guine hoſtiæ quæ immolata eſt pro delicto, po-
net ſuper extremum auriculæ dextræ eius qui
mundatur, & ſuper pollices manus dextræ &
15 pedis: ¶ & de olei ſextario mittet in ma-
16 num ſuam ſiniſtram, ¶ tingetque digitum dex-
trum in eo, & aſperget coram Domino ſep-
17 ties. ¶ Quod autem reliquum eſt olei in læua
manu, fundet ſuper extremum auriculæ dextræ
eius qui mundatur, & ſuper pollices manus ac
pedis dextri, & ſuper ſanguinem qui effuſus
18 eſt pro delicto, ¶ & ſuper caput eius. ¶ Ro-
19 gabitque pro eo coram Domino. Et faciet ſa-
crificium pro peccato: tunc immolabit holocau-
20 ſtum, ¶ & ponet illud in altari cum libamentis
21 ſuis, & homo ritè mundabitur. ¶ Quòd ſi pau-
per eſt, & non poteſt manus eius inueni-
re quæ dicta ſunt, pro delicto aſſumet ag-
num ad oblationem, vt roget pro eo ſacerdos,
decimamque partem ſimilæ conſperſæ oleo in ſa-
22 crificium, & olei ſextarium, ¶ Duoſque turtu-
res ſiue duos pullos columbæ, quorum vnus
ſit pro peccato, & alter in holocauſtum.
23 ¶ Offeretque ea, die octauo purificationis
ſuæ ſacerdoti ad oſtium tabernaculi teſtimonij
24 coram Domino. ¶ Qui ſuſcipiens agnum pro
25 delicto & ſextarium olei, leuabit ſimul: ¶ Im-
molatoque agno, de ſanguine eius ponet ſuper
extremum auriculæ dextræ illius qui mundatur,
& ſuper pollices manus eius ac pedis dextri.
26 ¶ Olei verò partem mittet in manum ſuam ſini-
27 ſtram, ¶ in quo tingens digitum dextræ manus aſper
28 get ſepties coram Domino: ¶ tangetque extre-
mum dextræ auriculæ illius qui mundatur, & pol-
lices manus ac pedis dextri in loco ſanguinis
29 qui effuſus eſt pro delicto. ¶ Reliquam autem
partem olei quæ eſt in ſiniſtra manu, mittet ſu-
per caput purificati, vt placet pro eo Domi-
30 num. ¶ Et turturem ſiue pullum columbæ offe-
31 ret, ¶ vnum pro delicto, & alterum in holocauſtum
32 cum libamentis ſuis. ¶ Hoc eſt ſacrificium leproſi,
qui habere non poteſt omnia in emundationem ſui.
33 ¶ Locutuſque eſt Dominus ad Moyſen & Aaron, di-
34 cens, ¶ [a] Cùmque ingreſsi fueritis Terram-Chanaan,
quam ego dabo vobis in poſſeſsionem, ſi fuerit pla-
35 ga lepræ in ædibus, ¶ Ibit cuius eſt domus, nuntians
ſacerdo-

[a] rades

B

C

D

E

Conſyderatio & purgatio domus leproſæ.

[a] Cum



ſacerdoti, & dicet, Quaſi plaga lepræ videtur mihi eſſe
in domo mea. ¶ At ille præcipiet [a] vt efferantur vniuer- 36
ſa de domo, priuſquam ingrediatur eam, & videat vtrū
leproſa ſit, ne immunda fiant omnia quæ in domo ſunt.
intrabitq; poſtea vt conſyderet lepram domus. ¶ Et cū 37
viderit in parietibus illius quaſi valliculas pallore ſiue ru
bore deformes, & humiliores ſuperficie reliqua, ¶ Egre 38
dietur oſtium domus, & ſtatim claudet illam ſeptem die-
bus. ¶ Reuerſuſque die ſeptimo, conſyderabit eam: ſi 39
inuenerit creuiſſe lepram, ¶ iubebit erui lapides in qui 40
bus lepra eſt, & proijci eos extra ciuitatem in locum im-
mundum. ¶ Domū autē ipſam radi intrinſecus per cir- 41
cuitum, & ſpargi puluerem raſuræ extra vrbem in locum
immundum, ¶ Lapideſque alios reponi pro his qui abla 42
ti fuerint, & luto alio liniri domum. ¶ Si autē poſtquā 43
eruti ſunt lapides, & puluis elatus, & alia terra lita; ¶ In- 44
greſſus ſacerdos viderit reuerſam leprā, & parietes reſper
ſos maculis, lepra eſt perſeuerans, & immunda domus.
¶ Quam ſtatim deſtruēt, & lapides eius ac ligna, atque 45
vniuerſum puluerem proijcient extra oppidum in locum
immundum. ¶ Qui intrauerit domum quando clauſa 46
eſt, immundus erit vſque ad veſperum: ¶ & qui dormie 47
rit in ea, & comederit quippiam, lauabit veſtimenta ſua.
¶ Quòd ſi introiens ſacerdos viderit lepram non creuiſſe 48
in domo, poſtquam denuo lita fuerit, purificabit eā reddi
ta ſanitate. ¶ Et in purificatione eius ſumet duos paſſeres, 49
lignūque cedrinū, & vermiculum atque hyſſôpum: ¶ & 50
immolato vno paſſere in vaſe fictili ſuper aquas viuas,
¶ Tollet lignum cedrinum, & hyſſôpum & coccum & 51
paſſerem viuum, & tinget omnia in ſanguine paſſeris im-
molati, atque in aquis viuentibus: & aſperget domum ſe-
pties. ¶ Purificabitque eam tam in ſanguine paſſeris, 52
quàm in aquis viuentibus, & in paſſere viuo, lignoque ce-
drino & hyſſopo atque vermiculo. ¶ Cumque dimiſe- 53
rit paſſerem auolare in agrum liberè, orabit pro
domo, & iure mundabitur. ¶ Iſta eſt lex omnis le- 54
præ & percuſſuræ, ¶ Lepræ veſtium & domo- 55
rum, ¶ cicatricis & erumpentium papularum, lu- 56
centis maculæ & in varias ſpecies coloribus immu-
tatis, ¶ vt poſſit ſciri quo tempore mundum quid vel 57
immundum ſit.

[a] vt efferant

F

Purgatio eius.
G

ſacerdoti hiſce verbis, Quaſi macula [lepræ] videtur mihi eſſe in domo. Et iubebit ſacerdos vt domū illam expurgent, priuſquam ſacerdos eā ingrediatur ad inſpiciendū maculā, ne immundum fiat quidquid eſt in domo illa: poſt hoc 34 debet ingredi ſacerdos ad inſpiciendū domum, & vt inſpiciat maculā. 35 Si quidē macula fuerit in parietibus domus, foueæ ſcilicet luridæ aut ſubruſæ, & aſpectus earum profundior erit ipſo pariete, Exibit ſacerdos è domo ad oſtiū domus, & occludet domū ſeptē diebus. Die ſeptimo reuertetur ſacerdos, & ſi viderit creuiſſe maculā in parietibus domus, præcipiat ſacerdos vt eruant lapides in quibus eſt macula illa, & proijciāt eos extra ciuitatē ad locū immūdum. Et domū illam radant intus circunquaq;, effundantq; 36 puluerē quē abraſerint, extra ciuitatē ad locū immundū. Et accipiant lapides alios, quos in locū iſtorum lapidū ſubſtituant, accipiatq; 37 aliū puluerē, 38 quo domui tectorium obducat. Et ſi macula redierit, & pullulauerit in domo poſtquā eruti fuerint lapides; & poſtquam abraſerint domū 39 atq; tectoriū obduxerint, Veniet ſacerdos: & ſi viderit creuiſſe maculam in illa domo, lepra corrodens eſt in domo illa, immūda eſt: 40 Diruet ergo domū illam, lapides eius, ligna eius, & cunctū 41 puluerē illius domus efferet extra ciuitatē ad locū immundū. Et qui ingreſſus fuerit domū illā omnibus diebus quibus clauſit eā [ſacerdos,] immūdus erit vſq; ad veſperā. Qui iacuerit in domo illa, lauabit veſtimēta ſua: & qui comederit in domo illa, eluet veſtimenta ſua. Et ſi ſacerdos venerit, viderítq; non creuiſſe plagā in domo poſtquā oblita eſt domus, mundā pronūtiabit ſacerdos domū illā, quoniā ſanata eſt plaga illa. Accipiat autē ad expiandā domū iſtam duas auiculas, & lignū cedrinum, & coccum bis tinctum, & hyſſopum: vnam auiculam mactabit ſuper vas fictile & ſuper aquas viuas. Deinde ſumat lignū cedrinū, & hyſſopū atq; coccū bis tinctū cū auicula viua, & intinget ea in ſanguine auis mactatæ, & in aquis viuis, aſpergatq; domū ſepties. Et expiabit domū illā ſanguine auis, & aquis viuis, & aue viuēte, ligno cedrino, hyſſopo, atq; cocco bis tincto. Auiculā autē viuētē dimittet extra ciuitatē in ſuperficiē campi; 42 expiabitq; domū illā, & munda erit. Hæc eſt lex pro quacunq; plaga lepræ & 43 pſoræ. Pro lepra quoq; veſtis & domus, pro tumore, pro ſcabie ſerpēte, & pro macula candicante, 44 ad docendū ſcilicet quo die inquinari; & quo die mundari debeat. hæc eſt lex de lepra.

## SCHOLIA IN CAP. XIIII.

1 Hebraiſmus eſt, pro, Hic eſt ritus qui ſeruari debet in die quo is qui lepræ damnatus fuerat, ſiue leproſus declaratus, iudicabitur alienus à lepra ab amicis & propinquis. 2 ideſt, ſuper vas teſtaceum in quo fontana, vel fluuialis aqua fuerit. 3 auis immolatæ ſuper aquas viuas, ideſt, cuius ſanguis defluxit in aquas viuentes: hoc eſt, fontanas vel fluuiales. 4 ideſt, purum iudicabit eum. 5 Hebraiſmus eſt, pro, liberam eā abire ſinet, & volare quò volet. 6 purus erit, ideſt, pro mundo habebitur. 7 pro munere quod dicitur minha. 8 vel, ſextarium 9 oleum ex oliui expreſſum intelligit. 10 ideſt, qui purum iudicat virum illum qui prius iudicatus fuerat leproſus, & poſtea iudicatus eſt mundus. 11 conuentus. vel, fœderis. 12 vel, agnorum alterum. 13 agitando offerat ea 14 vel, ſanctitas ſanctitatis eſt, ideſt, eſt enim res ſancta. Hebraiſmus. 15 ſuper extremam auriculæ partem 16 vltra ſanguinem (aut, præter ſanguinem) hoſtiæ quæ mactata fuerat pro peccato. Quo quidem ſanguine iam aſperſerat extremum auriculæ, & pollices manus & pedis dextri. q. d. partes illæ non ſolum ſanguine, ſed etiam oleo tingentur. Verti poteſt, vnà cum ſanguine: in eodem ſenſu. 17 vel, rogabitque pro eo. Hebraicus dicendi modus, pro, ſi non habet vnde hoc poſſit ſibi comparare: tūc &c. 18 Heb. & manus eius non fuerit apprehendens. Hebraiſmus eſt, pro, Si nō habeat vnde hoc poſſit ſibi cōparare: tunc &c. 19 in eleuationē, vel, agitationē. 20 ad rogandū pro eo. Vel, ad mundandū eū. 21 pro munere: Hebraicè dicitur minha. 22 quoſcunq; apprehendet manus eius. i. parare ſibi poterit. Alij vertunt quæcūq; ſibi poterit parare pro opibus ſuis. 23 octauo purificationis ſuæ ad ſacerdotem. 24 tabernaculi conuentus. Hîc oſtium tabernaculi accipitur pro oſtio atrij. 25 tanquam oblationē 26 .i. ſuam. antecedens pro relatiuo. 27 Heb. in loco ſanguinis hoſtiæ pro peccato. i. in ea parte quæ tincta fuit ſanguine hoſtiæ mactatæ pro delicto. 28 vel, ad emundandum illum 29 Heb. de eo quod aſſequetur manus ipſius: de eo inquam quod comparare ſibi poterit, &c. i. Turturē ſacrificabit, aut pullum colūbæ, aut aliud genus auium, quod habere poterit, eam ſpeciem quam ſibi cōparare poterit, ſacrificabit. Repetitio Hebræis frequens. 30 vltra munus: (vel, cum munere:) atque ita emundabit eum qui emundatur, coram Domino. 31 Heb. cuius manus non poterit aſſequi ſupradicta in purificatione ſui. i. Hæ ſunt ceremoniæ obſeruandæ in purificatione eius qui à lepra mundus eſſe declaratur: & qui pauperior erit quàm vt ſupradicta ſibi comparare poſſit. 32 præſens pro futuro. 33 ideſt. in domibus quas ædificabitis in Terra ſancta quam poſſeſſuri eſtis. Maculam ſiue plagā lepræ vocat maculam ac labē parieti hærentem, quę lepræ ſpeciem referat. 34 ingredietur 35 Heb. Et ſanè ſi plaga illa ſit in parietibus domus atris & ſubuiridibus, aut ſubrubris, & ſuperficies loci affecti ſit demiſsior reliqua ſuperficie: Tūc egredietur &c. Alij vertūt, pro atris, valliculas ſiue foſſas: vt SEKAAARVROTH ſit ſubſtantiuum: ſitque ſenſus, Si plaga fuerit in parietibus, apparuerintque valliculæ ſubuirides aut ſubrubræ. i. ſi labes illa videatur intro refugere, & ſpeciem foſſæ habeat quæ ſit ſubuiridis. Seipſum declarat cū dicit, Et aſpectus, ſiue ſuperficies foſſarū ſit demiſsior pariete reliquo. Verior eſt prima expoſitio: vt ſit SEKAAARVROTH adiectiuū. 36 vel, intritū qđ &c. 37 vel, aliud lutū: ſiue intritū; 38 vel, linetq; domū. 39 ſub. domui vel, atq; obducta fuerit alio luto. 40 .i. Sacerdos diruendā curabit. 41 vel, intritū 42 vel, rogabitq; pro domo illa, & ꝓ pura habebitur. 43 maculæ nigrę. 44 Heb. ad docēdū in die puri, aut in die impuri. hęc inquā eſt lex lepræ. i. ad docēdū ſacerdotē de agēdis, quo die declarādus ſit homo impurꝰ, & quo die purꝰ. Vel vt alij volūt, die quo declarādū eſt ſitne impurū aliquid, aut purū. hę inquā ſunt leges quę declarāt ritū obſeruādū ī curatiōe lepræ

CAP.

## CAP. XV.

ET loquutus eſt Dominus ad Moſen & Aharonē in hāc ſententiam, Loquimini ad filios Iſrael, & dicite ad eos, 1 Quicūq; fluxum habuerit è carne ſua, fluxu ſuo immundus erit. Hæc vero erit immunditia eius in fluxu ſuo, ſi caro eius 2 fluxū ſuum expuit, aut ſi caro eius obſtructa fuerit à fluxu ſuo, hæc immunditia eius eſt. Omne ſtratum ſuper quo iacuerit ſic fluens, immundū erit: & omnis res ſuper qua ſederit, 3 immūda eſt. Et quicunque ſtratū eius tetigerit, 4 lauabit veſtimenta ſua in aquis, & lotus aqua, immundus erit vſque ad veſperā. Et qui ſederit ſuper aliquo, ſuper quo fluens ſedit, eluet veſtimenta ſua, & lotus aqua immūdus erit ad veſperam vſque. Qui tetigerit carnem eius qui fluit, eluet veſtimenta ſua, & lauabit aqua, eritque immundus vſque ad veſperam. Et ſi conſpuerit is qui fluxum habet in mundū aliquē, eluet ille veſtimēta ſua: & lotus aqua, immūdus erit vſq; ad veſperā. 5 Quidquid ad equitatū aut vecturā pertinet, ſi is qui fluxum habet illud inſcēderit, immundū erit. Et quicunque tetigerit rem quālibet quæ ſub eo eſt, immundus erit vſq; ad veſperā: & qui geſtauerit illa, eluet veſtimēta ſua, & lauabit aqua, & immundus erit vſq; ad veſperam. Et quencūque tetigerit is qui fluxū patitur, & manus ſuas aqua 6 nō abluit, eluet veſtimēta ſua, & lotus aqua, immūdus erit vſque ad veſperā. Vas teſtaceū, quod tetigerit fluens, confringetur: & omne vas ligneū aqua abluatur. Poſteaquā vero fluens à fluxu ſuo mūdatus fuerit, numerabit ſibi ſeptē dies 7 pro ſui emūdatione, & lotis veſtimentis ſuis, lauabit & carnē ſuā aquis viuis, & ſic mūdus erit. Die autē octauo accipiat ſibi duos turtures, aut duos pullos colūbinos, & veniat ī cōſpectū Dñi [nēpe] ad oſtiū tentorij 8 conſtitutiōis, & tradet illos ſacerdoti. Sacerdos vero faciet illos, alterū pro hoſtia peccati, alterum pro holocauſto, 9 expiabitque eum ſacerdos corā Domino a fluxu eius. Vir de quo egreditur 10 proiectio ſeminis, lauabit totam carnem ſuam aqua, & immundus erit vſque ad veſperam. Omnis veſtis, atque omnis pellis 11 in qua fuerit proiectio ſeminis, eluetur aqua, & immunda erit vſque ad veſperam. Et mulier 12 cum qua dormierit vir qui habet proiectionem ſeminis, lauabunt [vterque] aqua, & immundi erūt vſq; ad veſperā. Mulier verò 13 quæ fluxū habuerit, fueritq; fluxus eius ſanguis de carne eius, manebit ſeptē dies 14 in mēſibus ſuis: quicūq; eā tetigerit, immūdus erit vſque ad veſperam. Et omne ſuper quo illa 15 iacuerit tēpore ſeparationis ſuæ, immundū erit: & omne ſuper quo ſederit, immundū erit. Quicūque tetigerit lectū eius, eluet veſtimenta ſua, & lotus aqua, immūdus erit vſq; ad veſperā. Et quicunq; rē vllam tetigerit ſuper qua illa ſederit, eluet veſtimenta ſua, lotuſque aqua, immūdus erit vſque ad veſperam. 16 Et ſi quiſpiam ſtratum aut inſtrumentum aliquod tetigerit ſuper quo illa ſederit, immundus erit vſque ad veſperam. Et ſi omnino iacuerit vir cum ea 17 quæ menſes ſuos habet, immundus erit ſeptem diebus, & omne ſtratum ſuper quo iacuerit, immundum erit. Mulier ſi multis diebus fluxu ſanguinis ſui effluxerit, 18 quū non ſit tēpus profluuij ſui, aut ſi fluit 19 ſupra profluuiū ſuum, 20 omnes dies fluxus immundi iudicētur, quemadmodum dies ſeparationis ſuæ, eritq; ipſa immūda. Omne ſtratum ſuper quo iacuerit omnibus diebus fluxus ſui, 21 ſit ei quēadmodū ſtratū ſeparationis ſuæ: & omne 22 inſtrumētū ſuper quo ſederit, immundū erit, quemadmodū immunditia ſeparationis ſuæ. Et quicunque aliquid iſtorum tetigerit, immūdus erit, is eluet veſtimenta ſua, & lotus aqua, immundus ſit vſque ad veſperam. Et ſi fuerit mūdata à fluxu ſuo, numerabit ſibi ſeptem dies, deinde mundabitur. Die octauo accipiat ſibi duos turtures, aut duos pullos colūbinos, & ferat eos ad ſacerdotem ad oſtium 23 tētorij cōſtitutionis. Et faciet ſacerdos alterū pro hoſtia peccati, alterū pro holocauſto, 24 expiabitq; eā ſacerdos corā Domino à fluxu immūditiæ ſuæ. 25 Religioſe ergo prohibeatis filios Iſrael ab immūditijs ſuis, ne in immūditijs ſuis moriantur, 26 ſi polluerint tabernaculum meum quod eſt

## CAP. XV.

De viro ſemini fluo.

1 LOcutuſque eſt Dominus ad Moyſen & Aaron, di
2 cens, ¶ Loquimini filijs Iſrael, & dicite eis, Vir
3 qui patitur fluxum ſeminis, immundus erit. ¶ Et
tunc iudicabitur huic vitio ſubiacere, cum per ſingula
momenta adhæſerit carni eius, atque concreuerit fœdus
4 humor. ¶ Omne ſtratum in quo dormierit, immundum
5 erit, & vbicunque ſederit. ¶ Et ſiquis hominum teti-
gerit lectum eius, lauabit veſtimenta ſua: & ipſe lotus
6 aqua, immundus erit vſque ad veſperum. ¶ Si ſede
rit vbi ille ſederat, & ipſe lauabit veſtimenta ſua: & lo-
7 tus aqua, immundus erit vſque ad veſperum. ¶ Qui
tetigerit carnem eius, lauabit veſtimenta ſua: & ipſe
8 lotus aqua, immundus erit vſque ad veſperum. ¶ Si ſa
liuam huiuſcemodi homo iecerit ſuper eum qui mun-
dus eſt, lauabit veſtimenta ſua: & lotus aqua, immun B
9 dus erit vſque ad veſperum. ¶ Sagma ſuper quod ſe-
10 derit, immundum erit: ¶ & quicquid ſub eo fue-
rit qui fluxum ſeminis patitur, pollutum erit vſque
ad veſperum. Qui portauerit horum aliquid, laua-
bit veſtimenta ſua: & ipſe lotus aqua, immundus erit
11 vſque ad veſperum. ¶ Omnis quem tetigerit qui talis
eſt, non lotis antè manibus, lauabit veſtimenta ſua: &
12 lotus aqua, immundus erit vſque ad veſperum. ¶ Vas
fictile quod tetigerit, confringetur: vas autem lig-
13 neum lauabitur aqua. ¶ Si ſanatus fuerit qui huiu-

Purgatio eius

ſcemodi ſuſtinet paſsionem, numerabit ſeptem dies
poſt emundationem ſui, & lotis veſtibus & toto cor
14 pore in aquis viuentibus, erit mundus. ¶ Die au-
tem octauo ſumet duos turtures, aut duos pullos co
lumbæ, & veniet in conſpectum Domini ad oſtium
15 tabernaculi teſtimonij, dabitque eos ſacerdoti. ¶ Qui
faciet vnum pro peccato, & alterum in holocau-
ſtum: rogabitque pro eo coram Domino, vt emun-
16 detur à fluxu ſeminis ſui. ¶ Vir de quo egreditur C
ſemen coitus, lauabit aqua omne corpus ſuum:
17 & immundus erit vſque ad veſperum. ¶ Veſtem &
pellem quam habuerit lauabit aqua, & immunda erit
18 vſque ad veſperum. ¶ Mulier cum qua coierit, lauabi-
19 tur aqua, & immunda erit vſque ad veſperum. ¶ Mu-

De muliere mēſtruoſa & ſanguiniflua.

lier quæ redeunte menſe patitur fluxum ſanguinis, ſe-
20 ptem diebus ſeparabitur. ¶ Omnis qui tetigerit eam,
21 immundus erit vſque ad veſperum: ¶ & ˇ locus in
quo dormierit vel ſederit diebus ſeparationis ſuæ, pol-
22 luetur. ¶ Qui tetigerit lectum ˮ ſuum, lauabit veſti-

ˮ eius

menta ſua: & ipſe lotus aqua, immundus erit vſque ad
23 veſperum. ¶ Omne vas ſuper quod illa ſederit, qui-
ſquis attigerit, lauabit veſtimenta ſua: & ipſe lotus aqua,
24 pollutus erit vſque ad veſperum. ¶ Si coierit cum ea vir
tempore ſanguinis menſtrualis, immundus erit ſeptem
diebus: & omne ſtratum in quo dormierit, polluetur.
25 ¶ Mulier quæ patitur multis diebus fluxum ſanguinis
non in tempore menſtruali, vel quæ poſt menſtruum ſan D
guinem fluere non ceſſat, quandiu ſubiacet huic paſ-
ſioni, immunda erit quaſi ſit in tempore menſtruo.
26 ¶ Omne ſtratum in quo dormierit, & vas in quo ſede-
27 rit, pollutum erit. ¶ Quicunque tetigerit ˮ eam, la-

ˮ ea,

uabit veſtimenta ſua: & ipſe lotus aqua, immundus
28 erit vſque ad veſperum. ¶ Si ſteterit ſanguis, & flue-

Purgatio earū.

re ceſſauerit, numerabit ſeptem dies purificationis
29 ſuæ, ¶ Et die octauo offeret pro ſe ſacerdoti
duos turtures aut duos pullos columbarum ad oſtium
30 tabernaculi teſtimonij: ¶ Qui vnum faciet pro
peccato, & alterum in holocauſtum, rogabitque
pro ea coram Domino, & pro fluxu immundi-
31 tiæ eius. ¶ Docebitis ergo filios Iſrael vt caueant
immunditias, & non moriantur in ſordibus ſuis,
cum polluerint tabernaculum meum, quod eſt
inter



inter eos. ¶ Iſta eſt lex eius qui patitur fluxum ſeminis, 32
& qui polluitur coitu, ¶ & quæ menſtruis temporibus 33
ſeparatur, vel quæ iugi fluit ſanguine, & hominis qui
dormierit cum ea.

inter eos. Iſta eſt lex eius qui fluxum patitur, & de quo egreditur 27 proiectio ſeminis, 28 in quo polluitur. 29 Itē eius quæ ob profluuiū ſeparatur, aut qui fluit fluxu ſuo, ſiue mas ſit, ſiue fœmina, & eius qui cum immunda iacuerit.

## SCHOLIA IN CAP. XV.

1 Heb. Vir vir 2 veluti ſaliuam emiſerit, aut ſi obturauerit carnem ſuam ſemine ſuo, impuritas eius eſt. q. d. Ratione ſeminis homo dicetur hoc modo impurus: ſi penis eius deſpuat ſemē ſimile ſaliuæ, hoc eſt, ſi deſpuat ſemen aqueum: aut ſi obturet meatus ſuos ſeminarios ſemine ipſo: (propterea quod ſemen craſſius ſit quàm vt exire poſsit per meatus illos) ſi illud ſemen non profluat, ſed remaneat in vaſis ſeminarijs: tunc dicetur eſſe impurus, & habebitur pro impuro. Nomine carnis, pudenda hîc ſignificat Moſes. Quoties homo ſentit motus carnis, impurus eſt, etiam ſi ſemen non defluat illi. Vt profluuium ſeminis externum immūdum eſt, & conſpurcat: ita eſt fluxus internus, qui fit cum ſemen è vaſis ſeminarijs exit quidem, ſed foras non erumpit. Hæc impuritas quæ contrahitur ſeminis profluuio, oſtendit multos eſſe apud Deum impuros, qui apud homines videntur puri. 3 polluetur. 4 Id eſt, poſtquam lauerit ſeſe, lauabit etiam veſtimenta ſua. 5 Omne iumentum quo vectus fuerit qui fluxum ſeminis patitur, immundum erit. 6 non abluerat, 7 ab emundatione ſua, 8 cōuentus. 9 mundabitque eum &c. i. mundū eſſe declarabit. 10 effuſio ſeminis. Hîc loquitur de eo qui non patitur fluxum frequentem ſeminis, ſed cui id accidit aliquando. 11 ſuper quam fuerit de ſemine effluxo. 12 cum qua coierit maritus effuſione ſeminis, lauabunt ſeſe &c. i. Si vir imprudens, veluti noctu dormiens, paſſus eſt fluxum ſeminis, ſub auroram, eius rei non recordatus, cōgrediatur cum vxore ſua, tunc per imprudentiam polluitur vnà cū vxore. 13 quum erit fluens ſanguine, eritque fluxus eius per carnem eius, ideſt, Cum mulier patietur fluxum ſanguinis per pudenda ſua. 14 Heb. in ſeparatione ſua: ideſt, ſeptem diebus ſeparabitur à conſortio virorum. 15 vel, dormierit. 16 Hebraiſmus. Quod ſi ſuper lectum fuerit, aut ſi ſuper ſedem ſuper quam ipſa ſederit: in tangendo illud, &c. Hoc eſt, Si ſtragulum fuerit ſuper lectum, aut ſuper ſedem ſuper quam illa ſederit, & quiſpiam illud tetigerit, impurus &c. 17 Heb. & ſint menſes eius ſuper illum. i. & ſuperuenerint menſes dum homo dormit cum ea. 18 Heb. in non tempore ſeparationis ſuæ. Separatio, dies aut tempus ſeparationis, periphraſis eſt menſium muliebrium. nam tum ſeparatæ habitabant, ideſt, alio tempore quàm quo ſolent pati menſes. 19 Heb. vltra ſeparationem, ideſt, vltra menſes quos Deus conſtituit. 20 Heb. omnibus diebus fluxus impuritatis ſuæ ſicut diebus menſtrui ſui erit. 21 ideſt, immundum erit, vt ſtratum ſuper quod iacebat diebus menſtrui ſui, impurum erat. 22 ideſt, omnis ſedes ſuper qua ſederit, erit impura vt impura erat ſedes ſuper quā ſederat tempora menſium. 23 tabernaculi conuentus. Tabernaculum pro atrio accipit: à parte totum. 24 vel, emundabitque eam &c. Id eſt declarabit eam eſſe mundam à fluxu ſuo beneficio Dei. 25 Separabitis itaque filios Iſrael ab impuritatibus ſuis, &c. Hoc eſt, Hac ratione facietis vt caueant filij Iſrael ab impuritate. 26 quando polluent. 27 effuſio 28 Heb. vt impurus ſit. i. per quam homo redditur impurus. 29 Heb. Item dolentis in ſeparatione ſua, & qui profundit fluxum ſuum, ideſt, qui laborat fluxu menſium, & patitur fluxum.

## CAP. XVI.

Sup. 10. a. Quæ ſacerdoti erant obſeruanda antequam ingredi poſſet ſanctuarium. ⁑ Exod. 30. b. heb. 9. b.

LOcutuſque eſt Dominus ad Moyſen poſt mor- 1
tem duorum filiorum Aaron, quando offerentes
ignem alienum interfecti ſunt: ¶ & præcepit ei, 2
dicens, Loquere ad Aaron fratrem tuum ⁑ ne omni tē-
pore ingrediatur Sanctuarium, quod eſt intra velum
coram propitiatorio quo tegitur arca, vt non moriatur
(quia in nube apparebo ſuper oraculum) ¶ niſi hæc 3
antè fecerit, Vitulum pro peccato offeret, & arietem
in holocauſtum. ¶ Tunica linea veſtietur, feminali- 4
bus lineis verenda celabit: accingetur zona linea,
cidarim lineam imponet capiti: hæc enim veſtimen-
B ta ſunt ſancta: quibus cunctis, cum lotus fuerit, in-
duetur. ¶ Suſcipietque ab vniuerſa multitudine filio- 5
rum Iſrael duos hircos pro peccato, & vnum arietem
in holocauſtum. ¶ Cumque obtulerit vitulum, & ora- 6
uerit pro ſe & pro domo ſua, ¶ Duos hircos ſtare fa- 7
ciet coram Domino in oſtio tabernaculi teſtimonij.
¶ Mittenſque ſuper vtrunque ſortem, vnam Domino, 8

Caper emiſſarius.

& alteram capro emiſſario: ¶ Cuius exierit ſors Do- 9
mino, offeret illum pro peccato: ¶ Cuius autem in ca 10
prum emiſſarium, ſtatuet eum viuum coram Domi-
no, vt fundat preces ſuper eum, & emittat eum in ſoli-
tudinem. ¶ His ritè celebratis, offeret vitulum, & ro- 11
gans pro ſe & pro domo ſua, immolabit eum. ¶ Aſſum 12
ptoque thuribulo quod de prunis altaris impleuerit, &
C hauriens manu compoſitum thymiama in incenſum, vl-
tra velum intrabit in Sancta: ¶ Vt poſitis ſuper ignē 13
aromatibus, nebula eorum & vapor operiat oracu-
lum quod eſt ſupra teſtimonium, & non moriatur.

Expiatio ſanctuarij. heb. 9. d. 10. a.

¶ Tollet quoque de ſanguine vituli, & aſperget di- 14
gito ſepties contra propitiatorium ad Orientem.
¶ Cumque mactauerit hircum pro peccato populi, 15
inferet ſanguinem eius intra velum, ſicut præceptum
eſt de ſanguine vituli, vt aſpergat eregione oraculi,
¶ Et expiet ſanctuarium ab immunditijs filiorum Iſ- 16
rael, & à præuaricationibus eorum, cunctiſque pecca-
D tis. Iuxta hunc ritum faciet tabernaculo teſtimonij,

Tabernaculi.

quod fixum eſt inter eos in medio ſordium habitationis

## CAP. XVI.

ET loquutus eſt Dominus ad Moſen poſt mortē duorum filiorū Aharonis, 1 quando appropinquarūt corā Domino, & mortui ſunt. Dixitq; Dominus ad Moſen, Loquere ad Aharonē fratrē tuum, ne omni tempore introeat in 2 ſanctuarium, intra ſcilicet velum 3 coram propitiatorio quod ſuper arcam eſt, ne moriatur: quoniā in nube apparebo 4 ſuper propitiatorium. 5 In hoc ingrediatur Aharon ſanctuariū, nēpe cum iuuenco bouis, qui ſit pro peccato, & cū ariete pro holocauſto. Tunica ſtricta linea ſancta veſtietur, & femoralia linea ſint ſuper 6 carnē eius, & Zona linea accingatur, & tiara linea amiciatur: hæc ſancta ſunt veſtimenta, & lauabit aqua carnē ſuā 7 cū induerit ea. Accipiat autē à cœtu filiorū Iſrael duos 8 hircos caprarū pro peccato, & arietē vnū in holocauſtū. Et 9 adducet Aharon iuuencū ſuum pro peccato, & expiabit pro ſe & pro domo ſua. Deinde accipiet & duos hircos, & collocabit eos coram Domino ad oſtiū tentorij 10 cōſtitutionis. Et ſortietur Aharō ſuper duos hircos, ſors vna erit pro Domino, altera ſors 11 pro capro ſacro qui amandatur. Et adducet Aharon hircū illum ſuper quem 12 ducta eſt ſors Domini, & 13 faciet eū pro peccato. Alter vero hircus ſuper quē 14 ducta eſt ſors vt amādetur, ſtatuetur viuus corā Dño, 15 vt iſto expiet, vt amādet illū, caprū ſcilicet emiſſariū in deſertū. Et 16 iuuecū quē habet adducat ꝑ hoſtia peccati, & expiet pro ſe & ꝑ domo ſua, mactabitq; iuuēcū ſuū pro peccato. Accipiat quoq; acerrā plenā ignitis carbonibus ex ara quæ eſt corā Dño, & 17 volā ſuā plenā incēſo aromatico cōtuſo, & inferat intra velū. Ponetq; incēſum ſuper ignē corā Dño, 18 ita vt fumus ſuffitus obtegat propitiatoriū quod eſt 19 ſuper teſtimoniū, 20 ne moriatur. Deinde accipiat de ſanguine iuuēci, & ſpargat digito ſuo 21 corā propitiatorio Orientē verſus, & corā ꝑpitiatorio ſpargat digito ſuo de ſanguine illo ſepties. Et mactet hircū ꝑ peccato, qui eſt 22 ꝑ populo, & inferat ſanguinē eiꝰ intra velū, faciatq; cū ſanguine illo, quēadmodū fecit cū ſanguine iuuēci, ſpargēs ſcilicet eū verſus propitiatorium, & 21 corā propitiatorio. Et expiabit 23 ſuper ſanctuariū ab immūditia filiorū Iſrael, & à trāſgreſsionibus eorū, 24 pro cūctis peccatis eorum. Et ſic quoque faciet tentorio 25 conſtitutionis, quod habitat cum eis 26 inter immunditias eorum.

*eorum. Nullus autem homo ſit in tentorio 25 conſtitutionis, quum ille ingredietur 27 ad expiandum in ſanctuario, donec egrediatur, & 28 expiauerit pro ſe & pro domo ſua, atque pro vniuerſo cœtu Iſraelitico. Et egreſſus ad 29 aram quæ eſt coram Domino, 30 expiationem faciet ſuper eam, ſumetque de ſanguine iuuenci, & de ſanguine hirci, & ponet ſuper cornua aræ per circuitum. Spargetque ſuper eam digito ſuo de ſanguine ſepties, & emundabit ipſam, atque eam ſanctificabit ab immunditijs filiorum Iſrael. Et quum ceſſauerit ab expiando ſanctuarium, & tentorium 25 conſtitutionis, & arã, tum 31 adferat hircum viuum. Imponetque Aharon vtranque manum ſuam ſuper caput hirci viuentis, & confitebitur ſuper ipſum cunctas iniquitates filiorũ Iſrael, & omnes trãſgreſſiones eorum, omniaque peccata eorum, ponens ſcilicet eas ſuper caput hirci, & amãdet [eum] per manum viri 32 tempeſtiui in deſertum. Et feret hircus ille ſuper ſe omnes iniquitates illorum in terram 33 ſeparatam, amandabitque hircum in deſertum. Et veniet Aharon ad tentorium 25 conſtitutionis, & exutis veſtimentis lineis, quibus indutus fuit dum introiret ſanctuarium, 34 reponat ea iſthic, Lotaque carne ſua aqua in loco ſancto, induet veſtimenta ſua, & egreſſus faciet holocauſtum 35 ſuum, & holocauſtum populi, & expiabit pro ſe & pro populo. Adipem hoſtiæ pro peccato incendat in ara. Porrò, is qui 36 amandauit hircum in campum caprarum, eluet veſtimenta ſua, lotaque carne ſua in aqua, ingredietur poſt hoc in caſtra. Iuuencum verò qui eſt pro peccato, & hircum qui eſt pro peccato, quorum ſanguis illatus eſt ad expiandum ſanctuarium, efferat foras extra caſtra, vt comburantur igne cum pellibus, carne & excremento eorum. Et is qui combuſſerit ea, eluet veſtimenta ſua: & lota carne ſua, tum tandem caſtra ingrediatur. Erit & hoc ſtatutum vobis perpetuum, vt menſe ſeptimo, decimo menſis 37 deijciatis animas veſtras, nec vllum opus faciatis, ſiue indigena ſit, ſiue incola qui incolit inter vos. Quoniam eodem die 38 expiabitur pro vobis, vt mundi fiatis, & mundi ſitis ab omnibus peccatis veſtris coram Domino. 39 Sabbatum ſabbatorum hoc vobis, & 40 deijcietis animas veſtras ritu perpetuo. Expiabit autem ſacerdos qui vnctus fuerit, & cuius manus fuerit conſecrata, vt ſacerdotio fungatur pro patre ſuo, indueturque veſtimentis lineis atq; ſanctis. Expiabit vero ſanctuarium ſanctum, & tentorium 25 conſtitutionis, expiabit & aram, & ſacerdotes, & vniuerſum populum cœtus expiabit. Sitque vobis hoc ſtatutũ perpetuum, vt expiet filios Iſrael ab omni peccato eorum ſemel in anno. Et 41 fecit quemadmodum præcepit Dominus Moſi.*

17 eorum. ♀ Nullus hominum ſit in tabernaculo quando Luc.1.a.
pontifex ſanctuarium ingreditur, vt roget pro ſe & pro
domo ſua, & pro vniuerſo cœtu Iſrael, donec egredia-
18 tur ″ tabernaculum. ♀ Cum autem exierit ad altare Altaris.
quod coram Domino eſt, oret pro ſe, & ſumptum ſangui
nem vituli atque hirci fundat ſuper cornua eius per gy-
19 rum. ♀ Aſpergenſque digito ſepties, expiet, & ſanctifi-
20 cet illud ab immunditijs filiorum Iſrael. ♀ Poſtquam Peccatorum
emundauerit ſanctuarium, & tabernaculum, & altare, tũc
21 offerat hircũ viuentem. ♀ Et poſita vtraque manu ſuper E
caput eius, confiteatur omnes iniquitates filiorum Iſrael,
& vniuerſa delicta atque peccata eorum: quæ imprecans Moſaica confeſsio.
capiti eius, emittet illum per hominem paratum, in de-
22 ſertum. ♀ Cumque portauerit hircus omnes iniquitates
eorum in terram ſolitariam, & dimiſſus fuerit in deſertũ,
23 ♀ Reuertetur Aarõ in tabernaculum teſtimonij, & depo
ſitis veſtibus quibus prius indutus erat cum intraret ſan-
24 ctuarium, relictiſque ibi, ♀ Lauabit carnem ſuam in lo
co ſancto, indueturque veſtibus ſuis. & poſtquam egreſ-
ſus obtulerit holocauſtum ſuum ac plebis, rogabit tam
25 pro ſe quàm pro populo. ♀ Et adipẽ qui oblatus eſt pro
26 peccatis, adolebit ſuper altare. ♀ Ille vero qui dimiſe-
rit caprũ emiſſariũ, lauabit veſtimẽta ſua & corpus aqua, F
27 & ſic ingredietur in caſtra. ♀ Vitulum autẽ & hircum
qui pro peccato fuerant immolati, & quorum ſanguis il-
latus eſt in ſanctuarium vt expiatio compleretur, aſpor-
tabunt foras caſtra, & comburent igni tam pelles quàm Heb.13.b.
28 carnes eorum ac fimum. ♀ Et quicunque combuſſerit
ea, lauabit veſtimenta ſua & carnem aqua, & ſic ingredie
29 tur caſtra. ♀ Eritq; vobis hoc legitimum ſempiternũ:
menſe ″ autem ſeptimo, decima die menſis affligetis ani Feſtum expiationum à peccatis.
mas veſtras, nullumque opus facietis, ſiue indigena ſiue
30 aduena qui peregrinatur inter vos. ♀ In hac die expia infra.32.e.
tio erit veſtri atque mundatio ab omnibus peccatis ve- G
31 ſtris: coram Domino mundabimini. ♀ Sabbathũ enim
requietionis eſt, & affligetis animas veſtras religione per
32 petua. ♀ Expiabit autem ſacerdos qui vnctus fuerit, & cu-
ius manus ″ initiatæ ſunt vt ſacerdotio fungatur pro pa- ″ initiata eſt
33 tre ſuo: indueturque ſtola linea & veſtibus ſanctis. ♀ Et
expiabit ſanctuarium & tabernaculum teſtimonij at-
que altare, ſacerdotes quoque & vniuerſum populum.
34 ♀ Eritque vobis hoc legitimum ſempiternum, vt ore
tis pro filijs Iſrael, & pro cunctis peccatis eorum
ſemel in anno. Fecit igitur ſicut præceperat Domi-
nus Moyſi.

## SCHOLIA IN CAP. XVI.

1 Aut, qui quum veniſſent in conſpectum Domini, mortui fuerant. Vel, qui quod veniſſent &c. Legitur hæc hiſtoria cap. X huius libri. Superiori capite de priuata particularique impuritate tractauit Moſes: hîc vero de publica & vniuerſali ſcribit. 2 ſanctitatem, ideſt, ſanctum ſanctorum. Semel in anno, Septembri menſe ſummus ſacerdos ſolus ingrediebatur ſanctum ſanctorum. 3 coram tectorio. Siue cælo, ſubaudi arcæ. 4 ſuper tectorium (ſiue cælum) illud. 5 ideſt, Tum hoc ritu ingredietur ipſe Aaron ad ſanctuarium, ideſt, in ſanctum ſanctorum. 6 Caro, pro verendis. 7 & induet ea, 8 Hircos caprarum vocat hircos è grege, adhuc tenellos & lactentes. 9 vel, offeret 10 conuentus. 11 pro Azazel. Id eſt, pro capro qui abducendus erat in montem Azazel, qui mons erat ſitus in deſerto prope montem Sinai. 12 ceciderit ſors pro Domino, ideſt, qui ſorte obtigerit Domino. 13 ideſt, ſacrificabit eum pro expiatione peccati. 14 ceciderit ſors pro Azazel. Id eſt, pro capro qui abducendus erit in montem Azazel. Sunt qui ſic vertant, minus tamen recte, Is ſuper quem ceciderit ſors vt ſit caper emiſſarius. 15 ad emundandum per illum, vt poſtea emittatur in montem Azazel. 16 vitulum ſuum, ideſt, è grege ſuo ſumptum. 17 Heb. plenitudinem volarum ſuarum, ideſt quantum vtraque manus capere poterit. 18 Heb. nubeſque thymiamatis, ideſt, vapor conſurgens ex thymiamate incenſo. 19 Oratio eſt conciſa: pro, ſupra arcam teſtimonij. 20 & non morietur. ſi ita ſcilicet fecerit, non quemadmodum fecerunt Nadab & Abiu. 21 q. d. conſperget partem anteriorem ſpectantem Orientem, & poſteriorem ſpectantem Occidentem. 22 ideſt, quem populus tradiderit pro ſe mactandum. 23 vacat hîc præpoſitio. 24 & omnia peccata eorum. 25 conuentionis. Aut, conuentus. Vel, vt alijs placet, fœderis. 26 Heb. in medio impuritatum eorum, ideſt, inter illos impuros & contaminatos. 27 vel, ad orandum 28 orabit 29 ſub. incenſi. 30 expiabit eam, 31 offeret 32 ad hoc parati 33 Hebraiſmus, ſeiunctionis, ideſt, inhabitabilem. 34 relinquat 35 ideſt, pro ſe. 36 deduxerit hircum in Azazel, 37 affligatis &c. ideſt, ieiunetis. 38 expiabit vos (ſubaudi, ſummus ſacerdos) ad purificandum vos, & mundabimini &c. Id eſt, ſummus ſacerdos declarabit vos omnium ſcelerum puros eſſe. 39 Quies (enim) quietis eſt, ideſt, Summa quies eſt: hoc eſt, Animo & corpore vobis quieſcendum eſt. Heb. 40 affligetis animas veſtras ſtatuto perpetuo, ideſt, ſemper obſeruando. 41 ſub. Moſes. Fecit Moſes quod ſibi præceperat Dominus.

CAP.



## CAP. XVII.

[redacted] ET locutus eſt Dominus ad Moyſen, dicens, ♀ Lo- 1
quere Aaron & filijs eius & cunctis filijs Iſrael, di- 2
cens ad eos, Iſte eſt ſermo quem mandauit Domi-
nus, dicens, ♀ Homo quilibet de domo Iſrael, ſi occide- 3
rit bouem aut ouem, ſiue capram in caſtris vel extra ca-
ſtra, ♀ Et non obtulerit ad oſtium tabernaculi oblatio- 4
nem Domino, ſanguinis reus erit: quaſi ſi ſanguinem fu-
derit ſic peribit de medio populi ſui. ♀ Ideo ſacerdoti 5
B offerre debent filij Iſrael hoſtias ſuas quas occidunt in
agro, vt ſanctificentur Domino ante oſtium tabernaculi
teſtimonij, & immolent eas hoſtias pacificas Domino.
♀ Fundetque ſacerdos ſanguinem ſuper altare Domini 6
Domino, nõ dæmonibus offerẽdum. ad oſtium tabernaculi teſtimonij, & adolebit adipem in
odorem ſuauitatis Domino. ♀ Et nequaquam vltrà im- 7
molabunt hoſtias ſuas dæmonibus, cum quibus fornicati
ſunt. legitimum ſempiternum erit illis & poſteris eorum.
″ domo ♀ Et ad ipſos dices, Homo de ″ filijs Iſrael & de aduenis 8
qui peregrinantur apud vos, qui obtulerit holocauſtum
ſiue victimam, ♀ & ad oſtium tabernaculi teſtimonij 9
″ offerat C non adduxerit eam, vt ″ offeratur Domino, interibit de po
Sanguis non comedendus. pulo ſuo. ♀ Homo quilibet de domo Iſrael, & de adue- 10
″ Inter eos, nis qui peregrinantur ″ inter vos, ſi comederit ſanguinem,
obfirmabo faciem meam contra animam illius, & diſper-
dam eam de populo ſuo, ♀ Quia anima carnis in ſangui- 11
ne eſt: & ego dedi illum vobis, vt ſuper altare in eo expie-
Sanguine expiatio peccatorũ fiebat. tis pro animabus veſtris, & ſanguis pro animę piaculo ſit.
♀ Idcirco dixi filijs Iſrael, Omnis anima ex vobis non 12
comedet ſanguinem, nec ex aduenis qui peregrinantur
″ inter ″ apud vos. ♀ Homo quicunque de filijs Iſrael & de ad- 13
uenis qui peregrinantur apud vos, ſi venatione atque au-
cupio ceperit feram vel auem, quibus veſci licitum eſt, fun
Gen.9.b. D dat ſanguinem eius, & operiat illum terra. ♀ Anima enim 14
omnis carnis in ſanguine eſt: vnde dixi filijs Iſrael, San-
guinem vniuerſæ carnis non comedetis, quia anima car-
nis in ſanguine eſt: & quicunque comederit illum, interi-
Morticinũ non comedendum. bit. ♀ Anima quæ comederit morticinum vel captum à 15
beſtia, tam de indigenis quàm de aduenis, lauabit veſti-
menta ſua & ſemetipſum aqua, & contaminatus erit vſq;
ad veſperum: & hoc ordine mundus fiet. ♀ Quòd ſi non 16
lauerit veſtimenta ſua vel corpus, portabit iniquitatem
ſuam.

## CAP. XVII.

*ET loquutus eſt Dominus ad Moſen hiſce verbis, Loquere ad Aharonem & filios eius, atque ad cunctos filios Iſrael, & dices ad eos, 1 Hoc eſt verbum quod præcepit Dominus, dicens, 2 Quicunque è domo Iſrael 3 mactauerit bouem, aut ouem, aut capram in caſtris, aut qui mactauerit extra caſtra, Et ad oſtium 4 tentorij conſtitutionis non attulerit, vt 5 ſacrificet ſacrificium Domino ante tabernaculum Domini, ſanguis imputabitur viro illi: 6 ſanguinem [enim] fudit: excindeturque vir ille è medio populi ſui. 7 Proinde quando filij Iſrael adducunt ſua ſacrificia, quæ ſacrificare volunt in planitie campi, adducant talia ad Dominum, nempe ad oſtium tentorij conſtitutionis, ad ſacerdotem, vt ea Domino ſacrificent ſacrificia gratulatoria. Et ſparget ſacerdos ſanguinem ſuper aram Domini, quæ eſt ad oſtium tentorij conſtitutionis, & adolebit adipem Domino in 8 odorem ſuaueolentẽ. Nec vltra ſacrificent ſacrificia ſua 9 ſatyris, 10 poſt quos ſcortati ſunt. ritus hic erit perpetuus eis, 11 etiam apud poſteros ſuos. Dices autem ad eos, Quicunque è domo Iſrael, aut ex incolis qui inter vos habitant, holocauſtum aut ſacrificium attulerit, nec adduxerit hoc ad oſtium tentorij conſtitutionis, 12 vt Domino illud faciat, is 13 excindetur de populis ſuis. Et quicunque è domo Iſrael, aut de incola qui inter vos habitat, vllum ſanguinem comederit, 14 ponam faciem meam contra animam talem quæ comederit ſanguinem, & excindam eam de medio populi ſui. 15 Nam anima carnis eſt in ſanguine, & ego 16 dedi illum vobis ſuper aram, ad expiandum animas veſtras: ſanguis enim animam expiabit. Et ob id dixi filijs Iſrael, Nulla anima ex vobis ſanguinem edat, deinde nullus incola qui habitat inter vos ſanguinem edat. Quicunque ex filijs Iſrael, & incola qui habitat inter vos, venatus fuerit venationem feræ aut volucris, quæ comedi poteſt, effundat ſanguinem eius, & obruat eum puluere. Nam anima omnis carnis, 17 ſanguis eius eſt, pro anima eius eſt: ob id dixi filijs Iſrael, Nullius carnis ſanguinem comedetis, quia anima omnis carnis ſanguis eius eſt: quicunque comederit de illo, 18 excindetur. Omnis quoque anima (ſiue indigena ſit, ſiue incola,) quæ cadauer aut diſcerptum à feris comederit, lauabit veſtimenta ſua, & carnem ſuam aquis, & immundus ſit vſque ad veſperam, & 19 tunc mundus erit. Et ſi non 20 eluerit, carnemque ſuam non lauerit, feret 21 noxam ſuam.*

## SCHOLIA IN CAP. XVII.

1 Hebraiſmus eſt, pro, Hoc eſt quod mandauit. Hæc lex fertur à Deo, vt auertat filios Iſrael ab idololatria. didicerant enim illi ab AEgyptijs ſacrificare idolis. 2 Heb. Vir vir, &c. Modus dicendi Hebraicus, qui Latine per Quicunque redditur. 3 Hæc non de mactatione animalium quæ ad eſum fit, intelligenda ſunt: ſed de mactatione ſacrificiorũ. 4 tabernaculi conuentus. 5 vel, offerat oblationẽ. 6 Sanguinẽ pro cæde accipit, quaſi dicat, Perinde mihi diſplicebit acſi hominẽ occidiſſet: ideoq; pro ethnico, & incircunciſo habebitur. 7 Hebr. vt afferant filij Iſrael hoſtias ſuas quas ſunt mactaturi in ſuperficie agri: vt afferant inquã ad Dominũ, ad fores tabernaculi conuentionis ad ſacerdotẽ, & mactent illas in hoſtias pacificorũ Dño. Cũ ait, In ſuperficie agri: ſignificat Vbiuis locorũ. 8 Heb. quietis, ideſt, vt inde excitetur odor gratiſſimus Deo. 9 Dictio Hebraica S E I I R I M ſignificat dæmones, ſed eos proprie qui hirſuti & villoſi inſtar hircorũ, ſui cultoribus apparere ſolebant. Et veriſimile eſt intelligi de ſatyris. 10 vel, cũ quibus, &c. ideſt, quorũ cultui addicti ſunt, ſiue quos colere ſoliti ſunt. 11 ſuis tẽporibus, ideſt, quandiu vixerint. 12 ad ſacrificandũ illud Dño. 13 ideſt, non cenſebitur circũciſus, non numerabitur inter ſuos populares. 14 Heb. eſt, pro, iraſcar illi vehemẽter. 15 ideſt, Quia anima omnis animalis habet ſedem in ſanguine. Anima enim, ſiue ſpiritus ipſi, puriore ſanguinis parte in vapores calore natiuo reſoluti nutriũtur: vnde ſpiritus ipſi ſiue anima, dicũtur habere ſedem in ſanguine. nam ſine ſanguine anima conſiſtere non magis poteſt, quàm ignis ellychnij ſine oleo. De animalibus irrationalibus loquitur. Caro pro animali. 16 ideſt, præcepi vt effunderetis ſanguinem illum ad baſim altaris, ad expiandas animas veſtras: quia ſanguine expiantur animæ. Vnde Paulus dicebat, Et ſine ſanguinis effuſione non fit remiſsio. 17 ſanguis eius in anima eius eſt. i. quia cuiuſcunque animantis ſanguis cũ anima cõiũctus eſt. Carnẽ hoc loco pro animali irratiõali accipit. Heb. 18 Excindi, ſiue perire, eſt nõ connumerari inter eos qui ſalutẽ cõſequentur. 19 cum ſcilicet veſpera aduenerit. 20 ſub. veſtes ſuas. 21 iniquitatem, ideſt, punietur. Hebraiſmus.

## CAP. XVIII.

Qui coitus illiciti. LOcutus eſt Dominus ad Moyſen, dicens, ♀ Lo- 1
quere filijs Iſrael, & dices ad eos, Ego ſum Domi- 2
nus Deus veſter: ♀ iuxta conſuetudinem Terræ- 3
AEgypti in qua habitaſtis, non facietis: & iuxta mo-
rem Regionis Chanaan, ad quam ego introductu-
rus ſum vos, non agetis, nec in legitimis eorum ambulabi-
tis. ♀ Facietis iudicia mea, & præcepta mea ſeruabitis, 4

## CAP. XVIII.

*ET loquutus eſt Dominus ad Moſen in hanc ſententiam, Loquere ad filios Iſrael, & dices ad eos, Ego Dominus Deus veſter: ſecundum opera terræ AEgypti, in qua habitaſtis, ne feceritis: & ſecundum opera Chananaicæ terræ, in quam ego vos 1 introduco, ne feceritis, in ritibus eorum ne incedatis. Iudicia mea facietis, ritus meos obſeruabitis,*

*vt in illis incedatis:ego 2 Dominus Deus veſter. Cuſtodietis ergo ritus meos, & iudicia mea, quæ faciens homo, 3 in eis viuet: 4 ego Dominus. Nullus ad quaſcunque 5 reliquias carnis ſuæ accedat, ad retegendum verenda: ego Dominus. 6 Verenda patris tui, & verenda matris tuæ ne retegas: mater tua eſt, ne retegas verenda eius. Verenda 7 vxoris patris tui 8 ne retegas: 9 turpitudo enim patris tui eſt. Verenda ſororis tuæ, quæ filia eſt patris tui [tantum,] aut filia matris tuæ, 10 ſiue domi ſit genita, ſiue foris, ne retegas turpitudinem earum. Verenda neptis ex filio tuo, aut neptis ex filia tua, ne retegas turpitudinem earum, quia turpitudo tua 11 eſt. Verenda filiæ vxoris patris tui, 12 quæ genita eſt à patre tuo, ſoror tua eſt, ne retegas turpitudinem eius. Verenda 13 amitæ tuæ ne retegas, 14 [quoniam] reliquiarum eſt patris tui. 15 Verenda materteræ tuæ ne retegas: 14 reliquiarum enim matris tuæ eſt. Verenda 16 patrui tui ne retegas, ad vxorem eius ne accedas, vxor eſt patrui tui. 18 Verenda nurus tuæ ne retegas: eſt enim vxor filij tui, idcirco ne retegas verenda eius. 19 Verenda fratriæ tuæ ne retegas: ignominia enim eſt fratri tuo. 20 Verenda vxoris & filiæ eius ne retegas: neptem ex filio eius, & neptem ex filia eius ne ducas 21 ad retegendum turpitudinem eius: 22 reliquiæ ſunt ipſæ, & nephas eſt. Vxorem 23 ac ſororem ſuam ne ducas, ad laceſſendum, vt ſcilicet retegas turpitudinem eius, viuente adhuc illa. 24 Ad mulierem 25 quæ menſibus ſuis polluta eſt, ne accedas, 26 ad retegendum verenda eius. 27 Vxorem proximi tui proiectione ſeminis tui ne contamines. De ſemine tuo ne des 28 vt ipſi Molech traducatur, neque prophanes nomen Dei tui: ego Dominus. Cum mare ne concumbas eo concubitu quo cum fœmina ſolet: abominanda res eſt. Ne concumbas cum vllo iumento, vt polluaris cum eo: neque mulier ſtabit coram iumento, vt ſe [illi] proſtituat, quia 29 confuſio eſt. 30 In his omnibus ne polluamini: nam in hiſce omnibus Gentes polluuntur, quas ego 31 eijcio ante vos. 32 Et hinc contaminata eſt terra, & ego viſitaui iniquitatem eius ſuper eam, & terra ipſa euomuit habitatores ſuos. Vos igitur cuſtodietis ſtatuta mea & iudicia mea, & ex omnibus iſtis abominandis rebus nullam deſignabitis, ſiue indigena quis fuerit, ſiue incola qui inter vos habitat. Quoniam omnes iſtas abominationes fecerunt homines terræ illius qui fuerunt ante vos, ita vt polluta ſit terra. An ergo terra vos non euomet, 33 ſi pollueritis eam, ſicut 34 euomuit gentem quæ fuit ante vos? Nam quicunque fecerit quidpiam ex cunctis iſtis abominationibus, 35 excindentur animæ ſic facientes è medio populi ſui. Obſeruabitis itaque 36 obſeruationem meam, ne quidpiam deſignetis ex ritibus illis abominandis qui facti ſunt ante vos, 37 ne polluamini in eis: ego Dominus 38 Deus veſter.*

5 & ambulabitis in eis: ego Dominus Deus veſter. ¶ Cu-
ſtodite leges meas atque iudicia, quæ faciens homo, vi-
6 uet in eis. ego Dominus. ¶ Omnis homo ad proximam
ſanguinis ſui non accedet, vt reuelet turpitudinem eius:
7 ego Dominus Deus veſter. ¶ Turpitudinem patris tui
& turpitudinem matris tuæ non diſcooperies. mater tua
8 eſt, non reuelabis turpitudinem eius. ¶ Turpitudinem
vxoris patris tui non diſcooperies. turpitudo enim patris
9 tui eſt. ¶ Turpitudinem ſororis tuæ ex patre ſiue ex ma
10 tre quæ domi vel foris genita eſt, non reuelabis. ¶ Tur-
pitudinem filię filij tui vel neptis ex filia non reuelabis:
11 quia turpitudo tua eſt. ¶ Turpitudinem filiæ vxoris pa
tris tui, quam peperit patri tuo, & eſt ſoror tua, non reue-
12 labis. ¶ Turpitudinem ſororis patris tui non diſcoope-
13 ries: quia caro eſt patris tui. ¶ Turpitudinem ſororis ma
14 tris tuæ non reuelabis: eo quòd caro ſit matris tuæ. ¶ Tur
pitudinem patrui tui non reuelabis, nec accedes ad vxo-
15 rem eius quæ tibi affinitate coniungitur. ¶ Turpitudi-
nem nurus tuæ non reuelabis, quia vxor filij tui eſt: nec
diſcooperies ignominiã eius. Et vxorem fratris ſui nul-
16 lus accipiat. ¶ Turpitudinem vxoris fratris tui non re-
17 uelabis: quia turpitudo fratris tui eſt. ¶ Turpitudinem
vxoris tuæ & filiæ eius non reuelabis. filiam filij eius, &
filiam filiæ illius non ſumes, vt reueles ignominiam eius:
18 quia caro illius ſunt, & talis coitus incæſtus eſt. ¶ Soro-
rem vxoris tuæ in pellicatum illius non accipies, nec re-
19 uelabis turpitudinem eius adhuc illa viuente. ¶ Ad mu-
lierem quæ patitur menſtrua non accedes, nec reuelabis
20 fœditatem eius. ¶ Cum vxore proximi tui non coibis,
21 nec ſeminis commiſtione maculaberis. ¶ De ſemine tuo
non dabis vt conſecretur idôlo Moloch, nec pollues no-
22 men Dei tui: ego Dominus. ¶ Cum maſculo non com-
23 miſcearis coitu fœmineo, quia abominatio eſt. ¶ Cum
omni pecore non coibis, nec maculaberis cum eo. Mu-
lier non ſuccumbet iumento, nec miſcebitur ei: quia
24 ſcelus eſt. ¶ Nec polluamini in omnibus his quibus
contaminatæ ſunt vniuerſæ Gentes, quas ego eijciam
25 ante conſpectum veſtrum, ¶ & quibus polluta eſt Ter-
ra: cuius ego ſcelera viſitabo, vt euomat habitato-
26 res ſuos. ¶ Cuſtodite legitima mea atque iudicia, [a] vt
non faciatis ex omnibus abominationibus iſtis, tam
indigena, quàm colonus qui peregrinatur apud vos.
27 ¶ Omnes enim execrationes iſtas fecerunt accolæ
Terræ, qui fuerunt ante vos, & polluerunt eam.
28 ¶ Cauete ergo ne & vos ſimiliter euomat, cum pa-
ria feceritis, ſicut euomuit gentem quæ fuit ante vos.
29 ¶ Omnis anima quæ fecerit de abominationibus his
30 quippiam, peribit de medio populi ſui. ¶ Cuſtodi-
te mandata mea: nolite facere quæ fecerunt hi qui fue-
runt ante vos, & ne polluamini in eis: ego Dominus
Deus veſter.

Ro.10.a. Ezec. 20.b. Gala.3.b.

B

C

4.Reg.23.e.

D Gentiū opera non vult ſuos imitari Deus.

[a] & ne

SCHOLIA IN CAP. XVIII.

1 Vel, introducturus ſum. 2 ſubaudi, qui præcipio vobis hæc. 3 vel, per illa viuet. Vita ſcilicet temporali. Chaldæus paraphraſtes vertit, Quæ faciens homo, viuet in eis vita ſempiterna. Hebraiſmus, Chriſtus dicit, Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata. 4 ſubaudi, qui id polliceor. 5 Per reliquias, conſanguineos & propinquos intelligunt. ſunt enim reliquiæ carnis quæ ad vnitatem totam trahuntur. Hebraiſmus, Vir vir ad cognationem carnis ſuæ ne accedatis ad reuelandam nuditatem eius: ego, &c. Hebraiſmus eſt, pro, Nemo rem habeat cum conſanguinea ſua, etiam data fide matrimonij. Nuditatem autem vocat partes pudendas, per antiphraſin, quod nunquam nudæ eſſe debeant. ſic in ſequentibus vertendum, vbi verenda toties repetitur. Reuelare igitur ſiue retegere nuditatem, aut verenda mulieris, eſt eum ea contrahere matrimonium. 6 Nuditatem patris tui. Actiuè hîc ſumitur, ideſt, quam pater tuus nudauerit, quod exponens ſubiungit, Et nuditatem matris tuæ ne reueles. Hîc enim E T, expoſitiuè accipitur, pro, Id eſt, quaſi dicat, Nemo poterit contrahere matrimonium cum muliere cum qua pater ipſius habuerit rem, ſiue mater ſit, ſiue nouerca, etiam patre mortuo. 7 ideſt, nouercæ tuæ. 8 ideſt, ne ducas vxorem nouercam tuam patre mortuo. 9 nuditas enim patris tui eſt, ideſt, rem habuit pater tuus cũ ea, & cum ea conſueuit. 10 .i. quæ ex legitimo matrimonio nata ſit, vel extra matrimoniũ, quando ſcilicet nõ præceſſerunt ceremoniæ quæ obſeruari ſolent in matrimonio cõtrahendo.

Chaldæus



Chaldæus paraphraſtes vertit, quæ genita eſt à patre tuo ex altera vxore, aut à matre tua ex viro altero. 11 ſunt, ideſt, illæ ſunt conſanguineæ tuæ. 12 Hebraiſmus, proles patris tui. per appoſitionem dictum. 13 ſiue, ſororis patris tui. 14 Hebraiſmus, caro eſt patris tui, ideſt, cognatio ſiue conſanguinitas, aut conſanguinea eſt patris tui. 15 ideſt, Non duces in vxorem ſororem matris tuæ. 16 ideſt, vxoris patrui tui. Hoc eſt, vxori patrui tui mortui ne iungaris matrimonio. Seipſum partim exponit quum ſtatim dicit, ad vxorem, &c. 18 ideſt, Ne matrimonio iungaris vxori filij tui ipſo mortuo. 19 Hebraiſmus, Nuditatem vxoris fratris tui non reuelabis: nuditas fratris tui eſt, ideſt, Non contrahes matrimonium cum vxore fratris tui, eo mortuo, niſi deceſſerit ſine liberis: quia vxor fratris tui eſt. 20 Id eſt, Non contrahes matrimonium cum matre & filia. 21 Id eſt, vt contrahas cum ea matrimonium, & rem habeas cum ea. 22 conſanguinitas (ſiue cõſanguineę) ſunt: ſcelus eſt. Subaudi, ſi contrahas cum eis matrimoniũ. 23 cum ſorore eius ne accipias: ad affligendum, ad reuelandum nuditatem eius ſuper ea, &c. ideſt, Ne accipias mulierem aliquam pro vxore, cum ſorore eius, vt affligas eam concũbendo cum ſorore eius, præſente ſiue viuente ea vxoris ſorore. nam vxoris demortuæ ſororẽ ducere licebat, quaſi dicat, Duas ſorores ſimul non duces in vxores: vxore tamẽ tua mortua, ſororẽ eius ducere poteris. 24 .i. Ad vxorem tuam. 25 Hebraiſmus, in ſegregatione pollutionis ſuæ, ideſt, eo tempore quo ſecedit propter fluxum menſtruorum. 26 vel, reuelando nuditatem eius. Id eſt, coeundo cum ea. 27 Et vxori proximi tui ne des concubitum tuum in ſemine, vt impurus fias cum ea. Id eſt, Ne rem habeas cum proximi tui vxore, ne impurus fias. 28 Hebraiſmus, ad tranſire faciendum ad ipſum Moloch: ne polluas, &c. Id eſt, ne vllum è filijs tuis immoles Deo Moloch. Hoc enim eſſet mihi dedecori, ſi coleres idola eo ritu, aut alio. Solebant autem luſtrare filios ſuos idolo Moloch, & comburere in honorem eius. Idolum Moloch nonnulli putant fuiſſe Saturnum. 29 vel, abominatio. 30 ideſt, Per aliqua horum. 31 vel, eijciam ad aduentum veſtrum. 32 Vel per futurum, hoc pacto, Et polluetur terra, & viſitabo iniquitatem eius ſuper eam: & euomet terra habitatores ſuos. Id eſt, Si homines polluerint ſeſe his ſceleribus, puniam eos, & terra euomet vos qui tunc incoletis eam. Metaphora à ventriculo valente, non ferente cibos corruptos, ſed euomente eos. 33 quod polluatis. 34 euomet. 35 Id eſt, Deus non agnoſcet illum tanquam Iſraelitam, & circunciſum. 36 Obſeruationem, ſiue cuſtodiam ſuã, vocat mandata ſua. 37 & ne polluamini per ea. 38 Subaudi, ero, ſi hæc obſeruaueritis. Vel, ego qui ſum Dominus Deus veſter, & liberator, hæc præcipio vobis.

CAP. XIX.

Locutus eſt Dominus ad Moyſen, dicens, ¶ Lo- 1
quere ad omnem cœtum filiorum Iſrael, & di- 2
ces ad eos, Sancti eſtote, quia ego ſanctus ſum
Dominus Deus veſter. ¶ Vnuſquiſque [a] patrem ſuum 3
& matrem ſuam timeat. Sabbatha mea cuſtodite: ego Do
minus Deus veſter. ¶ Nolite conuerti ad idôla, nec deos 4
conflatiles faciatis vobis: ego Dominus Deus veſter.
¶ Si immolaueritis hoſtiam pacificorum Domino vt ſit 5
placabilis: ¶ Eo die quo fuerit immolata, comedetis eam, 6
& die altero: quicquid autem reſiduum fuerit in diem ter-
tium, igne comburetis. ¶ Siquis poſt biduum comederit 7
ex ea, prophanus erit & impietatis reus: ¶ portabitque 8
iniquitatem ſuam, quia ſanctum Domini polluit, & per-
ibit anima [b] illius de populo ſuo. ¶ Cumque meſſue- 9
ris ſegetes terræ tuæ, non tondebis vſque ad ſolum ſuper-
ficiem terræ: nec remanentes ſpicas colliges. ¶ Neque 10
in vinea tua racemos & grana decidentia congregabis,
ſed pauperibus & peregrinis carpenda dimittes: ego Do-
minus Deus veſter. ¶ Non facietis furtum. Non men- 11
tiemini, nec decipiet vnuſquiſque proximum ſuum.
¶ Non periurabis in nomine meo, nec pollues nomen 12
Dei tui: ego Dominus. ¶ Non facies calumniam pro- 13
ximo tuo, nec vi opprimes eum. Non morabitur opus
mercenarij tui apud te vſque mane. ¶ Non maledices 14
ſurdo, nec coram cæco pones offendiculum: ſed timebis
Dominum Deum tuum, quia ego ſum Dominus. ¶ Non 15
facies quod iniquum eſt, nec iniuſtè iudicabis. Non con-
ſyderes perſonam pauperis, nec honores vultum po-
tentis: iuſtè iudica proximo tuo. ¶ Non eris crimi- 16
nator, nec ſuſurro in populo: non ſtabis contra ſangui-
nem proximi tui: ego Dominus. ¶ Non oderis fratrem 17
tuum in corde tuo, ſed publicè argue eum, ne habeas ſu-
per illo peccatum. ¶ Non quæras vltionem, nec memor 18
eris iniuriæ ciuium tuorum. Diliges amicum tuum ſicut
teipſum: ego Dominus. ¶ Leges meas cuſtodite. Iu- 19
mentum tuum non facies coire cum alterius generis ani-
mantibus. Agrum tuum non feres diuerſo ſemine. Veſte
quæ ex duobus texta eſt, non induêris. ¶ Homo ſi dor- 20
mierit cum muliere coitu ſeminis, quæ ſit ancilla etiam
nobilis, & tamen pretio non redempta, nec libertate
donata: vapulabunt ambo, & non morientur, quia
non fuit libera. ¶ Pro delicto autem ſuo offeret Do- 21
mino ad oſtium tabernaculi teſtimonij arietem. ¶ Ora- 22
bitque pro eo ſacerdos, & pro [c] peccato eius coram Do-
mino, & repropitiabitur ei, dimitteturque peccatum.

Sancti ſimus. 1.Pet.1.c.
Parentes.
[a] matrem ſuam & patrem ſuum.
Sabbatha.
Idola fugienda.
Hoſtia quando edenda.
B
[b] illa
Meſsis. Inf.23.d
Vindemia.
Furtum.
Mendacium.
Periuria. C
Exo.20.b.
Calumnia.
Eccl.10.a.
Mercenarius.
Deut.24.c.
Surdus. Cæcus.
Iudicium.
Acceptio perſonarum. Deute. 1.c.16.d. D
Criminator.
Odiũ.1.Io.2.b. 3.c. Eccl.19.b.
Vltio. Lu.17.a.
Dilectio. Matt. 5.g.22.d. Rom. 13.
Ager.
Veſtis.
Dormiens cum ancilla.
E
[c] delicto.

*Et loquutus eſt Dominus ad Moſen in hanc ſententiam, Loquere ad vniuerſum cœtum filiorum Iſrael, & dices ad eos, 1 Sancti eſtote, quia ego ſanctus ſum Dominus Deus veſter. Quiſque 2 matrem ſuam & patrem ſuum reueremini. Et ſabbata mea cuſtodite: 3 ego Dominus Deus veſter. Ne reſpiciatis ad 4 idola, neque deos fuſiles vobis faciatis: ego Dominus Deus veſter. Si ſacrificaueritis ſacrificium 5 pacificorum Domino, 6 vt gratum ſit ſacrificabitis illud. 7 Eodem die & poſtero comedetur ſacrificium veſtrum: & ſiquid reſiduum manſerit in diem tertium, igne comburetur. Quòd ſi omnino die tertio comedetur, execrabile eſt, & non acceptum. Qui comederit ipſum, 8 feret iniquitatem ſuam, eo quòd ſanctum Domini prophanauit, & 9 excindetur anima huiuſmodi è populis ſuis. Quum meſſem terræ veſtræ meſſueritis, 10 ne tam exacte angulum agri tui metendo deſeces, 11 & ſpicilegium meſſis tuæ ne colligas. Ne facias racemationem vineæ tuæ, & 12 acinorum reliquias in vinea tua ne collegeris, ſed eas pauperi & 13 incolæ relinquas: ego Dominus Deus veſter. Non 14 furabimini, 15 ne mentiamini, 16 nemo dolo malo agat cum proximo ſuo. Ne iuretis per nomen meum 17 nequiter, neque 18 prophanabis nomen Dei tui: 19 ego Dominus. 20 Ne vim facias proximo tuo, 21 nec deprædéris [ipſum:] opus mercenarij ne pernoctet apud te vſque mane. Ne maledicas ſurdo, neque offendiculum ponas coram cæco, quin potius timebis Deum tuum: 22 ego Dominus. Ne feceritis iniquum quid in iudicio, 23 ne ſuſcipias faciem pauperis, nec reuerearis faciem potentis, [ſed] iuſte iudicabis proximo tuo. Ne incedas 24 mercator in populo tuo, 25 neque ſtes contra ſanguinem proximi tui: 26 ego Dominus. Ne oderis in corde tuo fratrem tuum, at 27 plane reprehendas proximum tuum, 28 ne feras propter eum peccatum. Ne vlciſcaris, ne ſis 29 iniuriarum memor erga filios populi tui, ſed diliges proximum tuum vt teipſum: 30 ego Dominus: 31 Ritus meos ſeruabitis. Ne facias coire iumentum tuum 32 mixtim, neque agrum tuum 33 mixtim ſeras, veſteque 34 ex lana & lino contexta ne induaris. Vir 35 qui dormierit cum muliere proiectione ſeminis, quæ ancilla eſt, ſed 36 viro deſponſa, veruntamen redempta omnino non eſt nec manumiſſa, 37 inquiſitio fiat, non morientur, quia non fuit 38 libera. Adducet inſuper ipſe Domino [victimam] pro delicto ſuo ad oſtium tentorij 39 conſtitutionis, arietem qui ſit hoſtia pro delicto. Et expiabit pro eo ſacerdos corã Domino per arietem qui hoſtia eſt pro delicto, pro peccato ſuo quod commiſit: & condonabit illi Dominus peccatum quod peccauit.*

*Et cum veneritis in terram, & 40 omnigenas arbores eſui aptas plantaueritis, fructus earum acſi præputium haberent cenſebitis: tribus annis erunt vobis acſi præputium haberent præputiati, nec edêtur. Quarto anno cuncti fructus earum 41 ſancti erunt & laudabiles* Domino: *In quinto demum anno comedetis fructus earum, 42 vt vberior ſit vobis prouentus earum:* ego Dominus *Deus veſter.* 43 *Ne edatis cum ſanguine.* Nec *magicam exerceatis, 44 neque tempora obſeruabitis.* Ne *in gyrum attondebitis 45 angulum capitis veſtri, 46 neque vities angulum barbæ tuæ.* I*ncisionem 47 mortui gratia ne ponatis in carne veſtra, 48 neque ſcripturæ notam vobis imprimatis:* ego *Dominus.* 49 Ne *proſtituas filiam tuam, vt ſcortari eam facias, ne & terra ſcortetur, impleaturque terra ſcelere.* S*abbata mea obſeruabitis, & 50 ſanctuarium meum reuerebimini:* ego *Dominus.* N*olite, verti ad pythones, & hariolos ne 51 inquiratis, vt in eis polluamini:* ego Dominus *Deus veſter.* C*oram canicie aſſurgas, & honora faciem ſenis, 52 metuaſque* D*eum tuum:* ego *Dominus.* S*i commoratur aduena in terra veſtra, ne afficiatis eum moleſtia.* S*ed ſit apud vos incola qui commoratur vobiſcum, quemadmodum 53 indigena ex vobis, diligaſque eum ſicut teipſum, quia & vos incolæ fuiſtis in terra* AEgypti: 54 *ego* D*ominus* D*eus veſter.* N*e feceritis quidpiam iniqui 55 in iudicio, 56 in dimenſione, in pondere, & in menſura.* B*ilanx iuſta, 57 lapides iuſti, 58 epha iuſtum, & 59 hin iuſtum ſit vobis: ego* D*ominus* D*eus veſter, qui eduxi vos è terra* AE*gypti.* C*uſtodietis itaque 60 omnes ritus meos, & cũcta iudicia mea, vt faciatis ea: ego* D*ominus.*

23 ¶Quando ingreſſi fueritis Terram, & plantaueritis in ea
ligna pomifera, auferetis præputia eorum. Poma quę ger
24 minant, immunda erunt vobis, nec edetis ex eis: ¶ quarto
autem anno omnis fructus eorum ſanctificabitur laudabi
25 lis Domino. ¶Quinto autem anno comedetis fructus, cõ
gregantes poma quæ proferunt: ego Dominus Deus ve-
26 ſter. ¶Non comedetis carnem cum ſanguine. Non augu-
27 rabimini, nec obſeruabitis ſomnia. ¶ Neque in rotundum
28 attondebitis comam, nec radetis barbam. ¶Et ſuper mor-
tuo non incidetis carnes veſtras, neq; figuras aliquas, aut
29 ſtigmata facietis vobis: ego Dñs. ¶Ne proſtituas filiã tuã,
30 ne contaminetur Terra, & impleatur piaculo. ¶Sabbatha
mea cuſtodite, & ſanctuarium meum metuite: ego Domi-
31 nus. ¶Ne declinetis ad magos, nec ab ariolis aliquid ſciſci-
temini, vt polluamini per eos: ego Dominus Deus veſter.
32 ¶Coram cano capite conſurge, & honora perſonam ſe-
nis: & time Dominum Deum tuum: ego ſum Dominus.
33 ¶Si habitauerit aduena in terra veſtra, & moratus fuerit
34 inter vos, ne exprobretis ei: ¶Sed ſit inter vos quaſi indi-
gena: & diligetis eum quaſi voſmetipſos. fuiſtis enim &
vos aduenę in Terra-AEgypti: ego Dominus Deus ve-
35 ſter. ¶Nolite facere iniquum aliquid in iudicio, in regula,
36 in pondere, in menſura. ¶Statera iuſta, & æqua ſint pon-
dera, iuſtus modius, æquuſque ſextarius: ego Dominus
37 Deus veſter, qui eduxi vos de Terra-AEgypti. ¶ Cuſto-
dite omnia præcepta mea, & vniuerſa iudicia, & facite ea:
ego Dominus.

Primi arborum fructus vt pręputia abijciendi.
Auguria.
F Somnia.
Coma.
Mortuus.
Stigmata.
Filia non proſtituenda.
Sabbatum.
Arioli.
Senes.
Aduenæ. exo. 21. c.
G
Iudicium.
Regula.
Pondus.
Menſura.

## SCHOLIA IN CAP. XIX.

1 Id eſt, Segregate vos ab immunditijs & abominationibus prædictis, date operam ſanctitati. 2 Matrem præponit, quòd eæ in liberos indulgentiores eſſe ſoleant, & ob id minus reuerẽtur eas filij. 3 Videtur ſubaudiendum Quia: vel, Si ita feceritis, ero ego &c. 4 Vox Hebræa ſignificat idola quæ non ſunt dij: vel rem vanam & quæ nihil prodeſt. 5 pacium, ideſt, pacificum. 6 Hebraiſmus, ſecundum voluntatem veſtram immoletis illud. Hebraicus dicendi modus pro, volũtarie & ſponte immolate. Alij vertunt, pro veſtri acceptatione offerte ipſum. Chaldæus paraphraſtes, voluntariè immolabitis eam. 7 Hebraiſmus, Die quo ſacrificaueritis, comedetis (hoſtiam,) & poſtridie: 7 vel, abominatio eſt, neque erit grata. ſubaudi hoſtia. 8 Hebraiſmus eſt, pro, dabit pœnas iniquitatis ſuæ. 9 Hebraiſmus, pro, non habebitur à Deo inter Iſraelitas. 10 non finies angulum terræ tuæ ad metendum. Id eſt, non metes angulos terræ tuæ, ſed in ipſis relinques aliquot ſpicas pauperibus. Hebræi facile tranſeunt à numero in numerum, & à perſona in perſonam. 11 vel, & non colliges ſpicas meſſis tuæ, ideſt, quæ remanſerint à tergo meſſorum tuorum, ſed pauperibus colligendas relinques. 12 Hebraiſmus, grana in vinea tua, ideſt, paucula grana quæ deciderint inter vindemiandum. 13 aduenæ. 14 ſubaudi, quod depoſitum fuerit apud vos. 15 ideſt, ne denegetis depoſitum. 16 neque mentiemini ſinguli in proximum ſuum, ideſt, neque falſo exigetis quod Non dederitis. 17 vel, falſo, ideſt, Non peierabitis. 18 Hoc loco declarat Dominus quid ſit polluere nomen ſuum, nempe falſo iurare per nomen eius. 19 ideſt, quum ego ſim Dominus, quem nihil latet. 20 vel, Ne ſpolies proximum tuum per fraudem, ideſt, nihil exiges ab eo per fraudem. 21 nec diripias eum. vel, ſpolies. 22 Subaudi, qui audio & video: etiam ſi ille ſurdus cui maledicis, non audiat, nec cæcus videat. 23 Hebraiſmus, pro, ne habueris rationem pauperis vel diuitis quando iudicabis. 24 Mercator metaphorice ponitur pro impoſtore. nam frequenter technis & artibus homines circumueniunt. Alij ſuſurronem intelligunt. Significantur homines doloſi, ſubdoli qui rem ſuam cum iactura proximi augẽt, ſycophantæ, delatores, qui niſi mentiantur, lucri nihil habent. Alij vertunt, criminator, ſiue obtrectator. 25 ideſt, ne fueris in cauſa quòd occidatur proximus tuus. Hebraiſmus, quaſi dicat, Non ſolum non occides proximum tuum, ſed nec etiam cædis illius cauſa fueris. 26 quaſi dicat, ego ſum Dominus qui præcipio. Vel, quamuis hoc lateat homines, tamen me non latet. 27 Hebr. arguendo argues. 28 neque impingas illi crimen. Vel, neque illi falſum crimen adſcripſeris. 29 memor iniuriæ acceptæ à popularibus tuis, 30 Subaudi, qui id præcipio. 31 Conſtitutiones meæ. Vel, ſtatuta mea. 32 ideſt, cum alterius generis animantibus. 33 ideſt, diuerſo ſemine. 34 Hebraiſmus, ex duobus texta, diuerſorum generum. Hoc per appoſitionem dictum, ideſt, quæ ſit texta ex lana & lino vel canabe. 35 ideſt, ſi dormierit cũ muliere. Hebraiſmus. 36 vel potius, ſuſpectæ pudicitiæ. Aut, quæ ſit in poteſtate alicuius cum iactura famæ. 37 Hebraiſmus, flagellatio erit, ideſt, vapulabunt ambo loris bubulis. hoc enim ſignificat vox Hebraica BIKKORETH. 38 vel, data libertate. ſi enim eſſet libera, ſecundum legem deberet lapidari. 39 vel, fœderis, arietem immolandum pro expiatione delicti. Et mundabit illum ſacerdos ariete qui eſt pro delicto, coram Domino, propter peccatum, &c. 40 Hebraiſmus, omnem arborem cibi, auferetis præputium eius, fructum eius: tribus annis erit vobis incircuncifus. Arborem cibi vocat ferentem fructum omnis generis. Per præputia intellige primos fructus trium primorum annorum qui ex arboribus decerpti, abijciendi erant velut hominis præputium exciſum. Propterea ait Moſes, Præputia earum, qui ſunt fructus earum. Fructum incircunciſum vocat immundum, vt qui habẽt præputia immundi ſunt. Immundus præterea vocatur fructus quo veſci licitum non erat. 41 ſanctitas laudum erunt Domino, ideſt, conſecrabuntur Domino in laudem eius. Hebraiſmus. 42 Hebraiſmus, vt multiplicet fructum earum, ideſt, vt Deus multiplicet vobis fructum vel prouentum earum. 43 Subintelligitur carnes. prohibet enim eis carnibus veſci quarum ſanguis non fuerit effuſus. Voluit à ſuffocatis Deus Iudæos abſtinere, quod non faciebant AEgyptij. 44 neque prædicetis futura, ideſt, non agetis augures, neque more aſtrologorum prædicetis futura ex aſpectu nubium vel aliarum rerum. futura enim ſunt in manu Domini. 45 vel, finem, ideſt, Non attondebitis in rotundum comam veſtram, AEgyptiorum ſacerdotum more. 46 nec corrumpes angulum barbæ tuæ, ideſt, extremam barbam tuam. hoc eſt, non rades barbam tuam. 47 vel, propter mortuum. Iſtud faciebant AEgyptij idololatræ quum mortem amicorum lugebant, corpus ſuum inciſuris fœdabant. 48 Hebraiſmus, neque ſcripturam ſtigmatis faciatis vobis, ideſt, ne longa flagellatione vibicibus corpora veſtra necetis propter mortuos. 49 Ne polluas filiam tuam, eam proſtituendo, neque fornicetur terra, neque impleatur ipſa ſcelere. De ſpirituali fornicatione loquitur, Ne facias fornicari filias tuas cum idolis, ne doceas illas cultum idolorum, neque homines habitantes Terram-Chanaan colant idola. 50 templum. Hîc nomine templi, eos intelligit qui in templo verſabantur, quaſi dicat, Vos ſacerdotes tam maiores quàm minores qui miniſtratis mihi in templo, metuite me, & ne lugeatis mortuos, & reliqua omnia ne feceritis quæ ſolent facere AEgyptij idolorum cultores. 51 vel, conſulatis.

52 & time



52 & time tibi à Deo tuo. Cum autem habitauerit tecum aduena, &c. 53 Id eſt, qui veſtras eſt. 54 Subaudi, ero, ſi ea feceritis. 55 id eſt, quando aduena contendet de re aliqua coram vobis. 56 ſcilicet agrorum. Hîc docet Iudæos vt nihil plus iuſto venderent aduenis. 57 Lapides pro ponderibus, ideſt, iuſta pondera. 58 Aridorum menſura, modium nonnulli vertunt. nos boſſellum vocamus. 59 Liquidorum menſura, ſextarium quidam interpretãtur. 60 omnia ſtatuta mea, & omnes leges meas.

## CAP. XX.

Liberos non ſacrificandos Moloch. ſup. 18. c.

LOcutuſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens, 1
¶ Hæc loquêris filijs Iſrael, Homo de filijs Iſ- 2
rael, & de aduenis qui habitant in Iſrael, ſiquis de-
derit de ſemine ſuo idolo Moloch, morte moriatur: po-
pulus Terræ lapidabit eum. ¶ Et ego ponam faciem 3
meam contra illum, ſuccidamque eum de medio populi
ſui, eo quòd dederit de ſemine ſuo, Moloch, & contamina
uerit Sanctuarium meũ, ac polluerit nomẽ ſanctum meũ.
¶ Quòd ſi negligens populus Terræ, & quaſi parui- 4
pendens imperium meum, dimiſerit hominem qui de-
dit de ſemine ſuo, Moloch, neç voluerit eum occide-
re: ¶ Ponam faciem meam ſuper hominem illum, & 5
cognationem eius, ſuccidamque & ipſum, & omnes qui
conſenſerunt ei vt fornicaretur cũ Moloch, de medio po-
puli ſui. ¶ Anima quæ declinauerit ad magos & ario- 6
los, & fornicata fuerit cum eis, ponam faciem meam
contra eam, & interficiam illam de medio populi ſui.
¶ Sanctificamini, & eſtote ſancti, quia & ego ſan- 7
ctus ſum Dominus Deus veſter: ¶ cuſtodite præce- 8
pta mea, & facite ea, ego Dominus qui ſanctifico vos.
¶ Qui maledixerit patri ſuo, *aut matri, morte mo- 9
riatur. patri matrique qui maledixerit, ſanguis eius ſit ſu-
per eum. ¶ Si mœchatus quis fuerit cum vxore alterius, 10
& adulteriũ perpetrauerit cum cõiuge proximi ſui, mor-
te moriantur & mœchus & adultera. ¶ Qui dormierit 11
cum nouerca ſua, & reuelauerit ignominiam patris ſui,
morte moriãtur ambo: ſanguis eorum ſit ſuper eos. ¶ Si- 12
quis dormierit cum nuru ſua, vterque moriatur, quia
ſcelus operati ſunt: ſanguis eorum ſit ſuper eos. ¶ Qui 13
dormierit cum maſculo coitu fœmineo, vterque ope-
ratus eſt nefas, morte moriantur: ſit ſanguis eorum ſu-
per eos. ¶ Qui ſupra vxorem filiam, duxerit matrem 14
eius, ſcelus operatus eſt: viuus ardebit cum eis, nec per-
manebit tantum nefas in medio veſtri. ¶ Qui cum iumẽto 15
C & pecore coierit, morte moriatur: pecus quoque occidi-
te. ¶ Mulier quæ ſuccubuerit cuilibet iumento, ſimul 16
interficietur cum eo: ſanguis eorum ſit ſuper eos. ¶ Qui 17
acceperit ſororem ſuam filiam patris ſui, vel filiam ma-
tris ſuæ, & viderit turpitudinem eius, illaque con-
ſpexerit fratris ignominiam: nefariam rem operati ſunt:
occidentur in conſpectu populi ſui, eo quòd turpitu-
dinem ſuam mutuò reuelauerint, & portabunt iniqui-
tatem ſuam. ¶ Qui coierit cum muliere in fluxu men- 18
ſtruo, & reuelauerit turpitudinem eius, ipſaque ape-
ruerit fontem ſanguinis ſui, interficientur ambo de me-
dio populi ſui. ¶ Turpitudinem materteræ, & ami- 19
tæ tuæ non diſcooperies. qui hoc fecerit, ignominiam
carnis ſuæ nudauit, portabunt ambo iniquitatem ſuam.
¶ Qui coierit cum vxore patrui, vel auunculi ſui, & 20
reuelauerit ignominiam cognationis ſuæ, portabunt
D ambo peccatum ſuum: abſque liberis morientur. ¶ Qui 21
duxerit vxorem fratris ſui, rem facit illicitam, tur-
pitudinem fratris ſui reuelauit: abſque liberis *erit.
¶ Cuſtodite leges meas, atque iudicia, & facite ea: 22
ne & vos euomat terra quam intraturi eſtis & ha-
bitaturi. ¶ Nolite ambulare in legitimis nationum, 23
quas ego expulſurus ſum ante vos. ¶ Omnia enim 24
hæc fecerunt, & abominatus ſum eas. Vobis autem
loquor, Poſſidete terram eorum, quam dabo vobis in
hæreditatem, terram fluentem lacte & melle: ego Do-
minus Deus veſter, qui ſeparaui vos à cæteris populis.
¶Separate ergo & vos iumentum mundum ab immundo, 25

Ad magos & ariolos nõ declinandum.
Sanctĩ. 1. pe. 1. c. Sãctificat Deus.
B
*& Parentes. Exod. 21. c. Matt. 15. a. Mœchus. Adultera. Ioh. 8. a. Deut. 22. d. Coitus morte puniendi.
*erunt.
Separatus Iſrael à Deo in populum ſibi.

## CAP. XX.

*ET loquutus eſt* Dominus *ad Moſen, dicens, Sic dices ad filios* I*ſrael, Quicunque è filijs* I*ſrael, aut ex incolis qui commorantur in* I*ſraele, de ſemine ſuo dederit ipſi* Molech*, morte multabitur, populus terræ lapidibus eum opprimet.* Et ego 1 *Statuam faciem meam contra virum huiuſmodi, & eum de medio populi ſui excindam, eo quòd dederit de ſemine ſuo ipſi* Molech*, vt contaminaret ſanctuarium meum, & prophanaret 2 nomen meum ſanctum.* 3 Et *ſi omnino populi regionis oculos ſuos abſconderint à viro iſto, qui de ſemine ſuo* Molech *dederit, & eum non interfecerint,* S*tatuam ego faciem meam contra virum huiuſmodi, & contra cognationem eius, & excindam eum, & omnes 4 qui ſcortantur poſt eum, vt ſcortentur poſt* Molech*, è medio populi ſui.* Et 5 *anima quæ reſpexerit poſt pythones, & poſt hariolos, 6 vt poſt eos ſcortetur, ponam faciem meam contra animam illam, & excindam eam de medio populi ſui. 7 Sanctificamini igitur, & eſtote ſancti, quia ego ſum* Dominus Deus *veſter.* S*eruate ritus meos vt faciatis eos: ego* Dominus *ſanctificans vos.* Q*uicunque patri ſuo; aut matri ſuæ maledixerit, 8 morte multetur. patri enim ſuo 9 & matri ſuæ maledixit, 10 capitali pœna dignus eſt.* Et *vir qui adulterium committit cum vxore alicuius, qui adulterium inquam committit cum vxore proximi ſui, omnino moriatur adulter & adultera.* Qui *dormierit cum vxore patris ſui, & 11 verenda patris ſui retexerit, morte multetur vterque, 12 capitali pœna plectantur.* Qui *dormierit cum nuru ſua, ambo morte multentur, 13 ſcelus deſignarunt, 12 vltimo ſupplicio ſunt digni.* Et *ſiquis dormierit cum mare 14 concubitu fœmina, abominandam rem ambo fecerunt, morte multentur, 12 digni enim ſunt morte: Siquis duxerit 15 vxorem & matrem eius, nephas hoc eſt: eum & 16 ipſas igne comburent, vt non ſit nephas in medio veſtri.* S*iquis concumbit cum iumento, morte multetur, & iumentum quoque interficiatis.* Mulier *quæ ad pecus accedit, vt ei ſe proſtituat, occidas mulierem atque iumentum, morte multentur, 12 vltimo ſupplicio digni ſunt.* Vir *qui acceperit ſororem ſuam, filiam patris ſui, aut filiam matris ſuæ, & 17 intuitus fuerit verenda eius, ipſaque intuita fuerit verenda illius, ignominia eſt, excindantur coram populo [ſuo,] 18 verenda ſororis ſuæ retexit, iniquitatem ſuam feret.* Et *vir qui dormierit cum muliere habente menſes, & retexerit verenda eius, denudaueritque 19 venam eius, & ipſa retexerit fontem ſanguinis ſui, excindantur ambo è medio populi ſui.* Verenda *ſororis matris tuæ, atque ſororis patris tui, ne retegas, quoniam 20 reliquias ſuas denudauit, 21 peccatum ſuum ferent.* Vir *qui dormierit cum vxore patrui ſui, & ignominiam patrui ſui retexerit, ferent iniquitatem ſuam, orbi morientur.* Vir *ſi acceperit 22 vxorem fratris ſui, abominanda res eſt, turpitudinem fratris ſui retexit, orbi erunt.* C*uſtodietis itaque omnia ſtatuta mea, & omnia iudicia mea, vt faciatis ea, ne euomat vos terra in quam ego vos introduco, vt in ea habitetis.* Ne *incedatis 23 iuxta ritus gentis huius, quam ego 24 eijcio ante vos: quoniam omnia iſta 25 fecerunt, ideo eos cum faſtidio repuli.* V*obis autem dixi,* V*os hæreditate poſſidebitis terrã eorum, & ego dabo vobis eam, vt eam poſſideatis, terram 26 fluentem lacte & melle: ego* Dominus *Deus veſter, qui ſegregaui vos à 27 populis.* V*os igitur 28 diſcrimen facite inter iumentum mundum & immundum,*

*inter auem immundam & mundam, 29 ne contaminetis animas veſtras in iumentis & auibus, atque in omni eo 30 quod reptans ſcaturit terra, quod ſegregaui à vobis vt immundum. Eritis itaque mihi ſancti, quia ego* Dominus *ſanctus ſum, & ſegregaui vos de populis, vt eſſetis mei. Vir aut mulier, in quibus python, vel ſpiritus hariolandi fuerit, omnino interſiciantur, lapidibus obruent eos, 31 capitali ſupplicio digni ſunt.*

& auem mundam ab immunda: ne polluatis animas ve-
ſtras in pecore & auibus, & cunctis quæ mouentur in ter-
26 ra, & quæ vobis oſtendi eſſe polluta. ♀ Et eritis mihi ſan- Sancti.
cti, quia ſanctus ſum ego Dominus, & ſeparaui vos à cæ-
27 teris populis, vt eſſetis mei. ♀ Vir ſiue mulier, in qui-
bus pythonicus, vel diuinationis fuerit ſpiritus, morte mo- Pythonici moriantur. deute.18.b. 1.reg.28.b.
riantur, lapidibus obruent eos: ſanguis eorum ſit ſu-
per illos.

## SCHOLIA IN CAP. XX.

1 Hebraiſmus eſt, pro, iraſcar vehementer in eum. Chaldæus paraphraſtes, ponam iram meam in virum illum, quaſi dicat, ego iratus eum tollam de medio. 2 ideſt, me qui ſanctus ſum. Prophanare, ſiue polluere nomen Dei, eſt Deo honorem non pręſtare qui illi debetur: ſiue alium colere Deo ſpreto. Contaminare Sanctuarium Dei dicebatur, qui alio in loco immolabat quàm in ipſo Sanctuario: quod faciebat qui idolo Moloch ſacrificabat. 3 Quod ſi abſcondendo abſconderit populus terræ oculos ſuos à viro illo qui dederit de ſemine ſuo Moloch, vt non interficiat eum: Tunc ponam, &c. ideſt, ſi populus terræ connixerit, & neglexerit occidere hominem illum qui, &c. Hebraiſmus. 4 Hebraiſmus eſt, pro, qui fornicationem eius imitati, fornicantur poſt Moloch, hoc eſt, idololatriam eius imitati, coluntipſum Moloch. Scortari enim ſiue fornicari, pro idola colere, frequentiſsimum in Sacris libris. 5 Animam pro homine ponit, ideſt, quicunque conuerterit ſe ad magos, &c. 6 vel, ad fornicandum poſt illos, ideſt, vt conſulat illos. 7 Verti poteſt, Date operam vt ſancti ſitis. 8 ideſt, iudex adiudicet eum morti. 9 &, pro aut poſitum. 10 Hebraiſmus, ſanguis eius ſit ſuper eum, ideſt, reus eſt mortis. ſiue mori debet. ita vertit Chaldæus paraphraſtes. Hebraiſmus. 11 turpitudinem patris ſui reuelauerit, ideſt, coierit cum vxore patris ſui. Reuelare enim, vel diſcooperire turpitudinem mulieris, eſt cum ea coire. 12 Hebraiſmus, ſanguis eorum ſit ſuper eos. Id eſt morte condemnentur à iudice. 13 vel, rem nefariam. aut, confuſionem. quia confunduntur duo ſemina, ſemen patris & filij. 14 id eſt, quemadmodum ſolet concumbere cum muliere. 15 ideſt, filiam. 16 ideſt, hanc vel illam. ∴ ſanguis eorum ſit ſuper eos. 17 Hebraiſmus eſt, pro, rem habuerit cum ea, illaque viciſſim coierit cum illo: hoc eſt, conſenſerit concubitui. 18 (eo quod) turpitudinem ſororis ſuæ reuelauit, (propterea) feret inquitatẽ ſuã. Hebraiſmus eſt, eo quod rem habuit cum ſorore ſua, propterea pœnam debitam iniquitati ſuæ feret. 19 Venam, vel fontem, vocat fluxum ſanguinis. 20 cognatam ſuam reuelauerit. Id eſt, rem habuerit cum conſanguinea. 21 ideſt, pœnas peccato debitas. 22 Loquitur de vxore fratris mortui ex quo ipſa ſuſceperit liberos. 23 Hebraiſmus, in ſtatutis Gentium, ideſt, Ne vixeritis iuxta mores Gentium. Hebraiſmus. 24 vel, eiecturus ſum. 25 vel, facere ſolent. 26 Hebraiſmus, pro, optimam. 27 Subaudi pollutis: vt erant AEgyptij. 28 Ideſt, abſtinere ab immundis. 29 Hebraiſmus eſt, pro, Ne polluatis vos, comedendo pecora & aues impuras. 30 Hebraiſmus, quod reptat ſuper terram, quæ ſeparaui vobis ad reddenda illa impura. Id eſt; quæ ego ſeparaui vobis iudicando illa eſſe impura. Siue, vt iudicetis illa eſſe impura. 31 Hebr. ſanguis eorum ſit ſuper eos. Id eſt, erunt rei mortis: debent interfici.

## CAP. XXI.

*ET dixit* Dñs *ad Moſen, Loquere ad ſacerdotes filios Aharonis, & dic ad eos,* 1 Propter *funus nemo funeſtetur in populis ſuis,* 2 *at ſuper cognato ſuo, qui propinquus eſt eius, pro patre ſcilicet ſuo, & pro matre ſua, pro filio ſuo, & pro filia ſua, & pro fratre ſuo, Super ſorore ſua virgine,* 3 *quæ ei iuncta eſt, quæ virum nondum habet,* 4 *contaminari poteſt.* 5 Non *polluet ſe, qui vir eſt [magnus] in populo ſuo, vt ſeſe prophanet.* Ne *caluitiem inducant capitibus ſuis, angulum barbæ ſuæ ne attondeant, & in carne ſua inciſuras ne faciant.* 6 *Sancti erunt* Deo *ſuo, & nõ polluent nomen* Dei *ſui, quoniã* 7 *ſacrificia quæ igne cõſiunt* Dño, *panes videlicet* Dei, *ipſi ſacrificant, ideo ſancti erunt.* 8 *Scortum ne ducant vxorẽ, neque prophanam, neq; ducant mulierẽ repudiatam à marito ſuo:* 9 *quia [talis] ſanctus eſt* Deo *ſuo.* 10 *Sãctificabis itaq; eum, quia panes* Dei *tui* 11 *ſacrificat ipſe: ideo* 12 *ſanctꝰ erit tibi, quia ſanctus ego* Dñs *qui vos ſanctifico.* Et *ſi filia ſacerdotis cœperit ſcortari, patrẽ ſuũ hæc prophanat, igne exuratur. Sacerdos verò magnus inter fratres ſuos, ſup cuius caput fuſum eſt oleũ vnctionis, & qui* 13 *cõſecrauit manũ ſuam vt veſtibus [ſanctis] indueretur, is* 14 *caput ſuum non nudabit, nec veſtes ſuas lacerabit.* 15 Propter *nullius mortui animas ingredietur,* 16 *ſed nec ſuper patre ſuo aut ſuper matre ſua polluetur.* 17 E *ſanctuario nõ ingredietur, nec* 18 *prophanabit ſanctuarium* Dei *ſui,* 19 *quia ſuper eum eſt corona olei vnctionis* Dei *ſui: ego* Dñs. V*xorẽ in virginitate eius ducet, viduã verò & repudiatam,* 20 *prophanam & meretricẽ, illas inquam, nõ ducet, ſed virginem de populis ſuis ducet vxorem.* 21 Nec *prophanabit ſemen ſuum in populis ſuis: quia ego* Dominus *ſanctifico eũ.* Et *locutus eſt* Dominus *ad Moſen in hanc ſententiam,* L*oquere ad Aharonem, dicens,* Q*uicunque de ſemine tuo* 22 *in generationibus ſuis habuerit* 23 *vitium, ne appropinquet vt offerat* 24 *panem* Deo *ſuo.* Q*uoniã quicunq; vitium habuerit, nõ debet appropinquare: ſi videlicet ſit cæcus, aut claudus,* 25 *aut naſum habens depreſſum, aut ſi monſtroſis ſit membris,* A*ut qui* 26 *contritum habet pedem, aut manum confractam,* A*ut gibboſus, aut* 27 *minutus, aut vitiato oculo, qui ſcabiem*

## CAP. XXI.

1 DIxit quoque Dominus ad Moyſen, Loquere ad
ſacerdotes filios Aaron, & dices ad eos, Ne con-
taminetur ſacerdos in mortibus ciuium ſuorum,
2 ♀ niſi tantum in conſanguineis, ac propinquis, id eſt ſuper
3 patrem & matrem & filium & filiam, fratrem quoque, ♀ &
4 ſororem virginem quæ non eſt nupta viro: ♀ ſed nec in
5 principe populi ſui contaminabitur. ♀ Nec radent caput,
6 nec barbam, neque in carnibus ſuis facient inciſuras. ♀ Sã-
cti erunt Deo ſuo, & non polluent nomen eius: incenſum
enim Domini, & panes Dei ſui offerunt, & ideo ſancti
7 erunt. ♀ Scortum, & vile proſtibulum non ducet vxorem,
nec eam quę repudiata eſt à marito: quia conſecratus eſt
8 Deo ſuo, ♀ & panes propoſitionis offert. Sit ergo ſan-
ctus, quia & ego ſanctus ſum Dominus, qui ſancti-
9 fico vos. ♀ Sacerdotis filia ſi deprehenſa fuerit in ſtu-
pro, & violauerit nomen patris ſui, flammis exuretur.
10 ♀ Pontifex, id eſt ſacerdos maximus inter fratres ſuos,
ſuper cuius caput fuſum eſt vnctionis oleum, & cuius
manus in ſacerdotio conſecratæ ſunt, veſtituſque eſt
ſanctis veſtibus, caput ſuum non diſcooperiet, veſti-
11 menta * non ſcindet. ♀ Et ad omnem mortuum non
ingredietur omnino: ſuper patre quoque ſuo, & ma-
12 tre non contaminabitur. ♀ Nec egredietur de ſanctis,
ne polluat ſanctuarium ″ Domini, quia oleum ſanctæ
13 vnctionis Dei ſui ſuper eum eſt: ego Dominus. ♀ Vir-
14 ginem ducet vxorem: ♀ viduam autem & repudia-
tam, & ſordidam atque meretricem non accipiet, ſed
15 puellam de populo ſuo. ♀ Ne commiſceat ſtirpem
generis ſui vulgo gentis ſuæ: quia ego Dominus
16 qui ſanctifico eum. ♀ Locutuſque eſt Dominus ad
17 Moyſen, dicens, ♀ Loquere ad Aaron, Homo de ſe-
mine tuo per familias * qui habuerit maculam, non
18 offeret panes Deo ſuo, ♀ nec accedet ad miniſterium
eius: ſi cæcus fuerit, ſi claudus, ſi vel paruo vel grandi
19 vel torto naſo, ♀ Si fracto pede, ſi manu, ♀ Si gibbus, ſi
20 lippus, ſi albuginem habens in oculo, ſi iugem ſcabiem,
ſi im-

Non radat caput nec barbam in gratiam mortuorum.

B Sup.19.f. Vxor ſacerdotis Sanctificator Deus.

Sacerdotis filia fornicans.

Pontifex non ingrediatur ad mortuum.

* ſua

C

″ Dei ſui,

Virginem ducat vxorem. Eze.44.f.

Miniſtros Dei quales eſſe oportebat.

* ſuas

D



ſi impetiginem in corpore, vel hernioſus. ♀ Omnis qui 21
habuerit maculam de ſemine Aaron ſacerdotis, non ac-
cedet offerre hoſtias Domino, nec panes Deo ſuo. ♀ Ve- 22
ſcetur tamen panibus qui offeruntur in ſanctuario, ♀ Ita 23
duntaxat vt intra velum non ingrediatur, nec accedat ad
altare, ″ qui maculam habet, & contaminare non de-
bet ſanctuarium meum: ego Dominus qui ſancti-
fico eos. ♀ Locutus eſt ergo Moyſes ad Aaron, & 24
ad filios eius, & ad omnem Iſrael cuncta quæ fuerant
ſibi imperata.

″ quia

*habet purulentam, aut aridam mordicantem, aut qui eſt teſticulo* 28 *obligato.* Q*uicunque vitium aliquod habuerit, & eſt de ſemine* A*haronis ſacerdotis, non accedat vt* 29 *ſacrificet ſacrificia quæ igne fiunt* Domino. *nam quandoquidem vitium habet, accedere non debet vt panem* Dei *ſui offerat.* P*anem quidẽ* Dei *ſui* 30 *de ſacroſanctis ac conſecratis edat,* M*odo ad velum ne accedat, neq; ad aram, quum vitium habeat,* 31 *ne prophanet ſanctuarium meum: ego enim ſum* Dominus *ſanctificans eos.* 32 L*oquutus eſt itaq;* M*oſes ad* A*haronem & filios eius, & ad cunctos filios* I*ſrael.*

## SCHOLIA IN CAP. XXI.

1 Hebraiſmus, Super anima nullus veſtrum contaminet ſeſe in populo ſuo. Hic anima pro mortuo ponitur, quaſi dicat, Nullus ex vobis ratione mortui alicuius in populo ſuo reddat ſe impurũ, tangendo ſcilicet cadauer Iſraelitæ, aut curando funus eius: multo minus curando funus extranei. 2 ſubaudi, contaminare ſe poterit. 3 quæ ſibi eſt proxima, ideſt, quæ nata eſt ex vtroque parente. 4 ſuper ea inquam polluet ſeſe, ideſt, poterit intereſſe funeri ſororis ſuæ ex vtroque parente, ſi illa virgo obierit. 5 vel, Sed nec polluet ſeſe princeps in populo ſuo, vt polluatur. Id eſt, Nulliꝰ funeri de populo ſuo intererit princeps, ſiue princeps ſit, ſiue monarcha: ne polluatur. Hæc ſententia quæ eſt Chaldæi paraphraſtæ eſt melior. Alij vertunt, Sed nec polluet ſeſe in principe populi ſui vt impurus reddatur. 6 Ideſt, Cum ſumma ſanctitate ſeruient Deo ſuo. 7 Hebraiſmus, ignem, (&) panes Dei ſui ipſi offerunt. Ignem vocat ſacrificia ignita: Panes vero, propoſitionis. 8 Meretricem publicam, aut ſcortum priuatum ne ducant vxorem. Pro meretrice publica, verti poteſt, Malæ famæ mulierem. 9 quia ſanctus eſt vnuſquiſque eorum Deo ſuo. 10 Sanctificare ſacerdotem, Id eſt, habere illum in honore. 11 offert. Panem Dei vocat panes propoſitionis, quos minores ſacerdotes per ſingula ſabbatha offerebant. 12 ideſt, honore illum proſequęris. 13 ſubaudi, oblationibus, ideſt, obtulit oblationes quas ſummi ſacerdotes offerre tenentur. 14 ideſt, abſtinebit à ceremonijs lugentium, qui nudatione capitis, & veſtimentorum diſciſsione teſtabantur luctum ſuum. 15 ideſt, Nullam domum in qua ſit cadauer, ingredietur. 16 ideſt, ne patris quidem aut matris cauſa polluet ſe, ſi alter eorum fuerit mortuus. Qui ingrediebatur domum mortui, polluebatur. 17 vel, E templo, quaſi dicat, Domum patris demortui non ingredietur, ſanctuario relicto. 18 Pollutum fuiſſet ſanctuarium Dei à ſacerdote, ſi ingreſſus fuiſſet illud poſtquam ingreſſus fuerat domum patris mortui, vel matris mortuæ. 19 ideſt, quia ille vnctus eſt oleo vnctionis Dei ſui, quo Deus eum vngi inſtituit. 20 & ſcortum ſecretum aut publicum. 21 vel, Neque contaminabit prolem ſuam in populo ſuo. Ducendo ſcilicet ſcortum, aut captiuam, aut aliam. 22 .i. quibuſcunq; ſeculis, ſiue quacunque ætate vixerint. Docet qui ex genere ſacerdotali nõ poſſunt fungi ipſo ſacerdotali munere. 23 ſubaudi, corporale extra apparens. illud enim impedit ſacerdotem à miniſterio. 24 Id eſt oblationem, quaſi dicat, arceatur à munere ſacerdotali. 25 Hebraiſmus, aut diminutus, aut ſuperfluus: Vt qui quatuor digitos habet, aut ſex. 26 vel, fractum 27 lippus. Vox Hebræa ſignificat eum cuius oculus tegitur tenuiſsima membrana. 28 compreſſo. 29 vel, offerat oblationes vſtulatas Domini. 30 de ſanctitatibus ſanctitatum, & de ſanctificationibus comedet. Veruntamen non ingredietur in velum, nec accedet ad altare, &c. Sanctitates ſanctitatum vocat res ſacroſanctas. intelligit autem ea quæ offerebantur pro peccato & pro delicto. Sicut per ſanctificationes, ſiue res ſanctas, intelligit decimas. Præterea, non ingredi in velum, ideſt, in Sancta ſanctorum: ſignificat non poſſe creari ſummum ſacerdotem. 31 & non polluet ſanctuaria mea. Pluraliter dixit ſanctuaria, quod in ſanctuario, multa eſſent loca. 32 Id eſt, Hæc expoſuit Moſes ipſi Aaroni, &c.

## CAP. XXII.

LOcutus quoque eſt Dominus ad Moyſen, dicens, 1
♀ Loquere ad Aaron & ad filios eius vt caueant ab 2
his quę cõſecrata ſunt filiorũ Iſrael, & non cõtami
nent nomen ſanctificatorum mihi, quæ ipſi offerunt: ego
Dominus. ♀ Dic ad eos, & ad poſteros eorum, Omnis ho- 3
mo qui acceſſerit de ſtirpe veſtra ad ea quæ conſecrata
ſunt, & quæ obtulerunt filij Iſrael Domino, in quo eſt im
munditia, peribit coram Domino: ego ſum Dominus.
♀ Homo de ſemine Aaron qui fuerit leproſus, aut pa- 4
tiens fluxum ſeminis, non veſcetur de his quæ ſancti-
ficata ſunt mihi, donec ſanetur. Qui tetigerit immun-
dum ſuper mortuo, & ex quo egreditur ſemen quaſi
coitus, ♀ Et qui ″ tangit reptile, & quodlibet immun- 5
dum, cuius tactus eſt ſordidus, ♀ Immundus erit vſque ad 6
veſperum, & non veſcetur his quæ ſanctificata ſunt: ſed
cum lauerit carnem ſuam aqua, ♀ Et occubuerit ſol, 7
tunc mundatus veſcetur de ſanctificatis, quia cibus il-
lius eſt. ♀ Morticinum & captum à beſtia non come- 8
dent, nec polluentur in eis: ego ſum Dominus. ♀ Cu- 9
ſtodiant præcepta mea, vt non ſubiaceant peccato, &
moriantur in ſanctuario, cum polluerint illud: ego Do-
minus qui ſanctifico eos. ♀ Omnis alienigena non co- 10
medet de ſanctificatis, inquilinus ſacerdotis, & mer-
cenarius non veſcentur ex eis. ♀ Quem autem ſacer- 11
dos emerit, & qui vernaculus domus eius fuerit, hi
comedent ex eis. ♀ Si filia ſacerdotis cuilibet ex po- 12
pulo nupta fuerit: de his quæ ſanctificata ſunt, & de
primitijs non veſcetur. ♀ Si autem vidua, vel repudia- 13
ta, & abſque liberis reuerſa fuerit ad domum patris ſui:

Qui debeant abſtinere ab eſu ſanctificatorũ.

″ tanget

Exod.22.d. eze.44.g.

B

## CAP. XXII.

*LOquutus eſt* Dominus *ad* M*oſen hiſce verbis,* L*oquere ad* A*haronem & ad filios eius,* 1 *vt abſtineant à conſecratis filiorum* I*ſrael, & non polluant* 2 *nomẽ meum ſanctum, in his quæ ſanctificant mihi: ego* Dominus. Dic *ad eos;* 3 *etiam ad poſteros eorum,* 4 Q*uicunque acceſſerit de vniuerſo ſemine veſtro ad ſancta, quæ ſanctificant filij* I*ſrael* Domino, *qui in ſe habet immunditiam ſuam,* 5 *excindetur anima illa à conſpectu meo:* 6 *ego* Dominus. Q*uicunque de ſemine* A*haronis leproſus fuerit, aut fluxum patiens, de ſanctificatis non comedat, donec mundetur:* E*t qui tetigerit quęcunque* 7 *qui ſuper mortuo immunditiã contraxit, vel [qui contigerit] aliquem* 8 *cui exierit, aut qui proiecerit ſemen,* A*ut qui contigerit quodcunque reptile quod eum contaminat, aut hominem à quo contaminari poteſt,* 9 *iuxta omnem illius immunditiam:* A*nima inquam quæ tale quid contigerit, immunda erit vſque ad veſperam, neque comedet de ſanctificatis, donec lauerit aqua carnem ſuam.* 10 *Sole occidente, mundus erit, & tum demum edet de conſecratis, quia* 11 *panis illius eſt.* C*adauer, & à feris diſcerptum ne edat,* 12 *vt eo contaminetur: ego* Dominus. O*bſeruent igitur* 13 *obſeruationem meam,* 14 *ne accerſant ſibi noxam, & moriantur* 15 *in ea, ſi prophanauerint illam: ego* Dominus 16 *ſanctificans eos.* N*ullus* 17 *alienigena* 18 *ſanctum comedat, nec* 19 *inquilinus ſacerdotis, neq;* 20 *mercenarius edat ſanctum.* Q*uòd ſi ſacerdos emerit aliquem ſuo ære, is comedet ex eo, & natus in domo eius, hi inquam comedent de pane eius.* E*t ſi filia ſacerdotis nupſerit viro* 21 *extraneo, hæc eadem* 22 *de thruma conſecratorum non edat.* F*ilia ſacerdotis ſi fuerit vidua, aut repudiata, & ſemen non habuerit, ſed redierit ad domũ patris ſui,*

*comedet 23 de pane patris ſui, quemadmodum in pueritia ſua: at nullus extraneus veſcetur ex eo. Et ſi quiſpiam ex conſecrato ederit ignorans, addat ſuper illud quintam partem ſuam, & det ſacerdoti cum conſecrato. Et ne prophanent 24 ſancta filiorum Iſrael, 25 quæ in ſublime tollunt Domino. 26 Ne ſibi aſciſcant iniquitatem, quum comederint ſanctificata illorum: quia ego Dominus ſanctificans eos. Et locutus eſt Dominus ad Moſen in hanc ſententiam, Loquere ad Aharonem, & ad filios eius, & ad cunctos filios Iſrael, & dices ad eos, 27 Quicunque è domo Iſrael, & de incola in Iſrael, attulerit donum ſuum, de cunctis votis ſuis, atque de cunctis voluntarijs ſuis, quæ adduxerint Domino in holocauſtũ, [Afferatis hoc] 28 vt grati ſitis, nempe marem integrum e bobus, ex ouibus, aut capris. Quidquid verò vitium aliquod habet, illud ne adducatis: 29 neque enim gratos vos redderet. Quicunque adduxerit ſacrificium pacificorum Domino, 30 vt ſeparet vel votum, vel voluntarium munus, in quo placare vult, boue aut oue illud faciat, qui ſint ſine vitio, nec ſit aliquod vitium in eis. Cæcum, aut confractum, 31 aut labijs ſciſſum, aut verrucoſum, quod ſcabiem habet purulentam, aut impetiginem: iſta ne offeratis Domino, nec ignitum ſacrificium ponetis de illis ſuper aram Domini. Bouem & pecudem 32 enormibus aut contractis mẽbris, facere poteris pro voluntario dono, at pro voto non erit acceptum. Quod impulſu fractum eſt, aut cõtuſum, aut ruptum, aut exectum, ne ſacrificetis Domino, & in terra veſtra 33 ne feceritis, Sed neque de manu alienigenæ offeretis 34 panem Deo veſtro de omnibus iſtis, 35 eo quòd corruptio eorum ſit in eis, habeantque vitium in ſeipſis, [& ideo] non grata erunt 36 pro vobis. Et loquutus eſt Dominus ad Moſen, dicens, Quũ bos, aut ouis, aut capra nata fuerit, ſeptem diebus maneat ſub matre ſua, die verò octauo & deinceps grata erit Domino, pro ſacrificio quod igne cõſit. Bouem aut pecudem ipſam vna cum fœtu ſuo ne mactetis eodem die. Et ſi volueritis ſacrificare Domino ſacrificium laudis, ſacrificabitis 37 vt grati ſitis. Eodem die comedetur, ne reliquum faciatis ex eo quidquam vſq; mane: ego Dominus. Cuſtodietis itaque præcepta mea, & facietis ea: ego Dominus. 38 Neque prophanabitis nomen ſanctum meum, vt ſanctificer in medio filiorum Iſrael: ego Dominus ſanctificans vos. Qui eduxi vos è terra AEgypti, vt eſſem Deus veſter: ego Dominus.*

ſicut puella cõſueuerat, aletur cibis patris ſui. omnis alie-
14 nigena comedendi ex eis non habet poteſtatem. ⚲ Qui co
mederit de ſanctificatis, per ignorantiam, addet quintam
partem cum eo quod comedit, & dabit ſacerdoti in ſan-
15 ctuarium. ⚲ Nec contaminabunt ſanctificata filiorum Iſ-
16 rael, quę "offeruntur Domino: ⚲ ne forte ſuſtineant ini-
quitatem delicti ſui, cum ſanctificata comederint: ego Do
17 minus qui ſanctifico eos. ⚲ Locutuſque eſt Dominus ad
18 Moyſen, dicens, ⚲ Loquere ad Aaron, & filios eius, & ad
omnes filios Iſrael, diceſque ad eos, Homo de domo Iſ-
rael, & de aduenis qui habitant apud vos, qui obtulerit
oblationẽ ſuam vel vota ſoluẽs, vel ſponte offerens, quic-
19 quid illud obtulerit in holocauſtum Domini ⚲ Vt offera-
tur per vos, maſculus immaculatus erit ex bobus, & oui-
20 bus, & ex capris. ⚲ Si maculam habuerit, non offeretis, ne-
21 que erit acceptabile. ⚲ Homo qui obtulerit victimam pa-
cificorum Domino, vel vota ſoluens, vel ſponte offerens,
tam de bobus quàm de ouibus, immaculatum offeret, vt
22 acceptabile ſit: omnis macula non erit in eo. ⚲ Si cæcum
fuerit, ſi fractum, ſi cicatricem habens, ſi papulas, aut ſca-
biem, aut impetiginem: non offeretis ea Domino, nec ado
23 lebitis ex eis ſuper altare Domini. ⚲ Bouem & ouem aure
& cauda amputatis, voluntariè offerre potes, votum au-
24 tem ex ijs ſolui non poteſt. ⚲ Omne animal quod vel con
tritis, vel tunſis, vel ſectis ablatiſque teſticulis eſt, non of-
feretis Domino, & in terra veſtra hoc omnino ne faciatis.
25 ⚲ De manu alienigenæ non offeretis panes Deo veſtro, &
quicquid aliud dare voluerit: quia corrupta, & maculata
26 ſunt omnia, non ſuſcipietis ea. ⚲ Locutuſque eſt Dominus
27 ad Moyſen, dicẽs, ⚲ Bos, ouis, & capra cũ genita fuerint, ſe
ptẽ diebus erũt ſub hubere matris ſuæ: die autẽ octauo, &
28 deinceps offerri poterũt Dño. ⚲ Siue illa bos, ſiue ouis, nõ
29 immolabũtur vna die cũ fœtibus ſuis. ⚲ Si immolaueritis
hoſtiã pro gratiarũ actione Dño, vt poſſit eſſe placabilis,
30 ⚲ eodem die comedetis eam, nõ remanebit quicquã in ma
31 ne alterius diei: ego Dominus. ⚲ Cuſtodite mandata mea,
32 & facite ea: ego Dominus. ⚲ Ne polluatis nomen meum
ſanctum, vt ſanctificer in medio filiorum Iſrael: ego Do-
33 minus qui ſanctifico vos, ⚲ Et eduxi de Terra AEgypti,
vt eſſem vobis in Deum: ego Dominus.

"offerunt

C

Oblationes quales eſſe debeant.

Deut. 15. d. Eccl. 35. b.

D

## SCHOLIA IN CAP. XXII.

1 vt ſeparent ſe à ſanctitatibus filiorum Iſrael. Id eſt, abſtineant ab his quæ Deo oblata ſunt à filijs Iſrael. Illud intelligitur pro tempore quo ipſi ſacerdotes erant impuri: nam eo tempore nõ licebat illis veſci rebus huiuſmodi. 2 nomen ſanctitatis meæ, (& id) quod conſecrant mihi. vel, in eo quod conſecrant mihi. Nomẽ ſanctitatis vocat nomen ſanctum. Si enim tractarent ſacra illa, contaminarent. quia impuri ſunt. 3 Hebraiſmus, in generationibus veſtris. Id eſt, quocunque tempore contigerit vos viuere. Hebraica phraſis. 4 ideſt, Quicunque ſacerdos comederit de ſanctificatis & ijs quæ filij Iſrael ſanctificauerint ſiue conſecrauerint Domino, & fuerit impurus, tunc peribit. &c. Per ſanctificata, intelligit decimas & pacificas hoſtias. Hoc totum intelligitur de ſacerdotibus, quos vult eſſe ſanctiſsimos, ne ſint offendiculo plebi. 5 ideſt, tolletur de medio. 6 Subaudi, qui id prædico, qui poſſum id facere, qui ſum verax in ſermonibus meis. 7 Id eſt, qui interfuerit exequijs mortui, aut curauerit funus, aut tetigerit cadauer. 8 vel, de quo egreſſa fuerit effluxio ſeminis, 9 quacunque impuritate ſit impurus: 10 Quum occubuerit ſol, tunc demum erit mundus: poſtea edet 11 Panis pro cibo. 12 ideſt, vnde pollui poteſt. ſiue, quibus non poteſt veſci quin polluatur. 13 vel, cuſtodiam meam, ideſt, has leges meas quas nunc do. Hebraiſmus. 14 Hebraiſmus, ne ferant ſuper ſe peccatum, ideſt, ne ob peccatũ dent pœnas. 15 propter illud, quod polluerint illam. ſub. obſeruationẽ ideſt, illas leges. 16, ideſt, eos eſſe ſanctos volo. 17 ideſt, qui non fuerit de genere ſacerdotali. 18. i. rem Deo ſacratam. 19. i. ſeruus, cuius auricula fuerit perforata tempore libertatis quo noluerit abire: qui tempore iubilei donabatur libertate. 20 Hic mercenarius, ſexennio exacto donabatur libertate, qui emptus fuerat incircunciſus. 21 ideſt, qui non ſit de genere ſacerdotali. 22 de oblatione. 23 de eſca 24 ſanctificata, ideſt, quæ Deo dicantur à filijs Iſrael, 25 (&) id quod obtulerint eleuando Domino, 26 Hebraiſmus, Et non facient portare eos iniquitatem delicti, &c. ideſt, Et nõ erũt offendiculo plebi: non erunt in cauſa vt plebs peccet. 27 ideſt, Quicunque obtulerit oblationem vota ſoluens, aut ſponte offerẽs. 28 in placationem pro vobis, maſculum integrum, (ſubaudi offeretis) ex bobus, &c. Quòd ait, In placationem pro vobis: perinde eſt acſi dicat, Siquis aliquid voluerit offerre in holocauſtum Domino, quod ipſi velit eſſe acceptum & gratum, (vel, vt placetur vobis Deus) offerat maſculum integrum, & ſine vitio, &c. alioqui nõ erit gratum Deo holocauſtum. Verti rectè etiam poteſt, Sponte veſtra maſculum integrum, &c. 29 Hebraiſmus, quia non ad beneplacentiam vobis. Verti poſſet, alioqui non erit in placationẽ vobis. Chaldæus paraphraſtes vertit, non erit pro vobis placabile. q. d. Deus non placabitur vobis ſi hoſtiam obtuleritis in qua ſit aliquod vitium. 30 ſiue, ad ſoluendum votum, aut in oblationem ſpontaneam, ex bobus, aut ex pecudibus quod integrum fuerit, erit gratum. ſubaudi, Domino. Hebraice legitur, integrum erit ad placandum. 31 aut conciſum. vel, reſectum. id eſt cui aliquod mẽbrum eſt reſectum. 32 ſuperfluam & (ſiue aut) diminutam pro voluntaria oblatione facias, &c. 33 Id eſt, talia non offeretis. 34 eſcam. Vocat Scriptura plerunque ſacrificia panem & cibum Dei, præſertim ea quæ ignis abſumebat. 35 ideſt, eo quod hæc vitioſa ſunt. 36 Ideſt, in gratiam veſtri, quaſi dicat, non placabitur vobis Deus immolatione vitioſorum animalium. 37 ſponte veſtra. 38 ideſt, Videte ne nomen meum male audiat propter vos in plebe.

CAP.



## CAP. XXIII.

LOcutuſque eſt Dominus ad Moyſem, dicens, ⚲ Lo 1
quere filijs Iſrael, & dices ad eos, Hæ ſunt ferię Do 2
mini, quas vocabitis ſanctas. ⚲ Sex diebus facietis 3
opus: dies ſeptimus, quia ſabbathi requies eſt, vocabitur
ſanctus. omne opus non facietis in eo, ſabbathum Domi-
ni eſt in cunctis habitationibus veſtris. ⚲ Hæ ſunt ergo 4
feriæ Domini ſanctæ, quas celebrare debetis temporibus
ſuis. ⚲ Menſe primo, quartadecima die menſis ad veſpe- 5
rum, Phaſe Domini eſt. ⚲ Et quintadecima die menſis 6
huius, ſolennitas azymorum Domini eſt. ſeptem diebus
azyma comedetis. ⚲ Dies primus erit vobis celeberri- 7
mus, ſanctuſque: omne opus ſeruile non facietis in eo.
⚲ Sed offeretis ſacrificium in igne Domino ſeptem die- 8
bus: dies autẽ ſeptimus erit celebrior & ſanctior: nullum-
que ſeruile opus facietis in eo. ⚲ Locutuſque eſt Domi 9
nus ad Moyſen, dicens, ⚲ Loquere filijs Iſrael, & dices 10
ad eos, Cum ingreſsi fueritis Terram quam ego dabo vo
bis, & meſſueritis ſegetem, feretis manipulos ſpicarum pri
mitias meſsis veſtræ ad ſacerdotem. ⚲ qui eleuabit faſci 11
culum coram Domino, vt "acceptabile ſit pro vobis: alte
ro die Sabbathi & ſanctificabit illum. ⚲ Atque in eodẽ 12
die quo manipulus conſecratur, cædetur agnus immacu-
latus anniculus in holocauſtum Domini. ⚲ Et libamen- 13
ta offerentur cum eo, duæ decimæ ſimilæ conſperſæ oleo
in incenſum Domini, odoremque ſuauiſsimum: liba quo-
que vini, quarta pars hin. ⚲ Panem, & polentam, & pul- 14
tes non comedetis ex ſegete, vſque ad diem qua offeratis
ex ea Deo veſtro. præceptum eſt ſempiternum in gene-
rationibus, cunctiſque habitaculis veſtris. ⚲ Numerabi- 15
tis ergo ab altero die Sabbathi in quo obtuliſtis manipu-
lum primitiarum ſeptem hebdomadas plenas, ⚲ Vſque 16
ad alteram diem expletionis hebdomadæ ſeptimæ, id eſt
quinquaginta dies: & ſic offeretis ſacrificium nouum Do
mino ⚲ Ex omnibus habitaculis veſtris, panes primitiarũ 17
duos de duabus decimis ſimilæ fermẽtatæ, quos coquetis
in primitias Dni. ⚲ Offeretiſq; cum panibus ſeptẽ agnos 18
immaculatos anniculos, & vitulũ de armẽto vnũ, & arie-
tes duos, & erunt in holocauſtum cum libamentis ſuis, in
odorem ſuauiſsimum Domino. ⚲ Facietis & hircum pro 19
peccato, duoſq; agnos anniculos hoſtias pacificorum.
⚲ Cumque eleuauerit eos ſacerdos cum panibus primi- 20
tiarum coram Domino, cedent in vſum eius. ⚲ Et voca 21
bitis hunc diem celeberrimũ, atque ſanctiſsimum: omne
opus ſeruile non facietis in eo. Legitimũ ſempiternũ erit
in cũctis habitaculis, & generationibus veſtris. ⚲ Poſt- 22
quã autem meſſueritis ſegetẽ terræ veſtræ, non ſecabitis
eam vſque ad ſolum: nec remanentes ſpicas colligetis,
ſed pauperibus & peregrinis dimittetis eas: ego ſum Do-
minus Deus veſter. ⚲ Locutuſque eſt Dominus ad Moy 23
ſen, dicens, ⚲ Loquere filijs Iſrael, Menſe ſeptimo, pri- 24
ma dies menſis erit vobis ſabbathum: memoriale, clangẽ
tibus tubis, & vocabitur ſanctum: ⚲ omne opus ſeruile 25
non facietis in eo, & offeretis holocauſtum Domino.
⚲ Locutuſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens, ⚲ Deci- 26
mo die menſis huius ſeptimi, dies expiationum erit cele- 27
berrimus, & vocabitur ſanctus: affligetiſque animas ve-
ſtras in eo, & offeretis holocauſtum Domino. ⚲ Omne 28
opus ſeruile non facietis in tempore diei huius: quia dies
propitiationis eſt, vt propitietur vobis Dominus Deus ve
ſter. ⚲ Omnis anima quæ afflicta non fuerit die hac, per- 29
ibit de populis ſuis: ⚲ & quæ operis quippiam fecerit, 30
delebo eam de populo ſuo. ⚲ Nihil ergo operis facietis 31
in eo: legitimum ſempiternum erit vobis in cunctis gene
rationibus, & habitationibus veſtris. ⚲ Sabbathum requie 32
tionis eſt, & affligetis animas veſtras die nono menſis
ſeptimi. à veſpera vſque ad veſperã celebrabitis ſabba-
tha veſtra. ⚲ Et locutus eſt Dominus ad Moyſen, dicens, 33

Sabbathum.

Phaſe. exo. 12. a nume. 18. c.

B

Primitiæ ſpicarum offerendæ Domino, poſtri die Paſchæ.

"acceptabilis

C

Pentecoſte, ſeu dies feſtus hebdomadarum. deut. 16. b.

Panes primitiarum.

D

Meſsis. ſup. 19. b.

Deut. 24. b.

Feſtum tubarũ Nume. 29. a.

E

Dies expiationis. ſup. 16. g. num. 29. b.

F

## CAP. XXIII.

*ET loquutus eſt Dominus ad Moſen hiſce verbis, Loquere ad filios Iſrael, & dices ad eos, Statæ feriæ Domini, 1 quas vocabitis conuocationes ſanctas: hæ ſunt ſtatæ feriæ meæ. Sex diebus fiet opus, die vero ſeptimo 2 ſabbatum eſt quietis, conuocatio ſancta; nullum facietis opus: ſabbatum [enim] eſt Domino in cunctis habitationibus veſtris. Iſtæ ſunt ſtatæ 3 feriæ Domini conuocationes ſanctæ, quas 4 indicetis temporibus ſuis. Primo menſe, decimoquarto menſis eiuſdem, 5 inter veſperas 6 Peſa eſt Domino. Et in quintodecimo die menſis iſtius, feſtus eſt dies azymorum Domini: ſeptem diebus infermentatas placentas edetis. Primo die ſancta conuocatio erit vobis, nullum opus 7 ſeruile facietis. Sed offeretis ſacrificium 8 quod igne confit Domino, per ſeptem illos dies, 9 ſeptimo quoque die conuocatio ſancta eſt, nullum opus ſeruile facietis. Et loquutus eſt Dominus ad Moſen in hanc ſententiam, Loquere ad filios Iſrael, & dices ad eos, Quum veneritis in terram quam ego 10 do vobis, & meſſueritis meſſem eius, inferetis 11 gomer de primitiuis fructibus meſsis veſtræ, ad ſacerdotem, qui motabit 12 gomer coram Domino 13 ad placationem veſtri: 14 poſtridie ſabbati 15 motabit illud ſacerdos. Eodem autem die quo 16 motaueritis gomer, facietis ouem integram, marem, anniculam holocauſtum Domino. 17 Cibarium autem ſacrificium eius fiet ex duabus decimis ſimilaginis, 18 quod commiſtum ſit oleo, vt fiat ſacrificium igne Domino in odorem ſuaueolentem, & libatio eius ſit de vino, nempe quarta pars hin. Panem, 19 & molam, & ſpicas toſtas ne edatis in eum vſque diem quo attuleritis ſacrificium Deo veſtro. 20 ſtatutum ſit hoc perpetuum etiam poſteris veſtris in cunctis habitationibus veſtris. Numerabitis autem vobis à craſtino die ſabbati, a die inquam, qua obtuleritis 21 gomer tenupha, ſeptem ſabbata quæ integra ſint. Vſque ad craſtinum ſeptimi ſabbati numerabitis quinquaginta dies: & afferetis Domino ſacrificium 22 cibarium nouum. Ex habitationibus veſtris afferetis panes 23 tenupha 24 duos ex duabus decimis ſimilaginis, quique ſint cum fermento cocti ex primitijs Domino. Cum panibus afferetis ſeptem agnos integros anniculos, & iuuencum ex bobus vnum, atque arietes duos qui ſint holocauſtum Domino, cum ſacrificijs cibarijs, & cũ libamentis ſuis, vt ſint ſacrificia quæ igne cõſiant Dño in odore ſuaueolentẽ. Deinde facietis hircũ ex capris vnũ pro hoſtia peccati, & duos agnos anniculos pro ſacrificio pacificorũ. 25 Motabitq; ea ſacerdos cũ panibus primitiarũ, agitãdo corã Dño, cũ duobus agnis, eruntq; hæc ſancta Dñi, ſacerdotis. Et vocabitis hunc ipſum die vt ſit vobis cõuocatio ſancta: nullũ opus ſeruile facietis: ritus perpetuus ſit in cũctis habitationibus veſtris, 26 etiã apud poſteros veſtros. Et quũ meſſueritis meſſem terræ veſtræ, 27 ne tã exactè angulũ agri tui in meſſe tua deſeces, & ſpicilegiũ meſsis tuæ ne colligas: pauperi & aduenæ relinques illud: 28 ego Dñs Deus veſter. Et loquutus eſt Dñs ad Moſen in hãc ſententiã, Loquere ad filios Iſrael, & dic, Mẽſe ſeptimo, primo die mẽſis erit vobis quies, 29 monumẽtũ clãgoris, cõuocatio ſancta. Nullũ opus ſeruile facietis, niſi quod afferetis ſacrificiũ quod igne cõſit Dño. Et loquutus eſt Dñs ad Moſen in hãc ſentẽtiã, Verũtamẽ in decimo ſeptimi mẽſis huius, dies erit expiationũ, 30 is ſit vobis ſancta cõuocatio, & 31 affligetis animas veſtras, & afferetis 32 ſacrificiũ quod igne cõſit Dño. Nullũ opus hoc ipſo die facietis, quia 33 dies expiationũ eſt, ad expiandũ vos corã Dño Deo veſtro. Quoniã omnis anima quæ nõ afflicta fuerit hoc ipſo die, 34 excindetur è populis ſuis. Et omnis anima quæ fecerit quodcũque opus hoc ipſo die, perdam animam talem è medio populi ſui. Nullum opus facietis: ritus ſit perpetuus 35 apud poſteros veſtros in omnibus habitationibus veſtris. 36 Sabbatum quietis ſit vobis, affligetiſque animas veſtras 37 in nono mẽſis ſub veſperam, a veſpera in veſperam 38 quieſcetis in ſabbato veſtro. Et loquutus eſt Dominus ad Moſen hiſce verbis,*

*Loquere ad filios Iſrael, & dices, In quintodecimo die menſis huius ſeptimi, feſtus dies eſt tabernaculorum ſeptem diebus 39 Domino. Die primo 40 conuocatio ſancta eſt, nullum opus ſeruile facietis, ſeptem diebus afferetis ſacrificia quæ igne conſiunt Domino, octauo autem die 41 conuocatio ſancta erit vobis, afferetiſque ſacrificia quæ igne conſiunt Domino, concio erit hoc [die,] nullum opus ſeruile facietis. Hæ ſunt 42 ſtatæ feriæ Domino, quas vocabitis conuocationes ſanctas, vt afferatis ſacrificia quæ igne conſiunt Domino, holocauſta, cibaria ſacrificia, victimas & libamina, ſingulis diebus ſuũ demenſum. Præter ſabbata Domini, & præter dona veſtra, præter omnia vota veſtra, & præter omnia voluntaria munera veſtra quæ tribuitis Domino. Veruntamen in decimoquinto die ſeptimi menſis, cum collegeritis prouentum terræ, celebrabitis diẽ feſtum Domino ſeptem dies. Primo die requies erit, & dies octauus [etiam] requies. Die primo accipite vobis fructum 43 ligni ſpecioſi, 44 ramos palmarum, & ramos 45 arboris denſæ, & ſalices torrentis, lætabiminique coram Domino Deo veſtro ſeptem dies. Et celebrabitis diem iſtum feſtum Domino ſeptem diebus in anno. Statutum hoc perpetuũ ſit ad poſteros veſtros, vt menſe ſeptimo celebretis hunc diem feſtum. In tabernaculis manebitis ſeptem diebus, omnes indigenæ de Iſrael ſedebunt in tabernaculis, Vt poſteri veſtri ſciant quod ego fecerim habitare in tabernaculis filios Iſrael, quum educerem eos è terra AEgypti: ego Dominus Deus veſter. 46 Et Moſes loquutus eſt ad filios Iſrael de ſtatis ferijs Domini.*

34 ¶ Loquere filijs Iſrael, A quintodecimo die menſis huius (Feſtum tabernaculorum.)
ſeptimi, erũt feriæ tabernaculorũ ſeptẽ diebus Domino.
35 ¶ Dies primus vocabitur celeberrimus atq; ſanctiſsimus:
36 omne opus ſeruile nõ facietis in eo. ¶ & ſeptẽ diebus offeres holocauſta Dño: dies quoq; octauus erit celeberrimus atq; ſanctiſsimus, & offeretis holocauſtũ Dño: eſt enim cœtus atq; collectæ: omne opus ſeruile nõ facietis (Ioan. 7. f.)
37 in eo. ¶ Hæ ſunt feriæ Dñi, quas vocabitis celeberrimas atq; ſanctiſsimas, offeretiſque in eis oblationes Dño, ho-
38 locauſta & libamẽta iuxta ritũ vniuſcuiuſque diei. ¶ Exceptis ſabbathis Domini, doniſq; veſtris, & quæ offeretis ex
39 voto, vel quę ſpõte tribuetis Dño. ¶ A quintodecimo ergo G
die mẽſis ſeptimi, quãdo cõgregaueritis omnes fructus terræ veſtræ, celebrabitis ferias Dñi ſeptẽ diebus. Diẽ pri-
40 mo & die octauo erit ſabbathũ, id eſt requies. ¶ Sumetiſque vobis die primo fructus arboris pulcherrimæ, ſpatulaſque palmarum & ramos ligni denſarum frondium, & ſalices de torrente, & lætabimini coram Domino Deo
41 veſtro. ¶ Celebrabitiſque ſolennitatem eius ſeptem diebus per annum. Legitimum ſempiternum erit in genera-
42 tionibus veſtris: menſe ſeptimo feſta celebrabitis. ¶ Et habitabitis in vmbraculis ſeptẽ diebus: omnis qui de gene-
43 re eſt Iſrael, manebit in tabernaculis: ¶ Vt diſcant poſteri veſtri quod in tabernaculis habitare fecerim filios Iſrael, cũ educerẽ eos de Terra AEgypti: ego Dominus Deus
44 veſter. ¶ Locutuſq; eſt Moyſes ſuper ſolennitatibus Domini ad filios Iſrael.

## SCHOLIA IN CAP. XXIII.

1 Vel, quas celebrabitis, celebritates ſanctæ: iſtæ nimirũ ſunt feſtiuitates meæ. q. d. Hæ ſunt feriæ quas celebrabitis in honorem meum. 2 erit ceſſatio quietis, (ideſt, ceſſabitis prorſus,) celebritas ſancta: nullũ opus facietis: ſabbathũ (enim) Dño in omnibus habitationibus veſtris, ideſt, abſtinebitis ab operibus in honorẽ Dñi vbicunque habitaueritis ſiue in Terra ſancta, ſiue in alienigena, Per appoſitionẽ, ceſſationẽ quietẽ, vocat celebritatẽ ſanctã. 3 vel, feriæ Domini, celebritates ſanctæ. 4 vel, celebrabitis 5 inter duas veſperas. q. d. inclinata iam die & appetente nocte: Poſt occaſum ſolis, ſed adhuc aliquantulum illuceſcente die, in crepuſculo veſpertino. 6 Paſcha Domini erit. In quo ſcilicet immolabitis agnum paſchalem. 7 ideſt, domeſticum & corporeum, quod ad Deum non refertur. 8 vel, ignitum. aut, vſtulatum. 9 ideſt, dies quoque ſeptimus erit celeberrimus æqualis primo. 10 vel, daturus ſum 11 manipulum, (vel, faſciculum, ſub. ſpicarum) primitias meſsis veſtræ. 12 faſciculum ipſum 13 vt gratus ſit pro vobis. ſub. Deo. vel, vt placetur vobis Deus: 14 in craſtino ſabbathi offeret illũ ſacerdos, ideſt, poſtera die ſabbathi, hoc eſt Paſchę. 15 vel, offeret illum. ſub. faſciculum. 16 manipulum offeretis, mactabitis agnum perfectum anniculum, ideſt, die quo ſacerdotis miniſterio manipulum offeretis, mactabitis agnum integrum, ſiue abſolutum, nulla ſuî parte vitiatum. 17 Munus autem eius, erũt duæ decimæ &c. ideſt, id quod offeretur cũ ipſo holocauſto. 18 verſatæ in oleo. 19 & polentam, & ſpicam plenam & recentem non comedetis. Quidam vocem Hebræam KALI, pro qua polentã verſum eſt, interpretantur toſtum, ſiue aſſum, exuſtum ſiue vſtulatum, aut frixum. De toſtis aut coctis granis ſpicarũ intelligit. Alij farinam factam è ſpicis plenis aut teneris virentibus, quam ſiccabant in furno. Nihil omnino ex primis fructibus comedi debuit, donec primitiæ Deo offerrentur ex illis. 20 ideſt, ritus iſte erit vobis perpetuo obſeruandus quocunque tempore vixeritis, & vbicũque habitaueritis. 21 manipulum eleuationis, ideſt, ſpicarum nouarum oblatarum Domino. 22 vel, munus. 23 oblationis. vel, eleuationis, ideſt, qui offerentur Domino Deo. 24 duæ (placentæ) ex duabus decimis de ſimila erunt, fermentatæ coquentur: primitiæ (erunt) Domino. 25 Offeret autem ea ſacerdos cum panibus primitiarum, oblationem coram Domino, cum duobus agnis: ſanctitas erunt Domino, cedentque ſacerdoti. Et celebrabitis hoc ipſo die celebritatem ſanctam: nullum opus &c. Hoc eſt, eo ipſo die erit vobis celebritas ſancta. Vel, ſancte eam ipſam diem celebrabitis. Cum ait, Sanctitas erunt Domino: ſignificat, Omnia iſta conſecrabuntur Domino. 26 Heb. per ætates veſtras, ideſt, vbicunque habitaueritis, & quacunque ætate vixeritis. 27 Heb. nõ finietis angulum agri veſtri dum vos metetis. Id eſt, non omnino demetetis agrum veſtrum, ſed relinquetis meſſem in fine & angulis agrorum. 28 q. d. ego à quo omnia iſta habetis, volo vt id faciatis. 29 vel, memoriale clangoris tubarũ, celebritas ſancta. Hæc poſtrema verba per appoſitionem dicta ſunt. Feſtum iſtud dicitur Nume. 29. Dies clangoris & tubæ. Quidam dicunt feſtum iſtud celebratum fuiſſe à Iudæis in memoriam liberationis Iſaac ab immolatione. Alij dicunt fuiſſe paraſceuen ſcenopegiæ. 30 celebritas ſanctitatis erit vobis. Id eſt, ille dies erit vobis celeberrimus. 31 Hîc affligere animas pro ieiunare poſitum eſt. 32 vſtulatum ſacrificium. Ita vocabatur quidquid vrebatur in honorem Dei. 33 Hîc dies expiationum erat velut vmbra diei qua Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vt expiaret nos ab omnibus peccatis. 34 Id eſt, delebitur de catalogo populi ſui. 35 Heb. per ætates veſtras in omnibus habitationibus veſtris. 36 vel, Ceſſatio quieta eſt, ideſt, Ceſſabitis ab omni opere, eo ipſo die. 37 i. exacta nona die, appetente nocte. 38 celebrabitis ſabbathum veſtrum. Id eſt, ceſſabitis ab omni opere à veſpera ſequente nonam diẽ, vſque ad veſperam aliam quæ erit initium vndecimæ. 39 Id eſt, in honorem Domini qui eduxit filios Iſrael de AEgypto. 40 erit celebritas ſancta, ideſt, Dies primus erit celeberrimus. Vel, diem primum ſancte celebrabitis. 41 erit vobis celebritas ſancta: offeretiſque incenſum Domino, cœtus eſt: (vel, ſolennitas) nullum opus &c. Id eſt, collecti eritis ad celebrandam ſolennitatẽ. ita vertit Chaldęus paraphraſtes. 42 celebritates ſanctæ quas celebraturi eſtis: vt offeratis in eis incenſum Domino, holocauſtum, munus, ſacrificium & libamina, rem diei in die ſuo. Exceptis &c. Id eſt, Vnumquodque ſacrificium offeretis in die ſuo, & ſi die illo non obtuleritis, gratum non erit. Sacrificium vocat pacificorum ſacrificium. 43 arboris pulcherrimæ. Hebraice eſt, arboris HADAR, quod Hebræi citrum arborem ſignificare dicũt, quæ ex Maſsilia Prouinciæ defertur. 44 Hebræi dicunt CAPPOTH, ſignificare frõdes palmarũ, quando folia adhuc in ſurculo deliteſcunt, & ſurculus ipſe, ſceptri præ ſe fert formam. 45 Quidã dicunt eſſe myrtũ, quæ ramos habet denſos. 46 Locutus eſt igitur Moſes. vel, Habuit ſermonem Moſes.

## CAP. XXIIII.

*LOquutuſque eſt Dominus ad Moſen hiſce verbis, Præcipe filijs Iſrael vt afferant ad te oleum oleæ purum & 1 contuſum ad luminare, 2 ad incendendum lucernam iugiter. Aharon concinnabit 3 eam coram Domino in tentorio 4 conſtitutionis extra velũ teſtimonij, 5 à veſpera vſq; mane, idq; iugiter, ſtatutũ ſit perpetuũ 6 etiã poſteris veſtris. Super cãdelabrum mundũ cõcinnabit lucernas coram Domino iugiter. Tolles quoq; ſimilaginẽ, & pinſes ex ea duodecim placẽtas, duæ decimæ erũt in vna placẽta. Poneſq; eas duob⁹ ordinibus, ſex ſcilicet ordine [vno] ſuper menſam mundã coram Dño. Pones etiã thus purũ 7 ſuper ordine illo, 8 vt ſint panes ad monumentũ, atq; ad ſacrificiũ quod igne cõſit Dño. Singulis ſabbatis 9 cõcinnabit illos corã Domino iugiter, 10 à filijs Iſrael fœdere perpetuo. Erũtque Aharonis & filiorũ eius, qui comedent eos in loco ſacro: 11 nam ſacroſancti ſunt ei, de ſacrificijs quæ igne cõſiunt Domino, ſtatuto perpetuo. Egreſſus eſt autẽ filius mulieris Iſraelitidis, qui filius erat viri AEgyptij inter filios Iſrael: iurgatiq; ſunt in caſtris, filius Iſraelitidis, & quidã Iſraelita. Et filius Iſraelitidis 12 diſerte expreſſit inſignẽ illud nomen, & vilipẽdit: adduxeruntq; eũ ad Moſen. (nomẽ autẽ matris eius erat Selomith, quæ erat filia Dibri ex tribu Dan.) Et poſuerũt eũ in carcerẽ, 13 vt exponeretur eis ſentẽtia Domini. Loquutus eſt ergo Dominus ad Moſen in hãc ſententiã, Educ blaſphemũ extra caſtra, & quicunq; audierunt 14 ponant manus ſuas ſuper caput eius, lapidibuſq; obruat eũ vniuerſus cœtus. Et ad filios Iſrael ſic loquẽris, Quicũque blaſphemauerit Deũ ſuũ, feret peccatũ ſuũ. Et 15 qui diſerte expreſſerit nomẽ Dñi, morte multetur, omnino lapidibus obruet eũ vniuerſus cœtus, ſiue indigena fuerit, ſiue incola, quũ diſerte expreſſerit nomẽ [illud,] interficiatur. 16 Et qui percuſſerit vllã animã hominis, morte multetur. Et qui 17 animã iumẽti percuſſerit, reſtituat ipſum, 18 animã ſcilicet pro aĩa. 19 Et qui detrimẽto affecerit proximũ ſuũ, huic fiet quẽadmodũ ipſe fecit. 20 Fracturã p fractura, oculũ p oculo, dẽtẽ p dẽte: quicquid homini vitij aut detrimẽti infert, hoc idẽ ei inferatur. Et qui percuſſerit iumẽtũ, reddat ipſum: qui vero hominẽ percuſſerit, interficiatur. 21 Idẽ iudicium erit vobis, ſicut aduenæ, ita & indigenæ, quia ego Dominus Deus veſter. Et loquutus eſt Moſes ad filios Iſrael, eduxeruntque blaſphemum extra caſtra, & obruerunt eum lapidibus. & filij Iſrael fecerunt quemadmodum Dominus Moſi præcepit.*

1 ET locutus eſt Dñs ad Moyſen, dicẽs, ¶ Præcipe fi-
2 lijs Iſrael vt afferãt tibi oleũ de oliuis puriſsimũ ac (Compoſitio lucernarum.)
3 lucidũ, ad cõcinnãdas lucernas iugiter, ¶ extra velũ teſtimonij in tabernaculo fœderis. Ponetq; eas Aarõ à veſpere vſque in mane coram Domino, cultu rituq; per-
petuo in generationibus veſtris. ¶ Super candelabrũ mũ- 4
diſsimum ponentur ſemper in conſpectu Domini. ¶ Ac- 5
cipies quoque ſimilam, & coques ex ea duodecim panes, (Duodecim panes propoſitionis.)
qui ſinguli habebunt duas decimas: ¶ quorum ſenos al- 6
trinſecus ſuper menſam puriſsimam coram Domino ſta-
tues, ¶ & pones ſuper eos thus lucidiſsimum, vt ſit panis 7 B
in monimentum oblationis " Domini. ¶ Per ſingula ſab- 8 (" Domino.)
batha mutabuntur coram Domino ſuſcepti à filijs Iſrael
fœdere ſempiterno: ¶ erũtque Aaron & filiorum eius, vt 9 (Matth. 12. a.)
comedant eos in loco Sancto: quia ſanctum ſanctorũ eſt
de ſacrificijs Domini iure perpetuo. ¶ Ecce autẽ egreſſus 10 (Blaſphemus lapidatur.)
filius mulieris Iſraelitidis, quem pepererat de viro AEgy
ptio inter filios Iſrael, iurgatus eſt in caſtris cum viro Iſ-
raelite. ¶ Cumque blaſphemaſſet nomen Domini, & ma 11
ledixiſſet ei, adductus eſt ad Moyſen. (vocabatur autẽ
mater eius Salumith filia Dabri de tribu Dan.) ¶ Miſerũt- 12
que eum in carcerẽ, donec noſſent quid iuberet Domi- C
nus. ¶ Qui locutus eſt ad Moyſen, dicens, ¶ Educ blaſphe 13
mũ extra caſtra, & ponant omnes qui audierunt, manus 14
ſuas ſuper caput eius, & lapidet eum populus vniuerſus.
¶ Et ad filios Iſrael loquẽris, Homo qui maledixerit Deo 15
ſuo, portabit peccatũ ſuum: ¶ & qui blaſphemauerit no- 16
mẽ Dñi, morte moriatur: lapidibus opprimet eũ omnis
multitudo populi, ſiue ille ciuis, ſiue peregrinus fuerit.
Qui blaſphemauerit nomẽ Dñi, morte moriat. ¶ Qui per- 17 (Pœna talionis. exo. 21. b.)
cuſſerit, & occiderit hominẽ, morte moriatur. ¶ Qui per 18
cuſſerit animal, " reddet vicarium, id eſt animam pro ani (" reddat.)
ma. ¶ Qui irrogauerit maculam cuilibet ciuium ſuorum: 19 D
ſicut fecit, ſic fiet ei. ¶ Fracturam pro fractura, oculũ pro 20 (Mat. 5. f. exo. 21 e. deu. 19. d.)
oculo, dẽtem pro dẽte reſtituet. qualem inflixerit macu-
lam, talẽ ſuſtinere cogetur. ¶ Qui percuſſerit iumentum, 21
" reddet aliud: qui percuſſerit hominẽ, punietur. ¶ AEquũ 22 (" reddat)
iudicium ſit inter vos, ſiue peregrinus, ſiue ciuis peccaue (AEquum iudicium.)
rit: quia ego ſum Dominus Deus veſter. ¶ Locutuſque 23
eſt Moyſes ad filios Iſrael, & eduxerunt eũ qui blaſphe-
mauerat, extra caſtra, ac lapidibus oppreſſerunt: fecerũt-
que filij Iſrael ſicut præceperat Dominus Moyſi.



## SCHOLIA IN CAP. XXIIII.

1 Vel, expreſſum in luminare, 2 ideſt, ad accendendum ordinem lucernarum. 3 vel, eum. ſubaudi, lucernarum ordinem. 4 fœderis, vel, conuentionis 5 ideſt, totam noctem. 6 Heb. per ætates veſtras. 7 Heb. per ordinem, ideſt, ſuper vtrunque ordinem placentarum. 8 Heb. & erit panis in odorem (&) incenſum Domino. id eſt, qui vice panis adolebitur coram Domino. Panis enim cremari non poterat. Super panes erat thus per totã hebdomadam: die ſabbathi panis edebatur, & vice panis thus adolebatur. 9 vel, diſponet 10 ſubaudi, acceptum. 11 Heb. quia ſanctitas ſanctitatum eſt illi de incenſis Domini. Id eſt, res ſacroſancta eſt de his quæ incenduntur Domino: ideoque eius eſus ipſi Aaroni ſoli & filijs eius permittitur. 12 expreſſit ſuis literis nomen, & blaſphemauit. Id eſt, expreſſo ſuis literis nomine Dei tetragrammato blaſphemauit. Non licebat Iudæis exprimere literis nomen Dei tetragrammatõ blaſphemando: alioqui licebat. Non eſt nefas nomen proprium dei IEHOVA ſuis literis exprimere, ſed nefas eſt Dei maieſtatem verbis minuere, Deo detrahere, Deũ verbis contemnere, per contumeliam, & contemptum nominare. 13 vt declararet illis iuxta verbum Domini. Id eſt tantiſper dum Moſes declararet quidnam de eo faciendum eſſet iuxta ſententiam Domini, hoc eſt reuelante Domino, 14 Id eſt, poſitis manibus ſuper caput eius, teſtentur eum audiſſe blaſphemãtem. 15 qui ſuis literis exprimendo nomen Domini, blaſphemauerit illud. Sic paulo poſt vertendum eſt. 16 Quicunque percuſſerit quencunque hominem, moriatur. Id eſt, interficiatur. Percutere pro interficere poſuit. 17 ideſt, iumentum. 18 ideſt, iumentũ eiuſdem pretij reſtituat. 19 Heb. Quicunque poſuerit maculam proximo ſuo. Quid per maculam intelligat, poſtea declarat quum ait, Fracturam pro fractura, ideſt, quicunque vulnus inflixerit proximo, qui læſerit proximum, ſiue quencunque. 20 Verbũ (reſtituet) aut ſimile, ſubaudiendũ. Sequentia verba declarãt quid iſta velint, Fracturam pro fractura: quũ ait, Qualem inflixerit maculam, talem ſuſtinere cogetur. 21 ideſt, Idem ius erit vobis, ſiue fuerit peregrinus, ſiue indigena. Peregrinus erit ſicut indigena, & indigena ſicut peregrinus, ideſt, Idem ius reddetis peregrino atque indigenæ.

## CAP. XXV.

(Sabbathum terræ anno ſeptimo. Exo. 23. b.)

LOcutuſque eſt Dominus ad Moyſen in monte 1
Sinai, dicens, ¶ Loquere filijs Iſrael, & dices ad 2
eos, Quando ingreſsi fueritis Terram quam ego
dabo vobis, " ſabbathizetis ſabbathum Domino. ¶ Sex 3 (" ſabbathizet.)
annis ſeres agrum tuum, & ſex annis putabis vineam
tuam, colligeſque fructus eius. ¶ Septimo autẽ anno ſab 4
bathum erit terræ, requietionis Domini: agrum non ſe-
res, & vineam non putabis. ¶ Quæ ſponte " gignet hu- 5 (" gignit)
mus, non metes: & vuas primitiarum tuarum non colli-
ges, quaſi vindemiam. annus enim requietionis terrę eſt.

*ET loquutus eſt Dñs ad Moſen in mõte Sinai in hãc ſententiã, Loquere ad filios Iſrael, & dices ad eos, Quum veneritis in terrã quã ego do vobis, 1 quieſcet terra, & habebit ſabbatũ Dñi. Sex annis ſeminabis agrum tuũ, & ſex annis putabis vineam tuam, & fructum eius colliges. Septimo vero anno 2 ſabbatum quietis erit terræ, ſabbatum [inquam] Domini, agrum tuum non ſeminabis, nec vineam tuam putabis. 3 Quod ex deciduo meſſis tuæ ſponte naſcitur, ne metas, & vuas 4 quas tibi ſeparare volebas, ne vindemies, annus enim quietis erit terræ.*

5 Eritque

*5 Eritq; ſabbatū terræ vobis in cibū, tibi, ſeruo tuo, ancillæ tuæ, mercenario tuo, & inquilino tuo qui tecū cōmoratur. Sed & iumento tuo, & beſtiæ quæ eſt in terra tua, erit cūctus prouentus terræ in cibū. Numerabis quoq; tibi ſeptē 6 ſabbata annorū, ſeptē ſcilicet annos ſepties, eruntq; tibi 7 ſeptē annorū ſabbata quadraginta nouē anni. 8 Et circūmittes clangorē buccinæ in mēſe ſeptimo, decimo [die] menſis, 9 in die inquā expiationū 10 circūmittetis cornu per vniuerſam terrā veſtrā. Et 11 cōſecrabitis annū illū, annum videlicet quinquageſimū, & 12 proclamabitis libertatē in terra omnibus habitatoribus eius: 13 iubileus enim erit hic [annus] vobis, & redibitis quiſq; ad poſſeſsionē ſuam, & 14 quiſq; ad cognationē reuertemini. Annus ille quinquageſimus, iubileus erit vobis annus: ne ſeminetis, neq; ea quæ ex deciduo ſpōte naſcūtur metatis, neque 15 religioſe conſecrata vindemietis. 16 Iubileus enim ille ſanctus ſit vobis, de agro comedetis, prouentū ſcilicet eius. In anno iubilei iſtius, redibitis quiſque ad poſſeſsionem ſuā. Et ſi vendideritis venditionē proximo tuo, aut ** cōparas [aliquid] de manu proximi tui, ne decipiatis quiſq; fratrem ſuū, iuxta numerū annorū poſt iubileum cōpares à proximo tuo, & 17 pro ratione annorū prouētuum vendat tibi. Iuxta multitudinē annorum augebis pretiū eius, & iuxta paucitatem annorum minues pretiū eius, quoniā 18 numerū prouentuum ipſe vendit tibi. 19 Ne affligatis quiſq; proximū, ſed time Deū tuū, quia ego Dominus Deus veſter. Obſeruate itaq; 20 ſtatuta mea, & iudicia mea ſeruate, vt ea faciatis: tū tuti habitabitis in terra, tumq; dabit terra fructū ſuū, comedetiſq; dū ſaturi ſitis, ſecuriq; ſedebitis in ea. Et ſi dixeritis, Quid edemus anno ſeptimo, cum neq; ſeminemus, neq; annonā noſtrā congregemus? Ego 21 mādabo benedictionem meam vobis anno ſexto, & edet annonā pro tribus annis. Seminabitis quidem in anno octauo, ſed comedetis de annona veteri vſque ad annum nonū: donec venerit prouētus eius comedetis 22 vetera. Terra non vēdetur 23 ad depulſionem: mea enim eſt terra, 24 vos autē incolæ & inquilini eſtis apud me. In omni autem terra poſſeſsionis veſtræ 25 redemptionē permittetis terræ. Si tenuis factus fuerit 26 frater tuus, & vendiderit de poſſeſsione ſua, veneritq; 27 vindex eius qui propinquus eſt illi, is redimat vēditionem fratris ſui. Qui autem 28 vindicem nō habuerit, 29 apprehēdat manus eius quicquid inuenit, quod ſatis ſit pro redemptione ſua: 30 Subducatque annos venditionis ſuæ, & reſtituat quod ſupereſt ei cui vēdidit, & reuertatur ad poſſeſsionē ſuam. Quod ſi 31 in facultate eius non tātum fuerit vt reddat illi, erit venditio eius [rei] in manu emētis eā vſque ad iubileū: in iubileo vero 32 exit & reuertitur ad poſſeſsionē ſuā. Et ſiquis vendiderit domū habitabilem in vrbe quæ muro cingitur, redēptio eius 33 ſit vſq; ad finē anni in quo vēditur: iſti ſunt dies redēptionis eius. Si vero non redemerit, fueritque ei finitus annus integer, cedet domus huiuſmodi quæ eſt in vrbe muris cincta, ei qui eam emit 34 ad depulſionē, etiā poſteris ſuis, 35 nec exit, ne in iubileo quidē. At domus paganæ, quæ muro per ambitū non fuerint cinctæ, reputātur quēadmodum ager terræ, ideoq; 36 habēt ius vendicationis, & in iubileo redeūt. Ciuitates vero Leuitarum, & domus ciuitatum poſſeſsionis eorū perpetuo iure redimi poſſunt à Leuitis. Et ſiquis emerit à Leuitis, domus vendita, & oppidum poſſeſsionis ſuæ in iubileo 37 exit: eo quod domus Leuiticarū vrbiū poſſeſsio eorū ſunt inter filios Iſrael. 38 Ager verò ſuburbanus qui eſt iuxta vrbes eorum, nō poteſt vēdi: nā is perpetuo ab eis poſsidetur. Si ad inopiam fuerit redactus frater tuus, nutaueritq; manus eius 39 tecū, ſiue aduena fuerit, ſiue inquilinus, corrobora eū, vt tecū viuat. Ne acceperis ab eo 40 fœnus, neq; plus æquo, ſed time Deū tuū, vt tecū viuere poſſit frater tuus. 41 Ne des illi pecuniam tuam ad fœnus, neque des illi alimentū tuū 42 ad exceſſum: Ego Dominus Deus veſter, qui eduxi vos è terra AEgypti, vt darē vobis terrā Chanaan, 43 & eſſem vobis Deus. Si ad inopiam redactus fuerit frater tuus apud te, & 44 vēditus fuerit tibi, ne in ſeruitutē eum redigas, quēadmodū ſeruos [ſolemus,] Sed ſit tibi quēad-*

6 ♀ Sed erunt vobis in cibū, tibi & ſeruo tuo, ancillæ tuæ
& mercenario tuo, & aduenæ qui * peregrinatur apud
7 te: ♀ Iumentis tuis & pecoribus: omnia quæ naſcuntur,
8 præbebunt cibum. ♀ Numerabis quoque tibi ſeptem
hebdomadas annorum, id eſt ſepties ſeptem, quæ ſimul
9 faciunt annos quadragintanouem. ♀ Et clanges buccina
menſe ſeptimo, decima die menſis, propitiationis tē-
10 pore in vniuerſa terra veſtra. ♀ Sanctificabiſque annum
quinquageſimum, & vocabis remiſsionem cunctis
habitatoribus terræ tuæ, ipſe eſt enim iubileus: reuertetur
homo ad poſſeſsionem ſuam, & vnuſquiſque
11 rediet ad familiam priſtinam. ♀ Quia iubileus eſt &
quinquageſimus annus, non ſeretis atque metetis ſponte
in agro naſcentia, & primitias vindemiæ non collige-
12 tis: ♀ ob ſanctificationem iubilei, ſed ſtatim oblata co-
13 medetis. ♀ Anno iubilei redient omnes ad poſſeſsio-
14 nes ſuas. ♀ Quando vendes quippiam ciui tuo, vel
emes ab eo, ne contriſtes fratrem tuum, ſed iuxta nu-
15 merum annorum iubilei emes ab eo, ♀ & iuxta ſuppu
16 tationem frugum vendet tibi. ♀ Quanto plures anni remanſerint
poſt iubileum, tanto creſcet & pretium: quanto
minus temporis numeraueris, tanto minoris & em-
17 ptio conſtabit. tempus enim frugum vendet tibi. ♀ Nolite
affligere contribules veſtros, ſed timeat vnuſquiſ-
18 que Deum ſuum, quia ego Dominus Deus veſter. ♀ Facite
præcepta mea, & iudicia cuſtodite, & implete ea: vt
19 habitare poſsitis in terra abſque vllo pauore, ♀ & gignat
vobis humus fructus ſuos, quibus veſcamini vſque
20 ad ſaturitatem, nullius impetum formidantes. ♀ Quòd
ſi dixeritis, Quid comedemus anno ſeptimo, ſi non
21 ſeuerimus, neque collegerimus fruges noſtras? ♀ Dabo
benedictionem meam vobis anno ſexto, & faciet
22 fructus trium annorum: ♀ ſeretiſque anno octauo, &
comedetis veteres fruges vſque ad nonum annum: do-
23 nec noua naſcantur, edetis vetera. ♀ Terra quoque
non vendetur in perpetuum: quia mea eſt, & vos aduenæ
24 & coloni mei eſtis. ♀ Vnde cuncta regio poſſeſsio
25 nis veſtræ ſub redemptionis cōditione vendetur. ♀ Si
attenuatus frater tuus vendiderit poſſeſsiunculam ſuam,
& voluerit propinquus eius, poteſt redimere quod ille
26 vendiderat. ♀ Sin autem non habuerit proximum, &
27 ipſe pretium ad redimendum potuerit inuenire: ♀ Cōputabuntur
fructus ex eo tempore quo vendidit: & quod
reliquū eſt, reddet emptori, ſicque recipiet poſſeſsio-
28 nem ſuam. ♀ Quod ſi non inuenerit manus eius vt
reddat pretium, habebit emptor quod emerat, vſque
ad annum iubileum. in ipſo enim omnis venditio re-
29 dibit ad dominum, & ad poſſeſſorem priſtinū. ♀ Qui
vēdiderit domū intra vrbis muros, habebit licentiā redi
30 mēdi, donec vnus impleatur annus. ♀ Si nō redemerit, &
anni circulus fuerit euolutus, emptor poſsidebit eā, & po
ſteri ei⁹ in perpetuū, & redimi nō poterit, etiā in iubileo.
31 ♀ Sin autē in villa fuerit dom⁹, quæ muros nō habet, agro
rū iure vēdetur, ſi antè redēpta nō fuerit, in iubileo reuer
32 tetur ad dominū. ♀ AEdes Leuitarū quæ in vrbibus ſunt,
33 ſemper poſſunt redimi: ♀ ſi redēptę nō fuerint, in iubileo.
34 reuertētur ad dominos, quia domus vrbiū ♀ * Leuitarum
pro poſſeſsionibus ſunt inter filios Iſrael. Suburbana au-
35 tē eorū nō veneant, quia poſſeſsio ſempiterna eſt. ♀ Si attenuatus
fuerit frater tuus, & infirmus manu, & ſuſcepe-
36 ris eum quaſi aduenā & peregrinū, & vixerit tecū, ♀ Ne
accipias vſuras ab eo, nec amplius quàm dediſti. time
Deum tuum, vt viuere poſsit frater tuus apud te.
37 ♀ Pecuniam tuam non dabis ei ad vſuram, & fru-
38 gum ſuperabundantiam non exiges. ♀ Ego Dominus
Deus veſter, qui eduxi vos de Terra-AEgypti, vt
darem vobis Terram-Chanaan, & eſſem veſter
39 Deus. ♀ Si paupertate compulſus vendiderit ſe tibi fra-
40 ter tuus, nō eū opprimes ſeruitute famulorū: ♀ Sed quaſi
mer-

* peregrinantur

Iubilei annus. Hebdomadas annorum.

B

Hebræorū emēdi & vendendi modus.

C

Præcepta Dei cuſtodienda.

Solicitudinem de victu tolli iubet Deus.

BenedictioDei.

Terræ vēditio.

D

Redemptio agrorum.

Domus vēditio

E

AEdium Leuiticarū venditio.

* Leuiticarum.

Cum eo qui ad paupertatem redactus eſt, quomodo agendū.

F



ſi mercenarius & colonus erit, vſque ad annum
iubileum operabitur apud te, ♀ Et poſtea egredie- 41
tur cum liberis ſuis, & reuertetur ad cognatio-
nem & ad poſſeſsionem patrum ſuorum. ♀ Mei 42
enim ſerui ſunt, & ego eduxi eos de Terra-AE-
gypti: non veneant conditione ſeruorum. ♀ Ne 43
affligas eum per potentiam, ſed metuito Deum
tuum. ♀ Seruus & ancilla ſint vobis de nationibus 44
quæ in circuitu veſtro ſunt. ♀ Et de aduenis qui 45
peregrinantur apud vos, vel qui ex his nati fue-
rint in terra veſtra, hos habebitis famulos. ♀ Et 46
hæreditario iure tranſmittetis ad poſteros, ac poſ-
ſidebitis in æternum: fratres autem veſtros filios
Iſrael ne opprimatis per potentiam. ♀ Si inualue- 47
G rit apud vos manus aduenæ atque peregrini, &
attenuatus frater tuus vendiderit ſe ei, aut cuiquam
de ſtirpe eius: ♀ Poſt venditionem poteſt redimi: 48
qui voluerit ex fratribus ſuis, redimet eum, ♀ Et 49
patruus, & patruelis, & conſaguineus, & affinis:
ſin autem & ipſe potuerit, redimet ſe, ♀ Suppu- 50
tatis duntaxat annis à tempore venditionis ſuæ vſ-
que in annum iubileum: & pecunia qua venditus
fuerat, iuxta annorum numerum & rationem mer-
cenarij ſupputata. ♀ Si plures fuerint anni qui 51
remanent vſque ad iubileum, ſecundum hos red-
det & pretium. ♀ Si pauci, ponet rationem cum 52
eo iuxta annorum numerum, & reddet emptori
quod reliquum eſt annorum, ♀ quibus ante ſerui- 53
uit mercedibus imputatis: non affliget eum vio-
lenter in conſpectu tuo. ♀ Quòd ſi per hæc re- 54
dimi non potuerit, anno iubileo egredietur cum
liberis ſuis. ♀ Mei enim ſunt ſerui, filij Iſrael, 55
quos eduxi de Terra-AEgypti: ego Dominus Deus
veſter.

Seruus. Ancilla.

Serui Dei, Iſraelitæ.

*modum mercenarius & inquilinus, ſeruietque tibi vſque ad annū iubilei. Tū 45 egredietur à te, ipſe & filij eius cū eo, reuerteturq; ad familiā ſuā, & ad poſſeſsione patrū ſuorū reuertetur. Nā ſerui mei ſunt, quos eduxi è terra AEgypti, 46 ideoque nō vendētur quēadmodū ſerui. Ne domineris ei in ſæuitia, ſed time Deum tuū. Seruus tuus & ancilla tua, quos tu habebis, è gentibus [erunt,] quæ ſunt circū vos, ab illis inquam emas ſeruos & ancillas. Sed & de filijs inquilinorū qui commorātur apud vos, ab illis inquā 47 cōparare poteritis: denique à familia eorum qui vobiſcū ſunt quos genuerūt in terra veſtra, hi erunt 48 quos vos poſsideatis. 49 Hos velutè hæreditario iure poſsidebitis etiam filijs veſtris poſt vos, vt poſsideant poſſeſsionem perpetuo, illis ad ſeruitium vtimini. 50 Fratribus vero veſtris filijs Iſrael, fratri inquam ſuo nullus imperitabit ſæuiter. 51 Quod ſi aduena aut inquilinus apud te diteſcit, & frater tuus 52 iuxta eum ad inopiam redigitur, ita vt 53 vendatur aduenæ aut inquilino apud te, aut ſtirpi quæ eſt de familia aduenæ, Poſtquam is fuerit venditus, 54 vendicatio ei erit, aliquis ex fratribus eius vendicare eum poterit: Siue is ſit patru⁹ eius, ſiue filius patrui eius redimere eum poterit, aut 55 reliquiæ carnis eius, qui ſcilicet ſit de familia eius, redimere eum poterit: 56 aut ſi ipſe tantum adquiſierit, redimatur. Subducat rationem cum emptore ſuo, ab anno quo vēditus illi fuit, vſq; ad annū iubilei, æſtimabiturq; pecunia vēditionis eius 57 pro ratione annorū, 58 ſecūdum dies mercenarij agetur cū eo. Si adhuc multi reſtiterint anni, ſecundū illos 59 reſtituat redēptionē ſuā de pecunia ſcilicet qua emptus eſt. Et ſi pauci anni reſtiterint ad annū iubileū, 60 ſubducat ſibi, iuxta annos ſuos reſtituat redēptionē ſuā. 61 Agetur cū eo quēadmodū cū mercenario per ſingulos annos, nec dominetur ei ſæuiter te vidēte. Quòd ſi 62 ad hūc modū redēptus nō fuerit, anno iubilei exeat, & ipſe, & filij eius cū eo. Filij enim Iſrael mei ſunt ſerui, mei inquam ſunt ſerui, quos eduxi è terra AEgypti: 63 ego Dns Deus veſter.*

## SCHOLIA IN CAP. XXV.

1 Tunc ſabbathizet terra ſabbathum Domino. vel, tunc quieſcet terra quiete, ſiue ceſſatione Domini, ideſt, terra erit in otio: nō arabitur, neque ſeminabitur in honorem Domini. 2 ceſſatio quieta erit terræ, ſabbathum Domino. Appoſitiue dictum. q.d. ſabbathum illud, ſiue ceſſatio illa quieta & altum otium, celebrabitur in honorem Domini, non autem in honorem idolorum. 3 Quod ſponte naſcitur in meſſe tua, ideſt, Quæ ſponte naſcuntur ex granis meſsis anni præcedentis. Vox Hebræa SAPIAH, ſignificat id quod ſponte naſcitur ex granis quæ deciderunt inter metendū. 4 derelictionum tuarum non vindemiabis, ideſt, vuas vineæ à te derelictæ, & non cultæ, nec putatæ. 5 ideſt, Quæ ſua ſponte naſcentur eo anno quo terra ſabbathum ſuum aget, ea tantum erunt vobis in cibum. 6 Sabbathum pro hebdomade. 7 dies ſeptem hebdomadarum, annorum nouem & quadraginta anni. 8 Heb. Et tranſire facies cornu iubilationis, ideſt, clangore tubæ ſignificabis. 9 Controuerſia eſt inter Hebræos de principio anni. Alij dicunt menſem Martium eſſe principium anni, reſpicientes exitum filiorum Iſrael. Alij menſem Septembrem, ſpectantes creationem mundi. Aut igitur à mundo condito numerāt Hebræi, aut ab exitu filiorum Iſrael. Certiſsimum autem eſt, quando Moyſes de anno iubileo loquitur, intelligere principium anni eſſe Septembrem. 10 Heb. tranſire facietis cornu, &c. id eſt, ſonitu tubæ ſignificabitis iubileum. 11 Id eſt, pronuntiabitis annum quinquageſimū eſſe ſacratum Deo. 12 Id eſt, proclamabitis omnes habitatores regionis veſtræ eſſe liberos, qui prius erant ſerui. tunc enim fiebāt domini poſſeſsionum ſuarum quas vendiderant. Hoc declaratur verbis ſequentibus. 13 Id eſt, habebitis eum pro iubileo. Vox Hebręa IOBEL, in hoc capite vſurpatur pro anno quinquageſimo, & buccina vel cornu quo annus quinquageſimus annuntiabatur. Iobel, arietem & cornu arietinum ſignificat. 14 Hoc dicit propterea quod qui in ſeruos venditi fuerant ante annum iubileum, eo anno donabantur libertate. 15 Heb. vindemietis derelictiones eius. ſubaudi vineæ, Id eſt, vineas incultas, quæ eo anno cultæ non fuerint, vel non putatæ, non vindemiabitis. 16 Id eſt, Annus iſte erit Deo conſecratus: comedetis quod ager eo anno ſua ſponte produxerit. ** Mutatio numeri Hebræa. 17 q.d. habenda ratio annorum elapſorum à iubileo. ſi enim viceſimo anno à iubileo emes, non tanti emes quanti emendum tibi eſſet, ſi decem tantum anni diſtarent. nam ſi viginti tantum diſtarent anni, triginta ſolum ſupereſſent: ſi decem, quadraginta. Iuxta igitur numerū prouentuum, ideſt, quibus capies fructum rei venditæ, vendet tibi. 18 q.d. Non fundum, ſed tantum prouentum vendit tibi. 19 Ne opprimat (vel, decipiat) quiſquam veſtrum proximum ſuum. 20 emptionis ſcilicet & redemptionis. 21 Hebraiſmus, pro, benedicam vobis. 22 fruges antiquas, ideſt, donec venerit fructus anni octaui. 23 omnino. vel, abſolute. Quidam vertunt, in exterminationem: eodem ſenſu. Exterminari autem hîc dicitur ager, quando penitus à poſſeſſore abdicatur: id quod apud Hebræos fieri non potuit, ſed prædia vendebantur vſque ad annum iubilei, ſiue is prope, ſiue longe abeſſet. 24 nā vos, &c. q.d. terra non eſt veſtra, ſed mea: capietis fructum ex ea, ſed fundus meus eſt. nam peregrini & coloni mei eſtis. 25 ideſt, venditori permittetis ius redimendi agros venditos ab eo. Hoc autem de agris ſolum intelligitur, non autem de domibus. 26 Id eſt, Iſraelita. 27 Vindicem, ſiue redemptorem vocat propinquū qui ius habebat redimendi id quod frater eius neceſsitate compulſus vendiderat. 28 ſiue, redemptorem, ideſt, fratrem cui ius ſit redimendi quæ frater vendiderit. 29 & (poſtea) apprehendat manus eius, & inueniat quantum ſatis ſit, ideſt, & poſtea habeat pretium quo redimi poſsit ager venditus. 30 Tunc numerabit annos venditionis ſuæ, ideſt, à quo tempore vendidit agellum. 31 Heb. non inuenerit manus eius ſufficientiam reddendi ei, ideſt, ſi non habuerit ſufficientem pecuniam quā reddat emptori. 32 egredietur, reuerteturque ad poſſeſsionem ſuam, ideſt, in anno iubilei agellus venditus egredietur de poſſeſsione eius qui emit, & reuertetur venditor ad eum agellum quem prius poſsidebat. 33 vel, durabit, donec impleatur annus venditionis eius, anno vno erit redemptio eius, ideſt, ſpatio vnius anni redimi poterit. 34 ad depulſionem cedet, ideſt, ſic eius erit, vt alium ex eius poſſeſsione depellat. Alij vertunt, omnino, ſiue abſolute. 35 non exibit, 36 redemptio erit eis, in iubileo egredientur. Id eſt, domus quæ fuerint in villis ſiue pagis non cinctis muris, agrorum iure vendentur, redimique poterunt vt agri: & in iubileo egredientur de poſſeſsione emptoris, reuertenturque ad venditorem. 37 egredietur. ſub. de manu emptoris. 38 Heb. Ager autē ſubur-

ſuburbij vrbium eorum non vendetur:quia poſſeſsio æterna eſt illis,ideſt, Ager ille ſuburbij non poterit vedi etiam à Leuitis: quia poſſeſſuri ſunt ſuburbana perpetuo. Agrum ſuburbij vocat locum ſpatioſum extra vrbes,in quo Leuitæ pecora ſua conſeruabāt. Chaldæus paraph. vertit agrum ſpatioſum. 39 vel,apud te,ideſt,ſi paupertate coactus fuerit petere opem à te. Alij interpretantur,ſi opes eius fuerint infirmæ. Apprehendere fratrem, pro iuuare facultatibus poſuit. Pro eo quod vertimus,Vt peregrinum & aduenam:verti etiam poteſt vt hic vertit nouus interpres,tam peregrinū quàm aduenam.q.d.non ſolum fratrem tuum Iſraelitam pauperem iuuabis,ſed etiam peregrinum & aduenam qui ad paupertatem deuenerit. 40 vſuram & fœnus, 41 Repetitio eſt. 42 ad fœnus: 43 ideſt,vt coleretis me. 44 vendiderit ſe tibi, non facies eum famulari famulatu ſeruili, ideſt, non abutêris eo tanquam ſeruo, non habebis illum pro ſeruo: verùm tractabis illum tanquam mercenarium & colonum:vterîſque eo tanquam mercenario & colono. 45 donatus ſcilicet libertate à te, & ſui iuris. 46 ideſt, propterea non poterunt vendi in ſeruos perpetuos. 47 ſub.ſeruos & ancillas. 48 in poſſeſsionem veſtram. 49 Et dimittetis eos in poſſeſsionem filijs veſtris poſt vos,vt eos poſsideant: in ęternum ſeruire eos ſibi facient. Vel, vtentur eis ſeruis in æternum. 50 ideſt, Ne ſitis duri & acerbi erga fratres veſtros Iſraelitas.

51 Hebr. Quòd ſi aſſequatur manus peregrini & aduenæ qui verſatur apud te,ideſt,Si ad opes peruenerit,& diues effectus fuerit peregrinus qui in vrbe tua moratur. 52 qui apud illum manet. 53 vendat ſeſe ei peregrino aut aduenæ qui apud te habitat,aut radici,ideſt,viro primario familiæ aduenæ. Alij vertunt,aut aduenę conuerſo ad Iudaiſmum,cuius radix erat ex familia aduenæ,aut homini cuius maiores erant aduenæ. 54 redemptio.i.redimi poterit ab eo. 55 ideſt,aliquis de ſtirpe eius. Alij vertunt,aut de cognatione carnis eius. 56 Heb.aut aſſequetur manus eius, & redimet ſeſe. Aſſequetur,ſub.opes.i.rurſum diteſcet. 57 iuxta numerum 58 ideſt,ſeruiet ea lege qua mercenarij. 59 dabit pro redemptione ſua de pecunia venditionis ſuæ. In redemptione Iſraelitarū qui ſe alienigenis vendiderant,habebatur ratio operæ,quæ in ipſa redēptione æſtimabatur quanti æſtimari ex æquo & bono debebat. Pretium autem & merces operarū deducebatur de pretio redēptionis: & quod æſtimata opera emptitij Iſraelitæ reliquū erat, perſoluebatur ab eo emptori. 60 tunc ſubducet rationē cū eo,(&)iuxta annorū numerū reddat (pecuniā)pro redēptione ſua. Iuxta annorū numerū,quibus ſcilicet ſeruiturus eſt. 61 Heb. Sicut mercenarius anni in annū erit cum eo:non dominabitur illi duriter &c. Mercenariū anni in annū, vocat mercenariū annuū. 62 per illa.ſub.quæ dicta ſunt.vel,in illis.ſub.annis. 63 qui ſcilicet hæc iubeo.

## CAP. XXVI.

*NE feceritis vobis idola,nec ſculptum ſimulacrū, neque 1 ſtatuam erigatis vobis, ſed nec 2 lapidem figuratum ponatis in terra veſtra, 3 vt adoretis ad eum,quia ego* Dominus Deus *veſter. Sabbata mea cuſtodietis,& 4 ſanctuarium meum reuerebimini: ego* Dominus. *Si in 5 ſtatutis meis inceſſeritis,& præcepta mea cuſtodieritis,feceritiſque ea,*Tunc *dabo pluuias veſtras ſuo tempore, & terra dabit annonam ſuam, & arbor agri dabit fructum ſuum.*Et *apprehendet 6 apud vos tritura vindemiam, & vindemia apprehendet ſementem, & comedetis panem veſtrum in ſatietate,habitabitiſque tuti in terra veſtra.* Et *dabo pacem in terra: dormietis, & nemo terrebit. efficiam vt ceſſet nocens beſtia in terra:nec gladius 7 graſſabitur per terram veſtram.* Vos *perſequemini hoſtes veſtros, qui cadēt ante vos gladio: Quinque ex vobis perſequentur centum, & centum ex vobis perſequentur decem millia: & cadent hoſtes veſtri ante vos gladio.*Ego *enim reſpiciam ad vos,& faciam vos creſcere, 8 augeboque vos,& firmiter ſeruabo fœdus meum vobiſcum.* Comedetis *9 vetus inueteratum, & vetus propter nouum 10 efferetis.* Et *ego 11 ponam tabernaculum meum in medio veſtri, & animus meus vos non 12 faſtidiet.*Ego *13 ambulabo inter vos,& 14 ero* Deus *veſter,voſque eritis populus meus.*Ego Dominus Deus *veſter, qui eduxi vos è terra* AE*gypti, ne eſſetis illorum ſerui, & 15 lora iugi veſtri confregi, & 16 effeci vt erecti incederetis.* Quod *ſi non audieritis me, neque feceritis omnia præcepta iſta:* Et *ſi auerſati fueritis ſtatuta mea, & iudicia mea animus veſter faſtidierit, vt non faciatis cuncta præcepta mea,quin potius fœdus meum irritum faciatis.* Ego *quoque hoc faciam vobis, 17* V*iſitabo vos terrore, tumore, & febri ardente, quæ oculos conſumant,& animum contabeſcere faciant: ſemen veſtrum fruſtra ſeminabitis, quia hoſtes veſtri ipſum comedent.* 18 Ponam *præterea faciem meam aduerſum vos, 19 vt corruatis coram hoſtibus veſtris,dominabunturque vobis hi qui vos oderunt, quin fugietis quando nemo vos perſequetur.* Et *ſi 20 nec inter illa mihi obtemperaueritis, 21 addam vobis ſeptuplo plus caſtigationis propter peccata veſtra.* Et *frangam 22 ſuperbiam roboris veſtri, faciamque 23 cælum veſtrum veluti ferrum, & terram veſtram veluti æs.*Et *conſumetur robur veſtrum fruſtra, nam terra veſtra non dabit annonam ſuam, & arbores terræ non dabunt fructum ſuum. 24* Et *ſi contumaciter aduerſum me perrexeritis,neque me audire volueritis, 25 ſeptuplo augebo vobis pœnam iuxta peccata veſtra.* Immittamque *in vos 26 beſtiam agri,quæ vos orbos reddet, 27 & excindet iumenta veſtra; & imminuet vos,deuaſtabunturque viæ veſtræ.* Et *ſi nec illis 28 caſtigari poteritis, quin potius 29 ad-*

## CAP. XXVI.

1 NOn facietis vobis idôlum & ſculptile,nec titulos
erigetis,nec inſignem lapidem ponetis in Ter- Exod.20.a.
ra veſtra,vt adoretis eū:ego enim ſum Domi- deut.5.a. pſal. 96.b.
2 nus Deus veſter. ♀ Cuſtodite ſabbatha mea, & pauete
3 ˋad ſanctuarium meū:ego Dominus. ∷ ♀ Si in præceptis Benedictio ſeruantibus præcepta.
meis ambulaueritis,& mandata mea cuſtodieritis,& fece
4 ritis ea,♀ Dabo vobis pluuias temporibus ſuis,& terra gi ∷ Deut.28.a.
5 gnet germē ſuum,& pomis arbores replebuntur. ♀ Appre
hendet meſsium tritura vindemiam, & vindemia occu-
pabit ſemētem:& comedetis panem veſtrum in ſaturita-
6 te,& abſque pauore habitabitis in terra veſtra. ♀ Dabo Iob.11.d.
pacem in finibus veſtris:dormietis,& non erit qui exter-
reat.auferam malas beſtias:& gladius non tranſibit ter-
7 minos veſtros. ♀ Perſequemini inimicos veſtros, & cor- B
8 ruent coram vobis. ♀ Perſequentur quinque de veſtris cē
tum alienos,& cētum de vobis decem millia: cadent ini-
9 mici veſtri gladio in conſpectu veſtro. ♀ Reſpiciam vos,
& creſcere faciam:multiplicabimini, & firmabo pactum
10 meum vobiſcum. ♀ Comedetis vetuſtiſsima veterū,& ve
11 tera nouis ſuperuenientibus proijcietis. ♀ Ponam taberna
culum meum in medio veſtri, & non abijciet vos anima
12 mea. ♀ Ambulabo inter vos,& ero Deus veſter, voſque 2. Cor. 6. d.
13 eritis populus meus. ♀ Ego Dominus Deus veſter, qui
eduxi vos de Terra-AEgyptiorum, ne ſeruiretis eis, &
qui confregi catenas ceruicum veſtrarum, vt incedere- Maledictio non ſeruantibus præcepta.
14 tis erecti. ♀ Quòd ſi non audieritis me,nec feceritis om
15 nia mandata mea, ♀ ″Sed ſpreueritis leges meas, & iudi- ″ Si
cia mea contempſeritis vt non faciatis ea quæ à me con- C
ſtituta ſunt, & ad irritum perducatis pactum meum: deut.28.b.
16 ♀ Ego quoque hæc faciam vobis, Viſitabo vos * velo- thren.2.f. malach.2.a.
citer in egeſtate & ardore,qui cōficiat oculos veſtros, &
conſumat animas veſtras:fruſtra feretis ſementem, quæ * quoque
17 ab hoſtibus deuorabitur. ♀ Ponam faciem meam contra
vos,& corruetis coram hoſtibus veſtris, & ſubijciemini
18 his qui oderunt vos:fugietis nemine perſequente. ♀ Sin
autem nec ſic obedieritis mihi, addam correptiones
19 veſtras ſeptuplum propter peccata veſtra. ♀ Et conte-
ram ſuperbiam duritiæ veſtrę:daboque vobis cælum de-
20 ſuper ſicut ferrum, & terram æneam. ♀ Conſumetur in-
caſſum labor veſter, non proferet terra germen, nec ar-
21 bores poma præbebunt. ♀ Si ambulaueritis ex aduer-
ſo mihi, nec volueritis audire me, addam plagas ve- D
22 ſtras vſque in ſeptuplum propter peccata veſtra: ♀ emit
tamque in vos beſtias agri, quæ conſumant vos, &
pecora veſtra, & ad paucitatem cuncta redigant,
23 deſertæque fiant viæ veſtræ. ♀ Quòd ſi nec ſic volue-
ritis recipere diſciplinam, ſed ambulaueritis ex ad-
uerſo



uerſo mihi: ♀ Ego quoque contra vos aduerſus incedam, 24
& percutiam vos ſepties propter peccata veſtra, ♀ Indu 25
camque ſuper vos gladium vltorem fœderis mei. cumq;
confugeritis in vrbes, mittam peſtilentiam in medio ve-
ſtri,& trademini in manibus hoſtium: ♀ Poſtquam con- 26
fregero baculum panis veſtri, ita vt decem mulieres in
vno clibano coquant panes,& reddāt eos ad pondus: &
comedetis,& non ſaturabimini. ♀ Sin autem nec per hæc 27
E audieritis me,ſed ambulaueritis contra me: ♀ Et ego in- 28
cedam aduerſus vos in furore contrario,& corripiam vos
ſeptem plagis propter peccata veſtra, ♀ Ita vt comedatis 29
carnes filiorum veſtrorum & filiarum veſtrarum. ♀ De- 30
* veſtra ſtruam excelſa veſtra,& ſimulachra * confringam:cade-
tis inter ruinas idolorum veſtrorum,& abominabitur vos
anima mea, ♀ Intantum vt vrbes veſtras redigam in ſoli- 31
tudinem,& deſerta faciam ſanctuaria veſtra, nec recipiā
vltrà odorem ſuauiſsimum. ♀ Diſperdamque terram ve- 32
ſtram,& ſtupebunt ſuper ea inimici veſtri,cum habitato-
res illius fuerint. ♀ Vos autem diſpergam in Gentes, & 33
euaginabo poſt vos gladium,eritque terra veſtra deſer-
ta,& ciuitates veſtræ dirutæ. ♀ Tunc placebunt Terræ 34
ſabbatha ſua cunctis diebus ſolitudinis ſuæ: quando fue
ritis in terra hoſtili,ſabbathizabit. Et requieſcet ♀ in ſab- 35
F bathis ſolitudinis ſuæ:eo quòd nō requieuerit in ſabba-
this veſtris quando habitabatis in ea. ♀ Et qui de vobis 36
remanſerint,dabo pauorem in cordibus eorum in regio-
nibus hoſtium, terrebit eos ſonitus folij volantis, & ita
fugient quaſi gladium: cadent nullo perſequente. ♀ Et 37
corruent ſinguli ſuper fratres ſuos quaſi bella fugientes,
nemo veſtrum inimicis audebit reſiſtere. ♀ Peribitis in- 38
ter Gentes,& hoſtilis vos terra conſumet. ♀ Quòd ſi & 39
de ijs aliqui remanſerint,tabeſcent in iniquitatibus ſuis,
in terra inimicorum ſuorum, & propter peccata patrum
Confeſsio peccati, & pro eodem oratio. ſuorum & ſua affligentur: ♀ donec confiteantur iniquita 40
tes ſuas,& maiorum ſuorum ˋrecordentur, quibus præ-
uaricati ſunt in me, & ambulauerunt ex aduerſo mihi.
♀ Ambulabo igitur & ego contra eos,& inducam illos in 41
terram hoſtilem,donec erubeſcat incircunciſa mens eo-
G rum:tunc orabunt pro impietatibus ſuis. ♀ Et recordabor 42
fœderis mei quod pepigi cum Iacob,& Iſaac,& Abrahā:
terræ quoque memor ero. ♀ Quæ cum relicta fuerit ab 43
eis,complacebit ſibi in ſabbathis ſuis, patiens ſolitudinē
propter illos:ipſi verò rogabūt pro peccatis ſuis,eo quòd
abiecerint iudicia mea,& leges meas deſpexerint. ♀ Atta 44
mē etiam cum eſſent in terra hoſtili, non penitus abieci
eos,neque ſic deſpexi vt conſumerentur, & irritum face
rem pactum meū cum eis:ego enim ſum Dominus Deus
eorum. ♀ Et recordabor fœderis mei priſtini,quando edu 45
xi eos de Terra-AEgypti in conſpectu Gentium, vt eſ-
ſem Deus eorum.ego Dominus ˋDeus. Hæc ſunt iudicia
atque præcepta & leges,quas dedit Dominus inter ſe &
inter filios Iſrael in monte Sinai per manum Moyſi.

*uerſum me contumaciter perrexeritis,*Incedā *& ego 30 cōtra vos cōtumaciter.& 31 percutiam vos adhuc ſeptuplo propter peccata veſtra.*Et *inducā ſuper vos 32 gladiū,qui vlciſcatur vltionē fœderis.& quū collecti fueritis intra ciuitates veſtras mittā peſtilentiā inter vos,trademiniq; in manus inimici.* Et *33 cū confregero vobis baculū panis, 34 pinſent decem mulieres panē veſtrū in furno vno,reddentq; panē veſtrū in pondere:comedetis, & non ſaturabimini.*Et *ſi nec in hoc me audieritis, 35 ſed contumaciter aduerſum me perrexeritis,Incedā & ego aduerſum vos contumaciter in furore meo, & caſtigabo vos 36 ſeptuplo plus propter peccata veſtra.* Comedetiſq; *carnē filiorū veſtrorū,& carnē filiarum veſtrarū deuorabitis.*Ego *vaſtabo excelſa veſtra,& excindā 37 ſolaria[idola] veſtra:ponamq; cadauera veſtra ſuper cadauera idolorū veſtrorū, & auerſabitur vos anima mea.*Redigā *quoq; vrbes veſtras in ſolitudinē,& deuaſtabo ſacella veſtra,nec odorabo 38 odorē veſtrū ſuaueolētem.*Redigā *& terrā in ſolitudinē,ita vt hoſtes veſtri,qui eā incolēt,ſuper hac obſtupeſcāt.* Vos *autē diſijcia in* Gē*tes,diſtringāque poſt vos gladiū,& erit terra veſtra vaſtata,& vrbes veſtræ deſertæ.*Tum *tandē 39 fruetur terra ſabbatis ſuis cūctis diebus deſolationis ſuæ,quū vos eritis in terra hoſtiū veſtrorū,tum inquā terra quieſcet,& ſabbatis ſuis pro voto fruetur.* Cūctis *diebus deſolationis quieſcet, eo quòd non quieuit in ſabbatis veſtris,quū habitaretis in ea.* Porrò *qui ex vobis ſuperſtites fuerint,ijs indā 40 animi conſternationē in terra hoſtium ſuorū: perſequeturque eos ſtrepitus folij 41 quod mouetur,& cū declinarint fuga gladium, corruēt nemine perſequēte.*Impingēt *quiſque in fratrem ſuū, acſi gladius adeſſet,quum tamē nemo perſequetur, nec conſiſtere poteritis corā hoſtibus veſtris.*Et *peribitis inter* Gentes, *42 deuorabitq; vos terra hoſtiū veſtrorū.*Et *ſiqui ex vobis reſidui fuerint,cōtabeſcēt 43 in iniquitate ſua in terra hoſtiū veſtrorum,atq; in iniquitatibus patrū ſuorū cū eis cōtabeſcēt.* Tum *cōfitebuntur iniquitatē ſuam,& iniquitatē patrū ſuorū, in præuaricatione ſua qua in me ſunt præuaricati, 44 quòdq; cōtumaciter aduerſum me perrexerūt. 45* Hinc *& ego incedā cū eis aduerſus,& inſerā eos in terrā hoſtium ſuorū, 46 vt vel tum cor illorum incircunciſum ſe ſubmittat, & tum expiabunt iniquitatem ſuam.*Et *recordabor fœderis mei cum* Iacob, *& etiam fœderis mei cum* I*ſaac, & fœderis mei cum* A*braham memor ero, etiam 47 terræ memor ero.* Et *terra deſerta ab eis, 48 ſabbatis ſuis fruetur, quum ſcilicet ipſis deſtituetur, tum expiabunt iniquitatē ſuam, quod iudicia mea ſpreuerint, & ſtatuta mea 49 faſtidierit anima illorū. 50* Sed *& hoc, 51 quum fuerint in terra hoſtiū ſuorum nō auerſabor eos,neque eos faſtidiā, vt penitus cōſumere eos,aut fœdus meū cum eis irritum facere velim:ego enim ſum* Dñs Deus *eorū.*Ego *recordabor propter eos 52 priſtini fœderis, quū educerē eos è terra* AE*gypti ſpectantibus* Gentibus, *vt eſſem 53 illorum* Deus:*ego* Dominus.H*æc ſunt ſtatuta,& iudicia,& leges,quas dedit* Dominus *inter ſe & inter filios* I*ſrael in monte* S*inai tradente* Mo*ſe.*

## SCHOLIA IN CAP. XXVI.

1 Vel,columnam,ſuper quam collocetur ſculptile. Aut lapidē ſuper quo fiant ſacrificia:vt in Deuteronomio capite XIIII habetur. 2 vel,lapidem imaginis, ideſt,imaginem lapideam. Vel, lapidem picturæ,ideſt,pictum. Chaldæus paraph. vertit, lapidem adorationis,ideſt,ſuper quo adoretis. 3 vel,vt incuruetis vos ante illum. 4 ideſt,cum ſumma reuerentia verſemini in ſanctuario meo. ſumma reuerentia perſequimini locum illum in quo habito, non templum idolorum. Refertur ad ſacerdotes: aut ſanctuarium pro atrio ponitur. 5 vel,legibus,ideſt,Si leges meas obſeruaueritis. 6 vel,vobis,ideſt,trituræ tempus durabit vſque ad tēpus vindemiæ:& vindemiæ tēpus durabit vſque ad tempus ſemētis. Hoc eſt,maximam hubertatem agrorum & vitium conſequemini: & hoc in gratiam veſtri. 7 Heb.tranſibit per regionem veſtram, ideſt,nullo bello opprimemini. 8 ideſt, multiplicabo vos ſicut ſtellas cæli,ſecundum quod pollicitus ſum. 9 Intelligitur de fructibus,qui in longum tempus conſeruantur,& adhuc bonum habent ſaporem. 10 vel,educetis,ideſt, educetis vetera ex horreis, vt inducantur noua in ea. 11 ideſt,ſemper fauebo vobis, ſemper adero vobis,ſemper ero vobis præſens. 12 vel,execrabitur, ideſt,non erit mihi moleſtum habitare apud vos. 13 q.d.Si vertatis ſolum,ego quoque vertam,vt ſim vobiſcum. 14 q.d.à me omnia bona expectate. 15 ideſt,aſſerui vos ex ſeruitute in libertatem. Metaphora à iumentis ferentibus iuga. 16 ideſt, feci vt ambularetis erecti. Qui triſtes ſunt,vultum demittunt:contra hilares caput attollunt. 17 vel,Inducam ſuper vos turbationem cū tabe & febri ardente,conſumentibus oculos & torquentibus animam veſtram,ideſt,Reddam vos obnoxios perturbationi & tabi, ſeu phthiſi:immittam in vos varios morbos. 18 vel,Ponam irā meam in vos,ideſt,Grauiſsime iraſcar in vos. Ira maxime indicatur vultu:vnde vultum pro ira vſurpant Hebræi. 19 Heb.& percutiemini &c.ideſt,magnam cladem accipietis ab inimicis veſtris. 20 nec vſque ad hæc. Vel,per hæc, ideſt, his plagis admoniti. 21 Heb.addam corripere vos vſque ad ſeptuplum,ideſt,grauiſsimis pœnis afficiam vos. 22 ideſt,vires veſtras quibus gloriamini.

23.ideſt,

23 ideſt,aer ipſe non vertetur poſthac in pluuiam: vnde terra veſtra non dabit fructum ſolitum. 24 Quod ſi ambulaueritis mecū cum caſu. Hebraiſmus eſt,pro,Si dixeritis,quæ à me vobis dantur, caſu ſiue fortuna accidere,non à me,Si caſui attribueritis quæ mihi attribuenda ſunt. 25 addam ſuper vos plagam vſque ad ſeptuplum(vel,ſeptem vicibus)iuxta peccata veſtra, ideſt multiplicabo plagas veſtras, ſeptuploque grauiores pœnas immittam in vos. 26 ideſt,feras truculentas. 27 & tollet de medio iumenta veſtra, & pauciores reddet vos:deſolabunturque viæ veſtræ,ideſt, deuorabunt filios veſtros,& iumenta veſtra,plurimoſque veſtrum deuorabunt,& vias publicas metu ferarum inſiſtere & terere non audebitis. 28 recipietis doctrinam.vel, reſipueritis, 29 ambulaueritis mecum in caſu,ideſt, Si attribueritis caſui ſiue fortunæ quod mihi tribuendum eſt. 30 vobiſcum in caſu, ideſt, Non curabo vos vltra:ita vobiſcū agā,vt videantur omnes res veſtræ caſu accidere. Si ſentiatis me mortalia non curare, ego profecto res veſtras non curabo. 31 ideſt,ſeptuplo grauius puniam vos. 32 ideſt,hoſtes qui vlciſcentur fœdus meum quod fregeritis. 33 ideſt,cum laborabitis extrema penuria annonæ. Vbi panis auxilio vos defraudauero,quo tanquam ſcipione innitimini. 34 q.d.tanta erit penuria vt decem familijs ſufficiat clibanus vnus, idemque exiguus. 35 ſed ambulaueritis mecum in caſu,Tunc ambulabo vobiſcum ī ira caſus. Hoc eſt,Si tribueritis adhuc fortunæ quod mihi erat tribuendum:puniam ego vos ira grauiſsima,quæ non videbitur proficiſci à me,ſed à caſu quem colitis. 36 vel,ſeptem modis,ideſt, multis modis. 37 Vox Hebræa ſignificat ædes conſtructas in honorem ſolis,aut ad cultum idolorum. 38 odorem quietis veſtræ,ideſt,non olfaciam odorem illum fragrantiſsimum qui eſt ex ſacrificijs veſtris:non placabor odoribus incenſis à vobis. 39 adimplebit terra ſabbatha ſua. Hoc eſt,Tunc terra veſtra fruetur quiete ſua toto illo tempore quo erit deſolata,vobis habitantibus in terra inimicorum veſtrorum. 40 mollitiem in corda eorum,ideſt, reddam eos effœminatos & molles. 41 impulſi, & fugient fugā gladij,ideſt,ſtrepitus frondis agitatæ vento,coget eos terga dare perinde acſi hoſtes perſequerentur illos. 42 ideſt,in regione inimicorum veſtrorum peribitis. 43 propter iniquitates ſuas in terra hoſtium veſtrorum,& etiam propter iniquitates patrum ſuorū vnà cum illis liqueſient,vel,tabeſcent. 44 & etiam quod ambulauerunt mecum in caſu, ideſt, quod tribuerunt fortunæ ea quæ mihi tribuenda erant. 45 Heb. Etiam ego ambulabo vobiſcum ex aduerſo. Doctiores inter Hebræos vertūt,Etiā(quod)ego ambulauerim cū eis cum caſu. Et ſubaudiūt verbum,cōfitebuntur,ideſt, cōfitebūtur etiā vnà cū illis quod ego dimiſerim illos,propter peccata ſua,quum permittā ita omnia fieri, vt fortuito videātur geri. 46 aut tūc humiliabitur cor eorū incircūciſum,& tūc æquo animo ferēt pœnas quas dabūt propter iniquitates ſuas. Ad verbū Hebraice legitur poſtrema pars,& tūc amabūt iniquitatē ſuā.i. non grauiter ferent pœnam quam pro iniquitate ferent. Sunt qui pro amabūt,legant,exoluent pœnas propter iniquitatem ſuam. Alij, tunc rogabunt pro iniquitate ſua. Incircūciſum cor,pro improbo ponit. 47 vel,regionis 48 perficiet ſabbatha ſua cum erit deſolata propter ipſos:ipſi vero exoluent pœnas propter iniquitatem ſuam. Vel, vt paulo ante vertimus,æquo animo ferēt pœnas ſibi à Deo immiſſas. Alij vertunt vt vertit vetus interpres,rogabunt pro peccatis ſuis. 49 abominata fuerit anima eorū. i. propterea quod animus eorum abhorruerit à legibus meis. 50 vel, Et etiam iſtud. Subaudi,accidet. Hoc quoque continget, 51 quum eſſent in terra hoſtium ſuorum,non ſpreui eos,neque abominatus ſum eos vt illos conſumerem,irritum faciendo pactum meum cum eis. ego enim &c. Pro,conſumerē:verti poteſt,internecioni darem. 52 pacti maiorum,qui eduxi &c.ideſt, pacti quod iniui cum maioribus ipſorum. 53 illis in Deum.i.vt haberent me pro Deo.

## CAP. XXVII.

*ET loquutus eſt* Dominus *ad* Moſen *hiſce verbis*,Loquere *ad filios* Iſrael,*& dic ad eos*,1 Homo *qui eximium aliquod votum nuncuparit,animas ſcilicet* Domino, *iuxta æſtimationem tuam*[*fiat*]. 2 *Erit autem hæc æſtimatio tua,maris à viceſimo anno vſque ad ſexageſimum, æſtimatio tua ſit quinquaginta ſicli argenti*, 3 *iuxta ſiclum ſanctuarij. Si vero fœmina fuerit, ſit æſtimatio tua triginta ſicli.* 4 Et *ſi fuerit quinque annorum vſque ad viginti annos, erit æſtimatio tua, maris viginti ſicli, fœminæ decem ſicli.* Ab *eo vero qui eſt vnius menſis,vſque ad annos quinque,erit æſtimatio tua pro mare quinque ſicli argentei, pro fœmina æſtimatio tua tres ſicli argentei.* Porro *qui eſt ſexaginta annorum & ſupra, fueritque mas, erit æſtimatio tua quindecim ſicli, pro fœmina vero decem ſicli.* 5 Quod *ſi tenuior fuerit tua æſtimatione,collocabit ſe coram ſacerdote, & ſacerdos æſtimabit eum iuxta facultatem vouentis,ſic æſtimabit eum ſacerdos.* 6 *Si vero pecus fuerit de quo afferunt* Domino *munus, quicūque dederit ex eo* Domino, *ſanctum ſit.* Nec *ipſum immutet,nec commutet, nec bonum malo, nec malum bono: quod ſi omnino animal animali commutauerit,erit tam illud, quàm quod commutatum eſt eo, ſacrum.* 7 Omne *vero pecus immundum,de quo* Domino *ſacrificium non affertur,collocent huiuſmodi pecus corā ſacerdote, quod ſacerdos æſtimet,ſiue bonum ſit ſiue malum: iuxta æſtimationem ſacerdotis,ſic erit.* Quod *ſi omnino redimere velit ipſum, adijciat quintam eius partem ad æſtimationem.* 8 *Si vero quiſpiam domum ſuam conſecrauerit,vt conſecratum ſit* Domino, *hanc æſtimabit ſacerdos ſiue bona ſit,ſiue mala: & vt eam ſacerdos æſtimauerit,* 9 *ita ſit ratum. Si vero is qui conſecrauit domum,voluerit redimere eam,addat quintam partem* 10 *pecuniæ ad æſtimationem,* 11 *& erit eius. Siquis agrum poſſeſsionis ſuæ conſecrauerit* Domino, 12 *æſtimabitur ille iuxta ſementem eius:* 13 *ſementis homer ordei quinquaginta ſiclis argenteis. Si ab anno iubileo conſecrauit agrū ſuum,* 14 *ſecundum æſtimationem ratum erit. Si vero poſt iubileum conſecrauerit agrum ſuum,ſupputabit* 15 *ei ſacerdos pecuniam,iuxta numerum annorum, qui adhuc reſtant vſque ad annum iubilei,& ſubtrahetur ab ipſa æſtimatione.* Quod *ſi is qui conſecrauit agrum, ipſum omnino redemerit, ſuperaddat æſtimato pretio quintam partem, &* 16 *confirmabitur ei.* Et *ſi non redemerit agrum,ſed vendiderit eum alteri,non poterit eum amplius redimere.* 17 Sed *erit ager ille,in anno iubileo quum exierit liber, conſecratus* Domino, *ſicut ager qui omnino deuotus eſt,eritque poſſeſsio eius ſacerdotis.* Et *ſiquis agrum à ſe emptum,& qui non eſt ex agris poſſeſsionis ſuæ,conſecrauerit* Domino: 18 *Supputabit ei ſacerdos ſumptum æſtimationis vſque ad annum iubileum, dabitque illi æſtimationem in die illo,conſecrata eſt* Domino. In *anno verò iubileo reuertetur ager ad eum à quo iſte eum emit,ad eū inquam cuius eſt terræ proprietas.* 19 Omnis *verò taxatio fiat iuxta ſiclum ſanctuarij:habet autem ſiclus viginti* 20 *gera.* 21 At *primogenitum,quod ex pecoribus iure primogenitorum dicatum eſt* Domino,*non poteſt quiſpiam illud conſecrare,ſiue bos ſit,ſiue pecus:*Domini eſt. *Si verò* 22 *fuerit ex animali immundo,redimet* 23 *iuxta æſtimationem tuam,& addat ſuper illud quintam eius partem:& ſi non redemptum fuerit,vēdatur iuxta æſtimationem tuam.* Veruntamen *nullum* 24 *hærem(quod quiſpiam* Domino *deuouerit ex omnibus quæ habet ab homine ad iumentum vſque,& ad agrum poſſeſsionis ſuæ) vendi poteſt,nec etiam redimi:nam omne hærē ſacroſanctum eſt* Domino. Nullum *hærem quod deuotum eſt ab homine, redimatur,ſed omnino interficiatur.* Omnis *decima terræ, quæ fit de ſemine terræ,aut de fructu arborum,*Domini *eſt,& conſecrata* Domino. Quòd *ſi quiſpiam omnino redimere aliquid voluerit ex decimis ſuis,ſuperaddat illis quintam eorum* 25 *partem.* Et *omnis decima armenti & gregis,& omnium quæ ſub* 26 *virga tranſeunt,decimum quodque conſecratum erit* Domino. 27 Ne *diſquirat inter bonum & malum,nec commutet ipſum:quòd ſi omnino commutauerit ipſum,erit tam hoc, quàm illud quo commutatum eſt,conſecratum* Domino, *nec redimi poterit.* Hæc *ſunt præcepta quæ mandauit* Dominus *Moſi* 28 *ad filios* Iſrael *in monte Sinai.*

1 LOcutuſque eſt Dominus ad Moyſen,dicens,ꝰ Lo
2 quere filijs Iſrael, & dices ad eos, Homo qui vo-
tum fecerit,& ſpoponderit ª Deo animam ſuam,
3 ſub æſtimatione dabit pretium. ꝰ Si fuerit maſculus à
viceſimo anno vſque ad ſexageſimum annum, dabit
quinquaginta ſiclos argenti ad menſuram ſanctuarij:
4 ꝰ Si mulier, triginta. ꝰ A quinto autem anno vſque
5 ad viceſimum,maſculus dabit viginti ſiclos: fœmina de
6 cem. ꝰ Ab vno menſe vſque ad annum quintum, pro
7 maſculo dabuntur quinque ſicli: pro fœmina tres.ꝰ Se
xagenarius & vltrà maſculus dabit quindecim ſiclos:
8 fœmina decem. ꝰ Si pauper fuerit, & æſtimatio-
nem reddere non valebit, ſtabit coram ſacerdote: &
quantum ille æſtimauerit, & viderit eum poſſe red-
9 dere, tantum dabit. ꝰ Animal autem quod im-
molari poteſt Domino, ſiquis vouerit *, ſanctum erit:
10 ꝰ Et mutari non poterit, id eſt nec melius malo,
nec peius bono. quod ſi mutauerit: & ipſum quod
mutatum eſt, & illud pro quo mutatum eſt, con-
11 ſecratum erit Domino. ꝰ Animal * immundum quod
immolari Domino non poteſt, ſiquis vouerit, addu-
12 cetur ante ſacerdotem: ꝰ qui dijudicans vtrum bo-
13 num an malum ſit, ſtatuet pretium. ꝰ Quòd ſi dare
voluerit is qui offert, addet ſuper æſtimationem quin-
14 tam partem. ꝰ Homo ſi vouerit domum ſuam, & ſan
ctificauerit Domino, conſyderabit eam ſacerdos vtrum
bona an mala ſit, & iuxta pretium quod ab eo fuerit cō
15 ſtitutum, venundabitur. ꝰ Sinautem ille qui vouerat,
voluerit redimere eam,dabit quintam partem æſtima-
16 tionis ſupra, & habebit domum. ꝰ Quòd ſi agrum
poſſeſsionis ſuæ vouerit, & conſecrauerit Domino:
iuxta menſuram ſementis æſtimabitur pretium. ſi tri-
ginta modijs hordei ſeritur terra, quinquaginta ſiclis
17 venundetur argenti. ꝰ Si ſtatim ab anno incipientis
iubilei vouerit agrum, quanto valere poteſt, tanto
18 æſtimabitur. ꝰ ſin autem poſt aliquantum tempo-
ris: ſupputabit ſacerdos pecuniam iuxta annorum
qui reliqui ſunt numerum vſque ad iubileum, & de-
19 trahetur ex pretio. ꝰ Quòd ſi voluerit redimere
agrum ille qui vouerat, addet quintam partem æſti-
matæ pecuniæ,& poſsidebit ª eam.ꝰ Sinautem noluerit re- 20
dimere,ſed alteri cuilibet fuerit venundatus,vltra eū qui
vouerat redimere non poterit:ꝰ quia cum iubilei venerit 21
dies,ſanctificatus erit Domino,& poſſeſsio conſecrata ad
ius pertinet ſacerdotum.ꝰ Si ager emptus ª eſt, & non de 22
poſſeſsione maiorum,ſanctificatus fuerit Domino:ꝰ Sup- 23
putabit ſacerdos iuxta annorum numerum vſque ad iubi
leum,pretium:& dabit ille qui vouerat eum,Domino.ꝰ In 24
iubileo autem reuertetur ad priorem dominum qui ven-
diderat eum,& habuerat in ſorte poſſeſsionis ſuæ.ꝰ Om- 25
nis æſtimatio ſiclo ſanctuarij ponderabitur. ſiclus viginti
obolos habet.ꝰ Primogenita quæ ad ª Deum pertinent,ne 26
mo ſanctificare poterit & vouere,ſiue bos ſiue ouis fue-
rit:Domini ſunt.ꝰ Quòd ſi immundum eſt animal, redi- 27
met qui obtulit iuxta æſtimationem ª ſuam,& addet quin-
tam partem pretij. ſi redimere noluerit,vendetur alteri
quantuncunque fuerit antè æſtimatum. ꝰ Omne quod 28
Domino conſecratur,ſiue homo fuerit,ſiue animal, ſiue
ager,non veniet,nec redimi poterit. quicquid ſemel fue-
rit conſecratum,ſanctum ſanctorum erit Domino. ꝰ Et 29
omnis conſecratio quæ offertur ab homine, non redime-
tur,ſed morte morietur.ꝰ Omnes decimæ terræ ª ſiue de 30
pomis arborum ſiue de frugibus,Domini ſunt, & illi ſan-
ctificātur.ꝰ Siquis autem voluerit redimere decimas ſuas, 31
addet quintam partem earum.ꝰ Omnium decimarum bo 32
uis & ouis ª & capræ, quæ ſub paſtoris virga tranſeunt,
quicquid decimū venerit,ſanctificabitur Domino.ꝰ Non 33
eligetur nec bonum nec malum,nec altero cōmutabitur.
ſiquis mutauerit:& quod mutatum eſt,& pro quo mutatū
eſt,ſanctificabitur Domino,& non redimetur.ꝰ Hæc ſunt 34
præcepta quæ mādauit Dominus Moyſi ad filios Iſrael in
monte Sinai.

De varijs votis & redemptione eorum.
ª Domino
* Domino B
* autem
C
ª eum. (ſcilicet agrum.
Siclus. Exo.30.b.nu.3. g.eze.45.d.
ª Dominum D
ª tuam,
Anathema neque vendi, neq; redimi poteſt. Ioſ.6.c.d.
ª de frugibus, ſiue de pomis arborum,



## SCHOLIA IN CAP. XXVII.

1 Hebraiſmus,Vir quum ſeparauerit votum,iuxta æſtimationem tuam,animarum Domino,ideſt,Quum quis nuncupauerit votum aliquod Deo,iuxta æſtimationem tuam ó ſacerdos,( alloquitur enim ſacerdotes)æſtimabitur votū animarum quod factum eſt Domino. Votum animarum vocat,votum quo quis animam, hoc eſt perſonam aliquam Domino vouerit. 2 vel,Si fuerit maſculus, iſtud pretium conſtitues,ideſt,Erit autem pretium quod tu conſtitues ó ſacerdos:conſtitues vt omnes maſculi,à viceſimo anno vſq; ad ſexageſimum qui fecerint votum,dent quinquaginta,&c. 3 id eſt,ad rationē ſicli ſancti. Siclus ſanctuarij valebat viginti obolos: prophanus verò decem tantum. 4 ideſt,Si mas aſſecutus fuerit quinq; annos,& viginti non exceſſerit,&c. 5 Quòd ſi egentior fuerit quam vt æſtimationem tuam perſoluere poſsit,tunc ſtatuet eum coram ſacerdote,& æſtimabit illum ſacerdos:ſecundū quod apprehendit manus vouentis,æſtimabit eum ſacerdos. Perſonæ ſępe mutātur ab Hebræis,antecedenſq; pro relatiuo frequenter ponitur,vt hic vides:ſacerdotem alloquitur:& ſtatim conuertitur ad tertiam perſonam. Latinè dicendum eſſet,Tunc ſtatues eum ó ſacerdos coram te,& æſtimabis eum pro facultatibus ipſius,ſecundū quod perſoluere poterit. 6 Quod ſi animal fuerit de cuius genere ſolent ſacrificare Domino:omne quod dabit de eo Domino,ſanctum erit.vel,ſacrabitur,&c. 7 vel,Quòd ſi quamlibet beſtiā immundam vouerit,de qua non ſolent offerre Domino oblationem: tunc ſtatuet beſtiam coram ſacerdote,& æſtimabit eam ſacerdos,ſiue bona ſit,ſiue mala:(id eſt,qualis qualis ſit:)ſecundum ęſtimationem tuam ó ſacerdos ſic erit.(id eſt,perſoluet pretium quod conſtitueris.) Quòd ſi redimere voluerit illam:addet quintam eius partem vltra pretium quod conſtituiſti. 8 Hebraiſmus, Cum quis ſanctificauerit domum ſuam ſanctitatem Domino,ideſt,Cum quis conſecrauerit domū ſuā Domino. 9 Heb. ſic erit.i.tanti vendetur. 10 pretij tui vltra illud.i.pretij à te conſtituti vltra illud pretiū. 11 vel,& illam recipiet. 12 æſtimabis illū ſecundum ſementē eius,ideſt,iuxta fertilitatem eius agri,pones pretium eius: habebis rationem & bonitatis eius & quantitatis. 13 ideſt,quinquaginta ſiclis argenti æſtimabitur corus ſementis. Hoc eſt,pro ſingulis coris dabit quinquaginta ſiclos argenteos. Gomer,ſiue Homer,idem eſt quod corus. Habet autem corus decem menſuras ephi,quæ triginta faciunt ſata. 14 iuxta pretium tuum ſtabit,ideſt,iuxta pretium à te conſtitutum,reuertetur ager ille ad eum qui conſecrauit. 15 cū eo 16 ideſt,recipiet agrum ſuum. 17 Sed erit ager ille quū egredietur in iubileo,ſanctus Domino,vt ager anathematis; ſacerdos eum poſsidebit,ideſt,Cum ager ille egredietur de poſſeſsione ementis in anno iubileo,erit ſacratus Domino ſicut ager Deo deuotus ex manubijs,aut pro redimenda culpa:ſacerdos poſsidebit eū agrū iure hæreditario. 18 Supputabit pro illo ſacerdos ſummam pretij à te conſtituti vſque ad annum iubileum,& dabit æſtimationē tuā die illa,ſacratum Domino. Per appoſitionem dictum,ſacratum Domino:pro,quod quidem pretium ſacrabitur Domino. Tertiam autem perſonā pro ſecunda poſuit,Tu ſacerdos ſupputabis. 19 Omnis autem æſtimatio tua(ó ſacerdos)conſtituetur ad rationem ſicli ſanctuarij: 20 Vox Hebræa quam omnes fere obolum interpretantur. 21 Veruntamen primogenita quæ iure primogenituræ pertinent ad Dominū in genere iumentorū,quaſi dicat,Nemo poteſt votū nūcupare Deo ex primogenitis,quod ipſius ſint. 22 ſub. votū. 23 vel,iuxta pretiū à te conſtitutū:ſed addet quintam partē eius vltra illud. quod ſi non redimetur,vendetur iuxta pretiū à te impoſitū. 24 Vox Hebræa H AE R E M,pro qua(anathema)vertunt omnes,locū habebat quum ex pacto internecionis hoſtium, aut ex conditione euerſionis alicuius vrbis, homines, aut ſpolia deuouebantur Deo. Num.21. Iudic.11. Ioſ.6. Deutero.12. H AE R E M deducitur ab H A R A M,ideſt,occidit, euertit, deſtruxit. Hoc enim votum ferè cōcipiebatur ab Iſraelitis ſub internecionis vel euerſionis conditione. vt, Si Ammonitas deuicero,eum qui mihi primus occurrerit, tibi offeram in holocauſtum. Lege Ioſue. 6. 25 Addendum ex Hebræo, vltra eam, ideſt, vltra partem illius decimæ. 26 Subaudi,paſtoris, ideſt, quæ reguntur & cuſtodiuntur à paſtoribus. 27 ideſt, Non fiet diſcrimen inter pingue & macilentum:non ſeliget qui dabit decimam: ſed quod ſorte contigerit,dabit. 28 vel,pro filijs Iſrael.i.vt illa exponeret filijs Iſrael.

# Liber Numeri, Hebraicè Vaiedabber.

Quartum hunc librum Moſis Græci inſcripſerunt Ἀριθμοὺς, Latini Numeros, quòd in ipſa libri fronte Moſes & Aaron ineant numerum populi Iſraelitici, idque tributim. Hebræi verò, vt ſuperioribus tribus libris, ita huic quoque à prima dictione impoſuerunt nomen VAIEDABBER, ideſt, Locutus eſt autem.

N. CAP. I.

*Et 1 T loquutus eſt Dñs ad Moſen 2 in deſerto Sinai, 3 in tẽtorio cõſtitutionis, in prima [die] 4 mẽſis ſecundi, in anno ſecundo poſteaquam egreſſi eſſent è terra AEgypti, in hãc ſentẽtia, 5 Agite cẽſum vniuerſi cœtus filiorum Iſrael 6 iuxta familias ſuas, iuxtaq; domũ patrum ſuorũ 7 cum numero nominum, omnes mares [recẽſete] 8 iuxta capita ſua. Tu & Aharõ 9 agite delectũ per exercitus ſuos, eorum qui viginti ſunt annorum, & ſupra, quicunq; videlicet 10 apti ſunt ad militiã in Iſraele: 11 erũtq; vobiſcum viri de ſingulis tribubus, quorũ quiſq; caput ſit domus patrũ ſuorum. Et hæc ſunt nomina virorum qui ſtabunt vobiſcũ. 12 De [tribu] Ruben, EliZur filius Sedeur. De Simeõ, Schelumiel filius Zuri-ſchadai. De Iehuda, Nahaſon filiꝰ Amminadab. De Iſaſchar, Nathaneel filiꝰ Zuar. De Zebulõ, Eliab filius Helon. De filijs Ioſeph & Ephraim, Eliſama filius Ammihud. De Manaſſe, Gamaliel filius PedaZur. De Beniamin, Abidan filius Gedeoni. De Dã, Ahieſer filius Ammiſchadai. De Aſer, Pagiel filius Achrã. De Gad, Eliaſaph filius Dehuel. De Naphtali, Ahira filius Enã. 13 Hi magni nominis erant in cœtu, primores tribuũ patrum ſuorũ, capita [nẽpe] tribuni millium in Iſrael. 14 Viris iſtis, qui nominibus ſuis diſerte expreſſi ſunt, acceptis, Moſes & Aharõ vniuerſum cœtũ cõuocari iuſſerunt, in primo [die] mẽſis ſecundi. Et profeſſi ſunt natales ſuos per familias ſuas, & per domos patrũ ſuorũ, 15 iuxta nomina ab his qui nati erant viginti annos & ſupra, 16 iuxta capita ſua. Quẽadmodũ præcepit Dñs Moſi, ſic recẽſuit eos in deſerto Sinai. Fuerũt itaq; 17 filij Rubẽ primogeniti Iſraelis, per generationes ſuas, & per familias ſuas, perq; domos patrum ſuorũ, iuxta numerũ nominum, 18 iuxtaq; capita ſua, omnes mares ab eo qui viginti annos natus erat & ſupra, 19 quicunque ad bellũ apti erat, 20 Cẽſus inquã eorũ qui de tribu erãt Ruben, fuit quadragintaſex millia & quingẽti. De filijs Simeõ per generationes ſuas, per familias ſuas, atq; per domos patrũ ſuorũ, 21 cẽſus eorum iuxta numerũ nominũ, iuxtaq; capita ſua, omnes mares ab eo qui viginti erat annorũ & ſupra, quicũq; bello apti erãt, 22 cẽſus inquã eorum qui erãt e tribu Simeonis, fuit quinquagintanouẽ millia, & trecẽti. De filijs Gad per generationes ſuas, per familias ſuas, atq; per domos patrum ſuorum, iuxta numerum nominum, ab his qui viginti erãt annorum & ſupra, quicunq; erãt ad militiã apti, 22 cẽſus inquam eorum qui erãt de tribu Gad, fuit quadragintaquinq; millia, ſexcẽti, & quinquaginta. De filijs Iehuda ꝑ generationes ſuas, & per familias ſuas, atq; per domos patrum ſuorum, iuxta numerum nominum, ab his qui viginti annos nati erãt & ſupra, omnes qui ad bellum apti erãt, 22 cẽſus inquã eorum, qui erãt de tribu Iehuda, fuit ſeptuagintaquatuor millia, & ſexcenti. De filijs Iſaſchar per generationes ſuas, & per familias ſuas, atq; per domos patrum ſuorum, iuxta numerum nominum, ab his qui viginti erãt annorum & ſupra, quicunq; ad bellũ erãt idonei, 22 cenſus inquam eorum qui erãt è tribu Iſaſchar, fuit quinquagintaquatuor millia, & quadringenti. De filijs Zebulon per generationes ſuas, per familias ſuas, & per domos patrum ſuorum, iuxta numerum nominum, ab his qui viginti erant annorum & ſupra, quicunq; apti erant bello, 22 cenſus inquam eorũ qui erãt è tribu Zebulon, fuit quinquagintaſeptẽ millia, & quadringẽti. De filijs Ioſeph, nẽpe de filijs Ephraim ꝑ generatiões ſuas, & familias ſuas atq; per domos patrũ ſuorũ,*

V. CAP. I.

1 LOcutuſque eſt Dominus ad Moyſen in deſerto Sinai in tabernaculo fœderis, prima die menſis ſecundi, anno altero egreſsionis eorum ex AEgypto,
2 dicens, ¶ Tollite ſummam vniuerſæ congregationis filiorum Iſrael per cognationes & domos ſuas, & nomina
3 ſingulorum, quicquid ſexus eſt maſculini ¶ A viceſimo anno & ſupra, omnium virorum fortium ex Iſrael, & nu-
4 merabitis ″ eas per turmas ſuas, tu & Aaron. ¶ eruntque vobiſcum principes tribuum ac domorum in cogna-
5 tionibus ſuis, ¶ Quorum iſta ſunt nomina. De tribu Ru
6 ben, Eliſur filius Sedeur. ¶ de tribu Simeon, Salamiel fi
7 lius Suriſaddai. ¶ de tribu Iuda, Nahaſſon filius Ami- B
8 nadab. ¶ de tribu Iſſachar, Nathanael filius Suar. ¶ de
9 tribu Zabûlon, Eliab filius Helon. ¶ Filiorum autem Io
10 ſeph, de tribu Ephraim, Eliſama filius Ammiud. de tribu
11 Manaſſe, Gamaliel filius Phadaſſur. ¶ De tribu Ben-ia
12 min, Abidan filius Gedeônis. ¶ de tribu Dan, Ahi-
13 ezer filius Ammi-ſaddai. ¶ de tribu Aſer, Phegiel filius
14 Ochran. ¶ de tribu Gad, Eliaſaph filius Duel. ¶ de
15 tribu Nephthali, Ahira filius Enan. ¶ Hi nobiliſsi-
16 mi principes multitudinis per tribus & cognationes
17 ſuas, & capita exercitus Iſrael: ¶ Quos tulerunt Moy-
18 ſes & Aaron cum omni vulgi multitudine, ¶ & congregauerunt primo die menſis ſecundi, recenſentes eos per cognationes & domos ac familias & capita &
19 nomina ſingulorum à viceſimo anno & ſupra, ¶ Si- C
cut præceperat Dominus Moyſi, numeratique ſunt in
20 deſerto Sinai. ¶ De Ruben primogenito Iſraelis per generationes & familias ac domos ſuas, & nomina capitum ſingulorum, omne quod ſexus eſt maſculini à vi-
21 ceſimo anno & ſupra, procedentium ad bellum, ¶ qua-
22 dragintaſex millia quingenti. ¶ De filijs Simeon per generationes * & familias ac domos cognationum ſuarum recenſiti per nomina & capita ſingulorum, omne quod ſexus eſt maſculini à viceſimo anno & ſu-
23 prà, procedentium ad bellum, ¶ quinquagintanouem
24 millia trecenti. ¶ De filijs Gad per generationes * & familias ac domos cognationum ſuarum recenſiti ſunt per nomina ſingulorum à viginti annis & ſupra,
25 omnes qui ad bella procederent, ¶ quadragintaquin-
26 que millia ſexcenti quinquaginta. ¶ De filijs Iuda D per generationes & familias ac domos cognationum ſuarum, per nomina ſingulorum à viceſimo anno & ſuprà, omnes qui poterant ad bella procedere,
27 ¶ recenſiti ſunt ſeptuagintaquatuor millia ſexcenti.
28 ¶ De filijs Iſſachar per generationes & familias ac domos cognationum ſuarum, per nomina ſingulorum à viceſimo anno & ſupra, omnes qui ad bel-
29 la procederent, ¶ recenſiti ſunt quinquagintaquatuor
30 millia quadringenti. ¶ De filijs Zabûlon per generationes & familias ac domos cognationum ſuarum recenſiti ſunt per nomina ſingulorum à viceſimo anno & ſupra, omnes qui poterant ad bella proce-
31 dere, ¶ quinquagintaſeptem millia quadringenti.
32 ¶ De filijs Ioſeph, filiorum Ephraim per generationes & familias ac domos cognationum ſuarum E
recen-

Exod.30.b. Iubentur numerari ad pugnam apti.

″ eos (maſc.gen.

*ſuas,

*ſuas,



recenſiti ſunt per nomina ſingulorum à viceſimo anno
& ſuprà, omnes qui poterant ad bella procedere, ¶ qua- 33
draginta millia quingenti. ¶ Porrò filiorum Manaſſe per 34
generationes & familias ac domos cognationum ſuarum recenſiti ſunt per nomina ſingulorum à viginti annis, & ſuprà, omnes qui poterant ad bella procedere, ¶ triginta 35
duo millia ducenti. ¶ De filijs Ben-iamin per generatio- 36
nes & familias ac domos cognationum ſuarum recenſiti ſunt nominibus ſingulorum à viceſimo anno & ſuprà, omnes qui poterant ad bella procedere, ¶ trigintaquinq; mil- 37
lia quadringenti. ¶ De filijs Dan per generationes & fa- 38
milias ac domos cognationum ſuarum recenſiti ſunt nominibus ſingulorum à viceſimo anno & ſuprà, omnes qui
F poterant ad bella procedere, ¶ ſexagintaduo millia ſep- 39
tingenti. ¶ De filijs Aſer per generationes & familias ac 40
domos cognationum ſuarum recenſiti ſunt per nomina ſingulorum à viceſimo anno & ſupra, omnes qui poterant ad bella procedere, ¶ quadraginta millia & mille 41
quingẽti. ¶ De filijs Nephthali per generationes & fami- 42
lias ac domos cognationum ſuarum recenſiti ſunt nominibus ſingulorum à viceſimo anno & ſupra, omnes qui poterant ad bella procedere, ¶ quinquagintatria millia 43
quadringenti. ¶ Hi ſunt quos numerauerunt Moyſes & 44
Aaron & duodecim principes Iſrael, ſingulos per domos cognationum ſuarum. ¶ Fueruntq; omnis numerus filio- 45
rum Iſrael per domos & familias ſuas à viceſimo anno & ſupra, qui poterant ad bella procedere, ¶ ſexcentatria mil 46
G lia virorum quingẽti quinquaginta. ¶ Leuitæ autem in tri 47
bus familiarum ſuarum non ſunt numerati cum eis. ¶ Lo- 48
cutuſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens, ¶ Tribum Le- 49
ui noli numerare, neque pones ſummam eorum cum filijs Iſrael, ¶ Sed conſtitue eos ſuper tabernaculum teſti- 50
monij & cũcta vaſa eius, & quicquid ad ceremonias pertinet. ipſi portabunt tabernaculum & omnia vtẽſilia eius: & erunt in miniſterio, ac per gyrum tabernaculi meta-
buntur. ¶ Cum proficiſcendum fuerit, deponent Leuitæ 51
tabernaculum: cum caſtrametandum, erigent. quiſquis externorum acceſſerit, occidetur. ¶ Metabuntur autem 52
caſtra filij Iſrael vnuſquiſque per turmas & cuneos atque exercitum ſuum. ¶ Porrò Leuitæ per gyrum tabernaculi 53
figent tentoria, ne fiat indignatio ſuper multitudinem filiorum Iſrael, & excubabunt in cuſtodijs tabernaculi teſtimonij. ¶ Fecerũt ergo filij Iſrael iuxta omnia quæ præ- 54
ceperat Dominus Moyſi.

Tribus Leui cõſtituta ſuper tabernaculum.

*iuxta numerum nominum, ab his qui viginti erant annorum & ſupra, omnes qui bello apti erant, 22 cenſus inquam eorum qui erant è tribu Ephraim, fuit quadraginta millia, & quingenti. De filijs Manaſſe per generationes ſuas, & per familias ſuas, atque domos patrum ſuorum, iuxta numerum nominum ab his qui viginti erant annorum & ſupra, omnes bello apti, 22 cenſus inquam eorum qui erant è tribu Manaſſe, triginta duo millia, & ducenti. De filijs Beniamin per generationes ſuas, per familias ſuas, atque per domos patrum ſuorum, iuxta numerum nominum, ab his qui viginti erant annorum & ſupra, quicunque ad bellum erant idonei, 22 cenſus inquam eorum qui erant è tribu Beniamin, trigintaquinque millia, & quadringenti. De filijs Dan per generationes ſuas, per familias ſuas, atque per domos patrum ſuorum, iuxta numerum nominum, ab his qui viginti erant annorum & ſupra, quicunque apti erant ad bellum, cenſus inquam eorum qui erant è tribu Dan, ſexagintaduo millia, & ſeptingenti. De filijs Aſer per generationes ſuas, per familias ſuas, atque per domos patrum ſuorum, iuxta numerum nominũ, ab his qui viginti erant annorum & ſupra, quicunq; ad bellũ erant apti, 22 cenſus inquam eorum qui erant de tribu Aſer, quadraginta millia, mille, & quingenti. De filijs Naphtali per generationes ſuas, per familias ſuas, & per domos patrum ſuorum, iuxta numerum nominum, ab his qui viginti erant annorum & ſupra, omnes bello apti, 22 cenſus inquam eorum qui erãt è tribu Naphtali, quinquagintatria millia, & quadringenti. 23 Iſte eſt cenſus quem egit Moſes & Aharon cum principibus Iſrael, viris ſcilicet duodecim, qui è domo patrum ſuorum [ſelecti erant.] Fuerunt autem omnes 24 cenſi ex filijs Iſrael iuxta domos patrũ ſuorum, ex his qui viginti annos & ſupra nati, & qui ex Iſraele ad bellum apti erant, omnes inquam 24 cenſi, ſexcenta millia, atq; triginta millia, quingenti & quinquaginta. Leuitæ verò iuxta tribus patrum ſuorum, inter illos non ſunt 25 cenſi. Loquutus [enim] erat Dominus ad Moſen in hanc ſentẽtiam, Veruntamen tribum Leui non 26 cenſebis, & illorum ne agas cenſum inter filios Iſrael: Sed præficies Leuitas 27 tabernaculo teſtimonij, & omnibus 28 inſtrumentis eius, & omnibus quæ in eo ſunt, portabunt arcam, & omnia inſtrumenta eius, & in eo miniſtrabunt, & circa tabernaculum 29 manebunt. Et quum tabernaculum transferendum erit, 30 deponent Leuitæ illud: cumque figendum erit tabernaculum, Leuitæ erigent ipſum: ſi 31 alienus quiſpiam acceſſerit, interficiatur. Manſiones autem facient filij Iſrael, vnuſquiſq; 32 in turma ſua, & quiſq; ſub vexillo ſuo per exercitus ſuos. Leuitæ verò caſtra [ſua] ponent circum 27 tabernaculum teſtimonij, ne 33 indignatio veniat ſuper 34 cœtum filiorum Iſrael. excubabunt itaque Leuitæ in cuſtodia tabernaculi teſtimonij. Et fecerunt filij Iſrael iuxta omnia quæ præcepit Dominus Moſi, [ſic inquam] fecerunt.*

## SCHOLIA IN CAP. I.

1 Locutus eſt Dñs. Litera Hebraica Vau, pro qua interpres vertit QVE coniunctionem: hoc loco non copulat, ſed tantũ vertit futurũ in præteritũ. 2 .i. in deſerto quod adiacet monti Sinai. 3 in tentorio fœderis. Vel potius, de tabernaculo conuentus. 4 Secũdus mẽſis Hebræorũ reſpõdet noſtro Aprili: & primꝰ Martio. 5 Capite ſummã. Vox Hebraica ROS, ſignificat hic ſummã .i. breuẽ multorũ numerorũ cõplexionẽ. Chaldæus paraph. vertit numerũ. 6 vel, per cognationes eorũ, 7 iuxta numerũ nominũ. Chaldęꝰ paraph. addidit pronomẽ EORVM: iuxta numerũ nominũ eorũ. 8 .i. per ſingula capita: hoc eſt viritim. 9 numerate eos per turmas ſuas, ab ijs qui, &c. 10. Heb. egredi poſſunt ad bellũ. 11 .i. iuxta numerũ tribuũ accipietis viros qui ſint primores in domo paterna. 12 Subaudiendũ (tribu) .q.d. de tribu Rubẽ, ſub. (vobiſcũ erit) Eliſur .i. Eliſur præerit tribui Rubẽ. In ſequẽtibꝰ ſimiliter, ablatiuꝰ (tribu) nõ legitur in codicibꝰ Hebraicis. Notandũ autẽ ex hoc loco, & alijs, Hebræos cognominis loco vti vocabulo FILIVS & patris nomine: Eliſur filiꝰ Sedeur. Vel dicẽdũ eſt, nomẽ patris cũ nomine FILIVS, vſurpatũ, vim habere nominis patronymici. quo genere loquẽdi vtũtur & Vvalli inter Britãnos. 13 Hi ſunt nobiliſsimi (vel, famoſi) totius congregationis, principes tribuũ patrũ ſuorum: ſũmi duces (vel, primates) ſunt milliũ Iſrael, &c. i. duces ſunt populi Iſraelitici q coſtat multis millibꝰ. 14 Viris iſtis qui numerati (vel, declarati) ſunt per nomina ſua. Chaldæus paraph. vertit, qui expreſsi ſũt nominibꝰ ſuis .i. quorũ nomina iã dicta & expreſſa ſunt. 15 Heb. iuxta numerũ nominũ .i. quibus parẽtibus orti eſſent expoſuerunt, declarãtes de qua familia & tribu eſſent. Illud enim Per cognationes, &c. declarat quid per natales intelligeret. 16 vel, capitatim. 17 filios vocat nepotes. 18 per capita ſua .i. quotquot fuerãt nominati, cõputãdo ſingula capita. 19 Heb. quotquot egredi (vel, proficiſci) poterãt ad bellũ .i. quotquot obire poterãt militiã, & geſtare arma. 20 Heb. Numerati eorũ in tribu Rubẽ, fuerũt, &c. Eſt autem Heb. pro, qui in tribu Ruben numerati fuerunt, quadraginta, &c. Sic Hebraice legiẽ in ſequẽtibus tribubus ante numerũ ſingularũ. 21 Heb. qui numerati ſunt. 22 numerati inquã eorũ. 23 Heb. Hi ſunt numerati quos recẽſuit Moſes & Aaron, & principes Iſrael, duodecim iuxta numerũ tribuũ: viri ſinguli per familias ſuas auitas erant .i. ſinguli viri ex ſingulis tribubus delecti erant. 24 numerati 25 numerati .i. nõ cõprehẽdũtur in numero prædicto. 26 numerabis, & illorum ſummã nõ capies in medio filiorũ Iſrael .i. dũ recẽſebis filios Iſrael 27 Tabernaculũ teſtimonij vocat, quod in eo erat arca in qua erãt tabulæ teſtimonij: in quibus decẽ præcepta erant ſcripta, quibus teſtat Deꝰ ſuã volũtatẽ Iſraelitis, quidve eos in poſterũ facere vellet. 28 inſtrumẽta ſiue vaſa vocat omnẽ ſupellectilẽ. 29 vel, caſtra ſua figẽt. 30 diſſoluẽt illud: quũ vero cõſiſtet tabernaculũ, cõſtruent illud Leuitæ .i. quũ tabernaculũ erit alio trãfferendũ, Leuitæ reſoluẽt illud in partes quibus componit: cum autem morabit in loco vno, ijdem Leuitæ conſtruent & erigent illud. 31 Alienos ſiue externos vocat omnes qui de tribu Leui non erant. Si, inquit, alius quàm de tribu Leui propius acceſſerit ad diſſoluendum, aut rurſum erigendum tabernaculum, interficietur iuxta ſententiam iudicum. 32 vel, in exercitu ſuo. 33 ſubaudi Dei. 34 vel, aliquem ex congregatione.

## CAP. II.

LOquutuſque eſt Dominus ad Moſen & Aharonem in hanc ſententiam, Quiſque ex filijs Iſrael caſtra figat ſub vexillo ſuo, & ſub ſignis domus patrum ſuorum, 1 è regione circum tentorium conſtitutionis caſtra figant. Ponent autem caſtra Orientem verſus ad exorientem ſolem, qui ſunt ſub vexillo caſtrorum Iehuda per exercitus ſuos: & princeps filiorum Iehuda 2 fuit Nahaſon filius Aminadab. Exercitus autem eius, 3 & cenſus eorum, ſeptuagintaquatuor millia & ſexcenti. Iuxta hunc caſtra ponent qui ſunt de tribu Iſaſchar: fuitque princeps filiorum Iſaſchar Nathaneel filius Zuar. Exercitus eius 3 atque cenſus eius, quinquagintaquatuor millia & quadringenti. 4 Tribus Zebulon: & princeps filiorum Zebulon, Eliab filius Helon. Porrò exercitus eius 5 & cenſus eius, quinquagintaſeptem millia, & quadringenti. Vniuerſi autem cenſus caſtrorum Iehuda, centum millia, octoginta millia, & ſex millia atque quadringenti, per exercitus ſuos: & primi ipſi proficiſcantur. Vexillum caſtrorum Ruben verſus Auſtrum ſit per exercitus ſuos: princeps autem filiorum Ruben 2 fuit EliZur filius Zedeur. Porrò exercitus eius & 6 cenſus eius quadragintaſex millia & quingenti. Et iuxta eum caſtrametabuntur tribus Simeon: princeps verò filiorum Simeon Selumiel, filius Zuri-ſaddai. Porrò exercitus eius & cenſus eorum, quinquagintanouem millia atque trecenti. 7 Tribus quoque Gad: & princeps filiorum Gad fuit Eliaſaph filius Rehuel. Porrò exercitus eius & cenſus eorum quadragintaquinque millia, ſexcenti & quinquaginta. Vniuerſi qui 8 cenſi ſunt ex caſtris Ruben, centum millia atque quinquagintaquinque millia, mille & quadringenti quinquaginta per exercitus ſuos. & hi ſecundo loco proficiſcantur. Tentorium verò 9 conſtitutionis proficiſcetur cum turba Leuitarum in medio caſtrorum: & ſicut caſtrametantur, ſic etiam proficiſcantur, vnuſquiſque in loco ſuo ſub vexillo ſuo. Vexillum caſtrorum Ephraim cum exercitibus ſuis ad Occidentem [caſtrametetur:] & princeps filiorum Ephraim, Eliſchama filius Amihud. Exercitus eius & 10 cenſus eorum, quadraginta millia & quingenti. Iuxta hunc erit tribus Manaſſe: & princeps filiorum Manaſſe, Gamaliel filius PedaZur. Exercitus eius & cenſus eorum trigintaduo millia & ducenti. 11 Tribus quoq; Beniamin: & princeps filiorum Beniamin, Abidan filius Gideoni. Exercitus eius & cenſus eorum, trigintaquinque millia & quadringenti. Vniuerſi qui 10 cenſi ſunt è caſtris Ephraim, centum millia & octo millia, atq; centum, per exercitus ſuos. & hi tertio loco proficiſcentur. Vexillum verò caſtrorum Dan cum exercitibus ſuis Aquilonem [tenebit:] 12 fuitque princeps filiorum Dan AhieZer filius Ami-ſaddai. Exercitus eius & cenſus eorū, ſexagintaduo millia & ſeptingenti. Iuxta eū caſtrametabuntur tribus Aſer: & princeps filiorū Aſer, Pagiel filius Achran. Exercitus eius & cenſus eorum, quadragintavnum millia & quingenti. 13 Tribus quoque Naphtali: & princeps filiorum Naphtali, Ahira filius Enan. Et exercitus eius atque cenſus eorum, quinquagintatria millia & quadringenti. Vniuerſi qui 10 cenſi ſunt è caſtris Dan, centum millia & quinquaginta ſeptem millia & ſexcenti. & poſtremo loco proficiſcentur 14 cum vexillis ſuis. 15 Hic eſt cenſus filiorum Iſrael iuxta domos patrum ſuorum, vniuerſi ſcilicet qui cenſi ſunt caſtrametantes iuxta exercitus ſuos, ſexcenta millia, tria millia, quingenti & quinquaginta. Leuitæ verò non 16 ſunt cenſi inter filios Iſrael, ſicut præceperat Dominus Moſi. Et fecerunt filij Iſrael 17 iuxta omnia quæ mandauerat Dominus Moſi, ſic inquam caſtra fixerunt cum vexillis ſuis, & ſic profecti ſunt iuxta familias ſuas, & iuxta domos patrum ſuorum.

## CAP. II.

1 LOcutuſque eſt Dominus ad Moyſen & Aaron, di-
2 cens, ¶ Singuli per turmas, ſigna atque vexilla
& domos cognationum ſuarum caſtrametabuntur
3 [a] filiorum Iſrael per gyrum tabernaculi fœderis. ¶ Ad
Orientem Iudas figet tentoria per turmas exercitus ſui:
eritque princeps filiorum eius Nahaſſon filius Amina-
4 dab. ¶ Et omnis de ſtirpe eius ſumma pugnantium, ſe-
5 ptuaginta quatuor millia [b] ſexcentorum. ¶ Iuxta eum
caſtrametati ſunt de tribu Iſſachar, quorum princeps
6 fuit Nathanael filius Suar. ¶ Et omnis numerus pugna-
torum eius quinquagintaquatuor millia quadringen-
7 ti. ¶ In tribu Zabulon princeps fuit Eliab filius Helon.
8 ¶ Omniſque de ſtirpe eius exercitus pugnatorum, quin-
9 quagintaſeptem millia quadringenti. ¶ Vniuerſi qui in
caſtris Iudæ annumerati ſunt, fuerunt centum octogin-
taſex millia quadringenti: & per turmas ſuas primi egre-
10 dientur. ¶ In caſtris filiorum Ruben ad Meridianam B
11 plagam erit princeps Eliſur filius Sedeur. ¶ Et cunctus
exercitus pugnatorum eius qui numerati ſunt, quadra-
12 gintaſex millia quingenti. ¶ Iuxta eum caſtrametati
ſunt de tribu Simeon: quorum princeps fuit Salamiel fi-
13 lius Suri-ſaddai. ¶ & cunctus exercitus pugnatorum
eius qui numerati ſunt, quinquagintanouem millia trecen
14 ti. ¶ In tribu Gad princeps fuit Eliaſaph filius Duel.
15 ¶ Et cunctus exercitus pugnatorum eius qui numerati
ſunt, quadragintaquinque millia ſexcenti quinquaginta.
16 ¶ Omnes qui recenſiti ſunt in caſtris Ruben, centum quin
quaginta millia & mille quadringenti quinquaginta per
17 turmas ſuas. in ſecundo loco proficiſcentur. ¶ Leuabi-
tur autem tabernaculum teſtimonij per officia Leuita-
rum & turmas eorum. quomodo erigetur, ita & depo-
netur. Singuli per loca & ordines ſuos proficiſcentur.
18 ¶ Ad Occidētalem plagam erunt caſtra filiorū Ephraim, C
19 quorum princeps fuit Eliſama filius Ammiud. ¶ Cun-
ctus exercitus pugnatorum eius, qui numerati ſunt,
20 quadraginta millia quingenti. ¶ Et cum eis tribus fi-
liorum Manaſſe, quorum princeps fuit Gamaliel fi-
21 lius Phadaſſur. ¶ cunctuſque exercitus pugnatorum
22 eius, qui numerati ſunt, trigintaduo millia ducenti. ¶ In
tribu filiorum Bē-iamin princeps fuit Abidan filius Ge-
23 deônis. ¶ Et cunctus exercitus pugnatorum eius, qui
recenſiti ſunt, trigintaquinque millia quadringenti.
24 ¶ Omnes qui numerati ſunt in caſtris Ephraim, centum
octo millia centum per turmas ſuas. tertij proficiſcentur.
25 ¶ Ad Aquilonis partem caſtrametati ſunt filij Dan: quo-
26 rum princeps fuit Ahi-ezer filius Ammi-ſaddai. ¶ Cun-
ctus exercitus pugnatorum eius, qui numerati ſunt, D
27 ſexagintaduo millia ſeptingenti. ¶ Iuxta eum fixere
tentoria de tribu Aſer: quorum princeps fuit Phegiel fi-
28 lius Ochran. ¶ Cunctus exercitus pugnatorum eius, qui
numerati ſunt, quadraginta millia & mille quingenti.
29 ¶ De tribu filiorum Nephthali princeps fuit Ahira fi-
30 lius Enan. ¶ Cunctus exercitus pugnatorum eius, quin-
31 quagintatria millia quadringenti. ¶ Omnes qui nume-
rati ſunt in caſtris Dan, fuerunt centum quinquaginta-
ſeptem millia ſexcenti. & nouiſsimi proficiſcentur.
32 ¶ Hic numerus filiorum Iſrael, per domos cognatio-
num ſuarum & turmas diuiſi exercitus, ſexcentatria
33 millia quingenti quinquaginta. ¶ Leuitæ autem non
ſunt numerati inter filios Iſrael: ſic enim præceperat
34 Dominus Moyſi. ¶ Feceruntque filij Iſrael iuxta om-
nia quæ mandauerat Dominus: caſtrametati ſunt per
turmas ſuas, & profecti per familias ac domos pa-
trum ſuorum.

Quo ordine præceſſerint Iſraelitæ, & nomina ducum eorum.
[a] filij
[b] ſexcenti.

S C H O.



## SCHOLIA IN CAP. II.

1 Heb. procul. i. nō ita prope tabernaculū. diſtabāt enim à binuicē, vt quidā volūt, vno miliari. 2 erit 3 & numerati eorū. i. & numerus exercitus eorū erat, &c. 4 Sub. (adiūgetur tribui Iudæ & tribui Iſſachar) tribus Zabûlon: princepſq; filiorū Zebulō erit, &c. Quatuor vexilla ſequebātur duodecim tribus: tres tribus vnū vexillum ſequebātur. Tantū enim quatuor erāt vexilla primaria: minorà vero penè innumera. Aben Ezra Hebræus, author eſt, in tribu Ruben hominē, in tribu Iuda leoné, in tribu Ephraim bouem, in tribu Dan aquilam fuiſſe pro vexillo. 5 & numerati eius, erant, &c. i. & exercitus qui numerati erāt in ea tribu. Vel, & numerus exercitus eorū, erat, &c. 6 recēſiti 7 ſub. adijcietur tribui Ruben. 8 numerati. 9 fœderis (ſiue cōuentus) proficiſcetur. i. caſtra Leuitarū, in medio caſtrorū: queādmodū figēt tētoria ſic proficiſcētur, ſinguli ſuo ordine ſecūdū vexilla ſua. q. d. Mox locū mutabit tentoriū fœderis. i. turma deferēs tabernaculū, caſtra ſcilicet Leuitarum, quæ inter quatuor vexilla filiorū Iſrael proficiſcentur. 10 numerati. 11. i. Iuxta etiā tribū Ephraim caſtrametabit Bēiamin, annumerabitq; ipſi Ephraim. 12 eritq; 13. i. Et tribus Nephthali figet tētoria iuxta tribū Aſer. 14 vel, per vexilla ſua. Scilicet minora, & particularia. erāt enim (vt dictū eſt) quatuor tātū vexilla primaria: minora vero penè innumera. Ideo dicit, per vexilla ſua, ſequendo ſcilicet particularia. 15 Iſti ſunt numerati filiorum Iſrael per domos patrum ſuorum, omnes numerati qui erant in caſtris per exercitus ſuos, erant, &c. ideſt, Hi ſunt qui delecti fuerunt ad militiam per familias paternas. 16 fuerunt numerati. 17 vel, prorſus, vt præceperat.

## CAP. III.

HAE ſunt generationes Aaron & Moyſi in die qua 1
locutus eſt Dn̄s ad Moyſen in monte Sinai. ¶ Et 2
hæc nomina filiorū Aarō, primogenitus eius Na
dab, deinde Abiu, & Eleazar, & Ithamar. ¶ Hæc nomina fi 3
liorū Aaron ſacerdotū qui vncti ſunt, & quorū repletæ &
cōſecratæ manus vt ſacerdotio fungerētur. ¶ Mortui ſunt 4
enim Nadab & abiu cū offerrēt ignē alienū in conſpectu
Dn̄i in deſerto Sinai, abſq; liberis: functiq; ſunt ſacerdotio
Eleazar & Ithamar corā Aarō patre ſuo. ¶ Locutuſq; eſt 5
Dn̄s ad Moyſen, dicēs, ¶ Applica tribū Leui, & fac ſtare in 6
cōſpectu Aarō ſacerdotis, vt miniſtrēt ei, ¶ Et excubēt, & 7
obſeruent quicquid ad cultū pertinet multitudinis coram
B tabernaculo teſtimonij, ¶ & cuſtodiant vaſa tabernaculi, 8
ſeruiētes in miniſterio eius. ¶ Dabiſq; dono Leuitas ¶ Aa- 9
rō & filijs eius, quibus traditi ſunt à filijs Iſrael. Aarō autē 10
& filios eius cōſtitues ſuper cultū ſacerdotij. externus qui
ad miniſtrandū acceſſerit, morietur. ¶ Locutuſq; eſt Dn̄s ad 11
Moyſen, dicēs, ¶ Ego tuli Leuitas à filijs Iſrael pro omni 12
primogenito qui aperit vuluā in filijs Iſrael, eruntq; Leui-
tę mei. ¶ Meū eſt enim omne primogenitū: ex quo percuſ 13
ſi primogenitos in Terra-AEgypti, ſanctificaui mihi qc-
quid primum naſcitur in Iſrael ab homine vſq; ad pecus,
mei ſunt: ego Dn̄s. ¶ Locutuſq; eſt Dn̄s ad Moyſen in de- 14
C ſerto Sinai, dicens, ¶ Numera filios Leui per domos patrū 15
ſuorum & familias, omnem maſculum ab vno menſe & ſu 16
pra. ¶ Numerauit Moyſes vt præceperat Dn̄s, ¶ & inuenti 17
ſunt filij Leui per nomina ſua, Gerſon & Caath & Merari. 18
¶ Filij Gerſon: Lebni, & Semei. ¶ Filij Caath: Amran, & Ie 19
ſaar, Hebron, & Oziel. ¶ Filij Merari: Moholi, & Muſi. 20
¶ De Gerſon fuere familiæ duæ, Lebnitica, & Semeitica: 21
¶ quarum numeratus eſt populus ſexus maſculini ab vno 22
menſe & ſuprà, ſeptem millia [a] quingentorum. ¶ Hi poſt 23
tabernaculum metabuntur ad Occidentem ¶ ſub principe 24
Heliaſaph filio Lael. ¶ Et habebunt excubias in taberna- 25
culo fœderis, ¶ ipſum tabernaculum & operimētum eius, 26
D tentorium quod trahitur ante fores tecti fœderis, Et cor-
tinas atrij: tentorium quoque quod appenditur in introi-
tu atrij tabernaculi, & quicquid ad ritum altaris pertinet,
funes tabernaculi & omnia vtenſilia eius. ¶ Cognatio 27
Caath habebit populos Amramitas & Ieſaaritas & He-
bronitas & Ozielitas. Hæ ſunt familiæ Caathitarum, re-
cenſitæ per nomina ſua: ¶ Omnes generis maſculini ab 28
vno menſe & ſuprà, octo millia ſexcenti. habebunt excu-
bias ſanctuarij; ¶ & caſtrametabuntur ad Meridianam pla 29
gam. ¶ Princepſque eorum erit Eliſaphan filius Oziel: ¶ & 30
cuſtodient arcam, menſamque & candelabrum, altaria 31
E & vaſa ſanctuarij, in quibus miniſtratur, & velum, cun-
ctamque huiuſcemodi ſupellectilem. ¶ Princeps autem 32
principum Leuitarum Eleazar filius Aaron ſacerdotis,
erit ſuper excubitores cuſtodiæ ſanctuarij. ¶ At ve- 33
rò de Merari erunt populi Moholitæ & Muſitæ re-
cenſiti per nomina ſua: ¶ omnes generis maſculini 34

Filij Aaron. Exod. 6. d.
Leuit. 10. a. 1. Para. 24. a.
Leuitis datur administratio ſacrorum.
Exo. 13. a. Inf. 8. c.
Leuitæ numerantur. Exo. 6. c.
[a] quingenti.
Leuitarum ſtatio.

## CAP. III.

ET hæ ſunt generationes Aharonis & Moſis eo die quo loquutus eſt Dn̄s cū Moſe in Mōte Sinai. Et hæc ſunt nomina filiorum Aharonis, primogenitus Nadab, Abihu, EleaZar, & Ithamar. Hæc ſunt nomina filiorū Aharonis ſacerdotum, 2 qui vncti erāt, quorum manus 3 cōſecratæ erāt vt ſacerdotio fungerentur. Mortuuſq; eſt Nadab & Abihu corā Domino quum offerrēt ignē 4 alienum corā Dn̄o in deſerto Sinai, nec habuerunt filios, & ſacerdotio functus eſt Eleaſar & Ithamar 5 corā patre ſuo Aharone. Loquutus eſt Dn̄s ad Moſen, dicēs, Adduc tribum Leui, & cōſtitue eā corā Aharon ſacerdote, vt ei miniſtrēt. Et ipſi cuſtodiāt 6 obſeruationē eius, & obſeruationē vniuerſi cœtus ante tētorium cōſtitutionis, vt obeāt miniſteriū tabernaculi. Ipſi cuſtodiet omnia 7 inſtrumēta tentorij cōſtitutionis, & obſeruationē filiorum Iſrael, vt obeāt miniſterium tabernaculi. Et dabis Leuitas Aharoni & filijs eius, 8 dedititij enim ſunt ex filijs Iſrael. 9 Aharō verò & filios eius præficias, vt cuſtodiāt ſacerdotium ſuum: alienus ſi acceſſerit, 10 interficiatur. Et loquutus eſt Dn̄s ad Moſen in hāc ſententiā, Ecce ego 11 tuli Leuitas de medio filiorum Iſrael pro omni primogenito quod 12 vuluā aperit in filijs Iſrael, & Leuitæ erunt mei. Meum enim eſt omne primogenitum: à die quo percuſsi omne primogenitum in terra AEgypti, 13 conſecraui mihi omne primogenitum in Iſraele, tam in hominibus quàm in iumentis, mea inquam erunt: ego Dominus. Et loquutus eſt Dominus ad Moſen in deſerto Sinai hiſce verbis, Recēſe filios Leuitarum, iuxta domos patrum ſuorum, iuxta familias ſuas, omnē marē, ab eo qui vnius eſt mēſis & ſupra recēſebis eos. Recēſuit itaq; eos Moſes iuxta præceptū Dn̄i, quēadmodū mandauerat. Fuerūtq; iſti filij Leui 14 iuxta nomina ſua, Gerſō, Kahath & Merari. Et hæc ſunt nomina filiorū Gerſon iuxta familias ſuas. Libni & Simei. Filij verò Kahath in familijs ſuis, Amram, IZhar, Hebrō & VZiel. Et filij Merari in familijs ſuis, Maheli & Muſi. Hæ ſunt familiæ Leuitarum iuxta domos patrū ſuorū. 15 Ipſi Gerſō familia Libni & familia Simei. iſtæ ſunt familiæ Gerſonicæ. 16 Cēſus eorū ab eo qui erat vnius mēſis & ſuprà, cēſus inquā eorum, ſeptē millia, & quingēti. Porrò familiæ Gerſonicæ poſt tabernaculum caſtrametētur ad Occidentē. Principes autē 17 domus patriæ Gerſonitarum Eliaſaph filius Lael. Et filiorum Gerſon cuſtodia erit in tētorio 18 conſtitutionis, [obſeruabunt inquā] tabernaculum & tētorium, tegumētum eius, & velum quod erat ad oſtium 19 tētorij conſtitutionis, Itē auleum atrij, & 20 velū ad oſtium atrij, quod eſt iuxta tabernaculum, & aram circunquaq;, & funes eius, ad omne miniſterium eius. Ipſius Kahath erat familia Amrā, & familia IZhar, & familia Hebron, & familia VZiel. & hæ ſunt familiæ Kahathitarum. Numerus omnium marium ab eo qui vnius erat mēſis & ſupra, octo millia & ſexcenti: & hi excubabunt 21 in cuſtodia ſanctuarij. Familiæ autē Kahathitarum caſtra figēt ad latus tabernaculi Meridionale. Primarius 22 patriæ domus familiarū Kahathitarū fuit EliZaphā filius VZiel. Et illi cuſtodient arcā, mēſam, cādelabrū, 23 aras, & vaſa ſanctuarij, 24 in quibus miniſtrant, velum quoq; & quidquid ad miniſterium eius [pertinet.] Summus autem princeps Leuitarum fuit EleaZar filius Aharonis ſacerdotis, 25 epiſcopus eorum qui excubant in cuſtodijs ſanctuarij. Ipſius Merari [erit] familia Maheli, & familia Muſi: hæ ſunt familiæ Meraritarum. 26 Cenſus eorum iuxta numerum omniū marium


ab eo

*ab eo qui erat vnius menſis & ſuprà, ſex millia & ducenti. Princeps autẽ patriæ domus in familijs* Merari *erat* Zuriel *filiꝰ* Abihail: *& hi caſtra ponẽt in latere tabernaculi Septẽtrionali. Et functio cuſtodiæ filiorũ* Merari *[erũt] aſſeres tabernaculi, & vectes eius, colũnæ eius, & baſes eiꝰ, & omnia inſtrumenta eius, & quidquid eſt miniſterij eius. Columnæ quoque atrij per circuitum, cum baſibus earum, claui earum, & funes earum. Porrò ante tabernaculum ad plagam* Orientalem *ante* 27 *tentorium conſtitutionis caſtra ponent* Moſes *&* Aharon *atque filij eius, obſeruantes cuſtodiam ſanctuarij,* 28 *& cuſtodiam filiorum* Iſrael, *& alienus* 29 *ſi acceſſerit interficietur.* 30 *Omnis autem cenſus* Leuitarum *quos recenſuit* Moſes *&* Aharon *iuxta iuſſionem* Domini *per familias ſuas, omnes mares ab eo qui vnius fuit menſis & ſuprà, fuerunt viginti duo millia.* Et *dixit* Dominus *ad* Moſen, Recenſe *omne primogenitum maſculinum de filijs* Iſrael, *ab eo qui eſt vnius menſis & ſuprà, & accipe numerum nominum eorum : tolleſque* Leuitas *mihi (ego [enim] ſum* Dominus) *pro omni primogenito filiorum* Iſrael, *& iumenta* Leuitarum *pro omnibus primogenitis iumentorum filiorum* Iſrael . Recenſuit *itaque* Moſes *quemadmodum præceperat ei* Dominus , *omnia primogenita filiorum* Iſrael. Fueruntque *omnia primogenita maſcula iuxta numerum nominum, ab eo qui erat vnius menſis & ſuprà,* 31 *iuxta cẽſum eorum, vigintiduo millia ducẽta & ſeptuagintatria.* Loquutuſq; *eſt* Dñs *ad* Moſen, *dicẽs,* Tolle Leuitas *ꝑ omnibus primogenitis filiorum* Iſrael , *& pecora* Leuitarum *pro pecoribus eorum, eruntq;* Leuitæ *mei: ego* Dñs. 32 Pro *redimendis verò ducẽtis & ſeptuagintatribus, qui ex primogenitis inter filios* Iſrael Leuitas *excedunt, accipies quinos ſiclos ad ſingula capita,* 33 *ſiclum ſcilicet ſanctuarij accipies, (habet autẽ ſiclus viginti* 34 *gera.)* Dabiſq; *pretium* Aharoni *& filijs eiꝰ,* 35 *redemptitios ſcilicet qui ſuperſunt in eis.* 36 Tulit *itaque* Moſes *pretium redemptionis ab his qui ſuperfuerunt vltra redemptos* Leuitarum, *à primogenitis filiorum* Iſrael *accepit pecuniam iſtam, nempe mille trecentos & ſexagintaquinque ſiclos, iuxta ſiclum ſanctuarij.* Deditque Moſes *pecuniam redẽptorum* Aharoni *& filijs eius iuxta verbum* Domini, *quemadmodum præceperat* Dominus 37 *Moſi.*

35 ab vno menſe & ſuprà , ſex millia ducenti. ¶ Prin-
ceps eorum Suriel filius Abihaiel : in plaga Septentrio-
36 nali caſtrametabuntur. ¶ Eruntſub cuſtodia eorum ta-
bulæ tabernaculi & vectes , & columnæ ac baſes ea-
rum , & omnia quæ ad cultum huiuſcemodi perti-
37 nent: ¶ Columnæque atrij per circuitum cum baſi-
38 bus ſuis , & paxilli cum funibus. ¶ Caſtrametabun-
tur ante tabernaculum fœderis , id eſt ad Orientalem
plagam , Moyſes & Aaron cum filijs ſuis , habentes
cuſtodiam ſanctuarij in medio filiorum Iſrael . quiſ- F
39 quis alienus acceſſerit , morietur. ¶ Omnes Leuitæ
quos numerauerunt Moyſes & Aaron iuxta præcep-
tum Domini per familias ſuas in genere maſculino à
40 menſe vno & ſuprà , fuerunt vigintiduo millia. ¶ Et
ait Dominus ad Moyſen , Numera primogenitos ſexus
maſculini de filijs Iſrael ab vno menſe & ſuprà , & ha-
41 bebis ſummam eorum. ¶ tolleſque Leuitas mihi pro
omni primogenito filiorum Iſrael , ego ſum Domi-
nus : & pecora eorum pro vniuerſis primogenitis pe-
42 corum filiorum Iſrael. ¶ Recenſuit Moyſes ſicut præ-
43 ceperat Dominus primogenitos filiorum Iſrael: ¶ &
fuerunt maſculi per nomina ſua , à menſe vno & G
44 ſuprà, vigintiduo millia ducenti ſeptuagintatres. ¶ Lo-
45 cutuſque eſt Dominus ad Moyſen , dicens, ¶ Tolle
Leuitas pro primogenitis filiorum Iſrael , & pecora Le-
uitarum pro pecoribus eorum : eruntque Leuitæ mei.
46 ego ſum Dominus. ¶ In pretio autem ducentorum ſe-
ptuagintatrium qui excedunt numerum Leuitarum de
47 primogenitis filiorum Iſrael, ¶ accipies quinque ſiclos
per ſingula capita ad menſuram ſanctuarij. ( ſiclus
48 habet viginti obolos.) ¶ Dabiſque pecuniam Aaron
49 & filijs eius pretium eorum qui ſuprà ſunt. ¶ Tu-
lit igitur Moyſes pecuniam eorum qui fuerant am-
50 plius , & quos redemerat à Leuitis ¶ pro primoge-
nitis filiorum Iſrael , mille trecentorum ſexaginta quin-
51 que ſiclorum , iuxta pondus ſanctuarij, ¶ & dedit
eam Aaron & filijs eius , iuxta verbum quod præcepe-
rat ſibi Dominus.

Leuitarum numerus.

Leuitæ loco primogenitorum Iſrael Dei ſunt.

Primogeniti excedentes numerum Leuitarum, quinq; ſiclis ſinguli redempti.

Exo.30.b.Leui.27.c.Eze.45.d.

## SCHOLIA IN CAP. III.

1 Hæc ſunt quæ acciderunt Aaroni & Moſi ex quo locutus, &c. 2 ideſt, qui functi erant munere ſacerdotali. 3 conſecrauerat. ſubaudi Aaron. 4 vel, peregrinum, ideſt, qui cælitus miſſus non fuerat. 5 vel, præſente, ideſt, ſuperſtite adhuc patre. 6 Hebraiſmus, cuſtodiam eius, & cuſtodiam omnis congregationis coram tabernaculo cœtus, (vel fœderis,) vt ſeruiant ſeruitutem tabernaculi. Id eſt, Fungantur munere ipſius Aaronis, obſeruẽt cultum quem ipſe obſeruare deberet: cuſtodiant itẽ quæ cuſtodire deberent filij Iſrael coram tabernaculo fœderis, vt peragant cultum tabernaculi. 7 vaſa tabernaculi fœderis, & cuſtodiam filiorum Iſrael, nempe vt peragant cultum tabernaculi. Id eſt, Cuſtodiãt vaſa tabernaculi, & obſeruent ea quæ obſeruare deberent filij Iſrael, nempe loco filiorum Iſrael miniſtrent in tabernaculo. 8 Hebraiſmus, dati dati. Hebraiſmus, pro, dono dati illi ſunt. Pro redemptione enim primogenitorum dati fuerant Leuitæ Aaroni qui fungebatur vice Dei. 9 Id eſt, præficies Aaronem & filios eius tribui Leuitarum, cuſtodientque ipſi filij Aaronis dignitatem ſacerdotalem quam habent à Deo. 10 interficietur. Iudicum ſcilicet ſententia. 11 .i. ſelegi 12 Hebraiſmus eſt, Aperire vuluam, pro primum naſci. 13 Hebraiſmus, ſanctificaui, ideſt, retinui mihi tãquam rem ſacram & ſanctam. 14 ideſt, quorum nomina ſequuntur. 15 ideſt, Ad Gerſonem pertinebat cognatio Lebnitarũ & Semeitarum. Sub Gerſone comprehendebatur cognatio Lebnitica & Semeitica. 16 Numerati 17 familiæ auitæ 18 conuentus. vel, fœderis, ideſt, munus eorum erit cuſtodire tabernaculũ, &c. 19 tabernaculi fœderis, 20 aulæum oſtij atrij quod eſt ad tabernaculum & ad altare per circuitum. Iſtud intelligitur de aulæo quod cingebat tam atrium quam altare holocauſti , quod erat extra tabernaculum. 21 cuſtodientes cuſtodiam ſanctuarij, ideſt, fungẽtes officio in cultu ſacro tabernaculi. 22 vel, familiæ auitæ. 23 ideſt, duo altaria, holocauſti & incenſi. 24 vel, quibus vtentur. Scilicet ſacerdotes in cultu diuino. 25 Hebraiſmus, præfectura cuſtodientium cuſtodiam ſanctuarij (erit illi) ideſt, qui in cultu diuino fungetur aliquo officio, erit ſub eo. 26 Et qui ex eis numerati ſunt, numerando ipſos mares, &c. 27 tabernaculum fœderis. 28 propter cuſtodiam filiorum Iſrael, ideſt, vice filiorum Iſrael. 29 ſubaudi ad miniſtrandum in tabernaculo, & ad cuſtodiendum aliquid ex ijs quæ dicta ſunt. 30 Omnes autem numerati ex leuitis quos numerauit. 31 Hebraiſmus , per numeratos ſuos. 32 Et pro redemptione illorum ducentorum ſeptuagintatrium (primogenitorum) ſuperantium numerum Leuitarum, de primogenitis, &c. 33 ad ſiclum ſanctuarij. Vel ad rationem ſicli ſacri. 34. i. ſiclos. 35 redẽptiones exuberantium in illis. i. vt ſint redẽptio primogenitorũ exuberantium, &c. q. d. exuberantes numerũ Leuitarũ conſtabunt illis ſiclis. Vel, dabis pecuniã Aaroni quæ erit pro redẽptione excedẽtiũ numerũ Leuitarũ. 36. i. pecuniã qua primogenita redimi debebãt, accepit ab ijs q̃ excedebãt eos q̃ redẽpti erant Leuitis, hoc eſt cõmutatiõe Leuitarũ. 37 antecedẽs ꝓ relatiuo ipſi.

## CAP. IIII.

*Et loquutus eſt* Dominus *ad* Moſen *& ad* Aharonẽ *hiſce verbis,* Collige *ſummã filiorum* Cahath *de medio filiorũ* Leui, *iuxta familias ſuas, iuxtaq; domos patrum ſuorum,* Ab *eo qui natus eſt triginta annos & ſupra, vſq; ad eum*

## CAP. IIII.

1 LOcutuſque eſt Dominus ad Moyſen & Aaron, di-
2 cens, ¶ Tolle ſummã filiorum Caath de medio Le-
3 uitarũ per domos & familias ſuas, ¶ A triceſimo an-
no & ſuprà vſque ad quinquageſimum annum , omnium

Officia Leuitarum.

qui



qui ingrediuntur vt ſtent & miniſtrent in tabernaculo
fœderis. ¶ Hic eſt cultus filiorum Caath, Taberna- 4
culum fœderis & Sanctum ſanctorum ¶ Ingredientur 5
Aaron & filij eius , quando mouenda ſunt caſtra , &
deponent velum quod pendet ante fores , inuoluent-
que eo arcam teſtimonij, ¶ Et operient rurſum vela- 6
mine ″ hyacinthinarum pellium, extendentque deſu-
per pallium totum hyacinthinum, & inducent vectes.
¶ Menſam quoque propoſitionis inuoluent hyacinthi- 7
no pallio, & ponent cum ea thuribula & mortariola,
cyathos, & crateras ad liba fundenda : panes ſemper
in ea erunt. ¶ Extendentque deſuper pallium cocci- 8
neum, quod rurſum operient velamento ″ hyacinthi-
narum pellium, & inducent vectes. ¶ Sument & pal- 9
lium hyacinthinum quo operient candelabrum cum lu-
cernis & forcipibus ſuis & emunctorijs, & cunctis va-
ſis olei, quæ ad concinnandas lucernas neceſſaria ſunt.
¶ Et ſuper omnia ponent operimentum ″ hyacinthi- 10
narum pellium, & inducent vectes. ¶ Necnon & al- 11
B tare aureum inuoluent hyacinthino veſtimento, & ex-
tendent deſuper operimentum ″ hyacinthinarum pel-
lium, inducentque vectes. ¶ Omnia vaſa quibus mi- 12
niſtratur in ſanctuario inuoluent hyacinthino pallio, &
extendent deſuper operimentum ″ hyacinthinarum pel-
lium, inducentque vectes. ¶ Sed & altare mundabunt 13
cinere, & inuoluent illud purpureo veſtimento. ¶ Po- 14
nentque cum eo omnia vaſa quibus in miniſterio eius
vtuntur, ideſt ignium receptacula , fuſcinulas ac tri-
dentes, vncinos & batilla , cuncta vaſa altaris , ope-
rient ſimul velamine ″ hyacinthinarum pellium , &
inducent vectes. ¶ Cumque ″ inuoluerint Aaron & 15
filij eius ſanctuarium & omnia vaſa eius in commo-
tione caſtrorum , tunc intrabunt filij Caath vt por-
tent inuoluta : & non tangent vaſa ſanctuarij, ne mo-
riantur . Iſta ſunt onera filiorum Caath in tabernacu-
lo fœderis: ¶ ſuper quos erit Eleazar filius Aaron ſa- 16
cerdotis , ad cuius curam pertinet oleum ad concin-
nandas lucernas, & compoſitionis incenſum, & ſacrifi-
cium quod ſemper offertur , & oleum vnctionis : &
quicquid ad cultum tabernaculi pertinet, omniumque
vaſorum quæ in ſanctuario ſunt. ¶ Locutuſque eſt Do- 17
minus ad Moyſen & Aaron, dicens, ¶ Nolite perde- 18
re populum Caath de medio Leuitarum : ¶ ſed hoc 19
facite eis, vt viuant, & non moriantur, ſi tetigerint ſan-
cta ſanctorum . Aaron & filij eius intrabunt, ipſique
diſponent ″ opera ſingulorum , & diuident quid por-
tare quis debeat. ¶ Alij nulla curioſitate videant quæ 20
ſunt in ſanctuario priuſquam inuoluantur, alioquin mo-
rientur. ¶ Locutuſque eſt Dominus ad Moyſen , di- 21
cens, ¶ Tolle ſummam etiam filiorum Gerſon per do- 22
C mos ac familias & cognationes ſuas: ¶ A triginta an- 23
nis & ſuprà, vſque ad annos quinquaginta, numera om-
nes qui ingrediuntur & miniſtrant in tabernaculo fœ-
deris. ¶ Hoc eſt officium familiæ Gerſonitarum, ¶ vt 24
portent Cortinas tabernaculi & tectum fœderis, ope- 25
rimentum aliud , & ſuper omnia velamen ″ hyacin-
thinum, tentoriumque quod pendet in introitu taber-
naculi fœderis, ¶ Cortinas atrij , & velum in introitu 26
quod eſt ante tabernaculum, omnia quæ ad altare perti-
nent, funiculos & vaſa miniſterij. ¶ Iubente Aaron & 27
filijs eius, portabunt filij Gerſon: & ſcient ſinguli cui de-
beant ″ operi mancipari. ¶ Hic eſt cultus familiæ Gerſoni- 28
tarum in tabernaculo fœderis: eruntque ſub manu Itha-
mar filij Aaron ſacerdotis. ¶ Filios quoque Merari per 29
familias & domos patrum ſuorum recenſebis ¶ à trigin- 30
ta annis & ſuprà , vſque ad annos quinquaginta , om-
nes qui ingrediuntur ad officium miniſterij ſui & cul-
tum fœderis teſtimonij. ¶ Hæc ſunt onera eorum, 31
Portabunt tabulas tabernaculi & vectes eius , co-

Officium Caathitarum.

° ianthinarum

° ianthinarum

° ianthinarum

° ianthinarum

° ianthinarum

° ianthinarum

° inuoluerit

° onera

Officium Gerſonitarum.

° ianthinum

° oneri

Officium Meraritarum.

*qui quinquaginta eſt annorum, quicũq;* 1 *militiæ aptus eſt, vt exequãtur opus in tẽtorio cõſtitutionis.* 2 Hoc *verò munus erit filiorum* Cahath *in tentorio cõſtitutionis, [nẽpe in] ſancto ſanctorum.* Quum *igitur caſtra ſoluẽt, ingredietur* Aharon *& filij eius, & deponẽt* 3 *velum tegumẽti, inuoluẽtq; in eo arcã teſtimonij.* Super *hoc verò ponãt operimẽtum ex pellibus meliũ, expandantq; deſuper pallium totum hyacinthinum , & ponãt vectes eius.* 4 Menſam *facierum obuoluent panno, qui totus ſit hyacinthinus, ponantq; ſuper eam* 5 *acetabula, cochlearia, & inſtrumenta purgatoria, & dimidiatas fiſtulas in quibus funditur, eruntq; ſuper eam panes iugiter.* Expandentq; *ſuper hæc tegumentum coccinum dibaphon, operientq;* 6 *illud velo ex pellibus melium, & ponent vectes eius.* Tollant *etiam tegumẽtum hyacinthinum, & obuoluant candelabrum* 7 *luminaris, & lãpades eius,* 8 *& emũctoria eius, & vaſcula eius [in quibus emuncta excipiuntur,] atque cuncta vaſa olearia, quibus illi miniſteria ſua exequuntur.* Ponantq; *tam ipſum quã omnia inſtrumenta eius in tegumentum ex pellibus melium , & collocent ſuper vectes.* Deinde *expandant hyacinthinum tegumentum ſuper aram auream, & tegant ipſam tegumento ex pelle melium, & inſerant vectes eius.* Tollantq; *omnia inſtrumenta, quibus miniſterium explent in ſanctuario , & inuoluant in panno hyacinthino, operiantq; ea tegumento ex pellibus melium, & ponant ſuper vectes.* Repurgent *aram cineribus, & expandant ſuper eam tegumentũ purpureum.* Ponãtq; 9 *ſuper eam omnia vaſa eius, quibus miniſtrant in ea, nempe ignis receptacula, & fuſcinulas, & ſcopas, & pelues ſparſorias, omnia denique aræ* 10 *inſtrumenta: & expãdant ſuper ea tegumentum ex pellibus melium,* 11 *inſerantque vectes eius.* Quumque Aharon *& filij eius abſoluerint [hoc], obtexerintq;* 12 *ſanctuarium, & omnia inſtrumenta ſanctuarij , quando iam transferenda ſunt caſtra, poſt hæc accedant filij* Cahath, *vt [iſta] ferant, neque tamen attingant ſancta, ne moriantur. hoc eſt onus filiorum* Cahath *in tentorio conſtitutionis.* Præfectura *autẽ* Eleazari *filij* Aharonis *ſacerdotis [hæc eſt,] Oleum luminaris, incenſum aromaticum,* 13 *iuge ſacrificium cibarium, oleum vnctionis,* 14 *cura quoque totius tabernaculi, & omnium quæ in eo ſunt, in ſanctuario ſcilicet & vaſis eius.* Et *loquutus eſt* Dominus *ad* Moſen *& ad* Aharonem, *dicens,* 15 Non *excindatis tribum familiæ* Kahath *è medio* Leuitarum. Hoc *verò facite eis, vt viuant & non moriantur, ſi acceſſerint* 16 *ad ſanctum ſanctorum,* Aharon *& filij eius ingrediantur* 17 *& deponant ea, vnicuique pro officio ſuo, atque pro onere ſuo.* Ipſi *vero non introeant, vt contemplẽtur* 18 *quũ inuoluuntur ſancta, ne moriantur.* Et *loquutus eſt* Dominus *ad* Moſen *in hanc ſententiam,* Collige *etiam ſummam filiorum* Gerſon *per domos patrum ſuorum, & per familias ſuas .* Recenſe *autẽ eos ab eo qui viginti eſt annorum, vſque ad eum qui natus eſt quinquaginta annos,* 19 *quicunque aptus eſt militiæ, vt illi in tentorio conſtitutionis miniſtrent.* Hoc *verò ſit officium familiæ* Gerſonicæ, 20 *vt ſeruiant & baiulent.* Baiulabunt *( inquam) aulæa tabernaculi, & tentorij conſtitutionis, tegumentum eius, & tegumentum ex pellibus melium,* 22 *quod eſt ſuper illud ſupremum, velamen quoque oſtij tentorij conſtitutionis.* Tapetes *quoq; atrij, & velum quod eſt ad oſtiũ portæ atrij, quod [atrium] circuit tabernaculum & aram, & funes, & omnia inſtrumenta miniſterij ipſorum,* 23 *omnia deniq; quæ illis obueniunt, exequentur.* Secundum *verbum* Aharonis *& filiorum eius fiet omne miniſterium filiorum* Gerſon, *in omni onere eorum, & in cuncto miniſterio eorum,* 24 *& recẽſebitis eis omnia onera eorum quæ obſeruẽt.* Hoc *itaq; officium eſt familiarũ filiorum* Gerſon *in tẽtorio conſtitutionis, &* 26 *cuſtodia illorũ erit ſub manu* Ithamar *filij* Aharonis *ſacerdotis .* Porrò *filios* Merari *recẽſebis iuxta familias ſuas, & domos patrũ ſuorũ: numerabis autẽ eos ab eo qui triginta eſt annorum, vſq; ad eũ qui natus eſt quinquaginta annos,* 27 *quicunq; ad militiã aptꝰ eſt, vt ſeruiãt in miniſterio tẽtorij cõſtitutiõis.* 28 Hæc *aũt erit obſeruatio oneris eorũ ad omne miniſterium eorum in tentorio conſtitutionis:* Aſſeres *tabernaculi, & vectes eius, & co-*

lumnæ eius, & baſes eius. Columnæ quoq; quæ ſunt circum atrium, & baſes eius, & claui eius, cum funibus earum, & omnibus inſtrumẽtis earum, & quidquid ad miniſterium eorum [pertinet,] numerabitis nominatim inſtrumẽta, quæ cuſtodiẽt & ferẽt. Hoc eſt officium familiarum filiorum Merari, iuxta omne miniſteriũ eorum in tẽtorio cõſtitutionis, ſub manu Ithamar filij Aharonis ſacerdotis. Numerauit itaq; Moſes & Aharon & primores cœtus filios Cahath iuxta familias ſuas, & iuxta domos patrum ſuorum, ab eo qui triginta erat annorum & ſupra, vſq; ad eum qui quinquaginta annos natus erat, 29 quicunq; ſcilicet militiæ aptus erat, vt miniſtrarẽt in tẽtorio cõſtitutionis. Fueruntq; numeri eorum per familias ſuas duo millia, ſeptingenti & quinquaginta. 30 Hic cenſus eſt familiarũ Cahath, quicunq; ſcilicet miniſtrare poterãt in tẽtorio cõſtitutionis, quos recenſuit Moſes & Aharon iuxta verbum Domini 31 in manu Moſis. Numeri autem filiorum Gerſon per familias ſuas, & domos patrum ſuorum ſunt, Ab eo qui triginta fuit annorum & ſuprà, vſque ad eum qui quinquaginta natus eſt annos, 32 quicunque ad bellum apti fuerunt ad ſeruiẽdum in tentorio cõſtitutionis, Fuerunt inquam numeri eorum iuxta familias ſuas & domos patrum ſuorum, duo millia ſexcenti atque triginta. 33 Iſte eſt cenſus familiarum filiorũ Gerſon, quicunque in tentorio conſtitutionis miniſtrare poterat, quem recenſuit Moſes & Aharon iuxta os Domini. Numeri autem familiarum filiorum Merari per familias ſuas, & per domos patrum ſuorum ſunt, Ab eo qui triginta erat annorum & ſuprà, vſque ad eum qui natus erat quinquaginta annos, 34 quicunque ad bellum apti erant, ad ſeruiendum in tentorio conſtitutionis, Fuerunt inquam numeri eorum iuxta familias ſuas, tria millia ducenti. Hæc eſt ſumma familiarũ filiorum Merari, quos numerauit Moſes & Aharon iuxta os Domini per manum Moſis. Omnes itaque numeri Leuitarum quos recenſuit Moſes & Aharon atque principes Iſrael, iuxta familias ſuas & domos patrum ſuorũ, Ab eo qui triginta fuit annorum & ſuprà, vſque ad eum qui natus erat quinquaginta annos, 35 quicunque veniebat vt miniſtraret in miniſterio, & inſeruiret oneri geſtando in tentorio conſtitutionis, Fuerunt inquam quum recenſerentur ipſi, octo millia quingenti octoginta. 36 Iuxta os Domini numerauit eos per manum Moſis, vnumquenque iuxta miniſterium ſuum, & onus ſuum, 37 & præfecturam ſuam, quemadmodum præceperat Dominus Moſi.

32 lumnas ac baſes earum, ♀ Columnas quoq; atrij per cir-
cuitum cum baſibus & paxillis & funibus ſuis: omnia vaſa
& ſupellectilem ad numerum accipient, ſicque portabũt.
33 ♀ Hoc eſt officium familiæ Meraritarum & miniſterium
in tabernaculo fœderis: eruntque ſub manu Ithamar filij
34 Aaron ſacerdotis. ♀ Recenſuerunt igitur Moyſes & — D Caathitæ recenſentur.
Aaron & principes ſynagógæ filios Caath per cognatio-
35 nes & domos patrum ſuorum ♀ à triginta annis & ſu-
prà, vſque ad annum quinquageſimum, omnes qui ingre-
36 diuntur ad miniſterium tabernaculi fœderis: ♀ Et inuen-
37 ti ſunt, duo millia ſeptingenti quinquaginta. ♀ Hic eſt nu
merus populi Caath qui intrant tabernaculum fœderis:
hos numerauit Moyſes & Aaron iuxta ſermonem Domi-
38 ni per manum Moyſi. ♀ Numerati ſunt & filij Gerſon — Gerſonitæ.
39 per cognationes, & domos patrum ſuorum ♀ à triginta
annis & ſuprà, vſque ad quinquageſimum annum, om-
nes qui ingrediuntur vt miniſtrent in tabernaculo fœ-
40 deris: ♀ Et inuenti ſunt duo millia ſexcenti triginta.
41 ♀ Hic eſt populus Gerſonitarum, quos numerauerunt
42 Moyſes & Aaron iuxta verbum Domini. ♀ Numerati
ſunt & filij Merari per cognationes & domos patrum
43 ſuorum ♀ A triginta annis & ſuprà, vſque ad annum
quinquageſimum, omnes qui ingrediuntur ad explendos
44 ritus tabernaculi fœderis: ♀ Et inuenti ſunt tria millia
45 ducenti. ♀ Hic eſt numerus filiorum Merari, quos recen-
ſuerunt Moyſes & Aaron iuxta imperium Domini per
46 manum Moyſi. ♀ Omnes qui recenſiti ſunt de Leuitis,
& quos * fecit ad nomen Moyſes & Aaron, & principes — * recenſeri
47 Iſrael per cognationes & domos patrum ſuorum ♀ A
triginta annis & ſuprà, vſque ad annum quinquageſi-
mum, ingredientes ad miniſterium tabernaculi, &
48 onera portanda, ♀ Fuerunt ſimul octo millia quingenti
49 octoginta. ♀ Iuxta verbum Domini recenſuit eos Moy-
ſes, vnumquenque iuxta officium & onera ſua, ſicut præ-
ceperat ei Dominus.

## SCHOLIA IN CAP. IIII.

1 Hebraiſmus, veniunt in congregationem vt operentur, &c. ideſt, qui ingrediuntur turmam eorum qui miniſtraturi ſunt in tabernaculo, &c. Vel, in cœtum eorum qui numerantur inter miniſtros tabernaculi fœderis. 2 vel, Iſtud eſt officium (ſiue miniſterium) filiorum Caath in tabernaculo fœderis nempe ſanctum ſanctorum. Hoc eſt, quicquid eſt intra ſanctum ſanctorum, erit ſub cuſtodia Caathitarum: committetur illis cura rerum ſacratiſsimarum. 3 vel, velum opertorij, ideſt, velum quo ſanctum ſanctorum ſeparatur ab alijs partibus. 4 ſubaudi, panum, ideſt, Menſam ſuper quam panes facierum, hoc eſt panes propoſitionis palàm proponebantur coram arca fœderis. 5 ſcutellas & cochlearia, opercula & crateres protectionis. Vel, operimẽti, ideſt, quibus panes operiebantur, vt arcerentur immunditiæ. Voces Hebrææ ſunt keaaroth, Cappoth, Menaxioth, & keſoth, de quibus vide caput XXV Exodi. 6 illam. ſubaudi menſam. 7 Hebraiſmus, luminis, ideſt, luminoſum. 8 & forcipes eius & emunctoria eius. 9 vnà cum eo. 10 vel, vtenſilia. 11 ſubaudi, in annulos. 12 Hebraiſmus, ſanctitatem, ideſt, res ſacras. 13 oblatio iugis. ſubaudi ſacrificij. 14 vel, præfectura inquam eius erit. id eſt Eleazar præficietur oleo luminis, &c. in vniuerſum, præerit toti tabernaculo, ſanctuarioque, & vaſis eius. 15 vel, Ne exterminetis tribum cognationum Caathitarum, ideſt, Cauete ne veſtra negligentia pereant Caathitæ, quaſi dicat, ipſe Aaron & filij eius prius omnia diligenter inuoluant: ne nuda à filijs Caath tractentur, aut videantur: & moriantur. 16 ideſt, ad res ſacras deferendas. 17 ipſiq; conſtituant eos, vnumquenque iuxta opus ſuum & iuxta onus ſuum, id eſt, tradant ſingulis onera ſua, & dicant illis quæ facienda erunt. 18 quando velabunt ſanctitatem, & moriantur, id eſt, quando Aaron & filij eius velabunt res ſacras non opertas: & moriantur. 19 Hebraiſmus, qui veniunt ad militandum militiam, ad peragendum opus in tentorio conuentus. Alij rectius, qui admittuntur in conſortium eorum qui miniſtrare poſſunt in tabernaculo fœderis, ideſt, qui deſignantur à Deo ad miniſtrandum. 20 Hebraiſmus, ad colendum & ad ferendum. 22 ideſt, quo illud opertorium tegebatur parte ſuperna. 23 & quæcunque facta ſunt pro illis: & (ita) miniſtrabunt. 24 & committetis illis in cuſtodiam vniuerſa onera ipſorum, ideſt, quæcunque illi ferre debent. 26 ideſt, omnia facient mandante Ithamar. 27 omnes qui veniunt (vel, admittuntur) in congregationem eorum qui miniſtrare debent in tabernaculo fœderis. Hæc, &c. 28 vel, Hæc eſt cuſtodia oneris eorum in omni cultu eorum, in tabernaculo fœderis, ideſt, Hæc cõmittentur illis deferenda pro cultu miniſterij eorum. 29 quotquot ingrediuntur in congregationem, ad miniſtrandum. Hoc eſt, quotquot admittuntur in eam turmam quæ deſignata eſt ad miniſtrandum. 30 Hi ſunt numerati. 31 ideſt, opera Moſis, numerante Mòſe. Vel, mandato Domini facto per Moſen. 32 quotquot admittuntur in congregationem deſignatam miniſterio tabernaculi fœderis. 33 Hi ſunt qui ex cognationibus Gerſonitarum numerati ſunt, quotquot apti erant vt miniſtrarent in tabernaculo fœderis. 34 quotquot ingrediebantur in congregationem ad miniſtrandum in tabernaculo fœderis. i. quotquot admittebantur apti vt miniſtrarent in tabernaculo fœderis. 35 ideſt, quotquot admittebantur ad deferenda vaſa tabernaculi. 36 ideſt, Moyſes numerauit eos iuxta ſermonem quem Dñs habuerat cum ipſo in monte. Heb. 37 & numerati eius (ideſt, quos Moſes numerauit) fuerũt quos præceperat Dñs Moſi. Subaudi, numerandos.

CAP.



## CAP. V.

Qui è caſtris eijciendi.

LOcutuſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens, ♀ Præ 1
cipe filijs Iſrael vt eijciant de caſtris omnem le- 2
proſum, & qui ſemine fluit, pollutuſque eſt ſu-
per mortuo: ♀ Tam maſculum quàm fœminam eijci- 3
te de caſtris, ne contaminent ea, cum habitauerint vo-
biſcum. ♀ Feceruntque ita filij Iſrael, & eiecerunt 4
eos extra caſtra, ſicut locutus erat Dominus Moyſi.
♀ Locutuſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens, ♀ Lo 5
quere ad filios Iſrael, Vir ſiue mulier cum fecerint ex 6
omnibus peccatis quæ ſolent hominibus accidere, & per
negligentiam trãſgreſsi fuerint mandatum Domini, at-
que deliquerint, ♀ Confitebuntur peccatum ſuum, & 7
reddent ipſum caput, quintamque partem deſuper ei
in quem peccauerint. ♀ Si autem non fuerit qui reci- 8
piat, dabunt Domino, & erit ſacerdotis, excepto ariete
qui offertur pro expiatione, vt ſit placabilis hoſtia.
♀ Omnes quoque primitiæ quas offerunt filij Iſrael, ad 9
ſacerdotem pertinent: ♀ Et quicquid in ſanctuarium 10
offertur à ſingulis, & traditur manibus ſacerdotis, ipſius
erit. ♀ Locutuſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens, 11
♀ Loquere ad filios Iſrael, & dices ad eos, Vir cuius 12
vxor errauerit, maritumque contemnens ♀ Dormierit 13
cum altero viro: & hoc maritus deprehendere non qui-
uerit, ſed latet adulterium, & teſtibus argui non poteſt,
quia non eſt inuenta in ſtupro: ♀ Si ſpiritus zelotypiæ 14
concitauerit virum contra vxorem ſuam, quæ vel pollu-
ta eſt, vel falſa ſuſpicione appetitur: ♀ Adducet eam ad 15
ſacerdotem, & offeret oblationem pro illa decimam par-
tem ſati farinę hordeaceæ. non fundet ſuper eam oleum,
nec imponet thus: quia ſacrificium zelotypiæ eſt, & obla
tio inueſtigans adulterium. ♀ Offeret igitur eam ſacer- 16
dos, & ſtatuet coram Domino, ♀ Aſſumetque aquam 17
ſanctam in vaſe fictili, & pauxillum terræ de pauimento
tabernaculi mittet in eam. ♀ Cumque ſteterit mulier 18
in conſpectu Domini, diſcooperiet caput eius, & ponet
ſuper manus illius ſacrificium recordationis, & oblationẽ
zelotypiæ: ipſe autem tenebit aquas amariſsimas, in qui
bus cum execratione maledicta congeſsit. ♀ Adiura- 19
bitque eam, & dicet, Si non dormiuit vir alienus tecum,
& ſi non polluta es deſerto mariti thoro, non te noce-
bunt aquæ iſtæ amariſsimæ, in quas maledicta congeſsi.
♀ Si autem declinaſti à viro tuo, atque polluta es, & 20
concubuiſti cum altero viro: ♀ His maledictionibus ſub- 21
iacebis, Det te Dominus in maledictionem, exem-
plumque cunctorum in populo * ſuo: putreſcere fa-
ciat femur tuum, & tumens vterus tuus diſrumpatur.
♀ Ingrediantur aquæ maledictæ in ventrem tuum, 22
& vtero tumeſcente putreſcat femur. Et reſpondebit
mulier, Amen, amen. ♀ Scribetque ſacerdos in libello 23
iſta maledicta, & delebit ea aquis amariſsimis, in quas
maledicta congeſsit, ♀ & dabit ei bibere. Quas cum 24
exhauſerit, ♀ tollet ſacerdos de manu eius ſacrificium 25
zelotypiæ, & eleuabit illud coram Domino, imponet-
que illud ſuper altare: Ita duntaxat vt prius, ♀ pugillum 26
ſacrificij tollat de eo quod offertur, & incendat ſuper al
tare: & ſic potum det mulieri aquas amariſsimas. ♀ Quas 27
cum biberit, ſi polluta eſt, & contempto viro adulterij
rea, pertranſibunt aquæ eam maledictionis, & inflato
ventre computreſcet femur: eritque mulier in maledi-
ctionem, & in exemplum omni populo. ♀ Quòd ſi 28
polluta non fuerit, erit innoxia, & faciet liberos.
♀ Iſta eſt lex zelotypiæ: ſi declinauerit à viro ſuo, 29
& ſi polluta fuerit, ♀ mariteſque zelotypiæ ſpiritu 30
concitatus adduxerit eam in conſpectum Domini,
& fecerit ei ſacerdos iuxta omnia quæ ſcripta ſunt, ma
ritus abſque culpa erit, & illa recipiet iniquitatem
ſuam.

Expiatio tranſgreſsionis. Leuit. 6. a.

Confeſsio peccati.

Lex primitiarũ. B

Lex zelotypiæ.

C

Aquæ amariſsimæ.

* tuos

D

## CAP. V.

ET loquutus eſt Dñs ad Moſen in hãc ſentẽtiã, Præcipe filijs Iſrael vt eijciãt 1 è caſtris omnẽ leproſum & omnẽ 2 qui fluit, & quicunq; mortui cõtactu cõtaminatus eſt, Et marẽ & fœminã eijciatis: extra caſtra inquam eijciatis eos, ne cõtaminẽt caſtra 3 ſua, in quorũ medio ego habito. Et filij Iſrael fecerũt ſic, eiecerũtq; eos extra caſtra, quẽadmodũ loquutus fuerat Dñs ad Moſen, ſic fecerũt filij Iſrael. Et locutus eſt Dñs ad Moſen hiſce verbis, Loquere ad filios Iſrael, Vir aut mulier ſi fecerint ex omnibꝰ peccatis [4 cõtra] hominẽ, 5 vt ſcilicet præuaricatiõe præuaricẽtur aduerſus Dñm, deliqueritq; anima huiuſmodi, 6 Cõfiteãtur peccatũ ſuũ quod fecerũt, & 7 reſtituat culpã ſuã in ſorte ſua, quintãq; partẽ illi ſuperaddat, detq; illi in quẽ deliquit. Quòd ſi viro illi 8 vindex nullus fuerit cui delictũ reſtituatur, 9 delictũ Dño reſtituatur, ſacerdoti videlicet, ſuprà arietẽ expiationũ, 10 per quẽ expiatio pro illo fit. Et omnis 11 thruma, quæ fit ex omnibꝰ ſanctis filiorũ Iſrael, quã adferũt ſacerdoti, ipſius erit. 12 Sãcta quoq; vniuſcuiuſq;, ipſius erũt: & quidquid homo ſacerdoti dederit, ipſiꝰ ſit. Loquutus eſt Dñs ad Moſen in hãc ſententiã, Loquere ad filios Iſrael, & dic ad eos, Cuiuſcunq; vxor defecerit, & deſignauerit cõtra eũ ſcelus, Dormieritq; vir cũ ea proiectione ſeminis, 13 idq; latet maritũ eius, celaturq; eũ quòd immũda ipſa ſit facta, neq; teſtis eſt aduerſus eã, neq; ipſa 14 deprehẽſa. Si hũc inuaſerit 15 vehemẽs Zelus, ita vt indignetur Zelo quodã aduerſus vxorẽ ſuã, ipſa polluta exiſtẽte: Aut ſi inuaſerit eũ 15 vehemẽs Zelus, ita vt indignetur Zelo quodã aduerſus vxorẽ ſuã, 16 tametſi nõ fuerit polluta: Adducat vir talis vxorẽ ſuã ad ſacerdotẽ, adferatq; ſimul donũ illius 17 pro ea, nẽpe decimã partẽ 18 ephi farinæ hordeaceæ: at oleũ non fundet ſuper eã, neq; ponat thus ſuper eã: quoniã 19 ſacrificiũ cibariũ eſt Zeli, 20 donũ inquã memoriale, quod meminiſſe ſceleris facit. Sacerdos vero ſacrificiũ illud ſacrificet, & ſtatuat illud corã Dño. Sumat inſuper ſacerdos 21 aquas ſacras in vaſe fictili, & de puluere qui fuerit in pauimẽto tabernaculi tollat ſacerdos, & ponat in aquã. Statuat præterea ſacerdos mulierẽ ante Dñm, & nudet caput mulieris, & det in manus eius 22 ſacrificiũ illud memoriale, qđ ſacrificiũ eſt Zeli, habeatq; ſacerdos in manu ſua aquas amaras 23 execratiõis. Et obteſtetur eã ſacerdos, & dicat ad mulierẽ illã, Si nõ dormiuit vir tecũ, ſi nõ defeciſti ad immũditiã 24 ſub marito tuo, 25 libera euades ab aquis iſtis amaris & execratis. Si vero defeciſti ſub marito tuo, & polluta es, 26 cõcubuitq; tecũ vir aliꝰ quàm maritus tuus: (27 Obteſteturq; ſacerdos mulierẽ talẽ, direq; deuoueat, & dicat ſacerdos mulieri,) Det te Dñs in 28 execrationẽ 29 & iuramentũ in medio populi tui, quũ ſcilicet effecerit Dñs vt 30 femur tuũ deijciatur, & vterus tuus intumeſcat, Ingrediãtur aquæ iſtæ 31 execrãtes ĩ viſcera tua, vt 32 intumeſcat vterꝰ tuꝰ, faciãtq; 33 deijci femur tuũ: dicatq; mulier, 34 Amẽ, amẽ. Scribat inſuper ſacerdos execratiões illas in librũ, 35 & abradat [eas] in aquas amaricãtes. 36 Iubeatq; [ſacerdos] vt mulier bibat aquas illas amaricãtes & execrãtes: & ingrediẽtur in eã aquæ illæ maledictæ [verſæ in] amaras. Et accipiat ſacerdos 37 ſacrificium cibariũ Zeli è manu mulieris, & 38 moueat illud ante Dñm, & adducat illud ad arã. Apprehendat quoq; ſacerdos 39 ex iſto ſacrificio cibario volã plenã ad monumẽtũ eius, incẽdetq; in ara, & poſt hoc dabit mulieri potũ illius aquæ. Quũ vero aquas potauerit, ſi fuerit polluta, & ſcelus deſignauerit aduerſus maritũ ſuũ, ingrediẽtur in eã aquæ iſtæ 40 execrãtes vt amaricẽt, & intumeſcet vẽter eius, 41 cadetq; femur eius: & erit mulier illa 42 execrata ĩ medio populi ſui. Si vero polluta nõ fuerit mulier huiuſmodi, ſed mũda, 43 noxa eximetur, & fœcũda reddẽt. Hæc lex eſt Zelotypiæ, 44 quãdo mulier à marito ſuo defecerit & polluta fuerit: aut quũ maritũ inuaſerit ſpiritus amarus, ita vt æmuletur Zelo erga vxorẽ ſuã, & ſtatuerit vxorẽ ſuã corã Dño, & fecerit illi ſacerdos iuxta vniuerſã legẽ iſtam. 45 Eritq; vir innocẽs ab iniquitate, mulier vero ipſa feret noxam ſuam.

L 5 SCHO-

## SCHOLIA IN CAP. V.

1 Siue,extra caſtra,ideſt,ad locum qui eſt extra caſtra. 2 vel, patientem fluxum ſeminis. 3 eorum (ſcilicet, filiorum Iſrael,) in quorum (ſub. caſtrorum) medio habito. 4 Heb. hominum.i. quum admiſerint peccatum aliquod ex his quę ſolent homines admittere. 5 ideſt, præuaricando in Dominum. 6 Confitebuntur 7 reddent delictum ſuum in ſolidum.vel,vt Hebraice ad verbum legitur,in capite ſuo,ideſt,totum illud ipſum, ſiue proprium ipſum damnum. Hæc eadem ſententia ſcribitur Leuit.6.a. 8 propinquus,ideſt,Si ille cui intulit damnum,mortuus fuerit, nec habuerit propinquum redemptorem,cui reſtituat damnum quod intulerit mortuo:damnum illud reſtituetur Deo , & erit ſacerdotis. Chaldæus paraphraſtes vertit,Et ſi non vixerit homo ille, neque habuerit propinquum cui reddatur illud in quo peccauerunt:illud quod redditur pro peccato coram Domino, ad ſacerdotem pertinet. 9 delictum redditum Domino erit ſacerdotis:præter 10 vel, quo rogabit pro illo.Subaudi,ſacerdos. 11 oblatio omnium ſanctificationum filiorum Iſrael,quam offerunt ſacerdoti , &c. ideſt, omnia quæ offeruntur Deo à filijs Iſrael per ſacerdotem,ipſius ſacerdotis erunt. 12 q.d.Licet vnicuique,dare ſanctificata cuicunque ſacerdoti voluerit:at quando quis dederit illa ſacerdoti , ad eũ ſacerdotem pertinebunt ſanctificata. 13 Heb. abſconditumque fuerit ab oculis viri ſui,lateretque eum quod &c.Lata fuit lex zelotypię,id eſt lex qua explorabant vxorum impudicitiam mariti zelotypi,ne ipſi ſæuirent in vxores quas haberent adulterij ſuſpectas: præterea vt vxores continerentur in officio , & ab impudicitia coercerentur metu tam grauis pœnæ. 14 ſub.in adulterio. 15 ſpiritus zelotypię,ita vt ſuſpectam eam habeat. 16 ideſt,falſo fuerit ſuſpecta marito. 17 vel,vnà cum ea, 18 ideſt,trium ſatorum. 19 oblatio zelotypiæ eſt,ideſt,quam offerre ſolet is qui eſt zelotypus,ſiue is qui habet pudicitiam vxoris ſuæ ſuſpectam. 20 Heb. oblatio memoriæ reducentis in memoriam iniquitatem. Repetitio frequens apud Hebræos,pro, oblatio quæ reducit iniquitatem in memoriam. 21 ideſt,aquam ſumptã ex labro ſacro , quod erat iuxta altare holocauſti. 22 oblationem memoriæ , quæ oblatio zelotypiæ eſt,ideſt,quæ ſolet dari à marito zelotypo. 23 maledictas,ideſt,quæ ſolebant mulieres impudicas reddere infœlices , & miſeras.nam maledictio ſignificat infœlicitatem . Amaras vocat aquas quæ poſtea fiebant amaræ. 24 ideſt , deſpecto marito, 25 munda eſto ab aquis amaris maledictis iſtis.i.immunis eſto ab infœlicitate quam ſolent afferre aquæ iſtæ amaræ. 26 Heb.& po ſuerit aliquis in te ſemen ſuũ.i.rẽ habuerit aliquis tecũ pręter maritũ tuũ 27 vel, Adiurabit inquam eam ſacerdos adiuratione maledictionis,& dicet.Hæc verba debent legi per parẽtheſin. 28 vel, maledictionẽ.i.Faciat te Deus miſeram & infelicẽ. 29 execrationemque &c.i.Sis tã miſera & infœlix vt publica & cõmunis imprecatio ſit, Contingat tibi quod mulieri illi cõtigit. 30 .i.pudẽda putreſcant. 31 maledictæ 32 intumeſcere faciãt vterũ tuũ. 33 ſiue, putreſcere. 34 .i.Ira mihi contingat . 35 Heb . & delebit eas aquis amariſsimis.Vel,& eas deletas , immittet in aquas amaras. 36 vel,Et potabit mulierẽ aquis amaris maledictis : quæ ingredientur &c . Tunc accipiat &c. 37 Heb.munus zelotypiæ. 38 vel,offerat. 39 plenum pugillum de oblatione eius, ſuffitũ eius:& adolebit &c.Suffitũ eius vocat portiunculã quæ de ea oblatione incendatur. 40 maledictæ(verſæ in)amaras, 41 vel, putreſcetque 42 in maledictionem,ideſt,dicent omnes, Contingat tibi quod mulieri illi contigit. 43 Heb.abſoluetur, & ſeminabitur ſemine.Abſoluetur,inquit,ideſt,liberabitur ab omni noxa : concipietque & pariet liberos.id enim eſt ſeminari ſemine . 44 Heb. quum errauerit mulier ſub viro ſuo, & polluta fuerit : aut certe viri ( ſub.hæc eſt lex) ſuper quem tranſierit ſpiritus zelotypiæ , & ſuſpectam habuerit pudicitiam vxoris ſuæ , &c. 45 Heb. Immunis erit vir ille ab iniquitate:& mulier ipſa portabit pœnam iniquitatis ſuæ.i.Vir zelotypus impune illud faciet : mulier vero quod impudica fuerit,dabit pœnas.

## CAP. VI.

*ET loquutus eſt Dominus ad Moſen in hæc verba,Loquere ad filios Iſrael,& dices ad eos, Vir ſiue mulier* 1 *ſi diſerte vouerint votum naſir,vt ſeparent ſeſe* Domino, *A vino & ſicera abſtineat,acetũ vini & ſiccræ non bibat,* 2 *imò quidquid reliquum eſt ex vuis non bibat,præterea nec recentes vuas,nec paſſas comedet,Idq́;* 3 *toto tempore quo ipſe naſir eſt:nihil denique edat quod ſit è vite viniſera,ſiue acini ſint, ſiue vinacea.* 4 *Porro toto tempore quo durat votum eius naſir,nouacula nulla admoueri debet capiti eius :* 5 *quin ſacer ſit donec expleat dies quibus ſe* Domino *ſegregauit, nutriendo ſcilicet comam capillorum capitis ſui.* Toto *denique tempore quo ſe* Domino *ſegregauit,* 6 *ad mortuum non ingrediatur:*Imò *ne in patris quidem ſui, aut matris ſuæ , aut fratris ſui,aut ſororis ſuæ morte polluatur:* 7 *eo quod næſer* Dei *ſui eſt ſuper caput eius.Cunctis diebus ſeparationis ſuæ ſacer eſt* Domino.*Quod ſi quiſpiam mortuus fuerit apud eum ſubito & repentino caſu, contaminabitur caput* 8 *comæ ſuæ:radat ergo caput ſuum in die purgationis ſuæ,nempe in die ſeptimo radet illud.*Die *vero octauo adferat duos turtures , aut duos pullos columbinos ad ſacerdotem,ad oſtium tentorij* 9 *conſtitutionis.*Facietque *ſacerdos vnum pro peccato , alterum pro holocauſto,& expiabit illum* 10 *ab eo quod peccauit aduerſus animam ſuam,& conſecrabit caput eius in die illo.* Et *ſeparabit ſe* Domino 11 *dies illos quibus eſt naſir: adducetque agnum anniculum pro delicto:dies vero priores* 12 *irriti ſint: quoniam* 13 *polluit næſer ſeparationis ſuæ.* 14 Hæc *autem eſt lex nazaræi , Quando abſoluerit dies ſeparationis ſuæ , eodem die applicet ſeſe ad oſtium tentorij conſtitutionis,* Adferatque *donum ſuum* Domino *, nempe agnum vnum anniculum integrum ad holocauſtum , & ouiculam vnam anniculam integram pro peccato , & arietem vnum, eumque integrum pro ſacrificio gratiarum actionis .* Caniſtrum *quoque infermentatorum , nempe placentas ſimilagineas , placentas vnctas oleo , & lagana infermentata oleo delibuta , cum ſacrificio eorum cibario,& cum libaminibus eorum .* Adferat [ *ea* ] *ſacerdos coram* Domino,*& faciat hoſtiam eius pro peccato , atque holocauſtum eius: Arietem vero faciet pro ſacrificio gratiarum*

1 LOcutuſque eſt Dominus ad Moyſen,dicens,¶ Lo-
2 quere ad filios Iſrael,& dices ad eos, Vir ſiue mu- Lex conſecratorum,ſiue nazaræorum.
lier cum fecerint votum vt ſanctificentur,& ſe vo-
3 luerint Domino conſecrare:¶ A vino,& omni quod in-
ebriare poteſt,abſtinebunt:acetum ex vino, & ex quali-
bet alia potione,& quicquid de vua exprimitur , non bi-
4 bent: vuas recentes ſiccaſque non comedent. ¶ Cun-
ctis diebus quibus ex voto Domino conſecrantur: quic-
quid ex vinea eſſe poteſt,ab vua paſſa vſque ad acinum
5 non comedent. ¶ Omni tempore ſeparationis ſuæ no- Iudic.13.a.
uacula non tranſibit ″ per caput eius vſque ad comple- ″ ſuper
tum diem quo Domino conſecratur.Sanctus erit,creſcẽ-
6 te cæſarie capitis eius.¶ Omni tempore conſecrationis B
7 ſuæ ſuper mortuum non ingredietur,¶ Nec ſuper patris
quidem & matris & fratris ſororiſque funere contamina-
8 bitur,quia conſecratio Dei ſui ſuper caput eius eſt.¶ Om
9 nibus diebus ſeparationis ſuæ,ſanctus erit Domino.¶ Sin
autem mortuus fuerit ſubito quiſpiam coram eo, pollue-
tur caput conſecrationis eius:quod radet ilico in eadem
10 die purgationis ſuæ,& rurſum ſeptima. ¶ In octaua au-
tem die offeret duos turtures , vel duos pullos columbæ
11 ſacerdoti in introitu fœderis teſtimonij. ¶ Facietque ſa
cerdos vnum pro peccato, & alterum in holocauſtum,&
deprecabitur pro eo,quia peccauit ſuper mortuo:ſancti-
12 ficabitque caput eius in die illo. ¶ Et conſecrabit Domi
no ″ die ſeparationis illius,offerens agnũ anniculum pro ″ dies
peccato:ita tamen vt dies priores irriti fiant,quoniã pol-
13 luta eſt ſanctificatio eius. ¶ Iſta eſt lex conſecrationis, C
Cum dies quos ex voto decreuerat, complebuntur : ad-
14 ducet eum ad oſtium tabernaculi fœderis, ¶ ″ Vt offe- ″ Et offeres
rat oblationem eius Domino,agnum anniculum immacu
latum in holocauſtum , & ouem anniculam immacula-
tam pro peccato,& arietem immaculatum,hoſtiam paci-
15 ficam. ¶ Caniſtrum quoque panum azymorum qui cõ
ſperſi ſint oleo, & lagana abſque fermento vncta oleo,
16 ac libamina ſingulorum. ¶ Quæ offeret ſacerdos co-
ram Domino , & faciet tam pro peccato, quàm in ho-
17 locauſtum . ¶ Arietem verò immolabit hoſtiam
pacificam



pacificam Domino,offerens ſimul caniſtrum azymorũ,
Act.21.d.e. & libamenta quæ ex more debentur, ¶ Tunc radetur 18
nazaræus ante oſtium tabernaculi fœderis cæſarie con-
ſecrationis ſuæ:tolletque capillos eius,& ponet ſuper ig-
nem, qui eſt ſuppoſitus ſacrificio pacificorum . ¶ Et 19
armum coctum arietis , tortamque abſque fermento
D vnam de caniſtro & laganum azymum vnum , & tradet
in manus nazaræi , poſtquam raſum fuerit caput eius.
¶ Suſceptaque rurſum ab eo,eleuabit in conſpectu Do- 20
mini:& ſanctificata,ſacerdotis erunt , ſicut pectuſculum
quod ſeparari iuſſum eſt, & femur.poſt hæc poteſt bibe-
re nazaræus vinum. ¶ Iſta eſt lex nazaræi, cum voue 21
rit oblationem ſuam Domino tempore conſecrationis
ſuæ,exceptis his quæ inuenerit manus eius : iuxta quod
mente deuouerat,ita faciet, ad perfectionem ſanctifica-
Benedicendi populo modus. Eccleſi.36.c. tionis ſuæ. ¶ Locutuſque eſt Dominus ad Moyſen , di- 22
cens, ¶ Loquere Aaron & filijs eius,Sic benedicetis fi- 23
lijs Iſrael,& dicetis eis, ¶ Benedicat tibi Dominus , & 24
cuſtodiat te. ¶ Oſtendat Dominus faciẽm ſuam tibi, & 25
miſereatur tui. ¶ Conuertat Dominus vultum ſuum ad 26
te,& det tibi pacem. ¶ Inuocabuntque nomẽ meum ſu- 27
per filios Iſrael,& ego benedicam eis.

*actionis* Domino *, cum caniſtro infermentatorum , facietque ſacerdos* 15 *ſacrificium eius cibarium , & libationem eius.* Et 16 *radet nazaræum in oſtio tentorij conſtitutionis, nempe caput næſer eius : tolletque pilos capitis næſer eius, ponetque in ignem,qui eſt ſub ſacrificio gratulatorio .* Tollat *quoque ſacerdos armum coctum* 17 *de ariete, & placentam vnam infermentatam è caniſtro ,* 18 *laganum quoque infermentatum vnum , & ponat ſuper manus nazaræi poſtquam raſerit* 19 *comam ſuam .* 20 Et *moueat ea ſacerdos tenupha coram* Domino *:* 21 *conſecrata hæc erunt ſacerdoti,præter pectuſculum tenupha,& præter armum thruma. poſt hæc poterit naſir vinum bibere.* 22 Hæc *lex eſt nazaræi,qui vouerit donum ſuum* Domino *pro conſecratione ſua,exceptis his* 23 *quæ apprehenderit manus eius.* 24 *iuxta rationem voti ſui quod vouit,ſic faciat iuxta præſcriptum ſeparationis ſuæ.* Loquutuſque *eſt* Dominus *ad* Moſen *hiſce verbis,*Loquere *ad* Aharonem *& ad filios eius in hanc ſententiam,*Sic *bene precemini filijs* Iſrael*,dicetiſque ad eos,* 25 Benedicat *tibi* Dominus *, & cuſtodiat te:* 26 *illuſtret* Dominus *faciem ſuam ſuper te, & miſereatur tui.* 27 Attollat Dominus *faciem ſuam ſuper te, & det tibi tranquillitatem.* 28 Ponent *itaque nomen meũ ſuper filios* Iſrael*, & ego benedicã te.*

## SCHOLIA IN CAP. VI.

1 Vel,cum ſeparauerint ſeſe ad vouendum votum nazaræi,ad ſeparandũ ſeſe Dño.i.cũ vouerint ſe fore nazaræos,& cõſecraturos ſeſe cultui diuino.Nazaræi erant qui vt liberius vacarent legi diſcendæ,& expendendæ benignitati Dei,aliorum commercio ſe abdicabant ad tempus,& Domino ſe totos dedebant . Vel qui quum profuſius vino & reliquis corporis delicijs vſi fuiſſent, poſtea ſeueriori vitę generi ſe mancipabant vt corpus affligerent. Naſir vox Hebręa quę ſeparatum ſignificat. 2 & omnem infuſionem vuarum . Quando ſcilicet vuę preſſę prelo , macerantur aqua : vt eſt vinum ſecundarium. 3 Hebraiſmus , omnibus diebus ſeparationis ſuæ ex omni quod fieri ſolet è vite vini (ideſt, producente vinum)ab acinis vſque ad corticem non comedet. 4 Heb.Omnibus diebus ſeparationis (vel, conſecrationis) ſuæ, 5 Heb.donec impleti fuerint dies ſeparationis ſuę, Domino ſanctus erit:ſinet creſcere crines capitis ſui intonſos. 6 ad animam mortui,ideſt,funeri non intererit. 7 ideſt , quia in capite ſuo geſtat crines quos non curat radendos propter Deum ſuum. 8 Heb.nazarę atus ſui.Vel,caput crinis eius intonſi : 9 fœderis.vel, conuentus. 10 ideſt, ab eo quo pollutus fuerat propter mortuum:hoc eſt , ab illa impuritate quam contraxit propterea quod fuerit in loco in quo quis ſubito concidit mortuus. 11 dies nazarę atus ſui.Plurari numero , accuſatiuo caſu , legendum eſt DIES. Conſecrabit,inquit,Domino dies nazarę atus ſui,ſiue ſeparationis ſuę,ideſt,ex eo tempore incipiet rurſus numerare tempus nazarę atus ſui;tempus quo vouerat ſe fore nazarę ũ. 12 Heb. cadent.hoc eſt, dies pręcedentes pollutionem , non numerabuntur. tẽpus anteactum quo fuerat nazaræus,reputabitur pro nihilo. 13 Hebraiſmus , pollutus fuit nazarę atus eius, ideſt, tempus quo ipſe ſeparatus eſt Deo,pollutum fuit ob pręſentiam cadaueris. 14 ideſt, Hic eſt ritus quẽ ſeruare debebũt nazarę i,exacto die ſeparationis. 15 oblationem eius, 16 radet nazarę us ante oſtium tabernaculi conuentus,caput ſeparationis ſuę,(vel , nazarę atus ſui,) capietque cęſariem capitis nazarę atus ſui,&c.ideſt,is qui ſe conſecrauerat Deo,radet caput ſuũ intonſum,ſiue comã ſuã quę intonſa erat ratione nazarę atus & ſeparationis ſuę,radet inquã ante oſtiũ: & capiet cęſariem quę hactenus intonſa fuerat ratione voti. Nęſer varie exponunt,quidam pro cęſarie aut coma,quidam pro ſeparatione,quidam pro conſecratione. 17 de quo ſcilicet fiebat ſacrificium pacificorum. 18 vel,cruſtulum. 19 nazarę atum ſuũ.i. crinem qui antea fuerat intonſus. 20 Eleuabit autem ea ſacerdos eleuationẽ.Vel,Eleuãdo autẽ ea ſacerdos offeret. 21 Heb.ſanctitas eſt ſacerdotis,vltra pectus eleuationis,& vltra armum eleuationis.q.d.ea omnia conſecrata,ſunt ſacerdotis,& ad eum pertinent. 22 Iſte eſt ritus nazarę i qui vouerit(ſub.ſe fore nazarę um)&(ſub. hęc eſt lex)oblationis eius Domino pro ſeparatione ſua,ideſt, quã offerre debet pro &c. 23 q.d.Id faciet,niſi plura facere poterit per facultates ſuas. 24 ideſt,quantum vouerit ſe facturum,tantũ præſtabit. 25 .i.Det tibi Dominus copiã omniũ bonorum tẽporalium & ſpiritualium. Hoc enim ſignificat benedictio apud Hebræos. 26 vel,reſpiciat te Dominus vultu hilari. 27 ideſt, Reſpiciat te Deus ſemper. 28 Hoc eſt, Cum benedicent filijs Iſrael,adiungẽt nomen meum tetragrammaton.

## CAP. VII.

FActum eſt autem,in die qua compleuit Moyſes ta 1
Exod.40.b. bernaculum, & erexit illud : vnxitq; & ſanctifica-
uit cum omnibus vaſis ſuis , altare ſimiliter & om-
Oblationes ſingulorum ducũ populi Iſraelitici,in dedicatione tabernaculi. nia vaſa eius: ¶ Obtulerunt principes Iſrael ″ & capita 2
familiarum ″ quæ erant per ſingulas tribus , præfecti eo- ″ qui
rum qui numerati fuerant, ¶ Munera coram Domino 3
ſex plauſtra tecta cum duodecim bobus : vnum plau-
ſtrum obtulere duo duces,& vnum bouem ſinguli,obtu-
leruntque ea in conſpectu tabernaculi . ¶ Ait autem 4
Dominus ad Moyſen,Suſcipe ab eis vt ſeruiant in mini-
ſterio tabernaculi *, ¶ & trades ea Leuitis iuxta ordi- 5 * teſtimonij
nem miniſterij ſui. ¶ Itaque cum ſuſcepiſſet Moyſes 6
plauſtra, & boues, tradidit ″ eos Leuitis. ¶ Duo plau- 7 ″ ea
ſtra & quatuor boues dedit filijs Gerſon , iuxta id quod
habebant neceſſarium. ¶ Quatuor alia plauſtra,& octo 8
boues dedit filijs Merari ſecundum officia & cultum
ſuum, ſub manu Ithamar filij Aaron ſacerdotis. ¶ Filijs 9
autem Caath non dedit plauſtra & boues: Quia in ſan-
ctuario ſeruiunt , & onera proprijs portant humeris.

*FActum eſt autem eo die,quum abſoluiſſet* Moſes *tabernaculi erectionem, vnxiſſetque ipſum , conſecraſſetque ipſum & cuncta vaſa eius, aram quoque & vniuerſa inſtrumenta eius,quum talia,inquam , vnxiſſet & conſecraſſet,[factum eſt]* Vt *afferrẽt principes* Iſraelis*,capita ſcilicet per domos patrum ſuorum,qui principes erant tribuum,* 1 *qui præerant cenſibus,*Vt *adferrent, inquam,dona ſua corã* Domino *ſex currus* 2 *tectos,& duodecim boues,currũ vnũ* 3 *pro duobus principibus,& bouẽ vnũ* 4 *pro vno,adduxerũtque ea ante tabernaculum.* Et *dixit* Dominus *ad* Moſen *hiſce verbis,* Cape *[ hæc ] ab eis ,* 5 *vt ſint in miniſterium cultus tentorij conſtitutionis : tradeſque ea* Leuitis*, vnicuique iuxta miniſterium ſuum.* Accipiens *itaque* Moſes *currus & boues,tradidit eos* Leuitis *.* Duos *currus & quatuor boues dedit filijs* Gerſon 6 *iuxta miniſterium eorum .* Et *quatuor currus atque octo boues dedit filijs* Merari *,* 6 *iuxta miniſterium eorum ,ſub manu* Ithamar *filij* Aharonis *ſacerdotis .* Filijs *vero* Kahath *nihil dedit :* 7 *nam miniſterium rerum ſacrarum illis iniunctum erat , quas humeris*

*[ſuis]*

[ſuis]geſtabant. Afferebant inſuper principes 8 ad aræ initiationem eo die quo inungebantur, afferebant, inquam, principes dona ſua ante aram. Et ait Dominus ad Moſen, 9 Singulis diebus ſinguli principes ſua dona adferant ad aræ initiationem. Attulit itaque primo die donum ſuum Nahaſon filius Aminadab de tribu Iehuda. Eratque donum ipſius 10 catinus argenteus vnus, centum & triginta ſiclorum, 11 phiala vna argentea, ſeptuaginta ſiclorum iuxta pondus ſanctuarij: vtrunque ex his plenum fuit ſimilagine 12 oleo permixta 13 pro ſacrificio cibario. 14 Cochleare vnum aureum decem [ſiclorum,] plenum ſuffitu. 15 Iuuencus vnus, aries vnus, agnus anniculus vnus ad holocauſtum, Hircus caprarum vnus ad hoſtiam pro peccato. Pro ſacrificio verò 16 gratulatorio, boues duo, arietes quinque, hirci quinq;, agni anniculi quinque. hoc fuit donum Nahaſon filij Aminadab. Secundo die attulit Nathaneel filius Zuar princeps [tribus] Iſaſchar, attulit inquam donum ſuum, catinum vnum argenteum centum & triginta ſiclorum, phialam argenteam vnam ſeptuaginta ſiclorum iuxta ſiclum ſanctuarij: vtraque plena ſimilagine oleo commixta 13 pro ſacrificio minha, Cochleare vnum aureum decem [ſiclorum,] plenum ſuffitu, Iuuencum ex bobus vnum, arietem vnum, agnum anniculum vnum in holocauſtum, Hircum caprarum vnum pro hoſtia peccati, Et pro ſacrificio gratulatorio boues duos, arietes quinque, agnos anniculos quinque. hoc fuit donum Nathaneelis filij Zuar. Tertio die princeps filiorum Zebulon Eliab filius Helon, cuius donum fuit catinus vnus argenteus centum & triginta ſiclorū, phiala vna argentea ſeptuaginta ſiclorū iuxta ſiclū ſanctuarij: vtrunq; ex his plenū fuit ſimilagine oleo conſperſa pro ſacrificio cibario, Cochleare vnum aureū decem [ſiclorū] plenum ſuffitu, Iuuēcus vnus, aries vnus, agnus anniculus vnus in holocauſtum, Hircus ex capris vnus pro hoſtia peccati, Et pro ſacrificio gratulatorio boues duo, arietes quinque, hirci quinque, agni anniculi quinque. hoc donum fuit Eliab filij Helon. Quarto die princeps filiorum Ruben Elizur filius Sedeur, cuius donum fuit catinus argenteus vnus centum triginta ſiclorum, phiala vna argentea ſeptuaginta ſiclorum iuxta ſiclum ſanctuarij: vtrunque ex his plenum fuit ſimilagine oleo permixta pro ſacrificio cibario, Cochleare vnum aureum decem [ſiclorum] plenum ſuffitu, Iuuencus vnus, aries vnus, agnus anniculus vnus ad holocauſtū ſcilicet, Hircus caprarū vnus ad hoſtiam pro peccato, Pro ſacrificio autem gratulatorio boues duo, arietes quinque, hirci quinq;, & agni anniculi quinque. hoc donum fuit Elizur filij Sedeur. Quinto die princeps filiorum Simeon, Selumiel filius Zuri-ſaddai, cuius donum fuit catinus argenteus vnus centum & triginta ſiclorū, phiala argentea vna ſeptuaginta ſiclorum iuxta pondus ſanctuarij: vtraque plena ſimilagine oleo conſperſa pro ſacrificio cibario, Cochleare aureum vnum decem [ſiclorum] plenum ſuffitu, Iuuencus vnus, aries vnus, agnus anniculus vnus in holocauſtum, Hircus caprarum vnus pro hoſtia peccati, Et pro ſacrificio gratulatorio boues duo, arietes quinque, hirci quinque, agni anniculi quinque. hoc fuit donum Selumiel filij Zuri-ſaddai. Sexto die princeps filiorum Gad Eliaſaph filius Dehuel, cuius donum fuit catinus vnus argenteus centum & triginta ſiclorum, phiala vna argentea ſeptuaginta ſiclorum iuxta ſiclum ſanctuarij: vtraque plena ſimila conſperſa oleo pro ſacrificio cibario, Cochleare aureum vnum decem [ſiclorum] plenum ſuffitu: Iuuencus vnus, aries vnus, agnus anniculus vnus in holocauſtum, Hircus caprarū vnus pro hoſtia peccati, Et pro ſacrificio gratulatorio boues duo, arietes quinque, hirci quinque, agni anniculi quinque. hoc fuit donum Eliaſaph filij Dehuel. Septimo die princeps filiorum Ephraim, Eliſama filius Ammihud, cuius donum fuit catinus argenteus vnus centum trigin ta ſiclorum, phiala vna argentea ſeptuaginta ſiclorum iuxta ſiclum ſanctuarij: vtraque plena ſimilagine oleo cōſperſa pro ſacrificio cibario, Cochleare aureum vnum decem [ſiclorū] plenum ſuffitu, Iuuencus vnus, aries vnus, agnus anniculus

10 ¶ Igitur obtulerūt duces in dedicationem altaris, die qua
11 vnctum eſt, oblationem ſuam ante altare. ¶ Dixitq; Do-
minus ad Moyſen, Singuli duces per ſingulos dies offe-
12 rant munera in dedicationem altaris. ¶ Primo die obtu- B Oblatio Nahaſſon.
lit oblationem ſuam Nahaſſon filius Aminadab de tribu
13 Iuda: ¶ fueruntque in ea acetabulum argenteum pondo
centum triginta ſiclorum, phiala argentea habens ſeptua
ginta ſiclos iuxta pondus ſanctuarij, vtrunque plenum
14 ſimila conſperſa oleo in ſacrificium: ¶ Mortariolum
15 ex decem ſiclis aureis plenum incenſo: ¶ Bouem de ar-
mento, & arietem, & agnum anniculum in holocauſtum:
16 ¶ Hircumque pro peccato: ¶ Et in ſacrificio pacifico-
17 rum boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos
anniculos quinque. hæc eſt oblatio Nahaſſon filij Ami-
18 nadab. ¶ Secundo die obtulit Nathanael filius Suar, dux Nathanaêlis oblatio.
19 de tribu Iſſachar, ¶ acetabulū argenteū appendens cen
tū triginta ſiclos, phialā argenteā habentē ſeptuaginta ſi
clos, iuxta pondus ſanctuarij, vtrumque plenum ſimila
20 cōſperſa oleo in ſacrificiū: ¶ Mortariolum aureū habens
21 decem ſiclos plenum incenſo: ¶ Bouem de armento
22 & arietem, & agnum anniculum in holocauſtum: ¶ Hir-
23 cumque pro peccato: ¶ Et in ſacrificio pacificorum
boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos
anniculos quinque. hæc fuit oblatio Nathanael filij
24 Suar. ¶ Tertio die princeps filiorum Zabûlon Eliab Oblatio Eliab.
25 filius Helō, ¶ obtulit acetabulum argenteum appen-
dens centum triginta ſiclos, phialam argenteam ha-
bentem ſeptuaginta ſiclos ad pondus ſanctuarij, vtrun-
26 que plenum ſimila conſperſa oleo in ſacrificium: ¶ Mor- C
tariolum aureum appendens decem ſiclos plenum in-
27 cenſo: ¶ Bouem de armento, & arietem, & agnum
28 anniculum in holocauſtum: ¶ Hircumque pro pecca-
29 to: ¶ Et in ſacrificio pacificorum boues duos, arietes
quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. hæc
30 eſt oblatio Eliab filij Helon. ¶ Die quarto princeps fi- Oblatio Eliſur.
31 liorum Ruben, Eliſur filius Sedeur ¶ obtulit acetabu
lum argenteum appendens centum triginta ſiclos, phia
lam argenteam habentem ſeptuaginta ſiclos ad pon-
dus ſanctuarij, vtrumque plenum ſimila conſperſa
32 oleo in ſacrificium: ¶ Mortariolum aureum appen-
33 dens decem ſiclos plenum incenſo: ¶ Bouem de armen
to, & arietem, & agnum anniculum in holocauſtum:
34 ¶ Hircumque pro peccato: ¶ Et in ſacrificio pacificorum
35 boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos an-
niculos quinque. hæc fuit oblatio Eliſur filij Sedeur.
36 ¶ Die quinto princeps filiorū Simeō Salamiel filius Suri- Oblatio Salamiel.
37 ſaddai, ¶ obtulit acetabulū argenteū appendēs centū tri
ginta ſiclos, phialā argēteam habentē ſeptuaginta ſiclos
ad pōdus ſanctuarij, vtrūq; plenū ſimila cōſperſa oleo in
38 ſacrificiū: ¶ Mortariolū aureū appendens decē ſiclos ple-
39 nū incenſo: ¶ Bouē de armēto, & arietē, & agnū anniculū
40 in holocauſtū: ¶ Hircūque pro peccato: ¶ Et in hoſtias pa
41 cificorū boues duos, arietes quinq;, hircos quinq;, agnos
anniculos quinq;, hæc fuit oblatio Salamiel filij Suri-ſad D
42 dai. ¶ Die ſexto princeps filiorū Gad Eliaſaph filiꝰ Duel, Eliaſaph.
43 ¶ obtulit acetabulū argēteū appēdēs cētū triginta ſiclos,
phialā argenteā habentē ſeptuaginta ſiclos ad pōdus ſan
ctuarij, vtrunq; plenū ſimila cōſperſa oleo in ſacrificiū:
44 ¶ Mortariolū aureū appendēs decē ſiclos plenū incenſo:
45 ¶ Bouē de armēto, & arietē, & agnū anniculū in holocau
46 ſtū: ¶ Hircūq; pro peccato: ¶ Et in hoſtias pacificorū bo-
47 ues duos, arietes quinq;, hircos quinq;, agnos anniculos
48 quinq;. hæc fuit oblatio Eliaſaph filij Duel. ¶ Die ſepti- Eliſama.
mo princeps filiorum Ephraim Eliſama filius Ammiud,
49 ¶ obtulit acetabulū argēteū appēdēs cētū triginta ſiclos,
phialā argēteā habētē ſeptuaginta ſiclos ad pōdus ſan-
ctuarij, vtrūq; plenū ſimila cōſperſa oleo in ſacrificium:
50 ¶ Mortariolū aureū appēdens decē ſiclos plenū incenſo:
51 ¶ Bouem de armento, & arietem & agnum anniculum
in ho-



in holocauſtū. ¶ Hircūque pro peccato: ¶ Et in hoſtias pa 52
cificorū boues duos, arietes quinq;, hircos quinq;, agnos 53
anniculos quinq;. hæc fuit oblatio Eliſama filij Ammiud.
Gamaliel. E ¶ Die octauo princeps filiorū Manaſſe Gamaliel filius 54
Phadaſſur, ¶ obtulit acetabulū argenteū appendens cen 55
tū triginta ſiclos, phialā argēteā habentē ſeptuaginta ſi
clos ad pōdus ſanctuarij, vtrūque plenū ſimila conſperſa
oleo in ſacrificiū: ¶ Mortariolū aureū appendens decē ſi 56
clos plenū incenſo: ¶ Bouē de armēto, & arietē, & agnum 57
anniculū in holocauſtū: ¶ Hircūque pro peccato: Et in ho 58
ſtias pacificorū boues duos, ¶ arietes quinq;, hircos quin 59
que, agnos anniculos quinq;. hæc fuit oblatio Gamaliel fi
Abidan. lij Phadaſſur. ¶ Die nono princeps filiorū Beniamin Abi 60
dā filius Gedeônis, ¶ obtulit acetabulū argēteū appendēs 61
centū triginta ſiclos, phialā argenteā habentē ſeptuagin
ta ſiclos ad pondus ſanctuarij, vtrunque plenū ſimila cō
ſperſa oleo in ſacrificium: ¶ Mortariolum aureum ap- 62
pendens decem ſiclos plenum incenſo: ¶ Bouem de ar- 63
mento, & arietem, & agnum anniculum in holocauſtum:
¶ Hircumque pro peccato: ¶ Et in hoſtias pacificorum 64
boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anni- 65
F culos quinque. hæc fuit oblatio Abidan filij Gedeônis.
Ahi-ezer. ¶ Die decimo princeps filiorum Dan Ahi-ezer filius 66
Ammi-ſaddai ¶ obtulit acetabulum argenteum appendēs 67
centum triginta ſiclos, phialam argenteam habentem ſe-
ptuaginta ſiclos ad pondus ſanctuarij, vtrunque plenum
ſimila conſperſa oleo in ſacrificium: ¶ Mortariolum au- 68
reum appendens decem ſiclos, plenum incenſo: ¶ Bo- 69
uem de armento, & arietem, & agnum anniculum in ho-
locauſtum: ¶ Hircumque pro peccato: ¶ Et in hoſtias 70
pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos quinq;, 71
agnos anniculos quinque. hæc fuit oblatio Ahi-ezer filij
Phegiel. Ammi-ſaddai. ¶ Die vndecimo princeps filiorum Aſer, 72
Phegiel filius Ochran, ¶ obtulit acetabulum argen- 73
teum appēdens cētum triginta ſiclos, phialam argenteā
habentē ſeptuaginta ſiclos ad pōdus ſanctuarij, vtrunque
plenū ſimila conſperſa oleo in ſacrificiū: ¶ Mortariolū 74
aureū appendēs decē ſiclos, plenum incenſo: ¶ Bouē de 75
armēto, & arietē, & agnum anniculū in holocauſtū: ¶ Hir 76
cumque pro peccato: ¶ & in hoſtias pacificorum boues 77
duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos
Ahira. quinque. Hæc fuit oblatio Phegiel filij Ochrā. ¶ Die duo 78
decimo princeps filiorum Nephthali Ahira filius Enan,
¶ obtulit acetabulum argenteum appendens cetum tri- 79
ginta ſiclos, phialam argenteam habentem ſeptuaginta
ſiclos ad pondus ſanctuarij, vtrūque plenum ſimila oleo
cōſperſa in ſacrificiū: ¶ Mortariolū aureū appendens de- 80
G cē ſiclos, plenū incēſo: ¶ Bouē de armēto, & arietē, & ag- 81
nū anniculū in holocauſtū: ¶ Hircūq; pro peccato: ¶ & 82
in hoſtias pacificorū boues duos, arietes quinque, hircos 83
quinq;, agnos anniculos quinq;. Hæc fuit oblatio Ahira fi
lij Enā. ¶ Hæc in dedicatiōe altaris oblata ſunt à principi 84
bus Iſrael, in die qua cōſecratū eſt: acetabula argētea duo
decim: phialæ argēteæ duodecim: mortariola aurea duo
decim: ¶ Ita vt cētū triginta ſiclos argēti haberet vnū ace 85
tabulū, & ſeptuaginta ſiclos haberet vna phiala: id eſt in
cōmune vaſorū omniū ex argēto ſicli duo millia quadrin
gēti, pōdere ſanctuarij. ¶ Mortariola aurea duodecim ple 86
na incēſo: denos ſiclos appēdentia pōdere ſanctuarij: id
eſt ſimul auri ſicli centū viginti. ¶ Boues de armēto in ho 87
locauſtū duodecim, arietes duodecim, agni anniculi duo
decim, & libamēta eorū. Hirci duodecim pro peccato ¶ in 88
hoſtias pacificorū, boues vigintiquatuor, arietes ſexagin
ta, hirci ſexaginta, agni anniculi ſexaginta. Hęc obla-
ta, ſunt in dedicatione altaris, quando vnctum eſt.
¶ Cūq; ingrederetur Moyſes tabernaculū fœderis, vt cō 89
ſuleret oraculū, audiebat vocē loquētis ad ſe de propitia-
torio quod erat ſuper arcam teſtimonij inter duos che-
rûbim, vnde & loquebatur ei.

vnus in holocauſtū, Hircus ex capris vnus pro hoſtia peccati, Pro ſacrificio vero gratulatorio boues duo, arietes quinque, hirci quinque, agni anniculi quinque. hoc fuit donum Eliſama filij Ammihud. Octauo die princeps filiorum Manaſſe, Gamliel filius Pedazur, cuius donum fuit catinus argenteus vnus centum & triginta ſiclorum, phiala vna argentea ſeptuaginta ſiclorum iuxta ſiclum ſanctuarij: vtraque plena ſimilagine oleo conſperſa pro ſacrificio cibario, Cochleare aureum vnum decem [ſiclorum] plenum ſuffitu, Iuuencus vnus, aries vnus, agnus anniculus vnus in holocauſtum, Hircus ex capris vnus pro hoſtia peccati, Et pro ſacrificio gratulatorio boues duo, arietes quinque, hirci quinque, agni anniculi quinque. hoc fuit donum Gamlielis filij Pedazur. In die nona princeps filiorum Beniamin, Abidam filius Gideoni, fuitque donum eius catinus vnus argenteus centum & triginta ſiclorum, phiala argentea vna ſeptuaginta ſiclorum iuxta ſiclum ſanctuarij: vtraque plena ſimilagine oleo permixta pro ſacrificio cibario, Cochleare vnum aureum decē [ſiclorū] plenū ſuffitu, Iuuēcus vnus, aries vnus, agnus anniculus vnus in holocauſtum. Hircus caprarum vnus pro hoſtia peccati, Et pro ſacrificio gratulatorio boues duo, arietes quinque, hirci quinque, agni anniculi quinque. hoc fuit donum Abidan filij Gideoni. Decimo die princeps filiorum Dan, Ahi-ezer filius Ammi-ſaddai, cuius munus fuit catinus vnus argenteus centum & triginta ſiclorum, phiala vna argentea ſeptuaginta ſiclorum, iuxta ſiclum ſanctuarij: vtraque plena ſimilagine oleo permixta pro ſacrificio cibario, Cochleare vnum aureum decem [ſiclorum] plenum ſuffitu, Iuuencus vnus, aries vnus, agnus anniculus vnus in holocauſtum, Et hircus ex capris vnus pro hoſtia peccati, Et pro ſacrificio gratulatorio boues duo, arietes quinque, hirci quinque, agni anniculi quinque. hoc donum fuit Ahi-ezer filij Ammi-ſaddai. Vndecimo die princeps filiorum Aſer, Pagiel filius Ochran, cuius donum fuit catinus argenteus vnus centum & triginta ſiclorum, phiala argentea vna ſeptuaginta ſiclorū, iuxta ſiclum ſanctuarij: vtraque plena ſimilagine oleo permixta pro ſacrificio cibario. Cochleare vnū aureū decem [ſiclorum] plenum ſuffitu. Iuuencus vnus, aries vnus, agnus anniculus vnus in holocauſtum. Hircus ex capris vnus pro hoſtia peccati, & pro ſacrificio gratulatorio boues duo, arietes quinq;, hirci quinq;, agni anniculi quinque. Hoc fuit donum Pagielis filij Ochran. Porrò duodecimo die princeps filiorum Naphtali, Ahira filius Enan, cuius donum fuit catinus argenteus vnus centum & triginta ſiclorū, phiala argētea vna ſeptuaginta ſiclorū iuxta ſiclum ſanctuarij: vtraque plena ſimilagine oleo permixta pro ſacrificio cibario. Cochleare aureum vnum decem [ſiclorum] plenū ſuffitu. Iuuēcus vnus, aries vnus, agnus anniculus vnus in holocauſtū. Hircus ex capris pro hoſtia peccati, & pro ſacrificio gratulatorio boues duo, arietes quinque, hirci quinque, agni anniculi quinq;. Hoc fuit donū Ahira filij Enā. Hæc fuit 17 initiatio aræ in die quo fuit inūcta, à principibus ſcilicet Iſraelis, 18 catini argentei duodecim, phialæ argēteæ duodecim, cochlearia aurea duodecim. Centum & triginta [ſiclos habuit] catinus vnus: phiala vero vna, ſeptuaginta: omniaq; vaſa argētea bis mille & quadringētos, iuxta ſiclū ſanctuarij. Cochlearium verò aureorū duodecim fuerūt plena ſuffitus: 19 ſingula vero, decē [fuerūt ſiclorū] iuxta ſiclū ſanctuarij. porro vniuerſum aurū cochleariū fuit centū & viginti [ſiclorū.] Iuuēcorū vero ex bobus vniuerſorum pro holocauſto fuerūt duodecim, arietum duodecim, agnorū anniculorū duodecim, 20 cū ſacrificio eorū cibario, & hircorū ex capris, qui pro hoſtia peccati [fuerūt,] duodecim: Omniū boū pro ſacrificio 21 gratulatorio vigintiquatuor, arietū ſexaginta, hircorū ſexaginta, agnorū anniculorū ſexaginta. 22 hæc fuit initiatio aræ quum inungeretur. Quumq; veniret Moſes in tentoriū 23 conſtitutionis vt loqueretur cū 24 eo, 25 audiuit vocem colloquentis ad eum è propitiatorio, quod erat ſuper arcam teſtimonij inter duos cherubim, & loquebatur ad eum.

SCHO-

## SCHOLIA IN CAP. VII.

1 Heb. qui ſtabant ſuper numeros, ideſt, qui aſtabant dum populus numeraretur,& numeratorum præfecti erant. 2 ideſt, in modum lecticarum factos. 3 vel, in binos principes, 4 vel, in ſingulos. 5 vel, ad faciendum cultum tabernaculi fœderis. Vel, conuentus. ſiue congregationis. q. d. Omnia illa quæ principes obtulerint, erunt vſui tabernaculo fœderis 6 vel, pro ratione miniſterij eorum, ideſt, habita ratione eorum quæ ferre debebant. 7. Heb. quia opus ſanctitatis erat ſuper eos. Vel, quia miniſterium ſanctuarij ad eos pertinebat, 8 pro dedicatione altaris 9 Heb. Princeps vnus per diem, princeps vnus per diem. 10 Vox Hebræa KEARA, ſignificat ſcutellam magnam & latam. 11 vel, gutturniũ. Vas erat libatoriũ. 12 ſcilicet oliuarum. 13 in oblationẽ. i. pro munere adornando, 14 vel, Cochlear vnũ aureũ decem (ſiclorũ) aureorũ. Vox Hebræa CAPH, ſignificat vas paruum & concauum in modũ cochlearis formatũ, in quo thus, vel incenſum, aut aliud huiuſmodi ponebatur. 15 Heb. Iuuencus vnus filius bouis. i. Vitulus. 16 pacificorũ, 17 vel, dedicatio 18 ſcutellæ argenteæ 19 Heb. decem decem cochlearia. i. ſingula cochlearia pendebãt decẽ ſiclos. 20 cũ libatione eorũ, 21 pacificorũ. 22 . i. hæc data fuerunt in dedicatione altaris &c. 23 fœderis. vel, conuentus. 24 ſcilicet Deo. Relatiuũ loco antecedẽtis. i. vt cõſuleret Deũ. 25 audiebat &c. i. vocẽ reſpõdentẽ verbis ſuis, quæ edebatur de ꝓpitiatorio.

## CAP. VIII.

*ET loquutus eſt* Dominus *ad* Moſen *in hanc ſententiã, Loquere ad* Aharonem, *& dic ad eum, 1 Quum collocas tu in ſublimi lampades, 2 ſeptem illæ lampades verſus candelabrum lucere debent.* 3 *Fecit ſic* Aharon, *4 collocauitq; lampades eius verſus candelabrum, quemadmodum præceperat* Dominus Moſi. *Erat autem 5 opus cãdelabri ex auro ſolido: tam ſcapus eius, quàm flores eius, ſolidum erat: 6 iuxta viſionem quam oſtendit* Dominus Moſi, *ſic fecit candelabrum.* Loquutuſque *eſt* Dominus *ad* Moſen *hiſce verbis,* Tolle Leuitas *è medio filiorum* Iſrael, *& purifica eos. Sic autẽ facies eis, 7 Quum purificas eos, ſparge ſuper eos 8 aquas peccati, & traducant nouaculam per omnem carnem ſuam, eluantq; veſtimenta ſua, & ſeſe purificent.* Deinde *ſumant iuuencum è bobus cum ſacrificio ſuo cibario, nempe ſimilaginem oleo commixtam, & alium iuuencum è bobus. accipies pro hoſtia peccati.* Et *quum adduxeris* Leuitas *ante tentorium cõſtitutionis, congregabis vniuerſum cœtum filiorum* Iſrael. 9 *Et adduces* Leuitas *in conſpectum* Domini, *componentque filij* Iſrael *manus ſuas ſuper* Leuitas. *Et 10 motabit* Aharon Leuitas *motatione coram* Domino *11 à filijs* Iſrael, *vt ſcilicet miniſtrent in cultu* Domini. *Leuitæ vero ponẽt manus ſuas ſuper caput iuuencorũ, & facies vnum pro peccato, & alterũ in holocauſtum* Domino, *vt expies* Leuitas. *Collocabis vero* Leuitas *ante* Aharonem, *& ante filios eius, & 12 motabis eos tenupha* Domino. *Separabiſque* Leuitas *à filijs* Iſrael, *eruntque* Leuitæ *mei. Poſt hoc ingredientur* Leuitæ, *vt miniſtrent in tentorio conſtitutionis, purificabiſque eos, & 12 agitando agitabis eos. Quoniam 13 donatitij ſunt ipſi mihi donati à filijs* Iſrael, *14 pro omnibus primogenitis, pro primogenitis inquam omnium filiorum* Iſrael *aſſumpſi eos mihi.* Meum *enim eſt omne primogenitum filiorum* Iſrael, *tam in hominibus quàm in iumentis: à die quo percuſsi omne primogenitũ in terra* AEgypti, *conſecraui eos mihi.* Tulique Leuitas *pro omnibus primogenitis filiorum* Iſrael. Dedi *autem* Leuitas *donatitios* Aharoni *& filijs eius de medio filiorum* Iſrael, *vt exequantur miniſterium 15 filiorum* Iſrael *in tentorio conſtitutionis, 16 vtque expiẽt pro filijs* Iſrael, *ne ſit inter filios* Iſrael *plaga, ſi accedãt filij* Iſrael *17 ad ſancta.* Fecitque Moſes *&* Aharon, *& vniuerſus cœtus filiorum* Iſrael *18 cum* Leuitis *iuxta omnia quæ præceperat* Dñs Moſi *de* Leuitis, *ſic inquam fecerunt de illis filij* Iſrael. *Expiarũt ergo ſe* Leuitæ, *elueruntq; veſtimẽta ſua, 19 & motauit eos* Aharõ *tenupha corã* Domino, *20 expiauitq; pro eis* Aharon *vt eos purificaret. Poſtea ingreſsi ſunt* Leuitæ *vt exequerẽtur miniſteriũ ſuũ in tẽtorio conſtitutionis, 21 coram* Aharone *coramq; filijs eius, quẽadmodũ præceperat* Dñs Moſi *de* Leuitis, *ſic fecerunt de eis.* Et *loquutus eſt* Dominus *ad* Moſen, *dicẽs,* Hoc *quoq; ad* Leuitas *[pertinet,] ab eo qui natus eſt vigintiquinq; annos & ſupra, 22 ingredietur [quiſque,] vt exercendo [ſe] exerceat in miniſterio tentorij conſtitutionis.* Quum *vero quinquaginta fuerit annorum, reuertatur 23 ab exercitio miniſterij, neq; vltra ſeruiat, 24 Sed cũ fratribus ſuis ſeruiat in tentorio conſtitutionis, 25 vt obſeruet cuſtodiam: 26 nihil autem [grauis] ſeruitij faciet. ſic ages cum* Leuitis *in obſeruatione eorum.*

## CAP. VIII.

1 LOcutuſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens, ¶ Lo
2 quere Aaron, & dices ad eum, Cum poſueris ſeptẽ
lucernas, candelabrum in Auſtrali parte erigatur.
3 ¶ Hoc igitur pręcipe vt lucernæ cõtra Boreã eregione
reſpiciãt ad menſam panũ propoſitionis, contra eam par
4 tem quam candelabrum reſpicit, lucere debebũt. ¶ Fecitque
Aaron, & impoſuit lucernas ſuper cãdelabrũ, vt pręcaperat
5 ceperat Dominus Moyſi. ¶ Hæc autem erat factura cãdelabri,
Ex auro ductili, tam medius ſtipes quàm cuncta
quæ ex vtroque calamorum latere naſcebantur : iuxta
exemplum quod oſtendit Dominus Moyſi, ita operatus
6 eſt candelabrum. ¶ Et locutus eſt Dominus ad Moyſen,
dicens, Tolle Leuitas ex medio filiorum Iſrael, Et purifi-
7 cabis eos ¶ iuxta hunc ritum, Aſpergantur aqua luſtrationis,
& radant omnes pilos carnis ſuæ: cumque lauerint
8 veſtimenta ſua, & mundati fuerint, ¶ Tollent bouẽ de armentis,
& libamentum eius ſimilam oleo conſperſam, bo
uẽ autem alterum de armento tu accipies pro peccato.
9 ¶ Et applicabis Leuitas coram tabernaculo fœderis, con
10 uocata omni multitudine filiorũ Iſrael. ¶ Cumque Leuitæ
fuerint corã Domino, ponẽt filij Iſrael manus ſuas ſu-
11 per eos. ¶ Et offeret Aaron Leuitas, munus in conſpectu
12 Domini à filijs Iſrael, vt ſeruiãt in miniſterio eius. ¶ Leui
tæ quoque ponent manus ſuas ſuper capita boum, è quibus
vnũ facies pro peccato, & alterum in holocauſtũ Do
13 mini, vt depreceris pro eis. ¶ Statueſque Leuitas in conſpectu
Aaron & filiorum eius, & cõſecrabis oblatos Domi
14 no, ¶ ac ſeparabis de medio filiorũ Iſrael, vt ſint mei. ¶ Et
15 poſtea ingrediãtur tabernaculũ fœderis vt ſeruiãt mihi:
ſicque purificabis & conſecrabis eos in oblationem Do-
16 mini: ¶ Quoniã dono donati ſunt mihi à filijs Iſrael: pro
primogenitis quæ aperiunt omnem vuluam in Iſrael, ac-
17 cepi eos. ¶ Mea ſunt enim omnia primogenita filiorum
Iſrael, tam ex hominibus quàm ex iumentis: ex die quo
percuſsi omne primogenitũ in Terra-AEgypti, ſanctifi-
18 caui eos mihi. ¶ Et tuli Leuitas pro cũctis primogenitis
19 filiorũ Iſrael: ¶ Tradidique eos dono Aarõ & filijs eius
de medio ª populi, vt ſeruiãt mihi pro Iſrael in tabernacu
lo fœderis, & orent pro eis ne ſit in populo plaga, ſi auſi
20 fuerint accedere ad ſanctuariũ. ¶ Feceruntque Moyſes
& Aaron & omnis multitudo filiorum Iſrael ſuper Leui-
21 tis quæ præceperat Dominus Moyſi. ¶ Purificatiq; ſunt,
& lauerunt veſtimenta ſua: eleuauitque eos Aaron in con
22 ſpectu Domini, & orauit pro eis, ¶ Vt purificati ingrede
rentur ad officia ſua in tabernaculum fœderis corã Aarõ
& filijs eius: ſicut præceperat Dominus Moyſi de Leui-
23 tis, ita factum eſt. ¶ Locutuſque eſt Dominus ad Moy-
24 ſen, dicens, ¶ Hæc eſt lex Leuitarum, A vigintiquinque
annis, & ſuprà, ingrediẽtur vt miniſtrent in tabernaculo
25 fœderis. ¶ Cumque quinquageſimũ annũ ætatis impleue
26 rint, ſeruire ceſſabunt. ¶ Eruntque miniſtri fratrum ſuorũ
in tabernaculo fœderis, vt cuſtodiant quę ſibi fuerint cõ-
mendata, opera autem ipſa non faciant. ſic diſpones Le-
uitis in cuſtodijs ſuis.

Diſpoſitio lucernarum.

Forma candelabri.

Purgatio & oblatio Leuitarũ.

B

C

Exo. 13. a. ſup. 3. c. luc. 2. d.

ª filiorum Iſrael,

D

AEtates Leuitarum.

SCHO-



## SCHOLIA IN CAP. VIII.

1 Quando accendes lucernas, 2 vel, contra faciem candelabri lucebũt ſeptem lucernæ illæ, ideſt, verſus eam partem que reſpondet fronti candelabri. 3 accendit ſcilicet lucernas candelabri. 4 vel, fecit vt lucernæ iacularentur lumen ſuum in partem oppoſitam fronti candelabri, 5 factura candelabri, ductilis, aurea: vſque ad haſtile ſuum, & vſque ad flores ſuos ductile erat. Vel, tam haſtile eius quã lilia, erant facta opere ductili. Vel, opere integro, vt alij vertunt: hoc eſt ex vna maſſa diductum, non per fragmenta & membra compoſitum. 6 ideſt, iuxta exemplar quod oſtenderat &c. 7 Heb. Ad purificandum eos. 8 Aquas peccati vocat expiatorias & luſtrales: quibus immiſſus fuerat cinis rufæ vaccę, quæ pro peccato ſacrificabatur. Vide infra cap. XXIX. Vertere potes, aquam expiatoriam. 9 vel, Adduces inquam 10 Heb. eleuare faciet Aaron Leuitas eleuationem, ideſt, offeret Leuitas in oblationem Domino. 11 ideſt, ex parte filiorum Iſrael. 12 Heb. eleuare facies eos eleuationem Domino. i. offeres illos oblationẽ Domino. 13 vel, dono dati ſunt mihi è medio filiorum &c. i. ex omni numero filiorum Iſrael. 14 Heb. pro aperiente omnẽ vuluam, (pro) primogenito omnium &c. vel, loco aperitionis omnis vuluæ primogenitorum omnium filiorum &c. i. pro ijs quæ primũ vuluam aperiunt, nẽpe pro primogenitis &c. 15 vel, loco filiorũ Iſrael. i. vt fungantur officio ad quod tenentur filij Iſrael. 16 & vt luſtrent filios Iſrael. vel, reddant Deum propitiũ filijs Iſrael. Vide annotationẽ de hac expiatione, ſuprà capite XV. 17 vel, ad ſanctuariũ. vt ſcilicet miniſtrent. 18 vel, de Leuitis 19 Heb. eleuauitque eos Aaron eleuationẽ. i. obtulitque eos Aarõ in oblationẽ. 20 vel, orauitq; pro eis 21 . i. vidente Aarone & filijs eius. 22 Heb. aggredientur militare militiam in miniſterio tẽtorij fœderis. i. incipiẽt fungi munere ſuo in miniſterio &c. 23 Heb. à militia operis ideſt, ceſſet fungi munere ſuo. 24 . i. fratres iuuet conſilio. 25 ad cuſtodiendum. i. vt fungantur ſuo officio. 26 & cultum non peraget. ſic facies Leuitis in cuſtodijs ſuis. i. attamen non facient quæ facere ſolebant ante quinquageſimum annum. ſic facies Leuitis iuxta ea quæ facere ſolent.

## CAP. IX.

Phaſe præcipitur fieri.

LOcutus eſt Dominus ad Moyſen in deſerto Sinai 1
anno ſecũdo poſtquam egreſsi ſunt de Terra-AE
gypti, menſe primo, dicens, ¶ Faciant filij Iſrael 2
Phaſe in tempore ſuo, ¶ Quartadecima die menſis huius 3
ad veſperam, iuxta omnes ceremonias & iuſtificationes
eius. ¶ Præcepitque Moyſes filijs Iſrael vt facerent Phaſe. 4
¶ Qui fecerunt tempore ſuo: quartadecima die menſis ad 5
veſperã in monte Sinai : iuxta omnia quæ mandauerat
Dominus Moyſi, fecerunt filij Iſrael. ¶ Ecce autem qui- 6
dã immundi ſuper anima hominis, qui non poterant face
re Phaſe in die illo, accedentes ad Moyſen & Aaron, ¶ di 7
xerunt eis, Immundi ſumus ſuper anima hominis : quare
fraudamur vt non valeamus oblationem offerre Domino
in tempore ſuo inter filios Iſrael ? ¶ Quibus reſpondit 8
Moyſes, State vt conſulam quid præcipiat Dominus de
vobis. ¶ Locutuſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens, 9
¶ Loquere filijs Iſrael, Homo qui fuerit immundus ſu- 10
per anima, ſiue in via procul in gente veſtra, faciat Pha-
ſe Domino ¶ in menſe ſecundo, quartadecima die men- 11
ſis ad veſperam: cum azymis & lactucis agreſtibus come
dent illud. ¶ Non relinquent ex eo quippiam vſque ma- 12
ne, & os eius non confringent, omnem ritum Phaſe ob-
ſeruabunt. ¶ Siquis autem & mundus eſt, & in itinere nõ 13
fuit, & tamen non fecit Phaſe, exterminabitur anima illa
de populis ſuis, quia ſacrificium Domino non obtulit tem
pore ſuo : peccatum ſuũ ipſe portabit. ¶ Peregrinus quo- 14
que & aduena ſi fuerint apud vos, facient Phaſe Domino
iuxta ceremonias & iuſtificationes ſuas. Pręceptum idem
erit apud vos tam aduenæ, quàm indigenæ. ¶ Igitur die 15
quã erectum eſt tabernaculum, operuit illud nubes. à ve
ſpere autẽ ſuper tẽtoriũ erat quaſi ſpecies ignis vſq; ma-
ne. ¶ Sic fiebat iugiter, per diẽ operiebat illud nubes, & 16
per noctẽ quaſi ſpecies ignis. ¶ Cũq; ablata fuiſſet nubes 17
quæ tabernaculũ protegebat, tũc proficiſcebatur filij Iſ-
rael: & in loco vbi ſtetiſſet nubes, ibi caſtrametabant. ¶ Ad 18
imperiũ Dñi proficiſcebãtur, & ad imperiũ illius figebãt
tabernaculũ. Cũctis diebus quibus ſtabat nubes ſuper ta-
bernaculũ, manebãt in eodẽ loco: ¶ & ſi eueniſſet vt multo 19
tẽpore maneret ſuper illud, erãt filij Iſrael in excubijs Dñi
& nõ proficiſcebãtur. ¶ Quotquot diebꝰ fuiſſet nubes ſu 20
per tabernaculũ, ad imperiũ Dñi erigebãt tentoria, & ad
imperiũ illiꝰ deponebãt. ¶ Si fuiſſet nubes à veſpere vſq; 21
mane, & ſtatim diluculo tabernaculũ reliquiſſet, profici-
ſcebãtur: & ſi poſt diẽ & noctẽ receſsiſſet, diſsipabãt tẽto
ria. ¶ Si verò biduo aut vno mẽſe vel lõgiori tẽpore fuiſ- 22
ſet ſuper tabernaculũ, manebãt filij Iſrael in eodẽ loco, &
nõ proficiſcebãtur: ſtatim autẽ vt receſsiſſet, mouebãt ca
ſtra. ¶ Per verbũ Domini figebãt tẽtoria, & per verbũ il- 23
lius proficiſcebãtur: erantque in excubijs Domini iuxta
imperium eius per manum Moyſi.

Immundi ſuper mortuo, Phaſe non prohibentur facere.

B

Exod. 12. g. iohan. 19. f.

C

Exod. 40. b. Nube operiente tabernaculũ, manẽt: recedente vero, proficiſcuntur.

1. Corint. 10. a.

D

## CAP. IX.

*LOquutuſque eſt* Dñs *ad* Moſen *in deſerto* Sinai, *in anno ſecũdo egreſſus eorũ è terra* AEgypti, *in mẽſe primo, hiſce verbis, Faciãt filij* Iſrael Paſſah *ſtato ſuo tempore.* Quartodecimo *die huius menſis 1 inter veſperas faciat ipſum ſtato ſuo tẽpore, iuxta omnes ceremonias eius, & 2 iuxta omnes ritus eius faciant ipſum.* Et *loquutus eſt* Moſes *ad filios* Iſrael *vt facerent* Paſſah. Fecerunt *itaq;* Paſſah *in primo [mẽſe,] quartadecima die mẽſis 3 inter veſperas in deſerto* Sinai: *iuxta omnia quæ mãdauerat* Dominus Moſi, *ſic fecerũt filij* Iſrael. *Fuerunt autẽ quidam 4 cõtaminati mortuo quodã, qui eodem die* Paſſah *facere non poterat: acceſſerunt ergo ad* Moſen *&* Aharonem *eodem die, dixeruntq; viri illi ad eum,* Nos *mortuo quodam contaminati ſumus, cur prohibemur quo minus afferamus* Domino *donũ ſtato ſuo tẽpore inter cæteros filios* Iſrael? Reſpondit *illis* Moſes, Subſiſtite, *vt audiam quid veſtri cauſa præcipiat* Dominus. Loquutus *eſt ergo* Dominus *ad* Moſen *in hãc ſententiã,* Loquere *ad filios* Iſrael, *dicendo,* Quicũq; *cõtaminatus fuerit mortuo aliquo, 5 aut in via peregre, à vobis, aut poſteris veſtris, is faciet* Domino Paſſah, *at faciẽt illud in mẽſe ſecũdo, decimoquarto die mẽſis 6 inter veſperas: comedãt autẽ illud cũ infermẽtatis placẽtis, & herbis amaris.* Nihil *relinquãt ex eo vſq; mane, nec os ex eo cõfringant: iuxta oẽs ritus* Paſſah *faciãt ipſum.* Qui *mũdꝰ fuerit, 7 nec in itinere fuerit, ceſſaritq; à celebrãdo* Paſſah, *huiꝰ anima excindatur de populis ſuis, eo quòd munus* Dñi *nõ attulit ſtato ſuo tẽpore, & is 8 peccatũ ſuũ feret.* Quod *ſi aduena quiſpiã apud vos cõmoratur, volueritq; facere* Dño Paſſah, *faciat illud iuxta ritꝰ & ceremonias 9 eiꝰ.* Eadẽ *lex tã vobis ſit quàm aduenæ & indigenæ terræ.* Porro *quo die erexit [*Moſes*] tabernaculũ, nubes obtexit ipſum tabernaculũ 10 tẽtorij teſtimonij: 11 aduẽtãte autẽ veſpera, apparebat ſup tabernaculo veluti ſpecies ignis vſq; mane.* Sic *fiebat iugiter, vt nubes ipſum 12 obtegeret, & noctu ſpecies ignis.* Quũq; *nubes ſuſtolleretur ab ipſo tẽtorio, tũ demũ 13 proficiſcebãtur filij* Iſrael: *eodẽ verò loci vbi nubes iſta 14 reſedit, illic 15 caſtrametati ſunt filij* Iſrael. 16 *Iuxta os* Dñi *ſoluerunt filij* Iſrael, *& iuxta os* Dñi *17 caſtra fixerũt, cũctis diebus quibus mãſit nubes ſuper tabernaculũ, & ipſi in caſtris reſederũt.* Quòd *ſi nubes aliquot diebus ſuper tabernaculũ morã traheret, 18 obſeruabãt filij* Iſrael *cuſtodiã* Dñi, *19 nec ſoluerũt. 20* Cumq; *nubes certis aliquot diebus maneret ſuper tabernaculũ, 21 iuxta os* Dñi *reſederũt, & iuxta os* Dñi *ſoluerũt.* Fiebat *& hoc, quũ nubes maneret à veſpa ad mane vſq;, nubeſq; mane aſcẽderet, ſoluebãt: aut ſi nubes 22 p diẽ & noctẽ mãſiſſet, & deinde aſcenderet, ſoluebãt.* Si *vero nubes morã traheret ſuper tabernaculũ duobus diebꝰ, aut menſem, aut annum, manẽdo ſcilicet ſuper ipſum, manebant & filij* Iſrael, *nec ſoluebãt: mox vt aſcẽdebat, ſoluebãt.* 23 *Iuxta os* Domini *in caſtris reſederunt, & iuxta os* Domini *caſtra mouerũt: cuſtodiã* Domini *obſeruantes 24 iuxta præceptum* Domini *per manum* Moſis.

SCHO-

## SCHOLIA IN CAP. IX.

1 Inter duas veſperas facietis illud tempore ſuo, ideſt, ſub veſperam, ad occaſum, ſub noctem, ſub initium quinti diei immolabitis hunc agnum paſchalem tempore quo præcepi immolari. Vide annotationem de hoc in Exodo, cap. XII. Tempore ſuo, ideſt, menſe primo. 2 ideſt, celebrabitis illud obſeruando ritus & ceremonias peculiares illi. 3 inter duas veſperas in deſerto Sinai, 4 Heb. immundi ſuper anima hominis, ideſt, ſuper cadauere hominis, ſiue propter cadauer hominis: quod ſcilicet hominis mortui exequijs affuiſſent. 5 ſiue in via remota, ex vobis, aut ex generationibus veſtris: faciet &c. ideſt, Siquis ex vobis, aut ex poſteris veſtris abſens fuerit à loco in quo celebratur Paſcha à filijs Iſrael. 6 inter duas veſperas. Tam impuri, quàm illi qui abfuerãt tempore quo celebrabatur Paſcha, poterant menſe ſequente celebrare illud. 7 ideſt, non fuerit abſens tempore quo celebrabatur Paſcha à filijs Iſrael. 8 ideſt, dabit pœnas pro peccato ſuo. 9 Heb. Paſſah. 10 ſupra tentoriũ teſtimonij. q. d. Nubes illa erat ſuper tabernaculum, ſed præcipuè ſuper eã partẽ cui ſuberat arca fœderis. 11 in veſpera autẽ. i. de nocte 12 ſub. interdiu. 13 vel, proficiſci ſolebant 14 reſidebat, 15 caſtrametabantur, ideſt, ſubſiſtere ſolebant 16 vel, Ad imperium Domini proficiſcebantur. ſiue, proficiſci ſolebãt 17 vel, ſubſiſtebãt. 18 ideſt, tũc obſeruabãt præcepta Domini, ritus & ceremonias quas iuſſerat Dominus obſeruari. miniſtrabãt Domino vt ipſe præceperat. hoc ſignificat cuſtodiã Domini obſeruare. 19 nec proficiſcebant. 20 Accidebat interdũ vt nubes eſſet ſuper tabernaculũ diebus numeri .i. paucis, qui numerari facile poſſent. 21 vel, ad imperiũ Dñi caſtrametabãtur, & ad imperiũ eiuſdẽ proficiſcebãtur. 22 .i. diẽ integrũ. 23 vel, Iuxta præceptũ Domini caſtra figebãt, & ad imperiũ eius proficiſcebantur: 24 ideſt, quemadmodũ præceperat Moſes mandato Domini. vel, quemadmodum præceperat Dominus per Moſen.

## CAP. X.

*ET loquutus eſt Dominus ad Moſen hiſce mandatis, Fac tibi duas tubas argenteas, ductiles facies eas, quas in hoc habebis, vt conuoces cœtum, & [indices illis] quãdo mouenda ſint caſtra. 1 Quum ergo clangetis iſtis [tubis,] conuocabuntur ad te vniuerſus cœtus ante oſtium tentorij conſtitutionis, ſi verò vna duntaxat clanxerint, congregabuntur ad te principes, 2 tribuni Iſraelis. 3 Si vero ſonitu inciſo clanxeritis, ſoluent caſtra, ea ſcilicet quæ ad Orientem poſita ſunt. 4 Quum ſecundo clanxeritis ſonitu inciſo, ſoluent caſtra quæ ſita ſunt ad Meridiem, 5 ſonitu inciſo clangent quũ ſoluere volunt. Quando vero cœtus fuerit congregandus, clangetis duntaxat, 6 nec edetis clangorem inciſum. Filij autem Aharonis ſacerdotes tubis clangent: 7 & hic ritus ſit vobis poſteriſque veſtris perpetuus. 8 Et ſi ingreßi fueritis bellum in terra veſtra contra hoſtem qui 9 vos oppugnat, claßicum canetis tubis, & fiet veſtri memoria coram Domino Deo veſtro, 10 vt ſeruemini ab hoſtibus veſtris. In die quoque lætitiæ veſtræ, in ſtatis ferijs veſtris, ac in initijs menſium veſtrorũ clangetis tubis ſuper holocauſtis veſtris atq; ſacrificijs 11 gratulatorijs veſtris, 12 vt vobis ſint monumentum coram Deo veſtro: 13 ego Dominus Deus veſter. Factum eſt autem anno ſecundo, menſe ſecundo, 14 vigeſimo menſis, ſublata eſt nubes à tabernaculo teſtimonij. Et profecti ſunt filij Iſrael 15 profectionibus ſuis ex deſerto Sinai, 16 demiſitque ſe nubes in deſerto Paran. Prima fuit hæc profectio 17 iuxta os Domini 18 per manum Moſis. Vexillum autem caſtrorum filiorum Iuda, profectum eſt primo ordine cum copijs ſuis: eratque ſuper exercitum eius Nahaſon filius Aminadab. Super exercitũ tribus filiorum Iſaſchar, Nathaneel filius Zuar. Et ſuper exercitum tribus filiorum Zebulon fuit Eliab filius Helon. 19 Detractumque eſt tabernaculum, & profecti ſunt filij Gerſon, & filij Merari portantes ipſum tabernaculum. Profecta quoque ſunt caſtra Ruben cum vexillo & copijs ſuis, eratque ſuper exercitum eius Eliƶur filius Sedehur. Super exercitum vero tribus filiorum Simeon fuit Selumiel filius Zuri-ſaddai. Et ſuper copias tribus filiorum Gad, Eliaſaph filius Dehuel. Profectique ſunt & Cahathitæ ferentes 20 ſanctuarium, 21 & illi erexerunt tabernaculũ, donec iſti venirent. Profectum eſt deinde vexillum caſtrorum filiorum Ephraim cum copijs ſuis: & ſuper exercitum eius Eliſama filius Ammihud. Super exercitum vero tribus filiorum Manaſſe Gamliel filius Pedaƶur. Et exercitui tribus filiorum Beniamin præfuit Abidan filius Gideoni. Profectum eſt & vexillum caſtrorum filiorum Dã, 22 colligens omnia agmina cum copijs ſuis, & ſuper exercitum eius Ahi-eſer filius Ammi-ſaddai. Super copias autem tribus filiorum Aſer, Pagiel filius Achran. Et ſuper copias tribus filiorum Naphtali, Ahira filius Enan. 23 Hæ ſunt profectiones filiorum Iſrael cum copijs ſuis 24 quum proficiſcebantur. Et dixit Moſes ad 25 Hobab filium Reguel Madianitam, qui 26 affinis fuit Moſis, Nos proficiſcimur ad locum de quo Dominus dixit, Dabo eum vobis: proficiſcere ergo nobiſcum, & 27 benefaciemus tibi, quoniam bonum 28 loquutus eſt Do-*

## CAP. X.

1 LOcutuſq; eſt Dominus ad Moyſen, dicẽs, ¶ Fac ti-
2 bi duas tubas argenteas ductiles, quibus cõuocare
3 poſsis multitudinẽ quãdo mouẽda ſũt caſtra. ¶ Cũ-
que increpueris tubis, cõgregabitur ad te omnis turba ad
4 oſtiũ tabernaculi fœderis. ¶ Si ſemel clãgueris, veniẽt ad
5 te principes, & capita multitudinis Iſrael. ¶ Si autẽ proli-
xior atq; cõciſus clãgor increpuerit, mouebũt caſtra pri-
6 mi qui ſunt ad Oriẽtalẽ plagã. ¶ In ſecũdo autẽ ſonitu &
pari vlulatu tubæ, leuabũt tẽtoria qui habitãt ad Meridiẽ.
& iuxta hũc modũ reliqui faciẽt vlulãtibus tubis in profe
7 ctionẽ. ¶ Quãdo autẽ cõgregãdus eſt populus, ſimplex
8 tubarũ clãgor erit, & nõ cõciſe vlulabũt. ¶ Filij autẽ Aarõ
ſacerdotis clãgent tubis: eritq; hoc legitimũ ſempiternũ
9 in generationibus veſtris. ¶ Si exieritis ad bellũ de terra
veſtra, contra hoſtes qui dimicant aduerſum vos, clan- B
getis vlulantibus tubis, & erit recordatio veſtri coram
Domino Deo veſtro, vt eruamini de manibus inimico-
10 rum veſtrorum. ¶ Si quando habebitis epulum, & dies
feſtos, & Calendas, canetis tubis ſuper holocauſtis,
& pacificis victimis, vt ſint vobis in recordationem
11 Dei veſtri: ego Dominus Deus veſter. ¶ Anno ſecun-
do, mẽſe ſecundo, viceſima die menſis eleuata eſt nubes
12 de tabernaculo fœderis: ¶ profectique ſunt filij Iſrael
per turmas ſuas de deſerto Sinai, & recubuit nubes in
13 ſolitudine Pharan. ¶ Moueruntque caſtra primi iuxta
14 imperium Domini per manum Moyſi. ¶ Filij Iuda per
turmas ſuas, quorum princeps erat Nahaſſon filius Ami
15 nadab. ¶ In tribu filiorum Iſſachar fuit princeps Na-
16 thanael filius Suar. ¶ In tribu Zabûlon erat princeps
17 Eliab filius Helõ. ¶ Depoſitũque eſt tabernaculũ, quod
18 portãtes egreſsi ſunt filij Gerſon & Merari. ¶ Profectiq;
ſunt & filij Rubẽ, per turmas & ordinẽ ſuũ, quorũ prin-
19 ceps erat Heliſur filius Sedeur. ¶ In tribu autẽ filiorũ Si- C
20 meõ, princeps fuit Salamiel filius Suri-ſaddai. ¶ Porrò in
21 tribu Gad erat princeps Eliaſaph filius Duel. ¶ Profecti-
que ſunt & Caathitæ portãtes ſanctuarium. Tandiu
tabernaculũ portabatur, donec venirẽt ad erectiõis locũ.
22 ¶ Mouerũt caſtra & filij Ephraim per turmas ſuas, in quo-
rum exercitu princeps erat Eliſama filius Ammiud.
23 ¶ In tribu autem filiorum Manaſſe princeps fuit Ga-
24 maliel filius Phadaſſur. ¶ Et in tribu Beniamin erat dux
25 Abidan filius Gedeonis. ¶ Nouiſsimi caſtrorum omnium
profecti ſunt filij Dan per turmas ſuas, in quorum exer-
26 citu princeps fuit Ahi-ezer filius Ammi-ſaddai. ¶ In
tribu autem filiorum Aſer erat princeps Phegiel filius
27 Ochran. ¶ Et in tribu filiorum Nephthali prin-
28 ceps fuit Ahira filius Enan. ¶ Hæc ſunt caſtra, &
profectiones filiorum Iſrael per turmas ſuas quan-
29 do egrediebantur. ¶ Dixitque Moyſes Hobab fi-
lio Raguel Madianitæ cognato ſuo, Proficiſci-
mur ad locum quem Dominus daturus eſt no-
bis: veni nobiſcum, vt benefaciamus tibi: quia Do- D
minus

Tubæ argenteæ & earum officia.

De Sinai proficiſcuntur filij Iſrael.

Recenſentur caſtrorum duces.

ſupra.1.a.

Hobab renuit cum Moyſe proficiſci.



minus bona promiſit Iſraeli. ¶ Cui ille reſpondit, Non va- 30
dam tecum, ſed reuertar in terram meam in qua natus
ſum. ¶ Et ille, Noli, inquit, nos relinquere. tu enim noſti in 31
quibus locis per deſertum caſtra ponere debeamus, &
eris ductor noſter. ¶ Cumq; nobiſcum veneris, quicquid 32
optimum fuerit ex opibus quas nobis traditurus eſt Do-
minus, dabimus tibi. ¶ Profecti ſunt ergo de monte Do- 33
mini viam trium dierum, arcaque fœderis Domini præ-
cedebat eos, per dies tres prouidens caſtrorum locum.
¶ Nubes quoque Domini ſuper eos erat per diem cum in- 34
cederent. ¶ Cumque eleuaretur arca, dicebat Moyſes, Sur 35
ge Domine, & diſsipentur inimici tui, & fugiant qui ode-
runt te, à facie tua. ¶ Cum autem deponeretur, aiebat, Re- 36
uertere Domine ad multitudinem exercitus Iſrael.

Pſal. 67.a.

*minus ſuper Iſraelem. Qui reſpondit ei, Non ibo, ſed ad terram meam, & 29 ad patriam meam reuertar. At ille ait, Ne quæſo nos deſeras: 30 quoniam tu noſti, manſiones noſtras in deſerto, & eris nobis vice oculorum. Et hoc quoque fiet ſi nobiſcum proficiſcêris, 31 de bono illo quo afficiet nos Dominus, tibi quoque benefaciemus. Profecti ſunt itaque de monte Domini itinere trium dierum, & præcedebat eos arca fœderis Domini itinere trium dierum, 32 ad inueſtigandum eis locum quietis. Et vmbram faciebat eis Dominus nube interdiu, 33 quum è caſtris proficiſcerentur. Quumque proficiſceretur arca, dixit Moſes, 34 Surge Domine, & dißipentur hoſtes tui, & fugiant qui te oderunt, à facie tua. Quum verò 35 deſidêret, dixit, 36 Reuertere Domine ad decies millia Iſraelis.*

## SCHOLIA IN CAP. X.

1 Hebraiſmus, Et clangent cum illis, congregabitur, &c. id eſt, Quum illis tubis dabunt ſignum, conuenient ad te, &c. 2 capita millium Iſraelis. 3 Sin clanxeritis iubilationem, ideſt, Sin clãxeritis tubis vlulantibus vel iubilantibus, & cum iubilatione. Alij vertunt, taratantara. erat quidam clangor qui nos latet. 4 Cum clangetis tubis iubilationis ſecundo, proficiſcentur, &c. 5 Heb. iubilationem clangent ſecundum profectiones ſuas. vel, iubilum, inquam, quendam clangorẽ exprimẽt quoties erunt profecturi. 6 & non iubilabitis. 7 eruntque (ſubaudi, illæ tubæ) vobis in ſtatutum per generationes veſtras, quaſi dicat, ſoli ſacerdotes clangent illis tubis, quandiu vixeritis. 8 Hebraiſmus, Et quando venietis ad bellum, ideſt, cum eritis conflicturi. 9 opprimit vos. vel, affligit. 10 & ſeruabimini. 11 pacificis. 12 & erunt vobis in recordationem coram Deo veſtro, ideſt, efficient vt Dominus recordetur veſtri. 13 qui ſcilicet id dico vobis, & polliceor. 14 More Hebraico antecedens pro relatiuo poſuit, viceſima die eiuſdem. 15 per profectiones ſuas, ideſt, ſuo ordine, ſeruato ordine procedendi. 16 ſubſtititque. 17 vel, iuxta imperium Domini, ideſt, cum clangerent tubæ. 18 ideſt, Moſe indice, & internũtio. 19 Depoſitum autem fuerat tabernaculum. vel, Iam verò depoſitum fuerat tabernaculum. Antequam ſcilicet inciperẽt proficiſci. 20 ideſt, res ſacratiores, vt arcam federis, altare aureum, & candelabrum. 21 vel, erigebant autem tabernaculum (Meraritæ & Gerſonitæ qui præcedebant, in loco vbi nubes reſidebat,) donec venirent (filij Caath,) ſiue dum adhuc in itinere eſſent filij Caath, ſancta portantes: vt ſcilicet inuenirent tabernaculum paratum. 22 colligens omnia caſtra, ideſt, nouiſsimum omnium filiorum Iſrael, ſecum trahens reliquam partem caſtrorum. Hebraiſmus. 23 ideſt, Hoc ordine profecti ſunt filij Iſrael. 24 ac ſunt ita profecti. 25 Quidam dicunt hunc fuiſſe Iethro. 26 Alij vertunt, ſocerum. Varia eſt de hoc homine apud Hebræos opinio. 27 id eſt, particeps eris beneficiorum quæ accepturi ſumus à Domino. 28 ideſt, pollicitus eſt. 29 Heb. ad natiuitatem meam pergam. vel, ad cognationem meam. 30 quia reuera noſti nos habere caſtra in deſerto, & eſſe poteris nobis in oculos. In oculos eſſe alicui, eſt illius ducem eſſe. Alij vertunt, propterea quod noſti nos morari in deſerto, debes nobis eſſe ductor. 31 Heb. & euenerit nobis bonum illud quod facturus eſt nobis Dominus, tum benefaciemus tibi. 32 ideſt, ad explorandum locum in quo quieſcerent. 33 vel, dum diſcedebant à loco in quo fixerant tabernacula. 34 more ſcilicet ſtrenui & impigri militis, qui audita tuba ad arma exurgere ſolet. 35 vel, quieſcebat. ſub. arca. 36 vel, Da requiem (aut, Da ſedes quietas) myriadibus millium Iſrael, ideſt, multitudini Iſrael quæ prope infinita eſt.

## CAP. XI.

INterea ortum eſt murmur populi, quaſi dolẽtium pro 1
labore, contra Dominum. Quod cum audiſſet Domi-
nus, iratus eſt: & accenſus in eos ignis Domini deuora-
uit extremam caſtrorum partem. ¶ Cumque clamaſſet po 2
pulus ad Moyſen, orauit Moyſes ad Dominum, & abſor-
ptus eſt ignis. ¶ Vocauitque nomen loci illius Incenſio: eo 3
quòd ſuccenſus fuiſſet contra eos ignis Domini. ¶ Vulgus 4
quippe promiſcuum quod aſcenderat cum eis, flagrauit
deſyderio carnium, ſedens & flens, iunctis ſibi pariter fi-
lijs Iſrael, & ait, Quis dabit nobis ad veſcendum, carnes?
B ¶ Recordamur piſcium quos comedebamus in AEgypto 5
gratis: in mentem nobis veniunt cucumeres, & pepones,
porrique, & cepe, & allia. ¶ Anima noſtra arida eſt, nihil 6
aliud reſpiciunt oculi noſtri niſi Man. ¶ Erat autem Man 7
quaſi ſemen coriandri, coloris bdellij. ¶ Circuibatque 8
populus, & colligens illud, frangebat mola, ſiue terebat
in mortario, coquens in olla, & faciens ex eo tortulas ſa-
poris quaſi panis oleati. ¶ Cumque deſcenderet nocte ſu- 9
per caſtra ros, deſcendebat pariter & Man. ¶ Audiuit er- 10
go Moyſes flentem populum per familias, ſingulos per
oſtia tentorij ſui: iratuſque eſt furor Domini valde: ſed
& Moyſi intoleranda res viſa eſt. ¶ Et ait ad Dominum, 11
Cur afflixiſti ſeruum tuum? quare non inuenio gra-
C tiam coram te? & cur impoſuiſti pondus vniuerſi po-
puli huius ſuper me? ¶ Nunquid ego concepi omnem 12
hanc multitudinem, vel genui eam, vt dicas mihi, Por-
ta eos in ſinu tuo ſicut portare ſolet nutrix infantu-
lum, & defer in Terram pro qua iuraſti patribus eo-
rum? ¶ Vnde mihi carnes vt dem tantæ multitudini? flent 13

Murmurat populus ob laborem.

Punitur igne.

Exauditur Moyſes.

Optat carnes. 1.Cor.10.a.

Faſtidit Man. Exod.16.c. ſap.16.c. pſal.77.c. Iohan.6.d.

Murmuratio.

*COntigit autem, quũ populus moleſtiam & dolorem quendam cauſaretur, vt ea res diſpliceret in auribus Domini. Quũq; Dñs audiret, exarſit furor eius, & incẽſus eſt 2 ignis Dñi in eos, deuorauitq; 3 partẽ caſtrorũ. Et clamauit populus ad Moſen: orãte autẽ Moſe ad Dñm, 4 reſedit ignis. Et 5 vocatũ eſt nomẽ illius loci 6 Tabera, eo quòd ignis Domini in eos 7 deflagraſſet. Porrò vulgus promiſcuum quod erat inter eos, 8 concupiſcentia exarſerant, & auerſi ſunt, fleueruntque denuo: quin & filij Iſrael [concupierunt & fleuerunt] dicentes, Quis paſcet nos carnibus? In memoriam nobis redeunt piſces quos comedebamus in AEgypto 9 gratis, deinde & cucumeres, & pepones, porrum, cepe, & allia. Et nũc animus noſter 10 aret, 11 nihilque præter Man oculi noſtri [vident,] Erat autem Man quaſi ſemen coriandri, & 12 ſpecies eius quaſi ſpecies bdellij. Diffundebanturque populi colligentes & molentes in mola, aut conterentes in mortario, aut coquentes in olla, & facientes ex eo placentas, & erat ſapor eius, 13 quemadmodum ſapor placentarum oleo delibutarum. Et quum noctu ros deſcenderet ſuper caſtra, 14 deſcendebat Man quoque cum ipſo. Moſes verò audiuit populum 15 ſecundum familias ſuas flentem, quemq; ſcilicet in oſtio tabernaculi ſui: & ira Domini exarſit vehementer, 16 ſed & Moſi diſplicuit. Dixit ergo Moſes ad Dominum, Cur malo hoc multaſti ſeruum tuum? 17 cur verò coram te gratiam non impetro, quòd onus vniuerſi huius populi ſuper me ponis? Num ego concepi vniuerſum populum iſtum? num ego peperi eum, vt dicas ad me, Fer eum in ſinu tuo, quemadmodum geſtat nutritius infantem, in terram quam iuraſti patribus eius? Vnde mihi caro, vt dem vniuerſo populo huic, qui flent*

M coram

*eoram me,& dicunt,Da nobis carnes vt manducemus?* Ego *non potero ſolus ferre vniuerſum hunc populum,*18 *quia nimis grauis eſt mihi.*19 Quòd *ſi omnino ſic mecum agere[ſtatuiſti,]quæſo vt occidione me occidas, [ſi quidem gratiā apud te impetraui,]ne cogar videre malum meum.* Et *ait* Dominus *ad* Moſen,*congrega mihi ſeptuaginta viros ex ſenioribus Iſraelis,quos tu noſti eſſe ſenes in populo , deinde & præfectos eius,& adduc eos ad tentorium conſtitutionis,vt ſtent ibi tecum.*Ego *verò deſcendam,& loquar illic tecum,& de* 20 *Spiritu qui in te eſt,quadamtenus* 21 *ſegregabo,& ponam ſuper eos,vt ferant onus populi tecum,ne tu ſolus feras.*Ad *populum verò dices,*22 *Sanctificamini in craſtinum diem, & comedetis carnes:*23 *quia fletus veſter[venit]ad aures* Domini,*nempe quòd dixiſtis,Quis paſcet nos carnibus?*24 *bene fuit nobis in* AE*gypto:Dominus ergò dabit vobis carnes , & comedetis.* No*n die vno comedetis,neque duobus diebus , non quinq; diebus,neque decem diebus,ſed neque viginti diebus.*Qu*in* 25 *totum menſem,donec exeat[caro]è naribus veſtris,*26 *vt ſit vobis nauſea,eo quòd reſpueritis* Dominum *qui eſt in medio veſtri,& fleueritis coram eo dicentes , Cur ſic egreßi ſumus ex* AE*gypto?*Et *ait* Moſes,Populus,*in cuius medio ego ſum , ſexcenta millia peditum habet,& tu dicis,*Carnes *dabo eis,vt* 25 *toto menſe comedant.*Num *oues & boues mactabūtur eis,* 26 *vt ſufficiat eis?*27 *aut[fortaſſe]omnes piſces maris congregabuntur eis,qui ſufficiant eis?*Et *loquutus eſt* Dominus *ad* Mo*ſen,*Num 28 *manus* Domini 29 *breuis facta eſt?* 30 *videbis igitur an ſermo meus eueniat,an minus.*31 Eg*reſſus ergo* Mo*ſes,loquutus eſt ad populum verba* Domini*:congregauitque ſeptuaginta viros de ſenioribus populi,& collocauit eos per ambitum tentorij.*Et *deſcendit* Dominus *in nube, & loquutus eſt ad eum,&* 32 *quadamtenus ſegregauit de Spiritu qui erat ſuper eum,deditque ſeptuaginta ſenioribus viris : & contigit, quum* Spiritus *requieſceret ſuper eos,vt prophetarent,* 33 *& non ceſſarent.*R*emanſerant autem duo viri in caſtris , quorum prioris nomen erat* Eldad,*& alterius nomen* Medad*: requieuitq; & ſuper iſtos Spiritus:(hi* 34 *inter ſcriptos quidem erant,at non exierant ad tentorium,ſed prophetarunt in caſtris.)*P*uer ergo currens,nuntiauit Moſi, dicens , Eldad &* Medad *prophetant in caſtris.*Et *reſpondit* Iehoſua *filius* Nun *miniſter* Moſis,35 *vnus ex iuuenibus eius,& dixit* , Mi *domine* Moſes, 36 *coerce illos.*Moſes *autem reſpondit ei,* An *tu* Z*elaris pro me?*37 V*tinam vniuerſus populus*Domini *prophetent,& det* Dominus *Spiritum ſuum ſuper eos.* 38 I*ngreſſus eſt itaque* Moſes *in caſtra,ipſe & ſeniores* Iſrael.Et *profectus eſt ventus à* Domino,*qui* 39 *abripiens coturnices à mari,* 40 *diſiecit eas ad caſtra* 41 *circunquaque ſpatio itineris diurni,* 42 *ferè duobus cubitis in ſuperficie terræ.*Et *ſurgens populus, collegerunt toto illo die & tota nocte,toto denique ſequenti die coturnices:*43 *quique parum collegit,collegit decem homer: expanderuntque ſibi* 44 *expanſiones circum caſtra.* Carne *autem adhuc exiſtente inter dentes eorum,*45 *necdum contrita, exarſit furor* Domini *aduerſus populum,& percußit* Dominus *populum clade admodum magna.*46 Et *vocatum eſt nomen loci illius* Kibroth*-hataaſa:eo quòd ſepelierant illic populum cupiditate flagrantem.*Porrò *de* Kibroth*-hataaſa ſoluit populus, & [venit]in* Hazeroth,*manſeruntque in* Hazeroth.

14 contra me,dicētes,Da nobis carnes vt comedamus.¶Nō
poſſum ſolus ſuſtinere omnem hunc populum,quia gra-
15 uis eſt mihi.¶Sin aliter tibi videtur,obſecro vt interficias
me,& inueniam gratiam in oculis tuis , ne tantis afficiar
16 malis.¶Et dixit Dominus ad Moyſen,Congrega mihi ſe-
ptuaginta viros de ſenibus Iſrael,quos tu noſti quòd ſe-
nes populi ſint ac magiſtri:& duces eos ad oſtium taber-
17 naculi fœderis,facieſque ibi ſtare tecum,¶Vt deſcendam
& loquar tibi:& auferam de Spiritu tuo,tradamque eis,vt
ſuſtentent tecum onus populi , & non tu ſolus graueris.
18 ¶Populo quoque dices,Sanctificamini cras:"&comedetis
carnes.ego enim audiui vos dicere, Quis dabit nobis eſ-
cas carnium?bene nobis erat in AEgypto . Vt det vobis
19 Dominus carnes,& comedatis:¶nō vno die,nec duobus,
20 vel quinque aut decem,nec viginti quidem,¶Sed vſq; ad
menſem dierum,donec exeat per nares veſtras, & verta-
tur in nauſeam:eo quod repuleritis Dominum qui in me-
dio veſtri eſt,& fleueritis coram eo,dicētes,Quare egreſ-
21 ſi ſumus ex AEgypto,"vt periremus in ſolitudine?¶Et ait
Moyſes"ad Dominum,Sexcēta millia peditum huius po-
puli ſunt:& tu dicis,Dabo eis eſum carnium menſe inte-
22 gro?¶Nūquid ouium & boum multitudo cædetur, vt poſ
ſit ſufficere ad cibum?vel omnes piſces maris in vnū con
23 gregabuntur,vt eos ſatient?¶Cui reſpōdit Dominus,Nun
quid manus Domini inualida eſt?iam nunc videbis vtrū
24 meus ſermo opere compleatur.¶Venit igitur Moyſes, &
narrauit populo verba Domini, congregans ſeptuaginta
viros de ſenibus"Iſrael,quos ſtare fecit circa tabernaculū.
25 ¶Deſcenditque Dominus per nubem , & locutus eſt ad
eum,auferens de Spiritu qui erat in Moyſe,& dans ſeptua
ginta viris.Cumque requieuiſſet in eis Spiritus , prophe-
26 tauerunt,nec vltrà ceſſauerunt.¶Remanſerant autem in
caſtris duo viri,quorum vnus vocabatur Eldad , & alter
Medad,ſuper quos requieuit Spiritus.(nam & ipſi deſcri-
pti fuerant,& non exierant ad tabernaculum.) Cumque
27 prophetarent in caſtris,¶cucurrit puer,& nūtiauit Moyſi,
28 dicens,Eldad & Medad prophetant in caſtris.¶Statim Io
ſue filius Nun,miniſter Moyſi,& electus è pluribus , ait,
29 Dn̄e mi Moyſes prohibe eos.¶At ille, Quid,inquit,æmu-
laris pro me?quis tribuat vt omnis populus prophetet, &
30 det eis Dominus Spiritum ſuum?¶Reuerſuſq; eſt Moyſes,
31 & maiores natu Iſrael in caſtra. ¶ Ventus autem egrediēs
à Domino arreptas trans mare coturnices detulit , & de-
miſit in caſtra itinere quantum vno die confici poteſt, ex
omni parte caſtrorum per circuitum,volabantque in aere
32 duobus cubitis altitudine ſuper terram.¶Surgens ergo po
pulus toto die illo,& nocte,ac die altero,congregauit co-
turnicum multitudinem:qui parum,decem coros : & ſic-
33 cauerunt eas per gyrum caſtrorum.¶Adhuc carnes erant
in dentibus eorum,nec defecerat huiuſcemodi cibus : &
ecce furor Domini concitatus in populum,percuſſit eum
34 plaga magna nimis. ¶ Vocatuſque eſt ille locus , Se-
pulchra-concupiſcentiæ:ibi enim ſepelierunt populum
35 qui deſyderauerat"carnes. ¶ Egreſſi autem de Sepul-
chris-concupiſcentiæ , venerunt in Haſeroth, & manſe-
runt ibi.

On⁹ Moyſi partitur Deus in LXX ſeniores.

D

Spirit⁹ Moyſi.

Carnes promittit populo De⁹.

E

Iohan.6.b.

Eſa.59.a.

"populi,

Prophetant ſeniores,conſtituti à Deo principes populi cū Moſe.

F

Eldad & Medad prophetant in caſtris.

Moyſes optat omnes prophetare.

Pluit coturnices.Pſal.77.c.

G

Puniuntur carniuori.

Pſal.77.e.

## SCHOLIA IN CAP. XI.

1 Hebraiſmus,Et fuit populus ſicut iniuſte de aliquo conquerentes: & diſplicuit in auribus Domini,ideſt,Tunc populus ſimilis fuit ijs qui iniuſte cum aliquo expoſtulant,quaſi dicat,Tunc cœpit populus iniuſte expoſtulare cum Moyſe : quod grauate Dominus audiuit,tulitque ægrè. 2 ideſt,ignis à Deo miſſus. 3 extremum. 4 vel,extinctus eſt. 5 vocauit.ſubaudi,is qui vocauit. vel,qui nomen indidit,vocauit nomen, &c. Latini per paſsiuum, Hebræi per actiuum hoc dicendi genus exprimunt. 6 Id eſt, Incenſio,Latine. 7 accenſus fuiſſet. 8 Heb.flagrauit deſiderio, & auerſi ſunt,& fleuerunt:filij quoque Iſrael dicentes,&c.Hîc loquitur de externis & aduenis qui ſe adiunxerant populo Iſraelitico:qui animo ſuo defecerant à Deo & fleuerant:cum quibus & filij Iſrael dixerūt,&c. 9 q.d.vili pretio, & tanquam gratis. 10 ideſt,nos eſurimus. 11 Heb.non quicquam:(ſub.nobis)tantū ad Man ſunt oculi noſtri.q.d.omnibus rebus carem⁹ quę dictæ ſūt,& fame perim⁹:tantū modo expectam⁹ manna ꝙ De⁹ defert ad nos de cælo.



12 vel,color eius vt color bdellij,id eſt, Man album erat velut bdellium.De hoc manna habes quoque Exo.16.niſi quòd hîc additur,habēs ſpeciem bdellij:quod quidam gemmam albam eſſe dicunt,alij margaritum album.Cadebat nanque manna in modum minutiſsimorum granorum alborum,quæ tam cocta,quam incocta comedi poterant.quidam in mola terebant,alij in mortario tūdebant,alij iuxta ignem in pulmentum reſoluebant. 13 ſimilis ſapori olei ſuauiſsimi.vel,ſapori humoris olei. 14 vel deſcendere ſolebat Man ſuper eum.ſubaudi,rorem,ideſt,ſtatim poſt illum rorem deſcendere ſolebat Man. 15 per familias 16 ſed & in oculis Moſis fuit malum.Id eſt,hoc grauate vidit Moſes,quòd populus fleret. 17 & quare non inueni gratiam in oculis tuis , vt imponeres onus vniuerſi populi huius ſuper me?Id eſt, Cur non exaudiſti preces meas,cur tam infœlicem me feciſti , vt imponeres,&c. 18 quia grauior eſt me,ideſt,maior eſt prouincia,& grauior,quàm vt illam ſuſtinere poſsim,& illi ſatisfacere. 19 Quod ſi ſic tu facis mihi,quæſo vt interficiendo interficias me,ſi inueni gratiam in oculis tuis,& non videam infœlicitatem meam , quaſi dicat,Quòd ſi decreueris vt feram populū hunc,interfice me quęſo,ſi tibi ſum gratus;ne poſthac ſubeam hanc infelicitatem & calamitatem regendi populum tam rebellem. 20 vel, ſapientia quæ 21 capiam,auferam. 22 Id eſt,Date operam vt craſtina die omnes ſitis ſancti & mundi. 23 Hebraiſmus,fleuiſtis enim in auribus Domini,dicentes,ideſt,fleuiſtis audiente Domino,& dixiſtis,&c. 24 Hebraiſmus,quia meliùs erat nobis,&c.Id eſt,melius agebatur nobiſcum,fœliciores eramus quum adhuc eſſemus in AEgypto. 25 Hebraiſmus,vſque ad menſem dierum . Menſis dierum,pro menſe integro,more Hebraico dicitur. 26 & ſit vobis in nauſeam.vel,in rem abominabilem.Alij vertunt in diſperſionem,quaſi dicat,Ex naribus ſpargetis & flabitis carnes deuoratas.Chaldæus paraphraſtes vertit,in offendiculum. 27 an omnes piſces maris congregabuntur pro eis , & ſufficient illis,id eſt, Nunquid fieri poteſt vt oues & boues mactari poſsint in tanta multitudine,vt ſufficiant tantæ multitudini?quaſi dicat,fieri nō poteſt. Etiam piſces maris omnes congregati in vnum,non ſufficerent illis. 28 ideſt,potentia. 29 vel,abbreuiata eſt? ideſt, nunquid minor eſt,quàm quum omnia creauit ex nihilo? 30 ideſt, nunc experieris an præſtare poſsim quæ pollicitus ſum,annon. 31 Sub. de tabernaculo fœderis. 32 ſeparauit.vel,accepit 33 & non addiderunt,ideſt,non prophetauerunt vltra: nam tantum prophetarunt die illo. Chaldæus paraphra.ceſſarunt prophetare. 34 ideſt, deſcripti fuerant in albo ſeptuaginta ſeniorum , ſed non egreſsi fuerant de caſtris ad tabernaculum fœderis cum alijs. 35 vel, à pueritia ſua. 36 vel,prohibe eos. 37 He.& quis det,ideſt,Vtinā omnis populus prophetet. 38 Heb.Collegit itaque ſeſe,ideſt.Recepit ſeſe. 39 vel, auellens , ideſt,auolare faciens. 40 demiſit (ſub.illas)iuxta caſtra 41 Heb.itinere vnius diei hinc , & itinere vnius diei illinc,in circuitu caſtrorum. 42 .i.quæ ſe non attollebant altius terra duobus cubitis. 43 Heb. & diminuens (ideſt, qui pauciores collegit)congregauit decem cumulos. Subaudi, coturnicum. 44 Hebraiſmus,expandendo. ſubaudi , coturnices. Captas auiculas expanderunt per circuitum tabernaculorum , vt omnia loca plena auibus cernerentur,nutrientes illas donec maiorem partem deuorarunt. 45 vel,antequam confecta eſſet dentibus.46 Vocauitque nomen loci illius, kiberoth-hathaaua.i.Qui ei loco indidit nomen,vocauit,Sepulchra-concupiſcentiæ.

## CAP. XII.

Aaron & Maria murmurāt contra Moyſen.

Māſuetus Moyſes.

B

Increpat Deus Aarō & Mariā. Prophetis per ſomniū loquit̄ Deus.

Heb.3.a.

*&

C

Orat Aarō Moyſen pro Maria.

D

Orante Moyſe ſanatur Maria.

LOcutaque eſt Maria & Aaron contra Moyſen pro 1
pter vxorem eius AEthiopiſſam, ¶ & dixerunt, 2
Num per ſolum Moyſen locutus eſt Dominus?nō-
ne & nobis ſimiliter eſt locutus?¶ Quod cum audiſſet Do 3
minus,iratus eſt"valde.(Erat enim Moyſes vir mitiſsimus
ſuper omnes homines qui morabantur in terra.) ¶ Statim 4
locutus eſt Dominus ad eum,& ad Aaron & Mariā,Egre
dimini vos tantum tres ad tabernaculum fœderis.Cumq;
fuiſſent egreſsi,¶deſcēdit Dominus in columna nubis, & 5
ſtetit in introitu tabernaculi vocans Aaron & Mariā. Qui
cum iſſent,¶dixit ad eos,Audite ſermones meos , Siquis 6
fuerit inter vos propheta Domini,in viſione apparebo ei,
vel per ſomnium loquar ad illum. ¶ At non talis ſeruus 7
meus Moyſes , qui in omni domo mea fideliſsimus eſt.
¶Ore enim ad os loquor ei:*palàm,& non per ænigmata 8
& figuras Dominum videt.quare ergo non timuiſtis de-
trahere ſeruo meo Moyſi?¶Iratuſque contra eos , abijt. 9
¶ Nubes quoq; receſsit quæ erat ſuper tabernaculum : & 10
ecce Maria apparuit candens,lepra,quaſi nix . Cumque
reſpexiſſet eam Aaron,& vidiſſet perfuſam lepra,¶ait ad 11
Moyſen,Obſecro domine mi,ne imponas nobis hoc pec-
catum quod ſtultè commiſimus,¶ne fiat hæc quaſi mor- 12
tua,& vt abortiuum quod proijcitur de vulua matris ſuæ:
ecce iam medium carnis eius deuoratum eſt à lepra.¶Cla 13
mauitque Moyſes ad Dominum,dicens,Deus obſecro ſa
na eam.¶Cui reſpondit Dominus , Si pater eius ſpuiſſet 14
in faciem illius,nonne debuerat ſaltem ſeptem diebus ru-
bore ſuffundi?Separetur ſeptem diebus extra caſtra,& po
ſtea reuocabitur.¶Excluſa eſt itaque Maria extra caſtra 15
ſeptem diebus:& populus non eſt motus de loco illo do-
nec reuocata eſt Maria.

## CAP. XII.

L*Oquuta autem eſt* Maria *ſimulque* Aharon *contra* Moſen *propter mulierem illam* 1 *Cuſchitam quam duxerat:nam vxorem Cuſchitam duxerat* . *Dixerunt autem,*2 N*um verò duntaxat per* Moſen *loquutus eſt* Dominus*? an non etiā per nos loquutus eſt? &* 3 *audiuit* Dominus.(F*uit autem* Moſes 4 *modeſtißimus vir,ſupra omnes mortales qui fuerunt in orbe.*)Dixit *ergo ilico* Dominus *ad* Moſen,Aharo*nem,&* Mariam,Exite *vos tres ad tentorium* 5 *conſtitutionis. & illi tres egreßi ſunt.*Deſcenditque Dominus 6 *in columna nubis,&* 7 *ſtetit in oſtio tentorij , &* 8 *vocauit* Aharonem *&* Mariam,*exieruntque ambo illi .* Et *ait,*Audite *quæſo verba mea,*Si *fuerit* 9 *propheta* Domini *inter vos,*10 *per viſum me ei manifeſtabo,[aut]per ſomnium loquar* 11 *ei.*12 At *non ſic ſeruo meo* Moſi,*qui in tota domo mea fidelis eſt.*13 Ore *ad os loquar ei & viſione,ſed non in* 14 *ænigmatibus &* 15 *ſimulacro intuetur* Dominum*:*16 *& cur non veriti eſtis loqui contra ſeruum meum* Moſen?Et *excanduit* 17 *naſus* Domini *aduerſus eos,& abijt.*Et *nubes receßit* ∵ *à tentorio , & ecce* Ma*ria* 18 *leproſa fuit veluti nix : reſpexitque* Aharon Mariam, *& ecce erat leproſa.*Dixit *ergo* Aharon *ad* Moſen,Obſecro *domine,*19 *ne obtrudas nobis peccatum hoc, quod imprudenter auſi ſumus,& quod commiſimus:*20 Quæſo *ne iſta fiat quaſi mortuum quod egreditur de vtero matris ſuæ,& cuius caro ſerè conſumpta eſt . Clamauit itaque* Moſes *ad* Dominum,*dicens ,* O Deus *quæſo vt ſanes nunc eam.*Et *ait* Dominus *ad* Moſen,Si *pater eius* 21 *ſerio ſpuiſſet in faciem eius,annon ſeptem diebus pudore ſuffundi deberet ?* Concludatur *ſeptem diebus extra caſtra , & poſtea in cœtum recipiatur* . Con*cluſa igitur fuit* Maria *ſeptem dies extra caſtra , & populus non proficiſcebatur , donec* Maria *in eccleſiam* 22 *recolligeretur.*

## SCHOLIA IN CAP. XII.

1 Vel, AEthiopiſſam. Dicunt Hebræi hanc fuiſſe Sephorā quæ AEthiopiſſa dicitur,ꝙ Madianitarū terra vicina eſſet AEthiopiæ Oriētali:aut ꝙ ea referret nigredine AEthiopes : à qua abſtineret Moſes,nō ſanctimonię cauſa,ſed ꝙ ea nigredine eſſet:vel(vt alij volūt)vt fidelius in domo Dn̄i miniſtraret:ob idq; Mariā & Aaronē murmuraſſe. Alij dicūt ideo obloquutos,quòd tantus vir alienigenā duxiſſet in vxorē:& hæc potior videt̄ eſſe opinio.nā in Hebręo ſequitur,quod non legitur in Latinis codicibus, vxorē enim AEthiopiſſam acceperat.non debebat autem Moſes ducere vxorē alienigenam,contra morem Iſraelitarum. 2 q.d.Nunquid ſolus Moſes eſt propheta?nonne & nos quoque ſumus prophetæ? 3 Subaudi,oblocutionem illam.neque ea latuit Moſen. 4 vel, manſuetiſſimus,quaſi dicat,Oblocutio Mariæ & Aaron non latebat Moſen: verum ipſe tacebat,quod eſſet vir manſuetiſsimus,qui nulla re offenderetur. 5 fœderis.vel,conuentus. 6 ideſt,in nube,quæ ſpeciem habebat columnæ oblongæ. 7 ſubaudi,columna nubis. 8 ſubaudi, Dominus. 9 vel potius,propheta ex vobis,ego Domin⁹. 10 Subaudi,nocturnum,ideſt,in ecſtaſi. Dominus aliquando ap-

paret prophetis in ecſtaſi,aliquando per ſomnium & dormientibus,aliquando vigilantibus. 11 in eo.ſiue,per illum.aut,cum eo. 12 At non ſic ſeruus meus Moſes in tota domo mea fidelis,quaſi dic...,non eſt talis Moſes ſeruus meus omnium familiarum mearum fidelisſimus. 13 ideſt,Coram ſoleo illi loqui. 14 AEnigma vocat,quum vnum videtur,& aliud intelligitur. 15 vel,ſimilitudine,quaſi dicat,appareo illi vt ſum,vt apparere poſſum & ſoleo humanæ menti. 16 cur ergo. 17 furor,ideſt,vehementer iratus eſt. ∵ ideſt,ab oſtio tabernaculi:nubes enim ſemper erat ſuper tabernaculum. 18 vel,erat præ lepra vt nix.Subaudi, alba. 19 Hebraiſmus,ne ponas ſuper nos peccatum, (ideſt, ne imputes nobis hoc in peccatum,)quia ſtultè egimus & peccauim*, quaſi dicat,Fateor nos peccaſſe,ideo ignoſce nobis. 20 vel, Ne quæſo ſit ſicut abortiuum,cuius dimidium carnis eſt putrefactum dum egreditur de vulua matris ſuæ. 21 Hebraiſmus, ſpuendo ſpuiſſet,quaſi dicat,Si præ ira pater eius ſpuiſſet in faciem eius,non auderet accedere ad patrem ante ſeptem dies: quanto minus debet illa accedere ad me? 22 vel,reuocaretur.iterum rediret.

## CAP. XIII.

P1 Oſt hoc profectus eſt populus de HaZeroth,& caſtrametati ſunt in deſerto Paran.Et loquutus eſt Dñs ad Moſen,dicens,Mitte tibi viros qui explorent terram Chanaan,quam ego daturus ſum filijs Iſrael,ex ſingulis tribubus patrum ſuorum virum vnũ mittetis,2 nẽpe præcipuum quẽq; inter eos.Miſit itaq; eos Moſes de deſerto Paran iuxta os Domini:omnes illi primores fuerunt inter filios Iſrael. Hæc autem ſunt nomina eorum:de tribu Ruben, Sammua filius Zaccur. De tribu Simeon, Saphat filius Hori.De tribu Iuda, Caleb filius Iephunæ.De tribu Iſſchar,Igeal filius Ioſeph. De tribu Ephraim,Hoſea filius Nun.De tribu Beniamin,Palti filius Raphu.De tribu Zebulon, Gaddiel filius Sodi.De tribu Ioſeph, ex tribu ſcilicet Manaſſe,Gaddi filius Suſi.De tribu Dã,Ammiel filius Gemalli.De tribu Aſer,Sethur filius Michael.De tribu Naphtali,Nahbi filius Vophſi.De tribu Gad,Gehuel filius Machi.Hæc ſunt nomina virorum quos miſit Moſes vt explorarent terram:appellauitq; Moſes Hoſea filium Nun Iehoſua. Et amandans eos Moſes,vt terram Chanaan explorarent,dixit ad eos,Aſcendite hac Meridiem verſus, vt tranſcendatis montes.Conſiderabitis autem terram qualis ſit,& populũ qui in ea habitat,fortiſne ſit an debilis,exiguuſne ſit an multus. Qualis[inquam]ſit terra in qua ille habitat, bona an mala: quales deinde ciuitates in quibus ille[populus] habitat,in caſtriſne,an in munitis locis [habitent.] Qualis inquam ſit terra,pinguiſne an 3 macilẽta:arbores ſint in ea annon. 4 eſtote igitur fortes,& afferte de fructu illius regionis.erat enim tum tempus 5 quum præcoces eſſent vuæ.Aſcenderunt itaq;,& explorauerunt terrã à deſerto Zin vſque ad Rehob,6 vbi itur in Hamath.Et aſcendentes Meridiem verſus,& ⁒ venit ad Hebron,vbi erant Ahiman,Seſai & Talmai,7 filij Anac. Hebrõ autem extructa erat ſeptem annis ante Zoan [vrbẽ] AEgypti. Venerunt denique vſque 8 ad Torrentem-eſchol,inde decerpſerunt termitem 9 & botrum vuarum vnum,quem duo geſtarunt 10 vecte,[acceperunt]quoque de malogranatis & de ficubus.11 Vocatus autem eſt locus ille Torrẽs-eſchol, propter botrum illum,quem inde decerpſerant filij Iſrael.Reuerſi ſunt poſtquam terrã explorasſent quadraginta diebus exactis. Et euntes venerunt ad Moſen & ad Aharonem,atq; ad vniuerſum cœtum filiorum Iſrael in deſerto Paran in 12 Cades, 13 & retulerunt negotium,& vniuerſum teſtimonium,oſtẽdentes eis fructum illius regionis.Recenſenteſque 14 ei dixerunt, Venimus in regionem in quam nos miſiſti,& certe fluit lacte & melle,& hic eſt fructus eius:15 Cæterũ populus qui habitat in ea regione,robuſtus eſt, & vrbes munitæ & maximæ: quin & poſteros 16 Anac vidimus illic.Amalec habitat in ea regione ad Auſtrum,deinde & Hithæus,Iebuſæus atq; Amorrhæus habitat in montibus,Chananæus verò habitat ad Mare,& ad litus Iordanis.Caleb autem 17 cõpeſcuit populũ erga Moſen,& dixit,Omnino aſcendemus,& occupabimus eã:nã omnino obtinere eã poterimus.Viri autẽ qui cũ eo aſcenderãt dixerunt,Nequaquã poterimus aſcendere ad populum iſtum: quoniã robuſtior eſt nobis. 18 Et euulgarunt infamiam illius regionis quã explorauerãt,dixeruntq; ad filios Iſrael,Regio illa quã ad explorandã pertrãſiuimus,regio eſt quæ 19 deuorat habitatores ſuos,præterea vniuerſus populus quẽ vidimus in ea,homines ſunt 20 mõſtroſæ magnitudinis.Vidimus quoq; illic 21 Nephilim poſteros Anac de Nephilĩ,22 fuimuſq;,noſtro quidẽ iudicio,veluti locuſtæ,quĩ ſic quoq; fuim* illorũ iudicio.

## CAP. XIII.

Mittũtur exploratores ad Terram-Chanaan.

1 PRofectuſque eſt populus de Haſeroth,fixis tento-
2 rijs in deſerto Pharan. ♀ Ibique loquutus eſt Do-
3 minus ad Moyſen,dicens, ♀ Mitte viros qui conſi-
derent Terram-Chanaan,quam daturus ſum filijs Iſrael,
4 ſingulos de ſingulis tribubus , ex principibus. ♀ Fecit
Moyſes quod Dominus imperauerat,de deſerto Pharan
5 mittens principes viros, ♀ Quorum iſta ſunt nomina:de
6 tribu Ruben,Sammũa filium Zechur. ♀ De tribu Si- B
7 meon,Saphat filium Huri. ♀ De tribu Iuda,Caleb filium
8 Iephone. ♀ De tribu Iſſachar,Igal filium Ioſeph. ♀ De
9 tribu Ephraim, Oſee filium Nun. ♀De tribu Beniamin,
10 Phalti filium Raphu. ♀ De tribu Zabûlon , Geddiel fi-
11 lium Sodi. ♀ De tribu Ioſeph,ſceptri Manaſſe,Gaddi fi-
12 lium Suſi. ♀ De tribu Dan,Ammiel filium Gemalli. ♀De
13 tribu Aſer,Sthur filium Michael. ♀ De tribu Nephthali,
14 Nahabi filium Vapſi. ♀ De tribu Gad,Guel filium Ma-
15 chi. ♀ Hæc ſunt nomina virorum quos miſit Moyſes ad C
16 conſiderandam Terram:vocauitq; Oſee filium Nun,Io-
17 ſùe. ♀ Miſit ergo eos Moyſes ad conſiderandam Terrã-
18 Chanaan,& dixit ad eos,Aſcendite per Meridianam pla-
19 gam.Cumque veneritis ad montes, ♀ conſiderate Ter-
ram,qualis ſit:& populum qui habitator eſt eius,vtrũ for
20 tis ſit an infirmus,pauci numero an plures: ♀ Ipſa terra,
bona an mala:vrbes quales , muratæ , an abſque muris:
21 ♀ Humus,pinguis an ſterilis,nemoroſa an abſque arbo-
ribus.confortamini,& afferte nobis de fructibus Terræ.
erat autem tempus quando iam præcoquæ vuæ veſci poſ D
22 ſunt. ♀ Cũq; aſcẽdiſſent, explorauerũt Terrã à deſerto
23 Sin,vſque Rohob intrantibus Emath. ♀ Aſcenderunt-
que ad Meridiẽ,& venerunt in Hebron , vbi erant Achi-
man & Siſai & Tholmai filij enac. nam Hebron ſeptem
24 annis ante Tanim vrbẽ AEgypti condita eſt. ♀Pergẽteſ-
que vſque ad Torrentem-botri,abſciderunt palmitem cũ
vua ſua,quẽ portauerunt in vecte duo viri:de malis quo- E
25 que granatis & de ficis loci illius tulerunt, ♀ qui appel-
latus eſt Nehel-eſchol,id eſt Torrens-botri,eo quòd bo
26 trum portaſſent inde filij Iſrael. ♀ Reuerſique explora-
tores Terræ poſt quadraginta dies,omni regione circui-
27 ta, ♀ venerunt ad Moyſen & Aaron & ad omnem cœtũ
filiorum Iſrael in deſertum Pharan,quod eſt in Cades:lo-
cutique eis & omni multitudini oſtenderunt fructus Ter-
28 ræ. ♀ Et narrauerunt,dicentes,Venimus in Terram ad F
quam "miſiſtis nos,quæ re vera fluit lacte & melle, vt ex
29 his fructibus cognoſci poteſt: ♀ Sed cultores fortiſſimos
habet,& vrbes grandes * atque muratas:ſtirpem enac vi-
30 dimus ibi. ♀ Amalec habitat in Meridie,Hethæus & Ie-
buſæus & Amorrhæus in montanis:Chananæus verò mo
31 ratur iuxta Mare & circa fluenta Iordanis. ♀ Inter hæc
Caleb compeſcens murmur populi qui oriebatur con-
tra Moyſen,ait,Aſcendamus , & poſſideamus Terram: G
32 quoniam poterimus obtinere eam. ♀Alij verò qui fuerant
cum eo,dicebant,Nequaquam ad hunc populum vale-
33 mus aſcendere,quia fortior nobis eſt. ♀ Detraxerũtque
Terræ quam inſpexerant , apud filios Iſrael , dicentes,
Terra quam luſtrauimus , deuorat habitatores ſuos,
34 populus quem aſpeximus,proceræ ſtaturæ eſt. ♀ Ibi vi-
dimus monſtra quædam filiorum enac de genere gigan-
teo,quibus comparati,quaſi locuſtæ videbamur.

Oſee qui & Ioſue dicitur.

Deut.1.a.

Palmes cũ vuis ſuis à duobus viris portatur.

Reuerſi exploratores,laudant Terræ vbertatem.

"miſiſti (ſecunda ſing.

*nimis,

Caleb hortatur populum vt aſcendat in Chanaan:quem alij exploratores dehortãtur.

SCHO-



## SCHOLIA IN CAP. XIII.

1 .i.Exactis ſeptem illis diebus quibus Maria fuit recluſa. 2 vel, vnumquenque principẽ inter eos.i.quorum quiſque principatum obtineat inter eos. 3 macra.vel,ſterilis: 4 vel,eſtote forti animo. 5 Hebraiſmus,primitiarum vuæ,ideſt,tempus quo incipiebant matureſcere vuæ. 6 ingrediendo Emath.Vel,proficiſcendo ad Emath. ⁒ ſubaudi,Caleb.Vel potius eſt numeri enallage,pro venerunt. 7 vel,filij gigantum, ideſt,proceri admodũ. 8 vel,ad vallem Eſchol,ideſt,botri.Hoc dicitur per anticipationem:Ad vallem quæ poſtea dicta eſt Vallis-botri. 9 ET pro Id eſt,poſitum eſt,quaſi dicat,palmitem,id eſt botrum vuarum vnũ: hoc eſt,palmitem plenum vuis. 10 Vectem intelligit inſtrumentum factum ex duobus vectibus,paxillis tranſuerſim impactis. 11 Locum illum vocauit(ſubaudi,ille qui vocauit,ſiue nomen impoſuit)Nehel-eſchol,propter,&c. 12 hîc Cades , pro Cades-barnea poſitum eſt,Ioſue.14. 13 retuleruntque illis nuntium,& vniuerſo cœtui. 14 ſcilicet Moſi. 15 Certe.vel,At.aut, Niſi quod. 16 vel,gigantum.Aut,gigantes. 17 Hebraiſmus,tacere fecit populum ad Moſen,ideſt,tentauit Caleb compeſcere populum, & reddere eum attentum,dum loqueretur Moſes.Vel,tacere fecit populum iam obſtrepentem Moſi. 18 Hebraiſmus,Et protulerũt infamiam ipſi terræ quã explorauerant.i.mentiti ſunt in terrã,detraxerunt terræ. 19 Intellige,propter inſalubritatem aeris. 20 proceræ ſtaturæ. 21 vel,gigantes filios gigantis,(aut, gigantum) de genere giganteo. 22 Heb.& fuimus in oculis noſtris ſicut locuſtæ,& ſic eramus in oculis eorum.i.Cum eos videbamus,præ illis videbamur nobis locuſtæ:tales etiam illis videbamur.

## CAP. XIIII.

Popul⁹ flet,murmurat,ob exploratę Terrę deſperationem.

IGitur vociferans omnis turba fleuit nocte illa, ♀ & 1
murmurati ſunt contra Moyſen & Aaron cuncti fi- 2
lij Iſrael,dicentes , Vtinam mortui eſſemus in AEgy-
pto,& non in hac vaſta ſolitudine: ♀ vtinam pereamus, 3
Et non inducat nos Dominus in Terram iſtam, ne cada-
mus gladio , & vxores ac liberi noſtri ducantur captiui.
Nonne melius eſt reuerti in AEgyptum? ♀ Dixerunt- 4
que alter ad alterum,Conſtituamus nobis ducem , & re-
uertamur in AEgyptum. ♀ Quo audito Moyſes & Aa- 5
ron ceciderunt proni in terram coram omni multitudine
filiorum Iſrael. ♀ At verò Ioſùe filius Nun,& Caleb fi- 6
lius Iephone,qui & ipſi luſtrauerant Terram , ſciderunt
veſtimenta ſua, ♀ & ad omnem multitudinem filiorum 7
Iſrael locuti ſunt , Terra quam circuiuimus,valde bona
eſt. ♀ Si propitius fuerit Dominus,inducet nos in eam, 8
& tradet humum lacte & melle manantem. ♀ Nolite re- 9
belles eſſe contra Dominũ:neque timeatis populũ Terræ
huius,quia ſicut panem ita eos poſſumus deuorare. receſ-
ſit ab eis omne præſidium,Dominus nobiſcum eſt , noli-
te metuere. ♀ Cumque clamaret omnis multitudo,& la- 10
pidibus eos vellet opprimere,apparuit gloria Domini ſu-
per tectum fœderis cunctis videtibus filijs Iſrael.♀Et di- 11
xit Dominus ad Moyſen,Vſquequo detrahet mihi popu-
lus iſte?Quouſque non credent mihi in omnibus ſignis
quæ feci coram eis? ♀ Feriam igitur eos peſtilentia atq; 12
conſumam:te autem faciam principem ſuper gentem ma
gnam,& fortiorem quàm hæc eſt. ♀ Et ait Moyſes ad 13
Dominum,Vt audiant AEgyptij de quorum medio edu-
xiſti populum iſtum, ♀ & habitatores Terræ huius(qui 14
audierunt quòd tu Domine in populo iſto ſis,& facie vi-
dearis ad faciem,& nubes tua protegat illos , & in colũna
nubis præcedas eos per diem,& in columna ignis per no-
ctem:) ♀ Quòd occideris tantã multitudinẽ quaſi vnũ 15
hominẽ,& dicant, ♀ Non poterat introducere populum 16
in Terrã pro qua iurauerat:idcirco occîdit eos in ſolitu-
dine. ♀ Magnificetur ergo fortitudo Dñi ſicut iuraſti, 17
dicens, ♀ Dñs patiens & multę miſericordiæ , auferens 18
iniquitatẽ & ſcelera,nullũq; innoxiũ derelinquens,qui vi
ſitas peccata patrũ in filios in tertiam & quartam gene-
rationem. ♀ Dimitte obſecro peccatum populi tui hu- 19
ius ſecũdum magnitudinem miſericordiæ tuæ,ſicut pro-
pitius fuiſti egredientibus de AEgypto vſque ad locum
iſtum . ♀ Dixitque Dominus , Dimiſi iuxta verbum 20
tuum. ♀ Viuo ego:& implebitur gloria Domini vniuer- 21
ſa terra. ♀ Attamen omnes homines qui viderunt maie- 22
ſtatem meam,& ſigna quæ feci in AEgypto & in ſolitu-
dine,& tentauerunt me iam per decẽ vices,nec obedie-
runt voci meæ, ♀ Non videbunt Terram pro qua iuraui 23
patribus eorum,nec quiſquam ex illis qui detraxit mihi,
intuebitur eam. ♀ * Seruum meum Caleb qui ple- 24
nus alio ſpiritu ſecutus eſt me , inducam in terram
hanc quam circuiuit , & ſemen eius poſſidebit eam.

Caleb & Ioſue Terram laudãt, quos populus B vult lapidare.

Eccl.46.b. 1.Mach.2.f.

Iraſcitur Dominus in populum infidelem.

Oratio Moyſi vt populo C parcat Deus.

Exod.13.d.

Pſal.102.b.

D

Miſericordia Dei.

Exauditur Moyſes.

*Sed Ioſue.14.b.

Ipſi Caleb promittitur Chanaan.

## CAP. XIIII.

SVblata itaq; ac edita voce ſua vniuerſus cœtus populi fleuerunt 1 nocte illa.Et murmurãtes aduerſum Moſen & Aharonem vniuerſi filij Iſrael,dixerũt ad eos 2 vniuerſa ſcilicet de multitudine,Vtinã mortui eſſemus in terra AEgypti,aut in ſolitudine iſta mortui eſſemus. 3 Cur verò induxit nos Dñs in hanc terrã,vt gladio occumberemus, fierentq; vxores noſtræ & pubes noſtra præda? Annon præſtaret,vt reuerteremur in AEgyptũ?Et dixerunt alter ad alterum,Eligamus ducẽ,& reuertamur in AEgyptum.Ceciderunt autẽ Moſes & Aharõ in facies ſuas corã vniuerſo cœtu congregationis filiorũ Iſrael.Porrò Iehoſua filius Nun,& Caleb filius Iephunæ, qui fuerãt ex his qui terrã explorauerãt,ſciſſis veſtimẽtis ſuis,Dixerũt ad vniuerſum cœtũ filiorum Iſrael in hãc ſententiã,Regio iſta quã inueſtigandã pertranſiuimus,ſupra modũ bona regio eſt.4 Si Dñs voluerit nobis eſſe propitius,inducet nos in regionem illã,& dabit eam nobis,5 quæ regio affluit lacte & melle,6 Modo contra Dñm ne ſitis perfidi:vos verò ne formidetis populum illius regionis,7 quoniam cibus noſter erit, 8 vmbra eorum receſſit ab eis,nobiſcum verò eſt Dñs,ne igitur timueritis eos.Dixerunt verò 9 omnes qui erãt in cœtu illo,Obruantur hi lapidibus.Apparuit autẽ gloria Dñi in tentorio conſtitutionis corã omnibus filijs Iſrael.Et ait Dñs ad Moſen,Quouſq; populus iſte 10 me blaſphemat? quãdiu non credent mihi 11 in cunctis ſignis quæ feci inter eos?Percutiã eum peſte,12 & excindã eum,faciãq; te in gentẽ maiorẽ & robuſtiorem quàm ſit illa.Et dixit Moſes ad Dñm,13 At audient[hoc] AEgyptij: (nam in robore tuo eduxiſti populũ iſtum è medio eorũ) 14 Diceturq; hoc habitatoribus huius terræ,(15 audierunt enĩ quòd tu Dñs ſis in medio huius populi,& quòd tu,ô Dñe , oculo ad oculum appares,& quòd nũbes tua ſteterit ſupra eos,& quòd in columna nubis præceſſeris eos interdiu,in colũna ignis autem noctu.)Quòd ſi iſtum populum veluti hominem aliquem vnum interfeceris,dicent Gentes,quæ famam tuam audierũt, ſic,Non potuit Dominus populum iſtum introducere in iſtam regionem,quam iuramento pollicitus eſt eis,idcirco mactauit eos in deſerto.16 Magnificetur ergo [quæſo] robur Domini mei,quẽadmodum loquutus es,dicẽs, Dñs 17 longanimis eſt, & immenſæ bonitatis,condonans iniquitatem & tranſgreſſionem,18 at impunita minime dimittens,19 viſitans iniquitatem patrum in filijs & nepotibus 20 in tertijs & quartis.21 Propitius eſto quæſo iniquitati populi huius , iuxta magnitudinem bonitatis tuæ,ſicut condonaſti populo huic ex AEgypto vſque huc. Et ait Dominus, 22 Propitius factus ſum iuxta verbum tuum. Veruntamen 23 viuo ego, vniuerſa terra implebitur gloria Domini. 24 Etenim omnes viri qui viderunt gloriam meam & ſigna mea quæ feci in AEgypto,& in ſolitudine , & iam decies me tentauerunt , neque audierunt vocem meam , Non videbunt terram quam iurauit patribus eorum:ſed & omnes qui me irritãt,non videbunt eam. 25 Seruus autem meus Caleb 26 cum quo alius fuit ſpiritus , quique poſt me impleuit, illum introducam in terram in quam ipſe venit,& ſemen eius hæreditate capiet eam.

M 3 Quin

Quin & 27 Amalec & Chananæum, qui habitat in valle [hæreditate capiet.] cras ergo verſi, proficiſcimini in deſertum via maris carectoſi. Et loquutus eſt Domin⁹ ad Moſen & ad Aharonem in hanc ſententiam, 28 Quouſque tandem [feram] congregationem hanc peſſimam, quæ murmurat aduerſum me? Murmurationes filiorum Iſrael quibus ipſi murmurant contra me, 29 audiui. Dic ad eos, Viuo ego, dicit Dominus, ſi non, vt loquuti eſtis coram auribus meis, ſic facturus ſum vobis. In ſolitudine iſta corruent corpora veſtra, & omnes 30 cenſi veſtri iuxta omnem numerum veſtrum, ab eo qui viginti natus eſt annos & ſupra, 31 quicunque contra me murmuraſtis. 32 Nequaquam introibitis in terram cuius gratia 33 manū meā leuaui, vt collocarem vos in ea, præter Caleb filium Iephunæ, & Iehoſua filium Nun. Pubem quoque veſtram, de qua dixiſtis quòd prædæ futura ſit, hanc introducam, 34 ipſi quoq; agnoſcent terrā quam vos reſpuiſtis. Et cadauera 35 veſtra corruent in ſolitudine iſta. Porrò filij veſtri 36 paſcent in deſerto quadraginta annis, & ipſi 37 ferent ſcortationes veſtras, donec conſumantur corpora veſtra in deſerto. Pro numero dierum quibus exploraſtis terrā, nēpe quadraginta diebus, (diē pro anno [reputabo]) feretis iniquitatem veſtram quadraginta annis, 38 vt intelligatis prohibitionem meam. 39 Ego Dominus loquutus ſum, ſi non fecero iſtud vniuerſæ huic multitudini malæ, 40 quo conſpirant aduerſum me, in deſerto iſto cōſumentur, & illic morientur. Et viri quos miſit Moſes ad explorandum terram, quique reuerſi 41 occaſionem queritandi contra eum vniuerſæ multitudini præbuerunt, in hoc quòd infamiam terræ euulgantes obtruſerunt: Viri, inquam, tales qui euulgarunt infamiam malam huius terræ, 42 coram Domino ſubita internecione morientur. Iehoſua verò filius Nū, & Caleb filius Iephunæ, qui ex viris illis ſunt qui ierant exploratū terram, viuent. Et Moſes loquutus eſt verba iſta ad vniuerſos filios Iſrael, & luxit populus valde. Mane verò conſurgentes aſcenderunt in cacumen montis, dicentes, En præſto ſumus, aſcendemuſque ad eum locum de quo dixit Dominus: 43 nam peccauimus. Et ait Moſes, Quare ſic tranſgredimini verbum Domini? 44 non bene cedet. Ne aſcendatis: Dominus enim nō eſt in medio veſtri, ne corruatis coram hoſtibus veſtris. Nam Amalec & Chananæus ſunt illic ante vos, corruetiſque gladio, 45 eo quòd ſic à Domino defeceritis, nec aderit vobi Dominus. At illi 46 corroborantes ſe, aſcenderunt in cacumen montis: arca verò fœderis Domini & Moſes non mouerunt à medio caſtrorum. Deſcendens autem Amalec & Chananæus, qui habitabant in monte illo, percuſſerunt eos, atq; contriuerunt eos vſque in Horma.

25 ¶ Quoniam Amalecites & Chananæus habitant in val- E
libus, cras mouete caſtra, & reuertimini in ſolitudinem
26 per viam Maris-rubri. ¶ Locutuſque eſt Dominus ad Murmuratoribus
27 Moyſen & Aaron, dicens, ¶ Vſquequo multitudo hæc filijs Iſrael prędi
peſſima murmurat contra me? querelas filiorum Iſrael cit Deus interi-
28 audiui. ¶ Dic ergo eis, Viuo ego, ait Dominus: ſicut lo- tū in deſertis.
29 cuti eſtis audiente me, ſic faciam vobis, ¶ In ſolitudine
hac iacebunt cadauera veſtra: omnes qui numerati eſtis Pſal.105.e.
30 à viginti annis & ſuprà, & murmuraſtis contra me, ¶ non Deut.1.f.
intrabitis Terram ſuper quam leuaui manum meam vt
habitare vos facerem, præter Caleb filium Iephone, & Io Ioſue.3.c.d.
31 ſue filium Nun. ¶ Paruulos autem veſtros de quibus di-
xiſtis quòd prædæ hoſtibus forent, introducam: vt vi-
32 deant Terram quæ vobis diſplicuit. ¶ Veſtra cadauera
33 iacebunt in ſolitudine. ¶ Filij veſtri erunt vagi in deſer-
to annis quadraginta, & portabunt fornicationem veſtrā, Fornicatio.
34 donec conſumātur cadauera patrum in deſerto. ¶ Iuxta F
numerum quadraginta dierum quibus conſideraſtis Ter-
ram: (annus pro die imputabitur) & quadraginta annis re Pſal.94.d.
cipietis iniquitates veſtras, & ſcietis vltionem meam.
35 ¶ Quoniam ſicut locutus ſum, ita faciam omni multitu-
dini huic peſſimę quæ conſurrexit aduerſum me: in ſoli-
36 tudine hac deficiet & morietur. ¶ Igitur omnes viri quos
miſerat Moyſes ad contemplandam Terram, & qui re- Moriūtur exploratores, præter
uerſi murmurare fecerant contra eum omnem multitudi- Caleb & Ioſue.
37 nem, detrahentes Terræ quòd eſſet mala, ¶ mortui ſunt 1.Cor.10.b.
38 atque percuſſi in conſpectu Domini. ¶ Ioſue autem Heb.3.d.
filius Nun, & Caleb filius Iephone vixerunt ex om- Iudæ.1.b.
nibus qui perrexerant ad conſiderandam Terram.
39 ¶ Locutuſque eſt Moyſes vniuerſa verba hæc ad omnes G
40 filios Iſrael, & luxit populus nimis. ¶ Et ecce mane pri-
mo ſurgentes, aſcenderunt verticem montis, atque dixe-
runt, Parati ſumus aſcendere ad locum de quo Dominus
41 locutus eſt: quia peccauimus. ¶ Quibus Moyſes, Cur, Agnoſcit populus peccatū ſuū.
inquit, tranſgredimini verbum Domini, quod vobis non Populus iniuſſu
42 cedet in proſperum? ¶ Nolite aſcendere: non enim eſt Dei aſcendens
Dominus vobiſcum: ne corruatis coram inimicis veſtris. contra Amalec,
43 ¶ Amalecites & Chananæus ante vos ſunt, quorum gla- occiditur.
dio corruetis, eo quòd nolueritis acquieſcere Domino,
44 nec erit Dominus vobiſcum. ¶ At illi contenebrati aſ-
cenderunt in verticem montis: arca autem teſtamenti
45 Domini & Moyſes non receſſerunt de caſtris. ¶ Deſ-
cenditque Amalecites & Chananæus qui habitabat in
monte: & percutiens eos atque concidens, perſecutus eſt
eos vſque Horma.

## SCHOLIA IN CAP. XIIII.

1 Quæ ſcilicet inſequebatur eum diem. 2 vniuerſa multitudo. 3 vel ſic, Cur Dominus vult nos introducere in terram iſtam, vt cadamus gladio, & vxores noſtræ & paruuli noſtri veniāt in manus hoſtium? 4 Si complacitum fuerit Dn̄o in nobis. Si fauore ſuo proſequitur & amat nos. Aut SI per Quia vertendum, aut Certe, hoc modo, Quia amat nos plurimum, vel Certe bonam voluntatem habet erga nos, propterea inducet, &c. 5 ideſt, quæ abundat omnibus neceſſarijs ad victum. 6 Verūntamen aduerſus Dominum ne ſitis rebelles. 7 Hebraiſmus, vt panis noſter ſunt, ideſt, haud ſecus deuorabimus eos, & perdemus, atque deuoramus panem. 8 Vmbram pro præſidio accipit, quaſi dicat, carent omni præſidio. 9 omnis congregatio vt lapidarent eos lapidibus, ideſt, Tunc pronuntiauit omnis multitudo eos debere lapidari. 10 ad iracundiam prouocabit me? 11 Hebraiſmus, pro, cum tot ſigna fecerim coram eis? 12 & expellam eum: & faciā te in gentem magnam, & robuſtiorem eo, ideſt, efficiam vt ſoboles tua euadat in gentem maiorem & robuſtiorem gente Iſraelitica: vt numero & potentia vincant populum Iſraeliticum. Hebraiſmus. 13 Et audient AEgyptij, quaſi dicat, Si percuſſeris eos, male audies apud AEgyptios & alienigenas. Vel, Tu percuties, vt audiant AEgyptij. 14 Et dicent ſuper eos habitatoré terræ huius, ideſt, ſi percuſſeris incolas Terræ iſtius ſanctæ, dicēt alienigenæ ſiniſtra de eis, male loquētur, eos nēpe propter nequitiā ſuā à te perdi & occidi, & ſimilia. 15 vel, audierunt quod tu Dn̄e eras in medio populi iſtius, quodque oculo ad oculū conſpiciebaris Domine: & nubes tua ſtabat ſuper eos, & in colūna nubis ambulabas ante eos in die, & in columna ignis in nocte: attamen interfeceris populum iſtum tanquam virum vnum. Dicent etiam gentes quę audierint famam tuam, Propterea quod non poterat Do. &c. Oculo ad oculum conſpici à populo ſuo dicitur Deus, quando manifeſtiſſime apparet ei, & in viſione clara. Tanquam virum vnum populū interficere, eſt ad vnum interficere, ita vt ne vnus quidem remaneat 16 Nunc ergo magnificetur, &c. Deo loquitur in tertia perſona, more Hebraico, pro, Magnificetur quæſo fortitudo tua, ſicut dixiſti: Oſtende te talē qualē te aliquando eſſe dixiſti. 17 vel, tardus ad irā, ideſt, qui non ſtatim punit. 18 Heb. abſoluendoque non abſoluens. Subaudi, eos qui non reſipiſcunt, ideſt, qui non ſolet abſoluere non reſipiſcentes, ſed potius de eis pœnas ſumit. 19 ideſt, punis filios, ſi peccata patrū imitentur. 20 Heb. ſuper tertios & quartos. i. ſuper nepotes qui ſunt tertij à patre, & pronepotibus qui ſunt quarti à patre. 21 vel, Condona quæſo iniquitatē huic populo pro tua clementia, (ſiue miſericordia,) quēadmodū pepercisti populo iſti ab AEgypto. Vel, ab egreſſu de AEgypto. 22 Condonaui iuxta verbū tuū. i. vt petis. Vel, Propitius ero (ſiue Condonabo) huic populo vt poſtulas. 23 q. d. id eueniet quod ego dico; nempe omnes, &c. tunc glorificabor. 24 Quod. Iungitur præce-



dentibus, implebitur gloria Domini vniuerſa terra, quæ eſt quod omnes viri, &c. 25 At ſeruus meus. 26 propterea quod fuit ſpiritus alius cum eo, & impleuit poſt me, inducam, &c. ideſt, quoniam fuit alio animo erga me atque alij, & impleuit voluntatem meam ſequendo me, ego inducam, &c. 27 Hebraiſmus, Amalecitæ & Chananæi habitant in valle: (propterea) cras conuertimini. ſiue, referte pedē. In valle, inquit, habitant, ideſt, deliteſcunt in locis humilioribus vt inſidientur vobis. 28 vel, vſque quo (ſubaudi, propitius ero) congregationi iſti malæ. 29 ideſt, peruenerunt ad aures meas querelæ eorum. 30 numerati veſtri iuxta, &c. ideſt, quotquot ex vobis numerati ſunt. 31 propterea quod 32 Hebraiſmus, Si vos intrabitis, Subaudiendum, Iuro ego ſi vos intrabitis, &c. 33 in ſignum ſcilicet iuramenti. 34 & cognoſcent terram quam vos ſpreuiſtis. 35 Hebraiſmus, quæ veſtra ipſorum ſunt. 36 erunt paſtores, ideſt, more paſtorum vagabuntur. 37 ideſt, dabunt pœnas fornicationum veſtrarum, hoc eſt infidelitatis veſtræ qua defeciſtis à fiducia in Deum. 38 & cognoſcetis mendacium meum. Vel, fruſtrationem meam. ſiue, irritationem, ideſt, an ſermo meus mendax ſit: an verba mea irrita futura ſint, & fruſtra à me pronuntiata, & caſſa. 39 q. d. Ego Dominus qui omnia poſſum, dixi omnia hæc illis euentura: proculdubio ſic faciam eis vt dixi. 40 quæ congregata eſt. 41 murmurare fecerunt aduerſus eum (ideſt, Moſen) vniuerſam congregationem proferendo vituperium ſuper terram (vel, educendo famam malā ſuper terram, ideſt, detrahendo terræ.) Viri, inquam, tales qui protulerunt (de) terra famam malam, (ideſt, detraxerunt terræ,) corā, &c. 42 Hebraiſmus, in plaga coram Domino. Subaudi, mortui ſunt, ideſt, plaga à Deo immiſſa mortui ſunt. Hęc dicuntur per anticipationem, pro morientur. 43 renuendo ſcilicet aſcendere ad locum illum: pœnitetque nos non obtemperaſſe Domino. 44 & ipſa (aſcenſio) non proſperabitur. 45 Hebraiſmus, propterea quod auerſi eſtis à poſt Dominum, ideſt, ne ſequeremini Dominū, q. d. quia deſeruiſtis Dominum, ipſe deſeruit vos. 46 vel, receptis animis (aut, roboratis animis) aſcenderunt.

## CAP. XV.

Libaméta terrā ingreſſis offerēda.

LOcutus eſt Dominus ad Moyſen, dicens, ¶ Lo- 1
quere ad filios Iſrael, & dices ad eos, Cum in- 2
greſſi fueritis Terram habitationis veſtræ quam
ego dabo vobis, ¶ Et feceritis oblationem Domino in 3
holocauſtum aut victimam pacificam vota ſoluentes, vel
ſponte offerentes munera, aut in ſolennitatibus veſtris
adolentes odorem ſuauitatis Dn̄o, de bobus ſiue de oui-
bus: ¶ Offeret quicunque immolauerit victimam, ſacri- 4
ficium ſimilæ decimam partem ephi conſperſam oleo,
quod menſuram habebit quartam partem hin: ¶ Et vi- 5
num ad liba fundenda eiuſdem menſuræ dabit in holo-
cauſtum ſiue in victimam per agnos ſingulos, ¶ Et arie- 6
tes, erit ſacrificium ſimilæ duarum decimarum quæ con-
ſperſa ſit oleo tertiæ partis hin, ¶ & vinum ad libamen- 7
tum tertiæ partis eiuſdem menſuræ offeret in odorem
ſuauitatis Domino. ¶ Quando verò de bobus feceris ho- 8
B locauſtum aut hoſtiam, vt impleas votum vel pacificas
victimas, ¶ dabis per ſingulos boues ſimilæ tres deci- 9
mas conſperſæ oleo, quod habeat medium menſurę hin,
¶ Et vinum ad liba fundenda eiuſdem menſuræ in obla- 10
tionem ſuauiſſimi odoris Domino. ¶ Sic facies ¶ per 11
ſingulos boues & arietes & agnos & hœdos. ¶ Tam in- 12
digenæ quàm peregrini ¶ eodem ritu offerent ſacrificia. 13
¶ Vnum præceptum erit atque iudicium tam vobis quam 14
aduenis Terræ. ¶ Locutus eſt Dominus ad Moyſen, 15
dicens, ¶ Loquere filijs Iſrael, & dices ad eos, ¶ Cum 16
Primitiæ. veneritis in Terram quam dabo vobis, ¶ Et comederi- 17
tis de panibus regionis illius, ſeparabitis primitias Domi- 18
no. ¶ De cibis veſtris ſicut de areis primitias ſeparabi- 19
tis, ¶ ita & de pulmentis dabitis primitiua Domino. 20
Oblatio peccantis per ignorantiam. ¶ Quòd ſi per ignorantiam prætereritis quicquam ho- 21
rum quæ locutus eſt Dominus ad Moyſen, ¶ Et man- 22
dauit per eum ad vos, à die qua cœpit iubere & vltra, 23
C ¶ Oblitaque fuerit facere multitudo: offeret vitulum de 24
armento, holocauſtum in odorem ſuauiſſimum Domi-
no, & ſacrificium eius ac liba, vt ceremoniæ poſtulant,
hircumque pro peccato. ¶ Et rogabit ſacerdos pro om- 25
ni multitudine filiorum Iſrael: & dimittetur eis, quo-
niam non ſponte peccauerunt, nihilominus offe-
rentes incenſum Domino pro ſe & pro peccato at-
que errore ſuo. ¶ Et dimittetur vniuerſæ plebi filio- 26
rum Iſrael, & aduenis qui peregrinantur inter [a] eos:
quoniam culpa eſt omnis populi per ignorantiam.

[a] vos:

ET loquutus eſt Dominus ad Moſen in hanc ſententiam, Loquere ad filios Iſrael, & dic ad eos, Quum veneritis in terram 1 in qua habitabitis vos, quam ego do vobis, Volueritiſque Domino facere ſacrificium quod igne conſit, holocauſtum [ſcilicet] aut 2 victimā 3 ſingulare quoddā votū, 4 aut voluntarium, aut ſtatas ferias veſtras, vt faciatis ſcilicet odorem ſuaueolentem Domino de armentis aut pecoribus, 5 Afferat Domino, is qui adducit donum ſuum ſacrificium cibarium, nempe decimam partem ſimilaginis commixtam quarta parte hin olei, Sed & vinum pro libamine, quartam ſcilicet partem hin facias cum holocauſto aut victima, pro agno vno. Aut ad arietem facias ſacrificium cibarium duas decimas ſimilaginis, quæ conſperſæ ſint tertia parte hin olei. Vini verò pro libamine tertiam partem hin, afferaſque odorem ſuaueolentem Domino. Quando verò iuuencum feceris pro holocauſto, 6 aut pro ſingulari quodam voto, aut pro gratulatorijs Domino, afferas cum iuuenco ſacrificium cibarium tres decimas ſimilaginis conſperſas oleo, 7 dimidium videlicet hin. Vinum quoque afferas pro libamine, nempe dimidium hin, pro ſacrificio quod igne conſit in odorem ſuaueolentem Domino. Sic etiam fiet pro boue quolibet, aut pro agno ouium aut [hædo] caprarum, 8 iuxta numerum quem in [ſacrificijs] feceritis, iuxta eundem & in his facere debetis. Omnis indigena faciat iſta ſic, 9 vt afferat ſacrificium quod igne conſit in odorem ſuaueolentem Domino. Quòd ſi quiſpiam aduena apud vos commoratur, aut quicunque inter vos [nunc] fuerit, 10 etiam apud poſteros veſtros, qui facere voluerit 11 ſacrificium quod igne conſit, in odorem ſuaueolentem Domino, 12 is facere debet quemadmodum vos facitis. 13 Congregationi ritus idem, & vobis & aduenæ qui commoratur [vobiſcum,] ritus [inquam] perpetuus 14 poſteris veſtris fuerit coram Domino, idem ſcilicet & vobis & aduenæ. Lex eadem & ritus idem ſit vobis & aduenæ qui vobiſcum commoratur. Et loquutus eſt Dominus ad Moſen hiſce verbis, Loquere ad filios Iſrael, & dic ad eos, Quum veneritis in terram in quam ego vos introduco, Quum comederitis de panibus terræ, 15 tollendo in altum ſeparabitis Domino thruma, 16 Primam videlicet præcipuamque [partem] ex farina veſtra aquis conſperſa, & ſubacta in altum tollendo ſeparabitis thruma, placentam nempe, quemadmodum ex area ſeparando tollitis, ſic & illam ſeparabitis, De prima præcipuaq; [parte] farinæ veſtræ aquis conſperſæ dabitis thruma Domino apud poſteros veſtros. 17 Quòd ſi per incogitantiam aut errorem omnia iſta præcepta non feceritis quæ Dominus ad Moſen loquutus eſt, Omnia inquam quæ præcepit vobis Dn̄s per manum Moſis, ab eo ſcilicet die quo præcepit Dn̄s Moſi, & deinceps per poſteritates veſtras, 18 Si inquam cōtingat quòd à cōgregatione aliquid per incogitātiā aut errorē fieret, debet tota congregatio facere iuuencū vnum ad holocauſtum in odorem ſuaueolentem Domino, ſimiliter & ſacrificium eius cibarium, & libamen eius iuxta ritum, & hircum ex capris vnum pro peccati hoſtia. Expiabitq; ſacerdos vniuerſum cœtū filiorum Iſrael, & remittetur eis, quia ignorantia eſt, & ipſi adducent ſacrificium ſuum quod ſcilicet igne conſit Domino, hoſtiam quoque pro peccato ante conſpectum Domini pro ignorantia ſua. Et remittetur toti cœtui filiorum Iſrael, & etiam aduenæ qui inter vos commoratur: 19 quandoquidem totus populus in errore & incogitātia [inuoluitur.]

*Si autem anima aliqua vna peccauerit per ignorantiam errotemque, adducere debet capram anniculam pro hoſtia peccati. Et 20 expiabit ſacerdos animã tale, quæ errauit per ignorantiam, 21 hoſtia peccati quam [ſacrificat] pro ignorantia coram Domino, vt expiet eam, & remittetur ei. 22 Eadem lex erit vobis, ſi quid per ignorantiam aut errorem committitur, tam indigenæ qui de filijs eſt Iſrael, quam aduenæ qui commoratur inter vos. Anima vero quæ aliquid fecerit 23 elata manu, ſiue ex indigenis fuerit, ſiue ex aduenis, excindetur anima huiuſmodi e medio populi ſui, quia 24 blaſphemauit Dominum. Nam verbum Domini ſpreuit, & præceptum eius irritum fecit: omnino ergo excindi debet huiuſmodi anima, 25 manebitque iniquitas eius ſuper eam. Quum verò filij Iſrael eſſent in deſerto, inuenerunt virum quendam colligentem 26 ligna die ſabbati. Qui verò eum ligna colligetem inuenerunt, duxerunt eum ad Moſen & Aharonem, atque ad vniuerſum cœtum. Et poſuerunt eum in carcerem, quoniam non erat 27 expreſſum quid faciendum eſſet ei. Dixit ergo Dominus ad Moſen, Morte multetur vir talis, obruatque eum vniuerſus cœtus filiorum Iſrael lapidibus extra caſtra. Eduxit itaque eum vniuerſa multitudo extra caſtra, & obruerunt eum lapidibus, & mortuus eſt, quemadmodum præceperat Dominus Moſi. Et ait Dominus ad Moſen, dicens, Loquere ad filios Iſrael, & dic ad eos vt faciant ſibi fimbriam in 28 alis veſtimẽtorum ſuorum 29 apud poſteros ſuos, ponantq́; 30 ſuper alarum fimbriã 31 vittam hyacinthinam, Eritque 32 in fimbriam, 33 & videbitis eam, & memores eritis omnium præceptorum Domini, & facietis ea, neque 34 peruestigetis poſt cor veſtrum, aut poſt oculos veſtros poſt quos ſcortari ſoletis: Quin memores ſitis, & faciatis omnia præcepta mea, eritiſque ſancti Deo veſtro. Ego Dominus Deus veſter, qui eduxi vos de terra AEgypti, vt eſſem vobis Deus. ego Dominus Deus veſter.*

27 ¶ Quòd ſi anima vnà neſciens peccauerit, offeret capram
28 anniculam pro peccato ſuo: ¶ & deprecabitur pro ea ſa-
cerdos, quòd inſcia peccauerit, coram Domino: impetra-
29 bitque ei veniam, & dimittetur illi. ¶ Tam indigenis quã
aduenis vna lex erit omnium qui peccauerint ignoran-
30 tes. ¶ Anima verò quæ per ſuperbiam aliquid commi-
ſerit, ſiue ciuis ſit ille, ſiue peregrinus: quoniam aduerſus
31 Dominum rebellis fuit, peribit de populo ſuo. ¶ Ver-
bum enim Domini contempſit, & præceptum illius fecit
irritum: idcirco delebitur, & portabit iniquitatem ſuam.
32 ¶ Factum eſt autem: cum eſſent filij Iſrael in ſolitudine,
& inueniſſent hominem colligentem ligna in die Sabba-
33 thi, ¶ obtulerunt eum Moyſi & Aaron & vniuerſæ mul
34 titudini. ¶ Qui recluſerunt eum in carcerem, neſcientes
35 quid ſuper eo facere deberent. ¶ Dixitque Dominus ad
Moyſen, Morte moriatur homo iſte, obruat eum lapidi-
36 bus omnis turba extra caſtra. ¶ Cumque eduxiſſent eum
foras, obruerunt eum lapidibus, & mortuus eſt ſicut præ-
37 ceperat Dominus. ¶ Dixit quoque Dominus ad Moy-
38 ſen, ¶ Loquere filijs Iſrael, & dices ad eos vt faciant ſi-
bi fimbrias per angulos palliorum, ponentes in eis vittas
39 hyacinthinas: ¶ Quas cum viderint, recordentur om-
nium mandatorum Domini, nec ſequantur cogitationes
40 ſuas & oculos per res varias fornicantes, ¶ ſed magis
memores præceptorum Domini faciant ea, ſintque ſan-
41 cti Deo ſuo. ¶ Ego Dominus Deus veſter, qui eduxi vos
de Terra-AEgypti, vt eſſem Deus veſter.

Pœna per ſuperbiam peccantis.

D

Lapidatur qui colligit ligna in Sabbatho.

Fimbriæ per angulos veſtimentorum.
Deut.22.b.
Matth.23.a.
Fornicatio.
Sancti.

## SCHOLIA IN CAP. XV.

1 Heb. habitationũ veſtrarum.i.in qua habitaturi eſtis. 2 ſcilicet pacificam. 3 ad perſoluendũ votum, 4 Heb. aut in oblatione ſpontanea. vel, aut mera liberalitate, 5 (Tunc) offeret qui offerre volet, oblationem ſuam Domino, pro munere, (vel, in munus,) ſimilæ decimam partem miſtã in quarta parte hin olei. Et vini pro libamine quartã partem hin offeres cũ holocauſto ipſo, aut cũ victima pacificorũ, pro agno vno, (ideſt, ſi offeratur agnus.) Aut pro ariete (ideſt, ſi offeratur aries) offeres in munus, ſimilę duas decimas, quæ conſperſa ſit tertia parte hin olei. Et vini pro libamine tertiam partẽ hin, offeres in odorem ſuauiſſimum Domino. Quãdo, &c. 6 aut ſacrificiũ vt ſoluas votũ, aut pacificam hoſtiam. 7 Heb. (in) dimidio hin.i.in media parte menſuræ quæ dicitur hin. 8 iuxta numerũ quem ſacrificabitis, ſic facietis vni, ſecundum numerũ eorũ. vel, pro numero quem ſacrificabitis, iſta obſeruabũtur à vobis per ſingula, pro ratione eorũ ex quibus fiũt munera & libamina.i.erit proportio ſacrificiorum, & munerum, & libaminum. Quidam vertunt, Qualem numerũ in his feceris, talẽ quoq; numerũ facies in illis. q.d. Tot munera, ſiue oblationes ex ſimila, totq́; libamina, quæ ex vino fiebant, offeretis Domino, quot pecora ſacrificabitis: nullum ſacrificium pecorum fiet ſine munere.i. ſine oblatione minha, & libatione vini. 9 vel, dum offeret incenſum odoris quietis Domino, ideſt, incenſum gratiſſimũ. 10 Hebraiſmus, per generationes (vel, ætates) veſtras, ideſt, quibus temporibus contigerit vos viuere. 11 Heb. incenſum odoris quietis Domino. 12 vel, vt facere tenebimini, ſic faciet. 13 O congregatio. 14 Heb. per generationes veſtras: ſicut vos, ſic & peregrinus erit coram Domino.i. ritus idẽ erit vobis & poſteris veſtris: quales eſtis, talis erit & aduena. 15 offeretis oblationem Domino. 16 De primitijs farinæ veſtræ ſubactæ placentam offeretis in oblationem: ſicut oblationem areæ ſic offeretis eam. De primitijs inquam farinarum veſtrarũ aqua ſubactarũ dabitis Domino oblationẽ per generationes veſtras.i. Placentam de primitijs panum veſtrorum offeretis Domino in oblationẽ, ſicut offerre ſoletis oblationem iam collectis frugibus, & tritico iã repurgato & collecto in area. De primitijs inquã panis veſtri dabitis Domino oblationẽ temporibus veſtris. 17 Heb. Cũq; errauerítis, & omnia, &c. 18 Heb. Si ab oculis congregationis factũ aliquid fuerit per errorẽ: vniuerſa multitudo faciet iuuencũ, &c.i. Si multitudine nõ animaduertẽte aliquid factũ fuerit per ignorãtiam, multitudo offeret, &c. Hæc omnia tractantur in principio quarti capitis Leuitici. 19 quoniã ad vniuerſum populũ pertinet peccatu admiſſum per ignorantiam. 20 Vox Hebræa CHIPER, pro qua nõnulli vertut Deprecari & rogare: ſignificat expiare ſiue purgare, oblata Deo hoſtia. i. remouere irã Dei à peccatore, Deũ peccatori placare, & ei veniã ab eo impetrare ſacrificijs, quæ Chriſtũ præfigurabãt: ne ipſe peccatori imputet peccata. Erat aũt ſacerdotis impetrare veniã populo, quod Chriſti typũ gereret veri pacatoris. 21 vel, cũ peccauerit per errorẽ corã Domino, ad expiandã eam. 22 Indigenæ ex filijs Iſrael, & peregrino habitanti inter illos, ceremoniæ eædem erunt ei qui fecerit peccatũ aliquod per errorẽ. Vel, per ignorantiã. 23 vel, in manu excelſa.i. per ſuperbiã, arroganter, & ſuperbe. 24 vel, probris affecit 25 iniquitas eius erit ſuper eam. Subaudi, animam, ideſt, dabit pœnas pro iniquitate ſua quam admiſit. 26 Ligna vocat fragmenta lignea, quæ colligebat vt accenderet ignem 27 vel, certum 28 ſiue, angulis 29 Hebraiſmus, per generationes ſuas, ideſt, ſuis temporibus, quandiu vixerint. 30 ſuper fimbrias angulorum. 31 vel, vittam coloris cæleſtis. Cælum rubens accedit ad colorem hyacinthi. Vox Hebræa PETHIL, pro qua vertunt filum, ſiue vittam, idem ſignificat quod GVEDIL, Deute. 22. erat autem filum intortum dependens à fimbria alarum veſtimenti. 32 ideſt, vice fimbriæ. 33 vel, vt quum videritis eam, memores ſitis omnium præceptorum Domini, vt faciatis. 34 aſpiciatis poſt cor veſtrum, & poſt oculos veſtros, poſt quos vos fornicamini: Vt recordemini, & faciatis omnia præcepta mea, & ſitis ſancti, &c. ideſt, vt pie colatis Deum. Aſpicere poſt cor ſuũ, & poſt oculos ſuos, eſt ſequi cogitationes cordis ſui, & concupiſcentiã oculorum ſuorum. Poſt quos fornicamini, ideſt, quos ſequentes, aberratis à præceptis Dei.

## CAP. XVI.

*CORah autem filius Iitzhar filij Cahath filij Leui, & Dathan atque Abiram filij Eliab, ſed & On filius Peleth de filijs Ruben, 2 inſurrexerunt 3 contra Moſen, vna cum alijs viris de filijs Iſrael ducentis & quinquaginta,*

## CAP. XVI.

1 ECce autem Core filius Iſaar, filij Cahath, filij Leui,
& Dathan atque Abîron filij Eliab, Hon quoque
2 filius Pheleth de filijs Ruben, ¶ ſurrexerunt con-
tra Moyſen, alijq́ue filiorum Iſrael ducenti quinquaginta

Rebellio Core, Dathã, & Abiron.
eccl.45.c.Iude.1.d.1.Cor.10.b.

viri



viri proceres ſynagogæ, & qui tempore conſilij per no-
3 mina vocabantur. ¶ Cumque ſtetiſſent aduerſum Moy-
ſen & Aaron, dixerunt, Sufficiat vobis, quia omnis multi
tudo ſanctorum eſt, & in ipſis eſt Dominus: cur eleuami-
4 ni ſuper populum Domini? ¶ Quod cum audiſſet Moy-
5 ſes, cecidit pronus in faciem: ¶ Locutuſque ad Core &
ad omnem multitudinem, Mane, inquit, notum faciet Do
minus qui ad ſe pertineant, & ſanctos applicabit ſibi, &
6 quos elegerit, appropinquabunt ei. ¶ Hoc igitur facite,
Tollat vnuſquiſque thuribula ſua, tu Core & omne con-
7 cilium tuum: ¶ Et hauſto cras igne ponite deſuper thy-
miama coram Domino: & quẽcunque elegerit, ipſe erit
8 ſanctus. multum erigimini filij Leui. ¶ Dixitque rur-
9 ſum ad Core, Audite filij Leui, ¶ Num parum vobis eſt
quòd ſeparauit vos Deus Iſrael ab omni populo, & iun-
xit ſibi, vt ſeruiretis ei in cultu tabernaculi, & ſtaretis co-
10 ram frequentia populi, & miniſtraretis ei? ¶ Idcirco ad
ſe fecit accedere te & omnes fratres tuos filios Leui, vt
11 vobis etiam ſacerdotium vendicetis, ¶ & omnis globus
tuus ſtet contra Dominum? quis eſt enim Aaron vt mur-
12 muretis contra eum? ¶ Miſit ergo Moyſes vt vocaret
Dathan & Abîron filios Eliab. Qui reſponderunt, Non
13 venîmus. ¶ nunquid parum eſt tibi quòd eduxiſti nos
de Terra AEgypti quæ lacte & melle manabat, vt occi-
14 deres in deſerto, niſi & dominatus fueris noſtri? ¶ Reue
ra induxiſti nos in terram quæ fluit riuis lactis & mellis,
& dediſti nobis poſſeſſiones agrorum & vinearum? an &
15 oculos noſtros vis eruere? non venîmus. ¶ Iratuſque
Moyſes valde, ait ad Dominum, Ne reſpicias ſacrificia
eorum: tu ſcis quòd nec aſellum quidem vnquam accepe
16 rim ab eis, nec afflixerim quempiam eorum. ¶ Dixitq;
ad Core, Tu, & omnis congregatio tua ſtate ſeorſum co-
17 ram Domino, & Aaron die craſtino ſeparatim. ¶ Tolli-
te ſinguli thuribula veſtra, & ponite ſuper ea incenſum,
offerentes Domino, ducenta quinquaginta thuribula,
18 Aaron quoque teneat thuribulum ſuum. ¶ Quod cum
19 feciſſent, ſtantibus Moyſe & Aaron, ¶ & coaceruaſſent
aduerſum eos omnem multitudinem ad oſtium taberna-
20 culi, apparuit cunctis gloria Domini. ¶ Locutuſque Do-
21 minus ad Moyſen & Aaron, ait, ¶ Separamini de me-
dio congregationis huius, vt eos repente diſperdam.
22 ¶ Qui ceciderunt proni in faciem, atque dixerunt, For-
tiſſime Deus ſpirituum vniuerſæ carnis, num vno pec-
23 cante, contra omnes ira tua deſæuiet? ¶ Et ait Domi-
24 nus ad Moyſen, ¶ Præcipe vniuerſo populo vt ſepare-
25 tur à tabernaculis Core & Dathan & Abîrõ. ¶ Surre-
xitque Moyſes, & abijt ad Dathan & Abîrõ: & ſequenti-
26 bus eum ſenioribus Iſrael, ¶ dixit ad turbam, Recedite
à tabernaculis hominum * impiorum, & nolite tangere
quæ ad eos pertinent, ne inuoluamini in peccatis eorum.
27 ¶ Cumque receſſiſſent à tentorijs eorum per circuitum,
Dathan & Abîron egreſſi ſtabant in introitu papilionũ
ſuorum cum vxoribus & liberis, omnique frequentia.
28 ¶ Et ait Moyſes, In hoc ſcietis quòd Dominus miſerit
me vt facerem vniuerſa quæ cernitis, & non ex proprio
29 ea corde protulerim: ¶ Si conſueta hominum morte in-
terierint, & viſitauerit eos plaga, qua & cæteri viſitari ſo
30 lent: non miſit me Dominus. ¶ Si autem nouam rem
fecerit Dominus, vt aperiens terra os ſuum deglutiat eos
& omnia quæ ad illos pertinent, deſcenderintque viuen-
tes in infernum: ſcietis quòd blaſphemauerint Dominũ.
31 ¶ Confeſtim igitur vt ceſſauit loqui, dirupta eſt terra ſub
32 pedibus eorum: ¶ Et aperiens os ſuum deuorauit illos
33 cum tabernaculis ſuis & vniuerſa ſubſtantia eorum. ¶ De
ſcenderuntque viui in infernum operti humo, & perie-
34 runt de medio multitudinis. ¶ At verò omnis Iſrael qui
ſtabat per gyrum, fugit à clamore per circuitũ, dicens,
35 Ne fortè & nos terra deglutiat. ¶ Sed & ignis egreſſus
à Domino interfecit ducentos quinquaginta viros qui

B
Moyſes increpat Core.

C
Orat Moyſes contra Core & reliquos.

D
Oratio Moyſi.

Separatur populus à tabernaculis Core.

* iſtorum

Miſſus Moyſes.

E

Core cũ cohorte perit.
pſa.105.b.
deut.11.a.

Igne interficiũtur.250.

*qui principes erãt 4 ſynagogæ, viri nobiles, qui ſtatis [tẽporib[9] in cõcionẽ] vocabãtur. Cõgregatiq́; ſunt aduerſus Moſen & aduerſus Aharonẽ, & dixerũt ad eos, 5 Sat ſuperq́; vobis: quoniã 6 vniuerſi in cœtu ſancti ſunt, & Dñs eſt in medio eorũ, cur efferimini ſuper cõgregationẽ Dñi? Audiẽs [hoc] Moſes, cecidit in faciẽ ſuã, Et loquutus eſt ad Corah & ad omnẽ cœtũ eius, dicẽs, 7 Mane notũ faciet Dñs qui ſint eius, 8 quis ſanctus ſit, & quis ad eũ accedere debeat, quemq́; ſibi elegerit qui ad ipſum accedat. Hoc facite, Accipite vobis acerras, tã Corah quàm vniuerſus cœtus eius, Et ponite in eas ignẽ, imponiteq́; eis cras ſuffitũ aromaticũ corã Dño, eritq́; vir ille quẽ elegerit Dñs, ſanctus: 9 nimiũ vobis [ſumitis] filij Leui. Et dixit Moſes ad Corah, Auſcultate quæſo filij Leui, An parũ hoc vobis eſt, quod Deus Iſrael ſegregauit vos e cõgregatiõe Iſrael, vt adiũgeret vos ſibi, vt exequeremini miniſteriũ tabernaculi Dñi, & vt ſtaretis corã cœtu, & miniſtraretis 10 eis? Adiũxit (inquã) te & omnes fratres tuos Leui tecũ, 11 inſuper & ſacerdotiũ affectatis? Ob hãc enim cauſam tu & omnis cœtus tuus cõſpiratis aduerſus Dñm: Aharõ vero 12 quis eſt, quod cõtra eũ murmuratis? Miſit autẽ Moſes, & vocauit Dathã & Abirã filios Eliab: qui dixerũt, Nõ 13 aſcẽdemus. An parũ eſt quod effeciſti vt aſcẽderemus nos è terra, quæ affluit lacte & melle, vt interficeres nos in deſerto, 14 niſi & imperiũ ac tyrannidẽ tibi in nos ſumeres? Præterea 15 nũ induxiſti nos in terrã quæ lacte & melle affluit? 16 nũ dediſti nobis hæreditatẽ agrorũ & vinearũ? 17 an viris illis oculos excæcabis? nõ aſcẽdemus. Excãduit autẽ Moſes valde, & dixit ad Dñm, Ne reſpicias 18 ad eorũ ſacrificiũ cibariũ, ne aſinũ quidẽ ab eis accepi, nec quenquã illorũ læſi. Et dixit Moſes ad Corah, Tu & omnis cõgregatio tua adeſte corã Dño, tu inquã & illi, atq́; Aharõ, idque cras. Et accipite quiſq́; acerrã ſuã, & imponite eis incenſum, & offerte corã Dño, 19 quiſq́; ex ducẽtis & quinquaginta acerra ſua: 20 tu quoq́; Aharõ, quiſq́; habeat ſuam acerrã. Et acceperũt quiſq́; acerram ſuam, & impoſuerunt eis ignem, deinde & incẽſum eis impoſuerũt, & ſteterũt ad oſtiũ tentorij cõſtitutionis, 21 vnà cũ Moſe & Aharone. 22 Congregauit quoq́; ad eos Corah omnẽ cœtũ ad oſtiũ tentorij cõſtitutionis, viſaq́; eſt gloria Dñi vniuerſæ multitudini. Loquutus eſt autẽ Dñs ad Moſen & ad Aharonẽ hiſce verbis, Separamini è medio cõgregationis huius, vt conſumã eos ilico. Qui procidẽtes in facies ſuas dixerũt, Fortis Deus ſpirituũ vniuerſæ carnis, nũ ſi vnus aliquis peccauerit, aduerſus totũ cœtũ indignaberis? Et loquutus eſt Dominus ad Moſen, dicẽs, Loquere ad multitudinẽ, & dic, 23 Agite procul circũquaq́; à tabernaculo Corah, Dathã & Abirã. Surgẽs itaq́; Moſes, iuit ad Dathã & Abirã, eumq́; ſequuti ſunt ſeniores Iſraelis, loquutuſq́; eſt ad cœtũ, dicẽs, Recedite quæſo à tẽtorijs virorum iſtorum impiorum, & nolite tãgere quidquã quod eorũ eſt, 24 ne fortè cõſumamini in vniuerſo peccato eorũ. Separati itaq́; ſunt de tabernaculo Corah, Dathã & Abirã circũquaq́;. Dathã vero & Abiram egreſſi, ſteterũt in oſtio tẽtoriorũ ſuorũ, cũ vxorib[9] ſuis, liberis ſuis, 25 & pube ſua. Et dixit Moſes, In hoc cognoſcetis quod Dñs miſerit me, vt facerẽ cuncta iſta opera, 26 neq́; ex corde meo. Si morientur iſti morte qua ſolẽt vniuerſi homines, 27 viſitẽturq́; viſitatione vniuerſorum hominum, non miſit me Dominus. Si vero Dominus 28 omnino [noui quidquam] creauerit, aperueritque humus os ſuum, & deuorauerit eos vnà cum omnibus quæ habent, deſcenderintque viui ad inferos: noſſe debetis quod viri iſti irritarint Dominum. Contigit autem quum perfeciſſet loqui [Moſes] omnia verba iſta, quod tellus ſub illis dehiſceret. Aperuitque tellus os ſuum, & deglutijt eos, atque domos eorum, & omnes homines qui cum Corah erant, 29 cum vniuerſa ſupellectile. Et deſcenderunt ipſi cum omnibus quæ habuerunt viui ad inferos, operuitque eos terra, & perierunt de medio congregationis. Omnis autem Iſrael qui circum eos fuerant, fugerunt 30 ad clamorem illorum, 31 dixeruntque, Ne forte & nos terra deglutiat. Sed & ignis egreſſus eſt à Domino, qui deuorauit ducentos & quinquaginta illos viros qui*

 ſuffitum

*ſuffitum faciebant.* Porro Dominus *loquutus eſt ad* Moſen, *di-*
*cens,* Dic Eleazaro *filio* Aharonis *ſacerdotis, vt leuet acerras*
*è medio incendij, & ſpargat ignẽ 32 vltra: quoniam 33 ſa-*
*cræ ſunt. 34 Acerræ iſtæ peccatorum ſint pro animabus eorũ,*
*35 fiant ex eis laminæ diductæ, eiſque obducatur ara: nam*
*attulerunt eas coram* Domino, *& ſacræ ſunt, 36 eruntque in*
*ſignum filijs* Iſrael. *Accepit itaque* Eleazar *ſacerdos acerras*
*iſtas æreas 37 quas attulerant combuſti, 38 & extenuarunt*
*eas pro obductione aræ, monumentum ſcilicet filijs* Iſrael, *ne-*
*quis alienus accedat, qui ſcilicet non eſt de ſemine* Aharonis,
*ad incendendum ſuffitum coram* Domino, *ne accidat illi quod*
Corah *& cætui eius, quemadmodum 39 loquutus fuerat* Do-
*minus de eo, per manum* Moſis. *Poſtero die murmurauerunt*
*contra* Moſen *& contra* Aharonem *vniuerſa multitudo filio-*
*rum* Iſrael, *hiſce verbis,* Vos *interfeciſtis populum* Domini.
Cumq; *congregaretur multitudo aduerſus* Moſen *& aduer-*
*ſus* Aharonem, *40 reſpexerunt ad tentorium conſtitutionis,*
*& ecce nubes operuit ipſum, viſaque eſt gloria* Domini. *Ve-*
*nitq;* Moſes *&* Aharon *ante tentorium conſtitutionis.* Et *lo-*
*quutus eſt* Dominus *ad* Moſen *in hanc ſententiam,* Separemi-
*ni e medio congregationis iſtius, vt conſumam eos ſubito. illi*
*autem prociderunt in facies ſuas.* Et *dixit* Moſes *ad* Aharo-
*nem,* Tolle *acerram, & pone in eã ignẽ ex ara: impone & in-*
*cẽſum, & ilico ad congregationem profer, 41 & propitiare*
*pro eis: 42 egreſſa enim eſt ira à facie* Domini, *& clades iam*
*cæpit. 43* Tulit *itaque* Aharõ *quemadmodum loquutus fue-*
*rat* Moſes, *& cucurrit in mediam concionem, & ecce clades*
*cæperat in populo, imponenſque incẽſum, expiauit populũ.* Et
*quum ſtaret inter mortuos & viuos, cohibita eſt clades.* Fue-
*runt autem eorum qui mortui ſunt in clade iſta, quatuorde-*
*cim millia & ſeptingenti, præter eos qui mortui erant 44 in*
*negotio* Corah. Reuerſuſque *eſt* Aharon *ad* Moſen *ad oſtium*
*tentorij conſtitutionis, & cohibita eſt clades.*

36 offerebant incẽſum. ♀ Locutuſque eſt Dominus ad Moy
37 ſen, dicens, ♀ præcipe Eleazaro filio Aaron ſacerdoti vt
tollat thuribula quæ iacẽt in incendio, & ignẽ huc illucq;
38 diſpergat: quoniam ſanctificata ſunt ♀ in mortibus pecca
torum: producatque ea in laminas, & affigat altari, eo ꝙ F
oblatum ſit in eis incenſum Domino, & ſanctificata ſint,
39 vt cernant ea pro ſigno & monimento filij Iſrael. ♀ Tu-
lit ergo Eleazar ſacerdos thuribula ænea in quibus obtu-
lerant hi quos incendiũ deuorauit, & produxit ea in lami-
40 nas, affigens altari: ♀ vt haberent poſtea filij Iſrael qui-
bus commonerentur, nequis accedat alienigena, & qui
non eſt de ſemine Aaron ad offerendum incenſum Do-
mino, ne patiatur ſicut paſſus eſt Core, & omnis congre-
41 gatio eius loquẽte Domino ad Moyſen. ♀ Murmurauit
autẽ omnis multitudo filiorum Iſrael ſequenti die contra
Moyſen & Aarõ, dicens, Vos interfeciſtis populum Do-
42 mini. ♀ Cumque oriretur ſeditio, & tumultꝰ increſceret,
43 ♀ Moyſes & Aaron fugerunt ad tabernaculum fœde-
ris: quod poſtquam ingreſſi ſunt operuit nubes, & appa- G
44 ruit gloria Domini. ♀ Dixitq; Dominus ad Moyſen, ♀ Re-
45 cedite de medio huius multitudinis, etiã nũc delebo eos.
46 Cumque iacerent in terra, ♀ dixit Moyſes ad Aarõ, Tol-
le thuribulum, & hauſto igne de altari mitte incẽſum de-
ſuper, pergens cito ad populum vt rogẽs pro eis: iam
47 enim egreſſa eſt ira à Domino, & plaga deſæuit. ♀ Quod
cum feciſſet Aaron, & cucurriſſet ad mediam multitudi
nem, quam iam vaſtabat incendium, obtulit thymiama:
48 ♀ & ſtans inter mortuos ac viuentes, pro populo depre-
49 catus eſt, & plaga ceſſauit. ♀ Fuerunt autem qui percuſſi
ſunt, quatuordecim millia hominum & ſeptingẽti, abſque
50 his qui perierant in ſeditione Core. ♀ Reuerſuſque eſt
Aaron ad Moyſen ad oſtium tabernaculi fœderis poſt-
quam quieuit interitus.

Thuribula extenduntur in laminas.

Interficiuntur 14700. ob murmurationem in Moyſen.

Sapien.18.d. Orat Aarõ pro populo.

## SCHOLIA IN CAP. XVI.

1 Aſſumpſit autem Core. Sub. aliquot homines ſecum, conſortes aliquot, & traxit in ſuam ſententiam: quemadmodum facere ſolent qui volunt à principe aliquo deficere. Quidam vertunt, Et aſſumpſit ſe, vt ſurgeret & diſcederet à Moſe. 2 & inſurrexerunt 3 vel, in conſpectu Moſis, ideſt, præſente Moſe declarauerũt animi ſui ſententiam. 4 congregationis, nobiliſsimi totius multitudinis, homines nominis, ideſt, qui vocari ſolebant ad tentorium fœderis, cõſilij cauſa. Vel, homines magni nominis & clari. 5 q.d. Satis eſſe vobis debuerat, debueratis eſſe contenti ſorte veſtra. 6 multitudo tota ſancta eſt, 7 vel, Craſtina die. Aut, Cum primum craſtinus illuxerit dies. 8 Hebraiſmus, & ſanctum, & appropinquare faciet ſibi: & quem elegerit, appropinquare faciet ſibi, ideſt, Craſtina die declarabit Dominus quem velit eſſe ſanctum, ideſt, ſacerdotem, & ſacerdotio fungi, & accedere faciet ad ſe. 9 ſufficiat vobis. q.d. veſtra ſorte contenti eſſe debueratis. 10 pro ea? Sub. congregatione, ideſt, vt vice multitudinis ſeruiretis in tabernaculo? 11 & tamen quæritis etiam ſacerdotiũ? ideſt, ſummum pontificatũ. 12 vel, quid eſt? ideſt, Quid fecit Aaron, ſiue quid admiſit, quod murmurare, &c. 13 Sub. ad Moſen in montem. 14 Heb. quod etiam vis dominari nobis dominando? Vel, niſi etiam ſatageres eſſe dominus noſter? 15 non induxiſti. ſine interrogatione legendum: tametſi ipſa interrogatio habeat in ſe negationem. 16 neque dediſti 17 nunquid oculos virorũ iſtorum eruere vis? non aſcendemus. Vel, nonne oculos multitudinis præſtringere vis, & illam cæcam reddere? q.d. nonne exiſtimas multitudinem hanc omnino cæcam eſſe? 18 ad oblationem eorum. i. Ne ſit tibi grata eorum oblatio. 19 ſinguli thuribula veſtra, quinquaginta & ducenta thuribula: 20 tu & Aaron ſinguli habebitis thuribula ſua. 21 & Moſes & Aharon. 22 Iam vero congregauerat 23 vel, Recedite per gyrum 24 ne forte pereatis in omnibus peccatis eorum, ideſt, ne forte pereatis vnà cũ illis qui tot peccata admiſerunt. 25 paruuliſque eorum, ideſt, cum tota familia eorum. 26 nam non ex corde meo, ſub. feci hæc. Vel vt dilucidius Chaldæus paraph. non enim veni hæc facere ſpõte mea, aut voluntate mea me ad id impellente. 27 ideſt, ſi talia qualia euenire ſolent cæteris hominibus, euenerint eis, dicite me non eſſe miſſum à Deo. 28 Hebraiſmus, creaturam creauerit. Hebraiſmus, pro, Si Deus fecerit rem hactenus non viſam. 29 cum omnibus diuitijs. 30 vel, audito eorum clamore, 31 ſubaudi, Fugiamus, 32 ſubaudi, altare: huc illuc, non in ignem altaris. 33 Sacras fuiſſe dicit, quod in eis incenſum oblatum fuiſſet Domino. 34 Acerras inquam peccatorum iſtorum in animas ſuas, ideſt, iſtorum qui propter peccata ſua conieceruut animas ſuas in mortem. 35 faciantque (ſub. artifices) ex eis laminas extenſas, in operimentum altaris. ſiue, vt inde operiatur altare. 36 .i. vt quoties videbũt filij Iſrael altare opertũ laminis, recordẽtur eorum qui contra præceptũ Dei obtulerint illi incenſum. 37 quibus obtulerant. ſub. incenſum. 38 Heb. & extẽdit ea in laminas quibus tegeretur altare. Extẽdit, inquit, pro curauit extẽdi. 39 dixerat Dñs per Moſen ipſi. Scilicet Eleazaro. 40 cõuerterũt ſeſe (ſub. fugiẽdo) ad tabernaculũ fœderis, & ſtatim operuit illud nubes, & apparuit gloria Domini. 41 vel, vt expies illos. Aut, veniã illis obtineas: 42 .i. iratus Dñs ſæuire cœpit. 43 ſub. acerram. 44 vel, propter Core, ideſt, ob ſeditionem Core.

## CAP. XVII.

*Et loquutus eſt* Dominus *ad* Moſen, *dicẽs,* Loquere *ad fi-*
*lios* Iſrael, *& cape ab eis ſingulas virgas 1 iuxta pa-*
*trias domos, à cunctis ſcilicet primoribus eorum, iuxta*
*domos patrum ſuorum, duodecim nempe virgas: ſcribeſque ſu*
*per cuiuſque virgam nomen eius.* Nomen *vero* Aharonis *ſcri-*
*bes 2 ſuper virgam* Leui: *3 ſingulæ enim virgæ ad caput do*
*mus patrum ſuorum pertinent.* Repone *autem eas 4 in tento-*
*rium conſtitutionis 5 coram teſtimonio, 6 ea loci vbi vobiſcũ*

1 Et locutus eſt Dominus ad Moyſen, dicens, ♀ Lo-
2 quere ad filios Iſrael, & accipe ab eis virgas ſin
gulas per cognationes ſuas, à cunctis principi-
bus tribuum, virgas duodecim, & vniuſcuiuſque
3 nomen ſuperſcribes virgæ ſuæ. ♀ Nomen autem
Aaron erit in tribu Leui. & vna virga cunctas
4 eorum familias continebit. ♀ Poneſque eas in taber-
naculo fœderis coram teſtimonio, vbi loquar ad E

De virga Aaronis quæ germinauit: quo confirmabatur ſacerdotiũ ipſius

te,



te. ♀ Quem ex his elegero, germinabit virga eius: & co 5
hibebo à me querimonias filiorum Iſrael, quibus contra
vos murmurant. ♀ Locutuſque eſt Moyſes ad filios Iſ- 6
rael: & dederunt ei omnes principes virgas per ſingulas
tribus: fueruntque virgæ duodecim abſque virga Aarõ.
C ♀ Quas cum poſuiſſet Moyſes coram Domino in taber- 7
naculo teſtimonij, ♀ Sequenti die regreſſus inuenit ger- 8
minaſſe virgam Aaron in domo Leui: & turgentibus gẽ-
mis eruperant flores, qui folijs dilatatis, in amygdalas
deformati ſunt. ♀ Protulit ergo Moyſes omnes virgas 9
de conſpectu Domini ad cunctos filios Iſrael: vide-
runtque, & receperunt ſinguli virgas ſuas. ♀ Dixit- 10
que Dominus ad Moyſen, Refer virgam Aaron in ta-
D bernaculum teſtimonij, vt ſeruetur ibi in ſignum rebel-
lium filiorum Iſrael, & quieſcant querelæ eorum à me,
ne moriantur. ♀ Fecitque Moyſes ſicut præceperat 11
Dominus. ♀ Dixerunt autem filij Iſrael ad Moyſen, 12
Ecce conſumpti ſumus, omnes ʺ peribimus. ♀ Quicun- 13
que accedit ad tabernaculum Domini moritur. num vſque
ad internecionem cuncti delendi ſumus?

Heb.9.b.

ʺ periuimus.

*paciſcar.* Fiet *autem vt virga illius viri quem elegero, germi-*
*natura ſit, vt auertam à me querimonias filiorum* Iſrael, *qui-*
*bus aduerſum vos 7 murmurãt.* Et *loquutus eſt* Moſes *ad fi-*
*lios* Iſrael, *dederuntq; ei omnes primores illorũ ſinguli princi-*
*pes ſingulas virgas iuxta domos patrum ſuorũ, duodecim vide*
*licet virgas, 8 fuitq; virga* Aharonis *inter virgas illas.* Et *re-*
*poſuit* Moſes *virgas illas 9 coram* Domino *10 in tentorio te-*
*ſtimonij.* Factum *eſt autẽ poſtero die, quum veniret* Moſes *in tẽ*
*toriũ teſtimonij, en virga* Aharonis *11 pro domo* Leui *12 flo-*
*ruit, proferens germẽ, & prorumpẽs in florẽ, reddidit amyg-*
*dala.* Moſes *[autem] protulit omnes virgas à cõſpectu* Domi
*ni ad vniuerſos filios* Iſrael: *quas quũ vidiſſent, accepit quiſ-*
*que ſuam virgam.* Et *dixit* Dominus *ad* Moſen, *13* Reſti-
*tue virgam* Aharonis *14 ante teſtimonium, vt reſeruetur in*
*ſignum filiorũ rebellium, 15 & ceſſet murmuratio eorũ à me,*
*ne moriantur.* Fecit *itaque* Moſes *quemadmodum præceperat*
*ei* Dominus, *ſic inquam fecit.* Et *dixerunt filij* Iſrael *ad* Mo-
*ſen, dicentes,* Ecce *expiramus, perimus, actum eſt de nobis om*
*nibus.* Quicunque *ad tabernaculum* Domini *16 acceſſerit,*
*morietur: 17 num finem facimus expirando?*

## SCHOLIA IN CAP. XVII.

1 Vel, per familias auorum ſuorum, 2 ideſt, ſuper virgam tribus Leui. 3 quia virga vna erit principi familiæ auitæ, ideſt, ſinguli principes ſingulas virgas dabunt. 4 in tentorio fœderis 5 .i. ante arcam fœderis. 6 vbi conueniam vobiſcum. Vel, conuenire ſoleo vobiſcum, ideſt, vbi ſoleo dare vobis reſponſa. Hinc tabernaculum conuentus vel conuentionis dicitur. Vide Exod.27. 7 vel, conqueruntur. 8 de quarum numero erat virga Aaron. Secundum Hebræos, duodecim virgæ erant: at ſecundum Latinos, erãt tredecim. Quanuis Leuitæ nullam haberẽt hæreditatem, tamẽ annumerabantur, ipſi enim Leuitæ capaces erant ſacerdotij. Sed quia nullam capiebant diſtributionem Terræ ſanctæ, ideo tunc non annumerabantur inter duodecim tribus: verùm tribus Ioſeph diuidebatur in duas. 9 ideſt, ante arcã fœderis. 10 .i. in ſancto ſanctorũ in quo erat arca conuentionis. 11 virga inquam familiæ Leui 12 gẽmas truſerat & emiſerat flores, ad maturitatemque perduxerat amygdala. Hebraice legitur, & ablactauerat amygdala. i. habebat amygdala perducta ad groſsitiem. 13 Refer 14 .i. ante arcã teſtimonij. 15 Heb. & finies querelas eorũ apud me. Vel, finem impones querelis eorum de me. i. efficies vt poſthac non conquerantur de me. 16 accedit, moritur. i. mori ſolet. 17 nunquid conſumpti ſumus deficiẽdo? Aut, nũquid cõſumẽdi ſumus omnes? Melius vertas, vtinã mortui eſſemus omnes.

## CAP. XVIII.

Dixitque Dominus ad Aaron, Tu, & filij tui, & 1
domus patris tui tecum portabitis iniquitatem
ſanctuarij: & tu & filij tui ſimul ſuſtinebitis
peccata ſacerdotij veſtri. ♀ Sed & fratres tuos de tri- 2
bu Leui, ʺ & ſceptro patris tui ſume tecum, præſtoque
ſint, & miniſtrent tibi: tu autem & filij tui miniſtra
bitis in tabernaculo teſtimonij. ♀ Excubabuntque Le 3
uitæ ad præcepta tua, & ad cuncta opera tabernaculi:
ita duntaxat vt ad vaſa ſanctuarij & altare non accedant,
ne & illi moriantur, & vos pereatis ſimul. ♀ Sint autem 4
tecum, & excubent in cuſtodijs tabernaculi, & in omni-
bus ceremonijs eius. alienigena non miſcebitur vobis.
♀ Excubate in cuſtodia ſanctuarij, & in miniſterio 5
altaris: ne oriatur indignatio ſuper filios Iſrael. ♀ Ego 6
dedi vobis fratres veſtros Leuitas de medio filiorum
Iſrael, & tradidi donum Domino, vt ſeruiant in mini-
ſterijs tabernaculi eius. ♀ Tu autem & filij tui cuſto- 7
dite ſacerdotium veſtrum: & omnia quæ ad cul-
B tum altaris pertinent, & intra velum ſunt, per ſa-
cerdotes adminiſtrabuntur. ſiquis externus acceſſe-
rit, occidetur. ♀ Locutuſque eſt Dominus ad Aaron, 8
Ecce dedi tibi cuſtodiam primitiarum mearum: om-
nia quæ ſanctificantur à filijs Iſrael, tradidi tibi &
filijs tuis pro officio ſacerdotali, legitima ſempiterna.
♀ Hæc ergo accipies de his quæ ſanctificantur, & obla 9
ta ſunt Domino, Omnis oblatio, & ſacrificium, &
quicquid pro peccato atque delicto redditur mihi,
& ʺ cedet in Sancta ſanctorum, tuum erit, & filiorum
tuorum. ♀ In ſanctuario comedes illud: mares tan- 10
tum edent ex eo, quia conſecratum eſt tibi. ♀ Pri- 11
mitias autem quas vouerint, & obtulerint filij Iſrael,
tibi dedi, & filijs tuis, ac filiabus tuis iure perpetuo:
qui mundus eſt in domo tua, veſcetur eis. ♀ Om- 12
nem medulam olei, & vini, ac frumenti, quicquid

De officijs Leuitarum.

ʺ & ſceptrum

Aaronis erant primitiæ & decimæ, à filijs Iſrael Deo oblatę

ʺ cedit

*D 1 Ixit vero* Dñs *ad* Aharonẽ, Tu *& filij tui, & do-*
*mus patrũ tuorũ tecũ 2 feretis iniquitatẽ ſanctuarij,*
*tu quoq; & filij tui tecũ feretis iniquitatẽ ſacerdotij*
*veſtri.* Fratres *quoq; tuos 3 de tribu* Leui, *de tribu patris tui ad*
*iũges tibi, vt iũgãtur tibi, tibiq; miniſtrẽt, tu inquã & filij tui*
*tecũ 4 [eritis] corã tẽtorio teſtimonij.* Ipſi *5 cuſtodiẽt cuſtodiã*
*tuã, & cuſtodiã vniuerſi tẽtorij, verũtamẽ ad vaſa ſanctuarij*
*& ad arã nõ accedãt, ne moriãtur tã ipſi quàm vos.* Addẽtur
*quidẽ tibi, & 6 cuſtodiẽt cuſtodiã tẽtorij cõſtitutionis 7 pro cũ*
*cto miniſterio tẽtorij: 8 alienus autẽ ad vos nõ accedet.* Cuſto
*dietis itaq; cuſtodiã ſanctuarij, & cuſtodiã aræ, vt ampliꝰ nul*
*la ſit indignatio ſuper filios* Iſrael. Ego *ſiquidẽ tuli fratres ve-*
*ſtros* Leuitas *è filijs* Iſrael, *9 qui donũ vobis ſint deditit ij* Dño,
*vt exequãtur miniſteriũ in tẽtorio cõſtitutionis.* Tu *igitur &*
*filij tui tecũ cuſtodietis ſacerdotiũ veſtrũ, in cũctis quæ ad arã*
*ptinẽt, & in his quæ intra velũ ſunt miniſteriũ exequẽtes. 10*
*dedi enĩ vobis officiũ ſacerdotale tãquã munus: ſi alienꝰ acceſ-*
*ſerit, morietur.* Et *loquutus eſt* Dñs *ad* Aharonẽ, Ecce *ego de-*
*di tibi cuſtodiã 11 thrumæ meæ de cũctis ſanctificatis filiorũ*
Iſrael, *tibi inquã dedi ea 12 ad vnctionẽ, & filijs tuis 13 ſta-*
*tuto perpetuo. 14* Iſtud *vero tuũ erit de ſancto ſanctorum de*
*igne, 15 omne ſacrificium eorum, omne ſacrificium ciba-*
*rium eorum, omnis hoſtia eorum quæ fit pro peccato, omnis*
*denique hoſtia quæ fit pro delicto eorum, quas mihi afferunt,*
*hæc tibi & filijs tuis ſacroſancta eſto. 16* In *ſacroſancto [lo-*
*co] comedes illud, omniſque mas comedet de eo, 17 ſanctum*
*ſit tibi.* Et *hoc quoque tuum erit, 18 thruma quam dono dãt*
*ipſi, & omnis tenupha filiorum* Iſrael, *ea tradidi tibi, filijs*
*tuis, & filiabus tuis tecum, idque ſtatuto perpetuo: omniſque*
*qui mundus fuerit in domo tua, ex eo comedet.* Omnem
*19 pinguedinem olei, omnem quoque pinguedinem muſti*
*& frumenti, 20 quam ipſi ex primitiuis fructibus* Domino
*afferunt, hæc inquam tibi tradidi. 21* Præcocia *inſuper*
*& quæcunque primo maturuerint in terra eorum, quæ*
*attule-*

*attulerint Domino, tua erũt, de quibus veſcẽtur omnes qui in domo tua mũdi fuerĩt. 22 Omne quoq; hæré in Iſraele tuũ ſit. Omne deniq; primogenitũ cuiuſcũq; carnis, quod attulerint* Dño, *ſiue ex hominibus fuerit, ſiue ex animalibus, tuu erit: hominis tamẽ primogenitum oĩno 23 redimes: ſic quoq; redimes primogenitũ iumẽti immũdi. (24* Redẽptiones *vero eius [ſic ſint,] redimes quũ ſunt vnius mẽſis, iuxta æſtimationẽ argẽti, nẽpe quinq; ſiclis iuxta ſiclum ſanctuarij, qui habet viginti 25 gera.)* Verũtamen *primogenitũ bouis, aut primogenitum ouis, aut primogenitũ capræ nõ 23 redimes: hæc enim 26 ſancta ſunt, ideo ſanguinẽ eorũ ſparges 27 ſuper arã, & adipẽ eorũ incẽdes pro ſacrificio quod igne cõſit, 28 odorẽ ſuaueolentẽ* Dño. Caro *autẽ eorũ tua eſt, quemadmodũ 29 pectuſculũ tenupha, & armus dexter, 30 hæc tua ſunt. 31 Omnẽ thruma ſanctificatorũ, quã afferũt filij* Iſrael Dno, *tibi dedi, & filijs tuis atq; filiabus tuis tecũ ſtatuto perpetuo, 32 fœdus ſalis perpetuũ ſit hoc corã* Dño *tibi & ſemini tuo tecũ.* Dixit Dñs *ad* Aharonem, In *terra eorũ nihil poſsidebis, nec pars vlla erit tibi inter eos, ego ſum pars tua, & hæreditas tua inter filios* Iſrael. Filijs *vero* Leui *dedi cũctas decimas* Iſraelitarũ, *vt ſcilicet poſsideãt eas, 33 pro miniſterio eorũ 34 quod ipſi exequũtur in tẽtorio cõſtitutionis.* Filij *vero* Iſrael *vltra nõ accedẽt ad tentoriũ conſtitutiõis, 35 ne ferãt peccatũ, & moriãtur: ſed* Leuitæ *36 exequẽtur miniſteriũ in tẽtorio cõſtitutionis, & illi ipſi ferẽt iniquitatẽ ſuã: 37 ritus hic perpetuus erit etiã poſteris veſtris. inter filios* Iſrael *nulla obtinebũt hæreditatẽ, 38 Sed decimas filiorũ* Iſrael, *quas illi leuãdo in altũ ſeparãt thruma* Dño, *eas ſcilicet dedi* Leuitis, *vt ſit eorũ hæreditas: idcirco dixi 39 eis,* In*ter filios* Iſrael *nullã habebitis hæreditatẽ.* Loquutuſq; *eſt* Dns *ad* Moſen *in hãc ſententiã,* Et *ad* Leuitas *loquẽris, & dices ad eos,* Quũ *acceperitis decimas à filijs* Iſrael, *quas ego de ipſis vobis dedi, vt ſit hæreditas veſtra, 40 leuando in altũ ſeparabitis ex ipſis thruma* Dño, *nẽpe decimã partẽ de decimis,* Et *reputabitur vobis 41 thruma veſtra, acſi fieret de frumẽto areæ, aut de plenitudine torcularis. 42 Sic & vos leuãdo in altũ ſeparabitis thruma* Dño, *de cũctis decimis veſtris quas acceperitis à filijs* Iſrael, *& dabitis 43 de eis thruma* Dno, *quæ erit* Aharonis *ſacerdotis.* De *cũctis muneribꝰ veſtris 44 leuãdo in altũ ſeparabitis omnẽ thruma* Dño, *nẽpe de omni pinguedine eiꝰ ſanctificationẽ eius de ea.* Et *dices ad eos,* Cũ *vos 45 leuãdo in altũ ſeparabitis pinguedinem eius de ea, reputabitur 46* Leuitis *quemadmodũ prouẽtus areæ, aut prouẽtus torcularis.* Comede*tiſq; ipſam [decimã] in omni loco, vos & filij veſtri: quoniam hæc eſt merces veſtra pro miniſterio veſtro in tẽtorio cõſtitutionis. 47* Ne *feratis ſuper ea peccatum quum 48 ſeparaueritis de pinguedine eius de ea, & ſanctuarium filiorum* Iſrael *non prophanabitis, ne moriamini.*

13 offerunt primitiarum Domino, tibi dedi. ♀ Vniuerſa
frugum initia, quæ gignit humus, & Domino deportant,
cedent in vſus tuos. qui mundus eſt in domo tua, veſce-
14 tur eis. ♀ Omne quod ex voto reddiderint filij Iſrael,
15 tuum erit. ♀ Quicquid primum ᵒ erumpet è vulua cun-
ctæ carnis, quam offerunt Domino, ſiue ex hominibus,
ſiue de pecoribus fuerit, tui iuris erit: ita duntaxat, vt
pro hominis primogenito pretium accipias, & omne ani
16 mal quod immundum eſt redimi facias. ♀ Cuius re-
demptio erit poſt vnum menſem, ſiclis argenti quinque,
17 pondere ſanctuarij. ſiclus viginti obolos habet. ♀ Pri-
mogenitum autem bouis & ouis & capræ non facies re-
dimi, quia ſanctificata ſunt Domino. ſanguinem tan-
tùm eorum fundes ſuper altare, & adipes adolebis
18 in ſuauiſsimum odorem Domino. ♀ Carnes verò in
vſum tuum cedent, ſicut pectuſculum conſecratum,
19 & armus dexter, tua erunt. ♀ Omnes primitias ſan-
ctuarij quas offerunt filij Iſrael Domino, tibi dedi & fi-
lijs, ac filiabus tuis iure perpetuo. Pactum ſalis eſt ſem
20 piternum coram Domino tibi ac filijs tuis. ♀ Dixit-
que Dominus ad Aaron, In terra eorum nihil ᵒ poſ-
ſidebitis, nec habebitis partem inter eos: ego pars &
21 hæreditas tua in medio filiorum Iſrael. ♀ Filijs au-
tem Leui dedi omnes decimas Iſraelis in poſſeſsionem
pro miniſterio quo ſeruiunt mihi in tabernaculo fœde-
22 ris: ♀ Vt non accedant vltrà filij Iſrael ad tabernacu-
23 lum, nec committant peccatum mortiferum, ♀ ſolis
filijs Leui mihi in tabernaculo ſeruientibus, & portan-
tibus peccata populi, legitimum ſempiternum erit in
24 generationibus veſtris. Nihil aliud poſsidebunt, ♀ de-
cimarum oblatione contenti, quas in vſus eorum & ne-
25 ceſſaria ſeparaui. ♀ Locutuſque eſt Dominus ad Moy-
ſen, dicens, Præcipe Leuitis, atque denuntia, Cum accepe
ritis à filijs Iſrael decimas quas dedi vobis, primitias earũ
26 offerte Domino, id eſt decimã partẽ decimæ, ♀ Vt repute
tur vobis in oblationẽ primitiuorũ tam de areis quàm de
27 torcularibus, ♀ Et vniuerſis quorũ accipitis primitias, of-
28 ferte Domino, & date ea Aaron ſacerdoti. ♀ Omnia quæ
offeretis ex decimis, & in donaria Domini ſeparabitis, op
29 tima & electa erunt cuncta. ♀ Diceſq; ad eos, Si præcla-
ra & meliora quæque obtuleritis ex decimis, reputabi-
tur vobis quaſi de area & torculari dederitis primitias:
30 ♀ Et comedetis eas in omnibus locis veſtris, tã vos quàm
familię veſtrę: quia pretium eſt pro miniſterio quo ſerui-
31 tis in tabernaculo teſtimonij. ♀ Et non peccabitis ſuper
hoc, egregia vobis & pinguia reſeruantes: ne polluatis
oblationes filiorum Iſrael, & moriamini.

ᵒ erumpit (præſen. tẽp.

C

Sup. 3. g.

ᵒ Poſsidebis, nec habebis.

Aaronis hæreditas Deus. Deut. 18. a.

Decimę Leuitis erant pro hæreditate.

D

Leuitis præcipitur vt ex decimis, decimas Deo offerant.

## SCHOLIA IN CAP. XVIII.

1 Sub. internuntio Moſe. 2 ideſt, dabitis pœnas ſiquid peccatum fuerit in ceremonijs ſanctuarij. Vel, vos cuſtodes eritis ſanctuarij, & neminem qui non ſit de tribu veſtra, permittetis miniſtrare in ſanctuario: alioqui vos portabitis perpetratum malum. Similiter tu Aaron & filij tui, quos delegi mihi in ſacerdotes, obſeruabitis diligenter ne alij Leuitæ ſibi vſurpent officium ſacerdotale: ſed illi ſuum, & vos veſtrum exequemini: ne in peccatum corruatis, &c. 3 tribum Leui, cognationem patris tui applicabis ad te, & adhærebunt tibi, vt tibi &c. 4 (eritis. vel, ſtabitis) coram tabernaculo fœderis. 5 ideſt, ſeruabunt præcepta tua. vel, diligentiſsime obſeruabunt & facient quod illis præceperis: & ceremonias totius tabernaculi peragent. 6 ideſt, obſeruabunt quæcunque ſunt obſeruanda in tẽtorio fœderis. 7 in omni opere tabernaculi. vel, in omnibus ceremonijs tabernaculi. 8 ideſt, qui non fuerit de tribu veſtra. 9 vobis donum oblatos Domino, ideſt, vt eos vobis donarem, vt pote qui iam donati ſint Domino. 10 Heb. nam functionem doni poſui ſacerdotium veſtrum, ideſt, Dignitatem veſtram ſacerdotalem cuſtodietis in omnibus ceremonijs tabernaculi, & partis quæ eſt vltra velum: quia dignitatem ſacerdotalem dedi vobis gratis. 11 oblationum mearum omnes ſanctificationes. i. dedi tibi primitias meas, quæcunque mihi offerent filij Iſrael. 12 propter vnctionem, ideſt, quia tu es ſacerdos. q. d. Quæcunque offeruntur Deo, ſacerdotum ſunt 13 vel, iure ſempiterno, ideſt, irreuocabili. 14 vel, Iſtud autem habebis de ſanctificatione ſanctificationum de igne, ideſt, habebis de oblatione ſacratiore quæ remanſerit ex igne, hoc eſt, quæ igne conſumpta non fuerit. 15 omnis oblatio eorum ex omni munere eorum, & ex omni ſacrificio eorum pro peccato, & pro delicto, quam reddent mihi, ſanctitas ſanctitatum erit tibi & filijs tuis. i. ad te pertinebit tanquam ſanctum. 16 In ſanctitate ſanctitatum, ideſt, in loco ſacro vel ſacratiore: hoc eſt, In tabernaculo. Tabernaculum vocat ſacratiorem locum, reſpectu atrij: quia erat locus ſacratior. 17 ſanctitas erit tibi, ideſt, ad te pertinebit hæc oblatio. 18 oblationem doni eorum, omnes oblationes quas obtulerint filij Iſrael, dedi, &c. ideſt, Iſtud capies ex eo quod dabunt tibi dono filij Iſrael. 19 Heb. adipem olei, & omnem adipem vini. Per adipem intelligit quod optimũ eſt. q. d. Optimum oleum, muſtum, frumentum, &c. 20 primitias eorum quas daturi ſunt Domino, ideſt, mihi. Per appoſitionem dictum eſt, Omnem adipem olei, &c. primitias eorum, &c. q. d. Omnem adipem olei, &c. eorum videlicet primitias, &c. 21 Primitiæ omnium eorum quæ in terra ipſorum creuerint, quas offerent Domino, tuæ erunt, 22 vel, Omnis conſecratio in Iſraele, tua erit, ideſt, Quicquid ex voto conſecrauerint Deo Iſraelitæ. 23 redimi facies. vel, redimendum curabis, homines enim non mactabantur



bantur Deo. 24 Præterea redemptiones eius, (ſcilicet primogeniti,) ab eo quod natum fuerit menſem vnum, redimi curabis, ſecũdum ęſtimationem, pecunia quinque ſiclorum, (vel quinque ſiclis argenti) ad rationem ſicli ſanctuarij. Quod ait, iuxta æſtimationẽ: ſignificat iuxta pretium quod accipere à me debes. q. d. pretio tibi à me conſtituto. 25 ideſt, obolos. 26 ideſt, Deo cõſecrata. 27 iuxta altare, ideſt, ad baſim altaris. 28 Chaldæus paraph. vertit, vt oblatio ſuſcipiatur voluntarie coram Domino. 29 pectus eleuationis. i. quod eleuando offertur Deo ex hoſtijs pacificis. 30 tua erit. ſub. caro illa. 31 Omnes eleuationes ſanctificationum quas &c. ideſt, Omnes oblationes quæ mihi dantur. Vel, Omnes oblationes ſanctas, hoc eſt mihi conſecratas. 32 ideſt, fœdus incorruptũ & ſempiternum. 33 pro opere eorum. vel, pro cultu eorum. aut, mercede miniſterij eorum, 34 quoniam ipſi peragunt miniſterium tabernaculi fœderis. 35 Heb. vt ferant iniquitatem ad moriendum, ideſt, ne peccent, & moriantur. 36 peragent opus tabernaculi fœderis: portabuntque iniquitatem, &c. Quam ſcilicet admiſerint in miniſterio ſuo, ideſt, punientur ſi non obſeruauerint ceremonias quæ obſeruari debent in cultu tabernaculi. 37 Hebr. ſtatuto perpetuo, per generationes veſtras, ideſt, quandiu contigerit vos viuere. 38 Nam decimas filiorum Iſrael quas offerre ſolent Domino in oblationem, dedi, &c. 39 de eis, 40 offeretis ex illis oblationem 41 oblatio illa veſtra tanquam frumentum de area, & tãquam muſtum de torculari, ideſt, tam grata erit oblatio veſtra quàm eſt grata oblatio eorum qui offerunt aliquid ex propria area, aut ex ꝓprio torculari, ſiue ex proprijs prædijs. 42 Hoc pacto offeretis etiam vos oblationem Domini, &c. 43 ex eo oblationem Domini Aaroni ſacerdoti. 44 offeretis oblationem Domino, de omni, &c. ideſt, ex omnibus donarijs quæ acceperitis à filijs Iſrael, optimam quanque partem offeretis in oblationem Domini. 45 obtuleritis adipem ex eo, ideſt, Quum obtuleritis ex eo quod optimum eſt ex decimis veſtris, ô Leuitæ. 46 ideſt, vobis. 47 vel, Et non feretis ſuper ea. ſub. decima, ideſt, ſi optimam quamque earum decimarum partem obtuleritis, non puniemini. 48 obtuleritis adipem eius ex ea: & ſanctificationes &c. ideſt, oblationes quæ Deo ſanctificantur.

## CAP. XIX.

Vacca rufa, ex cuius cineribus aqua aſperſiõis fiebat pro peccato.

ᵒ Tradetiſque Heb. 9. b.

Locutuſque eſt Dominus ad Moyſen & Aaron, di- 1
cens, ♀ Iſta eſt religio victimæ, quã conſtituit Do 2
minus. Præcipe filijs Iſrael vt adducãt ad te vaccã
rufam ætatis integræ, in qua nulla ſit macula, nec portaue
rit iugũ. ♀ ᵒ Tradeſq; eã Eleazaro ſacerdoti, qui eductam 3
extra caſtra, immolabit in conſpectu omniũ: ♀ Et tingẽs 4
digitum in ſanguine eius, aſperget cõtra fores tabernacu
li ſeptem vicibus, ♀ Comburetque eam cunctis videnti- 5
bus, tam pelle & carnibus eius, quàm ſanguine & fimo flã
mæ traditis. ♀ Lignum quoq; cedrinũ, & hyſſopum, coc- 6
cumque bis tinctum ſacerdos mittet in flammã quæ vac-
cam vorat. ♀ Et tunc demũ lotis veſtibus, & corpore ſuo 7
B ingredietur in caſtra, commaculatuſque erit vſque ad ve-
ſperũ. ♀ Sed & ille qui cõbuſſerit eam, lauabit veſtimen- 8
ta ſua & corpus, & immundus erit vſq; ad veſperũ. ♀ Col- 9
liget autẽ vir mundus cineres vaccæ, & effundet eos ex-
tra caſtra in loco puriſsimo, vt ſint multitudini filiorum
Iſrael in cuſtodiam, & in aquã aſperſionis: quia pro pec-
cato vacca cõbuſta eſt. ♀ Cumque lauerit qui vaccæ por 10
tauerat cineres veſtimenta ſua, immũdus erit vſq; ad ve-
ſperum. Habebunt hoc filij Iſrael & aduenæ, qui habitãt
inter eos, ſanctum iure perpetuo. ♀ Qui tetigerit cadauer 11
hominis, & propter hoc ſeptem diebus fuerit immundus:
♀ aſpergetur ex hac aqua die tertio & ſeptimo, & ſic mũ- 12
C dabitur. ſi die tertio aſperſus non fuerit, ſeptimo nõ pote-
rit emũdari. ♀ Omnis qui tetigerit humanæ animæ mor- 13
ticinũ, & aſperſus hac cõmiſtione non fuerit, polluet ta-
bernaculũ Domini, & peribit ex Iſrael: quia aqua expia-
tionis non eſt aſperſus, immũdus erit, & manebit ſpurcitia
eius ſuper eũ. ♀ Iſta eſt lex hominis qui moritur in taber- 14
naculo, Omnes qui ingrediũtur tẽtoriũ illius, & vniuerſa
vaſa quæ ibi ſunt, polluta erũt ſeptẽ diebus. ♀ Vas quod 15
non habuerit operculũ, nec ligaturã deſuper, immundum
erit. ♀ Siquis in agro tetigerit cadauer occiſi hominis, aut 16
per ſe mortui, ſiue os illius, vel ſepulchrũ, immundus erit
ſeptẽ diebus. ♀ Tollentq; de cineribus cõbuſtionis atque 17
peccati, & mittẽt aquas viuas ſuper eos in vas: ♀ in qui- 18
bus cũ homo mũdus tinxerit hyſſopũ, aſperget ex eo om
D ne tentoriũ, & cunctã ſupellectilẽ, & homines huiuſcemo
di cõtagione pollutos. ♀ Atque hoc modo mundus luſtra 19
bit immundũ tertio & ſeptimo die: expiatuſque die ſepti-
mo, lauabit & ſe & veſtimenta ſua, immundus erit vſque
ad veſperum. ♀ Si quis hoc ritu non fuerit expiatus, peri- 20
bit anima illius de medio eccleſiæ: quia ſanctuariũ Domi
ni polluit, & nõ eſt aqua luſtrationis aſperſus. ♀ Erit hoc 21
præceptũ legitimũ ſempiternum: ipſe quoque qui aſper-
git aquas, lauabit veſtimẽta ſua: omnis qui tetigerit aquas
expiationis, immũdus erit vſq; ad veſperũ. ♀ Quicquid te 22
tigerit immũdus, immundũ faciet: & anima quæ horum
quippiã tetigerit, immũda erit vſque ad veſperum.

Lex morientis in tabernaculo.

Lex tangentis immundum.

## CAP. XIX.

*Loquutus eſt* Dñs *ad* Moſen *& ad* Aharonẽ *in hãc ſententiã, 1* Hæc *eſt ceremonia legalis quã* Dns *præcepit hiſce verbis,* Loquere *ad filios* Iſrael *vt adducãt ad te bucculã rufam 2 ſine vitio, 3 in qua nihil poſsit reprehẽdi, cui iugũ nõ fuit impoſitũ,* Tradetiſq; *eã* Eleazaro *ſacerdoti, vt educat eã foras extra caſtra, curetq; vt mactetur corã ſe.* Et *tollat* Eleazar *ſacerdos de ſanguine eius digito ſuo, ſpargetq; e regione tẽtorij cõſtitutionis de ſanguine eiꝰ ſepties. 4* Cõburet *quoq; ante oculos 5 ſuos bucculã illã cũ pelle eiꝰ, carne eiꝰ, & ſanguine eius, ſed & excremẽtũ eius cõburet.* Tollat *etiã ſacerdos lignũ cedrinũ, & hyſſopũ, & coccinũ bis tinctũ, & proijciat ea in mediũ cõbuſtionis illius bucculæ. 6* Eluat *deinde ſacerdos veſtimẽta ſua, & lauet carnẽ ſuã aquis, poſt hoc ingrediatur caſtra, & immũdus erit ſacerdos vſq; ad veſperã.* Et *qui cõbuſſerit illã, eluat veſtes ſuas, & carnẽ ſuã aquis, & immũdus erit vſq; ad veſperã.* Colliget *autẽ vir mũdus cineres illius bucculæ, & reponet extra caſtra ad locũ mundũ, 7 vt reſeruetur à cõgregatione filiorũ* Iſrael *8 ad aquas ſparſorias, peccatũ enim eſt.* Eluet *quoq; & is qui cineres bucculæ colligit veſtes ſuas, & immũdus erit vſq; ad veſperã. hocˢ filijs* Iſrael, *& peregrinis qui inter eos cõmorãtur, eſto perpetuũ ſtatutum.* Qui *tetigerit 9 mortuũ cuiuſcunq; animæ humanæ, immũdus erit ſeptẽ diebus.* Et *is expiabit ſe hac [aqua] tertio die & ſeptimo die, & mũdabitur: ſi vero ſe 10 tertio atq; ſeptimo die nõ expiauerit, nõ mũdabitur.* Quicũq; *tetigerit mortuũ humanæ animæ qđ mortuũ fuerit, & ſe nõ expiauerit, polluit tabernaculũ* Dñi, *excindeturq; anima huiuſmodi ex* Iſraele, *eo quod aqua 11 ſparſoria nõ eſt ſparſa ſuper eã, vnde & immũdus erit, 12 manebitq; deinceps in eo immũditia eius. 13* Hæc *lex eſt hominis qui moritur ĩ tẽtorio: omnis qui ingreſſus fuerit tẽtoriũ [illud] & 14 omnis qui fuerit in tẽtorio, immũdus erit ſeptẽ diebus.* Omne *quoq; vas apertũ ſuꝑ quo operculũ alligatũ nõ eſt, immũdũ erit.* Et *quicunq; in agro cadauer gladio cæſum tetigerit, aut 15 alioqui mortuũ, aut oſſa hominis, aut ſepulchrũ, immũdus erit ſeptẽ diebus.* Accipiãt *igitur 16 pro immũdo iſto de cinere 17 cõbuſtionis peccati, & infundãtur ſuper 18 illũ aquæ viuæ in vas aliquod, & accipiat 19 mũdus aliquis hyſſopũ, & intingat in aquã, & ſpargat ſuper tẽtoriũ, & ſuper omnia vaſa, atq; ſuper animas quæ fuerint illic, & ſuper eũ qui tetigit oſſa, aut interfectũ, aut mortuũ, aut ſepulchrũ.* Spargetq; *mundus ſuper immundũ die tertio & ſeptimo, & expiabit eũ die ſeptimo: & eluet veſtimẽta ſua, & lauabit aquis, & 20 mũdꝰ erit ad veſperã.* Qui *vero pollutus fuerit, & ſe nõ expiauerit, excindatur anima huiuſmodi ex cõgregatione, eo quod ſanctuariũ* Dñi *polluit, & quod 11 aqua ſparſoria nõ fuit ſparſa ſuper eũ, immũdus ipſe. 21* Erit *igitur eis hoc ſtatutũ perpetuũ, vt qui aſperſus fuerit aqua luſtrali, veſtimẽta ſua eluat: & qui tetigerit aquam luſtralẽ, immundus ſit vſque ad veſperã.* Et *quodcunque immundus tetigerit, immundum erit, & 22 anima quam tetigerit, immunda erit vſque ad veſperam.*

SCHO-

## SCHOLIA IN CAP. XIX.

1 Hebr. Hoc eſt ſtatutum legis quam.&c.q.d. Hanc legẽ fero de vacca rufa. 2 perfectam.i.ętatis perfectæ. 3 Heb. ſine macula. 4 ſub. ſacerdos cui hoc negotium fuerit commiſſum. 5 eius. ſub. Eleazari. 6 ideſt, Lauanda curet 7 Heb. & erit congregationi filiorum Iſrael in cuſtodiam, ideſt, diligentiſsime ſeruabitur cinis ille à filijs Iſrael. 8 in aquam expiationis: nam expiatio eſt, ideſt, ad conficiendam aquam qua expiabuntur contaminati: nam ea aqua eſt expiatoria. Qui propter impuritatem ſeparabantur ab aliorum commercio, hac aqua expiabantur. 9 Heb. cadauer omnis perſonæ hominis, ideſt, cuiuſcunque hominis mortui, ſiue Iudæi, ſiue Gentilis. 10 Heb. tertia die non purificauerit ſe, etiam die ſeptima non erit mundus. Vel, ſi non inceperit purificari die tertia, etiam die ſeptima non reſtituetur priſtinæ puritati. 11 Heb. ſeparationis, ideſt, expiationis. 12 Heb. adhuc pollutio eius in ipſo, ideſt, adhuc retinet priſtinam impuritatem. 13 Hæc eſt lex, Cum quis mortuus fuerit in tabernaculo, &c.q.d. Hãc quoque legem fero, Cum quis, &c. 14 ſub. ſupellex quæ, &c. vel, quicquid fuerit in tentorio, polluetur, &c. 15 vel, cadauer hominis. 16 ideſt, ad expiandum contaminatum iſtum. 17 ideſt, vitulæ combuſtæ pro expiatione peccati. 18 ſub. cinerem. 19 ideſt, ſacerdos aliquis purus. 20 vel, recipiet puritatem ad veſperam. 21 ideſt, Hoc à filijs Iſrael perpetuo obſeruabitur. 22 anima quæ tetigerit. Subaudi, quod tactum fuerit ab impuro.

### CAP. XX.

*V 1 Enerunt autem filij Iſrael, vniuerſus ſcilicet cœtus, in deſertum Zin, primo 2 menſe, manſitque populus in Kades: mortua autem eſt ibi Maria, ſepultaque eodem loci. Multitudo autem non habebat aquam, congregatique ſunt aduerſus Moſen & aduerſus Aharonem. 3 Et populus diſceptans cum Moſe, in hanc ſententiam loquitur, Vtinam & nos expiraſſemus dum 4 expirarent fratres noſtri coram Domino: Cur autem induxiſtis congregationem Domini in deſertum iſtud, vt in eo moriamur & nos & iumenta noſtra? Cur effeciſtis vt aſcenderemus nos ex AEgypto, vt introduceretis nos in locum iſtum malum, vbi nec ſemen eſt, nec ficus, nec vites, nec mala punica, nec aqua etiam quam bibamus? Venit itaque Moſes & Aharon 5 à conſpectu congregationis ad oſtium tentorij conſtitutionis, & prociderunt in facies ſuas, viſaque eſt eis gloria Domini. Et loquutus eſt Dominus ad Moſen in hanc ſententiam, Tolle baculum illum, & congrega cœtum, tu & Aharon frater tuus, & loquimini ad petram ipſis cernentibus quæ dabit aquas ſuas: educeſque illis aquam è petra, vt potum des cœtui, & iumentis eorum. Tulit itaque Moſes baculum illum 6 ante Dominum vt ille iuſſerat. Et congregauerunt Moſes atque Aharon cœtum ante petram, & dixit eis, Audite quæſo vos rebelles, 7 num de petra iſta educemus vobis aquas? Leuataque manu ſua Moſes, percuſſit petram baculo ſuo bis, & profluxerunt aquæ multæ, bibitque cœtus, & iumenta eorum. Et ait Dominus ad Moſen & ad Aharonem, Quandoquidem non credidiſtis mihi, vt 8 ſanctificaretis me coram filijs Iſrael, non introducetis cœtum iſtum in terram quam dedi eis. Hæ ſunt aquæ contentionis, 9 vbi contenderunt filij Iſrael aduerſus Dominum, & ſanctificatus eſt in eis. Miſit vero Moſes nuntios ex Kades ad regem Edom [hiſce mandatis,] Sic ait frater tuus Iſrael, Tu noſti omnem 10 moleſtiam qua ſumus affecti: 11 deſcenderant patres noſtri in AEgyptum, & nos quoque verſati fuimus in AEgypto multis diebus. AEgyptij vero & nos & patres noſtros afflixerunt. Quumque clamaremus ad Dominum, exaudiuit querelam noſtram, miſſoque angelo eduxit nos ex AEgypto: & en ſumus in Kades 12 vrbe extrema finium tuorum. Liceat nobis quæſo vt tranſeamus terram tuam: neque tamen tranſire volumus per agros aut vineas, ſed nec aquam de puteis bibemus, proficiſcemur 13 via regia, neque ad dexteram, neque ad ſiniſtram declinantes, donec fines tuos tranſierimus. Reſpondit ei Edom, Nequaquam tranſibis 14 per me, ne tibi gladio occurram. Cui dixerunt filij Iſrael, Aſcendemus 13 itinere trito: & ſi aquas tuas biberimus ego & pecora mea, dabo pretium pro eis, 15 modo ne negotium [faceſſas nobis,] pedes tranſibo. Et dixit, Ne tranſeas. Et egreſſus Edom occurrit eis cum populo 16 graui, & manu robuſta. Noluit itaque Edom permittere Iſraeli vt tranſiret per fines ſuos. Deflexit ergo Iſrael ab eo, & profecti de Kades venerunt filij Iſrael cum vniuerſa multitudine in montem Hor. Et ait Dominus ad Moſen & ad Aharonem in monte Hor iuxta terminum*

### CAP. XX.

Moritur Maria.
1 V Eneruntq; filij Iſrael,& omnis multitudo in de-
ſertũ Sin,mẽſe primo:& mãſit populus in Cades.
Mortuaq; eſt ibi Maria,& ſepulta in eodẽ loco.
Populo murmurãte dãtur aquæ è petra. Exod.17.b.
2 ♀ Cumq; indigeret aqua populus,conuenerũt aduerſum
3 Moyſen & Aarõ.♀ Et verſi in ſeditionẽ, dixerũt, Vtinã
4 perijſſemus inter fratres noſtros corã Dño.♀ Cur eduxi-
ſtis eccleſiã Domini in ſolitudinẽ, vt & nos & noſtra iu-
5 menta moriamur?♀ Quare nos feciſtis aſcẽdere de AEgy
pto,& adduxiſtis in locũ iſtũ peſsimũ,qui ſeri nõ poteſt,
qui nec ficũ gignit,nec vineas,nec malogranata, inſuper
6 & aquam non habet ad bibendũ. ♀ Ingreſſuſque Moyſes
& Aaron dimiſſa multitudine in tabernaculum fœderis,
corruerũt proni in terrã,` clamauerũtque ad Dominum,
atq; dixerunt,Dñe Deus audi clamorẽ huius populi, &
aperi eis theſaurũ tuũ fontem aquæ viuæ: vt ſatiati ceſſet
murmuratio eorũ.Et apparuit gloria Domini ſuper eos.
B
7 ♀ Locutuſq; eſt Dñs ad Moyſen,dicẽs, ♀ Tolle virgam,
8 & cõgrega populũ tu & Aarõ frater tuus,& loquimini ad
petra cora eis,& illa dabit aquas:cumq; eduxeris aquam
Sapien.11.a.
9 de petra,bibet omnis multitudo & iumẽta eius. ♀ Tulit
igitur Moyſes virgã,quæ erat in cõſpectu Domini,ſicut
10 præceperat ei. ♀ Cõgregata multitudine ante petrã, di-
xitq; eis,Audite rebelles & increduli,nũ de petra hac vo
Pſal.77.b. 1.Corint.10.a.
11 bis aquã poterimus eijcere? ♀ Cumq; eleuaſſet Moyſes
manũ,percutiens virga bis ſilicẽ, egreſſæ ſunt aquæ lar-
*eius.
12 giſsimæ,ita vt populus biberet & iumẽta*. ♀ Dixitq; Do
Moyſes & Aarõ non ingreſſuri Terram.
minus ad Moyſen & Aaron,⁒ Quia non credidiſtis mihi,
vt ſanctificaretis me corã filijs Iſrael,nõ introducetis hos
⁒ Deuter.1.f.
13 populos in terrã quã dabo eis. ♀ Hæc eſt aqua contradi-
Aquæ contradictionis. C
ctionis,vbi iurgati ſunt filij Iſrael contra Dnm, & ſancti-
14 ficatus eſt in eis. ♀ Miſit interea nuntios Moyſes de Ca-
Edom negat tranſitum filijs Iſrael.
des ad regẽ Edõ,qui diceret, Hæc mandat frater tuus Iſ-
15 rael,Noſti omnẽ laborẽ qui apprehẽdit nos, ♀ quomodo
deſcẽderint patres noſtri in AEgyptũ, & habitauerimus
ibi multo tẽpore:afflixerintq; nos AEgyptij,& patres no
16 ſtros:♀ Et quomodo clamauerimus ad Dominũ,& exau-
dierit nos, miſeritq; angelũ qui eduxerit nos de AEgy-
* &
pto.* ecce in vrbe Cades,quæ eſt in extremis finibus tuis,
17 poſiti, ♀ Obſecramus vt nobis tranſire liceat per terram
tuã. non ibimus per agros, nec per vineas,non bibemus
aquas de puteis tuis, ſed gradiemur via publica, nec ad
dexterã, nec ad ſiniſtrã declinãtes,donec trãſeamus ter-
18 minos tuos.♀ Cui reſpõdit Edõ, Non tranſibis per me:
19 alioquin armatus occurrã tibi.♀ Dixerũtq; filij Iſrael,Per
tritã gradiemur viã:& ſi biberimus aquas tuas nos & pe-
cora noſtra,dabimus ꝙ iuſtũ eſt:nulla erit in pretio diffi-
20 cultas,tantũ velociter trãſeamus.♀ At ille reſpõdit, Non
• tranſibis
" trãſibitis.Statimq; egreſſus eſt obuius,cũ infinita multi-
21 tudine,& manu forti, ♀ nec voluit acquieſcere deprecan
ti, vt concederet tranſitum per fines ſuos, quam ob rem
D
22 diuertit ab eo Iſrael.♀ Cumque caſtra mouiſſent de Ca-
des, venerunt in montem Hor, qui eſt in finibus terræ
Edom: ♀ vbi locutus eſt Dominus ad Moyſen, dicens,
23 ♀ Pergat,inquit,Aaron ad populos ſuos:nõ enim intrabit

terram



terram quam dedi filijs Iſrael, eo quod incredulus
Infra.33.e. deut.32.g.
fuerit ori meo ad Aquas contradictionis. ♀ Tolle 25
Aaron & filium eius cum eo, & duces eos in mon-
tem Hor. ♀ Cumque nudaueris patrem veſte ſua, in- 26
dues ea Eleazarum filium eius, & Aaron colligetur,
Moritur Aarõ. Subſtituitur Eleazarus. deut.10.b.
& morietur ibi. ♀ Fecit Moyſes vt præceperat Domi- 27
nus,& aſcenderunt in montem Hor coram omni multi-
tudine. ♀ Cumque Aaron ſpoliaſſet veſtibus ſuis, in- 28
Luget Aaronẽ populus.
duit eis Eleazarum filium eius. Illo mortuo in montis
ſupercilio, deſcendit cum Eleazaro. ♀ Omnis autem 29
multitudo videns occubuiſſe Aaron, fleuit ſuper eo tri-
ginta diebus per cunctas familias ſuas.

*terræ Edõ, in hãc ſententiã, 17 Colligatur Aharon ad populos ſuos: nõ enim veniet in terram quam dedi filijs Iſrael, eo quod 18 exacerbaſtis os meũ iuxta aquas contẽtionis. Tolle Aharonẽ & Eleazar filiũ eius, & duc eos in montẽ Hor, Exueſque Aharonẽ veſtibus ſuis, 19 indueſque eas Eleazar filiũ eius. Aharõ vero 20 colligetur, & morietur illic. Fecit itaq; Moſes quẽadmodũ preceperat Dñs. Et aſcenderũt in montẽ Hor, vidente tota cõgregatione. Et exuit Moſes Aharonem veſtibus ſuis, & induit eas Eleazar filiũ eius: mortuuſq; eſt Aharõ illic in vertice montis, & deſcẽdit Moſes atq; Eleazar de monte. Vidẽs autẽ vniuerſus cœtus quod expiraſſet Aharon, fleuerũt Aharonẽ triginta diebus vniuerſa domus Iſrael.*

## SCHOLIA IN CAP. XX.

1 Subaudi, è deſerto Pharan. 2 anni ſcilicet quadrageſimi ab exitu filiorum Iſrael. 3 Rixatuſque populus cum Moſe, dicendo dixerunt, ideſt, ad hunc modum dixerũt. 4 ſubaudi, in deſerto. 5 vel, relicta congregatione 6 à conſpectu Domini 7 Hic nutat fides Moſi.q.d. contra naturam fieret ſi ex petra iſta educeretur aqua. 8 vel, glorificaretis 9 pro quibus rixati ſunt filij Iſrael contra Dominum: & ſanctificauit ſeſe in illis, ideſt, apparuit glorioſus filijs Iſrael & omnipotens, ſuperauit incredulitatem eorum. 10 laborem qui apprehendit nos, ideſt, omnes labores quos hactenus ſuſtinuimus. 11 deſcenderunt enim 12 Heb. vrbe extremitatis regni tui. Id eſt, in vrbe quæ non longe diſtat à regno tuo. 13 vel, via ſtrata lapidibus. 14 ideſt, per patriam meam. 15 tantũ ſi nihil ſit in pedibus meis, tranſibo. Id eſt, dabo tibi iuſtũ pretiũ: modo nihil ſit mihi impedimento, tranſibo, & non immorabor. 16 vel, numeroſo, Id eſt, magnis copijs. 17 Addetur Aarõ ad populos ſuos. vel, Congrẽgabitur cum populis ſuis. Id eſt, Morietur Aarõ ſicut populares eius mortui ſunt. Addi enim, vel adiũgi, aut cõgregari ad populos ſuos, pro Mori, vſurpatum eſt Hebræis. 18 vel, rebelles fuiſtis ori meo. Id eſt, non credidiſtis ſermoni meo. 19 Id eſt, conſtitues pontificem Eleazarum pro patre ſuo. 20 adiungetur. Subaudi populis ſuis. Declarat autem quid ſignificet adiungi populis ſuis, quum mox dicit, & morietur ibi.

### CAP. XXI.

Vincit Iſrael regem Arad.
Q Vod cũ audiſſet Chananæus rex Arad, qui ha- 1
bitabat ad Meridiem, veniſſe ſcilicet Iſrael per
exploratorum viam, pugnauit contra illum, &
victor exiſtens, duxit ex eo prædam. ♀ At 2
Votum Iſrael.
Iſrael voto ſe Domino obligans, ait, Si tradideris popu-
lum iſtum in manu mea, delebo vrbes eius. ♀ Exaudiuit- 3
que Dominus preces Iſrael,& tradidit Chananæum, quẽ
ille interfecit ſubuerſis vrbibus eius: & vocauit nomẽ lo-
Horma.
ci illius, Horma, id eſt anathema. ♀ Profecti ſunt autem 4
& de monte Hor, per viam quæ ducit ad Mare - rubrum,
B
vt circumirent Terram-Edon. Et tædere cœpit populũ
• Deum
itineris ac laboris: ♀ locutuſque contra " Dominum & 5
Loquitur populus contra Deũ.
Moyſen ait, Cur eduxiſti nos de AEgypto, vt moreremur
in ſolitudine? deeſt panis, non ſunt aquæ: anima noſtra
iam nauſeat ſuper cibo iſto leuiſsimo. ♀ Quamobrem 6
Serpentibus ignitis percuſsi moriuntur. Sap.16.a. 1.Cor.10.b.
miſit Dominus in populum ignitos ſerpentes, ad quorum
plagas & mortes plurimorum, ♀ venerunt ad Moyſen, 7
atque dixerunt, Peccauimus, quia locuti ſumus contra
Dominum & te: ora vt tollat à nobis ſerpentes. Orauit
C
Moyſes pro populo, ♀ & locutus eſt Dñs ad eum, Fac ſer- 8
FIGVRA CHRISTI IESV. Iohan. 3.b.
pentẽ æneum,& pone eũ pro ſigno. qui percuſſus aſpe-
xerit eũ, viuet. ♀ Fecit ergo Moyſes SERPENTEM 9
AENEVM,& poſuit eum pro ſigno: quem cũ percuſsi
aſpicerent, ſanabantur. ♀ Profectique filij Iſrael caſtra- 10
metati ſunt in Oboth. ♀ Vnde egreſsi fixere tentoria in 11
Ie-abarim, in ſolitudine quæ reſpicit Moab contra Oriẽ-
talem plagam. ♀ Et inde mouentes, venerunt ad Tor- 12
rentem-Zared. ♀ Quem relinquentes caſtrametati ſunt 13
Caſtrametantur in Arnon. Iudi.11.c.
contra Arnõ, quæ eſt in deſerto, & prominet in finibus
Amorrhæi. ſiquidem Arnon terminus eſt Moab, diuidẽs
Moabitas & Amorrhæos. ♀ Vnde dicitur in libro bello- 14
rum Domini, Sicut fecit in Mari-rubro, ſic faciet in tor-
D
rentibus Arnon. ♀ Scopuli torrentium inclinati ſunt, vt 15
requieſcerent in Arnon,& recumberent in finibus Moa-
bitarum. ♀ Et ex eo loco apparuit puteus, ſuper quo lo 16
cutus eſt Dominus ad Moyſen, Congrega populum, &
dabo ei aquam. ♀ Tunc cecinit Iſrael carmen iſtud, 17
Aſcendat puteus. Concinebant, ♀ Puteus quem foderũt 18
principes,& parauerũt duces multitudinis in datore legis,
& in baculis ſuis.` Profectiq; ſunt de ſolitudine, ♀ Matha 19
na: ♀ de Mathana in Nahaliel: de Nahaliel in Bamoth. 20
*De
* Bamoth, vallis eſt in regione Moab, in vertice Phaſga,

### CAP. XXI.

*Q Vumque Chananæus rex Arad, qui habitabat ad Meridiem, audiſſet quòd veniret Iſrael 1 per viã exploratorum, pugnauit contra Iſraelem, & abduxit quoſdam ex eis captiuos. Vouit autem Iſrael votum Domino, dicens, Si omnino tradideris populũ iſtum in manũ meã, 2 deuouebo vrbes eorum hærem. Et exaudiẽs Dominus vocem Iſraelis, tradidit ei Chananæũ, & [Iſrael] 3 deuouit eos hærẽ, ſic etiam vrbes eorum, & vocauit nomen loci 4 Horma. Et profecti ſunt de monte Hor per viã maris carectoſi, vt circuirent terram Edom, & in via animus populi 5 tædio affectus eſt. Loquutuſque eſt populus contra Deum & contra Moſen, Cur effeciſtis vt aſcenderemus ex AEgypto, vt moreremur in ſolitudine? quia nec panem habemus, nec aquas, & animus noſter 6 cibum hunc vilem faſtidit. Dominus igitur miſit in populum ſerpentes 7 vrentes, qui populum mordebant: & mortuus eſt ex Iſraele populus multus. Veniens igitur populus ad Moſen, dixerunt, Peccauimus, quia loquuti ſumus contra Dominum & contra te, ora Dominum vt auferat à nobis ſerpentes iſtos. & orauit Moſes pro populo. Dixitque Dominus ad Moſen, Fac tibi 8 ſerpentem vrentem, & pone eum ſuper 9 palum in ſublime ſublatum, fietque, 10 ſi ſerpens aliquem momorderit, intueatur eum, & incolumis erit. Fecit itaque Moſes SERPENTEM AENEVM, & poſuit eum ſuper 9 palum erectum, fiebatque, ſiquem momordiſſet ſerpens, intuens ſerpentem æneum, ſanabatur. Filij Iſrael ſoluentes caſtra fixerunt in Oboth. Soluenteſque ex Oboth, caſtra fixerunt in Ie-abarim in deſerto ad faciẽ Moab ad Orientem ſolem. Hinc ſoluentes caſtrametati ſunt 11 in valle Zared. Et hinc ſoluentes caſtra fixerunt 12 vltra Arnonem, qui [fluuius] eſt in deſerto, 13 profluens à finibus Amorrhæi. eſt enim Arnõ limes Moab, inter Moab & Amorrhæũ. Hinc dicitur in libro præliorũ Domini, 14 quæ geſſit in [mari] carectoſo, & quæ in torrẽtibus Arnõ. 15 Et impetus ſcaturiẽs torrẽtiũ, qui tendit ad habitatione Ar, incũbitque in limitem Moab. 16 Et illinc in Beer: hic eſt Beer de quo dixit Dominus ad Moſen, Congrega populum, & dabo eis aquam. Tum canebat Iſrael canticum iſtud, 17 Aſcende Beer, alternis canite ei: Beer iſtũ foderunt principes, duces populi effoderunt eum, 18 cum legiſlatore, & baculis ſuis. Porro ex deſerto [venerunt] in Mathana. De Mathana vero in Nahaliel: & de Nahaliel in Bamoth. De Bamoth vero in vallem quæ eſt in campo Moab, 19 ad verticem collis,*

& vero

*& vertitur ad faciem deſerti. Et miſit legatos ad Sihon regem Amorrhæorum hiſce mandatis, Tranſire mihi liceat per terram tuam: non declinabimus neque in agros, neque in vineas, nec 20 bibemus aquas de puteis, ſed regia via incedemus, donec fines tuos tranſierimus. At Sihon Iſraeli non permiſit 21 vt fines ſuos pertranſiret: quin congregauit Sihon omnem populum ſuum, & egreſſus occurrit Iſraeli in deſertum, & venit in Iahza, & pugnauit contra Iſraelem. Et Iſrael feriit eum gladio, & occupauit terram eius ab Arnone ad Iaboc vſque, & vſque ad filios Ammon: quoniam 22 fortis limes erat filiorum Ammon. Et occupauit Iſrael omnes ciuitates iſtas, & habitauit Iſrael in omnibus ciuitatibus Amorrhæorum, in Heſbō & in omnibus 23 filiabus eius. 24 Fuerat ſiquidem Heſbon vrbs Sihonis regis Amorrhæorum, qui prius pugnauerat contra regem Moab, & tulerat vniuerſam terram eius de manu eius, vſque ad Arnonem. 25 Hinc fit, vt qui prouerbiis vtuntur, dicant, 26 Venite in Heſbon, ædificetur & 27 apparetur vrbs Sihoni. Quoniam ignis 28 erūpet ex Heſbon, & flamma ex vrbe Sihon: [quæ] 29 deuorauit Ar 30 [in] Moab, 31 poſſeſſores excelſorum Arnon. Væ tibi Moab, periiſti 32 popule Chemoſch. 33 Fuſi ſunt fugitiui filii eius, & filiæ eius in præda adductæ ſunt Sihoni regi Amorrhæorum. 34 Lucerna eorum Heſbon [ſcilicet] periit vſque ad Dibō, & vaſtauimus [eos] vſque ad Nopha, quæ [pertingit] ad Medeba. Habitauit itaque Iſrael in terra Amorrhæorum. Et Moſes miſit ad explorandum Iaaſer: ceperuntque viculos eius, & eiecit Amorrhæum qui erat illic. Et verſi aſcenderunt viam Baſan: & egreſſus Og rex Baſan, occurrit eis, ipſe & vniuerſus populus eius, vt præliaretur in Edrei. Et dixit Dominus ad Moſen, Ne metuas eum: in manum enim tuam dedi eum, & vniuerſum populum eius, atque regionem eius, fac ei quemadmodū feciſti Sihoni regi Amorrhæorum, qui habitauit in Heſbon. Percuſſerunt igitur eum, & filios eius, & vniuerſum populum eius, vt nullus ei ſupereſſet, occupaueruntque regionem eius.*

21 quod reſpicit contra deſertum. ♀ Miſit autem Iſrael nū-
22 tios ad Sehon regem Amorrhæorum, dicens, ♀ Obſecro
vt tranſire mihi liceat per terram tuam: non declinabimus in agros & vineas, non bibemus aquas ex puteis: via
23 regia gradiemur, donec tranſeamus terminos tuos. ♀ Qui
concedere noluit vt tranſiret Iſrael per fines ſuos: quin
potius exercitu congregato, egreſſus eſt obuiam in de-
24 ſertum, & venit in Iaſa, pugnauitque contra eum. ♀ A
quo percuſſus eſt in ore gladii, & poſſeſſa eſt terra eius
ab Arnon vſque Ieboc, & filios Ammon: quia forti præ-
25 ſidio tenebantur termini Ammonitarum. ♀ Tulit ergo
Iſrael omnes ciuitates eius, & habitauit in vrbibus Amor-
26 rhæi, in Heſebon ſcilicet, & viculis eius. ♀ Vrbs He-
ſebon fuit Sehon regis Amorrhæi, qui pugnauit con-
tra regem Moab: & tulit omnem terram quæ ditionis
27 illius fuerat, vſque Arnon. ♀ Idcirco dicitur in prouer-
bio, Venite in Heſebon, ædificetur, & conſtruatur ciui-
28 tas Sehon. ♀ Ignis egreſſus eſt de Heſebon, flamma
de oppido Sehon, & deuorauit Ar Moabitarum, & habi-
29 tatores excelſorum Arnon. ♀ Væ tibi Moab, periſti po-
pule Chamos. Dedit filios eius in fugam, & filias in cap-
30 tiuitatem regi Amorrhæorum Sehon. ♀ Iugum ipſorum
diſperiit ab Heſebon vſque Dibon, laſſi peruenerunt in
31 Nophe, & vſque Medaba. ♀ Habitauit itaque Iſrael in
32 Terra-Amorrhæi. ♀ Miſitque Moyſes qui explorarent
Iazer: cuius ceperunt viculos, & poſſederunt habitato-
33 res. ♀ Verteruntque ſe, & aſcenderunt per viam Ba-
ſan, & occurit eis Og rex Baſan cum omni populo ſuo,
34 pugnaturus in Edrai. ♀ Dixitque Dominus ad Moyſen,
Ne timeas eum, quia in manu tua tradidi illum, & om-
nem populum, ac terram eius: facieſque illi ſicut feciſti
35 Sehon regi Amorrhæorum habitatori Heſebon. ♀ Per-
cuſſerunt igitur & hunc cum filiis ſuis, vniuerſumque
populum eius vſque ad internecionem, & poſſederunt
terram illius.

E
Vincitur Sehon deut.2.f. iudi.11.d.

Amos.2.e. pſal.134.c. Amorrhæorum vrbes poſſidet Iſrael.
F
Heſebon. Moabitæ victi ab Amorrhæis.

Iudi.11.e. Chamos idolū Moabitarū.3.re.11.b.
G

Percutitur Og. deu.3.a.29.b.

## SCHOLIA IN CAP. XXI.

1 Id eſt, via qua venerant exploratores. 2 tum delebo vrbes eorum. 3 perdidit (vel, deleuit) eos, 4 Horma ſignificat euerſionem & deſtructionem: quod populus fuit euerſus & deſtructus in eo loco. 5 Heb. abbreuiatus eſt. Id eſt, populus labore itineris fatigatus cœpit deſtitui animo, vel deſpondere animum. Solet anima breuis fieri laborantibus & iis qui ſpirare vix poſſunt. 6 abhorret ab hac eſca leuiſſima. Leuiſſimam eſcam vocat Moſes manna, quod eſſet (vt Hebræi dicunt) leuiſſimæ concoctionis. 7 ignitos. Ab effectu vocat ignitos ſerpentes: quod eorum morſus induceret calorem quendam præter naturam, ita vt percuſſi ab eis, vri viderentur. 8 ſerpentem ignitum. Hoc eſt, qui habeat ſimilitudinem ſerpentis vrentis, qualis eſt ſerpens ex ære fabricatus. 9 vexillum. Vel, in extremitate haſtæ vexillaris. aut in ſignum, vt ſit vice vexilli. Alii vertunt, ſuper furca. Tamen vox Hebraica NES, pro qua ſignum vertit interpres vetus, proprie ſignificat vexillum. hic pro haſta vexillari accipitur. 10 Heb. omnis morſus, & videbit eum, & viuet. Id eſt, quicunque morſus aſpexerit illum, curabitur. 11 vel, in torrente Zared. 12 citra. nondum enim tranſierant. 13 prominens (vel, protenſus) vſque ad fines regni Amorrhæorum. 14 Vrbem Vaheb (ſubaudi, deleuit, vel expugnauit Deus) in turbine, & torrentes qui adiacent Arnon. vel, Vrbē Vaheb (deleuit Deus) magno cum impetu, & valles quæ adiacent ipſi Arnon. 15 Heb. Et decurſum torrentiū qui pergunt vt quieſcant in Ar, innititurque termino Moab, ideſt, Expugnauit regionem per quam defluunt amnes ab Arnon vſque ad Ar, defluuntque in regionem Moabitidem. 16 Et illinc (ſubaudi, profecti ſunt) in Beer: is eſt puteus de quo dixerat &c. 17 Aſcende putee, canite (vel, concinite) illi, Putee inquam quem foderunt, &c. Principium carminis eſt, Aſcende putee: quod non abſoluitur. Aſcende, inquit, ideſt, Exaltare. 18 ideſt, adhortante Moſe. 19 in vertice collis, & ex aduerſo reſpondet deſerto. Vel, aſpicit contra deſertum. 20 ſub. gratis. 21 vel, vt tranſiret per patriam ſuam. 22 vel, bene munita erat regio Ammonitarum. 23 Id eſt, minoribus vrbibus. Erat enim Heſebon vrbs regia. Filias etiam vocat villas & pagos, ſiue vrbes quæ ſunt ſub metropoli. 24 Siquidem Heſebon erat vrbs Sehon regis Amorrhæorum: ipſe enim pugnauerat contra regem Moab primum. Id eſt, expugnauerat regem Moabitarum, eum qui primus rex Moabitarum fuerat. Vel, priorem: hoc eſt, qui prius regnauerat ante Balac. 25 Idcirco dicūt parabolantes. Id eſt, qui ænigmata vſurpare ſolent, authoreſue ſunt parabolarum & ænigmatum. vel, hiſtorici ſcriptores. 26 ſub. dirutam. q.d. Vos viciſtis, reſtaurate mœnia vrbis Sehon. 27 inſtauretur. 28 egreſſus eſt ex Heſebon. Quidam per ignem intelligunt ſeditionem, quæ cauſa fuit vt Heſebon caperetur. alii vero copias. Chaldæus paraphraſtes vertit, quia ventus vrens fortis ſicut ignis, egreſſus eſt de Heſebon: & facientes prælium ſicut flamma de ciuitate Sehon. 29 Chaldæus paraphraſtes, occiderunt populum qui habitabat in Ar Moab. 30 vel, vrbem Moab. 31 Chaldæus paraphraſtes, & ſacerdotes qui habitant in domo deorum altarium Arnon. 32 vel, o popule (qui colis) Chamos. Chamos, idolum eſt Moabitarum, vt vides. 3. Reg. 11.b. Declarat autem quàm inualidæ fuerint vires ipſius idoli. 33 Dedit filios ſuos euaſores, & filias ſuas in captiuitatem. Id eſt, Permiſit Chamos vt cultores ſui verterentur in fugam, conſulerentque ſibi fuga, permiſit præterea, vt quæ adorabant eum, abducerentur in captiuitatem: dedit inquam eas regi Amorrhæorum, nempe ipſi Sehon. 34 Et nouale eorum periit ab Heſebon vſque ad Dibon. Alii vertunt, Et iaculis confecimus eos, periit, &c. Id eſt, vicimus. Eſt autem initium carminis, quod ſolet ſcribi à ſcriptoribus parta victoria. Superauimus ergo eos, & periit Heſebon vſque ad Dibon, & ad nihilum redegimus omnia vſq; ad Nophe quæ protenditur vſque Medaba.

## CAP. XXII.

*ET proficiſcentes filii Iſrael caſtrametati ſunt 1 in vaſtis locis Moab, 2 cis Iordanem [ex oppoſito] Hiericho. Balac autem filius Zipor vidit omnia quæ fece-*

## CAP. XXII.

1 PRofectique caſtrametati ſunt in campeſtribus
2 Moab, vbi trans Iordanem Iericho ſita eſt. ♀ Vidēs
autem Balac filius Sephor omnia quæ fece-
rat Iſ-

Rex Balac mittit ad Balaā vt maledicat populo.



rat Iſrael Amorrhæo, ♀ Et quòd pertimuiſſent eum Moa- 3
bitæ, & impetum eius ferre non poſſent, ♀ dixit ad ma- 4
iores natu Madian, Ita delebit hic populus omnes qui no
ſtris finibus commorantur, quomodo ſolet bos herbas vſ-
que ad radices carpere. Ipſe autem erat eo tempore rex in
Moab. ♀ Miſit ergo nuntios ad Balaam filium Beor ario- 5
lum, qui habitabat ſuper flumen terræ filiorum Ammon,
vt vocarent eum, & dicerent, Ecce egreſſus eſt populus
ex AEgypto, qui operuit ſuperficiem terræ, ſedens contra
me. ♀ Veni igitur & maledic populo huic, quia fortior 6
me eſt: ſi quo modo poſſim percutere, & eiicere eum
de terra mea. noui enim quòd benedictus ſit cui benedi-
xeris, & maledictus in quem maledicta congeſſeris.
♀ Perrexeruntque ſeniores Moab, & maiores natu Ma- 7
dian habentes diuinationis pretium in manibus: cumque
veniſſent ad Balaam, & narraſſent ei omnia verba Balac,
♀ Ille reſpondit, Manete hîc nocte, & reſpondebo 8
quicquid mihi dixerit Dominus. Manentibus autem il-
lis apud Balaam, ♀ venit Deus, & ait ad eum, Quid ſi- 9
bi volunt homines iſti apud te? ♀ Reſpondit, Balac fi- 10
lius Sephor rex Moabitarum miſit ad me, ♀ dicens, Ec- 11
ce populus qui egreſſus eſt de AEgypto, operuit ſuper-
ficiem terræ: veni, & maledic ei, ſi quo modo poſſim pu-
gnans * abigere eum. ♀ Dixitque Deus ad Balaam, 12
Noli ire cum eis, neque maledicas populo, quia benedi-
ctus eſt. ♀ Qui mane conſurgens dixit ad principes, Ite 13
in terram veſtram, quia prohibuit me Dominus venire
vobiſcum. ♀ Reuerſi principes dixerunt ad Balac, No- 14
luit Balaam venire nobiſcum. ♀ Rurſum ille multo plu- 15
res & nobiliores quàm antè miſerat, miſit. ♀ Qui cum 16
veniſſent ad Balaam, dixerunt, Sic dicit Balac filius Se-
phor, Ne cuncteris venire ad me: ♀ paratus ſum hono- 17
rare te, & quicquid volueris dabo tibi: veni, & maledic po
pulo iſti. ♀ Reſpondit Balaam, Si dederit mihi Balac 18
plenam domum ſuam argenti & auri, non potero immu-
tare verbum Domini Dei mei, vt vel plus, vel minus lo-
quar. ♀ Obſecro vt hîc maneatis etiam hac nocte, & 19
ſcire queam quid mihi rurſum reſpondeat Dominus.
♀ Venit ergo Deus ad Balaam nocte, & ait ei, Si vocare 20
te venerint homines iſti, ſurge, & vade cum eis: ita dunta-
xat, vt quod tibi præcepero facias. ♀ Surrexit Balaam 21
mane, & ſtrata aſina ſua profectus eſt cum eis. ♀ Et ira- 22
tus eſt Deus: ſtetitque angelus Domini in via contra Ba-
laam, qui inſidebat aſinæ, & duos pueros habebat ſecum,
♀ Cernens aſina angelum * ſtantem in via euaginato 23
gladio, auertit ſe de itinere, & ibat per agrum. Quam
cum verberaret Balaam, & vellet ad ſemitam reduce-
re, ♀ ſtetit angelus in anguſtiis duarum maceriarum, 24
quibus vineæ cingebantur. ♀ Quem videns aſina, iun- 25
xit ſe parieti, & attriuit ſedentis pedem. At ille iterum
verberabat eam: ♀ & nihilominus angelus ad locum an- 26
guſtum tranſiens, vbi nec ad dexteram nec ad ſiniſtram
poterat deuiari, obuius ſtetit. ♀ Cumque vidiſſet aſina 27
ſtantem angelum, concidit ſub pedibus ſedentis: qui ira-
tus, vehementius cædebat fuſte latera eius. ♀ Aperuit- 28
que Dominus os aſinæ, & locuta eſt, Quid feci tibi? cur
percutis me ecce iam tertio? ♀ Reſpondit Balaam, Quia 29
commeruiſti, & illuſiſti mihi: vtinam haberem gla-
dium vt te percuterem. ♀ Dixit aſina, Nonne animal 30
tuum ſum, cui ſemper ſedere conſueuiſti vſque in præſen-
tem diem? dic quid ſimile vnquam fecerim tibi? At il-
le ait, Nunquam. ♀ Protinus aperuit Dominus oculos Ba- 31
laam, & vidit angelum ſtantem in via euaginato gladio,
adorauitque eum pronus in terram. ♀ Cui angelus, Cur, 32
inquit, tertio * verberas aſinam tuam? Ego veni vt ad-
uerſarer tibi, quia peruerſa eſt via tua, mihique con-
traria, ♀ Et niſi aſina declinaſſet de via, dans locum re- 33
ſiſtenti, te occidiſſem, & illa viueret. ♀ Dixit Ba- 34
laam, Peccaui, neſciens quod tu ſtares contra me: & nunc

Ioſ.24.b.
B
C
*abiicere
Balaam prohibet Deus maledicere Iſraelitis.
Inf.24.c. D
Balaam non poteſt maledicere contra Domini voluntatem.
Balaam euti ad maledicēdū occurrit angelus. 2.Pet.2.c. Iude. 1.d.
*Domini E
Loquitur aſina.
F
*verberaſti

*rat Iſrael Amorrhæis. Metuitq; ſibi Moab valde à populo illo, multus enim erat: 3 & peruigil fuit Moab propter filios Iſrael. Dixit ergo Moab ad ſeniores Midian, 4 Depaſcet nunc exercitus ille quidquid circum nos eſt, quēadmodum bos viridia cāpi depaſcit. Imperitabat autē Moabitis tunc temporis Balac filius Zipor. Miſit ergo legatos ad Bileā filium Beor in Pethor, quæ eſt 5 iuxta fluuium in terra filiorum populi ſui, qui vocarent eum huiuſmodi verbis, En populus egreſſus eſt ex AEgypto, qui operit ſuperficiē terræ, habitatq; 6 contra me. Veni igitur quæſo, 7 & execrare mihi populum iſtum, potentior enim me eſt, 8 ſi quo modo eum cædere atque eiicere è terra poſſim: nā certo noui 9 eum fœlicē fore, cui tu bona precatus: eum rurſus execratum, cui tu mala imprecatus fueris. Abierunt itaque ſeniores Moab, & ſeniores Midian, 10 eratq; premium diuinationis in manu eorum: qui venientes ad Bileam, recenſuerunt ei mandata Balac. Is autem reſpondit eis, Manete hîc noctem iſtam, & referam vobis 11 ſermonem quem Dominus loquutus ad me fuerit. Manſerunt itaq; principes Moab apud Bileā. Et veniens 12 Deus ad Bileam, dixit, Qui ſunt viri iſti qui 13 tecum [ſunt?] Reſpondit Bileam Deo, Balac filius Zipor rex Moab miſit ad me, En populus egreſſus eſt ex AEgypto, qui 14 operuit faciem terræ, veni igitur & execrare mihi illum, ſi quo pacto eum debellare atq; eiicere queam. Ait autem Deus ad Bileam, Ne eas cum eis, neq; execreris populum hunc, quoniā 15 fauſtus eſt. Et ſurgens Bileam ſub lucē, dixit ad principes Balac, Ite in terram veſtram: Dominus enim non permittit vt vobiſcum vadam. Surgentes itaq; principes Moab, venerunt ad Balac, ſic renuntiantes, Noluit Bileam venire nobiſcum. Rurſus ergo miſit Balac plures principes & honoratiores prioribus. Qui venientes ad Bileam dixerūt ei, Sic dicit Balac filius Zipor, Ne quæſo 16 recuſes, quin venias ad me: magnificentiſſime enim te tractabo, & faciam quæcūq; dixeris mihi: adeſto obſecro, & execrare mihi populum iſtum. Et reſpōdens Bileā, dixit ad ſeruos Balac, Si daret mihi Balac domū ſuam argento & auro plenam, non tamen tranſgredi poſſum verbum Domini Dei mei, 17 vt vel paruum vel magnum faciam. Nunc igitur manete hîc quæſo & iſtam noctem, vt intelligam quid Dominus porrò loquuturus ſit mecum. Veniens igitur Deus nocte iſta ad Bileam, dixit, Si viri illi venerunt te vocatum, ſurgens vade cum eis, attamē verbum quod ad te fuero loquutus, hoc facias. Surrexit itaque Bileā mane, & ſtrauit aſinam ſuā, & abiit cū principibus Moab. Et excanduit ira Dei quod proficiſceretur ipſe: collocauitque ſe angelus Domini 18 in viam, vt impediret eum. ipſe autem ſedit ſuper aſina ſua, habebatq; ſecum 19 duos pueros ſuos. Videns autem aſina angelum Domini ſtantem in via, diſtrictumq; gladium eius in manu eius, deceſſit aſina de via, iuitque in agrum: & Bileam verberauit aſinam, vt rediret in viam. Stetit autem angelus Domini in anguſta ſemita vinearum, eratq; ex vtraq; parte maceria. Viſo autem angelo Domini aſina 20 ad maceriam coacta, preſſit pedem Bileam ad maceriam: is autem rurſus verberauit eam. 21 Angelus autem Domini perrexit, & in loco anguſto ſtetit, 22 vt nulla eſſet via declinandi, neq; ad dexterā, neq; ad ſiniſtrā. Cernens igitur aſina angelum Domini, ſuccubuit ſub Bileā, & iratus Bileam virga percuſſit aſinam. Et aperuit Dominus os aſinæ, & dixit ad Bileam, Quid feci tibi quòd me iā ter verberaſti? Et ait Bileam ad aſinam, Quòd mihi illudis: 23 ſi gladium manu haberem, iam te interficerē. Et ait aſina ad Bileā, Annon ego ſum aſina tua, 24 qua veheris ab eo tēpore in hodiernum vſq; diem? nū tale quidpiā facere tibi ſolita ſum? Et dixit [Bileā,] Non. 25 Retexit autem Dn̄s oculos Bileam, vt videret angelum Dn̄i ſtantem in via, gladiumq; diſtrictū in manu eius: inclinato ergo vertice procidit in faciem ſuam. Et dixit ad eum angelus Dn̄i, Cur iam ter verberaſti aſinam tuā? En ego egreſſus ſum, 26 vt te impedirem: 27 aberrat enim via tua coram me. Et videns me aſina, declinauit à me iā ter: quæ 28 ſi non declinaſſet coram me, te interfecto, ipſam incolumē ſeruaſſem. Et ait Bileam ad angelum Domini, Peccaui, quoniam non noui quòd tu aduerſum me in via ſtares: 29 quod*

*ſi tibi diſplicet, reuertar. Ait angelus Domini ad Bileam, Vade cum viris illis, at verbum quod ego fuero ad te loquutus, loquêris. profectus eſt itaque Bileam cum principibus Balac. Audiens autem Balac veniſſe Bileam, obuiam ei egreditur ad ciuitatem Moab, 30 quæ eſt in termino Arnon in extremis finibus. Et ait Balac ad Bileam, Annon miſi ad te, vt te accerſerem, cur ergo non veniſti ad me? 31 nimirum quòd te non ſatis honorificè poßim tractare? Et reſpondit Bileam ipſi Balac, En veni nunc ad te, 32 num verò loqui quidquam potero? verbum quod poſuerit Deus in ore meo, hoc loquar. Et abiens Bileam cum Balac venerunt in ciuitatem 33 platearum. Et mactans Balac boues & oues, 34 miſit 35 ipſi Bileam & principibus qui cum eo erant.*

35 ſi diſplicet tibi vt vadam, reuertar. ¶ Ait angelus, Vade cũ
iſtis, & caue ne aliud quã præcepero tibi, loquaris. Iuit igi-
36 tur cum principibus. ¶ Quod cum audiſſet Balac, egreſſus
eſt in occurſum eius in oppido Moabitarum, quod ſitum
37 eſt in extremis finibus Arnon. ¶ Dixitque ad Balaam,
Miſi nuntios vt [a] vocarent te: cur non ſtatim veniſti ad
me? an quia mercedem aduentui tuo reddere nequeo?
38 ¶ Cui ille reſpondit, Ecce adſum, nunquid loqui po-
39 tero aliud, niſi quod Deus poſuerit in ore meo? ¶ Per-
rexerunt ergo ſimul, & venerunt in vrbem quæ in extre-
40 mis regni eius finibus erat. ¶ Cumque occidiſſet Balac bo
ues, & oues, miſit ad Balaam, & principes qui cũ eo erant,
41 munera. ¶ Mane autem facto duxit eum ad excelſa Baal,
& intuitus eſt extremam partem populi.

G

Balac rex magnifice excipit Balaam.

[a] vocarent

## SCHOLIA IN CAP. XXII.

1 In campeſtribus. Chaldæus paraphraſtes vertit, in planitie. 2 Citra Iordanem Iericho. Id eſt, qui labitur circa Iericho, vel non procul à Iericho fluit. 3 anguſtiaque (vel mœſtitia) affectus eſt. 4 Nunc lambendo abſumet congregatio iſta vniuerſas regiones nobis finitimas, ſicut lambendo depaſcere ſolet bos herbam agri virentem. 5 iuxta flumen terræ, &c. Id eſt, in vrbe quæ dicebatur Pethor, quæ ſita erat ad flumen Euphraten in Syria, ſiue Meſopotamia, in patria ipſius Balaam. 6 è regione mei. Id eſt, imminet regno meo. 7 & in gratiam mei maledic populo iſti. 8 vel, ſi forte percutere eũ atq;, &c. Aut potius, forte euadã ſuperior, percutiam eum & eijciam eum è terra. 9 (quod) cui benedixeris, benedictus erit: & cui maledixeris maledictus erit. 10 Vel, portantes ſecum mercedem quam pro diuinatione darent. 11 vel, reſponſum quemadmodum loquetur mecum Dominus. 12 Id eſt angelus bonus vel malus. 13 apud te. 14 vel, operit. 15 benedictus eſt. vel, benedixi illi. 16 Hebraiſmus, prohibeas te ne venias ad me: honorando enim honorabo te valde, & omnia quæ dixeris mihi faciam. veni igitur, in gratiam mei maledic populo iſti. Id eſt, Ne cauſeris quippiam quominus venias ad me: nam glorificabo te, hoc eſt cumulabo te maximis muneribus, dabo tibi ampliſsimas opes. 17 vel, vt faciam (aliquid) ſiue paruum illud ſit, ſiue magnum. 18 in ipſa via, in aduerſarium illi. Id eſt, vt illi aduerſaretur, ne porro pergeret. 19 duos famulos ſuos. 20 vel, iungens ſe ad parietem, attriuit. 21 Hebraiſmus, Et addidit angelus Domini tranſire. 22 vbi nulla erat. 23 vtinã gladius eſſet in manu mea, profecto nunc te interficerem. 24 Hebraiſmus, ſuper quam ſediſti à tempore præcedenti tuo, vſque ad diem hanc? id eſt, quam equitaſti iandudum vſque nunc? 25 Tunc *detexit Dominus oculos Balaam*. Alij vertunt, Tunc Dominus reddidit oculos Balaam perſpicaciores. 26 Hebraiſmus, in aduerſarium tibi, id eſt, vt tibi aduerſarer. 27 quia declinauit à via, coram me. Duæ voces ſubaudiendæ, Quia *declinauit (cor tuum)* à via recta, me inſpectante. 28 niſi declinaſſet à me, (ſubaudi, ſcito, aut aliquid ſimile) quod nunc interfeciſſem te, & eam ſeruaſſem incolumem. Ex hoc loco colligimus aſinam mortuam fuiſſe poſtquam locuta eſt. 29 nunc igitur ſi malum fuerit in oculis tuis, reuertar mihi, id eſt, ſi diſplicet tibi, reuertar in domum meam, vel in patriam meam. 30 quæ erat contermina Arnon, quæ (ſcilicet Arnon) erat in extremo termini. Id eſt, in extremis finibus regni Moabitarum. 31 an vere non poſſum glorificare te? Id eſt, putaſne me non poſſe te afficere multis muneribus, vel magno honore? 32 ſubaudi, pro voto meo. vel, niſi illud quod Deus voluerit? 33 Huſoth. nomen proprium. 34 ſubaudi, munera. 35 propter Balaam & propter principes qui erant cum eo. Vt ſcilicet eum lautè acciperent.

## CAP. XXIII.

*Sequẽti luce Balac aſſumpto Bileã, duxit eũ 1 in excelſa Baal, vt iſthinc videret partẽ extremã populi, Et ait Bileã ad Balac, Extrue mihi hîc ſeptẽ aras, & para mihi ſeptẽ boues, & ſeptẽ arietes. Fecit ergo Balac quẽadmodũ Bileã iuſſerat, 2 ſacrificauitq; Balac & Bileã bouẽ & arietẽ in ara. Et dixit Bileã ad Balac, Sta tu iuxta holocauſtum tuũ, & ego vadã, ſi fortè Dñs mihi obuiã fiat, & quidquid mihi oſtẽderit, id indicabo tibi. & aſcẽdit ⁒ in excelſa. Quũ verò ipſi Bileam obuiã factus fuiſſet Deus, ait [Bileã] ad eũ, Septẽ aras inſtruxi, & ſacrificaui in vnaquaq; bouẽ & arietẽ. Dñs verò 3 indidit ſermonẽ ori Bileã, & ait, Reuertere ad Balac, & ſic loquere. Quũq; rediſſet ad eũ, en ſtabat ille iuxta holocauſtum ſuum, ipſe & omnes principes Moab. Is autẽ 4 ſumpta parabola dixit, De Aram 5 duxit me Balac rex Moabitarum, de montibus Orientalibus, Veni, 6 execrare mihi Iacob, & veni, inquã, deteſtare Iſraelẽ. 7 Quomodo mala imprecabor ei cui mala nõ imprecatur Deus? aut quomodo deteſtabor eũ quem non deteſtatur Dominus? Quoniã de ſummitate 8 ſilicũ video eũ, atq; de collibus 9 intueor eum. ecce populus 10 ſeorſim habitabit, & inter Gentes 11 ſeſe non reputabit. 12 Quis numeret pulverem Iacob, & numerum quartæ partis Iſraelis? Moriatur anima mea morte iuſtorũ, & ſit extremũ meũ quemadmodum 13 illius. Dixit verò Balac ad Bileã, Quid 14 facis mihi? accerſiui te vt mala imprecareris hoſtibus meis, tu verò 15 ſtrenue fauſta imprecaris. Qui reſpondens, ait, 16 Annon obſeruare debeo, vt loquar iſtud quod Dominus ori meo indidit? Et ait ad eum Balac, Veni quæſo mecum ad alium quempiam locum, 17 vnde [populum] iſtum videre poßis, vel partem dunxaxat, totum verò non videas, vt iſthinc execreris mihi eum.*

## CAP. XXIII.

1 Dixitque Balaam ad Balac, AEdifica mihi hîc ſe-
ptem aras, & para totidem vitulos, eiuſdemque
2 numeri arietes. ¶ Cumque feciſſet iuxta ſermo-
nem Balaam, impoſuerunt ſimul vitulum & arietem ſu-
3 per aram. ¶ Dixitque Balaam ad Balac, Sta pauliſper
iuxta holocauſtum tuum, donec vadam, ſi forte occurrat
mihi Dominus, & quodcunque imperauerit, loquar tibi.
4 ¶ Cumque abijſſet velociter, occurrit illi Deus. Locu-
tuſque ad eum Balaam, Septem, inquit, aras erexi, & im-
5 poſui vitulum & arietem deſuper. ¶ Dominus autem
poſuit verbum in ore eius, & ait, Reuertere ad Balac, &
6 hæc loquêris. ¶ Reuerſus inuenit ſtantem Balac iuxta
holocauſtum ſuum, & omnes principes Moabitarum.
7 ¶ Aſſumptaque parabola ſua, dixit, De Aram adduxit
me Balac rex Moabitarum, de montibus Orientis. Veni,
inquit, & maledic Iacob: propera & deteſtare Iſrael.
8 ¶ Quomodo maledicam, cui non maledixit Deus? qua ra
9 tione deteſter, quem Dominus non deteſtatur? ¶ De
ſummis ſilicibus videbo eum, & de collibus conſyderabo
illum: populus ſolus habitabit, & inter Gentes non repu-
10 tabitur. ¶ Quis dinumerare poſsit pulverem Iacob, &
noſſe numerum ſtirpis Iſrael? Moriatur anima mea mor-
11 te iuſtorum, & fiant nouiſsima mea horum ſimilia. ¶ Di-
xitque Balac ad Balaam, Quid eſt hoc quod agis? vt ma-
lediceres inimicis meis, vocaui te: & tu econtrario benedi
12 cis eis. ¶ Cui ille reſpondit, Num aliud poſſum loqui
13 niſi quod iuſſerit Dominus? ¶ Dixit ergo Balac, Ve-
ni mecum in alterum locum vnde partem Iſrael vi-
deas, & totum videre non poſsis, inde maledicito ei.

Balaam conſtruit aras.

Deus dat Balaã quod loquatur.

Balaã benedicit ſemini Iſraelis.

B

Cumque



¶ Cumque duxiſſet eum in locum ſublimem, ſuper ver- 14
ticem montis Phaſga, ædificauit Balaam ſeptem aras, &
impoſitis ſupra vitulis atque arietibus, ¶ dixit ad Balac, 15
Sta hic iuxta holocauſtum tuum, donec ego obuius per-
gam. ¶ Cui cum Dominus occurriſſet, poſuiſſetque ver- 16
bum in ore eius, ait, Reuertere ad Balac, & hæc loquêris
ei. ¶ Reuerſus inuenit eum ſtantem iuxta holocauſtum 17
ſuum, & principes Moabitarum cum eo. ad quem Balac,
Quid inquit, locutus eſt Dominus? ¶ At ille aſſumpta 18
parabola ſua, ait, Sta Balac & auſculta, audi fili Sephor,
¶ Non eſt Deus quaſi homo vt mentiatur, nec vt filius 19
hominis vt mutetur. Dixit ergo, & non faciet? locutus eſt,
& non implebit? ¶ Ad benedicendum adductus ſum, 20
benedictionem prohibere non valeo. ¶ Non eſt idô- 21
lum in Iacob, nec videtur ſimulachrum in Iſrael. Domi-
nus Deus eius cum eo eſt, & clangor victoriæ regis in il-
lo. ¶ Deus eduxit illum de AEgypto, cuius fortitudo ſi- 22
milis eſt rhinocerôtis. ¶ Non eſt augurium in Iacob, nec 23
diuinatio in Iſrael: temporibus ſuis dicetur Iacob & Iſ-
raeli quid operatus ſit Deus. ¶ Ecce populus vt leæna 24
conſurget, & quaſi leo erigetur: non accubabit donec
deuoret prædam, & occiſorum ſanguinem bibat. ¶ Di- 25
xitque Balac ad Balaam, Nec maledicas ei, nec benedi-
cas. ¶ Et ille ait, Nonne dixi tibi quòd quicquid mihi 26
[a] Deus imperaret, hoc facerem? ¶ Et ait Balac ad eum, 27
Veni, & ducam te ad alium locum: ſi fortè placeat Deo
vt inde maledicas eis. ¶ Cumque duxiſſet eum ſuper 28
verticem montis Phogor, qui reſpicit ſolitudinem, ¶ di- 29
xit ei Balaam, AEdifica mihi hîc ſeptem aras, & para to-
tidem vitulos, eiuſdemque numeri arietes. ¶ Fecit Ba- 30
lac vt Balaam dixerat: impoſuitque vitulos & arietes per
ſingulas aras.

C

Inf. 24. b.

D

[a] Dominus

*Adduxit ergo eum 18 in Agrum-ſpeculatorum, in verticem collis, & extruxit ſeptem aras, ſacrificans in ſingulis ſingulos boues & arietes. Dixit autem ad Balac, Sta hîc iuxta holocauſtum tuum, 19 ego iſthic ſi mihi occurratur [expectabo.] Obuiam itaque factus eſt Dominus ipſi Bileã, & 20 indidit ei ſermonem in os eius, & dixit, Reuertere ad Balac, & loquere ad hunc modum. Et quum veniſſet ad eum, ecce is ſtabat iuxta holocauſtum ſuum, & principes Moab cum eo. & dixit ad eum Balac, Quid loquutus eſt Dominus? Qui 21 ſumpto ſermone ænigmatico, reſpondit, Surge Balac & audi, auſculta me fili Zipor. Deus non vir eſt vt mentiatur, aut filius hominis vt 22 pœniteat: num ipſe 23 dicit, & non facit? num loquitur, & nõ 24 ratum faciet? 25 en cœpi bona ac fauſta imprecari, fauſta inquam imprecari, nec vertam illa. 26 Nihil vanitatis videtur in Iacob, neque quidquam moleſtiæ in Iſraele, Dominus Deus eius eſt cum eo, & 27 iubilus regis in eo. Deus, qui eduxit eos ex AEgypto, eſt ei veluti robur 28 rhinocerotis. 29 Nõ eſt incantatio in Iacob, neque diuinatio in Iſraele. 30 quum fuerit opportunum dicitur ipſi Iacob & Iſraeli quid Deus operetur. En populus [ille] conſurget vt 31 leæna, & veluti leo ſeſe eriget: non accubabit, 32 donec comedat prædam, & ſanguinem occiſorum bibat. Et dixit Balac ad Bileam, 33 Nec execreris eum, neque fauſta ei impreceris. Et reſpondens Bileã, dixit ad Balac, Annon loquutus ſum ad te, Quidquid Dominus loquutus fuerit, idipſum faciam? Et dixit Balac ad Bileã, Veni quæſo, ducam te in alium locum, ſi fortaſſe Deo 34 viſum fuerit, vt inde execreris mihi populum. Aſſumpto igitur Balac Bileam in verticem Peor, 35 qui viſitur è regione deſerti. Et dixit Bileam ad Balac, Extrue mihi hîc ſeptẽ aras, & para mihi hîc ſeptem boues, atque ſeptem arietes. Et fecit Balac quemadmodum iuſſerat Bileam, ſacrificauitque ſingulos boues & arietes in ſingulis aris.*

## SCHOLIA IN CAP. XXIII.

1 In Bamoth-Baal. Id eſt, in excelſis Baal. 2 impoſueruntque Balac & Balaam vitulum & arietem in altari. Id eſt, per ſingulas aras mactauerunt vnum arietem & vnum bouem. ⁒ vel, in locum ſublimiorem. aptiorem ſcilicet contemplationi. Alij vertunt, Abijt ſolus, ſiue ſolitarius. 3 Id eſt, ſuggeſsit ipſi Balaam quod reſponderet. 4 Id eſt, exorſus propheticum ſermonem. quia in prophetijs ſunt parabolæ, ideo parabola accipitur pro ſermone prophetico. 5 vel, deducendum curauit, aut accerſiuit. 6 vel, maledic in gratiam mei ipſi Iacob. 7 Cur maledicam. 8 vel, petrarum. aut, montium. 9 vel, contemplatus ſum eum. Hoc dicit propter legem Iſraelitis in monte datam. 10 vel, ſolus. aut, ſolitarius. Id eſt, ſeorſum ab alijs gentibus habitaturus eſt propter religionem. 11 vel, non reputabitur. Id eſt, non mutabit religionem ſuam, vt miſceatur cum alijs gentibus. 12 Chaldæus paraphraſtes vertit, Quis numero æquaturus eſt puluerem terræ Iacob? 13 ſubaudi, populi Iſraelitici, id eſt, Moriar vt iſti iuſti morituri ſunt: & mihi contingat vt illis. 14 feciſti. 15 Hebraiſmus, benedicendo benedixiſti. 16 Hebraiſmus, Nonne quod ponet Dominus in ore meo, id ſtudioſe conabor dicere? quaſi dicat, id ſolum poſſum dicere. Seipſum interpretatur quum dicit capite ſequenti, Si dederit mihi Balac plenam domum, &c. 17 vnde videas illum (tantum extremitatem eius vidiſti, & totum illum non vidiſti) & maledic ei illinc in gratiam mei. Obſeruanda eſt iſta parentheſis: alioqui locus eſt obſcuriſsimus. 18 Hebraiſmus, in Sede-ſophim: nomen loci locum ſpeculatorum ſignificans. 19 Hebraiſmus, vt ego occurram illic. Subaudi, Deo. Id eſt, vt ego conſulam Deum. 20 id eſt, ſuggeſsit illi quod loqueretur, ſiue reſponderet. 21 id eſt, cum cœpiſſet more prophetarum dicere. vel, Tunc exorſus ſermonem propheticum, dixit. 22 ſubaudi, eum promiſsi. vel, vt mutet ſententiam. 23 vel, dixit aliquid quod facturus non eſt? 24 vel, præſtabit? ſubaudi, quod promiſit. 25 ecce, benedictionem accepi, præterea benedixit, & non reuocabo illam. Hoc eſt, mandatum accepi à Domino; ſiue miſſus ſum à Dño vt benedicerẽ: ipſe Dñs benedixit: neq; poſſum benedictionẽ illã reuocare. 26 Non aſpexit iniquitatẽ in Iacob, neq; vidit calũniã, &c. 27 .i. ſimilis clangori regis victoris, quaſi dicat, vincet hic populus Iſraeliticus inimicos ſuos. 28 vnicornis. 29 Hebraiſmus, Quia non eſt augurium in, &c. id eſt, Iſraelitæ non ſunt dediti augurijs & diuinationibus. vel, non opus habent accedere ad augures. 30 ſicut hoc tempore dicetur de Iacob & de Iſraele quid fecerit Dominus, id eſt, ſimili tempore ſiue poſthac narrabitur quanta fecerit Dominus pro Iſraele. 31 vel, leo natu grandis. 32 id eſt, donec ſpoliet omnibus bonis inimicos. 33 Hebraiſmus, Etiam maledicendo ne maledicas ei, etiam benedicendo ne benedicas ei, id eſt, Si nolis ei maledicere, ne igitur benedixeris ei. 34 vel, placeat. aut, rectum ſit. 35 qui reſpicit contra faciem Ieſimon, nomen deſerti in quo erant Iſraelitæ.

## CAP. XXIIII.

Cvmque vidiſſet Balaam quòd placeret Domino 1
vt benediceret Iſraeli, nequaquam abijt vt ante
perrexerat, vt auguriũ quæreret: ſed dirigens con
tra deſertum vultum ſuum, ¶ Et eleuãs oculos vidit Iſrael 2
in tentorijs commorantem per tribus ſuas: & irruente in
ſe Spiritu Dei, ¶ Aſſumpta parabola ait, Dixit Balaam fi- 3
lius Beor, dixit homo cuius obthuratus eſt oculus, ¶ Di- 4
xit auditor ſermonum Dei, qui viſionem Omnipoten-
tis intuitus eſt, qui cadit & ſic aperiuntur oculi eius,

Balaã prophetat de futuro regno Iſrael.

## CAP. XXIIII.

*Videns autem Bileam quod placeret in oculis Domini vt fauſta imprecaretur Iſraeli, non profectus eſt vt antea 1 vt occurreret incantationibus, ſed verſa facie ſua verſus deſertum Bileam, Subleuatiſque oculis ſuis, vidit Iſraelem habitantem ſecundum tribus ſuas, 2 & Spiritus Dei inueſtigauit eum, vt inſtituto ſermone ænigmatico ſic loqueretur, 3 Dixit Bileam filius Beor, dixitque vir 4 obſcuratus oculo. Dixit auditor eloquiorum Dei, qui viſum Omnipotentis vidit, 5 cui cadenti oculi reuelati ſunt,*



Quam

*Quàm 6 pulchra ſunt tentoria tua ô Iacob, habitationes tuæ ô Iſrael! 7 Quemadmodum torrentes extenduntur, & ſicut horti ad flumina, ſicut aloe quam plantauit Dominus, & ſicut cedri iuxta aquas. Stillat aqua 8 de ſitula eius, & ſemen eius erit 9 veluti aquæ multæ. 10 altus erit rex eius ab Agag, magnificabiturque regnum eius. Deus eduxit eum ex AEgypto, robur eius vt rhinocerotis, deuorabitque Gentes hoſtes ſuos, & oſſa eorum arrodet, 11 ſagittaſque ſuas confringet. Accubat, iacetque vt leo, & quaſi leæna: 12 quis excitaret eum? Qui tibi fauſta imprecabitur, fauſta imprecabuntur eidem: qui verò te execratur, erit & is execratus. Et 13 incaluit naſus Balac aduerſus Bileam, 14 complicatiſque manibus dixit Balac ad Bileam, Vocaui te vt hoſtibus meis mala imprecareris, & en iam ter illis ſedulo fauſta es imprecatus. Fuge igitur ad locum tuum, ſtatueram quidem omnino 15 vt magno te honore afficerem: at Dominus 16 obſtitit, quo minus te honorem. Reſpondit Bileam ipſi Balac, Annon legatis tuis, quos ad me miſeras, dixeram, Si Balac dederit mihi domum ſuam argento & auro plenam, non poſſum tranſgredi imperium Domini, vt faciam vel bonum vel malum ex corde meo, ſed quod Dominus fuerit loquutus, hoc loquar ſtrenue? Nunc igitur proficiſcor ad gentem meam, adeſto igitur ∵ conſulam tibi 17 quid facturus ſit populus iſte populo tuo, idque nouiſſimis diebus. 18 Sumpto itaque ſermone ænigmatico, dixit, Dixit Bileam filius Beor, & dixit vir obſcuratus oculo. Dixit auditor eloquiorum Dei, & qui nouit ſcientiam Altiſſimi, qui viſum vidit Omnipotentis, cui cadēti retecti ſunt oculi. 19 Videbo eum, ſed non modo: intuebor eum, ſed non cominus. 20 INCEDET STELLA ex Iacob, & ſurget ſceptrum ex Iſraele, & confringet proceres Moab, & diruet omnes 21 filios Seth. Et erit Idumæa poſſeſſa, 22 & Seir cedet hoſtibus ſuis in poſſeſſionem, & Iſrael 23 fortiter aget. Qui dominatur erit ex Iacob, & perdet reliquias 24 ex ciuitate. Cumque 25 vidiſſet Amalec, ſumpto ſermone 26 ænigmatico, dixit, 27 Principium Gentium Amalec, 28 at poſtremum eius prorſus peribit. Cenæum verò videns, 29 ſumpto ſermone ænigmatico, dixit, Robuſta eſt habitatio tua, 30 & ponis in petra nidum tuum. 31 Etenim Cenæus comburetur, donec Aſſur captiuum te abduxerit. Inſtitutoque ſermone ænigmatico ſuo, ait, Heu quis viuet quum Deus 32 [id] fecerit? Et naues 33 ex partibus Chitim affligent Aſſur, deinde affligent & 34 Eber, 35 qui & ipſe perpetuo peribit. Surgens autem Bileam, abijt, & reuerſus eſt in locum ſuum. Sed & Balac abijt viam ſuam.*

5 ♀ Quàm pulchra tabernacula tua Iacob, & tentoria tua
6 Iſrael! ♀ Vt valles nemoroſæ, vt horti iuxta fluuios irrigui, vt tabernacula quæ fixit Dominus, quaſi cedri pro-
7 pe aquas. ♀ Fluet aqua de ſitula eius, & ſemen illius erit
B
in aquas multas. tolletur propter Agag, Rex eius, & aufe-
8 retur regnum illius. ♀ Deus eduxit illum de AEgypto, cuius fortitudo ſimilis eſt rhinocerotis: deuorabunt Gen-
Sup.23.d.
tes hoſtes illius, oſſaque eorum confringent, & perfora-
9 bunt ſagittis. ♀ Accubans dormiuit vt leo, & quaſi leæna, quam ſuſcitare nullus audebit. Qui benedixerit tibi, erit & ipſe benedictus: qui maledixerit*, in maledictione
*tibi
10 reputabitur. ♀ Iratuſque Balac contra Balaam, comploſis manibus ait, Ad maledicendum inimicis meis vocaui
Balac iraſcitur in Balaam.
11 te, quibus econtrario tertiò benedixiſti. ♀ Reuertere ad locum tuum: decreueram quidem magnificè honorare
12 te, ſed Dominus priuauit te honore diſpoſito. ♀ Reſpondit Balaam ad Balac, Nonne nuntijs tuis, quos miſiſti ad
C
13 me, dixi, ♀ Si dederit mihi Balac plenam domum ſuam
Sup.22.d.
argenti & auri, non potero præterire ſermonem Domini Dei mei, vt vel boni quid, vel mali proferam ex corde
14 meo: ſed quicquid Dominus dixerit, hoc loquar? ♀ Veruntamen pergens ad populum meum, dabo* conſilium
*tibi
quid populus tuus populo huic faciat extremo tempore.
15 ♀ Sumpta igitur parabola, rurſum ait, Dixit Balaam fi-
Chriſti aduentū prædicit Balaā.
16 lius Beor, dixit homo cuius obthuratus eſt oculus, ♀ Dixit auditor ſermonum Dei, qui nouit doctrinam Altiſſimi, & viſiones Omnipotentis videt, qui cadens apertos
17 habet oculos, ♀ Videbo eum, ſed non modo: intuebor illum, ſed non propè. ORIETVR STELLA ex
IESVS. Mat.2.a.
Iacob, & conſurget virga de Iſrael: & percutiet duces
18 Moab, vaſtabitque omnes filios Seth. ♀ Et erit Idumæa
D
poſſeſſio eius: hæreditas Seir cedet inimicis ſuis: Iſrael ve-
19 rò fortiter aget. ♀ De Iacob erit qui dominetur, & per-
20 dat reliquias ciuitatis. ♀ Cumque vidiſſet Amalec, aſſumens parabolam, ait, Principium Gentium Amalec, cu-
Amalecitarum interitus.
21 ius extrema perdentur. ♀ Vidit quoque Cinæum: & aſſumpta parabola, ait, Robuſtum quidem eſt habitaculum
Cinæorum deletio.
22 tuum: ſed ſi in petra poſueris nidum tuum, ♀ Et fueris electus de ſtirpe Cin, quādiu poteris permanere? Aſſur enim
De Romano imperio vaticiniū.
23 capiet te. ♀ Aſſumptaque parabola iterum locutus eſt,
24 Heu quis victurus eſt quando iſta faciet Deus? ♀ Venient in trieribus de Italia, ſuperabunt Aſſyrios, vaſtabuntque
25 Hebræos, & ad extremum etiam ipſi peribunt. ♀ Surrexitque Balaam, & reuerſus eſt in locum ſuum: Balac quoque via qua venerat redijt.

## SCHOLIA IN CAP. XXIIII.

1 In occurſum auguriorum, ideſt, vt captaret auguria. 2 Hebraiſmus, & Spiritus Dei fuit ſuper eum, Et leuauit parabolam ſuam, aitque. Id eſt, ſublata voce prophetauit, dicens, 3 Procœmio vtitur more prophetarum, quaſi dicat, Prophetia Balaam filij Beor, prophetia hominis, &c. 4 cui aperti ſunt oculi. Scilicet mentis, quaſi dicat, Prophetia inquam veri prophetæ. 5 vel, qui cadit, & oculos habet apertos. Id eſt, qui corpore dormitat præ ſopore, & tamen habet oculos mentis reuelatos. 6 vel, elegantia ſunt (ſiue futura ſunt) tabernacula. quum ſcilicet aduenerit Chriſtus. 7 Sicut amnes qui latè ſe diffundunt, ſicut horti ſiti iuxta fluuium, (ideſt, Euphraten,) vt arbores aromaticæ quas plantauit Dominus, quæ ſunt ſimiles cedris, quæ creſcunt prope aquas, ideſt, in hortis irriguis. pro, Arbores aromaticæ quas plantauit: verti poteſt, vt tentoria quæ fixit Do. quæ ſimilia ſunt cedris, &c. 8 Alij vertunt, de ramis eius, ideſt, Erit vt arbor quæ rigatur aqua frequenter. 9 in aquis multis, ideſt, erit fœcundus: & ſemina eius capient magnum incrementum, vt ſolent germina in locis irriguis. Hoc eſt, omnia neceſſaria ad hanc vitam, copioſe affluent ei. 10 excellens erit magis quam Agag rex eius, & eleuabitur regnum eius. De Dauide intelligitur qui erat typus Chriſti. 11 ſingulaque tela eius confodient. ſubaudi, inimicos. 12 ideſt, quis audebit eum excitare, pugnę gratia? quaſi dicat, nemo audebit eum prouocare, à nemine ſuperabitur hic populus. 13 iratus eſt furor. 14 vel, percuſſis. more ſcilicet hominum ægreferentium aliquid. 15 Id eſt, magnis muneribus donare te. 16 Hebraiſmus, priuauit te gloria, ideſt, muneribus quibus eram te affecturus. ∵ prædicam. 17 ſiquidem hæc (ſubaudi, quæ dicturus ſum) facturus eſt populus iſte populo tuo in nouiſſimis temporibus. 18 Eadem verba ſunt quæ in principio capitis leguntur. 19 Futurum pro præſenti, video illum Chriſtum, qui venturus eſt poſt multa ſecula. 20 vel, Procedet. ſiue, Orietur. 21 Id eſt, filios Adam. mundum ipſum. 22 & (regio quæ adiacet monti) Seir, poſſidebitur, (appoſitiue) inimici eius, quaſi dicat, fide omnes Gentes ſuperabuntur, quæ nunc ſunt inimicæ Iſraelis. 23 Hebraiſmus, fortiter faciet, ideſt, fide Gentes ſuperabit. 24 de qualibet vrbe. ſubaudi, infideli, ideſt, Faciet Chriſtus vt omnes infideles ſint fideles. 25 ſpiritu ſcilicet prophetiæ. 26 ideſt, prophetico. 27 Primitiæ, ideſt, Primi Amalecitæ inuaſerunt filios Iſrael poſtquam egreſſi ſunt ex AEgypto. 28 vel, & finis eius erit vſque ad internecionem, ideſt, tādem perdetur prorſus, & peribit. 29 ideſt, cœpit prædicere quæ Cinæo euentura eſſent. 30 etiam ſi ponas in rupe nidum tuum, ideſt, etiam ſi habites in rupe tutiſſima. Subaudiēdū, ſuperaberis tamē. 31 He. Sed erit ad expellēdum Cinæus, vſquequo te captiuū abducat Aſſyrius. Mutatio ſecūdæ perſonæ in tertiā, & rurſum tertiæ in ſecundā: antecedēs irē pro relatiuo, obſcurū reddūt ſenſum. ſic clarius vertas, Certe expellêris Cinæe,



Cinæe, abducêriſque captiuus ab Aſſyrijs. Futuri temporis eſt expellêris & abducêris. Illud vſquequo, perinde valet, acſi dicas, non tantum expellêris, ſed etiam abducêris captiuus. Vel, ita expellêris, vt abducaris captiuus ab Aſſyrijs. 32 vel, (iſta) id eſt, quum iſta euenient? 33 de litore Cithim. Id eſt, de litore Italico. vel, de litore Græcorum, aut Tuſco. Chaldæus paraphraſtes, de litore Romano. 34 vel, Hebræos. 35 Heb. etiam illud (ſubaudi, imperium Romanum) erit ad internecionem. Id eſt, tandem peribit.

## CAP. XXV.

Fornicatur populus cum filiabus Moab.
MOrabatur autem eo tempore Iſrael in Setim, 1
& fornicatus eſt populus cum filiabus Moab,
♀ Quæ vocauerunt eos ad ſacrificia ſua: at il- 2
li comederunt & adorauerunt deos earum. ♀ Initiatuſ- 3
que eſt Iſrael Beel-Phegor: & iratus Dominus, ♀ ait ad 4
Ioſ.22.d. Deut. 4.a.
Moyſen, Tolle cunctos principes populi, & ſuſpende eos
contra ſolem in patibulis: vt auertatur furor meus ab Iſ-
rael. ♀ Dixitque Moyſes ad iudices Iſrael, Occidat vnuſ- 5
B
quiſque proximos ſuos, qui initiati ſunt Beel-Phegor.
Phinees occidit Zābri & Cozbi.
♀ Et ecce vnus de filijs Iſrael intrauit coram fratribus 6
ſuis ad ſcortum Madianitidem vidente Moyſe, & omni turba filiorum Iſrael, qui flebant ante fores taber-
1.Macha.2.c. Pſal.105.c. 1.Cor.10.b.
naculi. ♀ Quod cum vidiſſet Phinees filius Eleazari fi- 7
lij Aaron ſacerdotis, ſurrexit de medio multitudinis, &
arrepto pugione ♀ Ingreſſus eſt poſt virum Iſraelitam 8
in lupanar, & perfodit ambos ſimul, virum ſcilicet &
C
mulierem in locis genitalibus. ceſſauitque plaga à filijs
Iſrael. ♀ Et occiſi ſunt vigintiquatuor millia homi- 9
Pactum Dei cū Phinees.
num. ♀ Dixitque Dominus ad Moyſen, ♀ Phinees fi- 10
lius Eleazari filij Aaron ſacerdotis auertit iram meam 11
à filijs Iſrael: quia zelo meo commotus eſt contra eos,
vt non ipſe delerem filios Iſrael in zelo meo. ♀ Idcir- 12
co loquere ad eum, Ecce do ei pacem fœderis mei.
1.Mach.2.f. Eccl.45.d.
♀ Et erit tam ipſi quàm ſemini eius pactum ſacerdotij 13
ſempiternum: quia zelatus eſt pro Deo ſuo, & expiauit
Zambri. ° Salu,
ſcelus filiorum Iſrael. ♀ Erat autem nomen viri Iſraeli- 14
D
tæ qui occiſus eſt cum Madianitide, Zambri filius °Salumi, dux de cognatione & tribu Simeonis. ♀ Porrò mu- 15
lier Madianitis, quæ pariter interfecta eſt, vocabatur Cozbi filia Sur principis nobiliſſimi Madianitarum.
Cozbi. Madianitas iubet De⁹ occidi. Inf.31.a.
♀ Locutuſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens, ♀ Ho- 16
ſtes vos ſentiant Madianitæ, & percutite eos: ♀ quia 17
& ipſi hoſtiliter egerunt contra vos, & decepêre inſi- 18
dijs per idôlum Phogor & Cozbi filiam ducis Madian ſororem ſuam, quæ percuſſa eſt in die plagæ pro ſacrilegio Phogor.

## CAP. XXV.

*HI Abitauit autem Iſrael in Sitim, & cœpit populus ſcortari cum filiabus Moab: Quæ cum populum ad ſacrificia deorum ſuorum inuitarent, edit populus, & adorarunt deos earum. 2 Et coniugatus eſt Iſrael ipſi Baal-Peor, & incanduit ira Domini aduerſus Iſraelem. Et dixit Dominus ad Moſen, 3 Tolle omnia capita populi, & ſuſpende 4 eos 5 Domino 6 aduerſus ſolem, vt recedat furor Domini ab Iſraele. Tunc dixit Moſes ad iudices Iſraelis, 7 Trucidate quiſque viros ſuos qui 8 ſeſe coniugarunt Baal-Peor. Et ecce vir quidam ex Iſraelitis venit, & adduxit ad fratres ſuos Madianitidem quandam, idque in oculis Moſis, atque vniuerſæ multitudinis filiorum Iſrael, qui flebant ante oſtium tentorij conſtitutionis. Cumque [hoc] videret Pinhas filius Eleazari ſacerdotis, ſurrexit è medio concionis, & accepta haſta in manum ſuam, Sequutus virum Iſraelitam 9 in fornicem, vtroſque & Iſraelitam & ipſam Madianitidem trāſfixit 10 per ilia eius, & cohibita eſt clades à filijs Iſrael. Perierunt autem in clade iſta vigintiquatuor millia. Loquutus eſt autem Dominus ad Moſen in hanc ſententiam, Pinhas filius Eleazari filij Aharonis ſacerdotis 11 amolitus eſt furorem meum à filijs Iſrael, 12 eo quòd Zelo quodam [vltus eſt] indignationem meam inter eos, vt non abſumerem filios Iſrael in mea indignatione. Dic igitur, En ego 13 feriam cum eo fœdus meum, pacem. 14 Habebitque tam ipſe quàm ſemen eius poſt eum, fœdus ſacerdotij perpetui, eo quòd Zelum habuit pro Deo ſuo, & 15 perlitauit pro filijs Iſrael. Porrò nomen viri Iſraelitæ occiſi, qui cum Madianitide occiſus eſt, fuit Zimri filius Salu, qui fuit princeps 16 in domo patria [tribus] Simeonis. Nomen verò mulieris Madianitidis interfectæ erat Coſbi, quæ fuit filia Zur, 17 qui caput fuit populorum in domo patria Madianitarum. Et loquutus eſt Dominus ad Moſen in hanc ſententiam, 18 Hoſtiliter impetere Madianitas [conuenit,] trucidate ergo eos: nam & illi hoſtiliter egerunt vobiſcum inſidijs ſuis, quas inſidioſe tetenderunt vobis in negotio Peor, & in negotio Coſbi filiæ principis Madianitarum ſororis ſuæ, quæ interfecta eſt in die cladis, [quæ facta eſt] propter negotium Peor.*

## SCHOLIA IN CAP. XXV.

1 Cum aliquantiſper manſiſſet Iſrael in Sitim, cœpit, &c. 2 vel, Adiunxitque ſeſe Iſrael idolo Phegor. Id eſt, relicto cultu veri Dei, ſecuti ſunt cultum idoli quod colebatur in monte Phegor, de quo ſupra capite XXIII. 3 vel, Conuoca (ſubaudi, ad te) quotquot è principibus fornicati fuerint. 4 Quidam referunt ad eos principes qui eius fornicationis fuerant conſcij. alij referunt ad populum. 5 Id eſt, ad placandum iram Domini. 6 vel, coram ſole. Id eſt, publice. 7 ideſt, Quiſque veſtrum decreto ſuo curet interſici proximum ſuum: hoc eſt, ſubditos ſuos, aut viros ſuos. Principes alloquitur. 8 vel, adiunxerunt ſeſe idolo Phegor, ideſt, relicto cultu veri Dei, ſecuti ſunt cultum idoli. 9 in tentorium. In quod ſcilicet introduxerat Madianitidem. 10 vel, in ventrem eius. ſubaudi, mulieris. ſiue, in pudendis eius. 11 vel, reuocauit. Id eſt, reconciliauit me filijs Iſrael. 12 quum zelatus eſt zelum meum in medio eorum, & non conſumpſi filios Iſrael zelo meo, ideſt, dum feruenti amore pro honore meo, non timuit occidere principem qui tam impudenter ſcortum introduxit; vnde factum eſt vt non conſumpſerim filios Iſrael. 13 daturus ſum illi pactum meum, nempe pacis, quaſi dicat, Dic illi, Sis ſecurus: ne timeas tibi à fratribus interfecti: faciam vt illi non poſſint tibi nocere. 14 Id eſt, Dignitatem ſacerdotalem habiturus eſt tam ipſe quam filij eius fœdere perpetuo & irreuocabili. 15 expiauit filios Iſrael. id eſt, ſcelus & idololatriam eorum. 16 Hebraiſmus, familiæ patris Simeonitarum. 17 princeps populorum erat ipſe, & princeps familiæ patris in Madian. 18 Afflige Madianitas, & percute illos: quia ipſi vos afflixerunt dolis ſuis quibus vſi ſunt aduerſum vos, &c. Id eſt, dolis quibus vos illiciebant ad adorandum idolum Phogor, & fornicandum cum Cozbi quæ percuſſa eſt tempore quo miſit Dominus plagam propter cultum idoli Phogor. Negotium Phogor, vocat rem pertinentem ad idolum Phogor, cultum quem ipſi idolo exhibuerant Iſraelitæ.

## CAP. XXVI.

Numerātur rurſum filij Iſrael Terram-Chanaan ingreſſuri.
POſtquam noxiorum ſanguis effuſus eſt, dixit 1
Dominus ad Moyſen & Eleazarum filium Aaron ſacerdotem, ♀ Numerate omnem ſummam 2
filiorum Iſrael à viginti annis & ſupra, per domos & cognationes ſuas, cunctos qui poſſunt ad bella
procedere. ♀ Locuti ſunt itaque Moyſes & Eleazar ſa- 3

## CAP. XXVI.

*POſt cladem iſtam loquutus eſt Dominus ad Moſen & ad Eleazar filium Aharonis ſacerdotis in hanc ſententiam, 1 Agite cenſum vniuerſi cœtus filiorum Iſrael, ab ijs qui viginti ſunt annorum & ſupra, iuxta domos patrum ſuorum, omnem ſcilicet qui aptus eſt in Iſraele ad militiam. Et loquutus eſt ad eos Moſes & Eleazar ſacerdos*

*cerdos in vaſtis campis Moab, 2 iuxta Iordanem Iericho, hiſce verbis: [cum his ſcilicet loquuti ſunt] qui erant viginti annorum & ſupra, quemadmodum præceperat Dominus 3 Moſi. Et filij Iſrael, qui egreſſi ſunt ex terra AEgypti [hi ſunt,] Ruben primogenitus Iſraelis: filij verò Ruben, Hanoc, hinc familia Hanochitarum: & Pallu, vnde familia Palluitarum. De Hetzron familia Hetzronitarum: De Charmi familia Charmitarum. Hæ ſunt familiæ Rubenitarum, fueruntque in cenſu ſuo quadragintatria millia, ſeptingenti & triginta. 4 Porrò filij Pallu, Eliab. Filij autem Eliab, Nemuel, Dathan, & Abiram: is eſt Dathan & Abiram 5 nobiles in cœtu, qui aduerſus Moſen & Aharonem 6 eiaculabantur [verba contentioſa] 7 in cœtu Corah, 8 quum eiacularentur [verba contentioſa] aduerſus Dominum, & tellus aperiebat os ſuum, & deglutijt 9 eos. Deinde & Corah, [qui perijt] in morte congregationis, quum ignis deuoraret ducentos & quinquaginta viros, 10 vt fierent exemplum. Filij autem Corah non ſunt mortui. Filij Simeon iuxta familias ſuas: 11 ipſi Nemueli fuit familia Nemuelitarum: de Iamin familia Iaminitarum: Iachin, vnde familia Iachinitarum. De Zerah, familia Zarhitarum: & de Saul familia Saulitarum. Iſtæ ſunt familiæ Simeonis, vigintiduo millia ducenti. Filij Gad iuxta familias ſuas, Zephon, vnde familia Zephonitarum: Haggi, vnde familia Haggitarum: Schuni, vnde familia Schunitarum. Oſni, vnde familia Oſnitarum: Eri, vnde familia Eritarum. Arod, vnde familia Aroditarum: De Arbeli familia Arbelitarum. Iſtæ ſunt familiæ filiorum Gad 12 iuxta cenſus ſuos, quadraginta millia & quingenti. Filij Iehuda, Er & Onan: mortuuſque eſt Er & Onan in terra Chanaan. Fuerunt autem filij Iehuda iuxta familias ſuas, Sela, vnde familia Selanitarum: Peretz, vnde familia Parzitarum: Zerah, vnde familia Zerahitarum. Porrò filij Peretz fuerunt Hetzron, vnde familia Hetzronitarum: Hamul, vnde familia Hamulitarum. Iſtæ ſunt familiæ Iehuda 12 iuxta cenſus ſuos, ſeptuagintaſex millia & quingenti. Filij Iſaſchar iuxta familias ſuas, Thola, vnde familia Tholitarum: Pua, vnde familia Puitarum: Iaſub, vnde familia Iaſubitarum: Simron, vnde familiæ Simronitarum. Iſtæ ſunt familiæ Iſaſchar iuxta cenſus ſuos, ſexagintaquatuor millia & trecenti. Filij Zebulon iuxta familias ſuas, Sered, vnde familia Sarditarum: Elon, vnde familia Elonitarum: Iahleel, vnde familia Iahleelitarum. Iſtæ ſunt familiæ Zebulonitarum per cenſus ſuos, ſexaginta millia & quingenti. Filij Ioſeph per familias ſuas, Manaſſe & Ephraim. Filij Manaſſe, Machir, vnde familia Machiritarum. Machir verò genuit Gilead, & à Gilead familia Gileaditarum. Iſti ſunt filij Gilead, Ihezer, vnde familia Ihezeritarum: Helec, vnde familia Helexitarum: Aſriel, vnde familia Aſrielitarum: Sechē, vnde familia Sichimitarum: Semida, vnde familia Semidahitarum: Hepher, vnde cognatio Hepheritarum. Zelaphead verò filius Hepher non habuit filios, ſed filias. Et nomina filiarum Zelaphead, Mahla, Noa, Hagla, Milca & Thirza. Iſtæ ſunt familiæ Manaſſe & cenſus eorum: quinquagintaduo millia & ſeptingenti. Iſti verò ſunt filij Ephraim iuxta familias ſuas, Suthela, vnde familia Suthelitarum: Becher, vnde familia Bechritarum: Tahan, vnde familia Tahanitarum. Hi verò ſunt filij Suthela, Eran, vnde familia Eranitarum. Iſtæ ſunt familiæ Ephraim iuxta cenſus ſuos, trigintaduo millia & quingenti, & hi ſunt filij Ioſeph ſecundum familias ſuas. Filij verò Beniamin iuxta familias ſuas, Bela, vnde familia Balhitarum: Aſbel, vnde familia Aſbelitarum: Ahiram, vnde familia Ahiramitarum: Sephuphan, vnde familia Sephuphamitarum: Huphan, vnde familia Huphamitarum. Fuerunt autem filij Bela, Ard & Naeman, vnde familia Arditarum, & de Naeman familia Naemanitarum. Iſti ſunt*

cerdos, in campeſtribus Moab ſuper Iordanem contra
4 Iericho, ad eos qui erant ¶ à viginti annis & ſuprà, ſicut
5 Dominus imperauerat, quorum iſte eſt numerus: ¶ Ruben primogenitus Iſrael. huius filius, Henoc, à quo familia Henochitarum: & Phallu, à quo familia Phalluitarum:
6 ¶ & Heſron, à quo familia Heſronitarum: & Charmi, à
7 quo familia Charmitarum. ¶ Hæ ſunt familiæ de ſtirpe Ruben: quarum numerus inuentus eſt quadragintatria millia — Ruben. Gene.46.b. Exo.6.b.1.para.5.a.
8 & ſeptingenti triginta. ¶ Filius Phallu, Eliab. huius filij Na
9 muel & Dathan & Abiron. ¶ iſti ſunt Dathan & Abiron principes populi, qui ſurrexerunt contra Moyſen & Aaron in ſeditione Core, quando aduerſus Dominum rebel- — Sup.16.a.g.
10 lauerunt: ¶ & aperiens terra os ſuum deuorauit Core morientibus plurimis, quando combuſſit ignis ducētos quin- — B
11 quaginta viros. Et factum eſt grande miraculum, ¶ vt Co
12 re pereunte, filij illius non perirent. ¶ Filij Simeon per cognationes ſuas: Namuel, ab hoc familia Namuelitarum: & Iamin, ab hoc familia Iaminitarum: Iachin, ab hoc fami- — Simeon.
13 lia Iachinitarum: ¶ Zare, ab hoc familia Zareitarum: Saul,
14 ab hoc familia Saulitarum. ¶ hæ ſunt familiæ de ſtirpe Simeon, quarum omnis numerus fuit vigintiduo millia ″ du- — ° ducenti.
15 centorum. ¶ Filij Gad per cognationes ſuas: Sephon, ab hoc familia Sephonitarum: Aggi, ab hoc familia Aggita- — Gad.
16 rum: Suni, ab hoc familia Sunitarum: ¶ Ozni, ab hoc fami-
17 lia Oznitarum: ″ Her, ab hoc familia Heritarum. ¶ Arod, ab hoc familia Aroditarum: Ariel, ab hoc familia Arielita- — ° Heri.
18 rum. ¶ Iſtę ſunt familiæ Gad, quarum omnis numerus fuit
19 quadraginta millia ″ quingentorum. ¶ Filij Iuda, Her & — ° quingenti. Iuda.
20 Onan, qui ambo mortui ſunt in Terra-Chanaan. ¶ Fueruntque filij Iuda per cognationes ſuas: Sela, à quo familia Selaitarum: Phares, à quo familia Phareſitarum: Zare, — Gene.38.a.b. C
21 à quo familia Zareitarum. ¶ Porrò filij Phares: Heſron, à quo familia Heſronitarum: & Hamul, à quo familia Ha-
22 mulitarum. ¶ Iſtæ ſunt familiæ Iuda, quarum omnis nu-
23 merus fuit ſeptuagintaſex millia quingentorum. ¶ Filij Iſſachar per cognationes ſuas: Thola, à quo familia Tho — Iſſachar.
24 laitarum: Phua, à quo familia Phuaitarum: ¶ Iaſub, à quo familia Iaſubitarum: Semran, à quo familia Semranita-
25 rum. ¶ Hæ ſunt cognationes Iſſachar, quarum nume-
26 rus fuit ſexaginta quatuor millia ″ trecentorum. ¶ Filij Zabûlon per cognationes ſuas: Sared, à quo familia Sareditarum: Elon, à quo familia Elonitarum: Ialel, à quo — ° trecenti. Zabulon.
27 familia Ialelitarum. ¶ Hæ ſunt cognationes Zabûlon, quarum numerus fuit ſexaginta millia quingentorum.
28 ¶ Filij Ioſeph per cognationes ſuas: Manaſſe & Ephraim. — Ioſeph.
29 ¶ De Manaſſe ortus eſt Machir, à quo familia Machiritarum. Machir genuit Galaad, à quo familia Galaadita- — D
30 rum. ¶ Galaad habuit filios: Iezer, à quo familia Ieze-
31 ritarum: & Helec, à quo familia Helecitarum: ¶ & Aſriel, à quo familia Aſrielitarum: & Sechen, à quo familia
32 Sechemitarum: ¶ & Semîda, à quo familia Semidaita-
33 rum: & Hepher, à quo familia Hepheritarum. ¶ Fuit autem Hepher pater Salphaad, qui filios non habebat, ſed tantum filias, quarum iſta ſunt nomina, Maala, & Noa, & — Inf.27.a. Filiæ Salphaad.
34 Hegla, & Melcha, & Therſa. ¶ Hę ſunt familiæ Manaſſe, & numerus earum, quinquagintaduo millia ſeptingen-
35 torum. ¶ Filij autem Ephraim per cognationes ſuas fuerunt hi: Suthala, à quo familia Suthalaitarum: Becher, à quo familia Becheritarum: Thehen, à quo familia The- — Ephraim.
36 henitarum. ¶ Porrò filius Suthala fuit Heran, à quo fami-
37 lia Heranitarum. ¶ hæ ſunt cognationes filiorū Ephraim: quarum numerus fuit trigintaduo millia quingentorum.
38 Iſti ſunt filij Ioſeph per familias ſuas. ¶ Filij Beniamin in cognationibus ſuis: Bela, à quo familia Belaitarum: Aſbel, à quo familia Aſbelitarum: Achîram, à quo fami- — E Ioſeph.
39 lia Achiramitarum: ¶ Supham, à quo familia Supha-
40 mitarum: Hupham, à quo familia Huphamitarum. ¶ Filij Bela: Hered & Noeman. De Hered, familia Heredi-
41 tarum: de Noeman, familia Noemanitarum. ¶ Hi ſunt filij



filij Beniamin per cognationes ſuas, quorū numerus fuit
quadragintaquinque millia ſexcenti. ¶ Filij Dan per co- 42 — Dan.
gnationes ſuas: Suham, à quo familia Suhamitarum. Hæ
ſunt cognationes Dā per familias ſuas. ¶ omnes fuere Su- 43
hamitæ, quorum numerus erat ſexagintaquatuor millia
quadringentorum. ¶ Filij Aſer per cognationes ſuas: Iem- 44 — Aſer.
na, à quo familia Iemnaitarum: Ieſſui, à quo familia Ieſ-
ſuitarum: Brie, à quo familia Brieitarum. ¶ Filij Brie: He- 45
ber, à quo familia Heberitarum: & Melchi-el, à quo familia Melchielitarum. ¶ Nomen autem filiæ Aſer, fuit Sara. 46
¶ Hæ cognationes filiorum Aſer, & numerus eorū quin- 47
quagintatria millia quadringentorum. ¶ Filij Nephthali 48 — Nephthali. F
per cognationes ſuas: ¶ Ieſiel, à quo familia Ieſielitarum: 49
Guni, à quo familia Gunitarum: Ieſer, à quo familia Ieſeritarum: Sellem, à quo familia Sellemitarum. ¶ Hæ ſunt 50
cognationes filiorum Nephthali per familias ſuas: quorū numerus quadragintaquinque millia quadringentorum.
¶ Iſta eſt ſumma filiorum Iſrael qui recenſiti ſunt, ſexcen- 51
ta millia, & mille ſeptingenti triginta. ¶ Locutuſque eſt 52
Dominus ad Moyſen, dicens, ¶ Iſtis diuidetur Terra iux- 53
ta numerum vocabulorum in poſſeſsiones ſuas. ¶ Pluri- 54
bus maiorem partem dabis, & paucioribus minorem: ſingulis ſicut nunc recenſiti ſunt tradetur poſſeſsio. ¶ Ita 55
duntaxat vt ſors Terram tribubus diuidat & familijs.
¶ Quicquid ſorte contigerit, hoc vel plures accipiant, vel 56
pauciores. ¶ Hic quoque eſt numerus filiorum Leui per fa 57 — Numerus filiorum Leui.
milias ſuas: Gerſon, à quo familia Gerſonitarum: Caath, à
quo familia Caathitarum: Merari, à quo familia Meraritarum. ¶ Hæ ſunt familiæ Leui: familia Lobni, familia He- 58 — Exod.6.c. G
broni, familia Maholi, familia Muſi, familia Core. At verò
Caath genuit Amram: ¶ qui habuit vxorem Iochabed fi- 59 — Exod.6.c.
liam Leui, quæ nata eſt ei in AEgypto. hæc genuit Amrā viro ſuo, filios, Aaron & Moyſen, & Mariam ſororem eorum. ¶ De Aaron orti ſunt Nadab & Abiu & Eleazar & 60
Ithamar: ¶ quorum Nadab & Abiu mortui ſunt, cum ob- 61 — Supr.3.a. Leuit.10.a.1.Para.24.a.
tuliſſent ignem alienum coram Domino. ¶ Fueruntque 62
omnes qui numerati ſunt, vigintitria millia generis maſculini ab vno menſe & ſupra: ″ qui non ſunt recenſiti inter filios Iſrael, nec eis cū cæteris data poſſeſsio eſt. ¶ Hic 63 — ° quia
eſt numerus filiorum Iſrael, qui deſcripti ſunt à Moyſe & Eleazaro ſacerdote in campeſtribus Moab ſupra Iordanem contra Iericho. ¶ Inter quos nullus fuit eorum qui 64 — 1.Cor.10.a.
ante numerati ſunt à Moyſe & Aaron in deſerto Sinai.
¶ Prædixerat enim Dominus quòd omnes morerentur in 65 — Sup.14.d.
ſolitudine: nulluſque remanſit ex eis, niſi Caleb filius Iephone, & Ioſûe filius Nun.

*filij Beniamin iuxta familias ſuas, & ſecundum cenſus ſuos, quadragintaquinque millia & ſexcenti. Iſti ſunt filij Dan ſecundum familias ſuas, Suham, vnde familia Suhamitarum. Iſtæ inquam ſunt familiæ Dan iuxta familias ſuas, Omnes familiæ Suhamitarum iuxta cenſus ſuos, ſexagintaquatuor millia & quadringenti. Filij Aſer ſecundum familias ſuas, Iimna, vnde familia Iimnitarum: Iiſui, vnde familia Iiſuitarum: Beriah, vnde familia Berihitarum: Heber, vnde familia Heberitarum: Malkiel, vnde familia Malkielitarum. Nomen verò filiæ Aſer, Serah. Iſtæ ſunt familiæ filiorum Aſer iuxta cenſus ſuos: quinquagintatria millia & quadringēti. Filij Naphtali ſecūdum familias ſuas, Iachzeel, vnde familia Iachzeelitarum: Guni, vnde familia Gunitarum: Iezer, vnde familia Iezritarum: Sillem, vnde familia Sillemitarum. Iſtæ ſunt familiæ Naphtali ſecundum familias ſuas & cenſus eorum, quadragintaquinque millia & quadringenti. 13 iſti ſunt cenſus filiorum Iſrael, ſexcenta millia, mille, ſeptingenti & triginta. Et loquutus eſt Dominus ad Moſen, dicens, Iſtis diſtribuatur terra 14 in hæreditatem iuxta numerum nominum. 15 Quorum multi ſunt, his augebis hæreditatem ſuam: qui verò pauciores, ijs minorem dabis hæreditatem: cuique dabitur hæreditas 16 iuxta cenſum ſuum. Veruntamen ſorte diuidatur terra, & ſecundum nomina tribuum patrum ſuorum hæreditatem accipiant. Per ſortem 17 diuidatur hæreditas eius inter multos & paucos. 18 Porrò iſti ſunt cenſus Leuitarum iuxta familias ſuas, Gerſon, vnde familia Gerſonitarum: Cahath, vnde familia Cahathitarum: Merari, vnde familia Meraritarum. Iſtæ ſunt familiæ 19 Leuitarum, familia Libnitarum, familia Hebronitarum, familia Mahlitarum, familia Muſitarum, familia Corhitarum. Cahath verò genuit Amram. Porrò nomen vxoris Amram 20 Iochebed 21 filia Leui, quam 22 peperit ipſi Leui in AEgypto. Et peperit ipſi Amram Aharonem, & Moſen, & Mariam ſororem eorū. Aharoni verò natus eſt Nadab & Abihu, Eleazar & Ithamar. Mortuus autem eſt Nadab & Abihu quum afferrent ignem alienum coram Domino. Fuerunt autem 23 cenſus eorū, vigintitria millia, omnes ſcilicet mares ab eo qui mēſem erat natus & ſupra. non enim 24 cenſi erant inter filios Iſrael, eo quòd non eſſet illis data hæreditas inter filios Iſrael. Hi ſunt 25 cenſus quando Moſes & Eleazar ſacerdos recenſuerunt filios Iſrael in vaſtis campis Moab 26 ad Iordanem Iericho. Et inter iſtos nullus fuit ex his quos recenſuerunt Moſes & Aharon ſacerdos, quando recenſuerunt filios Iſrael in deſerto Sinai. Dixerat enim de eis Dominus, Omnino morientur in deſerto. ne vnus quidem ex eis reliquus fuit, niſi Caleb filius Iephunæ, & Iehoſua filius Nun.*

## SCHOLIA IN CAP. XXVI.

1 Capite ſummam, ideſt, Numerate. 2 ideſt, parte qua non procul abeſt à Ierichonte. 3 de ſe loquitur Moſes in tertia perſona. 4 vel, De filijs Phallu, fuit Eliab. 5 aut, nobiliſsimi cōgregationis. vel, magnæ dignitatis homines, & conſultiſsimi: quorum conſilio vtebatur congregatio. Vox Hebręa ſignificat eos qui ad res regni vocantur. 6 rixati ſunt. vel, litigauerunt. Aut, litigare fecerunt populum Iſrael cum Moſe. 7 ideſt, in ſeditione quam excitarat Core. 8 quum rixarentur contra Dominū. vel, qui fuerunt authores rixæ, &c. 9 eos (Dathan ſcilicet, Abiron) & Core, quum mortua eſt congregatio. 10 & fuerunt in ſignū, ideſt, exemplo alijs filijs Iſrael non eſſe rixandum ſiue litigandum contra Dominum. 11 à Nemuel (dicta eſt) familia Nemuelitarum: à Iamin, &c. ſic in reliquis vertendum. 12 iuxta numeratos eorum. 13 Hebraiſmus, Hi ſunt numerati, &c. Bis numerati fuerunt filij Iſrael ab exitu de AEgypto. qui primo numerati ſunt, non ſunt ingreſsi terram promiſſam: quia Moſes qui legem refert, non deducit in terram promiſſam. Qui vero ſecundo loco numerati ſunt, illam ingreſsi ſunt duce Ioſue, qui typus erat Chriſti. 14 ideſt, vt poſsideatur ab illis iure hæreditario: iuxta familias & cognationes quæ nominibus diſtingui ſolent: ſiue pro numero familiarum, quæ ſolent habere diuerſa nomina. 15 Hebraiſmus, Numeroſiori. ſubaudi, tribui. 16 pro ratione numeratorum ſuorum. 17 diuidetur poſſeſsio cuiuſque inter numeroſum & paucum, ideſt, tam inter eos qui multi fuerint, quàm qui pauci. 18 Iſti etiam ſunt numerati Leuitarum, ideſt, Iſti ſunt Leuitæ qui numerati fuerunt. 19. i. quæ habuerunt originē à Leui. 20 Fuerunt duæ Iochabed, vna filia, altera neptis. 21 ideſt, neptis. 22 ſub. vxor. vel, mater eius. 23 numerati. 24 numerati fuerant. 25 numerati Moſis & Eleazari ſacerdotis, qui recenſuerunt, &c. 26. i. qua parte labitur iuxta Iericho. vel, qua parte parū diſtat à Iericho.

## CAP. XXVII.

Lex hæreditatis filiarū Salphaad. Sup.26.d. Infr.36.a. Ioſue.17.a

ACceſſerunt autem filiæ Salphaad, filij Hepher, fi- 1
lij Galaad, filij Machir, filij Manaſſe, qui fuit filius Ioſeph: quarū ſunt nomina, Maala & Noa &

## CAP. XXVII.

*ACceſſerūt aūt filiæ Zelaphead filij Hepher, filij Gilead, filij Machir, filij Manaſſe, de familia Manaſſe filij Ioſeph: ſuntque hæc nomina filiarū eius, Mahela, Noa, Hagla,*

Hagla, Milcha & Thirza. Stantes verò ante Moſen & ante Eleazarum ſacerdotem, atque ante principes eorum, & vniuerſum cœtum, iuxta oſtium tentorij conſtitutionis, dicebant, Pater noſter mortuus eſt in deſerto, nec tamen fuit 1 in cœtu conſpiratorum aduerſus Dominum, in cœtu ſcilicet Corah, ſed mortuus eſt 2 in peccato ſuo, nec habuit filios. Cur ergo aboleretur nomen patris noſtri è medio familiæ ſuæ, propterea quòd non habet filium? da [igitur] nobis poſſeſsionem inter 3 fratres patris noſtri. Retulit autem Moſes cauſam illarum ad Dominum. Et Dominus loquutus eſt ad Moſen hiſce verbis, Probe loquutæ ſunt filiæ Zelaphead, omnino dabis illis 4 poſſeſsionem hæreditatis inter fratres patris ſui, & 5 transferes hæreditatem patris ſui ad eas. Ad filios autem Iſrael loquêris ſic, Si quiſpiã mortuus fuerit abſque filijs, transferetis hæreditatem eius ad filias eius. Si verò nec filiam habuerit, dabitis hæreditatem eius fratribus eius. Et ſi nec fratres ei fuerint, dabitis hæreditatem eius fratribus patris eius. Quòd ſi pater eius fratres nullos habuerit, dabitis hæreditatem conſanguineo eius propinquiori qui fuerit de familia eius, is poſsidebit eam: & ſit hoc filijs Iſrael ſtatutum 6 legitimum, quemadmodum præcepit Dominus Moſi. Et dixit Dominus ad Moſen, Aſcende in montem iſtum Abarim, & contemplare terram quam dedi filijs Iſrael. Poſtquam verò contemplatus eam fueris, 7 colligêris ad populos tuos etiam tu, quẽadmodum collectus eſt Aharon frater tuus, 8 eo quòd exacerbaſtis os meum in deſerto Zin, in contentione multitudinis, ne ſanctificaretis me in aquis coram oculis eorum. Hæ ſunt aquæ 9 contentionis in Cades in deſerto Zin. Et Moſes loquutus eſt ad Dominum, dicens, Præficiat Dominus 10 Deus ſpirituum vniuerſæ carnis virum ſuper hunc cœtum, 11 Qui egrediatur ante eos, quique ingrediatur ante eos: qui educat eos, & qui introducat eos: vt non ſit cœtus Domini veluti oues quæ paſtorem non habent. Et dixit Dominus ad Moſen, Aſſume tibi ipſum Iehoſua filium Nun, virum in quo eſt Spiritus, & 12 impone manum tuam ſuper eum, & ſtatue eum coram Eleazaro ſacerdote, & coram vniuerſa multitudine, & 13 da illi mandata illis ſpectantibus. Dabis quoque ei 14 de decore tuo, vt omnes in cœtu filiorum Iſrael 15 audiant. Et ſtabit ante Eleazarum ſacerdotem, qui 16 interrogabit pro ipſo ſecundum ritum Vrim, idque coram Domino: & 17 iuxta verbum eius egredientur, iuxtaq; verbũ eius ingredientur, tam ipſe quàm vniuerſi filij Iſrael, & vniuerſus cœtus cum eo. Fecit autem Moſes quemadmodum præceperat ei Dominus, tulitque Iehoſua, & ſtatuit eum ante Eleazarum ſacerdotem, atque ante vniuerſum cœtum. Et impoſitis ei manibus ſuis, 18 mandata dedit ei, quemadmodum Dominus loquutus fuerat per Moſen.

2 Hegla & Melcha & Therſa. ¶ Steteruntque coram Moy-
ſe & Eleazaro ſacerdote, & cunctis principibus populi ad
3 oſtium tabernaculi fœderis, atque dixerunt, ¶ Pater no-
ſter mortuus eſt in deſerto, nec fuit in ſeditione quæ con- Sup.16.a.e.
citata eſt contra Dominum ſub Core, ſed in peccato ſuo
4 mortuus eſt: hic non habuit mares filios. ¶ Cur tollitur no
men illius de familia ſua, quia non habet filium? date no-
5 bis poſſeſsionem inter cognatos patris noſtri. ¶ Retulitq; B
6 Moyſes cauſam earum ad iudicium Domini. ¶ Qui dixit
7 ad eum, Iuſtam ¶ rem poſtulant filiæ Salphaad: da eis poſ
ſeſsionem inter cognatos patris ſui, & ei in hæreditatem
8 ſuccedant. ¶ Ad filios autem Iſrael loquêris hæc, Homo De hæreditatis
cum mortuus fuerit abſque filio, ad filiam eius tranſibit lex.
9 hæreditas. ¶ Si filiam nõ habuerit, habebit ſucceſſores fra-
10 tres ſuos. ¶ Quòd ſi & fratres non fuerint, dabitis hæredi-
11 tatem fratribus patris eius. ¶ Sin autem nec patruos habue
rit, dabitur hæreditas his qui ei proximi ſunt. eritque hoc
filijs Iſrael ſanctum lege perpetua, ſicut præcepit Domi- C
12 nus Moyſi. ¶ Dixit quoque Dominus ad Moyſen, Aſcen- Oſtẽdit Moyſi
de in montem iſtum Abarim, & contemplare inde Ter- Terra promiſſionis.
13 ram quam daturus ſum filijs Iſrael. ¶ Cumq; videris eam, Deut.32.g.
ibis & tu ad populum tuum, ſicut iuit frater tuus Aaron,
14 ¶ † quia offendiſtis me in deſerto Sin in contradictione †Sup.10.b.
multitudinis, nec ſanctificare me voluiſtis coram ea ſuper
aquas. Hæ ſunt aquæ contradictionis in Cades ° deſerti °in deſerto
15 Sin. ¶ Cui reſpondit Moyſes, ¶ Prouideat Dominus Deus
16 ſpirituum omnis carnis, hominem qui ſit ſuper multitudi-
17 nem hanc: ¶ & poſsit exire & intrare ante eos, & educere
eos vel introducere: ne ſit popul⁹ Domini ſicut oues abſ-
18 que paſtore. ¶ Dixitque Dominus ad eum, Tolle Ioſue fi D
lium Nun virum in quo eſt Spiritus Dei, & pone manum Conſtituitur Ioſue dux populi pro Moyſe.
19 tuam ſuper eum. ¶ Qui ſtabit coram Eleazaro ſacerdote Deut.3.d.
20 & omni multitudine, ¶ & dabis ei præcepta cunctis viden
tibus, & partem gloriæ tuę, vt audiat eum omnis ſynagô-
21 ga filiorum Iſrael. ¶ Pro hoc ſiquid agendum erit, Eleazar
ſacerdos conſulet Dominum. Ad verbum eius egredietur
& ingredietur ipſe, & omnes filij Iſrael cum eo, & cætera
22 multitudo. ¶ Fecit Moyſes vt pręceperat Dominus: cum-
que tuliſſet Ioſue, ſtatuit eum coram Eleazaro ſacerdote
23 & omni frequẽtia populi. ¶ Et impoſitis capiti eius mani-
bus cuncta replicauit quæ mandauerat Dominus.

## SCHOLIA IN CAP. XXVII.

1 De congregatione illa quæ congregata fuit aduerſus Dominum in cœtu ſeditioſo Core, ideſt, inter eos qui ſeditioſe conuenerant in ſeditioſo cœtu quem concitauit Core. 2 vel, ob peccatum ſuum. quum ſcilicet murmurauit cum alijs in deſerto, qui morſibus ſerpentum interierunt. 3 ideſt, conſanguineos. 4 id eſt, poſſeſsionem hæreditariam: quam iure hæreditario poſsideant. 5 ideſt, dabis illis quod poſſeſſurus erat pater earũ, ſi mortuus non fuiſſet. 6 Hebraiſmus, iudicij, ideſt, Secundum hanc legem de huiuſmodi iudicabunt iudices inter filios Iſrael; hoc ius obſeruabunt iudices inter filios Iſrael. 7 Hebraiſmus, pro, morieris, ſicut mortuus eſt Aaron. 8 quemadmodum rebellaſtis ori meo in deſerto Sin in iurgio congregationis, ad ſanctificandum me in aquis illis coram ipſis. Id eſt, ita moriemini, vt rebelles fuiſtis dictis meis in deſerto Sin, cum contenderent filij Iſrael, rebelles inquam fuiſtis dare mihi gloriam in aquis illis quas educturus eram è petra, illis præſentibus, quaſi dicat, quemadmodum recuſaſtis extollere me & celebrare potentiam meam quum populus tam vehementer poſtularet aquas: ita etiam non dignabor vos terra quam daturus ſum filijs Iſrael. 9 Vel, controuerſiæ (habitæ) in Cades in deſerto Sin. 10 ideſt, qui nouit corda omnium hominum. 11 id eſt, Qui præſit illis in omnibus, regat & gubernet eos in omnibus rebus agendis: qui deducat eos ad bellum, & reducat ad vrbem. 12 vt ſcilicet ita videaris illum conſtituere principem populi Dei. 13 ideſt, doce eum quid agere debeat. 14 vel, de gloria tua: aut, Partem gloriæ tuæ impertire. Hoc eſt, Transferas in eum gloriã tuã, ornando & commendando eum verbis, oſtendaſque eum diuinitus conſtitutum, vt authoritatem habeat, vt ei pareant quemadmodum & tibi. 15 ideſt, morem gerant. 16 interrogabit eum de iudicio Vrim coram Domino, ideſt, conſulet pontificem de rebus agendis, tanquam conſcium voluntatis Dei: de rebus inquam quas reuelabit ei agẽdas Dominus, propter præſentiã nominis ſui, quod ipſe ſacerdos geſtat in pectorali. Hîc Vrim, pro ſummo pontifice accipitur, vt ſit antecedens pro relatiuo, Interrogabit eum de iudicio Vrim, ideſt, pontificis, hoc eſt, ſuo: interrogabit ſacerdotẽ de iudicio ſacerdotis: interrogabit ſacerdotẽ ſententiam ſuam, quid Dominus velit fieri, quaſi dicat, Cum aliquid agere volet, interrogabit ſummum pontificem qui geſtat Vrim & Thummim in pectorali. Vel, interrogabit eum de iudicio, ideſt, ſententia Vrim, id eſt, illuminationum, hoc eſt de ſententia Dei illuſtrantis, & illuminantis & dirigentis omnia: vt Deus hîc dicatur Vrim, vt Lucem mundi ſe dicit Chriſtus in Euangelio Iohannis. Coram Domino autẽ, id eſt in tabernaculo coram arca Domini, vbi ipſe dabat reſponſa. Vbicunque mentio fit Vrim pectoralis, ſemper coniungitur cum Thummim, vt Eſd.2. Nehemię.7. Deut.33. Exod.28. Excipitur hic locus &.2.Reg.28. vbi Vrim pro ſummo pontifice ponitur. 17 id eſt, ſecundum quod ipſe pontifex à Deo doctus dixerit, Ioſue & filij Iſrael ſuſcipiẽt aliquid agẽdũ, aut deſiſtẽt. 18 .i. inſtituit eũ, & docuit quæ agẽda illi eſſent, vt dixerat Dominus inſtituendũ eſſe.

CAP.



## CAP. XXVIII.

Quid quoque tempore offerẽdum. Quotidie.

1 Dixit quoque Dominus ad Moyſen, ¶ Præcipe
2 filijs Iſrael, & dices ad eos, Oblationem meam
& panes, & incenſum odoris ſuauiſsimi offerte
per tempora ſua. ¶ Hæc ſunt ſacrificia quæ offerre de- 3
betis, Agnos anniculos immaculatos duos quotidie in
holocauſtum ſempiternum: ¶ Vnum offeretis mane, 4
& alterum ad veſperum: ¶ Decimam partem ephi ſi- 5
milæ, quæ conſperſa ſit oleo puriſsimo, & habeat quar-
tam partem hin. ¶ Holocauſtum iuge eſt quod obtuli- 6
ſtis in monte Sinai in odorem ſuauiſsimum incenſi Do-
mini. ¶ Et libabitis vini quartam partem hin per ag- 7
nos ſingulos in ſanctuario Domini. ¶ Alterumque 8
agnum ſimiliter offeretis ad veſperam iuxta omnem ri-
B tum ſacrificij matutini, & libamentorum eius, obla-
Die ſabbathi Matth.12.a. tionem ſuauiſsimi odoris Domino. ¶ Die autem Sab- 9
bathi offeretis duos agnos anniculos immaculatos, &
duas decimas ſimilæ oleo conſperſæ in ſacrificio, &
liba: ¶ Quæ rite funduntur per ſingula Sabbatha in 10
Calendis. holocauſtum ſempiternum. ¶ In Calendis autem, id 11
eſt in menſium exordijs, offeretis holocauſtum Domi-
no, vitulos de armento duos, arietem vnum, agnos
anniculos ſeptem immaculatos: ¶ Et tres decimas 12
ſimilæ oleo conſperſæ in ſacrificio per ſingulos vitu-
los: & duas decimas ſimilæ oleo conſperſæ per ſin-
gulos arietes: ¶ Et decimam decimæ ſimilæ ex oleo 13
in ſacrificio per agnos ſingulos. Holocauſtum ſua-
uiſsimi odoris atque incenſi eſt Domino. ¶ Liba- 14
menta autem vini quæ per ſingulas fundenda ſunt vi-
ctimas, iſta erunt, Media pars hin per ſingulos vitu-
los, tertia per arietem, quarta per agnum. Hoc erit ho-
C locauſtum per omnes menſes, qui ſibi anno vertente
ſuccedunt. ¶ Hircus quoque offeretur Domino pro 15
peccatis in holocauſtum ſempiternum cum libamen-
tis ſuis. ¶ Menſe autem primo, quartadecima die men- 16
Menſe primo. Exod.12.c. leuit.23.a. ſis, Phaſe Domini erit, ¶ & quintadecima die ſolen- 17
nitas: ſeptem diebus veſcentur azymis. ¶ Quarum dies 18
prima venerabilis & ſancta erit: omnẽ opus ſeruile
non facietis in ea. ¶ Offeretiſque incenſum holocau- 19
ſtum Domino vitulos de armento duos, arietem vnum,
agnos anniculos immaculatos ſeptem: ¶ Et ſacrificia 20
ſingulorum ex ſimila quæ conſperſa ſit oleo, tres de-
cimas per ſingulos vitulos, Et duas decimas per arietem,
¶ & decimam decimæ per agnos ſingulos, id eſt per 21
ſeptem agnos. ¶ Et hircum pro peccato vnum, vt 22
expietur pro vobis: ¶ Præter holocauſtum matuti- 23
° offeretis. num quod ſemper ° offeretis. ¶ Ita facietis per ſingu- 24
D los dies ſeptem dierum in fomitem ignis, & in odo-
rem ſuauiſsimum Domino, qui ſurget de holocauſto
& de libationibus ſingulorum. ¶ Dies quoque ſepti- 25
mus celeberrimus & ſanctus erit vobis: omne opus ſer-
uile non facietis in eo. ¶ Dies etiam primitiuorum 26
Dies primitiuorum. quando offeretis nouas fruges Domino, expletis heb-
domadibus, venerabilis & ſancta erit: omne opus ſer-
uile non facietis in ea. ¶ Offeretiſque holocauſtum in 27
odorem ſuauiſsimum Domino, vitulos de armento
* & duos, arietem vnum, * agnos anniculos immaculatos
ſeptem: ¶ Atque in ſacrificijs eorum ſimilæ oleo conſper 28
ſæ tres decimas per ſingulos vitulos: per arietes, ″ duas:
″ ſubaudi, decimas. ¶ Per agnos, decimam decimæ, qui ſimul ſunt agni ſe- 29
* vnum ptem. ¶ Hircum quoque * qui mactatur pro expiatio- 30
ne: ¶ præter holocauſtum ſempiternum & liba eius. Im- 31
maculata offeretis omnia cum libationibus ſuis.

## CAP. XXVIII.

Loquutuſq; eſt Dominus ad Moſen, dicẽs, 1 Præcipe filijs Iſrael, & dices ad eos, Sacrificium meũ 2 panis mei quod ſit ad ſacrificium ignitum in odorẽ ſuaueolentem cuſtodietis, vt ſacrificetis mihi [ea] ſtato ſuo tẽpore. 3 Dicesq; ad eos, Hoc eſt ſacrificiũ quod igne cõſit, quod ſacrificabitis Dño, agnos anniculos 4 integros duos quoq; die in holocauſtũ continuũ: Agnum vnũ facies mane, alterũ autem agnum facies 5 inter veſperas. Decimam quoq; partem ephi ſimilaginis 6 pro ſacrificio cibario, quæ mixta ſit oleo 7 cõtuſo, quarta ſcilicet parte hin. 8 Holocauſtũ hoc iuge, quale factũ eſt in monte Sinai, in odorẽ ſuaueolentẽ, 9 ſacrificiũ quod igne cõſit Domino. Libatio vero eius ſit quarta pars hin pro agno vno, in ſanctuario 10 fac libari ſicerã Dño. Agnum verò alterũ facies inter veſperas (cuius ſacrificiũ cibariũ & libamẽ ſit quẽadmodũ eius qui mane fuit ſacrificatus,) 11 ſacrificiũ quod igne cõſit in odorem ſuaueolentẽ Domino. Die autem ſabbati duos agnos anniculos integros, & duas 12 decimas ſimilaginis 13 pro ſacrificio cibario, quæ commixta ſit oleo, cũ libamine ſuo. 14 Holocauſtũ hoc ſabbati, quod ſingulis ſabbatis fieri debet, ſupra holocauſtum continuũ & libamẽ eius. In initijs quoq; menſiũ veſtrorũ ſacrificabitis Dño 15 holocauſtum, nẽpe duos iuuẽcos ex bobus, & arietẽ vnũ, agnos anniculos integros ſeptẽ. Tres etiam decimas ſimilaginis 16 in ſacrificium cibariũ, quæ cõſperſa ſit oleo, 17 pro iuuẽco vno: & duas item decimas ſimilaginis in ſacrificiũ cibariũ, quæ ſit oleo cõſperſa, 18 pro ariete vno. Et pro ſingulis agnis 19 ſingulas decimas ſimilaginis oleo conſperſas in ſacrificium cibarium, 20 holocauſtũ in odorẽ ſuaueolẽtem, & ſacrificiũ quod igne cõſit Dño. Libamina vero eorũ mediũ hin pro iuuenco, tertia pars hin pro ariete, & quarta pars hin vini pro agno. Hoc ſit holocauſtum 21 ſingulis menſibus, in mẽſibus anni. Sed & hircus ex capris vnus pro hoſtia peccati fiet Domino, 22 ſupra holocauſtum iuge, cũ libamine ſuo. In menſe primo, 23 decimoquarto die mẽſis eſt 24 Paſſah Dñi, & in quintodecimo die menſis eiuſdem feſtus dies eſt, per ſeptem dies placentæ infermẽtatæ edentur. Primo die 25 conuocatio ſancta ſit, nullũ opus ſeruile facietis, Sed 26 afferetis ſacrificiũ quod igne cõſit Domino in holocauſtũ, nempe iuuẽcos è bobus duobus, arietẽ vnũ, & ſeptem agnos anniculos, qui integri vobis fuerint. 27 Cibarium autẽ ſacrificiũ eorũ fiat ex ſimilagine oleo conſperſa, & facietis tres decimas pro iuuenco vno, & duas decimas pro ariete vno. Singulas quoq; decimas pro ſingulis agnis, 28 quorũ ſunt ſeptem. 29 Caprum denique pro peccato vnum, ad expiandum pro vobis: Iſta facietis præter holocauſtum matutinum, quod fit in iuge holocauſtum: Ad hunc modum per ſingulos dies ſeptem dierum facietis, panis ſacrificij eſt quod igne conſit Domino in odorem ſuaueolentem, vltra iuge holocauſtum cum libamine ſuo, fiat. Septimo die 30 conuocationem ſanctam habebitis, nullum opus ſeruile facietis. 31 In die porrò primitiuorum fructuum, quum attuleritis Domino 32 cibarium ſacrificium nouum 33 in hebdomadibus veſtris, debet vobis eſſe ſancta conuocatio, nec vllum opus ſeruile in eo facietis. Et adferetis holocauſtum in odorem ſuaueolentem Domino, iuuencos ex bobus duos, arietem vnum, & ſeptem agnos anniculos. 34 Cibarium ſacrificium eorum fiat de ſimilagine oleo conſperſa, nempe tres decimæ pro iuuenco vno, & duæ decimæ pro ariete vno: Pro ſingulis autem agnis, quorum ſunt ſeptem, ſingulæ decimæ. Hircus ex capris vnus pro expiatione veſtri. Hæc facietis, 35 excepto iugi holocauſto, & ſacrificio ſuo cibario: eruntque vobis integra 36 cum libaminibus ſuis.

## SCHOLIA IN CAP. XXVIII.

1 Inſtituerat Dominus ſacrificia, vt reuocaret ab idololatria populum ſuum, vtque eum contineret in vero cultu. Præterea vt iam tum admoneret illos ſacrificij & immolationis Chriſti futurę. 2 eſcam meam, incenſa mea in odorem quietis meæ cuſtodite, offerendo (ea) mihi &c. q. d. Oblationem meam, ritum offerendi à me præceptum, id eſt carnes meas & victimas meas, quæ cremantur vt incenſa mihi fiant gratiſsima, quibus excitetur mihi odor gratiſsimus, cuſtodite, offerte ea mihi vt præcepi. 3 Dic inquam

ad eot, Iſtud eſt ſacrificium incenſum quod offeretis Domino, &c. q.d. Iſte eſt ritus ſacrificij vſutati quod ſuo tempore offeretis Domino. 4 vel, perfectos & immunes ab omni labe, carentes omni macula 5 inter duas veſperas. Prima veſpera eſt quum occubuit ſol: altera quum incipit nox. 6 in oblationem. vel, in munus, 7 Id eſt, expreſſo ex oleis contuſis. Hin continebat quantū octodecim teſtis ouorum capitur. 8 Id eſt, Hoc intelligi debet de ſacrificio holocauſti perpetui quod fieri ſolitum eſt in monte, &c. 9 vel, incenſum quod fiat in honorem Domini. 10 liba libamen ex vino Domino. 11 (in) incenſum odoris quietis (ideſt, gratiſſimi) Domino. 12 Intellige, decimas menſuræ ephi. 13 pro munere. ſubaudi, adornando facies. 14 Heb. Iſtud eſt holocauſtū ſabbathi in ſabbatho eius, ſuper holocauſtum iuge, & oblationem eius. Id eſt, Iſta eſt ratio holocauſti quod fieri debet per ſingula ſabbatha, vltra holocauſtū ſacrificij iugis & libamen eius. 15 (in) holocauſtum, 16 pro munere. vel, vt munus ſiue ſacrificiū adornetur, 17 vel, in ſingulos vitulos: 18 vel, in ſingulos arietes. 19 Heb. decimam decimam 20 (in) holocauſtum odoris gratiſſimi, & in incenſum Domino. 21 Heb. menſis in menſem, 22 vltra holocauſtum iuge: fiet vnà cum libamine ſuo. Vocat holocauſtum iuge ſiue ſempiternum, quod intermittere non licebat. 23 Id eſt, exacta iam decimaquarta die, in principio decimæquintæ diei eiuſdem menſis. 24 Paſcha Domino, ideſt, ritè ſacrificabitur agnus paſchalis Domino. 25 erit ſolennitas celeberrima. ſiue, celebritas ſancta. aut, ſolennitas proclamata & indicta. 26 offeretis incenſum (&) holocauſtum Domino. 27 Munus eorum erit ſimila. vel, Oblatio eorum erit ſimila 28 vel, per ſeptem illos agnos. 29 vel, Hircum denique expiationis vnum ad expiandum vos. Expiationis hircus vocabatur vnde fiebat ſacrificium pro expiatione peccati. 30 erit ſolennitas indicta vobis. Aut, feſtiuitas celeberrima. ſiue, proclamata feſtiuitas, 31 Id eſt, Die prima nouarum frugum. ſic dictus fuit dies ille, quod in ipſo proponeretur panis propoſitionis cōfectus ex nouis frugibus. fuerat autem is dies inſtitutus ad commemorationem legis datæ ſimili die. 32 munus nouum. Id eſt, panes ex nouis frugibus. 33 .i. expletis ſeptem hebdomadibus quas numerare debetis. 34 Munus 35 præter holocauſtum iugis ſacrificij, & libamen eius. 36 .i. cum ijs quæ fieri ſolent in talibus ſacrificijs.

## CAP. XXIX.

IN menſe verò ſeptimo, in prima die 1 menſis erit vobis 2 conuocatio ſancta, nullum opus 3 ſeruile facietis, dies 4 clangoris erit vobis. Et facietis holocauſtum in odorem ſuaueolentem Domino, 5 iuuencum vnum è bobus, arietem vnum, agnos anniculos 6 integros ſeptem. 7 Cibarium ſacrificium eorum fiat de ſimilagine oleo conſperſa, nempe tres decimæ pro iuuenco vno, & duæ decimæ pro ariete: Et pro ſingulis agnis, quorum ſunt ſeptem, decima vna: Et hircus caprarum vnus pro peccati hoſtia, ad veſtri expiationem. Præter holocauſtum 8 menſis, & eius ſacrificium cibarium, & præter holocauſtum iuge & eius ſacrificium cibarium & libamina eorum, quæ 9 ritu ſuo 10 fiant Domino, in odorem ſuaueolentem ſacrificij quod igne conſit. Decima die huius menſis ſeptimi, erit vobis 11 conuocatio ſancta, 12 affligetiſque animas veſtras, & nullum opus facietis. Afferatis autem Domino holocauſtum in odorem ſuaueolētem, iuuencum ex bobus vnum, arietem vnum, agnos anniculos ſeptem, qui integri erunt vobis. Cibarium eorum ſacrificium erit de ſimilagine oleo conſperſa, nempe tres decimæ pro iuuenco, & duæ decimæ pro ariete vno: Et pro ſingulis agnis, quorum ſunt ſeptem, ſingulæ decimæ: Hircus ex capris vnus pro hoſtia peccati, præter hoſtiam peccati quæ fit pro expiatione, & præter iuge holocauſtum, Et ſacrificium eius cibarium, & libamina eorum. Decimoquinto die menſis ſeptimi erit vobis 13 conuocatio ſancta, nullum opus ſeruile facietis, & feſtū diem agetis Domino ſeptem diebus. Et afferetis Domino 14 holocauſtum quod igne conſit in odorem ſuaueolentem, iuuencos è bobus tredecim, duos arietes, agnos anniculos, qui ſint integri, quatuordecim. 15 Sacrificium vero eorum cibarium erit de ſimilagine oleo permixta, nempe tres decimæ pro ſingulis ex tredecim iuuencis, duæ decimæ pro ariete vno, ex duobus arietibus. Singulæ decimæ pro ſingulis agnis qui ſunt quatuordecim. Hircus ex capris vnus pro hoſtia peccati, præter holocauſtum iuge, Et eius ſacrificiū cibariū, & libamen eius. Die autem ſecundo duodecim iuuencos ex bobus, arietes duos, agnos anniculos integros quatuordecim. Porro ſacrificia eorum cibaria, & libamina eorum, pro iuuencis ſcilicet, arietibus & agnis, fiant pro numero eorum, & pro ritu ſuo. Hircum quoque ex capris vnum pro hoſtia peccati, præter iuge holocauſtum, & cibarium eius ſacrificiū, & libamina eorum. Tertio die vndecim iuuēcos, duos arietes, agnos anniculos integros quatuordecim. Cibarium ſacrificium eorum, & libamina eorū pro iuuencis, arietibus & agnis fiat iuxta numerum eorū, vt conuenit. Fiat & hircus pro peccato vnus, præter iuge holocauſtum, Et ſacrificiū eius cibarium & libamē eius. Die quarto iuuencos decem, arietes duos, agnos anniculos integros quatuordecim. Sacrificium eorū cibarium, & libamina eorum pro iuuencis, arietibus & agnis fiat ſecundum numerum eorum, vt ritus habet. Fiat & hircus ex capris vnus pro hoſtia peccati præter holocauſtum iuge, & cibarium eius ſacrificiū, & li-

## CAP. XXIX.

1 MEnſis etiam ſeptimi prima dies venerabilis &
ſancta erit vobis. omne opus ſeruile non facie-
tis in ea, quia dies clangoris eſt & tubarum.
2 ♀ Offeretiſque holocauſtum in odorē ſuauiſsimum Do-
mino, vitulum de armento vnum, arietem vnū, & agnos
3 anniculos immaculatos ſeptem. ♀ Et in ſacrificijs eorū, ſi
milæ oleo cōſperſæ tres decimas per ſingulos vitulos,
4 duas decimas per arietē, ♀ Vnam decimā per agnum, qui
5 ſimul ſunt agni ſeptem: ♀ Et hircum pro peccato, qui of-
6 fertur in expiationem populi. ♀ Præter holocauſtum Ca-
lendarū cum ſacrificijs ſuis, & holocauſtū ſempiternū cū
libationibus ſolitis. eiſdem ceremonijs offeretis in odorē
7 ſuauiſsimum incenſum Domino. ♀ Decima quoque dies
menſis huius ſeptimi erit vobis ſancta atq; venerabilis, &
affligetis animas veſtras: omne opus ſeruile non facietis
8 in ea. ♀ Offeretiſque holocauſtum Domino in odorē ſua-
uiſsimum, vitulum de armento vnum, arietem vnū, agnos
9 anniculos immaculatos ſeptem. ♀ Et in ſacrificijs eorum, B
ſimilæ oleo conſperſæ tres decimas per ſingulos vitulos,
10 duas decimas per arietem, ♀ Decimam decimæ per ag-
11 nos ſingulos, qui ſunt ſimul agni ſeptem: ♀ Et hircum pro
peccato: abſque his quæ offerri pro delicto ſolent in ex-
piationē: & holocauſtum ſempiternū, Et ſacrificio & li-
12 baminibus eorum. ♀ Quintadecima vero die menſis ſep-
timi, quæ vobis ſancta erit atque venerabilis, omne opus
ſeruile non facietis in ea: ſed celebrabitis ſolēnitatem Do
13 mino ſeptem diebus. ♀ Offeretiſq; holocauſtum in odo-
rem ſuauiſsimum Domino, vitulos de armento tredecim,
arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuorde-
14 cim: ♀ Et in libamentis eorum ſimilæ oleo conſperſæ tres
decimas per vitulos ſingulos, qui ſunt ſimul vituli trede-
cim: & duas decimas arieti vno, id eſt ſimul arietibus duo
15 bus, ♀ Et decimam decimæ agnis ſingulis, qui ſunt ſi-
16 mul agni quatuordecim. ♀ Et hircū pro peccato: abſque
holocauſto ſempiterno, Et ſacrificio, & libamine eius. C
17 ♀ In die altero offeretis vitulos de armento duodecim,
arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuorde-
18 cim: ♀ Sacrificiaq; & libamina ſingulorū p vitulos & arie
19 tes & agnos rite celebrabitis, ♀ Et hircū pro peccato: abſq;
20 holocauſto ſempiterno, ſacrificioq; & libamine eius. ♀ Die
tertio offeretis vitulos vndecim, arietes duos, agnos an-
21 niculos immaculatos quatuordecim: ♀ Sacrificiaque &
libamina ſingulorum per vitulos & arietes & agnos
22 rite celebrabitis: ♀ Et hircum pro peccato: abſque ho-
locauſto ſempiterno, ſacrificioque & libamine eius.
23 ♀ Die quarto offeretis vitulos decem, arietes duos, agnos
24 anniculos immaculatos quatuordecim: ♀ Sacrificiaque
& libamina ſingulorum per vitulos & arietes & ag-
25 nos rite celebrabitis: ♀ Et hircum pro peccato, abſ-
que holocauſto ſempiterno, ſacrificioque eius & li-
bami-

Quid prima die ſeptimi menſis ſit offerendum.

Leui. 16. g. & 23. e.



bamine. ♀ Die quinto offeretis vitulos nouem, arie- 26
tes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim.
♀ Sacrificiaque & libamina ſingulorum per vitulos & 27
arietes & agnos rite celebrabitis: ♀ Et hircum pro pec- 28
cato: abſque holocauſto ſempiterno, ſacrificioque eius
D & libamine. ♀ Die ſexto offeretis vitulos octo, arietes 29
duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim: ♀ Sa 30
crificiaque & libamina ſingulorum per vitulos & arietes
& agnos rite celebrabitis: ♀ Et hircum pro peccato: 31
abſque holocauſto ſempiterno, ſacrificioque eius & liba
mine. ♀ Die ſeptimo offeretis vitulos ſeptem, & arietes 32
duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim: ♀ Sa 33
crificiaque & libamina ſingulorum per vitulos & arietes
& agnos rite celebrabitis: ♀ Et hircum pro peccato: 34
abſque holocauſto ſempiterno, ſacrificioque eius & liba-
mine. ♀ Die octauo qui eſt celeberrimus, omne opus 35
ſeruile non facietis, ♀ offerentes holocauſtum in odo- 36
rem ſuauiſsimum Domino, vitulum vnum, arietem
vnum, agnos anniculos immaculatos ſeptem: ♀ Sacri- 37
ficiaque & libamina ſingulorum per vitulos & arietes &
agnos rite celebrabitis: ♀ Et hircum pro peccato: abſ- 38
que holocauſto ſempiterno, ſacrificioque eius & libami-
ne. ♀ Hæc offeretis Domino in ſolennitatibus veſtris. 39
præter vota & oblationes ſpontaneas in holocauſto, in
ſacrificio, in libamine, & in hoſtijs pacificis.

bamen eius. Quinto die iuuencos nouem, arietes duos, agnos anniculos integros quatuordecim, ſacrificium eorum cibarium & libamina eorum pro iuuencis, arietibus & agnis fiat iuxta numerum eorum, & pro ritu. Fiat & hircus pro peccato vnus, præter holocauſtum iuge, Et cibarium eius ſacrificium & libamen eius. Sexto die iuuencos octo, arietes duos, agnos anniculos integros quatuordecim, & ſacrificium eorum cibarium, & libamina eorum pro iuuencis, arietibus & agnis pro numero illorum, & vt mos habet. Hircus denique pro peccato vnus fiat, præter holocauſtum iuge, Et ſacrificium eius cibarium, & libamen eius. Septimo die ſeptem iuuencos, duos arietes, agnos anniculos integros quatuordecim. Et ſacrificia eorum cibaria, & libamina eorum pro iuuencis, arietibus & agnis, iuxta numerum eorum & pro ritu. Et hircus pro peccato vnus fiat, præter holocauſtum iuge, Et ſacrificium eius cibarium, & libamen eius. Octauo demū die ſit vobis 16 cōcio: nullū opus ſeruile in eo facietis. Afferatis autem holocauſtum quod igne conſiat Domino in odorem ſuaueolentem, nempe iuuencum vnum, arietem vnum, agnos anniculos integros ſeptem. Sacrificia eorum cibaria, & eorum libamina pro iuuenco, ariete & agnis, iuxta numerum eorum 17 vt conuenit. Et hircus fiat pro peccato vnus, præter holocauſtum iuge, Et ſacrificium eius cibarium, & libamen eius. Hæc facietis Domino in ſtatis veſtris ferijs, (præter vota veſtra, & voluntaria veſtra ſacrificia,) 18 pro holocauſtis veſtris, & pro cibarijs ſacrificijs veſtris, & pro libaminibus veſtris, & pacificis veſtris. Et narrauit Moſes filijs Iſrael omnia quæ præcepit Dominus Moſi.

## SCHOLIA IN CAP. XXIX.

1 Hebraiſmus, pro, eiuſdem. 2 Heb. proclamatio ſanctitatis, ideſt, ſolennitas ſanctiſsima, ſiue celeberrima, vel, feſtum proclamatum. 3 Id eſt, quod ad Deum non pertinet, ſed ad hominē: vt eſt victus & alia. 4 clangoris tubarum, ideſt, hoc die celebrabitis feſtum tubarum, in eoque tubis clangetis propter liberationem Iſaac, & vt præparentur animi Iudæorum ad reliqua feſta. 5 ideſt, è iuuenco, ariete, &c. 6 ideſt, in quibus nihil ſit vitij quod reprehendi poſsit. 7 Munus eorum 8 Calendarum. 9 ideſt, iuxta conſuetudinem qua illa fieri ſolita ſunt. 10 Heb. in odorem quietis & incenſum Domino. 11 vel, ſolennitas celeberrima. aut, feſtum proclamatum, 12 Affligere animas pro ieiunare dixit. 13 Vocātur conuocationes ſanctæ, quòd in illis omnes maſculi tenerētur cōuenire in tēplum Domini. Licet & aliæ quædā ſolēnitates celebres ſic vocētur, in quibus populus à labore abſtinere iubebatur, & cōuenire ad lectionē legis diuinæ. 14 holocauſtū & incēſum. 15 Munus vero eorū, ſiue, Oblatio vero eorū, &c. 16 collectio. ſiue, retētio. i. ſolēnitas. Feſtū ſic dicebatur, quod retinerētur qui venerāt ad feſtū vſq; ad diem octauū: vel quod qui venerāt ad feſtum, prohiberētur operari. 17 iuxta normā. vel, ſecundū conſuetudinē. 18 in holocauſtis veſtris, in muneribus veſtris, & libamētis veſtris, & ſacrificijs veſtris pacificis. i. quæ ſpōte offeretis in holocauſtis &c. q.d. ſacrificia ordinaria nō excludēt extraordinaria.

## CAP. XXX.

Vota quando reddenda.

NArrauitque Moyſes filijs Iſrael omnia quæ ei 1
Dominus imperarat, ♀ Et locutus eſt ad prin- 2
cipes tribuum filiorum Iſrael, Iſte eſt ſermo
quem præcepit Dominus, ♀ Siquis virorum votum Do 3
mino vouerit, aut ſe conſtrinxerit iuramento: non fa-
ciet irritum verbum ſuum, ſed omne quod promiſit
implebit. ♀ Mulier ſi quippiam vouerit, & ſe con- 4
ſtrinxerit iuramento, quæ eſt in domo patris ſui, & in
ætate adhuc puellari: ♀ Si cognouerit pater votū quod 5
pollicita eſt, & iuramentum quo obligauit animam ſuā,
B & tacuerit, voti rea erit: quicquid pollicita eſt & iura-
uit, opere complebit. ♀ Sin autem ſtatim vt audierit, cō 6
tradixerit pater: & vota & iuramenta eius irrita erunt,
nec obnoxia tenebitur ſponſioni, eo quod contradixerit
pater. ♀ Si maritum habuerit, & vouerit aliquid, & ſe- 7
mel de ore eius verbum egrediens animam eius obligaue
rit iuramento: ♀ quo die audierit vir, & non contradi- 8
xerit, voti rea erit, reddetque quodcunque promiſerat.
C ♀ Sin autem audiens ſtatim contradixerit, & irritas fece 9
rit pollicitationes eius, verbaque quibus obſtrinxerat ani
mam ſuam: propitius erit ei Dominus. ♀ Vidua & re- 10
pudiata quicquid vouerint, reddent. ♀ Vxor in domo 11
viri cum ſe voto conſtrinxerit & iuramento, ♀ Si au- 12
dierit vir, & tacuerit, nec contradixerit ſpōſioni, reddet
quodcunque promiſerat. ♀ Sin autem extemplo contra 13
dixerit, non tenebitur promiſsionis rea: quia maritus con

Puella vouens.

LOquutus eſt Moſes cū primoribꝰ tribuū 1 filiorū Iſrael hiſce verbis, Hoc eſt verbū quod præcepit Dn̄s, 2 Si vouerit quiſpia votū Dn̄o, aut omnino iuramēto aliquo 3 animā ſuā obſtrinxerit, is verbū ſuū 4 nō infirmet, ſed quodcunq; egreſſum eſt ex ore eius, hoc faciet. Mulier vero ſi vouerit votū Dn̄o, 5 obſtringēdo ſe 6 in domo patris ſui, idq; in adoleſcētia ſua, Si pater eius votū eius audiuerit, aut 7 vinculū eiꝰ quo animā ſuā obſtrinxit, 8 illudq; diſsimularit, 9 rata erūt omnia vota illius, ratumq; erit quidquid illud tādē ſit quo animā ſuā obſtrinxit. Quod ſi pater eius 10 renuerit illud eodē die, quo ipſe omnia vota eius, & vincula eius quibus animā ſuā obſtrinxit, audierit, nō ratū erit, & Dn̄s 11 propitius erit ei, quod pater illud renuerit. Si vero [mulier] 12 marito [deſpōſa] fuerit, 13 quæ ſuper ſe vota aliqua habet, 14 aut quid incautius labijs eius excidit, quo animā ſuā obſtrinxit, audieritq; [hoc] maritus eius, & eodē die quo audierit diſsimularit hoc tacēdo: 15 vota eius rata erūt, ſed & obligationes eiꝰ, quibus animā ſuā obligauit, 16 firmabūtur. Quod ſi eodem die quo maritus eius audierit, renuerit illud, 17 irritūque fecerit votū eiꝰ quod ſup ſe habet, & id qđ incautiꝰ labijs eiꝰ excidit, quo animā ſuā obligauit, propitius erit ei Dn̄s. 18 Votū vero viduæ aut repudiatæ, quodcunq; tandē illud fuerit quo animā ſuā obſtringit, ratū ſit ſuper eā. Quod ſi 19 familia alicuius vouerit, aut omnino animā ſuā iuramēto obſtrinxerit, 20 Illeq; audiēs tacuerit, nec illud phibuerit, rata erūt omnia vota eius, deinde & omnes obligationes eius, quibꝰ animā ſuā obſtrinxit,

*ſtrinxit,* 21 *firmabuntur.* 22 *Si vero paterfamilias planè [vota] iſta reſciderit, eo ſcilicet die quo audierit omne illud quod incautius labijs familiæ ſuæ exciderit, & vota eius, & obligationem animæ eius: haud quaquam firma erunt, paterfamilias irrita ea fecit, &* Dominus *propitius erit familiæ.* [Breuiter,] *omne votum atque omne iuramentum, quod obligat* 23 *vt affligatur anima, hoc poteſt* 24 *paterfamilias vel confirmare, vel irritum facere,* 25 [*Sic videlicet,*] *ſi omnino tacendo diſsimularit diebus aliquot paterfamilias, rata habet omnia vota familiæ: deinde & omnes obligationes eius quas habet ſuper ſe, quum ſcilicet tacuerit eodem*

14 tra dixit, & Dñs ei propitius erit. ¶ Si vouerit & iuramen D
to ſe cõſtrinxerit vt per ieiuniũ vel cæterarũ rerũ abſtinẽ
tiã affligat animã ſuã: in arbitrio viri erit ſiue faciat, ſiue
15 nõ faciat. ¶ Quòd ſi audiẽs vir tacuerit, & in alterã diẽ di
ſtulerit ſententiã: quicquid vouerat atq; promiſerat, red-
16 det: quia ſtatim vt audiuit, tacuit. ¶ Si autẽ cõtradixerit
17 poſtquã reſciuit, portabit ipſe iniquitatẽ eius. ¶ Iſtæ ſunt
leges quas conſtituit Dominus Moyſi inter virum & vxo
rẽ, inter patrem & filiã quæ in puellari adhuc ætate eſt,
vel quæ manet in parentis domo.

Affligere animam.

*die quo audiuit illud. Sin poſteaquam audiuerit, omnino irrita iſta facit, feret ipſe culpam familiæ.* Hæc *ſunt ſtatuta quæ præcepit* Dominus *Moſi, inter maritũ & vxorẽ eius, atq; inter patrẽ & filiã eius, quæ in puellari adhuc ætate eſt,* 26 [&] *in domo patris ſui.*

SCHOLIA IN CAP. XXX.

1 Vel, de filijs Iſrael. Id eſt, pro filijs Iſrael, hoc eſt, vt dicerent filijs Iſrael. 2 Cum vouerit 3 Id eſt, ſeipſum. 4 Heb. non polluet, iuxta omne quod, &c. i. tenebitur præſtare quicquid verbo pollicitus fuerit. 5 obſtringendo ſe obligatione aliqua, ideſt, ſi iureiurando adhibito aliquid promiſerit. 6 Id eſt, quum adhuc eſt ſub cura patris. 7 ſiue, obligationem eius qua, &c. 8 Heb. & tacuerit. 9 vel, ſtabilia 10 irritum fecerit 11 vel, parcet ei, quia irritauit illud pater eius. Id eſt, irritum declarauit quod promiſit. 12 Hebr. viro fuerit, ideſt, ſi nupſerit. 13 Heb. & vota eius ſuper ipſam, ideſt, & vouere cœperit. 14 aut prolatio labiorum eius fuerit qua obligauerit animam ſuam: quo die, &c. Id eſt, aut dixerit aliquid quo obligauerit fidem ſuam. 15 tunc vota eius, &c. 16 ratæ erunt. 17 tunc reddet irritum votum illius quod erat ſuper eam, & prolationem labiorum eius, qua obſtrinxerat animam ſuam, & Dominus propitius erit ei, ideſt, tunc ſoluet, ſiue irritum declarabit votum quo ipſa ſe obſtrinxerat, & promiſſum quo ipſa obſtrinxerat fidem ſuam. parcetque illi Dominus. q. d. non peccabit ipſa, ſi non reddiderit vota illa. 18 ideſt, Quantum attinet ad votum viduarum & repudiatarum, hæc eſt ratio, Quicquid illud fuerit quod ipſæ vouerint, tenebuntur reddere. 19 Heb. (in) domo viri ſui. i. viuente marito. 20 Heb. Et audierit vir eius, (ſub. mulieris,) & tacuerit, ideſt, tacẽdo aſſenſus fuerit. 21 vel, ratæ erũt. 22 Heb. Quod ſi irritando irritauerit ea vir eius eo die quo audierit illud: omnis egreſsio labiorũ eius in votis eius, & in obligatione animæ eius, erunt infirma: vir eius diſsipauit illa: & cõdonabit illi Dñs. Id eſt, Si maritus declarauerit irrita quæ vxor vouerat, quicquid dixerit vouendo & obligando animam ſuam, irritum erit, quia maritus contradixit: neque peccauerit in Dominum, ſi non reddiderit vota illa. 23 vel, ad affligendam animam. Affligere animam, eſt caſtigationem aliquam aut abſtinentiam ſuſcipere. 24 vir eius. ſiue, maritus eius 25 Heb. Quod ſi tacendo tacuerit vir eius de die in diem: (id eſt, differendo in aliam diem improbationem voti), tũc ſtatuet omnia vota eius: & omnes obligationes eius quæ ſunt ſuper eam, ratas habebit: (ideſt, omnia promiſſa quæ illa promiſit, rata habebit:) quia tacuit die quo audiuit (. i. reſciuit) illud. Quod ſi aliquot diebus poſteaquã audiuit, diſsipando diſsipauerit illa, (id eſt, declarauerit ſe non habere rata,) tunc feret iniquitatem eius. i. pœnas dabit pro illa, ſi ea fuerint irrita, nec præſtiterit illa vota mulier. Statuere vota, id eſt rata habere. 26 Id eſt, quando eſt in cura paterna.

CAP. XXXI.

ET *loquutus eſt* Dominus *ad* Moſen *in hanc ſententiã, Perſequere iniurias filiorum* Iſrael *de* Madianitis, *poſt hoc* 1 *colligẽris ad populos tuos. Loquutus eſt igitur* Moſes *ad populũ hiſce verbis,* 2 *Inſtruite viros è vobis ad præliũ, qui pugnẽt aduerſus* Madianitas, *ſumantq; vltionem* Domini *de eis. De ſingulis tribubus [deligãtur] mille,* 3 *vt ex omnibus tribubus* Iſrael *mittatis ad prælium.* 4 *Delecti ſunt itaq; ex ſingulis tribubus mille ex millibus* Iſrael, *duodecim videlicet millia inſtructi ad prælium.* Miſit *ergo* Moſes *eos ad præliũ, nẽpe ex ſingulis tribubus mille, eos inquã, &* Pinhas *filiũ* Eleazari *ſacerdotis,* 5 *vna cũ vaſis ſanctuarij, [erantq;] tubæ quibus claſsicũ canitur, in manu eius.* Pugnarunt *itaq; cõtra* Madianitas, *quemadmodũ præcepit* Dominus Moſi, *& trucidarũt omnẽ marem,* Et *reges quoq;* Madian *interfecerunt* 6 *cũ vulneratis ſuis, nẽpe* Eui, Rekem, Zur, Hur *atq;* Reba, *quinq; reges* Madian, *&* Bileã *filium* Beor *trucidarunt gladio.* Captiuas *quoque duxerunt filij* Iſrael *mulieres* Madian, *atq; pubẽ eorum, & cũcta iumẽta eorũ, omnia pecora eorũ, &* 7 *omnẽ ſubſtantiã eorũ diripuerũt. Sed & cũctas vrbes eorũ* 8 *in quibus fuerũt habitationes eorum, & arces eorũ exuſſerunt igne.* Acceptis *itaq; vniuerſis ſpolijs, & cũcta præda tã hominũ quã iumentorũ,* Abduxerũt 9 *captiuos, prædam & ſpolia ad* Moſen *& ad* Eleazarũ *ſacerdotẽ, & ad multitudinẽ filiorum* Iſrael *in caſtra quæ erant in campis* Moab *iuxta* 10 Iordanẽ [*e regione*] Iericho. Egreſsi *ſunt itaq;* Moſes *&* Eleazar *ſacerdos atque omnes principes multitudinis extra caſtra illis obuiam.* Et Moſes *iratus eſt contra præfectos exercitus, nẽpe contra tribunos, & centuriones qui venerant* 11 *è prælio belli.* Dixitq; *ad eos* Moſes, 12 Omnes *fœminas vos viuas ſeruaſtis?* En *iſtæ* 13 *fuerunt filijs* Iſrael, 14 *iuxta conſilium* Bileã, 15 *occaſio, vt præuaricarentur aduerſus* Dominum *in negotio* Peor, *vt fieret clades in cœtu* Domini. Interficite *igitur omnẽ marẽ è pube, interficite quoq; omnẽ fœminã quæ virũ concubitu experta eſt.* 16 Ex *pube autẽ quæcunq; puella viri cõ-*

CAP. XXXI.

1 LOcutuſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens, ¶ Vl-
2 ciſcere prius filios Iſrael de Madianitis, & ſic colli-
3 gẽris ad populum tuum. ¶ Statimque Moyſes,
Armate, inquit, ex vobis viros ad pugnam, qui poſsint
4 vltionem Domini expetere de Madianitis. ¶ Mille
viri de ſingulis tribubus eligantur ex Iſrael qui mittan-
5 tur ad bellum. ¶ Dederuntque millenos de ſingulis
tribubus, id eſt duodecim millia expeditorum ad pug-
6 nam. ¶ Quos miſit Moyſes cum Phinees filio Eleaza-
ri ſacerdotis, vaſaque ſancta, & tubas ad clangendum
7 tradidit ei. ¶ Cumque pugnaſſent contra Madianitas
8 atque viciſſent, omnes mares occiderunt, ¶ & re-
ges eorum Eui & Recem & Sur & Hur & Rebe,
quinque principes gentis: Balaam quoque filium Beor
9 interfecerunt gladio. ¶ Ceperuntque mulieres eorum
& paruulos, omniaque pecora & cunctam ſupelle-
ctilem, quicquid habere potuerant, depopulati ſunt.
10 ¶ Tam vrbes, quam viculos & caſtella flamma con-
11 ſumpſit. ¶ Et tulerunt prædam ¶ & vniuerſa quæ ce-
12 perant tam ex hominibus quàm ex iumentis, Et ad-
duxerunt ad Moyſen & Eleazarum ſacerdotem, & ad
omnem multitudinem filiorum Iſrael. reliqua au-
tem vtenſilia portauerunt ad caſtra in campeſtri-
13 bus Moab, iuxta Iordanem contra Iericho. ¶ Egreſ-
ſi ſunt autem Moyſes & Eleazar ſacerdos, & om-
nes principes ſynagogæ in occurſum eorum extra
14 caſtra. ¶ Iratuſque Moyſes principibus exercitus,
15 tribunis & centurionibus qui venerant de bello, ¶ ait,
16 Cur fœminas reſeruaſtis? ¶ Nonne iſtæ ſunt quæ de-
ceperunt filios Iſrael, ad ſuggeſtionem Balaam, &
præuaricari vos fecerunt in Dominum ſuper pecca-
17 to Phogor, vnde & percuſſus eſt populus? ¶ Er-
go cunctos interficite quicquid eſt generis maſculini
etiam in paruulis: & mulieres quæ nouerunt viros in coi-

Madianitæ interficiuntur, & vrbes ipſorum comburuntur. ſup. 25. d.

Ioſue. 13. c.

B

Balaam interficitur.

Prædam afferũt Iſraelitæ ad Moyſen & Aaron.

C

Sup. 15. a.

Mulieres interficiuntur.

tu,



Virgines reſeruantur.

tu, iugulate: ¶ Puellas autem & omnes fœminas virgi- 18
nes reſeruate vobis. ¶ Et manete extra caſtra ſeptem 19
diebus: qui occiderit hominem, vel occiſum tetigerit, lu
ſtrabitur die tertio & ſeptimo. ¶ Et de omni præda, ſi- 20
ue veſtimentum fuerit, ſiue vas, & aliquid in vtẽſilia prę-
paratum, de caprarum pellibus & pilis & ligno expiabi-
tur. ¶ Eleazar quoque ſacerdos ad viros exercitus, qui 21
D pugnauerant, ſic locutus eſt, Hoc eſt præceptum legis
quod mandauit ″Deus Moyſi, ¶ Aurũ & argentum & ęs 22
& ferrum & plumbum & ſtannum, ¶ Et omne quod po 23
teſt tranſire per flammas, igne purgabitur. quicquid au-
tem ignem non poteſt ſuſtinere, aqua expiationis ſancti-
ficabitur. ¶ Et lauabitis veſtimenta veſtra die ſeptimo, 24
& purificati poſtea caſtra intrabitis. ¶ Dixit quoque 25
Dominus ad Moyſen, ¶ ″Tollite ſummam eorum quæ 26
capta ſunt, ab homine vſq; ad pecus, tu & Eleazar ſacer-
dos & ″ omnes principes vulgi: ¶ diuideſque ex æquo 27
prædam inter eos qui pugnauerunt, egreſsique ſunt ad
bellum, & inter omnem reliquam multitudinem. ¶ Et ſe- 28
parabis partem Domino ab his qui pugnauerunt & fue-
E runt in bello, vnam animam de quingentis, tam ex homi
nibus quam ex bobus & aſinis & ouibus, ¶ & dabis eã 29
Eleazaro ſacerdoti, quia primitiæ Domini ſunt. ¶ Ex 30
media quoque parte filiorum Iſrael accipies quinquage-
ſimum caput hominum & boum & aſinorum & ouium,
cunctorũque animantium: & dabis ea Leuitis, qui excu-
bant in cuſtodijs tabernaculi Domini. ¶ Feceruntque 31
Moyſes & Eleazar, ſicut præceperat Dominus. ¶ Fuit 32
autem præda, quam exercitus ceperat, ouium ſexcenta
ſeptuagintaquinque millia, ¶ boum ſeptuagintaduo 33
millia, ¶ aſinorum ſexaginta millia & mille: ¶ Animæ 34
hominum ſexus fœminei, quæ non cognouerant viros, 35
trigintaduo millia. ¶ Dataque eſt media pars his qui in 36
prælio fuerant, ouium trecẽta trigintaſeptẽ millia quin-
F gentæ. ¶ E quibus in partem Domini ſupputatæ ſunt 37
oues ſexcentæ ſeptuagintaquinque. ¶ Et de bobus tri- 38
gintaſex millibus, boues ſeptuaginta & duo: ¶ De aſi- 39
nis triginta millibus quingentis, aſini ſexaginta vnus.
¶ De animabus hominum ſedecim millibus, ceſſerunt in 40
partẽ Domini trigintaduæ animæ. ¶ Tradiditq; Moy- 41
ſes numerũ primitiarũ Domini Eleazaro ſacerdoti, ſicut
fuerat ei imperatũ, ¶ ex media parte filiorum Iſrael, quã 42
ſeparauerat his qui in prælio fuerant. ¶ De media verò 43
parte quæ contigerat reliquæ multitudini, id eſt de oui-
bus trecentis triginta ſeptem millibus quingentis, ¶ Et 44
de bobus trigintaſex millibus, ¶ & de aſinis triginta 45
millibus quingentis, ¶ Et de hominibus ſedecim milli- 46
bus, ¶ Tulit Moyſes quinquageſimum caput, & dedit 47
G Leuitis qui excubabant in tabernaculo Domini, ſicut prę
ceperat Dominus. ¶ Cumque acceſsiſſent principes 48
exercitus ad Moyſen, & tribuni, centurioneſque, ¶ dixe 49
rũt, Nos ſerui tui recenſuimus numerũ pugnatorũ, quos
habuimus ſub manu noſtra: & ne vnus quidem defuit.
¶ Ob hanc cauſam offerimus in donarijs Domini ſingu- 50
li quod in præda auri potuimus inuenire, periſcelides &
armillas, annulos & dextralia ac murenulas, vt deprece-
ris pro nobis Dominum. ¶ Suſceperuntque Moyſes & 51
Eleazar ſacerdos omne aurum in diuerſis ſpeciebus, ¶ põ 52
do ſedecim millia ſeptingentos quinquaginta ſiclos, à tri
bunis & centurionibus. ¶ Vnuſquiſque enim quod in prę 53
da rapuerat, ſuum erat. ¶ Et ſuſceptum intulerunt in ta- 54
bernaculum teſtimonij, in monimentum filiorum Iſrael
coram Domino.

Leui. 6. d. 11. e.
″ Dominus.

Ignis.
Aqua.

″ Tolle

Præda ex æquo diuiditur omnibus.

Numerus prędę

Gratiarũ actio à filijs Iſrael, quod ex eis nullus in bello cecidiſſet.

*cubitũ expertæ nõ ſunt, ſeruẽtur vobis viuæ.* Vos *verò manete extra caſtra ſeptẽ diebus: quicunq; animã interfecit, & qui tetigerit cadauer, purificetur die tertio, & ſeptimo, tã vos quàm captiui veſtri.* Omnis *quoq; veſtis, & quicquid eſt pelliceũ, omne quoq; opus ex pellibus caprinis, & omne vas ligneum* 17 *expiabitis.* Et *ait* Eleazar *ſacerdos ad viros* 18 *exercitus qui ad præliũ profecti erãt,* Hoc *eſt* 19 *decretũ legis, quod præcepit* Dñs Moſi, Veruntamẽ *aurũ, argentũ, æs, ferrũ, ſtannũ & plumbũ,* Quicquid *deniq;* 20 *ignẽ fert, per ignẽ traducatis, vt mũdetur,* 21 *verũtamen in aquis ſparſorijs expietur.* 22 *quidquid vero ignẽ non fert, traducatis per aquas.* Eluetis *inſuper veſtimẽta veſtra ſeptimo die, & mũdabimini, & tũ demũ in caſtra ingrediemini.* Ait *vero* Dñs *ad* Moſen *in hæc verba,* 23 Age *cẽſum captæ prædæ tam in hominibus quàm in iumẽtis, tu &* Eleazar *ſacerdos, &* 24 *præcipui patres multitudinis, & diuide prædã inter eos qui in præliũ profecti bellũ geſſerũt, & inter totam multitudinẽ.* 25 Leuãdo *autẽ tolles* Dño *portionem de militibus qui profecti ſunt in prælium, nẽpe animam vnam ex quingenteſima quaq;, tã in hominibus quàm in armẽtis, aſinis & gregibus.* Tolletiſque *de portione eorũ, vt des* Eleazaro *ſacerdoti* 26 *thrũma* Dño. De *portione vero dimidia filiorũ* Iſrael *accipies portionẽ vnã de quinquageſimo quoque, tam ex hominibus quàm ex armẽtis, aſinis, gregibus, & cunctis iumẽtis, & dabis illa* Leuitis, 27 *qui obſeruãt cuſtodias tabernaculi* Dñi. Fecitque Moſes *&* Eleazar *ſacerdos quemadmodũ præceperat* Dñs Moſi. Fuitque *præda* 28 [*talis,*] *preterquã quod diripuit populus exercitus, ouiũ ſexcẽta millia, & ſeptuagintaquinq; millia:* Boũ *ſeptuagintaduo millia:* Aſinorum, *vnũ & ſexaginta millia:* Animæ *autẽ humanæ ex mulieribus quæ viros concubitu expertæ nõ erãt, omniũ inquã animarũ trigintaduo millia.* Dimidia *pars vero eorum qui in bellũ pfecti erãt in numero ouiũ trecenta millia & trigintaſeptẽ millia, & quingẽtæ.* Portio *vero* Domini *de ouibus illis, ſexcentæ & ſeptuagintaquinq;.* Porro *boũ trigintaſex millia, & portio de illis* Dño *ſeptuagintaduo.* Aſinorũ *triginta millia quingẽti, de quibus portio* Dñi *ſexaginta vnus.* Animarũ *vero humanarũ ſedecim millia, de quibus portio* Domini *erat trigintaduæ animæ.* Dedit *ergo* Moſes 29 *portionẽ thruma* Domini, Eleazaro *ſacerdoti, quẽadmodũ præceperat* Dominus Moſi. 30 Porro *dimidia pars filiorum* Iſrael, *quam ſegregauerat* Moſes *de militibus, dimidia ſcilicet pars multitudinis habuit ouium trecenta millia, & trigintaſeptem millia & quingenta,* Boum *trigintaſex millia, aſinorum triginta millia quingenta,* Animarum *vero hominum ſedecim millia.* De *iſta dimidia parte filiorum* Iſrael *accepit* Moſes *portionem vnam de quinquageſimo quoque, tam ex hominibus quàm ex iumẽtis, & dedit eam* Leuitis, *qui* 31 *obſeruabant cuſtodiam tabernaculi* Domini *quemadmodum præceperat* Dominus Moſi. Accedẽtes *autem ad* Moſen 32 *hi qui præfecti erant ſuper millia exercitus, nempe tribuni & centuriones,* Dixerunt *ad* Moſen, *Serui tui* 33 *egerunt cenſum militũ qui ſunt ſub manu noſtra, nec deſyderatur ex eis ne vnus quidẽ:* Offerimus *itaq;* 34 *donum* Domino, *quod quiſque adquiſiuit ornamentorum aureorum, tibialia, armillas, annulos, inaures, & torques, vt expiemus animas noſtras coram* Domino. Accepit *itaque* Moſes *&* Eleazar *ſacerdos aurum iſtud ab eis,* 35 *ornamentaq; omnia ex eo facta.* 36 Vniuerſi *autem auri, quod thruma* Domino *ſepararunt à tribunis & centurionibus, ſedecim mille, ſeptingenti, & quinquaginta ſicli.* 37 Militum *autẽ qui fuerant in exercitu rapuerat quiſque pro ſe.* Accipiẽs *igitur* Moſes *&* Eleazar *ſacerdos aurum à tribunis & centurionibus, intulit illud in tentorium* 38 *conſtitutionis in monumentum filijs* Iſrael *coram* Domino.

SCHOLIA IN CAP. XXXI.

1 Id eſt, moriẽris. 2 Heb. Accingimini ex vobis aliqui ad pugnam, & ſint in Madianitas ad ponendum vindictam Domini in Madian. Hebraica phraſis, pro, vt impetum faciant in Madianitas, & vlciſcantur Dominum de Madianitis. 3 & ex omnibus, &c. 4 Et tradentur 5 Heb. vaſaque ſancta, & tubæ clangoris erant in manu eius. Id eſt, habebat ſecum vaſa ſancta, id eſt tubas quibus clãgere ſolebant in honorem Dei, quibus etiam ſignum dabatur in bello. Hebræi per vaſa etiam intelligunt arcam fœderis. 6 vel,

cum

cum occiſis eorum. Id eſt, vna cum militibus eorum. q.d. vltra milites occiſos, occiſi ſunt etiam reges. 7 vel, cunctas opes 8 Heb. per habitationes eorum, ideſt, quæ erant in locis habitabilibus. 9 Heb. captiuitatē. Id eſt, mulieres & paruulos captiuos. 10 He. Iordanem Iericho, ideſt, qua parte non procul abeſt à Iericho. 11 Hebraiſmus, pro, à prælio illo ſuſcepto contra Madianitas. 12 Heb. Nonne viuificaſtis omnes mulieres? id eſt, Debueratiſne alicui mulieri parcere? q.d. non. 13 Id eſt, fecerunt filijs Iſrael ſui corporis poteſtatem. Similis modus loquendi legitur capite præcedenti, Si erit viro. pro quo interpres vetus tranſtulit, Si maritum habuerit. Alij vertunt, fuerūt filijs Iſrael ad tradendum. Id eſt, fuerūt in cauſa cur in idololatriam inciderint. 14 Heb. per verbum Balaam. Id eſt conſilio Balaam. 15 Heb. vt darent præuaricationē in Dominum in negotio Phogor, vnde orta eſt illa plaga in congregatione Domini. Id eſt, vt præuaricaremini in Dominum adorando idolum Phogor: propter quod vos qui eſtis cōgregatio Domini, afflicti fuiſtis. 16 Heb. Et omnes paruulæ inter mulieres quæ non cognouerint concubitum maris, 17 vel, purificabitis. 18 Heb. pugnæ, ideſt, ad milites. 19 vel, ſtatutum legis. Id eſt, ſcriptum in lege. 20 vel, vim ignis ſuſtinere poteſt. Vt ſunt metalla, quæ impuritatem contrahunt. 21 vel potius, ea tamē lege, vt prius aqua luſtratoria purificetur. ſubaudi, quàm tranſeat per ignem. 22 Id eſt, quicquid ſolet deuri, & igni abſumi: ſiue quod vim ignis ſuſtinere non poteſt. 23 Cape ſummam. ſiue, numerum capitalem 24 Heb. capita auorum. vel, principes patrum. 25 Tolles præterea cenſum (aut, vectigal) quod offeres Domino 26 oblationem 27 Id eſt, qui magno ſtudio curant tabernaculū. 28 Heb. reſiduum prædæ quam prædati fuerant populus bellator. Per appoſitionē dictū, pro, Fuitq; præda reſidua de prēda quā milites diripuerāt. 29 vel, parrē Dño conſecratam. ſubaudi, ex præda. 30 De media vero parte eorū quæ acceperūt filij Iſrael, quā partiēdo accepit Moſes ab hominib⁹ qui pugnauerāt, (fuit aūt media pars quā accepit cōgregatio, de ouibus, trecēta trigintaſeptē millia quingēta, Et de bobus triginta ſex millia, & de aſinis triginta millia quingēta, Et de hominibus ſedecim millia.) Tulit inquā Moſes de media iſta parte filiorū Iſrael vnū de quinquaginta, ex hominibus & ex iumētis, & dedit, &c. 31 .i. ſtudioſiſſime curabāt negotia tabernaculi. 32 Heb. principes milliū militiæ, ad Moſen, tribuni, &c. i. qui præerāt exercitui numeroſo filiorū Iſrael. 33 tulerūt numerū. vel, recēſuerūt ſummā capitalē 34 He. oblationē Dño, vnuſquiſq; quod inuenit, vaſa aurea, brachiola, & armillas, annulos, inaures, & ſubligacula mulierū: ad expiādas, &c. 35 Hebr. omne vas operis. i. omnia vaſa affabre facta. 36 Heb. Fuit igitur omne aurū oblationis quod obtulerūt Dño tribuni & cēturiones, 37 Milites diripuerūt quiſque ſibi. i. quod prædati ſunt, retinuerunt ſibi, neq; dederūt centurionibus ſuis. 38 fœderis. Vel, conuentus.

## CAP. XXXII.

*Porrò filijs Rubē fuerūt 1 pecora multa, & filijs Gad copia admodum multa, qui viderunt terrā Iaẓer atque terrā Gilead, & en locus cōmodus pecori. Venerūt ergo filij Rubē, & filij Gad, dixerūtque ad Moſen, & ad Eleaẓarū ſacerdotē, atq; ad principes multitudinis, Ataroth, & Dibon. Iahẓer, & Nimrath, Heſbon, & Eleale, Sebā, Nebo, & Beon, Regio ſcilicet, quam percuſſit Dominus ante cœtū Iſraelis, regio eſt cōmoda pecoribus, & ſerui tui habēt pecora. Et addiderūt, 2 Si impetramus fauorē corā te, detur regio iſta ſeruis tuis vt eam poſſideāt, neque ducas nos vltra Iordanē. Reſpondit autē Moſes filijs Gad, & filijs Rubē, Nū ergo fratres veſtri ad pugnā ibunt, & vos hîc ſedebitis? Cur 3 retrahitis cor filiorū Iſrael, quo minus trāſeant in terrā quam dedit eis Dominus? Sic quoque fecerūt patres veſtri, quū mitterem eos ex Cades-barnea vt perluſtrarēt terrā iſtā. Aſcenderūt enim vſq; ad Torrentem-eſchol luſtrātes terrā, ſed 4 retraxerūt cor filiorū Iſrael, 5 vt renuerēt ingredi terrā quā dedit eis Dominus. Et exarſit ira Domini eodē die, ita vt iuraret hiſce verbis, Nō videbūt viri illi qui aſcēderūt ex AEgypto, ab eo qui viginti natus eſt annos & ſuprà, terrā quā iuraui Abrahamo, Iſaac & Iacob, eo quòd 6 nō perfeçerūt poſt me, præter Caleb filiū Iephunæ Keniẓeū, & Iehoſua filiū Nun: 7 nā hi perfecte ſequuti ſunt Dominū. Et exarſit ira Domini aduerſum Iſrael, 8 ita vt circunduceret eos in deſerto annis quadraginta, donec cōſumeretur 9 totū hoc ſeculū quod peccauerat corā Domino. Et en 10 vos loco patrū veſtrorum ſurrexiſtis, 11 additamētum ſcilicet hominū peccatorū, vt adderetis amplius ad furorē Domini aduerſus Iſraelem. Si poſt eū auerſi fueritis, permittet vt hi quoque diutius in deſerto maneāt, ſicque totū populum iſtū perdetis. Et accedentes ad eū dixerūt, Septa ouium extruemus hîc pecoribus noſtris, & oppida pro pube noſtra: nos autē armati feſtinabimus ante filios Iſrael, donec introduxerimus eos in locum ſuū: pubes vero noſtra manebit in oppidis munitis, 12 vt tuti ſint ab habitatoribus terræ. Nō reuertemur ad domos noſtras, donec quiſque ex filijs Iſrael occupet ſuā hæreditatē. Nam nos nullā recipiemus hæreditatē cum eis trans Iordanē & vltra: quandoquidem ad nos peruenit hæreditas noſtra cis Iordanē ad Orientem ſolē. Moſes ergo dixit ad eos, Si rem iſtam feceritis, 13 vt proficiſcamini antepilani corā Domino in bellum, tranſieritq; quiſq; ex vobis armis inſtructus Iordanē 14 coram Domino, tantiſper dum ipſe expulerit hoſtes ſuos ante ſe, Terraque ſubacta fuerit corā Domino: tum tādem reuerti poteſtis, eritiſq; 15 innoxij apud Dominum & apud Iſraelem, 16 eritque terra iſta in poſſeſſionē vobis 17 coram Domino. Si verò nō ſic feceritis, en 18 peccaſtis in Dominum, 19 & intelligetis peccatū veſtrū quum apprehenderit vos. Extruite vobis oppida pubi veſtræ, & ſepta gregibus ve-*

## CAP. XXXII.

1 Filij autē Rubē & Gad habebant pecora multa, &
erat illis in iumētis infinita ſubſtantia. Cumque vi-
diſſent Iazer & Galaad aptas animalibus alēdis ter
2 ras, ♀ venerūt ad Moyſen & ad Eleazarū ſacerdotē, & prin
3 cipes multitudinis, atque dixerunt, ♀ Ataroth, & Dibon,
& Iazer, & Nemra, Heſebō, & Eleale, & Sabā, & Nebo,
4 & Beō, ♀ Terra quam percuſsit Dominus in cōſpectu fi-
liorū Iſrael, regionis huberrimæ eſt ad paſtū animaliū: &
5 nos ſerui tui habemus iumēta plurima: ♀ Precamurq; ſi in
uenimus gratiā corā te, vt des nobis famulis tuis eam in
6 poſſeſsionem, nec facias nos trāſire Iordanē. ♀ Quibus re
ſpōdit Moyſes, Nūquid fratres veſtri ibunt ad pugnā, &
7 vos hîc ſedebitis? ♀ Cur ſubuertitis mētes filiorū Iſrael, ne
8 trāſire audeāt in locū quē eis daturus eſt Dominus? ♀ Nō
ne ita egerūt patres veſtri, quādo miſi de Cadeſ-barne ad
9 explorandā Terrā? ♀ Cumq; veniſſent vſq; ad Vallem-
botri, luſtrata omni regione, ſubuerterunt cor filiorū Iſ-
10 rael, vt nō intrarent fines quos eis Dominus dedit. ♀ Qui
11 iratus iurauit, dicēs, ♀ Si videbunt homines iſti qui aſcen-
derūt ex AEgypto à viginti annis & ſuprà, Terrā quam
ſub iuramēto pollicitus ſum Abraham, Iſaac, & Iacob: &
12 noluerūt ſequi me, ♀ præter Caleb filiū Iephone Cene-
zæum, & Ioſūe filium Nun: iſti impleuerunt voluntatem
13 meam. ♀ Iratuſque Dominus aduerſum Iſrael, circundu-
xit eum per deſertum quadraginta annis, donec cōſume-
retur vniuerſa generatio quæ fecerat malum in conſpe-
14 ctu eius. ♀ Et ecce, inquit, vos ſurrexiſtis pro patribus ve
ſtris, incrementa, & alumni hominum peccatorum, vt au-
15 geretis furorem Domini cōtra Iſrael. ♀ Quod ſi nolueri-
tis ſequi eū, in ſolitudine populum derelinquet, & vos cau
16 ſa eritis necis omnium. ♀ At illi propè accedentes, dixe-
runt, Caulas ouium fabricabimus, & ſtabula iumentorum,
17 paruulis quoque noſtris vrbes munitas: ♀ nos autē ipſi ar-
mati & accincti pergemus ad præliū ante filios Iſrael, do
nec introducamus eos ad loca ſua. Paruuli noſtri & quic-
quid habere poſſumus, erūt in vrbibus ⁰ muratis, ꝑpter ha
18 bitatorū inſidias. ♀ Nō reuertemur in domos noſtras, vſq;
19 dū poſſideāt filij Iſrael hæreditatē ſuā: ♀ nec quicquā quę
rem⁹ trās Iordanē, quia iā habemus noſtrā poſſeſsionē in
20 Oriētali eius plaga. ♀ Quibus Moyſes ait, Si facitis quod
21 ꝓmittitis, expediti ꝑgite corā Dño ad pugnā: ♀ & omnis
vir bellator armat⁹ Iordanē trāſeat, donec ſubuertat Dñs
22 inimicos ſuos, ♀ & ſubijciat ei omnis Terra: tūc eritis in-
culpabiles apud Dñm & apud Iſrael, & obtinebitis regio
23 nes quas vultis corā Dño. ♀ Sin autē qđ dicitis nō feceritis,
nulli dubiū eſt, quin peccetis in Deū: & ſcitote quoniā pec
24 catū veſtrū apprehēdet vos. ♀ AEdificate ergo vrbes par
uulis

Ruben & Gad, & dimidia trib⁹ Manaſſe potūt ſibi dari poſſeſſionem trās Iordanem ad Oriētem.

Rubenitæ & B Gaditæ corripiūtur à Moyſe, quod periculis ſe nolint obijcere cum fratribus.

Sup.13.c.

Sup.14.e.

C

Rubenitę & Gaditæ promittūt ſe reducturos fratres in Terrā promiſsionis.

D

⁰ munitis,

Ioſ.1.a.

E



uulis veſtris, & caulas & ſtabula ouibus ac iumentis: &
quod polliciti eſtis implete. ♀ Dixeruntque filij Gad & 25
Rubē ad Moyſen, Serui tui ſumus, faciemus quod iubet
dominus noſter. ♀ Paruulos noſtros & mulieres, & pe- 26
cora, ac iumenta relinquemus in vrbibus Galaad: ♀ nos 27
autem famuli tui omnes expediti pergemus ad bellum,
ſicut tu domine loqueris. ♀ Præcepit ergo Moyſes Elea- 28
zaro ſacerdoti, & Ioſūe filio Nun, & principibus familia
rum * tribus Iſrael, & dixit ad eos, ♀ Si tranſierint filij 29
Gad, & filij Rubē vobiſcum Iordanem omnes armati ad
bellum coram Domino, & vobis fuerit Terra ſubiecta: da
te eis Galaad in poſſeſsionem. ♀ Sin autem noluerint 30
tranſire armati vobiſcum in Terram-Chanaan, inter vos
habitandi accipiant loca. ♀ Reſponderuntq; filij Gad, 31
& filij Rubē, Sicut locutus eſt dominus ſeruis ⁰ ſuis, ita fa
ciemus: ♀ ipſi armati pergemus coram Domino in Ter- 32
ram-Chanaan, & poſſeſsionem iam ſuſcepiſſe nos confi-
temur trans Iordanem. ♀ Dedit itaque Moyſes filijs 33
Gad & Rubē, & dimidiæ tribui Manaſſe filij Ioſeph reg
num Sehon regis Amorrhæi, & regnum Og regis Baſan,
& terram eorum cum vrbibus ſuis per circuitum. ♀ Igitur 34
extruxerūt filij Gad, Dibō, & Ataroth, & Aroer, ♀ & Roth, 35
& Sophā, & Iazer, & Iegbaa, & Beth-nemra, ♀ & Beth- 36
aran, vrbes munitas, & caulas pecoribus ſuis. ♀ Filij ve- 37
rò Rubē ædificauerunt Heſebō, & Eleale, & Cariathaim,
♀ & Nabo, & Baal-meō verſis nominibus, Sabamā quo- 38
que, imponentes vocabula vrbibus quas extruxerant.
♀ Porrò filij Machir, filij Manaſſe perrexerūt in Galaad, 39
& vaſtauerunt eam interfecto Amorrhæo habitatore
eius. ♀ Dedit ergo Moyſes Terram-Galaad Machir fi- 40
lio Manaſſe, qui habitauit in ea. ♀ Iair autem filius Ma 41
naſſe abijt, & occupauit vicos eius, quos appellauit Ha-
uoth-Iair, id eſt Villas-Iair. ♀ Nobe quoque perrexit, 42
& apprehendit Canath cum viculis ſuis: vocauitque eam
ex nomine ſuo Nobe.

Ioſ.4.c.

* por F

⁰ tuis,

Rubenitis & Gaditis datur poſſeſsio trans Iordanem ad Oriētem. G

Ioſue.13.b.22.a. deut.3.b.

Gen.50.d.

Amorrhæus occiditur.

Manaſſe poſſeſ. deut.3.b.

Iair poſſ.

Nobe poſſ.

*ſtris, quodque ex ore veſtro prodijt, facite. Reſponderunt ergo Gaditæ & Rubenitæ Moſi, 20 & dixerunt, Serui tui facient quemadmodum dominus meus iubet. Pubes noſtra, vxores noſtræ, pecora noſtra, & cuncta iumenta noſtra manebunt hîc in vrbibus Gilead, Serui autem tui tranſibunt omnes armati ad pugnam ac bellum 21 coram Domino, quemadmodum dominus meus loquitur. Et præcepit eis Moſes, nempe Eleaẓaro ſacerdoti, Iehoſua filio Nun, & præcipuis patribus tribuum filiorum Iſrael. Dixitque Moſes ad eos, Si tranſierint filij Gad & filij Rubē vobiſcū Iordanem, omnes ſcilicet ad bellum accincti 21 coram Domino, vt terra coram vobis ſubijciatur, dabitis eis terram Gilead in poſſeſsionem. Si vero non tranſierint vobiſcum armati, capient hæreditatem in medio veſtri in terra Chanaan. Et reſponderunt filij Gad & filij Ruben in hunc modum, Quod loquutus eſt dominus ſeruis ſuis, ſic faciemus: Tranſibimus armati coram Domino in terram Chanaan, 22 vt nobis maneat poſſeſsio hæreditatis noſtræ cis Iordanem: Dedit itaque illis Moſes, ſcilicet Gaditis, Rubenitis, & dimidiæ tribui Manaſſe filij Ioſeph, regnum Sihonis regis Amorrhæorum, & regnum Og regis Baſan, terram cum ciuitatibus eius 23 in finibus, & ciuitates iſtius terræ circunquaque. Et ædificarunt filij Gad, Dibon & Ataroth atque Aroer. Item Atroth, Sophan, Iahẓer, Iogbeha, Bethnimra, & Betharan ciuitates munitas, & ſepta gregum. Filij vero Ruben extruxerunt Heſbon, Eleale, kiriathaim, Nebo & Baalmeon, mutantes nomen, & Sibma, & 24 vocarunt nominibus nomina vrbium quas 25 extruxerant. Et abeuntes filij Machir filij Manaſſe in Gilead, ceperunt eam, expellentes Amorrhæū qui in ea habitabat. Deditque Moſes Gilead ipſi Machir filio Manaſſe, & habitauit in ea. Iair vero filius Manaſſe abijt, & cepit viculos eorum, vocauitque eos Hauoth-Iair. Nobah quoque abijt, & cepit Kenath & viculos eius, vocauitque eam Nobah ex nomine ſuo.*

## SCHOLIA IN CAP. XXXII.

1 Vel, peculium admodum grande quod conſtabat pecoribus, 2 Heb. Si inuenimus gratiam in oculis tuis, 3 Heb. frangitis cor. vel, animum, &c. i. Cur deterretis filios Iſrael? 4 Heb. fregerunt cor. Vel, animos 5 ita vt non auderent ingredi, &c. 6 nō impleuerunt (ſub. voluntatem meā) ſequendo me, 7 iſti enim impleuerunt (ſub. voluntatem meam) ſequendo Dominum, ideſt, me. Hebraiſmus. 8 Heb. & vagari fecit eos 9 Heb. tota generatio illa quæ fecerat malum in oculis Domini. 10 ideſt, ſucceſsiſtis patribus veſtris. 11 Heb. proles hominum improborum, ad augendam adhuc indignationem furoris Domini cōtra Iſraelem. Quod ſi reuertamini de poſt eum, (ideſt, deſieritis ſequi eum,) addet adhuc illum deſerere in deſerto, &c. i. rurſum deſeret Iſraelem, & eritis cauſa necis totius huius populi. 12 Heb. propter incolas terræ, ideſt, propter inſidias incolarum. 13 vt armemini ante Dominū ad bellum, ideſt, vt accingamini armis ante arcam Domini. Dominus pro arca Domini, per intellectionem, 14 ideſt, ante arcā Domini. 15 inculpabiles 16 q.d. hac lege terram hanc poſſidebitis 17 .i. Deo aſpirante. 18 præteritum pro futuro. 19 & cognoſcite peccatum veſtrum quod inueniet vos, ideſt, perpendite quale ſit futurum peccatum, pro quo dabitis pœnas. 20 Hebr. Et dixit vnus è filijs Gad & filijs Rubē 21 ideſt, ante arcam Domini. 22 vel, cum iam apud nos ſit poſſeſsio hæreditatis noſtræ citra Iordanem. Aut, quanuis hæreditatem acceperimus citra Iordanem. Alij vertunt, vt in poteſtate noſtra maneat hæreditas quam apprehendimus citrà Iordanem. Terra Galaad, ijs qui erāt in ipſa terra Galaad, erat citra Iordanē: ijs aūt qui in Ieruſalē, vltra Iordanem. 23 ſecūdum terminos, & vrbes regionis per circuitū. Hoc eſt, Dedit eis terrā eorū cum vrbibus eorū, vt erat terminis circunſcripta. i. Dedit eis vrbes regionis per circuitum. 24 Hebr. pro, indiderūt nomina vrbibus à ſe extructis. 25 vel inſtaurauerāt.

## CAP. XXXIII.

Numerantur 42 manſiones filiorum Iſrael. Exod.12.f.

HAE ſunt manſiones filiorum Iſrael, qui egreſsi 1
ſunt de AEgypto per turmas ſuas in manu Moy
ſi & Aaron, ♀ quas deſcripſit Moyſes iuxta ca 2
ſtrorum loca, quæ Domini iuſsione mutabant. ♀ Pro- 3
fecti igiť de Rameſſe mēſe primo, quintadecima die mē-
ſis primi, ⁰ fecerūt altera die Phaſe filij Iſrael in manu ex-
celſa, videntibus cunctis AEgyptijs ♀ (& ſepelientibus 4
primogenitos quos percuſſerat Dominus: nam & in
dijs eorum exercuerat vltionem) ♀ caſtrametati ſunt in 5
Socoth. ♀ Et de Socoth venerunt in Etham, quæ eſt in 6
extremis finibus ſolitudinis. ♀ Inde egreſsi venerunt 7
contra Phi-hahiroth, quæ reſpicit Beel-ſephon, &
caſtrametati ſunt ante Magdalum. ♀ Profectique de 8
Phi-hahiroth, tranſierunt per medium mare in ſolitu-
dinem: & ambulantes tribus diebus per deſertum Etham,
caſtrametati ſunt in Mara. ♀ Profectique de Mara, ve- 9

Exod.13.d. B

Exod.14.a.e.

Exod.15.d.

## CAP. XXXIII.

*Iſtæ ſunt profectiones filiorū Iſrael, qui egreſsi ſunt de terra AEgypti 1 iuxta copias ſuas 2 ſub manu Moſis & Aharonis. Et 3 ſcripſit Moſes egreſſus eorumq; profectiōes iuxta os Dñi. Et ſunt iſtæ profectiones eorū iuxta egreſſus eorū. Profecti itaq; ſunt de Raemſes in 4 primo mēſe quintadecima die primi menſis, 5 poſtridie Paſſah egreſsi ſunt filij Iſrael 6 manu excelſa, corā oculis cūctorū AEgyptiorū, 7 Quū AEgyptij ſepelirēt eos quos percuſſerat Dominus in eis, nēpe omnia primogenita, & in dijs eorū ediderat iudicia Dominus. Soluētes itaq; filij Iſrael de Raemſes, caſtra fixerunt in Sucoth. Et profecti de Sucoth, mouerūt caſtra in 8 Ethā, quæ eſt in extremitate deſerti. Et de Ethā profecti, reflectūt ad Pi-hahiroth quæ eſt e regione Baal-Zephō, poſuerūtq; caſtra ante 9 turrim. Et proficiſcētes de Hahiroth, tranſierūt per mediū maris in deſertū: & euntes iter trium dierum in deſerto Etham, caſtrametati ſunt in Mara. Soluentes vero de Mara, venerunt*

*nerūt in Helim. Porrò in Helim fuerūt duodecim fontes aquarū, & ſeptuaginta palmæ, & ibi caſtra fixerunt. & profecti ex Elim, caſtrametati ſunt 10 ad mare carectoſum. Soluētes autē à mari carectoſo, caſtra fixerunt in deſerto 11 Sin. De 11 Sin profecti, caſtrametati ſunt in Daphca. Et proficiſcētes de Daphca, poſuerūt caſtra in Alus. De Alus autem profecti, caſtrametati ſunt in Raphidim, vbi nulla fuit aqua vt populus biberet. Proficiſcētes autē ex Raphidim, caſtrametati ſunt in deſerto Sinai. De deſerto Sinai ſoluerunt, & caſtra fixerūt in Kibroth-hataaſa. Et proficiſcentes de Kibroth-hataaſa, caſtra poſuerunt in Hazeroth. Proficiſcētes de Hazeroth, caſtra poſuerunt in Rithma. Et de Rithma proficiſcētes, caſtrametati ſunt in Rimon-paretz. Profecti de Rimon-paretz, caſtrametati ſunt in Libna. De Libna profecti, caſtrametati ſunt in Riſſa. De Riſſa ſoluētes, caſtra fixerūt in Kehelatha. Profecti autē de Kehelatha, caſtrametati ſunt in mōte Sepher. Et proficiſcētes de mōte Sepher, caſtra fixerūt in Harada. Et pficiſcētes de Harada, caſtra fixerūt in Maxheloth. Profecti de Maxheloth, caſtrametati ſunt in Thahath. Et proficiſcētes de Thahath, caſtra fixerūt in Thara. De Thara ſoluerūt, & caſtra mouerunt in Mithca. Proficiſcētes de Mithca, caſtrametati ſunt in Haſmona. Et profecti de Haſmona, caſtra fixerunt in Moſeroth. De Moſeroth profecti, caſtrametati ſunt in Bene-iaacon. Et ſoluētes de Bene-iaacon, caſtra fixerūt in Hor-gidgad. Profectiq; de Hor-gidgad, caſtra fixerūt in Iatbatha. De Iatbatha ſoluētes, caſtrametati ſunt in Abrona. Proficiſcētes de Abrona, caſtra fixerūt in Ezió-gaber. Et pficiſcētes de Ezió-gaber, caſtrametati ſunt in deſerto 12 Zin, quæ eſt Cades. De Cades ſoluētes, caſtra poſuerūt in mōte Hor, qui eſt in finibus terræ Edō. In quē monte Hor Aharō aſcēderat 13 iuxta os Domini, ibiq; mortuus erat, anno quadrageſimo exitus filiorū Iſrael de terra AEgypti, in mēſe quinto, primo die 14 mēſis. Eratq; Aharō natus centū & vigintitres annos, quū moreretur in mōte Hor. Et audiuit Chananæus rex Arad, qui habitabat verſus Meridiē in terra Chanaā, aduētū filiorū Iſrael. Et pfecti ſunt de mōte Hor, caſtrametatiq; ſunt in Zalmona. De Zalmona profecti ſunt, & fixerunt caſtra in Phunō. De Phunō profecti, caſtra fixerunt in Oboth. De Oboth ſoluentes, caſtrametati ſunt in Iie-abarim, in termino Moab. Profecti 15 de Iim, caſtrametati ſunt in Dibon-gad. Et profecti de Dibon-gad, caſtra fixerūt in Almon-diblataim. Soluentes autē de Almon-diblataim, caſtrametati ſunt in montibus Abarim corā Nebo. Et proficiſcētes de montibus Abarim, caſtrametati ſunt in campis Moabiticis 16 ad Iordanem Iericho. Poſuerunt autem caſtra ad Iordanem à Beth-ieſimoth vſque ad Abel-ſitim in campis Moabiticis. Porro in campis Moabiticis ad Iordanem ſcilicet Iericho, loquutus eſt Dominus ad Moſen in hanc ſententiam, Loquere ad filios Iſrael, & dices ad eos, Quandoquidem iam Iordane tranſmiſſo, terram Chanaan introibitis, expelletis omnes habitatores regionis illius ante vos, & perdetis omnia ſimulachra eorum, & omnes fuſiles imagines eorum confringetis, & omnia excelſa eorū diruetis. Accepta autem terra in hæreditatem, 17 habitabitis in ea: nam ego dedi vobis illā terram, vt eam poſſideatis. Diſtribuetis autē terram in hæreditatem, idq; ſorte 18 ſecūdum familias veſtras: 19 quorū multi ſunt, ijs augebitis hæreditatem ſuam: & quorum ſunt pauci, ijs minorem dabitis hæreditatem. 20 vt cuique illic ſors educta fuerit, ſic maneat ei. & diuidetis hæreditatem ſecundum tribus patrum veſtrorum. Quod ſi habitatores illius terræ nō eieceritis ante vos, futurum eſt vt hi quos reſiduos ex eis feceritis, ſint 21 ſudes præacuti in oculis veſtris, & 22 lanceæ lateribus veſtris: affligentque vos in terra quam incoletis. Tum fiet vt vobis faciam quæ illis facere decreueram.*

nerunt in Elim, vbi erant duodecim fontes aquarum, &
10 palmæ ſeptuaginta: ibique caſtrametati ſunt. ♀ Sed
& inde egreſsi, fixerunt tentoria ſuper Mare-rubrum.
11 ♀ Profectique de Mari-rubro, caſtrametati ſunt in de- Exod.16.a.
12 ſerto "Sinai. ♀ Vnde egreſsi, venerunt in Daphca. "Sin.
13 ♀ Profectique de Daphca, caſtrametati ſunt in Alus.
14 ♀ Egreſsiq; de Alus, in Raphidim fixêre tentoria, vbi po Exod.17.a.
15 pulo defuit aqua ad bibendum. ♀ Profectique de Raphi C
16 dim, caſtrametati ſunt in deſerto Sinai. ♀ Sed & de ſo- Exod.19.a.
litudine Sinai egreſsi, venerunt ad Sepulchra-concu-
17 piſcentiæ. ♀ Profectique de Sepulchris-concupiſcen- Sup.11.a.
18 tiæ, caſtrametati ſunt in Haſeroth. ♀ Et de Haſeroth Sup.21.d.
19 venerunt in Rethma. ♀ Profectique de Rethma, ca- Sup.13.a.
20 ſtrametati ſunt in Remmon-phares. ♀ Vnde egreſsi
21 venerunt in Lebna. ♀ De Lebna caſtrametati ſunt in
22 Reſſa. ♀ Egreſsique de Reſſa, venerunt in Ceelatha.
23 ♀ Vnde profecti, caſtrametati ſunt in monte Sepher.
24 ♀ Egreſsi de monte Sepher, venerunt in Harada.
25 ♀ Inde proficiſcentes caſtrametati ſunt in Maceloth.
26 ♀ Profectique de Maceloth, venerunt in Thahath. D
27 ♀ De Thahath caſtrametati ſunt in Thare. ♀ Vnde
28 egreſsi, fixêre tentoria in Methca. ♀ Et de Methca
29 caſtrametati ſunt in Heſmona. ♀ Profectique de Heſ- Deut.10.b.
30 mona, venerunt in Moſeroth. ♀ Et de Moſeroth ca-
31 ſtrametati ſunt in Bene-iaacan. ♀ Profectique de
32 Bene-iaacan, venerunt in montem Gadgad. ♀ Vnde
33 profecti, caſtrametati ſunt in Ietebatha. ♀ Et de Ie-
34 tebatha venerunt in Hebrona. ♀ Egreſsique de He-
35 brona, caſtrametati ſunt in Aſion-gaber. ♀ Inde pro- Sup.20.a.
36 fecti, venerunt in deſertum Sin, hæc eſt Cades. ♀ Egreſ-
37 ſique de Cades, caſtrametati ſunt in monte Hor in ex- E Sup.20.d.
38 tremis finibus Terræ-Edom. ♀ Aſcenditque Aaron Deut.32.g.
ſacerdos in montem Hor iubente Domino: & ibi
mortuus eſt anno quadrageſimo egreſsionis filiorum
Iſrael ex AEgypto, menſe quinto, prima die men-
39 ſis, ♀ cum eſſet annorum centum vigintitrium. ♀ Au- Sup.21.a.
40 diuitque Chananæus rex Arad, qui habitabat ad Me-
41 ridiem, in Terram-Chanaan veniſſe filios Iſrael. ♀ Et
profecti de monte Hor, caſtrametati ſunt in Salmo-
42 na, ♀ Vnde egreſsi, venerunt in Phunon. ♀ Profe-
43 ctique de Phunon, caſtrametati ſunt in Oboth. ♀ Et Sup.21.c.
44 de Oboth venerunt in Ie-abarim, quæ eſt in finibus
45 Moabitarum. ♀ Profectique de Ie-abarim, fixêre ten- F
46 toria in Dibon-gad. ♀ Vnde egreſsi, caſtrametati ſunt
47 in Helmon-deblathaim. ♀ Egreſsique de Helmon-de-
blathaim, venerunt ad montes Abarim contra Nabo.
48 ♀ Profectique de montibus Abarim, tranſierunt ad
campeſtria Moab, ſupra Iordanem contra Iericho.
49 ♀ Ibique caſtrametati ſunt de Beth-ſimoth vſque ad
50 Abel-ſatim in planioribus locis Moabitarum, ♀ vbi locu-
51 tus eſt Dn̄s ad Moyſen, ♀ Præcipe filijs Iſrael, & dic ad Chananæos iubet Deus occidere.
eos, Quando tranſieritis Iordanē, intrantes Terrā-Cha
52 naan, ♀ diſperdite cūctos habitatores Terræ illius: con
fringite titulos, & ſtatuas cōminuite, atq; omnia excelſa G
53 vaſtate, ♀ mūdantes Terrā, Et habitantes in ea. ego enim
54 dedi vobis illam in poſſeſsionem: ♀ Quā diuidetis vobis
ſorte: pluribus dabitis latiorē, & paucioribus anguſtiorē.
ſingulis vt ſors ceciderit, ita tribuetur hæreditas. per tri-
55 bus & familias poſſeſsio diuidetur. ♀ Sin autē nolueritis in-
terficere habitatores Terræ: qui remanſerint, erunt vobis
quaſi claui in oculis, & lāceæ in lateribus, & aduerſabun-
56 tur vobis in Terra habitationis veſtræ: ♀ & quicquid illis
cogitaueram facere, vobis faciam.

## SCHOLIA IN CAP. XXXIII.

1 Vel, turmatim, 2 ideſt, duce Moſe & Aharone. Hebraiſmus. 3 ideſt, deſcripſit quibus è locis egreſsi, ad quæ loca peruenerint, iuſſu Domini. Hæc ſunt inquā loca è quibus egreſsi ſunt, & ad quæ peruenerunt. 4 Hic, menſis primus, dicitur Hebræis Niſan, nobis Martius. 5 ideſt, poſtera die quàm immolatus fuerat agnus paſchalis, profecti ſunt. 6 ideſt, diuina virtute, non humana. 7 Interim autem AEgyptij ſepeliebant quos percuſſerat Dominus inter illos: percuſſerat autem omnia primogenita, & in idolis



idolis eorum exercuerat iudicia Dominus, Egreſsi ſunt, inquam, filij Iſrael de Raemſes, & caſtra, &c. 8 Nomen vrbis vel loci, à quo denominatum eſt deſertum Etham. 9 Migdol. 10 ad litus maris Rubri. 11 Hoc loco Hebraice per ſamech ſcribitur Sin, סִין. 12 Hebraice ſcribitur per Sadi, צִין. 13 .i. iubente Domino. 14 ſubaudi, eiuſdem. 15 vel, de Iie(abarim,) 16 ideſt, qua parte vergit ad Ierichontem: vel, qua parte alluit Ierichōtem. 17 Hebraiſmus, Expelletis inquam incolas eius regionis, & habitabitis in ea. ego enim, &c. 18 vel, nomine familiarum & cognationum veſtrarum. 19 Hebraiſmus, multo multiplicabitis hæreditatem eius, & pauco diminuetis hæreditatem eius, id eſt, pluribus dabitis ampliorem hæreditatem, & paucioribus minorē aſsignabitis portionem. 20 in loco, in quo egreſſa fuerit ſors alicuius, ei erit. ſub. in eo loco hæreditas. i. hæreditas erit ei in eo loco in quē ſors ceciderit. 21 tribuli. Aut, vepres. q. d. oculos vobis exculpēt. 22 ſpinæ. Quibus pūgent latera veſtra. hoc eſt, erūt vobis moleſti.

## CAP. XXXIIII.

Terræ promiſsionis fines & termini.

Ioſue.15.a.

LOcutuſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens, ♀ Præ- 1
cipe filijs Iſrael, & dices ad eos, cum ingreſsi fueri- 2
tis Terram-Chanaan, & in poſſeſsionem vobis ſor
te ceciderit, his finibus terminabitur, ♀ Pars Meridiana 3
incipiet à ſolitudine Sin, quæ eſt iuxta Edom: & habebit
terminos contra Orientem mare ſalſiſsimum. ♀ Qui cir- 4
cuibunt Auſtralem plagam per Aſcenſum-"ſcorpionis, ita
vt tranſeant in Senna, & perueniant ad Meridiem vſq; ad
Cadeſ-barne, vnde egredientur confinia ad villam nomi-
ne Adar, & tendent vſque ad Aſemona. ♀ ibitque per 5
B gyrum terminus ab Aſemona vſque ad torrentem AEgy
pti, & magni maris litore finietur. ♀ Plaga autem Occi- 6
dentalis à mari magno incipiet, & ipſo fine claudetur.
♀ Porrò ad Septentrionalem plagam à mari magno ter- 7
mini incipient, peruenientes vſque ad montem altiſsimū,
♀ à quo venient in Emath vſque ad terminos Sedada. 8
♀ Ibuntque confinia vſque ad "Ebrona, & villam Enan. 9
hi erunt termini in parte Aquilonis. ♀ Inde metabuntur 10
fines contra Orientalem plagam de villa Enan vſque Se-
phama, ♀ & de Sephama deſcendent termini in Rebla- 11
tha contra fontem Daphnim: inde peruenient contra
Orientem ad mare Cenereth, ♀ & tendent vſque ad Ior- 12
C danem, & ad vltimum ſalſiſsimo claudentur mari. Hanc
habebitis Terram per fines ſuos in circuitu. ♀ Præcepit- 13
que Moyſes filijs Iſrael, dicens, Hæc erit Terra quam poſ
ſidebitis ſorte, & quam iuſsit Dominus dari nouem tribu-
bus, & dimidiæ tribui. ♀ Tribus enim filiorum Ruben 14
per familias ſuas, & tribus filiorum Gad iuxta cognatio-
num numerum, media quoque tribus Manaſſe, ♀ id eſt 15
duæ ſemis tribus, acceperunt partem ſuam trans Iorda-
nem contra Iericho ad Orientalem plagam. ♀ Et ait 16
Dominus ad Moyſen, ♀ Hæc ſunt nomina virorum qui 17
Ioſue.24.a. Terram vobis diuident, Eleazar ſacerdos, & Ioſue filius 18
Nun, ♀ & ſinguli principes de tribubus ſingulis, ♀ quo- 19
rum iſta ſunt vocabula. ♀ De tribu Iuda, Caleph filius 20
Iephone. De tribu Simeon, Samuel filius Ammiud. ♀ De 21
tribu Beniamin, Elidad filius Chaſelon. ♀ De tribu filio- 22
rum Dan, Bocci filius Iogli. ♀ Filiorum Ioſeph de tribu 23
Manaſſe, Haniel filius Ephod. ♀ De tribu Ephraim, Ca- 24
muel filius Sephthan. ♀ De tribu Zabulon, Eliſaphan fi- 25
lius Pharnach. ♀ De tribu Iſſachar dux Phaltiel filius 26
Ozan. ♀ De tribu Aſer, Ahiud filius Salomi. ♀ De tribu 27
Nephthali, Phedael filius Ammiud. ♀ Hi ſunt quibus præ- 28
ceperat Dn̄s vt diuiderent filijs Iſrael Terram-Chanaan. 29

"ſcorpionum, "Zephrona, — Nomina eorum qui terram debebant diuidere. D

*ET loquutus eſt Dominus ad Moſen, dicens, Præcipe filijs Iſrael, & dices ad eos, 1 Quum vos veneritis in terram Chanaan, ſit hæc terra quæ cedet vobis in hæreditatem, terra ſcilicet Chanaan cum limitibus ſuis. Sit autem latus Meridianum à deſerto 2 Zin 3 ſecundum Edom, 4 & ſit vobis limes Meridianus à fine maris 5 ſalſi ad Orientem. 6 Et circumeat vobis limes à Meridie ad Aſcenſum-acrabim, & tranſeat vſque ad Zin: 7 ſintque exitus eius ab Auſtro in Cadeſ-barnea, exeatque in Hazar-adar, & tranſeat in Azmon. Reflectat iam limes ab Azmon ad 8 torrētem AEgypti, 9 terminetque mari. Porrò occiduus limes ſit vobis mare magnum: is ſit vobis limes occiduus. Hic verò erit vobis limes Septentrionalis: à mari magno ſignabitis vobis montem 10 Hor, de monte verò Hor 11 deſcribetis 12 vbi itur in Hamath, 13 eruntque exitus limitis Zedad. Et exibit limes ad Ziphron, 14 terminabiturque Hazar-enan. is ſit vobis limes Septentrionalis. 15 Signabitis deinde vobis limitem Oriētis, ab Hazar-enan in Sepham. Et deſcendet limes de Sepham in Ribla ab Oriente Ain, & 16 deſcendet limes, pertingetque ad latus maris Cinereth ad Orientem. Et rurſus deſcendet limes ad Iordanem, 14 terminabitque ad mare 5 ſalſum: atque hæc ſit vobis terra cum limitibus ſuis circunquaque. Præcepit itaque Moſes filijs Iſrael, dicens, Hæc eſt terra quam ſorte diſtribuetis, quam iuſſit Dominus dari nouem tribubus, atque dimidiæ tribui. Nam acceperant tribus filiorum Ruben iuxta domos patrum ſuorum, & tribus filiorū Gad iuxta domos patrū ſuorum, atq; dimidia tribus Manaſſe, acceperāt inquā hæreditatē ſuā. Duæ tribus & dimidia inquā tribus acceperāt hæreditatem ſuam 17 cis Iordanem Iericho ad Orientē ſolem. Loquutuſq; eſt Dn̄s ad Moſen hiſce verbis, Hæc ſunt nomina virorum 18 qui diſtribuēt vobis terrā, Eleazar ſacerdos, & Iehoſua filius Nun. Singulos quoq; principes ex ſingulis tribubus accipietis 19 ad diſtribuēdā terrā. Hæc verò ſunt nomina virorū. De tribu Iuda, Caleb filius Iephunæ. De tribu filiorum Simeon, Samuel filius Amihud. De tribu Beniamin, Elidad filius Ciſlon. De tribu filiorum Dan, princeps Buxi filius Iagli. De filijs Ioſeph pro tribu filiorum Manaſſe, princeps Haniel filius Ephod. De tribu verò filiorum Ephraim, princeps Kemuel filius Siphtan. De tribu filiorum Zebulon, princeps Elizaphan filius Parnach. De tribu filiorum Iſaſchar, princeps Paltiel filius Azon. De tribu filiorum Aſer, princeps Ahihud filius Schlomi. De tribu filiorum Naphtali princeps Pedahel filius Amihud. Iſti ſunt quibus præcepit Dominus vt hæreditatem diuiderent filijs Iſrael in terra Chanaan.*

## SCHOLIA IN CAP. XXXIIII.

1 Quia iam ingreſſuri eſtis terram Chananæorum, (ea autem eſt regio quæ miſsis ſortibus obueniet vobis in hæreditatem, terra inquam Chanaan per fines ſuos) Pars Meridiana erit, &c. Obueniet in hæreditatem, id eſt, quam iure hæreditario poſsidebitis. Per fines, ſiue limites ſuos, quaſi dicat, Hæc eſt abſoluta Terræ ſanctæ deſcriptio. 2 per Sadi ſcribitur apud Hebræos. 3 iuxta terminos Edō, ideſt, Idumææ propinquo. 4 erit inquam vobis terminus Auſtralis. ſiue Meridianus, 5 ſalis. ſignificat mare mortuum. Hic terminum generalem deſcribit: poſtea ſpecialem deſcripturus. 6 Circuibitque vobis terminus à Meridie vſque ad Maale-hacrabim. 7 ideſt, excurret. 8 Sunt qui ex hoc loco fluuium Rhinocorura intelligant. Alijs placet fluuium fuiſſe ſine nomine: propterea Moyſen non addidiſſe nomen. 9 & egreſſus eius in mare magnum. i. illinc excurret vſque in mare Mediterraneum. 10 Nomen promōtorij eſt, non illius montis nomen in quo mortuus eſt Aaron. 11 ſub. limitem. 12 pergendo. 13 .i. inde excurret vſque ad Sedad. 14 .i. illinc procurret vſque ad, &c. 15 vel, Deſcribetis (ſub. lineam quādam) vobis in termino Orientali. 16 vel, deuerget. 17 .i. qua parte non procul diſtat ab Iericho. 18 Heb. qui hæreditario iure accipient pro vobis terram. vt ſcilicet eam poſtea vobis per familias diſtribuant. 19 Heb. ad poſsidendam terram. vt eam ſcilicet poſtea diuidant.

## CAP. XXXV.

*LOquutus eſt Dominus ad Moſen in campis Moabiticis 1 iuxta Iordanem Iericho in hanc ſententiam, Pracipe filijs Iſrael vt dent de hæreditate poſſeßionis ſuæ Leuitis oppida ad habitandum, & 2 agros ſuburbanos ad oppida per ambitum eorum dabitis Leuitis. Oppida iſta habebunt, vt in eis habitent: ſuburbanos verò eorum agros habebunt pro iumentis ſuis, pro familia ſua, & pro cunctis animalibus ſuis. 3 Suburbani verò agri quos Leuitis dabitis iuxta oppida, [porrigentur] à muro oppidi extra mille cubitu circunquaque. Dimetiemini autem foris extra oppidum 4 Orientale latus bis mille cubitos, & latus Meridionale bis mille cubitos, & latus Occidentale bis mille cubitos, & latus Septentrionale bis mille cubitos: oppidum verò ipſum ſit in medio. 5 Hi erunt ſuburbani agri ipſis ad oppida. De oppidis autem quæ Leuitis dabitis, erunt ſex oppida refugij, quæ conſtituetis vt illuc confugiat homicida, & vltra hæc dabitis quadragintaduo oppida, Vt ſcilicet cuncta oppida quæ Leuitis dabitis, ſint quadragintaocto oppida, ipſa 6 & ſuburbani agri eorum. Et oppida quæ dabitis, erunt de poſſeßione filiorū Iſrael: 7 qui multa habent, multa dabunt: ab his autem qui pauca habent, pauca accipietis, quiſque 8 iuxta hæreditatem ſuā quam hæreditate accepit, dabit Leuitis de oppidis ſuis. Et loquutus eſt Dominus ad Moſen, dicens, Loquere ad filios Iſrael, & dic ad eos, Quum vos tranſmiſſo Iordane veneritis in terram Chanaan, Conſtituetis vobis ciuitates, quæ ſint vobis ciuitates refugij, vt illuc confugiat omnis homicida qui interfecerit 9 animam per imprudentiam. Et erunt vobis ciuitates illæ aſyla à 10 vindice, vt non interficiatur homicida 11 donec ſtare poßit coram cœtu ad iudicium. Ciuitatum autem quas dabitis pro aſylis, ſint vobis ſex. Tres ciuitates dabitis cis Iordanem, & tres ciuitates dabitis in terra Chanaan, & hæ ciuitates aſyla erunt. Sex iſtæ ciuitates aſyla erunt tam filijs Iſrael, quàm incolis & inquilinis qui inter eos habitant, vt illuc confugiat quicunque cædem animæ perpetrauerit per imprudentiam. Si quiſpiā autem ferit aliquem telo ferreo ita vt moriatur, is homicida eſt, morte multetur homicida talis. Et ſi ferit illum 12 lapide manuario, quo quis mori poteſt, vt moriatur, is eſt homicida, debetque homicida talis morte multari. Aut ſi telo ligneo, 13 quo quis mori poteſt, illum ferierit vt moriatur, homicida eſt, & morte multetur homicida talis. 14 Vindex ſanguinis ipſe interficiet homicidam illum, 15 quum ſcilicet in eum incurrerit interficiet eum. Quòd ſi odio eum 16 pulſauerit, aut [quidpiā] in eum iecerit ex inſidijs, & is mortuus fuerit, aut ex inimicitia manu ſua percuſſerit eum ita vt moriatur: morte multetur 17 homicida: homicida enim eſt: vindex ſanguinis 18 interficiat homicidam illum vbicunque deprehenderit eum. Si verò ſubito abſque inimicitia 19 pulſauerit eum, aut quodcunque telum ſuper eum iecerit abſque inſidijs, Aut 20 iecerit in eum quencūque lapidem, ipſo non vidente, quo quis mori poßit, vt fuerit mortuus, 21 nec fuit inimicus eius, nec malū fuit ei machinatus; [tunc] iudicabit cœtus inter 22 homicidam & vindicem ſanguinis 23 ſuper huiuſmodi cauſis, Eruetque 24 cœtus homicidam è manu vindicis ſanguinis, & reducet eum cœtus ad ciuitatem refugij ſui, ad quā perfugerat, in qua manebit vſque ad mortem ſummi ſacerdotis, qui oleo ſancto inunctus eſt. Quòd ſi omnino homicida talis limitem ciuitatis aſyli ſui quò confugerat egreſſus fuerit, & inuenerit eum vindex ſanguinis extra limitem ciuitatis aſyli ſui, & trucidauerit eū vindex ſanguinis: 25 reus ſanguinis non agetur. Quoniā manere debebat in ciuitate aſyli ſui, donec moreretur ſacerdos magnus, & poſt mortem magni ſacerdotis tum demum homicida in terram poſſeßionis ſuæ 26 reuerti. 27 Hæc ſtatuta debent vobis eſſe legitima, etiam ad poſteros veſtros, in cūctis habitationibus veſtris. 28 Quicunq; percuſſerit animā, per teſtes debet interfici homicida talis: 29 at vnus teſtis nō debet teſtificari vt interficiatur aliquis. Neq; recipiatis pretiū redēptionis pro vita homicidæ, qui 30 ad mortē cōdēnatus eſt, ſed omnino interfici debet. Neq; recipietis pretiū redēptionis 31 ab eo qui cōfugit ad ciuitatē aſyli, vt liceat ei redire in terrā, antequā moriatur magnus ſacerdos. 32 Ne faciatis vt terra in qua habitatis fallat: ſanguis enim facit vt terra fallat: nec poteſt terra à ſanguine, qui in ea effuſus eſt, expiari, niſi per ſanguinem illius qui ſanguinem fudit. Ne igitur contaminetis terram in qua habitabitis, in cuius medio ego habito: ego enim Dominus qui habito in medio filiorum Iſrael.*

## CAP. XXXV.

1 HAEc quoque locutus eſt Dominus ad Moyſen in — Vrbes Leuitis dandæ.
campeſtribus Moab ſupra Iordanem contra Ie-
2 richo, ♀ Præcipe filijs Iſrael vt dent Leuitis de — Ioſuæ.21.a.
3 poſſeſsionibus ſuis ♀ vrbes ad habitandum, & ſuburbana
earū per circuitum: vt ipſi in oppidis maneant, & ſuburba
4 na ſint pecoribus ac iumentis: ♀ Quæ à muris ciuitatum
forinſecus, per circuitum, mille paſſuum ſpatio tenden-
5 tur. ♀ Contra Orientem duo millia erunt cubiti, & con-
tra Meridiem ſimiliter erunt duo millia: ad Mare quoque
quod reſpicit ad Occidentem, eadem menſura erit, & Se-
ptentrionalis plaga æquali termino finietur. eruntque vr-
6 bes in medio, & foris ſuburbana. ♀ De ipſis autem op- — Ioſue.21.a.
pidis, quæ leuitis dabitis, ſex erunt in fugitiuorum auxilia — Deut.4.g.
ſeparata, vt fugiat ad ea qui fuderit ſanguinem: & exce-
7 ptis his alia quadragintaduo oppida, ♀ id eſt ſimul qua-
8 dragintaocto cum ſuburbanis ſuis. ♀ Ipſæque vrbes
quæ dabuntur de poſſeſsionibus filiorum Iſrael, ab his — B
qui plus habent, plures auferentur: & qui minus, paucio-
9 res. ſinguli iuxta menſuram hæreditatis ſuæ dabunt op-
10 pida Leuitis. ♀ Ait Dominus ad Moyſen, ♀ Loquere — Vrbes perfugij.
filijs Iſrael, & dices ad eos, Quando tranſgreſsi fueritis — Deut.19.a.
11 Iordanem in Terram - Chanaan, ♀ decernite quæ vr- — Ioſue.20.a.
bes eſſe debeant in præſidia fugitiuorum, qui nolentes,
12 ſanguinem fuderint: ♀ In quibus cum fuerit profugus,
cognatus occiſi non poterit eum occidere, donec ſtet in
13 conſpectu multitudinis, & cauſa illius iudicetur. ♀ De ipſis
autem vrbibus quę ad fugitiuorum ſubſidia ſeparantur,
14 ♀ tres erunt trans Iordanem, & tres in Terra-Chanaan,
15 ♀ tam filijs Iſrael, quàm aduenis atque peregrinis, vt con
16 fugiat ad eas qui nolens, ſanguinem fuderit. ♀ Si quis fer- — Lex homicidij.
ro percuſſerit, & mortuus fuerit qui percuſſus eſt: reus erit — C
17 homicidij, & ipſe morietur. ♀ Si lapidem iecerit, & ictus
18 occubuerit: ſimiliter punietur. ♀ Si ligno percuſſus inter-
19 ierit: percuſſoris ſanguine vindicabitur. ♀ Propinquus
occiſi, homicidam interficiet: ſtatim vt apprehenderit eū,
20 "interficietur. ♀ Si per odium quis hominem impulerit, — "interficiet.
21 vel iecerit quippiam in eum per inſidias: ♀ aut cum eſ- — Deut.19.c.
ſet inimicus, manu percuſſerit, & ille mortuus fuerit: per-
cuſſor, homicidij reus erit. cognatus occiſi ſtatim vt inue-
22 nerit eum, iugulabit. ♀ Quòd ſi fortuitò, & abſque odio,
23 ♀ & inimicitijs quicquam horum fecerit, ♀ & hoc audien-
24 te populo fuerit comprobatum, atque inter percuſſorem
25 & propinquum ſanguinis quæſtio ventilata: ♀ Libera-
bitur innocens de vltoris manu, & reducetur per ſenten-
tiam in vrbem ad quam confugerat, manebitque ibi, do-
nec ſacerdos magnus, qui oleo ſancto vnctus eſt, moria-
26 tur. ♀ Si interfector extra fines vrbium quæ exulibus de- — D
27 putatæ ſunt, ♀ fuerit inuentus, & percuſſus ab eo qui vl-
28 tor eſt ſanguis, abſque noxa erit qui eum occiderit. ♀ De-
buerat enim profugus vſque ad mortem Pontificis in vr-
be reſidere. poſtquam autem ille obierit, homicida reuer
29 tetur in Terram ſuam. ♀ Hæc ſempiterna erunt, & legi-
30 tima in cunctis habitationibus veſtris. ♀ Homicida ſub
teſtibus punietur: ad vnius teſtimoniū nullus condemna- — Vnius teſtimonio nullus condemnandus.
31 bitur. ♀ Non accipietis pretium ab eo qui reus eſt ſan-
32 guinis, ſtatim & ipſe morietur. ♀ Exules & profugi an-
te mortem Pontificis nullo modo in vrbes ſuas reuerti po
33 terunt: ♀ Ne polluatis Terram habitationis veſtræ quę
inſontium cruore maculatur: nec aliter expiari poteſt, niſi
34 per eius ſanguinem qui alterius ſanguinem fuderit. ♀ At-
que ita emundabitur veſtra poſſeſsio me commorante vo
biſcum. ego enim ſum Dñs qui habito inter filios Iſrael.





## SCHOLIA IN CAP. XXXV.

1 Id eſt, ea parte quā non multum diſtat ab Iericho. 2 id eſt, prædia adiacentia vrbibus. 3 Agri circūnfuſi vrbibus quas dabitis Leuitis, à mœnibus vrbis & forinſecus (erunt) mille cubitorū omni ex parte. Duas hîc Moſes ponit ſpecies agri publici: prima in quā nihil licet plantare, ſecunda in qua licebat ſerere & ædificare. eos agros non licebat Leuitis vendere. Primam ſignificat per mille cubitos, ſecundam per bis mille cubitos. 4 à parte Orientali, 5 Hebraiſmus, iſta erit (ratio) illis agrorum publicorum vrbium. vel, Iſta erit menſura ſuburbanorum vrbium ipſorum. 6 (dabitis) & ſuburbia eorum. ſiue, & agros publicos eorum. ſubaudi, oppidorū. 7 Hebraiſmus, à multo multiplicabitis, & à pauco diminuetis, id eſt, ab eo qui plures vrbes habuerit, plures accipietis: ab eo autem qui pauciores poſſeſsiones habuerit, pauciores vrbes accipietis. 8 id eſt, pro rata portione hæreditatis ſuæ. 9 Hebraiſmus, pro, quēquam. 10 vel, vltore, id eſt, à cognato vltore ſanguinis occiſi. 11 id eſt, donec tota congregatio cognouerit de tota cauſa. 12 Hebraiſmus, lapide manus, quo perierit, & moriatur. Lapidem manus vocat quem manu quis iacit. 13 quem manu geſtet, quo interierit, percuſſerit aliquem, & moriatur. 14 id eſt, Licebit cognato occiſi cauſa cognita homicidam interficere. 15 vel, ſtatim atq; in eum, &c. 16 impulerit. ſubaudi, in terram. vel, è ſublimi præcipitauerit. 17 percutiens. 18 interficiet, id eſt, interficere poterit. 19 impulerit. 20 Hebraiſmus, vel, quocunque lapide quo moriatur, non videndo, & cadere fecerit ſuper eum, & mortuus fuerit, id eſt, Aut quencunque lapidem quo moriatur, cadere fecerit ſuper aliquem quem non videbat, vnde moriatur: ſi non, &c. 21 ſi non proſequebatur eum odio, neque ſtudebat nocere ei. 22 percuſſorem. 23 iuxta iura hæc. vel, ſecundū iudicia iſta. 24 Intelligunt hic Hebræi per congregationem, non totam multitudinem, ſed ſenatores & ſummos in vrbe iudices. 25 vel, non imputabitur ei ſanguis, id eſt, impune feret, non morietur ille propinquus. 26 reuerſus fuiſſet. 27 Hebraiſmus, Hæc erūt vobis in ſtatutum iudicij per ætates veſtras in, &c. id eſt, Hæc erunt vobis iura, quæ in iudicio dicendo obſeruabitis iudices. Sic de his ſtatuent iudices in iudicio exercendo. Vel, Hæ leges erunt vobis quādiu vixeritis, & vbicunque habitaueritis. 28 Hebraiſmus, Quicunque percuſſerit aliquem, ad verbum teſtium occidet homicidam. Hoc de iudice intelligitur, quaſi dicat, Magiſtratus neminem morti adiudicabit ſolo teſte producto, ſed pluribus. Sequentibus verbis ſeipſum declarat, At vnus teſtis, &c. 29 Hebraiſmus, & teſtis vnus nō teſtificabitur in animam (id eſt, quenquam) vt moriatur, id eſt, nullus morietur vnius teſtimonio. 30 Hebraiſmus, impius eſt ad moriendum. Impium ad moriendum vocat tropo Hebraico, impium dignum morte. 31 Hebraiſmus, ad confugiendū in ciuitatem aſyli ſui, vt reuertatur ad habitandum in terra (ſubaudi, aſyli ſui) donec moriat̄, &c. Huius verſus interpretatio petēda eſt ex verbis paulo ſuperioribus, vbi de eo qui imprudēs occidiſſet hominem, loquitur, his verbis ex Hebræo, Liberabit congregatio homicidam è manu propinqui occiſi, reducetque eum in vrbem ad quam confugerat: manebitque ibi donec, &c. 32 Hebraiſmus, Nec polluetis terram in qua fueritis: quia ſanguis (id eſt, homicidium) polluit regionem.

## CAP. XXXVI.

Lex connubiorum filiorū Salphaad. — ACceſſerunt autem & principes familiarum Ga- 1
laad filij Machir, filij Manaſſe de ſtirpe filiorum
Ioſeph: locutique ſunt Moyſi Coram principibus
Sup.27.a. — Iſrael, atque dixerunt, ♀ Tibi domino noſtro præcepit 2
Dominus vt Terram ſorte diuideres filijs Iſrael, & vt fi-
liabus Salphaad fratris noſtri dares poſſeſsionem debitā
B — patri: ♀ Quas ſi alterius tribus homines vxores accepe- 3
rint, ſequetur poſſeſsio ſua, & tranſlata ad aliam tribū de
noſtra hæreditate minuetur. ♀ Atque ita fiet, vt cum iu- 4
Iubileus. — bileus, id eſt quinquageſimus annus remiſsionis aduene-
rit, confundatur ſortium diſtributio, & aliorum poſſeſsio
ad alios tranſeat. ♀ Reſpondit Moyſes filijs Iſrael, & 5
Domino præcipiente ait, Rectè tribus filiorum Ioſeph lo
cuta eſt. ♀ Et hæc lex ſuper filiabus Salphaad à Domi- 6
Tob.7.d. C — no promulgata eſt, Nubant quibus volunt, tantùm vt ſuæ
tribus hominibus: ♀ Ne commiſceatur poſſeſsio filiorum 7
Viris è ſua tribu ducenda vxor, mulieribus ſimiliter nubēdum. — Iſrael de tribu in tribum: omnes enim viri ducent vxores
de tribu & cognatione ſua: ♀ Et cunctæ fœminæ de ea- 8
dem tribu maritos accipient: vt hæreditas permaneat in
familijs, ♀ Nec ſibi miſceantur tribus, ſed ita maneant 9
♀ vt à Domino ſeparatæ ſunt. Feceruntq; filiæ Salphaad 10
D — vt ſibi fuerat imperatum: ♀ & nupſerunt Maala & Ther- 11
ſa, & Hegla, & Melcha, & Noa filijs patrui ſui ♀ de fami- 12
lia Manaſſe, qui fuit filius Ioſeph: & poſſeſsio quæ illis fue
rat attributa, māſit in tribu & familia patris earum. ♀ Hæc 13
ſunt mandata atque iudicia quæ mandauit Dominus per
manum Moyſi ad filios Iſrael, in campeſtribus Moab ſu-
pra Iordanem contra Iericho.

## CAP. XXXVI.

*ACceſſerunt autem capita patrum de familia filiorum Gilead filij Machir, filij Manaſſe, de familia filiorū Ioſeph, & loquuti ſunt coram Moſe, & coram principibus & præcipuis patribus filiorum Iſrael, Et dixerunt, Dominus præcepit domino meo vt daretur filijs Iſrael terra in hæreditatem, idque per ſortem: ad hæc domino meo præceptū eſt à Domino, 1 vt detur hæreditas fratris noſtri Zalphead filiabus ſuis, Quas ſi aliquis ex filijs tribuum filiorum Iſrael duxerit vxores, auferetur hæreditas earum ab hæreditate patrū noſtrorum, 2 adijcieturque hæreditati illius tribus, in quam peruenerunt, & à ſorte hæreditatis noſtræ ſeparabitur. 3 Deinde quum aduenerit annus iubileus filijs Iſrael, accedet hæreditas earum ad hæreditatem illius tribus in quā illæ peruenerint: & ſic 4 ſeparabitur illarum hæreditas ab hæreditate patrum noſtrorum. Et præcepit Moſes filijs Iſrael ſecundum imperiū Domini, dicens, Recte loquuntur filij de tribu Ioſeph. Hoc ergo verbum eſt quod præcepit Dominus 5 filiabus Zalphead, dicens, 6 Nubant quibus voluerint, modo familiæ tribus patris ſui nubant: Sic enim hæreditas filiorum Iſrael de tribu in tribum non transferetur, 7 quum ſcilicet quiſque ex filijs Iſrael in hæreditate tribus patrum ſuorum hæſerit. Quin quæcunque filia hæreditatem [8 aliquam] poſſederit in tribu filiorum Iſrael, nubat vni ex familia tribus patris ſui, vt filij Iſrael quiſque poßideat hæreditatem patrum ſuorum, Et non transferatur hæreditas de tribu vna in aliam: 9 ſed quiſque adhæreat hæreditati ſuæ [quam habet] in tribubus filiorum Iſrael. Quēadmodum itaque Dominus præcepit Moſi, ſic fecerunt filiæ Zalphead. Nupſeruntque Mahla, Thirza, Hagla, Milcha & Noa filiæ Zalphead filijs patruorum ſuorum, His videlicet qui erāt de familia filiorum Manaſſe filij Ioſeph nupſerunt, manſitq; hæreditas earum apud tribum familiæ patris earum. Hæc ſunt præcepta & iudicia quæ præcepit Dominus per manum Moſis filijs Iſrael in campis Moabiticis iuxta Iordanem [10 è regione] Hiericho.*

## SCHOLIA IN CAP. XXXVI.

1 Vt daret hæreditatem 2 & addetur hæreditati tribus eorum quibus nupſerint, & de poſſeſsione noſtra quæ nobis ſorte obuenerit, diminuetur. 3 Heb. Et quum erit iubileus. 4 imminuetur. 5 vel, ob filias. 6 Heb. Bono in oculis ſuis nubent. i. ei qui placebit eis. 7 Heb. nam filij Iſrael ſinguli adhærebūt tribui patrum ſuorum. 8 ſubaudiendum potius (paternam.) 9 Hebr. quia tribus filiorum Iſrael adhærere debent ſinguli hæreditati ſuæ. 10 (qua parte non procul abeſt à) Iericho.

# Deuteronomium, Hebraice Elle Haddebarim.

Quintus liber Moſis Grece dicitur τὸ δευτερονόμιον, à δεύτερον, id eſt ſecundo: & νόμος, id eſt lex: quòd in eo æquiſsimus ille & abſolutiſsimus Decalogus, qui propriè nomine τοῦ νόμου, id eſt legis, intelligitur, ꝓmulgetur ab integro & ſanciatur, ipſo Moſe præcone & interprete. Hebraicè verò nomē habet ELLE HADDEBARIM, vltimus hic Moſis liber, à primis illius vocibus.

## N. CAP. I.

*HAEC ſunt verba quæ loquutus eſt Moſes ad omnem Iſraelem 1 cis Iordanem, 2 in deſerto 3 in locis vaſtis eregione [maris] 4 carectoſi, inter Paran, & inter Tophel, Laban, Hazeroth atq; Dizahab, 5 Itinere vndecim dierum ab Horeb, via mōtis Seir ad Kadeſ-barnea. Et factum eſt in quadrageſimo anno, menſe vndecimo, primo die menſis, quòd loqueretur Moſes ad filios Iſrael, 6 iuxta omnia quæ Dominus per ipſum mandauit ad eos, Poſtquam percuſsiſſet Sihon regem Amorrhæorum, qui habitauerat in Heſbon: & Og regem Baſan, qui habitauerat in Aſchtaroth, in 7 Edrei. 8 Cis Iordanem in terra Moab 9 ſtatuit Moſes apud ſe explanare legem hanc, & dixit, Dominus Deus noſter loquutus eſt ad nos in Horeb in hanc ſententiam, 10 Sat ſuperq; manſiſtis apud montem iſtum, 11 Conuerſi ſoluite, & proficiſcimini ad montem Amorrhæorum, & ad omnia loca illi vicina, ſiue ſint in planitie, ſiue in montanis, ſiue in 12 vallibus, ſiue 13 in locis ſterilibus, ſiue in 14 litore maris, ad terram Chananæorum, & ad Libanum, vſq; ad fluuiū illum magnum, fluuium inquam Euphraten. 15 En tradidi in conſpectu veſtro terram, venite, occupate terram, quam 16 iurauit Dn̄s patribus veſtris Abrahæ, Iſaac & Iacob, vt daret [eam] ipſis, & ſemini eorum poſt eos. 17 Tum dicebam ad vos hæc verba, Non poſſum 18 vos ſolus ſuſtinere. Iam Dn̄s Deus veſter auxit vos: 19 nam eſtis hodie aucti vt ſtellæ cæli, (Dn̄s Deus patrum veſtrorum 20 auctiores vos reddat, vt ſitis millecuplo plures quā nunc, & 21 bona imprecetur vobis, quemadmodum pollicitus eſt vobis,) Et nunc quomodo ferrē ſolus moleſtiā veſtram, onus veſtrū, & lites veſtras? 22 Adhibete ex vobis ſapientes, prudentes, & 23 ſpectatæ [integritatis] viros, 24 ſecundū tribus veſtras, & 25 cōſtituā eos vt præſint vobis. Tū reſpondiſtis mihi & dixiſtis, Placet ſermo iſte quem loquutus es vt faciamus. Tuli itaq; capita ex tribubus veſtris ſapientes, & ſpectatæ [integritatis] viros, & cōſtitui eos vt eſſent principes ſuper vos, tribuni, centuriones, quinquagenarij, decuriones ac præfecti 26 ſecundum tribus veſtras. Ad hæc præcepi iudicibus veſtris tunc temporis, & dixi, Audite [cauſas] inter fratres veſtros, & iudicate iuſte 27 inter virum & fratrem eius, & inter peregrinum eius. 28 Non agnoſcetis facies in iudicio, vt paruum ſic vt magnum audiatis: nec quenquam mortalem formidetis: 29 iudicium enim hoc Dei eſt. omnē verò cauſam difficilem ad me referatis, 30 quam ego audiam. Eodem quoq; tempore præcepi vobis omnia verba quæ facere debebatis. Profecti itaq; de Horeb, per vniuerſum deſertum vaſtum & horridum tranſiuimus, (31 quod vidiſtis) per viam mōtis Amorrhæi, ſicut præcepit nobis Dn̄s Deus noſter, & venimus in Kadeſ-barnea. Tum dixi, Veniſtis ad montem Amorrhæi quem Dominus Deus noſter nobis daturus eſt. 32 Ecce Dn̄s Deus tuus dedit coram te terram iſtā, aſcende & occupa, ſicut pollicitus eſt tibi Dn̄s Deus patrū tuorū: ne timeas neq; 33 terrearis. Acceſsiſtis autem ad me omnes, & dixiſtis, Mittemus ante nos viros qui explorent nobis terram, qui nobis renuntient per quod iter aſcendamus, & ciuitates ad quas veniemus. Placuit hoc mihi, & tuli ex vobis duodecim viros, ex quaque tribu vnum. Qui verſi aſcenderunt 34 in montem, veneruntque ad torrentem 35 Eſchol, & explorauerunt eam. Et accipientes in manus ſuas de fructibus terræ illius, attulerunt ad nos, renuntiaruntque nobis reſponſum tale, Bona eſt terra quam*

## V. CAP. I.

1 HAEC ſunt verba quæ locutus eſt Moy
ſes ad omnem Iſrael trans Iordanem
in ſolitudine campeſtri, contra Mare-
rubrum, inter Pharan & Thophel & La
ban & Haſeroth, vbi auri eſt plurimū:
2 ꝰ Vndecim diebus de Horeb per viam
3 montis Seir vſque ad Cadeſ-barne. ꝰ Quadrageſimo
anno, vndecimo menſe, prima die menſis locutus eſt Moy
ſes ad filios Iſrael omnia quæ præceperat illi Dominus
4 vt diceret eis: ꝰ Poſtquam percuſsit Sehon regē Amor-
rhæorum, qui habitauit in Heſebon: & Og regem Baſan,
5 qui manſit in Aſtaroth, & in Edrai, ꝰ trās Iordanē in Ter-
ra-Moab. Cœpitque Moyſes explanare legem, & dicere,
6 ꝰ Dominus Deus noſter locutus eſt ad nos in Horeb, di-
7 cens, Sufficit vobis quòd in hoc monte manſiſtis: ꝰ Re-
uertimini, & venite ad montem Amorrhæorum, & ad cę-
tera quæ ei proxima ſunt, campeſtria atque montana &
humiliora loca contra Meridiem, & iuxta litus maris, Ter
ram-Chananæorum, & Libani vſque ad flumen magnum
8 Euphraten. ꝰ En, inquit, tradidi vobis: ingredimini &
poſsidete eam, ſuper qua iurauit Dominus patribus ve-
ſtris Abraham, Iſaac, & Iacob, vt daret illam eis, & ſemi-
9 ni eorum poſt eos. ꝰ Dixique vobis illo in tempore,
10 Non poſſum ſolus ſuſtinere vos: ꝰ quia Dominus Deus
veſter multiplicauit vos, & eſtis hodie ſicut ſtellæ cæli,
11 plurimi. ꝰ (Dominus Deus patrum veſtrorum addat ad
hunc numerum multa millia, & benedicat vobis ſicut lo-
12 cutus eſt:) ꝰ Non valeo ſolus negotia veſtra ſuſtinere, &
13 pondus ac iurgia. ꝰ Date ex vobis viros ſapientes & gna
ros, * quorum conuerſatio ſit probata in tribubus ve-
14 ſtris, vt ponam eos vobis principes. ꝰ Tunc reſpondi-
15 ſtis mihi, Bona res eſt quam vis facere. ꝰ Tuliqúe de tri-
bubus veſtris viros ſapientes & nobiles, & conſtitui eos
principes, tribunos, & centuriones, & quinquagenarios ac
16 decanos, qui docerent vos ſingula. ꝰ Præcepiqúe eis, di-
cens, Audite illos, & quod iuſtum eſt iudicate: ſiue ciuis ſit
17 ille, ſiue peregrinus. ꝰ † Nulla erit diſtantia perſonarum,
ita paruum audietis vt magnum: nec accipietis cuiuſquam
perſonam, quia Dei iudicium eſt. Quòd ſi difficile vo-
bis viſum aliquid fuerit, referte ad me, & ego audiam.
18 ꝰ Præcepiqúe omnia quæ facere deberetis. ꝰ Profecti
19 autem de Horeb, tranſiuimus per eremum terribilem &
maximam ſolitudinem quam vidiſtis, per viam montis
Amorrhæi, ſicut præceperat Dominus Deus noſter no-
20 bis. Cumqúe veniſſemus in Cadeſ-barne, ꝰ dixi vobis, Ve
niſtis ad montem Amorrhæi, quem Dominus Deus″ ve-
21 ſter daturus eſt vobis. ꝰ Vide Terram quam Dominus
Deus tuus″ dabit tibi: aſcende & poſside eam, ſicut locutus
eſt Dominus Deus noſter patribus tuis: noli timere nec
22 quicquam paueas. ꝰ Et acceſsiſtis ad me omnes, atque
dixiſtis, Mittamus viros qui conſyderent Terram: & renū
tient per quod iter debeamus aſcendere, & ad quas per-
23 gere ciuitates. ꝰ Cumqúe mihi ſermo placuiſſet, miſi ex
24 vobis duodecim viros, ſingulos de tribubus ſuis. ꝰ Qui
cum perrexiſſent, & aſcendiſſent in montana, venerunt
25 vſque ad Vallem-botri: & conſyderata terra ꝰ Sumen-
tes de fructibus eius, vt oſtenderent hubertatem, at-
tulerunt ad nos, atque dixerunt, Bona eſt terra quam
Domi-

Breuis repetitio geſtorum, à miſsione in monte Horeb, vſq; ad manſionem in Cadeſ-barne.

Num. 21. e.

B

Moyſes legem explanat.

Moyſes non valens ſolus adminiſtrare populū, cōſtituit ſecū & alios. Exo. 18. c.

C

*& 

Principes quales eſſe debeāt.

Iudiciū iuſtum. Iohan. 7. d. † Inf. 16. d. Leui. 19. c. Prouer. 24. c. Eccl. 42. a. Iacobi. 2. a.

D

″ noſter daturus eſt nobis.

″ dat

Mittitur exploratores. Num. 13. a.

E



Dominus Deus noſter daturus eſt nobis. ꝰ Et noluiſtis 26
aſcendere, ſed increduli ad ſermonem Domini Dei″ no-
ſtri ꝰ Murmuraſtis in tabernaculis veſtris, atque dixiſtis, 27
ꝰ Odit nos Dominus, & idcirco eduxit nos de Terra- 28
AEgypti, vt traderet nos in manu Amorrhæi, atque dele-
ret. ꝰ Quò aſcendemus? nuntij terruerunt cor noſtrum 29
dicentes, Maxima multitudo eſt, & nobis ſtatura proce-
rior: vrbes magnæ, & ad cælum vſque munitæ, filios Ena-
cim vidimus ibi. Et dixi vobis, ꝰ Nolite metuere, nec ti- 30
meatis eos: Dominus Deus qui ductor eſt veſter, pro vo-
bis ipſe pugnabit, ſicut fecit in AEgypto cunctis videnti-
bus. ꝰ Et in ſolitudine ipſi vidiſtis, portauit te Dominus 31
Deus tuus, vt ſolet homo geſtare paruulum filium ſuum,
in omni via per quam ambulaſtis, donec veniretis ad lo-
cum iſtum. ꝰ Et nec ſic quidem credidiſtis Domino Deo 32
veſtro, ꝰ Qui pręceſsit vos in via, & metatus eſt locum 33
in quo tētoria figere deberetis, nocte oſtēdens vobis iter
per ignem, & die per columnam nubis. ꝰ Cumqúe au- 34
diſſet Dominus vocem ſermonum veſtrorum, iratus iu-
rauit & ait, ꝰ Non videbit quiſpiam de hominibus ge- 35
nerationis huius peſsimæ Terram bonam, quam ſub iu-
ramento pollicitus ſum patribus veſtris: ꝰ Præter Ca- 36
leb filium Iephone. ipſe enim videbit eam, & ipſi dabo
Terram quam calcauit, & filijs eius, quia ſecutus eſt Do-
minum. ꝰ Nec miranda indignatio in populum, cum 37
mihi quoque iratus Dominus propter vos dixerit, Nec tu
ingrediêris illuc: ꝰ ſed Ioſüe filius Nun miniſter tuus, 38
ipſe intrabit pro te. hunc exhortare & robora, & ipſe for-
te Terram diuidet Iſraeli. ꝰ Paruuli veſtri, de quibus di- 39
xiſtis quòd captiui ducerentur, & filij qui hodie boni ac
mali ignorant diſtantiam, ipſi ingredientur: & ipſis dabo
Terram, & poſsidebunt eam, ꝰ Vos autem reuertimini 40
& abite in ſolitudinem per viam Maris-rubri. ꝰ Et reſpon 41
diſtis mihi, Peccauimus Domino: aſcendemus & pugna-
bimus, ſicut præcepit Dominus Deus noſter. Cumqúe
inſtructi armis pergeretis in montem, ꝰ ait mihi Domi- 42
nus, Dic ad eos, Nolite aſcendere, neque pugnetis: non
enim ſum vobiſcum, ne cadatis coram inimicis veſtris.
ꝰ Locutus ſum, & non audiſtis, ſed aduerſantes imperio 43
Domini, & tumentes ſuperbia aſcendiſtis in montē. ꝰ Ita- 44
que egreſſus Amorrhæus, qui habitabat in montibus, &
obuiam veniens perſecutus eſt vos, ſicut ſolent apes per-
ſequi: & cecîdit de Seir vſque Horma. ꝰ Cumqúe reuer- 45
ſi ploraretis coram Domino, non audiuit vos, nec voci ve
ſtræ voluit acquieſcere. ꝰ Sediſtis ergo in Cadeſ-barne 46
multo tempore.

Populus incredulus non vult aſcendere. ″ veſtri

F

Exod. 13. d.

Incredulus populus non videbit Terram promiſſam. Num. 14. d. Caleb.

Nume. 20. b. Moyſes incredulitate non eſt ingreſſus Terram.

G

Peccatum agnoſcit populus. Num. 14. f.

Contra voluntatem Dei aſcendens Iſrael contra Amorrhæū cæditur.

Plorat populus.

*Dominus Deus noſter dat nobis. At vos noluiſtis aſcendere, ſed exacerbaſtis os Domini Dei veſtri. Et murmurantes in tentorijs veſtris, dixiſtis, Quandoquidem Dominus nos odit, ideo eduxit nos de terra AEgypti, vt traderet nos in manū Amorrhæi, & perderet nos. Quò aſcendemus nos? fratres noſtri 36 liquefecerunt cor noſtrum, in hoc quod dixerunt, Populus ille 37 maior & excelſior nobis eſt, habens vrbes magnas, & in cælum vſque munitas, & vidimus quoque illic 38 filios Enakim. Tum dixi vobis, Ne ſitis animo conſternato, neque timeatis ab illis: Dominus Deus veſter, qui incedit ante vos, ipſe pugnabit pro vobis, 39 ſecundum omnia ea quæ fecit vobiſcum in AEgypto vobis ſpectantibus. Quin & in deſerto quoque vidiſti, quomodo geſtarit te Dominus Deus tuus, quemadmodum geſtat homo filium ſuum, in omni via quam iuiſtis, donec veniretis ad locum iſtum. 40 Et hac in re non credebatis Domino Deo veſtro, Qui præceſsit vos in via, vt exploraret vobis locum vbi 41 quieſceretis: nocte quidem [præceſsit] in igne vt 42 videretis viam in qua incederetis, interdiu autem in nube. Audiuit itaq; Dn̄s vocem verborū veſtrorū, & indignatione commotus, iurauit in hanc formam, Nemo ex iſtis viris, & ex hac praua generatione videbit terram iſtam bonam, quam iuraui me daturum patribus veſtris, Præter Caleb filium Iephunæ, is videbit eam, atque ei dabo terram quam calcauit, atque filijs ſuis, eo quòd 43 perfecte impleuit poſt Dominum. Sed & contra me ſeſe commouit Dominus veſtri cauſa, vt diceret, Neque tu illuc venies. Iehoſua verò filius Nun, 44 qui coram te ſtat, is intreibit in eā, 45 hunc corrobora: nam is diſtribuet hanc terram Iſraelitis. Et pubes veſtra quam dixiſtis prædam fore, & liberi veſtri qui hodie inter bonum & malum nihil diſcernunt, ij ingredientur illuc, & illis dabo eam, ipſique eam occupabunt. Vos autem conuerſi 46 proficiſcimini verſus deſertum viam maris carectoſi. Et reſpondentes dixiſtis mihi, Peccauimus Domino, aſcendemus & pugnabimus iuxta omnia quæ præcepit nobis Dominus Deus noſter. & accinctus eſt quiſque armis ſuis bellicis, 47 mutuoque adhortati eſtis ad aſcendendum in montem. Et dixit Dominus ad me, Dic eis, Ne aſcendatis, neve pugnetis: ego enim 48 non ſum in medio veſtri, ne affligemini ante hoſtes veſtros. Loquebar igitur vobis, at vos non audiebatis, ſed 49 exacerbantes os Domini, 50 inſolentes aſcendebatis in montem. Egreſſuſque Amorrhæus, qui habitabat in monte illo, obuiam vobis, perſequutus eſt vos quemadmodum 51 apes facere ſolent, & 52 percuſsit vos in Seir vſque Horma. Et reuerſi fleuiſtis coram Domino, & Dominus non audiuit vocem veſtram, & non attendit vos. Sediſtis itaque in Kades diebus multis, 53 ſecundum dies videlicet quibus manſiſtis.*

## SCHOLIA IN CAP. I.

1 Vel, trans. ſi in Terra ſancta fueris. 2 Subaudienda coniunctio, & in deſerto. 3 in planitie campeſtri. vel, in loco campeſtri. 4 Suph, ideſt, maris Rubri. 5 Vndecim dies ſunt. Chaldæus paraphraſtes vertit, Vndecim dierum iter eſt ab Horeb, &c. Horeb eſt Sinai, vel mons ei propinquus. 6 ideſt, prorſus vt præceperat eis Dominus, &c. 7 Quidam referunt iſtud Edrai, ad principium verſus, Poſteaquam percuſſerat Dominus in Edrai. Nume. 20. 8 vel, Trans. 9 placuit (vel, ſedit animo) Moſi. 10 vel, Sufficiat vobis hactenus habitaſſe in monte hoc. 11 vel, Diſcedite, (aut, Mutate locum,) & proficiſcimini, & ingredimini. 12 vel, loco demiſsiore. 13 vel, in loco Auſtrali. 14 portubus, ideſt, in litoribus maris in quibus ſunt portus. 15 vel, Videte, poſui ante vos terram, quaſi dicat, Licet vobis eam poſsidere. 16 Hebraiſmus, pro, iuraui ego. Et paulo poſt, Vt daret, pro, Me daturum. Mutatio perſonæ primæ in tertiam. 17 Iam verò dixeram vobis in illo tempore. vel olim. 18 ideſt, ſufficere negotijs veſtris explicandis. 19 & ecce eſtis. 20 Hebraiſmus, addat ſuper vos ſicut eſtis, mille vicibus, ideſt, reddat numerū veſtrum maiorem millies. 21 Hebraiſmus, benedicat vobis, ideſt, faueat. 22 vel, Offerte. ſiue, Date. 23 Hebraiſmus, notos. 24 Hebraiſmus, de tribubus veſtris. 25 Hebraiſmus, ponam illos in capitibus veſtris, ideſt, conſtituam illos vobis principes. 26 tribuum veſtrarum. 27 Id eſt, inter quemuis & inter ciues & inter peregrinos. Aut, inter quoſcunque, ſiue ciues fuerint, ſiue peregrini. 28 ideſt, Quum erit iudicandum, non conſyderabitis perſonam quæ litigat, diues ſit, an pauper. 29 Id eſt, dum iudicatis, geritis vices Dei. 30 Id eſt, & de ea ſtatuam. 31 Id eſt, quod ſatis ſuperque notum eſt vobis. 32 Vide, quaſi dicat, Ecce, Dominus offert tibi terram, quam pollicitus eſt tibi. 33 conſterneris animo. 34 ſubaudi, Amorrhæi. 35 id eſt, botri: vnde botrum attulerunt filijs Iſrael. 36 vel, fregerunt nobis animos. 37 ideſt, numeroſior, quaſi dicat, vincit nos populus ille & numero & viribus. 38 filios gigantum, ideſt, gigantes vidimus illic. 39 vel, non aliter quàm fecit. 40 vel, Et ne per hoc quidem 41 caſtra figeretis. 42 vel, oſtenderet vobis. 43 perfecit (vt iret) poſt Dn̄m. Heb. pro, perfecit mandata mea ſequendo me. 44. i. qui miniſtrat tibi. 45 Corroborare aliquem, eſt iubere eum bono eſſe animo. 46 profecti eſtis. 47 paratique fuiſtis aſcendere in montem, ideſt, dixiſtis vos paratos eſſe, &c. 48. i. non fauebo vobis. 49. i. repugnantes verbo Dn̄i. 50 temere agentes. vel, ſuperbia elati. 51 ſub. irritatæ. 52 contriuit nos. 53 vel, quanto tempore habitaueratis illic. i. diebus multis poſt reditū exploratorum manſiſtis illic, quot dies manſeratis ante regreſſum exploratorum. Hîc Cades, pro Cadeſ-barnea poſitum eſt, vt & Numerorum cap. 13. e. Dicitur & deſertum Pharan.

CAP. II.

VErſi igitur, profecti ſumus in 1 deſertum viam maris carectoſi, quemadmodum Dominus loquutus erat ad me, & circuiuimus montem Seir diebus multis. Et loquebatur Dominus ad me, dicens, Satis circuiſtis montem iſtū, vertite ad Aquilonem. Et populo præcipe dicens, Vos tranſibitis limitem fratrum veſtrorum filiorum Eſau, qui habitant in Seir, 2 qui timebunt à vobis, cauete igitur diligenter. 3 Ne oſtendatis vos feroces contra eos, quoniam nihil dabo vobis de terra eorum, 4 ne veſtigium quidem pedis: quoniam dedi montem Seir ipſi Eſau poſsidendum. Cibum emetis ab eis pecunia vt comedatis, quin & aquam emetis ab eis argento vt bibatis. Nam Dominus Deus tuus 5 fauſta tibi eſt imprecatus in omni opere manuum tuarum: nouit 6 proficiſci tuum in deſerto iſto vaſto his quadraginta annis, fuitque tecum Dominus Deus tuus, ita vt tibi nihil defuerit. Tranſeuntes verò à fratribus noſtris filijs Eſau habitantibus in Seir 7 [à] via plana, ab Elath, & Ezion-gaber, defleximus & tranſiuimus viam deſerti Moab. Dixitque Dominus ad me, Moabitas 8 non premas hoſtiliter, neque 9 ferocias in eos bello, quoniam non dabo tibi de terra eius poſſeſsionem [vllam:] quandoquidem filijs Lot dedi Ar poſsidendam. 10 Emim antea in ea habitauerunt, populus magnus & multus, tum etiam procerus vt 11 Anakim: 12 quos Moabitæ vocant Emim, gigantes reputati ſunt quemadmodum Enakim. In Seir verò olim habitarunt Horæi, quorum poſſeſsionem occuparunt filij Eſau, & vaſtarunt eos ante ſe, habitaruntque in loco eorum, ſicut fecit Iſrael 13 terræ poſſeſsionis ſuæ, quam eis Dominus dedit. Dixi [itaque,] Surgite igitur, & tranſite torrentem Zæred. & tranſiuimus torrentem Zæred. Et dierum quidem quibus profecti ſumus à Kades-barnea, donec tranſiremus torrentem Zæred, fuerunt trigintaocto anni, donec vniuerſa ætas virorum qui bello apti erant, conſumeretur de medio caſtrorum, quemadmodum iurauerat eis Dominus. Quin & 14 manus Domini fuit contra eos, vt perderet eos è medio caſtrorum, donec plane conſumpti eſſent. Quumque iam omnes viri bello apti confecti eſſent, interijſſentque è populo, Loquutus eſt Dominus ad me in hanc ſententiam, Tu 15 tranſis hodie limitem Moab, nempe Ar: Et quum appropinquaueris filijs Ammon, 8 ne premas eos hoſtiliter, 9 neque ferocias in eos bello: de terra enim filiorum Ammon nihil dabo tibi vt poſsideas: filijs enim Lot dedi eam poſsidendam. Terra 16 Rephaim & ipſa reputatur, ſederuntque in ea iam olim 17 Rephaim quos Ammonitæ vocant 18 Zamzumim. Populus fuit magnus & multus, tum etiam procerus quemadmodum 19 Enakim, quos Dominus excidit ante eos, & occuparunt eos, habitaruntque [illic] pro ipſis. Quemadmodum fecit filijs Eſau habitantibus in Seir, quum extirparet Horæos à facie eorum, vt ipſi poſsiderent eos, habitarentque [illic] illorum loco in hunc vſque diem. Hauæos quoque habitantes in Hazerim vſque Gaza, 20 Caphtorim egreſsi ex Caphtor exciderunt eos, & habitarunt ipſi loco illorum. Surgite itaque, ſoluite & traijcite torrentem Arnon, ecce dedi in manum tuam Sihon regem Heſbon Amorrhæorum, atque terram eius, incipe poſsidere, & capeſſe aduerſus eum prælium. Incipiam hoc ipſo die immittere pauorem tuum, & timorem tuum ſuper populos, qui vbique ſub cælo ſunt, vt qui vel famam de te audierint contremiſcant, & coram te 21 infirmentur. Miſi ergo nuntios à deſerto Kademoth ad Sihon regem Heſbon cum mandatis pacificis, nempe huiuſmodi, Liceat quæſo vt tranſeam per regionem tuam, 22 via recta ibo, non declinabo neque ad dexteram, neque ad ſiniſtram. Commeatum pecunia vendes mihi vt comedam, & aquam pecunia dabis mihi vt bibam: 23 liceat ſaltem vt pedes tranſeam, Quemadmodum fecerunt mihi filij Eſau qui habitant in Seir, & Moabitæ habitantes in Ar, quouſque traiecero Iordanem, in terram quam Dominus Deus noſter 24 tradidit nobis.

CAP. II.

1 PRofectique inde venimus in ſolitudinem, quę ducit
ad Mare-rubrum, ſicut mihi dixerat Dominus: &
2 circuiuimus montem Seir longo tempore. ♀ Dixit-
3 que Dominus ad me, ♀ Sufficit vobis circuire montem
4 iſtum: ite contra Aquilonē ♀. Et populo præcipe, dicens,
Tranſibitis per terminos fratrum veſtrorum filiorum
5 Eſau, qui habitant in Seir: & timebunt vos, ♀ videte er-
go diligenter. Ne moueamini contra eos. neque enim da-
bo vobis de terra eorum quantum poteſt vnius pedis cal-
care veſtigium: quia in poſſeſsionem Eſau dedi montem
6 Seir. ♀ Cibos emetis ab eis pecunia, & comedetis: aquam
7 emptam haurietis, & bibetis. ♀ Dominus Deus tuus be-
nedixit tibi in omni opere manuum tuarum: nouit iter
tuum, quomodo tranſieris ſolitudinem hāc magnam, per
quadraginta annos habitans tecum Dominus Deus tuus,
8 & nihil tibi defuit. ♀ Cumque tranſiſſemus fratres no-
ſtros filios Eſau, qui habitabant in Seir, per viam campe-
ſtrem, de Elath, & de Aſion-gaber, venimus ad iter quod
9 ducit in deſertum Moab. ♀ Dixitque Dominus ad me,
Non pugnes cōtra Moabitas, nec ineas aduerſus eos præ-
lium: non enim dabo tibi quicquam de Terra eorum, quia
10 filijs Lot tradidi Ar in poſſeſsionem. ♀ Emim primi fue-
runt habitatores eius, populus magnus, & validus, & tam
11 excelſus vt de Enacim ſtirpe, ♀ quaſi gigantes crederen-
tur, & eſſent ſimiles filiorum Enacim. denique Moabitæ
12 appellant eos Emim. ♀ In Seir autem prius habitauerūt
ª Horrim: quibus expulſis atque deletis habitauerunt filij
Eſau, ſicut fecit Iſrael in Terra poſſeſsionis ſuæ, quam de
13 dit illi Dominus. ♀ Surgentes ergo vt tranſiremus tor-
14 rentem Zared, venimus ad eum. ♀ Tempus autem quo
ambulauimus de Cadeſ-barne vſque ad tranſitum * Za-
red, triginta & octo annorum fuit: donec conſumeretur
omnis ª congregatio hominum bellatorum de caſtris,
15 ſicut iurauerat Dominus. ♀ Cuius manus fuit aduerſum
16 eos, vt interirent de caſtrorum medio. ♀ Poſtquam au-
17 tem vniuerſi ceciderunt pugnatores, ♀ Locutus eſt Do-
18 minus ad me, dicens, ♀ Tu tranſibis hodie terminos
19 Moab, vrbem nomine Ar: ♀ & accedens in vicina filio-
rum Ammon, caue ne pugnes contra eos, nec mouearis
ad prælium. non enim dabo tibi de terra filiorum Am-
20 mon, quia filijs Lot dedi eam in poſſeſsionem. ♀ Terra
gigantum reputata eſt: & in ipſa olim habitauerunt gigan-
21 tes, quos Ammonitæ vocant Zomzommim, ♀ Populus
magnus, & procerę longitudinis, ſicut Enacim, quos dele-
uit Dominus à facie eorum: & fecit illos habitare pro eis,
22 ♀ Sicut fecerat filijs Eſau, qui habitant in Seir, delens
23 ♀ Horræos, & Terram eorum illis tradens, quam poſsi-
dent vſque in præſens. Heuæos quoque qui habitabant in
Haſerim vſque Gazam, Cappadoces expulerunt: qui
egreſsi de Cappadocia deleuerunt eos, & habitauerunt
24 pro illis. ♀ Surgite, & tranſite torrentem Arnon: ecce
tradidi in manu tua Sehon regem Heſebon, Amorrhęum,
& Terram eius incipe poſsidere, & committe aduerſus
25 eum prælium. ♀ Hodie incipiam mittere terrorem at-
que formidinem tuam in populos qui habitabant ſub
omni cælo: vt audito nomine tuo paueant, & in mo-
rem parturientium contremiſcant, & dolore tenean-
26 tur. ♀ Miſi ergo nuntios de ſolitudine Cademoth ad
27 Sehon regem Heſebon verbis pacificis, dicens, ª ♀ Tranſ-
ibimus per Terram tuam, publica ª gradiemur via:
non declinabimus, neque ad dextram, neque ad ſi-
28 niſtram. ♀ Alimenta pretio vende ª nobis, vt veſca-
mur: aquam pecunia tribue, & ſic ª bibemus. Tan-
29 tum eſt vt nobis concedas tranſitum, ♀ Sicut fecerunt fi-
lij Eſau, qui habitant in Seir, & Moabitæ qui moran-
tur in Ar: donec ª veniamus ad Iordanem, & tranſeamus
ad Terram quā Dominus Deus noſter daturus eſt nobis.
♀ Noluit-

Præcipitur populo tranſitus per montē Seir, vt emat cibos & aquam ab eis.

B

Benedictio Dei & prouidentia pro Iſraelitis.

Iſraeli præcipitur ne contra Moabitas prælietur.

Poſſeſsio filiorum Lot.

C Emim.

ª Horrhæi. Horrhæi.

* torrentis

ª generatio

D

Ne contra Ammon pugnet, præcipitur Iſraeli.

Zonzommim

Heuæi à Cappadocibus victi.

E

Sehon denegās tranſitum vincitur. nume. 21. c.

ª Tranſibo

F ª gradiar via: non declinabo,

ª mihi, vt veſcar:

ª bibam. Tantum eſt mihi,

ª veniam ad Iordanem, & tranſeam.



♀ Noluitque Sehon rex Heſebon dare nobis tranſitum: 30
quia indurauerat Dominus Deus tuus ſpiritum eius, &
obfirmauerat cor illius, ª ita vt traderetur in manus tuas, ſi
cut nunc vides. ♀ Dixitq; Dominus ad me, Ecce cœpi ti- 31
bi tradere Sehon & Terram eius, incipe poſsidere eam.
♀ Egreſſuſque eſt Sehon obuiam nobis cum omni popu- 32
lo ſuo ad prælium in Iaſa. ♀ Et tradidit eum Dominus 33
Deus noſter nobis: percuſsimuſque eum cum filijs ſuis &
G omni populo ſuo. ♀ Cunctaſque vrbes in tempore illo 34
cepimus, interfectis habitatoribus earum, viris ac mulie-
ribus & paruulis. non reliquimus in eis quicquam. ♀ Abſ- 35
que iumentis, quæ in partem venere prædantium: & ſpo-
lijs vrbium, quas cepimus. ♀ Ab Aroer, quæ eſt ſuper 36
ripam torrentis Arnon, * oppido quod in valle ſitum eſt,
vſque Galaad: non fuit vicus & ciuitas quæ noſtras effu-
geret manus: omnes tradidit Dominus Deus noſter no-
bis. ♀ Abſque terra filiorum Ammon, ad quam non ac- 37
ceſsimus, & cunctis quæ adiacent torrenti Ieboc, & vrbi-
bus montanis, vniuerſiſque locis à quibus nos prohibuit
Dominus Deus noſter.

Amos. 2. c.

*&

Sihon autem rex Heſbon non permiſit vt tranſiremus 25 per ſua: nam indurauerat Dominus Deus tuus animum eius, & corroborauerat cor eius, vt traderet eū in manum tuā, quemadmodum hodiernus dies [declarat.] Et dixit Dominus ad me, 26 Ecce cœpi tradere coram te Sihon, & terram eius, incipe occupare, vt poſsideas terram eius. Egreſſus itaque obuiam nobis Sihon, ipſe & vniuerſus populus eius, vt congrederetur [nobiſcum] in Iaſa, Quem tradidit Dominus Deus noſter coram nobis, & percuſsimus eum, & filios eius, atque cunctum populum eius. Cepimus quoque eodem tempore omnes ciuitates eius, & excidimus ad internecionem vſque omnes ciuitates, viros, mulieres, & pubem, neminem reliquimus ſuperſtitem, 27 Cæterum iumenta diripuimus nobis, & prædam ciuitatum quas ceperamus. Ab Aroer quæ eſt ad litus torrentis Arnon, & à ciuitate quæ eſt in torrente vſque ad Gilead, non fuit ciuitas 28 quæ ſuperior eſſet nobis, Dominus Deus noſter tradidit eas omnes 29 ante nos. 30 Duntaxat 31 ad terram filiorum Ammon non acceſsiſti, [id eſt] omnem limitem torrentis Iabok, & ad ciuitates montanas, & ad omnia quæ præcepit Dominus Deus noſter.

SCHOLIA IN CAP. II.

1 Deſertum Sin intelligit. 2 quāuis timeant ſibi à vobis, cauete tamen ſummopere. 3 Ne irritetis eos ad pugnam. vel, Ne lędatis eos. 4 Heb. vſque ad detractionem plantæ pedis. 5 Heb. benedixit tibi in omni, &c. Phraſis Hebraica, pro, fauit tibi in omnibus quæ geſsiſti conſilio ſuo, non tuo. 6 ambulare tuum per ſolitudinem iſtam magnam, &c. id eſt, nouit quod ambulaueris per ſolitudinem, &c. 7 (per) viam ſolitudinis campeſtrem. 8 ne obſideas. vel, oppugnes. 9 vel, diſceptes cum illis bello. ne laceſſas prælio. 10 gigantes, qui Emim Hebraice dicuntur, quod terrorē omnibus incuterent. 11 Anac, proprium gigantis nomen: deinde Enakim generali vocabulo dicitur. 12 Heb. Gigantes reputabantur etiā ipſi velut Enakim: & Moabitæ vocare ſolent tales, Emim. Pro (Gigantes,) Hebraice legitur Raphaim: quod gigantes redderent homines animo remiſſo. 13 vel, in terra quam poſtea poſſedit. 14 Manum Domini vocat virtutem ipſius qua perduxit eos per deſerta. 15 vel, tranſiturus es. 16 gigantum. 17 gigantes. 18 Id eſt, flagitioſos. 19 gigantes. 20 vel, Et Cappadoces qui egreſsi ſunt de Cappadocia, perdiderunt eos, & habitauerunt loco ipſorum. 21 expaueſcant. 22 Hebraiſmus, via via ibo, id eſt, via regia. 23 Hebraiſmus, tantummodo tranſibo, &c. id eſt, tantummodo concede vt tranſeam pedibus meis. 24 traditurus eſt. 25 Heb. per ſe. i. per regionē ſuam. 26 .i. Cōſydera & animaduerte quod, &c. 27 Verū. 28 Heb. quæ exaltauerit ſeſe à nobis. i. quæ ita natura loci munita fuerit, vt à nobis expugnata nō fuerit. 29. i. in poteſtate noſtra. 30 vel, Verū. 31 .i. nō inuaſiſti terrā Ammō. nihil cepiſti de regione Ammonitarū. Singulare eſt pro plurali, acceſsiſtis.

CAP. III.

Og rex Baſan occiditur. Inf. 29. b. Num. 21. g.

ITaque conuerſi aſcendimus per iter Baſan: egreſ- 1
ſuſque eſt Og rex Baſan in occurſum nobis cum po-
pulo ſuo ad bellandum in Edrai. ♀ Dixitque Domi- 2
nus ad me, Ne timeas eum: quia in manu tua traditus eſt
cum omni populo ac terra ſua: facieſque ei ſicut feciſti
Sehon regi Amorrhæorum, qui habitauit in Heſebon.
♀ Tradidit ergo Dominus Deus noſter in manibus no- 3
ſtris etiam Og regem Baſan, & vniuerſum populum eius:
percuſsimuſque eos vſque ad internecionem, ♀ Vaſtan- 4
tes cunctas ciuitates illius vno tempore: non fuit oppidū
quod nos effugeret: ſexaginta vrbes, omnem regionem
Argob regni Og in Baſan. ♀ Cunctæ vrbes erant muni- 5
tæ muris altiſsimis, portiſque & vectibus, abſque oppidis
innumeris quæ non habebant muros. ♀ Et deleuimus 6
eos, ſicut feceramus Sehon regi Heſebon, diſperdentes
omnem ciuitatem, viroſque ac mulieres & paruulos: 7
B ♀ Iumenta autem & ſpolia vrbium diripuimus. ♀ Tu- 8
limuſque illo in tempore terram de manu duorum re-
gum Amorrhæorum, qui erant trans Iordanem: à tor-
rente Arnon vſque ad montem Hermon, ♀ quem Si- 9
donij Sarion vocant, & Amorrhæi Sanir: ♀ omnes ciui- 10
tates quæ ſitæ ſunt in planitie, & vniuerſam Ter-
ram-Galaad & Baſan vſque ad Selcha & Edrai ciuitates
regni Og in Baſan. ♀ Solus quippe Og rex Baſan reſti- 11
terat de ſtirpe gigantum. ª Et monſtratur lectus eius fer-
reus, qui eſt in Rabbath filiorum Ammon, nouem cubi-
tos habens longitudinis, & quatuor latitudinis ad menſu-
ram cubiti virilis manus. ♀ Terramque poſſedimus tem- 12
pore illo ab Aroer, quæ eſt ſuper ripam torrentis Arnon,
vſque ad mediam partem montis Galaad: & ciuita-
tes illius dedi Ruben & Gad. ♀ Reliquam autem par- 13
tem Galaad, & omnem Baſan regni Og, tradidi me-

Num. 21. e. Num. 21. g.

Hermon mons qui & Sarion, & Sanir.

Lectus Og regis.

Poſſeſsio Rubē Gad, & dimidię tribus Manaſſe. Num. 32. f.

CAP. III.

VErſi autem aſcēdimus per iter Baſan. Et egreſſus rex Baſan occurrit nobis, ipſe & vniuerſus populus eius, vt congrederetur nobiſcum in Edrei. Tum dixit Dominus ad me, Ne timeas eum, 1 tradidi enim in manum tuam eum, & cunctum populum eius, atq; terram eius: tu facies ei quemadmodum feciſti Sihon regi Amorrhæorum, qui 2 habitauit in Heſbon. Tradidit itaq; Dn̄s Deus noſter in manum noſtram etiā Og ipſum, regem Baſan, & vniuerſum populū eius, percuſsimuſq; eum, ita vt non ſupereſſet ei reliquus. Et cepimus eodem tempore omnes ciuitates eius, nec fuit ciuitas vlla quam non caperemus ab eis, ſexaginta [nempe] ciuitates per vniuerſum tractum 3 Argob regni Og in Baſan. Erantq; omnes iſtæ vrbes altis muris, foribus & 4 repagulis munitæ, præter ciuitates quæ muros non habebāt, quarum erāt admodum multæ. Has ad internecionem vſque excidimus, ſicut feceramus Sihon regi Heſbon, vaſtando funditus omnes vrbes, viros, mulieres & pubem. Cuncta tamen iumenta, & ſpolia ciuitatum diripuimus nobis. Ademimus itaque eodem tempore terram iſtam de manu duorum regum Amorrhæorum quæ erat cis Iordanem, à torrente Arnon vſque ad montem Hermon. (Porrò Sidonij vocant [montem] Hermon, Sirion, & Amorrhæi vocant eum Senir) omnes [nempe] ciuitates in planitie ſitas, & vniuerſam Gilead, atque omnem Baſan, vſque ad Salcha & Edrei, quæ erant ciuitates regni Og in Baſan. Solus enim Og rex Baſan remanſerat ex reliquijs 5 Rephaim, & en lectus eius erat lectus ferreus, 6 qui adhuc viſitur in Rabbath filiorum Ammon: nouem cubitos habet longitudo eius, & quatuor cubitos latitudo eius, iuxta 7 cubitum virilem. Et hanc quidem terram occupauimus tum, ab Aroer quæ eſt ad torrentem Arnon, & dimidium montis Gilead, & ciuitates eius dedi Rubenitis & Gaditis. Reliquam vero partem Gilead, & vniuerſam Baſan, regnum videlicet Og, dedi dimi

*diæ tribui* Manaſſe, 8 *omnem ſcilicet tractum* Argob *cum tota* Baſan,*quæ & ipſa vocabatur terra* Rephaim. Iair 9 *filius* Manaſſe 10 *occupauit omnem tractum* Argob *vſque ad limitem* Geſuri & Maachati,& *nominauit ea[loca] iuxta nomen ſuum*, 11 Baſan,Hauoth-Iair *vſque ad hodiernum diem*. Ipſi Machir *verò dedi* Gilead. Porrò Rubenitis & Gaditis *dedi de* Gilead,*vſque ad torrentem* Arnon, 12 *medium torrentis, & limitem, vſque ad* Iaboc *torrentem,qui limes eſt filiorum* Ammon. 13 *Vaſta quoque loca & ipſum* Iordanem *atque limitem à* Cinereth *vſque ad mare ſolitudinis*, 14 *mare videlicet ſalis* 15 *ſub ſcatebris collis ad* Orientem. Eodem *tempore præcepi vobis,dicens*, Dominus Deus *veſter dedit vobis terram iſtam,vt poßideatis eam*, 16 *in primo pilo tranſibitis ante fratres veſtros filios* Iſrael, 17 *omnes ſcilicet qui viri eſtis*: Tantum *vxores veſtræ,pubes veſtra, & pecora veſtra*(*ſcio enim quòd multum pecoris vobis eſt*) *manebunt in ciuitatibus veſtris quas dedi vobis*, Donec Dominus *requiem dederit fratribus veſtris,ſicut vobis, & occupauerint ipſi quoque terram quam* Dominus Deus *veſter dedit eis vltra* Iordanem, *tum reuertemini quiſque ad poſſeßionem ſuam quam dedi vobis*. Et *ipſi* Iehoſua *præcepi eodem tempore hiſce verbis*, Viderunt *oculi tui cuncta quæ fecit* Dominus Deus *veſter duobus iſtis regibus,ſic faciet omnibus regnis ad quæ tu* 18 *iam tranſis*. Ne *timueritis eos, quia* Dominus Deus *veſter ipſe pugnabit pro vobis*. Oraui *autem illo tempore ad* Dominum,*dicens*, Domine Deus *tu cœpiſti oſtendere ſeruo tuo magnitudinem tuam, & manum tuam robuſtam*,(*quis enim eſt* Deus *in cælis aut in terra, qui faciat ſecundum opera tua, &* 19 *potentiam tuam?*) Liceat *quæſo vt & ego tranſeam & videam terram iſtam bonam quæ eſt vltra* Iordanem, 20 *montemque illum bonum &* Libanum. At Dominus *commotus aduerſum me veſtri cauſa,non exaudiuit me,ſed dixit ad me* Dominus, Sat *tibi ſit, nequid amplius hac de re ad me loquaris*: Aſcende *in verticem* 21 *collis,& ſublatis oculis tuis ad* Mare,*ad* Septentrionem, *ad* Meridiem,& *ad* Orientem,*circunſpice oculis tuis,quia non traijcies* Iordanem *iſtum*. Et 22 *præcipe ipſi* Iehoſua, *robora & anima eum,quoniam ipſe præcedet populum iſtum,& ipſe ſorte diuidet eis terram iſtam quam* 23 *vides*. 24 *Manſimus verò in valle eregione domus* Peor.

diæ tribui Manaſſe,omnem regionem Argob : cunctaque
14 Baſan "vocabatur Terra-gigantum. ¶ Iair filius Manaſſe
poſſedit omnem regionem Argob vſq; ad terminos Geſ-
ſuri & Machati. Vocauitq; ex nomine ſuo Baſan,Hauoth-
15 Iair,id eſt Villas-Iair,vſq; in præſentem diem. ¶ Machir
16 quoque dedi Galaad. ¶ Et tribubus Ruben & Gad dedi de
Terra-Galaad vſque ad torrentem Arnon medium tor-
rentis, & confinium,vſque ad torrentem Ieboc,qui eſt
17 terminus filiorum Ammon: ¶ Et planitiem ſolitudinis atq;
Iordanem & terminos Cenereth vſque ad mare deſerti,
quod eſt ſalſiſsimum, ad radices montis Phaſga contra
18 Orientem. ¶ Præcepique vobis in tempore illo, dicens,
Dominus Deus veſter dat vobis Terram hanc in hęredi-
tatē,expediti præcedite fratres veſtros filios Iſrael, om-
19 nes viri robuſti: ¶ Abſq; vxoribus,& paruulis atque iumē
tis(noui enim quòd plura habeatis pecora)& in vrbibus
20 remanere debebunt,quas tradidi vobis: ¶ Donec requiem
tribuat Dominus fratribus veſtris ſicut vobis tribuit : &
poſsideant ipſi etiam Terram quam daturus eſt eis trans
Iordanem:tunc reuertetur vnuſquiſque in poſſeſsionem
21 ſuam quam dedi vobis. ¶ Ioſue quoque in tēpore illo prę-
cepi,dicens,Oculi tui viderunt quæ fecit Dominus Deus
veſter duobus his regibus : ſic faciet omnibus regnis ad
22 quæ tranſiturus es. ¶ Ne timeas eos: Dominus enim Deus
23 veſter pugnabit pro vobis. ¶ Precatuſque ſum Dominum
24 in tempore illo,dicens, ¶ Domine Deus tu cœpiſti oſten-
dere ſeruo tuo magnitudinem tuam,manumque fortiſsi-
mam. neque enim eſt alius Deus vel in cælo,vel in terra,
qui poſsit facere opera tua,& comparari fortitudini tuæ.
25 ¶ Tranſibo igitur & videbo Terram hanc optimam trans
Iordanem, & montem iſtum egregium, & Libanum.
26 ¶ Iratuſque eſt Dominus mihi propter vos, nec exaudi-
uit me,ſed dixit mihi,Sufficit tibi : nequaquam vltrà lo-
27 quaris de hac re ad me. ¶ Aſcende cacumen Phaſgæ, &
oculos tuos circunfer ad Occidentem, & ad Aquilonem,
Auſtrumque,& Orientem,& aſpice. nec enim tranſibis
28 Iordanem iſtum. ¶ Præcipe Ioſue,& corrobora eum atq;
conforta:quia ipſe pręcedet populum iſtum,& diuidet eis
29 Terram quam viſurus es. ¶ Manſimuſque in valle contra
phanum Phogor.

Baſan, Terra-gigantum.
"vocatur
C
Hauoth-Iair.
Rubenitis & Gaditis præcipitur vt armati deducāt fratres in Terrā-Chanaan.
D Ioſue cōſtituitur dux ſuper Iſrael. Num.27.d.
Orans Moyſes, omnipotentiam Dei confeſſus, petit igredi Terram-Chanaā & non exauditur.
Inf.31.&.34.a.
Moyſi De° Terram oſtendit.

## SCHOLIA IN CAP. III.

1 Vel,traditurus ſum illum. 2 habitabat. 3 Chaldæus paraphraſtes vertit pro Argob, Trachonitidem regionem.q.d. ſexaginta vrbes cepimus,omne ſcilicet regnum Argob,ideſt regnū Og,qui regnabat in Baſan. Trachonitis regio, eadem quæ & Baſan. 4 ſiue, prægrandibus peſſulis qui erant inſtar vectium. 5 gigantum. 6 Heb.nonne adhuc viſitur,&c. 7 Id eſt,cubitū vulgarem,non ipſius gigantis. 8 tota regio Argob per totam Baſan,vocari ſolet Terra-gigantum, &c. Id eſt,tota regio Trachonitis quæ extendit ſe per omnem regionem Baſſanitidem,vocari ſolet in Terra gigantum. 9 filium pro nepote dicit, more Hebraico. 10 Id eſt,expugnauit. 11 Aliquid ſubaudiendum eſt,cuiuſmodi,Vocauit inquam:vt ſic legas, Vocauitque ea ex nomine ſuo:vocauit inquā Baſan, Hauoth-Iair,&c. Vel ſic,vocauitq; eos ex nomine ſuo,nēpe Baſan,&c. 12 (&)internā partē torrētis,& regionem adiacentem,vſq; ad,&c. 13 Solitudinē quoque & Iordanē,& regionē adiacentē à Cenereth,&c. Id eſt, Solitudinem,quæ adiacet Iordani,& propinquam regionem à mari Genezareth,&c. 14 vel,quod eſt mare ſalis. Id eſt mare mortuum. 15 vel potius,ſub effuſionibus aquarum Phaſga. Id eſt,ſub radicibus quæ fontibus rigari ſolent. Alij vertunt,ſub Aſdod-phaſga, 16 expediti tranſibitis,ideſt,inſtructi armis ducetis primam aciē. præcedentes fratres. 17 vel,quotquot ex vobis poterūt geſtare arma. 18 vel,trāſiturus es. 19 vel,facta fortia ſimilia tuis? 20 id eſt,vt videam montem illum optimum in quo ædificata fuit Ieruſalem:& templum quod conſtructum fuit ex lignis cedrinis captis in Libano. Hæc dicta ſunt in ſpiritu prophetiæ. 21 vel,Phaſga. 22 ideſt,mandatis inſtrue ipſum Ioſue de agendis. 23 videbis. quum ſcilicet eris in cacumine montis Phaſga. 24 Manſeramus autem in Gai,eregione templi Phogor. Gai, nomen eſt vallis montis Phaſgæ.

## CAP. IIII.

A*Vdi igitur* Iſrael *ſtatuta & iudicia quæ ego* 1 *doceo vos,vt faciatis,vtque viuatis,introeatis & poßideatis terram quam* Dominus Deus *patrum veſtrorum* 2 *dat vobis*. Ad *verbum meum quod ego* 3 *præcipio vobis, nihil adijcietis,nihil item ei detrahetis*,4 *vt obſeruetis præcepta* Domini Dei *veſtri,quæ ego* 3 *præcipio vobis*. Oculi *veſtri viderunt quæ fecit* Dominus 5 *in* Baal-peor:*nam omnem virū qui inceßit poſt* Baal-peor, *hunc perdidit* Dominus Deus *è medio tui*. Vos *contra qui adhæſiſtis* Domino Deo *veſtro, omnes etiamnum hodie,viuitis*. Ecce *docui vos ſtatuta & iudicia*, 6 *ſicut præcepit mihi* Dominus Deus *meus, vt ſic*

1 ET nunc Iſrael audi præcepta & iudicia quæ ego do
ceo te:vt faciēs ea,viuas,& ingrediēs poſsideas Ter
ram quam Dominus Deus patrū veſtrorum datu-
2 rus eſt vobis. ¶ Non addetis ad verbum quod vobis lo-
quor,nec auferetis ex eo:cuſtodite mandata Domini Dei
3 veſtri quæ ego præcipio vobis. ¶ Oculi veſtri viderunt
omnia quæ fecit Dominus cōtra Beel-phegor, quomodo
4 contriuerit omnes cultores eius de medio veſtri. ¶ Vos au
tem qui adhæretis Domino Deo veſtro, viuitis vniuerſi
5 vſque in præſentem diē. ¶ Scitis quòd docuerim vos præ-
cepta atq; iuſtitias,ſicut mādauit mihi Dñs De° meus:ſic
facietis

Adhortatio ad legem.
Verbum Dei.
Nume.25.a.
Beel-phegor
Adhærere Deo.
Præcepta obſeruanda.



Sapientia & intellectus hominum.
B
*Dominus Orationibus adeſt Deus.
Operum Dei ne obliuiſcamur.
Filij quid docendi.exo.19.c.

facietis ea in Terra quam poſſeſſuri eſtis. ¶ Et ob- 6
ſeruabitis, & implebitis opere : hæc eſt enim veſtra ſa-
pientia, & intellectus coram populis, vt audientes vni-
uerſi præcepta hæc,dicant, En populus ſapiens & intel-
ligens, gens magna. ¶ Nec eſt alia natio tam grandis, 7
quæ habeat deos appropinquantes ſibi, ſicut * Deus
noſter adeſt cunctis obſecrationibus noſtris. ¶ Quæ 8
eſt enim alia gens ſic inclyta, vt habeat ceremonias,
iuſtaque iudicia, & vniuerſam legem, quam ego propo-
nam hodie ante oculos veſtros ? ¶ Cuſtodi igitur te- 9
metipſum, & animam tuam ſolicitè, ne obliuiſcaris ver-
borum quæ viderunt oculi tui, & ne excidant de cor-
de tuo cunctis diebus vitæ tuæ : docebis ea filios ac
nepotes tuos, ¶ Diem in quo ſtetiſti coram Domino 10
Deo tuo in Horeb, quando Dominus locutus eſt mihi
dicens, Congrega ad me populum, vt audiant ſermo-
nes meos,& diſcant timere me omni tempore quo viuūt
in terra, doceantque filios ſuos. ¶ Et acceſsiſtis ad ra- 11
dices montis ( qui ardebat vſque ad cælum: erantque in
eo tenebræ,& nubes,& caligo.) ¶ Locutuſque eſt Do- 12
minus ad vos de medio ignis: vocem verborum eius au-
diſtis, & formam penitus non vidiſtis. ¶ Et oſtendit 13
vobis pactum ſuum quod præcepit vt faceretis, & De-
cem verba quæ ſcripſit in duabus tabulis lapideis. ¶ Mi- 14
C hique mandauit in illo tempore vt docerem vos ceremo
nias & iudicia quæ facere deberetis in Terra quam
poſſeſſuri eſtis. ¶ Cuſtodite igitur ſolicitè animas ve- 15
ſtras, ( non vidiſtis aliquam ſimilitudinem in die qua lo
cutus eſt vobis Dominus in Horeb de medio ignis:) ¶ ne 16
fortè decepti faciatis vobis ſculptā ſimilitudinem, aut
imaginem maſculi vel fœminæ, ¶ ſimilitudinem om- 17
nium iumentorum quæ ſunt ſuper terram, ¶ vel auium 18
ſub cælo volantium, atque reptilium quæ mouentur in
terra, ſiue piſcium qui ſub terra morantur in aquis. ¶ Ne 19
fortè eleuatis oculis ad cælum videas ſolem & lunam,
& omnia aſtra cæli, & errore deceptus adores ea & co-
las, quæ creauit Dominus Deus tuus in miniſterium cū
ctis gentibus quæ ſub cælo ſunt. ¶ Vos autem tulit Do- 20
minus, & eduxit de fornace ferrea AEgypti, vt haberet
populum hæreditarium, ſicut eſt in præſenti die. ¶ Ira 21
tuſque eſt Dominus contra me propter ſermones ve-
ſtros, & iurauit vt non tranſirem Iordanem, nec ingre-
D derer Terram optimam quam daturus eſt vobis. ¶ Ec- 22
ce "morior in hac humo, non tranſibo Iordanem : vos
tranſibitis & poſsidebitis Terram egregiam. ¶ Caue 23
nequando obliuiſcaris pacti Dñi Dei tui, quod pepigit
tecum : & facias tibi ſculptam ſimilitudinem eorum quę
fieri Dominus prohibuit. ¶ Quia Dominus Deus tuus 24
ignis conſumens eſt, Deus æmulator. ¶ Si genueri- 25
tis filios ac nepotes, & morati fueritis in Terra, dece-
ptique feceritis vobis aliquam ſimilitudinem, patrantes
malum coram Domino Deo veſtro, vt eum ad iracun-
diam prouocetis: ¶ Teſtes inuoco hodie cælum & ter- 26
ram, citò perituros vos eſſe de Terra quam tranſito Ior-
dane poſſeſſuri eſtis. Non habitabitis in ea longo tem-
pore,ſed delebit vos Dominus, ¶ Atque diſperget in 27
omnes Gentes, & remanebitis pauci in nationibus ad
quas vos ducturus eſt Dominus. ¶ Ibique ſeruietis 28
dijs qui hominum manu fabricati ſunt, ligno & lapidi,
E qui non vident, nec audiunt, nec comedunt, nec odo-
rantur. ¶ Cumque quæſieris ibi Dominum Deum tuū, 29
inuenies eum : ſi tamen toto corde quæſieris,& tota tri-
bulatione animæ tuæ. ¶ Poſtquam te inuenerint om- 30
nia quæ prædicta ſunt, nouiſsimo autem tempore reuer
têris ad Dominum Deum tuum, & audies vocem eius.
( ¶ Quia Deus miſericors Dominus Deus tuus eſt: ) non 31
dimittet te, nec omnino delebit, neque obliuiſcetur pa-
cti in quo iurauit patribus tuis. ¶ Interroga de diebus 32
antiquis,qui fuerūt ante te ex die quo creauit Dominus

Aſtra.
Hæreditas Dei, populus Iſrael.
Moyſes non ingreſſurus terrā promiſſ.
Sup.1.f.
° moriar
Ignis conſumēs Deus.
Heb.12.g.
Toto cordeque rendus Deus in tribulatione.
Miſericors Deus.
Deus memor pacti.

*faciatis in medio terræ ad quā vos venitis vt eam occupetis*. 7 *Cuſtodietis itaq; & facietis:hæc enim eſt ſapientia &* 8 *intelligentia veſtra* 9 *corā populis qui audiēt omnia ſtatuta iſta, vt dicāt*, Duntaxat *populus ſapiens, & intelligēs eſt gens hæc magna*. Quæ *enim* 10 *gēs[tam] magna eſt*, 11 *quæ ſic habeat deum ſuū ſibi amicum & familiarē,quēadmodum* Dominus Deus *noſter eſt in omnibus pro quibus inuocamus eū?* Et *quæ gens[tam] magna eſt,cui ſint ſtatuta & iudicia iuſta*, 12 *ſecundū vniuerſam legē iſtam quam ego propono vobis hodie?* 13 Modo *caue tibi,& cuſtodi animū tuū diligenter, ne vnquā obliuiſcaris eorū quæ viderunt oculi tui, & ne fortè recedant à corde tuo cūctis diebus vitæ tuæ,ſed nota facias ea filijs tuis, & nepotibus tuis*: 14 Diē *præſertim quo ſtetiſti corā* Domino Deo *tuo in* Horeb,*quū diceret* Dominus *ad me*, Congrega *mihi populum*, 15 *& faciā vt audiāt verba mea*, 16 *quæ diſcāt, vt timeant me cunctis diebus quibus ipſi victuri ſunt ſuper terrā,& filios ſuos doceant*. Acceßiſtis 17 *autem & ſtetiſtis* 18 *ſub mōte,(mōs autē ardebat igne ad mediū cæli vſque,[in quo] erāt tenebræ,nubes & caligo.)* Loquebaturq; Dominus *ad vos de medio ignis:& quidē vocem verborum vos audiebatis,at ſimulachrū nullū videbatis,vltra vocē*. Tum 19 *promulgabat vobis* 20 *fœdus ſuū quod præceperat vobis vt faceretis*, 21 *decē verba nēpe quæ ſcripſit ſuper tabulas duas lapideas*. Mihi *verò eodē tempore præcipiebat* Dominus *vt docerē vos ſtatuta & iudicia,vt faceretis ea in terra,in quā* 22 *trāſitis vt eā poßideatis*. Cauete *ergo accurate*, 23 *quàm chara vobis eſt anima veſtra ( quandoquidem nullum omnino ſimulachrum eodē die,quo loquutus eſt vobiſcum* Dominus *in* Horeb *è medio ignis,vidiſtis*) Ne *fortè* 24 *peruerſe quid agatis, faciendo ſcilicet vobis ſculptile ſimulachrum cuiuſcunq; figuræ,formā maris aut fœminæ, formam cuiuſcūque animantis quæ eſt in terra,formā cuiuſcūque volucris pēnatæ quæ volat* 25 *in cælo, formam cuiuſcunque reptantis ſuper terram,formam cuiuſcunque piſcis qui eſt in aquis* 26 *ſub terra*. 27 Et *ne fortè attollas oculos tuos in cælos, & viſis ſole, luna, ſtellis cum vniuerſo exercitu cælorū*, 28 *proſternaris,& adores, colaſq; ea, quæ* 29 *diſtribuit* Dominus Deus *tuus* 30 *omnibus populis ſub vniuerſo cælo*. Vos *autem aſſumpſit* Dominus,*atque eduxit vos* 31 *de fornace ferrea, de* AEgypto *ſcilicet,vt eſſetis ei in populum & hæreditatem, vt hæc dies[declarat.]* Commouitque *ſe* Dominus *aduerſum me veſtri cauſa, ita vt iuraret* 32 *ne traſirem* Iordanem, *neque introirem in terram illam bonam*, 33 *quam* Dominus Deus *tuus dat tibi in hæreditatem*. 34 Sed *morerer in hac terra,& non tranſirem* Iordanem,*vos autem tranſibitis & poßidebitis terram iſtam bonam*. Cauete *ergo nequando obliuiſcamini fœderis* Domini Dei *veſtri quod pepigit vobiſcum,ita vt faciatis vobis ſculptile, aut ſimulachrum cuiuſcunque rei* 35 *quod prohibuit tibi* Dominus Deus *tuus*, Quia Dominus Deus *tuus* 36 *ignis conſumens eſt, &* Deus 37 *indignè ferens*. Si *genueris filios & nepotes, & commorantes in terra* 38 *peruerſe egeritis,faciendo ſcilicet quancunque ſculptam imaginem, feceritiſque malum* 39 *in oculis* Dei *tui, ita vt ad iram prouoces eum*: Obteſtor *contra vos hodie* 40 *cælum & terram, quòd ſubito peribitis de terra hac ad quam vos traiecto* Iordane 41 *tranſitis, vt eam poßideatis*, Nec *prolongabitis dies ſuper eam*, 42 *ſed omnino exterminabimini*. Diſijcietque *vos* Dominus 43 *in populos, & reliqui eritis pauci numero in* Gentibus, *ad quas vos* Dominus *ducturus eſt*. Seruietiſq; *ibi dijs,qui ſunt opus manuum hominis, nempe ligno & lapidi,qui non vidēt, neque audiunt, neque comedūt,neq; odorantur*. 44 Inde *tum quæres* Dñm Deū *tuū, atq;* 45 *inuenies, ſi quidē eum inueſtigaueris toto corde tuo, atq; toto animo tuo*. Quū *fueris in afflictione,& deprehēderint te omnia quæ hic dicūtur*, 46 *tum tandē reuertêris ad* Dñm Deum *tuū,& obedies voci eius*,(Nā Deus *miſericors,eſt* Dñs Deus *tuus*,) 47 *nō faciet te lāguere,neq; diſperdet te,neq; obliuiſcetur fœderis patrū tuorū quod illis iurauit*. 48 Etenim *ſciſcitare,idq; à priſcis tēporibus quæ ante fuerūt, ex eo die quo*



*creauit*

*creauit Deus hominem ſuper terram , 49 & [ percurrite] ab extremitate cæli vſque ad extremitatem cæli, ſi vnquam facta ſit huiuſmodi res magna , aut audita ſit ſimilis huic . Num audiuit vnquam populus vocem Dei loquentis de medio ignis , ſicut tu audiſti , & viuus manſit? Aut tentauitne deus [ aliquis ] 50 vt ingrederetur & tolleret ſibi gentem è medio gentis , per tentationes , ſigna, prodigia , bella, manum validam , brachium exertum, perque terrores magnos, iuxta quæ omnia fecit vobis Dominus Deus veſter in AEgypto , ſpectantibus id oculis tuis? 51 Tu per apparitiones edoctus es Dominum ipſum eſſe Deum , nec eſſe alium præter eum . De cælis fecit te audire vocem ſuam , vt erudiret te , & in terra oſtendit tibi ignem ſuum magnum, & verba eius audiuiſti è medio ignis. Et quoniam dilexit patres tuos , elegit 52 ſemen eorum poſt eos , & eduxit te 53 in facie ſua virtute ſua magna ex AEgypto, Vt gentes magnas & te robuſtiores ante te eijceret , atque te introduceret , & daret tibi terram illarum in hæreditatem , 54 id quod hæc [ probat ] dies. Agnoſcas igitur hodie , & in cor tuum reuoca quòd Dominus ipſe eſt Deus in cælis ſuperne , & in terra inferne, 55 nec eſt alius. Et cuſtodi ſtatuta eius , & præcepta eius quæ ego mando tibi hodie , vt bene tibi ſit , & filijs tuis poſt te , vt proroges dies ſuper terram , quam Dominus Deus tuus dat tibi , 56 cunctis diebus . Tum ſegregauit Moſes tria oppida cis Iordanem ad ſolem Orientem , Vt illuc confugeret homicida , qui per imprudentiam proximum ſuum 57 occideret, neque 58 odio eum fuerit proſequutus 59 antea, 60 fugeritque ad vnum ex ijs oppidis, vt viuat , nempe Bezer in deſerto in terra plana 61 Rubenitis, & Ramoth in Gilead Gaditis , & Golan in Baſan Manaſſitis . 62 Hæc itaque lex eſt quam propoſuit Moſes in conſpectu Iſraelis , hæc ſunt teſtimonia , ſtatuta & iudicia quæ loquutus eſt Moſes ad filios Iſrael , quum exijſſent ex AEgypto , Cis Iordanem 63 in valle iuxta Beth-peor in terra Sihonis regis Amorrhæorũ, qui habitauerat in Heſbõ, quem percuſſerat Moſes & filij Iſrael , quum exijſſent ex AEgypto , Et occupauerant terram eius , & terram Og regis Baſan , duos reges Amorrhæorum , qui erant cis Iordanem ad exorientem ſolem , Ab Aroer quæ eſt ad ripam torrentis Arnon, vſque ad montem Sihon , qui & Hermon, Et omnem planitiem cis Iordanem ad Orientem vſque ad mare, quod eſt in planitie 64 ſub ſcatebris collis.*

Beneficia Dei erga populum Iſrael, vt cognoſceretur eſſe ſolus Deus.

Deus hominẽ ſuper terram, à ſummo cælo vſq; ad ſum-
mum eius, ſi facta eſt aliquando huiuſcemodi res, aut vn-
33 quã cognitũ eſt ⁋ Vt audiret populus vocẽ Domini Dei
34 loquẽtis de medio ignis, ſicut tu audiſti, & "vidiſti. ⁋ Si fe
cit Deus vt ingrederetur , & tolleret ſibi gentẽ de medio
nationum, per tẽtationes, ſigna atque portẽta, per pugnã
& robuſtam manũ, extentumque brachiũ , & horribiles
viſiones iuxta omnia quæ fecit pro "nobis Dominus De⁹
35 noſter in AEgypto, vidẽtibus oculis tuis? ⁋ Vt ſcires quo
niam Dominus ipſe eſt Deus , & non eſt alius præter
36 " vnum. ⁋ De cælo te fecit audire vocẽ ſuam , vt doceret
te:& in terra oſtendit tibi ignẽ ſuum maximũ , & audiſti
37 verba illius de medio ignis. ⁋ Quia dilexit patres tuos,
& elegit ſemen eorũ poſt eos : eduxitque te præcedens
38 in virtute ſua magna ex AEgypto, ⁋ Vt deleret nationes
maximas & fortiores te in introitu tuo : & introduceret
te , daretque tibi Terram earum in poſſeſsionem , ſicut
39 cernis in præſenti die. ⁋ Scito ergo hodie , & cogitato in
corde tuo quòd Dominus ipſe eſt Deus in cælo ſurſum, &
40 in terra deorſum , & non ſit alius. ⁋ Cuſtodi præcepta
eius atque mandata quæ ego præcipio tibi : vt bene ſit
tibi, & filijs tuis poſt te, & permaneas multo tempore ſu-
per Terram quam Dominus Deus tuus daturus eſt tibi.
41 ⁋ Tunc ſeparauit Moyſes tres ciuitates trans Iordanẽ
42 ad Orientalem plagam , ⁋ Vt confugiat ad eas qui occi-
derit nolens proximum ſuum , nec ſibi fuerit inimicus an
te vnum & alterum diem , & ad harum aliquam vrbium
43 poſsit euadere: ⁋ Boſor in ſolitudine quæ ſita eſt in ter-
ra campeſtri de tribu Ruben : & Ramoth in Galaad, quę
eſt in tribu Gad: & Golan in Baſan, quæ eſt in tribu Ma-
44 naſſe. ⁋ Iſta eſt lex quam propoſuit Moyſes coram fi-
45 lijs Iſrael, ⁋ & hæc teſtimonia & ceremoniæ atque iudi-
cia quæ locutus eſt ad filios Iſrael, quando egreſsi ſunt de
46 AEgypto , ⁋ Trans Iordanem in valle contra phanum
Phogor in terra Sehon regis Amorrhæi , qui habitauit in
Heſebon , quem percuſsit Moyſes . Filij quoque Iſrael
47 egreſsi ex AEgypto ⁋ poſſederũt terram eius, & terram
Og regis Baſan duorum regum Amorrhęorum, qui erant
48 trans Iordanem ad ſolis ortum : ⁋ ab Aroer quæ ſita eſt
ſuper ripam torrentis Arnon, vſque ad montem Sion, qui
49 eſt & Hermon, ⁋ Omnem planitiem trans Iordanem ad
Orientalem plagam, vſque ad mare ſolitudinis , & vſque
ad radices montis Phaſga.

"vixiſti.

F "vobis Dominus Deus veſter

"eum

Exod.13.d.

Deus Iſrael, ſolus Deus eſt.

G Tres ciuitates perfugij. num.35.a.

Ioſue.20.e.

Mons Sion, qui Hermon.

## SCHOLIA IN CAP. IIII.

1 Vel, docturus ſum 2 daturus eſt 3 præcepturus ſum mox 4 in hoc vt cuſtodiatis præcepta. ſub. purè & ſyncere. 5 propter idolum Phegor. Chaldæus paraphra . contra cultores Beel-phegor. Ammonirarum fuit idolum. 6 vel, non aliter quàm 7 vel, Cuſtodite itaque, & facite. ſub. ea. 8 vel, prudentia, ideſt, tum demum habebimini ab exteris pro ſapientibus & prudentibus. 9 vel, apud exteras gentes, quæ audituræ ſunt omnia ſtatuta iſta, & dicturæ, Tantummodo populus iſte (eſt populus) ſapiens, &c. q. d. Solus iſte populus eſt prudentiſsimus. 10 vel , alia natio ita eximia, 11 Heb. cui ſint dij propinqui, ideſt, fauentes. 12 vel , qualis eſt tota lex iſta quam ego daturus ſum, &c. 13 Veruntamen 14 Heb. Die quo, &c. Subaudiendum eſt aliquid, hoc modo, Quæ inquam viderunt oculi tui, die quo ſtetiſti, &c. 15 Heb . vt audire faciam eum verba, &c. i. vt illo audiente loquar. 16 vel, vt diſcant timere me 17 itaque 18 vel , ad radices montis, 19 expoſuit. indicauit 20 vel, conditiones pacti ſui vobiſcum initi 21 Græci decem verba , ſiue decem fœderis conditiones, appellant voce compoſita δεκάλογον 22 vel , tranſituri eſtis 23 Hebraiſmus, animabus veſtris, ideſt, vobis, quaſi dicat , Cauete ergo vobis diligenter. 25 vel, per cælum, ideſt, per aerem. 26 vel infra terram . Iuxta opinionem eorum qui dicunt aquam eſſe inferiorem terra. 27 Neve attollas. Mutatio numeri. 28 impellaris, ita vt corruas. Sub. à fide priſtina. 29 vel, impertiuit 30 .i. in gratiam omnium populorum. hoc eſt, vt ſeruiant omnibus populis. 31 ideſt, de ſeruitute duriſsima. 32 me non tranſiturum Iordanem, neque ingreſſurũ. 33 ideſt, quam traditurus eſt vobis poſſidendam iure hæreditario. 34 Heb. Ego enim moriturus ſum in hac terra, neque tranſiturus ſum 35 vel, quemadmodũ prohibuit 36 .i. perdet te, non aliter quàm magnus ignis , qui omnia vorat. 37 zelotes. i. qui nõ patit̃ riualẽ, ſed vult ſolus ſumme coli. 38 corrũpamini. ſub. animis. 39 .i. inſpectante Dño Deo tuo. 40 Cælũ & terram pro creaturis cæleſtib⁹ & terreſtribus accipit. 41 vel, trãſituri eſtis , 42 nã 43 quibus ſcilicet eſtis inuiſi. 44 vel, Quòd ſi illinc quæſieris 45 .i. aderit tibi, & fauebit. 46 Heb. in nouiſsimis diebus & reuertêris. i. ſi tandẽ conuertaris ad Dñm Deum tuũ , & parueris, &c. 47 non derelinquet te, 48 Interroga enim dies antiquos, qui, &c. Vox Hebræa I A M I M. pro qua (dies) vertimus, hîc accipitur pro diarijs & annalibus. q. d. Conſule annales ſeu diaria priſca quæ cõtinẽt res geſtas ante tua tẽpora, ex quo creauit De⁹ hominẽ, &c. 49 & ab extremo cæli vſq; ad extremũ eius. i. ab Oriẽte in Occidentẽ, in toto orbe terrarũ, hoc eſt oẽs homines. 50 vt veniret ereptũ ſibi gentẽ aliquã de medio gẽtis (alterius,) per tẽtationes, &c. 51 Tibi oſtẽſum eſt (ſub. à Deo varijs ſignis) vt cognoſceres Dñm, &c. Quaſi dicat, Multis ac varijs exẽplis cognoſcere potuiſti q Dñs, &c. Vel, Didiciſti multis exẽplis Dñm eſſe verũ Deũ. Hebraice ad verbũ legitur, Tu factus es videre ad cognoſcendum. 52 Heb. ſemẽ eius poſt eũ. i. delegit ſemẽ Iacob, ipſo Iacob mortuo. 53 .i. quũ ipſe adeſſet præſens. 54 vel, vt hodie res habet. 55 vel, & quod nullus ſit alius. 56 Hæc verba, (cunctis diebus) rectius referũtur ad verbũ præcedẽs (cuſtodi,) hoc modo , cuſtodi omnibus diebus ſtatuta eius. Alij referũt hæc verba (cũctis diebus) ad ea quæ paulo ante præcedũt, (vt bene ſit tibi,) hoc modo, vt bene ſit tibi, ſiue multa beneficia cõferat in te Dñs cũctis diebus. 57 occidiſſet, 58 odiſſet eũ 59 He. ab heri & nudiuſtertius, 60 fugiatq; 61 vel, de tribu Rubẽ, 62 Præfatio eſt in decalogũ. Primo anno ab exitu Dñs tulit decẽ leges filijs Iſrael per Moſen: quarũ memoriã , anno quadrageſimo poſt, idẽ refricuit, vt hîc docet. 63 in Gai 64 ſub effuſionibus aquarũ Phaſga. Vide ſup. cap. III. numero. 15.

CAP.



## CAP. V.

Refricat Moſes decalogum & leges Dei. Exo.d.19.b.c.

V Ocauitq; Moyſes omnẽ Iſraelẽ, & dixit ad eum, 1
Audi Iſrael ceremonias atque iudicia quæ ego
loquor in auribus veſtris hodie: diſcite ea, & ope
re cõplete. ⁋ Dominus Deus noſter pepigit nobiſcũ fœ- 2
dus in Horeb. ⁋ Non cũ patribus noſtris inijt pactũ : ſed 3
nobiſcũ qui impræſentiarũ ſumus & viuimus. ⁋ Facie ad 4
faciẽ locutus eſt nobis in mõte de medio ignis, ⁋ (Ego ſe- 5
queſter & medius fui inter Dominũ & vos in tẽpore illo,
vt annuntiarem vobis verba eius. timuiſtis enim ignẽ , &
nõ aſcẽdiſtis in montẽ) & ait, ⁋ Ego Dominus Deus tuus, 6
qui eduxi te de Terra AEgypti de domo ſeruitutis. ⁋ Nõ 7
habebis deos alienos in cõſpectu meo . ⁋ Non facies tibi 8
ſculptile, nec ſimilitudinẽ omniũ quæ in cælo ſunt deſu-
per, & quæ in terra deorſum, & quę verſantur in aquis ſub
terra. ⁋ Non adorabis ea, & nõ coles: Ego enim ſum Dñs 9
Deus tuus, Deus æmulator, reddens iniquitatẽ patrum ſu
per filios in tertiã & quartã generationem his qui oderũt
me, ⁋ & faciẽs miſericordiã in multa millia diligentibus 10
me, & cuſtodiẽtibus præcepta mea. ⁋ Nõ vſurpabis no- 11
mẽ Dni Dei tui fruſtra: quia nõ erit impunitus , qui ſuper
re vana nomẽ eius aſſumpſerit. ⁋ Obſerua diẽ Sabbathi, 12
vt ſanctifices eũ ſicut præcepit tibi Dñs Deus tuus. ⁋ Sex 13
diebus operaberis, & facies omnia opera tua . ⁋ Septimus 14
dies Sabbathi eſt, id eſt requies Domini Dei tui: no facies
in eo quicquam operis, tu & filius tuus & filia , ſeruus &
ancilla, * bos & aſinus, & omne iumentũ tuum, & peregri
nus qui eſt intra portas tuas: vt requieſcat ſeruus * & an-
cilla tua, ſicut & tu. ⁋ Memẽto quòd & ipſe ſeruieris in 15
AEgypto, & eduxerit te inde Dominus Deus tuus in ma-
nu forti, & brachio extento: idcirco præcepit tibi vt obſer
uares diẽ Sabbathi. ⁋ Honora patrem tuũ & matrẽ, ſicut 16
pręcepit tibi Dominus Deus tuus, vt longo viuas tẽpore,
& bene ſit tibi in Terra quã Dominus Deus tuus datu-
rus eſt tibi. ⁋ ⁑ Nõ occides. ⁋ Neq; mœchaberis. ⁋ Fur- 17
tùmque non facies. ⁋ Nec loquêris cõtra proximum tuũ 18
falſum teſtimoniũ. ⁋ ∷ Nõ concupiſces vxorẽ proximi 19
tui: nõ domum , non agrũ, nõ ſeruũ, non ancilla, non bo- 20
uẽ, non aſinũ , & vniuerſa quæ illius ſunt. ⁋ Hæc verba lo 21
cutus eſt Dominus ad omnem multitudinem veſtram in 22
monte de medio ignis & nubis, & caliginis, voce magna,
nihil addens amplius: & ſcripſit ea in duabus tabulis la-
pideis quas tradidit mihi. ⁋ Vos autẽ poſtquam audiſtis 23
vocem de medio tenebrarũ, & montẽ ardere vidiſtis, ac-
ceſsiſtis ad me omnes principes tribuũ & maiores natu,
atq; dixiſtis, ⁋ Ecce oſtẽdit nobis Dominus Deus noſter 24
maieſtatẽ & magnitudinẽ ſuam. vocem enim eius audiui
mus de medio ignis, & probauimus hodie quod loquen-
te Deo cũ homine, vixerit homo. ⁋ Cur ergo moriemur, 25
& deuorabit nos ignis hic maximus ? ſi enim audierimus
D vltrà vocem Domini Dei noſtri, moriemur. ⁋ Quid eſt 26
omnis caro, vt audiat vocẽ Dei viuẽtis, qui de medio ig-
nis loquitur ſicut nos audiuimus , & poſsit viuere? ⁋ Tu 27
magis accede : & audi cũcta quę dixerit Dominus Deus
noſter tibi: loquerisq; ad nos , & nos audientes faciemus
ea. ⁋ Quod cũ audiſſet Dominus, ait ad me, Audiui vocẽ 28
verborũ populi hui⁹ quę locuti ſunt tibi: bene omnia ſunt
locuti. ⁋ Quis det talẽ eos habere mẽtẽ vt timeãt me, & cu 29
ſtodiãt vniuerſa mãdata mea in omni tẽpore , vt bene ſit
eis & filijs eorũ in ſempiternũ? ⁋ Vade ergo , & dic eis, 30
Reuertimini in tẽtoria veſtra. ⁋ Tu verò hîc ſta mecũ, & 31
loquar tibi omnia mãdata mea, & ceremonias atq; iudicia:
quæ docebis eos vt faciãt ea in Terra quã dabo illis in
poſſeſsionẽ . ⁋ Cuſtodite igitur & facite quæ præcepit 32
Dñs Deus vobis: nõ declinabitis neq; ad dexterã, neque
ad ſiniſtrã. ⁋ Sed per viã quam pręcepit Dominus Deus 33
veſter ambulabitis, vt viuatis, & bene ſit vobis, & protelẽ
tur dies veſtri in Terra poſſeſsionis veſtræ.

Mediator Moyſes. Deus.

Exod.20. a. Leui. 26. a. Pſal. 96.b. Sculptile.

Exod.34.2.

Miſericordia. B

Iuramentum. Exo.20. b. leu. 19.c. mat.5. e. Ezech.20. b. Sabbathum. Exod.20.b. Gen.2.a. Heb. 4.b. *& *tuus

Honorandi parentes. Exod. 20.c. Eccl. 3. b. Matth.15.a. Marc.7.b. C Ephe.6.a. ⁑ Mat.5.c.d. ∷ Rom.7.b.

Ingenium legis eſt vt mentem terreat.

Optat Deus vt timeat ipſum populus, & præcepta impleat.

Verbo Dei adhærendum.

*V 1 Ocauitque Moſes vniuerſum Iſraelẽ, & dixit ad eos, Audi Iſrael 2 ritus & iudicia quæ ego 3 hodie loquor 4 in auribus veſtris, vt diſcatis ea, 5 & in hoc ſeruetis vt faciatis. 6 Dominus Deus noſter pepigit nobiſcũ fœdus in Horeb: 7 Non cũ patribus noſtris 8 excidit Dominus fœdus hoc, ſed nobiſcũ, qui omnes etiamnũ hodie hic viuimus. 9 Facie ad faciẽ loquutus eſt Dominus nobiſcũ in monte de medio ignis. ( 10 Et ego ſtans inter Dominum & inter vos eodẽ tempore, annũtiaui vobis verbum Domini: vos enim 11 timuiſtis ab igne, nec montẽ aſcendiſtis) 12 ſic autẽ dixit, Ego Dominus 13 Deus tuus, qui eduxi te de terra AEgypti, de domo 14 ſeruitutis. 15 Ne ſint tibi dij alij coram me. Ne feceris tibi 16 ſtatuã cuiuſcũque effigiei [ eius ] quod eſt in 17 cælo deſuper, & quod eſt in terra ſubtus, & quod in aquis eſt ſub terra. Nõ adorabis ea, neq; coles ea : quia ego ſum Dominus Deus tuus 18 fortis indignabundus, 19 perſequens iniquitatem patrũ in filijs, in tertijs & quartis, 20 odiẽtibus [ ſcilicet ] me, & 21 proſequẽs bonitate in mille, his qui me diligũt , & præcepta mea obſeruant. 22 Non ſumes nomẽ Domini Dei tui 23 vane: quia 24 neutiquã impunitum dimittet Dominus eũ qui nomẽ eius vane ſumpſerit . 25 obſeruare diem ſabbati [ oportet ] vt eũ ſanctifices, quemadmodum præcepit tibi Dominus Deus tuus. Sex diebus 26 operaberis, & cõficies omnia negotia tua: 27 Septimo autem die ſabbatũ eſt Domini Dei tui: non facies vllum opus, neq; tu neque filius tuus, filia tua, famulus tuus atq; ancilla tua, bos tuus, aſinus tuus, atque omnia iumenta tua, ſed & peregrinus tuus qui eſt 28 intra portas tuas, vt quieſcat ſeruus tuus, & ancilla tua ſicut & tu. Et memineris quòd & tu ſeruus fueris in terra AEgypti , & eduxerit te Dominus Deus tuus illinc per manum validam, & brachium exertũ: idcirco præcepit tibi Dominus Deus tuus vt obſerues diem ſabbati. Honora patrem tuum & matrem tuam , ſicut præcepit tibi Dominus Deus tuus, 29 vt prorogentur dies tui, vtque bene tibi ſit in terra quam Dominus Deus tuus dat tibi. Ne occidas. Ne ſis mœchus. Ne fureris. 30 Ne reſpõdeas cõtra proximũ tuũ falſo teſtimonio. 31 Ne cõcupiſcas vxorẽ proximi tui, neve domũ proximi tui deſyderes, nec agrũ eius, nec ſeruũ eius, nec ancillã eius, nec bouẽ eius , nec aſinũ eius , nec quidquã quod eſt proximi tui. Verba hæc loquutus eſt Dominus ad cunctã congregationẽ veſtrã in mõte, de medio ignis, nubis ac caliginis, voce 32 magna, 33 nec quidquã adiecit, ſcribẽs ea in duas tabulas lapideas, tradenſq; eas mihi. Quũque audiſſetis vocẽ de medio tenebrarũ, (monte ipſo igne ardente,) acceſsiſtis ad me, vnà cũ omnibus principibus tribuũ veſtrarũ, & ſeniorũ veſtrorũ, & dixiſtis , Ecce oſtẽdit nobis Dominus gloriã ſuã & 34 magnificentiã ſuam, & vocẽ eius audiuimus de medio ignis: 35 hoc ipſo die vidimus quòd De⁹ cũ homine loquitur, illo viuo manente. 36 Cur igitur moriemur, vt deuoret nos ignis ille magnus? ſi iterũ audierimus vocẽ Dñi Dei noſtri, moriemur. 37 Quæ enim vnquã caro fuit, quæ 38 audierit vocẽ Dei viuẽtis, loquẽtis de medio ignis vt nos, 39 & viua mãſerit? Accede tu, & audi omnia quæ dicturus eſt Dñs Deus noſter, & tu 40 loquêris ad nos omnia quæ loquutur⁹ eſt Dñs Deus noſter ad te, 41 & nos audiem⁹ & faciem⁹. Audiuit autẽ Dñs vocẽ verborũ veſtrorũ quũ loqueremini ad me. Et dixit Dominus ad me , Audiui vocẽ verborũ populi huius quæ ſunt ad te loquuti, 42 rectè ſenſerũt in omnib⁹ quæ ſunt loquuti. 43 Vtinã ſit tale cor in eis, vt timeãt me , & vt ſeruẽt omnia præcepta mea cũctis diebus, vt bene ſit illis & filijs eorũ perpetuò. Vade, dic eis, Reuertimini in tẽtoria veſtra, Tu vero aſta hic iuxta me, & loquar ad te omnia præcepta, ritus, iudicia quæ doceas illos, vt faciant [ ea ] in terra quã ego do eis poſsidẽdam. Obſeruabitis igitur vt opere exequamini ſicut præcepit vobis Dominus Deus veſter , ne recedatis neque ad dexterã, neq; ad ſiniſtrã. Per vniuerſum iter quod præcepit Dominus Deus veſter incedetis, vt viuatis, & bene ſit vobis, prorogetiſque dies in terra quam poſsidebitis.*

SCHO-

## SCHOLIA IN CAP. V.

1 Vel,Itaque accerſiuit Moſes,&c. 2 vel,ſtatuta, ideſt,leges quæ continēt ceremoniam & ritū quo vult coli Deus.Id ſignificat vox Hebræa H V k I M. 3 Hoc erat anno X L ab exitu AEgypti. 4 ideſt,vobis audientibus. 5 & cuſtodiatis (eā) faciendo ea.vel,opere complendo(ea.) 6 q.d.Hæc præcepta non ſunt ab hominibus inuenta,ſed à Deo quem colimus,qui tandem iudicaturus eſt nos. 7 Subaudiendum eſt aduerbium T A N T V M vel S O L V M, Non tantum cum patribus noſtris inijt pactum , ſed etiam nobiſcum,&c.Similis loquendi modus eſt Gen . 32. f, Non vocabitur nomē tuum Iacob,ſed Iſrael.Pro,Non tantum vocabitur,&c. ſed etiam , &c. Intelligi etiam poteſt vt Auen Ezra docet,Non cum maioribus noſtris qui mortui ſunt in AEgypto,ſed cum nobis ipſis qui viuimus.Pactum,ſiue fœdus vocat conditiones fœderis,quæ hic deſcribuntur.q.d.Propoſuit nobis in decalogo cōditiones quibus inter ipſum & nos fœdus firmū erit , & permanebit,non aliter. 8 pepigit, 9 ideſt,Coram. 10 Ego vero ſtabā inter Deum & vos eo tempore , vt renuntiarem vobis, &c. Hæc per parentheſin legenda,vſque ad verbum ( aſcendiſtis.) 11 timebatis 12 dicendo.referendum iſtud ad verbū(loquutus eſt) quod præcedit. 13 ideſt,quem dixiſti te ſemper habiturum pro Deo. 14 ſeruorū.i.de loco vbi ſeruiebas ſeruitutem duriſsimā. 15 Hoc eſt,Nullum Deum præter me adoraueris,me ſpectante, quem nihil latet.Futura apud Hebręos quæ verti debent per imperatiuum, Ne ſint,Ne fac,vel feceris.Ecce primum præceptum. 16 vllum ſculptile aut vllam effigiem. 17 ideſt,aere. 18 Deus zelotes .i. qui in amore ſocium non fero,nec patior conſortem amoris : ſed ſolus volo amari & coli. 19 Heb.viſitans iniquitatem patrum ſuper filios,& ſuper tertios,& ſuper quartos,eos ſcilicet qui me oderunt.Viſitare,pro in memoriam reuocare,& etiam punire. Filij, ſecundi ſunt à patre:nepotes,tertij: abnepotes,quarti. Dicit igitur ſe puniturum filios,nepotes & pronepotes qui patrum idololatriam ſecuti fuerint.Alij,filios pro nepotibus accipiūt , ( nam vtrumque vox Hebræa ſignificat) & tertios pro pronepotibus, quartos verò pro abnepotibus.q.d.in mille generationes punio idololatras , vt & mille generationibus miſericors ſum , ſi coluerint me ſolum, & dilexerint . 20 ideſt, in filijs, nepotibus , & pronepotibus qui me odio proſequuti fuerint vt patres. 21 vel,faciens miſericordiam 22 vel,Ne vſurpes,&c.Periphraſis eſſe videtur horū verborum,Ne peieres.ita hunc locū Dominus Ieſus reddidit apud Matthæum capite quinto , Non periurabis. 23 ideſt , mentiens. 24 Heb.non inſontem faciet Dominus eum qui vſurpauerit nomen eius in vanum,ideſt,pro innocente non habebit eum qui peierauerit,nec vt innocentem abſoluet. 25 Obſerua diem ſabbathi,ſanctificando eum, 26 vel, curabis negotia tua , 27 ideſt, Die ſeptimo requieſces in honorem Domini Dei tui. 28 ideſt,in vrbe tua. 29 ideſt,vt protrahatur tempus vitæ tuæ,& diutiſsime viuas. Vel, vt diu te incolumē teneant dies tui,longoque tempore viuas incolumis. 30 Ne dixeris in proximum tuum falſum teſtimonium,ideſt,Non peccabis in famam proximi tui. 31 Non ſolum actionem ipſam,ſed etiam concupiſcentiam vetat. 32 vel, clara &exaudibili, 33 Heb.& non addidit.ſub.dicere.q. d. idq; ſemel duntaxat. 34 magnitudinem,&c.ideſt,nubem illam quę occupabat montem ipſum,& fulgura. 35 ideſt,deprehendimus hodie quod Dominus loqui poſsit cum homine , nec tamen ſtatim moriatur homo. 36 Nunc ergo quare moriemur? deuorabit enim nos magnus iſte ignis,ſi,&c.i.Cur exponemus nos morti , cur ſubibimus diſcrimen vitæ noſtræ, iterum adeundo eum? nam ſi iterum,&c. 37 vel, Quid enim eſt omnis caro , &c. 38 vel, audire poſsit 39 ideſt, & non ſtatim moriatur? 40 vel, referes 41 vel, vt audita opere compleamus . 42 vel, recte & probe locuti ſunt quæcunque dixerunt . 43 Heb.Quis det vt ſit cor eorum hoc eis , vt, &c. ideſt, Vtinam eſſet cor tale in eis:hoc eſt,Vtinam ſemper habeant talē mentem.Hebraiſmus.Laudat hic propoſitum eorum.

## CAP. VI.

*HAEc autem ſunt præcepta ,ritus , iudicia , quæ præcepit Dominus Deus veſter,vt [ ea ] vos docerem, vt faciatis ea in terra ad quam vos 1 tranſitis vt poßideatis. Vt [ſcilicet] timeas Dominum Deum tuum, & cuſtodias omnes ritus eius atque præcepta eius quæ ego tibi præcipio, tu & filius tuus,atque nepos tuus cūctis diebus vitæ tuæ, vt prorogentur dies tui. Audies igitur Iſrael, & ſeruabis 2 vt facias,vt bene tibi ſit,& vt 3 augeſcatis valde,ſicut pollicitus eſt Dominus Deus patrum tuorum tibi terram fluentem lacte & melle. 4 Audi Iſrael , Dominus Deus noſter Dominus vnus eſt:diliges itaque Dominum Deum tuum 5 ex toto corde tuo,& tota anima tua,& pro omni 6 virili tua. Sintque verba iſta quæ ego tibi hodie præcipio 7 in corde tuo , Et 8 inculces ea filijs tuis, & 9 loquêris de eis quum domi tuæ 10 reſides,& quum in via 11 incedis , 12 quum cubitum vadis, & quum ſurgis. Ligabis denique ea 13 in ſignum ad manum tuam : eruntque 14 monimenta inter oculos tuos. Scribes quoque ea 15 ſuper poſtes domus tuæ , & in portis tuis. Quum autem introduxerit te Dominus Deus tuus in terram quam iurauit patribus tuis Abraham,Iſaac & Iacob, 16 & dederit tibi ciuitates magnas & bonas quas tu non ædificaſti, Domos quoque plenas omnibus bonis quas tu non impleuiſti, & 17 puteos exciſos quos tu non effodiſti,vineas & 18 oleas quas tu non plantaſti, comederiſque & ſatiatus fueris, Caue ne obliuiſcaris Domini,qui te eduxit de terra AEgypti, 19 de domo ſeruorum. Dominum Deum tuum timebis,& illum coles, 20 iurabiſq; per nomēeius. 21 Ne ſequamini deos alienos, deos videlicet populorū qui circū vos habitāt, Quoniam Dn̄s Deus tuus , qui in medio tui eſt, Deus eſt 22 indigne ferēs:ne fortè indignetur vultus Domini Dei tui contra te , & exterminet te de terra. 23 Ne tentetis Dominum Deum veſtrum, ſicut tentaſtis 24 in Maſſa. Diligentiſsime cuſtodietis præcepta Domini Dei veſtri,atque teſtimonia eius , & ritus eius quæ præcepit tibi. Facieſque quod rectum & bonum eſt ante oculos Domini, vt bene tibi ſit, vt introeas & poßideas terram illam bonam , quam iurauit Dominus patribus tuis, 25 vt pellere poßis 26 ante te omnes hoſtes tuos,quē-*

1 HAEc ſunt præcepta & ceremoniæ atque iudicia
quæ mandauit Dominus Deus veſter vt docerē
vos,"vt faciatis ea in Terra ad quam tranſgredi
2 mini poſsidendam, ¶ Vt timeas Dominum Deum tuum,
& cuſtodias omnia mandata & præcepta eius, quæ ego
præcipio tibi & filijs ac nepotibus tuis cunctis diebus vi
3 tæ tuæ , vt prolongentur dies tui. ¶ Audi Iſrael & obſer-
ua vt facias ` quæ præcepit tibi Dominus: &bene ſit tibi,
&multipliceris amplius,ſicut pollicitus eſt Dominus Deꝰ
4 patrum tuorum tibi terrā lacte & melle manantem. ¶ Au
5 di Iſrael,Dominus Deus noſter, *Deus vnus eſt. ¶ Et di
liges Dominū Deum tuū ex toto corde tuo , & ex tota
6 anima tua,& ex tota fortitudine tua. ¶ Eruntq; verba hęc
7 quæ ego præcipio tibi hodie,in corde tuo: ¶ & narrabis
ea filijs tuis,& meditaberis ſedens in domo tua, & ambu-
8 lans in itinere, dormiens,atque conſurgens. ¶ Et ligabis
ea quaſi ſignū in manu tua,eruntque & mouebūtur inter
9 oculos tuos, ¶ ſcribeſque ea in limine & oſtijs domus tuę.
10 ¶ Cūq; introduxerit te Dominus Deus tuus in Terram
pro qua iurauit patribus tuis Abraham,Iſaac & Iacob: &
dederit tibi ciuitates magnas & optimas quas non ædifi-
11 caſti, ¶ domos plenas "multarum opum quas non extru
xiſti, ciſternas quas non fodiſti,vineta & olīueta quæ nō
12 plantaſti, & comederis , & ſaturatus fueris: ¶ Caue dili-
gēter ne obliuiſcaris Domini qui eduxit te de Terra AE-
13 gypti,de domo ſeruitutis. ¶ Dominum Deum tuū time-
14 bis,& illi `ſoli ſeruies , ac per nomen illius iurabis. ¶ Nō
ibitis poſt deos alienos cunctarum gentium , quæ in cir-
15 cuitu veſtro ſunt. ¶ Quoniam Deus æmulator Dominus
Deus tuus in medio tui,nequando iraſcatur furor Domi-
16 ni Dei tui cōtra te,& auferat te de ſuperficie terræ. ¶ Nō
tentabis Dominum Deum tuum, ⁖ ſicut tentaſti in loco
17 tentationis. ¶ Cuſtodi præcepta Domini Dei tui,ac teſti
18 monia & ceremonias,quas præcepit tibi : ¶ Et fac quod
placitū eſt, & bonū in cōſpectu Dn̄i,vt bene ſit tibi: & in
greſſus poſsideas Terrā optimam, de qua iurauit Domi-
19 nus patribus tuis, ¶ vt deleret omnes inimicos ſuos co-
ram

Expoſitio primi præcepti.
" &
*Dominus Deus diligendus. matthæi. 22.d.mar.12.c. B Luc.10.c.
Leges Domini & docendæ, & perpetuo memoria repetendæ.infra.11.c.
" cunctarum
Deus timēdus, & illi ſeruiendū. C mat.4.b.luc. 4.b.
Per eum iurād. Dij alieni.
Non tentandus. mat.4.b.luc.4. b.num. 21 .b.
⁖ Exod. 17.b.



ram te,ſicut locutus eſt. ¶ Cum interrogauerit te filius 20
tuus cras,dicens, Quid ſibi volunt teſtimonia hæc,& ce-
remoniæ,atque iudicia,quæ præcepit Dominus Deus no
ſter" nobis? ¶ Dices ei,Serui eramus Pharaonis in AEgy- 21
pto,& eduxit nos Dominus de AEgypto in manu forti:
¶ Fecitque ſigna atq; prodigia magna & peſsima in AE- 22
gypto,contra Pharaonem,& omnem domum illius in cō
ſpectu noſtro, ¶ Et eduxit nos inde , vt introductis daret 23
Terram ſuper qua iurauit patribus noſtris. ¶ Præcepit- 24
que nobis Dominus vt faciamus omnia legitima hæc,&
timeamus Dominum Deum noſtrum , vt bene ſit nobis,
cunctis diebus vitæ noſtræ,ſicut eſt hodie. ¶ Eritque no 25
ſtri miſericors,ſi cuſtodierimus & fecerimus omnia præ-
cepta eius, coram Domino Deo noſtro , ſicut mandauit
nobis.

Præcepta Dei filijs inculcanda. D
"vobis?

*admodum loquutus eſt Dominus. Quūq; interrogauerit te poſteris temporibus filius tuus,dicens,Quid ſibi volunt hæc teſtimonia,ritus & iudicia quæ præcepit Dominus Deus noſter vobis? Reſpōdebis filio tuo,Serui fuimus Pharaonis in AEgypto,& eduxit nos Dominus ex AEgypto,manu valida , Editque Dominus ſigna & portenta magna & noxia in AEgypto,in Pharaone & in cuncta familia eius , idque nobis ſpectantibus. Nos verò eduxit illinc, vt introduceret nos,& daret nobis terram quam iurauit patribus noſtris . Præcepitque nobis Dominus vt faceremus omnia ſtatuta iſta, 27 & timeremus Dominum Deum noſtrum,idque 28 bono noſtro, cunctis diebus, 29 vt viuamus , quemadmodum eſt hodie. 30 Eritque iuſtitia nobis , ſi cuſtodierimus & fecerimus omnia præcepta iſta in conſpectu Domini Dei noſtri,ſicut præcepit nobis.*

## SCHOLIA IN CAP. VI.

1 Vel,tranſituri eſtis 2 vel,faciendo(illa), 3 vel,multiplicemini valde ( quemadmodum locutus eſt Dominus Deus patrū tuorum tibi) (in) terra fluente, &c. i. abundante omnibus rebus ad victum pertinentibus. 4 Hic verſus eſt appendix ad primum præceptum. 5 vel,ex toto animo tuo,& ex toto affectu tuo, 6 Quidam referunt ad bona externa.i.ex omnibus tuis facultatibus.Alij referunt ad vires animi.i.quantum à te diligi poteſt. 7 ideſt , in mente tua,in memoria tua,nunquam excidant mente tua. 8 vel, identidem repetas. Chaldæus paraphraſtes,repetes ea.Vox Hebræa S A N A N, acuere ſignificat:qua hic vtitur Moſes per tranſlationem. Metaphora ducta à gladio,qui dum acuitur,ſæpius impellitur ad cotem. Significat igitur perpetuum ſermonem de ea re habendum eſſe. 9 vel,commentaberis.aut,verba facies de eis 10 manſeris,ideſt,quando domi manebis,vel continebis te domi. Cui contrarium eſt , ambulare in itinere , ſiue iter facere. 11 ambulabis, 12 iacens in lecto tuo,ideſt, veſperi & mane indeſinenter de illis verba facies.q.d.domi & foris,mane & veſperi, noctu & interdiu. 13 ideſt,vt ſint tibi vice ſigni & brachialis. Vt in ea , tanquam in ſcopum perpetuo conijcias oculos. Metaphora à ſagittarijs . lege Eſa.49.verſu.15. 14 vt frontalia. Hoc eſt,facies tibi ex illis frontalia & brachialia,vt redeant tibi in memoriam. Aut verſabuntur inter oculos tuos veluti frontalia quædam in interſtitio quod eſt inter oculos. 15 in poſtibus. Vox Hebræa M E Z V Z O T H,ſignificat latera oſtij & ingreſſus domus. Hoc præcipiebat Dominus, vt quotieſcunque quis ingrederetur domum,videret illa,& reminiſceretur. 16 ſe daturū eā tibi,& ciuitates,&c. 17 vel, foſſas effoſſas quas 18 vel,olīueta quæ,&c. 19 ideſt,vbi ſeruiebas. 20 q.d. quando voles aliquid affirmare,aut inire fœdus cum aliquo, quando cogêris iurare à magiſtratu,vel in vſum proximi, non dabis honorem alij quàm Deo : memoriam Dei facies , non idolorum. 21 ideſt , Ne ſectemini cultum deorum quos colunt Gentes. 22 zelotes,ideſt,qui non patitur conſortem amoris. 23 q.d.Credetis Deum eſſe omnipotentem. 24 Nomen loci, ideſt , in loco qui poſtea dictus eſt Maſſa,à tentatione. Exod. 17.b. 25 vt propulſet.expellat 26 à facie tua,ideſt,in aduentu tuo. vel,ſub aduentū tuū. 27 Antecedēs pro relatiuo,more Hebraico:Latini ſic verterēt,& timeamꝰ ipſum. 28 in bonū noſtrū.i.vtilitatis noſtræ gratia : vt bene eſſet nobis. 29 vt viuificaret nos ſecūdū diē hāc.i.vt ſeruaret nos incolumes,vt i hac die ſumꝰ. 30 Verbis iſtis iūgēda ſunt quę ſequūtur, Corā Dn̄o Deo noſtro:vt ſic legas, Eritq; nobis iuſtitia corā Dn̄o Deo noſtro,ſi cuſtodierimꝰ & fecerimꝰ oīa præcepta iſta ſicut pręcepit nobis.i.iuſti apparebimꝰ corā deo,& ꝓ iuſtis habebit.

## CAP. VII.

CVm ` vero introduxerit te Dominus Deus tuus 1
in Terram quam poſſeſſurus" ingredieris,& de-
leuerit Gentes multas coram te , Hethæum &
Gergezæum & Amorrhæū,Chananæum & Pherezæum
& Heuæum & Iebuſæum,ſeptem Gentes multo maioris
numeri quàm tu es,& robuſtiores te: ¶ Tradideritque eas 2
Dominus Deus tuus tibi,percuties eas vſque ad interne-
cionem.nō inibis cum eis fœdus,nec miſereberis earum.
¶ Neque ſociabis cum eis coniugia: filiā tuam non dabis 3
filio eius,nec filiā illius accipies filio tuo: ¶ quia ſeducet 4
filium tuum ne ſequatur me, & vt magis ſeruiat dijs alie-
nis.iraſceturq; furor Domini,& delebit te cito. ¶ Quin po 5
tius hæc facietis eis, Aras eorū ſubuertite,& cōfringite ſta
tuas,lucoſq; ſuccidite,& ſculptilia comburite. ¶ Quia po 6
pulus ſanctus es Domino Deo tuo : te elegit Dominus
Deus tuus,vt ſis ei populus peculiaris de cunctis populis
qui ſunt ſuper terram. ¶ Nō quia cunctas Gentes nume- 7
ro vincebatis , vobis iunctus eſt Dominus, & elegit vos,
cū omnibus ſitis populis pauciores. ¶ Sed quia dilexit vos 8
Dominus,& cuſtodiuit iuramentum quod iurauit patri-
bus veſtris,eduxitq; vos in manu forti,& redemit de do-
mo ſeruitutis,de manu Pharaonis regis AEgypti . ¶ Et 9
ſcies quia Dominus Deus tuus,ipſe eſt Deus fortis & fide
lis,cuſtodiens pactū & miſericordiā diligentibus ſe,& his
qui cuſtodiūt præcepta eius,in mille generationes : ¶ Et 10
reddens odiētibus ſe ſtatim,ita vt diſperdat eos , & vltra
nō differat,protinus eis reſtituens quod merentur. ¶ Cu- 11
ſtodi ergo præcepta & ceremonias atq; iudicia quæ ego
"mandabo tibi hodie,vt facias. ¶ Si poſtquā audieris hęc 12
iudicia,cuſtodieris ea & feceris , cuſtodiet & Dominus
Deus tuus pactū tibi & miſericordiā quā iurauit patribus

Cum Gentibus fœdus non ineūdum,infra.31.a.
"ingrederis,
Exo.22.d.34.b.
Sanctus, infra. 14.a.&.26.d.
Electio à dilectione Dei.
Iudæi , populus Dei. B
Iuramentum Dei.
Miſericordia.
Benedictio ſeruantibus præcepta.
" mando

*QVum introduxerit te Dominus Deus tuus in terrā ad quā tu proficiſceris vt eam poßideas, & eiecerit Gentes 1 multas 2 ante te,nempe Hithæum, Gergeſæū, Amorrhæū, Chananæum, Pherizæum, Hiuæum,& Iebuſæum,ſeptē Gentes 3 maiores & robuſtiores te: Tradideritque eas Dominus Deus tuus 4 ante te,feries eas,& omnino exterminabis,nec feries cum eis pactū,neque miſereris earū. Ne iūgas cū eis affinitatem , filiam tuam ne des filio earū,neque filiam earū deſpōdeas filio tuo, Quoniam 5 auocabit filiū tuū à me,ſeruientque dijs alijs,& cōmouebitur furor Domini contra vos, 6 vt citò te deleat. 7 Sic autem facies eis, Aras eorum diruetis, ſtatuas eorum confringetis , lucos eorū ſuccidetis,& ſculpta eorum ſimulachra igne comburetis . Nā populus ſanctus es tu Domino Deo tuo,te elegit Dominꝰ Deus tuus,vt ſis ei populus 8 peculiaris prā omnibus populis qui ſunt ſuper faciem terræ. Neque ob id vos tam ardenter dilexit ac elegit Dominus, quòd plures eſſetis alijs populis,( quum eſſetis pauciores omnibus populis ) Sed quia dilexit vos & ſeruare voluit iuramentum,quod iurauit patribus veſtris , eduxit vos Dominus 9 valida manu, & redemit te de domo ſeruitutis [ nempe] de manu Pharaonis regis AEgypti. 10 Scias itaque , quod Dominus Deus tuus ipſe eſt Deus, Deus 11 fidelis , ſeruans fœdus illud , & miſericordiam diligentibus ſe , & ſeruantibus præcepta eius 12 in mille ſecula. Rependit denique ijs qui odiunt eum 13 in facies ſuas ita vt perdat eos , nec tardat quin ijs qui eum odiunt 13 in facies ſuas rependat . Cuſtodies itaque præcepta , ritus & iudicia , quæ ego præcipio tibi hodie , vt facias ea. 14 Quod ſi audieritis iudicia iſta , & cuſtodieritis atque feceritis ea , 15 ſeruabit & tibi Dominus Deus tuus fœdus & 16 beneficentiam , ſicut iurauit patribus tuis.*

*tuis. Diliget te, 17 fortunabit te, atque multiplicabit te, fortunabit quoque fructum ventris tui, & fructum terræ tuæ, frumentum tuum, vinum tuum & oleum tuum, fœtum boum tuorum, & greges pecorum tuorum, in terra quam iurauit patribus tuis 18 vt daret tibi. Fortunatus eris præ omnibus populis, non erit 19 in te 20 ſterilis, neque in iumentis tuis. Auferet quoque Dominus à te omnè languorem, & cunctas ægritudines AEgypti malas (21 de quibus tu ſcis,) non inferet tibi, ſed ponet eas ſuper vniuerſos hoſtes tuos. Tu deuorabis omnes populos, quos Dominus Deus tradet tibi: oculus tuus non parcat eis, neque colas deos eorum: nam id tibi 22 in laqueum foret. Si dixeris in corde tuo, Plures ſunt gentes iſtæ quàm ego, quomodo poſſem eijcere eas? Ne timueris eas, ſed diligenter recole quæ fecerit Dominus Deus tuus Pharaoni, & toti AEgypto. 23 Tentationes magnas quas viderunt oculi tui, & ſigna atque prodigia, & manum validam, atque 24 brachium extentum, per quæ eduxit te Dominus Deus tuus: ſic faciet Dominus Deus tuus cunctis populis, à quibus tu metuis. Sed & 25 crabrones mittet Dominus Deus tuus in eos, donec pereant hi qui reliqui ſunt, quique abſconditi fuerunt metu tui. Ne conſternaris metu illorum, quoniam Dominus Deus tuus 26 eſt in medio tui, Deus 27 fortis & terribilis. Eijciet autem Dominus Deus tuus gentes iſtas paulatim ante te, nec poteris eas ſubito excindere, ne fortè multiplicentur contra te beſtiæ agreſtes. Sed Dominus Deus tuus 28 tradet eas coram te, 29 & tumultu magno perdet eas, donec deleuerit eas. Sed & reges earum tradet in manum tuam, & abolebis nomen earum ſub cælo, 30 nec quiſquam conſiſtere poterit coram conſpectu tuo, donec vaſtaueris eas. Sculptilia deorum ipſarum igne combures, argentum & aurum 31 quod in illis eſt ne concupiſcas, vt tibi tollas: ne fortè impingas 32 in eo: quoniam 33 abominanda res eſt Domino Deo tuo. Ne ergo inferas 34 abominationem in domum tuam, ne fias 35 hærem quemadmodum illud eſt: omnino execreris illud, planeque ab eo horreas: 36 hærem enim eſt.*

13 tuis: ♀ Et diliget te ac multiplicabit, benedicetq; fructui
ventris tui, & fructui terræ tuæ, frumento tuo atque vin-
demiæ, oleo, & armentis, gregibus ouium tuarum ſuper
Terrã, pro qua iurauit patribus tuis vt daret eam tibi.
14 ♀ Benedictus eris inter omnes populos: nõ erit apud te
ſterilis vtriuſque ſexus, tam in hominibus quàm in gregi
15 bus tuis. ♀ Auferet Dominus à te omnẽ lãguorem: & in-
firmitates AEgypti peſsimas quas nouiſti, non inferet ti-
16 bi, ſed cunctis hoſtibus tuis. ♀ Deuorabis omnes populos
quos Dominus Deus tuus daturus eſt tibi: non parcet eis
17 oculus tuus, nec ſeruies dijs eorũ, ne ſint in ruinã tui. ♀ Si
dixeris in corde tuo, Plures ſunt gẽtes iſtæ quàm ego, quo
18 modo potero delere eas? ♀ Noli metuere, ſed recordare
quæ fecerit Dominus Deus tuus Pharaoni & cũctis AE-
19 gyptijs, ♀ plagas maximas quas viderũt oculi tui, & ſig-
na atque portenta, manumque robuſtam, & extẽtum bra-
chium vt educeret te Dominus Deus tuus. ſic faciet cun-
20 ctis populis quos metuis. ♀ Inſuper & crabrones mittet
Dominus Deus tuus in eos, donec deleat omnes atque di
21 ſperdat, qui te fugerint, & latêre potuerint. ♀ Non time-
bis eos, quia Dominus Deus tuus in medio tui eſt, Deus
22 magnus & terribilis. ♀ Ipſe conſumet nationes has in con
ſpectu tuo paulatim atque per partes: non poteris eas de-
lere pariter: ne fortè multiplicẽtur contra te beſtiæ Ter-
23 ræ. ♀ Dabitque eos Dominus Deus tuus in cõſpectu tuo:
24 & interficiet illos, donec penitus deleantur. ♀ Tradetque
reges eorũ in manus tuas, & diſperdes nomina eorum ſub
cælo: nullus poterit reſiſtere tibi, donec conteras eos.
25 ♀ Sculptilia eorum igne combures: non concupiſces ar-
gentum & aurum de quibus facta ſunt, neque aſſumes ex
eis tibi quicquã, ne offendas, propterea quia abominatio
26 eſt Domini Dei tui. ♀ Nec inferes quippiã ex idolo in do
mũ tuam, ne fias anathema, ſicut & illud eſt: quaſi ſpurci
tiam deteſtaberis, & velut inquinamentum ac ſordes abo
minationi habebis, quia anathema eſt.

Dilectio & benedictio Dei.
C
Sterilis. exo. 23.d.
Infirmitates.
Idololatras præcipit Deus occidi, & quare.
Scandalum.
Dei potentia & opera reuocanda in memoriã.
D Exo.23.e. 33.a. Ioſ.24.c.
Paulatim Gentes erant interficiẽdæ, & quare.
2.mach.12.g.

## SCHOLIA IN CAP. VII.

1 Ideſt, innumeras, vel bellicoſas. 2 Hoc eſt, ſub aduentum tuum. 3 ideſt, numero te ſuperantes. 4 ideſt, in poteſtatem tuam. 5 ſub. aliquis eorum. vel, hac ratione auocare poſſet 6 & delebit te celerrime. 7 Quin potius ſic, &c. 8 ideſt, conſecratus. Pendet hæc ſententia à præcedentibus. 9 ideſt, virtute inuincibili, cui reſiſtere non potuerunt AEgyptij. 10 quum ſcilicet Dominus adimplerit ſuas promiſsiones. 11 ideſt, verax, qui nemini imponit, nec poteſt fallere. 12 vel, vſque ad milleſimam generationem. 13 ideſt, dum adhuc viuunt. 14 Heb. Et erit merces, (propterea quòd) audieritis, &c. 15 Heb. & ſeruabit tibi 16 vel, miſericordiam, 17 Heb. benedicet tibi, & multiplicare faciet te, & benedicet fructui, &c. ideſt, per omnia fauebit tibi, & augebit opes tuas; fauebit item liberis tuis, tuebitur liberos tuos, magna copia prouenire faciet frumentũ tuũ, vinum, oleũ, &c. 18 ſe daturum (eam) tibi. 19 ideſt in genere tuo. 20 Heb. infœcũdus aut infœcunda. 21 quas tu noſti, ideſt, quibus vidiſti AEgyptios laborare. 22 q. d. ſi ſectatus fueris cultum idolorum, errabis, ſiue peccabis. 23 Subaudiendum, recordare inquam. 24 ideſt, virtutem diuinã inſuperabilem. 25 vel, muſcas venenatas 26 .i. nunquam te deſerit, ſemper tibi adeſt, & fauet. 27 maximus, 28 .i. permittet eas tuæ voluntati. 29 confringetque eas fractione maxima, 30 ideſt, nemo tibi eſſe impedimento poterit quominus illos deleas. 31 vel, quo illa tecta fuerint. Alij vertunt, Non concupiſces aurum & argentum pro conſeruandis illis. 32 vel, in ea re. q. d. ſi id admiſeris, peccabis. 33 Heb. abominatio eſt Domini Dei tui, ideſt, ab hoc enim maxime abhorret Dominus Deus tuus. 34 .i. idolum, à quo vnuſquiſque abhorrere debet. 35 anathema, ſicut ille. i. ne ſis Deo abominationi, in nihilumque ab eo redigaris, ſicut & ille populus à quo idola ceperis. 36 quia anathema eſt. i. ſpolia huius generis perdi & ad nihilum redigi debent.

## CAP. VIII.

*OMne præceptum quod ego tibi præcipio hodie, cuſtodietis 1 vt faciatis, 2 vt viuatis & multi fiatis, vt introeatis & poſsideatis terram quam iurauit Dominus patribus veſtris. Recorderis cuncti itineris per quod duxit te Dominus Deus tuus 3 his quadraginta annis per deſertum, vt affligeret te, & tentaret te, vt 4 experimento quodam innoteſceret quid eſſet in corde tuo, num ſcilicet ſeruares præcepta eius an minus. Afflixit itaque te, & paſſus eſt te fame laborare aluitque te mãna, quod nec tu nec patres tui nouerunt: vt ſcilicet 5 oſtenderet tibi quod non in ſolo pane viuit homo, ſed 6 in omni eo quod prodit ex ore Domini homo 7 viuet. Veſtimentum tuum ſuper te vetuſtate non eſt detritum, nec pes tuus 8 intumuit 9 hiſce quadraginta annis. 10 Sed & hoc expendas tecum in corde tuo, quod ſicut quis 11 caſtigat filium ſuum, ſic 11 caſtigat te Dominus Deus tuus. Cuſtodi igitur præcepta Domini Dei tui, vt in-*

1 OMne mandatum quod ego præcipio tibi hodie
caue diligenter vt facias: vt poſsitis viuere, &
multiplicemini, ingreſsique poſsideatis Terram
2 pro qua iurauit Dominus patribus veſtris. ♀ Et recorda
beris cuncti itineris per quod adduxit te Dominus Deus
tuus quadraginta annis per deſertum, vt affligeret te,
atque tentaret, & nota fierẽt quæ in tuo animo ver-
ſabantur, vtrum cuſtodires mandata illius, an non.
3 ♀ Afflixit te penuria, & dedit tibi cibum Manna, quod
ignorabas tu & patres tui: vt oſtenderet tibi quòd non
in ſolo pane" viuit homo, ſed in omni verbo quod egre
4 ditur de ore Domini. ♀ Veſtimentum tuum quo operie-
baris, nequaquam vetuſtate defecit, & pes tuus non eſt
5 ſubtritus en quadrageſimus annus eſt: ∷ ♀ Vt recogites in
corde tuo quia ſicut erudit filiũ ſuũ homo, ſic Dñs Deus
6 tuus erudiuit te, ♀ vt cuſtodias mãdata Dñi Dei tui, & am
bules

Commemoratio afflictionum ac beneficiorũ Dei erga Iudæos.
Tentat Deus Cor hominis.
Non ſolo pane viuit homo. Mat.4.a. Luc 4.a
" viuat
B
∷ Infra.26.a.
Erudit nos D.



Terra promiſſionis, qualis.

bules in vijs eius, & timeas eum. ♀ Dominus enim Deus 7
tuus introducet te in terram bonam, terram riuorũ aqua-
rumque, & fontiũ: in cuius campis & montibus erumpunt
fluuiorum abyſsi: ♀ Terrã frumenti, hordei, ac vinearũ, 8
in qua ficus & malogranata & oliueta naſcuntur: terram
olei ac mellis. ♀ Vbi abſque vlla penuria comedes panẽ 9
tuum, & rerum omnium abundantia perfruẽris: cuius la-
pides ferrum ſunt, & de montibus eius æris metalla fo-
diuntur. ♀ Vt cum comederis, & ſatiatus fueris, benedi- 10
cas Domino Deo tuo pro Terra optima quã dedit tibi.
♀ Obſerua & caue nequãdo obliuiſcaris Dñi Dei tui, & ne 11
gligas mandata eius atque iudicia & ceremonas quas ego
præcipio tibi hodie: ♀ Ne poſtquam comederis & ſatia- 12
tus fueris, domos pulchras ædificaueris, & habitaueris
in eis, ♀ Habuerisque armenta boum, & ouium greges, 13
argenti & auri, cũctarumque rerum copiã, ♀ Eleuetur cor 14
tuum, & non reminiſcaris Domini Dei tui, qui eduxit te
de Terra-AEgypti, de domo ſeruitutis: ♀ Et ductor tuus 15
fuit in ſolitudine magna atque terribili, in qua erat ſerpẽs
flatu adurens, & ſcorpio ac dipſas, & nullę omnino aquę:
qui eduxit riuos de petra duriſsima, ♀ Et cibauit te man- 16
na in ſolitudine, quod neſcierũt patres tui. Et poſtquam
afflixit ac probauit *, ad extremũ miſertus eſt tui, ♀ Ne 17
diceres in corde tuo, Fortitudo mea, & robur manus meę,
hæc mihi omnia prę̃ſtiterunt. ♀ Sed recorderis Domini 18
Dei tui, quod ipſe vires tibi præbuerit, vt impleret pactũ
ſuum, ſuper quo iurauit patribus tuis, ſicut præſens indi-
cat dies. ♀ Si autem oblitus Domini Dei tui, ſecutus fue- 19
ris deos alienos, colueriſque illos & adoraueris: ecce nunc
prædico tibi quòd omnino diſpereas. ♀ Sicut Gentes 20
quas deleuit Dominus in introitu tuo, ita & vos peribitis,
ſi inobedientes fueritis voci Domini Dei veſtri.

C
Gratię Deo agendæ.
Comedere. Saturari.
Cor ne eleuetur.
Num.20.b.21.b Exo.16.d.17.a
* te
D

*cedas in vijs eius, & vt timeas eum: 12 Quoniam Dominus Deus tuus 13 introducet te in terram bonam, terram in qua ſunt torrentes aquarum, fontes & abyſsi erumpentes ex vallibus & montibus. Terram in qua eſt triticum, & hordeum, vineæ, ficus, & mala punica, terram in qua eſt 14 oleum olearum & mel. Terram in qua abſque penuria panem comedes, nec quoquam egebis in ea: terram 15 cuius lapides ſunt ferrum, & de cuius montibus chalybem effodies. Quum igitur comederis, & ſatur factus fueris, age gratias Domino Deo tuo in terra illa bona quam dedit tibi. Caue ne fortè obliuiſcaris Domini Dei tui, 16 & non cuſtodias præcepta eius atq; iudicia eius, & ritus eius, quæ ego præcipio tibi hodie, Ne fortè comedas, & ſatur factus domos pulchras extruas & inhabites: Armenta tua & greges tui augeſcant tibi, aurum & argentum multum ſit tibi, & quidquid denique habes augeſcat, Et hinc eleuetur cor tuum, & obliuiſcaris Domini Dei tui qui te eduxit de terra AEgypti, de domo ſeruitutis, Qui dux tuus fuit in deſerto magno & horribili, [in quo fuerunt] ſerpentes vrentes, ſcorpiones, & ſiccitas abſque vlla aqua: ipſe vero 17 prolicuit tibi aquam è petra duriſsima. Ipſe te aluit manna in deſerto 18 quod neſcierunt patres tui, vt ſcilicet affligeret & 19 tentaret te, atque ſic tibi tandem benefaceret. Ne diceres in corde tuo, Virtus mea & robur manus meæ parauit mihi hanc opulentiam. 20 Memineris itaque Domini Dei tui, quia ipſe eſt qui dat tibi virtutem vt opes tibi pares, vt ſcilicet confirmet fœdus ſuum quod iurauit patribus tuis, vt teſtatur dies hæc. Si vero omnino oblitus fueris Domini Dei tui, atq; ſequutus fueris deos alios, & colueris eos, adoraueriſq; eos, 21 certiſsime (quod & teſtor vobis hodie) peribitis. Quemadmodum Gentes quas Dominus 22 perdidit 23 ante vos, ſic peribitis & vos, eo quòd non obedieritis voci Domini Dei veſtri.*

## SCHOLIA IN CAP. VIII.

1 Opere adimplendo. 2 ideſt, vt ſitis incolumes & ſani, vt diu viuatis, & habeatis multos liberos. 3 vel, iam 4 ſciret 5 Heb. cognoſcere faceret te 6 ideſt, quacunque te, ſi iuſſerit Dominus. 7 vel, viuat. 8 fuit diſcalceatus. i. calcei tui non fuerunt conſumpti vetuſtate, ſpatio XL annorum. 9 vel, iam 10 Heb. Recogita ergo. vel, Cogita 11 vel, erudit 12 Quando 13 introduxerit 14 Heb. oliua olei. i. oliuã fructifera. 15 Hebraiſmus, pro, in qua ſunt fodinæ ferreæ. 16 non obſeruando præcepta eius. vel, ita vt non obſerues præcepta eius. Hic declarat quid ſit obliuiſci Dominum: nempe præcepta eius non obſeruare. 17 vel, eduxit 18 vel, incognito patribus tuis, 19 vel, probaret te, &c. i. vt fide tua probata, tandẽ, ſiue ad extremũ te afficeret beneficio non vulgari: vt tãdem te mitteret in poſſeſsionẽ Terræ ſanctæ. 20 vel, Sed memineris 21 Heb. teſtor (ſub. cælum & terram) cõtra vos hodie, quòd certiſsime peribitis. 22 perditur⁹ eſt. Præteritũ apud Hebræos pro futuro. 23 .i. ſub aduentũ veſtrum. vel, propter vos.

## CAP. IX.

AVdi Iſrael, tu " tranſgredieris hodie Iordanem, 1
vt poſsideas nationes maximas & fortiores te, ci
uitates ingentes, & ad cælum vſq; muratas, ♀ Po 2
pulum magnum atque ſublimẽ, filios Enacim quos ipſe vi
diſti, & audiſti, quibus nullus poteſt ex aduerſo reſiſtere.
♀ Scies ergo hodie quòd Dñs Deus tuus ipſe tranſibit an 3
te te, ignis deuorãs atque conſumens, qui cõterat eos &
deleat atque diſperdat ante faciem tuã velociter, ſicut lo-
cutus eſt tibi. ♀ Ne dicas in corde tuo cũ deleuerit eos Do 4
minus Deus tuus in cõſpectu tuo, Propter iuſtitiam meã
introduxit me Dominus vt Terram hanc poſsiderem, cũ
propter impietates ſuas iſtæ deletæ ſint nationes. ♀ Neq; 5
enim propter iuſtitias tuas, & æquitatẽ cordis tui " ingre-
dieris vt poſsideas Terras earũ: ſed quia illæ egerunt im-
piè, introeunte te deletæ ſunt: & vt cõpleret verbũ ſuum
Dominus, quod ſub iuramẽto pollicitus eſt patribus tuis
Abraham, Iſaac & Iacob. ♀ Scito ergo quòd nõ propter 6
iuſtitias tuas Dominus Deus tuus dederit tibi Terrã hãc
optimam in poſſeſsionem, cũ duriſsimæ ceruicis ſis po-
pulus. ♀ Memento, & ne obliuiſcaris quomodo ad ira- 7
cundiã prouocaueris Dominum Deum tuum in ſolitudi-
ne: ~ & ex eo die quo egreſſus es ex AEgypto vſque ad
locum iſtum ſemper aduerſum Dominum contendiſti.
♀ Nam & in Horeb prouocaſti eum, & iratus delere te 8
voluit, quando aſcendi in montem, vt acciperem ~ duas

" tranſgrederis (præſ. temp.
AEquitas cordis.
" ingrederis (præſ. temp.
Reducit Moyſes in memoriã Iſraelitis qui B peccatores ſunt, vt bonitatẽ Dei cognoſcant.
Moyſes in monte Horeb. exo. 17.19.31.32.

*AVdi Iſrael, tu 1 tranſis hodie Iordanem, vt ingrediaris, & poſsideas Gentes magnas & robuſtiores te, ciuitates magnas & munitas in cælum vſque, Populum [inquam] magnum & procerum, 2 filios Enakim, de quibus tu noſti & audiſti, Quis ſtaret coram filijs Anak? Scias itaque hodie, quòd Dominus Deus tuus ipſe eſt qui præcedit te, 3 ignis deuorans: 4 ipſe delebit eos, & ipſe proſternet eos ante te, ipſe exterminabit eos, atque cito perdet eos, quemadmodum pollicitus eſt tibi Dominus. Ne in corde tuo, cum expulerit eos Dominus Deus tuus ante te, ſic cogites, Propter iuſtitiã meam introduxit me Dominus vt poſsiderem terram hanc. 5 nam propter impietatem gentium iſtarum Dominus expellet eas ante te. Non propter iuſtitiam tuam, & propter rectitudinem cordis tui, tu venis vt poſsideas terram earum: ſed propter impietatem gẽtium iſtarum Dominus Deus tuus 6 expellit eas ante te, vt ſcilicet verbũ quod iurauerat patribus tuis, Abrahamo, Iſaac & Iacob, 7 inconcuſſum ſeruaret. Scias igitur quòd non propter iuſtitiam tuam 8 dat tibi Dominus Deus tuus terram iſtam bonam poſsidendã, quum ſis populus 9 præfractæ ceruicis. Reuoca in mẽtem, & ne obliuiſcaris quomodo irritaueris Dñm Deũ tuũ in deſerto, ab eo die quo egreſſus es de terra AEgypti, 10 & veniſti ad locũ iſtũ, quàm fueritis rebelles aduerſus Dominũ. Sed & in Horeb ad irã cõcitaſtis Dominũ, & iratus Dñs 11 cõtra vos, voluit vos excindere, Quum ſcilicet aſcenderem in montem, vt acciperem*

*tabulas*

*tabulas lapideas,tabulas 12 fœderis quod* Dominus *ferijt vobiſcum, 13 & manerem in monte quadraginta dies & quadraginta noctes: 14 [quando] nec panem comedi,nec aquã bibi.* Et *dedit quidem mihi* Dominus *duas tabulas lapideas, ſcriptas 15 digito* Dei: *erantque in eis omnia verba quæ loquutus erat* Dñs *vobiſcũ in monte de medio ignis,in die 16 comitiorũ.* Exactis *tandè quadraginta diebus & quadraginta noctibus,dedit mihi* Dñs *duas tabulas lapideas,tabulas fœderis.*Dixitque *mihi* Dñs, *Surge,& feſtinanter hinc deſcende, quoniam 17 perperam egit populus tuus quem eduxiſti de* AE*gypto,receſſerunt citò de via quam 18 præſcripſeram eis:fecerunt [enim] ſibi ſimulachrum fuſum.* Et *rurſum dixit* Dominus *ad me in hæc verba, 19* Vidi *populum iſtum & en populus eſt præfractæ ceruicis,Sine vt excindam eos & 20 deleam nomen eorum ſub cælo, & 21 faciam te in gentem robuſtiorem & maiorem quàm ſint illi.* Vertens *itaque deſcendi de monte,mons autem igne ardebat, erantque tabulæ fœderis in ambabus manibus meis, 22 & vidi , & ecce peccaueratis in* Dominum Deum *veſtrum, & feceratis vobis vitulum fuſum, receſſeratis citò de via quam vobis præſcripſerat.* Et *apprehenſis duabus tabulis, abieci eas de ambabus manibus meis,atque confregi eas vobis ſpectantibus.* Proſtratus *ergo coram* Domino, *vt antea, quadraginta dies & quadraginta noctes,nec panem comedi,nec aquam bibi, propter omnia peccata veſtra quæ perpetraueratis, faciendo malum in oculis* Domini, *vt eum ad iram prouocaretis. 23* Expaui *enim à naſo & calore* Domini *quo indignabatur* Dominus *contra vos, vt etiam ſtatuerit vos perdere, ſed exaudiuit me* Dominus *etiam tunc.* Et *aduerſum* A*haronem quoque exarſit* Dominus *valde, 24 volens delere eum:tum ſupplicabam & pro* A*harone illo ipſo tempore.* Peccatum *quoque veſtrum quod feceratis,nempe vitulum, tuli, & igne illum combuſſi, & contudi eum molendo, idque bene, donec puluis fieret tenuis,abieciquе puluerem eius in torrentem qui 25 è monte defluit.* Et *in 26* T*abera quoque,in* M*aſſa,& in* K*ibroth-hataaba irritaſtis* Dominum: *& quum* Dominus *mitteret vos de 27* K*adeſ barnea huiuſmodi mandatis,*A*ſcendite,& occupate terram quam dedi vobis:exacerbaſtis os* Dñi Dei *veſtri,& non credidiſtis ei,neque auſcultaſtis voci eius.28 amari fuiſtis in* Dominum *à die quo vos cognoui.* Procidi *itaque coram* Domino *per quadraginta dies & quadraginta noctes, 29 quibus meipſum proſtraui, quoniam decreuerat* Dominus *quòd vellet vos delere.*Oraui *igitur ad* Dominum, *& dixi,* Domine Deus, *ne perdas populum tuum & hæreditatem tuam,quam redemiſti 30 magnitudine tua, atque de* AE*gypto manu valida eduxiſti.* Recordare *ſeruorum tuorum* A*brahæ,* I*ſaac &* I*acob,& ne reſpicias ad duritiam huius populi,ad impietatem eius, & ad peccatum eius.*Ne *fortè dicant 31 in terra de qua eduxiſti nos, 32* Non *poteſt eos* Dominus *introducere in terram quam pollicitus eſt eis, 33 odio habuit eos,& ob hoc eduxit eos,vt interficeret eos in deſerto.* En *ipſi populus tuus & hæreditas tua,quos virtute tua magna & brachio exerto eduxiſti.*

9 ♀ tabulas lapideas pacti quod pepigit vobiſcũ ″ Deus: &
perſeueraui in monte quadraginta diebus ac noctibus,
10 panem non comedens,& aquam non bibens.♀ Deditque
mihi Dominus duas tabulas lapideas ſcriptas digito Dei,
& continentes omnia verba quæ vobis locutus eſt in mõ
te de medio ignis, quando concio populi congregata eſt.
11 ♀ Cumque tranſiſſent quadraginta dies, & totidem
noctes, dedit mihi Dominus duas tabulas lapideas,
12 tabulas fœderis, ♀ dixitque mihi, Surge, & deſcende
hinc citò: quia populus tuus quem eduxiſti de AEgy-
pto, deſeruerunt velociter viam quam demonſtraſti
13 eis, feceruntque ſibi conflatile. ♀ Rurſumque ait
Dominus ad me, Cerno quòd populus iſte duræ cer-
14 uicis ſit: ♀ dimitte me vt conteram eum,& deleam no-
men eius de ſub cælo, & conſtituam te ſuper Gentem
15 quæ hac maior & fortior ſit. ♀ Cumque de monte
ardente deſcenderem, & duas tabulas fœderis vtra-
16 que tenerem manu, ♀ vidiſſemque vos peccaſſe Do-
mino Deo veſtro, & feciſſe vobis vitulum conflatilem,
ac deſeruiſſe velociter viam eius quam vobis oſtende-
17 rat: ♀ Proieci tabulas de manibus meis, confregi-
18 que eas in conſpectu veſtro. ♀ Et procidi ante Domi-
num ſicut prius, quadraginta diebus & noctibus pa-
nem non comedens, & aquam non bibens,propter om-
nia peccata veſtra quæ geſſiſtis contra Dominum, &
19 eum ad iracundiam prouocaſtis. ♀ Timui enim indi-
gnationem & iram illius, qua aduerſum vos concita-
tus, delere vos voluit. & exaudiuit me Dominus etiã
20 hac vice. ♀ Aduerſum Aaron quoque vehementer ira-
tus, voluit eum conterere,& pro illo ſimiliter deprecatus
21 ſum. ♀ Peccatum autem veſtrum quod feceratis, id eſt
vitulum, arripiens, igne combuſſi, & in fruſta commi-
nuens, omninoque in puluerem redigens, proieci in tor-
22 rentem qui de monte deſcendit. ♀ In incendio quoque,
& in Tentatione,& in Sepulchris-concupiſcentiæ prouo
23 caſtis Dominum: ♀ & quando miſit vos de Cades-bar-
ne,dicens, Aſcendite,& poſſidete Terram quam dedi vo
bis.& contempſiſtis imperiũ Domini Dei veſtri, & non
24 credidiſtis ei:neque vocem eius audire voluiſtis, ♀ Sed
25 ſemper fuiſtis rebelles à die qua noſſe vos cœpi. ♀ Etia-
cui coram Domino quadraginta diebus ac noctibus, qui-
bus eũ ſuppliciter deprecabar, ne deleret vos vt fuerat
26 cõminatus. ♀ Et orans dixi, Domine Deus, ne diſper-
das populum tuum, & hæreditatem tuam, quam rede-
miſti in magnitudine tua, quos eduxiſti de AEgypto in
27 manu forti. ♀ Recordare ſeruorum tuorum Abraham,
Iſaac, & Iacob:ne aſpicias duritiam populi huius, & im-
28 pietatem atque peccatum. ♀ Ne forte dicant habitato-
res Terræ, de qua eduxiſti nos, Non poterat Dominus
introducere eos in Terram quã pollicitus eſt eis, & ode-
rat illos:idcirco eduxit, vt interficeret eos in ſolitudine.
29 ♀ Qui ſunt populus tuus & hæreditas tua, quos eduxiſti
in fortitudine tua magna,& in brachio tuo extento.

Duæ tabulæ. ″Dominus.

C

Tabulas cõfringit Moyſes.
Deſerere viam Dei.
Oratio Moyſi cum ieiunio.

Iratus Deus cõtra Aaronem.

D

Sepulchra concupiſcentiæ. exo.17.b. num. 11.a.

Infidelitas.

Oratio Moyſi pro Iſraelitis.

SCHOLIA IN CAP. IX.

1 Vel,tranſiturus es 2 filios gigantum,quem (ſcilicet populum) tu noſti,& de quo tu audiſti,(ſub. ab exploratoribus quæ ſequuntur,) Quis reſiſtet aduerſus gigantes? 3 Subaudiendum eſt TANQVAM,aut ſimilis dictio,tanquam ignis. 4 ipſe(enim) delebit eos,& idem humiliabit eos ante te: & ita expelles eos, & perdes velociter,&c. 5 & propter improbitatem iſtarum gentiũ expulit eas à facie tua. 6 præſens pro futuro,expulſurus eſt.7 confirmaret.ſtabiliret. 8 vel,daturus eſt 9 duræ.i.rebellis,qui non pareas Domino Deo tuo. 10 donec veneris 11 Heb. contra vos ad delendos vos,ideſt, iratus eſt ita vt interminaretur ſe deleturum vos. 12 ideſt,in quibus ſcriptum erat pactum quod pepigerat,&c. 13 vel,tunc remanſi 14 vel,(vbi) 15 ideſt, diuinitus. Digito Dei,pro,digito ſuo. Hebraiſmus. 16 congregationis, ideſt, die quo congregati eſtis vt audiretis conditiones pacti quod inire volebat vobiſcum. 17 Heb.corrupit ſeſe, ideſt, lapſus eſt populus in idololatriam. 18 præceperam.Legem intelligit qua vetatur idololatria. 19 vel, Contemplatus ſum populum hunc, & ſanè populus duræ ceruicis eſt.i.immorigerus & rebellis.20 .i.faciam vt amplius non nominentur ſub cælo. 21 .i.faciam vt ex te prodeat gens numeroſior & robuſtior illo populo Iſraelitico.22 vel, Cũque aſpexiſſem, deprehendi vos peccaſſe 23 Timebam enim propter iram & indignationem qua 24 vel,ita vt paratus eſſet 25 ſub.Sinai. ſiue Horeb. 26 Locorũ nomina ex euentu impoſita.Tabera,conflagrationem ſignificat:Maſſa,tẽtationem:kibroth-hataaba,ſepulchra cõcupiſcentiæ.q.d. In eo loco qui dictus fuit cõflagratio,propter cõbuſtionem in eo factam,Nume.11.a.& in eo loco, qui poſtea dictus eſt Tentatio,Exo.17.b.& in alio loco qui poſtea cognominatus eſt Sepulchra-concupiſcentiæ, Nume.11.a. 27 De Cadeſ-barne miſsi ſunt exploratores:& quando redierunt, adhuc populus erat in Cadeſ-barne.28 vel,Rebelles 29 q.d.tanto autem temporis ſpatio corrui ante Deum,vt orarem. 30 .i.viribus tuis inſuperabilibus. Declarat id,quũ ſtatim poſt dicit,in manu forti. 31 incolæ terræ 32 Quia non potuit 33 quod odio habuiſſet eos,ipſe eos eduxit.

CAP.



CAP. X.

Inſtauratio tabularum. Exod.34.a.
Arca in qua tabulæ.
Moyſes aſcendit in montem cum tabulis.

IN tempore illo dixit Dominus ad me, Dola tibi duas 1
tabulas lapideas,ſicut priores fuerunt, & aſcende ad
me in montem:facieſque arcam ligneam, ♀ Et ſcri- 2
bam in tabulis verba quæ fuerunt in his quas antè confre
giſti,poneſque eas in arca. ♀ Feci igitur arcam de lignis 3
ſetim:cumque dolaſſem duas tabulas lapideas inſtar prio
rum,aſcendi in montem,habens eas in manibus: ♀ Scri- 4
pſitq; in tabulis iuxta id quod prius ſcripſerat, Verba de-
cem,quæ locutus eſt Dominus ad vos in monte de medio
ignis,quando populus congregatus eſt:& dedit eas mihi.
♀ Reuerſuſque de monte,deſcendi,& poſui tabulas in ar 5
cam quam feceram,quę hucuſque ibi ſunt,ſicut mihi prę-
cepit Dominus. ♀ Filij autem Iſrael mouerunt caſtra ex 6
Beroth-filiorum-Iacan in Moſera,vbi Aaron mortuus &
ſepultus eſt,pro quo ſacerdotio functus eſt Eleazar filius
eius. ♀ Inde venerunt in Gadgad:de quo loco profecti, 7
caſtrametati ſunt in Getebatha, in terra aquarum atque
torrentium. ♀ Eo tempore ſeparauit tribum Leui,vt por 8
taret arcam fœderis Domini,& ſtaret coram eo in mini-
ſterio,ac benediceret in nomine illius vſque in præſentem
diem. ♀ Quam obrem non habuit Leui partem, neque 9
poſſeſsionem cum fratribus ſuis:quia ipſe Dominus poſ-
ſeſsio eius eſt, ſicut promiſit ei Dominus Deus tuus.
♀ Ego autem ſteti in monte,ſicut prius,quadraginta die- 10
bus ac noctibus:exaudiuitque me Dominus etiam hac vi-
ce,& te perdere noluit. ♀ Dixitque mihi,Vade, & præ- 11
cede populum,vt ingrediatur,& poſſideat Terram quam
iuraui patribus eorum vt traderem eis. ♀ Et nunc Iſrael 12
quid Dominus Deus tuus petit à te,niſi vt timeas Dominũ
Deum tuum,& ambules in vijs eius,& diligas eum,ac ſer-
uias Domino Deo tuo in toto corde tuo,& in tota anima
tua: ♀ Cuſtodiaſque mandata Domini, & ceremonias 13
eius quas ego hodie præcipio tibi,vt bene ſit tibi? ♀ En Do 14
mini Dei tui cælum eſt,& cælum cæli,terra,& omnia quæ
in ea ſunt: ♀ Et tamen patribus tuis conglutinatus eſt 15
Dominus,& amauit eos,elegitque ſemen eorum poſt eos,
id eſt vos, de cunctis Gentibus, ſicut hodie comproba-
tur. ♀ Circuncidite igitur præputium cordis veſtri, & 16
ceruicem veſtram ne induretis amplius: ♀ Quia Domi- 17
nus Deus veſter ipſe eſt Deus deorum,& Dominus domi-
nantium,Deus magnus & potens,& terribilis, qui perſo-
nam non accipit,nec munera. ♀ Facit iudicium pupillo 18
& viduæ,amat peregrinum,& dat ei victum atque veſti-
tum. ♀ & vos ergo amate peregrinos,quia & ipſi fuiſtis 19
aduenæ in Terra-AEgypti. ♀ Dominum Deum tuum 20
timebis,& ei ˇ ſoli ſeruies:ipſi adhærebis,iurabiſque in no
mine illius. ♀ Ipſe eſt laus tua,& Deus tuus,qui fecit ti- 21
bi hæc magnalia & terribilia quæ viderunt oculi tui. ∴ ♀ In 22
ſeptuaginta animabus deſcenderunt patres tui in AEgy-
ptum:& ecce nunc multiplicauit te Dominus Deus tuus
ſicut aſtra cæli.

Num.33.d. B
Nume.20.d.

Tribus Leui, miniſterio Domini præficitur.

Moyſes in C mõte 40 dieb⁹.

Timere Deum.
Ambulare in vijs Dei.
Diligere.
Seruire Deo.

Magnitudo & bonitas Dei.
Amor Dei.
Electio.

Circunciſio D cordis.

Deus perſonam non accipit. 2.Par.19.c.Iob. 34.b.Rom.2.b. Gala.2.b.
Timor Dei. Sup.6.c.Matth. 4.b.Luc.4.b.
Iuramentum.
Laus.
∴Gene.46.c.

CAP. X.

IN *illo tempore dixit* Dominus *ad me,1 Scalpe tibi duas tabulas lapideas inſtar priorum,& aſcende ad me in montem,facieſque tibi arcam ligneam,*Et *ſcribam in tabulas illas verba illa quæ fuerant in prioribus tabulis quas confregiſti,poneſque eas in eam arcam.*Feci *igitur arcam de lignis 2 ſitim,& 3 ſcalpſi duas tabulas lapideas inſtar priorum,aſcendique in montem,habens duas tabulas in manu mea.*Et *ſcripſit in tabulis 4 ſecundum priorem ſcripturam, decem verba quæ locutus fuerat* Dominus *ad vos in monte de medio ignis in die 5 comitiorum,deditque eas* Dominus *mihi.* Et *conuerſus deſcendi de monte,& poſui tabulas in arcam quam extruxeram,& ſunt ibi,quemadmodum præceperat mihi* Dominus. Filij *autem* I*ſrael 6 proficiſcebantur 7 de* Beeroth-*filiorum*-Iaecan *in 8* M*oſera,vbi 9 mortuus eſt* A*haron atque ſepultus, & functus eſt ſacerdotio pro eo* Eleazar *filius eius.* Hinc *proficiſcebantur in 10* Gudgoda, *& de* Gudgoda *in* Iotbata *11 terram quæ torrentes habet aquarum.*Tunc *temporis ſeparauit* Dominus *tribum 12* Leui, *vt portaret arcam fœderis* Domini, *[&] vt aſtaret coram* Domino *ad miniſtrandum ei, 13 beneque imprecaretur 14 in nomine eius vſque in præſentem diem.*Et *ob hanc cauſam non ceſsit* Leuitis *pars & hæreditas cum fratribus ſuis,ſed* Dominus *eſt hæreditas illorum, ſicut* Dominus Deus *tuus illis loquutus eſt.*Ego *autem 15 ſteti in monte iuxta priores dies,quadraginta [nempe] dies & quadraginta noctes,exaudiuitque me* Dominus *etiam tum, & noluit te* Dominus *perdere.16* Et *dixit* Dominus *ad me, Surge & præcede in profectione populum iſtum,vt ingrediantur & poſsideant terram quam iuraui patribus eorum vt traderem eis.*Et *nunc* I*ſrael,quid* Dominus Deus *tuus petit à te, niſi vt timeas 17* Dominum Deum *tuum,& incedas in cunctis vijs eius,diligas eum,& ſeruias* Domino Deo *tuo 18 toto corde tuo,& 19 tota anima tua?20* Vt *ſcilicet cuſtodias præcepta & ſtatuta eius,quæ ego præcipio tibi hodie bono tuo.*En Domini Dei *tui cælum eſt,21 & cæli cælorum,terra quoque & quicquid in ea eſt,22* Duntaxat *tamen in patres tuos amorem effudit* Dominus, *vt eos diligeret 3 & eligeret ſemen eorum 23 poſt eos,nempe vos,præ omnibus populis,vt hodie [videre licet.]24* Circuncidite *igitur præputium cordis veſtri,& 25 ceruicem veſtram amplius ne induretis,* Quia Dominus Deus *veſter 26 ipſe eſt* Deus *deorum, & 27* Dominus *dominorum,* Deus *magnus, fortis & metuendus, qui perſonam non recipit, 28 neque accipit munus.* Ipſe *ius dicit pupillo & viduæ, atque amat peregrinum, 29 vt det illi victum & veſtitum.* Diligite *igitur & vos peregrinum, quia peregrini fuiſtis in terra* AE*gypti.* Dominum Deum *tuum time,& ei ſerui,adhære ei,& iura 30 per nomen eius.* Ipſe *eſt 31 laus tua,&* Deus *tuus,qui fecit 32 tecum magnalia hæc,& terribilia illa quæ viderunt oculi tui. 33* Cum *ſeptuaginta animabus deſcenderunt patres tui in* AE*gyptum, & nunc poſuit te* Dominus Deus *tuus 34 & multiplicauit te veluti ſtellas cæli.*

SCHOLIA IN CAP. X.

1 Præcide.Dola.2 vel,cedrinis.Ea ligna non patiuntur putredinem.3 præcidi.vel,dolaui.4 vel,quæ prius ſcripſerat.5 cõgregationis.i.die quo congregati eſtis vt audiretis conditiones pacti quod inire volebat vobiſcum.6 profecti ſunt.7 id eſt,ex Cades, vt Num.20.d.legitur.nam loca habent diuerſa nomina.8 Hic locus dicitur Num.20.d.Hor mons.9 Non eo anno mortuus eſt Aaron quo peccauit,ſed quadrageſimo anno poſt.10 Hic locus dicitur & Oboth,Num.20. 11 id eſt,patriam in qua multi ſunt amnes. 12 Hic nõ eſt nomen proprium,ſed appellatiuũ.Leuitas intelligit qui non erant ſacerdotes.13 ſubaudi,populo.Vide Nume. 6. ad finem capitis.14 id eſt,inuocato eius nomine.15 ſubſtiti.vel,ſteteram. 16 Tandem dixit.17 id eſt,ipſum.Hebraiſmus. 18 vel,tota mẽte tua. 19 id eſt,toto affectu?20 Cuſtodiendo.21 Eadem vox hîc ter repetitur,incrementi cauſa,quaſi dicat,cæli vaſtiſsimi qui ſeſe latiſsime porrigũt.vel,& cæli cælorum,id eſt,& omnia quæ in illis ſunt. 22 Veruntamen(vel,Tantummodo) in patribus tuis beneplacitum eſt Domino,diligendo eos,& deligendo,&c.id eſt, Solum patres tuos vehementiſsime dilexit,non alias nationes:& propter eos ſolos te delegit quem amaret,& beneficijs omnis generis cumularet.23 id eſt,ipſis mortuis.24 id eſt,Tollite velum & operimentum quo impeditur cor veſtrum & mens veſtra ne videat. Curate vt videat cor veſtrum,& cernat res agendas vobis.25 Hoc eſt,ne poſthac recuſetis Domino obſequi.26 id eſt,vnicus eſt Deus qui primas tenet inter omnes deos.27 quaſi dicat,longe maior & potentior eſt ijs quos idololatræ deos vocant.28 ſubaudi,vt iniuſte iudicet. 29 dando ei. 30 ſubaudi,non autem per nomen idoli cuiuſcunque. 31 Hebraiſmus, id eſt,de quo gloriari debes, iactando eius beneficia erga te. 32 id eſt,tua cauſa.In gratiam tuam fecit has res maximas.A quo tanta beneficia accepiſti.33 id eſt, Cum patres tui deſcenderunt in AEgyptum,tantum erant ſeptuaginta perſonæ.Hebraiſmus.34 Hebraiſmus, ſicut ſtellas cæli in multitudinem.

P CAP.

## CAP. XI.

Dilige itaq; Dñm Deum tuum, & 1 obſerua cuſtoditionē eius, ritus eius, iudicia eius, & præcepta eius, idq; cunctis diebus. 2 Cognoſcite hodie (quoniā 3 nō cū filijs veſtris, qui nō cognouerunt neq; viderunt) 4 diſciplinā Dñi Dei veſtri, 5 magnalia eius, manū eius validā, & brachiū eius 6 extentum, Signa eius & opera eius, quæ fecit inter AEgyptios, Pharaoni regi AEgypti, & vniuerſæ regioni eius, Quæ deniq; fecit copijs AEgypti, equis eius, atq; curribus eius, 7 quomodo reduxerit aquas maris carectoſi ſuper eos, dum illi inſectarentur vos à tergo, perdideritq; eos Dñs vſq; in præſentē diem: Sed & quæ fecit 8 vobis in deſerto, donec veniretis ad locū iſtum: Item quæ fecit ipſi Dathan & Abirā, & filijs Eliab filij Ruben, dū terra os ſuum aperiret, & deuoraret eos, ſimulq; domus eorū, & tētoria eorū, & cuncta ſubſtātiā eorum 9 quā habebāt in medio vniuerſi Iſraelis. 10 Etenim oculi veſtri viderunt vniuerſum opus Dñi magnū quod fecit. Cuſtodite igitur omnia præcepta, quæ ego præcipio tibi hodie, vt corroborati introeatis & poſſideatis terrā, ad quā vos tranſitis poſſidendā, Et vt prorogetis dies ſuper terram quam iurauit Dominus patribus veſtris, 11 vt daret illis, atq; ſemini eorum terram fluentem lacte & melle. Quoniā terra iſta ad quam tu iam proficiſceris vt occupes eam, non eſt ſicut terra AEgypti de qua egreſſi eſtis, vbi ſeminabas ſemen tuum, & 12 rigabas pedibus tuis quemadmodum hortum olerum. Terra autem iſta ad quam tu tranſis vt eam poſſideas, mōtes habet & valles, & 13 ex aquis cæleſtibus irrigatur. Hanc terram Dñs Deus tuus 14 inuiſit, ſuntq; oculi Domini Dei tui iugiter ſuper eam, ab initio anni ad finem vſq;. Si itaq; diligenter audieritis præcepta mea, quæ ego præcipio vobis hodie, 15 vt diligatis Dominum Deum veſtrum, & ſeruieritis ei toto corde veſtro, & toto animo veſtro, 16 Dabo pluuiam terræ veſtræ ſuo queq; tempore, pluuiam 17 tempeſtiuam & ſerotinam, vt colligas frumentum tuum, vinū tuum, & oleum tuum. Dabo inſuper herbam in agro tuo pro iumentis tuis, vt & tu comedas & ſatieris. Cauete autē ne cor veſtrum ſeducatur, vt recedatis & ſeruiatis dijs alijs, adoretiſque eos, Et exardeſcat ira Dñi contra vos, claudatq; cælum ne veniat pluuia, & terra non det prouentum ſuum, pereatiſq; cito de terra iſta bona, quam Dñs dat vobis. 18 Reponite itaque verba iſta mea 19 in cor veſtrum, & in animum veſtrū, eaq; vt ſignum ligate ad manum veſtram, vt ſint 20 veluti monumentum inter oculos veſtros. Docete etiam ea filios veſtros, 21 vt ſerio loquantur de eis, quum deſides domi tuæ, & quum es in itinere, quum cubitum vadis, quum ſurgis. Scribes quoq; ea ſuper poſtes domus tuæ, & in portis tuis, Vt prorogentur dies veſtri, & dies filiorum veſtrorum ſuper terram, quam iurauit Dominus patribus veſtris, 22 vt daret eis, 23 tantiſperdū dies cælorum ſunt ſuper terram. Nam ſi diligenter cuſtodieritis omnia præcepta illa quæ ego præcipio vobis, vt faciatis ea, nempe vt diligatis Dominum Deum veſtrum, & ambuletis in omnibus vijs eius, adhæreatiſq; ei, Tunc exterminabit Dominus cunctas Gentes iſtas 24 à facie veſtra, & vos occupabitis Gentes magnas, & quæ robuſtiores ſunt vobis. Omnis locus quem planta pedis veſtri calcauerit, veſter erit, 25 à deſerto & Libano, à fluuio inquam Euphratis, vſque ad mare 26 vltimum, erunt limites veſtri. 27 Nemo audebit vobis reſiſtere, quoniā 28 pauorem veſtrū & timorem veſtrum dabit Dominus Deus veſter ſuper faciem totius terræ quam calcaturi eſtis, ſicut loquutus eſt vobis. En ego 29 pono hodie in conſpectu tuo 30 benedictionem & execrationem. Benedictionem [quidem,] ſi obtemperaueritis præceptis Domini Dei veſtri, quæ ego præcipio vobis hodie. Execrationem verò, ſi non obedieritis præceptis Domini Dei veſtri, ſed receſſeritis à via quam ego præcipio vobis hodie, vt ſequamini deos alios, 31 quos non nouiſtis. Quum itaque Dominus Deus tuus introduxerit te in terrā, ad quam tu proficiſceris vt eam poſſideas, 32 pones benedictionem ſuper montem Garizim, & execrationem ſuper montem Ebal, 33 qui ſunt trans Iordanem 34 poſt viam occaſus ſolis in

## CAP. XI.

1 AMa itaque Dominum Deum tuū, & obſerua præcepta eius & ceremonias, iudicia atq; mādata om
2 ni tempore. ♀ Cognoſcite hodie (quæ ignorant
filij veſtri qui non viderunt) diſciplinam Domini Dei ve-
ſtri, magnalia eius & robuſtam manum, extentumq; bra-
3 chium, ♀ Signa & opera quæ fecit in medio AEgypti Pha
4 raoni regi, & vniuerſæ terræ eius, ♀ Omniq; exercitui AE-
gyptiorū, & equis ac curribus: quomodo operuerint eos
aquæ Maris-rubri, cum vos perſequerentur, & deleuerit
5 eos Dominus vſq; in præſentem diem: ♀ Vobiſq; quæ fe
6 cerit in ſolitudine, donec veniretis ad hunc locum: ♀ Et
Dathan atq; Abiron filijs Eliab, qui fuit filius Ruben: quos
aperto ore ſuo terra abſorbuit cum domibus & taberna-
culis, & vniuerſa ſubſtantia eorum, quam habebant in me
7 dio Iſrael. ♀ Oculi veſtri viderunt omnia opera Domi-
8 ni magna quæ fecit, ♀ Vt cuſtodiatis vniuerſa mandata
illius, quæ ego hodie præcipio vobis, " & poſſitis introire,
9 & poſſidere Terram ad quam ingredimini, ♀ Multoq;
in ea viuatis tempore: quam ſub iuramento pollicitus eſt
Dominus patribus veſtris, & ſemini eorum, lacte & melle
10 manantem. ♀ Terra enim ad quam " ingredieris poſſiden
dam, non eſt ſicut Terra-AEgypti de qua exiſti, vbi iacto
11 ſemine in hortorum morem aquæ ducuntur irriguæ: ♀ ſed
montuoſa eſt & campeſtris, de cælo expectans pluuias,
12 ♀ Quam Dominus Deus tuus ſemper inuiſit, & oculi il-
13 lius in ea ſunt à principio anni vſque ad finem eius. ♀ Si
ergo obedieritis mandatis meis, quæ ego hodie præcipio
vobis, vt diligatis Dominum Deum veſtrum, & ſeruiatis
14 ei in toto corde veſtro, & in tota anima veſtra: ♀ Da-
bit pluuiam terræ veſtræ temporaneam & ſerotinam, vt
15 colligatis frumentum, & vinum, & oleum, ♀ Fœnumque
ex agris ad paſcenda iumenta, & vt ipſi comedatis ac ſa-
16 turemini. ♀ Cauete ne forte decipiatur cor veſtrum, &
recedatis à Domino, ſeruiatiſque dijs alienis, & adoretis
17 eos: ♀ Iratuſq; Dominus claudat cælum, & pluuiæ non de-
ſcendant, nec terra det germen ſuum, pereatiſque veloci-
ter de Terra optima quam Dominus daturus eſt vobis.
18 ♀ Ponite hæc verba mea in cordibus & in animis veſtris,
& ſuſpendite ea pro ſigno in manibus, & inter oculos ve-
19 ſtros collocate. ♀ Docete filios veſtros, vt illa mediten-
tur, quando ſederis in domo tua, & ambulaueris in via, &
20 accubueris atque ſurrexeris. ♀ Scribes ea ſuper poſtes
21 & ianuas domus tuæ: ♀ vt multiplicentur dies tui, &
filiorum tuorum in Terra quam iurauit Dominus patri-
22 bus tuis vt daret eis quandiu cælum imminet terræ. ♀ Si
enim cuſtodieritis mandata quæ ego præcipio vobis,
& feceritis ea, vt diligatis Dominum Deum veſtrum,
23 & ambuletis in omnibus vijs eius, adhærentes ei, ♀ Diſ-
perdet Dominus omnes Gentes iſtas ante faciem ve-
ſtram, & poſſidebitis eas quæ maiores & fortiores vobis
24 ſunt. ♀ Omnis locus quem calcauerit pes veſter, veſter
erit: à deſerto, & à Libano, " & flumine magno
Euphrate vſque ad mare Occidentale erunt termini ve-
25 ſtri. ♀ Nullus ſtabit contra vos: terrorem veſtrum &
formidinem dabit Dominus Deus veſter ſuper omnem
26 terram quam calcaturi eſtis, ſicut locutus eſt vobis. ♀ En
propono in conſpectu veſtro hodie benedictionem &
27 maledictionem: benedictionem, ♀ ſi obedieritis man-
datis Domini Dei veſtri, quæ ego hodie præcipio vobis:
28 ♀ Maledictionem, ſi non obedieritis mandatis Domini
Dei veſtri, ſed receſſeritis de via quam ego nunc oſten-
do vobis, & ambulaueritis poſt deos alienos, quos
29 ignoratis. ♀ Cum verò introduxerit te Dominus Deus
tuus in Terram ad quam pergis habitandam, po-
nes benedictionem ſuper montem Garizim, maledi-
30 ctionem ſuper montem Hebal: ♀ qui ſunt trans Ior-
danem poſt viam quæ vergit ad ſolis occubitum in
Terra-

Exhortatio ad primum præceptum ſeruandū.
Amor Dei.
Opera Dei erga Iſraelem.
Dathan & Abiron. Num. 16. c.
" vt
B
Iuramentum Dei.
" ingrederis
Terra promiſſionis, qualis.
Oculi Dei.
Toto corde Deo ſeruiendū.
Abundantia temporalium.
Idololatria fugienda.
C.
Verbum Dei in corde & ob oculos ſemper habendum. Sup. 6. b.
Filij docēdi verbum Dei.
Diligere Deū.
Ambulare in vijs Dei.
Ioſue. 1. a.
" à
D
Garizim mons.
Hebal mons.
Inf. 27. b. c. d.



Terra-Chananæi, qui habitat in campeſtribus cōtra Gal-
galá, quæ eſt iuxta vallem tendentem & intrantē procul.
♀ Vos enim tranſibitis Iordanem, vt poſſideatis Terram 31
quam Dominus Deus veſter daturus eſt vobis, vt habea-
tis & poſſideatis illam. ♀ Videte ergo vt impleatis ceremo 32
nias atq; iudicia quæ ego hodie ponā in cōſpectu veſtro.

terra Chananæi, qui habitat in 35 planitie e regione Gilgal, iuxta 36 querceta More. Nam vos tranſibitis Iordanem, vt introeuntes poſſideatis terram, quam Dominus Deus veſter 37 dat vobis, hæreditateque accipietis eam, & habitabitis in ea. Obſeruate ergo vt faciatis omnia ſtatuta & iudicia quæ ego hodie vobis propono.

## SCHOLIA IN CAP. XI.

1 Cuſtodi cuſtodiam eius, nempe ſtatuta. i. cuſtodi ea quæ præcepit cuſtodienda, nēpe ritus eius, &c. 2 vel, Scitote hodie. i. Opere oſtēdite vos intelligere, & memoria tenere diſciplinam & caſtigationem qua erudijt vos Dominus. non enim loquor de rebus futuris, ſed de præteritis. 3 ſub. loquor. Paulo poſt ſequitur, Oculi enim veſtri viderunt omnia, &c. tanquam reddat rationem quare eos alloquatur, non filios eorum: quia filij veſtri non viderunt, ſed vos. 4 vel, caſtigationem. i. quibus modis vos erudiuit Dñs poſt egreſſū ex AEgypto. 5. i. magnificentiam & magnitudinem eius. 6. q. d. paratum ad feriendum. 7. quando inundare fecit. i. quando obruit eos aquis Maris-rubri. 8 vel, propter vos. 9 quæ erat in pedibus eorum in medio totius Iſraelis. Hebraiſmus eſt, pro, quam ſubſtantiā habebant præſentem. 10 Poſſet ſubaudiri, Alloquor inquam vos, quorum oculi viderunt, &c. Vel ſubaudiatur verbum præcedens Cognoſcite, vel Scitote, & memoria tenete beneficia Dei quæ voſipſi vidiſtis eum in vos contuliſſe, non autē filij veſtri. 11 ſe daturum illis. 12 Irrigare pede ſuo hortum, eſt deducere aquā quocunq; quis vult per ſulcos. AEgyptus enim ſulcis ex Nilo deriuatis irrigabatur. q. d. humana ope irrigabat: at terra Chanaan de cælo irrigabit. 13 Heb. de pluuia cæli bibet aquā. i. quæ irrigari ſolet aqua cæleſti, nō aqua arte ducta per ſulcos. 14 Heb. requirit, & ſemper oculi, &c. i. cuius curā habere ſolitus eſt, ſemperq; reſpicit ſiquid deſit. 15 vel, diligendo Dñm Deum veſtrum, & colendo eū. 16 Tū dabo. Deus loquit. 17 ſiue, tēporaneā. Pluuiā tempeſtiuā ſiue tēporaneam vocat eā quæ decidit ſemēte iacta, germinationis cauſa. Serotinā autē pluuiā intelligit eā quæ decidere ſolet in Martio, quū iam grandior eſt ſeges. 18 vel, Sed ponite. 19. i. in animū & affectū veſtrum. 20 vt frōtalia. 21 vt loquamini de eis, (vel, vt cōmentemini de eis,) quando manebis in domo tua, quando ambulabis per viā, quando iacebis in lecto, & ſurges. q. d. omni tēpore. 22 quod tandē eis illam daret. 23 iuxta dies cæli ſuper terrā. i. quādiu cæli imminebunt terræ, hoc eſt in æternū. 24. i. ſub aduentū veſtrū. 25. q. d. à deſerto Sin Meridionali, & Libano qui eſt in parte Septentrionali, & Euphrate Orientali, vſq; ad, &c. Tempore Salomonis ditio Hebræorū protēſa eſt in Euphratē, nec ante. 26. i. mediterraneū. 27. Heb. nullus ſtabit corā vobis. i. Nemo reſiſtet vobis. 28 Hebraiſmus, pro, Dominus reddet vos formidabiles incolis omnium terrarum quas calcaturi eſtis. 29 vel, propoſiturus ſum. 30. vel, fœlicitatem & infœlicitatē. 31. i. quorum vires non eſtis experti, neq; eorum miracula vidiſtis. 32 vel, dabis, id eſt, te hortatore & auſpice curabit Ioſue pronuntiandā benedictionem à Leuitis: cui reſpondebunt tribus quæ erunt in montē Garizim. Lege finem capitis XXVII. huius libri, & Ioſue VIII. caput. 33 Hebræi per interrogationem legunt, annon iſti ſunt trans Iordanem, &c. qua interrogatione affirmant. 34 vel, in latere viæ quæ vergit ad occaſum. 35 vel, campeſtribus. 36 Elone. Locus eſt iuxta Sichem. 37 vel, daturus eſt.

## CAP. XII.

HAEc ſunt præcepta atque iudicia quæ facere de- 1
betis in Terra quam Dominus Deus patrū tuorū
daturus eſt tibi, vt poſſideas eam, cunctis diebus
quibus ſuper humum gradieris. ♀ Subuertite omnia loca 2
in quibus coluerūt Gētes (quas poſſeſſuri eſtis) deos ſuos,
ſuper montes excelſos, & colles, & ſubter omne lignū frō
doſum. ♀ Diſſipate aras earum, & confringite ſtatuas, 3
lucos igne comburite, & idola comminuite: diſperdite no
mina earum de locis illis. ♀ Non facietis ita Dño Deo ve- 4
ſtro: ♀ Sed ad locum quem elegerit Dñs Deus veſter de 5
cunctis tribubus veſtris, vt ponat nomen ſuum ibi, & ha-
bitet in eo, venietis: ♀ Et offeretis in loco illo holocauſta 6
& victimas veſtras, decimas & primitias manuum veſtra-
rum, & vota atq; donaria, primogenita boum & ouiū. ♀ Et 7
comedetis ibi in conſpectu Dñi Dei veſtri: ac lætabimini
in cunctis ad quæ miſeritis manum vos & domus veſtræ,
in quibus benedixerit vobis Dñs Deus veſter. ♀ Non fa- 8
cietis ibi quæ nos hîc facimus hodie, ſinguli quod ſibi re-
ctum videtur. ♀ Neq; enim vſq; in præſens tempus ve- 9
niſtis ad requiem, & poſſeſſionem quam Dominus Deus
veſter daturus eſt vobis. ♀ Tranſibitis Iordanem, & ha- 10
bitabitis in Terra quam Dñs Deus veſter daturus eſt vo-
bis, vt requieſcatis à cunctis hoſtibus per circuitū: & abſq;
vllo timore habitetis. ♀ In loco quem elegerit Dominus 11
Deus veſter, vt ſit nomen eius in eo, illuc omnia quæ præ-
cipio, conferetis, holocauſta*, & hoſtias, ac decimas, & pri
mitias manuum veſtrarum: & quicquid præcipuum eſt in
muneribus quæ vouiſtis Domino. ♀ Ibi epulabimini co- 12
ram Domino Deo veſtro, vos & filij ac filiæ veſtræ, famu
li & famulæ atque Leuites, qui in vrbibus veſtris " commo-
rantur. neq; enim habet aliam partem & poſſeſſionē in-
ter vos. ♀ Caue ne offeras holocauſta tua in omni loco 13
quē videris: ♀ ſed in eo quē elegerit Dñs, in vna tribuum 14
tuarum offeres hoſtias, & facies quæcunq; præcipio tibi.

Fugienda idololatria.
Comedendū in loco quem elegerit Dominus in Terra promiſſionis.
B
* veſtra
" commoratur. (ſing. num.

HAEc ſunt ſtatuta & iudicia, quæ cuſtodietis 2 vt faciatis in terra quam Dominus patrum tuorum tibi dedit vt illam poſſideas, 3 cunctis diebus quibus victurus es ſuper terram. Omnino vaſtabitis omnia loca in quibus coluerunt Gentes (4 quas vos occupabitis) deos ſuos, ſuper montes excelſos, ſuper colles, & ſub omni arbore frondoſa. Diruetis aras eorum, & ſtatuas eorum confringētis, atq; lucos eorum igne comburetis, & ſculptilia deorum quos habent concidetis, & 5 abolebitis nomen eorum de loco illo. Vos non 6 ſic facietis Domino Deo veſtro, Sed eum locum (quem elegerit Dñs veſter ex cunctis tribubus veſtris, 7 vt ponat nomen ſuum ibi, 8 habitetq; illic) quæretis, atq; illò venietis. Illuc afferetis holocauſta veſtra, victimas veſtras, decimas veſtras, 9 munus liberale manus veſtræ, vota veſtra, voluntaria veſtra munera, atq; primogenita armentorum, & gregum veſtrorum, Ibiq; epulabimini coram Dño Deo veſtro, & 10 lætabimini in omnibus (ad quæ admoliti eritis manum veſtrā) vos & domus veſtræ, 11 in quibus benedixit te Dominus Deus tuus. 12 Ne feceritis iuxta omnia quæ nos 13 hodie 14 hîc facimus, vnuſquiſq; ſcilicet quod ſibi viſum fuerit. Nec enim adhuc veniſtis ad requiē & hæreditatē, quā Dñs Deus tuus daturus eſt tibi. 15 Quum verò trāſmiſſo Iordane in terra habitaueritis, quā Dñs Deus veſter tradidit vobis poſſidendā (& requiem vobis dederit de cunctis hoſtibus veſtris qui circunquaq; ſunt, ſederitiſq; ſecuri) Ad locū quē elegerit Dñs Deus veſter, 7 vt in eo ponat nomē ſuū, adducetis omnia quæ ego præcipio vobis, nēpe holocauſta veſtra, ſacrificia veſtra, decimas veſtras, 9 munus liberale manus veſtræ, omnia vota veſtra ſelecta quæ voueritis Dño. Et 16 lætabimini corā Dño Deo veſtro, vos & filij veſtri, filiæ veſtræ, & ancillæ veſtræ, ſed & Leuita 17 qui eſt intra portas veſtras: quoniā is nec partē nec hæreditatē habet vobiſcū. Caue ne forte ſacrifices holocauſta tua in omni loco quē videris, ſed in loco quē elegerit Dñs in vna tribuum tuarum, ibi inquā ſacrifices holocauſta tua, & illic fac quæcunq; ego præcipio tibi.

*Verũtamẽ pro omni animi tui deſyderio 18 mactabis, & comedes carnẽ, iuxta 19 benedictionẽ* Dñi Dei *tui quã dedit tibi, 20 in omnibus portis tuis: tã immundus quã mundus ex ea comedẽt quẽadmodũ capreã aut ceruũ: 21* Modo *ſanguinẽ ne edatis, ſed in terrã effundatis veluti aquã.* Nõ *poteris comedere 22 in portis tuis decimã frumẽti tui, nec muſti tui, nec olei tui, nec primogenita armentorum tuorũ, & gregũ tuorum, ſed nec omnia vota tua quæ tu voueris, nec voluntaria tua, nec 23 munus magnificũ manus tuæ, ſed corãm* Dño Deo *tuo comedes ea, in loco quẽ elegerit* Dñs Deus *tuus, tu & filius tuus, atq; filia tua, ſeruus tuus & ancilla tua, atq;* Leuita *qui eſt intra portas tuas: 24 lætaberiſq; coram* Dño Deo *tuo in cunctis ad quæ 25 admoueris manum tuã.* Caue *ne fortè deſeras* Leuitam *cunctis diebus tuis ſuper terrã tuam.* Quũ *dilatauerit* Dñs Deus *tuus 26 limitẽ tuum quemadmodum pollicitus eſt tibi, & dixeris,* Comedã *carnes, (habet enim animus tuus deſyderium edendi carnẽ) poteris pro omni deſyderio animi tui carnes edere. Si verò procul à te fuerit locus quem elegerit* Dñs Deus *tuus, vt illuc ponat nomen ſuum, mactabis de armentis tuis & gregibus tuis quæ dederit tibi* Dñs, *quemadmodum præcepi tibi, & comedes in portis tuis 27 pro omni deſyderio animi tui, 28* Et *ſicut caprea comeditur, atq; ceruus, ſic comedes illa: mundus & immundus 29 pariter veſcentur illis. 30* Modo *in hoc ſis firmus, ne ſanguinem edas (nam ſanguis eſt 31 ipſa anima,) ne ergo comedas animam cum ipſa carne: ne inquam comedas ipſum, Sed cum in terram 32 vt aquam effunde.* Ne *comedas ipſum, vt bene tibi ſit, & filijs tuis poſt te, 33 ſed fac quod rectum eſt in oculis* Domini. *34* Attamen *ſancta tua quæ fuerint tibi, & vota tua tolles, & venies ad locum quem elegerit* Dominus, *Faciesque holocauſta tua, 35 carnem & ſanguinem ſuper aram* Domini Dei *tui, ſanguis verò ſacrificiorum tuorum effundetur iuxta aram* Domini Dei *tui, & carnem ipſam comedes.* Obſerua *& audi omnia verba iſta quæ ego præcipio tibi, vt bene tibi ſit, atque filijs tuis poſt te perpetuò: [idque fiet] ſi feceris quod bonum & rectum eſt in oculis* Domini Dei *tui.* Quando *ſucciderit* Dominus Deus *tuus 36 ante te gentes ad quas tu venies vt eas poſsideas, vtq; eas occupes, & in terra earum habites:* Caue *tibi nequando (37 quum iam deuaſtatæ ſunt) 38 ſectando eas illaqueeris: 39 ne ſcilicet requiras deos earũ, dicens,* Quemadmodum *gẽtes illæ deos ſuos 40 coluerunt, ſic ego quoque faciam. 41* Nequaquam *ſic facies* Domino Deo *tuo: nam quidquid abominandum eſt* Domino, *quodq; odit, fecerũt dijs ſuis: 42 etenim & filios ſuos & filias ſuas igne dijs ſuis 43 combuſſerunt.* Quidquid *ego vobis præcipio, id obſeruabitis vt faciatis: ad hoc nihil addes, ab eo nihil detrahes.*

15 ¶Si autẽ comedere volueris, & te eſus carniũ delectauerit,
occîde, & comede iuxta benedictionẽ Dñi Dei tui, quam
dedit tibi in vrbibus tuis: ſiue immundũ fuerit, hoc eſt ma
culatum & debile: ſiue mundũ, hoc eſt integrum & ſine
macula, quod offerri licet, ſicut capreã & ceruum come-
16 des, ¶Abſq; eſu duntaxat ſanguinis, quẽ ſuper terrã quaſi
17 aquã effundes. ¶Non poteris comedere in oppidis tuis de
cimã frumẽti, & vini & olei tui, primogenita armentorum
& pecorũ, & omnia quæ voueris, & ſponte offerre volue-
18 ris, & primitias manuum tuarũ: ¶ſed coram Dño Deo tuo
comedes ea in loco quẽ elegerit Dñs Deus tuus, tu & fi-
lius tuus & [a] filia, & ſeruus & famula, atque Leuites, qui
[b] manent in vrbibus tuis: & lætaberis & reficieris corã Do
mino Deo tuo in cunctis ad quæ extẽderis manum tuam.
19 ¶Caue ne derelinquas Leuiten in omni tempore quo ver
20 ſaris in Terra. ¶Quando dilatauerit Dñs Deus tuus termi
nos tuos, ſicut locutus eſt tibi, & volueris veſci carnibus
21 quas deſiderat anima tua: ¶ Locus autem quem elegerit
Dominus Deus tuus, vt ſit nomen eius ibi, ſi procul fuè-
rit, occîdes de armentis & pecoribus quæ habueris, ſicut
22 præcepi tibi, & comedes in oppidis tuis, vt tibi placet. ¶ Si
cut comeditur caprea & ceruus, ita veſcêris eis: & mun-
23 dus & immundus in commune veſcentur. ¶Hoc ſolum ca
ue, ne ſanguinem comedas. ſanguis enim eorum pro ani-
ma eſt: & idcirco non debes animam comedere cum car-
24 nibus: ¶ Sed ſuper terram fundes quaſi aquam, ¶vt be-
25 ne ſit tibi & filijs tuis poſt te, cum feceris quod placet in
26 conſpectu Domini. ¶Quæ autem ſanctificaueris, & voue-
ris Domino, tolles, & venies ad locum quem elegerit Do-
27 minus: ¶Et offeres oblationes tuas carnem & ſanguinem
ſuper altare Domini Dei tui: ſanguinem hoſtiarum * fun-
28 des in altari, carnibus autem ipſe veſcêris. ¶ Obſerua, &
audi omnia quæ ego præcipio tibi, vt bene ſit tibi & filijs
tuis poſt te in ſempiternum, cum feceris quod bonum eſt
29 & placitum in conſpectu Domini Dei tui. ¶ Quando di-
ſperdiderit Dominus Deus tuus ante faciem tuam gentes
ad quas [c] ingredieris poſsidendas, & poſſederis eas, atque
30 habitaueris in Terra earum: ¶ Caue ne imiteris eas, poſt-
quam te fuerint introeunte ſubuerſæ, & requiras ceremo-
nias earum, dicens, Sicut coluerunt gentes iſtæ deos ſuos,
31 ita & ego colam. ¶Non facies ſimiliter Domino Deo tuo.
omnes enim abominationes quas auerſatur Dominus, fe-
cerunt dijs ſuis, offerentes filios & filias, & comburentes
32 igni. ¶ Quod præcipio tibi, hóc tantum facito Domino:
nec addas quicquam, nec minuas.

A ſanguine abſtinendum.

C Decimæ vbi comedebantur.

[a] filia tua, [b] manet (ſingul. num.

Leuitæ alendi.

Gen. 28. c. Inf. 19. c.

Sanguis non comedendus.

D

*tuarum

Idololatria fugienda.

[c] ingrederis

Filios combur.

Sup. 3. d. Prou. 30. b.

## SCHOLIA IN CAP. XII.

1 vel, Hæ ſunt ceremoniæ & leges quas. 2 faciendo (ea). 3 Subaudiendum, (quæ inquam facere debetis:) poſtea ſequatur, cunctis diebus, &c. i. quæ facere debetis toto tempore quo vixeritis in Terra quam dederit vobis. 4 vel, quarum poſſeſsiones adituri eſtis. Alij colebant idola in montibus altiſsimis, alij in collibus, alij in locis frondoſis & opacis. 5. i. ita ſubuertite locum, vt ne memoria quidẽ idolorum relinquatur in eo. 6. i. talia qualia faciunt Gẽtes. q. d. Nõ vbicunq; libuerit, coletis Deum veſtrum, ſed conferetis vos ad eũ locum quem, &c. 7. i. vt illic colatur. 8 vel, & tabernaculum ſuum. Chaldæus paraph. & domum habitationis ſuæ. 9 oblationem. i. primitias veſtras, quas ſoletis offerre Deo. Sic in ſequẽtibus intelligẽdum. 10. i. poſteaquã ſic feceritis, proſpere ſuccedet vobis quicquid tractaueritis, quia Deus benedicet vobis. 11 Potius vertendum, quia benedicet. 12. i. Non facietis omnino vt nos. &c. 13 Ante ingreſſum ſcilicet Terræ ſanctæ. 14. i. extra Terram ſanctam. 15 vel, Sed tranſibitis Iordanem, & habitabitis in terra quam Dominus Deus veſter daturus eſt vobis iure hæreditario: dabitque vobis requiem ab omnibus inimicis veſtris per circuitum, habitabitiſque confidẽter. Erit autem, ad locum, &c. vel, Ad eum autem locum quem, &c. 16 vel, epulabimini cum lætitia. 17. i. qui habitat in vrbibus veſtris. 18 ſub. animalia munda. q. d. Siquando libuerit comedere carnês, occîde, & manduca. 19 Benedictionem pro opibus ponit. i. ſecundum opes tuas. 20. i. in quacunque vrbe habitaueris, vbicunque locorum fueris. 21 Ita duntaxat, vt ſanguinem non comedatis, verum effundetis illum in terram tanquam aquam. i. vt ſolet effundi aqua. Ceruus & caprea munda erant animalia, ſed Deo non ſolebãt offerri. 22 Ieroſolymis poterant comedere, non autem in alijs vrbibus. Altera pars decimarum debebatur Leuitis qui extra Ieruſalem agebant, & altera his qui Ieroſolymis erant. Et Ieroſolymis tum licebat edere cum Leuitis de decimis & primogenitis. Lege infrà cap. XIIII. 23 oblationem. 24 vel, epulaberis cum gaudio. 25 miſeris. i. in omnibus facultatibus tuis. 26 vel, regionem tuam. Vox enim Hebræa GVEBVL. terminum ſignificat & regionem, quòd regio finibus & terminis circunſcribi ſoleat. 27. i. prorſus vt deſyderabis, & quantuncunque libuerit. 28 Verum ea lege vt quemadmodum comedi ſolet caprea, &c. 29 Aut, ſimul. i. ſine diſcrimine veſci poterunt his carnibus, quia Deo non ſunt oblatæ. 30 Sed roborare, vt ne &c. i. robuſtus eſto, vel cõſtanter abſtine ab eſu ſanguinis, aut forti animo abſtine. 31 id eſt, ſedes animæ. quia ſanguine alitur & ſeruatur vita, animam vocat vitam. 32 vt ſcilicet ebibatur à terra, non aliter quàm aqua. 33 quum feceris. vel, facies enim quod placet, &c. 34 Veruntamen ſanctificata tua quæ fuerint apud te, id eſt, ea quæ conſecraueris Domino Deo tuo. 35 id eſt, ex carne & ſanguine. 36. i. ſub. aduentũ tuũ. 37 poſteaquã deletæ fuerint à facie tua. 38 te ĩlaqueũ cõijcias poſt eas. i. ne imiteris cultũ illarũ gentiũ. 39. i. ne inquiras de cultu idolorũ illarũ gentiũ. 40 colebãt, &c. Præteritũ per fectũ pro imperfecto. 41. i. Nõ afficies Dñm hac contumelia vt cum eo vnà colas deos alienos. 42 nam etiam filios. 43 comburebant.

C A P.



## CAP. XIII.

SI ſurrexerit in medio tui ꝓphetes, aut qui ſomniũ vi 1
diſſe ſe dicat, & prædixerit ſignũ atq; portentũ, ¶Et 2
euenerit quod locutus eſt, & dixerit tibi, Eamus, &
ſequamur deos alienos (quos ignoras) & ſeruiamꝰ eis: ¶nõ 3
audies verba prophetæ illius aut ſomniatoris: quia tentat
vos Dñs Deus veſter, vt palã fiat vtrum diligatis eum an
non, in toto corde, & in tota anima veſtra. ¶ Dñm Deum 4
veſtrum ſequimini, & ipſum timete, & mandata illius cu-
ſtodite, & audite vocẽ eius: ipſi ſeruietis, & ipſi adhære-
B bitis. ¶Propheta autẽ ille aut fictor ſomniorum interficie 5
tur: quia locutus eſt vt vos auerteret à Dño Deo veſtro,
qui eduxit vos de Terra-AEgypti, & redemit vos de do
mo ſeruitutis: vt errare te faceret de via quam tibi præce-
pit Dñs Deus tuus: & auferes malum de medio tui. ¶Si ti- 6
bi voluerit perſuadere frater tuus filius matris tuæ, aut fi-
lius tuus vel filia, ſiue vxor quæ eſt in ſinu tuo, aut amicus
quem diligis vt animam tuã, clàm dicẽs, Eamus, & ſeruia-
mus dijs alienis, quos ignoras tu & patres tui, ¶Cũctarum 7
in circuitu Gentiũ quæ iuxtà vel ꝓcul ſunt, ab initio vſq;
ad finẽ terræ: ¶Nõ acquieſcas ei, nec audias, neque parcat 8
ei oculus tuꝰ vt miſerearis & occultes eũ, ¶Sed ſtatim in- 9
terficies: ſit primùm manus tua ſuper eum, & poſt te om-
C nis populus mittat manũ. ¶Lapidibus obrutus necabitur: 10
quia voluit te abſtrahere à Dño Deo tuo, qui eduxit te de
Terra-AEgypti de domo ſeruitutis: ¶Vt omnis Iſrael au- 11
diens timeat, & nequaquã vltrà faciat quippiam huius rei
ſimile. ¶Si audieris in vna vrbiũ tuarum, quas Dñs Deus 12
tuus dabit tibi ad habitandum, dicentes aliquos, ¶ Egreſsi 13
ſunt filij Belial de medio tui, & auerterũt habitatores vr-
bis ſuæ, atq; dixerũt, Eamus, & ſeruiamus dijs alienis quos
ignoratis: ¶Quære ſolicitè: & diligẽter rei veritate perſpe- 14
cta, ſi inueneris certum eſſe quod dicitur, & abominatio-
nem hãc opere perpetratã, ¶Statim percuties habitatores 15
vrbis illius in ore gladij, & delebis eã, omniaq; quæ in illã
D ſunt vſq; ad pecora. ¶ Quicquid etiã ſupellectilis fuerit, 16
congregabis in medio platearũ eius, & cum ipſa ciuitate
ſuccendes, ita vt vniuerſa conſumas Domino Deo tuo, &
ſit tumulus ſempiternus: non ædificabitur amplius. ¶Et 17
non adhærebit de illo anathemate quicquam in manu tua:
vt auertatur Dominus ab ira furoris ſui, & miſereatur tui,
multiplicetque te, ſicut iurauit patribus tuis, ¶ Quando 18
audieris vocem Domini Dei tui, cuſtodiens omnia præce
pta eius quæ ego præcipio tibi hodie, vt facias quod pla-
citum eſt in conſpectu Domini Dei tui.

Inf. 17. b.

## CAP. XIII.

*SI 1 ſurrexerit in medio tui ꝓpheta, aut 2 qui ſomniũ ſomniet, 3 dederitq; tibi aut ſignũ aut portentũ,* Eueneritque *ſignũ 4 & portentũ quod prædixit tibi, atq; is dixerit,* Eamus *poſt deos alios (quos non nouiſti,) & 5 ſeruiemus eis:* Nõ *audies verba prophetæ illius, aut eius qui ſomniauerit huiuſmodi ſomniũ, quia tẽtat vos* Dñs Deus *veſter, 6 nũ ſitis amãtes* Dñi Dei *veſtri in toto corde veſtro, & ĩ tota anima veſtra.* Incedite *poſt* Dñm Deũ *veſtrũ, illũ timete, illius præcepta cuſtodite, illius vocẽ audite, illi ſeruite, atq; illi adhærete.* Propheta *autẽ talis, aut ſomniorũ ſomniator interfici debet, eo quòd 7 defectionẽ loquutus ſit à* Dño Deo *veſtro (qui eduxit vos de terra* AEgypti, *& redemit te de domo ſeruitutis,) vtq; te depelleret à via quã 8 præſcripſit tibi* Dñs Deus *tuus, vt in ea ambulares, 9 & ideo exterminabis malũ è medio tui. 10 Si te clanculũ ſolicitauerit frater tuus 11 filius matris tuæ, aut filius tuus, aut filia tua, aut vxor 12 gremij tui, aut 13 proximus quem vt propriã vitã [amas,] 14 dicẽdo,* Eamus, *& ſeruiamus dijs alijs, quos nec tu nouiſti, nec patres tui,* Fuerintq; *ex dijs 15 populorũ qui circũ vos ſunt, ſiue prope fuerint tecũ, ſiue procul à te, ab vna extremitate terræ, ad aliã extremitatẽ terræ:* Ne *acquieſcas ei, neq; audies eũ, nec parcat ei oculus tuus, 16 neq; indulgeas, 17 neq; abſcõdas eũ,* Sed *omnino occidas eũ, & manus tua prima ſit in eo 18 vt occidatur talis, deinde & manus totius populi.* Obrue *eũ lapidibus donec moriatur: hoc enim molitus eſt, vt depelleret te à* Dño Deo *tuo, qui te eduxit de terra* AEgypti, *de domo ſeruitutis.* Hoc *omnes Iſraelitæ audiãt & timeãt, ne vltra deſignẽt rem tã nephandã in medio tui. Si 19 in aliqua vrbium tuarum, quas* Dominus Deus *tuus dat tibi vt in eis habites, audieris [hanc famam,]* Egreſsi *ſunt viri 20 filij* Belial *è medio tui, & ſolicitarunt ciues vrbis ſuæ hiſce verbis,* Eamus, *& ſeruiamus dijs alijs quos non nouiſtis:* Inquiras, *inueſtiges & interroges diligenter: & ſi verum eſt & certum verbum illud, quòd iſtiuſmodi abominatio facta ſit in medio tui,* Omnino *feries inhabitatores illius ciuitatis gladio, & vaſtato eam gladio, & quicquid in ea eſt, etiam iumenta eius.* Vniuerſa *autem ſpolia eius comportabis in mediũ 21 fori eius, & ſuccendes vrbẽ igne, & in vniuerſum omnia ſpolia eius 22* Dño Deo *tuo, vt ſit perpetuò 23 aceruus, nec reædificetur amplius.* Nec *hærebit in manu tua quidquã de illo 24 hærem: vt reuertatur* Dominus *à furore iræ ſuæ, 25 & intimo affectu erga te cõmoueatur, miſereaturq; tui, & multiplicet te, quemadmodum iurauit patribus tuis. 26* Audies *itaq; vocem* Domini Dei *tui, 27 vt cuſtodias omnia præcepta eius quæ ego præcipio tibi hodie, vt 28 quod rectum eſt in oculis* Domini Dei *tui facias.*

## SCHOLIA IN CAP. XIII.

1 Vel, extiterit. 2 ſomnians ſomnium. i. fictor ſomniorum, quaſi dicat, Siquis inter vos dicat ſe præditum prophetia, aut ſomniandi arte. 3. i. ediderit aliquod miraculum. 4 aut. 5 vel, ſeruiamus 6 vt ſciatur (aut palàm ſit) an diligatis Dominum Deum veſtrum. 7 vel, auerſionem contra Dominum, &c. id eſt verbis voluit vos auocare à cultu Dei. 8 præcepit. 9 & auferes malũ, &c. i. delebis hominem huiuſmodi, ne amplius tecum verſetur. 10 vel, Si tibi voluerit ſuadere. 11 id eſt, vterinus. 12. i. quæ dormire ſolet in ſinu tuo. vel, quam amplecti ſoles. 13 vel, amicus. 14 Heb. in occulto (ſiue clam) dicendo. 15 quos colunt populi qui circum te habitant, ſiue ſint tibi vicini, ſiue procul à te abſint, ab extremo vno terræ (ſiue regionis) vſque ad aliud extremum. 16 neque miſerearis. Declarat quid ſignificet, non parcat ei oculus tuus: quum dicit, neque miſerearis, quaſi dicat, non parcat ei oculus tuus, id eſt ne miſerearis eius. 17 vel, neque rem ſilentio tranſigas. 18 vt interficias illum. i. tu primus in eum iacies lapidem vt interficias illum. 19 de aliqua. 20. i. homines impij & nihili de congregatione tua. 21 vel, plateæ. 22. i. in honorẽ Domini Dei tui. 23 ſub. lapidum. 24 anathemate. i. non retinebis apud te quicquam de facultatibus illis quæ cremari debent & prorſus perdi. 25 Heb. & det tibi miſericordias, vt miſereatur tui. 26 Quando parueris voci, &c. Pendet à præcedẽti verſu. 27 cuſtodiendo. 28. i. quod gratum eſt Domino.

## CAP. XIIII.

Non imitandus ritus Gentium ſuper mortuis. Sup. 7. a. Inf. 26. d.

Animalia munda. Leui. 11. a.

FIlij eſtote Domini Dei veſtri: non vos incidetis, nec 1
facietis caluitium ſuper mortuo: ¶ Quoniam popu- 2
lus ſanctus es Domino Deo tuo: & te elegit vt ſis ei
in populum peculiarem de cunctis gentibus quæ ſunt ſu-
per terram. ¶ Ne comedatis quæ immunda ſunt. ¶ Hoc 3
eſt animal quod comedere debetis, Bouem, & ouem, & ca 4
pram, ¶Ceruum & capream, bubalum, tragelaphum, py- 5
gargum, orygem, camelopardalum. ¶ Omne animal 6

## CAP. XIIII.

*FI 1 lij eſtis vos* Dñi Dei *veſtri, ne ergo 2 laceretis voſipſos, 3 neque ponetis caluitium inter oculos veſtros propter mortuũ,* Nã *populus 4 ſanctus es* Dño Deo *tuo, & te elegit* Dñs, *vt ſis ei populus peculiaris præ omnibus populis qui ſunt ſuper ſuperficiẽ terræ.* Nihil *ergo quod 5 abominãdũ eſt comedas. 6* Hoc *eſt pecus quod comedetis, bouem, pecudem ouiũ, & pecudẽ caprarũ,* Ceruũ, *capreã, 7 ibicẽ, 8 hircocerũ, 9 vnicornem, 10 vrum, & 11 tarandum.* Et *omne animal*

P 3 quod

*quod ſeparat vngulam,& findit fiſſuram vtriuſque vngulæ, 12 ruminationem ſurſum reuocans 13 in pecoribus, hoc comedetis.* Hoc *tamen non comedetis ex his quæ ruminationem ſurſum reuocant,& ex his quæ vngulam ſeparant 14 ac fiſſuram,nempe camelum,leporem,& cuniculum, quæ quidem ruminationem reuocant,at vngulam non ſeparant, immunda ergo erunt vobis.* 15 Et *ſus tametſi vngulam ſeparat,non tamen ruminat,ideo immundus ſit vobis.* 16 De *carne taliū non comedetis,& cadauer eorum non tangetis.* Hoc *verò comedetis ex omnibus quæ in aqua ſunt.Quidquid pinnulas habet & ſquamas,comedetis:Quicquid verò pinnulas & ſquamas non habet,non comedetis,immundum ſit vobis.Omnem auē mundam comedetis.Hæc verò ſunt de quibus non comedetis,Aquila,17 accipiter,aquila marina,18* V*ultur,19 pica, & miluus iuxta ſpeciem ſuam.Omnis quoque coruus iuxta ſpeciem ſuā. 20 Struthio, noctua, 21 cuculus,niſus iuxta ſpeciem ſuam. 22* N*ycticorax,23 bubo,porphyrio,24* I*bis,pelecanus,& mergulus,*C*iconia,25 graculus iuxta ſpeciem ſuam,vpupa, & veſpertilio.Quicquid ex volucribus repit,immundum ſit vobis, nec comedatur.Omnem verò volucrem mundam edere poteſtis.*Ne *edatis vllum morticinum, ſed peregrino qui eſt intra portas tuas dabis illud, vt ipſum comedat,aut vendas ipſum alieno,quia tu populus 26 ſanctus es* Domino Deo *tuo. 27* Ne *coquas hœdum in lacte matris ſuæ.28* E*xacte decimabis cunctos prouentus ſementis tuæ,quos ager ſingulis annis profundit.*Et *comedes 29 coram* Domino Deo *tuo(in loco quem elegerit 30 vt nomen ſuum illic ponat)31 decimā frumēti tui,vini tui,& olei tui,atque primogenita armentorum tuorum, & gregum tuorum,vt diſcas timere* Dominum *Deum tuum cunctis diebus.32* Q*uòd ſi longior fuerit via quàm tu ſis ferendo, quandoquidem procul eſt à te locus ille quem elegerit* Dominus Deus *tuus vt ponat nomē ſuum illic,33 fortunaritq; te* Dominus Deus *tuus,34 dabis pro pecunia, & colligata pecunia in faſciculum in manum tuam,ibis ad locum quem elegerit* Dominus Deus *tuus.*Et *35 exponas pecuniam pro omnibus quæ deſyderat animus tuus,pro bobus & pro ouibus,pro vino & ſicera,pro cunctis denique quæ auet animus tuus,& comedes ibi coram* Domino Deo *tuo,& lætaberis tu atque domus tua.*Et Leuitam *qui eſt 36 intra portas tuas 37 ne deſeras, quia nec partem nec hæreditatem tecum habet.*A *fine tertij anni 38 ſelige omnes decimas annonæ tuæ illius anni, & reponas 39 intra portas tuas,*V*enietque* L*euita,qui non habet partem & hæreditatem tecum,& peregrinus,pupillus atque vidua,qui ſunt intra portas tuas,& 40 comedent atque ſaturabuntur,*V*t 41 locupletet te* Dominus Deus *tuus in cuncto opere manus tuæ quod feceris.*

quod in duas partes findit vngulam & ruminat, comede-
7 tis. ♀ De his autem quæ ruminant,& vngulam non fin- Immunda.
dunt,hæc comedere non debetis,camelum,leporē,chœ-
rogryllum:quia ruminant,& non diuidunt vngulam, im-
8 munda erunt vobis.♀Sus quoque quoniam diuidit vngu- B
lam,& non ruminat, immunda erit.carnibus eorum non
9 veſcemini,& cadauera non tangetis.♀Hæc comedetis ex Piſces mundi
omnibus quæ morantur in aquis, Quæ habent pinnulas, & immundi.
10 & ſquamas,comedite:♀Quæ abſque pinnulis & ſquamis
11 ſunt,ne comedatis,quia immunda ſunt.♀Omnes aues mū Aues immūdæ.
12 das comedite.♀Immundas ne comedatis: Aquilam ſcili-
13 cet,&gryphem,& haliæetum,♀ixon,Et vulturem ac mil-
14 uum iuxta genus ſuum:♀& omne coruini generis, ♀ Et
15 ſtruthionem,ac noctuam,& larum,atque accipitrem iux-
16 ta genus ſuum:♀Herodium ac cygnum,& ibin,♀Ac mer-
17 gulum,porphyriônem,& nycticoracem,♀Onocrotalum,
18 & charadrium,ſingula in genere ſuo:vpupā quoq; & ve-
19 ſpertilionem. ♀ Et omne quod reptat & pennulas habet,
20 immundum erit,& non comedetur. ♀Omne quod mūdū C
21 eſt,comedite.♀ Quicquid autem morticinum eſt, ne ve- Morticina non comedenda.
ſcamini ex eo:peregrino qui intra portas tuas eſt, da vt Peregrinus.
comedat, aut vende ei.quia tu populus ſanctus Domini Exo.23.c.34.d.
22 Dei tui es.Nō coques hœdum in lacte matris ſuæ.♀Deci- Decimæ dādæ.
mam partem ſeparabis de cunctis fructibus tuis quæ na-
23 ſcuntur in terra per annos ſingulos ♀ & comedes in con-
ſpectu Domini Dei tui (in loco quem elegerit vt in eo no-
men illius inuocetur)decimam frumenti tui, & vini, &
olei,& primogenita de armentis & ouibus tuis: vt diſcas
24 timere Dominum Deum tuum omni tempore.♀ Cum au-
tem longior fuerit via, & locus quem elegerit Dominus
Deus tuus,tibique benedixerit,nec potueris ad eum hæc D
25 cuncta portare,♀vēdes omnia,& in pretium rediges,por
tabiſque manu tua,& proficiſcêris ad locum quem elege-
26 rit Dominus Deus tuus: ♀ Et emes ex eadē pecunia quic-
quid tibi placuerit, ſiue ex armentis,ſiue ex ouibus, vi-
num quoque,& ſiceram, & omne quod deſyderat anima
tua: & comedes coram Domino Deo tuo, & epulabe-
27 ris tu & domus tua,♀Et Leuita qui intra portas tuas eſt:
caue ne derelinquas eum, quia non habet aliam partem
28 in poſſeſsione tua.♀Anno tertio ſeparabis aliam decimā Leuitæ peregrini,pupilli & viduæ alendi.
ex omnibus quæ naſcuntur tibi eo tempore: & repones
29 intra ianuas tuas.♀Venietque Leuites qui aliam non ha-
bet partem nec poſſeſsionem tecum,& peregrinus ac pu-
pillus & vidua,qui intra portas tuas ſunt,& comedent, &
ſaturabūtur:Vt benedicat tibi Dominus Deus tuus in cun
ctis operibus manuum tuarum quæ feceris.

### SCHOLIA IN CAP. XIIII.

1 vel,Cum filij ſitis Domini,&c.Morem idololatrarum fugiēdum eſſe docet hîc Moſes. 2 incidatis.Cultris ſcilicet aut vnguibus carnes veſtras,ſiue faciem veſtram. 3 ideſt,quum quis ex amicis veſtris vita functus fuerit,non tondebitis partem anteriorē capitis,quæ eſt inter oculos veſtros,ſicut Gentes faciunt quæ ſpē non habent. 4 .i.conſecratus. 5 .i.de carnibus cuiuſcunque animalis immundi. 6 Hæc ſunt animalia,quorum carnibus veſci poteritis. 7 vel,bubalum.ſiue,bouem ſylueſtrem. 8 hircum ſylueſtrem.vel,tragelaphum. 9 LXX pygargum verterunt, qui ſpecies eſt aquilæ.Hîc autem loquitur de greſsilibus terreſtribus:vnde rectius vertas damā. 10 ſiue,bouem ſylueſtrem.11 capram rupicolam. 12 reuocans cibum.ruminans. 13 in genere animantium. 14 fiſſam.i.ex habentibus vngulam diuiſam & fiſſam. 15 Neque porcum(ſub.comedetis:)quia. 16 Hîc ſatis declarat quid immundum animal vocet,vt etiam ſtatim poſt. 17 oſsifraga. 18 Ixos.A videndo nomen habet Hebraicè, ꝙ acie oculorum valeat.è genere vulturum eſt,ſed minor,albus. 19 vultur. 20 vel, Struthiocamelus. 21 vel,larus & accipiter. Græcè ἱέραξ. 22 vel,Bubo.aut,Vlula. 23 vel,ibis & cygnus. 24 vel,Et onocrotalus & porphyrio. 25 vel,charadrius. 26 ideſt,conſecratus. 27 .i.Non elixabis hœdillum vnà cum matre.nam crudele eſſet.vel,Non parabis hœdillum in ea re quæ illi vnicum alimentum & vitæ profugium eſſe ſolet,quod eſt lac caprarum.hoc enim crudele eſſet. 28 Decimam partem dabis omnis fructus ſeminis tui quod prodierit ex agro tuo. 29 id eſt, in Ieruſalem,non extra Ieruſalem:quod verbis ſequentibus declarat, cum dicit,in loco quem elegerit,&c. 30 id eſt,vt illic colatur. 31. Per decimam frumenti, intellige eam portionem quæ è decima debebatur Leuitis Ieroſolymitanis.Edebant autem de hac portione Ieroſolymis qui decimas perſoluebant. 32 Hebraiſmus,Quòd ſi creuerit præ te via. Seipſum continuò ſequentibus verbis exponit,nempe,quòd non poſsis ferre illam(decimam)quoniam procul,&c. 33 Heb.benedixerit.i.copioſas opes tibi dederit. 34 .i.commutabis illas decimas pecunia. 35 .i.eme quicquid voles.Pecunia quam contraxerant è decima & primogenitis diuenditis emebant Iſraelitæ Ieroſolymis quæ offerrent Domino. Præterea eadem pecunia emebant quod ederent coram Domino Ieroſolymis cum Leuitis ſuis & tota familia.Lege ſecundum caput Iohannis. 36 .i.conciuem tuum. 37 ne negligas. 38 vel, promes omnes decimas prouentus tui anno ipſo. 39 .i.in vrbibus tuis. 40 .i.comedent ad ſaturitatē.Hebraiſmus. 41 Heb. benedicat.i.vt det Dominus fœlicem ſucceſſum operibus tuis.





## CAP. XV.

Remiſsio debitorum anno ſeptimo.

SEptimo anno facies remiſsionem,♀quæ hoc ordi- 1
ne celebrabitur.Cui debetur aliquid ab amico vel 2
proximo ac fratre ſuo,repetere non poterit,quia an-
nus remiſsionis eſt Domini. ♀A peregrino & aduena exi- 3
ges:ciuem & propinquum repetēdi non habebis poteſta-
tem. ♀ Et omnino indigens & mendicus non erit inter 4
vos:vt benedicat tibi Dominus Deus tuus in Terra quā
traditurus eſt tibi in poſſeſsionem. ♀ Si tamen audieris 5
vocem Domini Dei tui,& cuſtodieris vniuerſa quę iuſsit,
& quæ ego hodie præcipio tibi, ♀ Benedicet tibi,vt pol- 6
licitus eſt:fœnerabis gentibus multis,& ipſe à nullo acci-
pies mutuum:dominaberis nationibus plurimis,& tui ne-
De fratre ī paupertatē redacto.
mo dominabitur. ♀ Si vnus de fratribus tuis qui moran- 7
tur intra portas ciuitatis tuæ in Terra quam Dominus
B Deus tuus daturus eſt tibi, ad paupertatem deuenerit:
non obdurabis cor tuum,nec contrahes manum, ♀ Sed 8
Mutuū dādum, etiam ſi non ſit ſpes recipiendi. Matt.5.g. Luc.6.c.
aperies eam pauperi,& dabis mutuum quo eum indigere
perſpexeris. ♀ Caue ne forte ſubrepat tibi impia cogita- 9
tio,& dicas in corde tuo, Appropinquat ſeptimus annus
remiſsionis.& auertas oculos tuos à paupere fratre tuo,
nolens ei quod poſtulat mutuum commodare: ne clamet
contra te ad Dominum,& fiat tibi in peccatum. ♀ Sed 10
dabis ei:nec ages quippiam callidè in eius neceſsitatibus
ſubleuandis:vt benedicat tibi Dominus Deus tuus in om
ni ° tempore, & in cunctis ad quæ manum miſeris.
°opere,
Pauperes ſemper futuri. Matth.26.a.
♀ Non deerunt pauperes in Terra habitationis tuæ: id- 11
circo ego præcipio tibi vt aperias manum fratri tuo ege-
no & pauperi,qui tecum verſatur in Terra. ♀ Cum tibi 12
Serui & ancillæ Hebræi anno ſeptimo libertate donandi. Exod.21.a.Iere.34.c.
C venditus fuerit frater tuus Hebræus,aut Hebræa, & ſex
annis ſeruierit tibi, in ſeptimo anno dimittes eum libe-
rum. ♀ Et quem libertate donaueris, nequaquam va- 13
cuum abire patieris: ♀ Sed dabis viaticum de gregibus, 14
& de area & torculari tuo, quibus Dominus Deus tuus
benedixerit tibi.♀ Memēto quòd & ipſe ſeruieris in Ter- 15
ra-AEgypti,& liberauerit te Dominus Deus tuus, & id-
circo ego nunc præcipio tibi. ♀ Sin autem dixerit, Nolo 16
egredi: eo quòd diligat te,& domum tuam,& bene ſibi
apud te eſſe ſentiat: ♀ aſſumes ſubulam, & perforabis 17
Auris perforata ſeruis quid ſignificet.
aurem eius in ianua domus tuæ, & ſeruiet tibi vſque in
æternum.ancillæ quoque ſimiliter facies. ♀ Non auer- 18
tas ab eis oculos tuos quando dimiſeris eos liberos: quo-
niam iuxta mercedem mercenarij per ſex annos ſeruiuit
D tibi:vt benedicat tibi Dominus Deus tuus in cunctis ope-
ribus quæ agis. ♀ De primogenitis quæ naſcuntur in ar- 19
Primogenita Deo ſanctificanda qualia eſſe debeant. Leuit.22.e. Eccl.35.b.
mentis,& ouibus tuis,quicquid eſt ſexus maſculini, ſan-
ctificabis Domino Deo tuo:non operaberis in primoge-
nito bouis,& non tondebis primogenita ouium. ♀ In 20
conſpectu Domini Dei tui comedes ea per annos ſingu-
los in loco quem elegerit Dominus, tu & domus tua.
♀ Sin autem habuerit maculam,& vel claudum fuerit vel 21
cæcum,aut in aliqua parte deforme vel debile: non im-
molabitur Domino Deo tuo. ♀ Sed intra portas vrbis 22
tuæ comedes illud:tam mundus quàm immundus ſimili-
ter veſcentur eis quaſi caprea,& ceruo. ♀ Hoc ſolum ob- 23
ſeruabis vt ſanguinem eorum non comedas,ſed effundes
in terram quaſi aquam.

## CAP. XV.

*A 1 Principio ſeptimi anni 2 facias remiſsionem.* Hæc *verò ſit 3 ratio remiſsionis.Omnis 4 creditor 5 remittere debet manum ſuam, is ſcilicet qui mutuo dedit proximo ſuo,neq; vrgeat proximum ſuum aut fratrem ſuum: nā indicta eſt remiſsio* Domini.*Ab alienigena poteris exigere: 6 qui verò frater tuus eſt,hunc requieſcere ſinat manus tua. 7 Omnino non ſit in te inops:quoniam 8 vbertim locupletabit te* Dominus *in terra quam* Dominus Deus *tuus dat tibi vt eam hæreditate poſsideas,9* Modo *diligenter audias vocem* Domini *Dei tui,vt cuſtodias 10 & facias totum iſtud præceptum quod ego tibi hodie præcipio.Quandoquidem* Dominus Deus *tuus 11 te locupletauit quemadmodum pollicitus eſt tibi:12 mutuo dabis multis gentibus,tu verò 13 mutuo nihil accipies: dominaberis gentibus multis,ipſæ verò tibi non dominabuntur. Si fuerit in te pauper aliquis,ſcilicet ex fratribus tuis,intra vnam 14 portarum tuarum,in terra tua,quam* Dominus Deus *tuus dabit tibi:ne obfirmes cor tuum,neque 15 contrahas manum tuam à fratre tuo paupere,Sed 16 liberaliter aperias illi manum tuam, & 17 des illi mutuum quod ſatis ſit penuriæ eius qua laborat.Caue 18 ne fortè ſubeat cor tuum cogitatio impia,talis ſcilicet,Accelerat annus ſeptimus, annus videlicet remiſsionis,& ob hoc 19 malignus ſit oculus tuus erga fratrem tuum pauperem,ita vt non des ei,& ille clamet contra te ad* Dominum,*20 fiatque tibi peccatum.Omnino dabis ei, 21 & non ſit pectus tuum malignum quum tu das ei: nam huius rei gratia* Dominus Deus *tuus 22 locupletabit ac fortunabit te in cunctis operibus tuis,& in cunctis ad quæ admoueris manum tuam.Quoniam nunquam deerunt 23 pauperes in terra:proinde præcipio tibi,dicens, 24* Liberaliter *aperi manum tuam fratri tuo,pauperi tuo atque inopi tuo in terra tua. Si venditus fuerit tibi frater tuus* Ebræus *aut* Ebræa,*ſeruieritque tibi ſex annis,anno ſeptimo 25 manumittes eum à te. Quum eū à te manumittes,ne amandes eum vacuum,Sed 26 munifice eum circūcingas de gregibus tuis,de horreo tuo, atq; de torculari tuo,quibus te 27 locupletauit* Dominus Deus *tuus vt des illi.* Reuoca *in memoriam quòd & tu ſeruus fuiſti in terra* AE*gypti,& quòd te liberauerit* Dominus Deus *tuus:ob quam cauſam ego tibi 28 hoc præcipio hodie. Quòd ſi dixerit ad te,*Non *egrediar à te:diligo enim te & familiam tuam. eò quòd 29 fuerit ei bene apud te:ſumes ſubulam, 30 & transfiges ea aurē ad oſtium,ſeruietq; tibi perpetuò,quin & famulæ tuæ 31 ſic facies.32* Ne *graueris eum manumittere à te: quoniam 33 duplex eſt merces mercenarij ſex illis annis quibus tibi ſeruiuit,&* Dominus Deus *tuus 34 dabit tibi rerum ſucceſſum & fœlicitatem in omnibus quæ feceris. Omne primogenitum quod natum fuerit in armento tuo, in grege tuo quod maſculum eſt 35 conſecrabis* Domino Deo *tuo,36 neque operaberis primogenito bouis tui,neque tondebis primogenitum gregis tui.*In *conſpectu* Domini Dei *tui comedes illud per ſingulos annos,in loco quem elegerit* Dominus,*tu & domus tua. Quòd ſi vitium aliquod fuerit in eo,nempe ſi fuerit claudum, vel cæcum,vel habuerit aliud malum vitium,non mactabis illud* Domino Deo *tuo,Sed 37 intra portas tuas comedes illud: tam immundus quàm mundus 38 pariter,39 vt capream & ceruum,40* Modo *ne ſanguinem eius edas,ſed in terram eum vt aquam fundas.*

### SCHOLIA IN CAP. XV.

1 Heb.In extremitate.ſcilicet priore.i.Initio ſeptimi anni: ſiue Septimo tandem anno.Cum ſeptimus annus aduenerit. Vox Hebræa k E S,ſignificat extremitatem,quod non ſolum de exitu rei,ſed & de initio intelligendum eſt. 2 facies,id eſt,remittetis debita debitoribus qui non fuerint ſoluendo.3 regula,id eſt,Hoc autem pacto remittentur debita. 4 Hebraiſmus, dominus debiti.vel mutui. 5 id quod manu ſua dederit(vel,crediderit) ſocio ſuo,non repetet(vel,non poterit exigere) à ſocio ſuo,aut à fratre ſuo:quia promulgata eſt remiſsio Domino. vel, quia promulgauit.ſubaudi,is qui promulgare debet,ſiue hoc munere fungi debet,præco nempe,remiſsionem in honorem Domini. 6 Hebraiſmus,at id quod fuerit tibi apud fratrem tuum remittet manus tua. 7 Præterquam ſi non ſit pauper in te,id eſt,in vrbe tua.vel, Præterquam quum non erit pauper in te. Aut,Niſi quum non erit pauper,&c.id eſt, Niſi frater tuus ſit diues.q.d.Pauperibus fratribꝰ remittes pecuniā creditam;verū diuites fratres excipio,quibus non

remittes quod mutuum dederis, quum habeant vnde reddere poſſint. 8 Hebraiſmus, benedicendo benedicet. Subaudi, ſi hoc feceris. 9 Si tamen. vel, Quod ita demum fiet, ſi audieris, &c. 10 opere implendo. 11 Hebraiſmus, benedicet tibi. Verti poſſunt hæc ad hunc modum, Cum autem Dominus Deus tuus benedicet tibi, ſicut pollicitus eſt, tum accepto pignore dabis mutuum gentibus, &c. 12 tum accepto pignore mutuabis. 13 vel, nihil mutuaberis dato pignore. 14 ideſt, vrbiũ. 15 vel, claudas. 16 Hebraiſmus, aperiendo aperias. 17 Hebraiſmus, accepto pignore mutuo dabis ei ſufficientiam inopiæ eius quo indiguerit, id eſt, Sed aperta manu accepto pignore dabis illi mutuo id quo indiguerit. Poſterioribus verbis declarat quid intelligeret per hæc præcedentia, Aperiendo aperies illi manum. 18 Hebraiſmus, ne ſit aliquid cum corde tuo impium, dicendo, Propinquus eſt. 19 vel, improbus, id eſt, Caue ne auertas oculos tuos à fratre tuo paupere, vt ſolent qui nolunt miſereri pauperum. Eſa. 58. ex Hebræo, Cum videris nudum, operi eum: & à carne tua ne abſcondas te. Improbo oculo opponitur benignus, Prouerb. 22. ex Hebræo, Benignus oculo, & ipſe benedicetur, quia ipſe dedit de pane ſuo pauperi. 20 ſitque in te peccatum. Sed, &c. id eſt, & puniaris. 21 nec malignum erit cor tuum dando illi. vel, nec grauetur animus tuus dando illi. aut moleſtia afficiatur, id eſt, ne grauate, moleſte, ſiue ægre iuues illum. 22 Hebraiſmus, benedicet tibi. 23 Hic locus de priuatis pauperibus intelligitur. 24 Hebraiſmus, Aperiendo aperi. 25 Heb. dimittes liberum à te. i. donabis eum libertate, & ſines eum ire quo volet. 26 Heb. onerando onerabis eum, &c. i. dabis illi oues, frumentum, &c. 27 Heb. benedixerit. Hoc eſt, dabis illi de ijs quæ Dominus ſua liberalitate impenderit tibi. 28 nempe de ſeruis. 29 Hebraiſmus, bonum ſit illi tecum. i. ſentiat ſibi bene eſſe apud te. 30 vel, & eam per eius aurem in portam adiges. 31 .i. ancillam donabis libertate quemadmodum & ſeruum. De libertate donanda ancillæ loquitur: non autem de perforanda illi aure: non enim perforabantur aures ancillarum. 32 Hebr. Ne graueris in oculis tuis quum dimittes eum à te donatum libertate, id eſt, Non erit tibi moleſtum dimittere illum donatum libertate, vt diſcedat quocunque volet. 33 duplo mercedis mercenarij ſeruiuit tibi ſex annis. i. bis tanto tempore ſeruiuit tibi, quàm ſeruire ſolet mercenarius: nẽpe ſex annis. Mercenarij enim ſerui apud Hebræos operas ſuas locabant in tres annos. 34 Heb. benedicet tibi, &c. id eſt, ſecundabit omnia opera tua. 35 id eſt, velut rem ſacram Deo offeres. 36 id eſt, non vtêris opera primogeniti generis bubuli. 37 id eſt, in vrbibus in quibus habitaueris. 38 vel, ſine diſcrimine. 39 id eſt, quemadmodum comedere poſſunt capream & ceruum. 40 Verùm ea lege ne, &c.

## CAP. XVI.

*OBſerua menſem 1 Abib, vt facias Paſſah Domino Deo tuo: quoniam in menſe 2 Abib Dominus Deus tuus de AEgypto noctu te eduxit. Sacrificabis igitur 3 Paſſah Domino Deo tuo, oues & boues in loco quem elegerit Dominus, 4 vt illic nomen ſuum ponat. Non comedas 5 in eo fermentatum, ſed ſeptem diebus placentas infermentatas comedes, 6 panes afflictionis: eo quòd 7 feſtinanter egreſſus ſis de terra AEgypti, 8 vt recorderis diei exitus tui de terra AEgypti cunctis diebus vitæ tuæ. Nec videbitur 9 tibi fermentum in omnibus finibus tuis ſeptem diebus, neque pernoctet ad lucem vſque de carne quam mactaſti in veſpera prioris diei. Non poteris mactare Paſſah 10 intra vnam portarum tuarum quas Dominus Deus tuus 11 dederit tibi, 12 Duntaxat in loco quem elegerit Dominus Deus tuus vt collocet nomen ſuum, illic mactabis Paſſah ad veſperam, quum ſol occidit 13 ſtato tempore quo egreſſus es ex AEgypto. Coques itaque & comedes in loco quem elegerit Dominus Deus tuus, mane reuertêris & ibis ad tentoria tua. Sex diebus comedes infermentatas placentas, die verò ſeptimo 14 ſit cœtus Domino Deo tuo, nullum opus facies. Numerabis deinde tibi 15 ſeptem hebdomades: poſtquam cœperis falcem [mittere] in ſegetem, incipies numerare ſeptem hebdomades. Facieſque feſtum diem hebdomadum Domino Deo tuo: 16 voluntarium munus dabit manus tua, quemadmodum fortunarit te Dominus Deus tuus. Et lætaberis 17 coram Domino Deo tuo, tu & filius tuus, filia tua, ſeruus tuus, ancilla tua, atque Leuites qui eſt intra portas tuas, ſed & peregrinus, pupillus & vidua qui tecum verſantur, 18 in loco quem elegit Dominus Deus tuus, 19 vt habitet nomen ſuum illic. Memineris quòd & tu ſeruus fuiſti in AEgypto, ideo cuſtodi & fac 20 ritus illos. Facies deinde tibi feſtum diem tabernaculorum ſeptem dies, 21 quum collegeris de area tua, atque de torculari tuo. Lætaberiſque in die feſto tuo, tu & filius tuus, filia tua, ſeruus tuus, atque ancilla tua, Leuita, peregrinus, pupillus atque vidua, qui ſunt intra portas tuas. Septem diebus feſtum diem ages Domino Deo tuo, in loco quem elegerit Dominus, 22 quoniam fœlicem rerum ſucceſſum dedit tibi Dominus Deus tuus in cunctis 23 prouentibus tuis, & in omni opere manuum tuarum, 24 omnino igitur ſis lætus. Ter in anno apparebit omnis mas tuus coram Domino Deo tuo, in loco quem elegerit, nempe in die feſto infermentatorum, in die feſto hebdomadum, & in die feſto tabernaculorum, nec 25 apparebit in conſpectu Domini vacuus. 26 Quiſque iuxta donum manus ſuæ, & iuxta benedictionem Domini Dei tui, quod dedit tibi. Iudices &*

## CAP. XVI.

1 OBſerua menſem nouarum frugum, & verni pri- Tria Iudæorum
mum tẽporis, vt facias Phaſe Domino Deo tuo: feſta primaria.
quoniam in iſto menſe eduxit te Dñs Deus tuus Phaſe.
2 de AEgypto nocte. ♀ Immolabiſq; Phaſe Dño Deo tuo
de ouibus, & de bobus in loco quem elegerit Dñs Deus
3 tuus, vt habitet nomen eius ibi. ♀ Non comedes in eo panem fermentatum: ſeptem diebus comedes abſq; fermento afflictionis panem: quoniam in pauore egreſſus es de AEgypto: vt memineris diei egreſsionis tuæ de AEgyp-
4 to omnibus diebus vitę tuæ. ♀ Non apparebit fermentatum in omnibus terminis tuis ſeptem diebus, & non remanebit de carnibus eius quod immolatum eſt veſpere in
5 die primo, vſq; mane. ♀ Non poteris immolare Phaſe in qualibet vrbium tuarum, quas Dominus Deus tuus datu- B
6 rus eſt tibi: ♀ Sed in loco quem elegerit Dominus Deus tuus, vt habitet nomen eius ibi: °immolabiſq; Phaſe veſpe °Immolabis (ſi-
7 re ad ſolis occaſum, quando egreſſus es de AEgypto. ♀ Et ne coniunctione.
coques, & comedes in loco quẽ elegerit Dñs Deus tuus,
8 maneq; conſurgens vades in tabernacula tua. ♀ Sex diebus comedes azyma: & in die ſeptima, quia collecta eſt
9 Dni Dei tui, non facies opus. ♀ Septem hebdomadas nu- Pentecoſte.
10 merabis tibi ab ea die qua falcem in ſegetem miſeris, ♀ Et celebrabis diem feſtum hebdomadarũ Dño Deo tuo, oblationem ſpontaneam manus tuæ, quã offeres iuxta benedi
11 ctionem Domini Dei tui: ♀ Et epulaberis coram Domino Deo tuo, tu & filius tuus, & filia tua, & ſeruus tuus, & ancilla tua, & Leuites qui eſt intra portas tuas, & aduena ac pupillus & vidua, qui morantur vobiſcum: in loco quẽ C
elegerit Dominus Deus tuus, vt habitet nomen eius ibi.
12 ♀ Et recordaberis quoniam ſeruus fueris in AEgypto: cu
13 ſtodieſque ac facies quæ tibi præcepta ſunt. ♀ Solennitatem quoque tabernaculorum celebrabis per ſeptẽ dies Feſtũ tabernaculorum.
14 quando collegeris de area & torculari fruges tuas: ♀ & epulaberis in feſtiuitate tua tu & filius tuus, & filia, & ſeruus tuus & ancilla, Leuites quoque, & aduena, & pupillus
15 ac vidua qui intra portas tuas ſunt. ♀ Septem diebus Domino Deo tuo feſta celebrabis in loco quem elegerit Dominus: benedicetque tibi Dominus Deus tuus in cunctis frugibus tuis, & in omni opere manuum tuarum, eriſq; in
16 lætitia. ♀ Tribus vicibus per annum apparebit omne ma- Primogenita.
ſculinum tuum in conſpectu Domini Dei tui in loco quẽ
elegerit, in Solennitate azymorum, & in Solennitate heb D
domadarum, & in Solennitate tabernaculorum. Non
17 apparebit ante Dominum vacuus: ♀ ſed offeret vnuſ- Exo. 23. b. 34.
quiſque ſecundum quod habuerit iuxta benedictio- c. Eccl. 16. d.
18 nem Domini Dei ſui, quam dederit ei. ♀ Iudices & magiſtros



Quales magiſtratus eſſe debeant. ſup. 1. c. Leu. 19. c. Exod. 23. a. eccl. 20. d.

magiſtros conſtitues in omnibus portis tuis, quas Dominus Deus tuus dederit tibi, per ſingulas tribus tuas: vt iudicent populum iuſto iudicio, ♀ nec in alteram partẽ de- 19
clinent. Non accipies perſonam, nec munera: quia munera excæcant oculos ſapientum, & mutãt verba iuſtorum.
♀ Iuſte quod iuſtum eſt perſequêris: vt viuas, & poſsideas 20
Terram quam Dominus Deus tuus dederit tibi. ♀ Non 21
plantabis lucum & omnem arborem iuxta altare Domini Dei tui. ♀ Nec facies tibi atque conſtitues ſtatuã: quę 22
odit Dominus Deus tuus.

*27 apparitores conſtitues tibi ſecundum tribus tuas in omnibus ciuitatibus tuis, quas Dominus Deus tuus dat tibi, qui iudicent populum 28 iuſto iudicio. ⁘ Ne flectas iudicium, neque agnoſcas 29 perſonas, neque accipias munus: quoniam munus excæcat oculos ſapientum, & peruertit 30 cauſas iuſtas. 31 Iuſtitiã iuſtitia perſequaris, vt viuas, & poſsideas terram quam Dominus Deus tuus dat tibi. Non plantabis tibi lucum ex vllis arboribus iuxta aram Domini Dei tui quã facies tibi. Neque eriges tibi ſtatuam quam odit Dominus Deus tuus.*

## SCHOLIA IN CAP. XVI.

1 Ideſt, primarum ariſtarum, & fac Paſcha Domino, &c. i. Menſem Martium, vel Aprilem obſerua & cuſtodi, in quo ariſtæ erumpere ſolent: in eo menſe macta agnum paſchalem Domino Deo tuo. 2 ideſt, nouarum ſpicarum. Antecedens pro relatiuo. i. in iſto menſe primo, qui menſis interdum noſtro Martio reſpondet, interdum Aprili. 3 ideſt, hoſtias paſchales. 4 ideſt, vt illic colatur & inuocetur: vt illic habitet cum populo ſuo. 5 vnà cum illo, ſcilicet, agno paſchali. 6 Per appoſitionem dictum. q.d. monimenta afflictionis quam tuliſtis in AEgypto. 7 cum ingenti trepidatione. q.d. cum tanta trepidatione & feſtinatione, vt non licuerit tibi permiſcere fermentum tuæ conſperſioni. 8 Rurſum ſubaudiendum, comedes infermentatos panes, vt memineris, &c. 9 ideſt, apud te. 10 ideſt, in aliqua vrbium tuarum. 11 daturus eſt 12 Sed 13 vel, eo menſe quo, &c. 14 erit ſolennitas Domino Deo tuo. i. ſeptimus dies celebrabitur in honorem Domini Dei tui. 15 De feſto pentecoſtes loquitur in quo agebantur Deo gratiæ ob meſſem confectam. 16 Heb. quantum potuerit ſpontanea manus tua, erit quod dabis ſecundum quod benedixerit tibi Dominus Deus tuus. Et epulaberis, &c. i. pro opibus tuis. vel, ſecundũ facultates tuas dabis ſpontaneam oblationem. 17 ideſt, in ea vrbe in qua fuerit tabernaculum Domini. 18 Subaudi, celebrabis inquam, in loco, &c. 19 vt ponat nomen ſuum ibi, ideſt, vt illic colatur. 20 ſtatuta hæc. 21 ideſt, quum frumenta tua collegeris, & vinum tuum. 22 quum benedixerit, ideſt, cum facultates tuas auxerit 23 frugibus 24 tum (vel, vtique) eris lætus. ſiue, tantummodo eris lætus, ideſt, nihil aliud quàm lætitiæ indulgebis. 25 Sub. quiſquam. 26 ideſt, Quiſque offeret quod poterit, & pro modo facultatum ſuarum, quas dederit illi Dominus. 27 præfectos, ideſt, ſapientes homines qui præſint iuri dicendo. 28 Heb. iudicio iuſtitiæ, ideſt, qui ſumma æquitate ius dicant populo. ⁘ vel, Non inclinabis iudicium. Hoc eſt, Tu qui iudicio præfectus es, non inclinabis in alteram partem amore aut odio. 29 ideſt, dignitatem litigantis. 30 Heb. verba iuſtorum. 31 Heb. Iuſtitiam iuſtitiam ſequêris, ideſt, Quod maxime iuſtum eſt. Nihil aliud quàm iuſtitiam ſequêris, ſiue abſoluas, ſiue condemnes.

## CAP. XVII.

Vitioſa hoſtia non offerenda. Pœna idololatræ.

NOn immolabis Domino Deo tuo bouem & 1
ouem in quo eſt macula aut quippiam vitij: quia
abominatio eſt Domino Deo tuo. ♀ Cumque 2
reperti fuerint apud te intra vnam portarum tuarum, quas Dominus Deus tuus dabit tibi, vir aut mulier qui faciant malum in conſpectu Domini Dei tui, & transgrediantur pactum illius, ♀ Vt vadant & ſeruiant dijs 3
alienis, & adorent eos, ſolem & lunam, & omnem militiam cæli, quæ non præcepi: ♀ Et hoc tibi fuerit nuntia- 4
tum, audienſque inquiſieris diligenter, & verum eſſe repereris, & abominatio facta eſt in Iſrael: ♀ Educes 5
virum ac mulierem qui rem ſceleratiſsimam perpetrarunt ad portas ciuitatis tuæ, & lapidibus obruentur.
Teſtes. infr. 19. d. matth. 18. b. 2. Cor. 13. a. ſup. 13. c. ♀ In ore duorum aut trium teſtium peribit qui interfi- 6
cietur: nemo occidatur, vno contra ſe dicente teſtimonium. ♀ Manus teſtium prima interficiet eum, & ma- 7
B Ambiguam & difficiliorẽ cauſam referat iudex ad ſacerdotes, aut ad ſupremum iudicem, ſummum ſacerdotem. 2. para. 19. c.
nus reliqui populi extrema mittetur: vt auferas malum de medio tui. ♀ Si difficile & ambiguum apud te iu- 8
dicium eſſe perſpexeris inter ſanguinem & ſanguinem, cauſam & cauſam, lepram & non lepram, & iudicum inter portas tuas videris verba variari: ſurge, & aſcende ad locum quem elegerit Dominus Deus tuus, ♀ Venieſque 9
ad ſacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem qui fuerit illo tempore: quæreſque ab eis, qui indicabunt tibi iudicij veritatem. ♀ Et facies quodcunque dixerint qui præ- 10
ſunt loco quem elegerit Dominus, & docuerint te ♀ iux- 11
ta legem eius, ſequeriſque ſententiam eorum, nec declinabis ad dexteram, neque ad ſiniſtram. ♀ Qui autem 12
C ſuperbierit, nolens obedire ſacerdotis imperio, qui eo
Rebellis & contumax puniendus.
tempore miniſtrat Domino Deo tuo: ex decreto iudicis morietur homo ille, & auferes malum de Iſrael: ♀ Cun- 13
ctuſque populus audiens timebit, vt nullus deinceps intumeſcat ſuperbia. ♀ Cum ingreſſus fueris Terram 14
Inſtitutio regis, & eius officium.
quam Dominus Deus tuus dabit tibi, & poſſederis eam, habitaueriſq; in illa, & dixeris, Conſtituam ſuper me regem, ſicut habent omnes per circuitum nationes: ♀ Eum 15
conſtitues quem Dominus Deus tuus elegerit de numero fratrum tuorum. Non poteris alterius gentis homi-

*NOn ſacrificabis Domino Deo tuo bouem aut pecudem in quibus ſit vitium aut vllum malum, quoniã abominatur hoc Dominus Deus tuus. Quando inuẽtus fuerit in medio tui intra vnã 1 portarũ tuarũ quas Dñs Deus tuus dat tibi, vir ſiue mulier, qui fecerit quod malũ eſt in oculis Domini Dei tui, ita vt tranſgrediatur 2 fœdus eius, 3 Ieritq; & coluerit deos alios, & adorauerit eos, veluti ſolẽ aut lunã aut quẽcunq; exercitum cælorũ, 4 de quo nõ præcepi: 5 Illudq; indicatur tibi 6 & tu audieris, diligẽter inquire, & en ſi verũ & certũ eſt, factã eſſe iſtã abominationẽ in Iſrael, Educes virũ huiuſmodi aut mulierẽ talẽ qui perpetrarunt rẽ iſtam malam, ad portas tuas, [educes inquam] virum aut mulierem, & obrues eos lapidibus, 7 & moriantur. 8 Iuxta os duorum aut trium teſtium 9 morte multetur, iuxta os vnius teſtis non interficiatur. Manus teſtium prima erit contra eum ad interficiendum eum, deinde manus totius populi, exterminabiſque 10 malum è medio tui. 11 Si cauſa aliqua inſolita & difficilior, quàm vt te ex ea explicare poſsis, in iudicio ſuborta fuerit inter ſanguinem & ſanguinem, inter litem & litem, & inter plagam & plagam 12 [redacted] in portis tuis, ſurge & aſcende ad locum quem elegerit Dominus Deus tuus, Venieſque ad ſacerdotes Leuitici generis, & ad iudicẽ qui in diebus illis 13 fuerit, & 14 inquire, illiq; indicabũt tibi 15 quod æquũ eſt & iuſtũ, Tuq; ages 16 iuxta præſcriptũ quod tibi indicarint de loco illo quẽ elegit Dñs, & obſerua vt facias ſecundũ omnia quæ te docuerint. Iuxta legẽ quã tibi præſcribẽt, & iuxta ſentẽtiã quã dicẽt tibi, ages, nec declinabis à verbo quod tibi annũtiauerint, neq; ad dexterã, neq; ad ſiniſtrã. at ſiquis 17 cõtumaciter & ſuperbe egerit, ita vt nolit audire ſacerdotẽ qui aſtat corã Dño Deo tuo vt ibi miniſtret, aut 18 iudicẽ, vir talis morietur, & exterminabis 19 malũ ex Iſraele, Idq; audiãt omnes in populo, timeantq; ne vltra cõtumaciter agãt. Quũ veneris in terrã quã Dñs Deus tuus dat tibi, poſſederiſque eam, & in ea habitaueris, & 20 dicturus es, Conſtituam ſuper me regem, quemadmodum omnes gentes quæ circum me ſunt: Omnino regẽ ſuper te pones quẽ elegerit Dominus Deus tuus, de medio fratrũ tuorũ conſtitues ſuper te regem: non autem præficere tibi poteris hominem*

minem alienum, qui non eſt frater tuus. 21 Modo ne ſibi talis equos multos paret, neque populum in AEgyptum reducat 22 vt equos multiplicet: 23 Nam Dominus dixit vobis, Ne vltra redeatis per viam iſtam. Deinde ne ſibi multas mulieres paret, ne 24 recedat cor eius: neque multiplicet ſibi multum auri & argenti. ⁒ Quum ſederit in ſolio regni ſui, 25 deſcribet ſibi exemplar huius legis in libro 26 coram ſacerdotibus Leuitici generis, Eritque illud penes eum, vt legat in eo cunctis diebus vitæ ſuæ: vt ſcilicet 27 diſcat timere Dominum Deum ſuum, & ſeruare omnia verba legis huius atque ſtatuta iſta, 28 vt faciat ea. 29 Et ne extollat cor ſuum ſuper fratres ſuos, neque recedat à præcepto neque ad dexteram, neque ad ſiniſtram, vt proroget dies in regno ſuo, ipſe & filij eius in medio Iſraelis.

16 nem regem facere, qui non ſit frater tuus. ¶ Cumque fue-
rit conſtitutus, non multiplicabit ſibi equos, nec redu-
cet populum in AEgyptũ, equitatus numero ſubleuatus, D
Præſertim cum Dominus præceperit vobis vt nequaquã
17 amplius per eandem viam reuertamini. ¶ Non habebit
vxores plurimas quæ alliciant animum eius, neque argen
18 ti & auri immenſa pondera. ¶ Poſtquam autem ſederit Rex legat Deuteronomiũ Moyſi.
in ſolio regni ſui, deſcribet ſibi Deuteronomiũ legis huius
in volumine, accipiens exemplar à ſacerdotibus Leuiticæ
19 tribus, ¶ Et habebit ſecũ, legetque illud omnibus diebus
vitæ ſuæ: vt diſcat timere Dñm Deum ſuum, & cuſtodi-
re verba & ceremonias eius, quæ in Lege præcepta
20 ſunt. ¶ Nec eleuetur cor eius in ſuperbiam ſuper fratres
ſuos, neque declinet in partem dexteram vel ſini-
ſtram, vt longo tempore regnet ipſe & ° filius eius ° filij
ſuper Iſrael.

## SCHOLIA IN CAP. XVII.

1 Ideſt, vrbium. 2 ideſt, conditiones fœderis eius. 3 Et iuerit. Et, pro Id eſt, hoc loco ponitur, ſic, ita vt tranſgreſsi fuerint leges pacti eius, Id eſt iuerint & ſeruierint dijs alienis, &c. 4 quod 5 vel, Et renuntiatum fuerit tibi. ſub. priuatim. 6 aut audieris. ſub. publice 7 vel, ita vt moriantur. 8 ideſt, Teſtimonio duorum, &c. 9 interficietur qui moriturus eſt, 10 ideſt, authorem tanti mali. 11 Heb. Si latuerit te quippiam in iudicio, ideſt, Si tibi ſit iudicandum de re aliqua tibi ambigua, vtpote inter ſanguinem & ſanguinem, hoc eſt inter nocentem & innocentem, qui alijs rationibus videtur tibi eſſe innocens, & alijs nocens: inter litem actoris & litem defenſoris, ſiue in cauſa ciuili, aut de vulnere inflicto 12 Heb. in rebus rixarum. vel, controuerſis 13 Sub. ſupremus iudex. 14 vel, conſule. ſub. illos. 15 verbum iudicij, ideſt, quam ſententiam ferre debeas, quid ſis pronuntiaturus 16 Heb. iuxta ſermonem verbi quod indicauerit, &c. ideſt, iudicabis vt te docuerit iudicandum. 17 Heb. fecerit per ſuperbiam vt non audiat ſacerdotem. i. ſiquis per arrogantiam nolit obedire ſacerdoti qui ibi ſteterit vt iudicet, &c. 18 intellige ſummum ſacerdotem. 19 ideſt, hominem pernicioſum. 20 dixeris, ideſt, cõſtitueris apud te. 21 Heb. Ita duntaxat ne multiplicet ſibi equos, &c. vel, Verũtamen ne, &c. 22 .i. vt ſibi amplum equitatum cõparet. 23 vel, Præſertim quũ Dominus dixerit, &c. 24 ſub. à lege Dei. ⁒ ideſt, Quum cœperit regnare. 25 ideſt, curabit ſibi deſcribi exemplar legis huius. 26 ideſt, ad exemplar libri ſacerdotũ Leuitarũ. q. d. ad exẽplar caſtigatiſsimũ, ad exẽplar eorum qui ſunt periti in ea lege, quales ſunt Leuitæ. 27 vel, aſſueſcat 28 vel, opere illa complendo. 29 Vt non eleuet cor ſuum. Sub. Leget inquam legem, vt, &c.

## CAP. XVIII.

SAcerdotes Leuitici generis, & tota tribus Leui nec partem nec hæreditatem habebunt cum Iſraelitis, [ſed] 1 ſacrificia quæ igne conſiunt Domino, & 2 hæreditatem eius comedent, Et ob id nullam hæreditatem habebunt in medio fratrum ſuorum, ſed Dominus eſt hæreditas eorum, ſicut pollicitus eſt eis. 3 Porrò ius ſacerdotum, quod eis à populo, nempe ab his qui ſacrificant ſacrificia, ſiue bos ſit, ſiue pecus, debetur, hoc eſt, Dabunt ſacerdoti armum, & vtranque maxillam atque ventriculum. Primitias quoque frumenti tui, vini tui, & olei tui, atque primitias velleris ouium tuarum dabis ei. Nam illum elegit Dominus Deus tuus ex cunctis tribubus tuis, vt ſtet ad miniſtrandum 4 in nomine Domini, ipſe & filij eius cunctis diebus. Et ſi venerit Leuita ex vna ciuitatum tuarum ex vniuerſo Iſraele, vbicunque ipſe commoretur, 5 venerit inquam ex omni deſyderio animi ſui, ad locum quem elegerit Dominus, 6 Miniſtrabit 7 in nomine Domini Dei ſui, quemadmodum omnes fratres ſui Leuitæ, qui illic 8 ſtant in conſpectu Domini. 9 AEquales portiones comedent, 10 præter venditiones ſuas [quas habent] à patribus. Quum tu veneris in terram quam Dominus Deus dat tibi, ne 11 aſſueſcas facere 12 iuxta abominandos ritus Gentium iſtarum. Non inueniatur in te 13 qui traducat filium ſuum aut filiam ſuam per ignem: nec diuinus qui diuinando futura prædicit, nec 14 mathematicus, nec veneficus, nec maleficus, Nec incantator, nec conſulens pythonem, nec magus, nec à mortuis ſciſcitans. Abominatur enim Dominus quicunque iſta facit, & ob iſtas abominationes excindit eos Dominus Deus tuus ante te. Sis igitur 15 integer cum Domino Deo tuo. Nam Gentes iſtæ, 16 quas tu iam occupabis, audiunt mathematicos & diuinos: 17 tibi verò ſic facere non permittit Dominus Deus tuus. PROPHETAM 18 de medio tui [nempe] ex fratribus tuis 19 ſicuti me, excitabit tibi Dominus Deus tuus, illum audietis. 20 Iuxta omnia quæ poſtulaſti à Dño Deo tuo in Horeb 21 in die congregationis, quando dicebas, 22 Non vltra

## CAP. XVIII.

1 NOn habebunt ſacerdotes & Leuitæ, & omnes Leuitis nulla datur poſſeſsio.
qui de eadem tribu ſunt, partem & hæreditatẽ ſup. 10. b. num.
cum ‵ reliquo populo Iſrael, quia ſacrificia Do 18. c. d. 1. cor.
2 mini, & oblationes eius comedent, ¶ Et nihil aliud acci- 9. b.
pient de poſſeſsione fratrum ſuorum: Dominus enim ip- Nume. 18. c.
3 ſe eſt hæreditas eorum, ſicut locutus eſt illis. ¶ Hoc Leuitis quid datur.
erit iudicium ſacerdotum à populo, & ab his qui offe-
runt victimas: ſiue bouem, ſiue ouem immolauerint, da
4 bunt ſacerdoti armum ac ventriculum: ¶ primitias fru-
menti, vini & olei, & lanarum partem ex ouium tonſio-
5 ne. ¶ Ipſum enim elegit Dominus Deus tuus de cun-
ctis tribubus tuis, vt ſtet & miniſtret nomini Domini
6 ‵ Dei tui ipſe & filij eius in ſempiternum. ¶ Si exierit
Leuites ex vna vrbium tuarum ex omni Iſrael in qua
habitat, & voluerit venire, deſyderans locum quem B
7 elegerit Dominus, ¶ Miniſtrabit in nomine Domini
Dei ſui, ſicut omnes fratres eius Leuitæ, qui ſtabunt eo
8 tempore coram Domino. ¶ Partem ciborum eandem
accipiet quam & cæteri: excepto eo quod in vrbe ſua
9 ex paterna ei ſucceſsione debetur. ¶ Quando ingreſ- Fugienda omnis idololatria.
ſus fueris Terram quam Dñs Deus tuus dabit tibi, ca-
ue ne imitari velis abominationes illarum Gentium.
10 ¶ Nec inueniatur in te qui luſtret filium ſuum, aut fi- Leuiti. 20. d.
liam, ducens per ignem: aut qui ariolos ſciſcitetur, &
11 obſeruet ſomnia atque auguria. nec ſit maleficus, ¶ Nec
incantator, neque qui pythones conſulat, nec diuinos,
12 & quærat à mortuis veritatem. ¶ Omnia enim hæc 1. Reg. 28. a.
abominatur Dominus, & propter iſtiuſmodi ſcelera C
13 delebit eos in introitu tuo. ¶ Perfectus eris, & abſ-
14 que macula cum Domino Deo tuo. ¶ Gentes iſtæ qua-
rum poſsidebis Terram, augures & diuinos audiunt: tu
15 autem à Domino Deo tuo aliter inſtitutus es. ¶ PRO- PROPHETA CHRISTVS promittitur. Iohan. 1.
PHETAM de gente tua & de fratribus tuis ſicut g. act. 3. d. 7. c.
me, ſuſcitabit tibi Dominus Deus tuus: ipſum audies. Exod. 20. d.
16 ¶ Vt petiſti à Domino Deo tuo in Horeb, quan-
do concio congregata eſt, atque dixiſti, Vltrà non
audiam



audiam vocem Domini Dei mei, & ignem hunc maximũ
amplius non videbo, ne moriar. ¶ Et ait Dominus mi- 17
hi, Bene omnia ſunt locuti, ¶ Prophetam ſuſcitabo eis 18
Iohan. 1. g. de medio fratrum ſuorum ſimilem tui: & ponam ver-
D ba mea in ore eius, loqueturque ad eos omnia quæ præ
cepero illi. ¶ Qui autem verba eius quæ loquetur in no- 19
mine meo, audire noluerit, ego vltor exiſtam. ¶ Pro- 20
pheta autem qui arrogantia deprauatus voluerit loqui
in nomine meo, quæ ego non præcepi illi vt diceret, aut
ex nomine alienorum deorum, interficietur. ¶ Quod 21
Pſeudopropheta quomodo dignoſcendus. ſi tacita cogitatione reſponderis, Quomodo poſſum in-
telligere verbum quod Dominus non eſt locutus? ¶ hoc 22
habebis ſignum, Quod in nomine Domini propheta il-
le prædixerit, & non euenerit: hoc Dominus non eſt lo
cutus, ſed per tumorem animi ſui propheta confinxit: &
idcirco non timebis eum.

audiam vocem Domini Dei mei, & magnum hunc ignem nõ videbo amplius, ne moriar. Dixitque Dominus ad me, 23 Bene egerunt in hoc quod loquuti ſunt, Prophetam excitabo eis de medio fratrum ſuorum, ſicut te: 24 ponamque verba mea in os eius, & loquetur ad eos quæcunque mandauero 25 illis. Et homo qui non audierit verba mea quæ loquetur in nomine meo, 26 in illum ego inquiram. Propheta autem qui præſumpſerit loqui verbum in nomine meo, quod vt loqueretur ego non præcepi: aut qui loquetur in nomine aliorum deorum, morietur propheta talis. Quòd ſi in corde tuo dixeris, 27 Quomodo ſcire poterimus verbum quod non loquutus eſt Dominus? Quando ſcilicet propheta talis loquetur in nomine Domini, & non factum fuerit verbum, neque euenerit: hoc verbum eſt quod non loquutus eſt Dominus, ſed propheta ille 28 temere loquutus eſt: ne igitur metuas 29 ab eo.

## SCHOLIA IN CAP. XVIII.

1 Sacrificia vſtulata (ſiue, incenſa) Domini, 2 ideſt, id quod iure hæreditario pertinebit ad eum. 3 Heb. Hoc autem erit ius ſacerdotum, &c. Dabunt, &c. ideſt, Hoc autem ſacerdotes iure ſuo capient à populo qui offert victimas. 4 vel, nomini Domini. i. Domino. 5 tunc veniet toto deſyderio animæ ſuę, ideſt, tunc venire poterit pro voto ſuo, ſiue prout voluerit. 6 Et miniſtrabit 7 ideſt, Domino Deo ſuo. 8 ſtabunt. ſtare pro miniſtrare ponitur: ſed emphaſi quadam indicat magnam obſeruationem diligẽtiamque eſſe debere in miniſtris Dei. 9 Heb. Partem vt partem comedent, ideſt, Partem ſimilem parti aliorum, eandem partem ciborum capient vt alij. 10 Id eſt, niſi maiores eorum vendiderint ius poſterorum ſuorum. vel, præter ius illud quod venditum fuit tempore maiorum. 11 vel, diſcas 12 Heb. iuxta abominationes 13 Id eſt, qui cremet filium, aut filiam ſuam in honorem idoli alicuius. 14 præſtigiator, nec augur, 15 ſiue, perfectus. i. perfecto & ſyncero corde & mente pura cole Dominum Deum tuum. 16 vel, quarum hæreditates aditurus es, 17 Heb. tu autem non ſic: dabit tibi Dominus Deus tuus. Conciſa oratio, in qua ſunt multa ſubaudienda, hoc modo, Tu autem non ſic facies, non conſules diuinos: quia daturus eſt tibi Dominus Deus tuus terram illarum Gentium in hæreditatem, propterea quod diuinos conſulunt. 18 è medio tui. Id eſt, de populo tuo. 19 vel, ſimilem mei. Id eſt, quo interprete alloquetur te ipſe Deus, quemadmodum me interprete alloquutus eſt vos in hunc vſque diem. In typo intelligitur Ioſue: veritate ipſa Chriſtus, quem debemus audire. 20 Repetendum verbum præcedens, Suſcitabit, inquam, prorſus vt petiſti à Domino, &c. 21 ideſt, tempore illo quo concio illa celebris in qua decalogus datus fuit, coacta erat. 22 Vtinam ne vltra audiam, &c. 23 Id eſt, AEquum & iuſtum eſt quod petiuerunt. 24 Id eſt, per quem loquar, & qui futurus eſt interpres meus. 25 Id eſt, vnicuique eorum. 26 requirã ab eo. i. ſumam pœnas de illo. 27 Id eſt, Qua ratione cognoſcam Dominũ non fuiſſe locutũ id quod propheta aliquis dixerit? 28 per ſuperbiam 29 Sub. verbo. ne timueris tibi ab illa prophetia.

## CAP. XIX.

Ciuitates perfugij, homicidij cauſa. nume. 35. b. Ioſue. 20. a. ° earum
CVm diſperdiderit Dominus Deus tuus Gentes, 1
quarum tibi traditurus eſt Terram, & poſſederis
eam, habitaueriſque in vrbibus ° eius & in ædi-
bus: ¶ Tres ciuitates ſeparabis tibi in medio Terræ, 2
quam Dominus Deus tuus dabit tibi in poſſeſsionem,
¶ Sternens diligenter viam: & in tres æqualiter partes to 3
tam Terræ tuæ prouinciam diuides: vt habeat è vicino
qui propter homicidiũ profugus eſt, quò poſsit euadere.
Qui homicidæ innocentes. ¶ Hæc erit lex homicidæ fugientis, cuius vita ſeruanda 4
eſt, Qui percuſſerit proximum ſuum neſciens, & qui
heri & nudiuſtertius nullum contra eum odium habuiſ-
ſe comprobatur: ¶ Sed abijſſe cum eo ſimpliciter in ſyl 5
uam ad ligna cædenda, & in ſuccisione lignorum ſecuris
fugerit manu, ferrumque lapſum de manubrio amicum
B eius percuſſerit, & occiderit: hic ad vnam ſupradicta-
rum vrbium confugiet, & viuet: ¶ Ne forſitan proxi- 6
mus eius, cuius effuſus eſt ſanguis, dolore ſtimulatus,
perſequatur, & apprehendat eum ſi longior via fuerit, &
percutiat animam eius qui non eſt reus mortis: quia nul-
lum contra eum qui occiſus eſt, odium prius habuiſſe
monſtratur. ¶ Idcirco præcipio tibi vt tres ciuitates 7
æqualis inter ſe ſpatij diuidas. Cum autem dilatauerit
¶ Dominus Deus tuus terminos tuos, ſicut iurauit patri- 8
Gene. 28. c. bus tuis, & dederit tibi cunctam Terram quam eis pol-
licitus eſt ¶ (Si tamen cuſtodieris mandata eius, & fece- 9
ris quæ hodie præcipio tibi, vt diligas Dominum Deum
tuum, & ambules in vijs eius omni tempore) addes tibi
tres alias ciuitates, & ſupradictarum trium vrbium nume
Ioſ. 20. e. rum duplicabis: ¶ Vt non effundatur ſanguis inno- 10
C xius, in medio Terræ, quam Dominus Deus tuus dabit
Voluntarius homicida occidẽdus à magiſtratibus num. 35. c. tibi poſsidendam, ne ſis ſanguinis reus. ¶ Siquis autem 11
odio habens proximum ſuum, inſidiatus fuerit vitæ eius,
ſurgenſque percuſſerit illum, & mortuus fuerit, fugerit-

## CAP. XIX.

QVum exciderit Dominus Deus tuus Gentes, quarum terram Dominus Deus tuus daturus eſt tibi, & poſſederis eas, habitaueriſque in ciuitatibus earum, atque in domibus earum, Separabis tibi tria oppida in medio terræ tuæ, quam Dominus Deus tibi poſſidendam dabit. 1 Munieſque tibi viam, & in tres partes diuides limitem terræ tuæ, quam Dominus Deus tuus 2 dat tibi in hæreditatem, vt ſcilicet illuc confugiat omnis homicida. 3 Hac verò cauſa homicida illuc confugiat, vt vitam ſeruet, is ſcilicet qui percuſſerit proximum ſuum per imprudentiam, nec odio proſequutus ſit eum antea, 6 Vt quum quis cum proximo ſuo proficiſcitur in ſyluam, vt ligna cædat, & 7 fugiente manu eius cum ſecuri vt ſuccidat arborem, elabatur ferrum è capulo, & 8 feriens proximum eius vt moriatur, is iam confugiat ad vnum ex his oppidis, vt 9 ſeruet vitam, Ne fortè 10 vindex ſanguinis inſequens homicidam, quum incaluerit cor eius, eum apprehendat, & quia via longa eſt, 11 vitam illius tollat: qui tamen iudicium mortis non [commeruit,] eo quòd non eſt eũ proſequutus odio antea. Proinde ego præcipio tibi, dicens, Tria oppida ſeparabis tibi. Quod ſi Dominus Deus tuus limitem tuum dilatauerit, quemadmodum iurauit patribus tuis, dederitque tibi vniuerſam terram quam pollicitus eſt ſe daturum patribus tuis, 12 Tu cuſtodies vniuerſum præceptum iſtud, vt facias ipſum quod ego tibi hodie præcipio, vt ſcilicet diligas Dominum Deum tuum, & ambules in vijs eius cunctis diebus, 13 addaſque tibi adhuc tria oppida præter tria iſta, Ne ſcilicet effundatur ſanguis innoxius in medio terræ tuæ, quam Dominus Deus tuus daturus eſt tibi in hæreditatem, 14 & ne ſit ſuper te ſanguis. Quòd ſi quiſpiam oderit proximum ſuum, & inſidians illi, inſurrexerit aduerſus eum, 15 percuſſeritque animam eius ita vt mortuus fuerit: ac deinde confugerit
ad vnum

*ad vnum iſtorum oppidorum, Mittent ſeniores oppidi illius, & abripient eum illinc, tradentque eum in manum 16 vindicis ſanguinis, vt moriatur. 17 Ne parcat ei oculus tuus, ſed 18 excindas ſanguinem innoxium ex Iſraele, vt bene ſit tibi. Ne transferas limitem proximi tui quem limitarunt priores in hæreditate tua quam tu occupabis in terra quam Dominus Deus tuus dat tibi poſſidendam. Ne 19 ſurgat teſtis vnus cõtra aliquem in quacunque iniquitate, in quocunque peccato, & 20 in quacunque noxa in qua peccatum fuerit: [ſed] 21 in ore duorum teſtium, aut in ore trium teſtium 22 actio confirmabitur. Si ſurrexerit teſtis 23 iniquus contra aliquẽ 24 reſpondendo contra illum defectionem, Stabunt ambo illi homines 25 quibus lis eſt, in conſpectu Domini 26 coram ſacerdotibus, & iudicibus qui fuerint illis diebus, Et inueſtigabunt iudices diligenter, & 27 en, ſi teſtis huiuſmodi, teſtis mendax fuerit, mendacium reſpondens contra fratrem ſuum, Facietis ei quemadmodum ipſe ſcelerate cogitauerat facere fratri ſuo, & 28 exures malum è medio tui, Vt reliqui id audiant & timeant, neque audeant amplius deſignare 29 rem hanc malam in te. 30 Nec parcet oculus tuus: 31 animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede.*

12 què ad vnam de ſupradictis vrbibus: ¶ Mittent ſeniores
ciuitatis illius, & arripient eum de loco effugij, tradent-
que in manu proximi, cuius ſanguis effuſus eſt, & morie-
13 tur. ¶ Non miſereberis eius, & auferes *a* noxium ſan-
14 guinem de Iſrael, vt bene ſit tibi. ¶ Non aſſumes, & trãſ-
feres terminos proximi tui, quos fixerunt priores, in poſ-
ſeſſione tua, quam Dominus Deus tuus dabit tibi in Ter-
15 ra quam acceperis poſſidendam. ¶ Non ſtabit teſtis
vnus contra aliquem, quicquid illud peccati, & facino-
ris fuerit: ſed in ore duorum aut trium teſtium ſtabit om-
16 ne verbum. ¶ Si ſteterit teſtis mendax contra homi-
17 nem, accuſans eum præuaricationis, ¶ ſtabunt ambo,
quorum cauſa eſt, ante Dominum in conſpectu ſacerdo-
18 tum & iudicum qui fuerint in diebus illis. ¶ Cumque di
ligentiſsimè perſcrutantes inuenerint falſum teſtem di-
19 xiſſe contra fratrem ſuum mendacium: ¶ Reddent
ei ſicut fratri ſuo facere cogitauit, & auferes malum
20 de medio tui: ¶ Vt audientes cæteri timorem habeant,
21 & nequaquam talia audeant facere. ¶ Et non miſere-
beris eius, ſed animam pro anima, oculum pro ocu-
lo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro
pede exiges.

*a* innoxium Termini non transferendi. Vno teſte nullus condemnandus, ſup. 17. b. matthæ. 18. b. D Iohan. 8. c. Pœna falſi teſtis. 2. cor. 13. a. Heb. 10. e. Dan. 13. g. Lex talionis. mat. 5. f. exod. 21. c. leui. 24. a.

## SCHOLIA IN CAP. XIX.

1 Vel, Sterneſque tibi viam. ſub. ad illas vrbes. 2 vel, daturus eſt tibi iure hæreditario poſſidendam, 3 Heb. Hæc eſt res homicidæ qui fugiet illuc, & viuet, ideſt, Iſtud eſt propter quod fugiet: vt quum illuc fugerit, viuere poſſit: nempe ſi percuſſerit, &c. 6 Quique venerit cum proximo ſuo 7 Heb. impulſa fuerit manus eius in ſecurim, ad ſcindendam arborem, & elabatur, &c. i. impulerit manu ſua ſecurim ad ſcindendam arborem, &c. 8 Heb. inueniat proximum ſuum & moriatur: ipſe fugiet, &c. i. cadat ſuper proximum, & ita lædat vt moriatur. 9 Heb. viuat. i. non interficiatur à iudice. 10 propinquus, ideſt, cognatus eius cuius ſanguis eſt effuſus. 11 Hebr. percutiat eum percuſſione animæ, ideſt, lethali vulnere. 12 Si cuſtodieris, &c. Repetendum ex præcedentibus, Se daturum inquam, ſi cuſtodieris. 13 addes tibi. Sine coniũctione legendum, quum principium verſus vertas ſic, Quando Dominus, &c. 14 Heb. & ſint ſuper te ſanguines. Id eſt, ne tibi imputetur effuſio illa ſanguinis, ſiue cædes. Hoc eſt, ne Deus pœnas ſumat de te ꝑ homicidio illo: ne luas pœnas homicidij. 15 Percutere animam, eſt lethale vulnus infligere, ita vt quis moriatur. 16 propinqui, ideſt, conſanguinei mortui. 17 ideſt, Ne miſerearis illius. 18 auferes. Id eſt, expiabis peccatum ſanguinis innocentis: tolles de Iſraele effundentem ſanguinem innocentem. Sanguinem innocentem, pro interfectore innocentis poſuit. 19 ſtet. ideſt, Teſtimonium vnius non eſt recipiendum, quodcunque fuerit ſcelus. 20 in quocunque ſcelere. 21 ideſt, ob teſtimonium. 22 ſtabit accuſatio, ideſt, accuſatio ipſa erit ſtabilis & rata, ſi duo aut tres teſtimonium dixerint. 23 Heb. iniuriæ, ideſt, mendax & falſus. 24 vt accuſet eum rebellionis. vel, defectionis. ſub. à Deo. Aut, accuſans eum auerſionis, ideſt, impietatis: quòd ſe à Deo auerterit. 25 vel, qui inter ſe litigant. 26 Exponit quod dixerat, ante Dominum: id eſt, ante ſacerdotes & iudices qui vicem Dei obeunt. 27 ſi ille fuerit falſus teſtis, (&) teſtimonium falſum dixerit 28 auferes. 29 .i. aliquid mali huic ſimile. 30 Inſtrumentũ affectus pro affectu hic ponitur. Id eſt, Non miſereberis eius. 31 ſub. exiges. Id eſt, eam pœnam ab eo exiges, qua affectus fuiſſet is, in quem dixit falſum teſtimonium, ſi conuictus fuiſſet.

## CAP. XX.

*Qvum egreſſus fueris ad bellum contra hoſtes tuos, & videris equos, currus, & populum te 1 maiorem: ne metuas ab eis, quia Dominus Deus tuus tecum eſt, qui eduxit te de terra AEgypti. Quum 2 eſtis in procinctu ad pugnam, accedet ſacerdos, & loquetur ad populum, & dicet ad eos, Audi Iſrael, vos hodie 3 congredimini cum hoſtibus veſtris in pugna 4 ne ergo molleſcat cor veſtrum, neque timeatis, ne 5 feſtinetis, neque paueatis à facie eorum, Quoniam Dominus Deus veſter proficiſcitur vobiſcum, vt pugnet pro vobis contra hoſtes veſtros, & 6 ſeruet vos. 7 Præcones quoque loquantur ad populum, dicentes, 8 Qui extruxit domum nouam, nec eam 9 initiauit, abeat & reuertatur in domum ſuam: ne fortè in prælio occumbat, & alius quiſpiam 10 initiet eam. Qui plantauit vineam, & nondum 11 prophanauit eam, abeat & reuertatur in domum ſuam: ne fortè in bello cadat, & alius quiſpiam 12 prophanet eam. Qui 13 ſibi vxorem deſpondit, & nondum 14 accepit eam, abeat & reuertatur in domum ſuam: ne fortè in bello cadat, & alius quiſpiam accipiat eam. Addant præterea 7 præcones, loquanturque ad populum huiuſmodi verba, Qui formidoloſus eſt & 15 puſillanimis, abeat & reuertatur in domum ſuam: ne 16 liquefaciat cor fratrum ſuorum, quemadmodum eſt cor ſuum. Quum 7 præcones ceſſauerint loqui ad populum, conſtituant principes 17 exercitus in caput populi. Quum autem acceſſeris ad ciuitatem vt illam op-*

## CAP. XX.

1 SI exieris ad bellum contra hoſtes tuos, & videris
equitatus & currus, & maiorem quam tu habeas,
aduerſarij exercitus multitudinem, non timebis
eos: quia Dñs Deus tuus tecũ eſt, qui eduxit te de Terra-
2 AEgypti. ¶ Appropinquãte autẽ iã prælio, ſtabit ſacerdos
3 ante aciẽ, & ſic loquetur ad populũ, ¶ Audi Iſrael, vos ho
die cõtra inimicos veſtros pugnã cõmittitis, non pertime
ſcat cor veſtrũ, nolite metuere, nolite cedere, nec formide-
4 tis eos: ¶ Quia Dñs Deus veſter in medio veſtri eſt, & pro
vobis cõtra aduerſarios dimicabit, vt eruat vos de pericu
5 lo. ¶ Duces quoq; per ſingulas turmas audiente exercitu
proclamabũt, Quis eſt homo qui ædificauit domũ nouã,
& nõ dedicauit eam? vadat, & reuertatur in domũ ſuã: ne
6 fortè moriatur in bello, & alius dedicet eã. ¶ Quis eſt ho-
mo, qui plantauit vineã, & necdũ fecit eã eſſe cõmunẽ, de
qua veſci omnib⁹ liceat? vadat, & reuertatur in domũ ſuã:
ne fortè moriatur in bello, & alius homo eius fungatur of-
7 ficio. ¶ Quis eſt homo qui deſpondit vxorem, & nõ acce
pit eã? vadat, & reuertatur in domũ ſuã: ne forte moriatur
8 in bello, & alius homo accipiat eã. ¶ His dictis addẽt reli-
qua, & loquẽtur ad populũ, Quis eſt homo formidoloſus,
& corde pauido? vadat, & reuertatur in domũ ſuã: ne pa
uere faciat corda fratrũ ſuorũ, ſicut ipſe timore perterri-
9 tus eſt. ¶ Cumq; ſiluerint duces exercitus, & finẽ loquẽdi
fecerint, vnuſquiſq; ſuos ad bellandũ cuneos præparabit.
10 ¶ Si quando acceſſeris ad expugnandam ciuitatem,
offeres

Iſraelitis pugnã inituris fiducia in Deum annũtiatur. Adhortatio qua vtebatur ſacerdos imminente prælio. Qui ad bellum procedere non debeant. 1. macha. 3. g. B Leuit. 19. c. Iudicum. 7. a. C Quid agendum in oppugnatiõe



offeres ei primùm pacẽ. ¶ Si receperit, & aperuerit tibi por 11
tas, cũctus popul⁹ qui in ea eſt, ſaluabitũ, & ſeruiet tibi ſub tri
buto. ¶ Sin autẽ fœdus inire noluerit, & ceperit contra te 12
bellum, oppugnabis eã. ¶ Cumq; tradiderit Dñs Deus tu⁹ 13
illã in manu tua, percuties omne quod in ea generis ma-
ſculini eſt, in ore gladij, ¶ Abſq; mulieribus & infantibus, 14
iumẽtis & cæteris quæ in ciuitate ſunt. omnẽ prædã exer-
citui diuides, & comedes de ſpolijs hoſtiũ tuorũ, quæ Do
minus Deus tuus dederit tibi. ¶ Sic facies cũctis ciuitatib⁹ 15
quæ à te procul valde ſunt, & nõ ſunt de his vrbibus quas
in poſſeſſionẽ accepturus es. ¶ De his autẽ ciuitatib⁹ quæ 16
dabũtur tibi, nullũ omnino permittes viuere, ¶ ſed interfi 17
cies in ore gladij, Hethæũ videlicet, & Amorrhæũ, & Cha
nanæũ, Pherezæũ, & Heuæũ, & Iebuſæum, ſicut præce-
pit tibi Dñs Deus tuus: ¶ Ne fortè doceant vos facere cũ 18
ctas abominationes quas ipſi operati ſunt dijs ſuis, & pec-
cetis in Dñm Deũ veſtrum. ¶ Quando obſederis ciuita- 19
tem multo tempore, & munitionibus circundederis vt ex-
pugnes eam, non ſuccides arbores de quibus veſci poteſt,
nec ſecuribus per circuitum debes vaſtare regionem: quo
niam lignum eſt, & non homo, nec poteſt bellantium
contra te augere numerum. ¶ Si qua autem ligna non 20
ſunt pomifera, ſed agreſtia, & in cæteros apta vſus, ſuccĩ-
de, & inſtrue machinas, donec capias ciuitatem quæ cõ-
tra te dimicat.

Ius belli erga expugnatas vrbes. D Chananæos & huiuſmodi penitus occidi iubet Deus. Arbores frugiferas non vult Deus excindi à militibus.

*pugnes, 18 offeras ei pacẽ. Si 19 pacatè reſpõderit tibi, aperueritq; tibi, omnis popul⁹ qui in ea inuẽtus fuerit, ſint tibi tributarij, ſeruiantq; tibi. Quòd ſi nullã tecũ fecerit pacẽ, ſed pugnauerit cõtra te, 20 oppugnabis eã. Et quũ Dñs Deus tuus tradiderit eã in manũ tuã, feries in ea gladio omnẽ marẽ. Dũtaxat mulieres, pubẽ, iumenta, & quidquid fuerit in ciuitate, 21 ſed & omnia ſpolia eius tibi diripies, & 22 frueris ſpolijs hoſtiũ tuorũ, quos tradiderit tibi Dñs Deus tuus. Sic facies omnibus ciuitatibus 23 quæ procul à te ſunt, quæ nõ ſunt de vrbibus iſtarũ gentiũ. 24 Veruntamẽ de ciuitatibus iſtorũ populorũ, quos Dñs tibi dedit in hæreditatẽ, 25 nihil viuum permittas quod ſpirat, ſed omnino vaſtabis eos ad internecionẽ vſq;, nẽpe Hithæum, Amorrhæũ, Chananæum, Pheriſæũ, Hiuæũ & Iebuſæũ, quẽadmodum præcepit tibi Dominus Deus tuus, Ne ſcilicet doceant vos facere ſecundum cunctas ſuas abominationes, quas ipſi fecerunt dijs ſuis, & peccetis in Dominum Deum veſtrum. Quum obſederis ciuitatem diebus multis, & pugnaueris contra eam vt occupes eam, ne perdas arbores eius vt impellas ſecurim in eas, 26 ſed comedas ex eis, & non ſuccidas: num enim arbor campi homo eſt, vt veniat coram te in obſidionem? 27 Duntaxat illam arborem, quam noſti 28 eſſe arborem quæ fructum non ferat, nec eſui aptam, illam inquam perdes & ſuccides, atque extrues 29 propugnaculum contra iſtam ciuitatem quæ contra te belligerat, 30 donec ſubijcies eam.*

## SCHOLIA IN CAP. XX.

1 Vel, numeroſiorem: 2 Heb. eritis propinqui, &c. Id eſt, Cum imminebit bellum. 3 Heb. propinqui eſtis ad pugnam cum hoſtibus veſtris, 4 ideſt, ne ſitis animo remiſſo. 5 vel, trepidetis. 6 eripiat. ſub. à periculo 7 Præfecti 8 Hebraice per interrogationem legitur, Quis, &c. Sic in ſequentibus. 9 dedicauit? Id eſt, & in ea mondum habitauit? 10 dedicet. Id eſt, incolat eam primus. 11 vel, violauit eam. Id eſt, non vindemiauit eam, vt vuis eius veſci liceat omnibus. Ante quintum annum non licebat frui fructu cuiuſvis rei plantatæ. vnde quum incipiebat frui ea dominus, dicebatur prophanare. 12 Id eſt, vindemiet eam. 13 Id eſt, mulieri alicui fidem dedit. 14 Heb. duxit eam. ſub. in domum ſuam. vel, in vxorem. 15 Heb. tener (vel, mollis) corde, ideſt, animo pauido. 16 liquefiat. diſſoluatur 17 vel, copiarum in capite populi. Id eſt, tunc aciem inſtruent pugnaturi cum hoſtibus. Præfecti conſtituent principes qui populum recenſeant, vel qui poteſtatem habeant capitis populi, ſiue qui ſummam dignitatem obtineant in populo: deſignabunt principes populo. In capite populi, pro, ſuper populum. Hebraiſmus. 18 Heb. clamabis ad eã pro pace. Id eſt, inuitabis eã ad deditionẽ. 19 vel, pacẽ reſpõderit. Id eſt, Si pacificè reſponderit. Si pacẽ receperit à te oblatam. 20 obſidebis 21 Hæc vocabula (ſed &) non leguntur Hebraice: & (omnia ſpolia) per appoſitionem legenda, hoc modo, quicquid fuerit in ciuitate, nẽpe omnia ſpolia, &c. 22 Heb. comedes ſpolia 23 quæ à te plurimũ diſtant. 24 Verùm 25 Heb. non ſines viuere vllã animam, 26 quia ex illis comedes (ſub. fructum,) & illas non ſuccides (nam arbores agrorum, ſunt (vita) hominis,) vt veniat à facie tua in obſidionem. Vt veniat, inquit, ſubaudi, vrbs illa, in obſidionem: id eſt, vt cingas illam obſidione. Hoc eſt, Non ſuccides arbores pomiferas, vt ex illis facias machinas, quarum ope expugnes vrbem quam oppugnas. arbores enim illæ ſeruiunt victui hominis. 27 vel, Verùm 28 Heb. non eſſe arborem cibi, 29 machinas obſidionales 30 donec corruat. Vel, donec expugnes eam.

## CAP. XXI.

QVando inuentum fuerit in terra quam Dominus 1
Deus tuus daturus eſt tibi, hominis cadauer oc-
ciſi, & ignorabitur cædis reus, ¶ Egredientur 2
maiores natu, & iudices tui, & metientur à
loco cadaueris ſingularum per circuitum ſpatia ciuitatũ:
¶ Et quam viciniorem cæteris eſſe perſpexerint, ſeniores 3
ciuitatis illius tollent vitulam de armento, quæ non tra-
xit iugũ, nec terram ſcidit vomere, ¶ Et ducẽt eam ad val 4
lem aſperã atque ſaxoſam, quæ nunquã arata eſt, nec ſe-
mentem recepit, & cædẽt in ea ceruĩces vitulæ. ¶ Acce- 5
dentq; ſacerdotes filij Leui (quos elegerit Dominus Deus
tuus vt miniſtrent ei, & benedicant in nomine eius, & ad
verbum eorũ omne negotium ˜ pẽdet: & quicquid mun-
dũ vel immundũ eſt, iudicetur.) ¶ Et venient * maiores 6
natu ciuitatis illius ad interfectum, lauabuntque manus
ſuas ſuper vitulam quæ in valle percuſſa eſt, ¶ Et dicent, 7
Manus noſtræ non effuderunt ſanguinem hunc, nec ocu-
li viderunt. ¶ propitius eſto populo tuo Iſrael, quem rede 8
miſti, Domine, & ne reputes ſanguinem innocentẽ in me
dio populi tui Iſrael. Et auferetur ab eis reatus ſanguinis:
¶ tu autẽ alienus eris ab innocẽtis cruore qui fuſus eſt, cũ 9
feceris quod præcepit Dominus. ¶ Si egreſſus fueris ad 10
pugnam contra inimicos tuos, & tradiderit eos Dñs Deus
tuus in manu tua, captiuoſque duxeris, ¶ Et videris in 11

Lex expurgationis ſuper occiſo, cuius author ignoretur. * omnes B Quomodo ducẽda captiua in vxorem.

*SI in terra quam Dominus Deus tuus dat tibi poſſidendam, 1 interfectus inuentus fuerit iacens in campo, 2 neque ſcitur quis eum occiderit, Egredientur ſeniores tui atque iudices tui, & 3 metientur vſque ad ciuitates quæ ſunt circum interfectum: Ciuitas quæ propior fuerit interfecto, illius ciuitatis ſeniores vitulam ex armento accipiant, eam qua adhuc nihil operis factum eſt, quæque iugum non traxit, Et deducant ſeniores illius ciuitatis vitulam illam in vallem 4 ſolidam, quæ nec colitur, nec ſeritur, & illic incidant ei ceruicem in [ea] valle. Accedentque ſacerdotes filij Leui, (5 quos elegit Dominus Deus tuus vt miniſtrent ei, & 6 benedicant in nomine Domini, & iuxta quorum os omnis forenſis actio & plaga finitur.) Et omnes ſeniores ciuitatis illius, 7 qui acceſſerint ad interfectum illum, lauabunt manus ſuas ſuper vitulam cui inciſa eſt ceruix in ea valle, 8 Reſpondebuntque dicentes, Manus noſtræ non fuderunt ſanguinem iſtum, nec oculi noſtri viderunt. 9 Propitius eſto populo tuo Iſrael, quẽ redemiſti Dñe, & 10 ne imputes ſanguinem innoxium in medio populi tui Iſrael: 11 vt expientur à ſanguine. 12 Et tu expurgabis ſanguinem innocentem de medio tui, ſi volueris facere quod rectum eſt in oculis Domini. Quando egreſſus fueris in bellum contra hoſtes tuos, tradideritque eos Dominus Deus tuus in manum tuam, 13 vt ducas eos captiuos, Viderïſque inter captiuos*

*captiuos mulierem forma venuſtam, deperieriſque eam, 14 poteris eam tibi accipere in vxorem. Introduces ergo eam in domum tuam, illaque radet caput ſuum, 15 aptabitque vngues ſuos. Auferet quoque veſtimentum 16 captiuitatis ſuæ à ſe, & ſedebit in domo tua, deplorabitque patrem ſuum & matrem ſuam 17 integrum menſem: & tum tandem introibis ad eã, & eris maritus eius, ipſaque erit tibi vxor. 18 Sin tibi non placuerit, 19 patiaris eam abire pro voto ſuo, neque eam pecunia vẽdere, neque 20 ad opus vti ea poteris, eo quòd 21 oppreſsiſti eam. Si viro alicui fuerint duæ vxores, altera dilecta, altera odioſa, genuerintque ei filios tam dilecta quàm odioſa, & filius odioſæ fuerit primogenitus,* Aduenerítq; *dies 22 quo diuiſurus eſt filijs ſuis quos habet, hæreditatem ſuam: non poterit 23 primogenitum facere filium dilectæ, 24 donec ſuperſtes eſt primogenitus filius odioſæ: Sed filium odioſæ agnoſcet primogenitum, 25 dabitque ei portionem duplicem de omnibus quæ poſsidet: quandoquidem 26 is principium eſt virtutis eius, [& ob hoc] debetur ei ius primogenitum. Si quiſpiam filium habuerit defectorem & rebellem, qui vocẽ patris ſui & vocem matris ſuæ audire noluerit: quumque caſtigauerint eum, noluerit eis obtemperare,* Apprehendent *[tunc] eum pater eius & mater eius, educentque eum ad ſeniores ciuitatis illius, & ad portam eius loci,* Dicentque *ad ſeniores ciuitatis illius,* Filius *hic noſter defector eſt & rebellis, nec vult audire vocem noſtram, comeſſator eſt & potator.* Lapidibuſq; *eum obruent omnes ciues illius ciuitatis, donec moriatur: & expurgabis malum de medio tui, vt omnes Iſraelitæ audientes 27 timeant. Quando fuerit in aliquo peccatum 28 morte dignum, 29 & interfectus fuerit, age eum in crucem, cadauer verò eius non pernox erit in ligno, ſed 30 mox ſepelies illud illo eodem die, 31 quoniam maledictio* Dei *eſt ſuſpenſus: 32 & non pollues terram tuam quam* Dominus Deus *tuus 33 dat tibi in hæreditatem.*

numero captiuorum mulierem pulchram, & adamaueris
12 eam, voluerisque habere vxorem: ¶ Introduces eam
in domum tuam: quæ radet cæſariem, & circuncîdet vn-
13 gues, ¶ Et deponet veſtem in qua capta eſt: ſedẽſque in
domo tua, flebit patrem & matrem ſuam vno menſe: &
poſtea intrabis ad eam, dormieſque cum illa, & erit C
14 vxor tua. ¶ Si autem poſtea non ſederit animo tuo,
dimittes eam liberam, nec vendere poteris pecunia,
15 nec opprimere per potentiam: quia humiliaſti eam. ¶ Si
habuerit homo vxores duas, vnam dilectam, & alteram
odioſam, ″ genueritque ex eis liberos, & fuerit filius odio
16 ſæ primogenitus, ¶ Volueritque ſubſtantiam inter fi-
lios ſuos diuidere: non poterit filium dilectæ facere pri-
17 mogenitũ, & præferre filio odioſæ, ¶ Sed filium odioſæ
agnoſcet primogenitum: dabitque ei de his quæ habue-
rit cuncta duplicia. iſte eſt enim principium liberorum
18 eius, & huic debentur primogenita. ¶ Si genuerit ho-
mo filium contumacem & proteruum, qui non audierit
patris ac matris imperium, & coercitus obedire con-
19 tempſerit: ¶ Apprehendent eum, & ″ ducent ad ſe-
20 niores ciuitatis illius & ad portam iudicij, ¶ Dicent-
que ad eos, Filius noſter iſte proteruus & contumax
eſt, monita noſtra audire contemnit, comeſſationi-
21 bus vacat, & luxuriæ atque conuiuijs. ¶ Lapidibus
eum obruet populus ciuitatis, & morietur, vt aufera-
tis malum de medio veſtri, & vniuerſus Iſrael au-
22 diens pertimeſcat. ¶ Quando peccauerit homo quod
morte plectendum eſt, & adiudicatus morti appen-
23 ſus fuerit in patibulo: ¶ non permanebit cadauer eius
in ligno, ſed in eadem die ſepelietur: quia maledictus
à Deo eſt qui pendet in ligno, & nequaquam contami-
nabis Terram tuam quam Dominus Deus tuus dederit
tibi in poſſeſsionem.

Ius primogenituræ non dandũ pro animi libidine.

″ genuerintque ex eo.

1.Para.5.a.

De filio proteruo.

D

″ educent

De ſuſpenſis in patibulo.

Galat.3.b.

SCHOLIA IN CAP. XXI.

1 Heb. cadauer occiſi inuentum 2 (&) ignotum ſit 3 ſub. interuallum à loco in quo inuentum fuerit cadauer. 4 aſperam, ideſt, ſaxoſam. 5 eos enim elegit, &c. Per parentheſin. 6 benedicent. Sub. populo. ∷ vel & iuxta quorum ſermonem erit omnis lis & omnis plaga, ideſt, iuxta ſententiam eorum terminabitur omnis controuerſia, & omnis ſpecies lepræ. 7 viciniores illi cadaueri, 8 Affirmabuntque 9 Sub. Tunc dicent ſacerdotes, Propitius eſto, &c. 10 Heb. ne des. Id eſt, ne imputes cædem huius innocẽtis populo tuo Iſraeli. 11 & dimittetur illis ſanguis, ideſt, pœna cædis. 12 Tu autem remouebis ſanguinem innocentem è medio tui, quum feceris quod erit gratum Domino. Sanguinem innocentem vocat pœnam homicidij hominis innocentis. 13 He. & captiuaueris captiuitatem eorum, ideſt, ex eis captiuos aliquot abduxeris. 14 ceperiſque eam tibi 15 præcidetque 16 ideſt, in quo capta fuerit. 17 Heb. per menſem dierum, ideſt, menſe integro, conſtante omnibus ſuis diebus. 18 vel, Quod ſi non deamaueris eam. ſub. poſtea. 19 ideſt, ſines liberam abire quocunque volet. 20 negotiaberis cum ea, ideſt, nulla ratione poteris eã diſtrahere, ſiue commutare. Vel, non vtẽris opera eius vt ancillæ. 21 ideſt, quaſi per vim rem habuiſti cum ea. 22 inſtituet hæredes filios ſuos earum rerum quas habuerit: 23 ideſt, dare ius primogenituræ filio dilectæ. 24 Heb. in conſpectu filij odioſæ. Hoc eſt, viuente filio odioſæ. 25 Heb. vt det ei 26 ideſt, primum illum genuit pater fortis & fœcundus. 27 ideſt, timore contineantur in officio. 28 Heb. iudicij mortis, ideſt, quod morte plecti deberet. 29 & ſuſpenderis eum in cruce, non pernoctabit cadauer eius 30 Heb. ſepeliendo ſepelies. 31 quamuis maledictio Dei ſit ſuſpenſus, ideſt, quamuis Deo admodum execrabilis ſit qui vitam ſuſpendio finit, tamen iure ſepulturæ non eſt defraudandus, neque debet cadauer eius pernoctare in patibulo. Suſpendium fuit grauiſsimum ſupplicium apud Iudæos: tantumque in crucem agebantur ab Iſraelitis blaſphemi & idololatræ. Qui igitur vitam ſuſpendio finiebant, erant Deo execrabiles: quod aut blaſphemi eſſent, aut idololatræ: quod teſtabatur ſuſpendium. Erat autem hoc genus ſupplicij non ſolum Iudæis vſitatum & familiare, ſed etiam Romanis, vt ſeptima actione in Verrem docet Cicero: AEgyptijs, vt Gen. 40: & Perſis, vt Eſter ſeptimo cap. 32 vel, vt non polluas Terram tuam. Quod facturus es, ſi, quando ita vitam finiuit, pernoctauerit in patibulo cõtra Dei voluntatem. 33 vel, daturus eſt.

CAP. XXII.

*1 SI videris bouẽ aut pecudẽ fratris tui fugatos, ne diſsimules occultando te ab eis, ſed plane reduces eos ad fratrem tuum. Quòd ſi frater tuus 2 nõ eſt prope apud te, nec noſti eum, 3 aſſume illos in domũ tuam, vt ſint tecum donec quæſierit eos frater tuus, reſtituaſque eos illi. Sic quoque facies aſino eius, & ſic ages cum veſtimento eius, ſic quoque facies cum omni eo quod amiſit frater tuus, quod perdidit, & tu inueniſti illud: 4 neque enim id diſsimulare aut cælare poteris. Si videris aſinum fratris tui aut bouem eius cadentes in itinere, 5 ne diſsimules abſcondẽdo te ab eis, quin ſubleuando ſubleues eos cum illo. Mulier ne gerat arma virilia, nec vir induatur veſtimento muliebri, quoniam abominandus eſt* Domino Deo *tuo quiſquis illa fecerit. Quãdo occurrerit cõſpectui tuo in itinere nidus auium, in quacunque arbore, aut in terra,*

CAP. XXII.

1 NOn videbis bouem fratris tui, aut ouem
errantem, & præteribis: ſed reduces fra-
2 tri tuo. ¶ Etiam ſi non eſt propinquus
frater tuus, nec noſti eum: duces in domum tuam,
& erunt apud te quandiu quærat ea frater tuus,
3 & recipiat. ¶ Similiter facies de aſino, & de
veſtimento, & de omni re fratris tui quæ perie-
rit: ſi inueneris eam, ne negligas quaſi alienam.
4 ¶ Si videris aſinum fratris tui aut bouem cecidiſ-
ſe in via, non deſpicies, ſed ſubleuabis cum eo.
5 ¶ Non induetur mulier veſte virili, nec vir vte-
tur veſte fœminea. abominabilis enim apud Deum
6 eſt qui facit hæc. ¶ Si ambulans per viam, in
arbore vel in terra nidum auis inueneris, & ma-
trem

Res proximi perdita, non negligenda. Exodi.23.a.

Mulier veſte virili ne vtatur.

De nido inuẽto.



trem pullis vel ouis deſuper incubantem: non tenebis
eam cum filijs, ¶ ſed abire patieris, captos tenens fi- 7
lios, vt bene ſit tibi, & longo viuas tempore. ¶ Cum ædi 8
ficaueris domum nouam, facies murum tecti per circui-
tum, ne effundatur ſanguis in domo tua, & ſis reus la-
bente alio, & in præceps ruente. ¶ Non ſeres vineam 9
tuam altero ſemine: ne & ſementis quam ſeuiſti, & quæ
naſcuntur ex vinea, pariter ſanctificentur. ¶ Non ara- 10
bis in boue ſimul & aſino. ¶ Non induẽris veſtimento 11
quod ex lana linoque contextum eſt. ¶ Funiculos in 12
fimbrijs facies per quatuor angulos pallij tui, quo operi-
ris. ¶ Si duxerit vir vxorem, & poſtea odio habuerit 13
eam, ¶ quæſieritque occaſiones quibus dimittat eam, 14
objciens ei nomen peſsimum, & dixerit, Vxorem hanc
accepi, & ingreſſus ad eam non inueni virginem: ¶ Tol- 15
lent eam pater & mater eius, & ferent ſecum ſigna vir-
ginitatis eius ad ſeniores vrbis qui in porta ſunt: ¶ & di 16
cet pater, Filiam meam dedi huic vxorem: quam quia
odit, ¶ Imponit ei nomen peſsimum, vt dicat, Non in- 17
ueni filiam tuam virginem: & ecce hæc ſunt ſigna vir-
ginitatis filiæ meæ. expandent veſtimentum coram ſe-
nioribus ciuitatis. ¶ Apprehendentque ſenes vrbis il- 18
lius, virum, & verberabunt illum, ¶ Condemnantes 19
inſuper centum ſiclis argenti, quos dabit patri puellæ,
quoniam diffamauit nomen peſsimum ſuper virginem
Iſrael: habebitque eam vxorem, & non poterit dimittere
* omnibus diebus vitæ ſuæ. ¶ Quòd ſi verum eſt quod 20
objcit, & non eſt in puella inuenta virginitas: ¶ Eijcient 21
eam extra fores domus patris ſui, & lapidibus obruent vi
ri ciuitatis illius, & morietur: quoniam fecit nefas in Iſ-
rael, vt fornicaretur in domo patris ſui: & auferes malum
de medio tui. ¶ Si dormierit vir cum vxore alterius, vter- 22
que morietur, id eſt adulter & adultera: & auferes ma-
lum de Iſrael. ¶ Si puellam virginem deſponderit vir, 23
& inuenerit eam aliquis in ciuitate, & concubuerit cum
ea, ¶ Educes vtrunque ad portam ciuitatis illius, & la- 24
pidibus obruentur: puella, quia non clamauit cum eſſet
in ciuitate: vir, quia humiliauit vxorem proximi ſui. & au
feres malum de medio tui. ¶ Sin autem in agro repere- 25
rit vir puellam quæ deſponſata eſt, & apprehendens con
cubuerit cum ea, ipſe morietur ſolus: ¶ Puella nihil pa- 26
tietur, nec eſt rea mortis: quoniam ſicut latro conſurgit
contra fratrem ſuum, & occîdit animam eius, ita & puella
perpeſſa eſt. ¶ Sola erat in agro: clamauit, & nullus affuit 27
qui liberaret eam. ¶ Si inuenerit vir puellam virginem, 28
quæ non habet ſponſum, & apprehendens concubuerit
cum illa, & res ad iudicium venerit: ¶ Dabit qui dormi 29
uit cum ea, patri puellæ quinquaginta ſiclos argenti, &
habebit eam vxorem, quia humiliauit illam: non pote-
rit dimittere eam cunctis diebus vitæ ſuæ. ¶ Non acci- 30
piet homo vxorem patris ſui, nec reuelabit operimen-
tum eius.

Tectum domus muro cingẽdũ.

Vinea. B Arare. Veſtimentum.

Fimbriæ. nume.15.d.

De vxore non inuẽta virgine.

C

*eam

Pœna adulterij. Leuit.20.a.

De virgine deſponſata oppreſſa in ciuitate vel agro. D

Lex viri opprimentis virginẽ non deſponſatã Exod.22.c.

Vxor patris nõ ducenda.

*in quo ſunt pulli aut oua, matre incubante aut pullis ipſis, aut ouis, non tollas matrem cum pullis, ſed omnino 6 dimittas 7 matrem, pullos verò capies tibi: vt ſcilicet bene tibi ſit, & proroges dies. Quum extruis domum nouam, facias 8 loricam tecto tuo, ne ponas ſanguinem in domum tuam, 9 quum quiſpiam caderet ex ea. Ne conſeras vineam tuam 10 diuerſis generibus: ne forte 11 ſanctifices vniuerſum ſemen quod conſeris, atque vineæ prouentum. 12 Non arabis cum boue & aſino ſimul. 13 Ne induas veſtem quæ ex lana & lino ſimul contexta eſt. 14 Fimbriolas craſsiores facito tibi in quatuor alis veſtimenti tui quo te operis. Si quiſpiã vxorem duxerit, 15 acceſſeritque ad eam, & odiſſe eam cœperit, 16 obtruſeritque ei technas verborum, diuulgans de ea famam malam, vt ſi dicat,* Duxi *hanc mulierem, & quum eſſem ad eam ingreſſus, non inueni in ea 17 ſigna virginitatis:* Tunc *18 tollent pater puellæ & mater eius, & proferent ſigna virginitatis puellæ ad ſeniores ciuitatis qui ſunt in porta,* Dicetque *pater puellæ ad ſeniores,* Hanc *filiam meam dederam viro iſti vxorem, cœpitque eam odiſſe,* Et *19 en obtrudit ei commenta verborum, & dicit,* Non *inueni in filia tua virginitates: hæc verò ſunt ſigna virginitatis filiæ meæ. & expandent 20 veſtimentum coram ſenioribus ciuitatis.* Tollentque *ſeniores ciuitatis illius virum illum, & caſtigabunt eum,* Damnabuntque *eum centum [ſiclis] argenti, quos dabunt patri puellæ, eo quòd 21 ſparſit famam malam de virgine Iſraelitica, habebitque is eam in vxorem, nec poterit eam dimittere cunctis diebus ſuis. Quòd 22 ſi verũ eſt verbũ illud, & ſigna virginitatis in puella non fuerint inuenta,* Ducent *puellam ad oſtiũ domus patris ſui, obruentque eã ciues 23 illius ciuitatis lapidibus, vt moriatur: quia fecit nephas in Iſrael, ſcortando in domo patris ſui: & 24 exures malũ è medio tui. 25 Si deprehenditur quiſpiam qui dormierit cum muliere quæ habet maritũ, morietur ambo illi, tã vir qui iacuit cũ muliere, quàm mulier ipſa: & 24 exures malũ ex Iſraele. Si fuerit alicui deſpõſa puella virgo, inuenerítq; eã quiſpiam in ciuitate, & dormierit cũ ea,* Tũc *educetis vtrunq; ad portã ciuitatis illius, & obruetis eos lapidibus vt moriãtur: puella quidem, quòd non clamauit in ciuitate: vir autẽ quòd oppreſsit vxorẽ proximi ſui. 24 exureſq; malũ è medio tui. Si in agro deprehẽderit vir puellã deſpõſam, & vim illi intulerit, dormierítq; cũ ea: morietur vir qui dormierit cum ea, ſolus:* Puellæ *nihil facies, quũ 26 culpã mortis non habeat: quoniã ſicut cõſurgit quis contra proximũ ſuum, & 27 interficit animã eius. ſic ſe habet res iſta.* Nam *in agro inuenit eam, clamauitque puella deſponſa, & non fuit qui eã liberaret. Si inuenerit vir puellam virginẽ quæ nondũ deſponſa eſt, apprehenſaq; ea dormierit cũ ea, & deprehenſi fuerint,* Dabit *vir ille qui cum ea concubuit, patri puellæ quinquaginta 28 argenteos, habebitque eã vxorẽ, eo quòd oppreſsit eam, nec poterit eam dimittere cunctis diebus ſuis. 29* Nemo *ducet vxorem patris ſui, neque 30 alam patris ſui reteget.*

SCHOLIA IN CAP. XXII.

1 Heb. Non videbis bouem fratris tui, aut pecus eius aberrantes (à via,) & abſcondes te ab eis, &c. 2 Heb. non eſt tibi propinquus, ideſt, etiam ſi procul à te habitet. 3 deduc. ſubaudi, tamen. q.d. Etiam ſi procul à te habitet, nec noueris eum: tamen deduces illos in domum tuam. 4 Heb. non abſcondes te ab eis. i. noli diſsimulare, quaſi eam non videris. 5 non abſcondes te ab eis. Id eſt, non diſsimulabis te videre illos. 6 vel, abigas 7 Quia inhumanum eſt matrem nihil ſibi metuentem capere cum pullis. 8 murum tecto tuo. Vox Hebræa MAAACE, ſignificat murũ altum tres pedes cum dimidio. In Palæſthina, tecta domorum ſunt plana. Verti poteſt, clauſtra, vel cancellos, aut ſeptum. 9 ſi ceciderit cadens ex eo. ſub. tecto, ideſt, ne ſis cauſa necis in domo tua, ſi corruerit aliquis è tecto tuo. 10 vel, diuerſo ſemine. Id eſt, Non ſeminabis in interuallis quæ ſunt in vitibus, duas ſpecies ſeminis: vt triticum cum ſiligine, aut auenam cum hordeo. Quia enim Palæſthina calida eſt, ſeminabatur ſemper aliquid inter ordines ipſos vitium. 11 ſanctificetur. Id eſt, polluatur. per antiphraſin dictum. Hoc eſt, ne pereant tibi fruges enatæ è diuerſis ſeminibus, & cum illis fructus vineæ. 12 Id eſt, Arando non iũges bouem cũ aſino: quia vires eorum ſunt inæquales: ſed iunges boues bobus, & aſinos aſinis. 13 Quòd non vult hîc Deus res confundi, vitari vult in omnibus confuſionem: ſimul duplices mores, ſiue animos taxat. 14 vel, Fimbrias facies tibi in quatuor angulis pallij tui quo operiris. Id eſt, in quatuor partibus inferioribus. Vox Hebræa GVEDILIM, pro qua fimbrias vertimus, ſignificat funiculos intricatos, intortos, & artificio catenarum concinnatos. 15 ingreſſuſque fuerit. Ingredi ad vxorem, pro rem habere cum ea, poſitum. 16 Heb. impoſueritque ei occaſiones verborum, & eduxerit aduerſus eam nomen malum. Id eſt, dederit alijs occaſionem traducendi eam, ipſeque diffamauerit eam. 17 Heb. virginitates, ideſt, ſanguinem indicem virginitatis: id eſt, non inueni eam virginem. 18 ſubaudi, ſigna virginitatis: id eſt, lintea infecta ſanguine rupti hymenis, indice virginitatis, in quibus congreſſus primùm fuerat maritus cum virgine, quæ patres ſeruare ſolebant.

Hæc

Hæc lex lata videtur aduerſus eos qui poſt primum congreſſum cupiebant ab vxoribus diuertere, quod iam libidinem expleſſent. 19 ponit occaſiones verborum contra eam, dicendo. Id eſt, author eſt vt male audiat filia noſtra, vtque alij male loquantur de ea. 20 vel, linteum. in quo ſcilicet primùm congreſſi fuerant. 21 He. eduxit nomen malum contra virginem Iſrael, ideſt, traduxit virginem Iſraeliticam. 22 ideſt, ſi vera eſt ea accuſatio. 23 ciuitatis eius. ſub. puellæ, ideſt, conciues eius. 24 auferes malum, ideſt, occaſionem peccati. 25 Si deprehenſus fuerit aliquis dormiens (vel, coiens) cum, &c. 26 Heb. non ſit puellæ peccatum mortis. Id eſt, nó admiſerit facinus dignum morte. 27 Heb. interficit (cum ictu) animæ. i. quo anima ſeparatur à corpore. 28 Chaldęus paraphr. vertit, ſiclos argéteos. 29 Id eſt, Nemo poterit ducere in vxorem nouercam ſuam, patre ſcilicet mortuo. 30 angulum veſtis patris. Id eſt, operimentum quo turpitudo patris tegebatur. Turpitudinem patris vocat verenda vxoris patris. Vox Hebræa CANAPH, pro qua vertimus angulũ veſtis, ſignificat eam partem veſtis quæ terram contingit.

## CAP. XXIII.

*NOn introibit 1 qui laceratis eſt [teſticulis] attritus, aut executo veretro, in cœtum* Domini. *2 Mamſer non ingredietur in cœtum* Domini, *3 ne decima quidem generatione introibit ſibi in cœtum* Domini. *4 Ammonites &* Moabites *in congregationem* Domini *non introibit: ne decima quidem generatione quiſpiam ex ipſis ingredietur in cœtum* Domini, *idque perpetuo. Cauſa, quòd non 5 anteuerterunt vos pane & aqua in via quum exiretis ex* AEgy*pto: & quod 6 conduxerit aduerſum te* Bileã *filium* Beor *de* Pethor *7* Aram Naharaim, *vt te execraretur.* At *noluit* Dominus Deus *audire* Bileam, *quin potius conuertit* Dominus Deus *tuus execrationem tibi in benedictionem: nam diligit te* Dominus Deus *tuus.* Ne *quæras 8 quod ad eorum pacem ac ſalutem pertineat cunctis diebus tuis in ſeculum.* Edumæum *ne abomineris, quia frater tuus eſt: nec abomineris* AEgyptiũ, *quandoquidem peregrinus fuiſti in terra eius.* Filij *qui ex eis nati fuerint, tertia tandem generatione 9 in cœtum* Domini *venient. Quum egreſſus fueris 10 exercitu contra hoſtes tuos, cuſtodies te ab omni re mala.* Si *fuerit in te vir, qui non ſit mundus ex euentu aliquo nocturno, is egrediatur extra caſtra, nec reuertatur in caſtra, Sed ſub veſperã lauet ſe 11 aqua, & poſt ſolis occaſum ingrediatur iterum in caſtra.* Locus *quoque ſit tibi extra caſtra, ad quem foras egrediaris, 12* Lig*numque præacutum in balteo, 13 cum quo foris ſedẽs fodias, conuerſuſque operias excrementum tuum.* Nam Dominus Deus *tuus verſatur in medio caſtrorum tuorum, vt te eripiat, & tradat hoſtes tuos ante te, & ob hãc cauſam caſtra tua ſancta ſint, 14 nequam rem obſcœnam videat, & ſe à te auertat.* 15 Ne *includas ſeruum hero ſuo, qui 16 ereptus ad te [venit] 17 ab hero ſuo.* Tecum *habitabit in medio tui, vbicunque elegerit locum in vna ciuitatum tuarum, 18 vt ſibi fuerit viſum, nec inferas ei vim.* Ne *ſit ſcortum de filiabus* Iſrael, *neque 19 pathicus ſit de filijs* Iſrael. Ne *20 inferas mercedẽ meretricis aut 21 pretiũ canis in domũ* Dñi Dei *tui 22 in quocunque voto: quoniam abominatio eſt* Domino Deo *tuo vtrũque.* Ne *23 morſum inferas fratri tuo fœnore pecuniæ, 24 [aut] fœnore alicuius eſculenti, imo fœnore cuiuſcunque rei qua morderi poſsit. 25* Alienum *mordebis fœnore, fratrem autem tuũ non mordebis: vt fœlicitet ac fortunet te* Dominus Deus *tuus in omni re, ad quam extendis manum tuam, in terra ad quã tu proficiſceris vt eam poſsideas. Quum votum voueris* Domino Deo *tuo, ne differas præſtare illud: nam* Dominus Deus *tuus omnino requiret hoc à te, ne fiat tibi 26 peccatum. Si vero à vouendo ceſſas, 27 non erit in te peccatum. Si quid egreſſum eſt è labijs tuis, fac vt ſerues & præſtes, ſicut vouiſti* Domino Deo *tuo ſponte, 28 & quemadmodum loquutus es ore tuo. 29 Quum veneris in vineam proximi tui, vuas comede 30 pro animi tui deſyderio, quantum ſatis eſt: at 31 in vas tuum nihil reponas. 32 Si veneris in ſegetem proximi tui, ſpicas manu tua decerpas: falcem autem ſegeti proximi tui ne admoueas.*

## CAP. XXIII.

1 NOn intrabit eunũchus attritis vel amputatis te
ſticulis, & abſciſſo veretro eccleſiam Domini.
2 ¶ Non ingredietur Mamzer, hoc eſt de ſcorto
natus, in eccleſiam Domini vſque ad decimam generatio
3 nem. ¶ Ammonites & Moabites etiam poſt decimam ge-
nerationem non intrabunt eccleſiam Domini, in æternũ:
4 ¶ Quia noluerunt vobis occurrere cum pane & aqua
in via quando egreſsi eſtis de AEgypto: & quia condu-
xerunt cõtra te Balaam filium Beor de Meſopotamia Sy-
5 riæ, vt malediceret tibi. ¶ Et noluit Dominus Deus tuus
audire Balaam, vertitque maledictionẽ eius in benedictio
6 nem tuam, eo quòd diligeret te. ¶ Non facies cum eis pa-
cem, nec quæras eis bona cunctis diebus vitæ tuæ, in ſem
7 piternum. ¶ Non abominaberis Idumæũ, quia frater tuus
8 eſt: nec AEgyptiũ, quia aduena fuiſti in terra eius. ¶ Qui
nati fuerint ex eis, tertia generatione intrabunt in eccle-
9 ſiam Domini. ¶ Quando egreſſus fueris aduerſus hoſtes
10 tuos in pugnam, cuſtodies te ab omni re mala. ¶ Si fue-
rit inter vos homo qui nocturno pollutus ſit ſomnio,
11 egredietur extra caſtra, ¶ & non reuertetur, Priuſquam
ad veſperam lauetur aqua: & poſt ſolis occaſum regre-
12 dietur in caſtra. ¶ Habebis locum extra caſtra ad quem
13 egrediaris ad requiſita naturæ, ¶ Gerens paxillum in
balteo. cumque ſederis, fodies per circuitum, & egeſta
14 humo operies quo releuatus es. ¶ Dominus enim Deus
tuus ambulat in medio caſtrorum *, vt eruat te, & tradat
tibi inimicos tuos. Et ſint caſtra tua ſancta, & nihil in
15 eis appareat fœditatis, ne derelinquat te. ¶ Non trades
16 ſeruum domino ſuo, qui ad te confugerit. ¶ Habitabit
tecum in loco qui ei placuerit, & in vna vrbium tuarum
17 requieſcet: ne contriſtes eum. ¶ Non erit meretrix de
18 filiabus Iſrael, nec ſcortator de filijs Iſrael. ¶ Non of-
feres mercedem proſtibuli, nec pretium canis in domo
Domini Dei tui, quicquid illud eſt quod vouerint: quia
abominatio eſt vtrunque apud Dominum Deum tuum.
19 ¶ Non fœnerabis fratri tuo ad vſuram pecuniam, nec
20 fruges, nec quamlibet aliam rem: ¶ Sed alieno: fratri
autem tuo abſque vſura id quo indiget, commodabis: vt
benedicat tibi Dominus Deus tuus in omni opere tuo in
21 Terra ad quam " ingredieris poſsidendam. ¶ Cum vo-
tum voueris Domino Deo tuo, non tardabis reddere:
quia requiret illud Dominus Deus tuus: & ſi moratus
22 fueris, reputabitur tibi in peccatum. ¶ Si nolueris pol-
23 liceri, abſque peccato eris. ¶ Quod autem ſemel egreſ-
ſum eſt de labijs tuis, obſeruabis, & facies ſicut pro-
miſiſti Domino Deo tuo, & propria voluntate &
24 ore tuo locutus es. ¶ Ingreſſus vineam proximi tui,
comede vuas quantum tibi placuerit: foras autem
25 ne efferas tecum. ¶ Si intraueris ſegetem amici tui,
franges ſpicas, & manu conteres: falce autem non
metes.

Eunuchus.
Mamzer.
Moabitis & Ammonitis ne elocentur mulieres Iſraeliticæ. nu. 13. a.
Nume. 22. a.
B
Idumæi & AEgyptij non abominandi.
Bellum.
Pollutio nocturna.
Extra caſtra venter leuandus.
C
* tuorum
Seruus fugitiuus non tradendus domino ſuo.
Meretrix & ſcortator.
Merces proſtibuli.
Non fœnerandum.
D
Vſura.
" ingrederis
Votum reddendum.
De vinea & ſegete proximi.

## SCHOLIA IN CAP. XXIII.

1 Vel, qui contuſione fractos (teſticulos) habet, & amputata virilia, eccleſiam, &c. Ingredi eccleſiam Domini, eſt habere cõmercium cum populo Dei, & habere ius ducendi Iſraelitidem. De lege enim & fide nulla hic mentio. Lege. 3. Reg. 11. & Exodi. 34. q. d. Virgines Iſraeliticæ non nubent ijs qui fractos habent teſticulos, & pudenda amputata. Inepti ad generandum non ducent Iſraelitidas in vxores. 2 ideſt, Spurius, ſiue è ſcorto natus. 3 Id eſt, nunquam poterit ducere Iſraelitidem in vxorem. 4 Id eſt, Filias veſtras non elocabitis Ammonitis aut Moabitis in æternum. Hoc de maribus, non de mulieribus intelligitur: propter Ruth, quæ cum eſſet Moabitis, nupſit viro Iſraelitæ. 5 exceperunt vos cum pane. vel, præuenerunt vos. non occurrerunt vobis obuiam 6 ſubaudi,

Ammonita



Ammonita. 7 Id eſt, Syriæ fluuiorum. hoc eſt Meſopotamiæ. 8 pacem eorum, & vtilitatem eorum. Id eſt, Non curabis tranquillitatem eorum & vtilitatem. 9 id eſt, erunt de conſortio populi ſancti. 10 Hebraiſmus, (in) caſtris, id eſt, cum exercitu. 11 ſubaudi, expiatoria. quæ ſcilicet in id præparata eſt. 12 Et paxillum habebis cum armis tuis. Id eſt, cum enſe tuo. 13 Hebraiſmus, & eris, quando ſedebis, fodies, id eſt, quando voles deſidere vt egeras, fodias eo terram, &c. 14 vt non videat rem vllam turpem in te; & deſerat te. Non, &c. vel, ne ſi viderit in te rem aliquam turpem, deſerat te. 15 Ne tradas. 16 Hebraiſmus, eripuerit ſe ad te. Id eſt, confugerit ad te. 17 ſubaudi, Gentili. nam ſpes eſt quod ex idololatra fiet vnius Dei cultor. 18 Hebraiſmus, in bono ſibi, id eſt, in loco ſibi gratiſsimo. 19 ſcortum maſculum. vel, puer meritorius. 20 offeras, &c. Quę iniuſtè parta ſunt, nullo modo offerri debent Deo. 21 id eſt, animal datum pro commutatione canis. Canis enim eſt animal immundum, vile & impudicum. 22 id eſt, pro quocunque voto adornãdo. 23 Per morſum Hebræi fœnus intelligunt quo nocemus proximo. Vertendum, Non fœnerabis fratri tuo fœnus pecuniæ, id eſt, Non dabis fratri pecuniam ad vſuram. 24 Hebraiſmus, fœnus frugum, fœnus cuiuſcunque rei quæ vſuram patiat, id eſt, non dabis fruges ad vſuram, neque quancunque rem quæ vſuram parit. 25 Externo fœnerabis: at fratri tuo non fœnerabis. 26 id eſt, pœna peccati, hoc eſt, ne mulcteris. 27 id eſt, non peccabis. vel, non mulctaberis. 28 poſteaquam locutus es ore tuo, id eſt, poſteaquam id pollicitus es. 29 Ideſt, Quum locaueris operam tuam tempore vindemiæ proximo tuo. Chaldæus paraphraſtes vertit, Si mercede conductus fueris in vineam fratris tui. De vindemiatoribus intelligitur. 30 Hebraice legitur, ſecundum animam tuam ſatiando te. Id eſt, pro deſyderio tuo, ad ſaturitatem vſque. 31 id eſt, ne efferas vuas in ſporta tua. 32 Id eſt, Siquid efferre velis, manu colliges, non falce. De meſſoribus intelligitur qui tempore meſsis locant operas ſuas. Chaldæus paraphraſtes vertit, Si cõductus fueris in meſſem proximi tui.

## CAP. XXIIII.

SI acceperit homo vxorem, & habuerit eam, & non 1
inuenerit gratiam ante oculos eius propter aliquam
fœditatem: ſcribet libellum repudij, & dabit in ma-
nu illius, & dimittet eam de domo ſua: ¶ Cumque egreſ- 2
ſa alterum maritum duxerit, ¶ Et ille quoque oderit eã, 3
dederitque ei libellum repudij, & dimiſerit de domo ſua,
vel certe mortuus fuerit: ¶ Non poterit prior maritus 4
recipere eam in vxorem: quia polluta eſt, & abominabi-
lis facta eſt coram Domino: ne peccare facias Terram
tuam quam Dominus Deus tuus tradiderit tibi poſsiden-
dam. ¶ Cum acceperit homo nuper vxorem, non pro- 5
cedet ad bellum, nec ei quippiam neceſsitatis iniungetur
publicæ, ſed vacabit abſque culpa domui ſuæ, vt vno an-
no lætetur cum vxore ſua. ¶ Non accipies loco pigno- 6
ris inferiorem & ſuperiorem molam: quia animam ſuam
appoſuit tibi. ¶ Si deprehenſus fuerit homo ſolicitans 7
fratrem ſuum de filijs Iſrael, & vendito eo acceperit pre-
tium, interficietur, & auferes malum de medio tui. ¶ Ob- 8
ſerua diligenter ne incurras plagam lepræ, ſed facies quę-
cunque docuerint te ſacerdotes Leuitici generis iuxta id
quod præcepi eis, & imple ſolicitè. ¶ "Mementote quæ 9
fecerit Dominus Deus veſter Mariæ in via cum egrede-
remini de AEgypto. ¶ Cum repetes à proximo tuo rem 10
aliquam, quam debet tibi, non ingredieris domum eius vt
pignus auferas: ¶ ſed ſtabis foris, & ille tibi proferet quod 11
habuerit. ¶ Si autem pauper eſt, non pernoctabit apud 12
te pignus, ¶ ſed ſtatim reddes ei ante ſolis occaſum, vt 13
dormiens in veſtimento ſuo, benedicat tibi, & habeas iu-
ſtitiam coram Domino Deo tuo. ¶ Non negabis merce- 14
dem indigentis, & pauperis fratris tui ſiue aduenę qui te-
cum moratur in Terra, & intra portas tuas eſt: ¶ Sed 15
eadem die reddes ei pretium laboris ſui ante ſolis occa-
ſum, quia pauper eſt, & ex eo ſuſtentat animam ſuam: ne
clamet contra te ad Dominum, & reputetur tibi in pecca
tum. ¶ Non occidentur patres pro filijs, nec filij pro pa- 16
tribus: ſed vnuſquiſque pro peccato ſuo morietur. ¶ Non 17
peruertes iudicium aduenæ & pupilli: nec auferes pigno-
ris loco viduæ veſtimentum. ¶ Memento quòd ſeruie- 18
ris in AEgypto, & eruerit te Dominus Deus tuus inde. id-
circo præcipio tibi vt facias hanc rem, ¶ Quando meſ- 19
ſueris ſegetem in agro tuo, & oblitus manipulum reliqu-
eris, non reuertẽris vt tollas illum: ſed aduenam, & pupil-
lum, & viduam auferre patiẽris, vt benedicat tibi Domi-
nus Deus tuus in omni opere manuum tuarum. ¶ Si fru- 20
ges collegeris oliuarum, quicquid remãſerit in arboribus,
non reuertẽris vt colligas: ſed relinques aduenæ, pupillo,
ac viduæ. ¶ Si vindemiaueris vineam tuam, non colli- 21
ges remanentes racemos, ſed cedent in vſus aduenæ, pu-
pilli, ac viduæ. Memẽto quòd & tu ſeruieris in AEgypto,
& idcirco præcipio tibi vt facias hanc rem.

Permiſsio repudij. Mat. 5. e. 19. a. Marc. 10. a.
Indulgentia nuper coniugatis.
B
Pignus.
Prædo vendens hominem.
Cauendum à lepra.
Num. 12. a.
"Memento quæ fece. Do. Deus tuus.
Quomodo accipiendum pignus, & quando reddendum.
C
Non retinenda merces. Leuiti. 19. c. Tob. 4. c.
Boni pro malis non puniendi. 4. Reg. 4. b. 2. Paral. 25. b. Ezec. 18. e.
D
Pupillus, aduena, vidua.
Reliquiæ in agro, vinea, oliueto, pupillis, aduenis & viduis relinquendæ.

## CAP. XXIIII.

*QVum quiſpiam ducit vxorem, 1 maritaueritq; eam [ſibi,] euenit autem 2 vt hæc nihil gratiæ in oculis eius impetret, 3 vt ſi inueniat in ea rem aliquam fœdam, 4 ſcribat ei libellum abſciſsionis, quem det ei in manum, & eyciat eam è domo ſua. 5 Quæ exiens è domo eius, ſi abiens alij viro nupſerit, Ac is poſterior maritus cœperit eam odiſſe, ſcripſeritque & ipſe ei libellum 6 abſciſsionis, tradideritque ei in manum eius, amandaueritque eam de domo ſua, aut ſi vir ille poſterior, qui illam vxorem duxerat, mortuus fuerit: Nõ poterit eam maritus prior, qui illam à ſe repudiarat, rurſus ducere ſibi vxorem, 7 quandoquidem polluta eſt. nam abominatio hæc eſt coram* Domino, *& ne feceris peccare terram, quam* Dominus Deus *tuus tibi dat vt hæreditate eam poſſideas. Quum duxerit quiſpiam vxorem nouam, ne egrediatur in militiam, 8 nec quidquam aliud ei iniungatur, ſed immunis ſit pro domo ſua anno vno, lęteturque cum vxore ſua quam duxit.* Nemo *pignoris loco accipiat 9 inferiorem & ſuperiorem molarem: nam is 10 vitam oppignorauit. Si deprehenſus fuerit quiſpiam qui fuerit furatus 11 animam ex fratribus ſuis de filijs* Iſrael, *& 12 ad opus ſuum fuerit eo vſus, & vendiderit eum, morietur fur talis, 13 exureſque malum è medio tui. 14 Sis cautus in macula lepræ, obſeruaque diligenter, facietiſque iuxta omnia quæ docuerint vos ſacerdotes* Leuiti*ci generis: quemadmodum præſcripſi eis, 15 ſic obſeruabitis & facietis. 16* Meminiſſe *oportet quid* Dominus Deus *tuus fecerit* Mariæ *in itinere 17 cum egrederemini ex* AEgypto. *Quum mutuo dederis aliquid proximo tuo, ne introeas domum eius, vt 18 pignus illinc tollas, Sed ſta foris, & vir ille cui tu mutua dediſti, 19 proferet ad te pignus foras. Quòd ſi vir huiuſmodi pauper eſt, non dormies 20 in pignore eius, omnino reddes ei pignus 21 quum ſol occidit, vt is dormiat 22 in veſtimento ſuo, 23 beneque tibi ac fauſta imprecetur, atque 24 [id] iuſtitia tibi erit coram* Domino Deo *tuo. 25* Ne *neges aut vi retineas mercenario pauperi & inopi, ſiue ſit de fratribus tuis, ſiue de peregrinis tuis qui ſunt in terra tua atque 26 intra portas tuas, 27* Die *ſuo dabis ei mercedem ſuam, neque ſol occidat 28 ſuper eum: quoniam pauper eſt, & ad eam [mercedem] attollit 29 animum ſuum: ne contra te ad* Dominum *clamet, 30 & cedat tibi in peccatum.* Non *interficientur patres pro filijs, nec filij occidentur pro patribus, ſed quiſque pro peccato ſuo 31 interficietur.* Ne *declines iudicium peregrini, 32 & pupilli, neque pignoris loco veſtem viduæ accipias, Quin potius memineris quod & tu ſeruus fuiſti in* AEgy*pto, & redemit te* Dominus Deus *tuus inde: idcirco præcipio tibi vt hanc rem facias. Quum meſſueris meſſem tuam in agro tuo, & oblitus fueris manipuli in agro, ne reuertaris vt illum tollas, ſed erit peregrini, pupilli & viduæ, 33 vt fœlicitet & locupletet te* Dominus Deus *tuus in omni opere manus tuæ. Quum 34 ſtrinxeris oleam tuam, ne diligentius ſtringas poſt te: peregrini, pupilli & viduæ erit. Quum vindemiaueris vineam tuam, ne racemationem facias poſt te, erit peregrini, pupilli & viduæ.* Et *memineris te quoque ſeruum fuiſſe in terra* AEgypti*: idcirco ego præcipio tibi vt hanc rem facias.*

### SCHOLIA IN CAP. XXIIII.

1 Et coierit cum ea. 2 vt hæc non inueniat gratiam ante oculos eius. Id eſt, non ſit ei grata. 3 quod inuenerit. 4 ſcripſeritque ei libellum repudij, & dederit ei in manu, eieceritque, &c. Non eſt hic ſententia abſoluta: ſed debet hic verſus iungi verbis ſequentibus, Non poterit prior, &c. Libellus repudij, Hebraice dicitur libellus ſucciſionis: quod eo libello velut excidebatur à domo mariti vxor. Formulam libelli repudij non tradunt Sacræ literæ. magiſtri autem Hebræorum in his libellis vtuntur hac forma, In quarta ſabbathi, in viceſima menſis Siuan, anno quinquies milleſimo ducenteſimo nonageſimo tertio à creatione mundi, hic & in hac ciuitate, ego Iacob, ſic cognominatus filius Rabi Iſaac, volui ex animo, atque citra vllam coactionem dimiſi, & eieci hanc quæ hactenus fuit vxor mea, filia illius Rabi, doque ei facultatem & poteſtatem, vt pro animi ſententia eat quo voluerit, ducique poſſit ab alio quocunque viro, nec eam quiſquam prohibeat. In cuius rei teſtimonium dedi ei libellum repudij, & ſchedam amiſsionis, atque ſignaculum diuortij, iuxta conſtitutionem Moſis & Iſraelis. Formula autem libelli repudij qua vſi ſunt veteres Romani, fuit hæc, Res tuas curato, res tuas tibi habeto. Lege tractatum de diuortijs. 5 Et egreſſa è domo eius, abierit, alijque. 6 repudij. 7 poſteaquam polluta eſt: (concubitu ſcilicet ſecundi mariti,) quoniam abominabilis res eſt Domino: & non pollues terram, &c. 8 Hebraiſmus, nec tranſeat ſuper illum vlla res, immunis erit domi ſuæ anno vno, & delectabit vxorem ſuam, &c. Id eſt, nullum iniungetur ei publicum negotium, ſed in domo ſua manebit immunis ab omni officio publico, & vacabit voluptati honeſtæ cum vxore ſua. 9 vel, vtramque molam, imò ne ſuperiorem quidem, quaſi dicat, tantum abeſt vt poſſit capere vtramque molam, vt molam ſuperiorem breuiorem & viliorem capere non debeat. Vox Hebrea pro qua (vtramque molam) vertimus, dualis eſt numeri. 10 animam caperet pro pignore, id eſt, quia caperet id vnde ille, à quo pignus iſtud acciperet, ſibi victum quærit. Hic anima pro vita, & vita pro victu quo vita ſuſtentatur. 11 id eſt, perſonam aliquam. 12 Hebraiſmus, negotiatus fuerit cum eo, id eſt, cum ea perſona. 13 tolleſque. 14 Caue in plaga lepræ, vt cuſtodias ſolicite. Id eſt, Vide diligenter ne tranſgrediaris, leges quas tuli in gratiam leproſorum. 15 Hebraiſmus, cuſtodietis ad cuſtodiendum. 16 Recordare. Memento. 17 poſteaquam egreſsi eſtis. 18 pignus eius accipias. Id eſt, id quod daturus eſt tibi in pignus. Hæc dicit, ne ingreſſu ſuo creditor faciat pudorẽ debitori. 19 id eſt, egredietur foras cum pignore illo. Hic docetur mutua charitas. 20 cum pignore, id eſt, non manebit pignus eius apud te nocte ſequente proxima, quaſi dicat, ipſo die quo dederit, reddes. 21 vel, ad occaſum ſolis. 22 quod ſcilicet dederat tibi loco pignoris. 23 Hebraiſmus, benedicatque tibi. Id eſt, bene precetur tibi. 24 Id eſt, hoc tibi reputabitur ad iuſtitiam, & opus tuum probabit Dominus, habebitq; opus tuum pro bono & iuſto. 25 Hebraiſmus, Non opprimes mercenarium pauperem & egenum, &c. Id eſt, Non retinebis per vim, aut per calumniam mercedem mercenarij pauperis. 26 Id eſt, in vna vrbium tuarum. 27 id eſt, Eadem die. 28 ſuper eam. ſubaudi, mercedem, id eſt, Non retinebis mercedem illam vſque ad occaſum ſolis. 29 animam ſuam, id eſt, totam ſpem vitæ ſuæ collocat in ea mercede, & ex ea eſt victurus. 30 & ſit in te peccatum. Id eſt, & mulcteris, ſiue des pœnas. 31 ſententia ſcilicet iudicum. Hanc legem tulit Deus iudicibus. 32 vel, vt pupilli. 33 Hebraiſmus, vt benedicat tibi. Id eſt, reddat te fœlicem. 34 vel, decuſſeris oleas tuas, ne decutias (quod) à tergo tuo (reliqueris:) Hebraice ad verbum legitur pro (ne decutias,) non ramificabis poſt te, id eſt, ramos de quibus oliuæ ſunt decuſſæ, iterum concuties. non rimabis ramos iam verberatos.

### CAP. XXV.

SI fuerit oborta lis inter aliquos, 1 venient ad iudicium, & iudicent eos, iuſtumque pronuntient eum qui iuſtus eſt, impium verò condemnent. Quòd ſi impius cædendus eſt, proſternat eum index, & iubeat eum cædi in cõſpectu ſuo iuxta impietatem eius, idque 2 [certo] numero. Quadragenis [plagis] verberet eum, nec vltra addat, 3 ne forte ſi verberando plura hiſce verbera addita fuerint, frater tuus vilis reddatur in oculis tuis. 4 Ne obuincias [os] bouis in tritura ſua. Si habitauerint vnà fratres, mortuuſque fuerit alter eorum abſque filio, ne nubat vxor demortui 5 alieno viro foris, ſed 6 leuir eius ingrediatur ad eam, & ducat eam ſibi vxorem, cognationiſque iure erga eam vtatur. Et primogenitus quem illa pepererit, 7 ſuccedet in nomen fratris ſui defuncti, vt non deleatur nomen eius ex Iſraele. Quòd ſi vir ille 8 vxorem fratris ſui ducere noluerit, aſcendat fratria eius ad 9 portam, dicatque ſenioribus, Leuir meus recuſat fratri ſuo ſuſcitare ſemen in Iſrael, 10 nec vult me iure propinquitatis ducere. 11 Quem vocabunt 12 ſeniores ciuitatis ſuæ, & loquentur cum eo. 13 quòd ſi perſtat dicendo, Non placet mihi vt eam ducam, Accedat fratria eius ad eum in conſpectu ſeniorum, & detracto calceo 14 leuiri ſui de pede eius, ſpuat coram eo, 15 conceptiſque verbis dicat, Sic fiat viro qui non ædificat 16 domum fratris ſui. Vocabiturque nomen eius in Iſraele Domus 17 ſpoliati calceo. Si rixati fuerint viri inter ſe, 18 alter ſcilicet cum altero, acceſſeritque alterius vxor vt eripiat maritum ſuum de manu percutientis eum, miſſaque manu ſua 19 verenda eius apprehenderit, 20 Abſcindas manum eius, nec parcet oculus tuus. Ne ſint tibi in ſacculo tuo 21 diuerſi lapides, magnus ſcilicet & paruus. Ne ſint tibi in domo tua 22 diuerſa ephæ, magnum ſcilicet & paruum. Quin pondus æquum & iuſtum ſit tibi, & epha æquum & iuſtum ſit tibi, vt protogentur dies tui ſuper terram quam Dominus Deus daturus eſt tibi. Nam abominatio Domino Deo tuo eſt quicunque iſta facit, & quicunque iniquitatem perpetrat. Memineris quæ fecerit tibi Amalec in via quum exiretis ex AEgypto, quomodo occurrerit tibi in itinere, & 23 detruncarit in extremo agmine

### CAP. XXV.

De pœnis delinquentium.
1 SI fuerit cauſa inter aliquos, & interpellauerint iudi-
ces: quem iuſtum eſſe perſpexerint, illi iuſtitię pal-
mam dabunt: quem impium, condemnabunt impie-
2 tatis. ♀ Sin autem eum qui peccauit, dignum viderint pla-
gis: proſternent, & coram ſe facient verberari. Pro menſu-
3 ra peccati, erit & plagarũ modus: ♀ Ita duntaxat vt qua-
2. Corinth. 11. f.
dragenarium numerum non excedant: ne fœdè laceratus
Merces laboranti reddenda.
4 ante oculos tuos abeat frater tuus. ♀ Non ligabis os bo-
1. Corinth. 9. a.
5 uis terentis in area fruges tuas. ♀ Quando habitauerint
1. Timoth. 5. c.
fratres ſimul, & vnus ex eis abſque liberis mortuus fuerit,
Lex ſuſcitãdi ſemẽ fraternum.
vxor defuncti non nubet alteri: ſed accipiet eam frater
6 eius, & ſuſcitabit ſemen fratris ſui: ♀ Et primogenitum
Matt. 22. c. Mar. 12. b. Luc. 20. d.
ex ea filium nomine illius appellabit, vt non deleatur no-
B
7 men eius ex Iſrael. ♀ Sin autem noluerit accipere vxo-
rem fratris ſui quæ ei lege debetur, perget mulier ad por-
tam ciuitatis, & interpellabit maiores natu, dicetque,
Ruth. 4. b.
Non vult frater viri mei ſuſcitare ^a ſemen fratris ſui in Iſ-
^a nomen
8 rael: nec me in coniugium ſumere. ♀ Statimque accer-
ſiri eum facient, & interrogabunt. ſi reſponderit, Nolo
9 eam vxorem accipere: ♀ Accedet mulier ad eum co-
ram ſenioribus, & tollet calceamentum de pede eius,
C
ſpuetque in faciem illius, & dicet, Sic fiet homini qui non
10 ædificat domum fratris ſui. ♀ Et vocabitur nomen illius
Domus diſcalceati.
11 in Iſrael, Domus diſcalceati. ♀ Si habuerint inter ſe iur-
gium viri duo, & vnus contra alterum rixari cœperit: vo-
Mulieris manus abſcindẽda, quæ pudenda hominis apprehendit.
lenſque vxor alterius eruere virum ſuum de manu for-
tioris, miſeritque manum & apprehenderit verenda eius:
12 ♀ Abſcindes manum illius, nec flectêris ſuper eam vlla
Pondera æqua & menſuræ.
13 miſericordia. ♀ Non habebis in ſacculo diuerſa pondera,
14 maius & minus: ♀ nec erit in domo tua modius ma-
D
15 ior & minor. ♀ Pondus habebis iuſtum & verum, &
modius æqualis & verus erit tibi: vt multo viuas tem-
pore ſuper terram quam Dominus Deus tuus dederit ti-
16 bi. ♀ Abominatur enim Dominus tuus eum qui facit
17 hæc, & auerſatur omnem iniuſtitiam. ♀ Memento quæ
Iubetur Amalec occidi. exo. 17. d.
fecerit tibi Amalec in via quando egrediebaris ex AEgy-
18 pto: ♀ quomodo occurrerit tibi, & extremos agminis
tui,



tui, qui laſſi reſidebant, cęciderit, quando tu eras fame &
19 labore confectus, & non timuerit Deum. ♀ Cum ergo
Dominus Deus tuus dederit tibi requiem, & ſubiece-
rit cunctas per circuitum nationes in Terra quam tibi
pollicitus eſt: delebis nomen eius ſub cælo. caue ne
obliuiſcaris.

tuo laſſos quoſq;, & qui erant in extrema parte exercitus tui, cum tu eſſes laſſus & defeſſus, & non timuerit Deum. Quum igitur Dominus Deus tuus tibi requiem dederit de omnibus hoſtibus tuis qui circum te ſunt, in terra quam Dominus Deus tuus dat tibi hæreditatem, vt poſsideas eam, delebis memoriam Amalec 24 ſub cælis, ne obliuiſcaris.

### SCHOLIA IN CAP. XXV.

1 Hebraiſmus, & acceſſerint ad iudicium, & iudicauerint eos, iuſtificauerint autem iuſtum, & condemnauerint impium. Si quidem fuerit filius plagarum impius: tunc proſternet eum iudex, & cædere faciet eum coram ſe. Id eſt, ſi acceſſerint ad iudices, & de iure eorum ipſi pronuntiauerint, pronuntiauerint autem ſecundum iuſtum, & condemnauerint impium: ſi quidem cædendus fuerit improbus, tunc iudex curabit eum proſternendum, & percuti ſe præſente. 2 qui ſcilicet definitus eſt à lege. 3 vel, ne ſi addiderit percutere eum vltra plagas iſtas multas, vileſcat frater tuus in oculis tuis. Id eſt, ne pluribus plagis ab eo percuſſus, moriatur coram te vt aliquod animal vile. 4 vel, Non frænabis os bouis quando triturat. ſubaudi, in area tua. Id eſt, Non alligabis ori bouis inſtrumentum aliquod quo prohibeatur ſpicas carpere inter triturãdum fruges tuas. 5 viro externo foras. Id eſt, tranſeundo in aliam familiam. 6 cognatus eius ingredietur ad eam, & ducet eam in vxorem, & affinitatem contrahet cum ea. Hoc eſt, capiet eam in vxorem tanquam cognatam ſuam. Et ducet: (&) pro id eſt, poſitum. 7 Hebraiſmus, ſtabit nomine fratris ſui. Id eſt dicetur filius mortui, & ad eum pertinebit defuncti hæreditas. Quidam pro ſtabit, vertunt, vocabitur de nomine fratris ſui: eadem ſemper ſententia; primogenitum illum cenſeri filium defuncti. 8 Hebraiſmus, cognatam ſuam. 9 Portam vocat curiam, in qua erant ſenatores. 10 Hebraiſmus, nec vult affinitatem contrahere mecum. 11 Tunc accerſent. 12 id eſt, ſenatores & iudices. 13 Hebraiſmus, & ſtabit & dicet. 14 eius de pede eius, ſpuat in faciem eius. Chaldæus paraphraſtes, in nares eius. 15 Hebraiſmus, loquaturque & dicat. 16 id eſt, familiam. Hoc eſt, ei qui noluerit ſuſcitare ſemen fratri mortuo. 17 ſubaudi, à cognata ſua, ab vxore fratris ſui mortui. 18 Hebraiſmus, vir & frater eius. 19 Hebraiſmus, confuſiones eius. Honeſtatem ſeruari præcipit Dominus. 20 Tunc præcides, id eſt, Tunc curabis manum eius reſecandam, ô iudex, 21 Hebraiſmus, lapis & lapis. vel, pondus & pondus, id eſt. diuerſa pondera. 22 Hebraiſmus, epha & epha, id eſt, diuerſi modij. 23 Hebraiſmus, caudam percuſſerit in te omnes debiles poſt te, id eſt, percuſſerit extremum agmen in quo erant omnes debiles qui ſequebantur te. 24 Hebraiſmus, de ſub cælo. Id eſt, de mundo, de animis hominum. Ita delebis eos vt nemo poſtea meminerit eos vixiſſe.

### CAP. XXVI.

1 CVmque intraueris Terram quam Dominus Deus
tuus tibi daturus eſt poſsidendam, & obtinueris
2 eam, atque habitaueris in ea, ♀ Tolles de cunctis
Primitiæ grati animi ſymbolũ.
frugibus tuis primitias, & pones in cartallo, pergeſque ad
locum quem Dominus Deus tuus elegerit vt ibi inuoce-
3 tur nomen eius: ♀ Accedeſq; ad ſacerdotem qui fuerit in
diebus illis, & dices ad eum, Profiteor hodie coram Do-
mino Deo tuo, quòd ingreſſus ſum in Terram pro qua iu-
*Dominus
4 rauit * patribus noſtris vt daret eam nobis. ♀ Suſci-
^a tua,
pienſq; ſacerdos cartallum de manu ^a eius, ponet ante
5 altare Domini Dei tui. ♀ Et loquêris in conſpectu Do-
mini Dei tui, Syrus perſequebatur patrem meum, qui de-
ſcendit in AEgyptum, & ibi peregrinatus eſt in paucisſi-
mo numero: creuitque in gentem magnam ac robuſtam
B
6 & infinitæ multitudinis. ♀ Afflixeruntque nos AEgyptij,
7 & perſecuti ſunt, imponentes onera grauiſsima. ♀ Et cla-
mauimus ad Dominum Deum patrum noſtrorum, qui
exaudiuit nos, & reſpexit humilitatem noſtram, & la-
8 borem, atque anguſtiam: ♀ Et eduxit nos de AEgypto
in manu forti, & brachio extento, in ingenti pauore, in
9 ſignis atque portentis: ♀ Et introduxit ad locum iſtum,
10 & tradidit nobis Terram lacte & melle manantem. ♀ Et
idcirco nunc offero primitias frugum Terræ quam Do-
minus dedit mihi. & dimittes eas in conſpectu Domini
11 Dei tui: & adorato Domino Deo tuo, ♀ Epulaberis in
Primitiæ tertio quoq; anno Leuitis, pupillis, viduis & aduenis perſolutę.
omnibus bonis quæ Dominus Deus tuus dederit tibi, &
12 domui tuæ, tu & Leuites, & aduena qui tecum eſt. ♀ Quan
C
do compleueris decimam cunctarum frugum tuarum,
anno decimarum tertio dabis Leuitæ & aduenæ, & pupil-
lo & viduæ, vt comedant intra portas tuas, & ſaturentur:
13 ♀ Loquerisque in conſpectu Domini Dei tui, Attuli
quod ſanctificatum eſt de domo mea, & dedi illud Le-
Sup. 14. d.
uitæ & aduenæ, & pupillo ac viduæ, ſicut iuſsiſti mi-
hi: non præteriui mandata tua, nec ſum oblitus im-
14 perij tui. ♀ Non comedi ex eis in luctu meo, nec ſe-
paraui ea in qualibet immunditia, nec expendi ex his
quicquam in re funebri: obediui voci Domini Dei mei,
Eſaiæ. 63. d. Baruch. 2. d.
15 & feci omnia ſicut præcepiſti mihi. ♀ Reſpice de ſan-
ctuario tuo, & de excelſo cælorum habitaculo, & bene-
dic populo tuo Iſrael, & Terræ quam dediſti nobis, ſicut
D
iuraſti patribus noſtris, Terræ lacte & melle manãti:

QVum ingreſſus fueris in terram quã Dominus Deus tuus daturus eſt tibi hæreditatem, poſſederiſque eã, inhabitaueriſque eam; Tolles de primitijs cunctorũ fructuum telluris, quos inuehis de terra tua, quã Dominus Deus tuus dat tibi: & ponens 1 in ſporta, proficiſcêris ad locũ quem 2 eliget Dominus Deus tuus, 3 vt collocet nomen ſuum illic. Venienſque ad ſacerdotem qui in diebus illis fuerit, dices ad eum, 4 Agnoſco hodie Domino Deo tuo, quòd veni in terram quam Dominus patribus noſtris daturum ſe nobis 5 iurauit. Accipietque ſacerdos ſportam de manu tua, & reponet eam coram ara Domini Dei tui. Et tu 6 conceptis verbis perges dicere coram Domino Deo tuo. 7 Syrus pater meus periturus erat, & deſcendit in AEgyptum, ibique peregrinus fuit 8 cum valde paucis hominibus: at auctus eſt illic in gentem ampliſsimam, fortem & multam. Afflixeruntque nos AEgyptij, & ſubiugarunt nos. poſuerũtque ſuper nos duriſsimam ſeruitutem. Et quum clamaſſemus ad Dominum Deum patrũ noſtrorum, exaudiuit Dominus vocem noſtram, viditque afflictionem noſtram, laborem noſtrum & 9 oppreſsionem noſtrã. Et eduxit nos Dominus de AEgypto robuſta manu, extentoq; brachio & terrore magno, ſignis & prodigijs. Et introducens nos in locum iſtum, dedit nobis terram hanc fluentem lacte & melle. Nunc igitur 10 affero primitiuos fructus telluris, quam dediſti mihi Domine: tu verò 11 dimiſsis illis coram Domino Deo tuo, adorabis coram Domino Deo tuo, Et 12 lætaberis in omni bono, quod dedit Dominus Deus tuus tibi & domui tuæ, tu & Leuita atque peregrinus qui eſt in medio tui. Quumque compleueris dare decimas, omnes ſcilicet decimas prouentus tui, in anno tertio, 13 qui eſt annus decimarum, 14 dabis Leuitis, peregrinis, pupillis & viduis, 15 vt comedant intra portas tuas, & ſaturentur: 16 Diceſque coram Domino Deo tuo, 17 Suſtuli ſanctum de domo, 18 dedique 19 ipſum Leuitis, peregrinis, pupillis & viduis, iuxta vniuerſa præcepta tua quæ præcepiſti mihi: non ſum tranſgreſſus præcepta tua, nec obliuioni tradidi. Non comedi 20 in dolore meo ex eo, nec ſuſtuli quidquam 21 ex eo in immunditiam, neque dedi ex eo quid 22 mortuis, ſed audiui vocem 23 Domini Dei mei, & 24 feci iuxta omnia quæ præcepiſti mihi 25 Domine. Aſpice de habitaculo 26 ſancto tuo de cælis, & benedic populum tuum Iſrael, atque terram quam dediſti nobis, quemadmodum 27 iuraſti patribus noſtris, terram lacte & melle manantem:

*Hodie Dominus Deus tuus præcipit tibi vt facias ſtatuta iſta atque iudicia, vt ſerues & facias ea 28 toto corde tuo, & tota anima tua. 29 Tu hodie feciſti dicere Dominum quòd velit eſſe Deus tuus; vtq; ambules in vijs eius, 30 & obſerues ſtatuta eius, præcepta eius atq; iudicia eius, audiaſq; vocem eius. 31 Dominus rurſum te fecit dicere hodie, vt eſſes ei populus peculiaris, ſicut loquutus eſt tibi, 32 & cuſtodias omnia mandata eius, Et vt ponat te excelſiorem cunctis gentibus quas fecit, 33 [vt ſis] in laudem, & celebre nomen, & in gloriam, & ſis populus 34 ſanctus Domino Deo tuo, ſicut loquutus eſt.*

16 ⁋Hodie Dominus Deus tuus præcepit tibi vt facias mãda
ta hæc atq; iudicia: vt cuſtodias & impleas ex toto corde
17 tuo, & ex tota anima tua. ⁋Dominum elegiſti hodie, vt ſit Sup.7.a.
tibi Deus, & ambules in vijs eius, vt cuſtodias ceremonias
illius, & mandata atque iudicia, & obedias eius imperio.
18 ᵉ⁋En Dominus elegit te hodie vt ſis ei populus peculiaris, ᵉEt
ſicut locutus eſt tibi, & cuſtodias omnia præcepta illius: Iudæi in gloriã
19 ⁋Et faciet te excelſiorem cunctis gentibus quas creauit, Dei aſſumpti in
in laudem, & nomen, & gloriam ſuam: vt ſis populus ſan- populum.
ctus Domini Dei tui, ſicut locutus eſt.

## SCHOLIA IN CAP. XXVI.

1 Vel, in caniſtro. 2 vel, elegerit. 3 id eſt, vt illic colatur, & inuocetur. 4 Hebraiſmus, Annuntiaui. Ponitur annuntiare pro profiteri, confiteri, agnoſcere, vt 1. Corinth. 11, Annunciare mortem Domini, pro laudare & celebrare. Præteritum eſt pro præſenti, Profiteor. 5 iurauerat, quaſi dicat, Fateor Deum ſtetiſſe promiſsis: habito enim in terra quam promiſerat nobis. 6 Hebraiſmus, loquêris & dices. Chaldęus paraphraſtes, reſpondebis, & dices. ſubaudi, ſacerdoti interroganti ſequentia, Quid geſtas in caniſtro? 7 Syrus ille penuria laborans, fuit pater meus. Alij vertunt, Syrus quæſiuit vt perſequeretur patrem meum. Verùm prior interpretatio eſt verior, quaſi dicat, Has diuitias non accepimus à parentibus, à patre noſtro Iacob, ſed à Deo noſtro. Nam pater noſter Iacob, qui habitauit in Syria, & illic laborauit penuria, ita vt Laban ſeruierit: poſtea idem in Terra-Chanaan laborans inopia deſcendit in AEgyptum tempore famis, &c. Hæc omnia eò tendunt vt oſtendat Moyſes filios Iſrael non accepiſſe Terram ſanctam iure hęreditario, ſed dono Dei. 8 Hebraiſmus, cum hominibus paucitatis. 9 id eſt, quod nimium vrgerent nos AEgyptij. 10 quaſi dicat, in memoriam tanti beneficij offero tibi primitias. 11 relicto eo. ſubaudi, calatho. 12 id eſt, frui poteris reliquis alijs quæ non obtuleris. 13 id eſt, in quo decimæ dari debent pauperibus. Singulis enim annis decimæ Leuitis tantum: at tertio quoque anno pauperibus dabantur & Leuitis. 14 Hebraiſmꝰ, & dederis. 15 & comederint intra portas tuas, & ſaturati fuerint: Intra portas tuas, id eſt, in vrbibus tuis quas inhabitas: in aliqua vrbiũ tuarum. 16 Tunc dices. Agendo ſcilicet gratias, ingenue fateberis. Sic dices, Gratias ago Deo, quòd perſoluerim decimam, &c. 17 Extuli rem ſacram è domo, id eſt, decimam ipſam quę Deo ſacrata eſt, 18 Hebraiſmus, & etiam dedi. 19 id eſt, rem ipſam ſacram, nẽpe decimam. 20 in luctu meo, id eſt in calamitate mea. Vel, in paupertate mea, ſiué egeſtate preſſus non comedi aliquid ex ipſis decimis. 21 vel, ex ea pro re immunda, id eſt, vt inſumerem in rem immundam & prophanam. Nihil enim ex decimis in re prophana expẽdi debebat, quod Deo ſacræ eſſent. 22 id eſt, in exequijs, curãdo funeri, & parentando. 23 Antecedens pro relatiuo: Latine diceretur, audiens fui voci tuæ. 24 id eſt, impleui præceptum de decimis perſoluendis. 25 Quidam codices Hebræi non legunt Domine. 26 Heb. ſanctitatis tuæ, de cælo ipſo. Hîc declarat quid vocet habitaculum Dei ſanctum: nempe cælum. 27 id eſt, pollicitus fueras adhibito iuramento. 28 id eſt, ſponte, libenter, & ex animo. 29 Vel potius, Tu hodie extuliſti (vel, exaltaſti) Dominum vt ſit tibi Deus, id eſt, magnificaſti hodie Dominum, ſeruando præcepta eius: ipſe quoque te exaltauit, vt ſit tibi Deus. Quidã (hodie) intelligunt pro eo die quo Dominus ſe populo, & populus ſe Deo obſtrinxit & addixit, Exo. 19. & 20. & ſic legunt, Tu eodẽ die addixiſti te Domino Deo tuo, vt eſſet Deus tuus: rurſus Deus addixit ſe tibi eodem die vt tu ſis ei populus peculiaris. Senſus in idem recidit. Deus enim addixit ſe nobis fœdere perpetuo ſe fore Deum nobis: nos addiximus ei noſipſos, quum promiſimus fore nos populum ſuum. aut contrà, nos petimus vt ſit Deus noſter, ipſe petit vt ſimus populus eius: omnia tamen ex ipſo ſunt, ipſo dicente & efficiente omnia fiunt, ex amore ſcilicet eius erga nos. 30 Hoc loco ET, pro Id eſt poſitum eſt: declarat enim quod dixerat, ambulare in vijs eius: nempe cuſtodire ſtatuta eius & mandata, &c. 31 vel potius, Etiam Dominus exaltauit te. Vel, Propterea Dominus, &c. 32 & vt cuſtodias. Extulit inquam te, vt etiam cuſtodias. 33. i. fecit te ſuperiorẽ in laudẽ ſuã, hoc eſt, vt propterea laudetur, &c. 34. i. dicatus.

## CAP. XXVII.

*PRæcepitq; Moſes & ſeniores Iſrael populo, dicentes, Cuſtodite omnia præcepta quæ ego præcipio vobis hodie.* Hoc *verò fiet, quum traieceritis* Iordanem, *[veneritiſque] in terram quam* Dominus Deus *tuus dat tibi, erige tibi lapides magnos, & 1 obduc eos calce, Scribeque ſuper eos 2 omnia verba legis huius quando tranſieris, 3 eo quòd veneris in terram quam* Dominus Deus *tuus dat, tibi, terram fluentem lacte & melle, ſicut loquutus eſt* Dominus Deus *patrum tuorum 4 tibi. Quando itaq; Iordanem traieceritis, erigetis lapides iſtos, quos ego hodie vobis 5 præcipio, in monte Ebal, & obducetis eos calce.* Edificabis *quoq; ibi aram* Domino Deo *tuo, aram [inquam] de lapidibus, ſuper quos ferrum non leuabis,* De lapidibus *6 integris ædificabis aram* Domini Dei *tui, & ſacrificabis ſuper eã holocauſtum* Domino Deo *tuo. Sacrificabis quoque pacifica ſacrificia, & comedes ibi, 7 lætaberiſq; coram* Domino Deo *tuo.* Et *ſcribes ſuper lapides omnia verba legis huius, 8 idque luculenter & claræ.* Loquutuſque *eſt Moſes & ſacerdotes Leuitici generis ad vniuerſum Iſraelem in hunc modum, Iſrael auſculta & audi,* Hodie *factus es populus* Domini Dei *tui: audies igitur vocem* Domini Dei *tui, & facies præcepta eius, atque ſtatuta eius quæ ego præcipio tibi hodie.* Præcepitque *Moſes populo, illo die, dicens, 9* Hi *ſtabunt ad benedicendum populo ſuper montem Garizim cum tranſieritis Iordanem,* Simeon, *Leui, Iehuda, Iſſchar, 10 Ioſeph & Beniamin.* Et *iſti ſtabunt 11 ad execrandum in monte Ebal, Ruben, Gad, Aſer, Zebulon, Dan & Naphtali.* Leuitæ *quoque 12 conceptis verbis dicent ad cunctos Iſraelitas ſublata voce, 13 Execratus vir ille quicunque fecerit ſculptile aut fuſile ſimulachrum, 14 abominationem Domini,*

1 PRæcepit autem Moyſes & ſeniores Iſrael populo, Iubet Moyſes
dicẽtes, Cuſtodite omne mandatum quod pręcipio transmiſſo Ior-
2 vobis hodie. ⁋Cumque tranſieritis Iordanẽ in Ter- dane, filij Iſrael
ram quam Dominus Deus tuus dabit tibi, eriges ingẽtes aliquot lapides
3 lapides, & calce leuigabis eos, ⁋Vt poſsis in eis ſcribere excitent in qui-
omnia verba legis huius, Iordane tranſmiſſo, vt introeas bus deſcribatur
Terram quam Dñs Deus tuus dabit tibi, Terram lacte & decalogus.
4 melle manantem, ſicut iurauit patribus tuis. ⁋Quando er- Exod.20.d.
go tranſieritis Iordanem, erigite lapides quos ego hodie Ioſue.8.f.
præcipio vobis in monte Hebal, & leuigabis eos cal-
5 ce. ⁋ Et ædificabis ibi altare Domino Deo tuo de la- B
6 pidibus quos ferrum non tetigit, ⁋ Et de ſaxis infor-
mibus & impolitis: & offeres ſuper eo holocauſta
7 Domino Deo tuo, ⁋ Et immolabis hoſtias pacificas,
comedeſque ibi, & epulaberis coram Domino Deo
8 tuo. ⁋ Et ſcribes ſuper lapides omnia verba legis hu-
9 ius planè & lucidè. ⁋ Dixeruntque Moyſes & ſacer-
dotes Leuitici generis ad omnem Iſraelem, Attende,
& audi Iſrael, Hodie factus es populus Domini Dei
10 tui. ⁋ audies vocem eius, & facies mandata atque iu-
11 ſtitias quas ego præcipio tibi*. ⁋ Præcepitque Moy- *hodie
12 ſes populo in die illo, dicens, ⁋ Hi ſtabunt ad bene- Benedictiones
dicendum ᵍ Domino ſuper montem Garizim, Iorda- in Garizim.
ne tranſmiſſo: Simeon, Leui, Iudas, Iſſachar, Ioſeph, Maledictiones
13 & Beniamin. ⁋ Et e regione iſti ſtabunt ad maledicen- in Hebal.
dum in monte Hebal: Ruben, Gad, & Aſer, & Zabulon, ᵍpopulo
14 Dan, & Nephthali. ⁋ Et pronuntiabunt Leuitæ, dicent- C
15 que ad omnes viros Iſrael excelſa voce, ⁋Maledictus ho- Dani.9.c.
mo quiʰ facit ſculptile & cõflatile, abominationem Dñi, ʰfaciet
opus



opus manuum artificum, ponetque illud in abſcondito. &
reſpondebit omnis populus, & dicet, Amen. ⁋Maledictus 16
*ſuam qui non honorat patrem ſuum, & matrem*. & dicet om-
nis populus, Amen. ⁋ Maledictus qui transfert terminos 17
proximi ſui. & dicet omnis populus, Amen. ⁋Maledictus 18
qui errare facit cæcum in itinere. & dicet omnis populus,
Amen. ⁋Maledictus qui peruertit iudicium aduenę, pupil 19
li & viduæ. & dicet omnis populus, Amen. ⁋ Maledictus 20
D qui dormit cum vxore patris ſui, & reuelat operimentum
lectuli eius. & dicet omnis populus, Amen. ⁋ Maledictus 21
qui dormit cum omni iumento. & dicet omnis populus,
Amen. ⁋Maledictus qui dormit cum ſorore ſua filia patris 22
ſui, vel matris ſuæ. & dicet omnis populus, Amen. ⁋Male- 23
dictus qui dormit cum ſocru ſua. & dicet omnis populus,
Amen. ⁋Maledictus qui clàm percuſſerit proximum ſuũ. 24
& dicet omnis populus, Amen. ⁋Maledictus qui dormit cũ
vxore proximi ſui. & dicet omnis populus, Amen. ⁋ Ma- 25
ledictus qui accipit munera, vt percutiat animam ſangui-
Galat.3.b. nis innocentis. & dicet omnis populus, Amen. ⁋ Maledi- 26
ctus qui non permanet in ſermonibus legis huius, nec eos
opere perficit. & dicet omnis populus, Amen.

*opus manuum artificis, poſueritque illud 15 in abſcondito. & reſpondebunt vniuerſi de populo, & dicent, 16 Amen.* Execratus *eſt qui 17 maledicit patri ſuo aut matri ſuæ. & dicet omnis populus, Amen.* Execratus *qui 18 mouet limitem proximi ſui. & dicet omnis populus, Amen.* Execratus *qui cæcum errare aut impingere facit in itinere. & dicet vniuerſus populus, Amen.* Execratus *19 qui declinare facit iudicium peregrini, pupilli & viduæ. & dicet vniuerſus populus, Amen.* Execratus *qui 20 dormit cum vxore patris ſui: quoniam 21 retegit alam patris ſui. & dicet omnis populus, Amen.* Execratus *qui cubat cum vllo iumento. & dicet omnis populus, Amen.* Execratus *qui concumbit cum ſorore ſua, 22 filia patris ſui, aut filia matris ſuæ. & dicet vniuerſus populus, Amen.* Execratus *qui dormit cum ſocru ſua. & dicet vniuerſus populus, Amen.* Execratus *qui proximum ſuum clàm percutit. & dicet omnis populus, Amen.* Execratus *qui accipit munus vt percutiat 23 animam ſanguinis innocentis. & dicet vniuerſus populus, Amen.* Execratus *24 qui non perfecte præſtat verba huius legis vt faciat ea. & dicet vniuerſus populus, Amen.*

## SCHOLIA IN CAP. XXVII.

1 Vel, lini. i. dealba eos. 2. i. decalogum. 3. vt intres. vel, vt penetrare poſsis. 4. i. in gratiam tui, ſiue pro te. 5 Sub. erigendos. 6 vel, perfectis. i. non ſectis. 7 agendo ſcilicet gratias de beneficijs acceptis. 8 Heb. explicando bene. Vel, litera bene picta, & ad vnguẽ ficta, litera legibili. 9 Verti poteſt, Iſtæ tribus ſtabunt ſuper montem Garizim, vt populo audiente recitẽtur benedictiones. Aut, Iſtę tribus ſtabunt in monte Garizim ad audiendam benedictionem. Lege Numerorum cap. 17. & 18. 10 Ioſeph ponitur pro duabus tribubus, Ephraim & Manaſſe. 11 propter maledictionem. i. ad maledictionem audiendam. Vel, vt illis audientibus recitentur maledictiones. 12 Heb. loquentur & dicent, &c. Iſti erant in valle, in medio duorum iſtorum montium: omnis autem populus, & omnes maiores natu, duces quoque ac iudices ſtabant ex vtraque parte arcæ in conſpectu ſacerdotum. Ioſue. 8. Aut hîc intelligendæ ſunt tredecim tribus: aut duæ in vnam coaleſcunt, vt Nume. 17. 13 vel, Maledictus. Aut, Infauſtus. Infœlix. Nam verba Hebræa ARVA & BARVCH, opponuntur: alterum infauſtum ſignificat & infœlicem: alterum fauſtum & fœlicem. 14. i. quod deteſtatur Dominus. 15 vel, in loco remoto. Vt ſcilicet ſecreto colat illud, & non publicè. 16. i. Veritas ſit hoc. Verum ſit illud quod dicit, Maledictus ſit qui colit deos alienos. Concedentis vel optantis eſt particula. 17 ſpernit. Vel, ignominia afficit. 18 vel, transfert. 19. i. qui peruerſe & inique pronuntiat aduerſus aduenam, &c. 20 vel, rem habet cum nouerca ſua. 21 diſcooperit angulum pallij patris ſui. i. operimentũ quo turpitudo patris tegebatur. Turpitudinem patris vocat pudenda nouercæ. 22. i. ſiue ea ſit ſoror ex parte patris, ſiue ex parte matris. 23 (plaga) animæ, ſanguinem innocentem, id eſt, plaga lethali hominem innocentem. Sanguinem pro homine ponit. 24 qui non confirmauerit (vel, qui non oſtenderit ſe rata habere) verba legis huius faciendo illa.

## CAP. XXVIII.

Succeſſus eorum qui mãdata Dei ſeruauerint.

SI autem audieris vocem Dñi Dei tui, vt facias atque 1
cuſtodias omnia mãdata eius quæ ego præcipio ti-
bi hodie: faciet te Dñs Deus tuus excelſiorẽ cunctis
gentibus quæ verſantur in terra. ⁋Veniẽtq; ſuper te vni 2
uerſæ benedictiones iſtæ, & apprehendẽt te: ſi tamẽ pręce-
cepta eius audieris, ⁋Benedictus tu in ciuitate, & benedi- 3
ctus in agro. ⁋Benedictus fructus vẽtris tui, & fructus ter- 4
ræ tuæ, fructuſq; iumentorũ tuorum, greges armentorum
tuorũ, & caulæ ouiũ tuarum. ⁋Benedicta horrea tua, & be 5
nedictæ reliquiæ tuæ. ⁋Benedictus eris ingrediẽs & ẽgre- 6
ᵍconſurgunt diẽs. ⁋Dabit Dñs inimicos tuos quiᵍ cõſurgent aduerſum 7
te, corruẽtes in cõſpectu tuo: per vnã viã venient cõtra te,
& per ſeptẽ fugiẽt à facie tua. ⁋Emittet Dñs benedictio- 8
nẽ ſuper cellaria tua, & ſuper omnia opera manuũ tuarũ:
benedicetq; tibi in terra quã acceperis. ⁋Suſcitabit te Dñs 9
ſibi in populum ſanctũ, ſicut iurauit tibi: ſi cuſtodieris mã
data Dñi Dei tui, & ambulaueris in vijs eius. ⁋ Videbũtq; 10
omnes terrarum populi quòd nomen Dñi inuocatum ſit
B ſuper te, & timebunt te. ⁋Abũdare te faciet Dñs omnibus 11
bonis, fructu vteri tui, & fructu iumentorum tuorum, fru-
ctu Terræ tuæ quam iurauit Dominus patribus tuis vt da
ret tibi. ⁋ Aperiet Dominus theſaurum ſuum optimum, 12
cælum, vt tribuat pluuiam terræ tuæ in tempore ſuo: be-
nedicetque cunctis operibus manuum tuarum. Et fœne-
rabis gentibus multis, & ipſe à nullo fœnus accipies.
⁋ Conſtituet te Dominus Deus tuus in caput, & non in 13
caudam: & eris ſemper ſuprà, & non ſubter: ſi tamen au-
dieris mandata Domini Dei tui quæ ego præcipio tibi
hodie, & cuſtodieris & feceris, ⁋Ac nõ declinaueris ab eis 14

*SI diligenter audieris vocem* Domini Dei *tui, 1 & cuſtodieris feceriſq; omnia præcepta mea quæ ego præcipio tibi hodie, ponet te* Dominus Deus *tuus 2 excelſiorem cunctis nationibus terræ.* Venientq; *ſuper te omnes 3 benedictiones iſtæ, & apprehendent te, ſi tamen audieris vocem* Domini Dei *tui. 4 Fauſtus eris in vrbe, fauſtus in agro. 5 Fauſtus fructus ventris tui, fructus telluris tuæ, atq; fœtus iumentorũ tuorum, fœtus boum tuorum, & gregum ouium tuarum. 6 Fauſta ſporta tua, atq; reliquiæ tuæ. 7 Fauſtus eris quum ingredieris, fauſtus quum exieris.* Efficiet Dñs *vt hoſtes tui qui aduerſum te inſurgunt, ante te 8 corruant. per iter vnum egredietur aduerſum te, & per 9 ſeptem vias fugient ante faciẽ tuã. 10* Mãdabit Dñs *vt ſuper te [veniat] benedictio in prõptuaria tua, atq; in omnia ad quæ admolitus fueris manum tuã, fortunabitq; te in terra quam 11* Dñs Deus *tuus dat tibi. 12* Eriget *te* Dñs *ſibi in populum ſanctum, ſicut iurauit tibi, ſi tamen mandata* Dei *tui cuſtodieris, & in vijs eius inceſſeris.* Tum *demũ omnes populi terræ 13 videbunt quòd nomen* Domini *inuocatum ſit ſuper te, & timebunt ſibi à te.* Dñs *quoq; te 14 reliquũ faciet, idq; bono [tuo] in 15 fructu ventris tui, in fœtu iumentorum tuorum, & in prouentu telluris tuæ, in terra quã iurauit* Dñs *patribus tuis, ſe daturum [eam] tibi.* Aperiet *tibi* Dñs *theſaurũ ſuum bonũ, nẽpe cælũ, 16 vt det pluuiã terræ tuæ ſuo tẽpore, & 17 vt benedicat vniuerſo operi manus tuæ, vt poſsis mutuo dare gentibus multis, tu verò nihil mutuo accipias. 18* Ponet *quoq; te* Dñs *in caput, & nõ in caudã, 19 eriſq; dũtaxat ſupra, neq; vnquam eris infra: ſi modo audieris præcepta* Dñi Dei *tui, quæ ego præcipio tibi hodie, vt cuſtodias & facias. 20 Ne deflectas à cũctis ſermonibꝰ quos ego præcipio vobis hodie,*

*neque ad dextram neque ad ſiniſtram, vt eas poſt deos alios, & eos colas. Quòd 21 ſi vocem Domini Dei tui non audieris, 22 vt cuſtodias & facias cuncta præcepta eius & ſtatuta eius quæ ego tibi præcipio hodie, venient ſuper te omnes execrationes iſtæ, & apprehendent te. 23 Execratus eris tu in vrbe, execratus in agro. 24 Execrata erit ſporta tua, & reliquiæ tuæ. 25 Execratus fructus ventris tui, & fructus telluris tuæ, fœtus boum tuorum, & greges ouium tuarum. 26 Execratus in introitu tuo, execratus in exitu tuo. Mittet Dominus in te 27 egeſtatem, conturbationem & increpationem, in omnia 28 quæ inſtitueris & quæ feceris, 29 donec deleat te, & perdat te ſubitò, propter malitiam ſtudiorum tuorum, quibus me deſeruiſti. 30 Adhæreſcere faciet tibi Dominus peſtem, donec conſumat te de ſuperficie terræ, in quam tu venis vt eam poſsideas. Percutiet te Dominus 31 tumore, ardore, inflammatione, æſtu conſumente, ſiccitate, robigine, aurigine, & inſequentur te donec pereas. Erunt tibi cæli ſuper caput tuum 32 ærei, & tellus quæ ſub te eſt ferrea. Dabit Dominus terræ tuæ pro pluuia 33 arenam & puluerem, de cælis deſcendet ſuper te donec fueris deletus. Dabit quoque te Dominus 34 proſtratum ante hoſtes tuos: ad quos vno itinere egredieris, & per ſeptem itinera coram eis fugies, eriſque 35 vt caput [ſuper te] commoueant omnia regna terræ. Erit præterea cadauer tuum cibus omni volucri cæli & beſtiæ terræ, nec erit 36 qui abſterreat. Percutiet quoque te Dominus 37 vlcere AEgyptiaco, 38 ficu, ſcabie fluida, & ſcabie ſicca, ita vt ſanari nõ poſsis. Percutiet te Dominus amentia, 39 cæcitate & ſubita conturbatione cordis. Et eris 40 palpans in meridie, quemadmodum palpat cæcus in tenebris, 41 neque proſper eris in vijs tuis: 42 Et omnino talis eris, qui vim & iniuriam patiatur, quique diripiatur, idque cunctis diebus, nec erit qui eripere poſsit. 43 Vxorem [tibi] deſponſabis, & alius cum ea concumbet: domum extrues, & non habitabis in ea: vineam quoque plantabis, & 44 non prophanabis eam. Bos tuus mactabitur ſpectantibus id oculis tuis, & tu non comedes ex eo: aſinus tuus rapietur à conſpectu tuo, nec reuertetur ad te: oues tuæ tradentur hoſtibus tuis, 45 nec erit qui tibi auxilium ferat. Filij tui & filiæ tuæ tradentur populo alij, & oculi tui ſpectantes hoc tabeſcent 46 ſuper his tota die, 47 nec erit tantum virium vt ſis ferendo. Fructum terræ tuæ, & vniuerſum laborem tuum comedet populus quem tu non nouiſti, 48 eriſque omnino talis qui vim & iniuriam patiatur, ac conquaſſetur omnibus diebus. 49 Veſanus quoque eris propter ea quæ oculis tuis videre cogêris. Percutiet te Dominus vlcere noxio in genubus & cruribus, quod curari haudquaquam poterit, à planta pedis tui vſque in verticem tuum. Ducet te Dominus regemque tuum, quem conſtitues ſuper te, ad gentem, quam nec tu nouiſti, nec patres tui: & 50 ſeruies illic dijs alijs, nempe lapidi & ligno. Eriſque 51 vt à te ſtupeant, te exemplo vtantur, de te linguam acuant omnes populi ad quos te Dominus 52 duxerit. Multum ſeminis 53 proferes in agrum, parum colliges: quia vaſtabit illud locuſta. Vineas plantabis & coles, ſed vinum non bibes neque colliges, eo quòd vermis ſit illud abſumpturus. Oleæ erunt tibi per cunctos fines tuos, & tamen non vnges te oleo, quia 54 excutietur olea tua. Filios & filias generabis, & nullos habebis, quia abibunt in captiuitatem. Omnes arbores tuas, & fructus terræ tuæ perdet 55 ærugo. Peregrinus qui tecum habitat, 56 aſcendet, & te ſublimior erit, & tu longe infra deſidebis. 57 Ipſe tibi mutuo dabit, & tu illi nihil dabis mutuo: 58 ipſe erit in caput, & tu eris in caudam. Venient denique in te omnes execrationes iſtæ, quæ & inſequentur te, & apprehendent te, donec conſumaris, eo quòd non audiuiſti vocem Domini Dei tui, vt cuſtodires præcepta eius atque ſtatuta eius quæ præcepit tibi. 59 Erunt in ſignum & in portentum in te & in ſemine tuo perpetuò, eo quòd non ſeruieris Domino*

nec ad dextram nec ad ſiniſtram, nec ſecutus fueris deos
15 alienos, neque colueris eos. ¶ Quòd ſi audire nolueris
vocem Domini Dei tui, vt cuſtodias & facias omnia man
data eius & ceremonias quas ego præcipio tibi hodie, ve-
nient ſuper te omnes maledictiones iſtæ, & apprehen-
16 dent te. ¶ Maledictus eris in ciuitate, maledictus in agro.
17 ¶ Maledictum horreum tuum, & maledictæ reliquiæ
18 tuæ. ¶ Maledictus fructus ventris tui, & fructus terræ
tuæ, armenta boum tuorum, & greges ouium tuarum.
19 ¶ Maledictus eris ingrediens, & maledictus egrediens.
20 ¶ Mittet Dominus ſuper te famem & eſuriem, & incre-
pationem in omnia opera tua quæ tu facies, donec conte-
rat te & perdat velociter, propter adinuentiones tuas peſ
21 ſimas in quibus reliquiſti me. ¶ Adiungat tibi Dominus
peſtilentiam, donec conſumat te de Terra ad quam ʺ in-
22 gredieris poſsidendam. ¶ Percutiat te Dominus egeſta-
te, febri & frigore, ardore & æſtu, & aere corrupto ac ru-
23 bigine, & perſequatur donec pereas. ¶ Sit cælum quod
24 ſupra te eſt, æneum: & terra quam calcas, ferrea. ¶ Det
Dominus imbrem terræ tuæ puluerem, & de cælo deſcen
25 dat ſuper te cinis, donec conteraris. ¶ Tradat te Domi-
nus corruentem ante hoſtes tuos: & per vnam viam egre
diaris contra eos, & per ſeptem fugias, & diſpergaris per
26 omnia regna terræ. ¶ Sitque cadauer tuum in eſcam
cunctis volatilibus cæli & beſtijs terræ, & non ſit qui
27 abigat. ¶ Percutiat te Dominus hulcere AEgypti, &
partem corporis per quam ſtercora egeruntur, ſcabie
28 quoque & prurigine: ita vt curari nequeas. ¶ Percu-
tiat te Dominus amentia & cæcitate ac furore mentis,
29 ¶ Et palpes in meridie ſicut palpare ſolet cæcus in te-
nebris, & non dirigas vias tuas. Omnique tempo-
re calumniam ſuſtineas, & opprimaris violentia, nec
30 habeas qui liberet te. ¶ Vxorem accipias, & alius
dormiat cum ea. Domum ædifices, & non habites
31 in ea: plantes vineam, & non vindemies eam. ¶ Bos
tuus immoletur coram te, & non comedas ex eo: aſi-
nus tuus rapiatur in conſpectu tuo, & non reddatur
tibi: oues tuæ dentur inimicis tuis, & non ſit qui te
32 adiuuet. ¶ Filij tui & filiæ tuæ tradantur alteri popu-
lo, videntibus oculis tuis, & deficientibus ad conſpe-
ctum eorum tota die, & non ſit fortitudo in manu tua.
33 ¶ Fructus terræ tuæ, & omnes labores tuos comedat
populus quem ignoras: & ſis ſemper calumniam ſu-
34 ſtinens, & oppreſſus cunctis diebus, ¶ & ſtupens ad ter-
35 rorem eorum quæ videbunt oculi tui. ¶ Percutiat te
Dominus hulcere peſsimo in genibus & in ſuris, ſana-
rique non poſsis à planta pedis vſque ad verticem
36 tuum. ¶ ʺDucetque te Dominus, & regem quem con-
ſtitues ſuper te, in gentem quam ignoras tu & patres
37 tui: & ſeruies ibi dijs alienis, ligno & lapidi. ¶ Et eris
perditus, in prouerbium ac fabulam omnibus populis,
38 ad quos te introduxerit Dominus. ¶ Sementem mul-
tam facies in terram, & modicum congregabis: quia
39 locuſtæ deuorabunt omnia. ¶ Vineam plantabis & fo-
dies, & vinum non bibes, nec colliges ex ea quippiam:
40 quoniam vaſtabitur vermibus. ¶ Oliuas habebis in om-
nibus terminis tuis, & non vngêris oleo: quia defluent &
41 deperibunt. ¶ Filios generabis & filias, & non fruêris
42 eis: quoniam ducentur in captiuitatem. ¶ Omnes arbo-
43 res tuas & fruges terræ tuæ rubigo conſumet. ¶ Adue-
na qui tecum verſatur in Terra, aſcendet ſuper te, eritque
44 ſublimior: tu autem deſcendes, & eris inferior. ¶ Ipſe fœ-
nerabit tibi, & tu non fœnerabis ei: ipſe erit in caput, &
45 tu eris in caudam. ¶ Et venient ſuper te omnes maledi-
ctiones iſtę, & perſequentes apprehendent te, donec in-
tereas: quia non audiſti vocem Domini Dei tui, nec ſer-
46 uaſti mandata eius & ceremonias quas præcepit tibi. ¶ Et
erunt in te ſigna atque prodigia, & in ſemine tuo vſ-
47 que in ſempiternum; ¶ eo quòd non ſeruieris Domino

Calamitates eorũ qui Dei mandata non ſeruauerint. Leuit. 26. b. Thren. 2. f. Malac. 2. a. Baruch. 1. d.

C

ʺingrederis (pręſ. temp.

D

ʺDuces

Mich. 6. d. Aggæi. 1. b.

E

Deo



Seruire Deo in gaudio.

Deo tuo in gaudio, cordiſque lætitia, propter rerum om-
nium abundantiam. ¶ Seruies inimico tuo quem immittet 48
tibi Dominus, in fame, & ſiti, & nuditate, & omni penuria,
& ponet iugum ferreum ſuper ceruicem tuam, donec te
conterat. ¶ Adducet Dominus ſuper te gentem de lon- 49
ginquo, & de extremis terræ finibus in ſimilitudinẽ aqui-
lę volantis cum impetu: cuius linguam intelligere nõ poſ
ſis, ¶ Gentem procaciſsimam, quæ non deferat ſeni, nec 50
miſereatur paruuli, ¶ Et deuoret fructum iumentorum 51
tuorum, ac fruges Terræ tuæ donec intereas: & non relin
quat tibi triticum, vinum & oleum, armenta boum & gre-
ges ouium: donec te diſperdat, ¶ Et conterat in cunctis 52
vrbibus tuis, & deſtruantur muri tui firmi atque ſublimes,
in quibus habebas fiduciam in omni Terra tua. Obſidebe
ris intra portas tuas in omni Terra tua quã dabit tibi Do-
F minus Deus tuus: ¶ & comedes fructum vteri tui, & car 53
nes filiorum tuorum & filiarum tuarum, quas dederit tibi
Dominus Deus tuus, in anguſtia & vaſtitate qua oppri-
met te hoſtis tuus. ¶ Homo delicatus in te, & luxurio- 54
ſus valde inuidebit fratri ſuo, & vxori quæ cubat in ſinu
ſuo, ¶ Ne det eis de carnibus filiorum ſuorum quas co- 55
medet: eo quòd nihil aliud habeat in obſidione & penu-
ria qua vaſtauerint te inimici tui intra omnes portas tuas.
¶ Tenera mulier & delicata quæ ſuper terram ingredi 56
non valebat, nec pedis veſtigium figere propter mollitiẽ
& teneritudinem nimiam, inuidebit viro ſuo qui cubat
in ſinu eius, ſuper filij & filiæ carnibus, ¶ Et illuuie ſecun 57
dinarum quæ egrediuntur de medio feminum eius, & ſu-
per liberis qui eadem hora nati ſunt. comedent enim eos
clàm propter rerum omnium penuriam, in obſidione &
vaſtitate qua opprimet te inimicus tuus intra portas tuas.
¶ Niſi cuſtodieris, & feceris omnia verba legis huius quæ 58
ſcripta ſunt in hoc volumine, & timueris nomen eius glo-
rioſum & terribile, ¶ hoc eſt Dominum Deum tuum: 59
¶ Augebit Dominus plagas tuas, & plagas ſeminis tui, pla 60
gas magnas & perſeuerantes, infirmitates peſsimas & per
G petuas. ¶ Et conuertet in te omnes afflictiones AEgy- 61
pti, quas timuiſti, & adhærebunt tibi. Inſuper & vniuerſos
languores, & plagas quæ non ſunt ſcriptæ in volumine le
gis huius, inducet Dominus ſuper te, donec te conterat.
¶ Et remanebitis pauci numero, qui prius eratis ſicut 62
aſtra cæli præ multitudine: quoniam non audiſti vocem
Domini Dei tui. ¶ Et ſicut antè lætatus eſt Dominus ſu- 63
per vos, bene vobis faciens, voſque multiplicans: ſic læta
bitur diſperdens vos atque ſubuertens, vt auferamini de
Terra ad quam ingredieris poſsidendam. ¶ Diſperget 64
te Dominus in omnes populos à ſummitate terræ vſque
ad terminos eius: & ſeruies ibi dijs alienis quos & tu igno
ras & patres tui, lignis & lapidibus. ¶ In gentibus quo- 65
que illis non quieſces, neque erit requies veſtigio pedis
tui: dabit enim tibi Dominus ibi cor pauidum, & deficien-
tes oculos, & animam conſumptam mœrore. ¶ Et erit 66
vita tua quaſi pendens ante te: timebis nocte & die, & nõ
credes vitæ tuę. ¶ Mane dices, Quis mihi det veſperum? & 67
veſpere, Quis mihi det mane? propter cordis tui formidi-
nem qua terreberis, & propter ea quæ tuis videbis oculis.
¶ Reducet te Dominus claſsibus in AEgyptum per viã 68
de qua dixit tibi vt eam amplius non videres: ibi vendêris
inimicis tuis in ſeruos & ancillas, & non erit qui emat.

*Deo tuo in lætitia & 60 bonitate cordis tui, 61 quum tamen tibi omnia affluerent. Seruies igitur hoſti tuo quem immittet Dominus tibi, in fame, ſiti, nuditate, & omnium rerum penuria: & ponet iugum ferreum ſuper collum tuum, donec te deleat. Excitabit contra te Dominus gẽtem è longinquo ab extremitate terræ, quæ inuolabit 62 vt aquila, gentem cuius linguã tu non capies, Gentem 63 impudentem facie, quæ faciem ſenis nõ reuerebitur, nec miſerebitur adoleſcentis. Hæc comedet fœtum iumentorum tuorum, & fructum telluris tuæ, donec te deleat, 64 vt nihil reliquum faciat tibi, neq; frumenti, neq; vini, neque olei, neque fœtus boum tuorum, neque gregis ouium tuarum, donec te perdat. Et 65 premet te in omnibus 66 portis tuis, donec deiecerit muros tuos ſublimes, & munitiones in quas tu per totam terram tuam fiduciam collocas: 67 & premet te in omnibus vrbibus tuis per vniuerſam terram tuam, quam dedit tibi Dominus Deus tuus. Et in hac obſidione & 68 afflictione, quibus te affliget hoſtis tuus 69 comedes fructum ventris tui, carnem filiorum tuorum, & filiarum tuarum, quos dedit tibi Dominus Deus tuus. 70 Oculus viri teneri & valde delicatuli qui in te eſt, inuidebit fratri ſuo, atque vxori gremij ſui, & his qui ex filijs eius reliqui ſunt, Ne ſcilicet det alicui eorum de carnibus filiorum ſuorum quos comedet, quandoquidem ex omnibus 71 ſibi nihil aliud reliquum eſt in obſidione & afflictione, quibus te affliget hoſtis tuus in cunctis vrbibus tuis. [Mulier] quoque 72 tenera & delicatula, quæ in te eſt, 73 quæ præ delicijs & teneritudine nunquam tentauit plantam pedis ſui ſuper terram collocare, 74 inuidebit oculo ſuo viro gremij ſui, filio ſuo & filiæ ſuæ, Fœlicitati quoque ſuæ recens à ſe editæ, & filijs ſuis quos gignet: quoniam comedet eos in ſecreto, quum iam omnia deſunt, in obſidione & afflictione, quibus te affliget hoſtis tuus in portis tuis. Si non ſeruaueris 75 vt facias omnia verba legis huius, quæ ſcripta ſunt in libro iſto, & non 76 timueris nomen hoc glorioſum & tremendum, [hoc eſt] Dominum Deum tuum, 77 Noua quædam, rara & magna atque durabilia verbera, tum etiam infirmitates malas & durabiles, infliget Dominus tibi & ſemini tuo. Reducetque in te omnem morbum AEgypti, à quibus tu metuiſti, & adhæreſcent tibi. Omnem quoque languorem, & omnes afflictiones quæ non ſunt ſcriptæ in libro legis huius, adducet Dominus ſuper te, donec te deleat. Et pauci numero [ex vobis] reliqui erunt, quum eſſetis antea multi vt ſtellæ cæli, quòd non audiuiſti vocem Domini Dei tui. Fietque, vt ſicut Dominus lætatus eſt 78 de vobis vt vobis benefaceret, & vos multiplicaret: ſic lætabitur Dominus de vobis vt perdat vos, & vt deleat vos, atque euellemini à ſuperficie terræ in quam tu venis vt eam poſsideas. Diſijciet quoque te Dominus in omnes populos, 79 à fine terræ vſque ad finem terræ: ibi ſeruies dijs alijs, quos neque tu, neque patres tui nõuerunt, 80 ligno nempe & lapidi. Et apud gentes huiuſmodi requiem non inuenies, neque erit 81 quo plantam pedis tui colloces, & dabit tibi Dominus cor 82 palpitans, 83 conſumptionem oculorum, & mœrorem animi. Et pendebit vita tua ante te, pauebis nocte & interdiu, 84 nec fidere poteris vitæ tuæ. Mane dices, 85 Quis dabit veſperum? veſperi dices, Quis dabit mane? 86 propter pauorem cordis tui, quo pauebis, & propter viſum oculorum quod videbis. Et reducet te Dominus in AEgyptum nauibus, per viam quam dixi tibi, Non videbis eam amplius. 87 & venum exponêris ibidem hoſtibus tuis in ſeruos & ancillas, & non erit qui emat.*

### SCHOLIA IN CAP. XXVIII.

1 Ita vt cuſtodias & facias, id eſt ſolicite faciendo. 2 vel, ſuperiorem. 3 Benedictio pro omni fœlicitate & proſperitate ponitur in corpore, animo, fortunis. 4 Benedictus. Id eſt, abundabis omnibus rebus neceſſarijs, ſiue vrbem incolas, ſiue agrum. Aut, Fœlix eris, ſiue res vrbanas tractes, ſiue ruſticas. 5 Hoc eſt, Abundabis liberis, & terra gignet tibi copioſum fructum, abundabis iumentis, armento, & grege. 6 vel, Benedictum caniſtrum tuum, & benedicta arca panaria tua, id eſt, Calathi tui in quibus reponere ſoles fructus arborum, nunquam erunt vacui, & ſemper erit panis in ciſta tua panaria. 7 Hoc eſt, Ingreſſus tuus in locum aliquem, & egreſſus ex loco aliquo, erit fœlix. 8 percutiantur, id eſt, permittet vt cædas eos. 9 Numerus certus pro incerto. 10 vel, Præcipiet, id eſt, Dominus vt tibi, ita & cellarijs tuis benedicet, & omnibus rebus quibus admoueris manum. 11 Id eſt, ipſe. Antecedens pro relatiuo. 12 id eſt, Faciet vt ſis ei po-



pulus

pulus ſanctus. Hæc eſt ſpiritualis benedictio ac promiſsio. 13 id eſt, intelligent te vocari de nomine Dei, vel te vocari populum Dei, & eſſe. 14 abundare faciet in bonum (id eſt, fœliciter) fructu. 15 id eſt, liberis. 16 dando. 17 benedicendo. 18 Hebraiſmus, pro, Faciet te Dominus primum, & non vltimum. primum omnium populorũ, & non abiectiſsimum. 19 vel, eris tantum modo in ſummo, & nõ in imo, ideſt, ſuperior ſemper eris, & nõ inferior. 20 Et ne declines. 21 .i. ſi receſſeris à cultu veri Dei, colendo idola. 22 vel cuſtodiendo & faciendo. Aut, ita vt cuſtodias & facias. ſiue, ita vt ſolicite facias. 23 ideſt, Infœlix eris in rebus vrbanis gerendis & in rebus ruſticis. 24 Maledictus calathus tuus, & ciſta panaria tua, id eſt, Calathus tuus & arca panaria tua in qua fuit aut ſeruatur panis, erunt vacua, quaſi dicat, Tu premêris fame. 25 Hoc eſt, Peribunt liberi tui, cito putreſcent fruges tuæ, vituli tui ſtatim morientur, & fœtus pecorum peribunt. 26 id eſt, Infœlix eris, ſiue aliquo proficiſcaris, ſiue domum reuertaris. 27 maledictionem & confractionem, & correptionem. Vel, penuriam & confractionem, & internecionem. Vox Hebræa, pro qua vertimus confractionem, ſignificat ſtrepitum terribilem, in quo omnia turbatione ſunt plena. 28 ad quæ miſeris manum tuam. ſubaudi, vt ea facias. 29 vel, ita vt perdaris & pereas. 30 vel, Adhærere faciet, quaſi dicat, Dominus mittet tibi peſtem quæ tenaciſsime adhærebit tibi, ita vt ſeparari non poſsit. 31 macie (vel, phthiſi) & febri, & ardore, & æſtu, & gladio, & robigine, & aurigine, &c. Poſuit febrem & ardorem & æſtum pro febri ardentiſsima & æſtuante. Gladius, bellum ſignificat. Robigo, morbus ſegetum qui oritur vento Orientali ingrediente ſpicas, adeò vt ad maturitatem peruenire nequeant. 32 Vocat cælum æneum, quod non pluit: & terram ferream, quæ arari non poteſt, quaſi dicat, Nulla aqua molliet & macerabit terram vt aretur. erit inarabilis. 33 puluerem: & cinis ſulphureus de cælis, &c. id eſt, Loco pluuię cadet puluis, quaſi dicat, Tanta erit caliditas, vt vice imbris deſcendat è cælo puluis. Vis venti excitabit puluerem, qui poſtea vice imbris decidet. 34 cæſum, id eſt, Permittet Dominus vt inimici te cædant, ad quos vnica via egrediebaris vt conſereres cum eis manus: fugies autem coram eis per multas vias. 35 in terrorem (vel, commotionem) omnibus regnis terræ, id eſt, audita calamitate tua, contremiſcent regna terræ. 36 Hebraiſmus, terrens, id eſt, qui terrendo abigat. 37 id eſt, hulcere quo percuſsit AEgyptios quando noluerunt permittere egredi Iſraelem. 38 & infirmitatibus ani: & ſcabie & prurigine. Pruriginem intelligit impetiginem quæ coniuncta eſt pruritui. Per morbos ani, intellige hæmorrhoides, & mariſcas, & reliquos morbos ani. 39 cæcitate, ac ſtupore cordis. Cæcitatem mentis intelligit. Stuporem cordis, quum homo totus attonitus redditur. 40 intelligitur de palpatione animi, quaſi dicat, cæcuties in re tam clara, quàm eſt lux Meridiana, id eſt, eris omniũ excęcatiſsimus. 41 Hebraiſmus, neque ſecundabis vias tuas: id eſt, non poteris efficere vt proſperentur viæ tuæ, quaſi dicat, omnia infœliciter tibi ſuccedent. 42 Eris etiam tantummodo oppreſſus & ſpoliatus omni tempore, &c. id eſt, nihil aliud quàm opprimêris, & ſpoliaberis toto vitæ tempore, nec erit qui ſuppetias tibi ferat. Verti poſſet, Certè etiam opprimêris, &c. 43 vel, Vxori dabis fidem futuri matrimonij. 44 Hebraice legitur ad verbum, tu non deuirginabis eam, id eſt, primus non vindemiabis eam. 45 nec erit tibi ſeruator, id eſt, non erit qui illas eripiat è manibus inimicorum, & reducat ad te. 46 propter illos, id eſt, oculi tui conſumentur, circunſpiciendo quotidie an reuertantur. 47 Hebraiſmus, & non erit fortitudo in manu tua, id eſt, non poteris liberare filios tuos è manu illius gentis. 48 Hebraiſmus, & eris tantummodo oppreſſus & confractus, id eſt, nihil aliud quàm opprimêris, ſiue perpetuo opprimêris. 49 vel, Corripiêris quoque inſania ob viſionem oculorum tuorum quam videbis. 50 Chaldæus paraphraſtes vertit, ſeruies hominibus colentibus deos alienos, hoc eſt deos ligneos ac lapideos. 51 Hebraiſmus, in ſtuporem, & parabolam, & in fabulam omnibus populis, id eſt, Audita calamitate tua obſtupeſcent omnes populi externi, omnes alios infœlices comparabunt tibi, tuam calamitatem aſsidue in ore habebunt. 52 abduxerit, id eſt, ad quos authore & duce Domino commigrabis. 53 ſubaudi, ex horreis tuis, quod curabis deferri in agrum. 54 defluet oliua tua. Vel, decidet. ſubaudi, ex arbore, prius quàm colligatur, & ad maturitatem perueniat. 55 locuſta. Vel, exercitus hoſtium. Vox Hebræa proprie ſpeciem locuſtæ ſignificat. 56 Hebraiſmus, aſcendet ſuper te ſurſum ſurſum, tu autem deſcendes deorſum deorſum. Hebraiſmus eſt, pro, multis modis, aut longe erit ſuperior te, tu autem eris eo longe inferior. 57 id eſt, Erit longe ditior te, ita vt poſsit tibi mutuo dare pecuniam. 58 id eſt, euadet primus, tenebit primas: tu autem eris infimus, & ſortis poſtremæ. 59 id eſt, Erunt in te vice prodigiorum, quaſi dicat, Hæc nota & infamia durabit perpetuò. 60 vel, hilaritate 61 præ abundantia omniũ rerum. 62 Heb. quemadmodum volare ſolet aquila, id eſt, celerrime & citiſsime. 63 Hebraiſmus, fortem facie, ideſt, barbaram & inhumanam, frontiſque perfrictæ. 64 (gentem inquam) quæ non relinquet triticum, muſtum, &c. 65 obſidebit. 66 Portæ pro vrbibus. 67 cinget inquam te obſidione in omnibus vrbibus tuis. 68 vel, anguſtia. Vel, tempore obſidionis & anguſtiæ qua anget te inimicus tuus. 69 ſubaudi, antequam vrbes expugnentur. Fructus vteri vocat filios & filias: vt ſtatim dicit. 70 Viri mollis in te, & delicati plurimum oculus erit nequam in fratrem ſuum, & in vxorem gremij ſui, & in reliquias filiorum ſuorum qui ſuperfuerint, Ne det, &c. id eſt, Molliſsimus & delicatiſsimus quiſque, qui niſi lectiſsimis & delicatiſsimis cibis veſcitur, inuidebit fratri ſuo & vxori ſuæ quæ dormit in ſinu ſuo, & reliquis ſuis liberis, ita vt illos nõ faciat participes carnium filiorum ſuorum quibus veſcitur. Malignum & nequam eſſe oculum alicuius, eſt illum illiberalem eſſe, tenacem & inuidum. 71 nihil ſibi reliquerit, id eſt, eo quòd omnia abſumpſerit, premente obſidione & anguſtia. Verti poteſt, eo quòd nihil aliud ipſi reliquerit. ſubaudi, hoſtis. 72 vel, molliſsima & delicatiſsima apud te. 73 id eſt, quæ præ mollitie vix antea terram attingebat pedibus ſuis, ne impingeret. 74 malignum habebit oculum in virum (ſuum qui dormit in) ſinu eius, & in filium ſuum, atq; in filiam ſuam, Et in ſecundinas quæ egrediuntur è pedibus eius, & in filios ſuos quos peperit: quia deuorabit eos in penuria omnium rerum, clàm, in obſidione & anguſtia qua premet te inimicus tuus in vrbibus tuis, ideſt, erit illiberalis & tenax erga maritum. illa enim ſeruabit ſibi carnes filiorum ſuorum interfectorum, neque illarum faciet participem maritum ſuum, filios & filias, ſiue paruuli fuerint illi, ſiue natu grandiores. Per ſecundinas figurate intelligit paruulos anniculos, bimos, aut trimos. Filios autem quos peperit, intelligit grandiores & adultos. Quod verò ait, E pedibus eius, eſt Hebraiſmus: pro, E medio fœmorum. 75 faciendo. 76 timendo. 77 Hebraiſmus, Mirificabit (id eſt, Mirabiles efficiet, & augebit) Dominus plagas tuas, & plagas ſeminis tui, plagas inquam magnas & fixas, (vel, perſeuerantes) & infirmitates peſsimas & perpetuas. 78 propter vos, benefaciendo vobis, & augendo vos: ſic lætabitur. Dominus ſuper vos perdendo vos, & delendo vos: & extirpabimini. 79 id eſt, ab vno angulo terræ vſque ad alterum angulum. Vel, ab vna extremitate, vſque ad alteram extremitatem terræ. 80 id eſt, dijs ligneis & lapideis. 81 quies plantæ pedum tuorum. 82 vel, pauidum. 83 & defectum oculorum, id eſt, ſpem & expectationem vanam: vt non poſsis cernere & vitare mala. 84 Hebraiſmus, nec credes (vel, fides) in vita tua, id eſt, deſperabis de vita. 85 .i. Vtinam eſſet veſpera. Hebraiſmus. 86 vel, prę pauore cordis tui quo pauebis: & præ viſione oculorum quam videbis. i. ob viſionem quam videbunt oculi tui. 87 Heb. & quæres te vendere ibi inimicis tuis, id eſt, dabitis operam vt vẽdamini hoſtibus veſtris. putabitis recte agi vobiſcum, ſi vendamini hoſtibus veſtris.

## CAP. XXIX.

*HAEc ſunt verba fœderis quod præcepit* Dominus *Moſi, vt feriret cum filijs Iſrael in terra Moab, præter fœdus illud quod ferijt cum eis in* Horeb. *Vocato autem omni Iſraele Moſes, dixit ad eos, Vos vidiſtis omnia quæ fecit* Dominus *vobis ſpectantibus in terra AEgypti, Pharaoni & omnibus ſeruis eius atque vniuerſæ terræ eius, Tentationes magnas quas viderunt oculi tui, ſignaque illa magna atque portenta. Nec dedit vobis* Dominus *cor ad intelligendum, & 2 oculos ad videndum, atque aures ad audiendum vſque in præſentem diem. Ego quidem duxi vos quadraginta annis per deſertum, nec ſunt vetuſtate attrita veſtimenta veſtra ſuper vos, nec calceamentum tuum*

## CAP. XXIX.

1 HAEc ſunt verba fœderis quod præcepit Dominus Moyſi vt feriret cum filijs Iſrael in Terra-Moab: præter illud fœdus quod cum eis pepigit
2 in Horeb. ♀Vocauitq; Moyſes omnem Iſrael, & dixit ad eos, Vos vidiſtis vniuerſa quæ fecit Dominus coram vobis in Terra-AEgypti Pharaoni, & omnibus ſeruis eius,
3 vniuerſæque terræ illius, ♀Tentationes magnas quas vi-
4 derunt oculi tui, ſigna illa portentaq; ingentia, ♀& nõ dedit vobis Dominus cor intelligens, & oculos videntes, &
5 aures quæ poſsint audire, vſque in pręſentem diem. ♀Adduxit vos quadraginta annis per deſertum: nõ ſunt attrita veſtimenta veſtra, nec calceamenta pedum ᵃ veſtrorum vetuſtate

Cõmemoratione beneficiorũ Dei, ad mandata ſeruãda hortatur. Exo. 19. a.

Sup. 8. a.

ᵃ tuorum



vetuſtate conſumpta ſunt. ♀ Panem non comediſtis, vi 6
num & ſiceram non bibiſtis: vt ſciretis quia ego ſum Dominus Deus veſter. ♀ Et veniſtis ad hunc locum: egreſ- 7
ſuſque eſt Sehon rex Heſebon, & Og rex Baſan, occurrentes nobis ad pugnam. Et percuſsimus eos, ♀ & tuli- 8
mus Terram eorum, ac tradidimus poſsidendam Ruben
& Gad, & dimidiæ tribui Manaſſe. ♀ Cuſtodite ergo ver- 9
ba pacti huius, & implete ea: vt intelligatis vniuerſa quæ
facitis. ♀ Vos ſtatis hodie cuncti coram Domino Deo 10
veſtro, principes veſtri, & tribus, ac maiores natu, atque
doctores, omnis populus Iſrael, ♀ Liberi & vxores ve- 11
ſtræ, & ᵃ aduenæ qui tecum morantur in caſtris, exceptis
lignorum cæſoribus, & his qui comportant aquas: ♀ Vt 12
tranſeas in fœdere Domini Dei tui, & in iureiurãdo quod
hodie Dominus Deus tuus percutit tecum: ♀ Vt ſuſcitet 13
te ſibi in populũ, & ipſe ſit Dñs Deus tuus ſicut locutus
eſt tibi, & ſicut iurauit patribus tuis Abrahã, Iſaac, & Ia-
cob. ♀Nec vobis ſolis ego hoc fœdus ferio, & hęc iuramẽ 14
ta confirmo, ♀ Sed cunctis præſentibus & abſentibus. 15
♀ Vos enim noſtis quomodo habitauerimus in Terra- 16
AEgypti, & quomodo tranſierimus per medium nationũ,
quas tranſeuntes ♀ vidiſtis abominationes & ſordes, id 17
eſt idôla eorum, lignum & lapidem, argentum & aurum
quæ colebant. ♀ Ne forte ſit inter vos vir aut mulier, fa- 18
milia aut tribus cuius cor auerſum eſt hodie à Domino
Deo noſtro: vt vadat & ſeruiat dijs illarum gentium, &
ſit inter vos radix germinans fel & amaritudinem. ♀ Cũ- 19
que audierit verba iuramenti huius, benedicat ſibi in corde ſuo, dicens, Pax erit mihi, & ambulabo in prauitate cor
dis mei: & aſſumat ebria ſitientem. ♀ Et Dominus non ig- 20
noſcat ei: ſed tunc quàmmaxime furor eius fumet, & zelus contra hominem illum: & ſedeant ſuper eum omnia
maledicta quæ ſcripta ſunt in hoc volumine & deleat
Dominus nomen eius ſub cælo. ♀ Et conſumat eum in 21
perditionem ex omnibus tribubus Iſrael, iuxta maledictiones quæ in libro legis huius ac fœderis continentur.
♀ Dicetque ſequens generatio, & filij qui naſcẽtur dein- 22
ceps, & peregrini qui de longe venerint, videntes plagas
Terræ illius, & infirmitates quibus eam afflixerit Domi-
nus, ♀ Sulphure, & ſolis ardore comburens, ita vt vltrà 23
non ſeratur, nec virens quippiam germinet, in exemplum
ſubuerſionis Sodomæ & Gomorrhæ, Adamæ & Seboim,
quas ſubuertit Dominus in ira & in furore ſuo. ♀ Et dicẽt 24
omnes gentes, Quare ſic fecit Dominus Terræ huic? quæ
eſt hæc ira furoris eius immenſa? ♀ Et reſpondebunt, 25
Quia dereliquerunt pactum Domini quod pepigit cum
patribus eorum, quando eduxit eos de Terra-AEgypti:
♀ Et ſeruierunt dijs alienis, & adorauerunt eos quos ne- 26
ſciebant, & quibus non fuerant attributi: ♀ Idcirco iratus 27
eſt furor Domini contra Terram iſtam, vt induceret ſuper eam omnia maledicta quæ in hoc volumine ſcripta
ſunt. ♀ Et eiecit eos de Terra ſua in ira & in furore, & in 28
indignatione maxima, proiecitque in Terram alienam ſi
cut hodie comprobatur. ♀ Abſcondita, Domino Deo no- 29
ſtro: quæ manifeſta ſunt, nobis & filijs noſtris vſq; in ſempiternum, vt faciamus vniuerſa verba legis huius.

Sup. 3. a.

ᵃ aduena qui tecum moratur

Gen. 19. e.

Cauſa furoris Domini in populum. 3. Reg. 9. b. Iere. 22. c.

Dei eſt occultã idololatriam punire: apertam vero, hominum.

*vetuſtate 3 conſumptum eſt in pede tuo. 4 Panem nõ ediſtis, nec vinũ aut ſiceram bibiſtis, vt ſciretis 5 quòd ego ſum* Dominus Deus *veſter.* Et *veniſtis ad locum iſtum, egreſſuſque obuiã nobis Sihon rex* Heſbon, *&* Og *rex* Baſan *congreſſus eſt* [*nobiſcum,*] *quos percuſsimus. Accipientes autem terram eorum, dedimus eam in hæreditatem* Rubenitis *&* Gaditis, *& dimidiæ tribui* Manaſſe. *Cuſtodietis itaque 6 verba fœderis huius, vt faciatis ea, vt 7 prudenter agatis omnia quæ facturi eſtis.* Vos *omnes hodie ſtatis 8 coram* Domino Deo *veſtro, 9 capita veſtra, tribus veſtræ, ſeniores veſtri, & 10 præcones veſtri, atque omnes viri Iſraelitæ, 11 Pubes veſtra, vxores veſtræ, & peregrinus tuus qui eſt in caſtris tuis, 12 à lignatore tuo vſque ad aquatores tuos, 13 Vt tranſeas in fœdus* Domini Dei *tui, & in iuramentum eius, quod* Dominus Deus *tuus hodie ferit tecum, Vt erigat te hodie ſibi in populum, & ipſe ſit tibi* Deus *quemadmodum pollicitus eſt tibi, & quemadmodũ iurauit patribus tuis, Abrahamo ſcilicet, Iſaac &* Iacob. Non *autem vobiſcum duntaxat ego ferio 14 pactum iſtud & iuramentum iſtud,* Sed *& 15 cum omni eo qui hodie apud nos hic ſtat coram* Domino Deo *noſtro, & cum eo qui hodie nõ eſt hic nobiſcum.* Vos *enim ſcitis qualiter habitauerimus in terra* AEgypti, *& quomodo trãſierimus per medias gentes per quas tranſijſtis.* Vidiſtis *quoque abominationes eorum, & idola eorum, lignũ & lapidẽ, argentum & aurũ, 16 quæ apud illos erant.* Ne *fortè ſit in vobis vir aut mulier, familia aut tribus aliqua, cuius cor ſe auertat hodie à* Domino Deo *noſtro, 17 vt abeat & ſeruiat dijs gentium iſtarum, & ne forte ſit in vobis 18 radix germinans fel & abſynthium. Sed & quum audierit 19 verba execrationis huius, 20 fœlicitatẽ ſibi promittat in corde ſuo, dicẽs, 21* Pax *erit mihi, 22 etiam ſi inceſſero iuxta libidinẽ cordis mei, vt finiatur ebria cum ſitiente. 23* Non *vult* Dominus *huic propitius eſſe, ſed tũ 24 fumabit furor* Domini, *& indignatio eius aduerſus virũ talem, & cubabit ſuper eum omnis execratio quæ ſcripta eſt in hoc libro, delebitque* Dñs *nomẽ eius ſub cælo. Separabitq;* Dominus *eũ 25 ad malũ ex omnibus tribubus* Iſrael, *iuxta omnes execrationes fœderis, 26 quod ſcriptũ eſt in libro huius legis.* Et *dicet generatio poſterior,* [*ſcilicet*] *filij veſtri, qui poſt vos exorientur, & alienus qui veniet de terra remota, 27 quũ viſuri ſunt verbera huius terræ, & lãguores quibus* Dñs *illam languere facit, 28* Sulphure *& ſale exurẽtibus vniuerſam terrã eius, vt ſeminari nõ poſsit, nõ germinãte neq; exoriẽte in ea vlla herba, ſicut in loco ſubuerſionis* Sodomæ *&* AEmoræ, Admæ *&* Zeboim, *quas ſubuertit* Dñs *in ira ſua atq; in furore ſuo, 29* Dicẽt *inquã omnes gẽtes,* Cur Dñs *huic terræ ſic fecit? 30 quæ eſt ira furoris tã immẽſa?* Et *reſpõdebũt,* Quòd *fœdus* Domini Dei *patrũ ſuorũ deſeruerint, quod pepigit cũ eis quũ educeret eos de terra* AEgypti: Nam *abierũt & ſeruierũt dijs alijs, adorauerũtq; eos deos quos non cognouerunt, & quos non 31 diuiſit eis,* Et *exarſit furor* Domini *contra terram iſtam, vt induceret ſuper eam omnẽ execrationẽ quæ ſcripta eſt in libro iſto:* Et *euulſit eos* Dominus *de terra eorũ in ira, furore & indignatione magna, diſiecitque eos in terram aliam, 32 vt teſtatur hæc dies. 33 Abſcondita* Domino Deo *noſtro, reuelata verò ad nos & ad filios noſtros* [*attinent*] *dum durat ſeculum, vt faciamus omnia verba legis huius.*

## SCHOLIA IN CAP. XXIX.

1 Ideſt, Iſtæ ſunt conditiones fœderis. 2 ideſt, oculos videntes. Sic & in Euangelio, Qui habet aures ad audiendum, ideſt, aures audientes. 3 computruit. ita ſcilicet vt cogereris abijcere eum. 4 Iſraelitæ non viuebant pane in deſertis, ſed manna, quod illis vice panis erat, & aliorum ciborum. 5 q. d. quod ego curam veſtri habeo. 6 ideſt, conditiones & leges huius fœderis. 7 Heb. proſperari faciatis, ideſt, vt fœlicia ſint quæcunque facturi eſtis. Vel, vt fœlicia reddatis & proſpera quæcunque, &c. 8 ideſt, coram arca fœderis Domini Dei veſtri. 9 ideſt, principes tribuum veſtrarum. Quo ordine ſtabant Iſraelitæ ante arcam fœderis. 10 præfecti 11 Pueri veſtri, 12 vel, ab eo qui cædit ligna veſtra, vſque ad eum qui haurit aquam veſtram. Neceſſariam ſcilicet exercitui, ideſt, tam nobiles, quàm mediaſtini, tã ſerui, quàm domini. 13 Subaudiendum, ſtatis inquam, vel ſtas, Vt tranſeas in fœdus Domini Dei tui, & in iuramentum eius, ideſt, Vt ineas fœdus cum Domino Deo tuo, ſecundum promiſsionem eius iureiurando confirmatam. Vel, quod fœdus iureiurando firmabitur. 14 ideſt, fœdus hoc quod iureiurando confirmabo. 15 ideſt, cum natis iam, & naſcituris. 16 Heb. quæ cum illis, ideſt, quæ ab illis coluntur. 17 vel, vt digreſſa (à Domino) colat deos 18 radix aliqua producens toxicum & abſynthium, ideſt, ne anima aliqua peccet grauiſsimè. Per toxicum & abſynthium, intelligit grauiſsima peccata. 19 Quando ſcilicet recitabuntur maledictiones prædictæ & ſcriptæ in hoc libro: vt illa, Maledictus qui non ſeruauerit

præcepta legis huius:& illa, Maledictus qui colit idola. 20 Heb. benedicat ſibi,&c.i.ſeipſum benedictum putet. 21 ideſt, Non cō tingent mihi hæ maledictiones, etiam ſi peſsime egero. 22 vel, etiam ſi ambulauero in prauitate cordis mei:ita vt anteponāt ebriā ſitienti, ideſt, Non euenīēt mihi iſtæ maledictiones, etiam ſi fecero ea ad quæ animus meus inclinatus eſt, ita vt parti concupiſcibili animæ det primas, quæ inebriatur rebus huius mundi, poſteriores autem parti rationali. 23 Nolet Dominus parcere illi, 24 ideſt, iraſcetur grauiſsime. 25 vel, in perniciem 26 ſcriptas. vel, quarum ſingulæ ſcriptæ ſunt 27 vel, & videbunt plagas regionis huius, & morbos quibus afflixerit Dominus eam, 28 (Nam) ſulphur, & ſalſugo, & ardor erit omne ſolum eius, non recipiet ſemētem, neque germinabit, neque naſcetur in eo vlla herba, vt in ſubuerſione Sodomæ & Gomorrhæ,&c. ideſt, totum ſolum eius regionis vertetur in ſulphur: hoc eſt, omnino erit aduſtum; ita vt nihil in eo naſciturum ſit, ſicut nec quicquam in eo loco in quo ſubuerſa eſt Sodoma germinat neque creſcit. 29 Mutat numerum. prius enim dixerat, Dicetque ſequens generatio. Quia autem longa ſententia interiecta eſt, nunc repetit, Dicent itaque 30 vel, quid ſibi vult indignatio iſta magna? 31 vel, tribuit illis. ſub. Deus. Potius vertendum, & qui nihil impertiti erant illis, ideſt, à quibus nulla beneficia acceperant. 32 vel, vt hodie res habet. 33 Occulta, Domini Dei ſunt: aperta autem, noſtra ſunt, & filiorum hominum in ſeculum, vt,&c.i. Dei eſt punire idololatriam occultam: ad nos autem pertinet punire idololatriam apertam: neque ſolum ad nos, ſed etiam ad poſteros noſtros vſque in ſempiternum. Debemus autem hæc facere, ſi velimus implere legem hanc.

## CAP. XXX.

*QVum itaque venerint ſuper te omnia iſta, [nempe] benedictio & execratio, quæ ego poſui ante faciem tuam, & 1 reuocabis ad cor tuum, apud cunctas gentes ad quas te 2 propulerit* Dominus *Deus tuus, Conuerſuſque fueris ad* Dominum *Deum tuum, voci que eius obedieris iuxta omnia quæ ego præcipio tibi hodie, tu & filij tui, 3 toto corde tuo atque tota anima tua, 4 Conuertet quoque* Dominus *Deus tuus 5 captiuitatem tuam, & intimis viſceribus miſerationis afficietur erga te, & 6 conuerſus colliget te de cunctis populis, in quos te diſperſit* Dominus *Deus tuus. 7 Etiam ſi fueris eiectus tu vſque ad fines cælorum, illinc te colliget* Dominus *Deus tuus, atque inde te tollet.* Et *8 introducet te* Dominus *Deus tuus in terram quā poſſederunt patres tui, & poſſidebis eam, benefacietque tibi, & multiplicabit te magis quàm patres tuos.* Et *circuncidet* Dominus *Deus tuus cor tuum, & cor ſeminis tui, vt diligas* Dominum *Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, 9 vt viuas.* Ponet *quoque* Dominus *Deus tuus omnes execrationes iſtas ſuper hoſtes tuos, & ſuper eos qui te oderunt, & 10 qui te perſequuntur: 11 Siquidem tu reuerſus audieris vocem* Domini, *atque feceris omnia præcepta eius quæ ego mando tibi hodie.* Et *12 eximium te faciet* Dominus *Deus tuus in omni opere manus tuæ, in fructu ventris tui, & in fœtu iumentorum tuorum, & in fructu terræ tuæ 13 ad bonū: quoniam reuertetur* Dominus, *vt lætetur ſuper te 14 bono [tuo,] ſicut lætatus eſt ſuper patres tuos, Si modo audieris vocem* Domini *Dei tui, 15 vt cuſtodias præcepta eius, & ſtatuta eius quæ ſcripta ſunt in libro legis huius, 16 [&] ſi conuerſus fueris ad* Dominum *Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua.* 17 Etenim *præceptum iſtud quod ego tibi præcipio hodie, 18 non eſt abſconditum à te, nec remotum.* Non *eſt in cælis, 19 vt dicas, Quis aſcendet 20 nobis in cælos, vt ipſum nobis afferat, 21 annūtietq; nobis illud, vt faciamus ipſum?* Nec *eſt vltra mare, vt dicas, Quis traijciat 20 nobis mare, & afferet ipſum nobis, 21 & annuntiet nobis vt ipſum faciamus? 22 Sed valde propinquum eſt tibi verbum, 23 in ore tuo [eſt,] & in corde tuo vt facias [illud.]* Ecce ⁒ *poſui hodie ante te vitam atque bonum, mortem denique & malum. 24* Nam *ego præcipio tibi hodie vt diligas* Dominū Deū *tuum, vt incedas in vijs eius, atque cuſtodias præcepta eius, ſtatuta eius atque 25 iudicia eius, vt viuas & 26 multipliceris, 27 fortunetque te* Dominus *Deus tuus in terra, ad quā tu iam venis vt eam poſsideas. 28 Sin retroſpexerit cor tuū, & non obedieris, ſed 29 impulſus adoraueris deos alios, ſeruierisque eis,* Denūtio *vobis hodie quòd certiſsime peribitis, nec prorogabitis dies ſuper terrā, ad quā tu tranſmiſſo* Iordane *iam venies vt eam poſsideas.* Obteſtor *hodie aduerſum vos celū & terrā, [quòd] vitam & mortē propoſui vobis, benedictionem & execrationē: elige igitur vitam, vt viuas tu & ſemen tuum,* Vt *ſcilicet diligas* Dominum *Deum tuū, & obedias voci eius, adhæreaſque ei (quoniam ipſe eſt vita tua, & longitudo dierū tuorum) vt habites ſuper terram, quam iurauit* Dominus *patribus tuis, Abrahamo, Iſaac & Iacob, 30 vt [ipſis] eam daret.*

## CAP. XXX.

1 CVm ergo venerint ſuper te omnes ſermones iſti, benedictio ſiue maledictio quam propoſui in cō ſpectu tuo: & ductus pœnitudine cordis tui in
vniuerſis gentibus, in quas diſperſerit te Dominus Deus
2 tuus, ¶ Et reuerſus fueris ad eum, & obedieris eius imperijs, ſicut ego hodie præcipio tibi, cū filijs tuis, in toto cor
3 de tuo, & in tota anima tua: ¶ Reducet ʺte Dominus Deus
tuus de captiuitate tua, ac miſerebitur tui, & rurſum con
gregabit te de cunctis populis in quos te antè diſperſit.
4 ¶ Si ad cardines cęli fueris diſsipatus, inde te retrahet Do
5 minus Dus tuus, ¶ & aſſumet, atque introducet in Terram quam poſſederunt patres tui, & obtinebis eam, & be
nedicens tibi, maioris numeri te eſſe faciet, quàm fuerint
6 patres tui. ¶ Circuncidet Dominus Deus tuus cor tuum,
& cor ſeminis tui: vt diligas Dominum Deum tuum ʺ ex
toto corde tuo, & in tota anima tua, vt poſsis viuere.
7 ¶ Omnes autem maledictiones has conuertet ſuper ini-
8 micos tuos, & eos qui oderunt te, & perſequuntur. ¶ Tu-
autem reuertêris, & audies vocem Domini Dei tui: facieſ-
9 que vniuerſa mandata quæ ego præcipio tibi hodie: ¶ Et
abundare te faciet Dominus Deus tuus in cunctis operibus manuū tuarum, in ſobole vteri tui, & in fructu iumētorum tuorum, in hubertate terræ tuæ, & in rerum omnium largitate. reuertetur enim Dominus vt gaudeat ſuper te in omnibus bonis, ſicut gauiſus eſt in patribus
10 tuis: ¶ Si tamen audieris vocem Domini Dei tui, & cuſtodieris præcepta eius & ceremonias, quæ in hac lege
conſcripta ſunt: & reuertaris ad Dominum Deum tuum in
11 toto corde tuo, & in tota anima tua. ¶ Mandatū hoc quod
ego præcipio tibi hodie, nō ſupra te eſt, neque procul po
12 ſitum, ¶ nec in cælo ſitum, vt poſsis dicere, Quis noſtrum
valet ad cælum aſcēdere, vt deferat illud ad nos, vt audia
13 mus, atque opere cōpleamus? ¶ Neque trās mare poſitū:
vt cauſeris, & dicas, Quis è nobis poterit transfretare ma
re, & illud ad nos vſque deferre: vt poſsimus audire, & fa-
14 cere quod præceptū eſt? ¶ Sed iuxta te eſt ſermo valde,
15 in ore tuo & in corde tuo, vt facias illū. ¶ Cōſydera quòd
hodie propoſuerim in cōſpectu tuo vitam & bonum, &
16 econtrario mortem & malum: ¶ vt diligas Dominū Deū
tuum, & ambules in vijs eius, & cuſtodias mandata illius
ac ceremonias atque iudicia: & viuas, atque multiplicet
te, benedicatque tibi in Terra ad quam ʺ ingrediêris poſ-
17 ſidendam. ¶ Si autem auerſum fuerit cor tuum, & audire
nolueris, atque errore deceptus adoraueris deos alienos,
18 & ſeruieris eis: ¶ Prædico tibi hodie quòd pereas, & paruo tempore morêris in Terra ad quam Iordane trāſmiſſo
19 ingredieris poſsidendam. ¶ Teſtes inuoco hodie cælum
& terram, quòd propoſuerim vobis vitam & ʺ bonū, bene
dictionē & maledictionem: elige ergo vitā, vt & tu viuas,
20 & ſemen tuum. ¶ Et diligas Dominū Deum tuum, atque
obedias voci eius, & illi adhæreas (ipſe eſt enim vita tua,
& longitudo dierum tuorum) vt habites in terra pro qua
iurauit Dominus patribus tuis, Abraham, Iſaac, & Iacob,
vt daret eam illis.

Pœnitentibus promittitur miſericordia. Pſal.105.d.

ʺDominus Deꝰ tuus captiuitatē tuam.

2. Mach. 1. f. & 2. c.

B

Purificat Deus cor noſtrum, vt poſsimus eum diligere.

ʺin

C

Præciditur hîc Iudæis occaſio citandi ignorantiam legis. rom. 10. b.

Vita, Dilectio Dei.

Mors, Inobedientia.

D

ʺingrederis

In inobedientes Dei verbo

ʺmortem,

Vita.

CAP.



## SCHOLIA IN CAP. XXX.

1 Sub. ea, ideſt, reduxeris ea in memoriam tuam. 2 vel, coegerit migrare. 3 ideſt, ex animo, & ex toto affectu tuo. 4 vel, Tunc reducet. aut, ceſſare faciet, ideſt, Reducet captiuos tuos in patriam tuam. 5 captiuitas pro captiuis. 6 Id eſt, mutata ſententia congregabit. 7 Hebr. Si fuerit expulſus tuus in extremitate cæli, ideſt, Si qui ex vobis expulſi è patria, fuerint in extremo orbe. Si, qui ex te fuerint coacti migrare alio, fuerint in extremitate orbis. 8 vel, reducet te 9 propter vitam tuam, ideſt, vt viuas vitā æternam. 10 qui te perſecuti fuerint: 11 Heb. Tu ergo conuertere, & audi vocem Domini, & fac,&c. Vel, Cum tanta ſit miſericordia Dei, reſipiſce igitur, & obedi voci eius, &c. 12 abundare te faciet 13 in bonum, ideſt, in vtilitatem tuam, ità vt fœlix ab omnibus dicaris. q.d. Omnia hæc Dominus multiplicabit. 14 in bonum, ideſt, benefaciendo tibi. 15 cuſtodiendo 16 vel, (hoc eſt) quum conuerſus fueris 17 Quoniam præceptum hoc. Hic verſiculus pendet ab illo præcedenti, Tu autem reuertere. 18 vel, non eſt ſeparatum à te, neque in loco à te remoto. Tollitur his verbis occaſio citandi ignorantiam legis. 19 vel, vt dicere poſsis, ideſt, vt cauſeris & dicas, &c. His verbis declarat quod prius dixerat, non eſt ſeparatum à te, neque in loco à te remoto. q.d. Illa præcepta nō ſunt in cælo, vt ſint ſeparata à te, & tibi occulta. 20 pro nobis. i. in gratiam noſtri. 21 Heb. & audire faciat nos, ideſt, recitet nobis. 22 vel, Nam verbum (hoc) eſt tibi valde propinquum, 23 q.d. Propinqua tibi eſt lex, nam eſt in ore tuo, ideſt, tibi illa frequenter recitatur, & velut in os ingeritur à Leuitis. Hoc dicit propter frequentem recitationem quæ in os fit. De recitatione legis, lege Act. 15. In corde dicit, quia legem cordibus Iudæorum inſcripſerat Dominus, prius quàm in tabulis illis lapideis decalogum inſculpſiſſet. Poſſet & ſic intelligi, In ore tuo: id eſt, in ore Leuitarum, qui è popularibus tuis ſunt. Nam labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem ex ore eius requirent. Malach. 2. Præterea, infra cap. 33. committitur Leuitis cura docendi populum. Poſuit igitur legem in ore ſacerdotum & Leuitarum qui ſunt è tuis popularibus, vt ab illis requiras quæ ad bene viuendum pertinent, & illi te doceant ſine vlla mora. Hunc locum accommodauit ad rem ſuam B. Paulus ad Rom. Capi. X. nam quum proprie hic locus pertineat ad decalogum, transfertur eleganter & erudite à Paulo ad fidem, quæ os requirit, vt promulgetur: & cor, vt corde credamus. ⁒ ideſt, propono tibi præceptum: quod ſi feceris, non interficieris, & fœlix eris: ſi contrà, punieris, infœliciaque omnia tibi contingent 24 Quando. Declarat verſum ſuperiorem. q.d. Vitam & bonum, mortem item & malum propono in conſpectu tuo, quando ego præcipio tibi vt diligas Dominum &c. nam ſi dilexeris, viues: ſi contrà, morieris. 25 vel, leges 26 ideſt, abundes liberis & alijs rebus. 27 Heb. benedicatque tibi 28 Quod ſi auertatur 29 impulſus per errorem. Vel, impulſus in errorem. Perſuaſionibus quibuſdam ſcilicet. 30 ſe daturum eam illis.

## CAP. XXXI.

ABijt itaque Moyſes, & locutus eſt omnia verba 1
hæc ad vniuerſum Iſrael, ¶ Et dixit ad eos, Cē- 2
tum viginti annorum ſum hodie, nō poſſum vltrà
egredi & ingredi, præſertim cū & Dominus dixerit mihi,
Nō tranſibis Iordanē iſtū. ¶ Dominus ergo Deꝰ tuus trāſ- 3
ibit ante te. ipſe delebit omnes gentes has in conſpectu
tuo, & poſsidebis eas: & Ioſue iſte trāſibit ante te, ſicut lo
cutus eſt Dominus. ¶ Facietque Dominus eis ſicut fecit 4
Sehon & Og regibus Amorrhæorū, & Terræ eorū, ʺ de-
lebitq; eos. ¶ Cū ergo & hos tradiderit vobis, ſimiliter fa 5
cietis eis ſicut præcepi vobis. ¶ Viriliter agite, & cōforta- 6
mini: nolite timere, nec paueatis ad cōſpectum eorū: quia
Dominus Deus tuus ipſe eſt ductor tuus, & non dimittet,
nec derelinquet te. ¶ Vocauitque Moyſes Ioſue, & dixit 7
ei corā omni Iſrael, Cōfortare, & eſto robuſtus: tu enim
introduces populū iſtū in Terram quam daturū ſe patribus eorū iurauit Dominus, & tu eā ſorte diuides. ¶ Et Do- 8
minus qui ductor eſt veſter, ipſe erit tecū: nō dimittet, nec
derelinquet te: noli timere, nec paueas. ¶ Scripſit itaque 9
Moyſes legem hanc, & tradidit eam ſacerdotibus filijs Le
ui, qui portabant arcam fœderis Domini, & cūctis ſeniori
bus Iſrael. ¶ Præcepitq; eis, dicens, Poſt ſeptē annos an- 10
no remiſsionis, in Solēnitate tabernaculorū, ¶ Cōuenīēti 11
bus cunctis ex Iſrael, vt appareant in conſpectu Domini
Dei tui in loco quem elegerit Dominus: leges verba legis
huius corā omni Iſrael, audiētibus eis, ¶ Et in vnum om- 12
ni populo cōgregato, tam viris quàm mulieribus, paruulis & aduenis qui ſunt intra portas tuas: vt audientes diſcant, & timeant Dominum Deum veſtrum, & cuſtodiāt,
impleantque omnes ſermones legis huius. ¶ Filij quoque 13
eorum qui nunc ignorant: vt audire poſsint, & timeat Do
minum Deū ʺſuum cunctis diebus quibus verſantur in
Terra ad quā vos Iordane tranſmiſſo pergitis obtinen-
dam. ¶ Et ait Dominus ad Moyſen, Ecce propè ſunt dies 14
mortis tuæ: voca Ioſue, & ſtate in tabernaculo teſtimonij,
vt præcipiam ei. Abierunt ergo Moyſes & Ioſue, & ſtete
runt in tabernaculo teſtimonij: ¶ Apparuitque Dominus 15
ibi in columna nubis, quæ ſtetit in introitu tabernaculi.
¶ Dixitq; Dn̄s ad Moyſen, Ecce tu dormies cum patribus 16
tuis, & populus iſte conſurgens fornicabitur poſt deos
alienos in Terra ad quam ʺ ingredietur vt habitet in ea:
ibi derelinquet me, & irritum faciet fœdus quod pepigi
cum eo. ¶ Et iraſcetur furor meus cōtra eum in die illo: & 17
derelinquam eum, & abſcondam faciem meam ab eo, &

Moyſes componit ſe ad mortē.

ſup. 3. d. nu. 27. e Gentes delēdæ.

Nume. 21. e. ʺ deleuitque (præt. temp. ſup. 7. a. B

Ioſue conſtituitur dux populi.

Scribitur Deuteronomium.

Præcipitur C legi ſeptimo quoque anno omni populo.

ʺ veſtrum

Moyſi & Ioſue D prædicit Deus futurū vt Moyſe mortuo populus conuertatur ad idola. Fornicantes à Deo.

ʺingreditur

*ABiens itaque Moſes, loquutus eſt verba iſta ad omnē Iſraelē.* Et *dixit ad eos,* Ego *hodie ſum natus centū & viginti annos, 1 nec poſſum vltra egredi & ingredi: 2 & dixit* Dominus *ad me,* Tu *nō tranſibis* Iordanē *iſtum,* Dominus *Deus tuus ipſe tranſibit ante te, & delebit gētes iſtas ante te, tu verò poſsidebis eas.* Iehoſua *quoq; ille præcedet te, quēadmodū loquutus eſt* Dn̄s. Et *faciet* Dn̄s *eis quēadmodū fecit Sihon &* Og *regibus* Amorrhæorū, *atque terræ eorū quos ipſe exterminauit. 3* Tradetq; *eos* Dominus *ante faciē veſtrā, vt faciatis eis iuxta totū hoc præceptū quod mādaui vobis. 4* For*tes igitur eſtote & agite gnauiter, ne timeatis neque terreamini ab ipſis, quia* Dominus *Deus tuus ipſe 5 comitatur te, non faciet te remiſſum, neq; deſeret te.* Vocauit *autē* Moſes *Iehoſua, & dixit ad eum in oculis totius* Iſraelis, *6* Fortis *eſto, & gnauiter age, quoniam tu ingredieris cū populo iſto in terrā, quā iurauit* Dominus *patribus eorū 7 vt daret eis, & tu 8 diuides eis eam in hæreditatē.* Sed *&* Dominus *ipſe 9 præcedet te, [&] ipſe aderit tibi, 10 nec remiſſum te faciet, nec te deſeret: ne ergo timeas, neq; 11 animo frangaris. 12* Et *ſcripſit* Moſes *legem iſtā, & tradidit eā ſacerdotibus filijs* Leui, *13 qui portabant arcā fœderis* Domini, *aque cūctis ſenioribus* Iſrael. Præ*cepitq;* Moſes *eis hiſce verbis, 14* A *fine ſeptē annorū 15 in ſtato feſto anni remiſsionis in ſolennitate tabernaculorū,* Quā*do conuenit cūctus* Iſrael, *vt appareat in conſpectu* Dn̄i Dei *tui, in loco quem ſibi elegerit, leges hanc legē coram vniuerſo* Iſraele *16 ipſis audientibus.* Congregabis *autē populū, viros, mulieres, & pubē, ſed & peregrinū tuū 17 qui eſt intra portas tuas, vt audiāt, & vt diſcāt, timeantq;* Dominū *Deum veſtrū, cuſtodiantque & obſeruēnt omnia verba legis huius.* Filij *quoque eorum 18 qui nihil nouerunt, audiant & diſcant, 19 vt timeant* Dominum *Deum veſtrum cunctis diebus quibus viuetis ſuper terram, in quam vos traiecto* Iordane *introitis vt eam poſſideatis.* Et *dixit* Dominus *ad* Moſen, Ecce *appropinquarunt dies tui vt moriaris, voca igitur* Iehoſua, *& collocate vos in tentorium conſtitutionis, 20 vt dem ei mandata.* Abijt *ergo* Moſes *&* Iehoſua, *& ſtatuerunt ſe in tentorium conſtitutionis.* Et *apparuit* Dominus *in tentorio 21 in columna nubis, ſtetitque columna nubis ſuper oſtio tentorij.* Et *dixit* Dominus *ad* Moſen, Ecce *tu 22 dormies cum patribus tuis, & ſurget populus iſte & ſcortabitur [ſequendo] deos 23 alios, huius terræ ſcilicet in quam veniet, deſeret me, & irritum faciet fœdus meum quod pepigi cum eo. 24* Et *iraſcetur furor meus in eum in die illo, deſeramque eos, & abſcondam faciem meam ab eis,*

25 eritq;

*25 eritque in deuorationem, & 26 apprehendent eum multa mala, & afflictiones, vt dicturus ſit illo die, Annon ideo me iſta mala apprehendunt, quòd Deus non eſt in medio mei? Eodem die ego omnino abſcondam faciem meam propter vniuerſum malum quod facit, nempe quòd ſe conuertit ad deos alios. Nunc igitur 27 ſcribite vobis canticum iſtud, & doce ipſum filios Iſrael, & 28 inſere hoc ori ipſorum, vt ſit mihi canticum iſtud in teſtem 29 contra filios Iſrael. Nam introducam eum in terram quam iuraui patribus eius, fluentem lacte & melle, & comedens ſatiabitur & pingueſcet, conuertetque ſe ad deos alios, & ſeruient eis, 30 & irritabunt me, & irritum facient fœdus meum. Cumque acciderint ei multa mala atq; afflictiones, 31 reſpondebit ei canticum iſtud coram eo tanquam teſtis: quoniam nunquam excidet ſemini eius ex ore. Nam cognoui 32 figmentum cordis eius, quod ipſe hodie facit, antequam introducam eum in terram 33 quam iuraui. Scripſit igitur Moſes canticum iſtud eadem die, & docuit ipſum filios Iſrael. 34 Præcepitque Iehoſuæ filio Nun, dicens, Corroborare & eſto robuſtus, quoniam tu introduces filios Iſrael in terram quam iuraui eis, & ego 35 ero tecum. Factumque eſt vt ceſſaſſet Moſes ſcribere verba legis huius in libro, 36 & conſummaſſet ea, Præcepit Moſes Leuitis portantibus arcam fœderis Domini, dicens, Accipite librum legis huius, & reponite eum in latere arcæ fœderis Domini Dei veſtri, vt ſit ibi contra te in teſtimonium. Ego enim 37 noui rebellionem tuam, & ceruicem tuam 38 præfractam: 39 etenim etiamnum hodie quum adhuc ſum vobiſcum viuens, eſtis rebelles Domino, quanto ergo magis poſt mortem meam? Congregate ad me omnes ſeniores tribuum veſtrarum, & præfectos veſtros, 40 vt loquar in auribus eorum verba iſta, 41 & obteſter aduerſum eos cælum & terram. Noui enim quòd poſt mortem meam 42 certiſsime perperam agetis, & deficietis de via quam præcepi vobis, occurretque vobis tandem malum in nouiſsimis diebus, 43 quoniam perperam agetis in oculis Domini, vt prouocetis eum per opus manus veſtræ. 44 Loquutuſque eſt Moſes in auribus totius cœtus Iſraelitici verba cantici huius, 45 donec compleſſet ea.*

erit in deuorationem: inuenient eum omnia mala & affli-
ctiones: ita vt dicat in illo die, Verè quia non eſt Deus
18 mecum, inuenerunt me hæc mala. ¶ Ego autem abſcon E
dam, & celabo faciem meam in die illo propter omnia
19 mala quæ fecit, quia ſecutus eſt deos alienos. ¶ Nunc
itaque ſcribite vobis canticum iſtud, & docete filios Iſ-
rael: vt memoriter teneant, & ore decantent, & ſit mihi
20 carmen iſtud pro teſtimonio inter filios Iſrael. ¶ Intro-
ducam enim eum in Terram pro qua iuraui patribus
eius, lacte & melle manantem. cùmque comederint,
& ſaturati, craſsique fuerint, auertentur ad deos alienos,
& ſeruient eis: detrahentque mihi, & irritum facient pa-
21 ctum meum. ¶ Poſtquam inuenerint eum mala multa
& afflictiones, reſpondebit ei canticum iſtud pro te-
ſtimonio, quod nulla delebit obliuio ex ore ſeminis
22 "tui. ¶ Scio enim cogitationes eius, quæ facturus ſit
hodie, antequam introducam eum in Terram quam
ei pollicitus ſum. Scripſit " quoque Moyſes canticum,
23 & docuit filios Iſrael. ¶ Præcepitque Dominus Ioſue
filio Nun, & ait, Confortare, & eſto robuſtus: tu
enim introduces filios Iſrael in Terram quam pollici-
24 tus ſum, & ego ero tecum. ¶ Poſtquam ergo ſcri-
pſit Moyſes verba legis huius in volumine, atque com
25 pleuit, ¶ Præcepit Leuitis qui portabant arcam fœ-
26 deris Domini, dicens, ¶ Tollite librum iſtum, & po-
nite eum in latere arcæ fœderis Domini Dei veſtri: vt
27 ſit ibi contra te in teſtimonium. ¶ Ego enim ſcio con- G
tentionem tuam, & ceruicem tuam duriſsimam. adhuc
viuente me & ingrediente vobiſcum, ſemper contentio
ſe egiſtis contra Dominum: quanto magis cum mortuus
28 fuero? ¶ Congregate ad me omnes maiores natu per
tribus veſtras, atque doctores, & loquar audientibus eis
ſermones iſtos, & inuocabo contra eos cælum & terram.
29 ¶ Noui enim quòd poſt mortem meam iniquè agetis,
& declinabitis cito de via quam præcepi vobis: & occur-
rent vobis mala in extremo tempore, quando feceritis ma
lum in conſpectu Domini, vt irritetis eum per opera
30 manuum veſtrarum. ¶ Locutus eſt ergo Moyſes audien
te vniuerſo cœtu Iſrael verba carminis huius, & ad finem
vſque compleuit.

Canticum ſuæ cantilenam iubet Deus à Moyſe componi de futura Iſraelitarum idololatria & afflictionibus eorundem.

F Saturitas.

" ſui.

" ergo

Liber deuteronomij reponi iubetur in latus arcæ.

Moyſes, conuocatis principibus Iſrael, prædicit eos à Deo receſſuros.

## SCHOLIA IN CAP. XXXI.

1 Ideſt, non poſſum vltra fungi munere ducis: non poſſum amplius egredi ad militiam è caſtris, & è militia ad caſtra. 2 præterea dixit 3 Cum ergo tradiderit eas, &c. i. Quum poteſtati veſtræ eas tradiderit, & permiſerit libidini veſtræ: facietis eis prorſus vt præcepit vobis. 4 Heb. Fortificate vos, ideſt, Eſtote animo forti. 5 pergit tecum, (ideſt, futurus eſt dux tuus,) neque derelinquet te. 6 vel, Eſto animo forti, 7 ſe daturum illis, 8 ſorte illis eã diuides. Vel, tu trades eam illis iure hæreditario poſsidendam. 9 qui ambulabit ante te. Vel, qui præcedet te, ideſt, qui erit tibi vice ducis 10 nec te derelinquet, 11 expaueſcas. 12 vel, Iam autem ſcripſerat Moſes legem hanc, (id eſt Deuteronomium,) & tradiderat eam, &c. Non enim ſeruatur ſeries rerum geſtarum in libris Sacris. 13 ideſt, quorum munus erat portare humeris ſuis arcam in qua erant tabulæ illæ continentes conditiones fœderis Domini. 14 vel, In principio ſeptimi anni. Siue, Ineunte ſeptimo anno. Aut, Septimo quoque anno. Nam vox Hebræa k E S, tam finem, quàm principium ſignificat. anni enim ſunt duæ extremitates: & hæc vox pro vtraque accipitur. 15 tempore anni remiſſionis, ideſt, ſeptimo quoq; anno qui eſt annus remiſsionis. 16 He. in auribus eorum, ideſt, audientibus eis. q.d. clara voce, non ſubmiſſa. 17 ideſt, qui habitauerit in vrbe tua. 18 qui non nouerũt (ſub. legem hanc,) audiant 19 vel, timere 20 Heb. & præcipiam illi, ideſt, dabo ei aliquot præcepta. 21 ideſt, in nube quæ erat inſtar columnæ. Erat autem ſignum præſentiæ Dei. 22 ideſt, breui moriturus es. 23 Heb. alienigenæ terræ ad quam ingreditur in medium eius, ideſt, deos alienigenarum habitantium in ea terra ad quam pergit vt habitet in medio eius: ſubaudi, terræ. 24 vel, Iraſcetur itaque 25 ideſt, ſinam illum deuorari ab alijs 26 ideſt, conficietur malis & anguſtijs multis. 27 vel, curate deſcribendum vobis. Moſen & Ioſue alloquitur Dominus. q.d. Vt hac ratione reuocemini à cultu idolorum, curate vobis tranſcribendum canticum iſtud quod ſequitur. 28 ideſt, fac vt ipſum memoria teneant, & ore decantent. 29 cum ſcilicet ceciderint in idololatriam. 30 vel, ſpernentque me, 31 Heb. tunc reſpondebit canticum hoc in conſpectu eius pro teſtimonio. Vel, vice teſtimonij, ideſt, tunc carmen hoc teſtabitur illos deliquiſſe, & à me deſciuiſſe: quum viderint ſibi ea mala accidiſſe quæ in ipſo prædicuntur deſertoribus meis. 32 Hebr. imaginationem eius, (&) id quod facit hodie antequam introduxerim, ideſt, noui cogitationes, ſiue ingenium eius, & id quod facere ſolet. 33 ideſt, quam iuraui me daturum illis. Hic Moſes in perſona Dei loquitur. Aut ſunt verba Dei. Aut hæc dicit Moſes, quaſi ſciret hoc Deo reuelante. 34 ideſt, Dedit præcepta quædam ipſi Ioſue. 35 ideſt, ſemper tibi adero. 36 Hebr. donec complerentur ea, ideſt, vſque ad finem eorum. Deuteronomium ſua manu deſcriptum tradidit Leuitis Moſes 37 .i. noui te propenſum eſſe ad contentionem & rebellionem. 38 duram. i. tuã contumaciam, quã impatiens ſis imperij & iugi. 39 Hebr. ecce, adhuc me viuẽte vobiſcũ hodie rebelles fuiſtis Domino, &c. 40 .i. vt hæc loquar ipſis audientibus. 41 & teſtes inuocem. q.d. Volo creaturas permanẽtes citare teſtes contra vos: vt ſemper ferre poſsint teſtimoniũ aduerſum idololatriam veſtrã. 42 Heb. corrũpendo corrũpetis vos. Vel, corrũpemini. 43 cũ feceritis malũ in cõſpectu Domini, (vel, inſpectante Dño,) irritando illum opere manuũ veſtrarũ. i. idola fingẽdo. 44 Locutus itaque eſt 45 vel, vſque ad finem eorum. Sub. verborum.

CAP.



## CAP. XXXII.

Canticũ Moyſi. Doctrina.

AVdite cæli quæ loquor, audiat terra verba oris 1
mei,
¶ Concreſcat in pluuiam doctrina mea, fluat vt 2
ros eloquiũ meum, quaſi imber ſuper herbam, & quaſi
ſtillæ ſuper gramina.
¶ Quia nomen Domini inuocabo: date magnificentiam 3
Deo noſtro.
¶ Dei perfecta ſunt opera, & oẽs viæ eius iudicia: Deus 4
fidelis, & abſque vlla iniquitate, iuſtus & rectus.
¶ Peccauerunt ei & non filij eius in ſordibus, generatio 5
praua atque peruerſa.
¶ Hæccine reddis Domino popule ſtulte & inſipiens? nũ 6
quid non ipſe eſt pater tuus, qui poſſedit te, & fecit, &
creauit te?
¶ Memento dierum antiquorum, cogita generationes 7
ſingulas: interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi:
maiores tuos, & dicent tibi.
B ¶ Quando diuidebat Altiſsimus gentes: quando ſepara- 8
bat filios adam, conſtituit terminos populorum iuxta
numerum filiorum Iſrael:
¶ Pars autem Domini, populus eius: Iacob funiculus hæ- 9
reditatis eius.
¶ Inuenit eum in terra deſerta, in loco horroris, & vaſtæ 10
ſolitudinis: circũduxit eum, & docuit: & cuſtodiuit qua
ſi pupillam oculi ſui.
¶ Sicut aquila prouocans ad volandum pullos ſuos, & ſu- 11
per eos volitans expandit alas ſuas: & aſſumpſit eum,
atque portauit in humeris ſuis.
¶ Dominus ſolus dux eius fuit: & non erat cum eo deus 12
alienus.
¶ Cõſtituit eum ſuper excelſam Terram: vt comederet 13
fructus agrorum, " vt ſugeret mel de petra, oleumque
de ſaxo duriſsimo:
C ¶ Butyrum de armento, & lac de ouibus cum adipe agno 14
rum, & arietum filiorum Baſan, & hircos cum medulla
tritici, & ſanguinem vuæ " biberent meraciſsimum.
¶ Incraſſatus eſt dilectus, & recalcitrauit: incraſſatus, im- 15
pinguatus, dilatatus, dereliquit Deum factorem ſuum,
& receſsit à Deo ſalutari ſuo.
¶ Prouocauerunt eum in dijs alienis, & in abominationi- 16
bus ad iracundiam concitauerunt.
¶ Immolauerunt dæmonijs & non Deo, dijs quos ignora 17
bant: noui recenteſque venerunt, quos non coluerunt
patres eorum.
¶ Deum qui te genuit dereliquiſti, & oblitus es " Domini 18
creatoris tui.
¶ Vidit Dominus, & ad iracundiam concitatus eſt: quia 19
prouocauerunt eum filij ſui & filiæ.
¶ Et ait, Abſcondam faciem meam ab eis, & conſyderabo 20
nouiſsima eorum: generatio enim peruerſa eſt, & infi-
deles filij.
¶ Ipſi me prouocauerunt in eo qui non erat Deus, & irri- 21
tauerunt in vanitatibus ſuis: & ego prouocabo eos in eo
qui non eſt populus, & in gente ſtulta irritabo illos.
D ¶ Ignis ſuccenſus eſt in furore meo, & ardebit vſque ad 22
inferni nouiſsima: deuorabitque terram cum germine
ſuo, & montium fundamenta comburet.
¶ Congregabo ſuper eos mala, & ſagittas meas comple- 23
bo in eis.
¶ Conſumentur fame, & deuorabunt eos aues morſu ama 24
riſsimo: dentes beſtiarũ immittam in eos, cum furore
trahentium ſuper terram, atque ſerpentium.
¶ Foris vaſtabit eos gladius, & intus pauor, iuuenem ſi- 25
mul ac virginem, lactentem cum homine ſene.
¶ Et dixi, Vbinam ſunt? ceſſare faciam ex hominibus me- 26
moriam eorum:
¶ Sed propter iram inimicorum diſtuli: ne fortè ſuperbi- 27

Opera Dei.

Hortatur Moyſes populum, vt conſyderet Dei beneficia erga ſe.

" &

" biberet

Saturatus Iſrael, ingratus, cõuertitur ad idola.

" Dei

Minatur afflictiones Deus Iudæis ingratis.

Rom. 10. d.

*AVdite cæli, 1 nam loquar: audiatque terra verba oris mei.*
*2 Stillabit veluti pluuia doctrina mea, 3 fluet vt ros eloquium meum, ſicut imber pluuius 4 ſuper herbam, 5 & ſicut ſtillæ ſuper plantulas.*
*6 Quoniam inuocabo nomen Domini, tribuite magnificentiã Deo noſtro.*
*7 Opus Petræ illius ſolidum eſt, quoniam omnes viæ eius ſunt 8 iudicium, Deus 9 verax, 10 abſque vanitate, iuſtus & rectus eſt.*
*11 Peruerſa hæc & detorta generatio corrupit ſibi, non filij eius in maculis ſuis.*
*12 Hoccine rependitis Domino? popule ſtulte & non ſapiens: annõ ipſe eſt pater tuus qui 13 te comparauit? qui te fecit? quique 14 te firmauit?*
*Memineris dierum 15 priſcorum, 16 expendite animo annos priorum ſeculorum: interroga patrem tuum, & 17 annuntiabit tibi: 18 ſenes tuos, & dicent tibi.*
*19 Quum Altiſsimus poſſeſsiones diſtribueret gentibus, quũque diſpergeret filios hominum, conſtituit limites populorũ pro numero filiorum Iſrael.*
*20 Quoniam pars Domini populus eius, & Iacob 21 funiculus hæreditatis eius.*
*22 Inuenit eum in terra ſolitudinis, 23 in vaſto [loco] vlulatus & deſerto: circunduxit eum, & 24 erudiuit eum, cuſtodiuitque eum perinde ac pupillam oculi ſui.*
*Quemadmodum aquila 25 excitans nidum ſuum, & ſuper pullos ſuos volitans, expandenſque alas ſuas 26 tollit illũ, & 27 portat eum ſuper alas ſuas.*
*28 Solus Dominus duxit eũ, 29 & nõ fuit cũ eo deus alienus.*
*30 Inuexit eum in ſublimitatibus terræ, vt comederet prouentus agrorum, 31 deditque ei vt ſugeret mel de petra, oleumque e duriſsimo ſaxo,*
*32 Butyrum boum, & lac ouium, cum adipe agnorum, 33 & arietum pinguium, & hircorum, cum adipe delicatiſsimi tritici, & ſanguinem vuæ 34 biberet meracum.*
*Et pinguis factus 35 rectus calcitrauit: craſſus factus es, obeſus & adipe 36 obductus: dereliquit Deum factorem ſuũ, 37 & ingratus fuit Petræ ſalutis ſuæ.*
*38 Ad indignationẽ eum alienis [dijs] prouocauerunt, 39 abominationibus eum ad iracundiam concitarunt.*
*Sacrificarunt cacodæmonibus, 40 non Deo, dijs 41 quos non nouerunt, 42 [nempe] nouis qui nuper exorti ſunt, quos patres veſtri nihil reueriti ſunt.*
*43 Petræ quæ te genuit oblitus es, 44 excidit tibi Deus qui te parturijt.*
*45 Et vidit Dominus, & irritatus eſt, propter prouocationem filiorum ſuorum & filiarum ſuarum.*
*Et dixit, Abſcondam faciem meam ab eis, 46 ſpectabo quid tandem [facturi ſint] illi: quoniam generatio eſt 47 peruerſa, filij in quibus nulla eſt fides.*
*Ipſi 48 prouocauerunt me ad indignationem in eo qui non eſt Deus, ad iracundiam me concitarunt 49 vanitatibus ſuis, & ego quoque 50 prouocabo eos in eo qui non eſt populus, 51 in gente ſtulta irritabo eos.*
*Quoniã ignis ./. ſuccenſus eſt in furore meo, & exardeſcet 52 ad infimos inferos vſq;, 53 deuorabitque terram cũ fructu eius, & inflammabit fundamenta montium.*
*54 Cõgregabo ſuper eos mala, ſagittas meas 55 euacuabo ī eos.*
*56 Aduſti fame, 57 & conſumpti ardenti lue, & amara ægritudine, quin & dentes beſtiarum immittam in eos, 58 cũ furore ſerpentium in puluere.*
*Foris orbabit gladius, 59 in penetralibus terror, tam iuuenẽ quàm 60 virginẽ, lactentem cum viro cano.*
*61 Statuerã quidẽ quòd diſijcere vellẽ eos per angulos [terræ,] 62 tollereque memoriã eorum è mortalibus,*
*Niſi 63 ferociã hoſtiũ veritus eſſem: ne fortè hoſtes eorũ 64 ſibi id arrog.*

*id arrogarent, ne fortè dicerent, 65 Manus noſtra excelſa, & non Dominus operatus eſt 66 vniuerſum hoc.*
*Quoniam gens eſt 67 quæ perdit conſilia, neque eſt eis intelligentia aliqua.*
*68 O ſi ſaperent intelligerentque hoc, expenderentque quid tandem futurum ſit ipſis.*
*69 Quomodo perſequeretur vnus mille, & duo fugarent decẽ millia, niſi Petra eorum vendidiſſet eos, & Dominus concluſiſſet eos?*
*Nam 70 Petra eorum non eſt vt Petra noſtra, 71 [huiuſque rei] & hoſtes noſtri iudices ſunt.*
*72 Quoniam de vinea Sodomorum vitis eorum, atque 73 de aruis Amorrhæ: 74 vua eorum vua fellis, botrus amariſſimus eis.*
*75 Virus draconum vinum eorum, & fel aſpidum 76 ſæuum,*
*Annon 77 hoc repoſitum eſt apud me, & obſignatum 78 in theſauris meis?*
*79 Vltio [enim] mihi eſt & 80 repenſio ad tempus, labetur pes eorum: appropinquat dies quo perdantur ipſi, & 81 feſtinant quæ imminent eis.*
*Quoniam 82 iudicabit Dominus populum ſuum, 83 & in ſeruis ſuis ſe ſolabitur: nam videbit vires eorum abiiſſe, & in nihilum abiiſſe concluſum & derelictum.*
*84 Et dicet, Vbi ſunt dij eorum, 85 petra in quem ſperauerunt,*
*Quorum adipem ex ſacrificijs comederunt, & quorum vinũ in libaminibus biberunt? ſurgant & opitulentur vobis, 86 ſint vobis in latibulum.*
*87 Videte igitur quod ego, ego inquam ipſe ſum Dominus, & non eſt Deus præter me: ego 88 occido, & rurſus viuifico: ego vulnus inſligo, & ego medeor, nec eſt qui è manibus meis eripere poſsit:*
*89 Quoniam ſublata manu mea in cælum, dicam, Viuo ego in æternum,*
*90 Quum exacuero 91 fulgorem gladij mei, 92 tum manus mea apprehendet iudicium, rependamque vltionem hoſtibus meis, ſimulque odientibus me rependam.*
*93 Imbuam ſagittas meas ſanguine, & 94 gladius meus deuorabit carnes, 95 propter ſanguinem occiſorum, propterque captiuos, 96 vt hoſti ſummatim vltiones [rependam,]*
*97 Excitate ô gentes ad iubilum populum eius: quoniam ſanguinem ſeruorum ſuorum vlciſcetur, & vindictam rependet hoſtibus ſuis, & 98 propitius erit terræ ſuæ & populo ſuo.*
*Veniens itaque Moſes, loquutus eſt omnia verba cantici huius 99 in auribus populi, ipſe & Hoſea filius Nun. 100 Et quum finem feciſſet Moſes, quũque loquutus eſſet omnia verba hæc ad vniuerſum populum Iſrael, Dixit ad eos, 101 Ponite cor veſtrum ad omnia verba quæ ego 102 teſtificor vobis hodie, 103 præcipietiſque ea filijs veſtris, vt cuſtodiant & faciãt omnia verba legis huius: 104 Nec ſit vobis hic ſermo vanus, quoniam eſt vita veſtra, & in hoc verbo prolongabitis dies ſuper terra, ad quã vos transmiſſo Iordane proficiſcimini vt eã poſſideatis. Et loquutus eſt Dominus ad Moſen eodẽ die in hæc verba, Aſcẽde montem iſtum Abarim, 105 montem Nebo, qui eſt in terra Moab eregione Iericho, & contemplare terram Chanaan quam do filijs Iſrael poſsidendam, Et 106 morere in mõte in quem tu aſcendis, 107 colligeriſque ad populos tuos, quemadmodum mortuus eſt Aharon frater tuus in mõte Hor, & collectus eſt ad populos ſuos, Eo quòd præuaricati eſtis contra me in medio filiorum Iſrael iuxta 108 aquas Meruba in Kades deſerti Zin, Quòd 109 me non ſanctificaſtis in medio filiorum Iſrael. Eregione ſpectabis terram hanc, illuc autem non venies, ad terram inquam quam ego do filijs Iſrael.*

rent hoſtes eorum, & dicerent, Manus noſtra excelſa, & non Dominus, fecit hæc omnia.
28 Gens abſque conſilio eſt, & ſine prudentia.
29 Vtinam ſaperent, & intelligerent, ac nouiſsima prouiderent.
30 Quomodo [a] perſequebatur vnus mille, & duo fugarent decem millia? nonne ideo quia Deus ſuus vendidit eos, & Dominus concluſit illos? ([a] perſequatur) E
31 Non enim eſt Deus noſter vt dij eorum: & inimici noſtri ſunt iudices.
32 De vinea Sodomorum, vinea eorum, & de ſuburbanis Gomorrhæ: vua eorum vua fellis, & botri amariſsimi.
33 Fel draconum vinum eorum, & venenum aſpidum inſanabile.
34 Nonne hæc condita ſunt apud me, & ſignata in theſauris meis?
35 Mea eſt vltio, & ego retribuam eis in tempore, vt labatur pes eorum: iuxta eſt dies perditionis, & adeſſe feſtinant tempora. (Vltio, Dei eſt. Ecc. 28. a. Ro. 12. d. Heb. 10. e.)
36 Iudicabit Dominus populum ſuum, & in ſeruis ſuis miſerebitur: videbit quòd infirmata ſit manus, & clauſi quoque defecerunt, reſiduique conſumpti ſunt. (Miſericordia)
37 Et dicet, Vbi ſunt dij eorum, in quibus habebant fiduciam,
38 De quorum victimis comedebant adipes, & bibebant vinum libaminum? ſurgant, & opitulentur vobis, & in neceſsitate vos protegant. F
39 Videte quòd ego ſim ſolus, & non ſit alius Deus præter me: ego occidam, & ego viuere faciã: percutiam, & ego ſanabo, & non eſt qui de manu mea poſſit eruere. (Deus noſter, Deus ſolus eſt. 1. Re. 2. b. tob. 13. a. ſap. 16. b.)
40 Leuabo ad cælum manum meam, & dicam, Viuo ego in æternum,
41 Si acuero vt fulgur gladium meum, & arripuerit iudiciũ manus mea: reddam vltionem hoſtibus meis, & his qui oderunt me retribuam.
42 Inebriabo ſagittas meas ſanguine, & gladius meus deuorabit carnes, de cruore occiſorum, & de captiuitate nudati inimicorum capitis.
43 Laudate gentes populum eius, quia ſanguinem ſeruorum ſuorum vlciſcetur: & vindictam retribuet in hoſtes eorum, & propitius erit terræ populi ſui. (2. Mach. 7. b.)
44 Venit ergo Moyſes, & locutus eſt omnia verba cantici
45 huius in auribus populi, ipſe & Ioſue filius Nũ. Cõpleuitq; omnes ſermones iſtos, loquẽs ad vniuerſum Iſrael. G
46 Et dixit ad eos, Ponite corda veſtra in omnia verba mea quæ ego teſtificor vobis hodie: vt mãdetis ea filijs veſtris cuſtodire & facere, & implere vniuerſa quæ ſcripta ſunt (Cor ad verba Dei.)
47 in volumine legis huius: Quia nõ in caſſum præcepta ſunt vobis, ſed vt ſinguli in eis viuerẽt, quæ faciẽtes lõgo perſeueretis tẽpore in Terra ad quã Iordane trãſmiſſo in
48 gredimini poſsidendã. Locutuſq; eſt Dominus ad Moy
49 ſen in eadẽ die, dicẽs, Aſcẽde in mõtẽ iſtũ Abarim, id eſt trãſituũ, in montẽ Nebo, qui eſt in Terra-Moab contra Iericho: & vide Terrã-Chanaan, quã ego tradam filijs (Moyſes ſcandit montem Abarim, conſyderaturus Terrã promiſſam.)
50 Iſrael obtinendã. Et morere in mõte, quẽ conſcẽdens iungẽris populis tuis, ſicut mortuus eſt Aarõ frater tuus (Nu. 20. d. 33. e.)
51 in mõte Hor, & appoſitus populis ſuis: Quia præuaricati eſtis contra me in medio filiorũ Iſrael ad Aquas-contradictionis in Cades deſerti Sin: Et nõ ſanctificaſtis me (Nu. 20. a. 27. c.)
52 inter filios Iſrael. E cõtra videbis Terram, & non ingrediẽris in eam quam ego dabo filijs Iſrael.

## SCHOLIA IN CAP. XXXII.

1 & loquar, ideſt, me loquente, attendite ad ea quæ dicturus ſum. q.d. Vos cælum & terra eſtote teſtes eorum quæ ſum dicturus. 2 Deſcendat ſicut pluuia. Sub. in corda Iſraelitarum. q.d. Vtinam doctrina mea efficiat quod in agris aqua: vt ea non ſit vana, ſed fructum afferat. 3 defluat. In animos ſcilicet audientium, vt ros gratiſſimus qui terram fœcundare ſolet. 4 ſuper gramen. Vox Hebræa



bræa ſignificat herbam recentem & teneram. 5 vel, quaſi imber dẽſus & minutus ſuper herbam. Multis verbis eandem rem dicit: acſi tantum diceret, Vtinam doctrina mea, & ſermo meus non ſit inutilis in vobis. 6 Quando nomen Domini prædico, (vel, celebro,) magnificate (interim) Deum noſtrum. Sub. in cordibus veſtris. Hic eſt finis prooemij. Alloquitur autem non ſolum cælum & terram, ſed & omnes auditores. 7 Dei perfecta ſunt opera. Commendat Deum ab operibus. q.d. Nulla ratione culpari & reprehendi poſſunt opera Dei. Vox Hebræa S V R, per ſade, proprie ſignificat rupem. Vocat autem Scriptura Deum rupem, ob ſtabilitatem, immutabilitatem, & perſeuerantiam, qui ſtat promiſsis ſuis. 8 vel, æquæ, ideſt, omnia opera eius ſunt iuſta & æqua. 9 in promiſsionibus ſcilicet. 10 Heb. & non iniquitas. ſub. in eo, ideſt, alienus ab iniquitate. 11 Heb. Corrupit ſeſe illi non filij eius, macula eorum, generatio praua & peruerſa. Difficilis eſt locus, propter dictionum ordinem inuerſum. ſic autem conſtrui debet & verti, Generatio praua atque peruerſa, qui non ſunt filij eius, in ignominiam ſuam corrupit ſeſe illi, ideſt, Generatio praua & peruerſa, appoſitiue quæ nõ eſt filij eius, quæ non habet Deum pro patre, non agnoſcit Deum creatorem ſuum: corrupit ſe, deprauauit ingenium ſuum, in ignominiam illi, ſcilicet Deo: hoc eſt, in dedecus Dei. Vel, in ignominiam ſuam: hoc eſt, quod eſt illi probro. 12 q.d. Quorſum hæc ingratitudo? deberesne illum agnoſcere creatorem tuum, & gratias agere? 13 ideſt, aſſeruit te in libertatẽ? Alludit ad ſeruitutem AEgyptiacam. 14 vel, præparauit te? Aut, concinnauit te? ideſt, dedit tibi eam formam quam habes? 15 Heb. perpetuorum, ideſt, Reuoca in memoriam dies ex quo mundus eſſe cœpit: annos elapſos, priſca ſecula. 16 Heb. intellige annos generationis & generationis, ideſt, annos multarum generationum, annos priſcos. 17 indicabit. Sub. beneficia quæ contulit Dominus in hanc gentem. 18 ſub. interroga. 19 ideſt, Quando Altiſsimus diuiſit patrias & regiones, & aſsignauit eas cunctis gentibus: iam tum decreuerat dare filijs Iſrael terram ſeptem eorum populorum quos ſub aduentum ipſorũ Iſraelitarum eiecit è Terra-Chanaan. Vel, tunc dedit ſeptem gentibus, Amorrhæis ſcilicet, Heuæis, &c. tantam regionis planitiem, quæ numero filiorum Iſrael ſufficeret. 20 vel, Pars enim Domini. q.d. Non eſt mirum quod expulſis illis populis dederit Dominus patriam eorum Iſraelitis: ſunt enim Iſraelitæ populus eius, & quidem tam proprius, quàm eſt alicuius portio hæreditaria. 21 ideſt, portio. Hoc dicit, quod diuidantur hæreditates funibus. 22 ideſt, Apparuit illi Dominus in nube cum erraret in deſerto, & cœpit eũ deducere. 23 Hebr. & in vaſtitate horroris deſerti, ideſt, in vaſto & horrido deſerto. 24 vel, docuit. ſub. legem. 25 vel, prouocãs nidũ ſuum, ideſt, pullos ſuos. continens pro contento. 26 vel, aſſumit illum. ſub. nidum, ideſt, pullos ſuos. 27 quum ſcilicet ſunt adhuc volandi expertes. 28 ſubaudiendum aduerbium ſimilitudinis (Sic.) 29 ideſt, ſolus deduxit Iacob, neque iuuit illum vllus deorum alienigenarũ. 30 Heb. Equitare fecit eũ ſuper excelſa. i. in regione excelſa & alta. Hoc dicit, quod Terra ſancta ſit in medio climate mũdi. Poſuit igitur eũ in ſumma parte orbis. Obiter hic deſcribit ſitũ Terræ ſanctæ. 31 Hic præterita pro futuris poſita ſunt: quia eſt prophetia. Fœcũditatẽ Terræ ſanctæ deſcribit. In rupibus apes & oliuę, & oleũ ex oliuis. q.d. Illic nullus locus eſt infœcũdus & vacuus reb9 bonis & ſuauibus: nam in rupibus ipſis ſunt oliuę & mel. 32 Butyrũ bouis. Sub. fecit vt comederet. 33 Heb. & arietes filios Baſan, & hircos, vnà cum adipe renum (vel, teſtium) tritici. Sub. comedit. q. d. comedit arietes educatas in Baſan regione fertiliſsima, & hircos, cum farina granorum tritici, quæ præ ſe ferunt ſpeciem teſtis & renunculi. Hoc eſt, cum farina optima tritici. 34 bibiſti merum. Succum vuæ vocat ſanguinem, quod propter colorem videatur ſanguis. Merum autem per appoſitionem poſitum, Merum vinum bibiſti, pro bibes. Præterita pro futuris, vt dictum eſt. Hoc eſt, vinũ optimum & rubeum. 35 ſucculentus, & recalcitrauit, ideſt, Deo rebellis fuit. 36 operuiſti, & dereliquit, &c. Mutatio perſonæ eſt, operuiſti pro operuit. ſubaudiẽdum, cor ſuum, ideſt, Animus eius pinguedine ſuffocatus eſt. 37 & depreſsit dignitatem Dei ſalutis ſuæ, ideſt, deprimere conatus eſt Deum qui ſeruauerat ipſum. 38 vel, Ad æmulationem prouocauerunt eum in extraneis. Sub. dijs, ideſt, colendo deos alienos. hoc eſt, Dederũt operam vt inuideret Deus dijs alienis: nam ſummo ſtudio coluerunt eos. Vel, Non ſtetit per eos quin iraſceretur dijs alienis Dominus qui immutabilis eſt. 39 propter abominationes. Colendo ſcilicet idola. 40 non dijs. i. qui non erant dij, quorum nullus eſt Deus. 41 ideſt, quorum vires non erant experti. 42 Hoc eſt, quorum fama non eſt antiqua: quorum nomen nuper ad homines ipſos peruenit, 43 Dei. Vox Hebræa S V R, vt ſupra in principio cantici dictum eſt, proprie petrã ſignificat: quæ pro Deo accipitur propter firmitatem. 44 vel, oblitus es Dei qui, &c. Hæc leguntur admiratiuè. q.d. Qui fieri potuit, ô Iſrael, vt dederis obliuioni Deũ qui parturiuit te, & genuit te? 45 Cũ autẽ vidiſſet Dñs, abominatus eſt præ ira filios ſuos & filias ſuas, ideſt, viros & mulieres. 46 & videbo quid ad extremum. Sub. facient. q.d. Si fuerint in calamitate aliqua, velabo oculos meos, nẽ videam calamitatem eorum: & videbo quid accidet illis ad extremũ. Aut, quid ad extremũ facturi ſint. 47 incõſtans. inſtabilis. i. quæ huc atque illuc ſtatim vertitur. 48 me inuidere fecerunt ei qui non eſt Deus, ideſt, Non ſtetit per eos quin inuiderem ijs qui non erant dij. 49 ideſt, idolis ſuis vanis. 50 ſub. ad inuidiam, ideſt, faciam vt inuideãt populo ei qui non eſt populus Dei. nam faciã vt ij qui non ſunt populus Dei fœliciter viuant; ipſe autem populus Dei affligatur. 51 ideſt, efficiam vt gens imperita & ſtulta vincat eos, & ſuperet: & ſic iraſcentur, ob fœlicitatem huius gentis. ✗ ſuccendetur, ideſt, valde iraſcar. 52 ideſt, vſque ad terræ infimũ & penetralia. Hyperbole eſt, pro, Etiam profunda & infima terræ loca vertam in ſterilitatem. 53 Hoc eſt quod dixerat prius, Dabo terram eorum ſulphur. Vertam fœcunditatem eius in ſummam ſterilitatem. 54 vel, Immittam. aut, Extendam 55 vel, conſumam, ideſt, mittam in eos omnes ſagittas meas. 56 ſub. erunt, ideſt, Peribunt fame. 57 & deuorabuntur carbunculis & excidione amariſsima, ideſt, morbo calido percutiam eos qui ſtatim enecabit, peſte item acerba, ſiue morbo exitiali. 58 cum veneno reptantium in terra. Hoc eſt, cum animalibus venenatis. 59 ideſt, domi. q.d. Non ſolum cruciabuntur qui erunt in bello, ſed terrebuntur etiã qui erũt in cubiculis. 60 puellam, 61 Dixiſſem, Detrudam eos, &c. Id eſt, Decreuiſſem apud me in hũc modum, Abigam hanc gentem Iſraeliticam à me in angulum orbis, & eximam ex hominibus memoriam eorum: niſi timuiſſem inimicum iratum & infenſum illi populo meo, ne non ille inimicus agnoſceret me illud feciſſe, aut ſimularet ſe non agnoſcere quis id feciſſet. q.d. Iam decreuiſſem omnino perdere eam gentem: niſi viderem quod inimicus hoc ſibi tribueret quod mihi tribuendum eſt: ſe inimicos ſuos Iſraëlitas viciſſe, quos ego ipſe deleuiſſem. 62 ceſſareque faciam 63 Heb. iram inimici timerem: 64 non agnoſcant, & dicant, 65 Id eſt, Noſtris viribus ſuperauimus hanc gentem. 66 excidium ſcilicet Iſraelitarum. 67 Heb. periens conſilijs. Id eſt, gens perditi conſilij eſt: hoc eſt, inconſulti ſunt inimici Iſraelis. 68 Si ſapuiſſent, intellexiſſent iſtud, finem (quoque) ſuum intellexiſſent, ideſt, Si prudentes fuiſſent, intellexiſſent vi diuina factum eſſe, nõ humana, nempe quod ego gentem hanc meam perdiderim, non ipſi: intellexiſſent præterea quis finis ſiue exitus eos maneat: intellexiſſent eadem ſibi euentura propter peccata propria, quæ ipſi meæ genti acciderũt. 69 vel, Qui fieri potuiſſet vt vnus perſequeretur mille (ſub. homines Iſraelitas,) & duo vertiſſent in fugam decẽ millia: niſi quod Deus eorum vendiderat eos, & Dominus tradiderat eos? Subaudi hoſtibus. Melius per futurum, quod prophetiam contineat nondum impletam, Quomodo perſequetur (olim) vnus (Gentilis) mille (Iſraelitas,) & duo verterent in fugam decem millia, niſi quòd Deus eorũ vendiderit eos, & Dominus tradiderit eos? Hæc intelliguntur de ſupplicio quod tandem ſumet Dominus de Iſraëlitis idololatris. 70 deus eorum non eſt vt Deus noſter, 71 quod ſcilicet dij eorum non ſunt ſimiles Deo noſtro omnipotenti. 72 q.d. Sicuti deus hoſtium noſtrorum non eſt conferendus cum Deo noſtro: ita ipſi nobis non ſunt comparandi: quia nati ſunt patribus iniquis, quales erãt Sodomitæ & Gomorrhæi. vel, quia ſtudia Sodomitarũ imitantur. Doctioribus magis placet hæc interpretatio. 73 ex vitibus. ſub. eſt vitis eorum. 74 racemi eorum ſunt racemi venenati, & vuæ amaritudinum ſunt illis. Id eſt, ferunt vuas amariſsimas: Peſſima ſunt eorum opera. 75 Id eſt, Vinum eorum eſt ſimile feli draconum. Repetitio eſt verbis mutatis, idem tamen ſignificantibus. 76 crudele. Id eſt, cito enecat. 77 Subaudi vinum. Quaſi dicat, Certe vinũ eorum conditum eſt apud me: hæc omnia noui, & eorum memor ero ſuo tẽpore. 78 Id eſt, in pectore meo: ita vt mihi excidere nõ poſsit? 79 vel, Vltio mea eſt. Id eſt, Sumam de illis pœnas, quum id tempus exiget. 80 retributio in tempore quo nutabit pes eorũ. Id eſt, vlciſcar, quum nutare cœperit pes eorum, quum corruere debebunt: id autem fiet propediem. 81 feſtinabunt quæ euentura ſunt illis. Id eſt, propediem interibunt: cito accident quæ euentura ſunt illis. 82 Hoc eſt, vlciſcetur Dominus populum ſuum de inimicis ſuis. Conſolatio ſuccedere ſolet mœrori in prophetijs. 83 Solari eſt explere cupidinem vlciſcendi. Rectius ſic vertas, & ſuper ſeruos ſuos pœnitebit eum: quum videbit quòd abierit manus, & quod non ſit clauſus & derelictus. Hoc eſt, mutabit ſententiam, quum videbit populum ſuum redactum eſſe in iſtam ſummam miſeriam, nempe quum videbit manum, id eſt robur populi ſui abijſſe, hoc eſt, deſtitutum eſſe viribus: quum præterea videbit neminem eſſe clauſum in arcibus, quod omnes ſint expugnatæ: & neminem derelictum, qui non abductus ſit in captiuitatem. 84 Et (quum) dicet. Id eſt, Quum dicet hoſtis ridendo vos, Vbi ſunt dij, &c. plurali numero vtuntur hoſtes, ignorantes vnitatem Dei. 85 Deus inquam in quo, &c. 86 Heb. ſit ſuper vos protectio. Id eſt, deus ille protegat vos. 87 Videte nunc. Quaſi dicat, Vos qui ita dicitis, videte quod ego ipſe ſum ſolus Deus, & præter me non eſt alius. Id eſt, quod non habeam parem & conſortem diuinitatis, 88 vel, occido

& viuã

& vitæ reſtituo. Signa diuinitatis ſunt iſta & ſummæ potentiæ. 89 Cum eleuauerim in cælum manum meam, & dixerim, Viuo, &c. Vel, Cum eleuauero manum meam in cælum. More iurantis. Per ſe ipſum iurare ſolet Deus, ad Heb. 6. Præcedenti verſui hic verſus iungitur, Non eſt qui de manu mea poſsit eruere, quum eleuauerim manum, &c. Id eſt, quum iurauero per me viuum & victurum in ſecula. 90 Si exacuero 91 ideſt, gladium meum fulgẽtem. 92 Heb. & arripuerit manus mea iudicium, reddam, &c. i. & cœpero ſemel iudicium facere, ſumam pœnas de hoſtibus meis. 93 He. Inebriabo, ideſt, Tingam ſagittas meas ſanguine, ſub. inimicorum q. d. Conficiã ſagittis inimicos meos. 94 Id eſt, corpora eorũ perdam. 95 ſanguine interfectorum & captiuorum. Inebriabo inquã ſagittas meas ſanguine vulneratorum, qui abduci ſolent quòd vulnere accepto non interierint. 96 de capitibus hoſtium (in) vltionibus inimici. Id eſt, quum ſumam vindictam de hoſtibus meis, tũc gladius meus deuorabit carnes de capitibus ipſorum hoſtium. Hoc eſt, enſe amputabo capita hoſtium meorum. Verti poteſt, in principio (in) vltionibus inimici. Aut, in principio vindictarum inimici. Hoc eſt, cum primùm ſumam pœnas de inimicis meis. 97 Laudate igitur gentes populum eius. Id eſt, Dei tanti. Verba ſunt Moſis. 98 vel, parcet 99 ideſt, audiente populo. 100 Heb. Et quum finiſſet Moſes recitare omnia, &c. 101 Hebraiſmus, pro, Attendite ad omnia verba mea. 102 teſtificor aduerſum vos. Vt ſcilicet ſint aliquãdo vice teſtimonij aduerſum vos. 103 vt præcipiatis. 104 Nõ enim eſt res vana vobis, ſed eſt vita veſtra, & hac re longo viuetis tempore in terra ad, &c. Prior pars verti poteſt, Non enim eſt res vilior quàm vt illam audiatis. 105 ideſt, vt eas in montem Nebo. Eſt autem Nebo, pars montis Abarim. 106 Imperatiuus pro futuro. 107 & apponêre populis tuis, ideſt, maioribus tuis. 108 ideſt, Aquas iurgij, aut contentionis. 109 .i. non impendiſtis mihi honorem, quum non crediſtis me omnia poſſe.

## CAP. XXXIII.

HAEc eſt benedictio qua benedixit Moſes* 2 *vir Dei filios* Iſrael 3 *ante mortem ſuam. dixitque,* Dominus 4 *de Sina venit, & ortus eſt eis ex Seir,* 5 *illuxit de monte* Pharan, 6 *& venit cum decem millibus ſanctorum,* 7 *à dextris ignea lex ad eos.* 8 *Et vehementer diligit populos, omnes ſancti eius* 9 *ſunt in manibus tuis.* 10 *Et ipſi inſerti intra pedes tuos, accipient ex verbis tuis. Legem* 11 *præcepit nobis* Moſes 12 *hæreditariã cœtui* Iacob. 13 *Et fuit æquabilis rex, quum ſe congregarent capita populi, ſimulque tribus* Iſrael.

*Viuat* Ruben, *& non moriatur,* 14 *ſintque homines illius pauci numero.*

15 *Et hæc fuit [benedictio]* Iuda: *& dixit,* 16 *Audi Domine vocem* Iuda, *&* 17 *ad populum ſuum duc eum: manus eius* 18 *multæ erunt ei, & tu opem ei feres contra hoſtes ſuos.*

*Et* 19 *[ad]* Leui *ſic dixit,* ⁒ Thumim *ſunt tui, tui ſunt* Vrim, *viroque qui in te pius fuerit, quem tentaſti in* Maſſa, *& quem ad contentionem prouocaſti ad aquas* Meriba. 20 *Qui dicit patri ſuo & matri ſuæ,* Non *vidi eum, & fratres ſuos nõ cognoſcit, neque filios ſuos agnoſcit: quoniam* 21 *cuſtodiuerunt eloquia tua, & fœdus tuum tenaciter ſeruauerunt.* 22 *Docebunt ipſum* Iacob *iudicia tua, &* Iſraelem *legem tuam: incenſum ponẽt coram naribus tuis, & holocauſtum in aram tuam.* Benedic *Domine* 23 *opibus eius, & opus manuum eius tibi* 24 *probetur.* 25 Contunde *lumbos eorum qui inſurgunt aduerſus eum, & eorum qui odio eum habent ne inſurgant.*

26 Ad Beniamin *dixit,* 27 Dilectus Domini *ſecurus habitabit iuxta eum, inumbrabit ſuper eum tota die, & inter humeros eius habitabit.*

28 *Ad* Ioſeph *dixit,* 29 Benedicta *eſt à* Domino *terra eius à delicatiſsimis & dulciſsimis fructibus cæli, à rore, & ab abyſſo inferne cubante,* 30 *A delicatiſsimis & dulciſsimis fructibus ſolis, & à dulciſsimis ac delicatiſsimis fructibus menſiũ,* Et 31 *à capitibus montium Orientalium, & à delicatiſsimis fructibus collium qui iam olim fuerũt, A fructu delicatiſsimo terræ, & à copia eius.* 32 *& fauor habitantis in rubo, veniat in caput* Ioſeph, *& in verticẽ nazaræi inter fratres ſuos.* 33 *Decor eius vt primogeniti bouis illius, &* 34 *cornua illius vt cornua vnicornis, quibus populos* 35 *deturbabit pariter vſque ad fines terræ.* 36 *atque hæc ſunt decem millia* Ephraim, *& iſta millia* Manaſſe.

*Ad Zebulon ait,* Lætare *Zebulon* 37 *in exitu tuo, &* 38 *Iſaſchar in tabernaculis tuis.* Populos *ad* 39 *montem vocabunt, vbi ſacrificabunt* 40 *ſacrificia iuſtitiæ:* 41 *quoniam inundationem marium ſugent, & reconditos theſauros arenæ.*

*Et* 42 *ad* Gad *dixit,* Benedictus *qui* 43 *dilatat* Gad, 44 *vt leo moratur, qui lacerat brachium cum vertice.* 45 Primum *ſibi proſpexit, quòd illic eſſet portio legiſlatoris laqueati, & veniet cum principibus populi, & faciet iuſtitiam* Domini, *atque iudicia eius cum* Iſraele.

## CAP. XXXIII.

1 HAEc eſt benedictio qua benedixit Moyſes ho- — *Moyſes moriturus benedicit ſingulis tribubus Iſrael.*
2 mo Dei filijs Iſrael ante mortẽ ſuã. ¶ Et ait, Do
minus de Sinai venit, & de Seir ortus eſt nobis:
apparuit de mõte Pharan, & cũ eo ſanctorũ millia: in dex — *A Deo docentur qui ei ſe ſubmittunt. ſap. 3. b.*
3 tera eius ignea lex. ¶ Dilexit populos, omnes ſancti in ma
nu illius ſunt: & qui appropinquant pedibus eius, accipiẽt
4 de doctrina illius. ¶ Legem præcepit nobis Moyſes, hæ
5 reditatem multitudinis Iacob. ¶ Erit apud rectiſsimum
rex, congregatis principibus populi cum tribubus
Iſrael.
6 ¶ Viuat Ruben, & non moriatur, & ſit paruus in nu- — *Ruben.*
mero.
7 ¶ Hæc eſt Iudæ benedictio, Audi Domine vocem Iu- — *Iuda.* B
dæ, & ad populum ſuum introduc eum: manus eius
pugnabunt pro eo, & adiutor illius contra aduerſarios
eius erit.
8 ¶ Leui quoque ait, Perfectio tua, & doctrina tua à — *Leui.*
viro ſancto tuo, quem probaſti in tentatione, & iudicaſti
9 ad Aquas-contradictionis. ¶ Qui dixit patri ſuo, & matri
ſuę, Neſcio vos: & fratribus ſuis, Ignoro illos: & neſcierũt
filios ſuos. Hi cuſtodierunt eloquium tuum, & pactum
10 tuum ſeruauerunt, ¶ iudicia tua ô Iacob, & legem tuam
ô Iſrael: ponent thymiama in furore tuo, & *holocauſta — ** holocauſtum*
11 ſuper altare tuum. ¶ Benedic Domine fortitudini
eius, & opera manuum illius ſuſcipe. Percute dorſa inimicorum eius: & qui oderunt eum, non conſurgant.
12 ¶ Et Beniamin ait, Amantiſsimus Domini habitabit cõ — *Beniamin.*
fidenter in eo: quaſi in thalamo tota die morabitur, & inter humeros illius requieſcet.
13 ¶ Ioſeph quoque ait, De benedictione Domini terra — *Ioſeph.* C
eius, de pomis cæli, & rore, atque abyſſo ſub-
14 iacente. ¶ De pomis fructuum ſolis ac lunæ, ¶ de ver-
15 tice antiquorum montium, de pomis collium æter-
16 norum, ¶ Et de frugibus terræ, & de plenitudine eius.
benedictio illius qui apparuit in rubo, veniat ſuper — *Exod. 3. a.*
caput Ioſeph, & ſuper verticem nazaræi inter
17 fratres ſuos. ¶ Quaſi primogeniti tauri pulchritu-
do eius, cornua rhinocerôtis cornua illius, in ipſis ventilabit Gentes vſque ad terminos terræ. hæ ſunt multitudines Ephraim, & hæc millia Manaſſe.
18 ¶ Et Zabûlon ait, Lætare Zabûlon in exitu tuo, & Iſ- — *Zabûlon.*
19 ſachar in tabernaculis tuis. ¶ Populos vocabunt ad mõ
tem: ibi immolabunt victimas iuſtitiæ: qui inundationem maris quaſi lac ſugent, & theſauros abſconditos arenarum.
20 ¶ Et Gad ait, Benedictus in latitudine, Gad: quaſi leo — *Gad.*
21 requieuit, cepitque brachium & verticem. ¶ Et vidit prin-
cipatum ſuum, quòd in parte ſua doctor eſſet repoſitus: qui fuit cum principibus populi, & fecit iuſtitias Domini, & iudicium ſuum cum Iſrael.

¶ Dan



*Dan.* D ¶ Dan quoque ait, Dan catulus leonis, fluet largiter 22
de Baſan.
*Nephthali.* ¶ Et Nephthali dixit, Nephthali abundantia perfruetur, 23
& plenus erit benedictionibus Domini: Mare & Meridiem poſsidebit.
*Aſer.* ¶ Aſer quoque ait, Benedictus in filijs Aſer, ſit placẽs 24
fratribus ſuis, & tingat in oleo pedem ſuum. ¶ Ferrum 25
& æs calceamentum eius: ſicut dies iuuentutis tuę, ita &
ſenectus tua. ¶ Non eſt ˜ deus alius vt Deus rectiſsimi: 26
aſcenſor cæli auxiliator tuus: magnificentia eius diſcur-
runt nubes. ¶ Habitaculum eius ſurſum, & ſubter, bra- 27
chia ſempiterna: eijciet à facie tua inimicum, dicetque,
*Iere. 33. b.* ¶ Contere. Habitabit Iſrael confidenter & ſolus, oculus 28
Iacob, in terra frumenti & vini, cælique caligabunt rore.
¶ Beatus es tu Iſrael, quis ſimilis tui popule, qui ſaluaris 29
in Domino? ſcutum auxilij tui, & gladius gloriæ tuæ. negabunt te inimici tui, & tu eorum colla calcabis.

*Ad* Dan *ait,* Dan 46 *catulus leonis, deſilit à* Baſan. Et 47 *ad* Naphtali *dixit,* Naphtali 48 *ſatur eſt [diuino] beneplacito, atque plenus benedictione* Domini, Occidentem *& Meridiem occupabit.*

49 *Ad Aſer quoque ait, Aſer benedictus* 50 *ob filios, gratus fratribus* 51 *ſuis,* 52 *in oleo tinget pedem ſuum.* Ferrum *& æs* 53 *ſub calceamentis tuis,* 54 *& longæuus eris in ſenectute tua.* 55 Non *eſt [deus] vt* Deus *Iſraelis, qui cælos inequitat,* 56 *auxiliator tuus, & magnificẽtia eius æther eſt,* 57 *Qui iam olim habitatio* Dei *eſt, & inferne brachia in mundo [extendit.]* Et *expellet ante faciem tuam hoſtem, & dicet,* 58 Vaſtato. 59 Habitabit *itaque ſolus* Iſrael 60 *ſecurus,* 61 *oculus* Iacob 62 *ad terrã frumenti & vini: quin &* 63 *cæli eius ſtillabunt rorem.* Beatus *es tu ô Iſrael, quis tui ſimilis ô popule?* 64 *ſaluus in* Domino, *qui eſt clypeus auxilij tui, & gladius* 65 *gloriationis tuæ:* 66 *& mentientur tibi inimici tui, & tu calcabis in excelſis eorum.*

## SCHOLIA IN CAP. XXXIII.

1 Hæc autem eſt benedictio. Hoc caput continet in principio & fine benedictionem vniuerſalem totius populi: in medio benedictionem particularem, & commendationem beneficiorũ Dei quæ contulit in patriarchas. 2 Id eſt, vir propheta, ſpiritu prophetico præditus. 3 ſub mortem ſuam. Hoc eſt, paulo antè quàm moreretur. Dicunt Hebræi has benedictiones factas fuiſſe die mortis Moſis. Ex contextu tamen non liquet vtrum ipſo die quo mortuus eſt, benedixerit filijs Iſrael, an pridie ſui obitus, an pluribus ante diebus. 4 in Sinai venit, & ortus eſt in Seir. Id eſt, Dominus cœpit exerere vires ſuas, & oſtendere virtutem ſuam quando in Sinai dedit legem ſuam: & in monte Seir qui eſt in finibus Idumæorum, oſtendit claritatem ſuam vt ſol quando apparere ſolet mundo. Ex hoc monte alloquutus eſt Dominus Moyſen, quum illi præcepit vt ſerpentem æreum fabricaret. Num. 21. b. 5 .i. oſtendit gloriam ſuam in monte Pharan. Ex hoc monte alloquutꝰ eſt Dominus Moſen quum illi coturnices eſt pollicitus. Num. 11. g. 6 venit inquam cum myriadibus ſanctitatis, Id eſt, cum multis myriadibus ſanctorum angelorum. 7 (& in) dextera eius erat ignis legis illis. Hoc eſt, lex ignea quam daturus erat illis: quæ data fuit in fulgure cum ſignis mirabilibus: vt oſtẽderet eam terrere homines, non aliter quàm ignis cęleſtis. 8 Etiã diligit populos. Id eſt, veros Iſraelitas. 9 ſub. Domine. q. d. tutaris illos. 10 Ipſi adiunxerunt ſe pedibus tuis, & ſumpſerunt de verbis tuis. i. Ipſi quoque ſectati ſunt veſtigia tua, & memoriæ mandauerunt bonam partem verborum tuorum. 11 Vt eam ſcilicet cuſtodiremus. 12 hæreditatem, &c. Hoc per appoſitionem poſitum: Id eſt, quæ quaſi iure hæreditario tranſiret ad poſteros Iacob: quam ſeruaret ſibi ſynagoga tanquam ad ſe pertinentem iure hæreditario. 13 Fuit autem (ſub. Moyſes) in Iſraele (tanquam) rex, quando congregata ſunt, &c. (ſub. ad eum.) 14 & (non) ſit populis eius numerus. Hoc eſt, Ruben viuat in hoc mundo, & non moriatur morte æterna: ſintque nepotes eius innumeri. 15 vel, Sic autem benedixit Iudam: & dixit. ſiue, dicendo. 16 vel, Exaudi Domine deprecationem Iudæ, 17 .i. da illi partem Terræ ſanctæ quam daturus es illi. Aut reduc eum cum exierit in bellum. quaſi dicat, ſit victor. 18 ſufficient illi. q. d. non egebit humano auxilio, modo illi faueas. neminem timebit, modo illi auxilieris aduerſus hoſtes eius. 19 vel, de Leui. Aut, de tribu Leui ⁒ Perfectiones tuæ & doctrinæ tuæ fuerunt viro miſericordi tuo, (vel, ſancto tuo,) quem tentaſti in Maſſa, & permiſiſti vt contenderet, &c. Hoc eſt, Dediſti veſtem ſacerdotalem viro Aaroni, qui fuit ſanctus tuus, id eſt vir ſanctiſsimus: veſtem inquã in qua erant perfectiones tuæ & doctrinæ tuæ, id eſt Vrim & Thummim: Leuiti. 8. b. qui vir fuit ſanctiſsimus, præterquam quod lapſus eſt in loco qui dicitur Maſſa, qui propterea dictus eſt Aquæ-Meriba, id eſt Aquæ-contradictionis. Quaſi dicat, Tu dederas dignitatem ſacerdotalem homini Leuitici generis, Aaroni, qui erat alioqui vir ſanctiſsimus: præterquam quod peccauit in hoc, quod contendit apud Aquas-contradictionis. 20 Qui dixiſſet de patre ſuo & de matre ſua ſe non agnoſcere illos, & qui non agnouiſſet fratres ſuos, neque filios ſuos. hi cuſtodierunt &c. q. d. erat iudex æquiſsimus, non accipiebat perſonam litigãtis: etiã ſi pater & mater, fratres, aut filij eius contendiſſent, ipſo iudice, eos iudicaſſet, ſi iniuſta fuiſſet eorum cauſa. 21 Moſes ſcilicet & Aaron. 22 Ad totam tribum Leui refertur, verum rectius per præteritum vertes: vt de Moſe & Aarone intelligatur. Docuerunt iudicia tua ipſum Iacob, (.i. omnes Iſraelitas,) & legem tuam ipſum Iſraelem: poſuerunt ſuffitum in nare tuo, & holocauſtum in altari tuo. q. d. Moſes & Aaron obtulerunt coram te incenſum. 23 ſubſtantiæ eius. Scilicet tribus Leuitici generis. Hoc intelligitur de tota tribu. Quaſi dicat, Auge gratias tuas in ea tribu, & opus manuum eius accepta. 24 vel, gratum ſit & acceptum. 25 Vulnera in renibus aduerſarios eius, & oſores eius, ita vt poſtea inſurgere nequeant. 26 vel, Et de Beniamin ait. Subticetur benedictio Simeonitarum, quod fuerint idololatræ, quod perdiderint ducem: quod etiam benedictio Leuitarum videtur ad eos pertinere. etenim Iacob illis ſimul benedixit. 27 Charus Domino habitabit ſecurus iuxta illum: ſit integens eum tota die, & inter humeros eius habitet. q. d. Vtinam Dominus habitet in medio Beniamin, & protegat eum omni tempore: faciat præterea vt in medio tribus Beniamin ædificetur templum Domini: quod factum eſt. Eſt autem Hebraiſmus, inter humeros, pro, in medio. nam quod eſt inter humeros, eſt in medio. 28 vel, De Ioſeph. 29 Benedicta ſit (vel, erit) à Domino terra (vel, patria) eius, ob delicias cæli, ob rorem & ob abyſſum cubantem ſubter. Delicias cæli vocat rorem. q. d. Benedicta erit terra eius ob rorem delicatiſsimum quo ſuperne irrigabitur, tempore id exigente: item ob fontes è terra ſcaturientes & erumpentes. 30 Et propter delicias prouentuum ſolis, & ob delicias influentiæ lunæ. Id eſt, propter fructus optimos qui prouenire ſolent beneficio caloris ſolis: & ob fructus delicatiſſimos quorũ maturitatem iuuat luna quæ ſingulis menſibus oritur: nam luna humectat noctu fructus qui torrentur die à ſole. 31 ob delicias cacuminum montium antiquorum, & ob delicias collium æternorum, Et ob delicias terræ arabilis, plenitudinemque eius, id eſt ob fructũ prouenientem in cacuminibus montium & collium qui fuerunt ab initio mundi. More ſuo repetit eandem ſententiam alijs verbis, cũ dicit, Ob delicias collium æternorum: quum prius dixerit, Ob delicias cacuminum. &c. 32 item propter fauorem eius qui habitauit in rubo, veniat (ſubaudi, benedictio hæc) in caput Ioſeph, & in verticem ſeparati à fratribus ſuis. Hoc eſt, propter fauorem Dei altiſsimi qui apparuit Moſi in rubo, vtinam benedictio hæc veniat ſuper totam tribum Ioſeph, qui ſeparatus fuit à fratribus ſuis, quum ab eis venditus fuit Iſmahelitis, & abductus in Ægyptum. 33 Hebraiſmus, primogenitus bos eius decor erit ei, id eſt, Ephraim primogenitus ipſius Ioſeph, erit tam robuſtus quam bos, erit etiam illuſtriſsimus. 34 Per cornua intelligit fortitudinem, quaſi dicat, erit inſuperabilis. 35 inuadet. Hoc eſt, Ea fortitudine inuadet populos, & dilatabit imperium ſuum vſque ad finem terræ. 36 erũt enim decem millia Ephraim, & millia Manaſſe. Tribuuntur myriades ipſi Ephraim primogenito benedictione, & chiliades ipſi Manaſſe primogenito natura: quod Ephraim maior futurus erat fratre ſuo Manaſſe, & infinitis populis dominaturus. Lege Gen. 48. vbi de benedictione Ephraim & Manaſſe. 37 vel, cum egredieris. Subaudi, ad bellum. ſignificat eum futurum bellicoſum. q. d. promitto tibi victoriam quum ad bellum proficiſcẽris. 38. q. d. tu Iſſachar eris amator pacis & quietis. 39 Dei ſcilicet, id eſt, alias tribus inuitabunt vt eant ſecum ad montem Domini, vt eum adorent & colant. 40 .i. ſacrificia quæ ſecundum legem fieri debent. 41 quoniam affluentiam maris ſugent, & theſauri abditi in arena. Sub. erunt illis. Ac ſi dicat, erunt opulentiſsimi ratione maris, ita vt è terra effodiant theſauros abditos in arena. Vel, tantis opibus abundabunt, vt etiam in arena abdant opes ſuas. Sunt qui hoc referant ad fodinas, E terra arenoſa effodient aurum. 42 vel, de Gad. 43 vel, dilatare fecerit Gad. i. qui ceſſerit ipſi Gad: qui non reſtiterit ei. 44 ſimilis leoni habitabit: rapiet brachium & caput. Hoc eſt in terra ſua non erit aliter atque leo, quem reliqua animalia timent: erit omnibus

formidoloſus: præterea interficiet principes & reges qui ei reſiſtēt. 45 Et vidit primitias, quia illic erat portio legiſlatoris tecta: veniet autē, &c. Hoc eſt, Iam petiuit à me portionē & partem terræ quā habitaret, nempe terram Sehon regis Amorrhæorum, & Og regis Baſan, quæ citra Iordanem eſt ad Orientem Terræ ſanctæ: quod illic videret multas arces tectas materia pretioſa: erant enim illic palatia legiſlatoris, id eſt, principum. Per legiſlatorem intelligit principem: quod principis ſit condere leges. Non habitabit autem illic antè quàm veniat vnà cum principibus ad ſubiugandam terram quam Dominus eſt pollicitus fratribus eius Iſraelitis: vt faciat iuſtitiam & iudicium Dei cum ipſis, id eſt, vt quemadmodum illi præceperat Dominus vt faceret cum fratribus, faciat. Præceperat autē illi Dominus vt comitaretur fratres ſuos in Terram ſanctam, & iuuaret eos in debellandis Chananæis, quod ſe facturum receperat. Facere igitur iudicium & iuſtitiam Dei, eſt facere quod præcepit Deus, & vt Deo promiſimus nos facturos. 46 (ſicut) catulus leonis (qui) proſilit è Baſan. In Baſan erant fortiſsimi leones. Dicit autem Dan futurū fortiſsimum vt leones Baſan, & bellicoſiſsimū. 47 vel, de Nephtali. 48 Per vocatiuum verti debet, ſatur (vel plene) fauore, & replete benedictione Domini, id eſt, benedictione diuina. Fauorem, vocat Dei gratiam. 49 De Aſer. 50 (ſubaudi, eris vel es) ob nepotes. 51 Tranſitus à ſecunda perſona ad tertiam. 52 & tinget in oleo. Id eſt, abundabit oleo. erit oleum viliſsimum in patria eius, præ abundantia, ita vt etiam in eo lauet pedes. 53 calceamenta tua. Id eſt, calcatio tua. inſtrumētum pro actione, quaſi dicat, Quicquid calcaueris calceamentis tuis, erit ferrum & æs. Eſt autem Hebraiſmus, pro, In regione tua erunt metalla ferri & æris. 54 Hebraiſm9, & iuxta dies tuos erit fortitudo tua. Hebraica phraſis, pro, quā diu vixeris eris fortis, vires tuæ tandiu durabunt, quandiu viues. 55 Nullus eſt ſimilis Deo, ô recte. Rectus, cognomentum fuit Iacob. Hîc pro Iſraelitico populo accipitur. Incipit commendare Deum. 56 in auxilium tuum, & in magnificentia ſua nubes. ſubaudi, equitat, quaſi dicat, Non eſt deus ſimilis Deo tuo: nam Deus tuus habitat in cælo, vnde fert tibi opem. Nubes conſcendit, & illis inſidet, vt properet ad opem tibi ferendam. Maieſtatem ſuam oſtendendo inſidet nubibus, ſiue cælis. 57 (Vt) habitaculum eſt Deus æternus; & ſubter, brachia ſempiterna, id eſt, infatigabilia, quaſi dicat, Deus æternus protegit populum ſuum, velut tugurium defendit habitatores ſuos ab iniuria cæli: ſub populo Iſraelitico ſunt brachia infatigabilia. A vertice ad calcem diligenter cuſtodit totum Iſraelem Dominus. 58 Dele (illum) id eſt, permittet vt deleas illum. 59 Hoc eſt, Non admiſcebitur alijs gentibus. 60 id eſt, neminem timebit. 61 fons Iacob. Per appoſitionem vocat Iſraelem, fontem Iacob, & progeniem, quaſi dicat, populus Iſraeliticus qui eſt velut riuus deductus à Iacob qui eſt fons. 62 in terra. 63 id eſt, de cælo cadent imbres in terram illam, vt fœcundent eam. 64 ſeruate. vel, qui ſeruatis in Domino, id eſt, ope diuina. 65 vel, excellentiæ tuæ, id eſt, clypeus eſt vnde prouenit tibi auxilium, & gladius quo paratur tibi gloria, maieſtas & ſplendor. 66 propterea ſubijcientur inimici tui tibi, tu autem ſuper excelſa eorum ambulabis. Per excelſa intelligit principes, quaſi dicat, Tu calcabis ceruicem regum inimicorum tuorum.

## CAP. XXXIIII.

*A 1 Scendit itaque Moſes ex campis planis Moab in montem 2 Nebo, in verticem collis [ipſius] qui eſt è regione* Iericho, *oſtenditque illi Dominus vniuerſam terram, 3 Gilead vſque* Dan, *Et omnem* Naphtali, *& terram* Ephraim *atque* Manaſſe, *& omnem terram* Iuda *vſq; ad 4 mare nouiſſimum.* Meridiem *denique, & campeſtrem 5 planitiem* Iericho, *quæ eſt ciuitas palmarum, vſque* Zoar. *Et ait Dominus ad eum,* Hæc *eſt terra quam iuraui* Abrahamo, Iſaac *&* Iacob, *& dixi, 6 Semini tuo dabo eam, 7 oſtendi tibi eam vt oculis tuis videres, illuc verò non introires. Mortuus igitur eſt* Moſes *ſeruus* Domini *8 in terra* Moab *9 iuxta os* Domini. *Et 10 ſepeliuit eum in valle, in terra* Moab *contra 11 domum* Peor, *& nullus hominum cognouit 12 ſepulchrum eius in hunc vſque diem.* Erat *autem* Moſes *natus centum & viginti annos quum moreretur: oculi eius non caligarant, 13 maxillæ eius nihil defecerant. Defleuerunt itaque filij* Iſrael Moſen *in planitie campeſtri* Moab *triginta diebus: & completi ſunt dies fletus & luctus* Moſis. Iehoſua *verò filius* Nun *repletus eſt ſpiritu ſapientiæ, eo quòd 14 poſuerit* Moſes *manus ſuas ſuper eum, obedieruntque filij* Iſrael *ei, & 15 fecerunt ſicut præceperat* Dominus Moſi. *Et 16 non ſurrexit propheta amplius in* Iſrael *ſicut* Moſes, *17 quem noſſet* Dominus *facie ad faciem,* Secundum *omnia ſigna & prodigia, propter quæ miſerat eum* Dominus, *vt faceret in terra* AEgypti, *coram* Pharaone *& omnibus ſeruis eius, atque coram vniuerſa terra eius, 18* Et *ſecundum cunctam manum robuſtam, & omnem terrorem magnum quem fecit* Moſes *in oculis totius* Iſraelis.

1 ASCendit ergo Moyſes de campeſtribus Moab
ſuper montem Nebo, in verticem Phaſga
contra Iericho: oſtenditque ei Dominus om-
2 nem Terram-Galaad vſque Dan, ♀ Et vniuerſum
Nephthali, Terramque Ephraim & Manaſſe, & om-
3 nem Terram * ♀ vſque ad mare nouiſsimum, & Au-
ſtralem partem, & latitudinem campi Iericho ciuita-
4 tis palmarum, vſque Segor. ♀ Dixitque Dominus ad
eum, Hæc eſt terra, pro qua iuraui Abraham, Iſaac, &
Iacob, dicens, Semini tuo dabo eam. vidiſti eam ocu-
5 lis tuis, & non tranſibis ad illam. ♀ Mortuuſque
eſt ibi Moyſes ſeruus Domini, in Terra Moab, iu-
6 bente Domino. ♀ Et ſepeliuit eum in valle Terræ-
Moab contra Phogor: & non cognouit homo ſepul-
7 chrum eius vſque in præſentem diem. ♀ Moyſes cen-
tum & viginti annorum erat quando mortuus eſt: non
8 caligauit oculus eius, nec dentes illius moti ſunt. ♀ Fleue-
runtque eum filij Iſrael in campeſtribus Moab triginta
diebus: & completi ſunt dies planctus lugentium Moy-
9 ſen. ♀ Ioſue verò filius Nun repletus eſt Spiritu ſapien-
tiæ, quia Moyſes poſuit ſuper eum manus ſuas: & obe-
dierunt ei filij Iſrael, feceruntque ſicut præcepit Domi-
10 nus Moyſi. ♀ Et non ſurrexit vltra propheta in Iſrael ſicut
11 Moyſes, quem noſſet Dominus facie ad faciem, ♀ In
omnibus ſignis atq; portētis, quæ miſit per eū, vt faceret
in Terra-AEgypti Pharaoni, & omnibus ſeruis eius, vni-
12 uerſæq; terræ illius, ♀ Et cunctam manum robuſtā, ma-
gnaque mirabilia, quæ fecit Moyſes corā vniuerſo Iſrael.

Moyſes mõte cõſcenſo conſyderat terrā promiſſam.

2. Mach. 2. a.

Sup. 3. d.

*Iuda

Gen. 12. b. 15. d. B

Moritur Moyſes & ſepelitur à Domino.

Iudæ. c. 9.

C

Fletur Moyſes ab Iſraelitis. Ioſue ſubſtituitur.

D

## SCHOLIA IN CAP. XXXIIII.

1 vel, Aſcendit ergo. Dicunt Hebræi, hoc caput ſcriptum fuiſſe à Ioſue, ſpiritu prophetico. 2 Nebo eſt pars montis Abarim: eius vertex dicitur Phaſga, qua parte reſpicit Iericho: qua autem parte reſpicit Moabitidem regionem, dicitur Gai, id eſt vallis. 3 Subaudienda eſt præpoſitio, à Galaad vſque Dan. 4 id eſt, mare Occidentale & Mediterraneum, quod in parte Occidentali erat reſpectu Terræ ſanctæ. 5 planitiem vallis Iericho, vrbis palmarum. Subaudiendæ ſunt dictiones aliquot, hoc modo, planitiem vallis in qua ſita eſt Iericho vrbs quæ abundat palmis. 6 id eſt, Ne- pot[i]bus tuis. 7 Hebraiſmus, feci vt oculis tuis videres illam. 8 Sic dicit, quod vertex montis erat in terra Moab. 9 vel, ad verbū Domini. Vel, de ſententia Domini. Dixerat enim Dominus, Aſcēde in montem, & morieris. 10 Aut actiuum pro paſsiuo hîc poſitum eſt, Sepultus eſt. aut ſubaudiendum (Deus,) vel (angelus Dei.) In Gai ſepultus fuit, id eſt in valle quæ erat in vertice montis Nebo, qua parte reſpicit terram Moab, non Terram ſanctam, è regione phani Phogor idoli Moabitarum. Quidam Hebræorum dicit, ſepeliuit ſemetipſum, id eſt, ingreſſus eſt ſpeluncam quæ fuit illi loco ſepulchri, quum ſe prius compoſuiſſet. 11 phanum. vel, ędes. 12 vel, locum ſepulturæ. 13 nec emarcuerat viror eius. Quaſi dicat, ſenectus nullum incommodum ei attulit: valebat adhuc acie oculorum, & facies ei fuit ſemper ſucculenta. Solet enim ſenectus eſſe ſicca. 14 poſuerat. Per impoſitionem manuum Moſis Ioſue acceperat Spiritum ſanctum. 15 id eſt, paruerunt ipſi Ioſue tanquam principi & ſubſtituto à Moſe de mandato Domini. 16 Hoc eſt, non natus eſt.

17 quę



17 qui cognouerat Dominum facie ad faciem, In omnibus ſignis & prodigijs, ad quæ miſerat eum Dominus, facienda in terra, &c. Vel, Propter omnia ſigna & prodigia, propter quæ facienda miſerat eum Dominus in terram AEgypti. Noſſe Dominum facie ad faciem, eſt de facie eum noſſe, & cum eo conſuetudinem habere. Ante hæc verba, In omnibus ſignis: ſubaudienda ſunt præcedentia; Non ſurrexit inquam vllus propheta ſimilis Moſi in omnibus ſignis, &c. 18 (ſubaudi, quem inquam cognouit) Et propter omnem manum fortem, & propter omnem terrorem magnum, quæ (ſubaudi, omnia) fecit Moſes, &c. Manum fortem dicit ob ea quæ facta ſunt in Mari-rubro. Terrorem autem, propter legem quam Dominus dedit in monte Sinai.

# Liber Ioſue, Hebraice Iehoſua.

## CAP. I.

Dominus inflāmat Ioſue ad inuadendam Terrā promiſſam.

ET factum eſt poſt mortem Moyſi ſer- 1
ui Domini, vt loqueretur Dominus ad
Ioſue filium Nun, miniſtrum Moyſi, &
diceret ei, ♀ Moyſes ſeruus meus mor 2
tuus eſt: ſurge & tranſi Iordanem iſtū
tu & omnis populus tecum, in Terram
quam ego dabo filijs Iſrael, ♀ Omnem locum quem cal- 3
cauerit veſtigium pedis veſtri, vobis tradam, ſicut locu-
tus ſum Moyſi. ♀ A deſerto & Libano vſque ad fluuiū 4
magnum Euphratē, omnis Terra Hethæorum vſque ad
mare magnum contra ſolis occaſum erit terminus veſter.
♀ Nullus poterit vobis reſiſtere cunctis diebus vitæ tuæ: 5
ſicut fui cum Moyſe, ita ero tecum: non dimittam nec
derelinquam te. ♀ Confortare & eſto robuſtus: tu enim 6
ſorte diuides populo huic Terrā pro qua iuraui patri-
bus " tuis vt traderem eam illis. ♀ Confortare igitur, & 7
eſto robuſtus valde: vt cuſtodias, & facias omnem le-
gem quam præcepit tibi Moyſes ſeruus meus: ne declines
ab ea ad dexteram vel ad ſiniſtram, vt intelligas cuncta
quæ agis. ♀ Non recedat volumen legis huius ab ore 8
tuo: ſed meditaberis in eo diebus ac noctibus, vt cuſto-
dias, & facias omnia quæ ſcripta ſunt in eo: tunc diriges
viam tuam, & intelliges eam. ♀ Ecce præcipio tibi, cō- 9
fortare, & eſto robuſtus: noli metuere, & noli timere:
quoniam tecum eſt Dominus Deus tuus in omnibus ad
quæcunque perrexeris. ♀ Præcepitque Ioſue principi- 10
bus populi, dicens, Tranſite per medium caſtrorum, &
imperate populo, ac dicite, ♀ Præparate vobis cibaria: 11
quoniam poſt diem tertium tranſibitis Iordanem, & in-
trabitis ad poſsidendam Terram quam Dominus Deus
veſter daturus eſt vobis. ♀ Rubenitis quoque, & Ga- 12
ditis, & dimidiæ tribui Manaſſe ait, ♀ Mementote ſer- 13
monis quem præcepit vobis Moyſes famulus Domini,
dicens, Dominus Deus veſter dedit vobis requiem, &
omnem Terram. ♀ Vxores veſtræ, & filij, ac iu- 14
menta manebunt in Terra quam tradidit vobis Moyſes
trans Iordanem: vos autem tranſite armati ante fratres
veſtros, omnes fortes manu, & pugnate pro eis, ♀ Do- 15
nec det Dominus requiem fratribus veſtris ſicut & vobis
dedit, & poſsideāt ipſi quoque Terram quam Dominus
Deus veſter daturus eſt eis: & ſic " reuertimini in Ter-
ram poſſeſsionis veſtræ, & habitabitis in ea quam vobis
dedit Moyſes famulus Domini trans Iordanem contra
ſolis ortum. ♀ Reſponderuntque ad Ioſue, atque di- 16
xerunt, Omnia quæ præcepiſti nobis, faciemus: & quo-
cunque miſeris, ibimus. ♀ Sicut obediuimus in cunctis 17
Moyſi, ita obediemus & tibi: tantum ſit Dominus Deus
tuus tecum, ſicut fuit cum Moyſe. ♀ Qui contradixerit 18
ori tuo, & non obedierit cunctis ſermonibus quos præ-
ceperis ei, moriatur. tu tantum confortare, & viriliter
age.

Termini Terræ promiſsionis. Deut. 11. e.

Heb. 13. a.

B

" ſuis

Præcipit continuam lectionē Deuteronomij.

C

Iubet Ioſue cibaria præparari.

Tribum Ruben, Gad, & dimidiā Manaſſe hortatur ad auxilium fratrum. Num. 32. d.

D

" reuertemini

## CAP. I.

*1 Actum verò eſt poſt mortem* Moſis *ſerui* Domini, *vt loqueretur* Dominus *ad* Iehoſuā *filium* Nun *miniſtrū* Moſis *in hāc ſententiam,* Moſes *ſeruus meus mortuus eſt: ſurge itaque, & traijce* Iordanem *iſtum, tu & omnis populus iſte, in terram quam ego do eis, nempe filijs* Iſrael. *Omnem locum quem calcauerit planta pedis veſtri, tradidi vobis, quemadmodum loquutus ſum ad* Moſen, *2 A deſerto &* Libano *3 iſto, vſque ad fluuium magnum, fluuium inquā* Euphraten: *omnis terra 4* Hithæorum *vſque ad mare magnum cōtra occaſum ſolis erit limes veſter. 5* Non *ſe ſtatuet quiſquam contra faciem tuam cunctis diebus vitæ tuæ: quēadmodum fui cum* Moſe, *[ſic] ero tecum, 6 non faciam te remiſſum, neque deſeram te. Sis igitur fortis & robuſtus: tu enim diuides in hæreditatem populo huic terram quam iuraui patribus eorū, 7 vt darem [eam] illis, 8* Modo *tu ſis fortis & admodum robuſtus, vt cuſtodias & agas ſecundum vniuerſam legem quam præcepit tibi* Moſes *ſeruus meus. ne recedas 9 ab ea neque ad dexteram, neque ad ſiniſtram, vt 11 prudenter agas 12 in omnibus in quibus incedis.* Non recedet *liber legis huius ab ore tuo, ſed meditaberis in eo die noctuque, vt cuſtodias & agas iuxta omne illud quod ſcriptum eſt in eo: tunc enim proſperum reddes iter tuum, tunc 13 prudēter ages. 14* Annon *præcepi tibi, Sis fortis & robuſtus, ne formides, neve animo frangaris? quoniam ego* Dominus Deus *tuus adſum tibi in omnibus ad quæ tu proficiſceris.* Præcepit *igitur* Iehoſua *præfectis populi, dicens,* Tranſite *per media caſtra, & præcipite populo in hanc ſententiam,* Parate *vobis viaticum: adhuc enim 15 intra tres dies traijcietis* Iordanem *hunc, 16 vt veniatis in terram, eamque occupetis, quam* Dominus Deus *veſter daturus eſt vobis vt poſsideatis eam.* Ad Rubenitas *quoque &* Gaditas, *atque ad dimidiam tribum* Manaſſe *loquutus eſt* Iehoſua, *dicens, 17* Meminiſſe *[oportet] verbi quod præcepit vobis* Moſes *ſeruus* Domini *hiſce verbis,* Dominus Deus *veſter quietem dedit vobis, deditque vobis terram hanc,* Vxores *veſtræ, pubes veſtra, & pecora veſtra manebunt in terra quam dedit vobis* Moſes *cis* Iordanem: *vos autem 18 quicunque viri ſunt fortes, tranſibitis 19 in primipilari ordine ante fratres veſtros, auxiliumque illis feretis,* Donec Dominus *20 requiem dederit fratribus veſtris ſicut vobis, & poſsideant quoque ipſi terram quam* Dominus Deus *veſter dat eis, & tunc redibitis ad terram hæreditatis veſtræ, poſsidebitiſque eam, quam dedit vobis* Moſes *ſeruus* Domini *cis* Iordanem *ad ſolem orientem.* Et *reſponderunt ipſi* Iehoſuæ *dicentes,* Omnia *quæ præcepiſti nobis faciemus, & ad omnia ad quæ miſeris nos ibimus:* Sicut *obediuimus in omnibus* Moſi, *ſic quoque obediemus tibi, 21 modo ſit* Dominus Deus *tuus tecum ſicut fuit cum* Moſe. Quicunque *rebellis fuerit ori tuo, & verbis tuis non obedierit in omnibus quæ ei mādaueris, 22 interficiatur, 23 modo age fortiter & ſtrenue.*

## SCHOLIA IN CAP. I.

1 Pendet principium huius libri à fine Deuteronomij: quòd Ioſue qui hunc librum ſcripſit, ſcripſerit quoque finem Deuteronomij, ab eo ſcilicet loco vbi ſcriptura commemorat mortuum Moſen. Et hinc eſt quod hic liber incipit à coniunctione copulatiua. Ingreſſus filiorum Iſrael in Terram ſanctam hic deſcribitur quæ cælum adumbrat. Fides promiſſorum Chriſti oſtēditur. Ioſue Chriſtum adūbrat qui fuit tribus Ioſeph. Chaldæus paraphraſtes, Poſteaquam mortuus eſt Moſes, &c. 2 ſubaudi, Dabo regionem quæ eſt à deſerto. &c. 3 id eſt, quem conſpicitis, aut inclyto. 4 Ex ſeptem populis ponitur vnicus Hethæorum, quod in enumeratione eorū ſeptem populorum hic ſit primus, & quod in Occidente habitarent Hethæi. 5. i. Nemo tibi reſiſtet. 6 Non dimittā te. Eſſe cum aliquo, eſt illi adeſſe, hoc eſt fauere. Chaldæus paraphraſtes, adiuuabo. 7 me daturū. 8 Tantūmodo eſto forti animo. 9 vel, ab eo. ſub. Moſe. ſiue libro legis. 11 fœlix ſis. Vox Hebræa SACHAL, ꝓprie ſignificat ītelligere. at q ſapiūt, aſſequunt vota, ob id ꝓſperari ſignificat.



Qui

Qui prudentes ſunt, fœliciter res ſuas adminiſtrant, atque hoc pacto voti compotes euadunt. 12 in omni (loco) ad quem perrexeris. 13 fœlix eris. 14 Vox Hebræa H A L O, adhortantis potius quàm interrogantis. 15 vel, poſt triduum tranſituri eſtis, id eſt, parati eritis tranſire, non comprehenſo ſcilicet die promulgationis.

16 vt intretis ad poſsidendam terram. 17 Mementote eius rei quã. 18 omnes potentes virtute, id eſt, quotquot viribus valent. 19 armati. 20 vel, ſedes quietas. 21 Hebraiſmus, tantum. 22 vel, adiudicabitur morti. ſubaudi, à iudicibus. 23 Hebraiſmus, tantum corroborare & viriliter age, id eſt, eſto forti ac robuſto ſiue infracto animo.

## CAP. II.

M 1 Iſit itaque Iehoſua filius Nun de 2 Sittim duos viros, 3 qui arte quadam & occulte explorarent, hiſce mandatis, Ite & perſpicite terram 4 atque Iericho. Qui abeuntes diuerterunt in domum cuiuſdam mulieris 5 quæ erat caupona meritoria, cui nomen fuit Rahab, & 6 quieuerunt illic. Annunciatum eſt autem regi Iericho hiſce verbis, En venerunt huc viri iſta nocte de filijs Iſrael, vt terram explorent. Miſit itaque rex Iericho ad Rahab huiuſmodi mandatis, Profer viros qui 7 tecum diuerterunt, quique ingreſsi ſunt domum tuam: venerunt enim vt vniuerſam terram explorent. (8 Tollens autem mulier duos viros, abſcondit eos) dixitque, Sic eſt, venerunt quidem viri ad me, 9 ſed ignoraui vndenam eſſent: 10 Quumque iam tenebreſceret, claudendaque iam eſſet porta, egreſsi ſunt viri, nec ſcio quò abierint viri illi, inſequimini eos feſtinanter, apprehendetis nimirum eos. At ipſa 11 duxit eos ſurſum ſuper tectum, 12 abſconditque eos 13 ſub cauliculis lini quis ſtructi erant 14 ei ſub tecto. Ciues verò inſequuti ſunt eos per viam Iordanis ad vada vſque. porta autem clauſa eſt 15 poſtea quam egreſsi ſunt qui eos inſequebantur. Porrò antequam 16 quieti ſe dediſſent viri illi, [mulier] aſcendit ad eos ſupra tectum, Dixitque ad viros, Noui quòd Dominus tradiderit vobis hanc terram: 17 irruit enim terror veſter ſuper nos, omneſque terræ huius habitatores 18 conſternati ſunt metu veſtri. Siquidem audiuimus qualiter exiccauerit Dominus aquas maris carectoſi ante vos quum exiretis ex AEgypto, & quæ feceritis duobus regibus Amorrhæorum, qui vltra Iordanem fuerunt, nempe ipſi Sihon & Og, quos omnino excidiſtis: Quo audito 19 liquefactum eſt cor noſtrum, neque 20 perſtat amplius ſpiritus in quoquam metu veſtri, quoniam Dominus Deus veſter ipſe eſt Deus in cælis ſuperne, & ſubtus in terra. Nunc igitur iurate mihi quæſo per Dominum, quandoquidem ego 21 in vos benigna fui, vos quoque beneficium ſitis præſtituri domui patris mei, [huiuſque rei] detis mihi 22 ſymbolum haud fallax: 23 conſeruate in vita patrem meum & matrem meam, fratres meos & ſorores meas, & quidquid illi habent, 24 eripite animas noſtras à morte. Viri verò illi reſponderunt ei, 25 Animas noſtras pro vobis morti [deuouemus] præſtituros nos & 26 beneficium & 27 fidem tibi, quum Dominus tradiderit nobis terram iſtam, 28 modo ne prodatis 29 negotium noſtrum. Demiſit itaque eos fune per feneſtram, quandoquidem domus eius erat 30 iuxta mœnia [vrbis] habitabat enim ipſa propter murum. Dixit autem ad eos, Ite montẽ verſus, ne forte obuiam vobis fiant qui vos ſunt inſequuti: ibiq; abſconſi latitate tres dies, donec perſequutores redierint, tum demum perſequemini iter veſtrum. Viri verò illi dixerunt ad eam, Nos 31 fidem noſtram liberabimus ab hoc iuramento quo nos adegiſti, Si ingreſsis nobis in regionem, coccinum iſtum funem ligaueris in feneſtra per quam nos 32 demittis, inque domum tuam congregaueris ad te patrem tuum, matrem tuam, & fratres tuos, quin & totam familiam patris tui. Quicunque egreſſus fuerit foras extra oſtia domus tuæ, 33 huius ſanguis ſit ſuper caput eius, & nos 34 innoxij erimus: quicunque verò tecum fuerit in domo, 35 ſi huic vis inferatur, ſanguis eius ſit ſuper caput noſtrum. Quòd 36 ſi hoc negotium noſtrum prodis, liberati erimus ab hoc iuramento tuo, 37 quo nos adegeſti. Et reſpondit, Quemadmodum loquuti eſtis, ſic fiat. Et dimiſit eos, abieruntque, ipſa verò ligauit funem coccinum in feneſtra. Abeuntes autem peruenerunt in montem, ibique delituerunt tres dies, donec rediſſent perſequutores. quæſierant autem eos perſequutores per omnem viam, nec inuenerant.

## CAP. II.

1 MIſit igitur Ioſûe filius Nun de Setim duos vi- Ioſûe mittit exploratores in Iericho.
ros exploratores in abſcondito: & dixit eis, Ite,
& conſyderate Terram, vrbemque Iericho. Iac. 2. d. heb. 11. f
Qui pergentes ingreſsi ſunt domum mulieris meretri-
2 cis, nomine Rahab, & quieuerunt apud eam. ¶ Nun-
tiatumque eſt regi Iericho, & dictum, Ecce viri ingreſ-
ſi ſunt huc per noctem de filijs Iſrael, vt explorarent
3 Terram. ¶ Miſitque rex Iericho ad Rahab meretri-
cem, dicens, Educ viros qui venerunt ad te, & ingreſsi
ſunt domum tuam: exploratores quippe ſunt, & om-
4 nem Terram conſyderare venerunt. ¶ Tollenſque mu- Abſconduntur à Rahab.
lier viros, abſcondit, & ait, Fateor venerunt ad me, ſed
5 neſciebam vnde eſſent. ¶ Cumque porta clauderetur
in tenebris, & illi pariter exierunt, neſcio quò abierunt:
6 perſequimini cito, & comprehendetis eos. ¶ Ipſa au-
tem fecit aſcendere viros in ſolarium domus ſuæ, ope-
7 ruitque eos ſtipula lini, quæ ibi erat. ¶ Hi autem qui B
miſsi fuerant, ſecuti ſunt eos per viam quæ ducit ad [a] vada
[a] vadum Iordanis: illiſque egreſsis ſtatim porta clauſa
8 eſt. ¶ Necdum obdormierant qui latebant, & ecce mu- Rahab agnoſcit Deum Iſrael eſſe ſummũ Deũ.
9 lier aſcendit ad eos, Et ait, ¶ Noui quòd Dominus tra-
diderit vobis Terram: etenim irruit in nos terror veſter,
10 & elanguerunt omnes habitatores Terræ. ¶ Audiui-
mus quòd ſiccauerit Dominus aquas Maris-rubri ad ve-
ſtrum introitum, quando egreſsi eſtis ex AEgypto: & Num. 21. a
quæ feceritis duobus Amorrhæorum regibus qui erant
11 trans Iordanem, Sehon & Og, quos interfeciſtis. ¶ Et
hæc audientes pertimuimus, & elanguit cor noſtrum,
nec remanſit in nobis ſpiritus ad introitum veſtrum: Do-
minus enim Deus veſter ipſe eſt Deus in cælo ſurſum, &
12 in terra deorſum. ¶ Nunc ergo iurate mihi per Domi- Petit Rahab, ſui & ſuorũ rationẽ haberi, expugnata Iericho.
num, vt quomodo ego miſericordiam feci vobiſcum,
ita & vos faciatis cum domo patris mei: detiſque mihi
13 verum ſignum, ¶ [b] vt ſaluetis patrem meum & matrem, C [b] &
fratres ac ſorores meas, & omnia quæ illorum ſunt, &
14 eruatis animas noſtras à morte. ¶ Qui reſponderunt
ei, Anima noſtra ſit pro vobis in mortem: ſi tamen
non prodideris nos. cumque tradiderit nobis Dominus
Terram, faciemus in te miſericordiam & veritatem.
15 ¶ Demiſit ergo eos per funem de feneſtra: domus
16 enim eius hærebat muro. ¶ Dixitque ad eos, Ad
montana conſcendite, ne fortè occurrant vobis reuer-
tentes: ibique latitate tribus diebus donec redeant, &
17 ſic ibitis per viam veſtram. ¶ Qui dixerunt ad eam,
Innoxij erimus à iuramento hoc quo adiuraſti nos,
18 ¶ Si ingredientibus nobis Terram, ſignum fuerit funi-
culus iſte coccineus, & ligaueris eum in feneſtra, per
quam demiſiſti nos: & patrem tuum ac matrem, fra-
treſque, & omnem cognationem tuam congregaue-
19 ris in domum tuam. ¶ Qui oſtium domus tuæ egreſ- D
ſus fuerit, [c] reus ſibi erit, ſanguis ipſius erit in caput
eius, & nos erimus [d] alieni. cunctorum autem ſan- [d] innoxij
guis qui tecum in domo fuerint, redundabit in caput
20 noſtrum, ſi eos aliquis tetigerit. ¶ Quòd ſi nos pro-
dere volueris, & ſermonem iſtum proferre in me-
dium, erimus mundi ab hoc iuramento quo adiuraſti
21 nos. ¶ Et illa reſpondit, Sicut locuti eſtis, ita fiat.
Dimittenſque eos vt pergerent, appendit funicu- Reuertuntur exploratores.
22 lum coccineum in feneſtra. ¶ Illi verò ambulantes
peruenerunt ad montana, & manſerunt ibi tres dies,
donec reuerterentur qui fuerant perſecuti: quæren-
tes enim per omnem viam, non repererunt eos.
Quibus



¶ Quibus vrbem ingreſsis, reuerſi ſunt, & deſcenderunt 23
exploratores de monte: & tranſmiſſo Iordane venerunt
ad Ioſue filium Nun, narraueruntque ei omnia quę acci-
derant ſibi, ¶ Atque dixerunt, Tradidit Dominus om- 24
nem Terram hanc in manus noſtras, & timore proſtrati
ſunt cuncti habitatores eius.

Conuerſi ergo duo illi viri, deſcenderunt de monte, trajcienteſque venerunt ad Iehoſuam filium Nun, & narrauerunt ei omnia 38 quæ eis acciderant. Dixerunt autem ad Iehoſuam, Dominus tradidit vniuerſam hanc terram in manum noſtram, 39 metu noſtri omnes habitatores terræ iſtius diffluxerunt.

## SCHOLIA IN CAP. II.

1 Miſerat autem. 2 Nomen loci in campeſtribus Moab non longe à Iordane. 3 Hebraiſmus exploratores clàm. Chaldæus paraphraſtes, in ſecreto. Alij vertunt, qui explorarent tecte. Alij, qui explorarent cogitationem populi, id eſt, quo animo eſſent. Vox enim Hebræa ſignificat & cogitare. 4 vel, præſertim Iericho. 5 cauponariæ. ſiue, hoſpitæ. In hac ſignificatione Vox Hebræa Z O N A, à Z V N, id eſt frumento ſiue ſpecie frumenti, aut eſca: quòd hoſpita eſcas præparet & vendat. Chaldęus paraphraſtes ſic exponit. Poteſt & Z O N A, à Z A N A deduci, quod fornicari ſignificat: tunc meretricem ſignificabit. 6 vel, iacuerunt. ſiue, dormierunt. 7 ad te. 8 Acceperat autem mulier duos viros illos, & abdiderat vnunquenque eorum. Nam ſeorſum eos abdiderat. Per parentheſin hæc legenda. 9 Nec tamen ſciebam. 10 Hebraiſmus, Et fuit porta ad claudendum in tenebris. vel, Quum iam nox eſſet atra. id eſt, Cum autem eſſet claudenda porta. ſubaudi, vrbis, vel domus Rahab, quod nox eſſet atra. 11 aſcendere fecerat eos. 12 abdideratque. 13 Hebraiſmus, in linis ſtipulæ. Inuerſæ dictiones, pro, in ſtipula lini, id eſt, in culmis, ſiue ſtipulis lineis. 14 à ſe in ſolario. ſiue tecto. 15 vel, paulo pòſt quàm. 16 vel, cœpiſſent dormire. 17 Hebraiſmus, & quod ceciderit, &c. id eſt, territi ſumus propter vos. 18 vel, diſſoluti, id eſt, præ timore ſunt animo remiſſo. 19 vel, diſſolutum. 20 remanſit. 21 Hebraiſmus, feci vobiſcum miſericordiam, id eſt, prior contuli in vos beneficium. 22 vel, ſignum verum. 23 & vita donabitis. 24 & eripietis. 25 Hebraiſmus, Anima noſtra pro vobis ad moriendum, & faciemus, &c. id eſt, ſeruabimus vos, etiamſi nobis ſit moriendum, faciemuſque vobiſcum miſericordiam, &c. 26 miſericordiam. Præſtat miſericordiam qui prior confert beneficium. 27 veritatem. Præſtat veritatem, qui beneficium refert. 28 ea lege ſi non. 29 vel, hos ſermones noſtros. quibus ſcilicet pollicemur nos ſeruaturos te & domum patris tui. 30 Hebraiſmus, in pariete muri, & in muro ipſa habitabat, id eſt, domus eius hærebat vrbis muro, & in ea parte domus habitabat quæ proxima erat muro vrbis. 31 Hebraice legitur quaſi dicas Latine, deobligati erimus à iureiurando iſto tuo quo adiuraſti nos. 32 demiſiſti. 33 id eſt, erit cauſa ſuæ mortis. 34 vel, inſontes. 35 Hebraiſmus, ſi manus fuerit in eum, id eſt, ſiquis eum læſerit. 36 i. ſi leges iſtas reuelaueris. 37 quo nos adiuraſti. 38 Hebraiſmus, quæ inuenerant ipſos. 39 Heb. & etiam à facie noſtra conſternati (vel, proſtrati) ſunt omnes habitatores terræ.

## CAP. III.

Venit Ioſûe cũ populo ad Iordanem. IGitur Ioſue de nocte conſurgens mouit caſtra: egre- 1
dienteſque de Setim, venerunt ad Iordanem ipſe, &
omnes filij Iſrael, & morati ſunt ibi per tres dies.
Arcam portantes Leuitæ præcedẽtes populum. ¶ Quibus euolutis tranſierunt præcones per caſtrorum 2
medium, ¶ & clamare cœperunt, Quando videritis ar- 3
cam fœderis Domini Dei veſtri, & ſacerdotes ſtirpis Le-
uiticæ portantes eam, vos quoque conſurgite, & ſequimi-
ni præcedentes: ¶ Sitque inter vos & arcam ſpatium cu- 4
bitorum duûm millium: vt procul magis videre poſsitis,
& noſſe per quam viam ingrediamini: quia prius non am
bulaſtis per eam. & cauete ne appropinquetis ad arcam.
B ¶ Dixitque Ioſue ad populum, Sanctificamini: cras 5
enim faciet Dominus inter vos mirabilia. ¶ Et ait ad 6
ſacerdotes, Tollite arcam fœderis, & præcedite popu-
lum. Qui iuſſa complentes, tulerunt, & ambulauerunt
Miraculis oſtendit Deus ſe eſſe cum Ioſûe, & deducere populũ. ante eos. ¶ Dixitque Dominus ad Ioſue, Hodie inci- 7
piam exaltare te coram omni Iſrael: vt ſciant quòd ſi-
cut cum Moyſe fui, ita & tecum ſim. ¶ Tu autem præ- 8
cipe ſacerdotibus qui portant arcam fœderis, & dic eis,
Cum ingreſsi fueritis partem aquæ Iordanis, ſtate in ea.
¶ Dixitque Ioſue ad filios Iſrael, Accedite huc, & au- 9
dite verbum Domini Dei veſtri. ¶ Et rurſum, In hoc, 10
inquit, ſcietis quòd Dominus Deus viuens in medio ve-
C ſtri eſt, & diſperdet in conſpectu veſtro Chananæum &
Hethæum, Heuæum & Pherezæum, Gergeſæum quo-
que & Iebuſæum, & Amorrhæum. ¶ Ecce, arca fœde- 11
ris Domini omnis terræ antecedet vos per Iordanem.
¶ Parate duodecim viros de duodecim tribubus Iſrael, 12
ſingulos per ſingulas tribus. ¶ Et cum poſuerint veſti- 13
gia pedum ſuorum ſacerdotes qui portant arcam fœ-
deris Domini Dei vniuerſæ terræ in aquis Iordanis,
aquæ quæ inferiores ſunt, decurrent atque deficient:
Pſal. 113. a. quæ autem deſuper veniunt, in vna mole conſiſtent.
Trãſit populus Iordanem. ¶ Igitur egreſſus eſt populus de tabernaculis ſuis, vt 14
tranſiret Iordanem: & ſacerdotes qui portabant ar-
Act. 7. f. D cam fœderis pergebant ante eum. ¶ Ingreſsiſque eis 15
Eccl. 24. c. Iordanem, & pedibus eorum in parte aquę tinctis (Ior-
danis autem, ripas aluei ſui tempore meſsis impleuerat)

S 1 Vrgente vero diluculo Iehoſua, mouerunt è Sittim, perueneruntque ad Iordanem, ipſe & cuncti filij Iſrael, pernoctaruntque ibi priuſquam trajcerent. 2 Poſt tertium diem tranſibant præcones per media caſtra, præceperuntque populo hiſce verbis, Quum videritis arcam fœderis Domini Dei veſtri, & ſacerdotes Leuitas illam ferentes, ſoluetis & vos è loco veſtro, proficiſceminiq; poſt illam: Sic tamen vt ſpatium ſit inter vos & illam, circiter duo millia cubitorum 3 in menſura. ne ad eam 4 appropinquetis: vt ſciatis qua via vobis ſit incedendum: nam hac via 5 antea non inceſsiſtis. 6 Dixitque Iehoſua ad populum, 7 Conſecrate voſipſos: nam cras faciet Dominus in medio veſtri admiranda quædam. 8 Loquutus eſt deinde Iehoſua ad ſacerdotes hiſce verbis, Tollite arcam fœderis, & tranſite ante populum. hi autem tollentes arcam fœderis, præceſſerunt populum. 9 Et dixit Dominus ad Iehoſuam, Hodie incipiam te magnificare in oculis totius Iſraelis, vt intelligant me tecum fore quemadmodum fui cum Moſe. 10 Et tu præcipies ſacerdotibus ferentibus arcam fœderis, in hanc ſententiam, Cum veneritis 11 ad primam partem aquarum Iordanis, conſiſtetis 12 in ipſo Iordane. Dixitque Iehoſua ad filios Iſrael, Huc adeſte, & audite verba Domini Dei veſtri. Et addidit Iehoſua, ∴ In hoc cognoſcetis quòd Deus viuens ſit in medio veſtri, 13 & omnino expellat ante vos Chananæum, & Hithæum, & Hiuæum, & Pherizæum, & Girgeſæum, & Amorrhæum, & Iebuſæum. Ecce arca fœderis dominatoris totius terræ 14 tranſit ante vos in Iordanem. Nunc igitur tollite vobis duodecim viros ex tribubus Iſrael, ex ſingulis tribubus ſingulos viros: Et quum conſtiterint plantæ pedum ſacerdotum qui portant arcam Domini dominatoris vniuerſæ terræ intra aquas Iordanis, aquæ Iordanis 15 ſcindentur, & aquæ illæ quæ ſuperne defluunt, conſiſtent, 16 inſtar muri. 17 Factum eſt autem quum proficiſceretur populus è tabernaculis ſuis vt tranſiret Iordanem, [ibant] ante populum ſacerdotes qui portabant arcam fœderis. Quumque hi, qui arcam [fœderis] portabant, ingrederentur Iordanem, pedeſque ſacerdotum qui arcam ferebant tincti eſſent in prima parte aquarum, (18 ſolet enim Iordanis ſuper omnes ripas ſuas cunctis diebus meſsis effundi)

*Conſtiterunt aquæ quæ ſuperne deſluebant 19 inſtar muri, valde procul à ciuitate Adam, quæ erat à latere Zarthan: quæ verò 20 infra erant [aquæ,] deſluebant ad mare ſolitudinis, mare ſcilicet ſalis, ſeparatæ defecerunt, tranſijtque populus eregione Iericho. Stabant autem ſacerdotes, qui portabant arcam fœderis Domini, 21 in ſicco in medio Iordane 22 præparati, & cunctus Iſrael tranſibat in ſicco, donec vniuerſus populus 23 perfecte tranſijſſet Iordanem.*

16 ¶ Steterũt aquę deſcendentes in loco vno, & ad inſtar mõ
tis intumeſcentes apparebant procul ab vrbe quæ voca-
tur "Edom vſque ad "locum Sarthan. quæ autem infe-
riores erant, in Mare-ſolitudinis (quod nunc vocatur mor
tuum) deſcenderunt vſquequo omnino deficerent. Popu-
17 lus autem incedebat contra "Iordanem: ¶ & ſacerdo-
tes qui portabant arcam fœderis Domini, ſtabant ſuper
ſiccam humum in medio Iordanis accincti, omniſque po-
pulus per arentem alueum tranſibat.

Siccatur alueus Iordanis.
"Adam
"latus
"Iericho.

## SCHOLIA IN CAP. III.

1 Nona die Martij ſcilicet. Aſſerũt Hebræi Moſen Mortuũ fuiſſe ſeptima die Februarij, & ſeptima Martij ſequentis, nempe ſub finẽ triginta dierum luctus, Dominũ allocutum Ioſue, & eodẽ die promulgationem factam populo de parandis cibis. Quinta vero die eiuſdem miſſos fuiſſe exploratores, & octaua ipſos reuerſos fuiſſe. Nona autem die filios Iſrael profectos à Sittim, & deueniſſe ad ripas Iordanis. Ac decima illos tranſijſſe Iordanem ipſum. 2 vel, A fine trium dierum tranſierunt præfecti. A promulgatione ſcilicet de parandis cibis. 3 vel, ad menſuram. ſubaudi, ſacram, vel regiã. 4 accedatis propius. Prohibet Dominus vt non nimium vel accedant vel recedant ab arca: vt & ad montem Sinai non permittuntur accedere, nec longius recedere: vt ſcilicet vbique Domino debitum exhibeant honorem. 5 Hebraiſmus, ab heri & nudiuſtertius, quaſi dicat, non enim ſoliti eſtis tranſire per hanc viam. 6 Dixeratque. cum primum ſcilicet deuenerunt ad Iordanem. 7 vel, Sanctificate, id eſt, Operam date ſanctimoniæ: ſitis parati, nequid vos impediat à tranſitu Iordanis. 8 Decima ſcilicet Die Martij. 9 Dixerat autem. antequam ſcilicet Ioſue alloqueretur ſacerdotes. 10 Tu igitur præcipe. 11 vſque ad extremum, id eſt, ad vlteriorem ripam Iordanis. 12 id eſt, in alueo Iordanis iam ſiccato. :: id eſt, Hac ratione, ſiue Hoc pacto. 13 Hebraiſmus, expellendo expellet. 14 tranſibit, quaſi dicat, vobis commõſtrabit viam. 15 vel, deficient. aut, intercidentur. 16 in vna mole. vel aceruo vno. i. aſſurgent, ſiue intumeſcent inſtar montis. Poſtea dicit, Aſſurrexerunt in aceruum vnum. 17 quaſi dicat, Cum primum ſacerdotes cœperunt moueri, tunc ſecutus eſt populus. 18 Heb. (porrò Iordanis erat plenus vltra ripas ſuas toto tempore meſsis.) q. d. erat maximus, nec poterat capi alueo ſuo: quod miraculo erat, flumen in æſtate non capi ſuo alueo. 19 Hebraiſmus, (&) aſſurrexerunt in aceruum vnum, id eſt, intumuerunt inſtar montis. 20 defluebant (vel, deſcendebant) in mare cãpeſtrium mare ſalſum, defecerunt, (&) conſumptæ ſunt. q. d. totus alueus ab eo loco vſque ad mare mortuum ſiccatus eſt. 21 ſub. alueo. 22 id eſt, de induſtria. Aut verte, pede fixo. 23 finem feciſſet tranſeundi.

## CAP. IIII.

*Contigit autem poſteaquam vniuerſa multitudo plenè Iordanem tranſiſſet, (1 vt loqueretur Dominus ad Iehoſuam, dicens, Tollite ex populo duodecim viros, de ſingulis tribubus vnum, Et præcipite illis in hanc ſententiam, Tollite vobis hinc de medio Iordanis, à loco vbi ſtant pedes ſacerdotum 2 præparatorum, duodecim lapides, quos transferetis vobiſcum, & 3 relinquatis eos eò loci, vbi hac nocte eſtis permanſuri.) 4 Vocauitque Iehoſua duodecim viros, quos ordinauerat de filijs Iſrael, ſingulos de ſingulis tribubus. Et dixit eis Iehoſua, Tranſite arcam Domini Dei veſtri per medium Iordanis, & tollat quiſque veſtrum lapidem vnum ſuper humerum ſuum, iuxta numerum tribuum filiorum Iſrael, Vt ſit hoc inter vos 5 ſignum: 6 vt quum interrogauerint filij veſtri 7 cras patres ſuos, dicentes, Quid ſibi volunt hi lapides 8 apud vos? Reſpondebitis eis, 9 Quomodo interciſæ fuerint aquæ Iordanis, ante arcam fœderis Domini. Quum enim illa tranſiret Iordanem, 10 ſciſſæ ſunt aquæ Iordanis. 11 factique ſunt lapides iſti 12 in monimentum filijs Iſrael perpetuo. Fecerunt autem 13 filij Iſrael ſic, quẽadmodum præceperat Iehoſua, & ſuſtulerunt duodecim lapides de medio Iordanis, ſicut Dominus loquutus fuerat ad Iehoſuã, iuxta numerum tribuum filiorum Iſrael, tranſtuleruntque illos ſecum 14 ad locum vbi pernoctarunt, & repoſuerunt eos illic. Duodecim quoque lapides erexit Iehoſua in medio Iordane, eo loci vbi ſteterant pedes ſacerdotum qui portabant arcam fœderis, 15 vbi manent in hunc vſque diem. Sacerdotes verò ferentes arcam conſiſtebant in medio Iordane, donec perficeretur quidquid præceperat Dominus Iehoſuæ, vt loqueretur ad populum, iuxta omnia 16 quæ præceperat Moſes Iehoſuæ, & feſtinantes populi tranſierunt. Quumque iam tranſiſſet omnis populus, 17 tranſiuit & arca Domini & ſacerdotes 18 ante populum. Tranſierunt autem filij Ruben, filij Gad, dimidiaque tribus Manaſſe 19 primipilares ante filios Iſrael, quemadmodum præceperat eis Moſes: Circiter quadraginta millia accincti ad bellum, tranſierunt ante Dominum ad pugnam ad planitiem Iericho. Eodem die 20 illuſtrem fecit Dominus Iehoſuam in oculis totius Iſraelis, timueruntque*

## CAP. IIII.

1 QVibus tranſgreſsis dixit Dominus ad Ioſue,
2 ¶ Elige duodecim viros ſingulos per ſingulas
3 tribus, ¶ Et præcipe eis vt tollant de medio
Iordanis alueo, vbi ſteterunt pedes ſacer-
dotum, duodecim duriſsimos lapides, quos ponetis
in loco caſtrorum vbi fixeritis hac nocte tentoria.
4 ¶ Vocauitque Ioſue duodecim viros, quos elegerat
de filijs Iſrael ſingulos de ſingulis tribubus, Et ait ad
5 eos, ¶ Ite ante arcam Domini Dei veſtri ad Iorda-
nis medium, & portate inde ſinguli ſingulos lapides
6 in humeris veſtris, iuxta numerum filiorum Iſrael, ¶ Vt
ſit ſignum inter vos: & quando interrogauerint vos fi-
7 lij veſtri cras, dicentes, ¶ Quid ſibi volunt iſti lapi-
des? Reſpondebitis eis, Defecerunt aquæ Iordanis an-
te arcam fœderis Domini, Cum tranſiret eum: idcir-
co poſiti ſunt lapides iſti in monimentum filiorum Iſ-
8 rael vſque in æternum. ¶ Fecerunt ergo filij Iſrael ſi-
cut præcepit eis Ioſue, portantes de medio Iordanis
alueo duodecim lapides, vt Dominus ei imperarat,
iuxta numerum filiorum Iſrael, vſque ad locum in
9 quo caſtrametati ſunt, ibique poſuerunt eos. ¶ Alios
quoque duodecim lapides poſuit Ioſue in medio Ior-
danis alueo, vbi ſteterunt ſacerdotes, qui portabant
arcam fœderis Domini, & ſunt ibi vſque in præſen-
10 tem diem. ¶ Sacerdotes autem qui portabant arcam,
ſtabant in Iordanis medio, donec omnia compleren-
tur quæ Ioſue, vt loqueretur ad populum, præce-
perat Dominus, " & dixerat ei Moyſes. feſtinauit-
11 que populus, & tranſijt. ¶ Cumque tranſiſſent om-
nes, tranſiuit & arca Domini, ſacerdotes quoque
12 pergebant ante populum. ¶ Filij quoque Ruben, &
Gad, & dimidia tribus Manaſſe, armati præcede-
bant fratres ſuos filios Iſrael ſicut eis præceperat
13 Moyſes: ¶ Et quadraginta pugnatorum millia per tur-
mas, & cuneos, incedebant per plana atque cam-
14 peſtria vrbis Iericho. ¶ In die illo magnificauit
Dominus Ioſue coram omni Iſrael, vt timerent
eum,

Duodecim lapides ex alueo eriguntur in monimentum ſiccati Iordanis.

B

"vt

C

Rubenitæ, Gaditæ & dimidia tribus Manaſſe armati præcedũt fratres ſuos. Num. 32. d.



eum, ſicut timuerant Moyſen dum adhuc viueret. ¶ Di- 15
xitque ad eum, ¶ Præcipe ſacerdotibus qui portant ar- 16
cam fœderis Domini vt aſcendant de Iordane. ¶ Qui 17
præcepit eis, dicens, Aſcendite de Iordane. ¶ Cumque 18
aſcendiſſent portantes arcam fœderis Domini, & ſiccam
humum calcare cœpiſſent, reuerſæ ſunt aquæ in alueum
ſuum, & fluebant ſicut ante conſueuerant. ¶ Populus au 19
tem aſcendit de Iordane decimo die menſis primi, & ca-
ſtrametati ſunt in Galgalis contra Orientalem plagam vr
bis Iericho. ¶ Duodecim quoque lapides, quos de 20
Iordanis alueo ſumpſerant, poſuit Ioſue in Galgalis,
¶ & dixit ad filios Iſrael, Quando interrogauerint fi- 21
lij veſtri cras patres ſuos, & dixerint eis, Quid ſibi
volunt lapides iſti? ¶ Docebitis eos, atque dicetis, 22
Per arentem alueum tranſiuit Iſrael Iordanem iſtum,
¶ ſiccante Domino Deo " noſtro aquas eius in con- 23
ſpectu noſtro, donec tranſiretis: ſicut fecerat prius
in Mari-rubro, quod ſiccauit donec tranſiremus: ¶ Vt 24
diſcant omnes terrarum populi fortiſsimam Domini
manum, vt & vos timeatis * Deum veſtrum omni
tempore.

Iordanis in alueũ reuertitur.

D

"veſtro a. e. in c. veſtro Exo. 14. e.

*Dominum

*eum ſicut timuerant Moſen cunctis diebus vitæ eius. 21 Et dixit Dominus ad Iehoſuam hiſce verbis, Præcipe ſacerdotibus portantibus arcam teſtimonij, vt aſcendãt è Iordane. Præcepit ergo Iehoſua ſacerdotibus dicens, 22 Aſcendite è Iordane. Factumque eſt cum aſcendiſſent ſacerdotes ferentes arcam Domini è medio Iordanis, 23 extractæque eſſent plantæ pedũ ſacerdotum in ſiccum, reuerſæ ſunt aquæ Iordanis in locum ſuũ, inundaruntque ſuper omnes ripas eius 24 ſicuti heri & nudiuſtertius. Aſcenderunt verò populi è Iordane decima die mẽſis 25 primi, poſueruntq; caſtra in Gilgal in extremitate Oriẽtali Iericho. Et duodecim iſtos lapides, quos tulerant de Iordane, erexit Iehoſua in Gilgal. Loquutuſque eſt ad filios Iſrael hiſce verbis, Quum interrogauerint 7 cras filij veſtri patres ſuos, & dixerint, Quid [ſibi volunt] lapides iſti? Declarabitis filijs veſtris dicentes, Iſrael in iſto Iordane per ſiccum tranſiuit. Nam exiccauit Dominus Deus veſter aquas Iordanis 26 ante vos donec tranſiretis, quemadmodum prius fecerat Dominus Deus veſter in mari 27 carectoſo, quod exiccauit ante nos donec tranſiremus, Vt cognoſcerent omnes populi terræ manum Domini, 28 quæ tam valida eſt, & vt timeretis Dominum Deum veſtrum cunctis diebus.*

## SCHOLIA IN CAP. IIII.

1 Dixerat autẽ. Principium parẽtheſis. 2. vel, ſtantium pede fixo. 3 collocetis eos in hoſpitio in quo pernoctabitis nocte. ſub. ſequẽte. i. in quo figetis tẽtoria nocte ſequenti. Finis eſt parẽtheſis. 4 Tunc vocauit. 5 id eſt, quod reuocabit vobis in memoriam tantum beneficium. 6 cumque interrogabunt. 7 id eſt, poſthac. in futurum. 8 vobis? 9 Quòd defecerunt. vel, interciſæ ſunt. 10 vel, defecerunt. 11 proinde erunt. 12 vel, vice memorialis. 13 id eſt, illi duodecim qui erant è filijs Iſrael. 14 ad diuerſorium. vel, in eum locum in quo caſtrametati ſunt. 15 fueruntque illic. 16 Moſes enim præceperat Ioſue vt per omnia Deo parẽret. 17 id eſt, cœpit moueri loco. 18 (ſubaudi, qui erant) ante populum. Vel vt quidam Hebræorum volũt, (ante populum) ſignificat inſpectante populo. 19 armati. 20 Hebraiſmus, magnificauit. 21 Dixerat autem. 22 id eſt, Venite in ripam vlteriorem. 23 (&) tranſlatæ, id eſt, quum exceſsiſſent ex alueo. 24 id eſt, vt antea. 25 id eſt, Martij. 26 vel, propter vos. 27 Hebraiſmus, Suph, id eſt, rubro. 28 Hebraiſmus, quod fortis ſit, id eſt, Vt cognoſcerent vires Domini eſſe ſummas.

## CAP. V.

POſtquam ergo audierunt omnes reges Amor- 1
rhæorum, qui habitabant trans Iordanem ad Oc-
cidentalem plagam, & cuncti reges Chanaan,
qui propinqua poſsidebant magni maris loca, quòd
ſiccaſſet Dominus fluenta Iordanis coram filijs Iſ-
rael donec tranſirent, diſſolutum eſt cor eorum, & non
remanſit in eis ſpiritus, timentium introitum filio-
rum Iſrael. ¶ Eo tempore ait Dominus ad Ioſue, Fac 2
tibi cultros lapideos, & circuncide ſecundò filios Iſ-
rael. ¶ " Fecit quoque quod iuſſerat Dominus, & cir- 3
cuncidit filios Iſrael in Colle-præputiorum. ¶ Hæc 4
autem cauſa eſt ſecundæ circunciſionis, Omnis popu-
lus qui egreſſus eſt de AEgypto generis maſculini,
vniuerſi bellatores viri, mortui ſunt in deſerto per
longiſsimos viæ circuitus, ¶ qui omnes circunciſi 5
erant. Populus autem qui natus eſt in deſerto,
¶ per quadraginta annos itineris latiſsimæ ſolitudi- 6
nis, incircunciſus fuit: donec conſumerentur qui
non audierant vocem Domini, & quibus ante iu-
rauerat " vt oſtenderet eis Terram lacte & melle
manantem. ¶ Horum filij in locum ſucceſſerunt pa- 7
trum, & circunciſi ſunt à Ioſue: quia ſicut nati
fuerant, in preputio erant, nec eos in via aliquis
circunciderat. ¶ Poſtquam autem omnes circunciſi 8
ſunt, manſerunt in eodem caſtrorum loco, donec
ſanarentur. ¶ Dixitque Dominus ad Ioſue, Hodie 9
abſtuli opprobrium AEgypti à vobis. vocatumque eſt
nomen loci illius Galgala, vſque in præſentem diem.
¶ Manſeruntque filij Iſrael in Galgalis, & fecerunt 10
Phaſe quartadecima die menſis ad veſperum in cam-
peſtribus Iericho: ¶ & comederunt de frugibus Ter- 11
ræ die altero, & azymos panes, & polentam eiuſ-
dem anni. ¶ Defecitque manna poſtquam comederunt 12

Incolæ Chanaã timent aduentũ Iſraelitarum, auditis mirabilibus Dei.

Secunda circunciſio ſub Ioſue, & quam ob rẽ.

"Fecitque

B

"vt non

C

Galgala.

Deficit manna.

D

## CAP. V.

*QVumq; omnes reges Amorrhæorum, qui erant 1 trãs Iordanem ad Occidentem, omneſque reges Chananæorũ qui erant 2 ad mare, audiſſent quòd exiccaſſet Dominus aquas Iordanis ante filios Iſrael, donec tranſiſſent, 3 liquefactum eſt cor eorum, nec fuit amplius ſpiritus in eis 4 metu filiorum Iſrael. Tunc temporis dixit Dominus ad Iehoſuam, Fac tibi 5 cultros acutos, & effice denuo vt filij Iſrael ſecundò circuncidantur. Et Iehoſua fecit ſibi cultros acutos, & circuncidit filios Iſrael in 6 Colle-præputiorum. Hæc verò cauſa eſt cur circuncidit Iehoſua vniuerſum populũ qui egreſſus fuerat ex AEgypto, mares videlicet, [quòd] omnes viri bello apti mortui erant in deſerto, in itinere 7 cũ egrederentur ex AEgypto. Circunciſi enim erant omnes de populo qui egreſſi erãt: cunctus autẽ populus qui nati fuerãt in deſerto, in ipſo itinere 7 quum ex AEgypto egrederentur, non erant circunciſi. Nam filij Iſrael quadraginta annos oberrarunt in deſerto, donec tota gens virorum bello aptorum qui ex AEgypto egreſſi fuerant, conſumpta eſſet: eo quòd non audierant vocem Domini, [&] quòd Dominus iurauerat illis, 8 ſe non oſtenſurum illis terram quam iurauerat patribus eorum, 9 vt daret nobis terram fluentem lacte & melle. Filios itaque illorum, 10 quos ſuſcitauit pro eis, circuncidit Iehoſua, quoniam habebant adhuc præputia, 11 nec fuerant in itinere circunciſi. Factum eſt autem cum iam 12 tota natio plene circunciſa eſſet, manſerunt in eodem loco in caſtris donec ſanarentur. Et ait Dominus ad Iehoſuam, 13 Deuolui hodie à vobis probrũ AEgypti. hinc loci illius nomen appellatum eſt Gilgal in hunc vſq; diem. 14 Manſerunt itaq; filij Iſrael in Gilgal, & celebrarunt Paſſah decimoquarto die 15 menſis ad veſperam, in planis campis Iericho. Comederunt quoque de frumento ſuperioris anni huius terræ, idque 16 poſtridie paſchatis, placentas infermentatas, & ſpicas nouas toſtas, ipſo eodem die. Et deſijt Man poſtridie 17 eius diei, quo cœperant 18 comedere*

*de frumento terræ, nec habuerunt vltra filij Iſrael Man, ſed de*
*prouentu terræ Chanaan anno illo comederunt. Contigit au-*
*tem, quum eſſet Iehoſua prope Iericho, vt ſublatis oculis ſuis vi*
*deret virum ſtantem contra ſe, habentem gladium diſtrictum*
*in manu ſua. 19 abijt autem Iehoſua ad eum, & dixit ei, 20*
*Nobiſne [aduenisti] an aduerſarijs noſtris? Et dixit, Non: et-*
*enim ego dux exercitus Domini nunc adueni. & procidens Ie*
*hoſua pronus in terram adorauit, dixitque ad eum, Quid Do-*
*minus meus 21 loquitur ad ſeruum ſuum? Reſpondit dux exer*
*citus Domini, Iehoſuæ, Tolle calceamentum tuum de pede tuo:*
*locus enim in quo ſtas 22 ſanctuarium eſt. fecitq; ſic Iehoſua.*

de frugibus Terræ, nec vſi ſunt vltrà cibo illo filij Iſrael,
ſed comederunt de frugibus præſentis anni Terræ Cha-
13 naan. ♀ Cum autem eſſet Ioſue in agro vrbis Iericho,
leuauit oculos, & vidit virum ſtantem contra ſe, euagina-
tum tenentem gladium, perrexitque ad eum, & ait, Noſter
14 es, an aduerſariorum? ♀ Qui reſpondit, Nequaquam,
ſed ſum princeps exercitus Domini, & nunc venio. ceci-
dit Ioſue pronus in terram: & adorans ait, Quid Dominus
15 meus loquitur ad ſeruum ſuum? ♀ Solue, inquit, calcea-
mentum tuum de pedibus tuis: locus enim in quo ſtas, ſan
ctus eſt. Fecitque Ioſue vt ſibi fuerat imperatum.

Angelus Domini qui præiturus erat exercitui Iſraelitico. Exod. 23. c.

## SCHOLIA IN CAP. V.

1 Vltra. 2 id eſt, in parte Occidentali. 3 vel, diſſolutum, id eſt, cœperũt animo eſſe remiſſo & ſoluto. 4 Hebraiſmus, à facie, id eſt, propter filios Iſrael. ſiue, ob aduentum filiorum Iſrael. 5. Hebraiſmus, cultros acierum, & reuertere, & circuncide filios Iſrael, ſecundo, id eſt, reſume circunciſionem iandiu intermiſſam, quæ fuerat omiſſa poſt celebratum paſcha ſecundo anno egreſsionis. Tranſierunt filij Iſrael Iordanem incircunciſi, ne hoc ſuæ circunciſioni & meritis tribuerent. Cultros acierum vocat cultros præditos acie acutiſſima. Chaldæus paraphraſtes vertit nouaculas acutas. 6 Nomen loci ſic denominati ob ſolennem iſtã circunciſionem. 7 poſteaquam egreſsi eſſent. 8 Heb. eos non viſuros. 9 ſe daturum illam. 10 vel, quos ſuffecit in locum eorum. 11 quòd non circuncidiſſent illos in ipſo itinere. 12 id eſt, vniuerſus populus circunciſus eſſet. 13 id eſt, Abſtuli opprobrium ſiue ignominiam AEgypti, hoc eſt præputium, cui ignominiæ obnoxij eratis propterea quod diu habitaueratis in AEgypto. Quidam Hebræorum interpretatur (ignominiam,) opinionem quam alij habebant quod deos AEgyptiacos coleretis. Potius interpretaberis ignominiam & probrum quod AEgyptij iaciebant in Iſraelitas, nempe Dominum eduxiſſe ipſos Iſraelitas vt eos perderet. quod verum non fuit, & ceſſauit probrũ quum ipſe Dominus induxit eos in terram promiſſam. 14 Caſtrametati autem erant. 15 ſubaudi, primi, id eſt, Martij. 16 id eſt, decimaſexta Martij. nam nox eſt diei ſequentis. Poteſt tamen poſtridie paſchæ accipi pro decimaquinta, vt in Numeris, cap. 33. a. dicit̃ eductos fuiſſe filios Iſrael decimaquinta die mẽſis, poſtridie paſchę. 17 ſcilicet paſchæ. 18 Nõ licebat Iudæis veſci frugibus nouis antequã obtuliſſent ex ipſis primitias Dño. 19 acceſsit. 20 vel, Pro nobis. Quidam Hebræorum dicunt id accidiſſe ipſi Ioſue per viſionem, dum ſcilicet ipſe cogitaret de expugnanda vrbe. 21 dicturus eſt. 22 ſanctitas eſt. ſiue, ſanctus eſt. ſubaudi, ob meam præſentiam.

## CAP. VI.

*E(1 Rat autem Iericho clauſa, probe inquam clauſa erat*
*metu filiorum Iſrael, ita vt nemo nec egredi nec ingredi*
*poſſet.) Et 2 dixit Dominus ad Iehoſuam, En Iericho*
*& regem eius 3 viros fortiſſimos in manum tuam tradidi. Cir*
*cundabitis autem vrbem omnes qui bello apti ſunt, circũeun-*
*do ſcilicet vrbem 4 ſemel, idq; facietis ſex diebus. Et ſeptem ſa*
*cerdotes ferant ſeptem cornua arietina 5 ante arcam: ſeptimo*
*verò die circuibitis ciuitatem ſepties, claſſicumq; canent ſacer-*
*dotes cornibus. Cumque cornu arietino 6 ſonum incenderint,*
*voſq; ſonũ cornu audieritis, 7 vociferetur vniuerſus populus 8*
*magno claſſico, tunc 9 corruet murus vrbis ſubtus ſe, aſcẽdat-*
*que populus, quiſq; 10 ante ſe. Vocans igitur Iehoſua filius Nũ*
*ſacerdotes, dixit ad eos, Tollite arcam fœderis, & ſeptem ſacer*
*dotes ferant ſeptem 11 cornua arietina ante arcam Domini.*
*Ad populum autem dixit, Tranſite & circundate ciuitatem,*
*12 primipilaris autem ordo trãſeat ante arcam Domini. Poſt-*
*eaquam autem Iehoſua loquutus eſſet ad populum, tulerũt ſe-*
*ptem ſacerdotes ſeptem cornua arietina, & tranſeuntes ante*
*arcam Domini clanxerunt cornibus, ſequebaturq; eos arca fœ*
*deris Domini. Et 13 primipilares, præcedebant ſacerdotes, 14*
*qui claſſicum canebant cornibus, (extremum autem agmen*
*ibat poſt arcam) eundo & clangendo cornibus. Et 15 præcepit*
*Iehoſua populo hiſce mandatis, 16 Ne iubilum aliquem, aut ſo*
*num voce edatis, neq; egrediatur vel verbũ ex ore veſtro, vſq;*
*ad eum diem quo dixero vobis, Vociferamini: tum iubilũ edi-*
*te. Circunduxit itaq; arcam Domini circumeundo ciuitatẽ 17*
*ſemel: & redeuntes in caſtra, pernoctarunt in caſtris. 18 Sub*
*lucens ſurrexit Iehoſua, tuleruntq; ſacerdotes arcam Domini:*
*ſeptem quoq; ſacerdotes ferentes ſeptem cornua arietina, præ-*
*cedebant arcam Domini, & claſſicum canebant cornibus, 13*
*primipilares verò præcedebant eos, & extremum agmen arcã*
*Domini ſequebatur, 19 quæ præcedebat cum clangore cornuũ.*
*Circuierunt ergo vrbem & altero die ſemel, & reuerſi ſunt in*
*caſtra: feceruntq; ſic ſex diebus. Illuceſcente ſeptimo die, ma-*
*ne ſurrexerunt quum aurora exoriretur, & circũierunt ciuita*
*tem (20 vt conſtitutum erat) ſepties, dũtaxat videlicet hoc die*
*circumierunt ciuitatem ſepties. Quumq; iã ſeptimo fieret, clan*
*gebant ſacerdotes cornibus: 21 dixerat enim Iehoſua ad popu*
*lum, Vociferamini, quia tradidit Dominus vobis ciuitatem.*

1 I(Ericho autem clauſa erat atque munita, timore filio-
2 rum Iſrael, & nullus egredi audebat aut ingredi.) ♀ Di
xitque Dominus ad Ioſue, Ecce dedi in manus tuas Ie
3 richo, & regem eius, omneſque fortes viros. ♀ Circuite
vrbem cuncti bellatores ſemel per diem: ſic facietis ſex
4 diebus. ♀ Septimo autem die ſacerdotes tollent ſeptem
buccinas, quarum vſus eſt in Iubileo, & præcedent arcam
fœderis: ſeptieſque circuibitis ciuitatem, & ſacerdotes
5 clangent buccinis. ♀ Cumque inſonuerit vox tubæ lon-
gior atque conciſior, & in auribus veſtris increpuerit, con
clamabit omnis populus vociferatione maxima, & muri
funditus corruent ciuitatis, ingredienturque ſinguli per
6 locum contra quem ſteterint. ♀ Vocauit ergo Ioſue fi-
lius Nun ſacerdotes, & dixit ad eos, Tollite arcam fœde-
ris: & ſeptem alij ſacerdotes tollant ſeptem iubileorum
7 buccinas, & incedant ante arcam Domini. ♀ Ad popu-
lum quoque ait, Ite, & circuite ciuitatem, armati præcedẽ-
8 tes arcam Domini. ♀ Cumque Ioſue verba finiſſet, & ſe-
ptem ſacerdotes, ſeptem buccinis clangerent ante arcam
9 fœderis Domini, ♀ "Omniſque populus præcederet ar-
mati exercitus, reliquum vulgus arcam ſequebatur, ac
10 buccinis omnia concrepabant. ♀ Præceperat autem
Ioſue populo, dicens, Non clamabitis, nec audietur vox
veſtra, neque vllus ſermo ex ore veſtro egredietur:
donec veniat dies in quo dicam vobis, Clamate & vo-
11 ciferamini. ♀ Circuiuit ergo arca Domini ciuitatem ſe-
12 mel per diem, & reuerſa in caſtra, manſit ibi. ♀ Igi-
tur Ioſue de nocte conſurgente, tulerunt ſacerdotes
13 arcam Domini, ♀ & ſeptem ex eis, ſeptem buccinas,
quarum in Iubileo vſus eſt: præcedebantque arcam Do
mini ambulantes atque clangentes, & armatus popu-
lus ibat ante eos, vulgus autem reliquum ſequebatur
14 arcam, & buccinis perſonabat. ♀ Circuieruntque ci-
uitatem ſecundo die ſemel, & reuerſi ſunt in caſtra.
15 Sic fecerunt ſex diebus. ♀ Die autem ſeptimo dilucu-
lo conſurgentes, circuierunt vrbem, ſicut diſpoſitum
16 erat, ſepties. ♀ Cumque ſeptimo circuitu clãgerent
buccinis ſacerdotes, dixit Ioſue ad omnem Iſrael, Vo-
ciferamini: tradidit enim vobis Dominus ciuitatem.
♀ Sitque

Deus dat vrbē Iericho Ioſue.
Ioſue, cum ſacerdotibus, inuadit Iericho.
Sup. 1. c.
B
"Omniſque præcederet armat.
C



♀ Sitq; ciuitas hæc anathema: & omnia quæ in ea ſunt, Do 17
mino. ſola Rahab meretrix viuat cum vniuerſis qui cũ
ea in domo ſunt: abſcondit enim nuntios quos direximus.
♀ Vos autem cauete ne de his quæ præcepta ſunt ˋ vo- 18
bis quippiam contingatis, & ſitis præuaricationis rei, &
omnia caſtra Iſrael ſub peccato ſint atque turbentur.
♀ Quicquid autem auri, " aut argenti fuerit, & vaſorum 19
æneorum ac ferri, Domino conſecretur, repoſitum in
theſauris eius. ♀ Igitur omni populo vociferante, & clã 20
gentibus tubis, poſtquam in aures multitudinis vox ſo-
nituſq; increpuit, muri ilico corruerũt: & aſcendit vnuſ-
quiſque per locum qui contra ſe erat: ceperuntque ci-
uitatem, ♀ & interfecerunt omnia quæ erant in ea, à vi 21
ro vſque ad mulierem, ab infante vſque ad ſenem. Boues
quoque & oues, & aſinos in ore gladij percuſſerunt.
♀ Duobus autem viris, qui exploratores miſsi fuerant, di 22
xit Ioſue, Ingredimini domum mulieris meretricis, &
producite eam, & omnia quæ illius ſunt, ſicut illi iuramen
to firmaſtis. ♀ Ingreſsique iuuenes, eduxerunt Rahab, 23
& parentes eius, fratres quoque, & cunctam ſupellecti-
lem ac cognationem illius, & extra caſtra Iſrael manere
fecerunt. ♀ Vrbem autem & omnia quæ inuenta ſunt in 24
ea, ſuccenderunt: abſque auro & argento, & vaſis æneis,
ac ferro quæ in ærarium Domini conſecrarunt. ♀ Ra- 25
hab verò meretricem, & domum patris eius, & omnia
quæ habebat, fecit Ioſue viuere, & habitauerunt in medio
Iſrael vſque in præſentem diem: eo quòd abſconderit
nuntios quos miſerat vt explorarent Iericho. In tem
pore illo imprecatus eſt Ioſue, dicens, ♀ Maledictus vir 26
coram Domino, qui ſuſcitauerit, & ædificauerit ciuitatẽ
Iericho: in primogenito ſuo fundamenta illius iaciat, &
in nouiſsimo liberorum ponat portas eius. ♀ Fuit ergo 27
Dominus cum Ioſue, & nomen eius vulgatum eſt in om
ni Terra.

Sup. 2. b.
"&
Iericho capitur. heb. 11. f.
2. Mach. 12. c.
Seruatur Rahab meretrix. Sup. 2. c. heb. 11. f. Heb. 11. f.
D
Iericho comburitur.
Rahab cũ ſuis habitat inter filios Iſrael.
Maleditur reædificator vrbis Iericho. 3. reg. 16. g.

*Sit verò vrbs 22 hærem Domino, ipſa vrbs ſcilicet, & omnia*
*quæ in ea ſunt: duntaxat Rahab 23 caupona meritoria in vi*
*ta ſeruetur, ipſa videlicet & omnes qui ſunt cum ea in domo:*
*nam abſcondit nuntios quos miſeramus. Veruntamen vos ca*
*uete ab 24 hærem, ne forte 25 vaſtantes capiatis de hærem, fa*
*ciatiſque caſtra Iſraelitica 26 hærẽ, turbetiſque ea. Quicquid*
*eſt argenti, auri, æreorum atque ferreorum vaſorum, 27 con-*
*ſecratum ſit Domino, atque [in] theſaurum Domini veniat.*
*28 Iubilans igitur populus clanxerunt cornibus: quumque*
*audiſſet populus ſonum cornu, vociferabatur & ipſe populus*
*iubilo magno, & corruit murus 29 ſubter ſe, 30 aſcenditque*
*populus in vrbem, quiſque 31 ſuo loco, & ceperunt ciuitatem.*
*Trucidarunt quoque gladio omnia quæ erant in ciuitate, tam*
*viros quàm mulieres, tam pueros quam ſenes, boues, pecudes*
*& aſinos. Duobus autem viris qui terram explorauerant, præ*
*cepit Iehoſua, Introite domum mulieris 32 meritoriæ, ducite-*
*que illinc mulierem ipſam, & omnia quæ habet, quemad-*
*modum ei iureiurando affirmaſtis. Ingreſsi itaque iuuenes*
*illi exploratores, eduxerunt Rahab & patrem eius, matrem*
*eius, fratres eius, & omnia quæ habebat, ſed & omnes 33 fa*
*milias eius eduxerunt, & repoſuerunt eos extra caſtra Iſrae-*
*litica. Porrò ciuitatem ipſam ſuccenderunt igni, cum*
*omnibus quæ fuerunt in ea: duntaxat argentum & aurum,*
*vaſa ænea & ferrea poſuerunt in 34 theſaurum domus Do-*
*mini. Rahab verò cauponam & domum patris eius, &*
*omnia quæ habebat, 35 ſeruauit Iehoſua: habitauitque ipſa*
*inter Iſraelitas in hunc vſque diem, eo quòd abſcondiſſet nun*
*tios quos miſerat Iehoſua ad explorandum Iericho. Tunc tem*
*poris 36 iurauit Iehoſua hiſce verbis, 37 Execratus vir*
*coram Domino, 38 qui ſurrexerit & reædificauerit vrbem*
*hanc, nempe Iericho: in primogenito ſuo fundamentum eius*
*iaciet, & in minimo natu ſuo 39 collocabit portas eius. Fuit*
*itaque Dominus cum Iehoſua, & fama eius euulgata eſt per*
*vniuerſam terram.*

## SCHOLIA IN CAP. VI.

1 Heb. Et Iericho erat claudens ſe & clauſa, ideſt, diligentiſſime clauſa erat. 2 ſub. per angelum. 3 ſubaudienda coniunctio, & viros 4 ſingulis ſcilicet diebus. 5 vel, præcedentes arcam: 6 prolixius clanxerint, 7 vel, vociferabitur 8 vociferatione ingenti, 9 ideſt, abſorbebitur murus à terra. 10 ideſt per partem ſibi oppoſitam. 11 ideſt, tubas factas ex cornu arietino. 12 & armati præcedant, &c. i. Tribus Rubẽ & Gad, & dimidia Manaſſe. 13 qui erant armati, 14 qui clangebant tubis (& populus qui erat in extremo agmine ſequebatur arcam) eundo & clangendo tubis, ideſt, interea dum ibant ſacerdotes & clangebant tubis. Aut verte, ibant & clangebant tubis. ſub. ſacerdotes. tunc infinitiuus eſt apud Hebræos pro præterito. Extremum agmen, (vt ait Chaldæus paraphr.) erat tribus Dan, vt etiam ex 10. cap. Nume. videre eſt, vbi ſic legitur ex Hebræo, Profectum eſt & vexillum caſtrorum filiorum Dan, colligens omnia agmina. 15 præceperat 16 Heb. Non vociferabimini, neque audietur vox veſtra, 17 prima die ſcilicet. 18 vel, Summo mane 19 & incedebant, & clangebant tubis. ſub. ſacerdotes. 20 Heb. ſecundum modum hunc, vel, iuxta hunc morem, 21 & dixit 22 Vox eſt Hebræa, quam Græca voce reddere ſolent interpretes, nempe anathema. Vrbem autem eſſe anathema, eſt eam prorſus deleri, perdi, deſtrui, ac exterminari. 23 Vide annotationem in principio ſecundi capitis. 24 anathemate, 25 aliquid de anathemate contingatis: & tollatis 26 in anathema. i. ne ſitis cauſa perditionis caſtrorum Iſrael. 27 Heb. ſanctitas ſunt Domino, (in) ærarium Domini deuenient. Id eſt, tanquam conſecrata Domino, in ærarium eius inferentur. 28 Conclamauit igitur populus poſtquam clanxerant (ſacerdotes) cornibus: acciditque, quum populus audiſſet ſonum tubæ, & vociferatus eſſet vociferatione maxima, corruit, &c. 29 ideſt, in loco ſuo: hoc eſt, abſorptus eſt in terram. ſic ſupra. verſu. 4. Chaldæus paraphra. cecidit murus ciuitatis, abſorptuſque eſt infra ſe. 30 vel, tunc ingreſſus eſt 31 Heb. e regione ſui. Id eſt, per partem ſibi oppoſitam. 32 cauponariæ, 33 ideſt, affines & cognatos. 34 ſiue, ærarium, 35 Heb. viuificauit, ideſt, ſeruauit incolumia. alij referunt ad victum. q. d. verũm ipſi Rahab dedit vnde viuere poſſet. 36 adiurauit (ſubaudi, filios Iſrael) Ioſue, dicendo, ideſt, imprecando. vel, imprecatus eſt Ioſue, dicendo, 37 Maledictus erit. vel, ſit 38 ideſt, qui ſtudebit, ſiue conabitur inſtaurare 39 vel, ſtatuet. aut, appendet. q. d. quum incipiet eam inſtaurare, etiam ſi tum multos liberos habuerit, quum tamen finem operi imponet, paucos habebit, aut certe vnicum: hoc eſt, euadet orbus, & priuabitur liberis: quemadmodum accidit ipſi Hiel, 3. Reg. 16.

## CAP. VII.

F(Ilij autem Iſrael præuaricati ſunt mandatum, & 1
vſurpauerunt de anathemate. nam Achan filius
Charmi, filij Zabdi, filij Zare de tribu Iuda, tulit
aliquid de anathemate: iratuſq; eſt Dominus contra filios
Iſrael. ♀ Cumque mitteret Ioſue de Iericho viros con- 2
tra Hai, quæ eſt iuxta Beth-auen, ad Orientalem plagam
oppidi Beth-el, dixit eis, Aſcẽdite, & explorate Terrã.
Qui præcepta complentes explorauerunt Hai. ♀ Et re- 3
uerſi dixerunt ei, Non aſcendat omnis populus, ſed duo
vel tria millia virorum pergant, & deleant ciuitatem: qua
re omnis populus fruſtra vexabitur contra hoſtes paucíſ-

Achan vſurpat de anathemate. infra. 22. d.
Exploratur Hai.

*P(Ræuaricati ſunt autem filij Iſrael præuaricationem, id-*
*que in 1 hærem: Achan enim filius Charmi, filij Zab-*
*di, filij Zerah de tribu Iuda abſtulit de hærem, & exar*
*ſit ira Domini contra filios Iſrael. 2 Miſitque Iehoſua viros*
*de Iericho ad 3 Hai, quæ erat iuxta Beth-auen ab Oriente ipſi*
*Beth-el, & dixit ad eos hæc verba, Aſcendite & explorate*
*terram. aſcenderunt ergo viri illi, & explorauerunt Hai.*
*Et reuerſi ad Iehoſuam, dixerunt ei, Ne aſcendat vniuer-*
*ſus populus, ſed aſcendant circiter duo aut 4 circi-*
*ter tria millia virorum 5 qui ferient Hai: 6 ne fatiges*
*[mittendo] populũ vniuerſum [vſque] illuc: quia illorũ pauci*



*ſunt*

*ſunt. Aſcenderunt itaq; illuc de populo circiter tria millia virorum, & fugerunt à facie virorum Hai. Percuſſeruntque ciues Hai ex illis circiter trigintaſex viros, perſecutique ſunt eos à porta vſque Sebarim, trucidaruntque eos 7 in deſcenſu. cor ergo populi liquefactum eſt, factumque quaſi aqua. Et Iehoſua ſcindens veſtimenta ſua, procidit in faciem ſuam ſuper terram coram arca Domini vſque ad veſperam, ipſe & ſeniores Iſraelis: & 8 ſparſerunt puluerem ſuper capita ſua. Dixitque Iehoſua, Ah Domine Deus, cur ſic traduxiſti populum tuum iſtum vltra Iordanem, vt traderes nos in manum Amorrhæi, 9 & perderes nos? 10 ô ſi libuiſſet nobis manere cis Iordanem. Quid dicam mi Domine, poſteaquam Iſrael coram hoſtibus ſuis terga vertit? 11 Vt audient Chananæi & omnes habitatores terræ huius, 12 circunuallabunt nos, & excindent nomen noſtrum de terra, & 13 quid facies nomini tuo magno? Et dixit Dominus ad Iehoſuam, Surge, cur ſic cadis ſuper faciem tuam? Iſrael peccauit, fœduſque meum quod præcepi eis tranſgreſſi ſunt, & etiam acceperunt de 14 hærem, & etiam furati ſunt, & etiam mentiti, 15 reponentes in ſupellectili ſua, Et [ideo] non poterunt ſtare filij Iſrael coram hoſtibus ſuis, ſed terga vertent ante inimicos ſuos, 16 eo quòd hærem facti ſunt, nec amplius ero poſthac vobiſcum, 17 ſi non excideritis hærem de medio veſtri. Surge, ſanctifica populum, & dic, 18 Sanctificate vos in craſtinum diem, quoniam ſic iuſsit Dominus Deus Iſrael, 19 hærem in medio tui ô Iſrael, [idcirco] ſtare aduerſum hoſtes tuos nequaquam poteris, donec abſtuleritis hærem de medio veſtri. Accedite ergo mane 20 ſecundum tribus veſtras, & tribus 21 quam deprehēderit Dominus accedet ſecundum familias ſuas, & familia quam deprehenderit Dominus accedet 22 ſecundum domos: & domus quam deprehenderit Dominus accedet viritim. Et qui deprehenſus fuerit 23 in hærē, igni comburetur tam ipſe quàm omnia quæ habet, eo quod tranſgreſſus eſt fœdus Domini, & quòd perpetrauerit ſcelus in Iſraele. Mane igitur conſurgens Iehoſua, 24 applicuit Iſraelem ſecundum tribus ſuas, & deprehenſa eſt tribus Iuda. Deinde quum applicaret 25 familias Iuda, deprehendit familiam Zarhitarum: rurſum applicans familiam Zarhitarum viritim, deprehenſus eſt Zabdi. Et applicans domum eius viritim, deprehenſus eſt Achan filius Charmi, filij Zabdi, filij Zerah de tribu Iuda. Et dixit Iehoſua ad Achan, Fili mi, 26 da quæſo gloriam Domino Deo Iſraelis, & 27 da illi confeſsionem, indicaque mihi quid feceris, ne celes me. Reſpondens Achan dixit ad Iehoſuam in hanc ſententiam, Reuera ego peccaui contra Dominum Deum Iſraelis, ſic enim & ſic feci. Vidi inter ſpolia chlamydem Babylonicam vnam eamque pretioſam, ducentos ſiclos argenti, & 28 linguam auream vnam, cuius pondus erat quinquaginta ſiclorum: hæc concupiſcens rapui, & ecce abſcondita ſunt ſub terra in medio tentorij mei, & pecunia eſt 29 ſub illis. Miſit itaque Iehoſua nuntios: qui quum cucurriſſent ad tentorium eius, ecce abſcondita iacebant in tentorio eius, & pecunia 29 ſub illis. Tollentes igitur ea ex tentorio, attulerunt ad Iehoſuam, & ad cunctos filios Iſrael, ponentes 30 ante Dominum. Tollens igitur Iehoſua Achan filium Zerah, & pecuniam, & chlamydem, & linguam auream, filios quoque eius & filias eius, boues eius, & aſinos eius, & oues eius, tentorium quoque eius, quin omnia quæ habuit, 31 vnà cum vniuerſo Iſraele, deduxerunt ea in vallem Achor. Et ait Iehoſua, 32 Quandoquidem conturbaſti nos, conturbabit te Dominus in die iſto. lapidibuſque eos obruentes cuncti Iſraelitæ exuſſerunt eos igni: & 33 quum eos lapidibus adobruiſſent, Erexerunt ſuper eos aceruum lapidum magnum, [qui durat] in hunc vſque diem. & reuerſus eſt Dominus ab ira furoris ſui, & ob hoc vocatū eſt nomē loci illius vallis 34 Achor in hunc vſque diem.*

4 ſimos? ♀ Aſcenderunt ergo tria millia pugnatorum.
Populus Hai percutit Iſraelē.
5 Qui ſtatim terga vertentes, ♀ percuſsi ſunt à viris vrbis Hai, & corruerunt ex eis triginta & ſex homines: perſecutique ſunt eos aduerſarij de porta vſque ad Sabarim, & ceciderunt per prona fugientes: pertimuitque corpo
6 puli, & ad inſtar aquæ liquefactum eſt. ♀ Ioſue verò ſcidit veſtimenta ſua, & pronus cecidit in terram coram arca Domini vſque ad veſperam, tam ipſe quàm omnes ſenes Iſrael: miſeruntque puluerem ſuper capita
Ioſue flet corā Domino.
7 ſua, ♀ & dixit Ioſue, ♀ Heu Domine Deus, quid vo-
B
Conqueritur Ioſue coram Domino Iſraelem ſuperari.
8 luiſti traducere populum iſtum Iordanem fluuium, vt traderes nos in manus Amorrhæi, & perderes? vtinam vt cœpimus, manſiſſemus trans Iordanem. Mi Domine Deus, quid dicam, videns Iſraelem hoſtibus ſuis terga
9 vertentem? ♀ Audient Chananæi, & omnes habitatores Terræ, & pariter conglobati circundabunt nos, atque delebunt nomen noſtrum de Terra: & quid facies mag-
10 no nomini tuo? ♀ Dixitque Dominus ad Ioſue, Sur-
11 ge, cur iaces pronus in terra? ♀ Peccauit Iſrael, & præuaricatus eſt pactum meum: tuleruntque de anathemate, & furati ſunt atque mentiti, & abſconderunt
12 inter vaſa ſua. ♀ Nec poterit Iſrael ſtare ante hoſtes ſuos, eoſque fugiet: quia pollutus eſt anathemate. non ero vltrà vobiſcum, donec conteratis eum qui huius
13 ſceleris reus eſt. ♀ Surge, ſanctifica populum, & dic eis, Sanctificamini in craſtinum: hæc enim dicit Dominus Deus Iſrael, Anathema in medio tui eſt Iſrael: non poteris ſtare coram hoſtibus tuis, donec delea-
14 tur ex te qui hoc contaminatus eſt ſcelere. ♀ Acceditiſque mane ſinguli per tribus veſtras: & quamcunque tribum ſors inuenerit, accedet per cognationes ſuas, & cognatio per domos, domuſque per viros.
C
15 ♀ Et quicunque ille in hoc facinore fuerit deprehenſus, comburetur igni cum omni ſubſtantia ſua: quoniam præuaricatus eſt pactum Domini, & fecit ne-
Comburi iubet Deus furem rerum anathemati addictarum.
16 phas in Iſrael. ♀ Surgens itaque Ioſue mane, applicuit Iſrael per tribus ſuas, & inuenta eſt tribus Iu-
17 da. ♀ Quæ cum iuxta familias ſuas eſſet oblata, inuenta eſt familia Zare: illam quoque per domos offerens,
18 reperit Zabdi. ♀ Cuius domum in ſingulos diuidens viros, inuenit Achan filium Charmi, filij Zabdi, filij Zare
19 de tribu Iuda. ♀ Et ait Ioſue ad Achan, Fili mi, da gloriam Domino Deo Iſrael, & confitere, atque in-
20 dica mihi quid feceris, ne abſcondas. ♀ Reſponditque Achan Ioſue, & dixit ei, Verè ego peccaui Domino
Achā ipſius furtum de anathemate.
21 Deo Iſrael, & ſic & ſic feci. ♀ vidi enim inter ſpolia pallium coccineum valde bonum, & ducentos ſiclos argenti, regulamque auream quinquaginta ſiclorum: & concupiſcens abſtuli, & abſcondi in terra contra medium tabernaculi mei, argentumque foſſa humo operui.
22 ♀ Miſit ergo Ioſue miniſtros: qui currentes ad taber-
D
naculum illius, repererunt cuncta abſcondita in eo-
23 dem loco, & argentum ſimul. ♀ Auferenteſque de tentorio tulerunt ea ad Ioſue, & ad omnes filios Iſ-
24 rael, proieceruntque ante Dominum. ♀ Tollens itaque Ioſue Achan filium Zare, argentumque & pallium, & auream regulam, filios quoque & filias eius, boues & aſinos & oues, ipſumque tabernaculum, & cunctam ſupellectilem: ( & omnis Iſrael cum eo ) du-
25 xerunt eos ad Vallē-achor, ♀ vbi dixit Ioſue, Quia turbaſti nos, exturbet te Dominus in die hac. lapidauitque eum omnis Iſrael: & cuncta quæ illius erant, igne
Achan lapidatur, & omnes facultates ipſius comburuntur.
26 conſumpta ſunt. ♀ Congregaueruntque ſuper eum aceruum magnum lapidum, qui permanet vſque in præſentem diem. & auerſus eſt furor Domini ab eis. vocatumque eſt nomen loci illius, Vallis-achor, vſque hodie.

SCHO-



## SCHOLIA IN CAP. VII.

1 Anathemate, 2 vel, Miſeratque 3 Duplex eſt Hai, altera Amorrhæorum, altera Ammonitarum: Amorrhæorum hæc fuit, quæ maior erat, propterea tam diligenter eius ſitum deſcribit. 4 ad ſummum 5 & expugnabunt 6 vel, ne cogas ire populum 7 ideſt, in loco decliui. 8 more ſcilicet lugentium 9 vt perdat 10 vel, vtinam voluiſſemus habitare 11 Audientque 12 vertent ſe in nos. vel, impetum facient in nos, 13 qui ſcilicet pollicitus es te daturum nobis terram hanc, dicentque gentes te nō potuiſſe id facere. q. d. conſule nomini tuo. 14 anathemate, 15 Heb. & etiam repoſuerunt inter vaſa ſua, ideſt, cum ſupellectile ſua. 16 quoniam fuerunt in anathemate, ideſt, polluti ſunt, retinendo de anathemate. Paulo poſt dicit, Anathema eſt in medio tui Iſrael. 17 vel, niſi diſperdatis anathema 18 vel, Præparati eſtote. 19 ideſt, aliquid de anathemate. 20 ad. vel, per 21 .i. quæ deprehendetur indicante Domino, accepiſſe de anathemate. hoc eſt, ſuper quam ſors temperata à Domino ceciderit. 22 vel, per cognationes: & cognatio 23 ideſt, habere quod de anathemate reſeruatum eſt. 24 vel, accedere fecit. ſub. coram arca Dominī 25 tribum 26 q. d. glorifica Deum cuius nutu cecidit ſors ſuper te. 27 ideſt. fatere peccatum in gloriam eius & laudem. 28 ligulam. laminam 29 ſub illa. ſub. chlamyde. 30 ideſt, ante arcam Domini. 31 & vniuerſus Iſrael, 32 Quare turbaſti nos? turbet 33 Heb. & lapidauerunt eos lapidibus. Et erexerūt, &c. vel, poſteaquam lapidibus ea obruiſſent. Et erexerunt, ideſt, combuſſerunt illos, ſiue illa, poſteaquā lapidaſſent. Alij exponunt, Et coniecit in eū vniuerſus Iſrael lapides, dum ſcilicet duceretur ad ſupplicium, & combuſſerunt eos igni, & coniecerunt ſuper illos. i. ſuper cineres illorū magnam vim lapidum. 34 ideſt, turbationis.

## CAP. VIII.

Deus dat vrbē Hai in manus Ioſue.
DIxit autem Dominus ad Ioſue, Ne timeas, ne- 1
que formides: tolle tecum omnem multitudinem pugnatorum, & conſurgens aſcende in oppidum Hai: ecce tradidi in manum tuam regem
Sup. 6. d.
eius, & populum, vrbemque, & Terram. ♀ Facieſq; 2
vrbi Hai, & regi eius, ſicut feciſti Iericho, & regi illius: prædam verò, & omnia animantia diripietis vobis: po-
Ioſue compoſito exercitu proficiſcitur ad Hai
ne inſidias vrbi poſt eam. ♀ Surrexitque Ioſue, & 3
omnis exercitus bellatorum cum eo, vt aſcenderent in Hai: & electa triginta millia virorum fortium miſit
nocte, ♀ præcepitque eis, dicens, Ponite inſidias 4
poſt ciuitatem: nec longius recedatis, & eritis omnes
B
[a] accedemus
parati. ♀ Ego autem, & reliqua multitudo, quæ 5
mecum eſt, [a] aſcendemus ex aduerſo contra vrbem. cumque exierint contra nos, ſicut antè fecimus, fu-
giemus, & terga vertemus: ♀ donec perſequentes ab 6
vrbe longius protrahantur: putabunt enim nos fuge-
re ſicut prius. ♀ Nobis ergo fugientibus, & illis perſe- 7
quentibus, conſurgetis de inſidijs, & vaſtabitis ciuitatem, tradetque eam Dominus Deus veſter in manus
* vrbem
veſtras. ♀ Cumque ceperitis*, ſuccendite eam, & ſic 8
omnia facietis vt iuſsi. ♀ Dimiſitque eos, & perrexe- 9
runt ad locum inſidiarum, ſederuntque inter Beth-el & Hai, ad Occidentalem plagam vrbis Hai: Ioſue au-
tem nocte illa in medio manſit populi, ♀ ſurgenſque 10
diluculo recenſuit ſocios, & aſcendit cum ſenioribus
C
in fronte exercitus, ♀ vallatus auxilio pugnatorum. 11
Cumque veniſſent, & aſcendiſſent ex aduerſo ciuitatis, ſteterunt ad Septentrionalem vrbis plagam, inter
quam & eos erat vallis media. ♀ Quinque autem mil- 12
[b] Beth-el
lia viros elegerat, & poſuerat in inſidijs inter [b] Beth-
auē & Hai ex Occidentali parte eiuſdem ciuitatis: ♀ om- 13
nis verò reliquus exercitus ad Aquilonem aciem dirigebat, ita vt nouiſsimi multitudinis Occidentalem plagam vrbis attingerent. abijt ergo Ioſue nocte illa, &
ſtetit in vallis medio. ♀ Quod cum vidiſſet rex Hai, 14
feſtinauit mane, & egreſſus eſt cum omni exercitu ciuitatis, direxitque aciem contra deſertum, ignorans quòd
Ioſue fugam ſimulat.
poſt tergum laterent inſidiæ. ♀ Ioſue verò, & omnis 15
Iſrael ceſſerunt loco, ſimulantes metum, & fugien-
tes per ſolitudinis viam. ♀ At illi vociferantes pariter, 16
& ſe mutuo cohortantes, perſecuti ſunt eos. Cumque
D
receſsiſſent à ciuitate, ♀ & ne vnus quidem in vrbe 17
Hai, & Beth-el remanſiſſet qui non perſequeretur Iſrael ( ſicut eruperant aperta oppida relinquentes, )
Deus conſulit ipſi Ioſue quid agat.
♀ dixit Dominus ad Ioſue, Leua clypeum qui in ma- 18
nu tua eſt contra vrbem Hai, quoniam tibi tradam
eam. ♀ cumque eleuaſſet clypeum ex aduerſo ciuita- 19
tis, inſidiæ quæ latebant, ſurrexerunt confeſtim: & pergentes ad ciuitatem, ceperunt, & ſuccenderunt eā.
Hai ſuccēditur.
♀ Viri autem ciuitatis qui perſequebantur Ioſue, re- 20
ſpicientes & videntes fumum vrbis ad cælum vſque

## CAP. VIII.

*AIt autem Dominus ad Iehoſuam, Ne metuas, neque animo frangaris, tolle tecum omnem populum militiæ aptum, & conſurgens aſcende ad Hai, 1 en tradidi in manum tuam regem Hai, atque populum eius, ciuitatem eius, atque terram eius, Tu fac Hai atque regi eius, quemadmodum Iericho & regi eius feciſti: 2 prædam tamen eius, & iumenta eius diripietis vobis, pones quoq; inſidias ciuitati 3 poſt eā. Surrexit itaque Iehoſua & omnis populus qui bello aptus erat, vt aſcēderet in Hai, & delegit Iehoſua triginta millia virorū 4 fortiū, dimiſitq; eos noctu. Præcepitq; eis dicēs, 5 En collocabitis inſidias vrbi, ſed poſt vrbē, nec tamē nimis remote ab vrbe, ſitiſq; omnes parati: Ego verò & cūctus populus qui mecū eſt, appropinquabimus vrbi: quumq; illi exierint vt occurrant nobis, quēadmodū antea fecerūt, fugiemus nos corā eis. Illi autē exibūt, noſque inſequentur, 6 noſq; eliciemus illos ex vrbe. nam dicturi ſunt, Fugiūt à facie noſtra ſicut antea. nam nos fugiemus corā eis. Vos verò interim conſurgētes ex inſidijs 7 occupabitis vrbē: tradet enim eā Dominus Deus veſter in manū veſtrā. Quumq; obtinueritis vrbē, incēdetis eā igne, iuxta verbū Dñi facietis: 8 ecce, præcepi vobis. 9 Miſit igitur illos Iehoſua, qui abeūtes ad locū inſidiarū, manſerūt inter Beth-el & inter Hai, ab Occidēte vrbis Hai: Iehoſua verò māſit nocte illa in medio populi. Et conſurgens ſummo mane Iehoſua, recenſuit populū, aſcēditq; ipſe & ſeniores Iſrael ante populū cōtra Hai. Omnes quoq; ex populo qui bello apti erant, qui ſcilicet cū eo erant, aſcenderūt, accedēteſque venerūt 10 ad vrbē, caſtra ponētes 11 ab Aquilone Hai, 12 vt eſſet vallis inter eos & inter Hai. Et accepit fermè virorū quinq; millia, collocauitq; eos in inſidijs inter Beth-el & inter Hai ab Occidua plaga vrbis. 13 Et populi collocarūt omnia caſtra quæ erāt ab Aquilone vrbi, & inſidias ſuas [quæ erāt] ab Occidēte, cōtra vrbē, & profectus eſt Iehoſua 14 eadē nocte in mediū vallē. Quumq; id videret rex Hai, feſtinanter cōſurrexerūt, idq; mane, & ciues illius vrbis erūpentes, occurrerunt Iſraeli vt pugnarent, tam ipſe quàm omnis populus eius, ad præſtitutum tempus ante planitiem, ignorans quòd inſidiæ ei eſſent collocatæ poſt vrbem. Iehoſua verò & vniuerſus Iſrael 15 ſimularunt ſe cæſos ante illos, fugeruntque per viam 16 ſolitudinis. Et conuocati ſunt omnes populi qui erant in ciuitate, vt inſequerentur eos, inſequutique ſunt Iehoſuam, pellecti ſcilicet ex vrbe, Vt non reliquus eſſet vir, ne vnus quidem, in Hai & Beth-el, qui non egreſſus eſſet poſt Iſraelem: dimiſeruntque ciuitatem apertam, & inſequuti ſunt Iſraelem. Et ait Dominus ad Iehoſuam, 17 Extende 18 telum quod eſt in manu tua 19 contra Hai, quoniam in manum tuam tradam eam. & 20 extendit Iehoſua telum quod habebat in manu ſua contra vrbem, Et ilico conſurgentes qui in inſidijs erant de loco ſuo, 21 prouolarunt quum extenderet ille manum ſuam, veneruntque in vrbem, occuparunt eam, & ilico incenderunt eam igne. Porrò ciues Hai retroſpectantes viderunt fumum ciuitatis in cælum vſque*

aſcenden-

*aſcendentem, neque facultas fuit illis fugiẽdi neque huc neq; illuc: & populus qui fugiebat verſus ſolitudinem, conuerſus eſt in perſequẽtes. Iehoſua verò & omnis Iſrael animaduertentes quòd inſidiæ cepiſſent ciuitatem, & quod fumus ciuitatis in ſublime iret, conuerſi ſunt, & percuſſerũt viros Hai. Et illi egreſſi ſunt ex vrbe obuiam illis, 22 vt eſſent [hoſtes] inter Iſraelitas, illis illinc, iſtis verò iſthinc exiſtentibus. Et percuſſerũt eos donec nullus ex eis ſupereſſet, neque effugeret. Regem verò Hai viuum ceperunt, & adduxerunt eum ad Iehoſuam. Quumq; iam ceſſarent Iſraelitæ trucidare cunctos ciues Hai in planitie 23 ſolitudinis, vbi perſequuti erant eos, & cecidiſſent vniuerſi gladio 24 ad internecionem vſque, reuerſi ſunt omnes Iſraelitæ in Hai, & percuſſerunt eam quoque gladio. Cunctorum verò qui eo die ceciderunt, tam virorum quàm mulierum, fuerunt duodecim millia, 25 & illi homines omnes fuerunt ex Hai. Iehoſua verò non reduxit manum ſuam 26 quam cum telo extenderat donec funditus vaſtaſſet omnes habitatores Hai. Veruntamen iumenta & ſpolia ciuitatis illius diripuerunt Iſraelitæ ſibi, iuxta verbum Domini quod mandauerat Iehoſuæ. Et exuſſit Iehoſua Hai, redegitq; eam in 27 aceruum perpetuum, [& in] ſolitudinẽ in hanc vſque diem. Regem verò Hai 28 in arborem ſuſpendit vſque ad tempus veſpertinum: 29 quumque ſol occideret, iuſſit Iehoſua vt cadauer eius deponerent de arbore, & proiicerent ipſum ad fores portæ vrbis, excitarentque ſuper ipſum aceruũ magnum lapidum, qui [manet] vſque in præſentem diem. 30 Tum extruxit Iehoſua aram Domino Deo Iſraelis in monte Ebal, 31 Sicut præceperat Moſes ſeruus Domini filijs Iſrael, & ſicut ſcriptum eſt in libro legis Moſis, aram videlicet de lapidibus 32 integris, ſuper quos nemo ferrum leuauit, ſacrificaueruntque ſuper eam holocauſta Domino, & ſacrificauerunt hoſtias 33 gratulatorias. Scripſit quoque ibi ſuper lapides 34 ſecundariam legem Moſis, 35 quam ſcripſerat ante filios Iſrael. Et omnis Iſrael atque ſeniores eius, præfecti & iudices ſtabant vtrinque circa arcam coram ſacerdotibus Leuitici generis portantibus arcam fœderis Domini, 36 aduenæ quoque & indigenæ. Dimidia pars illorum [ſtabat] verſus montem Gerizim, & dimidia pars illorum verſus montem Ebal, quemadmodum Moſes ſeruus Domini antea præceperat, nempe, vt benedicerent populo Iſrael primum. Poſtea 37 legit omnia verba legis, benedictiones & execrationes, iuxta omnia quæ ſcripta ſunt in libro legis. Nec fuit vllum verbum ex omnibus quæ præceperat Moſes, quod non legerit Iehoſua coram tota congregatione Iſraelis, [ſtantibus] mulieribus & paruulis atque peregrinis 38 aduenientibus in medio eorum.*

conſcendere, non potuerunt vltrà huc illucque diffuge-
re: præſertim cum hi qui ſimulauerant fugam, & tende-
bãt ad ſolitudinem, contra perſequentes fortiſſime reſti-
21 tiſſent. ¶ Videnſque Ioſue & omnis Iſrael quòd capta
eſſet ciuitas, & fumus vrbis aſcenderet, reuerſus percuſ-
22 ſit viros Hai. ¶ Siquidem & illi qui ceperant & ſuccen-
derant ciuitatem, egreſſi ex vrbe contra ſuos, medios
hoſtium ferire cœperunt. Cum ergo ex vtraque parte
aduerſarij cæderentur, ita vt nullus de tanta multitudi-
23 ne ſaluaretur, ¶ Regem quoque vrbis Hai apprehen-
24 derunt viuentem, & obtulerunt Ioſue. ¶ Igitur omni-
bus interfectis qui Iſraelem ad deſerta tendentem fuerant
perſecuti, & in eodem loco gladio corruentibus, reuer-
25 ſi filij Iſrael percuſſerunt ciuitatem. ¶ Erant autem qui
in eodem die conciderant à viro vſque ad mulierem,
26 duodecim millia hominum, omnes vrbis Hai. ¶ Ioſue
verò non contraxit manum, quam in ſublime porrexe-
rat, tenens clypeum, donec interficerentur omnes habi-
27 tatores Hai. ¶ Iumenta autem & prædam ciuitatis diui-
ſerunt ſibi filij Iſrael, ſicut præceperat Dominus Ioſue.
28 ¶ Qui ſuccendit vrbem, & fecit eam tumulum ſempiter-
29 num: ¶ Regem quoque eius ſuſpendit in patibulo vſ-
que ad veſperam & ſolis occaſum: præcepitque Ioſue,
& depoſuerunt cadauer eius de cruce: proieceruntque in
ipſo introitu ciuitatis, congeſto ſuper eum magno acer-
uo lapidum, qui permanet vſque in præſentem diem.
30 ¶ Tunc ædificauit Ioſue altare Domino Deo Iſrael in
31 monte Hebal, ¶ Sicut præceperat Moyſes famulus Do
mini filijs Iſrael, & ſcriptum eſt in volumine legis Moy-
ſi, Altare de lapidibus impolitis quos ferrum non te-
tigit: & obtulit ſuper eo [a] holocauſtum Domino. im-
32 molauitque pacificas victimas. ¶ Et ſcripſit ſuper la-
pides Deuteronomium legis Moyſi, quod ille digeſſe-
33 rat coram filijs Iſrael. ¶ Omnis autem populus, &
omnes maiores natu, ducéſque ac iudices ſtabant ex
vtraque parte arcæ, in conſpectu ſacerdotum qui por-
tabant arcam fœderis Domini, vt aduena ita & indi-
gena. Media pars eorum iuxta montem Garizim, &
media iuxta montem Hebal, ſicut præceperat Moyſes
famulus Domini. Et primùm quidem benedixit popu-
34 lo Iſrael. ¶ Poſt hæc legit omnia verba benedictio-
nis & maledictionis, & cuncta quæ ſcripta [b] fuerant
35 in legis volumine. ¶ Nihil ex his quæ Moyſes iuſſerat
reliquit intactum, ſed vniuerſa replicauit coram omni
multitudine Iſrael, mulieribus ac paruulis & aduenis qui
inter eos morabantur.

E — Hai populus occiditur.

Rex Hai comprehenſus ducitur ad Ioſue.

12000 millia occiſa.

F — Præda diuidit.

Rex Hai ſuſpenditur.

Cõſtruitur altare lapideum cui inſcribitur Deuteronomium. Exod. 20. d. Deut. 27. a.

[a] holocauſta

G

Ioſue benedicit populo Iſrael.

[b] erant

## SCHOLIA IN CAP. VIII.

1 Hebraiſmus, vide. conſydera. 2 Veruntamen prædam. 3 vel, à tergo eius, id eſt, ad plagam Occidentalem. 4 ſtrenuorum, id eſt, arte militari clarorum. 5 Hebraiſmus, Videte. Attendite. 6 Hebraiſmus, donec abduxerimus. 7 Hebraiſmus, expelletis (habitatores) ciuitatis, id eſt, ciues qui relicti fuerint præſidio. 8 attendite (quod) præceperim vobis. 9 Miſerat inquam. 10 eregione vrbis. 11 vel, ad partem Septentrionalem vrbis Hai. 12 & erat. 13 Hebraiſmus, Et propius acceſſit ad vrbem populus, (id eſt) vniuerſus exercitus qui erat in parte Septentrionali, & inſidiæ eius quæ erant ad Occaſum vrbis, id eſt, coniunxerũt ſeſe inſidiæ quinque millium cum caſtris, ne alij exiſtimarent eſſe alias inſidias. 14 qua ſcilicet propius vrbem acceſſerant. 15 Hebraiſmus, percuſſi ſunt, id eſt, finxerunt ſe reſiſtere non poſſe. 16 id eſt, quæ ducit ad deſertum. 17 vel, Eleua. Erige. 18 haſtam. lanceam. in qua ſcilicet erat ſignum. 19 in ſignum ſcilicet inſidijs. 20 erexit Ioſue haſtam (lanceam) quam, &c. 21 cucurrerunt quum eleuaſſet. 22 id eſt, intercepti fuerunt ab Iſraelitis. 23 Hebraiſmus, in deſerto. vt ſic vertas, in planitie, id eſt, in deſerto, ſiue ſolitudine. 24 Hebraiſmus, donec conſumerentur. ſiue finirentur. 25 Hebraiſmus, omnes homines Hai, id eſt, erant omnes illi habitatores Hai. 26 vel, qua lanceam extenderat. 27 Hebraiſmus, aceruum ſempiternum, deſolationem vſque, &c. id eſt, in aceruum, hoc eſt deſolationem perpetuam, quæ durauit vſque, &c. 28 in ligno, id eſt, cruci affixit. 29 Vide Deuteron. 21. 30 expugnata ſcilicet vrbe. 31 Vide Deuteron. 27. 32 id eſt, naturalibus, non politis, non cæſis. 33 pacificas. 34 id eſt, decalogum qui habetur in Deuteronomio. 35 Alij referunt hoc ad Ioſue, alij ad Moſen, qui ad Ioſuam, legunt ſcripſit. 36 vel, vt indigenæ ita & peregrini. 37 vel, curauit legenda per ſacerdotes. 38 incedentibus, id eſt, qui verſabantur inter illos, & conuerſi erant ad fidem illorum.

## CAP. IX.

*FActumque eſt vt audirent hæc cuncti reges qui erant 1 trans Iordanem, in montanis & locis planis, atque in vniuerſo litore maris magni 2 è regione Libani, nempe Hithæi, Amorrhæi, Chananæi, Phe-*

## CAP. IX.

Congregantur reges aliquot contra Ioſue.

1 QVibus auditis, cũcti reges trans Iordanẽ qui ver
ſabatur in motanis & capeſtrib[9], in maritimis ac
litore Magni-maris, hi quoq; q habitabãt iuxta
Libanũ, Hethæ[9] & Amorrhæ[9], Chananæ[9], Phe-
rezæus,



Gabaonitæ callidè petunt pacem à Ioſue.

rezæus, & Heuæus, & Iebuſæus. ¶ Congregati ſunt pa- 2
riter, vt pugnarent contra Ioſue & Iſrael vno animo, ea-
demque ſententia. ¶ At hi qui habitabant in Gabaon, 3
audientes cuncta quæ fecerat Ioſue, Iericho & Hai: ¶ Et 4
callidè cogitantes tulerunt ſibi cibaria, ſaccos veteres aſi-
nis imponentes, & vtres vinarios ſciſſos atque conſutos,
¶ Calceamentaque perantiqua quæ ad indicium vetu- 5
ſtatis pittacijs conſuta erant, induti veteribus veſtimentis:
panes quoque, quos portabant ob viaticum, duri erant, &
in fruſta comminuti. ¶ Perrexeruntque ad Ioſue qui 6
tunc morabatur in caſtris Galgalæ, & dixerunt ei, atque
ſimul omni Iſraeli, De terra longinqua venimus, pacem
vobiſcum facere cupientes. Reſponderuntque viri Iſrael
ad eos, atque dixerunt, ¶ Neforte in Terra quæ nobis 7
ſorte debetur, habitetis, & non poſſimus fœdus inire vo-
B biſcum. ¶ At illi ad Ioſue, Serui, inquiunt, tui ſumus. 8
Quibus Ioſue ait, Quinam eſtis vos? aut vnde veniſtis?
¶ Reſponderunt, De Terra longinqua valde, venerunt 9
ſerui tui in nomine Domini Dei tui: audiuimus enim fa-
mam potentiæ eius, Cuncta quæ fecit in AEgypto, ¶ & 10
duobus regibus Amorrhæorum qui fuerunt trans Iorda-
nem, Sehon regi Heſebon, & Og regi Baſan, qui erant in
Aſtaroth: ¶ dixeruntque nobis ſeniores, & omnes habi- 11
tatores Terræ noſtræ, Tollite in manibus* cibaria ob lon
giſſimam viam, & occurrite eis, & dicite, Serui veſtri ſu-
mus, fœdus inite nobiſcum. ¶ En panes, quando egreſſi 12
ſumus de domibus noſtris vt veniremus ad vos, calidos
ſumpſimus: nunc ſicci facti ſunt, & vetuſtate nimia com-
minuti. ¶ Vtres vini nouos impleuimus, nunc rupti ſunt 13
& ſoluti. veſtes & calceamenta quibus induimur, & quæ
habemus in pedibus, ob longitudinem longioris viæ trita
C ſunt, & penè conſumpta. ¶ Suſceperunt igitur de cibarijs 14
eorum, & os Domini non interrogauerunt. ¶ Fecitque 15
Ioſue cum eis pacem, & inito fœdere pollicitus eſt vt non
occiderentur: principes quoque multitudinis iurauerunt
eis. ¶ Poſt dies autem tres initi fœderis, audierunt quòd 16
in vicino habitarent, & inter eos futuri eſſent. ¶ Moue- 17
runtque caſtra filij Iſrael, & venerunt in ciuitates eorum
die tertio, quarum hæc vocabula ſunt, Gabaon & Caphi-
ra & Beroth & Chariath-iarim. ¶ Et non percuſſerunt 18
eos, eo quòd iuraſſent eis principes multitudinis in nomi-
ne Domini Dei Iſrael. Murmurauit itaque omne vulgus
contra principes Iſrael. ¶ Qui reſponderunt eis, Iura- 19
uimus eis in nomine Domini Dei Iſrael, & idcirco non
poſſumus eos contingere. ¶ Sed hoc faciemus eis, Reſer- 20
uentur quidem vt viuant, ne contra nos ira Domini con-
citetur, ſi peierauerimus*: ¶ Sed ſic viuant, vt in vſus 21
vniuerſæ multitudinis ligna cędant, aquaſque compor-
D tent. Quibus hæc loquentibus, ¶ vocauit Gabaonitas 22
Ioſue, & dixit eis, Cur nos decipere fraude voluiſtis vt di
ceretis, Procul valde habitamus à vobis: cum in medio no
ſtri ſitis? ¶ Itaque ſub maledictione eritis, & non defi- 23
ciet de ſtirpe veſtra ligna cædẽs, aquaſque comportans in
domum Dei mei. ¶ Qui reſponderunt, Nuntiatum eſt 24
nobis ſeruis tuis quòd promiſiſſet Dominus Deus tuus
Moyſi ſeruo ſuo vt traderet vobis omnem Terram, & di-
ſperderet cunctos habitatores eius: timuimus igitur val-
de, & prouidimus animabus noſtris, veſtro terrore com-
pulſi: & hoc conſilium iniuimus. ¶ Nunc autem in ma- 25
nu tua ſumus: quod tibi bonum & rectum videtur, fac no-
bis. ¶ Fecit ergo Ioſue vt dixerat, & liberauit eos de 26
manu filiorum Iſrael, vt non occiderentur. ¶ Decreuit- 27
que in illo die eos eſſe in miniſterio cuncti populi & al-
taris Domini, cædentes ligna, & aquas compor-
tantes, vſque in præſens tempus in loco quem Domi-
nus elegiſſet.

Num. 21. e.

*veſtris

2. Reg. 22. a.

*eis

Gabaonitę præficiuntur lignis cædẽdis & aquæ portandę.

*reZæi, Hiuæi & Iebuſæi, Congregati ſunt vnà, vt pugnarent contra Iehoſuam & contra Iſraelem vno conſenſu. Gibeonitæ verò quum audiuiſſent quæ fecerat Iehoſua ipſi Iericho & Hai, 3 Egerunt & ipſi vafritie quadam, abierunt enim 4 præ ſe ferentes acſi peregre miſſi veniſſent, 5 ferentes ſaccos veteres in aſinis ſuis, vtreſque vini veteres, laceros & 6 reſartos, Calceamenta quoque vetera & 7 commaculata in pedibus ſuis, veſtimenta denique habebant 8 vetera ſuper ſe, & 9 omnis panis, [quem pro] viatico ſuo [acceperant,] aridus erat & mucidus. Venerunt ergo ad Iehoſuam in caſtris 10 Gilgal, dixeruntque ad eum, & ad viros Iſrael, Venimus ex terra admodum remota: pangite ergo nobiſcum fœdus. 11 Reſpondit quiſpiam ex Iſraelitis 12 ipſi Hiuæo, Fortè tu habitas 13 in medio mei: quomodo ergo fœdus tecum ferirem? Et dixerunt ad Iehoſuam, Nos ſerui tui ſumus. Quibus rurſum ait Iehoſua, Quinam eſtis vos? & vnde venitis? Reſponderunt ei, Serui tui venerunt de remotis valde terris propter famam Domini Dei tui: ſiquidem famam eius audiuimus, & quæcunque in AEgypto fecit, Sed & cuncta quæ fecit duobus regibus Amorrhæorum, qui fuerunt vltra Iordanem, [nempe] Sihon regi Heſbon, & Og regi Baſan qui 14 [fuit] in Aſtaroth, vnde dixerunt nobis ſeniores noſtri, & omnes inhabitatores terræ noſtræ in hanc ſententiam, Tollite in manu veſtra viaticum ad iter, & ite illis obuiam, diciteque illis, Serui veſtri ſumus, pangite ergo nobiſcum fœdus. 15 Hic panis noſter quo aluimus noſipſos interim dum abſumus à domibus noſtris, calidus fuit eo die quo egrediebamur vt proficiſceremur ad vos, 16 & ecce nunc aridus eſt & mucidus. Iſti quoque vtres vini quos nouos impleuimus, ecce 17 rupti ſunt: ſed & veſtimenta hæc noſtra atque calceamenta noſtra vetuſtate detrita ſunt 18 ob iter tam longum & immenſum. Et 19 acceperunt viri illi [Iſraelitæ] de viatico illorum 20 inconſulto Domino. Fecit itaque Iehoſua cum eis pacem, & ferijt cum eis fœdus, 21 vt ſeruaret eos viuos, & principes cœtus iurauerunt eis. Exactis tribus diebus poſteaquam fœdus icerant, audierunt illos eſſe vicinos ſuos, habitareque in medio ipſorum. Et profecti filij Iſrael, peruenerunt tertio die ad ciuitates illorum, (erant autem ciuitates eorum, Gibeon, Kephira, Beeroth & Kiriath-iearim,) Nec percuſſerunt eos filij Iſrael, eo quòd eis principes cœtus per Dominum Deum Iſraelis iuraſſent: 22 & murmurabat totus cœtus contra principes. Dixerunt verò cuncti principes ad vniuerſum cœtum, Nos iurauimus illis per Dominum Deum Iſraelis, idcirco non poſſumus 23 in eos irruere. Hoc verò faciemus eis, ſeruabimus eos viuos, ne veniat ſuper nos 24 indignatio propter iuramentum quod iurauimus eis. 25 Dixeruntque rurſus ad eos principes, Viuant, 26 & ſint calones & lixæ pro toto cœtu, quemadmodum loquuti ſunt 27 eis principes. Et vocatis eis Iehoſua, loquutus eſt ad eos in hanc ſententiam, Quare impoſuiſtis nobis hiſce verbis, Valde remoti habitamus à vobis: quum tamen in medio noſtri habitetis? Execrati igitur eritis vos, nec excindetur è vobis ſeruus & qui ligna cædant, & aquam hauriant domui Dei. Qui reſpondentes Iehoſuæ, dixerunt, Quoniam certiſſime indicatum eſt ſeruis tuis quòd præcepiſſet Dominus Deus tuus Moſi ſeruo ſuo, quòd daturus eſſet vobis vniuerſam hanc terram, & quòd exciſurus eſſet cunctos habitatores terræ ante vos: ob hoc timuimus vehementer animabus noſtris à vobis, & fecimus rem iſtam, 28 En ſumus in manu tua, quod tibi videtur bonum & rectum nobis facere, hoc facito. Et fecit eis ſic, liberauitque eos è manu filiorum Iſrael vt non occiderent eos. Et conſtituit eos Iehoſua eodẽ die vt eſſent lignatores & aquatores in cœtu, & pro ara Domini in hunc vſque diem, in loco quem 29 elegerit.*

SCHO-

## SCHOLIA IN CAP. IX.

1 Siue, vltra. reſpectu campeſtrium Moab. 2 id eſt, in toto illo tractu qui adiacet mari mediterraneo, & reſpicit Libanō, qui ſcilicet eſt in parte Septentrionali. 3 id eſt, Aſtu & ipſi vſi ſunt vt & Ioſue fuerat vſus aſtu in expugnatione Hai. 4 Hebraiſmus, oſtēdentes ſe legatos eſſe, id eſt, finxerunt ſe eſſe legatos. 5 id eſt, ſtrauerant aſinos ſuos ſaccis putridis. 6 colligatos. propter rupturas ſcilicet. 7 reſarta, id eſt, quæ varia fruſta corij aſſuta habebant. 8 vel, putrida. 9 Hebraiſmus, panis viaticum eorum. 10 (in) Galgal, id eſt, quæ erant in Galgalis. 11 Hebraiſmus, Et reſpondit vir Iſrael. Singulare pro plurali. 12 id eſt, Gabaonitis qui erant Hiuęi. 13 id eſt, in hac terra quam Dominus mihi poſsidendam dedit. 14 Subaudiendum potius (regnabant.) 15 Hebraiſmus, Iſte (eſt) panis noſter, calidum pro viatico, accepimus è domibus noſtris, &c. id eſt, ex eo adhuc calente viaticum adornauimus. 16 vel, nunc autem ſane. 17 ſubaudi, præ vetuſtate. 18 Hebraiſmus, præ longinquitate viæ admodum. 19 id eſt, comederunt de viatico eorum in ſignum fœderis initi. 20 Hebraiſmus, & os Domini non interrogauerunt. 21 Hebraiſmus, ad viuificandum eos, 22 vel, murmurauit itaque. 23 vel, eos attingere. 24 ſubaudi, Domini. 25 vel, Et addiderunt illis. 26 vel, dummodo ſint cæſores lignorum & hauſtores aquarum. 27 de illis. 28 Hebraiſmus, Nunc ergo ecce ſumus. 29 ſubaudi Dominus.

## CAP. X.

*QVum verò Adoni-Zedex rex Hieroſolymorum au-*
*diſſet quòd Iehoſua 1 obtinuiſſet Hai, & eā vaſtaſ-*
*ſet (2 & vt feciſſet Iericho & regi eius, ita quoque*
*Hai & regi eius feciſſet,) quodque pacem iniſ*
*ſent ciues Gibeon cum Iſraelitis, & eſſent inter eos, Timuerūt*
*valde, quoniam Gibeon vrbs fuit magna, ſicut vna ex regali-*
*bus vrbibus, 3 maior Hai, & ciues eius omnes viri erant for-*
*tiſsimi. Miſit ergo Adoni-Zedex rex Hieroſolymorum ad Ho-*
*ham regem Hebron, & ad Piream regem Iarmuth, & ad Ia-*
*phiam regem Lachis, & ad Debir regem Eglon, huiuſmodi*
*mandatis, Aſcendite ad me, & auxilio mihi ſitis, vt percutia-*
*mus Gibeon, quoniam pacem inierunt cum Iehoſua & cum*
*filijs Iſrael. Congregati igitur aſcenderunt quinque reges*
*Amorrhæorum, rex Hieroſolymorum, rex Hebron, rex Iar-*
*muth, rex Lachis, rex Eglon, iſti cum vniuerſis caſtris ſuis*
*caſtrametati ſunt contra Gibeon vt oppugnarent eam. Miſe-*
*runt ergo ciues Gibeon ad Iehoſuam in caſtra quæ erant in*
*Gilgal, hiſce mandatis, Ne retrahas manum tuam à ſeruis*
*tuis, aſcende ilico ad nos, & ſerua nos, opemque fer nobis,*
*quoniam congregati ſunt contra nos omnes reges Amorrhæo-*
*rum qui habitāt in montibus. Et aſcendit Iehoſua ex Gilgal,*
*ipſe & totus populus qui bello aptus erat cum eo, & cuncti*
*viri fortes. Et ait Dominus ad Iehoſuam, Ne timeas ab eis,*
*quoniam tradidi eos in manum tuam, nec ſtabit quiſpiam ex*
*eis coram te. 4 Venit autem Iehoſua ſubito ad illos: (nam*
*aſcenderat tota nocte ex Gilgal.) Et 5 conturbauit eos Domi-*
*nus 6 ante Iſraelitas, percuſsitque eos cæde magna 7 in Gi-*
*beon, & inſequutus eſt eos per viam 8 aſcenſus Bethoron,*
*percuſsitque eos vſque in Aſexa & Maxeda. Quumque fuge-*
*rent 9 ante Iſraelitas, & eſſent in deſcenſu Bethoron, deie-*
*cit Dominus ſuper eos lapides grādes de cælo, vſque in Aſexa:*
*mortuique ſunt multo plures eorum qui 10 lapidibus gran-*
*dinis interierunt, quàm fuerint illorum quos interfecerant filij*
*Iſrael gladio. 11 Tum loquutus eſt Iehoſua ad Dominum eo*
*ſcilicet die quo Dominus 12 tradidit Amorrhæum ante Iſrae*
*litas, 13 & ait præſentibus Iſraelitis, Sol ſiſte gradum 14 in*
*Gibeon, & luna in valle 15 Aialon. 16 Conſtitit itaque ſol,*
*& luna ſtetit, donec ſe 17 gens de hoſtibus ſuis vlciſceretur.*
*an non 18 hoc in libro 19 iuſti ſcriptum eſt? 20 Conſtitit*
*itaque ſol 21 in medio cæli, nec feſtinauit ad occaſum ferè*
*integro die. Nec fuit talis dies ante illum nec poſt illum, 22*
*vt exaudiret Dominus 23 vocem hominis: quoniam Domi-*
*nus 24 pugnauit pro Iſraele. Reuerſuſque 25 eſt Iehoſua &*
*omnis Iſrael cum eo ad caſtra in Gilgal. 26 Fugerunt autem*
*quinque reges iſti, & abſconditi delituerunt in quadam ſpe-*
*lunca in Maxeda. Et nunciatum eſt Iehoſuæ hiſce ver-*
*bis, Inuenti ſunt quinque reges abſconditi in ſpelunca in*
*Maxedad. Et ait Iehoſua, Voluite lapides grandes ad os*
*ſpeluncæ, & conſtituite viros circa eam qui eos cuſtodiant,*
*Vos verò ne conſiſtatis, ſed inſequimini hoſtes veſtros, & cæ-*
*dite extremum agmen, neque permittatis vt ingrediantur ci-*
*uitates ſuas, quia tradidit eos Dominus Deus veſter in manum*
*veſtram. Et factum eſt, quum ceſſaſſet Iehoſua atque filij Iſ-*
*rael à cædendo illos valde ingenti cæde ad internecionem vſ-*

## CAP. X.

1 QVæ cum audiſſet Adoni-ſedec rex Ieruſalem,
quòd ſcilicet cepiſſet Ioſue Hai, & ſubuertiſſet
eam (ſicut enim fecerat Iericho & regi eius, ſic
fecit Hai, & regi illius) & quòd transfugiſ-
2 ſent Gabaonitæ ad Iſrael, & eſſent fœderati eorum, ♀ Ti-
muit valde: vrbs enim magna erat Gabaon, & vna ciuita-
tum regalium, & maior oppido Hai, omneſque bellatores
3 eius fortiſsimi. ♀ Miſit ergo Adoni-ſedec rex Ieruſalem
ad Oham regem Hebron, & ad Pharan regem Ierimoth,
ad Iaphia quoque regem Lachis, & ad Dabir regē Eglon,
4 dicens, ♀ Ad me aſcendite, & ferte præſidium, vt expu-
gnemus Gabaon, quare transfugerit ad Ioſue, & ad filios
5 Iſrael. ♀ Congregati igitur aſcenderunt quinque reges
Amorrhęorum: rex Ieruſalem, rex Hebron, rex Ierimoth,
rex Lachis, rex Eglon, ſimul cum exercitibus ſuis, & ca-
6 ſtrametati ſunt circa Gabaon, oppugnantes eam. ♀ Habi-
tatores autem Gabaon vrbis obſeſſæ miſerunt ad Ioſue,
qui tunc morabatur in caſtris apud Galgalam, & dixerūt
ei, Ne retrahas manus tuas ab auxilio ſeruorum tuorum:
aſcende cito, & libera nos, ferque præſidium: conuene-
runt enim aduerſum nos omnes reges Amorrhęorum qui
7 habitant in montanis. ♀ Aſcenditque Ioſue de Galga-
lis, & omnis exercitus bellatorum cum eo ʺ viri fortiſsimi.
8 ♀ Dixitque Dominus ad Ioſue, Ne timeas eos: in manus
enim tuas tradidi illos: nullus ˋenim ex eis tibi reſiſtere
9 poterit. ♀ Irruit itaque Ioſue ſuper eos repente, tota
10 nocte aſcendens de Galgalis. ♀ Et conturbauit eos Do-
minus à facie Iſrael: contriuitque plaga magna in Ga-
baon, ac perſecutus eſt eos per viam aſcenſus Beth-ho-
11 ron, & percuſsit vſque Azeca & Maceda. ♀ Cumque fu-
gerent filios Iſrael, & eſſent in deſcenſu Beth-horon,
Dominus miſit ſuper eos lapides magnos de cælo vſque
ad Azeca: & mortui ſunt multo plures lapidibus grandi-
12 nis, quàm quos gladio percuſſerant filij Iſrael. ♀ Tunc
locutus eſt Ioſue Domino in die qua tradidit Amor-
rhæum in conſpectu filiorum Iſrael, dixitque coram eis,
Sol contra Gabaon ne mouearis, & luna contra Vallem-
13 Aialon. ♀ Steteruntque ſol & luna, donec vlciſceretur
ſe gens de inimicis ſuis. Nonne ſcriptum eſt hoc in
libro iuſtorum? Stetit itaque in medio cæli, & non
14 feſtinauit occumbere ſpatio vnius diei. ♀ Non fuit an-
tea & poſtea tam longa dies, obediente Domino vo-
15 ci hominis, & pugnante pro Iſrael. ♀ Reuerſuſque eſt
16 Ioſue cum omni Iſrael in caſtra Galgalæ. ♀ Fugerant
enim quinque reges, & ſe abſconderant in ſpelunca vr-
17 bis Maceda. ♀ Nuntiatumque eſt Ioſue quòd inuenti
eſſent quinque reges latentes in ſpelunca ˋvrbis Maceda.
18 ♀ Qui præcepit ſocijs, & ait, Voluite ſaxa ingentia ad
os ſpeluncæ, & ponite viros induſtrios qui clauſos cuſto-
19 diant: ♀ Vos autem nolite ſtare, ſed perſequimini ho-
ſtes, & extremos quoſque fugientium cædite: nec dimit-
tatis eos vrbium ſuarū intrare præſidia, quos tradidit Do
20 minus Deus in manus veſtras. ♀ Cæſis ergo aduerſarijs
plaga magna, & vſq; ad internecionem penè cōſumptis,
hi qui

Gabaonitis bellum infertur ab Amorrhæis quod cum Ioſue pacē feciſſent.

B Gabaonitæ petunt auxilium à Ioſue.

ʺ virique

Ioſue expugnat Amorrhæos.

C Pluit lapides.

Siſtitur ſol, & prolongatur dies. Eſa. 28. f. Eccle. 46. a.

Reges quinque latitantes in ſpelunca.

D



hi qui in Iſrael effugere potuerunt, ingreſsi ſunt ciuitates
munitas. ♀ Reuerſuſque eſt omnis exercitus ad Ioſue 21
in Maceda, vbi tunc erant caſtra, ſani & integro numero:
nulluſque contra filios Iſrael mutire auſus eſt. ♀ Præce- 22
pitque Ioſue, dicens, Aperite os ſpeluncæ, & producite
ad me quinque reges qui in ea latitant. ♀ Feceruntque 23
miniſtri vt ſibi fuerat imperatum: & ʺadduxerunt ad eum
quinque reges de ſpelunca, regem Ieruſalem, regem He-
bron, regem Ierimoth, regem Lachis, regem Eglon.
♀ Cumque ʺadducti eſſent ad eum, vocauit omnes viros 24
Iſrael, & ait ad principes exercitus qui ſecum erant, Ite,
& ponite pedes ſuper colla regum iſtorum. qui cum per-
rexiſſent, & ſubiectorum colla pedibus calcarent, ♀ Rur- 25
ſum ait ad eos, Nolite timere, nec paueatis, confortamini
& eſtote robuſti: ſic enim faciet Dominus cunctis hoſti-
bus veſtris aduerſum quos ʺ dimicabitis. ♀ Percuſsitque 26
Ioſue, & interfecit eos, atque ſuſpendit ſuper quinque ſti
pites: fueruntque ſuſpenſi vſque ad veſperum. ♀ Cum- 27
que occumberet ſol, præcepit ſocijs vt deponerent eos de
patibulis. qui depoſitos proiecerunt in ſpeluncam in qua
latuerant, & poſuerunt ſuper os eius ſaxa ingentia, quæ
permanent vſque in præſens. ♀ Eodem die Macedam 28
quoque cepit Ioſue, & percuſsit in ore gladij, regemque
illius interfecit, & omnes habitatores eius: non dimiſit in
ea ſaltem paruas reliquias: fecitque regi Maceda ſicut fe-
cerat regi Iericho. ♀ Tranſiuit autem cum omni Iſrael 29
de Maceda in Lebna, & pugnabat contra eam. ♀ Quam 30
tradidit Dominus cum rege ſuo in manus Iſrael: percuſ-
ſeruntq; vrbē in ore gladij, & omnes habitatores eius. nō
dimiſerunt in ea vllas reliquias. feceruntque regi Lebna
ſicut fecerant regi Iericho. ♀ De Lebna tranſiuit in La- 31
chis cum omni Iſrael: & exercitu per gyrum diſpoſito op
pugnabat eam. ♀ Tradiditque Dominus Lachis in ma- 32
nus ˋfiliorum Iſrael, & cepit eam die altero, atque percuſ
ſit in ore gladij, omnemque animam quæ fuerat in ea, ſi-
cut fecerat Lebna. ♀ Eo tempore aſcendit Horam rex 33
Gazer, vt auxiliaretur Lachis: quem percuſsit Ioſue cum
omni populo eius vſque ad internecionem. ♀ Tranſiuit- 34
que de Lachis in Eglon, & circundedit ♀ atque expug- 35
nauit eam in eadem die: percuſsitque in ore gladij omnes
animas quæ erant in ea iuxta omnia quæ fecerat Lachis.
♀ Aſcendit quoque cum omni Iſrael de Eglon in He- 36
bron, & pugnauit contra eam: ♀ cepitque, & percuſ- 37
ſit in ore gladij, regem quoque eius, & omnia oppida re-
gionis illius, vniuerſaſque animas quæ in ea fuerant com-
moratæ: non reliquit in ea vllas reliquias: ſicut fecerat
Eglon, ſic fecit & Hebron, cuncta quæ in ea reperit, 38
conſumens gladio. ♀ Inde reuerſus in Dabir, ♀ ce- 39
pit eam, atque vaſtauit: regem quoque eius atque om-
nia per circuitum oppida percuſsit in ore gladij: non
dimiſit in ea vllas reliquias: ſicut fecerat Hebron &
Lebna & regibus earum, ſic fecit Dabir & regi illius.
♀ Percuſsit itaque Ioſue omnem Terram montanam & 40
Meridianam, atque campeſtrem, & Aſedoth cum re-
gibus ſuis: non dimiſit in ea vllas reliquias, ſed omne
quod ſpirare poterat interfecit, ſicut præceperat ei Do-
minus Deus Iſrael ♀ à Cadeſ-barne vſque Gazam. 41
Omnem Terram-Goſen vſque Gabaon, ♀ vniuerſoſ- 42
que reges & regiones eorum vno impetu cepit atque
vaſtauit: Dominus enim Deus Iſrael pugnauit pro eo.
♀ Reuerſuſque eſt cum omni Iſrael ad locum caſtro- 43
rum in Galgala.

ʺ eduxerunt

ʺ educti

E

ʺ dimicatis.

Quinque reges ſuſpenduntur.

Maceda vrbs capitur.

F

Lebna.

Sup. 6. Lachis.

Horam rex Gazer occiditur.

Expugnatur Eglon.

Hebron.

G

Dabir.

Deus pugnat pro Ioſue.

*que, vt reliqui qui ex illis ſupererant, ingrederentur in vrbes*
*munitas. Et reuerſus eſt vniuerſus populus ſaluus in caſtra ad*
*Iehoſuam in Maxeda, 27 vt nemo vel mutterit lingua ſua*
*contra filios Iſrael. Dixit autem Iehoſua, Aperite os ſpelun-*
*cæ, & educite ad me ex ſpelunca quinque iſtos reges. Et fece-*
*runt ſic, eduxeruntque ad eum ex ſpelunca quinque iſtos reges,*
*nempe regem Ieroſolymorum, regem Hebron, regem Iarmuth*
*regem Lachis, & regem Eglon. Quumque educerent reges*
*iſtos ad Iehoſuam, vocauit Iehoſua cunctos viros Iſrael, di-*
*xitque ad principes 28 qui præerant bello, quique cum eo pro-*
*fecti erant, Huc adeſte, & ponite pedes veſtros ſuper colla*
*regum iſtorum. illi ergo accedentes 29 reſtiterunt pedibus*
*ſuis in ceruicibus regum iſtorum. Et ait ad eos Iehoſua, Ne*
*metuatis, neque paueatis, 30 quin viriliter & fortiter agatis:*
*quoniam ſic faciet Dominus cunctis inimicis veſtris contra*
*quos 31 pugnatis. Poſt hæc trucidauit eos Iehoſua, & interfe-*
*ctos ſuſpendit in quinque 32 arboribus, & manſerunt ſu-*
*ſpenſi in arboribus vſque ad veſperam. Quum tempus appe-*
*teret vt ſol occideret, iuſsit Iehoſua vt depoſitos de arboribus*
*proijcerent eos in ſpeluncam in qua delituerant, & poſuerunt*
*lapides grandes ad os ſpeluncæ, qui [manent] in hunc vſq;*
*diem. Et Maxeda cepit Iehoſua 33 eodem die, & percuſsit*
*eam gladio, regemque eius interfecit, 34 cum omni eo quod*
*in ea viuebat: nihil fecit reliquum, ſed fecit regi Maxeda*
*quemadmodum fecerat regi Iericho. Tranſijt deinde Ieho-*
*ſua & cunctus Iſrael cum eo à Maxeda in Libna, pugnauit-*
*que contra Libna. Et Dominus tradidit eam & regem eius*
*in manum Iſraelis, quam percuſsit gladio, ſimulque quidquid*
*in ea vitam habebat: nihil fecit in ea reliquum, ſed fecit regi*
*eius quemadmodum regi Iericho fecerat. Tranſijt deinde Ie-*
*hoſua & omnis Iſrael cum eo à Libna in Lachis; caſtraque*
*fixit contra eā, & oppugnauit eam. Et tradidit Dominus La-*
*chis in manum Iſraelis, qui capiens eam poſtero die, percuſsit*
*35 eam gladio, & quicquid viuum in ea erat, quemadmodū*
*fecerat in Libna. Tunc aſcēdit Horam rex Geſer vt ſuppetias*
*ferret ipſi Lachis, quem percuſsit Iehoſua & populum eius,*
*ita vt nemo ex eis reliquus eſſet. De Lachis tranſijt Iehoſua*
*& omnis Iſrael cum eo ad Eglon, poſitiſque caſtris contra eā,*
*oppugnarunt eam. Et expugnata ea eodem die, percuſſerunt*
*eam gladio, atque omne illud quod in ea vitam habebat in-*
*teremit eodem die, quemadmodum fecerat in Lachis. Aſcen-*
*dens autem Iehoſua & omnis Iſrael cum eo de Eglon in He-*
*bron, oppugnarunt eam, captamque percuſſerunt gladio, re-*
*gem ſcilicet eius, & cunctas ciuitates 36 eius, quidquid de-*
*nique in ea viuebat, nec fecit quidquam reliquum, ſed fecit*
*ei iuxta omnia quæ fecerat Eglon. Et 37 prorauit eam, &*
*quidquid fuit in ea viuum. Et reuerſus Iehoſua atque omnis*
*Iſrael cum eo in Debir, oppugnauit eam. Quumque eam ce-*
*piſſet, & regem eius, atque cuncta oppida eius, percuſſerunt*
*eos gladio, & internecioni dedit quidquid in ea viuum fuit:*
*nihil fecit reliquum: quemadmodum fecerat Hebron, ſic*
*faciebat & Debir, & regi eius: & quemadmodum fecerat*
*Libna & regi eius. 38 Et percuſsit Iehoſua vniuerſam regio-*
*nem montanam, & Meridianam, 39 & valles fluuiales, &*
*cunctos reges eorum: nihil fecit ex eis reliquum, quidquid*
*ſpirauit dedit internecioni, quemadmodum præceperat Do-*
*minus Deus Iſraeli. Percuſsit autem eos Iehoſua à Kadeſ-*
*barnea vſque ad Aſam, & vniuerſam terram 40 Goſen vſq;*
*Gibeon. Cunctos hos reges & terram eorum cepit Iehoſua 41*
*ſemel: quoniam Dominus Deus Iſrael pugnauit pro Iſraele.*
*Et reuerſus eſt Iehoſua atque omnis Iſrael in caſtra quæ erant*
*42 in Gilgal.*

## SCHOLIA IN CAP. X.

1 Expugnaſſet. 2 Hebraiſmus, quemadmodum enim fecerat Iericho & regi eius, ſic fecit Hai & regi eius. Hæc per parentheſin legenda ſunt. 3 Hebraiſmus, & quoniam maior erat. 4 vel, Aggreſſus eſt autem eos Ioſue repente. 5 vel, fregit. 6 id eſt, aggredientibus Iſraelitis. 7 id eſt, iuxta Gabaon. 8 qua aſcenditur. 9 vel, perſequente Iſraele. 10 id eſt, grandine quæ erat inſtar lapidum. 11 Chaldæus paraphraſtes, Tunc laudauit Dominum. vel, gratias egit Domino. 12 id eſt, effecit vt Amor-
rhæi

vhæi venirent in poteſtatem filiorum Iſrael. 13 dixerat autem,id eſt,fuderat hanc orationem præſentibus Iſraelitis.Sol,&c. quaſi dicat,permitte vt ſol & luna non deſerant nos luce ſua,donec deuicerimus hoſtes noſtros. 14 id eſt,in agro Gabaonitarum.Hoc dixit in meridie. 15 Aialon erat in tribu Dan:Gabaon autem in tribu Beniamin.Hoc dixit aduentante nocte. 16 Quidam Hebræorum dicunt hic eſſe initium cantici. 17 ſubaudi,Iſraelitica. 18 id eſt, canticum illud. 19 Iaſar,id eſt,rectitudinis,ſiue æquitatis. Quidā dicunt canticum illud hic non memoratum,ſed in libro Iaſar, qui quidem perijt in captiuitate. Alij vero dicunt initium cantici eſſe, Et ſtetit ſol,&c. Chaldæus paraphraſtes,dicit librum rectitudinis, eſſe librum legis:nam quæ ſunt in lege,recta ſunt. Doctus inter Hebræos dicit eſſe Exod.34.b.hoc canticum,vbi ſic legitur, Faciam mirabilia quædam quæ creata non ſunt in vniuerſa terra. Ait enim illud prædicere iſtud miraculum. 20 Stetit ergo. 21 id eſt, in linea illa Septentrionali, in medio ſcilicet Orientis & Occidentis,id eſt,in meridie. Quidam inter Hebræos exiſtimant ſolem & lunam reuera non ſtetiſſe, ſed quod viſi fuerint ſtetiſſe,ob breuitatem ſcilicet temporis quo Iſraelitæ deuicerunt hoſtes ſuos,quod quidem erat negotium multorum dierum, quaſi dicat, Da Domine vt hoc tam breui interuallo vlciſcamur de hoſtibus noſtris,quanto ſol hodie ſtabit ſupra Gabaon,& luna hac nocte ſupra Aialon. Doctior inter eos ait hoc non debere referri ad breuitatem,ſed reuera ſolem conſtitiſſe. Et idem per diem perfectum, ſiue integrum,intelligit diē longiſsimam,quanta ſcilicet eſt in ſolſtitio æſtiuali. 22 vel,in qua exaudiret. 23 petentis ſcilicet curſum naturæ immutari. 24 pugnabat. 25 vel,fuerat. Hic verſus dicitur per anticipationem,& repetitur in fine capitis,nempe negotio confecto.Rectiſsime ſic vertetur,Itaque reditum adornabat Ioſue. 26 Fugerant. 27 non mouit quiſquam linguam ſuam,ideſt, nemo,vel verbo auſus eſt lædere Iſraelitas. 28 Hebraiſmus,virorum bellatorum,id eſt,militum. 29 poſuerunt pedes ſuos ſuper colla eorum. 30 eſtote fortes & robuſti,id eſt,nolite eſſe animo fracto. 31 vel, pugnaturi eſtis. 32 vel,patibulis. 33 quo ſcilicet iuſsit interfici reges. 34 Hebraiſmus, cum eis: & omnem animam quæ erat in ea,id eſt,interfecit regem vnà cum propugnatoribus eius,& omnes homines qui erant in vrbe. 35 id eſt,propugnatores eius. 36 id eſt,ei ſubditas. 37 deleuit. 38 Percuſsit itaq;.39 & cāpeſtrē,& decliuia.ſiue decliuitatē.i. regionē quæ erat in decliuitate montium. 40 altera erat terra Goſen in AEgypto. 41.i.vnico bello,non interrupto.42.i.ad locū caſtrorū,vbi ſcilicet erat tabernaculum,vt illic ageret gratias Deo de tāta victoria.

## CAP. XI.

QVum [hec] audiſſet Iabin rex Hazor, miſit ad Iobab regem Madon, & ad regem Simron, & ad regem Achſaph,ſed & ad reges qui erant ad Aquilonem in montanis & loco campeſtri contra Meridiem. 1 Cineroth, & in locis 2 planis, atque in 3 regionibus Dor ab Occidente, [Et ad] Chananæum qui erat ab Oriente & Occidente, & ad Amorrhæum, Hithæum, Pherizæum & Iebuſæum in montanis, & ad Hiuæum qui erat ſub Hermon in terra Mizpa. Illi egreßi ſunt atque vniuerſa caſtra cum eis, populus multus nimis, vt arena quæ eſt in litore maris, 4 equites & currus valde multi. Iſti reges omnes congregati ſunt, & venientes iunxerunt caſtra apud aquas Merom, vt congrederentur cum Iſraelitis. Et ait Dominus ad Iehoſuam, Ne metuas ab illis, quoniam cras 5 iuxta hoc tempus ego tradam eos omnes ſaucios coram Iſraele, equis eorum 6 neruos incides, & currus eorum igni combures. Venit itaque Iehoſua & cunctus populus bello aptus cum eo, aduerſum illos iuxta aquas Merom,repente irruentes in eos. Et tradidit eos Dominus in manum Iſraelis, percuſſeruntque eos, & inſequuti ſunt eos vſque Zidonem 7 maiorem, & vſque ad 8 calefactiones aquarum, & vſque ad vallē Mizpa, quæ eſt ad Orientem, percutientes eos, 9 ita vt neminem ex eis reliquum fecerent. Fecitque eis Iehoſua quemadmodum præceperat ei Dominus,equis eorum 10 neruos incidit, & currus eorum igne combuſſit. Et reuerſus Iehoſua eodem tempore cepit Hazor, & regem eius ferijt. Etenim Hazor 11 ante fuerat caput omnium iſtorum regnorum. Percuſſerunt inſuper gladio 12 quidquid in ipſa vitam habebat, [cuncta] vaſtantes: 13 nihil reliquum facientes quod ſpirabat,Hazor quoque ipſam igne ſuccendit. Omnes quoque ciuitates regum iſtorum, & vniuerſos reges earum cepit Iehoſua, & percuſſit eos gladio, & internecioni dedit eos, quemadmodum præceperat Moſes ſeruus Domini. Veruntamen omnes vrbes quæ ſtabant 14 in tumulis ſuis non combuſſit Iſrael, præter Hazor ſolam quam incendit Iehoſua. Et vniuerſa ſpolia ciuitatum iſtarum atq; iumenta diripuerunt ſibi filij Iſrael: omnes tamen homines percuſſerunt gladio, donec excinderent eos, nec quidquam quod ſpirabat reliquum fecerunt. Quemadmodum Dominus præceperat Moſi ſeruo ſuo, ſic Moſes præceperat Iehoſuæ, & Iehoſua ſic fecit, 15 ita vt non dempſerit quidquam ex omnibus quæ præceperat Dominus Moſi. Occupauit itaque Iehoſua vniuerſam terram illam, montanam & vniuerſam Meridionalem,atque omnem terram Goſen,decliuia atque campeſtria loca, montem quoque Iſrael & loca eius humiliora. A monte 16 diuiſionis, qui 17 aſcendit in Seir, vſque ad Baal-gad in conualle Libani 18 infra ad montem Hermon: cunctos quoque reges earum cepit, percuſſit eos atque trucidauit eos. Diebus multis bellum geßit Iehoſua cum omnibus regibus iſtis. Nec fuit vlla ciuitas quæ pacē 19 inierit cum filijs Iſrael,exceptis Hiuæis qui habitabant in Gibeō, [ſed] bello omnes [ciuitates] obtinuerunt. Siquidem à Domino [hoc] fuit, 20 qui confortabat cor illorum, vt bello reſiſterent Iſraeli, vtque illi eos internecioni darent, nec vlla eis miſericordia exhiberetur, 21 ſed excinderentur,quemadmodum præceperat Dominus Moſi. Eodem verò tempore venit Iehoſua, & excidit 22 Enaxim ex montibus ab Hebron, Debir, Anab, & de cunctis montanis Iehuda, & de cunctis montanis Iſrael, vaſtauit inquam [eos] Iehoſua cum ciuitatibus eorum. Nullus ex Enaxim relictus eſt in terra filiorum Iſrael, duntaxat in Aſa, Gath, & in Aſdod relicti ſunt. Cepit itaque Iehoſua vniuerſam terram, 23 iuxta omnia quæ loquutus fuerat Dominus ipſi Moſi. Et Iehoſua tradidit eam Iſraelitis in hæreditatem iuxta diuiſiones & tribus eorum: quieuitque terra 24 à bellis.

## CAP. XI.

Congregantur aliquot reges contra Ioſue.

1 QVæ cum audiſſet Iabin rex Aſor,miſit ad Iobab
regem Madon, & ad regem Semeron, atque ad
2 regem Achſaph: ¶ ad reges quoque Aquilonis, qui habitabant in montanis & in
planitie contra Meridiem Ceneroth, in campeſtribus
3 quoque & regionibus Dor iuxta mare: ¶ Chananæum quoque ab Oriente & Occidente,& Amorrhæum
atque Hethæum ac Pherezæum & Iebuſæum in montanis: Heuæum quoque qui habitabat ad radices Hermon
4 in Terra-Maſpha. ¶ Egreſsique ſunt omnes cum turmis ſuis, populus multus nimis ſicut arena quæ eſt in litore maris,equi quoque & currus immenſæ multitudinis.
5 ¶ Conueneruntque omnes reges iſti in vnum ad Aquas-
6 meron, vt pugnarent contra Iſrael. ¶ Dixitque Dominus ad Ioſue, Ne timeas eos: cras enim hac eadem hora
ego tradam omnes iſtos vulnerandos in cōſpectu Iſrael:
7 equos eorum ſubneruabis,& currus igne combures. ¶ Venitque Ioſue, & omnis exercitus eius cum eo aduerſus
8 illos ad Aquas-meron ſubitò, & irruerunt ſuper eos. ¶
Tradiditque illos Dominus in manus Iſrael: qui percuſſerunt eos, & perſecuti ſunt vſque ad Sidônem magnam
& Aquas-Maſerephoth, campumque Maſphe, qui eſt
ad Orientalem illius partem: itaque percuſsit omnes, vt
9 nullas dimitteret ex eis reliquias: ¶ fecitque ſicut præ-
ceperat ei Dominus, equos eorum ſubneruauit,curruſque
10 combuſsit igni. ¶ Reuerſuſque ſtatim cepit Aſor: & re-
gem eius percuſsit gladio. Aſor enim antiquitus inter
11 omnia regna hæc, principatum tenebat. ¶ Percuſsit-
que omnes animas quæ ibidem morabantur: non dimi-
ſit in ea vllas reliquias, ſed vſque ad internecionem vni-
12 uerſa vaſtauit, ipſamque vrbem "peremit incendio. ¶ Et
omnes per circuitum ciuitates, reges quoque earum ce-
pit, percuſsit atque deleuit, ſicut præceperat ei Moyſes
13 famulus domini. ¶ Abſque vrbibus quæ erant in colli-
bus & in tumulis ſitæ, cæteras ſuccendit Iſrael, vnam
14 tantum Aſor munitiſsimam flamma conſumpſit. ¶ Om-
nemque prædam iſtarum vrbium ac iumenta diuiſerunt
15 ſibi filij Iſrael, cunctis hominibus interfectis. ¶ Sicut
præceperat Dominus Moyſi ſeruo ſuo, ita præcepit
Moyſes Ioſue, & ille vniuerſa compleuit: non præ-
terijt de vniuerſis mandatis, nec vnum quidem verbum
16 quod iuſſerat Dominus Moyſi. ¶ Cepit itaque Ioſue
omnem Terram, montanam & Meridianam: Terram-
que Goſen, & planitiem, & Occidentalem plagam,
17 montemque Iſrael, & campeſtria eius: ¶ & partem
montis, quæ aſcendit Seir vſque Baal-gad per planitiem
Libani ſubter montē Hermon: omnes reges eorum cepit,
percuſsit, & occidit. ¶ Multo tempore pugnauit Ioſue 18
contra reges iſtos. ¶ Non fuit ciuitas quæ ſe non trade- 19
ret filijs Iſrael, præter Heuæum qui habitabat in Ga-
baon: omnes enim bellando cepit. ¶ Domini enim 20
ſententia fuerat, vt indurarentur corda eorum, & pu-
gnarent contra Iſrael, & caderent: & non mererentur vllam clementiam, ac perirent, ſicut præceperat
Dominus Moyſi. ¶ In illo tempore venit Ioſue, & 21
interfecit enacim de montanis Hebron, & Dabir, &
Anab, & de omni monte Iuda & Iſrael, vrbeſque eorum
deleuit. ¶ Non reliquit vllum de ſtirpe enacim, in 22
Terra filiorum Iſrael: abſque ciuitatibus Gaza, & Geth,
& Azoto, in quibus ſolum relicti ſunt. ¶ Cepit ergo 23
Ioſue omnem Terram, ſicut locutus eſt Dominus ad
Moyſen, & tradidit eam in poſſeſsionem filijs Iſrael
ſecundum partes & tribus ſuas: quieuitque Terra à
prælijs.

B Deus tradit Ioſue omnes reges qui coniurauerant in eum.

Ioſue occidit Heuæos, Iebuſæos, & reliquos.

Vrbs Aſor percutitur.

C "combuſsit

Deut.7.a.

Prędam partiuntur inter ſe Iſraelitæ.

Exod.34.b.

Deut.7.a.

Ioſue omnia implet quæ præcepit ei Moyſes.

D Heuæus. Induratę à Deo Gentes.

Enacim interfecti.



## SCHOLIA IN CAP. XI.

1 .i.maris Geneſareth.2 vel,humilioribus.3 climatibus.tractibus.4 vel,equi.5 vel,hac ipſa hora.6 vel,ſuffragines. ſiue, crura. ne poſthac ſcilicet vtaris illis in bello & fiduciā ponas in eis. 7 vel, populoſam.8.i.vſq; ad ſalinas. Doctus inter Hebræos exponit etiā aquas calidas.i.locum in quo ſcaturiunt aquæ calidæ:& hac ratione locum iſtum vocatum fuiſſe Miſrephoth-maim. 9 Hebraiſmus, ita vt non reliquerit eis reliquias .i. nullum reliquit ſuperſtitem. 10 vel,crura.ſiue,ſuffragines.11 vel,olim erat.12 Heb.omnes animas quæ fuerunt in ea.i.omnes perſonas.13 Heb.non remāſit vlla anima,14.i.vt ſitæ erant.Verti poteſt,in robore ſuo.i.quæ non erāt adhuc dirutæ.15.q.d.non prætermiſit quicquam quod non faceret vt imperatum erat à Moſe.16.Halec.i.glabro,ſiue detonſo,in quo nullæ erant arbores.Chaldæus paraphraſtes,A monte diuiſo. 17.i. aſſurgendo tendit verſus Seir:quem dicunt eſſe in deſerto Sin, per ſade.ſic cap.ſequenti,verſu.7.18 ad radices montis.19 vel,obtulerit.20 vt induraret.21 Hebraiſmus,nam (hoc factum eſt vt) deleret eos.22.i.gigantes.ſiue tyrannos fortiſsimos.23 omnino vt dixerat. 24 ideſt,à bello inferendo.

## CAP. XII.

Catalogus regū percuſſorum à filijs Iſrael trans Iordanē Schō.

HI ſunt reges quos percuſſerunt filij Iſrael,& poſ- 1
ſederunt Terram eorū trans Iordanē ad ſolis or
tum,à Torrēte-Arnon vſque ad montē Hermō,
& omnē Orientalē plagam quæ reſpicit ſolitudinē. ¶ Se- 2
hon rex Amorrhæorum, qui "habitauit in Heſebon, do-
minatus eſt ab Aroer quæ ſita eſt ſuper ripam Torrentis-
Arnon,& medię partis in valle,dimidiæque Galaad, vſq;
ad Torrentē-Ieboc qui eſt terminus filiorū Ammon, ¶ Et 3
à ſolitudine vſque ad Mare-Ceneroth cōtra Orientem &
vſq; ad Mare-deſerti, quod eſt mare ſalſiſsimū,ad Orien
talē plagam per viam quæ ducit Beth-ſimoth: & ab Au-
ſtrali parte,quæ ſubiacet Aſedoth vſq; Phaſga. ¶ Termi- 4
nus Og regis Baſan,de reliquijs raphaim,qui habitauit in
Aſtaroth,& in Edrai.& dominatus eſt in mōte Hermō,&
in Salecha,atq; in vniuerſa Baſan,vſq; ad terminos ¶ Geſ 5
ſuri, & Machati,& dimidię partis Galaad, & "terminos
Sehon regis Heſebon. ¶ Moyſes famulus Domini; & filij 6
Iſrael percuſſerunt eos, tradiditq; Terram eorū Moyſes
in poſſeſsionem Rubenitis,& Gaditis, & dimidiæ tribui
Manaſſe. ¶ Hi ſunt reges Terræ, quos percuſsit Ioſue & 7
filij Iſrael trans Iordanem ad Occidentalē plagā, à Baal-
gad in cāpo Libani, vſque ad montem Libani,cuius pars
aſcendit in Seir: tradiditque eam Ioſue in poſſeſsionē tri- 8
bubus Iſrael, ſingulis partes ſuas, ¶ tam in mōtanis quàm 9
in planis atque cāpeſtribus. In "Aſeroth, & in ſolitudine 10
ac in Meridie Hethæus fuit & Amorrhæus, Chananæus 11
& Pherezæus, Heuæus & Iebuſæus. ¶ Rex Iericho vnus: 12
rex Hai, quę eſt ex latere Beth-el, vn⁹: ¶ rex Ieruſalē vn⁹, 13
rex Hebron vnus, ¶ rex Ierimoth vnus, rex Lachis vn⁹, 14
¶ rex Eglon vnus, rex Gazer vnus, ¶ rex Dabir vn⁹, rex 15
Gader vnus, ¶ rex Herma vnus, rex Hered vnus, ¶ rex 16
Lebna vnus, rex Adullā vnus, ¶ rex Maceda vnus, rex 17
Beth-el vnus, ¶ rex Taphua vnus, rex "Opher vn⁹, ¶ rex 18
Aphec vnus, rex "Saron vnus, ¶ rex "Madan vnus, rex 19
Aſor vnus, ¶ rex Semeron * vnus, rex Acſaph vn⁹, ¶ rex 20
Thenac vnus, rex Mageddo vnus, ¶ rex Cedes vnus, rex 21
Iachanam Charmeli vnus, ¶ rex Dor, & prouinciæ Dor 22
vnus, rex Gentium Galgal vnus, ¶ rex Therſa vnus: 23
omnes reges triginta vnus. 24

"habitabat

B

Og.

"terminum

C Reges à Ioſue occiſi, 31.

"Aſedoth,

D

"Hepher "Laſaron "Madon *Meron

## CAP. XII.

HI ſunt reges terræ illius quos percuſſerunt filij Iſrael, & poſſederunt terram eorum 1 cis Iordanem ad exorientem ſolem, à torrente Arnon vſque ad montem Hermon, & ad omnem planitiem Orientalem. Sihon rex Amorrhæorum qui habitabat in Heſbon, & imperitabat ab Aroer, quæ eſt iuxta ripam torrentis Arnon, & à medio torrentis, & dimidia Gilead vſque ad Iabox torrentem, qui eſt limes filiorum Ammon. [A] planitie quoque vſque ad mare Cineroth, ad Orientem, & vſque ad mare 2 ſolitudinis, mare inquam ſalis ad Orientem, via Beth-ieſimoth, & à Meridie 3 ſubter ſcatebras collium. Et limitem Og regis Baſan, qui reliquus erat ex Rephaim, habitabatque in Aſtaroth & Edrai. Et imperitabat in monte Hermon, & in Salcha, atque in vniuerſa Baſan, vſque ad limitem 4 Geſſuri & Maachati, & 5 dimidio [monte] Gilead, qui limes erat Sihon regis Heſbon. Hos percuſſerunt Moſes ſeruus Domini & filij Iſrael, tradiditque illam [terram] Moſes ſeruus Domini poßidendam Rubenitis, Gaditis, & dimidiæ tribui Manaſſe. Iſti verò ſunt reges terræ quos percußit Iehoſua & filij Iſrael vltra Iordanem ad Occidentem à 6 Baal Gad quæ eſt in valle Libani vſque ad montem 7 diuiſionis, qui 8 aſcendit in Seir, quam dedit Iehoſua Iſraeli poßidendam per portiones ſuas. In montibus & 9 conuallibus, in planitie, & 10 fluuijs, in deſerto, & in Meridie, Hitheus, Amorrhæus, Chananæus, Pherizæus, Hiuæus & Iebuſæus. Rex 11 Iericho vnus, rex Hai, quæ eſt à latere Beth-el, vnus: rex Hieroſolymorum vnus, rex Hebron vnus, rex Iarmuth vnus, rex Lachis vnus, rex Eglon vnus, rex Gæzer vnus, rex Debir vnus, rex Geder vnus, rex Horma vnus, rex Arad vnus, rex Libna vnus, rex Adullam vnus, rex Maxeda vnus, rex Beth-el vnus, rex Tapua vnus, rex Hepher vnus, rex Aphex vnus, rex 12 Saron vnus, rex Madon vnus, rex Hazor vnus, rex Simron 13 Meron vnus, rex Achſaph vnus, rex Taanach vnus, rex Megido vnus, rex Kedeſch vnus, rex Iaxneam 14 de Charmel vnus, rex Dor 15 de regione Dor vnus, rex 16 Goim in Gilgal vnus, rex Thirza vnus. Omnium regum triginta vnus.

SCHOLIA IN CAP. XII.

1 vltra. Reſpectu loci in quo erant caſtra Ioſue. 2 vel, campeſtriũ .i. cui adiacet planities magna. 3 ſub. decliuitate Piſga (montis) .i. ad radices mõtis Phaſga. 4 Geſſuræorum & Machathæorum. 5 dimidiũ Gilead. 6 vel, planitie. 7 Halac .i. glabrũ, ſiue detõſum. hoc eſt, in quo nullæ erãt arbores. 8 .i. aſſurgẽdo tẽdit. 9 vel, cãpeſtribus. 10 locis decliuibus. 11 Iſtã ſunt nomina vrbiũ metropolitanarum quæ habebãt alias ſub ſe. 12 Laſaron. 13 .i. quæ erat iuxta Merõ. 14 Charmeli .i. quæ erat iuxta Charmel. 15 prouincię Dor. 16 vel, Gentiũ.

## CAP. XIII.

*QVumq; iã Iehoſua conſenuiſſet, 1 prouectæque eſſet ætatis, dixit Dñs ad eũ, Tu iam ſenex factus es 2 prouectáq; ætatis, reſtatq; adhuc admodum multa terra 3 quam occupetis. Hæc verò eſt terra quæ adhuc 4 reſtat, Omnes limites Philiſtinorum, & 5 vniuerſa Geſſuri, 6 De Schihor qui eſt coram AEgypto, vſq; ad limitem AEkrõ ad Aquilonem, quæ inter Chananæos reputatur, 7 quinq; ſcilicet ſatrapiæ Paleſtinorum, nempe Aſathæa, Aſdodæa, Aſcalonæa, Gethæa, AEkronæa & Auæa. Ab Auſtrali quoq; parte tota terra Chananæorum, & 8 decliue latus ad Zidonios vſq; Aphek, 9 ad limitem Amorrhæi. Et terra Gibleorum, & vniuerſus Libanus ad orientem ſolem, à Baal-gad 10 ſubtus mõtem Hermon, donec ventum eſt ad Hemath, Omnes habitãtes in montanis à Libano vſq; ad 11 calefactiones aquarũ, omnes Zidonios ego exterminabo 12 à facie filiorum Iſrael, 13 modo tu ſorte eam diuidas Iſraelitis, vt hæreditatẽ [accipiant] quẽadmodum præcepi tibi. Tu itaq; diuide terram iſtam in hæreditatem nouem tribubus, & dimidiæ tribui Manaſſe. 14 Cum ea enim Rubenitæ & Gaditæ acceperunt hæreditatem ſuã quã dedit eis Moſes 15 cis Iordanem ad Orientẽ, quemadmodũ tradidit eis Moſes ſeruus Domini, ab Aroer quæ eſt ad ripam torrentis Arnon, & 16 ab vrbe quæ eſt in medio torrentis, & vniuerſam planitiem Medeba vſq; Dibon. Omnes quoq; ciuitates Sihon regis Amorrhæorum qui regnauit in Heſbon, vſq; ad limitem filiorum Ammon. Gilead quoq;, & limitem Geſſuri atq; Maachati, & omnem montem Hermon, cum vniuerſa Baſan vſq; ad Salcha, Totum regnum Og 17 in Baſan, qui regnauit in Aſtaroth & Edrai, quiq; ſuperfuit ex reliquijs 18 Rephaim, hos inquam percuſſit Moſes & expulit eos. 19 Geſſuri autem & Maachati nõ expulerunt filij Iſrael, ſed habitauit 20 Geſſur & Maachat inter Iſraelitas in hunc vſq; diem. 21 Tribui verò Leui non dedit hæreditatẽ, [ſed] ſacrificia Dñi Dei Iſraelis quæ igne conſiunt hæreditas eius eſt, ſicut 22 loquutus eſt 23 illi. Dedit autem Moſes tribui filiorum Ruben 24 iuxta familias ſuas, 25 Vt eſſet limes eorum ab Aroer, quæ ſita eſt ad ripam torrentis Arnon, & 26 ab vrbe quæ eſt in medio torrẽtis, & tota planities vſq; Medeba, Heſbon cum vniuerſis oppidis ſuis 27 quæ ſunt in planitie, Dibõ, & Bamoth-baal, Beth-baal-meõ, Iaza Kedemoth, Mephaath, kiriathaim, Sibma, & Zereth-ſahar 28 in monte vallis, 29 Domũ Peor, & 30 ſcatebras collis, ſed & Beth-ieſimoth. Omnes quoque ciuitates planitiei, & vniuerſum regnum Sihõ regis Amorrhæi, qui regnauit in Heſbon, quem percuſſerat Moſes cum principibus Midian, Eui, & Rekem, Zur, Hur, atque Reba, qui principes fuerunt Sihonis, habitantes in ea terra. Bilean quoq; filium Beor diuinatorem occiderunt filij Iſrael gladio 31 cum interfectis eorum. Et fuit limes filiorum Ruben Iordanis 32 cũ termino ſuo. Hæc fuit hæreditas filiorũ Ruben ſecundũ familias ſuas [id eſt] ciuitates & villæ earum. Dedit inſuper Moſes tribui Gad, nẽpe filijs Gad, per familias ſuas. Fuit autẽ limes eorum Iazer, & omnes ciuitates Gilead, & 33 dimidia pars terræ filiorum Ammon, vſque ad Aroer quæ eſt coram Rabba. Et ab Heſbon vſque Ramath 34 Mitzpe, & Bethonim, & à Mahanaim vſque ad limitẽ Debir, 35 in valle quoq; Beth-arã, & Beth-nimra, Succoth, & Zaphon 36 reliquiæ regni Sihõ regis in Heſbon, 37 ad Iordanẽ & limitẽ eius vſq; ad extremitatẽ maris Cinnereth 38 cis Iordanẽ ad Orientẽ. Hæc eſt hæreditas filiorum Gad per familias ſuas, ciuitates & villæ earum. Dedit inſuper Moſes dimidiæ tribui Manaſſe, & 39 fuit dimidiæ tribui filiorum Manaſſe per familias ſuas. limes eorum fuit à Mahanaim, vniuerſa Baſan, totum regnum Og*

## CAP. XIII.

1 IOſue ſenex prouectæque ætatis erat, & dixit Dñs ad eum, Senuiſti, & lõgæuus es, Terraq; latiſsima derelicta eſt, Quæ necdũ ſorte diuiſa eſt: — Iubet Dominus Ioſue vt diuidat reliquam Terrã Iſraelitis.
2 ¶ omnis videlicet
3 Galilæa Philiſthijm, & vniuerſa Geſſuri, ¶ A fluuio turbido qui irrigat AEgyptum, vſq; ad terminos Accaron contra Aquilonẽ, Terra-Chanaan: quæ in quinque regulos Philiſthijm diuiditur, Gazæos, & Azotios, Aſcalonitas,
4 Getheos, & Accaronitas. ¶ Ad Meridiem verò ſunt Heuæi, omnis Terra-Chanaan, & Maara Sidoniorum, vſque
5 Apheca & terminos Amorrhæi, ¶ eiuſq; confinia. Libani quoq; regio cõtra Orientẽ à Baal-gad ſub mõte Hermõ,
6 donec ingrediaris Emath. ¶ Omniũ qui″ habitabãt in mõte à Libano, vſq; ad Aquas-maſerephoth, vniuerſiq; Sidonij: ego ſum qui delebo eos à facie filiorum Iſrael. veniat ergo in partẽ hæreditatis Iſrael, ſicut præcepi tibi. — ″habitant
7 ¶ Et nũc diuide Terrã in poſſeſsionẽ nouem tribubus, & — B
8 dimidię tribui Manaſſe, ¶ cũ qua Ruben & Gad poſſederũt Terrã, quã tradidit eis Moyſes famulus Dñi trãs fluenta Iordanis, ad Orientalẽ plagã. — Nume. 32. f.
9 ¶ ab Aroer quę ſita eſt in ripa torrẽtis Arnon, & in vallis medio, vniuerſaq; campe-
10 ſtria Medaba, vſque Dibon: ¶ Et cũctas ciuitates Sehõ regis Amorrhæi, qui regnauit in Heſebon vſq; ad terminos
11 filiorũ Ammon. ¶ Et Galaad, ac terminum Geſſuri & Machati, & omnẽ montẽ Hermon, & vniuerſam Baſan, vſque
12 ad Salecha, ¶ Omne regnum Og in Baſan, qui regnauit in Aſtaroth & Edrai, ipſe fuit de reliquijs raphaim: percuſsit-
13 que eos Moyſes, atq; deleuit. ¶ Noluerũtq; diſperdere filij Iſrael Geſſuri & Machati: & habitauerunt in medio Iſ- — Geſſuri. Machati.
14 rael vſq; in præſentẽ diem. ¶ Tribui autẽ Leui non dedit poſſeſsionem: ſed ſacrificia & victimę Dñi Dei Iſrael, ipſa — Tribui Leui nõ datur poſſeſſio. Num. 18. c.
15 eſt eius hæreditas, ſicut locutus eſt illi. ¶ Dedit ergo Moyſes poſſeſsionem tribui filiorum Rubẽ iuxta cognationes — Poſſeſsio filiorũ Ruben.
16 ſuas. ¶ Fuitq; terminus eorum ab Aroer, quæ ſita eſt in ripa torrentis Arnon, & in valle eiuſdem torrentis media: — C
17 vniuerſam planitiem, quæ ducit Medaba. ¶ ″ & Heſebon, cunctoſq; viculos″ earum qui ſunt in campeſtribus: Dibon — ″eius
18 quoque, & Bamoth-baal, & oppidum Baal-meon, ¶ & Iaſ-
19 ſa, & Cedimoth, & Mephaath, ¶ & Cariathaim, & Saba-
20 ma, & Sarathaſar in monte conuallis ¶ Beth-phogor &
21 Aſedoth, Phaſga & Beth-ieſimoth, ¶ Et omnes vrbes campeſtres, vniuerſaque regna Sehon regis Amorrhæi, qui regnauit in Heſebon, quem percuſsit Moyſes cum principibus Madian: Heuæum, & Recem, & Sur, & Hur, & ″Rebe — Num. 31. a. ″Reba
22 duces Sehon habitatores Terræ. ¶ Et Balaam filium Beor ariolum occiderunt filij Iſrael gladio cum cęteris interfe- — Balaam occiſus.
23 ctis. ¶ Factuſq; eſt terminus filiorum Ruben Iordanis fluuius. Hæc eſt poſſeſsio Rubenitarũ per cognationes ſuas
24 vrbium & viculorũ. ¶ Deditq; Moyſes tribui Gad & filijs eius per cognationes ſuas poſſeſsionẽ, cuius hæc diuiſio — Poſſeſsio tribus Gad.
25 eſt: ¶ Terminus Iazer, & omnes ciuitates Galaad, & dimidiã partẽ Terræ filiorũ Ammon: vſq; ad Aroer quę eſt cõ — D
26 tra Rabba. ¶ Et ab Heſebon vſq; ″Ramoth, Maſphe & Be- — ″Ramath,
27 tonim: & à Manaim vſque ad terminos Dabir. ¶ In valle quoq; Beth-arã, & Beth-nemra, & Socoth, & Saphon reliquã partẽ regni Sehon regis Heſebon. huius quoque finis, Iordanis eſt vſq; ad extremam partẽ maris Cenereth
28 trans Iordanem ad Orientalem plagam. ¶ Hæc eſt poſſeſſio filiorũ Gad per familias ſuas, ″& ciuitates, & villæ ea-
29 rum. ¶ Dedit & dimidiæ tribui Manaſſe, filijſque eius iux- — Poſſeſsio dimidiæ tribus Manaſſe.
30 ta cognationes ſuas poſſeſsionem, ¶ cuius hoc principium eſt: A Manaim vniuerſam Baſan, & cuncta regna Og regis



regis Baſan, omneſq; vicos Iair qui ſunt in Baſan, ſexaginta oppida: ¶ Et dimidiam partem Galaad, & Aſtaroth, & 30
Edrai vrbes regni Og in Baſan: filijs Machir, filij Manaſſe dimidiæ parti filiorum Machir iuxta cognationes ſuas.
¶ Hãc poſſeſsionẽ diuiſit Moyſes in campeſtribus Moab, 31
trans Iordanem contra Iericho ad Orientalem plagam.
¶ Tribui autem Leui non dedit poſſeſsionem: quoniã Do 32
minus Deus Iſrael ipſe eſt poſſeſsio eius, vt locut⁹ eſt illi. — Nume. 18. c.

*regis Baſan, omneſq; vici Iair, qui ſunt in Baſan, ſexaginta ciuitates. Dimidia quoque Gilead, Aſtaroth, & Edrai ciuitates regni Og 40 in Baſan, 41 filiorum Machir, filij Manaſſe, dimidiæ ſcilicet partis filijs Machir iuxta familias ſuas. Hæc ſunt quæ hæreditate diſtribuit Moſes in campeſtribus locis Moab cis Iordanem 42 [e regione] Iericho ad Orientem. Tribui verò Leui non dedit Moſes hæreditatem, [quoniam] Dominus Deus Iſrael 43 eſt hæreditas eorum, 44 vt pollicitus eſt eis.*

SCHOLIA IN CAP. XIII.

1 Heb. & veniſſet in dies ſuos. Veniſſe in dies, eſt conſenuiſſe, & eſſe confectum ſenio. 2 Heb. & veniſti in dies. 3 ad poſsidendam eam .i. Supereſt maxima pars Terræ quæ debellanda eſt, & poſtea diuidenda. 4 ſub. debellanda. 5 ſub. regio Geſſuræorum. 6 vel, Ab amne turbido .i. riuulo quodam Nili, qui ſcilicet influit in mare Peluſiacum ad Gazan. Vel à Nilo qui eſt contra AEgyptum .i. qui terminat eam partem Terræ ſanctæ quæ reſpicit AEgyptum, ab Auſtro ſcilicet. Sic Hebræi. 7 Recenſet ſex ſatrapias, quum dicat eſſe quinque: Auæam autem, ſiue Heuæam non eſſe de ſatrapijs Palæſthinis. Alij dicunt enumerari quinque præſtantiores, Auæam eſſe ignobiliorem. quod doctis non probatur. 8 Mehara quæ (erat) Sidoniorum. 9 ſubaudienda coniunctio, & vſque ad limitẽ, &c. Aut per appoſitionem dictum eſt, vſque ad Aphek, hoc eſt vſque ad limites Amorrhæi. 10 vel, quæ eſt ad radices montis Hermon. 11 vel, exuſtiones. Heb. Miſrephothmaim .i. ſalinas, vt ait Chald. paraphra. 12 .i. propter Iſraelitas. vel ad aduẽtum filiorũ Iſrael. 13 Heb. tantum cadere facias eam .i. tantum miſsis ſortibus diuide eam. 14 .i. Cum alia dimidia tribu Manaſſe. 15 vltra. 16 vrbem ipſam. 17 .i. qui habebat ſolium ſuum in Baſan. 18 vel, gigantum. 19 vel, Nec Geſſuræos nec Machathæos expulerunt. 20 .i. Geſſuræi & Machathæi. 21 Tantum tribui. vel, Verũ tribui, &c. 22 dixerat. 23 ſub. Moſi. Vel potius illi tribui. ſiue de illa tribu Leui. 24 ſingulis nẽpe pro rata parte. 25 Fuitq; illis limes. 26 vrbs. 27 & omnes in planitie ſitæ. 28 vel, quæ ſita eſt in tumulo plano. 29 Et Beth-peor. 30 Aſdoth-phaſga. 31 .i. vnà cum alijs à ſe trucidatis. 32 .i. cum regione illi adiacente. 33 quam ſcilicet aliquando Sihon ceperat, quæ fuerat olim Ammonitarũ. 34 .i. regionis Miſpe. eſt enim & alia Ramath. 35 vel, Et planitiem Beth-aran. 36 Subaudienda coniunctio, & reliquiæ. q. d. & vt vno verbo dicã, reliquiæ, &c. 37 Iordanis & limes (eius) 38 trans. 39 ſub. hæreditas aſsignata. 40 ſub. qui regnabat in Baſan. 41 .i. nepotum Machir. ſub. fuerũt. 42 .i. qua parte nõ procul diſtat à Ierichõte. 43 .i. eſt illis vice hęreditatis. 44 vt dixit de illis.

## CAP. XIIII.

1 HOc eſt quod poſſederunt filij Iſrael in Terra-Chanaan, quam dederunt eis Eleazar ſacerdos, & Ioſue filius Nun, & principes familiarum per tri-
2 bus Iſrael: ¶ ſorte omnia diuidentes, ſicut præceperat Dñs in manu Moyſi, nouẽ tribub⁹, & dimidiæ tribui ″Manaſſe. — Nume. 34. d.
3 ¶ Duabus enim tribubus, & dimidiæ dederat Moyſes trãs Iordanem poſſeſsionem: abſq; Leuitis, qui nihil terræ ac-
4 ceperunt inter fratres ſuos, ¶ Sed in eorum″ ſucceſſerãt locũ filij Ioſeph in duas diuiſi tribus, Manaſſe & Ephraim: nec acceperunt Leuitæ aliam in terra partẽ, niſi vrbes ad habitandum, & ſuburbana earum ad alenda iumẽta & pecora ſua. — ″ſucceſſerunt Manaſſe, & Ephraim, vice Leuitarum accipiũt hæreditatẽ. B
5 ¶ Sicut præceperat Dominus Moyſi, ita fecerunt
6 filij Iſrael, & diuiſerunt Terram. ¶ Acceſſerunt itaque filij Iuda ad Ioſue in Galgala, locutuſq; eſt ad eum Caleb filius Iephone Cenezæus, Noſti quid locutus ſit Dominus ad Moyſen hominem Dei de me & te in Cadeſ-barne. — Caleb poſtulat ſibi promiſſam hæreditatem. Nume. 14. d.
7 ¶ Quadraginta annorum eram quando miſit me Moyſes famulus Domini de Cadeſ-barne, vt conſiderarem Ter-
8 ram, nuntiauiq; ei quod mihi verum videbatur. ¶ Fratres autem mei qui aſcenderant mecum, diſſoluerunt cor populi: & nihilominus ego ſecutus ſum Dñm Deum″ tuum. — C ″meum. Sup. 1. a.
9 ¶ Iurauitq; Moyſes in die illo, dicens, Terra quam calcauit pes tuus, erit poſſeſsio tua, & filiorum tuorum in æter-
10 num: quia ſecutus es Dominum Deum″ tuum. ¶ Conceſsit ergo Dñs vitam mihi, ſicut pollicitus eſt vſque in præſentem diem. quadraginta & quinque anni ſunt ex quo locutus eſt Dominus verbum iſtud ad Moyſen, quando ambulabat Iſrael per ſolitudinem: hodie octoginta quinque an- — ″meum.
11 norum ſum ¶ Sic valens, vt eo valebam tempore quando ad explorandum miſſus ſum: illius in me temporis fortitudo vſque hodie perſeuerat, tam ad bellandum quã ad gra- — D Eccli. 46. b.
12 diendum. ¶ Da ergo mihi montem iſtum quem pollicitus eſt Dominus te quoque audiente, in quo enacim ſunt, & vrbes magnæ atque munitæ: ſi fortè ſit Dominus me-
13 cum, & potuero delere eos: ſicut promiſit mihi. ¶ Benedixitque ei Ioſue: & tradidit ei Hebron in poſſeſsionem, atque ex eo fuit Hebron Caleb filio Iephone Cenezæo vſque in præſentem diem: quia ſecutus eſt Dominum Deũ — Traditur ei Hebron. 1. Macha. 2. f.
14 Iſrael. ¶ Nomen Hebron antè vocabatur Cariath-arbe: Adam maximus ibi inter enacim ſitus eſt: & Terra ceſſauit à prælijs.

*HAEc verò ſunt quæ hæreditate acceperũt filij Iſrael in terra Chanaan, quæ diſtribuerũt illis Eleazar ſacerdos, & Iehoſua filius Nun, atq; capita patrum de tribubus filiorũ Iſrael. 1 Sorte autẽ hæreditatẽ illã ſuã [acceperũt,] quẽadmodum præceperat Dominus 2 per Moſen 3 [vt daret] nouẽ tribubus atq; dimidiæ tribui. Nã duabus tribubus & dimidiæ tribui dederat Moſes hæreditatẽ cis Iordanẽ: Leuitis autem nullam dedit hæreditatem inter illos. Etenim filij Ioſeph facti ſunt 4 duæ tribus; nempe Manaſſe & Ephraim: 5 ideo non dederũt partẽ Leuitis in terra, niſi ciuitates ad habitandum, cum agris earum ſuburbanis pro pecoribus & 6 poſſeſsione eorum. Quemadmodũ præceperat Dominus Moſi, ſic 7 fecerunt filij Iſrael 8 diuidentes terrã. Accedentibus autem filijs Iehuda ad Iehoſuam in Gilgal, Caleb filius Iephunæ Keneſæus dixit ad eum, Tu noſti ſermonẽ quẽ loquutus eſt Dominus ad Moſen virũ Dei, mei & tui gratia in Kadeſ-barnea. Natus eram quadraginta annos quũ mitteret me Moſes ſeruus Domini ex Kadeſ-barnea ad explorandũ terrã, & retuli rem ipſam ſicut erat in corde meo. Fratres autem mei qui aſcenderant mecum, 9 liquefecerunt cor populi, ego verò 10 perfectè ſequutus Dominum Deum meũ. Iurauitq; Moſes eodem tempore hiſce verbis, 11 Certè terra quam calcauit pes tuus, tibi & filijs tuis cedet in hæreditatem perpetuam, eo quòd 12 perfectè ſequutus es Dominum Deum. Et en ſeruauit me Dominus in vita, ſicut loquutus 13 eſt, iſtis quadragintaquinque annis, ex eo tempore quo loquutus eſt Dominus ſermonem hunc ad Moſen, 14 quo profectus eſt Iſrael in deſerto. 15 nunc igitur hodie ſum natus octogintaquinque annos, 16 Hactenus tam validus, quã fui eo die quo miſit me Moſes: vt fuit robur meum tum, ita & nunc eſt robur meum, ſiue belligerandum, 17 ſiue egrediendum, ſiue etiam ingrediendum ſit. Nunc igitur da mihi montem iſtum, de quo loquutus eſt Dñs die illa: tu enim audiſti eodem die, quod 18 Anakim ſunt ibi, & ciuitates magnæ & munitæ: forte Dñs mihi adfuerit, vt poſsim eos expellere, quemadmodum Dñs pollicitus eſt. 19 Benedixit verò ei Iehoſua, & dedit Caleb filio Iephunæ 20 Hebron in hæreditatem. Atque hinc Hebron ceſsit ipſi Caleb filio Iephunæ keneſæo in hæreditatem in hunc vſque diem, eo quod 12 perfectè ſequutus ſit Dñm Deum Iſraelis. Porrò nomen Hebron antea fuit kiriath-arba. fuit enim [Arba] homo 21 magnus inter Anakim. & terra 22 quietem habuit à bellis.*

## SCHOLIA IN CAP. XIIII.

1 Heb. Per ſortem hæreditatis ſuæ. Hoc iungitur præcedẽti verſui.i.quæ poſſederunt miſsis ſortibus, ſiue per ſortem, quæ aſſignabat ſingulis ſuam hæreditatẽ. 2 Heb. in manu Moſis.i.Moſe internuncio. 3 vel, vt darent hæreditatem. 4 ſub. inter quas non comprehenditur tribus Leui, & tamen ſuperſunt adhuc nouem. 5 nec dederunt. 6 gregibus. 7 ſub.diuidendo.vel,in diuiſione terræ. 8 &(ita)partiti ſunt. 9 diſſoluerunt.i.ademerunt illis animum. 10 Heb. adimpleui (voluntatem, eundo) poſt Dominum, &c.i. adimpleui voluntatem Domini, eundo poſt eum, hoc eſt ſequendo ipſum. Feci voluntatem Domini dum conatus ſum animos addere populo. 11 Heb. Si non. Sub. diſpeream. aut aliquid ſimile, ſi non terra, &c. 12 Heb. adimpleſti (voluntatem, eundo) poſt Dominum. 13 Fuerat. 14 (cum) quo vagatus eſt Iſrael per deſertum. vel, quibus (quadragintaquinque annis) vagatus eſt Iſrael, &c. 15 & nunc ſane. 16 Heb. Adhuc hodie ſum (ita) fortis. 17 .i. ad iter capeſſendum. 18 gigantes. 19 Benedicere hîc pro collaudare poni videtur. 20 nempe agrum & prouinciam cum vrbibus quæ erant ſub eius ditione. nã Hebron fuit vrbs perfugij. 21 vel, maximus gigantum .i. clariſsimus inter eos. 22 .i. non fuit amplius vexata prælijs, ſed quieuit ad tempus.

## CAP. XV.

HAEc verò fuit ſors tribus filiorum Iehuda per familias ſuas, nempe [verſus] limitem Edom 1 deſerti Zin ad Meridiem, 2 ab extremitate Auſtrali. Fuitque limes eorum Meridianus, ab extremitate maris 3 ſalſi, 4 à petra reſpiciente Meridiem. Et 5 egreditur 6 ad [locum qui fuit] à Meridie ad aſcenſum Acrabim: pertranſiens [illinc] vſque 7 Zin, 8 aſcendenſque à Meridie ad 9 Kadeſ-barnea, tranſiens Hebron, atque aſcendens ad Addar, reflectit ſe ad Carcaa. Hinc tranſit in Azmon, exitque ad torrentem AEgypti, & ſunt exitus huius limitis in Occidua plaga. atque hic ſit vobis limes Meridionalis. Limes verò Orientalis eſt mare ſalſum 10 vſque ad extremitatem Iordanis: & limes in angulo Aquilonari 11 à lingua maris & 12 ab extremitate Iordanis. Aſcenditque limes iſte in Beth-hogla, & tranſit ab Aquilone ad Beth-araba, & hinc aſcendit limes iſte ad lapidem Bohan filij Ruben. Rurſus aſcendit hic limes in Debir à valle Achor, & verſus Aquilonem reſpicit Gilgal, que eſt iuxta aſcenſum Adumim, 13 que eſt ab Auſtro torrenti: pertranſitque limes iſte ad 14 aquas Enſchemes, & fines eius ſunt iuxta fontem 15 Rogel. Aſcẽditque hic limes 16 per vallem filij Hinnon, iuxta latus Iebuſæi à Meridie, 17 hec eſt Ieroſolyma. 18 rurſum aſcendit hic limes in verticem montis qui eſt e regione vallis, filij Hinnon ad Occidentem, 19 quique eſt in extremitate vallis Rephaim ad Aquilonem. 20 Deflectit autem limes iſte à vertice montis ad fontem aque Nephtoah, egrediturque ad ciuitates montis Ephron, & hinc vergit limes iſte in Baala, que eſt 21 Kiriath-iearim. Et 22 circuit limes iſte à Baala verſus Occidentem vſque ad montem Seir, & [illinc] tranſit ad latus montis Iearim ab Aquilone, que eſt Cheſalon, deſcenditque in Bethſchemes, tranſitque in Thimna. Et rurſum egreditur limes iſte ad 23 latus Ecron verſus Aquilonem, & deflectit idem limes in Siceron, pertranſitque montem Baala, exiens illinc in Iabneel, deſinuntque fines huius limitis ad mare Occidentale. Limes vero Occidentalis eſt mare magnum, 24 iſque limes 25 limes eſt filiorum Iehuda per circuitum in familijs ſuis. Porro Caleb filio Iephune dedit [Iehoſua] partem in medio filiorum Iehuda 26 iuxta os Domini ad Iehoſuam, nempe kiriath-arba patris 27 Anax, que eſt Hebron. Et Caleb 28 eiecit inde tres filios 29 Anac, ſcilicet Seſai, Ahimã atque Thalmai qui filij fuerunt Anac. Hinc aſcendit ad habitatores Debir: & fuit nomen Debir antea 30 Kiriath-ſepher. Et ait Caleb, Qui percuſſerit Kiriath-ſepher, & eam ceperit, huic dabo Achſan filiam meam vxorem. Cepitque eam Othoniel 31 filius Kenas 32 fratris Caleb, & dedit ei vxorem filiam ſuam Achſan. Factum eſt autem quũ 33 ingrederetur ipſa, ſuaſit ei vt poſtularet à patre ſuo 34 agrum. & demiſit [ſeſe] ex aſino. Dixitque ad eam Caleb, Quid 35 tibi? Et reſpondit illa, Da mihi 36 donum aliquod: quandoquidem terram mihi 37 ſiccaneam dediſti, da mihi quoque 38 irriguam aquis. & dedit ei 39 irrigua ſuperiora, & irrigua inferiora. Hæc itaque eſt hæreditas tribus filiorũ Iehuda per familias ſuas. Fuerunt autem ciuitates 40 in extremitatibus ipſi tribui filiorum Iehuda: 41 ad limitem Edom ad Auſtrum, Kabzeel, Eder, Iagur. Kina, Dimona, Adada. Kedes, Hazor, Iithnan. Ziph, Telem, Bealoth, Hazor,

## CAP. XV.

Sors filiorum Iudæ. num. 34. a.

1 IGitur ſors filiorum Iudę per cognationes ſuas iſta fuit:
A termino Edom vſque ad deſertum Sin contra Me-
ridiem, & vſque ad extremam partem Auſtralis pla-
2 gæ. ♀ Initium eius à ſummitate maris ſalſiſsimi, & à lin-
3 gua eius quæ reſpicit Meridiem. ♀ Egrediturq́ue contra
Aſcenſum-ſcorpionis, & pertranſit in Sina: aſcenditq́ue
in Cadeſ-barne, & peruenit in Eſron, aſcendens ad Ad- *Garem.
4 dar, & circuiens* Cariathaa, ♀ atque inde pertranſiens
in Aſemona, & perueniens ad Torrentem-AEgypti: erũt-
q́ue termini eius Mare-magnum. hic erit finis Meridianæ
5 plagę. ♀ Ab oriente verò erit initium mare ſalſiſsimum
vſque ad extrema Iordanis: & ea quæ reſpiciũt ad Aqui-
lonem à lingua maris vſque ad eundem Iordanis flu-
6 uium. ♀ Aſcenditq́ue terminus in Beth-hagla, & tranſ- B
it ab Aquilone in Beth-araba: aſcendens ad Lapidem-
7 boen filij Ruben. ♀ Et tendens vſque ad terminos De-
bera de Valle-achor, contra Aquilonem reſpiciens Gal-
gala, quæ eſt ex aduerſo Aſcenſionis-adommim, ab
Auſtrali parte torrentis: tranſitq́ue aquas quæ vocan-
tur Fons-ſolis: & erunt exitus eius ad Fontem-rogel.
8 ♀ Aſcenditq́ue per * conuallem filij Ennom ex latere *vallem
Iebuſæi ad Meridiem, hæc eſt Ieruſalem: & inde ſe eri-
gens ad verticem montis qui eſt contra Ge-ennom ad
Occidentem in ſummitate Vallis-raphaim contra Aqui-
9 lonem. ♀ Pertranſitq́ue à vertice montis vſque ad fon-
tem aquæ Nephtoa: & peruenit vſque ad vicos montis C
Ephron: inclinaturq́ue in Baala, quæ eſt Cariath-iarim,
10 id eſt vrbs ſyluarum. ♀ Et circuit de Baala contra Occi-
dentem, vſque ad montem Seir: tranſitq́ue iuxta latus
montis Iarim ad Aquilonem in Cheſlon: & deſcendit in
11 Beth-ſames, tranſitq́ue in Thamna. ♀ Et peruenit con-
tra Aquilonem partis Accaron ex latere: inclinatur-
q́ue Sechrona, & tranſit montem Baala: peruenitq́ue in
Iebneel, & magni maris contra Occidentem fine conclu-
12 ditur. ♀ hi ſunt termini filiorum Iuda per circuitum in
13 cognationibus ſuis. ♀ Caleb verò filio Iephone dedit Sors Caleb.
partem in medio filiorum Iuda, ſicut præceperat ei Do-
14 minus: Chariath-arbe patris enac, ipſa eſt Hebron. ♀ De- D Iudi. 1. b.
leuitq́ue ex ea Caleb tres filios enac, Seſai & Ahiman &
15 Tholmai de ſtirpe enac. ♀ Atque inde conſcendens ve-
nit ad habitatores Dabir, quæ prius vocabatur Cariath-
16 ſepher, id eſt ciuitas literarum. ♀ Dixitq́ue Caleb, Qui
percuſſerit Cariath-ſepher, & ceperit eam, dabo ei Axam
17 filiam meam vxorem. ♀ Cepitq́ue eam Othoniel filius
Cenez frater Caleb iunior: deditq́ue ei Axam filiam ſuam
18 vxorem. ♀ Qui cum pergerent ſimul, ſuaſa eſt à viro
ſuo vt peteret à patre ſuo agrum, ſuſpirauitq́ue vt ſede- Axa filia Caleb petit à patre terram irriguam.
19 bat in aſino. Cui Caleb, Quid habes, inquit? ♀ At illa
reſpondit, Da mihi benedictionem: Terram Auſtralem
& arentem dediſti mihi, iunge & irriguam. dedit ita- E Catalogus maiorum vrbium tribus Iuda & minorum illi ſubditarum.
20 que ei Caleb irriguum ſuperius & inferius. ♀ Hæc eſt
21 poſſeſsio tribus filiorum Iuda per cognationes ſuas.
22 ♀ Erantq́ue ciuitates ab extremis partibus filiorum Iu-
23 da iuxta terminos Edom à Meridie, Cabſeel & Eder
24 & Iagur. ♀ Et Cina & Dimona & Adada, ♀ & Cedes
25 & Aſor & Iethnan. ♀ Ziph & Telem & Baloth, ♀ Aſor
nova



noua & Carioth, Heſron, hæc eſt Aſor. ♀ Ammam, 26
Sama, & Molada, ♀ & Aſer-gadda, & Haſſemon & 27
Beth-phelet ♀ & Haſer-ſual & Ber-ſabee & Bazio- 28
thia, ♀ Et Baala & Im & Eſem. ♀ Et Eltholad & Ceſil 29
& Harma. ♀ Et Siceleg & Medemena & Senſenna. ♀ Le- 30
baoth & Selim & Aen & Remon. omnes ciuitates vigin- 31
tinouem, & villæ earum. ♀ In campeſtribus verò: Eſtaol 32
& Sarea & Aſena. ♀ Et Zanoe & En-gannim & Taphua 33
F & Enaim ♀ & Ierimoth, Et Adullam, Socho & Azeca, 34
♀ Et Saraim & Adithaim & Gedera & Gederothaim: vr- 35
bes quatuordecim, & villæ earum. ♀ Sanan & Hadaſſa 36
& Magdal-gad. ♀ Delean & Maſepha & Iecthel. ♀ La- 37
chis & Baſchath & Eglon. ♀ Chebbon & Leheman & 38
Cethlis. ♀ Et Gideroth & Beth-dagon & Naama & Ma- 39
ceda: ciuitates ſedecim, & villæ earum. ♀ Labana & 40
Ether & Aſan, ♀ Iephtha & Eſna & Neſib, ♀ Et Ceila 41
& Achzib & Mareſa: ciuitates nouem, & villæ earum. 42
♀ Accaron cum vicis & villulis ſuis. ♀ Ab Accaron vſque 43
ad mare: omnia quæ vergunt ad Azôtum & viculos eius. 44
♀ Azôtus cum vicis & villulis ſuis. Gaza cum vicis & vil- 45
lulis ſuis, vſque ad Torrentem-AEgypti & Mare-mag- 46
num terminus eius. ♀ Et in monte: Samir & Iether & So- 47
coth ♀ & Danna & Cariath-ſenna, hæc eſt Dabir. ♀ Anab 48
& Iſtemo & Anim. ♀ Goſen & Olon & Gilo: ciuitates vn- 49
G decim, & villæ earum. ♀ Arab & Ruma & Eſaan, ♀ Et 50
Ianum & Beth-thaphua & Alpheca, ♀ Athmatha & Ca- 51
riath-arbe, hæc eſt Hebron, & Sior: ciuitates nouem, & 52
villæ earum. ♀ Maon & Charmel & Ziph & Iota, ♀ Iez- 53
rael & Iucadam & Zanoe, ♀ Accain, Gabaa & Thamna: 54
ciuitates decem, & villæ earum. ♀ Halhul, & Beth-ſur, & 55
Gedor, ♀ Mareth, & Beth-anoth, & Elthecõ: ciuitates ſex, 56
& villę earum. ♀ Cariath-baal, hęc eſt Cariath-iarim vrbs 57
ſyluarum, & Arebba: ciuitates duæ, & villæ earum. ♀ In 58
deſerto: Beth-araba, Meddin, & Sachacha ♀ & Nebſan, & 59
Ciuitas-ſalis, & En-gaddi: ciuitates ſex, & villæ earum 60
ſiunt ſimul centum quindecim. ♀ Iebuſæum autem habi- 61
tatorem Ieruſalem non potuerunt filij Iuda delere: ha- 62
bitauitq́ue Iebuſæus cum filijs Iuda in Ieruſalem vſque 63
in præſentem diem.

Hadatha, Kerioth, Hetzron, que eſt Hazor. Amam, Sema, Molada. Hazar-gadda, Heſmon, Beth-palet. Hazar-ſual, Beerſebba, Biſothia, Baala, Hijm, Azem. Eltholad, Cheſil, Horma. Ziglag, Madmana, Sanſanna. Lebaoth, Schilhim, ain & Rimon. omnium ciuitatum vigintinouem cum villis earum. In campeſtribus verò locis Eſtaol, Zarea, Aſna. Zanoa, Enganim, Tapua, Enam. Iarmuth, Adulam, Socho, Aſeka. Saaraim, Adithaim, Gadara, & Gedorothaim, ciuitates quatuordecim cum villis earum. Zenan, Hadaſa, Migdalgad. Dilean, Mitzpa, Iackteel. Lachis, Botzkath, Eglon. Chabbon, Lachmam, Chitliſch. Gaderoth, Beth-dagon, Naema, & Makeda, ſedecim ciuitates cum villis earum. Libna, AEther, Aſan, Iiphtah, Aſna, Nezib, Kehila, Achſib, & Mareſa, ciuitates nouem cum villis earum. AEkron cum 42 filiabus ſuis & villis ſuis. Ab AEkron & Occidente omnes que ſunt ad latus Aſdod cum villis ſuis. Aſdod cum filiabus ſuis & villis ſuis: 43 Aſa cum filiabus ſuis, & villis ſuis vſque ad torrentem AEgypti; & mare magnum 44 limes eſt. In montanis porrò Samir, Iathir, Socho. Danna, Kiriath-ſanna, quæ eſt Debir. Anab, Eſthemo, Anim. Goſen, Holon & Gilo, vndecim ciuitates cum villis earum. Arab, Duma, Eſſean. Ianum, Beth-tappuah, Apheka. Humta, & kiriath-arba, quæ eſt Hebron, atque Zior, ciuitates nouem cum villis earum. Maon, Charmel, Ziph, Iutah, Iiſreel, Iokdeam, Zanoah, Caim, Gibea & Thimna, ciuitates decem cum villis earum. Halhul, Beth-Zur, & Gedor, Maerath, Beth-anoth, & El-tekon, ciuitates ſex cum villis earum. Kiriath-baal, ipſa eſt Kiriath-iearim & Rabba, ciuitates duæ cum villis earum. 45 In deſerto Beth-araba, Middin, Sechacha. Et Nibſan, 46 ciuitas ſalis, & En-gedi, ciuitates ſex cum villis earum. Iebuſæos vero habitatores Hieroſolymorum non potuerunt filij Iehuda exterminare, ſed manſit 47 Iebuſæus cum filijs Iehuda Ieroſolymis vſque in præſentem diem.

## SCHOLIA IN CAP. XV.

1 (&) deſertum Sin, &c. Idumæi & deſertum Sin erant pro termino Auſtrali. 2 in extremitate Auſtri.i.in latere illo quod aſpicit Auſtrum.q.d.tribus illa à parte Auſtrali habuit pro limite Idumæam & deſertum Sin. per Sade. 3.i. mortui. 4 Heb.(id eſt) à lingua, &c. Linguam vocat promontorium, quòd excurrens in mare figuram linguæ habeat. Chaldæus paraph. vertit promontorium. Alij dicunt ſignificare excurſum maris in Terram, quod longius ac ſtrictius inſtar linguæ excurrat in eã. 5.i.hinc excurrit. 6 ad (locum qui eſt) ad Meridiem (loci qui dicitur) Maale-acrabim.i. Aſcenſus ſcorpionum. montana ſunt quæ ſe in modum ſcorpionum incuruant. 7 vrbs eſt quæ deſerto Sin per Sade, nomen dedit. 8 vel, progredienſque. 9 Alia eſt Cadeſ-barnea in deſerto Pharan: hæc verò eſt tribus Iudæ. 10.i.vſque ad eum locum qua influit Iordanis in mare ſalſum. 11.i. à promontorio altero. ſub. incipit. 12.i.ea parte qua Iordanis influit in mare ſalſum. 13.qui eſt in plaga Orientali ipſi Nahal: 14 vel, fontem ſolis. 15 Significat hæc vox fullonem, quod pedibus mundet veſtes fullo. 16 ad vallẽ. 17.i. Ieruſalem eſt in eo latere quod attribuitur Iebuſæis: non eſt igitur tribus Iuda, ſed Beniamin. 18 vel, & progreditur. 19 quæ eſt. 20 Heb. Circinnat. Deſcribit lineam circularem, id eſt, Circuit. 21.i. Vrbs nemorum. 22 vel, vertit ſeſe. tendit. 23 vel, extremitatem. 24 Heb. & terminus.i. regio finitima mari magno, hoc eſt mediterraneo. 25 iſte eſt terminus filiorum, &c.q.d. his terminis deſcribitur regio aſsignata tribui Iuda. 26.i. de mandato Domini facto ad Ioſue. 27 gigantum.i.celeberrimi inter gigantes. 28 mortuo ſcilicet Ioſue. Hæc ſequentia de Caleb, per anticipationem dicuntur: nam mortuo Ioſue facta fuerunt, vt legis in lib. Iudic. cap. 1. 29 gigantum.i.tres gigantes. 30.i.ciuitas literarum, hoc eſt academia. 31.i.nepos. igit eodem patre nati. Alij dicunt hîc fratrem pro cognato accipi. Doctiores filium, nepotem interpretantur; & filium kenaz, kenezæum. 32 frater. Hi erant fratres ex parte matris. 33 deduceretur. ſub. in domum ſponſi. 34 ſub. fertilem.i.regionem aliquam arabilem ac fertilem. 35 ſub. vis, vel eſt. 36 Heb. benedictionẽ .i. munus aliquod. Chald. paraph. hæreditatem vertit. 37 Heb. ſiccitatis.i.ſiticuloſam & arentem. 38 fontes (vel, ſcaturigines) aquarum. Vnde ſcilicet poſsim irrigare terram arrentem. 39 fontes ſuperiores (partis agri,) & fontes inferiores (partis agri.) .i.agrum in quo erant fontes in parte ſuperiore & inferiore. Quidam ſcaturigines ſuperiores interpretantur fontes erumpentes è terra: & inferiores ſcaturigines, puteos. 40 ab extremitate tribus. 41 iuxta limitem, &c. Hîc enumerantur trigintaocto vrbes, quarum nouem ex illis erant de tribu Simehon, quæ quidem poſſeſsionẽ habebat intra limites tribus Iuda. Poſtea enumerantur quindecim. dicunt tamen Gadara & Gedorothaim eandem vrbem eſſe. 42.i. oppidis.q.d.metropolis ſcilicet, & vrbes illi ſubditæ. 43 ſiue; Gaza. 44 Heb. & terminus. ſub. eius.i.vrbes illi adiacentes. 45.i. In ſolitudine & loco campeſtri iuxta Aſphaltitẽ. 46 Heb. & vrbs ſalis.i.quæ ſita eſt iuxta mare ſalſum, & dedit nomẽ mari. 47 Iebuſæi illi non erãt de numero ſeptem populorũ illorũ, ſed originẽ trahebãt a Iebus qui erat de ſtirpe Philiſthæorũ.

## CAP. XVI.

Sors Ephraim.

CEcidit quoque ſors filiorum Ioſeph ab Iordane 1
contra Iericho & aquas eius, ab Oriente: ſoli-
tudo quæ aſcendit de Iericho ad mõtem Beth-el:

## CAP. XVI.

ET 1 Ducta quoq; ſors eſt pro filijs Ioſeph à Iordane 2 Iericho vſq; ad 3 Aquas-Iericho ad Orientem, 4 [&] deſertum quod aſcendit de Iericho in montem 5 Beth-el.

S 3 Egredi-

Egrediturque à Beth-el ad Luſam, & tranſit 6 ad terminum 7 Arxi in Ataroth. Et rurſus deſcendit verſus mare ad terminum 8 Iaphleti vſque ad terminum Beth-horon inferioris, & vſque ad Gaſer, & fines eius deſinunt ad mare. Acceperũt igitur hæreditatẽ filij Ioſeph Manaſſe & Ephraim: fuitque limes filiorum Ephraim ſecundum familias ſuas, fuit inquam limes hæreditatis eorum ab Orientali plaga Ataroth-addar, vſque ad Beth-horon ſuperiorem. Et exit limes iſte ad mare, & ad Michmat à Septentrione, reflectitque idẽ limes in Orientẽ ad Taenath-ſilo, & hinc tranſit ab Oriente in Ianoah. Et deſcendens à Ianoah in Ataroth atque Naerath, pertingit ad Iericho, & exit ad Iordanem. De Tappuah verò 9 vergit limes ille contra mare ad torrentem Kãna: ſuntque exitus eius verſus 10 mare. hæc eſt hæreditas tribus filiorũ Ephraim ſecundum familias ſuas. Ciuitates vero ſegregatæ pro filijs Ephraim fuerunt in medio hæreditatis filiorum Manaſſe, omnes inquam ciuitates cum villis ſuis. Et non expulerunt Chananæum habitantem in Gaſer, ſed manſit Chananæus in medio Ephraim vſque in hunc diem, fuitque 11 vectigalis.

2 ¶ Et egreditur de Beth-el Luzam: tranſitque terminum
3 Archi, Ataroth. ¶ & deſcendit ad Occidentem iuxta
terminum Iephleti, vſque ad terminos Beth-horon infe
rioris, & Gazer: finiunturque regiones eius Mari-ma- B
4 gno. ¶ Poſſederuntq; filij Ioſeph Manaſſes & Ephraim:
5 ¶ & factus eſt terminus filiorum Ephraim per cognatio-
nes ſuas, & poſſeſsio eorum contra Orientem Ataroth-
6 addar vſque Beth-horon ſuperiorem. ¶ Egrediunturque
confinia in mare: Machmethath verò Aquilonem reſpi- C
cit, & circuit terminos contra Orientem in Thanath-ſe-
7 lo: & pertranſit ab Oriente Ianoe. ¶ Deſcenditque de
Ianoe in Ataroth & Naaratha: & peruenit in Iericho, egre
8 diturque ad Iordanem. ¶ De Taphua pertranſit contra
mare in Vallem-arundineti, ſuntque egreſſus eius in ma-
re ſalſiſsimum. hæc eſt poſſeſsio tribus filiorum Ephraim D
9 per familias ſuas. ¶ Vrbeſq; ſeparatæ ſunt filijs Ephraim
in medio poſſeſsionis filiorum Manaſſe, & villæ earum.
10 ¶ Et non interfecerunt filij Ephraim Chananæum qui Chananæus.
habitabat in Gazer: habitauitque Chananæus in medio
Ephraim vſque in diem hanc tributarius.

## SCHOLIA IN CAP. XVI.

1 Egreditur autem ſors filiorum, &c. vel, Excurrit autem, &c. id eſt, Egreditur autem hæreditas quam ſorte poſſederunt filij Ioſeph. 2 i. quà fluit prope Iericho. 3 nomẽ loci. 4 (ad) 5 (ad) Beth-el. 6 vel, iuxta regionẽ. 7 ſiue, Arxæorũ. 8 Iaphletæorum. 9 vel, progreditur. redit. 10 Mare, pro mari mediterraneo, & etiam pro Occidente. 11 Heb. in tributum ſeruiens. i. tributarius illis, & ſeruiens.

## CAP. XVII.

HAEc fuit ſors tribus Manaſſe, qui fuit primogenitus Ioſeph. Machir 2 primogenitus Manaſſe, & pater Gilead, qui fuit ſtrenuus miles, & poſſedit Gilead & Baſan. 3 Obtigit quoque 4 reliquis filijs Manaſſe ſecundum familias ſuas, nempe filijs Abi-æſer, filijs Helec, filijs Aſriel, filijs Sechem, filijs Hepher, filijs Semida: hi enim fuerunt filij Manaſſe filij Ioſeph mares per familias ſuas. Porrò Zelaphead filius Hepher, filij Gilead, filij Machir, filij Manaſſe, non habuit filios, ſed filias, quarum nomina hæc ſunt, Mahla, Noa, Hagla, Milca, Thirza. Acceſſerunt autem in conſpectum Eleazari ſacerdotis, atque in conſpectũ Iehoſuæ filij Nun, & in conſpectum principum, dicentes, Dominus præcepit Moſi vt daret nobis hæreditatem inter 5 fratres noſtros. dedit ergo eis iuxta 6 os Domini hæreditatem inter fratres patris earum. Et 7 ceciderunt funiculi Manaſſe decem, præter terram Gilead & Baſan quæ eſt cis Iordanem. Nam filiæ Manaſſe poſſederunt hæreditatem inter filios eius, fuitque terra Gilead reliquorum filiorum Manaſſe. Fuit autem limes Manaſſe ab Aſer [ad] Michmethath, quæ erat e regione Sechẽ, 8 vergitque limes iſte verſus dextram ad habitatores En-tappuah. Fuit autem ipſius Manaſſe terra Tappuah: 9 eſt enim Tappuah iuxta terminum Manaſſe filijs Ephraim. Et hinc 10 deſcendit limes ad torrentem 11 Kanna verſus Meridiem 12 ad torrentem ciuitatũ iſtarum Ephraim, & inter ciuitates Manaſſe. 13 & limes Manaſſe eſt ab Aquilone 14 ad torrentem: exitus autem eius ad mare. 15 Ipſi Ephraim ad Meridiem, & 16 Manaſſe ad Aquilonem: mare verò eſt limes eius, & in Aſer 17 contingunt [ſeſe] ab Aquilone, in Iſaſchar autem ab Oriente. Et habuit Manaſſe in Iſaſchar & in Aſer, Beth-ſean & vicos eius, Iibleam & vicos eius, habitatores Dor & vicos eius, habitatores En-dor & vicos eius, habitatores Thaenach & viculos eius, habitatores Megiddo & vicos eius, 18 tres regiones. Et filij Manaſſe 19 non potuerunt 20 occupare has ciuitates: 21 quum tamen Chananæus animum hanc terram inhabitandi deſpondiſſet. Contigit tamen quum vires ſumerent filij Iſrael, vt Chananæum 22 vectigalem facerent, 23 ſed funditus non exciderunt eum. 24 Loquutique ſunt filij Ioſeph ad Iehoſuam dicentes, Quare dediſti mihi

1 CEcidit autem ſors tribui Manaſſe: (ipſe enim eſt Sors dimidiæ tribus Manaſſe.
primogenitus Ioſeph.) Machir primogenito Ma-
naſſe patri Galaad, qui fuit vir pugnator, habuit-
2 que poſſeſsionem Galaad & Baſan. ¶ Et reliquis filiorum Num. 26. d.
Manaſſe iuxta familias ſuas, filijs Abi-ezer, & filijs Helec,
& filijs Eſriel, filijs Sechem, & filijs Hepher, & filijs Semi-
da. iſti ſunt filij Manaſſe filij Ioſeph, mares, per cognatio
3 nes ſuas. ¶ Salphaad vero filio Hepher filij Galaad filij Ma Salphaad filiabus datur poſſeſsio.
chir filij Manaſſe nõ erant filij, ſed ſolæ filiæ, quarum iſta Num. 27. a. 36. a
ſunt nomina, Maala & Noa & Hegla & Melcha & Ther
4 ſa. ¶ Veneruntq; in conſpectum Eleazari ſacerdotis, & Io
ſue filij Nun, & principũ, dicentes, Dñs præcepit per ma-
nũ Moyſi, vt daretur nobis poſſeſsio in medio fratrũ no-
ſtrorũ. deditq; *iuxta imperiũ Domini poſſeſsionẽ in me- *eis
5 dio fratrũ patris earũ. ¶ Et ceciderũt funiculi Manaſſe, de- B
6 cẽ, abſq; Terra-galaad & Baſan trans Iordanem. ¶ Filiæ
enim Manaſſe poſſederunt hæreditatẽ in medio filiorum
eius. Terra autẽ Galaad cecidit in ſortẽ filiorum Manaſſe
7 qui reliqui erãt. ¶ Fuitq; terminus Manaſſe ab Aſer, Mach-
mathath, quę reſpicit Sichẽ: & egreditur ad dextrã iuxta
8 habitatores Fõtis-taphuæ. ¶ Etenim in ſorte Manaſſe ceci
derat Terra-taphuæ, quæ eſt iuxta terminos Manaſſe fi-
9 liorũ Ephraim. ¶ Deſcẽditq; terminus Vallis-arũdineti in
Meridiẽ torrentis ciuitatũ Ephraim, quæ in medio ſunt vr
biũ Manaſſe: terminus Manaſſe ab Aquilone torrentis, &
10 exitus eius pergit ad mare: ¶ Ita vt poſſeſsio Ephraim
ſit ab Auſtro, & ab Aquilone Manaſſe, & vtranq; claudat C
mare, & cõiungantur ſibi in tribu Aſer ab Aquilone, & in
11 tribu Iſſachar ab Oriente. ¶ Fuitque hæreditas Manaſſe
in Iſſachar & in Aſer, Beth-ſan & viculi eius, & Ieblaam
cum viculis ſuis, & habitatores Dor cum oppidis ſuis,
habitatores quoque Endor cum viculis ſuis: ſimiliterque
habitatores Tenac cũ viculis ſuis, & habitatores Maged-
12 do cum viculis ſuis, & tertia pars vrbis Nopheth. ¶ Nec
potuerũt filij Manaſſe has ciuitates ſubuertere, ſed cœpit
13 Chananæus habitare in terra ᵃſua. ¶ Poſtquam autem cõ- ᵃiſta.
ualuerunt filij Iſrael, ſubiecerunt Chananæos, & fecerũt Chananæi tributarij.
14 ſibi tributarios, nec interfecerunt eos. ¶ Loquutique ſunt
filij Ioſeph ad Ioſue, & dixerunt, Quare dediſti mihi D
Terram



Filij Ioſeph, Manaſſe & Ephraĩ petũt maiorem poſſeſsionem.
Terram in poſſeſsionem ſortis & funiculi vnius, cum ſim
tantæ multitudinis, & benedixerit mihi Dominus? ¶ Ad 15
quos Ioſue ait, Si populus multus es, aſcende in ſyluam,
& ſuccide tibi ſpatia in Terra Pherezæi & raphaim: quia
anguſta eſt tibi poſſeſsio montis Ephraim. ¶ Cui reſpõ- 16
derunt filij Ioſeph, Non poterimus ad montana conſcen-
dere, quum ferreis curribus vtantur Chananæi qui habi-
tant in Terra campeſtri, in qua ſitæ ſunt Beth-ſan cum vi
culis ſuis, & Iezrael mediam poſsidens vallem. ¶ Dixit- 17
que Ioſue ad domum Ioſeph & Ephraim & Manaſſe, Po
pulus multus es, & magnæ fortitudinis, non habebis ſor-
tem vnam, ¶ Sed tranſibis ad montem, & ſuccides tibi, 18
atque purgabis ad habitandum ſpatia: & poteris vltra
procedere cum ſubuerteris Chananæum, quem dicis fer-
reos habere currus & eſſe fortiſsimum.

25 poſsidendam vnam tantum ſortem & 26 vnum funiculum, quum ſim populus tam multus, 27 & Dominus me hactenus tam vbertim locupletauerit? Reſpondit illis Iehoſua, Quandoquidem tu multus es populus, aſcende ergo 28 in ſyluam, & 29 para tibi illic in terra Pherizæi atq; 30 rephaim, 31 quandoquidem mons Ephraim tibi anguſtior eſt. Dixerunt autem filij Ioſeph, 32 Non poſſumus montem iſtum aſſequi, 33 quandoquidem ferreos currus habent omnes Chananæi habitantes in terra 34 conuallium, & hi qui ſunt in Beth-ſean atq; in oppidulis eius, & hi qui ſunt in 35 valle Iiſreel. Et dixit Iehoſua ad domũ Ioſeph, nẽpe ad Ephraim & Manaſſe, Populus quidẽ multus es, & robur habes magnũ, idcirco non habebis 36 vnã [tantũ] ſortẽ, 37 Sed mons ille tuus erit 38 in quo eſt ſylua: 39 hũc para, 40 erũtq; fines eius tui: 41 ſi quidẽ Chananæũ iſtum eieceris, licet ferreos currus habeat ipſe, & valde robuſtus ſit.

## SCHOLIA IN CAP. XVII.

1 Hebraiſmus, Et fuit ſors tribui Manaſſe: quoniam erat, &c. id eſt, Tribus quoque Manaſſe ſorte poſſeſsionem habuit, quoniam. &c. 2 primogenito Manaſſe patri Galaaditarum, quod fuerit vir bellicoſus, fuit inquam illi Galaad, &c. 3 ſubaudi ſors. 4 id eſt, alteri dimidiæ tribui. 5 id eſt, cognatos. 6 id eſt, mandatum. 7 id eſt, habuit decem portiones. Dicunt Hebræi. Sex illæ familiæ ſuprà memoratæ acceperunt ſex portiones: & filiæ Selaphead quatuor, nempe portionem patris ſui, & duas pro auo ſuo, Hepher ſcilicet, quod fuerit primogenitus, & vnam pro fratre patris ſui, qui ſcilicet mortuus erat in deſerto abſque liberis: & illi tres egreſsi fuerant ex AEgypto: ideo debebatur illis portio in diſtributione hæreditatis. 8 vel, & hinc procedit. 9 vel, at Tappuah quæ eſt contermina Manaſſe, eſt filiorum Ephraim. 10 retrocedendo ſcilicet, id eſt reuertendo vnde venerat. 11 id eſt, arundinis. Nomen loci. 12 torrentis: ciuitates iſtæ (tribus) Ephraim, ſunt in medio vrbium, &c. i. ſunt contentæ in tribu Manaſſe. 13 at limes. 14 ipſius torrentis: 15 ſub. eſt ſors. 16 ipſi Manaſſe (ſub. eſt ſors.) 17 vel, coniungũtur. 18 ſiue, tria climata. Dor ſcilicet. 19 ſub. initio. 20 Heb. expellere vrbes illas. i. ciues illarum vrbium. 21 Heb. voluitque (vel, optauit) Chananæus habitare in terra ipſa. 22 Heb. in tributum. i. reddiderint Chananæos tributarios contra præceptum Domini. 23 nec expulſerunt eos. 24 vel, Expoſtulauerunt autem filij Ioſeph cum Ioſue. 25 pro hæreditate. 26 vel, vnam portionem. 27 Heb. ita quòd hactenus benedixerit mihi Dominus? 28. i. ad montem plenum arboribus. 29. ſub. locum habitationis. Alij vertunt, & elige tibi. ſub. locum ad habitandum. Alij, & ſcinde tibi. ſub. arbores vt ædifices illic. 30 gigantum. 31 quaſi dicat, ſi videatur tibi anguſtus mons Ephraim, inuade vicinas gentes. 32 Non ſufficiet nobis mons iſte. ſubaudi, ad habitandum. 33 & ferreos, &c. 34 planitiei, id eſt, in regione plana & campeſtri, vltra montem. 35 vel, planitie. 36 ſubaudi, præciſam, ſiue definitam, quam dilatare non poſsis. 37 Nam. 38 quia ſylua eſt. q. d. eſt inutilis fratri tuo. eſt enim plenus nemoribus. 39 præcide ergo illam. 40 q. d. hac ratione poteris progredi vltra. 41 Hebraiſmus, nam expelles Chananæum: quoniam currus habet falcatos, (&) quoniam eſt fortis, id eſt, expelles enim Chananæos, nam poſſent alioqui tibi nocere, quia currus ferrei ſunt illis, & fortes ſunt. hoc eſt, quos dicis habere currus ferreos, eoſque fortes eſſe.

## CAP. XVIII.

Mittuntur qui deſcribant Terram pro reliquis ſeptem tribubus inter filios Ioſeph & Iudæ.
COngregatiq; ſunt omnes filij Iſrael in Silo, ibiq; 1
fixerunt tabernaculum teſtimonij, & fuit eis
Terra ſubiecta. ¶ Remanſerant autem filiorum 2
Iſrael ſeptem tribus, quæ necdũ acceperãt poſſeſsiones
ſuas. ¶ Ad quos Ioſue ait, Vſquequo marcetis ignauia, & 3
nõ intratis ad poſsidendam Terrã, quam Dominus Deus
patrũ veſtrorũ dedit vobis? ¶ Eligite de ſingulis tribubus 4
ternos viros: vt mittã eos, & pergant atq; circumeãt Te-
rãm, & deſcribãt eam iuxta ᵃnumerũ vniuſcuiuſq; multi- ᵃterminum
tudinis: referantque ad me quod deſcripſerint. ¶ Diui- 5
dite vobis Terram in ſeptem partes: Iudas ſit in terminis
ſuis ab Auſtrali plaga, & domꝰ Ioſeph ab Aquilone: ¶ me 6
diam inter hos Terram in ſeptem partes deſcribite: &
huc venietis ad me, vt coram Domino Deo veſtro mit-
tam vobis hîc ſortẽ: ¶ quia non eſt inter vos pars Leuitã- 7
rum, ſed ſacerdotiũ Domini, eſt eorum hæreditas. Gad
autẽ & Ruben, & dimidia tribus Manaſſe iam acceperãt
B poſſeſsiones ſuas trans Iordanem ad Orientalẽ plagam:
quas dedit eis Moyſes famulus Domini. ¶ Cumque ſurre- 8
xiſſent viri vt pergerent ad deſcribenda Terram, præ-
cepit eis Ioſue, dicens, Circuite Terrã, & deſcribite eã, ac
reuertimini ad me: vt hîc coram Domino Deo veſtro in
Silo mittã vobis ſortem. ¶ Itaque perrexerũt: & luſtrãtes 9
eam, in ſeptem partes diuiſerunt, ſcribentes in volumi-
ne. reuerſique ſunt ad Ioſue in caſtra Silo. ¶ Qui miſit 10
Sors filiorũ Bẽiamin. ſortes coram Domino in Silo, diuiſitque Terram filijs
Iſrael in ſeptem partes. ¶ Et aſcendit ſors prima filiorum 11
Beniamin per familias ſuas, vt poſsiderent Terram inter
filios Iuda & filios Ioſeph. ¶ Fuitque terminus eorum 12
contra Aquilonem à Iordane: pergens iuxta latus Ieri-
cho Septentrionalis plagæ, & inde contra Occidentem

COngregata eſt vniuerſa concio filiorum Iſrael in Silo, illicque collocarunt tentorium 1 cõſtitutionis: 2 quandoquidẽ terra ſubacta 3 erat corã eis. Remãſerant autẽ ex filijs Iſrael reliqui, 4 quibus hæreditatẽ ſuã nondũ diſtribuerant, nempe ſeptẽ tribus. Et ait Iehoſua ad filios Iſrael, Quouſque 5 eſtis ceſſatores, quo minus eatis & occupetis terrã quam dedit vobis Dominus Deus patrũ veſtrorum? Date tres viros ex quaque tribu, vt mittã eos, qui ſurgant & perambulent terram, & deſcribant eam 6 iuxta hæreditatẽ ſuã: reuertãturque ad me, 7 Diuidantq; eã in ſeptem partes: ſtabitque Iehuda in limite ſuo à Meridie, & qui ſunt de domo Ioſeph ſtabunt in limite ſuo à Septentrione. 8 Vos itaque deſcribetis terram in ſeptem partes, & referetis huc ad me, & 9 iaciam vobis ſortem hic coram Domino Deo noſtro. Leuitæ autem nullã partem habent inter vos, quoniã 10 Sacerdotiũ Domini eſt hæreditas eorũ: Gad quoq; & Ruben, & dimidia tribus Manaſſe iam acceperunt hæreditatem ſuã 11 cis Iordanem ad Orientẽ, quam dedit illis Moſes ſeruus Domini. Surgentes itaque 12 viri abierunt, præcepitque Iehoſua abeuntibus vt deſcriberent terram, dicens, Ite, & perambulate terrã, & 13 deformate eã: & reuertimini ad me, vt hic proijciã vobis ſortẽ corã Domino in Silo. Abeuntes ergo viri illi, pertrãſierunt terrã, deformãtes eam in libro, facientes ſeptẽ partes oppidatim: reuerſiq; ſũt ad Iehoſuã in caſtra quæ erãt in Silo. Et iecit eis Iehoſua ſortem in Silo corã Domino, diſtribuitque ibi Iehoſua terram pro filijs Iſrael ſecundum portiones ſuas. Et aſcendit ſors tribus filiorum Beniamin per familias ſuas, 14 exijtque limes ſortis eorũ inter filios Iehuda & inter filios Ioſeph. Factus eſt autem limes eorum ad angulum Aquilonarem à Iordane, & aſcendit ille limes 15 ad latus Iericho ab Aquilone, & aſcendit in montem contra Occidentem,

*16 extremitates eius fuerunt ad deſertũ Beth-auen. Et illinc tranſit terminus ille in Luſam, ad latus 17 Luſæ verſus Meridiem, ipſa eſt Beth-el: & [rurſus] deſcendit [idem] limes in Athrot-adar, ad montem qui eſt ad Meridiem Beth-horõ inferioris. Et [hinc] 18 vergit limes iſte, circuitque [ad] angulum maris ad Meridiem, à monte qui eſt contra Beth-horon ad Meridiem; deſinuntque fines eius ad Kiriath-baal, ipſa eſt Kiriath-iearim, ciuitas filiorum Iehuda. hic eſt angulus Occidentalis. Angulus verò Meridianus eſt ab extremitate Kiriath-iearim, 19 exitque terminus iſte ad Occidenté, & exit ad fontem aquæ Nephtoah. Et deſcendit terminus iſte ad extremitatem montis qui eſt coram valle filij Hinnon, 20 in valle Rephaim ad Aquilonem, & deſcẽdit in vallẽ Hinnõ ad latus Iebuſæi ad Meridiem, deſcendens ad fontem Rogel. 21 Reflectit verò ab Aquilone, & egreditur ad En-ſemes, & inde egreditur [ad loca] Geliloth, quæ ſunt 22 iuxta aſcenſum Adumim, deſcendens ad lapidem Bohan filij Ruben. Et pertranſiens ad latus [quod eſt] eregione 23 Araba 24 Septentrionalis, deſcendit in campeſtria. Et rurſum tranſiens idem limes verſus latus Beth-hagla 25 ad Aquilonem, deſinunt fines limitis eiuſdem 26 ad linguam maris ſalſi contra Aquilonem, ad extremitatem Iordanis 27 Meridionalem, & hic eſt limes Meridianus. Iordanis verò terminat hũc limitem in angulo Orientali. atque hæc eſt hæreditas filiorum Beniamin, iuxta limites ſuos in circuitu per familias ſuas. Fuerunt autem ciuitates tribus filiorum Beniamin per familias ſuas, Iericho, Beth-hagla, & vallis Keziz. Beth-araba, Zemaraim, Beth-el. Auim, Parah & Ophrah. 28 Kephar-amonai, Ophni & Geba, ciuitates duodecim cum villis earum. Gibeon, Rama, Beeroth. Mitzpa, Kephira, Moza. Rekem, Irpeel, Tarela. Zela, Eleph, & 29 Iebuſi, ipſa eſt Ieruſalem, [&] Gibeath [&] kiriath, ciuitates quatuordecim cum villis earum. Hæc eſt hæreditas filiorum Ben-iamin ſecundum familias ſuas.*

ad montana conſcendens, & perueniens ad ſolitudinem
13 Beth-auen. ¶ Atque pertranſiens iuxta Luzam ad Meri- Luza quæ & Beth-el.
diem, ipſa eſt Beth-el: deſcenditque in [a] Aſtaroth-addar [a]aro
in montem qui eſt ad Meridiem Beth-horon inferioris:
14 ¶ Et inclinatur circuiẽs contra mare ad Meridiem montis C
qui reſpicit Beth-horon contra Africum: ſuntque exitus
eius in Cariath-baal, quæ vocatur & Cariath-iarim, vrbẽ Cariath-baal.
filiorum Iuda. hęc eſt plaga contra mare, ad Occidentẽ.
15 ¶ A Meridie autem ex parte Cariath-iarim egreditur ter
minus contra mare, & peruenit vſque ad fontem aqua-
16 rum Nephtoa. ¶ Deſcenditque in partem montis qui re-
ſpicit Vallem-filiorum-Ennom: & eſt contra Septentrio-
nalem plagam in extrema parte Vallis-raphaim. Deſcẽ-
ditque in Ge-ennom (id eſt Vallẽ-Ennom,) iuxta latus
17 Iebuſæi ad Auſtrum: & peruenit ad Fontem-rogel, ¶ traſ-
iens ad Aquilonem, & egrediens ad En-ſemes, id eſt fõ-
18 tem-ſolis: ¶ & pertranſit vſque ad tumulos qui ſunt è re-
gione Aſcenſus-adommim: deſcenditque Aben-boẽ, id D
eſt lapidẽ Boen filij Ruben. Et pertranſit ex latere Aqui-
19 lonis ad campeſtria: deſcenditque in planitiẽ, ¶ & præ-
tergreditur contra Aquilonem Beth-hagla: ſuntque exi-
tus eius contra linguam-maris-ſalſiſsimi ab Aquilone in
20 fine Iordanis ad Auſtralem plagã: ¶ qui eſt terminus il-
lius ab Oriente. hæc eſt poſſeſsio filiorum Beniamin per
21 terminos ſuos in circuitu, & familias ſuas. ¶ Fueruntque
ciuitates eius, Iericho & Beth-hagla & Vallis-caſis,
22 ¶ Beth-araba & Samaraim & Beth-el ¶ & Auim & Apha-
23 ra & Ophera, ¶ Villa-hemona & Ophni & Gabee: ci-
24 uitates duodecim, & villæ earum. ¶ Gabaon & Ra-
25 ma & Beroth & ¶ Meſphe, & Caphara & Amoſa
26 ¶ & Recẽ, Iarephel & Tharela ¶ & Sela, Eleph, & Iebus,
27 quæ eſt Ieruſalẽ, Gabaath & Cariath: ciuitates quatuor-
28 decim, & villæ earum. Fuerũtq; oẽs ciuitates vigintiſex.
Hęc eſt poſſeſsio filiorum Beniamin iuxta familias ſuas.

## SCHOLIA IN CAP. XVIII.

1 Fœderis. 2 Hebraiſmus, & terra, id eſt, poſteaquam terra. 3 fuit. 4 Hebraiſmus, qui necdum diuiſerant poſſeſsionem ſuam. 5 Hebraiſmus, vacatis, id eſt, ſegnes eſtis & animo remiſſo. 6 id eſt, in tot partes in quot hæreditas eorum diuidenda eſt. 7 Heb. Diuidentque ſeſe (in) ea in, &c. id eſt, ex ea facient ſibi ſeptem partes. 8 qui ſcilicet eſtis mihi oblati à fratribus veſtris. 9 id eſt, miſsis ſortibus dabo ſingulis ſuam hæreditatem. 10 id eſt, habebunt decimas & cætera quæ in Leuitico continentur. 11 vltra. 12 qui ſcilicet oblati fuerant. 13 vel, deſcribite. 14 id eſt, euenit vt prouincia illi aſsignata fuerit inter tribum Iuda & tribũ Ephraim, hanc ad Aquilonem, illam ad Auſtrum. 15 id eſt, aſcendit ad latus Septentrionale Ierichontis. ergo Iericho erat citra lineam finientem tribum, tenditque ad Occaſum per montana Iericho. 16 exituſque eius ſunt ad, &c. id eſt, peruenitque vſque ad deſertũ, hoc eſt campeſtria. 17 igitur Luz excluditur de tribu Beniamin. Duplex eſt Beth-el, altera filiorum Beniamin, altera tribus Ephraim, quæ eſt Luz. 18 vel, circuit & tendit. ducendo ſcilicet lineam obliquam. 19 itaque egreditur terminus Occidentalis, egreditur inquam. 20 quique eſt in planitie, id eſt, in parte Aquilonari ipſius Rephaim: ob id Rephaim eſt tribus Iudæ. 21 vel, Circuit. lineam circularem ducit relinquendo lineam Aquilonarem, tendendo verſus Auſtrum. 22 eregione aſcenſus. 23 vel, planitiei. 24 vel, ad Aquilonem. in tribu Iuda: eſt enim alia ab hac. 25 ſubaudi, tribus Iudæ. 26 id eſt, ad locum in quo longius excurrit mare ſalſum. 27 quæ ſcilicet eſt tribus Beniamin. 28 vicus Amonai. 29 Iebuſæorum. ſubaudi, vrbs, id eſt, quam Iebuſæi incolunt, quæ alio nomine dicitur Ieruſalẽ: cuius maior pars eſt in tribu Beniamin, minor vero in tribu Iuda, vt nonnulli aiunt.

## CAP. XIX.

*EGreſſa eſt ſors 1 alia pro Simeone, pro tribu inquam filiorum Simeon per familias ſuas, fuitque hæreditas eorum 2 inter hæreditatem filiorum Iehuda. Et habuerunt illi in hæreditate ſua Beerſeba, 3 & Seba, Molada. Hazarſual, Bala, Azen. Eltholad, Bethul & Horma. Ziclag, Beth-marcaboth, & 4 Hazar-ſuſa, Beth-lebaoth, & Saruhen, ciuitates tredecim cũ villis earum. Ain, Rimon, & Ether, & Aſan, ciuitates quatuor cum villis earum. Et omnes villæ quæ erant per circuitum ciuitatum iſtarum vſq; ad Baalath-beer, & Ramath, 5 ad Auſtrum. Hæc eſt hæreditas tribus filiorum Simeon iuxta familias ſuas. De funiculo filiorum Iehuda 6 fuit hæreditas filiorum Simeon: nam pars filiorum Iehuda maior fuit 7 quàm illorum, 8 vt hæreditatem caperẽt filij Simeon in hæreditate ipſorum. Educta eſt ſors tertia filijs Zebulon per familias ſuas, fuitque limes hæreditatis eorũ vſque ad Sarid, & aſcendit limes eorum verſus mare [Occidentale] & ad Mareala, pertingitque Dabeſeth, & inde pertingit ad torrentem qui eſt eregione Iacneã. Et reflectens de Sarid verſus 9 exoriente ſolem, ad limitem kiſloth-thabor, exit in Dabrath, aſcendens ad Iaphia. Et illinc tranſiens ad 10 plagam Orientalem in 11 Githa-hepher, 12 Itacazin, & exit 13 in Rimon Metoar, & hinc in Nea. Et idem limes 14 circuit ab Aquilone in Nathon, vt ſint exitus eius 15 vallis Iephtah-el, & Katath, Nahalal, & Simron, & Iidala, & 16 Beth-lehẽ, ciuitates duodecim cum pagis earum. Hæc eſt hæreditas filiorum Zebulon per familias ſuas, atque hæ ſunt ciuitates cum pagis earũ. Porrò pro Iſaſchar educta ſors eſt quarta, filijs inquam Iſaſchar pro familijs ſuis. Fuit autem limes eorum, Iiſreela, Keſuloth, & Sunem. Hapharaim, Sion, Anaharath. Harabith, Kiſiõ, Abeth. Remeth, & En-gãnim, En-hadda, & Beth-pazetz. Pertingitq; limes iſte in Thabor, & Sahazima, atque Beth-ſemes, & deſinunt fines limitis eorum in Iordanem, ciuitates ſedecim cum villis earum. Hæc eſt hæreditas tribus filiorum Iſaſchar per familias ſuas, 17 & hæ ſunt ciuitates cum pagis earum. Et educta eſt ſors quinta pro tribu filiorum Aſer per familias ſuas. Fuit autem limes eorũ, Helcath, Hali, Beten, Achſaph, & Alamelec, & Amead, & Miſeal: pertingitque in Charmel ad Occidentem, & 18 in Sihor-libnath. Et reflectens ad exortũ ſolis in Beth-dagon, pertingit in Zebulon & in vallem Iiphtael ad Septentrionẽ, [& in] Beth-emec & Nehiel: egrediturque in Kabul 19 ad ſiniſtram. 20 Ad Hebron quoque, Rehob, Hammon & Kana vſque ad Zidonẽ magnam. Reflectit deinde limes hic in Rama, & vſque ad ciuitatem munitam 21 Zor. rurſus reflectit hic limes in Hoſa, exituſque eius ſunt verſus mare 22 à funiculo Achſiba. Vma quoque, Aphec, & Rehob, ciuitates vigintiduæ cum pagis earum. Hæc eſt hæreditas tribus filiorum Aſer per familias ſuas, 23 & hæ ſunt ciuitates cum pagis earum. Pro filijs Naphtali educta eſt ſors ſexta; Pro filijs inquam Naphtali per familias ſuas. Fuitque limes eorum ab Heleph, [&] ab Elon 24 in Zaenannim, & Adami, Nekeb, & Iabneel, vſque Lacũ: exituſque eius verſus Iordanem. Reflectens inde limes iſte verſus Occidentem in Aſnoth-thabor, vergit illinc in Hucoc, 25 pertingitque ad Zebulon à Meridie: ad Aſer verò pertingit ab Occidente, ad Iehudã 26 ad Iordanem ab ortu ſolis. Ciuitates vero munitæ 27 ſunt, Ziddim, Zer, Hammath, Racath, & 28 Chinnareth, Et Adama, & Harama, & Hazor, & Kedes, Edrehi, & En-hazor, Et Iireon, Migdael, Horem, Beth-hanath, & Beth-ſemes, ciuitates vndeuiginti cum villis earum. Hæc eſt hæreditas tribus filiorum Naphtali per familias ſuas, 29 & hæ ciuitates atque villæ earum. Pro tribu verò filiorum Dan per familias ſuas educta eſt ſors ſeptima. Fuitque limes hæreditatis eorum Zoreah, & Eſtaol, & Ir-ſemes; Et Saalabim, Aialon, Iithla, Et Elon, Thimnatha, Ecron, Et El-thece, Gibthon, Baalath, Et Iehud, & Bne-berac, Gath-rimmon, Et Me-iarcon, & Haracõ, 30 cũ termino qui eſt eregione Iapho: 31 & ab his exit limes filiorum Dan. Et aſcenderunt 32 filij Dan, & oppugnarunt Leſem: capienteſque eam, percuſſerũt eam gladio, atque poſſederunt eam, incolentes eam, appellaueruntque eam Leſem-dan, iuxta nomen Dan patris ſui. Hæc eſt hæreditas tribus filiorum Dan per familias ſuas, 33 & hæ ciuitates & villæ earum. Ceſſauerunt itaq; ſorte diuidere terram per limites eius: dederuntque filij Iſrael hæreditatem ipſi Iehoſuæ filio Nun in medio eorum. Iuxta 34 os Domini dederunt ei ciuitatem quam poſtulauerat, nempe Timnath-ſærah in monte Ephraim: & inſtaurãs ciuitatem illã, habitauit in ea. Iſtæ igitur ſunt hæreditates 35 quas ſorte diuiſerunt Eleazar 36 ſacerdos, & Iehoſua filius Nun, & capita patrũ 37 ex tribubus filiorum Iſrael in Silo coram Domino ad oſtium tentorij conſtitutionis, ceſſaueruntque diuidere terram.*

## CAP. XIX.

1 ET egreſſa eſt ſors ſecunda filiorum Simeon per co Sors Simeon.
gnationes ſuas: fuitq; hæreditas eorũ in medio poſ
2 ſeſsionis filiorũ Iuda: ¶ Ber-ſabee & Sabee & Mo-
3 lada & ¶ Haſer-ſual, Bala & Aſem ¶ & Eltholad, Bethul
4 & Harma ¶ & Siceleg & Beth-marchaboth & Haſer-ſu-
5 ſa ¶ & Beth-lebaoth & Sarohẽ: ciuitates tredecim, & villę
6 earũ. ¶ Ain & Rẽmon & Athar & Aſan: ciuitates qua-
7 tuor, & villæ earum. ¶ omnes viculi per circuitũ vrbium
8 iſtarũ vſq; ad Baalath, Beer, Ramath contra Auſtralẽ pla
gam. Fueruntq; omnes ciuitates decem & ſeptẽ. hæc eſt
9 hęreditas filiorum Simeon iuxta cognationes ſuas, ¶ in
poſſeſsione & funiculo filiorum Iuda: quia maior erat.
& idcirco filij Simeon poſſederunt in medio hæredi-
10 tatis [a] eius. ¶ Ceciditque ſors tertia filiorum Zabulon [a]eorum.
per cognationes ſuas: & factus eſt terminus poſſeſ- Zabulon.
11 ſionis [b] filiorum Zabulon vſque Sarid. ¶ Aſcenditque [b]eorum
de mari & [c] Medalaa, & peruenit in Debbaſeth: vſ- [c]Merala.
que



que ad torrentẽ, qui eſt contra Ieconam. ¶ Et reuerti- 12
tur de Sarid contra Orientem in finem Cheſeleth-tha-
bor: & egreditur ad Dabereth, aſcẽditque cõtra Iaphie.
¶ Et inde pertranſit vſq; ad Orientalẽ plagam Geth-he- 13
pher & Tacaſin: & egreditur in Rẽmon, Amthar & Noa.
¶ Et circuit ad Aquilonẽ Hanathon: ſuntq; egreſſus eius 14
B Vallis-iephtahel ¶ & Cateth & Naalol & Semerõ & [a]Ie- 15
[a]Iedalá daba & Beth-lehem: ciuitates duodecim, & villæ earum.
¶ Hæc eſt hæreditas trib⁹ filiorũ Zabûlõ per cognationes 16
Iſſachar. ſuas, vrbes, & viculi earum. ¶ Iſſachar egreſſa eſt ſors 17
quarta per cognationes ſuas: ¶ fuitq; eius hæreditas Iez- 18
[b]Seon rael & Caſaloth & Sunem ¶ & Hapharaim & [b]Senon & 19
Anaharath ¶ & Rabboth & Ceſion, Abes, ¶ & Rameth 20
& En-gannim & En-hadda & Beth-pheſes. ¶ Et perue- 21
nit terminus eius vſque Thabor & Seheſima & Beth-ſe- 22
mes: eruntque exitus eius Iordanis: ciuitates ſedecim, &
villæ earũ. ¶ Hæc eſt poſſeſsio filiorum Iſſachar per co- 23
gnationes ſuas, vrbes, & viculi earum. ¶ Ceciditque ſors 24
Aſer. quinta tribui filiorũ Aſer per cognationes ſuas: ¶ fuitque 25
terminus eorum Halcath & Chali & Beten, & Axaph, Et
¶ Elmelech & Amaad & Meſſal: & peruenit vſq; ad Car 26
melum maris & Sihor & Labanath. ¶ Ac reuertitur con- 27
tra Orientem Beth-dagon: & pertranſit vſque Zabûlon
C & Vallẽ-iephtael contra Aquilonẽ in Beth-emec & Ne-
hiel. Egrediturque ad leuã Cabul, ¶ & Abran & Rohob 28
& Hamõ & Cana vſque ad Sidônem magnam. ¶ Reuer- 29
titurque in Horma vſque ad ciuitatem munitiſsimã Ty-
rum, & vſque Hoſa: eruntque exitus eius in mare de funi-
culo Achziba: ¶ & Amma & Aphec & Rohob: ciuitates 30
vigintiduæ, & villæ earum. ¶ Hæc eſt poſſeſsio filiorum 31
Aſer per cognationes ſuas, vrbeſque & viculi earũ. ¶ Fi- 32
Nephthali. liorum Nephthali ſexta [c] pars cecidit per familias ſuas:
[c]ſors ¶ & cœpit terminus de Heleph & Elõ [*] Saananim & Ada- 33
[*]in mi, quæ eſt Neceb, & Iebnael vſque Lecum: & egreſſus
eorum vſque ad Iordanẽ. ¶ Reuerteturq; terminus cõtra 34
[d]in Occidentẽ [d] & Azanoth-thabor, atque inde egreditur in
Hucuca, & pertanſit in Zabulon contra Meridiem, & in
Azer cõtra Occidentẽ, & in Iuda ad Iordanẽ cõtra Ortũ
ſolis. ¶ Ciuitates munitiſsimæ, Aſſedim, Ser & Emath 35
& Reccath & Cenereth, ¶ Et Edema & Arama, Aſor 36
¶ & Cedes & Edrai, En-haſor ¶ Et Ierõ & Magdalel, Ho 37
rem & Beth-anath & Beth-ſames: ciuitates decẽ & nouẽ, 38
& villæ earũ. ¶ Hæc eſt poſſeſsio tribus filiorũ Nephtha- 39
li per cognationes ſuas, vrbes & viculi earũ. ¶ Tribui fi- 40
Dan. liorũ Dan per familias ſuas egreſſa eſt ſors ſeptima: ¶ & 41
D fuit terminus poſſeſsionis eius Saraa, & Eſtaol, & Hir-ſe 42
mes, id eſt Ciuitas ſolis. ¶ Selebin & Aialõ & Iethela. ¶ Elõ 43
& Thẽna & Acrõ. ¶ Elthece, Gebbethon, & Balaath, ¶ Et 44
Iud & Bane & Barac & Geth-rẽmon Et Aquæ ¶ Iercon & 45
Arecõ, cũ termino qui rẽſpicit Ioppẽ, ¶ & ipſo fine cõclu 46
ditur. Aſcenderuntque filij Dan, & pugnauerunt contra 47
Leſem, ceperuntque eã: & percuſſerunt eã in ore gladij,
& poſſederunt, & habitauerũt in ea, vocantes nomẽ eius
Leſem-dan, ex nomine Dan patris ſui. ¶ Hæc eſt poſſeſ- 48
ſio tribus filiorum Dan, per cognationes ſuas, vrbes &
Poſſeſsio Ioſue. viculi earum. ¶ Cumque compleſſet ſorte diuidere Ter- 49
ram ſingulis per tribus ſuas, dederunt filij Iſrael poſ-
ſeſsionem Ioſue filio Nun in medio ſui, ¶ iuxta præceptũ 50
Domini, vrbem quam poſtulauit, Thamnath-ſara in
monte Ephraim: & ędificauit ciuitatem, habitauitque
in ea. ¶ Hæ ſunt poſſeſsiones quas ſorte diuiſerũt Eleazar 51
ſacerdos, & Ioſue filius Nun, & principes familiarum,
ac tribuum filiorum Iſrael, in Silo, coram Domino
ad oſtium tabernaculi teſtimonij, partitique ſunt
Terram.

## SCHOLIA IN CAP. XIX.

1 ſecunda. 2 Hebraiſmus, in medio poſſeſsionis. 3 (&) pro id eſt, quaſi dicat, quæ alio nomine dicitur Seba. 4 vel, villa. Suſa. 5 Negheb. nomen vrbis. aut eſt vnica vrbs, Ramathnegheb. 6 ſubaudi, capta. 7 Hebraiſmus, ipſis, id eſt, quam pro nu-



mero

nero ipſorum,& quàm coli & occupari poſſet à filijs Iuda. 8 Hebraiſmus,& poſſeſsionem habuerunt filij Simeon in medio hæreditatis eorum. 9 Hebraiſmus, Orientem, ad ortum ſolis. Per appoſitionem dictum, quaſi dicat, ad partem mũdi anteriorem, id eſt, ortum. 10 Eadem verba Hebraica quæ numero præcedenti. 11 Gath-hepher. hinc Iona propheta oriundus fuit. 12 Iitha (&) Caſin. 13 in Rimon quæ per lineam obliquam tendit ad Neha. 14 vel, vertit ſeſe. 15 ad Gieiphta-el. 16 Alia eſt in Iuda. vnde apud Matthæum, in Beth-lehem Iudæ. 17 (id eſt) vrbes iſtæ. 18 vel, Sihor (&) Libnath. 19 id eſt, ad Aquilonem. 20 Hebraiſmus,& Hebrõ,& Rehob,&c. ſubaudiendum, Præterea in ea regione ſunt vrbes Hebron,&c. 21 petræ. ſiue, ſaxi, id eſt, quæ erat ſita in rupe alta. 22 id eſt, de tractu in quo ſita eſt Achzib. Alij vertunt, tandem deuenit pergendo verſus mare ab Hebel (ad) Achzib. 23 ciuitates iſtæ. 24 id eſt, quæ vrbes ſunt in regione Sahanannim. 25 id eſt, ad Auſtrum habet conterminam Zebulon. 26 vel, iuxta Iordanem, quaſi dicat, non magna diſtantia incurrit in Iordanem ipſum. 27 ſubaudi, in ea regione. 28 Ab hac denominatum fuit mare Cinereth, ſiue Geneſareth. 29 ciuitates iſtæ. 30 vel, cum (tota) regione quæ erat eregione (aut, quæ adiacebat) Iapho. hoc eſt Ioppe. 31 Hebraiſmus, & exiuit terminus filiorum Dan ab ipſis, id eſt, ſubtractus fuit ab illis, defuit terminus filijs Dan, quaſi dicat, non habuerunt regionem capacem tantæ multitudinis. 32 id eſt, aliquot ex filijs. 33 Hebraiſmus, ciuitates iſtæ. 34 id eſt, præceptum. 35 Heb. quas per ſortem tradiderũt poſsidẽdas. 36 ſiue, ſumm⁹ põtifex. 37 tribubus. datiuo caſu.

## CAP. XX.

ET loquutus eſt Dominus ad Iehoſuam, dicens, Loquere ad filios Iſrael hiſce verbis, Date ex vobis ciuitates 1 confugij, de quibus loquutus ſum ad vos per Moſen, Vt illuc ſcilicet confugiat homicida, qui 2 hominem cædit 3 in perplexitate, & per imprudentiam: 4 erunt [hæ ciuitates] vobis confugia à vindice ſanguinis. Qui ergo confugerit ad aliquam ex eis ciuitatibus, ſtabit ad oſtium portæ ciuitatis, loqueturque audientibus ſenioribus ciuitatis illius cauſas ſuas, illique 5 recipiant eum ad ſe intra ciuitatem, & 6 dent ei locum vt cum eis habitet. Quòd ſi 7 vindex ſanguinis eum inſequitur, ne tradant homicidam in manum eius, quoniam per imprudentiam 8 percuſsit proximum ſuum, nec odio eſt eum proſequutus antea. Manebit itaque in ciuitate illa, donec 9 ſe iudicio ſiſtat coram cœtu, & vſque ad mortem ſummi ſacerdotis qui tum fuerit: tum tandem reuertatur homicida talis, & veniat in ciuitatem ſuam & ad domum ſuam, & ad ciuitatem ex qua fugerat. Et 10 conſecrarunt Kades in Galilea in monte Naphtali, & Sechem in monte Ephraim, atq; Kiriat-arba, 11 quæ eſt Hebron, in monte Iehuda. Cis Iordanem verò 12 [eregione] Iericho ad Orientem, conſtituerunt Bæzer in deſerto in planitie de tribu Ruben, & Ramoth in Gilead de tribu Gad, atque Golã in Baſan de tribu Manaſſe. Iſtæ fuerunt vrbes 13 conſtitutæ pro omnibus filijs Iſrael, & pro peregrino qui commoratur inter eos, vt ad eas cõfugeret quicunque hominem percuſsiſſet per imprudẽtiam, neque moreretur 14 per manum vindicis ſanguinis donec ſiſteretur coram 15 comitijs.

## CAP. XX.

Ciuitates perfugij. Num.35.a. Deut.19.a.

1 ET locutus eſt Dominus ad Ioſue, dicens; Loquere
2 filijs Iſrael, & dic eis, ¶ Separate vrbes fugitiuorum, de quibus locutus ſum ad vos per manu Moy
3 ſi, ¶ Vt confugiat ad eas quicunque animam percuſſerit neſcius: & poſsit euadere ira proximi qui vltor eſt ſan
4. guinis, ¶ Cum ad vnam harum confugerit ciuitatũ: ſtabitque ante portam ciuitatis, & loquetur ſenioribus vrbis B illius ea quæ ſe comprobent innocentem: ſicque ſuſcipiẽt
5 eum, & dabunt ei locum ad habitandum. ¶ Cumque vltor ſanguinis eum fuerit perſecutus, nõ tradent in manus eius: quia ignorans percuſsit proximũ eius, nec ante biduũ tri
6 duumve eius probatur inimicus. ¶ Et habitabit in ciuitate illa, donec ſtet ante iudicium cauſam reddens facti ſui, C & moriatur ſacerdos magnus qui fuerit in illo tempore: tunc reuertetur homicida, & ingredietur ciuitatem & do
7 mum ſuam de qua fugerat. ¶ Decreueruntque Cedes in Galilæa montis Nephthali, & Sichem in mõte Ephraim,
8 & Cariath-arbe, ipſa eſt Hebron in monte Iuda. ¶ Et trans Iordanem contra Orientalem plagam Iericho, ſta- Deut.4.g. D tuerunt Boſor, quæ ſita eſt in campeſtri ſolitudine de tribu Ruben, & Ramoth in Galaad de tribu Gad, & Gau
9 lon in Baſan de tribu Manaſſe. ¶ Hæ ciuitates conſtitutæ ſunt cunctis filijs Iſrael, & aduenis qui habitabant inter eos: vt fugeret ad eas qui animam neſcius percuſsiſſet, & non moreretur in manu proximi effuſum ſanguinem vindicare cupientis, donec ſtaret ante populum expoſiturus cauſam ſuam.

## SCHOLIA IN CAP. XX.

1 Siue, ſuſceptionis. aut, recollectionis. hoc enim ſignificat vox Hebræa. 2 interfecerit animam, id eſt, aliquem. 3 Hebraiſmus, per errorem. abſque ſcientia. hoc eſt, imprudenter. 4 ſintque vobis in perfugium à proximo ſanguinis, id eſt, interfecti. 5 vel, admittent. 6 vel, dabunt. 7 proximus interfecti. Sanguinem pro interfecto poſuit. 8 id eſt, dixit & expoſuit ſe interfeciſſe. 9 vt ſcilicet de cauſa eius cognoſcatur. 10 ſtatuerunt. vel, aſsignarunt. 11 vel, quæ alio nomine dicitur. 12 vel, (qua parte non procul labitur ab) 13 Hebraiſmus, conuentionis, id eſt, perfugij, ſiue refugij. 14 manu propinqui mortui. 15 concilio, id eſt, donec cauſa eius eſſet agitata coram iudicibus.

## CAP. XXI.

ACceſſerunt autem capita patrum Leuitarum ad Eleazarum ſacerdotem, & ad Iehoſuam filium Nun, & ad capita patrum qui erant ſuper tribus filiorum Iſrael, Loquutique ſunt ad eos in Silo in terra Chanaan, hiſce verbis, Dominus præcepit per Moſen, vt darentur nobis oppida ad habitandum cum agris ſuburbanis earum 1 pro iumentis noſtris. Dederunt itaque filij Iſrael Leuitis de poſſeſsionibus ſuis, 2 iuxta os Domini oppida iſta cum ſuburbanis agris ſuis. Educta eſt itaque ſors pro familia Kahathitarum. Fueruntque per ſortem [data] filijs Aharonis ſacerdotis [qui erant] de Leuitis, à tribu Iehuda, à tribu Simeon, & à tribu Beniamin tredecim oppida. Et 3 reliquis filijs Kahath, à familijs tribus Ephraim, & à tribu Dan, atque dimidia tribu Manaſſe ſorte data ſunt decem oppida. Porrò filijs Gerſon, à familijs tribus Iſſachar, & à tribu Aſer, & à tribu Naphtali,

## CAP. XXI.

Ciuitates Leuitis traditæ.

1 ACceſſeruntque principes familiarum Leui ad Eleazarum ſacerdotem, & Ioſue filium Nun, & ad duces cognationum per ſingulas tribus fi
2 liorum Iſrael: ¶ Locutique ſunt ad eos in Silo Terræ-Chanaan, atque dixerunt, Dominus præcepit per Num.35.a. manum Moyſi, vt darentur nobis vrbes ad habitandum,
3 & ſuburbana earum ad alenda iumenta. ¶ Dederuntque filij Iſrael de poſſeſsionibus ſuis iuxta imperium Domi
4 ni, ciuitates & ſuburbana earum. ¶ Egreſſaque eſt ſors Sors Caathitarum. in familiam Caath filiorum Aaron ſacerdotis de tribu
5 Iuda & Simeon & Beniamin, ciuitates tredecim. ¶ Et reliquis filiorum Caath, id eſt Leuitis qui ſuperfuerant, de tribubus Ephraim, & Dan, & °dimidię tribus Manaſ- °dimidia tribu
6 ſe ciuitates decem. ¶ Porrò filijs Gerſon egreſſa eſt ſors, Gerſonitarum. vt acciperent de tribubus Iſſachar & Aſer, & Nephthali, dimi-



dimidiaque tribu Manaſſe in Baſan ciuitates numero tre-
Meraritarum. decim. ¶ Et filijs Merari per cognationes ſuas de tri- 7
bubus Ruben & Gad & Zabulõ vrbes duodecim. ¶ De- 8
deruntque filij Iſrael Leuitis ciuitates & ſuburbana earũ, ſicut pręcepit Dominus per manum Moyſi, ſingulis ſorte
B tribuentes. ¶ De tribubus filiorum Iuda & Simeon de- 9
Ciuitates Caathitarum. 1.Para.6.d. dit Ioſue ciuitates: quarum iſta ſunt nomina. ¶ Filijs 10
Aaron per familias Caath Leuitici generis (prima enim ſors illis egreſſa eſt) ¶ Cariath-arbe patris Enac, quæ 11
vocatur Hebron, in monte Iuda, & ſuburbana eius per
Sup.14.d. circuitũ. ¶ (Agros verò, & villas eius dederat Caleb filio 12
Iephone ad poſsidendum.) ¶ Dedit ergo filijs Aaron ſa- 13
cerdotis Hebron cõfugij ciuitatem, ac ſuburbana eius: &
°Eſtemoa. Lobnam cum ſuburbanis ſuis: ¶ & Iether, & °Eſtemo, 14
¶ & Holon, & Dabir, ¶ & Ain, & Ieta, & Beth-ſames, 15
cum ſuburbanis ſuis: ciuitates nouem de tribubus, vt di- 16
ctum eſt, duabus. ¶ De tribu autem filiorum Beniamin, 17
Gabaon & Gabae ¶ & Anathoth & Almon, cum ſub- 18
urbanis ſuis: ciuitates quatuor. ¶ Omnes ſimul ciuita- 19
tes filiorum Aaron ſacerdotis tredecim, cum ſuburbanis
ſuis. ¶ Reliquis verò per familias filiorum Caath Leuitici 20
generis hæc eſt data poſſeſsio. ¶ De tribu Ephraim vrbes 21
confugij Sichem cum ſuburbanis ſuis in monte Ephraim,
¶ & Gazer, & Ciſaim & Beth-horon, cũ ſuburbanis ſuis: ci 22
C uitates quatuor. ¶ De tribu quoque Dan: Eltheco & 23
Gabathon ¶ & Aialon & Geth-remmon, cum ſubur- 24
banis ſuis, ciuitates quatuor. ¶ Porrò de dimidia tribu 25
Manaſſe, Thanach & Geth-remmon, cum ſuburbanis
ſuis, ciuitates duæ. ¶ Omnes ciuitates decem, & ſub- 26
urbana earũ, datæ ſunt filijs Caath inferioris gradus. ¶ Fi 27
Gerſonitarum. lijs quoque Gerſon Leuitici generis dedit de dimidia tribu Manaſſe confugij ciuitates, Gaulon in Baſan, & Boſ-
ram, cum ſuburbanis ſuis, ciuitates duas. ¶ Porrò de 28
tribu Iſſachar: Ceſion, & Dabereth, ¶ & Iaramoth, & En- 29
gannim, cum ſuburbanis ſuis, ciuitates quatuor. ¶ De 30
tribu autem Azer, Meſſal & Abdon, ¶ & Helcath, & 31
Rohob, cum ſuburbanis ſuis, ciuitates quatuor. ¶ De 32
tribu quoque Nephthali ciuitates confugij, Cedes in Galilæa, & Hãmoth-dor, & Carthan, cum ſuburbanis ſuis,
ciuitates tres. ¶ Omnes vrbes familiarum Gerſon, tre- 33
Meraritarum. decim, cum ſuburbanis ſuis. ¶ Filijs autem Merari Le- 34
uitis inferioris gradus per familias ſuas data eſt de tribu
Zabulon, Iecna & Cartha ¶ & Damna & Naalel, ciui- 35
tates quatuor cum ſuburbanis ſuis. ¶ De tribu Gad ci- 36
D uitates confugij, Ramoth in Galaad, & Manaim & Heſebon & Iazer, ciuitates quatuor, cum ſuburbanis ſuis.
¶ De tribu Ruben vltra Iordanem contra Iericho ciui- 37
tates refugij, Boſor in ſolitudine, Miſor & Iazer & Iethſon & Mephaath, ciuitates quatuor cum ſuburbanis ſuis.
¶ Omnes vrbes filiorum Merari per familias & cogna- 38
tiones ſuas duodecim. ¶ Itaque ciuitates vniuerſæ Le- 39
uitarum in medio poſſeſsionis filiorũ Iſrael fuerunt quadraginta octo ¶ cum ſuburbanis ſuis, ſingulæ per familias 40
Promiſsiones de Terra Chanaan impletæ. diſtributæ. ¶ Deditque Dominus Deus Iſraeli omnem 41
Terram, quam traditurum ſe patribus eorum iurauerat:
Pax Iſraelitis. & poſſederunt illam, atque habitauerunt in ea. ¶ Da- 42
taq; eſt ab eo pax in omnes per circuitum nationes: nulluſque eis hoſtiũ reſiſtere auſus eſt, ſed cuncti in eorum
ditionẽ redacti ſunt. ¶ Ne vnum quidem verbum, quod 43
illis præſtiturum ſe eſſe promiſerat, irritum fuit, ſed rebus expleta ſunt omnia.

atque à dimidia tribu Manaſſe in Baſan Data ſunt per ſortem tredecim oppida. Filijs Merari per familias ſuas à tribu Ruben, & à tribu Gad, atque à tribu Zebulon data ſunt duodecim oppida. 4 Dederunt itaque filij Iſrael Leuitis oppida iſta cum ſuburbanis agris eorum per ſortem, vt præceperat Dominus per Moſen. Dederunt verò filij de tribu Iehuda, & filij de tribu Simeon oppida iſta, quæ nominatim ſic 5 vocantur. 6 Filiorum verò Aharonis de familia Kahath, qui erant de filiis Leui prima ſors fuit, quibus dederunt Kiriath-arba 7 patris Anoc, ipſa eſt Hebron in monte Iuda cum ſuburbanis agris eius per circuitum eius. (8 Agrum verò illius ciuitatis & villas eius dederunt Caleb filio Iephunæ pro ſua poſſeſsione.) 9 Filijs autem Aharonis ſacerdotis dederunt oppidum confugij pro homicidis, Hebron & agros eius ſuburbanos, Libna quoque & agros eius ſuburbanos, Et Iathir & agros eius ſuburbanos, Eſtemoa & agros eius ſuburbanos, Et Holon & agros eius ſuburbanos, Debir & agros eius ſuburbanos, Et Ain & agros eius ſuburbanos, Iuta & agros eius ſuburbanos, Beth-ſæmes & agros eius ſuburbanos, oppida nouem à duabus tribubus iſtis. De tribu verò Beniamin, Gibeon & agros eius ſuburbanos, Geba & agros eius ſuburbanos, Et Anathoth & agros eius ſuburbanos, Almon & agros eius ſuburbanos, oppida quatuor. Omnia oppida filiorũ Aharonis ſacerdotum tredecim oppida ſunt cum agris ſuis ſuburbanis. Familijs verò filiorum Kahath Leuitarum, qui reſidui erant ex filijs Kahath (10 ſortem ſuam oppidorum habuerunt à tribu Ephraim) Dederunt eis oppidum confugij pro homicida Sechem, & agros eius ſuburbanos in mõte Ephraim: Gæſer & agros eius ſuburbanos, Et Kibzaim & agros eius ſuburbanos, 11 Beth-horon & agros eius ſuburbanos, oppida quatuor. De tribu verò Dan, Elthece & agros eius ſuburbanos, Gibethon & agros eius ſuburbanos, Et Aialon & agros eius ſuburbanos, Gath-rimmon & agros eius ſuburbanos, oppida quatuor: De dimidia tribu Manaſſe, Thanach & agros eius ſuburbanos, & 12 Gath-rimmon cũ ſuburbanis prædijs ſuis, oppida duo. Omnia oppida decem cum prædijs ſuis ſuburbanis pro familijs reliquis filiorum Kahath. Porrò filijs Gerſon, qui & ipſi erant de familijs Leuitarum, à tribu Manaſſe dimidia [obuenit] oppidum confugij pro homicida Golan in Baſan cũ prædijs ſuis ſuburbanis, & Beeſthera cum ſuis prædijs ſuburbanis, oppida duo. Et de tribu Iſſachar, Kiſion & agri eius ſuburbani, Dabrath & agri eius ſuburbani, Et Iarmuth & agri eius ſuburbani, En-gannim & agri eius ſuburbani, oppida quatuor. Et de tribu Aſer, Miſeal & agri eius ſuburbani, Abdon & agri eius ſuburbani, Et Helcat & agri eius ſuburbani, Rehob & agri eius ſuburbani, oppida quatuor. De tribu Naphtali, oppidum confugij pro homicida, Kædes 13 in Galil & prædia eius ſuburbana, Hamoth-dor & prædia eius ſuburbana, Carthan & agri eius ſuburbani, oppida tria. Omnium oppidorũ Gerſonitarum per familias ſuas, tredecim oppida cum prædijs ſuis ſuburbanis: Reliquis familijs filiorũ Merari, qui & ipſi Leuitæ erant, à tribu Zebulon [data ſunt] Iocneam & agri eius ſuburbani, Cartha & agri eius ſuburbani, Dimna & agri eius ſuburbani, Nahelal & agri eius ſuburbani, oppida quatuor. De tribu Ruben, Bæzer & agri eius ſuburbani, Iaza & agri eius ſuburbani, Et Kedemoth & agri eius ſuburbani, Mephaath & agri eius ſuburbani, oppida quatuor. De tribu quoq; Gad oppidum confugij pro homicida, Ramoth in Gilead & agri eius ſuburbani, Mahanaim & agri eius ſuburbani, Et Heſbon & agri eius ſuburbani, Iaazer & agri eius ſuburbani, omniũ oppidorũ quatuor. Omniũ itaque oppidorũ filiorũ Merari per familias ſuas, qui reſidui erant ex familijs Leuitarũ, 14 fuerũt iuxta ſortẽ eorũ oppida duodecim. Vniuerſorũ autẽ oppidorũ Leuitarũ 15 in poſſeſsionibus filiorũ Iſrael, fuerunt oppida quadragintaocto cũ prædijs ſuis ſuburbanis. 16 Fueruntq; hæc oppida ſingula ſeorſim poſita, circum verò illa agri ſuburbani, idque de ſingulis his oppidis [intellige.] Dedit itaque Dominus Iſraeli omnem terram quam iurauerat ſe daturum patribus eorum, poſſederuntque eam, & habitarunt in ea. Et Dominus dedit eis 17 requiem circunquaque, 18 iuxta omnia quæ iurauerat patribus eorum, & non reſtitit eis quiſpiam in faciem ex omnibus inimicis eorum, omnes hoſtes eorum tradidit Dominus in manus eorum. 19 Non cecidit vel vnum verbum de omni verbo bono quod loquutus fuerat Dominus ad domum Iſrael, vniuerſa euenerunt.

SCHO-

## SCHOLIA IN CAP. XXI.

1 ſub. alendis. 2 .i. de mandato Domini. 3 .i. alijs ab Aharonitis, qui tantummodo erant Leuitæ, quique non deſcendebant ex Amram. 4 vel, Dederunt inquam. 5 Heb. appellat. ſub. is qui appellat. i. vocatur. 6 Hebr. Fueruntque filij Aaron de cognationibus Chaathitarũ de filijs Leui, (illis enim ſors primo loco egreſſa eſt) dederuntque illis. 7 .i. maximi gigantum. 8 Agrum autẽ &c. Per occupationem hoc dicitur. Dominium vrbis habebat Càleb, habitanda autem data eſt Leuitis. 9 Filijs inquam. 10 Heb. (vrbes autem quas miſsis ſortibus acceperunt, fuerunt de tribu Ephraim.) Dederunt inquam. 11 ſub. inferiorem. 12 Duæ erant Gathrimmon. Multæ enim ſunt vrbes in Terra ſancta jiſdem nominibus. 13 .i. quæ ſita erat in Galilæa. 14 .i. miſsis ſortibus habuerunt oppida duodecim. 15 in medio poſſeſsionis. 16 Heb. Fuerunt vrbes iſtæ ſingulæ & ſuburbana earum per circuitum ſuum: ita ſe res habuit per omnes vrbes iſtas .i. ſingulæ harum vrbium habuerunt ſua ſuburbana, omnibus inquã vrbibꝰ iſtis aſsignata fuerũt ſua ſuburbana. 17 .i. ſummã pacẽ & tranquillitatẽ. 18 vel, ꝓrſus vt iurauerat, &c. 19 .i. Deꝰ oẽs ꝓmiſsiões ſuas adimpleuit Iſraelitis.

## CAP. XXII.

*T*Vm vocabat Iehoſua Rubenitas, Gaditas, & dimidiã tribum Manaſſe, Dixitq; ad eos, Vos cuſtodiuiſtis omnia quæ præcepit nobis Moſes famulus Dñi, & obediuiſtis voci meæ in omnibus quæ præcepi vobis, Non reliquiſtis fratres veſtros 1 iſtis multis diebus in hunc vſq; diẽ, ſed 2 cuſtodiuiſtis diligenter præceptum Dñi Dei veſtri. Quandoquidẽ igitur Dñs Deus veſter requiem dedit fratribus veſtris, quemadmodum pollicitus erat eis, reuertimini & redite ad veſtra, ad tentoria veſtra, ad terram poſſeſsionis veſtræ, quam dedit vobis Moſes ſeruus Dñi vltra Iordanem, 3 Modo diligẽter cuſtodiatis & faciatis præceptum & legem quam Moſes ſeruus Dñi vobis præcepit, vt diligatis Dñm Deum veſtrum, & eatis in omnibus vijs eius, vt cuſtodiatis præcepta eius, & vt adhæreatis ei, ſeruiatiſq; ei ex toto corde veſtro, & ex tota anima veſtra. Quumque 4 eos Iehoſua collaudaſſet, dimiſit eos, abieruntq; ad tentoria ſua. Et dimidiæ tribui Manaſſe 5 dederat Moſes in Baſan, & alteri dimidiæ dedit Iehoſua inter fratres ſuos 6 citra Iordanem ad Occiduam plagam: 7 proin & hos dimiſit Iehoſua ad tentoria ſua, [poſteaquam] eis 8 valedixiſſet. Et ait ad eos hæc verba, Vos reuertimini ad tentoria veſtra cum opibus multis, & cum ingenti copia pecoris, [onuſti] argẽto, auro, ære, ferro, veſtimentiſq; multis: 9 diuidite prædã hoſtium veſtrorũ cum fratribus veſtris. 10 Verſi igitur filij Ruben, & filij Gad, & dimidia tribus Manaſſe abierunt à filijs Iſrael de Silo quæ eſt in terra Chanaan, vt venirent in terram Gilead, ad terram poſſeſsionis ſuæ, 11 quam obtinuerant iuxta os Domini 12 per Moſen. Et venerunt 13 ad limites Iordanis qui eſt in terra Chanaan: extruxeruntque filij Ruben, filij Gad, & dimidia tribus Manaſſe ibidem aram iuxta Iordanem, aram 14 magnificam & ſpectabilem. Et audierunt filij Iſrael 15 quòd diceretur, Ecce ædificauerunt filij Ruben, filij Gad, & dimidia tribus Manaſſe aram eregione terræ Chanaan in limitibus Iordanis eregione filiorum Iſrael. Quod cũ audiſſent filij Iſrael, congregati ſunt vniuerſa multitudo filiorũ Iſrael in Silo, vt aſcenderent contra eos & belligerarent. Et miſerunt filij Iſrael ad filios Ruben, ad filios Gad, & ad dimidiam tribum Manaſſe in terrã Gilead, Pinhas filium Eleazari ſacerdotis: Sed & decem principes cum eo, de quaq; tribu Iſrael vnũ principẽ iuxta domos patrũ, qui ſinguli capita erãt 16 ſecundum familias patrũ ſuorum in millibus Iſrael. Veniẽtes itaq; ad filios Ruben, ad filios Gad, & ad filios dimidiæ tribus Manaſſe in terrã Gilead, loquuti ſunt cũ eis in hæc verba, Sic 17 dixerũt vniuerſus cœtus Dñi, 18 Quæ eſt iſta perfidia, qua perfidi eſtis in Deum Iſraelis, 19 vt recederetis hodie à Domino, 20 quum extruxiſtis vobis aram, vt rebelles eſſetis contra Dominum? 21 Num parui ducitur nobis iniquitas Peor, à qua nondum purificati ſumus in hunc vſque diem, propter quam facta eſt clades magna in cœtu Domini? 22 Et vos quidem auerſi eſtis hodie à Domino, 23 fietque vt quum vos hodie rebelles fueritis aduerſus Dominum, 24 ipſe cras contra vniuerſam multitudinem Iſraelis 25 iraſcatur. Porrò ſi terra poſſeſsionis veſtræ 26 immunda eſt, tranſite ad terram poſſeſsionis Domini, in qua manet tabernaculum Domini, & poſſeſsionem occupate inter nos, & ne rebelles ſitis aduerſus Dominum, neque 27 contra nos rebelles ſitis, vt extruatis vobis aram, præter aram Domini Dei noſtri. Annon Achan filius Zerah praua-

## CAP. XXII.

1 *E*Odem tempore vocauit Ioſüe Rubenitas, & Ga-
2 ditas, & dimidiam tribum Manaſſe, ꝗ Dixitque
ad eos, Feciſtis omnia quæ præcepit vobis Moyſes
3 famulus Domini: mihi quoq; in omnibus obediſtis, ꝗ Nec
reliquiſtis fratres veſtros longo tempore, vſque in præ-
ſentem diem, cuſtodientes imperium Domini Dei veſtri.
4 ꝗ Quia igitur dedit Dominus Deus veſter fratribus ve-
ſtris quietem & pacem, ſicut pollicitus eſt: reuertimini, &
ite in tabernacula veſtra, & in terram poſſeſsionis, quam
tradidit vobis Moyſes famulus Domini trans Iordanem,
5 ꝗ ita dũtaxat, vt cuſtodiatis attente, & opere compleatis
mandatum & legem quam pręcepit vobis Moyſes famu-
lus Domini, vt diligatis Dominum Deum veſtrum, &
ambuletis in omnibus vijs eius, & obſeruetis mandata il-
lius, adhæreatiſque ei, ac ſeruiatis in omni corde, & in B
6 omni anima veſtra. ꝗ Benedixitque eis Ioſüe, & dimi-
7 ſit eos. Qui reuerſi ſunt in tabernacula ſua. ꝗ Dimidiæ
autem tribui Manaſſe poſſeſsionem Moyſes dederat in
Baſan: & idcirco mediæ quæ ſuperfuit, dedit Ioſüe ſor-
tem inter cæteros fratres ſuos trans Iordanem ad Occi-
dentalem eius plagam. Cumque dimitteret eos in taber
8 nacula ſua, & benedixiſſet eis, ꝗ dixit ad eos, In multa
ſubſtantia atque diuitijs reuertimini ad ſedes veſtras, cum
argento & auro, ære ac ferro, & veſte multiplici: diuidite
9 prædam hoſtium cum fratribus veſtris. ꝗ Reuerſique
ſunt, & abierunt filij Ruben, & filij Gad, & dimidia tri-
bus Manaſſe, à filijs Iſrael de Silo, quæ ſita eſt in Cha-
naan, vt intrarẽt Galaad Terram poſſeſsionis ſuæ, quam
10 obtinuerãt iuxta imperiũ Domini in manu Moyſi. ꝗ Cũ-
que veniſſent ad tumulos Iordanis, in Terram-Chanaã, C
ædificauerunt iuxta Iordanem altare infinitæ magnitu-
11 dinis. ꝗ Quod cum audiſſent filij Iſrael, & ad eos certi
nũtij detuliſſent ædificaſſe filios Ruben, & Gad, & di-
midiæ tribus Manaſſe altare in Terra-Chanaan ſuper
12 Iordanis tumulos, contra filios Iſrael: ꝗ conuenerunt
omnes in Silo, vt aſcenderent, & dimicarent contra eos.
13 ꝗ Et interim miſerũt ad illos in Terram-Galaad Phinees
14 filium Eleazari ſacerdotem, ꝗ Et decem principes cum
15 eo, ſingulos de ſingulis tribubus. ꝗ Qui venerunt ad
filios Ruben, & Gad, & dimidiæ tribus Manaſſe in Ter-
16 ram-Galaad, dixeruntque ad eos, ꝗ Hæc mandat om-
nis populus Domini, Quæ eſt iſta tranſgreſsio? cur re-
liquiſtis Dominum Deum Iſrael, ædificantes altare ſa-
17 crilegum, & à cultu illius recedentes? ꝗ An parum vobis D
eſt quòd peccaſtis in Beel-phegor, & vſque in pręſentem
diem macula huius ſceleris in vobis permanet, multique
18 de populo corruerunt? ꝗ Et vos hodie reliquiſtis Do-
minum, & cras in vniuerſum Iſrael ira eius deſæuiet.
19 ꝗ Quòd ſi putatis immundam eſſe terram poſſeſsionis
veſtræ, tranſite ad Terram in qua tabernaculum Do-
mini eſt, & habitate inter nos: tantum vt à Domino, &
à noſtro conſortio non recedatis, ædificato altari præter
20 altare Domini Dei noſtri. ꝗ Nonne Achan filius Zare

Tribus Ruben, Gad, & dimidia tribus Manaſſe, remittuntur in ſuã poſſeſsionẽ.

Pax Iſraelitis.

Num. 32. f.

Sors filiorũ Manaſſe.

Vt partem prędæ diuidãt fratribus Rubenitæ, Gaditæ, & Manaſsitæ, iubet Ioſüe.

Altare immenſæ magnitudinis ędificatur ab eis in monumẽtum religionis.

sacerdotis

Reprehenduntur à cæteris filijs Iſrael.

Num. 25. a.

nobis

Sup. 7. a.



præterijt mandatum Domini, & ſuper omnem populum
Iſrael ira eius incubuit? & ille erat vnus homo, atq; vtinã
ſolus perijſſet in ſcelere ſuo. ꝗ Reſponderuntque filij 21
Ruben, & Gad, & dimidiæ tribus Manaſſe principibus le- E
gationis Iſrael, ꝗ Fortiſsimus Deus Dominus, ipſe no- 22
uit, & Iſrael ſimul intelliget: ſi pręuaricationis animo hoc
altare conſtruximus, non cuſtodiat nos, ſed puniat nos
in præſenti: ꝗ & ſi ea mente fecimus vt holocauſta, & ſa- 23
crificium, & pacificas victimas ſuper eo imponeremus, ip
ſe quærat & iudicet: ꝗ Et non ea magis cogitatione at- 24
que tractatu, vt diceremus, Cras dicent filij veſtri filijs
noſtris, Quid vobis & Domino Deo Iſrael? ꝗ terminum 25
poſuit Dominus inter nos & vos ô filij Ruben, & filij Gad
Iordanem fluuium: & idcircò partẽ non habetis in Domi
no. & per hanc occaſionem auertent filij veſtri filios no-
ſtros à timore Domini. Putauimus itaque melius, ꝗ & di- 26
ximus, Extruamus nobis altare, non in holocauſta, neque
F ad victimas offerendas, ꝗ ſed in teſtimonium inter nos 27
& vos, & ſobolem noſtram veſtramque progeniem, vt ſer
uiamus Domino, & iuris noſtri ſit offerre & holocauſta,
& victimas, & pacificas hoſtias: & nequaquam dicãt cras
filij veſtri filijs noſtris, Non eſt vobis pars in Domino.
ꝗ Quòd ſi voluerint dicere, reſpondebunt eis, Ecce alta- 28
re Domini quod fecerunt patres noſtri, nõ in holocauſta,
neque in ſacrificium, ſed in teſtimonium noſtrum ac ve-
ſtrum. ꝗ Abſit à nobis hoc ſcelus vt recedamus à Do- 29
mino, & eius veſtigia relinquamus extructo altari ad ho-
locauſta, & ſacrificia, & victimas offerendas, præter alta-
re Domini Dei noſtri quod extructum eſt ante taberna-
culum eius. ꝗ Quibus auditis, Phinees ſacerdos, & prin- 30
cipes legationis Iſrael, qui erant cum eo, placati ſunt: &
verba filiorum Ruben, & Gad, & dimidiæ tribus Manaſ-
G ſe, libentiſsime ſuſceperunt. ꝗ Dixitque Phinees filius 31
Eleazari ſacerdos ad eos, Nunc ſcimus quòd nobiſcum
ſit Dominus, quoniam alieni eſtis à præuaricatione hac,
& liberaſtis filios Iſrael de manu Domini. ꝗ Reuerſuſ- 32
que eſt cum principibus à filijs Ruben & Gad de Terra-
Galaad, finium Chanaan ad filios Iſrael, & retulit eis.
ꝗ Placuitque ſermo cunctis audientibus: & laudauerunt 33
Deum filij Iſrael, & nequaquam vltrà dixerunt vt aſcen-
derent contra eos atque pugnarent, & delerent Terram
poſſeſsionis eorum. ꝗ Vocaueruntque filij Ruben, & fi- 34
lij Gad altare quod extruxerant, Teſtimonium noſtrum,
quòd Dominus ipſe ſit Deus.

Purgant ſe fratribus.

dimidia

fortiſsimꝰ Deꝰ Dominus

in Terram

*præuaricationem præuaricatus eſt 28 in harem; & ira deſæuit in vniuerſum cœtum Iſraelis? 29 qui tametſi eſſet vir vnꝰ, non tamen [ſolus] perijt in iniquitate ſua. Reſponderunt filij Ruben, filij Gad, & filij dimidiæ tribus Manaſſe, & loquuti ſunt ad capita millium Iſrael, 30 Deus deorum Dominus, Deus deorum Dominus 31 ipſe nouit, & Iſrael quoque cognoſcet, ſi per rebellionem, aut per præuaricationem contra Dominum [hoc factum eſt,] tu non 32 ſerues nos hodie, 33 Vt ſcilicet extrueremus nobis aram ad recedendum à Domino, aut ad ſacrificandum ſuper ea holocauſtum & 34 ſacrificium cibarium, aut ſi vt faceremus ſuper eam ſacrificia pacificorum, Dominus ipſe 35 requirat, 36 Si non magis ex ſolicitudine ac cura huius rei fecimus iſtud, quòd ſcilicet dixerimus, Dicent 37 aliquando filij veſtri ad filios noſtros hiſce verbis, 38 Quid vobis cum Domino Deo Iſraelis? 39 Limitem poſuit Dominus inter nos & inter vos, ô filij Ruben & filij Gad, [nempe] Iordanem, [atque idcirco] non eſt vobis 40 pars in Domino: & ſic 41 filij veſtri occaſionem dabunt filijs noſtris, quo minus timeant Dominum. Idcirco 42 diximus, 43 Age extruamus nunc nobis aram, non pro holocauſto neque pro ſacrificio, Sed 44 vt ſit teſtis inter nos & vos, atque inter poſteritates noſtras poſt nos, vt 45 exequamur cultum Domini coram eo in holocauſtis noſtris, in ſacrificijs noſtris, atque in pacificis noſtris: & non dicant 46 aliquãdo filij veſtri filijs noſtris, Non eſt vobis pars in Domino. Diximus igitur, 47 Si futurum eſt vt [ſic] dicant aliquando ad nos & ad poſteritates noſtras: 48 dicemus, Videte exemplar aræ Domini, quod fecerunt patres noſtri, non vt ibi ſacrificent holocauſta aut ſacrificia, 49 ſed vt eſſet teſtis inter nos & inter vos. 50 Abſit longe à nobis vt rebelles ſimus aduerſus Dominum, & vt auertamur hodie à Domino, 51 vt ædificaremus aram pro holocauſtis, pro ſacrificijs cibarijs, aut [alijs] hoſtijs aliam ab ara Domini Dei noſtri quæ eſt coram tabernaculo eius. Audiens verò Pinhas ſacerdos, & principes multitudinis & capita milliũ Iſraelis, qui cum eo erant, verba iſta quæ loquuti fuerant filij Ruben, filij Gad, & filij Manaſſe, 52 placuit eis. Dixitque Pinhas filius Eleazari ſacerdotis ad filios Ruben, ad filios Gad, & ad filios Manaſſe, Iam cognoſcimus quòd Dominus ſit inter nos: quandoquidem non deſignaſtis præuaricationem iſtam aduerſus Dominum, nunc liberaſtis filios Iſrael de manu Domini. Reuerſus eſt itaque Pinhas filius Eleazari ſacerdotis & principes à filijs Ruben, à filijs Gad de terra Gilead ad terram Chanaan ad reliquos filios Iſrael, & retulerunt illis reſponſum. Placuit hæc res filijs Iſrael, & 53 gratias egerunt Deo filij Iſrael, nihilque [amplius] dixerunt de aſcendendo contra eos ad prælium, & de vaſtando terram quam inhabitabant filij Ruben atque filij Gad. Et vocauerunt filij Ruben & filij Gad aram iſtam 54 Hed: [dicentes,] Teſtimonium noſtrum eſt quòd Dominus [ſit] Deus.*

## SCHOLIA IN CAP. XXII.

1 vel, à multo tempore. 2 Heb. cuſtodiuiſtis cuſtodiam pręcepti. 3. Ita duntaxat vt, &c. 4 Heb. benedixiſſet eis Ioſue, &c. Hoc per anticipationem dicitur. 5 ſub. poſſeſsionem. 6 vel, vltra. 7 Heb. & etiam. vel, præterea. 8 Heb. benedixiſſet. 9 .i. partimini inter vos ſpolia quæ tuliſtis ab inimicis veſtris, & accipite partem veſtram. 10 vel, reuerſi. 11 cuius facti fuerant poſſeſſores. 12 Heb. in manu Moſis. 13 .i. in regionem quæ adiacet Iordani. 14 Heb. magnam viſu. i. ſpectandæ magnitudinis. 15 Heb. dicere. i. aliquẽ renunciantem, Sane, &c. 16 familiarum. 17 dicunt. 18 Heb. Quid (ſibi vult) iſta præuaricatio qua præuaricati eſtis. i. quam admiſiſtis, &c. 19 vel, deſciſcendo. 20 vel, extruendo. 21 Heb. An parum nobis eſt iniquitas Peor, &c. i. An debet nobis videri parua? q. d. Nonne contenti eſſe debemus illa iniquitate, quam in colendo idolo Moabitarum admiſiſtis? illa fuit tanta vt necdum Deus ſit placatus, tametſi multi perierint. 22 Vos autem deſeretis hodie Dominum. 23 Heb. vos quidem rebellabitis hodie. 24 & cras. 25 iraſcetur. 26 ſub. opinione veſtra. 27 vel, à nobis deficiatis, extruendo. 28 in anathemate. 29 Heb. & ille vir, ſolus non, &c. ſub. quanto magis propter peccata multorum multi peribunt? 30 .i. qui vnicus dici debet Deus. Repetitur autem ad maiorem confirmationem. 31 quo ſcilicet animo id fecerimus. 32 ſub. ô Deus. ſi ea mente fecimus, vt deficeremus à Deo, & præuaricaremur in eũ. 33 Heb. (Si cogitauimus) extruere nobis aram vt auerteremur de poſt Dominum. i. vt deſereremus eum. 34 vel munus. aut, oblationem. 35 ſub. in nos, & poſtea animaduertat. 36 Heb. & non potius timore, &c. i. eo animo, præ ſolicitudine huius rei. 37 Heb. cras. i. poſthac. in poſterum. 38 q. d. Nihil eſt vobis commune cum Domino, ipſe non eſt Deus veſter. 39 Heb. Et (dicent,) Limitem, &c. vel, Cum limitem poſuerit. 40 vel, portio .i. Dominus non eſt veſter Deus. 41 Heb. ceſſare facient filij veſtri filios noſtros vt non timeant, &c. i. ita auertent noſtros à cultu Dei. 42 ſub. apud nos. i. ita decreuimus. 43 Heb. faciamus nunc nobis extruendo altare. 44 erit. 45 compleant. exerceant. 46 Heb. cras .i. poſthac. 47 Erit quũ dicent nobis, aut ſoboli noſtræ in poſterum. ſub. Nõ habetis portionem in Domino. 48 .i. tunc filij noſtri dicent. 49 eſt enim (vice) teſtimonij. 50 Heb. Prohibitio (ſit) nobis ab hoc. ſub. ſcelere. q. d. Prohibeat nos Deus ab hoc ſcelere. 51 ædificando. 52 ſub. reſponſio. 53 Heb. benedixerunt Deum. 54 Hed: (dicentes,) Quia teſtis eſt inter nos quod Dominus (eſt) Deus. ſub. veras. Hed, ſignificat teſtem. (quia) vacat hoc loco.

CAP.

## CAP. XXIII.

*ET factum eſt poſt dies multos, poſteaquam Dominus requiem præſtitiſſet Iſraeli ab omnibus hoſtibus eorum circunquaque, vt Iehoſua 1 conſeneſceret ſenioque grauaretur. Vocans ergo Iehoſua vniuerſum Iſraelem, ſeniores eius, principes eius, iudices eius & præfectos eius, dixit ad eos, Ego ſenex iam ſum & 2 prouectæ ætatis, & vos vidiſtis omnia quæ fecit Dominus Deus veſter cunctis gentibus iſtis 3 in conſpectu veſtro, 4 quomodo Dominus Deus veſter 5 pugnauerit pro vobis. 6 En ego proſtraui vobis gentes iſtas reliquas, vt accipiatis eas hæreditate tribub⁹ veſtris, à Iordane, & omnes gentes quas 7 excidi, 8 & mari magno ad ſolis occaſum. Et Dominus Deus veſter expellet eas ante vos, atque 9 exterminabit eas à conſpectu veſtro, & vos poſſidebitis terram illarum, quemadmodum pollicitus eſt Dominus Deus veſter vobis. Eſtote ergo 10 vehementer fortes, 11 vt cuſtodiatis & faciatis omne quod ſcriptum eſt in libro legis Moſis, 12 ne recedatis ab eo neque ad dexteram, neque ad ſiniſtram. 13 Ne quum veneritis inter gentes iſtas, iſtas inquā quæ vobiſcum ſuperſunt, commemoretis aut iuretis per nomen deorum earum, & ne colatis eos, neque adoretis eos, Sed adhæreatis Domino Deo veſtro, ſicuti feciſtis in hunc vſque diem. 14 Et expellet Dominus ante vos gentes 15 multas atque fortes, 16 quemadmodum & in hunc vſque diem nemo potuit ſtare coram facie veſtra. Vir vnus ex vobis 17 perſequetur mille: quoniam Dominus Deus veſter 18 ipſe pugnabit pro vobis, ſicut pollicitus eſt vobis. 19 Obſeruate ergo quàm chara eſt vobis anima veſtra, vt diligatis Dominum Deum veſtrum. Etenim ſi auerſi fueritis, & reliquijs iſtarum gentiū quæ vobiſcum [derelictæ] ſunt adhæſeritis, ſi iunxeritis cum eis connubia, ſi ingreſſi fueritis ad eas, & ipſæ ad vos, 20 Certo experiemini quòd Dominus Deus veſter amplius non expellet omnes gentes iſtas à facie veſtra, ſed erunt vobis in laqueum & offendiculum, & 21 ſtimuli 22 lateribus veſtris, & ſpinæ oculis veſtris: donec 23 pereatis de terra hac bona quam dedit vobis Dominus Deus veſter. Et ecce ego hodie 24 ingredior viam vniuerſæ terræ, 25 & vos ſcitis in toto corde veſtro atque tota anima veſtra, quòd non 26 irritum fuit vel verbum vnum de cunctis 27 ſermonibus bonis, quos locutus eſt Dominus Deus veſter de vobis, [ſed quòd] omnia euenerunt vobis, non 28 cecidit ex eo verbum vllum. Quemadmodum verò omne verbum bonum, quod loquutus eſt Dominus Deus veſter ad vos, venit ſuper vos: ſic adducet quoque Dominus ſuper vos 29 omne verbum malum, donec deleat vos de terra hac bona quā dedit vobis Dominus Deus veſter, Quum perfide tranſgreſſi fueritis fœdus Domini Dei veſtri quod præcepit vobis, [ſi ſcilicet] 30 iueritis atque colueritis deos alios, adoraueritiſque eos, tunc iraſcetur furor Domini cōtra vos, & peribitis ilico de terra hac bona quā dedit vobis.*

## CAP. XXIII.

1 EVoluto autem multo tempore, poſtquam pa- Ioſûe dehortat populū à cōmercio & falſa religione Gētium.
cem dederat Dominus Iſraeli, ſubiectis in gy-
ro nationibus vniuerſis, & Ioſûe iam longæ-
2 uo, & perſenilis ætatis, ♀ Vocauit Ioſûe omnem
Iſraelem, maioreſque natu, & principes, ac ᵃ du- ᵃiudices,
ces, & magiſtros, dixitque ad eos, Ego ſenui, &
3 progreſsioris ætatis ſum: ♀ voſque cernitis omnia
quæ fecerit Dominus Deus veſter cunctis per circui-
tum nationibus, quomodo pro vobis ipſe pugnaue-
4 rit: ♀ Et nunc quia vobis ſorte ᵃdiuiſit omnem Ter- ᵃdiuiſi,
ram, ab Orientali parte Iordanis vſque ad Mare-ma-
5 gnum, multæque adhuc ſuperſunt nationes: ♀ Do-
minus Deus veſter diſperdet eas, & auferet à fa- B
cie veſtra, & poſsidebitis Terram, ſicut vobis polli-
6 citus eſt. ♀ Tantum confortamini, & eſtote ſollici-
ti vt cuſtodiatis cuncta quæ ſcripta ſunt in volumine le-
gis Moyſi: & non declinetis ab eis neque ad dexteram Non iurandum per nomina idolorum.
7 neque ad ſiniſtram. ♀ Ne poſtquam intraueritis ad
Gentes, quæ inter vos futuræ ſunt, iuretis in nomine
8 deorum earum, & ſeruiatis eis, & adoretis illos: ♀ Sed
adhæreatis Domino Deo veſtro, quod feciſtis vſque
9 in diem hanc. ♀ Et tunc auferet Dominus Deus in
conſpectu veſtro gentes magnas & robuſtiſsimas, &
10 nullus vobis reſiſtere poterit. ♀ Vnus è vobis per- C
ſequetur hoſtium mille viros: quia Dominus Deus ve-
11 ſter pro vobis ipſe pugnabit, ſicut pollicitus eſt. ♀ Hoc Diligēd⁹ De⁹.
tantum diligentiſsime præcauete, vt diligatis Domi-
12 num Deum veſtrum. ♀ Quòd ſi volueritis gentium
harum quæ inter vos habitant, erroribus adhærere, &
cum eis miſcere connubia, atque amicitias copulare:
13 ♀ Iam nunc ſcitote quòd Dominus Deus veſter non
eas deleat ante faciem veſtram, ſed ᵃ ſint vobis in fo- ᵃerunt
ueam ac laqueum, & offendiculum ex latere veſtro, &
ſudes in oculis veſtris, donec vos auferat atque diſ-
perdat de Terra hac optima quam tradidit vobis. D Via vniuerſæ terræ.
14 ♀ En ego hodie ingredior viam vniuerſæ terræ, & to-
to animo cognoſcetis quòd de omnibus verbis quæ ſe
Dominus præſtiturum vobis eſſe pollicitus eſt, vnum
15 non prætererit in caſſum. ♀ Sicut ergo impleuit ope- Promiſsiones ſuas Iudæis factas impleuit Deus.
re quod promiſit, & proſpera cuncta venerunt: ſic ad-
ducet ſuper vos quicquid malorum comminatus eſt,
donec vos auferat atque diſperdat de Terra hac op-
16 tima quam tradidit vobis, ♀ Eo quòd præte- Mala quę minat deſerentibus ipſum, irrogaturus Deus.
rieritis pactum Domini Dei veſtri, quod pepigit vo-
biſcum, & ſeruieritis dijs alienis, & adoraueritis eos:
cito atque velociter conſurget in vos furor Domi-
ni, & auferemini ab hac Terra optima quam tradidit
vobis.

## SCHOLIA IN CAP. XXIII.

1 Heb. ſenex eſſet, & prouectæ ætatis. 2 Heb. intraui in dies. 3. Heb. à conſpectu veſtro .i. propter vos. 4 nam. 5 pugnauit. 6 Heb. Videte. ſub. oculis mentis. i. Perpendite animo. 7 vel, deleui. 8 vſque ad mare magnum. 9 propulſabit. 10 vel, forti admodum animo, 11 vel, in obſeruando, & opere complendo. 12 vt non recedatis. 13 Heb. Vt (non) commiſceamini cum gentibus iſtis quæ reliquæ ſunt vobiſcum, & nomen deorum earum non memoretis, neque iurare faciatis, neque. i. neque adiuretis alios per nomen illorum deorum. 14 Propterea expulit. 15 magnas. 16 & in hunc, &c. 17 Perſequutus eſt. 18 ipſe eſt qui pugnat. 19 Præcauete ergo vobis diligentiſsime. Pro (vobis,) Hebraice legitur, in animabus veſtris. 20 Scitote iam nunc. 21 flagellum. 22 .i. quo percutiantur latera veſtra, & in ſpinas quibus oculi veſtri pungētur. q. d. mirum in modum affligent vos. 23 .i. eijciamini. 24 ſiue, ingreſſurus ſum, &c. moriturus ſum vt conſtitutum eſt omnibus hominibus. 25 ſcitote ergo in toto .i. credite firmiter. 26 vel, intercidit. 27. i. promiſsionibus. 28 intercidit ex eis. 29 .i. quicquid malorum comminatus eſt vobis. 30 abieritis.

## CAP. XXIIII.

*COngregans autem Iehoſua vniuerſas tribus Iſrael in Sechem, vocauit 1 ſeniores Iſraelis, & principes eius, iudices eius atq; præfectos eius, ſteterūtq; 2 corā Deo. Et ait Iehoſua ad vniuerſum populum, 3 Sic dicit Dominus Deus Iſrael, Trans 4 fluuium 5 habitarunt 6 olim patres veſtri, nempe Therah pater Abrahæ & pater Nahor, ſeruieruntque dijs alijs. Et ego tuli patrē veſtrum Abrahā 7 trans fluuium, & 8 duxi illum in vniuerſam terrā Chanaā, & auxi ſemen eius, & dedi ei Iſaac. Sed & ipſi Iſaac dedi Iacob atque Eſau: & tradidi ipſi Eſau montem Seir, vt poſſideret eum: Iacob autem & filij eius deſcenderūt in AEgyptum. Miſique Moſen & Aharonem, & afflixi AEgyptum, 9 quemadmodum feci in medio eius, & 10 tandem eduxi 11 vos. Eduxi inquā patres veſtros ex AEgypto: & quū veniſſēt ad mare, inſequuti ſunt AEgyptij patres veſtros vſque ad mare 12 carectoſum cum curribus & equitatu. Et quum clamaſſent ad Dominum, poſuit caliginem inter vos & AEgyptios, & adduxit ſuper eos mare, & 13 operuit eos, & oculi veſtri viderūt quæ fecerim in AEgypto: vos manſiſtis in deſerto diebus multis: Et introduxi vos in terram Amorrhæorum qui habitant trans Iordanem, qui & pugnauerunt contra vos, tradidique eos in manum veſtram, 14 vt occuparetis terram eorum, exterminauique eos 15 à facie veſtra. Surgens deinde Balac filius Zippor rex Moabitarum, 16 pugnauit contra Iſraelem, 17 & mittens vocauit Bileam filium Beor, vt 18 diris vos deuoueret. Sed ego nolui audire Bileam, quin benedicendo benedixit vobis, & ego eripui vos de manu eius. Tranſmiſſo verò Iordane veniſtis ad Iericho, & pugnauerunt contra vos 19 domini Iericho, Amorrhæi nēpe, Pherizæi, Chananæi, Hithæi, Girgeſæi, Hiuæi & Iebuſæi: tradidique eos in manum veſtram. Miſi inſuper 20 crabrones ante faciem veſtrā, qui expulerūt eos ante conſpectum veſtrum, nempe duos reges Amorrhæorū 21 nō autem gladio tuo, aut arcu tuo. Et dedi vobis terram: 22 pro qua nihil laboraſti, & vrbes quas non extruxiſti, in quibus vos habitatis: vineas & oleas quoque quas non plantaſtis, 23 de quibus vos veſcimini. Nunc igitur timete Dominū, & ſeruite illi in integritate, & 24 fide, & tollite deos quos coluerunt patres veſtri 25 trans fluuium & in AEgypto, & ſeruite Domino. Quòd ſi vobis ſeruire Domino 26 diſplicuerit, eligite vobis hodie cui ſeruiatis, dijſne quibus ſeruierunt patres veſtri qui fuerunt 27 trans fluuium, an dijs Amorrhæorum in quorum terra vos habitatis: ego quidem & domus mea ſeruiemus Domino. Reſpondit populus, & ait, Abſit à nobis vt relinquamus Dominum, & ſeruiamus dijs alijs: Quoniam Dominus Deus noſter ipſe eſt qui eduxit nos & patres noſtros ex terra AEgypti, & 28 de domo ſeruitutis, qui & in oculis noſtris fecit hæc ſigna magna, cuſtodiens nos in omni via, per quam profecti ſumus, & in omnibus populis per quos tranſiuimus. Eiecit quoque Dominus 29 ante nos omnes populos, & Amorrhæum habitantem in terra. ſeruiemus ergo & nos Domino, quoniam ipſe eſt 30 Deus noſter. Et ait Iehoſua ad populum, Non 31 poteritis ſeruire Domino: Deus enim ſanctus eſt ipſe, & Deus 32 vindex, 33 vt non ferat præuaricationem veſtram, & peccata veſtra. Si deſerueritis Dominum, atque dijs alienis ſeruieritis, 34 conuerſus affliget vos, exterminabitque vos, poſteaquam vobis benefecit. Et ait populus ad Iehoſuam, Minime, quin Domino ſeruiemus. Et ait Iehoſua ad populum, Teſtes 35 eſtis contra voſipſos 36 quòd elegeritis vobis Dominum vt illi ſeruiatis. Et dixerunt, Teſtes vtique. Auferte igitur 37 deos alienos qui ſunt inter vos, & inclinate cor veſtrum ad Dominum Deum Iſraelis. Dixit populus ad Iehoſuam, Domino Deo noſtro ſeruiemus, & voci eius obediemus. Ferijt itaque Iehoſua fœdus cum populo eodem die, & 38 propoſuit ei ceremonias & iudicia in Sechem. Scripſit quoque Iehoſua verba iſta in 39 libro legis Dei: & accipiens lapidem magnum, erexit eum ibidem ſubter quercum, quæ erat 40 in ſanctuario Domini. Et ait Iehoſua ad vniuerſum populū, Ecce lapis iſte erit 41 nobis 42 teſtis, quoniā 43 audiuit omnia 44 verba Dñi quæ loquutus eſt nobiſcū, eritq; teſtis contra vos, ne forte 45 abnegetis Deū veſtrum. Dimiſit itaq; Iehoſua populū, quēque ad hæreditatem ſuam.*

## CAP. XXIIII.

1 COngregauitque Ioſûe omnes tribus Iſrael in Si- Ioſûe cōmemoratis Dei beneficijs hortatur populum ad legis obſeruantiam.
chem, & vocauit maiores natu, ac principes, & iu-
dices, & magiſtros: ſteteruntque in cōſpectu ᵃ Do
2 mini, ♀ & ad populum ſic locutus eſt, Hæc dicit Domi- ᵃDei.
nus



Gene.11.d. nus Deus Iſrael, Trans Fluuium habitauerunt patres ve-
ſtri ab initio, Thare pater ♀ Abraham & Nachor: ſer- 3
uieruntque dijs alienis. Tuli ergo patrem veſtrum Abra-
ham de Meſopotamiæ finibus: & adduxi eum in terram-
Chanaan, multiplicauique ſemē eius, ♀ & dedi ei Iſaac. 4
Gene.21.a.25.d. Illique rurſum dedi Iacob & Eſau. è quibus, Eſau dedi
Gene.36.a. montem Seir ad poſsidendum: Iacob vero, & filij eius
Gene.46.a. deſcenderunt in AEgyptum. ♀ Miſique Moyſen & Aa- 5
Exod.3.c. Exod.12.f. B ron, & percuſsi AEgyptum multis ſignis atque portētis.
Exod.14.a. ♀ Eduxique vos & patres veſtros de AEgypto, & veni- 6
ſtis ad mare: perſecutique ſunt AEgyptij patres veſtros
cū curribus & equitatu, vſq; ad Mare-rubrū. ♀ Clamaue- 7
rūt autē ad Dñm filij Iſrael: qui poſuit tenebras inter vos
& AEgyptios: & adduxit ſuper eos mare, & operuit eos.
Viderūt oculi veſtri cūcta quæ in AEgypro fecerim, &
habitaſtis in ſolitudine multo tēpore: ♀ Et introduxi vos 8
Num.21.a. in Terrā Amorrhæi, qui habitabat trans Iordanē. cumq;
pugnarēt cōtra vos, tradidi eos in man⁹ veſtras, & poſſe-
Num.22.a. diſtis Terrā eorū, atq; interfeciſtis eos. ♀ Surrexit autē Ba 9
lac filius Sephor rex Moab, & pugnauit contra Iſraelem.
C ♀ Miſitq; & vocauit Balaā filiū Beor, vt malediceret vobis: 10
♀ & ego nolui audire eū, ſed è cōtrario per illū benedixi 11
vobis, & liberaui vos de manu eius. ♀ Trāſiſtiſq; Iordanē, 12
Sup.3.d.6.a.11.a & veniſtis ad Iericho. pugnauerūtq; cōtra vos viri ciuita
tis eius, Amorrhæus & Pherezæus & Chananæus & He-
thæus & Gergeſæus & Heuæus & Iebuſæus: & tradidi il-
Sup.11.d. los in manus veſtras. ♀ Miſiq; ante vos crabrones: & eieci 13
eos de locis ſuis, duos reges Amorrhæorū, nō in gladio &
in arcu tuo. ♀ Dediq; vobis Terrā in qua non laboraſtis, & 14
vrbes quas non ædificaſtis, vt habitaretis in eis, vineas &
olìueta quę non plantaſtis. ♀ Nunc ergo timete Dñm, & 15
ſeruite ei perfecto corde atque veriſsimo, & auferte deos
quibus ſeruierunt patres veſtri in Meſopotamia & in AE-
D gypto, ac ſeruite Domino. ♀ Sin autem malum vobis 16
videtur vt Domino ſeruiatis, optio vobis datur: éligite
hodie quod placet, cui ſeruire potiſsimum debeatis, vtrū
dijs quibus ſeruierunt patres veſtri in Meſopotamia, an
dijs Amorrhæorum, in quorum Terra habitatis: ego au-
tem & Domus mea ſeruiemus Domino. ♀ Reſpondit- 17
que populus, & ait, Abſit à nobis vt relinquamus Domi-
num, & ſeruiamus dijs alienis. ♀ Dominus Deus noſter 18
ipſe eduxit nos & patres noſtros de Terra-AEgypti, & 
de domo ſeruitutis: fecitque videntibus nobis ſigna in-
gentia, & cuſtodiuit nos in omni via per quam ambula-
uimus, & in cunctis populis per quos tranſiuimus. ♀ Et 19
eiecit vniuerſas Gentes, Amorrhæum habitatorem Terræ
quam nos intrauimus. ſeruiemus igitur Domino, quia ipſe
E eſt Deus noſter. ♀ Dixitque Ioſûe ad populum, Non 20
poteritis ſeruire Domino: Deus enim ſanctus & fortis
æmulator eſt, nec ignoſcet ſceleribus veſtris atque pec-
catis. ♀ Si dimiſeritis Dominum, & ſeruieritis dijs alie- 21
nis, conuertet ſe, & affliget vos, atque ſubuertet poſt-
quam vobis præſtiterit bona. ♀ Dixitque populus ad 22
Ioſûe, Nequaquam ita vt loqueris erit, ſed Domino ſer-
uiemus. ♀ Et Ioſûe ad populum, Teſtes, inquit, vos eſtis, 23
quia ipſi elegeritis vobis Dominum vt ſeruiatis ei. Re-
Corda inclinanda ad Deum. ſponderuntque, Teſtes. ♀ Nunc ergo, ait, auferte deos 24
alienos de medio veſtri, & inclinate corda veſtra ad Do-
minum Deum Iſrael. ♀ Dixitque populus ad Ioſûe, Do- 25
F mino Deo noſtro ſeruiemus, & obedientes erimus præ-
Fœdus populi cum Domino. ceptis eius. ♀ Percuſsit ergo Ioſûe in die illo fœdus, & 26
propoſuit populo præcepta atq; iudicia in Sichē. ♀ Scrip- 27
ſit quoque omnia verba hæc in volumine legis Domini:
& tulit lapidem pergrandem, poſuitque eum ſubter quer
cum quæ erat in ſanctuario Domini. ♀ Et dixit ad omnē 28
Lapis in teſtimoniū erectus. populum, En lapis iſte erit vobis in teſtimonium quòd
ᵃ audieritis omnia verba Domini quæ locutus eſt vobis: ᵃaudierit
ne forte poſtea negare velitis, & mentiri Domino Deo
veſtro. ♀ Dimiſitque populum, ſingulos in poſſeſsionē 29

*ſuam. Poſteaquam verò hæc geſta 46 eſſent, mortuus eſt Iehoſua filius Nun ſeruus Domini, quum eſſet natus centum & decẽ annos, Sepelieruntque eum intra terminum poſſeſsionis ſuæ in Thimnath-ſærah, quæ ſita eſt in monte Ephraim, à Septentrione montis Gaas. Et ſeruiuit Iſrael Domino cunctis diebus Iehoſuæ, & cunctis diebus ſeniorum 47 qui poſt Iehoſuam dies ſuos prorogarũt, & qui nouerant omnia opera Domini quæ fecerat Iſraeli. Sed & oſſa Ioſeph, quæ tulerãt filij Iſrael ex AEgypto, ſepelierunt in Sechem in parte agri quem emerat Iacob à filijs Hemor patris Sechẽ centũ 48 nummis. 49 & fuerunt filijs Ioſeph in hæreditatem. Eleazar quoq; filius Aaronis mortuus eſt, quem ſepelierunt 50 in colle Pinhas filij eius, 51 qui datus eſt ei in monte Ephraim.*

30 ſuam. ¶ Et poſt hæc mortuus eſt Ioſûe filius Nun ſer- Moritur Ioſue.
31 uus Domini, centum & decem annorum: ¶ Sepelie- G
rũtq; eum in finibus poſſeſsionis ſuę in Thamnath-ſare,
quæ eſt ſita in monte Ephraim, à Septentrionali parte
32 montis Gaas. ¶ Seruiuitq; Iſrael Dño cunctis diebus Io- Iſrael ſeruit
ſûe & ſeniorũ, qui lõgo vixerãt tẽpore poſt Ioſue, & qui Deo.
33 nouerant omnia opera Dñi quæ fecerat in Iſrael. ¶ Oſſa Oſſa Ioſeph ſe-
quoque Ioſeph, quę tulerant filij Iſrael de AEgypto, ſe- peliuntur.
pelierunt in Sichem, in parte agri quem emerat Iacob à fi Gene.50.d.
lijs Hemor patris Sichem, centum nouellis ouibus, & fuit Gene.33.d.
34 in poſſeſsionem filiorum Ioſeph. ¶ Eleazar quoque fi- Eleazar mori-
lius Aaron mortuus eſt: & ſepelierunt eum in Gabaath tur.
Phinees filij eius, quæ data eſt ei in monte Ephraim.

## SCHOLIA IN CAP. XXIIII.

1 Vel, maiores natu. quos ſcilicet habebat à conſilijs. Secundò conuocat populum Ioſue, commemorans beneficia Dei, vt facilius colendum Dominum perſuadeat. 2 id eſt, coram arca Dei, quæ tum erat in Sichem. Eo tempore fuerat tranſlata arca fœderis è Silo in Sichem, ad tempus, vt ante arcam iniretur fœdus, quod deprehenditur è fine huius libri. Nam liber erat concluſus in arca fœderis. dicit autem eum ſcripſiſſe in libro legis. 3 id eſt, Sic vos alloquitur Dominus per me. 4 id eſt, Euphraten. 5 vel, habitabant. 6 vel, initio. 7 Hebraiſmus, de vltra fluuium, id eſt, de regione quæ erat vltra Euphraten. 8 vel, deduxi illum per, &c. 9 id eſt, prout, ſiue ſecundum quod feci plagas in medio eius: hoc eſt, tantiſper dum immitterem in eos varias plagas. 10 poſtea. 11 id eſt, patres veſtros. 12 ſiue, Rubrum. 13 vel, obruit. 14 & poſſediſtis. 15 id eſt, ſub aduentum veſtrum. 16 voluntate ſcilicet & animo. 17 ſubaudi, nuntios. 18 malediceret vobis. 19 id eſt, ciues. Non pugnarunt ciues Iericho, ſed clauſis portis propugnarunt, & reſtiterunt: ob id dicuntur pugnaſſe. aut cum muri eſſent deiecti. 20 ſiue, muſcam venenatam. 21 quaſi dicat, non viribus veſtris, ſed diuino auxilio. 22 in qua, id eſt, fructum terræ, in qua nemo veſtrum laborauit. 23 vel, quas comeditis, id eſt, quarum olearum fructum comeditis. 24 vere, id eſt, ſine hypocriſi. 25 vltra fluuium. hoc eſt, in Meſopotamia. 26 Hebraiſmus, malum eſt in oculis veſtris. 27 id eſt, vltra Euphraten. 28 id eſt, de loco vbi ſeruiebamus duriſsimam ſeruitutem. 29 Hebraiſmus, à facie noſtra. 30 id eſt, quem colere debemus. 31 vel, poteſtis. ſubaudi, cum ſimulachris. 32 zelotes, id eſt, non patitur riualem in amore: ſi ita liceat dicere. 33 non feret. 34 id eſt, mutata ſententia, hoc eſt, pro eo quod bene vobis facere volebat. 35 vel, eritis. 36 vel, vos enim elegiſtis. 37 id eſt, ſimulachra quæ cepiſtis expugnatis vrbibus, aut extuliſtis ex AEgypto. 38 ſtatuit ei ſtatuta, &c. id eſt, propoſuit præcepta moralia & ceremonialia. nihil adiecit legi, ſed conditiones huius fœderis docuit eos. 39 qui ſcilicet erat in arca. 40 .i. in loco vbi erat arca Domini, qui ſanctificabatur præſentia arcæ. propterea ſanctuarium vocat. 41 inter nos. 42 id eſt, vice teſtimonij: teſtabitur ictum fuiſſe fœdus cum Domino vt eum coleretis. 43 quaſi dicat, leges fuerunt latæ iuxta lapidem iſtum, ſuoque modo accuſabit vos: ne poſtea dicatis vos non pepigiſſe fœdus his legibus cum Domino. 44 id eſt, verba pacti initi, 45 mentiamini contra Deum veſtrum, id eſt, ne poſtea inficiemini vos fœdus iniſſe his legibus cum Domino. 46 fuerunt. 47 id eſt, qui diu vixerunt poſt mortem Ioſue. 48 vel, agnis. forte quod nummi illi formam haberent agnæ impreſſam. 49 quaſi dicat, atque ita factum eſt vt filij Ioſeph haberent eius oſſa in ſua portione. 50 in Gibeath-pinhas. nomen vrbis. 51 quæ (Gibeath) data fuerat (ſubaudi, à ſynagoga) ei. ſubaudi, Pinha.

Liber



# Liber Iudicum, Hebr. Sophtim.

### V. CAP. I.

Trib⁹ Iuda, dux belli conſtituit.
POST mortem Ioſue conſuluerũt fi- 1
lij Iſrael Dominum, dicentes, Quis aſ-
cendet ante nos contra Chananæum,
& erit dux belli? ¶ Dixitq; Dominus, 2
Iudas aſcendet: ecce tradidi Terram
in man⁹ eius. ¶ Et ait Iudas Simeôni fra 3
tri ſuo, Aſcende mecum in ſortem meam, & pugna con-
* in ſortem tuã. tra Chananæum, vt & ego pergam tecum* in ſorte tua. &
Iudas cũ Simeone expugnat Chananæos. abijt cum eo Simeon. ¶ Aſcenditque Iudas, & tradidit 4
Dominus Chananæum, ac Pherezæum in manus eorum:
& percuſſerunt in Bezec decem millia virorum. ¶ Inue- 5
B neruntque Adoni-bezec in Bezec, & pugnauerunt con-
tra eum, ac percuſſerunt Chananæum & Pherezæum.
Adoni-bezec cõprehenditur. ¶ Fugit autem Adoni-bezec: quem perſecuti cõprehen- 6
derunt, cæſis ſummitatibus manuum eius ac pedum. ¶ Di- 7
xitque Adoni-bezec, Septuaginta reges amputatis ma-
nuum ac pedum ſummitatibus, colligebant ſub mẽſa mea
ciborum reliquias: ſicut feci, ita reddidit mihi Deus. addu
xeruntque eum in Ieruſalem, & ibi mortuus eſt. ¶ Op- 8
Ieruſalem expugnatur. pugnantes ergo filij Iuda Ieruſalem, ceperunt eam, & per
cuſſerunt in ore gladij, tradentes cunctam incendio ciui-
tatem. ¶ Et poſtea deſcendentes pugnauerunt contra 9
Chananæum qui habitabat in montanis, & ad Meridiem
C in campeſtribus. ¶ Pergenſque Iudas contra Chananęũ 10
qui habitabat in Hebron, (cuius nomen fuit antiquitus
Ioſue.25.d. Cariath-arbe) percuſsit Seſai, & Ahimam, & Tholmai:
Dabir capitur. ¶ atque inde profectus abijt ad habitatores Dabir, cuius 11
nomen vetus erat Cariath-ſepher, id eſt ciuitas literarum.
¶ Dixitque Caleb, Qui percuſſerit Cariath-ſepher, & va 12
ſtauerit eam, dabo ei Axam filiam meam vxorem. ¶ Cũ- 13
Othoniel. que cepiſſet eam Othoniel filius Cenez frater Caleb mi-
nor, dedit ei Axam filiam ſuam coniugem. ¶ Quam per- 14
gentem in itinere monuit vir ſuus vt peteret à patre ſuo
agrum. Quæ cum ſuſpiraſſet ſedens in aſino, dixit ei Ca-
leb, Quid habes? ¶ At illa reſpondit, Da mihi benedictio- 15
D nem: quia terram arentem dediſti mihi, da & irriguam
Axæ filiæ dat Caleb terrã irriguam. aquis. dedit ergo ei Caleb irriguum ſuperius & irriguum
inferius. ¶ Filij autem Cinæi cognati Moyſi aſcenderunt 16
de Ciuitate-palmarum, cum filijs Iuda in deſertum ſortis
eius, quod eſt ad Meridiem Arad, & habitauerunt cũ eo.
¶ Abijt autem Iudas cum Simeône fratre ſuo, & percuſ- 17
ſerunt ſimul Chananęum qui habitabat in Sephath, & in-
Horma. terfecerunt eum: vocatumque eſt nomen vrbis, Horma, id
Gaza. eſt anathema. ¶ Cepitque Iudas Gazam cum finibus ſuis, 18
Aſcalon. & Aſcalônem, atque Accaron cum terminis ſuis: ¶ Fuit- 19
Accaron. que Dominus cum Iuda, & montana poſſedit: nec potuit
E delere habitatores vallis, quia falcatis curribus abunda-
Nume.14.d. bant. ¶ Dederuntque Caleb Hebron, ſicut dixerat Moy- 20
Iebuſæus habitat Ieruſalem. ſes, qui deleuit ex ea tres filios enac. ¶ Iebuſæum autem 21
habitatorem Ieruſalem non deleuerunt filij Ben-iamin:
Beth-el quæ & Luza, expugnatã à filijs Ioſeph. habitauitque Iebuſæus cum filijs Ben-iamin in Ieruſalem
vſque in præſentem diem. ¶ Domus quoque Ioſeph aſ- 22
cendit in Beth-el, fuitque Dominus cũ eis. ¶ Nam cum 23
obſiderẽt vrbẽ, quę prius Luza vocabatur, ¶ viderũt ho- 24
minem egredientem de ciuitate, dixeruntque ad eum,
Oſtende nobis introitum ciuitatis, & faciemus tecum mi-
ſericordiam. ¶ Qui cum oſtendiſſet eis, percuſſerunt vr- 25
bem in ore gladij: hominem autem illum, & omnem co-
gnationem eius dimiſerunt. ¶ Qui dimiſſus, abijt in 26
F Terram-Hethim, & ædificauit ibi ciuitatem, vocauit-
Luza. que eam Luzam: quæ ita appellatur vſque in præſen-
tem diem. ¶ Manaſſes quoque non deleuit Beth-ſan, & 27

### N. CAP. I.

*FACTVM eſt poſt mortẽ Iehoſuæ, vt 1 interrogarent filij Iſrael Dñm hiſce verbis, Quis aſcendet nobis, 2 quo duce geramus bellum contra Chananæos? Et reſpondit Dominus, Iehuda aſcendet, en 3 tradidi 4 terram in manum eius. 5 Et dixit Iehuda 6 ad Simeonem fratrem ſuum, Aſcende mecum 7 in ſorte mea, vt bellum geramus contra Chananæum, & ego quoque tecum ibo 8 in ſorte tua. & abijt cum eo Simeon. Aſcendit itaque Iehuda, & tradidit Dominus Chananæum & Pherizæum in manus eorum, & percuſſerunt ex eis 9 in Beſec decem millia virorum. Et inuenientes Adoni-beſec in Beſec, pugnauerunt contra eum, percuſſeruntq; 10 Chananæum & Pherizæum. Fugit autem Adoni-beſec, quem perſequuti ſunt, & apprehendentes eum, reſecuerunt pollices manuum eius atque pedum eius. Et ait Adoni-beſec, Septuaginta 11 reges amputatis pollicibus manuum atque pedum eorum 12 collegerunt ſub menſa mea: quemadmodum feci, ſic mihi Deus rependit. & introducentes eum in Ieruſalem, ibidẽ mortuus eſt. 13 Quumque Ieroſolyma oppugnarent filij Iehuda, ceperunt eam, percuſſeruntque [eam] gladio, & iniecerunt ignem in ciuitatem. 14 Poſtea deſcenderunt filij Iehuda vt oppugnarent Chananæum habitantem in montanis & ad Meridiem, & in campeſtribus. Profectus eſt autem Iehuda contra Chananæum habitantem in Hebron (nomen autem Hebron antea fuit Kiriath-arba) & percuſſerunt Seſai, Ahimam atque Thalmai. Hinc profectus ad habitatores Debir. nomen autem Debir antea fuit Kiriath-ſepher. Et ait 15 Caleb, Qui percuſſerit Kiriath-ſepher, ceperitque eam, huic dabo Achſam filiam meam vxorẽ. Cepit verò eam Othoniel 16 filius Cenas fratris Caleb qui natu illo minor erat, & dedit ei Achſam filiam ſuam vxorem. Quum verò illa 17 ingrederetur, ſuaſit ei vt poſtularet à patre ſuo agrum. Et quũ 18 demitteret ſe ex aſino, dixit ei Caleb, 19 Quid tibi? Ipſa verò dixit ei, Da mihi 20 donum aliquod: quoniam terram 22 ſiccaneam dediſti mihi, da mihi etiam 23 irrigua. & dedit ei Caleb 24 irrigua ſuperiora & inferiora. Filij autem 25 Kenæi affinis Moſis, 26 aſcenderunt de ciuitate Palmarum cum filijs Iehuda in deſertum Iehuda, quod eſt in Meridie Arad, 27 abeunteſque habitauerunt 28 cum populo. Sed & Iehuda abijt cum Simeone fratre ſuo, & percuſſerunt Chananæum habitantem in Zephath, 29 vaſtaruntque eã: 30 & appellauit nomẽ eius 31 Horma. Cepit inſuper Iehuda Gazam atque limitem eius, & Aſcalon, limitemque eius, Accaron & limitem eius. 32 Et Dominus affuit Iudæ vt expelleret mõtanos, qui verò in vallibus habitabant non potuit expellere, quòd ferratos habebant currus. Ipſi Caleb dederunt Hebron, quemadmodum locutus fuerat Moſes, qui & illinc expulit tres filios 33 Anac. Iebuſæum verò qui Ieroſolymis habitabat, non expulerunt filij Beniamin, quia Iebuſæus habitat cum filijs Beniamin in Ieruſalem in hunc vſque diem. Qui de domo Ioſeph erãt, 34 aſcenderũt in Beth-el: & 35 fuit Dominus cum eis. Hi verò qui de domo Ioſeph erant, 36 explorauerunt Beth-el (cuius vrbis nomen antea erat Luza:) Quiq; obſeruabant, viderũt virum quẽdam egredientem ex vrbe, ad quẽ dixerunt, Oſtende nobis quæſo 37 aditum ad hãc vrbem, & 38 beneficio te afficiemus. Qui cum aditum eis ad vrbem indicaſſet, percuſſerunt vrbem gladio, virum autem illum & omnẽ familiam eius 39 ablegarunt. Abiens verò vir ille in terram Hethæorum, extruxit ciuitatem, vocauitque nomen eius Lus, & hoc eſt nomen eius in hunc vſque diem. Manaſſe quoque non 40 vaſtauit Beth-ſean &*

*41 filias eius, 42 Thaenach & filias eius, habitatores* Dor *& filias eius, habitatores* Ibleam *& filias eius, & habitatores* Megiddo *& filias eius: 43 licet animum Chananæus in terra iſta habitandi deſpondiſſet.* Hoc tamen *factum eſt vt* Iſrael *quum 44 inualuiſſet, Chananæo, tributum imponeret, 45 ſed funditus non excidit eum.* Sed *&* Ephraim *non expulit* Chananæum *habitantem in* Gazer, *ſed habitauit* Chananæus *in medio eius, nempe in* Gazer. *Zebulon quoque nõ expulit habitatores* kitron, *& habitatores* Nahelol, *ſed* Chananæus *habitauit in medio eius, 46 tributumque ferre ſunt coacti. Sic* Aſer *non expulit habitatores* Acco, *& habitatores* Zidon, *&* Achlab, Achſib *atque* Helba, Aphix *&* Rehob. *47 Et* Aſaræus *habitauit inter* Chananæos *habitantes in terra, quoniã non [potuit] eycere eũ.* Naphtali *nõ expulit habitatores* Beth-ſemes, *& habitatores* Beth-anath, *ſed habitauit inter* Chananæos *habitantes in terra, factique ſunt habitatores* Beth-ſemes *&* Beth-anath *illis tributarij.* Amorrhæi 48 *afflixerunt filios* Dan *vſque in montem, 49 nec permiſerũt illi vt deſcenderet in vallem, tametſi* Amorrhæus *habitandi in monte* Heres, *in* Aialon, *& in* Saalbim *animum deſpõderat: inualeſcente autem manu domus* Ioſeph, [Amorrhæi] *tributũ ferre coacti ſunt.* Porrò *limes* Amorrhæi *fuit 50 ab Aſcenſu-ſcorpionum, 51 à Petra ipſa & ſupra.*

°Chanath cum viculis ſuis, & habitatores Dor, & Ie-
blaam, & Mageddo cum viculis ſuis, cœpitque Cha-
28 nanæus habitare cum eis. ♀ Poſtquam autem confor-
tatus eſt Iſrael, fecit eos tributarios, & delere no-
29 luit. ♀ Ephraim etiam non interfecit Chananæum
30 qui habitabat in Gazer, ſed habitauit cum eo. ♀ Za-
bulon non deleuit habitatores °Tethron, & °Naa-
lon: ſed habitauit Chananæus in medio eius, factuſ-
31 que eſt ei tributarius. ♀ Aſer quoque non deleuit
habitatores Acho, & Sidõnis, Ahalab, & Achazib, &
32 Helba, & Aphec, & Rohob. ♀ Habitauitque in me-
dio Chananæi habitatoris illius Terræ, nec interfe-
33 cit eum. ♀ Nephthali quoque non deleuit habita-
tores Beth-ſemes, & Beth-anath: & habitauit inter
Chananæum habitatorem Terræ, fueruntque ei Beth-
34 ſemitæ, & Bethanitæ tributarij. ♀ Arctauitque A-
morrhæus filios Dan in monte, nec dedit eis locum
35 vt ad planiora deſcenderent: ♀ habitauitque in mon-
te Hares, quod interpretatur °teſtatio in Aialon
& Salebim. & aggrauata eſt manus domus Ioſeph,
36 factuſque eſt ei tributarius. ♀ Fuit autem terminus
Amorrhæi ab Aſcenſu-ſcorpionis, Petra, & ſuperiora
loca.

°Tanach
Chananæi tributarij.
°Cetron.
°Naalol.
G
°teſtaceo.

## SCHOLIA IN CAP. I.

1 Vel, conſulerent. Samuel, vt aiunt Hebræi, author eſt huius libri, in quo delicta Iſraelis, & Dei miſericordia & prouidentia conſpiciuntur. Simul deſcribitur ratio qua Dominus remp. Iſraeliticã adminiſtrauit ante reges. Iudices enim dicebantur hi quorum opera Deus gubernabat populum, regebantque ipſum ſub eo. 2 Heb. contra Chananæos in principio ad pugnandum contra eum? id eſt, Quis primus noſtrum parabit expeditionem in Chananæos? 3 Iuda, pro tota tribu Iudá accipi debet. 3 vel, tradam. 4 id eſt, regionẽ quam Chananæi occupant. nam eam vincet. 5 Dixit ergo. 6 id eſt, ad tribum Simeonitarũ. Simeonitæ quod eſſent propinquiores tribui Iudæ, & iiſdem incluſi terminis, vocantur à Iuda. 7 in ſortem meam, id eſt, Veni mecum expugnemus eos qui patriam mihi ſorte aſsignatam occupant. 8 in ſortem tuam, id eſt, adiuuabo te in expugnandis iis qui patriam tibi aſsignatam occupãt. 9 id eſt, in agro vicino vrbi Beſec. 10 ſubaudi, qui iuuabant Adoni-beſec. 11 vel, regulos. Iſtis manuũ & pedum pollices amputauerat, vt hac ratione eſſent inepti bello & vt alios à bello, deterreret. 12 Hebraiſmus, erant colligentes. ſubaudi, panem vel micas. 13 Iam autem pugnauerant filij Iuda contra Ieruſalem, expugnauerantque eam, & percuſſerant eam (ideſt, ciues eius) enſe, & iniecerant vrbem in ignem, id eſt, iniecerant in ignem ciuitatem: hoc eſt totam incenderunt. 14 Ieruſalem erat in loco edito, ob id air deſcenderunt. His, inquit, geſtis deſcenderunt, &c. 15 princeps ſcilicet tribus Iudæ, & cui promiſſa erat Hebron. Per anticipationem hæc eadem narratur hiſtoria cap. XV. Ioſue. 16 (id eſt, Cenezæus) frater Caleb. Vide Ioſue XV. hæc eadem. 17 iret. vel, deduceretur. ſubaudi, in domũ mariti. 18 vel, deſiliret. 19 id eſt, quid hoc rei eſt? quid tibi vis? 20 Hebraiſmus, benedictionem, id eſt, munus quod à te petam. 22 Hebraiſmus, Auſtralem, id eſt, ſiticuloſum agrum & arentem. 23 Hebraiſmus, ſcaturigines (vel, fontes) aquarum, id eſt, locum ſcatẽtẽ aquis. 24 Hebraiſmus, fontes ſuperioris (partis agri,) & fontes inferioris (partis agri.) 25 id eſt, Iethro. Nepotes Iethro kenæi habitabant in agro Ierichontino, vt interpretatur Chaldæus paraphraſtes, moti autem gloria & fœlicitate tribus Iudæ, abierunt ex agro Ierichontino. 26 vel, abierunt. 27 Hebraice ſingulariter legitur, abijt, & habitauit. ſubaudi, princeps, vnà cum populo. 28 id eſt, cum filijs Iuda. 29 vel, funditus euerterunt. 30 vel, propterea appellauit. 31 id eſt, anathema. quod funditus deleuiſſet vrbem. 32 vel, Dominus autem aderat Iudæ, & expulit (tantum) montana: quia non (potuit) expellere eos qui habitabant in campeſtribus. 33 gigantum, id eſt, tres potentiſsimos tyrannos. 34 id eſt, expeditionem mouerunt contra Beth-el. 35 id eſt, expugnauerunt eam ope Domini. 36 exploratores conſtituerũt in Beth-el, 37 id eſt, qua parte vrbs hæc facile capi poteſt. 38 Hebraiſmus, faciemus tecum miſericordiam. 39 vel, dimiſerunt, id eſt, pepercerunt ei. 40 Hebraiſmus, expulit Beth-ſean, id eſt, ciues Beth-ſean & viculorũ ei°. 41 id eſt, viculos, ſiue villas. 42 (ſubaudi, habitatores) Thaenach, & villarum eius. 43 Hebraiſmus, optauitque Chananæus habitare in terra iſta, ideſt, conatus eſt vna cũ illis habitare. Chald. parap. cœpitque Chananæus, &c. 44 vel, fortior euaſiſſet. 45 & non expulit eum. 46 Hebraiſmus, & fuerunt (Chananæi) in tributũ. ſubaudi, Zabulonitis. 47 Aſer igitur. 48 compulerunt. ſubaudi, ſe recipere. 49 Hebraiſmus, non enim permittebat eum deſcendere in cã peſtria. Optauitque Amorrhæus habitare in monte Hæres, in Aialon, & in Saalbim: tunc aggrauata eſt manus domus Ioſeph & fuerunt in tributum. Vel, Cum autem Amorrhæus totis viribus conaretur habitare in, &c. tunc aggrauata eſt, &c. id eſt, filij Ioſeph ſuperarunt ipſos Amorrhæos, ita vt ipſis filijs Ioſeph Amorrhæi fuerint tributarij. 50 à Maale-acrabim. Hic locus erat in parte Auſtrali Terræ ſanctæ. 51 (imò) à Sela & vltra. Sela, vrbs Arabiæ, quaſi dicat, Multum protendebatur dominium Amorrhæorum, nempe vſque, &c. porrigebaturque verſus Septentrionem vſque ad Dan.

## CAP. II.

A*Scendit autem 1 angelus* Domini *de* Gilgal *in* Bochim, *& ait,* Adduxeram *vos ex* AEgypto, *& introduxeram vos in terram quam iuraui patribus veſtris, dixeramque,* Nunquam *faciam irritum fœdus meum [quod pepigi] vobiſcum,* Modo *vos ne feriatis fœdus cum habitatoribus huius terræ, quin potius aras eorum diruatis: at vos non audiſtis vocem meam. cur hoc feciſtis?* Ego *quoque dixi,* Non *eyciam eos ante vos, ſed erunt vobis 2 in ſpinas, & dij eorum offendiculo.* Factumque *eſt quum loqueretur angelus* Domini *verba iſta ad omnes filios* Iſrael, *vt populus ſublata voce flerent.* Vocaueruntque *nomen illius loci 3* Bochim, *& Sacrificauerunt ibidem* Domino. *4* Nam *quum dimiſiſſet* Iehoſua *populum, abierunt filij* Iſrael *quiſque in hæreditatem ſuam, vt occuparent terram.*

1 A Scẽditq; Angelus Dñi de Galgalis ad Locũ-flen
tiũ, & ait, Eduxi vos de AEgypto, & introduxi in
Terrã pro qua iuraui patribus veſtris: & pollici-
tus ſum vt nõ facerẽ irritũ pactũ meum vobiſcũ in ſempi
2 ternũ: ♀ Ita dũtaxat vt nõ feriretis fœdus cũ habitatoribus
Terræ huius, & aras eorũ ſubuerteretis: & noluiſtis audi-
3 re vocẽ meã. cur hoc feciſtis? ♀ Quã ob rẽ nolui delere eos
à facie veſtra: vt habeatis hoſtes, & dij eorum ſint vobis
4 in ruinam. ♀ Cumq; loqueretur angelus Domini hæc ver-
ba ad omnes filios Iſrael, eleuauerunt vocem ſuam, & fle-
5 uerunt. ♀ Et vocatum eſt nomen loci illius, Locus flentiũ
ſiue lachrymarum: immolaueruntque ibi hoſtias Domi-
6 no. ♀ Dimiſit ergo Ioſue populum, & abierunt filij Iſrael
vnuſquiſque in poſſeſsionem ſuam, vt obtinerent eam:
♀ ſer-

Angelus exprobrat Iſraelitis ꝙ cum Chananæis fœdus fecerint.
Populo incredulo, idola relinquit Deus in ruinam.
B
Ioſue. 24. g.



♀ ſeruieruntque Domino cunctis diebus eius, & ſenio- 7
rum, qui longo poſt eum vixerunt tempore, & nouerant
omnia opera Domini quæ fecerat cum Iſrael. ♀ Mor- 8
tuus eſt autem Ioſue filius Nun, famulus Domini, centum
& decem annorum, ♀ & ſepelierunt eum in finibus poſ- 9
ſeſsionis ſuæ in °Thamnath-ſare in monte Ephraim, à Se
ptentrionali plaga montis Gaas. ♀ Omniſque illa gene- 10
ratio congregata eſt ad patres ſuos: & ſurrexerunt alij, qui
non °nouerunt Dominum, & opera quæ fecerat cũ Iſrael.
♀ Feceruntque filij Iſrael malum in conſpectu Domini 11
& ſeruierunt Baalim. ♀ Ac dimiſerunt Dominum Deũ 12
patrum ſuorum, qui eduxerat eos de Terra-AEgypti: &
ſecuti ſunt deos alienos, °deos quoque populorum qui ha
bitabant in circuitu eorum, & adorauerunt eos: & ad ira-
cundiam concitauerunt Dominum, ♀ Dimittentes eũ, 13
& ſeruientes Baal & Aſtharoth. ♀ Iratuſque Dominus 14
contra Iſrael, tradidit eos in manus diripientium: qui cepe
runt eos, & vendiderunt hoſtibus qui habitabant per gy-
rum: nec potuerunt reſiſtere aduerſarijs ſuis, ♀ Sed quo- 15
cunque pergere voluiſſent, manus Domini ſuper eos erat,
ſicut locutus eſt, & iurauit eis: & vehementer afflicti ſunt.
♀ Suſcitauitque Dominus iudices qui liberarent eos de 16
vaſtantium manibus: ♀ ſed nec eos audire voluerunt, for 17
nicantes cum dijs alienis, & adorantes eos. Cito deſerue-
runt viam per quam ingreſsi fuerant patres eorum: &
audientes mandata Domini, omnia fecere cõtraria. ♀ Cũ- 18
que Dominus iudices ſuſcitaret, in diebus eorum flecte-
batur miſericordia, & audiebat afflictorum gemitus, & li-
berabat eos de cæde vaſtantium. ♀ Poſtquam autem 19
mortuus eſſet iudex, reuertebantur, & multo faciebant pe
iora quàm fecerant patres eorum, ſequentes deos alienos,
ſeruientes eis, & adorantes illos. non dimiſerunt adinuen-
tiones ſuas, & viam duriſsimam per quam ambulare con-
ſueuerant. ♀ Iratuſque eſt furor Domini in Iſrael, & ait, 20
Quia irritum fecit gens iſta pactum meum quod pepige-
ram cum patribus eorum, & vocem meam audire con-
tempſit, ♀ Et ego non delebo gentes quas dimiſit Io- 21
ſue, & mortuus eſt: ♀ vt in ipſis experiar Iſrael, vtrum 22
cuſtodiant viam Domini, & ambulent in ea, ſicut cuſto-
dierunt patres eorum, an non. ♀ Dimiſit ergo Dominus 23
omnes nationes has, & cito ſubuertere noluit, nec tradi-
dit in manus Ioſue.

°Thamnath-hares
Iſraelitę qui opera Dei non nouerãt, adorãt idola.
°nouerant
C
°deoſque
Tradũtur in manus hoſtium.
Iudices cõſtituit De° ſup Iſraelẽ, vt ipſũ liberẽt.
Fornicatio.
D
Sequuntur ſuas adinuentiones.

*Et ſeruiuit populus* Domino *cunctis diebus* Iehoſuæ, *atq; cunctis diebus ſeniorum, 5 qui prorogarunt dies poſt* Iehoſuã, *qui ſcilicet viderant vniuerſum opus* Domini *magnũ quod fecerat* Iſraeli. *Et mortuus eſt* Iehoſua *filius* Nun *ſeruus* Domini, *quum eſſet natus centum & decem annos, ſepelieruntque eum in termino hæreditatis ſuæ in* Thimnath-hæres *in monte* Ephraim *à Septentrione montis* Gaas. *6 Sed & cunctum hoc ſeculum collectum eſt ad patres ſuos, ſurrexitq; alia generatio poſt illos, quæ* Dominum *& opus quod fecerat* Iſraeli, *7 non cognouit. Fecerunt ergo filij* Iſrael *malum 8 in oculis* Domini, *ſeruieruntque* Baalim. *Et deſerentes* Dominum *Deum patrum ſuorum qui eduxit eos de terra* AEgypti, *abierunt poſt deos alios, 9 poſt deos populorum qui erant circum eos, & adorauerunt eos, atque ad iram concitauerunt* Dominum, *Et derelicto* Domino, *coluerunt* Baal *atque 10* Aſtaroth. *Et 11 incaluit furor* Domini *aduerſus* Iſraelem, *12 tradiditque eos in manum diripientium eos, qui diripuerunt eos, & 13 vendidit eos in manum hoſtium eorum qui circum eos erant, nec potuerunt amplius 14 ſtare coram hoſtibus ſuis.* Quin *15 quocunque egrederentur, 16 manus* Domini *fuit contra eos ad malũ, quemadmodum minatus fuerat* Dominus, *ſicutque iurauerat eis* Dominus. *[in ſumma] afflixit eos grauiter.* Suſcitauit *autẽ* Dominus *iudices qui liberarent eos de manu diripientiũ eos.* Sed *& iudices ſuos audire renuerũt, quin potius ſcortati ſunt poſt deos alios, & adorauerunt eos, defeceruntque cito à via qua inceſſerant patres eorum, 17 vt obedirent mandatis* Domini, *[ſed] non fecerunt 18 ſic.* Quumque Dominus *iudices eis 19 excitaſſet, affuit* Dominus *iudici, 20 ſeruauitque eos de manu hoſtium eorum cunctis diebus illius iudicis.* Nam *21 pœnitudine ducebatur* Dominus *propter ſuſpiria illorum [quæ emittebant] metu opprimentium & affligantium eos.* Mox *vt iudex 22 moreretur, reſilierunt, & 23 corruptiores erant quã patres eorum, ſectantes alios deos, 24 quos coluerunt, quoſque adorarunt, nihilq; diminuerunt de ſtudijs ſuis, deq; via ſua dura. 25* Tum *rurſus exæſtuauit naſus* Domini *aduerſus* Iſraelem, *ita vt diceret,* Quandoquidem *gens iſta tranſgreditur fœdus meum quod 26 mandaui patribus eorum, nec audierunt vocem meam,* Nec *ego vltra expellam aliquem ante eos, ex his gentibus quas moriens* Iehoſua *27 reliquit, vt 28* Iſrael *iſtis tentetur, cuſtodiãtne viam* Domini, *incedantque in ea, ſicut patres eorũ cuſtodierunt, necne.* Reliquit *ergo* Dñs *gẽtes illas, nec cito exterminauit eas, neq; tradidit eas in manum* Iehoſuæ.

## SCHOLIA IN CAP. II.

1 Vel, legatus. propheta miſſus à Deo. Hebræi aiunt hunc fuiſſe Phinees. 2 Hebraiſmus, in lateribus. ſubaudi, in ſpinas, id eſt, erunt vobis loco ſpinarum quibus pungantur latera veſtra. Alij vertunt, in laqueos. 3 id eſt, flentes. 4 Iam autem dimiſerat. aut, Poſteaquam ſcilicet miſſis ſortibus diuiſit terram. Hæc enim dicuntur per recapitulationem. 5 id eſt, qui ſuperſtites fuerant ipſi Ioſue. 6 Hebraiſmus, Et etiam omnis generatio illa cõgregata eſt. 7 non cognouerant. vel, cognoſcebant. 8 ideſt, quod diſplicebat Domino cuncta intuenti. 9 Hebraiſmus, (qui) erant de dijs gentium quæ, &c. 10 Aſtaroth ſignificat ſimulachra quæ habebant effigiem ouium. 11 vel, iratus eſt. 12 id eſt, fecit vt vincerentur, & venirent in manus hoſtium. 13 id eſt, more vendentis tradidit. 14 id eſt, reſiſtere inimicis. 15 id eſt, quocunque ſe verterent. 16 i. vincebantur Domino authore. 17 obediẽdo. 18 quemadmodum ſcilicet fecerunt patres eorum. 19 ſuſcitauerat, aderat. 20 eripiebatque. 21 vel, mutarat ſententiam. 22 mortuus fuerat, reuertebantur. 23 vel, deteriora committebant. 24 dum colerent eos, vel, ſeruiendo illis. 25 Proinde iraſcebatur furor. 26 vel, præcepi. ſub. ſeruãdum. 27 ſub. inuictas & intactas. 28 experiar (vel, tentẽ) per eas (filios) Iſrael, ſintne ſeruaturi.

## CAP. III.

HAE ſunt gentes quas Dominus dereliquit, vt eru- 1
diret in eis Iſraelem & omnes qui non nouerant
bella Chananæorum: ♀ Et poſtea diſcerent filij 2
eorum certare cum hoſtibus, & habere conſuetudinẽ prę-
liandi: ♀ Quinque ſatrapas Philiſthinorum, omnemque 3
Chananæum, & Sidonium atque Heuæum qui °habitabat
in monte Libano, de monte Baal-hermon vſq; ad introi-
tum Emath. ♀ Dimiſitque eos, vt in ipſis experiretur Iſ- 4
raelem vtrum audirent mandata Domini quæ præcepe-
rat patribus eorum per manum Moyſi, an non. ♀ Itaque 5
filij Iſrael habitauerunt in medio Chananęi, & Hethęi, &
Amorrhęi, & Pherezęi, & Heuęi, & Iebuſęi: ♀ Et duxerũt 6

Chananæi, Amorrhæi, & huiuſmodi, quare relicti à Deo inter Iudæos.
°habitabant
Iſraelitæ miſcẽt connubia cũ idololatris, & obliuiſcuntur Dei.

HAE *autem ſunt gentes quas reliquit* Dominus, *vt tentaret illis* Iſraelem, *nempe omnes qui 1 non nouerant vniuerſa prælia* Chanaan, *2* Tantum *in hoc, vt 3 generatio filiorum* Iſrael *noſſet, vtq; 4 docerent eos belligerare, 5 eos duntaxat qui antea non norunt.* Quinq; *nẽpe ſatrapæ* Paleſthinorum, *& cuncti* Chananæi, *atq;* Zidonij, *&* Hiuæi, *qui ſcilicet habitabãt in mõte* Libano *6 à mõte* Baal-hermon, *vſq; dum venias in* Hemath. *Fuerũt hi inquã, 7 per quos tentabat [*Dominus*]* Iſraelem, *vt manifeſtum fieret, audirẽtne mandatum* Domini, *quod præceperat patribus eorum per* Moſen. *Quumq; ſic habitarent filij* Iſrael *inter* Chananæos, Hithæos, Amorrhæos, Pherizæos, Hiuæos *&* Iebuſæos, Duxerunt

*ſibi filias eorum vxores, filiaſque ſuas dederunt filijs eorum, ſeruieruntque dijs eorum. Et fecerunt filij Iſrael malũ in oculis* Domini*, oblitique* Domini Dei *ſui, coluerunt* Baalim *&* Aſeroth*. Et exarſit ira* Domini *aduerſus Iſraelitas, 8 vt venderet eos in man⁹ 9* Chuſan Riſeathaim *regis 10* Arannaharaim*, ſeruieruntque filij Iſrael ipſi* Chuſan Riſeathaim *octo annis. Et cum clamaſſent filij Iſrael ad* Dominum*, excitauit dominus ſeruatorem filijs Iſraël, atque liberauit eos, nempe* Othonielem *11 filium* Kenas *fratris* Caleb*, qui illo minor natu erat. 12 Factuſque eſt ſuper eum* Spiritus Domini*, & 13 iudicauit Iſraelem, & egreſſus eſt in prælium, traditque* Dominus *in manũ eius* Chuſan Riſeathaim *regem Syriæ, præualuitque manus eius contra* Chuſan Riſeathaim*. Et 14 quieuit terra quadraginta annis, & mortuus eſt* Othoniel *filius* Kenas*. Rurſus fecerũt filij Iſrael 15 malum in oculis Dñi; roborauitque* Dominus Eglon *regem* Moabitarum *contra Iſraelem, eo quòd feciſſent malum in oculis* Domini*. Congregauit autem ille ad ſe filios* Ammon *atque* Amalec*, & abiens percuſſit Iſraelem, & occupauerunt 16* Ciuitatem-palmarũ*. Seruierunt ergo filij Iſrael* Eglon *regi* Moabitico *decem & octo annis. Quumque clamarent filij Iſrael ad* Dominum*, excitauit eis* Dominus *ſeruatorem* Ehud *filium* Gera*, filij* Iemini*, 17 qui vir erat clauſa manu dextra. Miſeruntque filij Iſrael per ipſum munus ipſi* Eglon *regi* Moab*. Fecerat autem* Ehud *ſibi gladium vtrinq; acutum longitudine cubitali, accinctuſque eo ſub 18 tunica ſua ſtricta in dextro femore, Obtulit munus ipſi* Eglon *regi* Moab*. fuit autem* Eglon *homo valde obeſus. Quumque iam obtuliſſet munus, 19 ablegauit populum, nempe eos qui munus portauerant. Ipſe verò reuerſus à 20 ſimulachru 21 in* Gilgal*, dixit, Eſt mihi verbum quoddam ſecretum ad te ô rex. Is autem 22 ſilentium iuſsit. egreſſi ergo ſunt ab eo omnes qui ſtabant coram eo.* Ehud *verò introiuit ad eum, ſedebatque ille ſolus in cœnaculo 23 contabulato. Et dixit* Ehud*, 24 Eſt mihi verbum* Dei *ad te. & ſurrexit è ſolio.* Ehud *verò miſſa manu ſua ſiniſtra, prehendit ſicam de dextro femore ſuo, defixitque eam in ventrem eius, Adeo vt capulus laminam ſequeretur, 25 adepſque laminam concluderet: neque enim ſicam 26 extraxit è vẽtre eius. & 27 egreſſum eſt ſtercus. Et egreſſus* Ehud *28 prætorium verſus, venit ad ſubſellia, clauſiſque poſt ſe foribus cœnaculi obſerauit. Quo egreſſo, venerunt ſerui eius, videnteſque fores cœnaculi obſeratas, dixerunt,* Certe *29 tegit pedes ſuos 30 in conclaui contabulati. Quũque iam expectaſſent 31 donec eos puderet, nec ipſe fores cœnaculi aperiret, ſumpta claue aperuerunt: & ecce herus eorum mortuus iacebat in terra.* Interim *verò dũ illi 32 cunctãtur, euadit* Ehud*, & tranſiẽs 33 ſculptilia, 34 ſeruatus eſt inter condenſa vepriũ. Cõtigit autem 35 quũ ingrederetur, vt cornu claſſicũ caneret in mõte* Ephraim*, deſcenderuntq; cum eo filij Iſrael de monte, proficiſcebaturq; ipſe ante eos. Et ait ad eos, Sequimini me: nam tradidit* Dominus *hoſtes veſtros, nempe* Moabitas*, in manum veſtram. Qui deſcendentes poſt ipſum, vada* Iordanis*, vbi traycitur 36 ad* Moabitas*, occupant, nec quemquam traycere ſinunt.* Percuſſerunt *itaq; codẽ tempore ex* Moabitis *virorum circiter decem millia, qui omnes fuerunt 37 obeſi, omneſque ſtrenui milites, ne vnus quidem euaſit. 38 Subactus eſt itaque* Moab *in die illo ſub manu* Iſrael*, 39 quieuitque terra octoginta annis. Poſt hunc fuit* Samgar *filius* Anath*, qui 40 in* Paleſtina *percuſſit ſexcentos viros ſtimulo boum, qui & ipſe Iſraelem ſeruauit.*

vxores filias eorum, ipſique filias ſuas filijs eorum tradi-
7 derunt, & ſeruierunt dijs eorum. ¶ Feceruntque malum
in conſpectu Domini; & obliti ſunt Dei ſui, ſeruientes
8 Baalim & Aſtharoth. ¶ Iratuſque contra Iſrael Domi-
nus, tradidit eos in manus Chuſan-raſathaim regis Meſo
9 potamiæ, ſeruieruntque ei octo annis. ¶ Et clamauerunt
ad Dominum: qui ſuſcitauit eis ſaluatorem, & liberauit
eos, Othoniel videlicet filium Cenez, fratrem Caleb mi-
10 norem: ¶ fuitque in eo Spiritus Domini, & iudicauit Iſ-
rael. Egreſſuſque eſt ad pugnam, & tradidit Dominus in
manus eius Chuſan-raſathaim regem Syriæ, & oppreſsit
11 eum. ¶ Quieuitque Terra quadraginta annis, & mor-
12 tuus eſt Othoniel filius Cenez. ¶ Addiderunt autem
filij Iſrael facere malum in conſpectu Domini: qui con-
fortauit aduerſum eos Eglon regem Moab: quia fecerunt
13 malum in cõſpectu eius. ¶ Et copulauit ei filios Ammon,
& Amalec: abijtque & percuſsit Iſrael, atque poſſedit
14 Vrbem-palmarum. ¶ Seruieruntque filij Iſrael Eglõ regi
15 Moab decem & octo annis. ¶ Et poſtea clamauerunt ad
Dominum: qui ſuſcitauit eis ſaluatorem vocabulo Aod,
*inclytum filium Gera filij Iemini, qui vtraque manu
pro dextera vtebatur. Miſeruntque filij Iſrael per illum
16 munera Eglon regi Moab. ¶ Qui fecit ſibi gladium an-
cipitem, habentem in medio capulum lõgitudinis palmę
manus, & accinctus eſt eo ſubter ſagum in dextro femore.
17 ¶ Obtulitque munera Eglon regi Moab. erat autẽ Eglon
18 craſſus nimis. ¶ Cumque obtuliſſet ei munera, proſecu-
19 tus eſt ſocios qui cum eo venerãt. ¶ Et reuerſus de Galga-
lis, vbi erant idola, dixit ad regem, Verbum ſecretũ habeo
ad te ô rex. Et ille imperauit ſilentium: egreſsiſque om-
20 nibus qui circa eum erant. ¶ Ingreſſus eſt Aod ad eum.
ſedebat autem in æſtiuo cœnaculo ſolus. Dixitq;, Verbũ
21 Dei habeo ad te. qui ſtatim ſurrexit de throno. ¶ Exten-
ditque Aod ſiniſtram manum, & tulit ſicam de dextro fe-
22 more ſuo, infixitque eam in ventrem eius. ¶ Tam validè
vt capulus ſequeretur ferrum in vulnere, ac pinguiſsimo
adipe ſtringeretur. Nec eduxit gladium, ſed ita vt per-
cuſſerat, reliquit in corpore, ſtatimque per ſecreta naturę
23 alui ſtercora proruperunt. ¶ Aod autem clauſis diligen-
24 tiſsimè oſtijs cœnaculi & obfirmatis ſera, ¶ per poſticum
egreſſus eſt. Seruiq; regis ingreſsi viderunt clauſas fores
cœnaculi, atq; dixerunt, Forſitan purgat aluũ in ęſtiuo
25 cænaculo. ¶ Expectanteſque diu donec erubeſcerent,
& videntes quòd nullus aperiret, tulerunt clauem: & ape
rientes inuenerunt dominum ſuum in terra iacentem mor
26 tuum. ¶ Aod autem dum illi turbarentur, effugit, & per-
tranſijt Locum-idolorum vnde reuerſus fuerat. Venitque
27 in Seirath: ¶ & ſtatim inſonuit buccina in mõte Ephraim:
deſcenderuntq; cũ eo filij Iſrael, ipſo in fronte gradiente.
28 ¶ Qui dixit ad eos, Sequimini me: tradidit enim Domi-
nus inimicos noſtros Moabitas in manus noſtras. Deſ-
cenderuntque poſt eum, & occupauerunt vada Iordanis
quę trãſmittunt in Moab: & non dimiſerũt tranſire quẽ-
29 quam, ¶ ſed percuſſerunt Moabitas in tempore illo, cir-
citer decem millia, omnes robuſtos & fortes viros: nullus
30 eorum euadere potuit. ¶ Humiliatuſque eſt Moab in die
illo ſub manu Iſrael: & quieuit Terra octoginta annis *à
31 prælijs. ¶ Poſt hunc fuit Samgar filius Anath, qui per-
cuſsit de Philiſthijm ſexentos viros vomere: & ipſe quo-
que defendit Iſrael.

B Othoniel liberat populum. Spiritus Dei in iudice.

Iſraelitæ conuerſi ad idola ſeruiunt Eglon regi moab.

Aod liberat populum percuſſo rege.

C

D

Moabitas tradit Deus in manus Iſrael, & occidũtur.

Samgar percutit Philiſthijm vomere.

### SCHOLIA IN CAP. III.

1 Id eſt, qua ratione geſta fuiſſent bella ſuperiora contra Chananæos. 2 ſub. reliquit eas gentes inſuperatas. 3 .i. poſteri. 4 doceret (ſub. Dominus) eos .i. filios Iſrael. hoc eſt, vt ipſi Iſraelitæ diſcerent à Deo eos cogente qua ratione deberent gerere bella. 5 verum (vel, tantum) qui antea (ſubaudi, fuerant vel vixerant tempore Ioſue) non nouerant. ſubaudi eam artem bellicam: quod ſcilicet Dominus pugnaret pro eis. 6 id eſt, à monte qui ſitus eſt in valle Hermon, id eſt, ab Antilibano. 7 Hebraiſmus, ad probandum per eas Iſraelem, vt ſciret. ſub. Dominus. 8 & vendidit. i. more vendentis ſeruos, tradidit eos. 9 Doctus inter Hebręos ait eſſe nomẽ regis Meſopotamiæ. Alij dicunt, Chuſam qui erat de Riſeathaim. Chal. para. vertit, Chuſam impij. 10 vel, Syriæ fluuiorũ. hoc eſt Meſopotamiæ. 11 Cenezæũ fratrẽ Caleb. 12. i. Cœpit agi ſpũ fortitudinis Dñi, excitauit Dominus animũ eius, & fortitudine donauit eũ. 13 id eſt,



rexit. Alij exponũt pro liberauit. 14 id eſt, ſumma pax fuit. 15 Hoc eſt, rem non gratam Deo qui cuncta intuetur. 16 Chaldæ⁹ paraphraſtes, dicit eſſe vrbem Iericho. Alij vrbem non procul diſtantẽ à Ierichonte. 17 id eſt, qui dextera non poterat vti. 18 veſtibus ſuis. 19 proſecutus eſt (vel, deduxit) populũ. ſiue ſocios. 20 latumijs. 21 quæ erant iuxta Galgala. 22 Hebraiſmus. dixit, Tace. ſub. dum receſſerint ipſi. 23 refrigerationis. ſiue, æſtiuo. 24 id eſt, Dicturus ſum tibi verbum Dei. 25 adepſque concluderet (ſubaudi, vulnus, aut os vulneris) poſt ferrum. ſiue laminam, id eſt, adacto ferro. 26 educere poterat. 27 ſubaudi, per vulnus. 28 ad veſtibulum. 29 Geſtus ſiue habitus eſt egerentis, pro, purgat aluum. 30 in cubiculo refrigerationis. ſiue æſtiuo. 31 donec cunctaretur. 32 ſubaudi, aperire. 33 latumias. 34 euaſit in Seijrath. 35 id eſt, cum perueniſſet ad ſuos. 36 propter Moabitas, id eſt, ne ipſi Moabitæ ferrent ſuis opem. 37 pingues. vel, ſucculenti. 38 ſubactaque (vel, Humiliata) fuit Moab. ſubaudi, regio, aut congregatio, id eſt, Moabitæ venerunt in poteſtatem filiorum Iſrael. 39 id eſt, vixerunt habitatores terræ in pace. 40 ex Paleſtinis.

### CAP. IIII.

Iſraelitæ ad idôla conuerſi traduntur in man⁹ Iabin.

ADdiderunt que filij Iſrael facere malum in cõſpe 1
ctu Domini poſt mortem Aod, ¶ & tradidit illos 2
Dominus in manus Iabin regis Chanaan, qui re-
gnauit in Aſor: habuitque ducem exercitus ſui nomine Si
ſaram, ipſe autem habitabat in Haroſeth-gentium. ¶ Cla- 3
mauerunt que filij Iſrael ad Dominum. nongentos enim
habebat falcatos currus, & per viginti annos vehementer
oppreſſerat eos. ¶ Erat autem Debora prophêtis vxor La 4
pidoth, quæ iudicabat populum in illo tempore: ¶ & ſede- 5
bat ſub palma, quę nomine illius vocabatur, inter Rama
& Beth-el in monte Ephraim: aſcendebantque ad eam fi-
lij Iſrael in omne iudicium. ¶ Quæ miſit, & vocauit Barac 6
filium Abi-noem de Cedes Nephthali: dixitque ad eum,
Præcepit tibi Dominus Deus Iſrael, Vade, & duc exerci-
tum in montem Thabor, tolleſque tecum decẽ millia pu-
gnatorum de filijs Nephthali, & de filijs Zabûlon. ¶ Ego 7
autem adducam ad te in loco torrentis Ciſon, Siſarã prin
cipem exercitus Iabin, & currus eius, atque omnem mul-
B titudinem, & tradam eos in manu tua. ¶ Dixitque ad eam 8
Barac, Si venis mecum, vadam: ſi nolueris venire mecum,
non pergam. ¶ Quæ dixit ad eum, Ibo quidem tecum, ſed 9
in hac vice victoria non reputabitur tibi, quia in manu
mulieris tradetur Siſara. Surrexit itaque Debora, & per-
rexit cum Barac in Cedes. ¶ Qui, accitis Zabûlõ & Neph 10
thali, aſcendit cum decem millibus pugnatorum, habens
Deboram in comitatu ſuo. ¶ Haber autem Cinæus receſ- 11
ſerat quondam à cęteris Cinęis fratribus ſuis filijs Hobab,
cognati Moyſi: & tetenderat tabernacula vſque ad val-
lem quæ vocatur Sennim, & erat iuxta Cedes. ¶ Nuntia- 12
tumque eſt Siſarę quòd aſcendiſſet Barac filius Abi-noẽ,
in montem Thabor. ¶ Et congregauit nongentos fal- 13
catos currus, & omnem exercitum de Haroſeth-gen-
tium ad Torrentem-ciſon. ¶ Dixitque Debora ad Ba- 14
rác, Surge: hæc eſt enim dies in qua tradidit Dominus Si-
C ſaram in manus tuas: en ipſe ductor eſt tuus. Deſcendit
itaque Barac de monte Thabor, & decem millia pugna-
torum cum eo. ¶ Perterruitque Dominus Siſaram, & 15
omnes currus eius, vniuerſamque multitudinem in ore
gladij ad conſpectum Barac: in tantum vt Siſara de curru
deſiliens, pedibus fugeret, ¶ & Barac perſequeretur fu- 16
gientes currus, & exercitum vſque ad Haroſeth-gentiũ,
& omnis hoſtium multitudo vſque ad internecionem ca-
deret. ¶ Siſara autem fugiens peruenit ad tentorium Ia- 17
hel vxoris Haber Cinæi. Erat autem pax inter Iabin re-
gem Azor, & domum Haber Cinæi. ¶ Egreſſa igi- 18
tur Iahel in occurſum Siſaræ, dixit ad eum, Intra ad
me domine mi, * ne timeas. qui ingreſſus tabernacu-
lum eius, & opertus ab ea pallio, ¶ dixit ad eam, Da 19
mihi obſecro paululum aquæ, quia ſitio valde. quæ
aperuit vtrem lactis, & dedit ei bibere, & operuit il-
D lum. ¶ Dixitque Siſara ad eam, Sta ante oſtium ta- 20
bernaculi: & cum venerit aliquis interrogans te, & di-
cens, Nunquid hîc eſt aliquis? Reſpondebis, Nullus eſt.
¶ Tulit itaq; Iahel, vxor Haber, clauum tabernaculi, aſſu- 21
mens pariter & malleum: & ingreſſa abſconditè, & cum ſi
lentio poſuit ſupra tempus capitis eius clauum, percuſ-
ſumque malleo defixit in cerebrum vſque ad terram: qui
ſoporem morti ſocians defecit, & mortuus eſt. ¶ Et ecce 22

Debora iudicat Iſraelem.

Mittit Barac ad expugnandũ Siſaram.

Siſara pergit obuiam Deboræ.

Siſaræ exercitus occiditur à Deo. Pſal. 82. c. Siſara fugit.

Iahel mulier occidit Siſaram, defixo per tempora clauo.

*intra,

### CAP. IIII.

*FIlij verò Iſrael porrò fecerunt malum in oculis* Domini*. Et mortuo* Ehud *1 vendidit eos* Dominus *in manum* Iabin *regis* Chanaan*, qui 2 regnauit in* Hazor*, qui habuit imperatorem exercitus nomine* Siſeram*, & is habitabat 3 in* Haroſcheth-gentium*. Clamabant autem filij Iſrael ad* Dominum*: nam 4 habuit ille nongentos currus ferratos, afflixitque filios Iſrael vehementer, idque annis viginti. Iudicabat autem Iſraelem tunc temporis mulier,* Debora *nempe, 5 prophetis 6 vxor* Lapidoth*: & ipſa quidem 7* Debora *habitabat ſub palma inter* Rama *&* Beth-el *in monte* Ephraim*, aſcendebantque ad eam filij Iſrael 8 vt iudicium [peterent.] Quæ 9 mittens accerſiuit* Barac *filium* Abinoam *de* Kædes *10* Naphtali*, dixitque ad eum, 11 Annon præcepit [tibi]* Dominus Deus Iſrael*, Vade & 12 contrahe [exercitum] in monte* Thabor*, & accipias tecum decem millia virorum de filijs* Naphtali*, atque de filijs* Zebulon*? 13 Ego verò 14 contraham ad te ad torrentem* Ciſſon Siſeram *ducem exercitus* Iabin*, cum curribus eius & copijs eius, tradamq; eum in manus tuas. Dixit verò* Barac *ad eam, Si mecum ieris, proficiſcar: ſi verò non profecta fueris mecum, non ibo.* Quæ *ait, Ibo tecum certiſsime, veruntamen gloria non erit tua 15 hac profectione qua iam proficiſceris, quoniam in manum mulieris 16 vendet* Dominus *Siſeram. Surgens itaque* Debora*, profecta eſt cum* Barac *in* Kædes*. 17 Vocans autem* Barac Zebulon *&* Naphtali *in* Kædes*, 18 aſcendit pedes cum decem millibus virorum, aſcenditque cum eo* Debora*.* Heber *autem* Kenæus *de 19 filijs* Hobab *affinis* Moſis*, 20 abſceſſerat de* Kain*, tetenderatque tentorium ſuum 21 propter quercetum in* Zenaim *22 quæ eſt iuxta* Kædes*.* Nuntiatumque *eſt Siſeræ quòd aſcendiſſet* Barac *filius* Abinoam *in montem* Thabor*. Tunc congregauit Siſera omnes currus ſuos, nempe nongentos currus ferratos, & vniuerſum populum quem habebat, ab* Haroſcheth *gentium ad torrentem* Kiſſon*. Tum dixit* Debora *ad* Barac*, Surge, quoniam hæc eſt dies in qua* Dominus *23 tradidit Siſeram in manum tuam: annon* Dominus *egreſſus eſt ante te? Et deſcendit* Barac *de monte* Thabor*, decemque millia virorum ſequebantur eum, Et 25 conturbauit* Dominus *Siſeram & omnes currus eius, & vniuerſum exercitum eius gladio 26 coram* Barac*, ita vt deſcenderet Siſera de quadriga, & pedes effugeret. At* Barac *inſequutus eſt currus & exercitum vſque ad* Haroſcheth *gentium, ceciditque vniuerſus exercitus Siſeræ gladio vt ne vnus quidem ſupereſſet.* Porrò *Siſera pedes effugerat ad tentorium* Iael *vxoris* Heber Kenæi*, quòd pax eſſet inter* Iabin *27 regem* Hazor*, & inter domum* Heber *kenei. Egreſſa ergo* Iael *obuiam ipſi Siſeræ, ait ad eum,* Concede *mi domine, concede ad me, nec metuas. qui quum ad eam in tentorium conceſsiſſet, illa operuit eum 28 quodam tegumento. Et [Siſera] dixit ad eam, Potum mihi præbe aquæ paululum, quoniam ſitio. illa verò aperiens vtrem 29 lactis, dedit illi potum, rurſuſque operuit eum. Ille autem ad eam dixit, Sta in oſtio tentorij: & ſi quiſpiam venerit, teque hiſce verbis interrogauerit, Eſtne hic quiſpiam? dicas,* Nemo*.* Porrò Iael *vxor* Heber *30 accepit 31 clauum tentorij: ponẽſque malleum in manu ſua, venit ad eum 32 tacite, tranſfixitque clauum per tempora eius, atque in terram 33 depegit. ipſe verò ſopore oppreſſus & laſſus, mortuus eſt. Quumque*

*Barac Siſeram inſequeretur, egreſſa eſt Iael obuiam ei, & dixit ad eum, Veni, & oſtendam tibi virum quem tu quæris. qui quũ ingreſſus eſſet ad eam, ecce iacebat Siſera mortuus, eratque clauus in tempore eius. 34 Subegit itaque Deus illo die Iabin regem Chanaan coram filijs Iſrael, & manus Iſraelitarũ 35 promouit fortiter, & 36 inualuit contra Iabin regem Chanaan, donec Iabin regem Chanaan excinderent.*

Barac ſequens Siſaram veniebat: egreſſaq; Iahel in occurſum eius, dixit ei, Veni, & oſtẽdam tibi virum quẽ quęris.
qui cum intraſſet ad eam, vidit Siſaram iacentem mortuũ,
23 & clauum infixum in tẽpore eius. ♀ Humiliauit ergo Deus
in die illo Iabin regem Chanaan corã filijs Iſrael: qui cre-
24 ſcebant quotidie, & forti manu opprimebant Iabin regẽ
Chanaan, donec delerent eum.

## SCHOLIA IN CAP. IIII.

1 .i. Tradidit eos in manus Iabin more vendentium ſeruos. 2 regnauerat. ſub. in patre. nam rex Haſor fuit deuict⁹ à Ioſue. hoc eſt, cuius pater regnauerat in Haſor, ſiue cuius maiores regnauerant, &c. 3 id eſt, in ſylua Gentium: quia is locus abundabat turribus & munitionibus. Chaldæus paraph. in fortitudine munitionum. 4 habebat. 5 .i. diuinæ legis gnara, populo petenti, reſponſa ex oraculis Dei, dabat. 6 quidam dicunt Lapidoth eundem eſſe cum Barac, nẽpe maritum ipſius Deboræ: ſed quum ipſa agebatur ſpiritu prophetico, eum procul ad tempus habitare ab illa. Alij exponunt mulierem lapidoth, id eſt, quæ concinnabat ellychnia ſiue myxas lucernarum tabernaculi. Verior eſt prior opinio. 7 vel, habitabat ſub palma Deboræ. i. quæ palma dicta eſt poſtea palma Deboræ. 8 Hebr. ad iudicium. ſubaudi, audiendum. nam dirimebat lites. 9 ſubaudi, nuntios. 10 id eſt, quæ erat in tribu Nephthali. 11 Interrogatio eſt certa aſſeueratio, quæ prolatione non eget. 12 id eſt, duc tecum in montem. 13 ſubaudi, Dominus. 14 id eſt, efficiam vt deſcendat Siſara dux. 15 Hebraiſmus, in via per quam ambulaturus es, id eſt, id non erit tibi honori in expeditione quam paras contra illum. 16 .i. dicetur vendidiſſe & tradidiſſe, non in manum tuam. 17 vel, Congregans. 18 Hebraiſmus, deduxit (illinc) ad pedes ſuos (id eſt, ſecũ) decem millia. 19 id eſt, nepotibus ſoceri. 20 id eſt, diſceſſerat à cognatione kenæorum, qui ita dicuntur à Cain, habitabantque in deſerto Iuda. 21 vſque ad Elon-ſaananim. nomẽ loci, quaſi dicat, ſuis tentorijs occupabat magnam partem agri kædes. 22 vel, qui (locus) erat. 23 vel, traditurus eſt. 25 contriuit. perdidit. 26 id eſt, ad impreſsionem Barac. 27 id eſt, cuius maiores regnauerant in Haſor. ſiue ad quem ius Haſor pertinebat. 28 ſtragula villoſa. 29 Porrexit lac vt eſſet potus ſuauior, & induceret illi ſomnum. 30 quum ſcilicet ſenſit illum ſomno preſſum. 31 vel, paxillum. 32 vel, ſenſim. ſecreto. 33 inflixit, (ille autem erat preſſus ſopore & laſſus, id eſt, præ laſsitudine,) & mortuus eſt. 34 vel, Humiliauit. 35 vel, cœpit augeſcere. ſumere vires. maius robur acquirere. 36 durior fuit. vel, fortior. acſi dicat, ex eo tempore vſqueadeo cœperunt augeſcere vires filiorum Iſrael, tamque fortes & potentes euaſerunt, vt regem Chanaan exterminauerint & perdiderint.

## CAP. V.

*Cecinit verò Debora atque Barac filius Abinoam eodem die 1 tale canticum,*
*2 Quandoquidem perſequutus eſt iniurias Iſraeli illatas, conuenit vt vos qui voluntarij eſtis in populo, gratias agatis Domino.*
*Audite reges, auribus percipite principes, ego Domino canam, pſallam Domino Deo Iſraelis.*
*Quum 3 exires ô Domine ex Seir, quum 4 incederes de agro Edom, terra contremuit, & cæli ſtillarunt, adeoque & nubes ipſæ ſtillarunt aquas.*
*Montes 5 fluxerunt 6 à facie Domini 7 [vt] Sinai iſte ante Dominum Deum Iſraelis.*
*In diebus Samgar filij Anath, in diebus Iael 8 erant viæ deſolatæ: 9 qui iter faciebant, declinabant per ſemitas obliquas.*
*10 Defecerant pagani: in Iſraele inquam defecerãt donec ego Debora ſurgerem, ſurgerem 11 mater in Iſraele.*
*Simul ac deos nouos 12 eligebat, bellum in portis [erat:] 13 nec tamen clypeus nec haſta viſa ſunt in quadraginta millibus Iſraelis.*
*Cor meum ad 14 præſides legum qui ſunt in Iſraele, 15 vos qui voluntarij eſtis in populo, 16 gratias agite Domino.*
*17 Vecti mulis nitidis, 18 qui præſidetis iudicijs, 19 quique per itinera inceditis, [hæc] 20 enarrate.*
*21 A voce iaculatorum inter haurientes, ibi 22 acute differẽt de iuſtitijs Domini, de iuſtitijs inquam [Domini,] ruſticani homines eius in Iſraele: 23 tunc 24 deſcendet populus Domini in portas.*
*25 Expergiſcere, expergiſcere Debora, expergiſcere, expergiſcere, 26 cane canticum: ſurge Barac, & 27 captos duc captiuos tuos fili Abinoam.*
*Tunc 28 dominabitur qui reliquus fuerit magnificis populi, quin Dominus dominabitur mihi per gigantes.*
*29 De Ephraim radix illorum contra Amalec, 30 poſt te 31 Beniamin in populis tuis, ex Machir 32 deſcenderunt 33 legiſlatores, & ex Zebulon 34 trahentes in baculo ſcribæ.*
*Principes quoque in Iſaſchar 35 cum Debora, ſed & 36 Iſaſchar, 37 quemadmodum Barac in valle miſſus pedes 38 in diuiſionibus Ruben [viri] magni decretarij*

1 Cecineruntque Debora & Barac filius Abi-noem
in illo die, dicentes,
Canticũ & gratiarum actio Deboræ & Barac poſt victoriam.
2 ♀ Qui ſponte obtuliſtis de Iſrael animas veſtras
ad periculum, benedicite Domino.
3 ♀ Audite reges, auribus percipite principes: Ego ſum,
ego ſum quæ Domino canam, pſallam Domino Deo
Iſrael.
4 ♀ Domine cum exires de Seir, & tranſires per regiones Edom, terra mota eſt, cęlique ac nubes diſtillauerũt
aquis.
5 ♀ Montes fluxerunt à facie Domini, & Sinai à facie Domini Dei Iſrael.
6 ♀ In diebus Samgar filij Anath, in diebus Iahel quieuerũt
ſemitæ: & qui ingrediebantur per eas, ambulauerunt per
calles deuios.
7 ♀ Ceſſauerunt fortes in Iſrael, & quieuerunt: donec ſurgeret Debora, ſurgeret mater in Iſrael.
8 ♀ Noua bella elegit "Dominus, & portas hoſtium ipſe ſub
uertit: clypeus & haſta ſi apparuerunt in quadraginta
millibus Iſrael.
"Deus.
9 ♀ Cor meum diligit principes Iſrael: qui propria volunta- B
te obtuliſtis vos diſcrimini, benedicite Domino.
10 ♀ Qui aſcenditis ſuper nitentes "aſinos, & "ſedetis ſuper in
iudicio, & ambulatis in via, loquimini.
"aſinas, "ſedetis ſuper iudicium,
11 ♀ Vbi colliſi ſunt currus, & hoſtium ſuffocatus eſt exercitus, ibi narrentur iuſtitiæ Domini, & "clementiæ fortis Iſ
rael: tunc deſcendit populus Domini ad portas, & obti-
nuit principatum.
"clemẽtia in fortes
12 ♀ Surge, ſurge Debora, ſurge, ſurge, & loquere canti-
cum: ſurge Barac, & apprehende captiuos tuos filij Abi-
noem.
13 ♀ Saluatæ ſunt reliquiæ populi, Dominus in fortibus dimi
cauit.
14 ♀ Ex Ephraim deleuit eos in Amalec, & poſt eum ex Bẽ-
iamin in populos tuos ô Amalec: de Machir principes
deſcenderunt, & de Zabulon qui exercitum ducerẽt ad
bellandum.
15 ♀ Duces Iſſachar fuere cũ Debora, & Barac veſtigia ſunt ſe
cuti, qui quaſi in præceps ac barathrũ ſe diſcrimini de-
dit: diuiſo contra ſe Ruben, magnanimorum reperta eſt
conten-



contentio.
♀ Quare habitas inter duos terminos, vt audias ſibilos gre 16
C gum? diuiſo contra ſe Ruben, magnanimorum reperta
eſt contentio.
♀ Galaad trans Iordanem quieſcebat, & Dan vacabat na 17
uibus: Aſer habitabat in litore maris, & in portubus mo
rabatur.
♀ Zabulon verò & Nephthali obtulerunt animas ſuas 18
morti in regione Merome.
♀ Venerunt reges & pugnauerunt, pugnauerunt reges 19
Chanaan in "Thane, iuxta Aquas-Mageddo, & tamen
nihil tulere prædantes.
"Tanach,
♀ De cælo dimicatũ eſt contra eos: ſtellæ manẽtes in ordi 20
ne & curſu ſuo, aduerſus Siſarã pugnauerunt.
♀ Torrens-ciſon traxit cadauera eorum, Torrens-cadu- 21
mim, Torrens-ciſon; conculca anima mea robuſtos.
♀ Vngulæ equorum ceciderunt, fugientibus impetu, & per 22
præceps ruentibus fortiſsimis hoſtium.
♀ Maledicite Terræ Meroz, dixit angelus Domini, male- 23
dicite habitatoribus eius, quia non venerunt ad auxiliũ
Domini, in adiutorium fortiſsimorum eius.
D ♀ Benedicta inter mulieres Iahel vxor Haber Cinęi: & be 24
nedicatur in tabernaculo ſuo.
♀ Aquam petenti lac dedit, & in phiala principum obtulit 25
butyrum.
♀ Siniſtram manum miſit ad clauum, & dextrã ad fabro- 26
rum malleos, percuſsitque Siſarã quærens in capite vul
neri locum, & tempus validè perforans.
♀ Inter pedes eius ruit, defecit, & mortuus eſt: vol- 27
uebatur ante pedes eius, & iacebat exanimis & mi-
ſerabilis.
♀ Per feneſtram reſpiciens, vlulabat mater eius: & de cœ- 28
naculo loquebatur, Cur moratur regredi currus eius?
quare tardauerunt pedes quadrigarum illius?
♀ Vna ſapientior cæteris vxoribus eius, hæc ſocrui verba 29
reſpondit,
♀ Forſitan nunc diuidit ſpolia, & pulcherrima fœmi- 30
narum eligitur ei: veſtes diuerſorum colorum Siſa-
ræ traduntur in prædam, & ſupellex varia ad ornan-
da colla congeritur.
♀ Sic pereant omnes inimici tui Domine: qui autem 31
diligunt te, ſicut ſol in ortu ſuo ſplendet, ita ruti-
lent.
♀ Quieuitque Terra per quadraginta annos. 32

*cordis.*
*Cur 39 ſediſti inter duos 40 limites, vt audires 41 boatus gregum? 42 ad diuiſiones Ruben magnorum [virorũ] qui erãt decretarij cordis.*
*Gilead citra Iordanem 43 quieuit? & Dan cur apud naues 44 degit? Aſer 45 ſedit in ſtatione nauium apud maria, & in rupturis ſuis 46 manet.*
*Populus Zebulon 47 deuouit vitam ſuam in mortem, ſic & Naphtali 48 in excelſis campi.*
*49 Venerunt reges, & pugnauerunt: tunc pugnauerunt reges Chanaan in Taenach 50 ad aquas Megiddo: at 51 lucrum pecuniæ nullum abſtulerunt.*
*De cælis 52 pugnatum eſt, ſtellæ inquam 53 è ſtationibus ſuis pugnauerunt cum Siſera.*
*Torrens Kiſon 54 deuoluit illos, torrens 55 Kedumim torrẽs: 56 calcabas fortiter ô anima mea.*
*Tunc 57 concuſſæ ſunt 58 vngulæ equorum propter 59 vehementem impetum 60 fortium eius.*
*Maledicite 61 Meros, dixit 62 angelus Domini, omnino maledicite habitatoribus eius, quoniam non adfuerunt 63 auxilio Domino, auxilio inquam Domino 64 cum fortibus.*
*65 Laudetur ſupra mulieres Iael vxor Heber Kenæi; ſupra mulieres 66 in tentorio laudetur.*
*Aquam quum ille peteret, lac illa dedit, 67 in phiala magnatum obtulit 68 butyrum.*
*69 Manum ſuam abſtulit clauo, & dexteram ſuam malleo laborum, percutiens Siſeram, amouit caput eius, 70 vulnerauit & perfodit tempora eius.*
*71 Inter pedes eius incuruatus corruit & iacuit: inter pedes eius inquam incuruatus corruit: quo loco 72 recubuerat, illic corruit 73 interemptus.*
*Mater Siſera per feneſtram 74 proſpiciens eiulat, per cancellos inquam, [dicens] Cur 75 fruſtratur [me] currus eius quo minus veniat? cur tardant 76 rotæ, quadrigarum eius?*
*Sapiẽtes 77 quæq; ex pcipuis mulierib⁹, quæ erãt apud ipſam, 78 reſpõdebãt illi: quin & ipſa ſibi ipſi 79 reddebat verba.*
*80 Annõ inuenerũt & diuidunt ſpolia? 81 cuique militi forti amicã vnã vel duas, prædam veſtium varicolorũ Siſeræ: prædam inquã varicolorum veſtium & acupictorũ, ſed & prædam veſtis varicoloris vtrinq; acupictæ ad colla?*
*Sic 82 pereant omnes hoſtes tui, ô Domine: qui verò diligunt 83 eum [84 ſint] ſicut ſol quum oritur 85 in fortitudine ſua.*
*Porrò terra ipſa 86 ſecura & tranquilla fuit quadraginta annis.*

## SCHOLIA IN CAP. V.

1 Heb. dicendo. 2 Heb. Dum vlciſcitur vltiones in Iſraele, (&) dum ſponte arma ſua ſumit populus, laudate Dominum .i. Dum ſumit pœnas Deus de Iſraele propter peccata, & dum populus ſponte ſua arma ſumit vt ſeſe defendat contra inimicos, quo tempore Dominus addebat illis robur, & animum quãdo volebat eos liberare. quaſi dicat, tempore afflictionis & liberationis, tempore calamitoſo & fœlici, laudate Dominum & gratias illi agite. 3 egreſſus es 4 receſsiſti. i. quum filij Iſrael cœperunt vltra procedere, Domino eos pręcedente, habitatores regionis Idumæorum tremuerunt, etiam cælum fuit obſcuratum & plenum nubibus: hoc eſt principes & duces cœperunt deſpondere animum. Alij interpretantur, etiam principes præ timore adacti ſunt ad lachrymas. 5 .i. in aquam verſi ſunt. 6 vel, ad aduentum Domini .i. filiorum Iſrael cum quibus erat Dominus. 7 ſub. tremuit. q. d. ſi mons cœpit tremere quæ eſt creatura ſine ſenſu: quanto magis homines? 8 ceſſauerant peregrinationes. i. nemo audebat peregre proficiſci. 9 Heb. & euntes per ſemitas. id eſt, peregre proficiſcentes ibant per calles deuios. 10 Deſierant (vel, Deſertæ erant) villæ. i. vrbes non munitæ. 11 ſub. vt eſſem tanquam mater. 12 ſub. Iſrael. i. Quam primum incipiebat colere idola, opprimebatur bello. 13 Heb. (diſperеam) ſi clypeus videbatur aut lancea inter quadraginta millia &c. i. Diſpeream ſi quis inter quadraginta millia hominum auſus erat aſſumere arma. q. d. nullus Iſraelitarum audebat aſſumere arma contra hoſtes: adempto illis à Deo animo, includebant ſeſe in vrbibus ſuis ab hoſte obſeſsis, nec audebant prodire. 14 principes Hebraice dicuntur HOKEKIM, quod habeant poteſtatem legum condendarum. perinde acſi dicat, Ex animo diligo principes qui tam ſtrenue pugnauerunt, liberalique animo ſe expoſuerunt periculo pugnantes cum Iſraele. 15 qui tam ſtrenue (ſiue prompto animo) pugnauerunt vnà cũ populo. i. inter cæteros milites Iſraelitas. 16 (ſub. dico illis,) laudate Dominum. i. hortor vt laudent Dominum quod animũ illis reſtituerit. 17 Equitãtes aſinas albas. vel, Qui aſcenditis, &c. O vos mercatores qui equitatis aſinas albas quæ in pretio habentur. 18 Heb. qui habitatis iuxta Middin. i. qui eſtis vicini loco illi qui infeſtabatur frequẽtia hoſtium. Middin aliquando nomen vrbis, vt in Ioſue legimus, cap. 15: aliquando nomen viæ, vt hic. 19. i. qui ſoletis pedites facere iter. 20 loquimini. i. gratias agite Deo quod liceat vobis libere ire. 21 Propter ſtrepitum ſagittantium in locis in quibus hauriri ſolet aqua. i. Propter ſtrepitũ hoſtium ſagittantiũ qui iam ſopitus eſt, nec amplius auditur, &c. 22 narrent iuſtitias Domini (& iuſtitias) villarum eius, &c. q. d. quotquot egrediuntur ad hauriendam aquam, dicant Dominum fuiſſe iuſtiſsimum qui perdiderit illos: narrent præterea iuſtitiam Domini qui effecit vt filij Iſrael poſtea ſine timore habitent in villis: qui reſtituit Iſraeli villas ſuas quas antea non audebant inhabitare præ metu hoſtium ſuorum. 23 ſuperato ſcilicet Siſara. 24 deſcendit populus Dom. in portas, vt ſcilicet egrederetur vrbem: quaſi dicat, licuit populo ſine vllo periculo hoſtis & timore egredi vrbem, qui prius propter metum continebantur. 25 vel, Surge, ſurge Debora,



ſurge,

ſurgo, ſurge, &c. quaſi dicat, Excitare velociter ô Barac, ad laudandum etiam Dominum: quoniã ab eo adiutus, multos captiuos abduxiſti. 26 loquere, id eſt, lauda Dominum. 27 abduc (vel, deducito) captiuitatem tuam, id eſt, captiuos tuos deducito in triumphũ, quos cepiſti ope Domini. 28 dominari fecit (Dominus) ſuperſtites in clariſsimos populi, Dominus dominari fecit in fortes, id eſt, Iſraelitas quos in eo bello ſeruauerat Dominus, dominari fecit in admirabiles & clariſsimos bellatores populi Siſarę: Dominus inquam dominari fecit filios Iſrael in fortes, id eſt, fecit eos ſuperiores fortibus illis qui erant cum ipſo Siſara. 29 id eſt, Ioſue princeps & dux tribus Ephraim ſuperauit Amalecitas: & ſane futuro tẽpore vincet, tempore ſcilicet Saulis. Deeſt verbum apud Hebræos, pugnauit, vel dominatus eſt. De Ephraim, (qui) radix illorũ (erat,) dominatus eſt in Amalec, id eſt, expugnauit Amalecitas. 30 ſubaudi, ô Ephraim. 31 Beniamin (ſubaudi, pugnabit) contra populos tuos, id eſt, contra populos à te olim ſuperatos, nempe Amalecitas. Vel vt minus recte alij, vnà cum populis tuis, id eſt, tota tribus, hoc eſt, omnes alij, alacritate bellandi, venit ad bellum ſcilicet. 32 ſubaudi, filijs. Ex (filijs) Machir (qui ſcilicet habitabant vltra Iordané,) deſcenderunt. vt ſcilicet ferrent opem fratribus. 33 principes. primates. Legiſlatores dicuntur, quod ipſorum ſit leges condere. 34 qui ducere (ideſt, tractare) ſolebant ſtylum, &c. quaſi dicat, & principes, imo etiam ipſi ſcribæ dediti ſtudijs, ceperunt arma, & venerunt in auxilium fratrum. 35 ſubaudi, deſcenderunt. 36 totam tribum intelligit. 37 (&) etiam Barac in valle coniecit ſe in pedes ſuos, id eſt, tanta alacritate venit in bellum, vt veniret pedes. 38 de diuiſionibus Ruben magnæ ſunt diſceptationes cordis, id eſt, de Rubenitis Iordane ſeparatis ab alijs, vehementer miror quod non venerint vt opem ferrent fratribus ſuis. 39 vel, remanſiſti. 40 ordines ouiũ. vel, inter duas caulas. 41 ſibilos, quaſi dicat, in tam alto otio quam vide res fratres tuos in ingenti eſſe periculo. 42 Eadem verba quæ verſu præcedente, De diuiſionibus (inquam) Ruben magnæ ſunt inquiſitiones (vel, diſceptationes) cordis, id eſt, cogitationes, quaſi dicat, vehementer miror cur huic bello Rubenitæ non adfuerint. 43 vel, remanſit? Interrogatiue, quaſi dicat, non. 44 habitauit? Si (inquit) ille qui manebat vltra Iordanem, venit in auxiliũ: cur Dan præ metu opes ſuas tranſtulit vltra Iordanem? Enumerat eos qui bello nõ interfuerunt. 45 habitauit ad litus (vel, portũ) maris. 46 habitarunt. Rupturas vocat vrbes ſemidirutas. Non habebant Aſeritæ vrbes ſatis munitas, & longe habitabant: ob id non venerunt. 47 expoſuit animam ſuam, id eſt, ſeſe. 48 vel, ſuper altitudines, quaſi dicat, aperto campo, in planitie eminenti pugnauerunt. 49 vt oppugnarẽt ſcilicet Iſraelẽ. 50 (&) iuxta aquas, &c. q.d. venerunt cũ maximo exercitu, vt qui cõplecterẽtur totã regionẽ quæ eſt inter Taenach & Megiddo. vel, oppugnarunt Taenach, poſtea Megiddo. 51 .i. nullã prædã ſunt aſſecuti, quod ſperauerãt. Rectius vertas, fruſtũ argenti nõ accipiebãt. q.d. nemini parcebãt, etiã oblata pro redemptione quacũq; pecunia. 52 pugnauerũt. ſub. ipſi cæleſtes. 53 de ſemitis, &c. q.d. facile filij Iſrael expugnauerũt Siſerã, quoniã cæleſtes pro eis pugnabãt. 54 Heb. ſcopauit. i. more ſcoparum abduxit eos. 55 antiquitatũ. i. torrẽs inquã kiſon qui eſt torrẽs de numero priſcorum. i. antiquus, rapuit eos. q.d. in hoc à Deo ordinatus fuit torrens kiſon vt in eo perirẽt Chananæi. 56 calcaſti (amnem illum) ó anima mea (in) fortitudine. i. ego pedibus meis trãſiui fortiter & viriliter, citraque periculũ. q.d. me vero mulierẽ infirmã non potuit rapere trãſuerſam. 57 contuſæ, quaſſatæ. 58 vel, plantæ, calces. 59 crebras concurſiones. 60 ſub. equitũ. aut equorũ. 61 .i. illi vrbi quæ prælio non interfuit. 62 loquens ſcilicet per me. 63 vel, ad auxiliũ Dñi. 64 contra fortes. ſub. Chananæos qui fortiter pugnabãt cõtra filios Iſrael. 65 Heb. Benedicta ſit. 66 (quæ) in tentorijs (habitabant.) 67 .i. in huiuſmodi cratere in quo bibere ſolẽt nobiles homines. 68 (lac) butyri. i. è quo fuerat expreſſum butyrũ. 69 Heb. Manus eius (ſiniſtræ) ad clauũ, (vel, paxillũ,) & dextera eius ad malleũ laborantiũ (vel, fabrorũ) miſerũt ſeſe, (.i. requiſierũt clauũ & malleũ,) & contudit. 70 perforauit. i. amputauit illi caput poſtquã perfoderat tẽpora eius. 71 Exprimit celeritatẽ mortis. 72 vel, inclinauerat ſeſe. 73 Heb. ſpoliatus. ſub. vita. 74 deſyderio ſcilicet filij. 75 cũctatur. vel, moratur. 76 Heb. pedes (ſub. equorũ trahentiũ) currus eius? 77 Heb. principum eius. i. Mulieres principes ſapientes & prudentes quæ illi famulabãtur. 78 .i. cõſolabãtur illã verbis ſingulæ prudentiores. 79 Heb. reſpõdebat. i. ſeipſam ſolabatur. Verti poteſt, quinetiã ipſa reſpõdebat ſibimetipſi (.i. ſeipſam ſolabatur), his verbis, Nonne, &c. 80 id eſt, Nonne diuidunt ſpolia quæ inuenerunt? 81 Hebraiſmus, puella vna aut duæ puellæ (dabutur) ſingulis: ſpolia colorum ipſi Siſaræ: ſpolia inquam colorum acupicta, (vel, arte gemmaria,) color ex vtraq; parte acupictæ in collum ſpolij. q.d. Spolia colorum, id eſt colorata, infecta & tincta pretioſo colore, referet Siſara, ſpolia inquam exornata arte plumaria, & color. i. veſtes coloratæ, & vtrinque acupictæ erũt in collũ, hoc eſt caput ſpolij. i. ſeparabũtur vt dẽtur principi, nẽpe Siſaræ. Alij, dabũtur collo ſpolij, id eſt principi exercitus. 82 vt ſcilicet perijt Siſara quem mater expectabat victorem. 83 nempe Dominum. Mutatio perſonæ, tertia pro ſecunda. 84 ſiue, (proficiant & ſumant vires.) 85 qui ſcilicet ſubinde lucidior euadit. 86 Hebraiſmus, quieuit.

CAP. VI.

F*Ilij autem Iſrael [iterum] male egerunt in oculis* Domini, *tradiditque eos* Dominus *in manum* Midian *ſeptem annis.* 1 *Inualuit ergo manus* Madianitarum *contra* Iſraelitas: *ita vt facerent ſibi filij* Iſrael *metu* Madianitarum 2 *in montibus receptus [quò confluerent,]* 3 *ſiros quoque, &* 4 *arces.* Nam *quum ſeminaſſet* Iſrael, *aſcendebant* Madianitæ *&* Amalecitæ, 5 *Orientales quoque, pariter inquam aſcendebant aduerſus* 6 *eum. Caſtraque ponentes contra* 7 *eos vaſtabant prouentum telluris vſque dum venias* 8 Aſa: *nullum victum fecerunt reliquum* Iſraelitis, *neque in pecudibus, neque in bobus, neque in* Aſinis. Nam *aſcendebant & ipſi, & pecora eorum, veniebantque cum tentorijs ſuis, idque magna multitudine inſtar locuſtarum, vt non eſſet numerus ipſorum & camelorum ipſorum,* 9 *veniebantque in terram, vt vaſtarẽt eam.* Et *attenuatus eſt* Iſrael *vehementer* 10 *à* Madianitis, 11 *clamaueruntque filij* Iſrael *ad* Dominum. Factum *ergo eſt quum* 12 *clamarent filij* Iſrael *ad* Dominum *propter* Madianitas, Miſit Dominus 13 *prophetam quendam ad filios* Iſrael, *qui ait ad eos,* 14 *Sic dicit* Dominus Deus Iſrael, Ego *eduxi vos de* AEgypto, *& eduxi vos de domo ſeruitutis, ego liberaui vos de manu* AEgyptiorum, *& de manu omnium qui vos afflixerunt, & eieci eos ante faciem veſtram, dedique vobis terram eorum.* Et *dixi ad vos,* Ego *ſum* Dominus 15 Deus *veſter, ne* 16 *metuatis deos* Amorrhæorum, *in quorum terra vos habitatis: ſed nõ obediuiſtis voci meæ.* 17 Venit *autem & angelus* Domini, *& ſedit ſub* 18 *vlmo quæ eſt in* 19 Ophra, 20 *quæque erat* Ioas *patris* Eſri, *cuius filius* Gedeon, *qui triticum in torculari* 21 *exterebat, vt* 22 *abſconderet à* Madianitis. Apparenſque *illi angelus* Domini, *dixit ad eum,* Sit Dominus *tecum vir*

CAP. VI.

Iſraelitę ad idola conuerſi opprimuntur à Madiã ſeptẽ annis.

1 FEcerunt autem filij Iſrael malum in conſpectu Do
mini: qui tradidit illos in manu Madian ſeptem
2 annis, ¶ & oppreſsi ſunt valde ab eis. Fece-
runtque ſibi antra & ſpeluncas in montibus, & muni-
3 tiſsima ad repugnandum loca. ¶ Cumque ſeuiſſet Iſ-
rael, aſcendebat Madian & Amalec, cæterique Orien-
4 talium nationum: ¶ & apud eos figentes tentoria, ſi-
cut erant in herbis cuncta vaſtabant vſque ad introi-
tum Gazæ: nihilque omnino ad vitam pertinens relin-
quebant in Iſrael, non oues, non boues, non aſinos.
5 ¶ Ipſi enim & vniuerſi greges eorum veniebant cum ta-
bernaculis ſuis, & inſtar locuſtarum vniuerſa comple-
bant, innumera multitudo hominum, & camelorum
6 quicquid tetigerant deuaſtantes. ¶ Humiliatuſque eſt
7 Iſrael valde in conſpectu Madian: ¶ Et clamauit ad Do-
8 minum poſtulans auxilium contra Madianitas. ¶ Qui
miſit ad eos virum prophetam, & locutus eſt, Hæc dicit B
Dominus Deus Iſrael, Ego vos feci conſcendere de
9 AEgypto, & eduxi vos de domo ſeruitutis, ¶ & li-
beraui de manu AEgyptiorum, & omnium inimico-
rum qui affligebant vos: eiecique eos ad introitum
10 veſtrum, & tradidi vobis Terram eorum. ¶ Et di-
xi, Ego Dominus Deus veſter, ne timeatis deos A-
morrhæorum, in quorum Terra habitatis. Et nolui-
11 ſtis audire vocem meam. ¶ Venit autem angelus
Domini, & ſedit ſub quercu quæ erat in Ephra, &
pertinebat ad Ioas patrem familiæ Ezri. cumque Ge-
deon filius eius excuteret atque purgaret frumenta
12 in torculari, vt fugeret Madian, ¶ Apparuit ei an-
gelus Domini, & ait, Dominus tecum virorum C
fortiſsime.

Angelus Apparet Gedeoni.



Gedeon queritur Deo Iſraelẽ tradi Madianitis

fortiſsime. ¶ Dixitque ei Gedeon, Obſecro mi Domine, 13
ſi Dominus nobiſcum eſt, cur ergo apprehenderũt nos
hęc omnia? vbi ſunt mirabilia eius quę narrauerũt patres
noſtri, atque dixerunt, De AEgypto eduxit nos Domi-
nus? Nunc autem dereliquit nos Dominus, & tradidit
in manus Madian. ¶ Reſpexitque ad eum Dominus, & 14
ait, Vade in hac fortitudine tua, & liberabis Iſrael de ma-
nu Madian: ſcito quòd miſerim te. ¶ Qui reſpon- 15
dens ait, Obſecro mi Domine in quo liberabo Iſrael?
ecce familia mea infima eſt in Manaſſe, & ego minimus in
domo patris mei. ¶ Dixitque ei Dominus, Ego ero tecum, 16
& percuties Madian quaſi vnum virum. ¶ Et ille, Si 17
inueni, inquit, gratiam coram te, da mihi ſignum quòd
tu ſis qui loqueris ad me, ¶ Nec recedas hinc, donec 18
reuertar ad te portans ſacrificium, & offerens tibi. Qui
reſpondit, Ego præſtolabor aduentum tuum. ¶ In- 19
greſſus eſt itaque Gedeon, & coxit hœdum, & de fa-
rinæ modio azymos panes: carneſq; ponens in caniſtro,
& ius carnium mittens in ollam, tulit omnia ſub quercu
& obtulit ei. ¶ Cui dixit angelus ^Domini, Tolle 20
carnes & azymos panes, & pone ſupra petram illam, &
ius deſuper funde. ¶ Cumque feciſſet ita, extendit 21
angelus Domini ſummitatem virgæ quam tenebat in
manu, & tetigit carnes & panes azymos: aſcendit-
que ignis de petra, & carnes azymoſque panes con-
ſumpſit: angelus autem Domini euanuit ex oculis eius.
¶ Videnſque Gedeon quòd eſſet angelus Domini, ait, 22
Heu mi Domine Deus: quia vidi angelum Domini
facie ad faciem. ¶ Dixitque ei Dominus, Pax tecum: 23
ne timeas, non morieris. ¶ AEdificauit ergo ibi Ge- 24
deon altare Domino, vocauitque illud, Domini-pax,
vſque in præſentem diem. Cumque adhuc eſſet in Ephra
quæ eſt familiæ Ezri, ¶ nocte illa dixit Dominus ad eum, 25
Tolle taurum patris tui, & alterum taurum annorum ſe-
ptem, deſtrueſque aram Baal quæ eſt patris tui: & ne-
mus quod circa aram Baal eſt, ſuccide: ¶ Et ædifica- 26
bis altare Domino Deo tuo in ſummitate petræ huius,
ſuper quam ante ſacrificium poſuiſti: toleſque taurum
ſecundum, & offeres holocauſtum ſuper ſtruem ligno-
rum quæ de nemore ſuccideris. ¶ Aſſumptis ergo Ge- 27
deon decem viris de ſeruis ſuis, fecit ſicut præceperat ei
Dominus. timens autem domum patris ſui, & homines
illius ciuitatis, per diem noluit facere, ſed omnia no-
cte compleuit. ¶ Cumque ſurrexiſſent viri oppidi 28
eius mane, viderunt deſtructam aram Baal, lucumque
F ſucciſum, & taurum alterum impoſitum ſuper altare
quod tunc ædificatum erat. ¶ Dixeruntque adinui- 29
cem, Quis hoc fecit? Cumque perquirerent authorem
facti, dictum eſt, Gedeon filius Ioas fecit hæc omnia.
¶ Et dixerunt ad Ioas, Produc filium tuum huc, vt moria- 30
tur: quia deſtruxit aram Baal, & ſuccidit nemus. ¶ Qui- 31
bus ille reſpondit, Nunquid vltores eſtis Baal, vt pugnetis
pro eo? qui aduerſarius eſt eius, moriatur antequam lux
craſtina veniat. ſi deus eſt, vindicet ſe de eo qui ſuffodit
arã eius. ¶ Ex illo die vocatus eſt Gedeon, Ierobaal: eo 32
quòd dixiſſet Ioas, Vlciſcatur ſe de eo Baal, qui fodit arã
eius. ¶ Igitur omnis Madian & Amalec, & Oriẽtales po- 33
puli congregati ſunt ſimul. & tranſeuntes Iordanem ca-
ſtrametati ſunt in Valle-Iezrael. ¶ Spiritus autem Domi 34
ni induit Gedeon, qui clangens buccina cõuocauit domũ
Abiezer, vt ſequeretur ſe. ¶ Miſitq; nũtios in vniuerſum 35
Manaſſen, qui & ipſe ſequutus eſt eum: & alios nuntios in
Azer & Zabulon & Nephthali, qui occurrerunt ei. ¶ Di 36
xitque Gedeon ad ^Dominum, Si ſaluũ ^facis per manũ
meam populum Iſrael, ſicut locutus es, ¶ ponã hoc vel- 37
lus lanæ in area: ſi ros in ſolo vellere fuerit, & in omni
terra ſiccitas, ſciam quòd per manũ meam, ſicut locutus
es, liberabis Iſrael. ¶ Factumq; eſt ita. & de nocte cõſur- 38
gens expreſſo vellere, concham rore impleuit. ¶ Dixitq; 39

Mittit Deus Gedeonem vt liberet Iſraelem. 1. Reg. 12. b.

Signum à Deo petit Gedeon quo certus ſit ſe ab eo mitti. D

Gedeon offert Deo holocauſtũ, quod ignis totum abſumit. ^Dei.

Timet Gedeon quod angelum facie ad faciem viderit. Altare. E

Iubetur Gedeõ euertere aram Baal & altare Deo cõſtruere.

Ioas pater Gedeonis callidè ſaluti filij ſui conſulit.

Gedeõ Ierobaal dictus.

Spiritu Dei indutus Gedeon procedit ad bellum. G

^Deum, ^facies. Fides eius in promiſsionem Dei, ſigno in vellere, corroboratur.

*fortiſsime.* Cui *reſpondit* Gedeon, Mi *domine,* 23 *ſi* Dominus *eſt nobiſcum, cur nobis vniuerſum iſtud accidit? & vbi ſunt omnia miracula eius, quæ* 24 *narrauerunt nobis patres noſtri hiſce verbis,* Annon *ex* AEgypto *eduxit nos* Dominus? 25 Nunc *verò dereliquit nos* Dominus, *& tradidit nos in manum* Madianitarũ. Et *reſpiciens ad eum* 26 Dominus, *dixit,* Vade 27 *in hac virtute tua, & ſeruabis* Iſraelem *de manu* Madianitarum: 28 *annon ego miſi te?* Qui *reſpondit ei,* Mi Domine, *quo ſeruabo* Iſraelem? 29 *tribus mea millenaria tenuis eſt in* Manaſſe; *& ego quoque* 30 *paruus ſum in domo patris mei.* Et *dixit ad eum* Dominus, 31 Quia *ego ero tecum, percutieſque* Madianitas 32 *tanquam virum vnum.* Cui *ille reſpondit,* Quæſo 33 *ſi impetraui gratiã coram te, ede mihi ſignum quòd tu* 34 *locutus ſis mecum,* Ne *recedas quæſo hinc donec ad te rediero, &* 35 *eduxero ſacrificium meum cibarium, & ponam illud ante te.* Qui *ait,* Ego *manebo donec redieris.* Ingreſſus *itaque* Gedeõ *parauit hædum ex capris, &* 36 *epha farinæ, placentas infermentatas cũ carne poſuit in caniſtro, ius verò carnium in olla: quumque hæc* 37 *ad illum extuliſſet, obtulit ei ſub vlmo.* Et *dixit ad illum angelus* Dei, Tolle *carnem & placentas infermentatas, & repone ea ſuper* 38 *petram iſtam, &* 39 *effunde ius. & ille ſic fecit.* Et *mittens angelus* Domini *extremitatem baculi quẽ manu tenebat, tetigit carnem & panes infermentatos, aſcenditque ignis de petra, & abſumpſit carnem & placentas infermentatas: angeluſque* Domini *abijt à conſpectu eius.* 40 Et *videns* Gedeon *quod angelus* Domini *eſſet, ait,* Ah Domine Deus 41 *vidi angelum* Domini *facie ad faciem.* Et *dixit ad eum* 42 Dominus, Pax *tibi, ne timeas, non morieris.* Et *ædificans ibi* Gedeon *aram* Domino; *vocauit eam* 43 Dominus pax: *quæ durat in hunc vſque diem in* Oprath 44 *patris* Eſri. Factumque *eſt* 45 *eadem nocte vt* Dominus *diceret ad eum,* Accipe *iuuencum* 46 *ex armentis patris tui, &* 47 *alium iuuencum* 48 *ſeptem annorum, & dirue aram* Baal *quam habet pater tuus:* lucum *quoque qui eſt iuxta eam ſuccide.* Et *extrue aram* Domino Deo *tuo in vertice* 49 *huius rupis* 50 *in loco apto: tollenſque iuuencum* 51 *alium, ſacrifica eum in holocauſtum* 52 *ſuper ligna luci, quem ſuccides.* Accepit *itaque* Gedeon *decem viros ex ſeruis ſuis, & fecit quemadmodum iuſſerat eum* Dominus. *metuẽs autem id facere interdiu, ob domum patris ſui, & ob homines illius ciuitatis, fecit nocte.* Mane *quum ſurrexiſſent homines illius ciuitatis, ecce ara* Baal *erat diruta; lucuſque iuxta ipſam ſucciſus, iuuencus quoq; ſecundus in holocauſtum ſacrificatus ſuper ara extructa.* Dixerunt *ergo alter ad alterum,* Quis *fecit rem iſtã?* Et *quum* 53 *inquirerent & interrogarent,* 54 *dixerunt,* Gedeon *filius* Ioas *fecit hanc rem.* Ciues *ergo illius ciuitatis dixerunt ad* Ioas, Educ *filium tuum vt interficiatur, quoniam deſtruxit aram* Baal, *& lucum qui fuit iuxta eam ſuccidit.* Reſpondit Ioas *omnibus illis qui iuxta ſe ſtabant,* Num *vos* 55 *agetis cauſam* Baal? 56 *voſne ſeruabitis ipſum? quicunque* 57 *egerit cauſam* Baal, 58 *antequam luceſcat, moriatur. ſi deus eſt,* 59 *vindicet ſeſe de eo qui diruit aram eius.* Vocatus *eſt itaque illo die* Ierubaal: *eo quòd dixiſſet,* 60 Vindicet *ſeſe* Baal *de eo qui diruit aram eius.* Vniuerſi *autẽ* Madianitæ, Amalecitæ *&* Orientales *congregati ſunt pariter: &* 61 *tranſeuntes, caſtra poſuerunt in valle* Iiſreel. Spiritus *autem* Domini *induit* Gedeonem, *& cum cornu claſsicum ceciniſſet,* 62 *vocatus eſt* Abieſer *vt ſequeretur eum.* Miſit *præterea nuntios ad vniuerſum* Manaſſen; *qui* 63 *& ipſe vocatus, ſequutus eſt eum. deinde miſit nuntios ad* Aſer, Zebulon *&* Naphtali, *qui aſcenderunt* 64 *illis obuiam.* Et *dixit* Gedeon *ad* Deum, Seruabiſne Iſraelem *per manum meam, ſicut locutus es?* En *ego ponam vellus lanigerum in area: quòd ſi ros fuerit duntaxat in vellere, reliqua humo ſicca manente, tunc cognoſcam* 65 Iſraelem *liberandum eſſe per manum meam quemadmodum loquutus es.* Atque *ita factum eſt: nam quum poſtero die mane ſurgeret,* 66 *excutiens vellus illud, expreſſit rorem ex vellere phialam plenam aqua.* Ait *autem*

*Gedeon rurſus ad Deum, Ne quæſo excandeſcat ira tua aduerſum me, 67 ſi adhuc ſemel loquar. 68 nam tentabo adhuc ſemel illo vellere: ſit quæſo ſiccitas in ſolo vellere, & ſuper vniuerſam terram ſit ros. Fecitq; Deus ſic nocte iſta: nam fuit ſiccitas in ſolo vellere, & in omni terra fuit ros.*

rurſus ad[a] Dominum, Ne iraſcatur furor tuus contra me ſi
adhuc ſemel tentauero, ſignum quærens in vellere, Oro
vt ſolum vellus ſiccum ſit, & omnis terra rore madens.
40 ♀ Fecitque[b] Dominus nocte illa vt poſtulauerat: & fuit
ſiccitas in ſolo vellere, & ros in omni terra.

[a] Deum,
[b] Deus,

## SCHOLIA IN CAP. VI.

1 .i. Superiores fuerunt Iſraelitis. 2 antra illa quæ erant (vel, viſuntur) in montibus. Speluncas intelligit quæ habent os quà lumen ingreditur. 3 ſpeluncas. 4 loca munita. 5 Heb. filij quoque kedem. i. Orientales. 6 ſub. Iſraelem. 7 nempe Iſraelitas. 8 ſiue, in Gazam: 9 vel, inuadebantq; terram, 10 propter Madianitas, .i. propter incurſiones Madianitarum frequentes. 11 vel, tandem ingemuerunt. 12 ingemiſcere cepiſſent. 13 Heb. dicunt fuiſſe Phinees. 14 .i. Verba ſunt Domini quæ dicturus ſum vobis. 15 .i. quē colere debetis. 16 Hoc eſt, reuereamini. 17 pro, Miſit & angelum ſuum Dominus, 18 vel, quercu. 19 Eſt & alia Ophra in tribu Beniamin. 20 quæ erat Ioas Abiezeritæ. i. quæ ſpectabat ad Ioas qui erat de familia Abiezer. 21 vel, excutiebat flagello. Locus erat amplus in quo erat torcular, & horreū in quo fruges reponebantur. 22 Heb. fugere faceret ad aduentum Madianitarum: hoc eſt vt eo aleret familiam paternam fugientem Madianitas. 23 Heb. eſtne Dominus nobiſcum? quare ergo apprehendit nos totū hoc? 24 vel, narrare ſoliti ſunt 25 Quum nunc deſerat nos 26 .i. angelus Domini. 27 q. d. eſto contentus verbis quæ dixi tibi & virtute quam Dominus tradidit tibi. 28 q. d. nonne ita ſe res habet quod Dominus Deus per me miſit te? ne igitur hæſites, ſed crede. 29 Heb. ſane chilias mea eſt debiliſsima (omnium chiliadum quæ ſunt) in Manaſſe. Chilias mea. i. in qua familia mea enumeratur. 30 minimus ſum. i. infirmiſsimus. 31 q. d. Auxilio meo & virtute diuina ſeruabis populum. 32 .i. tam facile quàm ſolet vinci vnicus. 33 .i. ſi tibi gratus ſum. 34 ſub. verbis vel nomine Domini. 35 reducam munus meum. id eſt offeram. 36 (de) modio 37 Heb. extuliſſet ad illum ſub quercū illam, obtulit. 38 vel, rupē. 39 ſub. ſupra carnem. 40 vel, Timuit ergo Gedeon quod angelus Domini eſſet, dixitque. 41 Heb. nam propterea quod vidi angelum Domini coram. ſub. actum eſt de me. vel, moriturus ſum. 42 .i. angelus Domini. 43 Domini (eſt) pax. i. author eſt ſalutis. 44 (ipſius Ioas) Abiezeritæ. 45 inſequente. 46 Heb. bouis quem pater tuus. ſub. alit. i. taurum illum inſignem iam grandem & adultum quem curat alendum pater tuus vt ſcilicet tandem ſacrificetur idolo Baal. 47 ſecundum. ſub. ab illo: hoc eſt ſecundæ notæ, non ita magnum nec conferendum cum primo. 48 vel, vt Chaldæus paraph. qui à ſeptennio ſaginatur. 49 vel, arcis huius. 50 in planitie ad libellam æquata. 51 ſecundum. 52 cum lignis. 53 inueſtigarent & requirerent. i. cum diligenter perquiſiſſent. 54 illi ſcilicet qui renunciarunt. 55 litigabitis pro Baal? .i. litigare debetis. 56 ſub. an ipſe Baal. 57 Heb. litigabit pro eo .i. Qui tantum ſibi ſumet vt audeat litigare pro eo. 58 Heb. vſque mane. i. craſtina die mane. q. d. interficietur, ſed non ante diem craſtinam. ita Chaldæus paraph. 59 Heb. litiget ſibi: quoniam ſubuertit aram ſuam .i. cauſam ſuam tueatur quod ara eius ſit euerſa. q. d. ſi deus eſt vt vos exiſtimatis, nō eget veſtro patrocinio. 60 Litiget cōtra illū Baal, quod, &c. 61 ſub. Iordanē. 62 cōgregatus eſt .i. adiūxit ſe illi familia Abiezeritarū. 63 aggregatus eſt etiā ipſe poſt eū. 64 qui ſcilicet iā cōgregati erāt. 65 .ꝗ ſeruaturus es Iſraelē. 66 cōprimēs. 67 ſaltē (adhuc) hac vice. vel, certe hac vice. 68 Heb. tentabo nūc tantum.

## CAP. VII.

*Mane conſurgens Ierubaal (qui idem & Gedeon) & omnis populus qui erat cum eo, caſtrametati ſunt iuxta 1 En-harod, caſtra autem Madianitarum erant illis à Septentrione 2 à colle More in valle. Dixitque Dominus ad Gedeonem, 3 Populus qui tecum eſt, maior eſt quàm vt tradam Madianitas in manum eorum: ne fortè glorietur Iſrael contra me, dicatque, 4 Manus mea liberauit me. Clama igitur audiente populo, & dic, 5 Qui timidus eſt aut formidoloſus, reuertatur, Summoque mane abeat 6 à monte Gilead. & 7 reflexerunt ex populo viginti duo millia, relictis decem millibus. Et dixit Dominus ad Gedeonem, Adhuc populus multus eſt, deduc eos ad aquas, & illic 8 ſeparabo tibi: de quocunque dixero tibi, Is tecum ibit: tecum eat. de quocunque verò dixero, Is non proficiſcetur tecum: ne proficiſcatur. Deduxit itaque populum ad aquas, & ait Dominus ad Gedeonem, Quicunque lingua ſua lamberit aquas quemadmodum canis lambit, eum ſeorſum ſtatues: & omnem qui procumbet pronus ſuper genua ſua 9 vt bibat. Fuerunt ergo lambentium aquam manu ad os admota: numero trecenti viri, totus verò reliquus populus curuatis genibus ſuis aquam bibebat. Et ait Dominus ad Gedeonem, Trecentis iſtis viris qui 10 lamberunt ſeruabo vos, tradamque Madianitas in manum tuam: omnis autem 11 populus abeat, quiſque ad locum ſuum. Sumpſerunt itaque populus viaticum in manus ſuas, & 12 cornua ſua, dimiſitque omnes Iſraelitas, quemque ad tentoria ſua, & retinuit trecentos illos viros: caſtra autem Madianitarum erant 13 ei infra in valle. Factumque eſt 14 nocte illa vt Dominus ei diceret, Surge, deſcende 15 in caſtra: quoniam tradidi ea in manum tuam. Quòd ſi 16 deſcēdere times, deſcende tu & Pura 17 puer tuus ad caſtra. 18 Audies enim quid iſti loquantur, & tum corroborabuntur manus tuæ, 19 vt in caſtra deſcēdas. deſcendit itaq; ipſe & Pura puer eius 20 ad armatos qui erāt in finibus caſtrorū [excubātes.] Madian autē & Amalec, & omnes Orientales iacebant fuſi in valle inſtar locuſtarum 21 multi, & cameli eorum innumeri erant, 22 & multi veluti arena quæ*

1 IGitur Ierobaal qui & Gedeō, de nocte conſurgens, &
omnis populus cum eo, venit ad fontem qui vocatur
Harad. erat autem caſtra Madian in valle ad Septen-
2 trionalem plagam collis excelſi. ♀ Dixitq; Dominus ad
Gedeon, Multus tecū eſt populus, nec tradetur Madiā in
manus eius: ne glorietur cōtra me Iſrael, & dicat, Meis vi-
3 ribus liberatus ſum. ♀ Loquere ad populū, & cunctis au-
dientibus prædica, Qui formidoloſus & timidus eſt, reuer
tatur. Receſſeruntq; de monte Galaad, & reuerſi ſunt ex
populo viginti duo millia virorū, & tantū decē millia re-
4 manſerūt. ♀ Dixitq; Dominus ad Gedeon, Adhuc popu-
lus multus eſt: duc eos ad aquas, & ibi probabo illos: & de
quo dixero tibi vt tecū vadat, ipſe pergat: quē ire prohi-
5 buero, *reuertatur. ♀ Cumque deſcendiſſet populus ad
aquas, dixit Dominus ad Gedeō, Qui manu & lingua lā-
buerint aquas, ſicut ſolēt canes lābere, ſeparabis eos ſeor-
ſum, ꝗ autē curuatis genibus biberint, in altera parte erūt.
6 ♀ Fuit itaq; numerus eorū qui manu ad os proijciēre, lā-
buerāt aquas, trecenti viri: omnis autē reliqua multitudo
7 flexo poplite biberat. ♀ Et ait Dominus ad Gedeon, In
trecentis viris qui lambuerunt aquas, liberabo vos, & tra-
dam in manu tua Madian: omnis autē reliqua multitudo
8 reuertatur in locum ſuū. ♀ Sumptis itaque pro numero
cibarijs & tubis, omnem reliquam multitudinem abire
præcepit ad tabernacula ſua: & ipſe cum trecentis viris
ſe certamini dedit. caſtra autem Madian erant ſubter in
9 valle. ♀ Eadem nocte dixit Dominus ad eum, Surge, &
10 deſcende in caſtra: quia tradidi eos in manu tua. ♀ Sin-
autē ſolus ire formidas, deſcendat tecum Phara puer tuus.
11 ♀ Et cum audieris quid loquantur, tunc confortabuntur
manus tuæ, & ſecurior ad hoſtium caſtra deſcendes.
deſcendit ergo ipſe & Phara puer eius in partem ca-
12 ſtrorum, vbi erant armatorum vigiliæ. ♀ Madian
autem & Amalec, & omnes Orientales populi fu-
ſi iacebant in valle, vt locuſtarum multitudo: ca-
meli[a] autem innumerabiles erant, ſicut arena quæ
iacet

Deut. 20. b. 1. Mach. 3. g.

B Probantur ad aquas, quos velit Dominus pergere cū Gedeone.

*ipſe

C Gedeon cū trecentis procedit ad bellū contra Madianitas.

Deſcendit Gedeon in caſtra Madian.

D

[a] quoque



Audita ſomnij interpretatione victoriam omnino ſibi promittit Gedeon.

iacet in litore maris. ♀ Cūque veniſſet Gedeon, narrabat 13
aliquis ſomnium proximo ſuo: & in hunc modū refere-
bat quod viderat, Vidi ſomnium & videbatur mihi quaſi
ſubcineritius panis ex hordeo volui, & in caſtra Madian
deſcendere: cumque perueniſſet ad tabernaculū, percuſ-
ſit illud atq; ſubuertit, & terræ funditus coæquauit. ♀ Re- 14
ſpōdit is cui loquebatur, Nō eſt hoc aliud, niſi gladius Ge
deonis filij Ioas viri Iſraelitæ. tradidit enim Dominus in ma
nus eius Madian, & omnia caſtra eius. ♀ Cumq; audiſſet 15
Gedeon ſomniū, & interpretationem eius, adorauit: & re-
uerſus eſt ad caſtra Iſrael, & ait, Surgite, tradidit enim Do
minus in manus noſtras caſtra Madiā. ♀ Diuiſitq; trecē- 16
tos viros in tres partes, & dedit tubas in manibus eorū, la-
genaſq; vacuas, ac lampades in medio lagenarum. ♀ Et 17
dixit ad eos, Quod me facere videritis, hoc facite: ingre-
diar partem caſtrorū, & quod fecero, ſectamini. ♀ Quādo 18
perſonuerit tuba in manu mea, vos quoq; per caſtrorū cir
cuitū clangite, & conclamate, Domino & Gedeoni. ♀ In- 19
greſſuſque eſt Gedeon, & trecenti viri qui erāt cum eo in
partem caſtrorum, incipientibus vigilijs noctis mediæ, &
cuſtodibus ſuſcitatis, cœperunt buccinis clāgere, & com-
plodere inter ſe lagenas. ♀ Cumque per gyrum caſtrorū 20
in tribus perſonarent locis, & hydrias confregiſſent, te-
nuerunt ſiniſtris manibus lampades, & dextris ſonantes
tubas, clamaueruntque, Gladius Dñi & Gedeonis: ♀ Stātes 21
ſinguli in loco ſuo per circuitum caſtrorū hoſtiliū. omnia
itaq; caſtra turbata ſunt, & vociferantes, vlulanteſq; fu-
gerunt: ♀ & nihilominus inſiſtebant trecēti viri buccinis 22
perſonantes. Immiſitque Dominus gladium in omnibus
caſtris, & mutua ſe cæde truncabant, ♀ fugientes vſque 23
ad[a] Beth-ſeca, & crepidinem Abel-mehula in Tebbath.
Conclamantes autem viri Iſrael de Nephthali & Aſer, &
omni Manaſſe perſequebātur Madian. ♀ Miſitq; Gedeon 24
nuntios in omnem montē Ephraim, dicens, Deſcēdite in
occurſum Madiā, & occupate aquas vſq; Beth-bera atq;
Iordanem. clamauitq; omnis Ephraim, & præoccupauit
aquas atq; Iordanē vſq; Beth-bera. ♀ Apprehēſoſq; duos 25
viros Madiā, Oreb & Zeb: interfecit Oreb in Petra-oreb,
Zeb vero in Torculari-zeb. Et perſecuti ſunt Madiā, ca-
pita Oreb & Zeb portātes ad Gedeō trās flueta Iordanis.

E Gedeoni quem comitabant trecenti viri tradit Deus Madianitas.

F

Pſal. 82. c.

[a] Beth-ſeta,

G

Oreb & Zeb principes occiduntur. Eſa. 10. f. Pſal. 82. c.

*eſt in litore marino. Quumque acceſſiſſet Gedeon, vir quidā recenſebat proximo ſuo inſomnium, & dicebat, Ecce ſomniū ſomniaui, 23 & ecce ſtrepitus panis hordeacei ſeſe deuoluētis ad caſtra Madianitarū, venitq; 24 ad tentorium, & percuſſit illud ita vt caderet, & ſubuertit illud 25 ſuperne, & cecidit tentorium. Reſpōdit proximus eius, & dixit, Nihil hoc aliud eſt niſi gladius Gedeonis fi. ij Ioas Iſraelitæ: tradidit nanque Deus Madianitas in manū eius, & omnia caſtra. Quum verò Gedeon audiſſet enarrationē ſomnij ſimulq; 26 interpretationem eius, 27 adorauit: reuerſuſque in caſtra Iſraelitarum, ait, ∵ Surgite: 28 quoniā tradidit Dominus caſtra Madianitarum in manū veſtrā. Et diſtributis trecētis viris in tres ordines, tradidit cornua in manus ſingulorum, & 29 vacuos cados, in cadorum autem medio faces. Dixit autem ad eos, 30 Me ſpectetis, & ſic agite: ecce ergo, quum venero ad primam partē caſtrorū, quod fecero, hoc idem & vos facite. 31 Quumque cornu claſſicū cecinero ego, omneſq; qui mecū ſunt, & vos cornibus claſſicum canetis per ambitum omniū caſtrorū, diceteſq;, 32 Domino & Gedeoni. Venit itaq; Gedeon, & 33 cū eo centum viri ad primā caſtrorū partem ab initio mediæ vigiliæ, 34 ſubito excitantes vigiles: 35 clangenteſq; cornibus, collidēteſq; cados quos manu ſua [geſtabant.] Clanxerūt itaque tres iſti ordines cornibus, & 36 cōfringebant cados, tenētes ſiniſtra ſua manu 37 faces, dextra verò manū ſuā cornua quibus clangebāt, & clamabāt, 38 Gladius Dñi & Gedeonis. 39 Stabant autē quiſq; ſuo loco per ambitum caſtrorum: concurrerunt autem omnia caſtra vociferātes & fugientes. Trecenti autē illi clangebant cornibus, direxitq; Dominus cuiuſq; gladiū in ꝓximū ſuū, 40 idq; per omnia caſtra. Et fugit turma vſq; ad Beth-ſita in Zeredath, vſq; ad limitē 41 Abel-mehola, 42 & vſq; in Tabbath. 43 Euocati itaque Iſraelitæ de Naphtali, & de Aſer, & de omni Manaſſe, ꝓſequuti ſunt Madianitas. Miſit quoq; Gedeō nūtios ad vniuerſū montē Ephraim hiſce mādatis, Deſcēdite, 44 præuertite Madianitas, & præripite eis aquas vſq; ad Beth-bara & Iordanē. & 43 cōuocati omnes ex Ephraim, 45 ceperūt aquas vſq; ad Beth-bara & Iordanē. Apprehēderūt autē duos pricipes, Madianitarū Oreb & Zeeb, & occiderūt Oreb 46 in petra Oreb, & Zeeb interfecerūt i 47 torculari-Zeeb: inſequuti ſunt autē Madianitas, 48 allatis capitibus Oreb & Zeeb ad Gedeonem trans Iordanē.*

## SCHOLIA IN CAP. VII.

1 vel, fontem Harod. 2 vel, citra collem. 3 .i. Numerus populi. 4 .i. Memet meis viribus me ſeruaui. 5 Heb. Quis timidus eſt & formidoloſus? 6 qui ſcilicet erat in tribu Manaſſe citra Iordanem reſpectu Ieruſalem. 7 reuerſa ſunt. 8 ſecernam. vel, probabo eum. 9 ſub. ſeparabis. 10 vel, lambendo biberunt. 11 ſub. reliquus. 12 vel, tubas ſuas. 13 ſub illo. id eſt, in loco demiſsiore quàm eſſet exercitus Gedeon. 14 nocte inſequente. 15 contra caſtra. ſub. Madianitarum. Inuade caſtra Madianitarū. Deſcendas dicit, quod caſtra Madianitarum eſſent in valle, vt dictum eſt. 16 ſub. vt pugnes. 17 vel, famulus. 18 Vt audias. 19 Heb. & deſcēdas in caſtra .i. vt quum fuerint confortatæ manus tuæ, deſcendas vt oppugnes caſtra. 20 Heb. ad partem armatorum qui erant in caſtris. i. ad partem illam caſtrorum vbi erant armati milites. ſi enim hi qui tam probe armati erant, & in quibus tota ſpes exercitus erat repoſita, tantū ſibi timebant: quo animo eſſent reliqui, facile erat colligere. 21 præ multitudine .i. inſtar immenſæ multitudinis locuſtarum. 22 ſicut (neque) arenę quæ eſt iuxta litus maris, præ multitudine. 23 .i. viſus ſum audire ſtrepitum panis hordeacei voluentis ſe, &c. 24 q. d. ad tentorium elegantiſsimum omniū & fortiſsimum. 25 ab imo ſurſum. 26 Heb. fractionē eius. Metaphora à nuce. i. enucleationem & expoſitionem. 27 .i. Deo gratias egit. ita Chaldęus paraph. ∵ q. d. Rumpite moras, cito capite arma. 28 .i. nam procul dubio traditurus eſt. 29 hydrias vacuas, & tædas (vel, titiones ardentes) intra hydrias. 30 Heb. Ex me videbitis .i. Vt me videbitis facere, ita facite. 31 Clangam enim buccina ego. 32 ſub. ſit vel erit victoria. Vincet Dominus & Gedeon. 33 Heb. centū viri quos ſecum (ducebat,) ad partem caſtrorum, in capite. i. principio. 34 verùm ſuſcitauerant iam. ſub. illi quorum intererat. i. iam excitatis vigilijs qui ſecundæ vigiliæ præerant. 35 clanxeruntque tubis, & ruperunt hydrias quas. 36 vel, quum fregiſſent hydrias apprehenderunt 37 vel, titiones, 38 ſub. vincet inimicos. 39 ſub. illi trecenti .i. Conſtiterunt vt erant. 40 & in vniuerſum exercitum .i. effecit Dominus vt mutua cæde ſe perimerent. 41 Chaldæus paraph. planitiei Mehola. 42 in Tabbath. i. quæ erat in, vel iuxta Tabbath. 43 vel, Congregati. 44 vt occurratis Madianitis, & occupate vada. 45 præoccupauerunt vada. 46 .i. in rupe quæ poſt ſic vocata eſt ab interfecto ibi Oreb. 47 Chaldæus parap. planitie. 48 Hæc per occupationem dicuntur.

## CAP. VIII.

Viri Ephraim in ſurgunt in Gedeonem, quos lenit laudādo eos.

DIxeruntque ad eum viri Ephraim, Quid eſt hoc 1
quod facere voluiſti, vt nos non vocares, cum ad
pugnam pergeres contra Madian? iurgantes for-
titer, & propè vim inferentes. ♀ Quibus ille reſpondit, 2

*EPhraimitæ autem dixerunt ad eum, 2 Quid hoc eſt quod nobis feciſti, vt nos non vocares quum proficiſcereris in prælium contra Madianitas? & vehementer 3 expoſtularunt cum eo. Quibus ille reſpondit, Quid*

*Quid ego nunc feci 4 quod veſtro facto æquari poſsit? annon racematio 5 Ephraim præſtantior eſt vindemiæ Abieſer? Deus tradidit in manus veſtras Oreb & Zeeb principes Madian: 6 quid verò ego facere potuiſſem quod huic facto veſtro ſimile eſſet? Tunc 7 remiſit ſpiritus illorum ab illo quum loqueretur hoc verbum. Venit itaque Gedeon ad Iordanem, vt trãſiret ipſe & trecenti viri qui erant cum eo, 8 fatigati quidem & inſequentes. Et dixit ad ciues Succoth, Date quæſo populo 9 qui comitatur me 10 globos panum: 11 laſsi enim ſunt: vt ego perſequar Sebah & Zalmuna reges Madianitarum. 12 Reſpõderunt autem primores vrbis Succoth, Num 13 vola Sebah & Zalmuna iam eſt in manu tua, vt demus exercitui tuo panes? Gedeon ait, Quum 14 igitur Dominus tradiderit Sebah & Zalmuna in manum meam, ⁛ atteram carnem veſtram ſpinis ac tribulis deſerti. Aſcendit autem illinc in Pnuel, loquutuſque eſt ad eos eiſdem verbis. Et reſponderunt ei ciues Pnuel quemadmodum reſponderant ciues Succoth. Dixit autem & ad ciues Pnuel in hanc ſententiam, Quũ reuerſus fuero 15 ſaluus, diruam turrim iſtam. Erant autem Sebah & Zalmuna in 16 Carcoc, habentes ſecum caſtra ſua circiter quindecim millia [virorum,] qui omnes reliqui fuerant ex vniuerſis caſtris Orientalium: 17 quum cecidiſſent centum & viginti millia virorum, ſtringentium gladiũ. Et aſcendens Gedeon per viã eorum qui degebant in tentorijs ab Orientali plaga Noba & Iagbeha, percuſsit exercitum: 18 erat enim exercitus ſecurus. Et quum fugerent Sebah & Zalmuna, inſequutus eſt eos, apprehenſiſque duobus regibus Madianitarum Sebah & Zalmuna, 19 diſturbauit vniuerſum exercitum. Et reuerſus eſt Gedeon filius Ioas è prælio 20 à loco accliui ad Orientalem plagam. Cepit autem puerum quendam ex ciuibus Succoth, & 21 interrogans eum, 22 annotauit illi primores Succoth & ſeniores eius, nempe ſeptuagintaſeptem viros. Ingrediens autem ad ciues Succoth, dixit, En [vobis] Sebah & Zalmuna, 23 qui mihi inſultando dixiſtis, Num vola Sebah & Zalmuna nunc eſt in manu tua, 24 vt demus panes ſocijs tuis defatigatis? Accepit itaque ſeniores ciuitatis, ſpinas atque tribulos deſerti, & 25 docuit illis ciues Succoth. Turrim quoque Pnuel diruit, & interfecit ciues vrbis. Dixit autem ad Sebah & Zalmuna, 26 Quales fuerunt viri illi quos interfeciſtis in Thabor? Et reſponderunt, 27 Tibi ſimiles erant illi, vnus forma ſimilis regis filijs. Et dixit, Fratres mei fuerunt, & 28 filij matris meæ: viuit Dominus, ſi viuos ſeruaſſetis eos, non trucidarem vos. Dixit ergo ad Iether primogenitum ſuum, Surge, trucida eos. puer autem non diſtrinxit gladium ſuum, 29 meticuloſus nempe, quia puer. Et ait Sebah & Zalmuna, Surge tu, & irrue in nos: 30 vt enim vir eſt, [ſic] eſt fortitudo eius. ſurgens itaque Gedeon, interfecit Sebah & Zalmuna, tulitque 31 oreas bullatas quæ erant in collis camelorum eorum. Dixerunt verò Iſraelitæ ad Gedeonem, 32 Imperita nobis, & tu & filius tuus atque nepos tuus: quoniam liberaſti nos de manu Madianitarum. Gedeon autem reſpondit illis, Non imperitabo ſuper vos, neque filius meus imperitabit vobis, Dominus 33 imperitabit vobis. Et dixit ad eos Gedeon, Poſtulationem à vobis poſtulo, vt detis mihi quiſque inaurem è ſpolio ſuo: (34 habebant enim inaures aureas cum eſſent Iſmaelitæ.) Et reſponderunt, Omnino dabimus. & expandentes veſtem, proiecerunt illuc quiſque inaurem ex ſpolio ſuo. Fuitque pondus inaurium aurearum quas poſtulauerat, mille & ſeptingentorum 35 aureorũ, præter 36 bullas & 37 collaria, veſteſque purpureas, quas habuerant reges Madian, & præter torques quæ fuerant in collis camelorum ipſorum. Fecit autem Gedeon ex illis ephod, & repoſuit illud in ciuitate ſua Ophra. ſcortatique ſunt 38 poſt ipſum omnes Iſraelitæ in loco iſto, & factum eſt ipſi Gedeoni & domui eius in offendiculum. Subactus eſt itaque Madian coram filijs Iſrael, nec amplius erexerunt caput ſuum, 39 quieuitque terra quadraginta annis in diebus Gedeonis. Abiens igitur Ierubaal filius Ioas, habitauit in domo ſua. Habuit autem*

Quid enim tale facere potui, quale vos feciſtis? nonne
3 melior eſt racemus Ephraim, vindemijs Abi-ezer? ♀ In
manus veſtras ᵃDominus tradidit principes Madiã, Oreb
& Zeb: quid tale facere potui, quale vos feciſtis? Quod
cum locutus eſſet, requieuit ſpiritus eorum, quo tume-
4 bant contra eum. ♀ Cumque veniſſet Gedeon ad Ior-
danem, tranſiuit eum cum trecentis viris qui ſecum erant:
5 & præ laſsitudine, fugientes perſequi non poterãt. ♀ Di-
xitque ad viros Socoth, Date, obſecro, panes populo qui
mecum eſt, quia valde defecerunt: vt poſsimus perſequi
6 Zebee & Salmana reges Madiã. ♀ Reſponderũt principes
Socoth, Forſitan palmæ manuum Zebee & Salmana in
manu tua ſunt, & idcirco poſtulas vt demus exercitui
7 tuo panes. ♀ Quibus ille ait, Cum ergo tradiderit Do-
minus Zebee & Salmana in manus meas, ⁓& cum reuer-
ſus fuero victor in pace, conteram carnes veſtras cũ ſpi-
8 nis, tribuliſque deſerti. ♀ Et inde conſcendens, venit in
Phanuel: locutuſque eſt ad viros loci illius ſimilia. Cui &
9 illi reſponderunt ſicut reſponderant viri Socoth. ♀ Dixit
itaque eis, Cum reuerſus fuero victor in pace, deſtruam
10 turrim hanc. ♀ Zebee autem & Salmana requieſcebãt cũ
omni exercitu ſuo. Quindecim enim millia viri remanſe-
rãt ex omnibus turmis Orientalium populorũ, cæſis cen-
tum viginti millibus bellatorum, & educentiũ gladium.
11 ♀ Aſcendenſque Gedeõ per viam eorum qui in taberna-
culis morabantur ad Oriẽtalem partem Nobe, & Iegbaa,
percuſsit caſtra hoſtium, qui ſecuri erant, & nihil aduerſi
12 ſuſpicabantur. ♀ Fugeruntque Zebee & Salmana, quos
perſequens Gedeon cõprehendit, turbato omni exercitu
13 eorũ. ♀ Reuertenſque de bello ante ſolis ortum, ♀ appre-
14 hẽdit puerum de viris Socoth: interrogauitque eum no-
mina principum & ſeniorum Socoth, & deſcripſit ſeptua-
15 gintaſeptẽ viros. ♀ Venitque ad Socoth, & dixit eis, En
Zebee & Salmana ſuper quibus exprobraſtis mihi, dicen-
tes, Forſitã manus Zebee & Salmana in manibus tuis ſunt,
& idcirco poſtulas vt demus viris qui laſsi ſunt & defece-
16 runt, panes. ♀ Tulit ergo ſeniores ciuitatis, & ſpinas
deſerti ac tribulos, & contriuit cum eis, atque comminuit
17 viros Socoth. ♀ Turrim quoque Phanuel ſubuertit, oc-
18 ciſis habitatoribus ciuitatis. ♀ Dixitq; ad Zebee & Salma
na, Quales fuerũt viri quos occidiſtis in Thabor? Qui re-
ſponderunt, Similes tui, & vnus ex eis quaſi filius regis.
19 ♀ Quibus ille reſpondit, Fratres mei fuerunt, filij matris
meæ. viuit Dñs, quia ſi ſeruaſſetis eos, non vos occiderẽ.
20 ♀ Dixitque Iether primogenito ſuo, Surge, & interfice
eos. qui non eduxit gladium: timebat enim, quia adhuc
21 puer erat. ♀ Dixeruntq; Zebee & Salmana, Tu ſurge, &
irrue in nos: quia iuxta ætatem robur eſt hominis. ſurre-
xit Gedeõ, & interfecit Zebee & Salmana: & tulit orna-
mẽta ac bullas quibus colla regaliũ camelorũ decorari ſo-
22 lẽt. ♀ Dixeruntq; omnes viri Iſrael ad Gedeõ, Dominare
noſtri tu & filius tuus, & filius filij tui: quia liberaſti nos
23 de manu Madian. ♀ Quibus ille ait, Non dominabor ve-
ſtri, nec dominabitur in vos filius meus, ſed dominabitur
24 *Dominus. ♀ Dixitque ad eos, Vnã petitionem poſtulo
à vobis, Date mihi inaures ex pꝛda veſtra. (inaures enim
25 aureas Iſmaelitæ habere cõſueuerant.) ♀ Qui reſpõde-
rũt, Libentiſsimè dabimus. expandenteſq; ſuper terram
26 palliũ, proiecerũt in eo inaures de prꝛda: ♀ & fuit põdus
poſtulatarum inauriũ, mille ſeptingenti auri ſicli, abſque
ornamẽtis, & monilibus, & veſte purpurea, quibus reges
Madian vti ſoliti erãt, & præter torques aureas camelo-
27 rum. ♀ Fecitque ex eo Gedeõ ephod, & poſuit illud in ci-
uitate ſua Ephra. fornicatuſque eſt omnis Iſrael in eo, &
28 factum eſt Gedeoni & omni domui eius in ruinã. ♀ Hu-
miliatus eſt autem Madian coram filijs Iſrael, nec potue-
runt vltrà ceruices eleuare: ſed quieuit terra per quadra-
29 ginta annos quibus Gedeõ præfuit. ♀ Abijt itaque Iero-
30 baal filius Ioas, & habitauit in domo ſua: ♀ habuitque
ſeptuagin

ᵃDeus

Socothitæ negant panes Gedeoni perſequẽti Zebee & Salmana.

B

Ironia.

Negant & ciues Phanuel.

C

Oſee.10.d.

Socothitę luunt pœnas immiſericordiæ ſuæ.

D

Phanuel habitatores occidunt.

Zebee & Salmana interficiunt.

E

Pſal.82.c.

Dominari Iſraeli Deũ, non ſe, vult Gedeon.

*vobis

Dantur inaures aureæ Gedeoni à populo.

F

Ephod Gedeonis in offendiculum Iſraeli.



70 filij Gedeonis.

G

Abimelech.

Morit Gedeon.

ſeptuaginta filios, qui egreſsi ſunt de femore eius, eo quòd
plures haberet vxores. ♀ Concubina autem illius, quam 31
habebat in Sichem, genuit ei filium nomine Abimelech.
♀ Mortuuſque eſt Gedeon filius Ioas in ſenectute bona, 32
& ſepultus eſt in ſepulchro Ioas patris ſui in Ephra de fa-
milia Ezri. ♀ Poſtquam autem mortuus eſt Gedeon, auer- 33
ſi ſunt filij Iſrael, & fornicati ſunt in Baalim. Percuſſerunt-
que cum Baal fœdus, vt eſſet eis in Deum: nec recordati
ſunt Domini Dei ſui, qui eruit eos de manibus inimicorũ
ſuorum omnium per circuitum. ♀ Nec fecerunt miſeri- 34
cordiam cum domo Ierobaal Gedeon iuxta omnia bona
quæ fecerat Iſraeli.

*Gedeon ſeptuaginta filios, qui egreſsi erant ex femore eius: habuerat enim plures vxores. Et concubina eius quæ erat in Sechem peperit ei quoq; filium, & impoſuit ei nomen Abimelech. Mortuus verò eſt Gedeon filius Ioas 40 in ſenectute bona, ſepultuſque in ſepulchro Ioas patris ſui in Ophra 41 quæ fuit patris Eſritarum. Contigit autem poſt mortem Gedeonis vt auerterentur filij Iſrael, & ſcortarentur poſt Baalim, poſueruntque ſibi Baal-berith in deum. Nec recordati ſunt amplius Iſraelitæ Domini Dei ſui, qui liberauerat eos de manu cunctorum hoſtium ſuorum qui erant circum ipſos. 42 Nec præſtiterunt beneficia in domum Ierubaal Gedeonis, 43 iuxta omne bonum quod ipſe præſtiterat Iſraelitis.*

## SCHOLIA IN CAP. VIII.

1 Hæc etiam videntur dicta per anticipationem. 2 quaſi dicat, Cur adeò nos contempſiſti, vt, &c. 3 vel, rixati ſunt. 4 Hebraiſmus, ſicut vos? id eſt, tale quale vos feciſtis? 5 id eſt, Gedeonis, quaſi dicat, maiorem gloriam reportabitis ex hoc certamine vos qui aduenistis confecto bello, quã ego qui illud incœpi. Chaldæus paraphraſtes, Infirmiſsimi tribus Ephraim præſtantiores ſunt robuſtiſsimis familiæ Abiezer. 6 Hebraiſmus, ſed quid potui facere ſicut vos? 7 vel, quieſcere cœpit ira eorum in illum, id eſt, cœperunt eſſe animo æquiore erga illum hoc dicto 8 quaſi dicat, qui vt feſsi erant, adhuc tamen perſequebantur. 9 Hebraiſmus, qui eſt in pedibus meis, id eſt, quem duco. 10 vel, buccellas. 11 id eſt, præ nimia fatigatione, penè deliquium animi patiuntur. 12 Singularis numeri eſt verbum; Reſpondit: vt ſubaudiendum ſit (vnus.) Reſpondit autem vnus ex principibus. Alij dicunt ſingulare eſſe pro plurali. 13 manus, quaſi dicat, Viderìs loqui quaſi iã victor euaſeris, quum nondum eos viceris. nondũ illos viciſti, vt audeas petere à nobis dari exercitui tuo panem 14 .i. quia renuitis. ⁛ vel, triturabo. aut, conterã. i. percutiam corpus veſtrum nudum ſpinis. Chaldæus paraphraſtes legit, ſuper ſpinas. 15 Hebraiſmus, in pace. 16 Erat vrbs vltra Iordanem ad Orientem. 17 qui autem cediderant, erant. 18 id eſt, nihil tale ſuſpicabatur. 19 vel, terruit. 20 ante aſcenſum ſolis, id eſt, antequam ſol aſcenderet ſuper orizontem. Chaldęus paraphraſtes, antequam exortus eſſet ſol. Hoc bellum vna nocte fuit incœptum & confectum. quod refertur ad laudem Dei. 21 ſubaudi, quinam eſſent principes & ſenatores vrbis. 22 Hebraiſmus, ſcripſit. 23 ſuper quibus exprobraſtis mihi dicendo. 24 Hebraiſmus, quia (poſtulas) vt demus, &c. 25 vel, erudiuit. Aut potius, notum fecit per illas ciuibus Succoth. ſubaudi, peccatum ſuum, id eſt, ita cæſi nouerunt peccatum ſuum. Alij vertunt, contriuit illis ciues, &c. 26 id eſt, Quali vultu, vel quo oris habitu. Chaldæus paraphraſtes, Qualiter ſe habebant? vel, Quales erant? 27 vel, Qualis tu, tales & ipſi, vna (ſpecies:) vt ſpecies filiorum regis, id eſt, erãt tibi ſimillimi, ſpecies eadem erat omnibus: erant formoſi vt filij regum. Chaldæus paraphraſtes vertit, vnus ex eis æquabat filios regum. 28 id eſt, ex parte matris erant fratres mei. 29 Hebraiſmus; timebat enim, id eſt, præ timore. 30 id eſt, robur reſpondet ætati & ſtaturæ: ille eſt paruus, non habet id roboris vt poſsit nos interficere. 31 monilia. torques. bullas quæ referebant ſpeciem lunæ. 32 quaſi dicat, Dignus es qui cum poſteris domineris in nos. 33 vel, dominabitur, id eſt, erit tantummodo rex veſter. 34 ſubaudi; hoſtes victi. 35 ſubaudi, ſiclorum. Siclus, aut aliud ponderis nomen frequenter omittitur ab Hebræis: quod & Latinis familiare eſt. 36 vel, torques. 37 monilia. Alij thecas aureas vertunt, in quibus ſcilicet geſtabant balſamum, quod mederetur omnibus vulneribus. 38 ſubaudi, Gedeonẽ, id eſt, mortuo Gedeone. vel, poſt ipſum ephod, id eſt, fuit cauſa idololatriæ Iſraelitis. 39 id eſt, fuit ſumma pax & tranquillitas. 40 id eſt, iam ſenio confectus. 41 Hebraiſmus, Abiezræi. ad Ioas refertur, id eſt, qui erat de cognatione Abiezer. 42 Hebraiſmus, Nec fecerunt miſericordiam cum domo, &c. id eſt, Neque rependerunt beneficium acceptum familiæ Gedeonis. 43 vel, iuxta omnia beneficia quæ, &c.

## CAP. IX.

Abimelech filiᵍ Gedeonis occidit 70 fratres ſuos.

ᵃmatris

ABijt autem Abimelech filius Ierobaal in Sichem 1
ad fratres matris ſuæ, & locutus eſt ad eos, & ad
omnem cognationem domus patris ♀ᵃmatriſq; 2
ſuæ dicens, Loquimini ad omnes viros Sichem; Quid
vobis eſt melius, vt dominentur veſtri ſeptuaginta viri
omnes filij Ierobaal, an vt dominetur vobis vnus vir? ſi-
mulq; cõſyderate quod os veſtrũ, & caro veſtra ſum. ♀ Lo- 3
cutiq; ſunt fratres matris eius de eo, ad omnes viros Sichẽ
vniuerſos ſermones iſtos, & inclinauerunt cor eorũ poſt
Abimelech, dicẽtes, Frater noſter eſt. ♀ Dederuntq; illi 4
ſeptuaginta põdera argenti de phano Baal-berith. qui cõ
duxit ſibi ex eo viros inopes & vagos, ſecutiq; ſunt eum.
♀ Et venit in domum patris ſui in Ephra, & occidit fra- 5
tres ſuos filios Ierobaal, ſeptuaginta viros, ſuper la-
pidem vnum: remanſitque Ioatham filius Ierobaal
minimus, & abſconditus eſt. ♀ Congregati ſunt autem 6
omnes viri Sichem, & vniuerſæ familiæ vrbis Mello:
abieruntque, & conſtituerunt regem Abimelech, iuxta
quercum quæ ſtabat in Sichem. ♀ Quod cum nuntiatum 7
eſſet Ioatham, iuit, & ſtetit in vertice montis Garizim:
eleuataq; voce, clamauit & dixit, Audite me viri Sichem,
ita vt audiat vos ᵃDominus. ♀ Ierunt ligna, vt vngerent 8
ſuper ſe regẽ: dixeruntq; oliuę, Impera nobis. ♀ Quę re- 9
ſpõdit, Nũquid poſſum deſerere pinguedinẽ meã, quã &
dij vtuntur, & homines: & venire vt inter ligna promo-
uear? ♀ Dixerũtq; ligna ad arborẽ ficũ, Veni, & ſuper nos 10
regnũ accipe. ♀ Quæ reſpõdit eis, Nunquid poſſum de- 11

Ioatham minimus latitat.

Abimelech conſtituitur rex.

Ioathã, propoſita lignorũ parabola, prædicit interitum Sichimitarum & Abimelech.

B

ᵃDeus.

*ABiens autem Abimelech filius Ierubaal in Sechem ad fratres matris ſuæ, loquutus eſt cum eis, & 1 cum vniuerſa familia domus patris matris ſuæ in hæc verba, 2 Loquimini quæſo audientibus cunctis 3 ciuibus Sechem, Quid vobis præſtabilius, an vt dominẽtur vobis ſeptuaginta viri omnes filij Ierubaal, an vt imperet vobis vir vnus? memineritis [interim] 4 me eſſe os veſtrum, carnemque veſtram. Loquuti ſunt itaque auunculi eius de eo in aures omnium 5 ciuium Sechem vniuerſos ſermones iſtos: 6 inclinatumq; eſt cor eorum poſt Abimelech, ita vt dicerent, Frater noſter eſt. Dederunt inſuper ei ſeptuaginta 7 argenteos ex phano Baal-berith, quibus conduxit Abimelech 8 perditos & 9 vagos homines, qui eum ſecuti ſunt. Et veniens in domum patris ſui in Ophra, trucidauit fratres ſuos filios Ierubaal, 10 ſeptuaginta nempe viros ſuper lapide vno: reliquus verò factus eſt Iotham filius Ierubaal minimus natu, 11 qui abſconditus fuit. Collectis autem omnibus 12 ciuibus Sechem, 13 vniuerſaque domo Millo, abierunt, elegeruntque Abimelech regem 14 ſub quercu 15 prope Sechem ſita: Quod quum Iotham nuntiaſſent, abijt, & ſtans in vertice montis Garizim, ſublata voce ſua clamauit, dixitque ad eos, Audite me, ô viri Sechem, audiatque vos Deus; Ibant aliquando arbores vt regem ſuper ſe inungerent: dixerunt ergo ad oleam, Imperita nobis. Olea autem reſpondit eis, 16 Num relicta pinguedine mea, 17 quam in me & dij & homines magnifaciunt, 18 ibo & ſatagam ſuper arbores? Dixerunt ergo arbores ad ficũ, Age tu, imperita ſuper nos. Quibus ficus reſpondit, Num de-*

ſertã

*ſerta dulcedine mea & fructu meo bono, ibo vt 19 ſatagam ſuper arbores? Arbores ergo ad vineam dixerunt, Age tu, impera nobis. Quibus dixit vinea, Num deſerto muſto meo quo exhilaro & deos & homines, vadam vt 19 ſatagam ſuper arbores? Dixerunt ergo vniuerſæ arbores ad 20 dumum, Veni tu, & impera nobis. Reſpondit dumus arboribus, Si 21 bona fide 22 vngitis me vobis regem, venite, & confidite ſub 23 vmbra mea: quod ſi minus, exeat ignis ex dumo, & deuoret 24 cedros Libani. Nunc igitur ſi 25 bona fide & candide agitis in conſtituendo Abimelech regem, & ſi bene egiſtis cũ Ierubaal & cum domo eius: & ſi 26 pro merito ſuo rependitis ei: (Quandoquidem pater meus pro vobis pugnauit, & 27 obiecit animam ſuam ex oppoſito, eripuitque vos de manu Madianitarum, Et vos inſurrexiſtis cõtra domum patris mei hodie, trucidaſtiſque filios eius, viros nempe ſeptuaginta ſuper 28 vno lapide, & præfeciſtis ſuper 29 ciues Sechem regẽ Abimelech filium ancillæ eius, eo quod frater veſter eſt.) Si inquam 30 bona fide & candide cum Ierubaal & cum domo eius hodie egiſtis, lætamini 31 cum Abimelech, lęteturque ipſe 32 vobiſcum: ſin minus, egrediatur ignis ab Abimelech, & deuoret ciues Sechem, atque 33 domum Millo: egrediatur rurſus ignis de viris Sechem & de domo Millo, & deuoret Abimelech. Diſcedens igitur Iotham fugit, & abijt Beera, manſitque ibi metu Abimelech fratris ſui. Quumque Abimelech iam tribus annis dominium exercuiſſet in Iſraelitas, 34 Miſit Deus ſpiritum malum inter Abimelech & inter ciues Sechem, ita vt ciues Sechem deficerent ab Abimelech, 35 Vt ſcilicet iniuria [illata] ſeptuaginta filijs Ierubaal veniret, & vt 36 ſanguinem eorum 37 deuolueret [Deus] ſuper Abimelech fratrem eorum qui eos occiderat, adeoque & ſuper ciues Sechem, 38 qui manus eius roborauerant vt occideret fratres ſuos. Collocarunt autem ei Sechimitæ 39 inſidias in verticibus mõtium, 40 diripientes eos omnes qui illac apud eos tranſirent. nuntiatum eſt autem hoc ipſi Abimelech. Et venit Gaal filius AEbed cum fratribus ſuis, 41 tranſieruntq; in Sechem, 42 quo viri ciues Sechem confidebant. 43 Egreſſi ergo in agrum, vindemiauerunt vineas ſuas, atque calcarunt, 44 hymnoſque concinnebant: ingreſſique phanum deorum ſuorum [publicis epulis inſtitutis] comederunt & biberunt, & 45 maledixerunt ipſi Abimelech. Gaal autẽ filius AEbed dixit, 46 Quis eſt Abimelech, & quis eſt Sechem vt ſeruiamus 47 ei? annon eſt filius Ierubaal & Sebul præfectus eius? ſeruite [potius] 48 viris Hemor patris Sechem: cur enim ſeruiremus illi? 49 Vtinam detur populus iſte ſub meam poteſtatem, 50 [mox] tollam Abimelech. 51 Et dixit ipſi Abimelech, 52 Auge copias tuas, & egredere. Audiens autem Sebul præfectus vrbis verba Gaal filij AEbed, incaluit 53 naſus eius, Et 54 clàm miſſis nuntijs ad Abimelech, huiuſmodi ei ſignificauit, En Gaal filius AEbed & fratres eius venerunt in Sechem, & 55 occupant ciuitatem contra te. Surge igitur noctu, tu & populus qui tecum eſt, & colloca inſidias 56 in campo. 57 Quumque mane ſol illuxerit, diluculo conſurgas, & ad vrbem tendas: ipſe verò & populus quem ſecum habet egredientur cõtra te, 58 facias ergo vt vſus feret. Surgens itaque Abimelech & omnis populus qui cum ipſo fuit, noctu, collocarunt inſidias contra Sechem 59 quatuor ordinibus. Egreſſus ergo Gaal filius AEbed, ſtetit in foribus portæ ciuitatis: ſurrexitque Abimelech & populus qui cum eo erat, ex inſidijs. Et videns Gaal populum, dixit ad Sebul, En populus deſcendit de verticibus montium. Sebul autem dixit ad eum, 60 Vmbram montium tu vides quaſi homines. Gaal verò rurſus loquutus eſt, & dixit, En populus deſcendit 61 è medio terræ, ad hæc acies vna venit de via 62 querceti augurum. Cui reſpondit Sebul, 63 Vbi nunc eſt os tuum, quo dicebas, Quis eſt Abimelech, vt ſeruiamus ipſi? annon hic populus eſt quem 64 contempſiſti? egredere nunc, & pugna aduerſus eum. Egreſſus itaque Gaal 65 ante viros Sechem, pugnauit contra Abimelech. Et perſequutus eſt eum Abimelech, 66 fugitque ante eum, & ceciderunt multi vulnerati vſque*

ſerere dulcedinem meam, fructuſque ſuauiſsimos, & ire
12 vt inter cætera ligna promouear? ♀ Locutaque ſunt ligna
13 ad vitem, Veni, & impera nobis. ♀ Quæ reſpondit eis,
Nunquid poſſum deſerere vinum meum, quod lætificat
14 deũ & homines, & inter ligna cætera promoueri? ♀ Dixeruntq; omnia ligna ad rhamnũ, Veni, & impera ſuper
15 nos. ♀ Quæ reſpõdit eis, Si verè me regẽ vobis cõſtituitis, venite, & ſub vmbra mea requieſcite. ſi autẽ non vultis, egrediatur ignis de rhamno, & deuoret cedros Libani.
16 ♀ Nũc igitur ſi rectè, & abſque peccato cõſtituiſtis ſuper vos regem Abimelech, & bene egeſtis cum Ierobaal, & cũ C
17 domo eius, & reddidiſtis vicem beneficijs eius ♀ (Qui pugnauit pro vobis, & animã ſuã dedit periculis vt erue-
18 ret vos de manu Madiã, ♀ Qui nũc ſurrexiſtis cõtra domũ patris mei, & interfeciſtis filios ei⁹ ſeptuaginta viros ſuper vnũ lapidẽ, & conſtituiſtis regẽ Abimelech filiũ ancillæ
19 ei⁹ ſuper habitatores Sichẽ, eo quòd frater veſter ſit.) ♀ Si ergo recte, & abſq; vitio egiſtis cũ Ierobaal, & domo ei⁹,
20 hodie lętemini in Abimelech, & ille lætetur in vobis. ♀ Sin autem peruerſe, egrediatur ignis ex eo, & conſumat habitatores Sichẽ, & oppidũ Mello: egrediatũque ignis de viris
21 Sichẽ, & de oppido Mello, & deuoret Abimelech. ♀ Que cũ dixiſſet, fugit, & abijt in Bera: habitauitque ibi ob me-
22 tum Abimelech fratris ſui. ♀ Regnauit itaque Abime-
23 lech ſuper Iſrael tribus annis. ♀ Miſitque[a] Dominus ſpiritum peſsimum inter Abimelech, & habitatores Si-
24 chem: qui cœperũt eũ deteſtari, ♀ Et ſcelus interfectionis ſeptuaginta filiorũ Ierobaal, & effuſionem ſanguinis eorũ conferre in Abimelech fratrem ſuum, & in cæteros Sichi-
25 morum principes qui eum adiuuerant. ♀ Poſueruntque D inſidias aduerſum eum in ſummitate montium: & dum illius præſtolabantur aduentum, exercebant latrocinia, agentes prædas de prætereuntibus. nũtiatumque eſt Abi-
26 melech. ♀ Venit autem Gaal filius Obed cum fratribus ſuis, & tranſiuit in Sichimam. Ad cuius aduentum erecti
27 habitatores Sichem, ♀ egreſsi ſunt in agros vaſtantes vineas, vuaſque calcantes: & factis cantantium choris ingreſsi ſunt phanum dei ſui, & inter epulas & pocula ma-
28 ledicebant Abimelech, ♀ clamante Gaal filio Obed, Quis eſt iſte Abimelech, & quæ eſt Sichem, vt ſeruiamus ei? nunquid non eſt filius Ierobaal, & conſtituit principem
29 Zebul ſeruum ſuum ſuper viros Emor patris Sichẽ? ♀ cur ergo ſeruiemus ei? Vtinam daret aliquis populum iſtum ſub manu mea, vt auferrem de medio Abimelech. Dictumque eſt Abimelech, Congrega exercitus multitudi-
30 nem, & veni. ♀ Zebul enim princeps ciuitatis auditis
31 ſermonibus Gaal filij Obed, iratus eſt valde, ♀ Et miſit clàm ad Abimelech nũtios, dicens, Ecce, Gaal filius Obed venit in Sichimam cum fratribus ſuis, & oppugnat aduer-
32 ſum te ciuitatem. ♀ Surge itaque nocte cum populo qui E
33 tecum eſt, & latita in agro. ♀ Et primo mane oriente ſole, irrue ſuper ciuitatem. illo autem egrediente aduerſum te
34 cum populo ſuo, fac ei quod potueris. ♀ Surrexit itaque Abimelech cum omni exercitu ſuo nocte, & tetendit in-
35 ſidias iuxta Sichimam in quatuor locis. ♀ Egreſſuſq; eſt Gaal filius Obed, & ſtetit in introitu portæ ciuitatis: ſurrexit autem Abimelech, & omnis exercitus cum eo de
36 inſidiarum loco. ♀ Cumque vidiſſet populum Gaal, dixit ad Zebul, Ecce de mõtibus multitudo deſcendit. Cui ille reſpondit, Vmbras montium vides quaſi capita ho-
37 minum, & hoc errore deciperis. ♀ Rurſumque Gaal ait, Ecce populus de vmbilico terræ deſcendit, & vnus cune-
38 venit per viam quæ reſpicit quercum. ♀ Cui dixit Zebul, Vbi eſt nunc os tuũ, quo loquebaris, Quis eſt Abimelech vt ſeruiamus ei? nõne hic populus eſt, quem deſpiciebas?
39 egredere, & pugna contra eum. ♀ Abijt ergo Gaal,[a] expectante Sichimorum populo, & pugnauit contra Abi-
40 melech, ♀ Qui perſecutus eſt eum fugientem, & in vrbem compulit; cecideruntque ex parte eius plurimi, vſque
ad

Domin⁹ immiſit ſpiritum odij inter Sichimitas & Abimelech, eique inſidiãtur. [a] Deus

Gaal pugnat cõtra Abimelech.

Expugnat exercitus Gaal Abimelech. [a] ſpectante



Gaal eijcitur ex Sichem. F

Abimelech deſtruit vrbem Sichẽ, interfectis habitatorib⁹ eius.

Turris Sichem cum 1000 hominibus comburitur. Sup. 8. g.

Abimelech oppugnans ciuitatem Thebes, à muliere vulneratur.

2. Reg. 11. e.

ad portã ciuitatis. ♀ Et Abimelech ſedit in Ruma, Zebul 41
autem, Gaal, & ſocios eius expulit de vrbe, nec in ea paſſus eſt commorari. ♀ Sequenti ergo die egreſſus eſt po- 42
pulus in campum. Quod cum nũtiatum eſſet Abimelech, ♀ tulit exercitum ſuum, & diuiſit in tres turmas, tendens 43
inſidias in agris. Videſque quòd egrederetur populus de ciuitate, ſurrexit, & irruit in eos, ♀ cũ cuneo ſuo, oppu- 44
gnans & obſidens ciuitatem: duæ autem turmæ palantes per campum, aduerſarios perſequebantur. ♀ Porrò Abi- 45
melech omni die illo oppugnabat vrbem: quam cepit, interfectis habitatoribus eius, ipſaque deſtructa, ita vt ſal in ea diſpergeret. ♀ Quod cum audiſſent qui habita- 46
bant in turre Sichimorum, ingreſsi ſunt phanum dei ſui, Berith, vbi fœdus cum eo pepigerant, & ex eo locus nomen acceperat, qui erat munitus valde. ♀ Abimelech 47
quoque audiens viros turris Sichimorum pariter conglobatos, ♀ aſcendit in montem Selmon cum omni populo 48
ſuo: & arrepta ſecuri præcidit arboris ramum, impoſitumque ferens humero, dixit ad ſocios, Quod me vidiſtis facere, cito facite. ♀ Igitur certatim ramos de arboribus 49
G præcidentes, ſequebantur ducem. Qui circundantes præſidium, ſuccenderunt: atque ita factum eſt, vt fumo & igne mille hominum necarentur, viri pariter & mulieres, habitatorũ turris Sichem. ♀ Abimelech autem inde pro- 50
ficiſcens venit ad oppidum Thebes, quod circundãs obſidebat exercitu. ♀ Erat autẽ turris excelſa in media ciui- 51
tate, ad quam confugerant ſimul viri ac mulieres, & omnes principes ciuitatis, clauſa firmiſsimè ianua, & ſuper turris tectum ſtantes per propugnacula. ♀ Accedenſque 52
Abimelech iuxta turrim, pugnabat fortiter: & appropinquans oſtio, ignem ſupponere nitebatur: ♀ & ecce vna 53
mulier fragmen molæ de ſuper iaciens, illiſit capiti Abimelech, & confregit cerebrum eius. ♀ Qui vocauit cito 54
armigerum ſuum, & ait ad eum, Euagina gladium tuum, & percute me: ne forte dicatur quo à fœmina interfectus ſim. qui iuſſa perficiens, interfecit eum. ♀ Illo quoque 55
mortuo, omnes qui cum eo erant de Iſrael, reuerſi ſunt in ſedes ſuas: ♀ Et reddidit Deus malum quod fecerat Abi- 56
melech contra patrem ſuum, interfectis ſeptuaginta fratribus ſuis. ♀ Sichimitis quoque quod operati erat retribu- 57
tũ eſt, & venit ſuper eos maledictio Ioathã filij Ierobaal.

*ad fores portæ. 67 Et habitauit Abimelech in Aruma, & Sebul eiecit Gaal & fratres eius, ne [poſthac] habitarent in Sechem. Contigit poſtero die vt populus egrederetur 68 in campum, 69 idque nuntiarũt Abimelech. 70 Qui tollẽs populum, diſtribuit eum in tres turmas, & collocauit inſidias in campo. Et quum videret, en populus egrediebatur è ciuitate, conſurgenſq; cõtra eos, percuſsit eos. Et Abimelech quidẽ & 71 turmæ quæ cũ ipſo erant, 72 extenderunt ſe, ſteteruntq; in foribus portæ ciuitatis: 73 [aliæ] verò duæ turmæ irruerunt ſuper omnes qui in cãpo erant, & percuſſerũt eos. Et Abimelech quũ toto illo die oppugnaſſet ciuitatẽ, cepit eam, trucidauitq; populum qui in ea erat, ciuitatemq; ipſam diruit, & 74 ſale eam ſeminauit. Quod audientes 75 cuncti ciues qui erant in turri Sechem, 76 ingreſsi ſunt arcem phani dei Berith. Nuntiatumque eſt Abimelech, omnes 77 ciues turris Sechem congregatos eſſe: aſcendit ergo Abimelech montem Zalmon, ipſe & omnis populus qui cum eo erat, accepitq; Abimelech, ſecures in manũ ſuam, & ſuccidit 78 arborum ramos, quos ſublatos impoſuit humeris ſuis. Dixitq; populo qui cum eo erat, Quod me vidiſtis facere, vos feſtini facite quemadmodũ ego feci. 79 Succidẽtes igitur cũcti illi viri qui erãt in populo, ramos, ſecuti ſunt Abimelech: & admouerunt ad arcẽ, incenderuntq; 80 hiſce ramis arcem igni, 81 ita vt morerentur etiam omnes viri qui erãt in turri Sechem, 82 ferme virorũ & mulierum mille. Abijt ergo Abimelech ad 83 Thebetz, & poſuit caſtra contra Thebetz, & expugnauit eã. Erat autẽ in media illius vrbis turris fortiſsima, quò confugerunt omnes viri & mulieres, & omnes ciues vrbis, clauſiſq; poſt ſe oſtijs, aſcẽderunt tectum turris. Veniens autẽ Abimelech ad turrim oppugnabat eam: & cum acceſsiſſet ad oſtium turris, vt eam igni incenderet, deiecit mulier quædam fragmen 84 lapidis molaris in caput Abimelech, cõfregitque illi caluariam. Qui mox accerſito puero ſuo armigero, dixit ad eum, Diſtringe gladiũ tuum, & interfice me: ne forte dicant de me, Mulier interfecit eum. perfodit itaque eum puer eius, & mortuus eſt. Videntes autem Iſraelitæ mortuum eſſe Abimelech, abierunt, quiſque ad locum ſuum. Rependit itaque Deus Abimelech malum quod cõtra patrem ſuum deſignarat, interficiendo ſeptuaginta fratres ſuos. Sed & cunctum malum ciuium Sechem reddidit Deus in caput eorum, venitque ſuper eos 85 execratio Iotham filij Ierubaal.*

## SCHOLIA IN CAP. IX.

1 id eſt, ad cognatos ſuos ex parte matris. 2 id eſt, Habetẽ concionem. 3 dominis, id eſt, proceribus vrbis Sichẽ. 4 Chaldæus paraphraſtes, me propinquum veſtrum, & cognatum. 5 dominorum. 6 id eſt, præpoſuerunt eum potius quàm alium quempiam, quod eſſet cognatus ipſorum. 7 id eſt, ſiclos argenti. 8 vacuos. otioſos. 9 Chaldæus paraphraſtes, contemptibiles, id eſt, nihili. 10 ſub. circiter. non enim interfecit Iotham, nec ſe. 11 quod abdidiſſet ſe. 12 principibus. 13 id eſt, omnibus principibus ad quos negotia publica referebantur, qui ſolebant congregari in loco dicto Beth-millo. Poteſt hic accipi contentum pro continẽte, locus pro viris, id eſt, vniuerſa curia. Millo poteſt hîc accipi pro loco comitiorum vbi de negotijs publicis conſultabatur, vt erat in Ieruſalem. Alij aiut Millo vrbem fuiſſe propinquam Sichẽ. 14 in planitie ſtatuæ, id eſt, in platea in qua erat quædam ſtatua. nomen loci. 15 Hebraiſmus in Sichem. Quidam vertunt, quæ erat in (agro iuxta) Sichem. 16 Deſerere ne poſſum (aut, debeo) pinguedinem meam, id eſt, oleum meum. vel, Deſtituar ne (id eſt, Efficiam ne vt priuer) pinguedine mea, &c. quaſi dicat, Debeone ego abijcere ſortem meam quæ optima eſt, qua, &c. 17 qua per me honore proſequuntur Deum (in lucernis ſcilicet & oblationibus) & homines. id eſt, ornantur munera regibus. 18 & ibo vt promouear ſuper, &c. vel, tranſcendam alias arbores? Chaldęus paraphaſtes, vt adminiſtrem remp. arborum? Per oleam intelligũt Othonielem: vt per ficum, Deboram. 19 promouear. Vinea, Gedeon erat. Alij dicunt, Oleam, ficum, & vitem ſignificare filios Gedeonis. 20 Rhamnum. Genus rubi odorati ferentis roſas. 21 Hebraiſmus, in veritate, id eſt, ſerio. 22 vel, vncturi eſtis. 23 id eſt, protectione mea. 24 id eſt, vos omnes, & optimos quoſque. 25 Hebraiſmus, in veritate & ſimplicitate. 26 Hebraiſmus, iuxta retributionem manuum eius, &c. id eſt, ſi rependitis vicem pro beneficijs acceptis. 27 Hebraiſmus, proiecit animam ſuam longe (à ſe) id eſt, & ſe periculo mortis expoſuit. 28 vel, eundem lapidem. 29 Hebraiſmus, dominos. 30 Hebraiſmus in veritate & ſimplicitate. ſubaudi, cordis. 31 de Abimelech. 32 de vobis. 33 Vide ſuprà numerum decimumtertium. 34 id eſt, Oborta eſt magna diſcordia inter illos, Deo permittente, vt puniret vtroſque. 35 id eſt, Vt iniuriam illam cõferret in caput Abimelech: hoc eſt, puniret eum propter iniuriam illatã. 36 id eſt, crimen cædis. 37 poneret. 38 id eſt, qui adiuuerant illum in cæde fratrum. 39 vt ſcilicet illum occiderent, ſi illac pertranſiret. 40 Hebraiſmus, & latrocinia exercuerunt in omnem tranſeuntem. 41 relicta ſcilicet priore habitatione. 42 Hebraiſmus, & ſpem ſuam poſuerũt in eo ciues Sichem. id eſt, erecti ſunt in ſpem maiorem aduentu illius. 43 ij ſcilicet qui prius ſe continebant in vrbe. 44 Hebraiſmus, feceruntque lætitias, id eſt, choros, vt fieri ſolet tempore vindemiarum. 45 inter epulas ſcilicet. 46 quaſi dicat, Præſtantior ne eſt Abimelech ipſo Sechem, vt, &c. Tantuſne eſt, &c. 47 ſcilicet Abimelech. 48 id eſt, ijs qui traxerunt originem ab Hemor. 49 Hebraiſmus, Quis det vt iſte populus ſit ſub manu mea? pro, O ſi contingeret mihi imperium ſuper populum iſtum. 50 abigerem tunc. 51 Dicebatque, &c. abſenti ſcilicet tanquam præſenti inſultans, vel coram præfecto eius. 52 id eſt, Cape tecum quantumlibet magnum exercitum, & decerne mecum armis. 53 furor eius,
id eſt,

id eſt, vehementer iratus eſt. 54 vel, caute, & fraudulenter. Alij legunt in Thorma. vt eadem ſit vrbs quæ Aruma. 56 vel, in agris, id eſt, extra vrbem deliteſce. 57 Et primo mane ad exortum ſolis (vel, exoriente ſole) ſurgens inuades vrbem 58 & facies illi vt inueniet manus tua, id eſt, quod facere poteris. 59 cũ quatuor turmis, id eſt, diuiſi in quatuor turmas. 60 quaſi dicat, Falleris, tantum eſt vmbra quæ refert homines. 61 Hebraiſmus, de vmbilico, id eſt, de eminentiore loco, ex vertice montium. Nam montes ſunt in ſummo, vt eſt in homine vmbilicus 62 planitiei Mehonenim. 63 Chaldæus paraphraſtes, Vbinam ſunt verba tua, quaſi dicat, Vbinam illa tua magnifica verba quibus te tantopere iactabas? 64 contemnebas? 65 id eſt, ſpectante populo Sichem. 66 id eſt, poſteaquam fugere cœperat, verſum in fugam. 67 Remanſitque. 68 in agros. Ad ſua ſcilicet negotia peragenda. 69 quod iam renuntiauerant futurum ipſi Abimelech. 70 vel, Itaque aſſumens milites (ſuos.) cum ſcilicet populum egreſſurum ſciret. 71 Hebraiſmus, capita, id eſt, principes qui cum eo erant, quaſi dicat, nobiliſsimi milites, ac bellicoſiſsimi 72 Impetum fecerunt, id eſt, impetu facto contenderunt recta ad portas vrbis. 73 Hebraiſmus, (alia) verò duo capita. 74 ne ſcilicet poſtea illic aliquid naſceretur, & eſſet ſterilis. 75 Hebraiſmus, omnes domini arcis. vel, habitatores. vrbem ſcilicet eſſe captam. 76 vel, receperunt ſe in arcem Beth-el, pro fœdere. ita Chaldæus paraphraſtes, id eſt, vt inirent fœdus cũ illis qui erant in arce. 77 dominos arcis. 78 Hebraiſmus, ramum arborum, (id eſt, vnius arboris,) quem ſublatum ſuperpoſuit. 79 Succidit itaque etiam cunctus populus, quiſque ramum (ſuum,) ſequutique. 80 Hebraiſmus, ſupra illos arcem, id eſt, ſuccenderunt arcem in qua ipſi erant incluſi. Verti poteſt, cum illis arcem, &c. 81 id eſt, vt ciues Sichem mortui fuerunt. Aut, quemadmodum & hi cum his qui ſeruabant eam arcem, mortui ſunt. 82 .i. circiter mille homines vtriuſq; ſexus. 83 Ea defecerat, propinqua ipſi Sichem. 84 molæ ſuperioris. 85 maledictio, id eſt, ita accidit vt fuerat imprecatus illis.

## CAP. X.

*S1 Vrrexit autem poſt Abimelech* Thola *filius* Puah, *2 filius* Dodo, *vir de Iſaſchar ad ſeruandum Iſraelem: habitauitque in Samir in monte* Ephraim. *Et iudicauit Iſraelem viginti tribus annis, & mortuus ſepult⁹ eſt in Samir. Poſt hunc ſurrexit* Iair *Gileadites, qui iudicauit Iſraelem viginti duobus annis. Hic habuit tringinta filios, qui vehebantur ſuper triginta 3 pullis: 4 habuerunt & triginta oppida, quæ vocantur* Hauoth-iair *in hunc vſque diem, & ſunt in terra* Gilead. *Mortuus eſt autẽ* Iair, *& ſepultus in Camon. Filij autem Iſrael rurſus fecerunt malum in oculis* Domini, *coluerunt que* Baalim, *& 5 Aſtaroth, & deos 6 Aram, deos* Zidon, *& deos* Moabitarum, *& deos filiorum* Ammon, *deos denique* Paleſthinorum, *deſerueruntque* Dominum, *& non ſeruierunt ei. Et incaluit 7 naſus* Domini *aduerſus Iſraelem, ita vt venderet eos in manũ* Paleſthinorum, *& in manum filiorum* Ammon. *Et attriuerunt ac confregerunt filios Iſrael 8 illo anno, idque decem & octo annis, cunctos ſcilicet filios Iſrael qui erant cis* Iordanem, *in terra 9 Amorrhæi quæ eſt in* Gilead. *Sed & filij* Ammon *traiecerũt* Iordanem *vt dimicarent contra* Iudam, Beniamin, *& domum* Ephraim. *10 [res] itaque Iſraelitarum ſupra modum anguſtæ fuerunt. Et clamauerunt filij Iſrael ad* Dominum *hiſce verbis, Peccauimus tibi, 11 & ſane deſeruimus* Deum *noſtrum, coluimuſque* Baalim. *Dixit itaque* Dominus *ad filios Iſrael, Annon 12* AEgyptij, *Amorrhæi, filij* Ammon, *&* Paleſthini, *13 Sed & Zidonij, &* Amalec, *&* Maon *afflixerũt vos, & liberaui vos de manu eorum, quum ad me clamaretis? At vos me dereliquiſtis, & coluiſtis deos alios: hac de cauſa vos vltra non eripiam. Ite & clamate ad deos 14 quos elegiſtis, ij vos 15 ſeruent in tempore afflictionis veſtræ. Et filij Iſrael dixerunt ad* Dominum, *16* Peccauimus, *fac tu nobis 17 quidquid tibi viſum fuerit, 18 modo eripias nos 19 de præſenti periculo. Abſtulerunt verò à ſe deos alienos, & 20 ſeruierunt* Domino, *21 vt animus eius iram remitteret propter afflictionem Iſraelis. 22 Conuocati autem filij* Ammon *caſtrametati ſunt in Gilead, ſed & filij Iſrael congregati caſtrametati ſunt in* Mizpa. *23 Et dixerunt primores populi de Gilead, quiſq; ad proximum ſuum, 24 Quicunque bellum contra Ammonitas auſpicabitur, is caput erit ſuper cunctos habitatores Gilead.*

## CAP. X.

1 PÕſt Abimelech ſurrexit dux in Iſrael Thola filius
Phua patrui Abimelech, vir de Iſſachar, qui habi-
2 tauit in Samir montis Ephraim: ¶ Et iudicauit Iſ-
raelem viginti & tribus annis, mortuuſque eſt, ac ſepul-
3 tus in Samir. ¶ Huic ſucceſsit Iair Galaadites, qui iudi-
4 cauit Iſraelẽ per viginti & duos annos, ¶ habens triginta
filios ſedentes ſuper triginta pullos aſinarũ, & principes
tringinta ciuitatum, quæ ex nomine eius ſunt appellatæ
Auoth-iair, id eſt oppida Iair, vſq; in pſentẽ diẽ in Terra-
5 galaad. ¶ Mortuuſq; eſt Iair: ac ſepultus in loco cui eſt
6 vocabulũ Camon. ¶ Filij autem Iſrael peccatis veteribus
iungentes noua, fecerunt malũ in conſpectu Domini, &
ſeruierunt idôlis, Baalim & Aſtaroth, & dijs Syriæ ac Si-
dônis & Moab & filiorum Ammon & Philiſthijm: dimi-
7 ſeruntq; Dominum, & non coluerunt eũ. ¶ Contra quos
Dominus iratus, tradidit eos in manus Philiſthijm & fi-
8 liorũ Ammon. ¶ Afflictiq; ſunt, & vehementer oppreſſi
per annos decem & octo, omnes qui habitabant trãs Ior-
9 danẽ in Terra-Amorrhæi, quę eſt in Galaad: ¶ Intantũ
vt filij Ammon Iordane tranſmiſſo vaſtarent Iudam &
10 Ben-iamin & Ephraim: afflictuſque eſt Iſrael nimis. ¶ Et
clamantes ad Dominum, dixerunt, Peccauimus tibi, quia
dereliquimus Dominum Deum noſtrum, & ſeruiuimus
11 Baalim. ¶ Quibus locutus eſt Dominus, Nunquid non
AEgyptij & Amorrhæi, filijque Ammon & Philiſthijm,
12 ¶ Sidonij quoq; & Amalec & Chanaan oppreſſerũt vos:
13 & clamaſtis ad me, & erui vos de manu eorũ? ¶ Et tamẽ
reliquiſtis me, & coluiſtis deos alienos: idcirco non addã
14 vt vltra vos liberẽ. ¶ Ite, & inuocate deos quos elegiſtis:
15 ipſi vos liberẽt in tẽpore anguſtiæ. ¶ Dixeruntq; filij Iſ-
rael ad Dominum, Peccauimus, redde tu nobis quicquid
16 tibi placet: tantũ nũc libera nos. ¶ Quę dicẽtes, omnia de
finibus ſuis alienorũ deorũ idôla proiecerũt, & ſeruierũt
17 Dño Deo: qui doluit ſuper miſerijs eorum. ¶ Itaque filij
Ammon conclamantes, in Galaad fixere tentoria: contra
quos congregati filij Iſrael, in Maſpha caſtrametati ſunt.
18 ¶ Dixeruntque principes Galaad ſinguli ad proximos
ſuos, Qui primus ex nobis contra filios Ammon cœperit
dimicare, erit dux populi Galaad.

Thola, dux Iſrael cõſtituitur.

Huic ſuccedit Iair.

B Ob idololatriam filij Iſrael traduntur in manus Philiſthinorum.

C Confitentes Deo peccatum ſuum, clamant ad ipſum. Arguit Iſraelitas ingratitudinis Deus.

D Non ceſſantium cõfiteri peccatũ, & ſemper clamantium, miſeretur Deus.

## SCHOLIA IN CAP. X.

1 vel, Succeſsit autem ipſi Abimelech 2 vel, filij Dodò, hominis de (tribu) Iſſachar. 3 ſubaudi, aſinorum. vehebantur mulis egregijs & iuuenibus. 4 id eſt, præerãt triginta vrbibus. 5 Aſtaroth, idola erant quæ habebant ſpeciem ouium. 6 Aram Syriam interpretantur. 7 furor, id eſt, grauiſsime iratus eſt. 8 quo ſcilicet deſciuerunt à cultu diuino. Alij, quo mortuus eſt Iair. 9 ſub. quæ olim fuerat. 10 Hebraiſmus, fuit itaq; afflictio Iſraeli valde. ſiue, atque ita vehementer afflictus fuit Iſrael. 11 Hebraiſmus, & quia deſeruimus Deum noſtrum, & quia coluimus. 12 Hebraiſmus, de AEgypto, & ab Amorrhæis, & Ammonitis & à Paleſthinis, ſubaudi, liberaui vos? Apoſiopeſis irato conueniens. 13 Hebraiſmus. Et Sidoni, & Amalecitæ, & Maonitæ oppreſſerunt vos, & clamauiſtis ad me, & liberaui vos de eorum manu? vel, poteſtate. 14 id eſt, quos mihi antepoſuiſtis. 15 liberabunt. Hoc dicit ironice. Aut ſubaudi, & videte an ipſi liberabũt vos. Exprobratio eſt. 16 vel, Fatemur nos peccaſſe. 17 Hebraiſmus, iuxta omne bonum in oculis tuis. 18 vel, tantum. 19 Hebraiſmus, die hac. 20 toto corde ſcilicet. 21 Hebraiſmus, & abbreuiata eſt anima eius propter laborem, &c. id eſt, doluit ſuper afflictione Iſraelis, quaſi dicat, non potuit vltra æquò animo ferre miſeriam Iſraelis. id enim opponitur longanimitati ac patientiæ: & eſt anthropopathia. 22 Congregati. 23 Dixitque populus (&) principes. 24 Hebraice per interrogationem, Quis ille eſt qui incipiet præliari contra Ammonitas, (&) erit in principem omnibus habitantibus Galaad?



## CAP. XI.

Iephte meretrice matre natus, occidit fratres ſuos.

FVit itaque illo in tempore Iephte Galaadites vir 1
fortiſsimus atque pugnator, filius mulieris meretri-
cis, qui natus eſt de Galaad. ¶ Habuit autẽ Galaad 2
vxorem, de qua ſuſcepit filios: qui poſtquam creuerant,
eiecerunt Iephte, dicentes, Hæres in domo patris noſtri
eſſe non poteris, quia de ᵃadultera matre natus es. ¶ Quos 3
ille fugiens atque deuitans, habitauit in Terra-tob: con-
gregatique ſunt ad eum viri inopes & latrocinantes, &
quaſi principẽ ſequebantur. ¶ In illis diebus pugnabant 4
filij Ammõ contra Iſrael. ¶ Quibus acriter inſtãtibus per- 5
rexerũt maiores natu de Galaad, vt tollerent in auxilium
ſui Iephte de Terra-tob: ¶ Dixeruntq; ad eum, Veni, & 6
eſto princeps noſter, & pugna cõtra filios Ammõ. ¶ Qui- 7
bus ille reſpondit, Nonne vos eſtis qui odiſtis me, &
eieciſtis de domo patris mei, & nũc veniſtis ad me neceſ-
ceſsitate compulſi? ¶ Dixeruntque principes Galaad ad 8
Iephte, Ob hanc igitur cauſam nũc ad te venimus, vt pro-
ficiſcaris nobiſcum, & pugnes contra filios Ammõ, ſiſque
dux omnium qui habitãt in Galaad. ¶ Iephte quoq; dixit 9
eis, Si verè veniſtis ad me, vt pugnẽ pro vobis contra fi-
lios Ammon, tradideritque eos Dominus in manus meas,
ego ero veſter princeps? ¶ Qui reſponderunt ei, Domi- 10
nus qui hæc audit, ipſe mediator ac teſtis eſt quòd noſtra
promiſſa faciemus. ¶ Abijt itaque Iephte cum principib⁹ 11
Galaad, fecitque eum omnis populus principem ſui. Lo-
cutuſque eſt Iephte omnes ſermones ſuos corã Domino
in Maſpha. ¶ Et miſit nuntios ad regem filiorum Ammõ, 12
qui ex perſona ſua dicerent, Quid mihi & tibi eſt, quia ve-
niſti contra me, vt vaſtares terram meam? ¶ Quibus ille 13
reſpondit, Quia tulit Iſrael terram meam, quando aſcen-
dit de AEgypto à finibus Arnon vſque Ieboc atque Ior-
danem: nunc ergo cum pace redde mihi eam. ¶ Per quos 14
rurſum mandauit Iephte, & imperauit eis Vt dicerent re-
gi Ammon, ¶ Hæc dicit Iephte, Non tulit Iſrael Terram- 15
moab, nec Terram filiorum Ammon: ¶ ſed quando de 16
AEgypto conſcenderunt, ambulauit per ſolitudinem vſ-
que ad Mare-rubrum, & vẽnit in Cades. ¶ Miſitq; nun- 17
tios ad regem Edom, dicens, Dimitte me vt tranſeã ter-
ram tuam. Qui noluit acquieſcere precibus eius. Miſit
quoque ad regem Moab, qui & ipſe tranſitum præbere
contempſit. ¶ manſit itaque in Cades, & circuiuit ex la- 18
tere Terram-Edom, & Terram-moab: venitque ᵇad
Orientalẽ plagã Terræ-moab, & caſtrametatus eſt trans
Arnon: nec voluit intrare terminos Moab: Arnon quippe
confiniũ eſt Terræ-moab. ¶ Miſit itaq; Iſrael nuntios ad 19
Sehon regẽ Ammorrhæorum, qui habitabat in Heſebon,
& dixerunt ei, Dimitte vt tranſeam per terram tuam vſ-
que ad fluuium. ¶ Qui & ipſe Iſrael verba deſpiciẽs, non 20
dimiſit eum tranſire per terminos ſuos: ſed infinita mul-
titudine congregata egreſſus eſt contra eum in Iaſa, &
fortiter reſiſtebat. ¶ Tradiditque eũ Dominus in manus 21
Iſrael cum omni exercitu ſuo, & percuſsit eum, & poſſe-
dit omnem Terrã Ammorrhęi habitatoris regionis illius,
¶ Et vniuerſos fines eius de Arnon vſque Ieboc, & de ſo- 22
litudine vſq; ad Iordanem. ¶ Dominus ergo Deus Iſrael 23
ſubuertit Amorrhæũ, pugnante contra illũ populo ſuo Iſ-
rael, & tu nunc vis poſſidere terrã eius? ¶ Nonne ea quæ 24
poſſedit Chamos Deus tuus, tibi iure debentur? quę autẽ
Dominus Deus noſter victor obtinuit, in noſtram ce-
dent poſſeſsionem. ¶ Niſi forte melior es Balac filio Se- 25
phor rege Moab: aut docere potes, quod iurgatus ſit
contra Iſrael, & pugnauerit contra eum, ¶ Quando 26

ᵃ altera

Iephte conſtituitur ſuper Iſraelem.

B

Petit Iephte per nuntios ab Ammonitis quare Iſraelitas affligant.

C

Num. 21. f.

Ammon repetit terras ſuas.

Num. 20. c.

ᵇ contra

Num. 21. c. & e.

D

Num. 22. a.

## CAP. XI.

*IEphte Gileadites heros fuit 1 fortis, filius cuiuſdam mulieris 2 meretricis, 3 ſuſcepit hunc* Iephte, *Gilead. Sed & vxor Gilead filios ei pepererat, qui quum adoleuiſſent, Iephte eiecerunt, dixeruntque ad eum,* Non *eris 4 hæres in domo patris noſtri. filius enim es ex aliena muliere. Fugiens igitur* Iephte *metu fratrum ſuorum, habitauit in terra* Tob, *collectique ſunt ad eum homines 5 perditi qui cum eo 6 egrediebantur. Factumque eſt vt poſt dies [aliquot]* Ammonitæ *pugnarent contra Iſraelitas. Quumque pugnarent* Ammonitæ *aduerſus Iſraelem, 7 profecti ſunt ſeniores Gilead, vt reducerent* Iephte *de terra* Tob. *Dixeruntque ad* Iephte, *Veni, & ſis dux noſter, vt bellum geramus contra Ammonitas.* Iephte *reſpõdit Senioribus Gilead,* Annon *vos eſtis 8 qui me odiſtis, adeoque me è domo patris mei eieciſtis? quid ergo nunc ad me venitis quum in afflictione eſtis? Dixerunt ſeniores Gilead ad* Iephte, *Et hanc ob cauſam iam reuerſi ſumus ad te, 9 vt eas nobiſcum, & bellum geras contra* Ammonitas, *ſiſque nobis caput, omnibus ſcilicet qui in* Gilead *habitamus. Reſpõdit* Iephte *ſenioribus* Gilead, *Si me reducitis vt bellum geram contra* Ammonitas, *tradideritque eos* Dominus *10 coram me, egone ero caput veſtrum? Dixerunt autem ſeniores* Gilead *ad* Iephte, *11* Audiat Dominus *inter nos, ſi nõ fecerimus iuxta ſermonem tuum.* Abijt Itaque Iephte *cum ſenioribus* Gilead, *præfecitque eum populus ſibi in caput & in principem: 12* Loquutuſque *eſt* Iephte *omnes ſermones ſuos 13 coram* Domino *in* Mizpa. *Miſit itaque* Iephte *legatos ad regem Ammonitarum hiſce mandatis, Quid mihi eſt negotij tecum quòd ad me veniſti, 14 & belligeras in terra mea?* Rex *autem Ammonitarum reſpondit legatis* Iephte, *Quoniam Iſrael occupauit terram meam quum ex* AEgypto *aſcenderet, ab* Arnone *ſcilicet vſque ad* Iaboc, *& vſque ad* Iordanem, *nunc ergo reſtitue eas 15 in pace.* Iephte *rurſum miſit alios legatos ad regem* Ammoniticum, Dixitque *illi, Sic dixit* Iephte, *Iſrael non accepit terram* Moab, *nec terram filiorum* Ammon, *ſed quum ipſi aſcenderent ex* AEgypto, *proficiſcereturque Iſrael, per deſertum ad mare 16 carectoſum, venit in* Cades. *Tum Iſrael legatos miſit ad regem* Edom, *qui dicerant,* Liceat *mihi quæſo trãſire per regionem tuam: ſed noluit audire rex* Edom. *Miſit quoque [legatos] ad regem* Moab, *neque is voluit. manſit itaque Iſrael in* Cades. *Cumque proficiſceretur per deſertũ, circumiuit terram* Edom, *& terram* Moab: *& veniens ab exortu ſolis ad terram* Moab, *caſtrametatus eſt cis* Arnonem, *nec voluit ingredi limitem* Moab *(ſiquidem* Arnon *limes eſt* Moab.) *Miſit itaque Iſrael legatos ad* Sihon *regem* Amorrhæorum, *[&] regem* Heſbon, *ſignificauitque illi Iſrael hiſce verbis,* Liceat *quæſo nobis tranſire per regionem tuã, donec venerimus ad locum noſtrum. At* Sihon *17 non fidit Iſraeli, vt daret ei tranſitum per limitem ſuum: quin* Sihon *congregãs vniuerſum populum ſuum, caſtrametatus eſt in* Iahza, *& pugnauit contra Iſraelem.* Dominus *ergo* Deus *Iſraelis tradidit* Sihonem *& vniuerſum populum eius in manum Iſraelis. Iſrael itaque 18 percuſsit eos, & occupauit vniuerſam terram* Amorrhei, *qui terram illam incoluit.* Occuparunt *inſuper omnem limitem* Amorrhei, *ab* Arnon *vſque ad* Iaboc, *& à deſerto vſque ad* Iordanem. *Dominus ergo Deus Iſrael eiecit* Amorrhæos *ante populum ſuum Iſrael, & tu 19 conaris poſſidere eum? Quod ſi daret tibi aliquid poſsidendum* Chamos *Deus tuus, an tu id non poſsideres? 20 poſsidebimus ergo & nos quæ nobis poſsidenda tradidit* Dominus Deus *noſter coram nobis. An vero tu 21 plus iuris habes quam* Balac *filius* Zipor *rex* Moab? *22 num litem habuit is cum Iſraele? num pugnauit contra eos? Ad hæc Iſrael trecentis annis, inhabi-*

*inhabitauit Heſbō & viculos eius, Aroer & viculos ei⁹, omnes deniq; ciuitates quæ ſunt ad ripas Arnonis, cur tum non 23 aſſeruiſtis eas? Ego itaque in te nihil peccaui, tu vero inique mecum agis pugnando contra me, iudicet Dominus, 24 qui iudex eſt, hodie inter filios Iſrael, & inter filios Ammon. At rex Ammonitarum non audijt verba Iephte, quæ [per legatos] ei mandauerat. 25 Factus verò eſt ſuper Iephte Spiritus Domini, 26 vt tranſiret ad Gilead atque ad Manaſſe, & hinc tranſijt ad Mizpa Gilead, à Mizpe Gilead tranſiuit ad Ammonitas. Vouit autem Iephte votum Domino, & ait, Si omnino tradideris Ammonitas in manum meam, 27 Quodcunque egreſſum fuerit mihi obuiam è foribus Domus meæ, quum ab Ammonitis 28 ſaluus rediero, 29 Domini erit, 30 ſacrificaboque illud holocauſtum. Tranſiuit itaque Iephte ad filios Ammon, vt bellum contra eos inſtitueret, tradiditq; Dominus eos in manum eius. Et percuſsit eos cæde admodū magna, ab Aroer vſq; dum venias in Minnith viginti ciuitates, & vſque 31 Abel Keramim, ſubactiq; ſunt Ammonitæ corā filijs Iſrael. Veniēs autem Iephte in Mizpa ad domū ſuā, en filia eius egreditur ei obuiā cū tympanis & choris, 32 quā vnicam & dilectam habebat, 33 nec enim habuit alios liberos. Quū hæc vidiſſet, ſcidit veſtimenta ſua, & dixit, Heu mi filia, 34 omnino proſternis me & perturbas me: 35 etenim aperui os meum ad Dominum, neque recantare poſſum. Quæ reſpondit illi, Mi pater, [ſi] aperuiſti os tuum ad Dominum, fac 36 mihi iuxta id quod egreſſum eſt de ore tuo, 37 quando quidem Dominus vltus eſt te de hoſtibus tuis, nempe de Ammonitis. Dixitq; ad patrem ſuū, 38 Fiat mihi hæc res, 39 ſed abſtine à me duobus menſibus vt eam, 40 deſcendamque ad montes, deploremque 41 virginitatem meam, ego ſcilicet cū ſodalibus meis. Qui ait, Vade. dimiſitque eam duobus menſibus. Abijt igitur illa cū ſodalibus ſuis, & deplorauit virginitatem ſuam in montibus. Exactis duobus menſibus, reuerſa eſt ad patrem ſuum, qui 42 fecit ei iuxta votum ſuum quod vouerat. 43 Et ipſa virum non cognouit: & facta eſt conſuetudo in Iſraele, Vt 44 annua vice venirent filiæ Iſrael vt 45 diſſererent cum filia Iephte Gileaditæ, quatuor ſcilicet diebus in anno.*

habitauit in Heſebon, & viculis eius, & in Aroer, &
villis illius, vel in cunctis ciuitatibus iuxta ᵃ Iordanem,
per trecentos annos. quare tanto tempore nihil ſuper hac
27 repetitione tentaſtis? ♀ Igitur non ego pecco in te, ſed
tu contra me malè agis, indicens mihi bella non iuſta. iudicet Dominus arbiter huius diei inter Iſrael, & inter fi-
28 lios Ammon. ♀ Noluitque acquieſcere rex filiorum
29 Ammon verbis Iephte, quæ per nuntios mādauerat. ♀ Factus eſt ergo ſuper Iephte Spiritus Domini, & circuiens
Galaad & Manaſſe, Maſpha quoque Galaad, & inde tranſ-
30 iens ad filios Ammon, ♀ votum vouit Domino, di-
31 cens, Si tradideris filios Ammon in manus meas: ♀ Quicunque primus fuerit egreſſus de foribus domus meæ,
mihiq; occurrerit reuertenti cum pace à filijs Ammon, eū
32 holocauſtum offeram Domino. ♀ Tranſiuitq; Iephte ad
filios Ammon, vt pugnaret contra eos: quos tradidit Do-
33 minus in manus eius. ♀ Percuſsitque ab Aroer vſque dū
venias in Mennith, viginti ciuitates, & vſq; ad Abel, quæ
eſt vineis conſita, plaga magna nimis. humiliatiq; ſunt
34 filij Ammon à filijs Iſrael. ♀ Reuertenti autem Iephte in
Maſpha domum ſuam, occurrit ei vnigenita filia ſua cum
tympanis & choris. non enim habebat alios liberos.
35 ♀ Qua viſa ſcidit veſtimenta ſua, & ait, Heu me filia mi,
decepiſti me, & ipſa decepta es. aperui enim os meum
36 ad Dominum, & aliud facere non potero. ♀ Cui illa reſpondit, Pater mi, ſi aperuiſti os tuum ad Dominum, fac
mihi quodcunque pollicitus es, conceſſa tibi vltione at-
37 que victoria de hoſtibus tuis. ♀ Dixitq; ad patrem, Hoc
ſolum mihi præſta quod deprecor, dimitte me vt duobus menſibus circumeam montes, & plangam virgini-
38 tatem meam cum ſodalibus meis. ♀ Cui ille reſpondit,
Vade. & dimiſit eam duobus menſibus. Cumque abijſſet
cum ſocijs ac ſodalibus ſuis flebat virginitatem ſuam in
39 montibus. ♀ Expletiſque duobus menſibus, reuerſa eſt ad
patrem ſuū, & fecit ei ſicut vouerat, quæ ignorabat virum.
Exinde mos increuit in Iſrael, & conſuetudo ſeruata eſt,
40 ♀ Vt poſt anni circulum conueniant in vnum filiæ Iſrael,
& plangant filiam Iephte Galaaditæ diebus quatuor.

ᵃ Arnon.

Ammonitæ ſuperbi.

Spiritu Dei accenſus Iephte, F inuadit Ammonitas.

Votum Iephte.

Vincuntur Ammonitę ab Iephte.

Iephte reuertenti occurrit filia ipſius.

G

## SCHOLIA IN CAP. XI.

1 Hebraiſmus potens viribus. vel, virtute bellica. 2 id eſt, concubinæ. Meretrices dicebantur concubinæ: nulla autem obſeruatione ceremoniarum recipiebātur à viris: quæ in legitima vxore adhibebantur: hoc excepto erant vxores legitimæ. Chaldæ⁹ paraphraſtes vertit, cauponariæ. 3 Hebraiſmus, genueratque Galaad ipſum Iephte. ſubaudi, ex illa muliere. 4 Omnes filij erant hæredes, exceptis filijs ancillarum. 5 Hebraiſmus, vacui, id eſt otioſi. 6 egreſsi ſunt, id eſt, ſecuti ſunt eum, & comites illi fuerunt. 7 miſsi ſcilicet ab alijs. 8 id eſt, qui præ odio, & iniuſte expuliſtis me de domo, &c. 9 vt pergas, &c. id eſt, vt reducamus te in patriam. 10 id eſt, in poteſtatem meam. 11 quaſi dicat, Deus qui audit omnia, erit teſtis auritus huiuſce rei quam tibi pollicemur: ſumetque debitas de nobis pœnas, ſi non præſtiterimus. 12 id eſt, recenſuit omnia verba ſupradicta, & conditiones prædictas. 13 id eſt, pro concione & audiente populo. Vbi ſunt duo aut tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum. 14 vt oppugnares patriam meam? vel, bellum inferres patriæ meæ? 15 id eſt, ſine bello. 16 Suph. 17 id eſt, non tantum credidit Iſraeli vt ſineret eum tranſire per patriam ſuam. 18 vel, deuicit. 19 poſsidebis eum? id eſt, illos: nempe patriam Amorrhæorum, quaſi dicat, quum Dominus expulerit Amorrhæos ſub aduentum Iſraelitarum, tunc debes tibi vendicare eam patriam? non certe. 20 Hebraiſmus, ſic poſsidebimus omnem quem expulit, &c. quaſi dicat, ſic patriam omnium quos expulerit Deus noſter propter nos, dicemus noſtram eſſe iure hæreditario. 21 Hebraiſmus, bonus bonus es plus quàm, &c. id eſt, Nunquid melior es, ſiue præſtantior quàm, &c. 22 nunquid rixando rixatus eſt cum Iſraele? nunquid præliatus eſt contra eos? ſubaudi Iſraelitas, quaſi dicat, nunquid prima iſta eſt ab eo controuerſia? 23 eripuiſtis. vel, tentaſtis eripere. 24 id eſt, ad quem pertinet omnium rerum iudicium & arbitrium. 25 id eſt, Cœpit agi ſiue duci Spiritu Dom. 26 & tranſiuit, quaſi dicat, Actus Spiritu Dei pertranſiuit. Chaldæus paraphraſtes vertit, ſpiritus fortitudinis, id eſt, effecit Dominus vt ille forti animo inuaderet ipſos Ammonitas. 27 vel, Quicunque egreſſus fuerit. 28 Hebraiſmus, in pace, id eſt, incolumis, victis Ammonitis. 29 id eſt, conſecrabitur Domino. vel, dicabitur cultui diuino. perpetuo ſeruiet Domino. 30 aut certe ſacrificabo. Votum iſtud eſt conditionale, ſub diſiunctione. nam homines non ſacrificabantur Domino, nec id Deus vult. nec eſt anathema; nam hoc fiebat imperante Domino. 31 id eſt, planitiem vinearum. 32 Hebraiſmus, & tantum erat ea, ſolitaria. Hæc duo dicuntur ad maiorem expreſsionem, quaſi dicat, quam vnicam habebat. 33 Hebraiſmus, non erat illi ex ſe filius aut filia, id eſt, alius filius, aut alia filia. 34 Hebraiſmus, deprimendo depreſsiſti me, & tu es de deturbantibus me. Acſi dicat, eram nuper elatus ea victoria quam reportaueram de Ammonitis ſuperatis: tu vero depreſsiſti me, imò verò prorſus perdidiſti, ac exterminaſti: actum enim eſt de poſteritate mea. 35 vel, cum ego aperuerim os meum Domino, neq; potero retractare, id eſt, mutare ſententiam. Aperire os ſuum Domino, pro vouere. 36 vel, de me vt exiuit, &c. id eſt, vt vouiſti. 37 quando. vel, poſteaquam. 38 id eſt, Concedatur hoc mihi quod à te peto. 39 dimitte me. vel, ſine me. 40 id eſt, pergamque in montes. Alij aiunt domum Iephte fuiſſe in arduo monte: aut interceſsiſſe vallem inter domum eius & montem. 41 quam ſcilicet perpetuò ſum ſeruatura. Nam vt nonnulli volunt, fuit recluſa. 42 id eſt, dicauit eam cultui diuino. 43 vel, Itaque ipſa vinum non, &c. id eſt, perpetuam ſeruauit virginitatem, innuptaque manſit. 44 Hebraiſmus, de diebus in dies, id eſt, de anno in annum: hoc eſt, quotānis. 45 loquerentur. ſiue, colloquerentur. Alij, conſolarentur filiam, &c. quòd ſcilicet eſſet coacta, propter votum patris, ſeruare perpetuam virginitatem. Quatuor enim diebus in anno patebat ad eam acceſſus. Alij vertunt, ad lamentandum filiam, &c. ſiue, vt plangerent filiam, &c.

CAP.



## CAP. XII.

Seditio Ephraim contra Iephte.

Ecce autem in Ephraim orta eſt ſeditio. nā trāſeun- 1
tes contra Aquilonem, dixerunt ad Iephte, Quare
vadens ad pugnā contra filios Ammon, vocare nos
noluiſti, vt pergeremus tecū? igitur incendemus ᵃ domū
tuam. Quibus ille reſpōdit, ♀ Diceptatio erat mihi & po- 2
pulo meo contra filios Ammō vehemēs: vocauiq; vos vt
prẽberetis mihi auxiliū, & facere noluiſtis. ♀ Quod cernēs, 3
poſui animam meam in manibus meis, tranſiuiq; ad filios
Ammō, & tradidit eos Dominus in manus meas. quid cō
B merui, vt aduerſum me conſurgatis in præliū? ♀ Vocatis 4
itaq; ad ſe cunctis viris de Galaad, pugnabat contra E-
phraim: percuſſeruntq; viri Galaad Ephraim, quia dixe-
rat, Fugitiuus eſt Galaad de Ephraim, & habitat in medio
Ephraim & Manaſſe. ♀ Occupaueruntq; Galaaditę vada 5
Iordanis, p quæ Ephraim reuerſur⁹ erat. Cūq; veniſſet ad
ea de Ephraim numero, fugiēs, atque dixiſſet, Obſecro vt
me tranſire permittas: dicebant ei Galaaditę, Nunquid E-
phratæus es? Quo dicente, Non ſum: ♀ interrogabant eū, 6
C Dic ergo Schibboleth, quod interpretatur ſpica. Qui reſpondebat, Sibboleth: eadem litera ſpicā exprimere non
valēs. Statimq; apprehēſum iugulabant in ipſo Iordanis
tranſitu. & ceciderunt in illo tēpore de Ephraim quadra-
ginta duo millia. ♀ Iudicauit itaq; Iephte Galaadites Iſrael 7
ſex annis: & mortuus eſt, ac ſepultus in ciuitate ſua Ga-
laad. ♀ Poſt hūc iudicauit Iſrael Abeſan de Beth-lehem. 8
♀ Qui habuit triginta filios, & totidē filias: quas emittens 9
foras, maritis dedit, & eiuſdem numeri filijs ſuis accepit
D vxores, introducēs in domum ſuā. qui ſeptem annis iudi-
cauit Iſrael. ♀ Mortuuſque eſt, ac ſepultus in Beth-lehem. 10
♀ Cui ſucceſsit ᵃ Ahialon Zabulonites: & iudicauit Iſrael 11
decē annis. ♀ Mortuuſq; eſt ac ſepultus in Zabūlō. ♀ Poſt 12
hūc iudicauit Iſrael Abdō, filius Elel Pharathonites: ♀ qui 13
habuit quadraginta filios, & triginta ex eis nepotes, aſ- 14
cendentes ſuper ſeptuaginta pullos aſinarum, & iudica-
uit Iſrael octo annis. ♀ Mortuuſque eſt ac ſepultus in 15
Pharathon terræ Ephraim, in monte Amalec.

ᵃ te &

Pugna Iephte cōtra Ephraim.

Moritur Iephte.

Abeſan iudicat Iſraelem.

Elō ei ſuccedit. ᵃ Elon

Abdon ſuccedit Elon.

## CAP. XII.

*Conuocati viri Ephraim, tranſierunt verſus Aquilonem, & dixerunt ad Iephte, Quare profectus es in 1 prælium cōtra Ammonitas, nos verò non appellaſti, vt proficiſceremur tecum? incendemus domum tuam tecum igne. Quibus reſpōdit Iephte, 2 Grauis diſceptatio fuit mihi & populo meo cum Ammonitis: & quū vocarem vos, nō 3 aſſeruiſtis me de manu eorum. Videns verò quòd tu 4 ſeruator non eſſes, 5 poſui animam meam in manum meam, & tranſiui contra filios Ammon, tradiditque eos Dominus in manum meam. cur ergo hodie contra me aſcendiſtis, vt bellum mihi inferatis? Congregans ergo Iephte vniuerſos viros Gilead, pugnauit contra Ephraim, percuſſeruntque viri Gilead Ephraim, quòd 6 dixiſſent, Vos 7 fugitiui eſtis Ephraim; 8 vos inquam Gileaditæ, inter Ephraim & inter Manaſſe. Ceperuntque Gileaditæ vada Iordanis 9 ante Ephraim: & fiebat, 10 quum dicerent hi qui ex Ephraim 11 effugiſſent, 12 Traijciam: 13 dixerūt ei viri Gilead, Eſne Ephratæus? Dicebatq; is, Nō. Tunc dicebant ad eum, Profer quæſo 14 Schiboleth: tunc dixit, 15 Siboleth. 16 non enim rectè enuntiare poterat. tū apprehenſo eo, trucidabāt eū apud vada Iordanis: cecideruntq; ex Ephraim eodē tempore quadragintaduo millia. Iudicauit autē Iephte Iſrael ſex annis, mortuuſq; eſt Iephte Gileadites, & ſepultus 17 in ciuitatibus Gilead. Poſt hunc iudicauit 18 Ibzan de Beth-lehem Iſraelem. Habuitque triginta filios, & triginta filias, quas elocauit foras, & ab exteris triginta filias filijs ſuis accerſiuit: iudicauitq; Iſraelem ſeptem annis. Et mortuus Ibzan, ſepultus eſt in Beth-lehē. Poſt eum iudicauit Iſraelem Elon Zebulonites, iudicauitq; Iſraelē ſeptē annis. Et mortuus eſt Elon Zebulonites, atq; ſepultus in Aialon in terra Zebulon. Poſt hunc iudicauit Iſraelem Abdon filius Hillel Pirhathonites. Hic habuit quadraginta filios, & triginta nepotes, 19 vecti ſuper ſeptuaginta 20 pullos. iudicauitque Iſraelem octo annis. Mortuus eſt autem Abdon filius Hillel Pirhathonites, & ſepultus eſt in Pirhathon in terra Ephraim in monte Amalec.*

## SCHOLIA IN CAP. XII.

1 vel, Congregati porrò. 2 Hebraiſmus, Vir rixæ fui ego & populus meus, & filij Ammon valde, id eſt, Magna controuerſia orta eſt inter me & populares meos, & Ammonitas. 3 ſeruaſtis. 4 vel, nolles ferre (mihi) auxilium. 5 Hebraiſmus, pro, expoſui vitam meam periculo. 6 ſubaudi, antea. vel, dicere ſoliti eſſent antea. 7 abiecti, quaſi dicat, abiectiſsimi eſtis, hoc eſt peſsimi ex filijs Ephraim, qui habitatis Galaad. 8 vos eſtis Galaaditæ, quaſi dicat, nihil aliud eſtis quàm Galaaditæ. homines obſcuri & ignobiles, ac nullius nominis, habitantes inter duas tribus clariſsimas & nobiliſsimas, ac maximi nominis. 9 ipſi Ephraim. ne ſcilicet recipere ſe poſſent in patriam ſuam. 10 id eſt, quum diceret aliquis ex his qui euaſerant. 11 ſubaudi, ex eo prælio. 12 vel, Liceat nobis tranſire: 13 dicebant. 14 Hæc vox Hebræa cum ש ſin, & puncto dextro ſcribitur apud hebræos, quod ſonat vt noſtrum S in principio dictionis. ſignificat autem dicta vox, decurſum aquarum cum impetu. nam ex re præſente tentabant eos. ש vero cum puncto ſiniſtro, profertur vt S noſtrum inter duas vocales in medio dictionis, vt muſa. 15 Hæc vox Hebræa per ס ſamech ſcribitur, quod quidem ſamech proferebatur vt ש cum puncto ſiniſtro, hoc eſt vt S noſtrum inter duas vocales in medio dictionis, quaſi pronuntiares Ziboleth: quum fuiſſet pronunciandum Siboleth, vt ſolemus noſtrum ſ in principio dictionum. 16 Hebraiſmus, & non rectificabat loqui ſic, id eſt, non exacte pronuntiabat. 17 id eſt, in vna ciuitatum. 18 Hic dicitur fuiſſe Booz. 19 vel, equitantes. 20 Vox Hebræa AOIARIM, ſignificat equos ſiue aſinos iuuenes.

## CAP. XIII.

Idololatræ filij Iſrael traduntur Philiſthæis.

Samſonis natiuitas prænūtiatur Manue patri ei⁹.

Rurſumque filij Iſrael fecerunt malum in conſpe- 1
ctu Domini: qui tradidit eos in man⁹ Philiſthino-
rum quadraginta annis. ♀ Erat autē quidam vir de 2
Saraa, & de ſtirpe Dā, nomine Manue, habēs vxorē ſte-
rilē. ♀ Cui apparuit angelus Dñi, & dixit ad eam, Sterilis 3
es & abſque liberis: ſed concipies & paries filium.
♀ Caue ergo ne bibas vinum ac ſiceram, nec immun- 4
dum quicquam comedas: ♀ Quia concipies, & paries 5
filium, cuius non tanget caput nouacula: erit enim na-
zaræus Dei ab infantia ſua, & ex matris vtero, & ipſe
incipiet liberare Iſrael de manu Philiſthinorum. ♀ Quæ 6
cum veniſſet ad maritum ſuum, dixit ei, Vir Dei venit
ad me, habens vultum angelicum, terribilis nimis. quem
B cum interrogaſſem quis eſſet, & vnde veniſſet, & quo

Sāſon nazaræus liberaturus Iſraelem.

## CAP. XIII.

*Filij Iſrael rurſus 1 deſignarūt malum in oculis Domini, tradiditque eos Dominus in manus Paleſthinorum quadraginta annis. Erat autem vir quidam de Zareah, de familia Dā, nomē eius erat Manoah: cuius vxor ſterilis fuit, 2 nec peperit. Huic mulieri apparuit angelus Domini, dixitq; ad eā, Ecce tu ſterilis es, nec 3 paris, concipies verò & paries filiū. 4 Caue ergo ne vinum bibas aut ſiceram, & nihil quod immundum eſt comedas: Quoniā tu 5 impræguata paries filium, 6 cuius capiti nouacula nulla admoueatur: nam puer ille, 7 naſir Dei erit 8 ex ipſo vtero, 9 is incipiet ſeruare Iſraelem de manu Paleſthinorū. Veniēs autem mulier illa narrauit [hæc] marito ſuo eiuſmodi verbis, 10 Vir Dei venit ad me, cui⁹ aſpectus erat quemadmodū aſpectus angeli Dei admodum 11 venerandus: nec interrogaui eum vndenam eſſet, nec ipſe*

 nomen

*nomen ſuum indicauit mihi. Is dixit mihi, Ecce tu concipies & paries filium: 12 ne ergo bibas vinum aut ſiceram, & nihil immundi comedas, quoniam puer iſte 13 ex vtero naſir erit Dei, vſque ad diē mortis ſuæ. Precatus eſt itaq; Manoah Dominum, & dixit, Mi Domine, vir Dei quem miſiſti, rurſum quæſo veniat ad nos, doceatque nos quid faciamus puero 14 nato. Exaudiuit autem Dominus vocem Manoah: venit enim angelus Dei denuo ad mulierem illam 15 dum eſſet in agro: Manoah marito eius abſente. Feſtinans ergo mulier cucurrit, & nuntiauit marito ſuo, dicēs ad eum, En vir ille qui hodie ad me venerat, apparuit mihi. Et ſurgens Manoah, ſequutus eſt vxorem ſuam, veniensque ad virum illum, ait illi, Es tu vir ille qui loquutus es ad hanc mulierē? Is ait, Ego ſum. Dixit Manoah, Fiat igitur quod dixiſti, [ſed] quod erit 16 præſcriptum pueri & opus eius? Reſpondit angelus Dñi ipſi Manoah, Cauebit vxor ab omnibus de quibus loquut⁹ ſum ei. Quidquid de vite vinifera exit, ipſa non edet: vinum & ſiceram non bibet, nihil immundi comedet: [in ſumma,] quidquid præcepi ei, obſeruabit. Manoah dixit ad angelum Domini, Sine quæſo, vt te detineamus, interim 17 parabimus coram te hœdum ex capris. Angelus autem Domini reſpondit Manoah, [Etiam] ſi detineas me, non [tamen] comedam de 18 pane tuo: quòd ſi holocauſtum facere volueris, 19 Domino ſacrifica illud. 20 Neſciebat autem Manoah ipſum eſſe angelum Domini. Dixit ergo Manoah rurſum ad angelum Domini, 21 Quod eſt nomen tuum? 22 vt honorare te poſſimus quum euenerit quod dixiſti. Reſpondit angelus Domini, 23 Quur hoc quæris de nomine meo, quum ipſum ſit 24 reconditum? Tulit itaque Manoah hœdum ex capris, & 25 ſacrificium cibarium, & ſacrificauit ſuper petram Domino, & 26 mirifice egit, videntibus Manoah & vxore eius. Factum eſt enim quum flamma aſcēderet ex ara cælum verſus, vt angelus Domini in flamma aræ aſcenderet, videntibus [id] Manoah & vxore eius, qui & in faciem ſuam corruerunt ſuper terram. Angelus autem Domini denuo non apparuit Manoah & vxori eius: tunc cognouit Manoah quòd angelus Dei fuiſſet. Et dixit Manoah ad vxorem ſuam, 27 Certiſſime moriemur: nam Deum vidimus. Cui vxor ſua reſpondit, Si voluiſſet Dominus nos occidere, non accepiſſet de manu noſtra holocauſtum & 25 cibarium ſacrificium, 28 neque oſtendiſſet nobis iſta omnia, neque 29 ſecundum tempus nuntiaſſet nobis hoc. Peperit itaque mulier illa filium, & 30 vocauit nomen eius Samſon. Creuitque puer, & benedixit eum Dominus. Et cœpit 31 Spiritus Domini 32 per vices eum agitare in caſtris Dan, inter Zarea & Eſthaol.*

7 nomine vocaretur, noluit mihi dicere: ¶ Sed hoc reſpōdit, Ecce concipies & paries filium: caue ne vinum bibas
nec ſiceram, & ne aliquo veſcaris immūdo: erit enim puer
nazāræus Dei ab infantia ſua, & ex vtero matris ſuæ, vſq;
8 ad diem mortis ſuæ. ¶ Orauit itaque Manue Dominum,
& ait, Obſecro Domine, vt vir Dei quem miſiſti, veniat
iterum, & doceat nos quid debeamus facere de puero qui
9 naſciturus eſt. ¶ Exaudiuitque "Dominus deprecantē Manue, & apparuit rurſum angelus Dei vxori eius ſedenti in
agro. Manue autem maritus eius non erat cum ea. Quæ
10 cum vidiſſet angelum, ¶ feſtinauit, & cucurrit ad virum
ſuum: nuntiauitque ei, dicens, Ecce apparuit mihi vir quē
11 antè viderā. ¶ Qui ſurrexit, & ſecutus eſt vxorem ſuam:
veniensque ad virum, dixit ei, Tu es qui locutus es mu-
12 lieri? Et ille reſpōdit, Ego ſum. ¶ Cui Manue, Quādo, inquit, ſermo tuus fuerit expletus, quid vis vt faciat puer?
13 aut à quo ſe obſeruare debebit? ¶ Dixitque angelus Domini ad Manue, Ab omnibus quæ locutus ſum vxori tuę,
14 abſtineat ſe: ¶ & quicquid ex vinea naſcitur, non comedat: vinum & ſiceram non bibat, nullo veſcatur immūdo:
15 & quod ei præcepi, impleat atque cuſtodiat. ¶ "Dixit itaque Manue ad angelū Domini, Obſecro te vt acquieſcas
16 precibus meis, & faciamus tibi hœdum de capris. ¶ Cui
reſpōdit angelus, Si me cogis, non comedam panes tuos;
ſi autem vis holocauſtum facere, offer illud Domino. Et
17 neſciebat Manue quòd angelus Domini eſſet. ¶ Dixitq;
ad eum, Quod eſt tibi nomen, vt ſi ſermo tuus fuerit ex-
18 pletus, honoremus te? ¶ Cui ille reſpondit, Cur quæris
19 nomen meum, quod eſt mirabile? ¶ Tulit itaque Manue
hœdum de capris, & libamenta, & poſuit ſuper petrā offerens Domino qui facit mirabilia: ipſe autem & vxor ei⁹
20 intuebantur. ¶ Cumque aſcenderet flamma altaris in cælum, angelus Domini pariter in flamma aſcendit. quod
cum "vidiſſet Manue & vxor eius, proni ceciderunt in
21 terram. ¶ Et vltrà eis non apparuit angelus Domini: ſta-
22 timque intellexit Manue angelum Domini eſſe. ¶ Et
dixit ad vxorem ſuam, Morte moriemur, quia vidimus
23 "Dominum. ¶ Cui reſpondit mulier, Si Dominus nos
vellet occidere, de manibus noſtris holocauſtum & libamenta non ſuſcepiſſet, nec oſtendiſſet nobis hæc om-
24 nia, neque ea quæ ſunt ventura, dixiſſet. ¶ Peperit itaque filium, & vocauit nomen eius Samſon. Creuitque
25 puer, & benenedixit ei Dominus. ¶ Cœpitque Spiritus Domini eſſe cum eo in caſtris Dan inter Saraa
& Eſthaol,

Petit Manue qd agere debeat de filio naſcituro.
"Deus
Angelus apparet Manue.
C
"Dixitque
Manue offert Deo holocauſtum.
D
"vidiſſent
"Deum.
Naſcit Sāſon.

## SCHOLIA IN CAP. XIII.

1 .i. perpetrarunt rem ingratam Domino omnia intuenti. 2 nec pepererat. ſub. hactenus. 3 peperiſti. Hoc fecit Dominus in gratiā eorum qui non inciderant in idololatriam: quos tamen omnino nō liberauit. 4 Heb. Et nunc caue nunc ne, &c. pro, Nunc igitur caue poſthac ne, &c. Cum res ita habeat, caue poſthac, &c. 5 prægnans eris (vel, concipies) & paries, &c. 6 Heb. & nouacula non aſcendet ſuper caput eius. i. nouacula non radentur capilli capitis ei⁹. Alij legunt, non faciet aſcendere nouaculam. ſub. tonſor. 7 vel, nazaræus. 8 .i. ab ortu, ſiue natiuitate. 9 .q.d. primus omnium liberabit Iſraelem. Hic videtur oſtendere, hanc liberationem non abſolutum iri ab eo. 10 id eſt, diuinus quidam propheta. 11 Heb. terribilis. 12 nunc ergo ne bibas. 13 vel, à natiuitate nazāræus. 14 vel, naſcituro. 15 ea autem ſedebat, &c. i. ruſticabatur. 16 Heb. ius .i. quænam erit ratio educationis pueri? & quod opus eius? i. quid de eo faciemus? ſiue, quomodo tractabimus eum? 17 vel, faciemus. i. hœdum coctum offeremus tibi de quo comedes. 18 .i. cibis tuis. 19 ſub. non mihi, nec idolis. 20 Hæc iunguntur cum præcedente, Sine vt te detineamus, interim parabimus coram te hœdum. 21 Truncata locutio Hebraice, pro, Quis es? & quod eſt nomen tibi? 22 Heb. quoniam veniet verbum, & honorabimus te. 23 vel, Quamobrem quæris nomen meum? 24 vel, occultum? id eſt, quum non ſit familiare ac notum hominibus? ſiue, inter homines. 25 oblationem. vel, munus. 26 Heb. mirificauit facere. ſub. angelus, id eſt, fecit miraculum. nam de petra eduxit ignē. 27 Hebraiſmus, Moriendo moriemur. q.d. Actum eſt de nobis, breui morituri ſumus. Erat hæc vulgi opinio. 28 ideſt, non eduxiſſet nobis videntibus ignem ex petra. 29 tempore iſto, id eſt, non prædixiſſet nobis talia. 30 ſubaudi, mater. Verbum fœmininum apud Hebræos. 31 id eſt, ſpiritus fortitudinis. hoc eſt, donauit eum Dominus robore. cœpit agi Spiritu diuino. 32 eum agitare in Mahone Dan. Hic locus dictus eſt Caſtra Dan, quòd Danitæ quum in vrbem Lais educerent exercitum, in eo caſtra poſuerant.

## CAP. XIIII.

*Samſon deſcendit in Thimnath, videnſq; in Thimnath mulierem de filiabus Paleſthinorum, Aſcēdit & indicauit patri ſuo atque matri ſuæ hiſce verbis, Vidi*

## CAP. XIIII.

1 Deſcendit ergo Samſon in Thamnatha. videnſ-
2 que ibi mulierem de filiabus Philiſthijm, ¶ Aſcēdit, & nūtiauit patri ſuo, & matri ſuæ, dicēs, Vidi
mulierem

Sāſon ducit vxorem de filiabus Philiſthijm.



mulierem in Thamnatha de filiabus Philiſthinorum: quā
quæſo vt mihi accipiatis vxorem. ¶ Cui dixerunt pater & 3
mater ſua, Nunquid nō eſt mulier in filiabus fratrum tuorū, & in omni populo tuo, quia vis accipere vxorē de Phi
liſthijm, qui incircuncisi ſunt? Dixitque Samſon ad patrē
ſuum, Hanc mihi accipe: quia placuit oculis meis. ¶ Parē- 4
tes autem eius neſciebant quòd res à Dño fieret, & quæ-
reret occaſionem contra Philiſthijm. eo enim tempore
Philiſthijm dominabantur Iſraeli. ¶ Deſcendit itaq; Sam- 5
ſon cum patre ſuo & matre in Thamnatha: cumque venis
ſent ad vineas oppidi, apparuit catulus leonis ſæuus, & ru
giens, & occurrit ei. ¶ Irruit autem Spiritus Dñi in Sam- 6
ſon, & dilacerauit leonem, quaſi hœdum in fruſta decer-
peret, nihil omnino habens in manu: & hoc patri & matri
noluit indicare. ¶ Deſcenditque, & locutus eſt mulieri 7
quæ placuerat oculis eius. ¶ Et poſt aliquot dies reuer- 8
tens vt acciperet eam, declinauit vt videret cadauer leo-
nis, & ecce examen apum in ore leonis erat ac fauus mel-
lis. ¶ Quem cū ſumpſiſſet in manibus, comedebat in via: 9
veniensq; ad patrem ſuum & matrem, dedit eis partē, qui
& ipſi comederūt: nec tamē eis voluit indicare quòd mel
de corpore leonis aſſumpſerat. ¶ Deſcendit itaque pater 10
eius ad mulierem, & fecit filio ſuo Samſon conuiuium. ſic
enim iuuenes facere conſueuerant. ¶ Cum ergo ciues lo- 11
ci illius vidiſſent eum, dederunt ei ſodales triginta qui eſ
ſent cum eo. ¶ Quibus locutus eſt Samſon, Proponā vo- 12
bis problema: quod ſi ſolueritis mihi intra ſeptem dies cō
uiuij, dabo vobis triginta ſindones, & totidē tunicas. ¶ Sin 13
autem non potueritis ſoluere, vos dabitis mihi triginta ſin
dones, & eiuſdem numeri tunicas. Qui reſponderunt ei,
Propone problema, vt audiamus. ¶ Dixitq; eis, De come 14
dente exiuit cibus, & de forti egreſſa eſt dulcedo. nec po-
tuerunt per tres dies propoſitionem ſoluere. ¶ Cumque 15
adeſſet dies ſeptimus, dixerunt ad vxorem Samſon, Blan
dire viro tuo, & ſuade ei vt indicet tibi quid ſignificet pro
blema. quod ſi facere nolueris, incendemus te, & domum
patris tui. an idcirco vocaſtis nos ad nuptias vt ſpoliare-
tis? ¶ Quæ fundebat apud Samſon lachrymas, & quere- 16
batur dicens, Odiſti me, & non diligis: idcirco proble-
ma quod propoſuiſti filijs populi mei, non vis mihi expo-
nere. At ille reſpondit, Patri meo, & matri nolui dicere:
& tibi indicare potero? ¶ Septem igitur diebus conuiuij 17
flebat ante eum: tandemque die ſeptimo cum ei eſſet mo-
leſta, expoſuit. quæ ſtatim indicauit ciuibus ſuis. ¶ Et illi 18
dixerunt ei die ſeptimo ante ſolis occubitum, Quid dul-
cius melle, & quid fortius leone? Qui ait ad eos, Si non
araſſetis in vitula mea, nō inueniſſetis propoſitionē meā.
¶ Irruit itaque in eum Spiritus Domini, deſcenditque 19
Aſcalonem, & percuſsit ibi triginta viros: quorum abla-
tas veſtes dedit ijs qui problema ſoluerant. iratuſque ni-
mis aſcendit in domum patris ſui. ¶ Vxor autem eius ac- 20
cepit maritum vnum de amicis eius & pronubis.

B
Samſon leonis catulum dilacerat
Mel cum apum examine in corpore leonis.
Nuptiæ Samſonis.
C
Samſon ſodalibus ſuis proponit ænigma de leone quem occiderat, è cuius cadauere mel enatum fuerat.
D
Vxori exponit ænigma.
Vxor Samſonis alteri datur.

*in Thimnath 1 de filiabus Paleſthinorum, 2 quam [precor] mihi adiungatis vxorem. Ad quē ait pater ſuus & mater ſua, An nulla eſt inter filias fratrum tuorum, & in vniuerſo populo meo mulier, 3 vt tu vadas accipere vxorem de Paleſthinis incircunciſis iſtis? Reſpondit Samſon patri ſuo, Adiunge mihi illam, quoniam placet mihi. Pater autem eius & mater eius non ſciebant quòd hoc eſſet à Domino, & quòd occaſionem ipſe quæreret 4 à Paleſthinis. nam eo tempore Paleſthini imperitabant Iſraelitis. Deſcendit itaque Samſon cum patre ſuo & matre ſua in Thimnath: quumque veniſſent ad vineta Thimnath, en catulus leonis adultior rugiebat 5 occurrens ei. Et Spiritus Domini 6 proſpere egit in eo, ita vt diſcerperet eū, vti ſolet diſcerpi hœdus, 7 nec quidquam habebat in manu ſua. Et non 8 indicauit neque patri ſuo, neque matri ſuæ quod fecerat. Deſcendens autem loquutus eſt 9 cum muliere: 10 placuit enim Samſoni. Reuerſus autem poſt aliquot dies, vt illam acciperet, declinauit vt videret cadauer leonis, & ecce examen apum erat in 11 corpore leonis & 12 mel. Quod accipiens in manus ſuas abijt, edens inter eundum: & perueniens ad patrem ſuum & matrem ſuam dedit eis vt & ipſi comederent: nec indicauit eis quod accepiſſet mel ex corpore leonis. 13 Et deſcendit pater eius ad mulierem, & Samſon parauit ibi conuiuium: ſic enim 14 iuuenes facere ſolebant. Factumque eſt quum 15 illi vidiſſent eum, acceperunt triginta ſodales qui eſſent cum eo. Et dixit ad eos Samſon, Proponam vobis 16 quæſo ænigma, ſi plane ipſum mihi ſeptem diebus conuiuij aperueritis, & 17 inueneritis, dabo vobis triginta ſindones, & triginta veſtes mutatorias. Si verò explicare mihi non poteritis, dabitis vos mihi triginta ſindones, & triginta veſtes mutatorias. qui reſponderunt ei, Propone nobis ænigma tuum, vt audiamus ipſum. Et ait ad eos, De 18 comedente exiuit cibus, & de forti egreſſa eſt dulcedo. nec potuerunt explicare ænigma illud tribus diebus. 19 Septimo ergo die dixerunt ad vxorem Samſonis, 20 Induc maritum tuum, vt nobis ænigma iſtud aperiat, ne igne te & domum patris tui incendamus: an verò nos huc vocaſtis, 21 vt ad inopiam nos redigeretis? Et fleuit vxor Samſonis 22 apud eum, & dixit, Duntaxat odis me, nec diligis me: quandoquidem ænigma propoſitum populo meo, mihi non explicas. Qui ait, Ecce patri meo & matri meæ non indicaui, & tibi indicarem? Fleuit itaque apud eum 23 ſeptem diebus, 24 quibus conuiuium durabat: ſeptimo verò die indicauit ei, quandoquidem 25 vrſit eum: ipſa vero enarrauit ænigma populo ſuo. Septimo ergo 26 die antequam ſol occideret, ciues vrbis dixerunt ad illum, Quid dulcius melle? quid leone 27 fortius? Qui ait ad eos, 28 Niſi vitula mea araſſetis, non inueniſſetis ænigma meum. Et Spiritus Domini 29 proſpere egit in eo, vt deſcenderet in Aſcalon 30 & cæderet ex eis viros triginta, 31 exuuiaſque eorum tollens, mutatorias veſtes his qui ænigma explicuerant dedit. & incaluit 32 naſus eius, aſcenditque in domum patris ſui. Vxor verò Samſonis 33 data eſt alij ex æqualibus ſuis, quem ſodalem ſibi habuerat.*

## SCHOLIA IN CAP. XIIII.

1 Subaudi, quam depereo. 2 Hebraiſmus, nunc ergo capite eam mihi in vxorem. 3 vel, quòd tu eas. 4 id eſt, inuadendi Paleſthinos. 5 videtur ſeceſsiſſe aliquò Samſon, aut certe præcedebat parentes. 6 irruit in eum. Chaldæus paraphraſtes, vocat ſpiritū fortitudinis, quaſi dicat, roboratus eſt à Deo. factus eſt ſolito audacior & robuſtior. 7 id eſt, quum careret omnibus armis. 8 vel, narrauit. 9 de muliere. ſubaudi, apud parentes eius. 10 & placuit Samſoni, quaſi dicat, acquieuit precibus eius. Hebræi aiunt Samſonem conuertiſſe ad fidem Iſraelis eam mulierem. 11 cadauere. 12 mel cum cera. 13 Deſcendit itaque. Præceſſerat pater vt nuntiaret nurui vt ſe præpararet. 14 qui ſcilicet ducebant vxores. 15 nēpe ciues eius vrbis. 16 nunc. 17 ſubaudi, ſolutionem eius. 18 vel, deuorante. 19 ſubaudi, hebdomadis, id eſt, quarto ab ænigmate, & quarto conuiuij: nam ſabbathum incidebat in diem quartum cōuiuij. 20 Blandire viro tuo. vel, Blandis verbis perſuade viro tuo, quaſi dicat, Allice virum tuum vt indicet tibi ænigma, quod tu poſtea renunties nobis. 21 Ita Chaldæus paraphraſtes, Hebraice legitur, vt poſsideretis nos? id eſt, ſubſtātiam noſtram? hoc eſt, vt ſpoliaretis nos? 22 ſuper (vel, iuxta) eum. 23 id eſt, vſque ad ſeptimū diem. nam incœperat quarto flere. 24 Hebraiſmus, quo (tempore) erat illis conuiuium. id eſt, celebrabatur ab eis conuiuiū nuptiale. 25 vel, premebat eum. aut, moleſta erat ei. 26 conuiuij ſcilicet. 27 in genere nempe animantium. 28 .i. Niſi vxoris meæ opera fuiſſetis vſi, nō potuiſſetis inuenire ſolutionem problematis mei. 29 Hebraiſmus, irruit in eum, (vel, inuaſit eū,) & venit, &c. id eſt, tum factus eſt fortior ſolito & audacior. 30 & interfecit. 31 .i. veſtes. 32 ira eius. i. vehementer iratus eſt quod vxor ſua reuelaſſet ſolutionem ænigmatis. 33 Hebraiſmus, fuit ſodali eius quē aſſociauerat ſibi, id eſt, quem ſibi adiunxerat ſocium ac comitem, hoc eſt, viro qui antea chariſsimus fuerat Samſoni.

## CAP. XV.

*Contigit poſt dies aliquot in diebus triticeæ meſsis, vt Samſon inuiſeret vxorem ſuam 1 cum hœdo caprarum, diceretque, Ingrediar ad vxorem meam in 2 cubiculum. at pater vxoris non permiſit ei vt ingrederetur. Dixit autẽ pater vxoris, 3 Omnino mihi perſuaſeram, te illã certo odiſſe: dedi ergo eam ſodali tuo: ſoror verò eius minor natu annõ pulchrior iſta eſt? habeas ergo eã loco illius. Sãſon dixit ad eos, 4 Innocentior ſum ſemel Paleſthinis, vt eis malum inferam. Abijt ergo Samſon, & cepit trecentas vulpes, acceptiſque 5 facibus, & 6 coniunctis earum caudis, poſuit 7 facem vnam inter duas caudas, Accenſiſque facibus igni, miſit [ vulpes ] in ſtantes ſegetes Paleſthinorum, & incendit non 8 aceruos modo, ſed & ſtantem ſegetem, & 9 vineas [&] oleas. Et dixerunt Paleſthini, Quis hoc fecit? Et 10 dixerunt, Samſon gener 11 Thimnæi, quòd abſtulerit vxorem eius, dederitque eam ſodali 12 ſuo. Aſcendentes itaque Paleſthini, combuſſerunt eam & patrem eius igne. Quibus ait Samſon, 13 Quandoquidem hoc feciſtis, vindictã de vobis ſumam, & tandem ceſſabo. 14 Et percuſsit eos 15 ab armo ad femur vſque cæde magna: & deſcendens ſedit 16 in prærupta petra Etham. Aſcenderunt ergo Paleſthini, & caſtrametati ſunt in Iuda, 17 ſparſi in 18 Lehi, Et dixerunt viri Iehuda, 19 Quare aſcendiſtis ad nos? Reſponderunt, Vt 20 ligemus Samſonem aſcendimus, vt faciamus illi quemadmodum ipſe nobis fecit. Deſcenderunt ergo tria millia virorum de Iehuda 21 ad prærupta petræ Etham, & dixerũt ad Samſonem, Annon ſcis quòd Paleſthini nobis dominantur? cur igitur nobis id feciſti? Reſpondit eis, Sicut fecerunt mihi, ſic ego feci eis. Ad quem illi dixerunt, Nos deſcendimus vt te ligemus, & tradamus te in manum Paleſthinorum. Reſpondit eis Samſon, Iurate mihi 22 quòd vos non ſitis irruituri in me. Et dixerunt ei, Non: ſed 23 omnino ligabimus te, & trademus te in manum eorum, 24 at te plane non interficiemus. ligaueruntque eum duobus nouis funibus, 25 educentes eum de petra. Cumque ipſe veniſſet vſque ad Lehi, & Paleſthini iubilarent ei obuiam venientes, Spiritus Domini 26 proſpere egit in ipſo, factique ſunt funes 27 qui erant in brachijs eius, 28 vt lina igne combuſta, & 29 diſſluxerunt vincula eius è manibus eius. Et inueniens maxillam aſini 30 putreſcentem, miſſaque manu ſuſtulit illam, & percuſsit cum ea mille viros. Et ait Samſon, Maxilla aſini 31 [ trucidaui ] aceruũ [ hoſtiũ, ] imò duos aceruos, aſini maxilla cecidi mille viros. Cumque finiſſet ſermones, abiecit mandibulam è manu ſua, & vocauit locum illum 32 Ramath-lehi. Quum autem vehementer ſitiret, clamauit ad Dominum, & ait, Tu effeciſti magnam hanc ſalutem per manum ſerui tui, & nunc 33 ſiti 34 enecor, & incido in manum incircunciſorum iſtorum. Tum 35 diſſecuit Dominus 36 molarem qui erat in Lehi, 37 vt profluerent ex eo aquæ, quas dum biberet, 38 refocillatus eſt, & reuixit. Et hinc vocatum eſt nomen eius, Fons 39 inuocantis: qui in Lehi eſt vſque in hunc diem. Iudicauitque Iſraelem in diebus Paleſthinorum viginti annis.*

## CAP. XV.

1 POſt aliquantulum autem tẽporis, cum dies triticeæ
meſsis inſtarent, venit Samſon inuiſere volẽs vxorem ſuam, & attulit ei hœdum de capris. Cumque
cubiculũ ei⁹ ſolito vellet intrare, ꝓhibuit illũ pater illius,
2 Dicens, ¶ Putaui ꝙ odiſſes eam, & ideo tradidi illã amico
tuo: ſed habet ſororem, quę iunior & pulchrior illa eſt, ſit
3 tibi pro ea vxor. ¶ Cui Sãſon reſpõdit, Ab hac die non
erit culpa in me cõtra Philiſthęos: faciã enim vobis mala.
4 ¶ Perrexitq; & cepit trecẽtas vulpes, caudaſq; earũ iun-
5 xit ad caudas, & faces ligauit in medio: ¶ Quas igne ſuccendẽs
dimiſit vt huc illucq; diſcurrerẽt: quę ſtatim perrexerũt
in ſegetes Philiſthinorũ: quib⁹ ſuccẽſis, & cõportatę
iã fruges, & adhuc ſtãtes in ſtipula, cõcrematæ ſunt,
6 in tãtũ vt vineas quoq;, & olíueta, flãma cõſumeret. ¶ Dixerũtq;
Philiſthijm, Quis fecit hãc rẽ? Quibus dictũ eſt,
Sãſon gener Thanathęi: quia tulit vxorẽ ei⁹, & alteri tradidit,
hęc operatus eſt. Aſcenderũtq; Philiſthijm: & cõbuſ
7 ſerũt tã mulierẽ quã patrẽ eius. ¶ Quibus ait Sãſon, Licet
hæc feceritis, tamẽ adhuc ex vobis expetã vltionẽ, &
8 tũc quieſcã. ¶ Percuſsitq; eos ingẽti plaga, ita vt ſtupẽtes
ſurã femori imponerẽt. Et deſcendẽs habitauit in ſpelũca
9 petræ Etã. ¶ Igitur aſcẽdẽtes Philiſthijm in Terrã-Iuda
caſtrametati ſunt in loco, qui poſtea vocatus eſt Lechi, id
10 eſt maxilla: vbi eorũ fuſus eſt exercit⁹. ¶ Dixerũtq; ad eos
de tribu Iuda, Cur aſcẽdiſtis aduerſum nos? Qui reſpõderunt,
Vt ligem⁹ Sãſon venimus, & reddamus ei quæ in nos
11 operat⁹ eſt. ¶ Deſcẽderũt ergo tria millia virorũ de Iuda,
ad ſpecũ ſilicis Etã, dixerũtq; ad Sãſon, Neſcis quòd Phi
liſthijm imperẽt nobis? quare * hoc facere voluiſti? Quib⁹
12 ille ait, Sicut fecerunt mihi, ſic feci eis. ¶ Ligare, inquiunt,
te venimus, & tradere in manus Philiſthinorũ. Quib⁹ Sãſon,
Iurate, ait, & ſpondete mihi quòd non occidatis me.
13 ¶ Dixerũt, Nõ te occidemus, ſed vinctũ trademus. Ligauerũtq;
eũ duobus nouis funibus, & tulerũt eum de petra
14 Etã. ¶ Qui cũ veniſſet ad locũ Maxillæ, & Philiſthijm vociferãtes
occurriſſent ei, irruit Spiritus Dñi in eũ: & ſicut
ſolent ad ⁰odorẽ ignis ligna cõſumi, ita vincula quibus li-
15 gatus erat, diſsipata ſunt & ſoluta. ¶ Inuentãq; maxillã,
id eſt mandibulã aſini, quæ iacebat, arripiẽs, interfecit in
16 ea mille viros, ¶ & ait, In maxilla aſini, in mãdibula pulli
17 aſinarũ deleui eos, & percuſsi mille viros. ¶ Cumq; hæc
verba canẽs cõpleſſet, proiecit mandibulam de manu, &
vocauit nomen loci illius Ramath-lechi, quod interpre-
18 tatur eleuatio maxillæ. ¶ Sitienſque valde, clamauit ad
Dominum, & ait, Tu dediſti in manu ſerui tui ſalutẽ hãc
maximã atq; victoriam: & en ſiti morior, Incidãq; in ma-
19 nus incircunciſorum. ¶ Aperuit itaque ⁰ Dominus molarem
dentem in maxilla aſini, & egreſſæ ſunt ex eo aquæ,
Quibus hauſtis refocillauit ſpiritum, & vires recepit. Idcirco
appellatum eſt nomen loci illius, Fons-inuocantis-
20 de-maxilla, vſque in pręſentem diem. ¶ Iudicauitque Iſ-
rael in diebus Philiſthijm viginti annis.

Samſon propter ablatam vxorẽ, ſegetes Philiſthinorum exurit.

B

Comburit vxor Samſonis à Philiſthæis.

C

Samſon ligatus traditur Philiſthæis.

*ergo

Maxilla aſini, Spiritu Dei motus, mille viros occidit.

⁰ardorem ignis

D lina

Victoriam Deo tribuit.

⁰Deus

Aquis è dente molari aſinifluẽtibus, ſitim leuat.

## SCHOLIA IN CAP. XV.

1 id eſt, ferens hœdum. 2 ſecretius ſcilicet. 3 Hebraiſmus, Dixi (in corde meo) quòd odiẽdo odiſſes eam, id eſt, Putaui quod odiſſes eam, idcirco, &c. 4 Innocens ero hac vice à Philiſthæis: facturus ſum enim illis malum, id eſt, culpa carebo poſthac, etiã ſi perdam Philiſthæos. Teſtor innocentiam meam, quod quicquid facturus ſum poſthac Paleſthinis, id iure feciſſe videar, nempe ab his læſus. Verti etiam poteſt poſterior pars, Cum faciam illis malum. aut, Innocens ero hac vice apud Philiſthæos, ſi fecero, &c. id eſt, ſi iniuriam acceptam retulero: fui enim prior laceſsitus ab illis. 5 vel, titionibus. 6 Hebraiſmus, conuerſis caudis ad caudas. 7 vel, titionem. 8 id eſt, fruges poſitas per aceruos. 9 vel, vineas iunctas oliuetis. 10 ſubaudi, alij. 11 id eſt, ciuis è Thimna. 12 illi⁹. 13 Heb. Si feciſſetis rẽ talẽ: ſed (vel, niſi) vlciſcar de vobis, & poſtea ceſſabo. Verba hominis irati, ob id multa ſubĩtelligẽda, hoc modo, Si feciſſetis tale quid initio quũ primũ ſcilicet adẽpta fuit mihi vxor mea, fuiſsẽ placatus: certe non mihi ſatiſfecero, niſi pœnas adhuc



adhuc de vobis ſumpſero. Vel, ſed vlciſcar me de vobis prius quàm deſiſtam. Chaldæus paraphraſtes vertit, Percuſsit ex eis tam pedites quàm equites. quod doctis non probatur. 14 Percuſsit ergo. 15 Hebraiſmus, (in) crure, vnà cum femore, id eſt, tam in cruribus quã in femoribus, quaſi dicat, vehementer & acriter. 16 in promontorio ſaxi, id eſt, in parte rupis quæ excurrebat longius. 17 vel, effuſi. 18 nomen loci, qui ita poſtea fuit vocatus ab euentu rei. 19 id eſt, Quare cepiſtis arma contra nos? 20 id eſt, ligatum abducamus. 21 in promontorium rupis. 22 Hebraiſmus, ne irruatis in me vos, id eſt, ne quum ligatus fuero, irruatis in me. 23 Hebraiſmus, ligando ligabimus te, id eſt, diligenter te ligabimus. 24 Hebraiſmus, at occidendo non occidemus te. 25 & aſcendere fecerunt de rupe, id eſt, abduxerunt. 26 irruit in eum, id eſt, factus eſt ſolito fortior. 27 id eſt, quibus erant brachia eius conſtricta. 28 id eſt, ſimilia funibus ex lino vſtulato. 29 diſſoluta ſunt, id eſt, diſſoluta diſsilierunt. 30 humentem, recentem, id eſt, adhuc ſucculentam, & nondum ſiccam maxillam aſini mortui. 31 Hebraiſmus, aceruus (vnus factus eſt, &) acerui duo, id eſt, Feci vnum & alterum cumulum cadauerum. Vel, aceruum vnum & alterum, ſubaudi, feci ex hominibus quos occidi. 32 id eſt, proiectionem maxillæ. 33 in quam ſcilicet incidi interficiendò Paleſthinos. 34 vel, moriar, & incidam. 35 vel, rupit. 36 concauitatem quæ erat, &c. vel, locũ concauum qui erat, &c. Locus ille referebat mortarium ſiue pilam. Chald. paraph. vertit petram, quæ ſcilicet ſimilis erat mortario, hoc eſt ſaxum quoddam cõcauum. Alij cauitatem interpretãtur locum in quo erat dens molaris quæ erat in maxilla. 37 & exierunt. 38 Hebraiſmus, reuerſus eſt ſpiritus eius, &c. id eſt, recepit vires & recreatus eſt. 39 vel, implorantis. ſubaudi, opem diuinam.

## CAP. XVI.

ABijt quoque in Gazam, & vidit ibi mulierem me- 1
retricem, ingreſſuſque eſt ad eam. ¶ Quod cum 2
audiſſent Philiſthijm, & percrebruiſſet apud eos,
intraſſe vrbem Samſon, circũdederunt eum, poſitis in por
ta ciuitatis cuſtodibus: & ibi tota nocte cum ſilentio præ-
ſtolantes, vt facto mane exeuntem occiderent. ¶ Dormi- 3
uit autem Samſon vſque ad medium noctis: & inde cõſur
gens apprehendit ambas portæ fores cum poſtibus ſuis &
ſera, impoſitaſque humeris ſuis portauit ad verticem mon
tis qui reſpicit Hebron. ¶ Poſt hæc amauit mulierem, quę 4
⁰habitauit in Valle-ſorec, & vocabatur Dalila. ¶ Vene- 5
runtque ad eam principes Philiſthinorum, atque dixerũt,
Decipe eum, & diſce ab illo in quo habeat tantam fortitu
dinem, & quomodo eum ſuperare valeamus, & vinctum
affligere: quod ſi feceris, dabimus tibi ſinguli mille & cen
tum argenteos. ¶ Locuta eſt ergo Dalila ad Samſon, Dic 6
mihi, obſecro, in quo ſit tua maxima fortitudo, & quid ſit
quo ligatus erumpere nequeas. ¶ Cui reſpondit Samſon, 7
Si ſeptem neruiceis funibus necdum ſiccis, & adhuc humẽ
tibus ligatus fuero, infirmus ero vt cæteri homines. ¶ At- 8
tuleruntque ad eam ſatrapæ Philiſthinorum ſeptem fu-
nes, vt dixerat: quibus vinxit eum, ¶ Latentibus apud ſe 9
inſidijs, & in cubiculo finem rei expectantibus: clamauit-
que ad eum, Philiſthijm ſuper te Samſon. qui rupit vincu
la, quomodo ſi rumpat quis filum de ſtupa tortum ſputa-
mine, cum odorem ignis acceperit: & non eſt cognitum
C in quo eſſet fortitudo eius. ¶ Dixitque ad eum Dalila, Ec- 10
ce illuſiſti mihi, & falſum locutus es: ſaltem nunc indica
mihi quo ligari debeas. ¶ Cui ille reſpondit, Si ligatus 11
fuero nouis funibus, qui nunquam fuerunt in opere, infir
mus ero, & aliorum hominum ſimilis. ¶ Quibus rurſum 12
Dalila vinxit eum, & clamauit, Philiſthijm ſuper te Samſon,
in cubiculo inſidijs præparatis. qui ita rupit vincula
quaſi fila telarum. ¶ Dixitque Dalila rurſum ad eum,
Vſquequo decipis me, & falſum loqueris? oſtẽde quo vin 13
ciri debeas. ¶ Cui reſpondit Samſon, Si, inquit, ſeptem
crines capitis mei cum licio plexueris, & clauum his cir-
cunligatum terræ fixeris, infirmus ero. ¶ Quod cum fe- 14
ciſſet Dalida, dixit ad eum, Philiſthijm ſuper te Samſon.
Qui conſurgens de ſomno extraxit clauum cum
D crinibus & licio. ¶ Dixitque ad eum Dalila, Quo- 15
modo dicis quòd amas me, cum animus tuus non ſit me-
cum? per tres vices mentitus es mihi, & noluiſti dicere
in quo ſit maxima fortitudo tua. ¶ Cumque moleſta 16
eſſet ei, & per multos dies iugiter adhæreret, ſpatium
ad quietem non tribuens, defecit anima eius, & ad mor-
tem vſque laſſata eſt. ¶ Tunc aperiens veritatem rei, di- 17
xit ad eam, Ferrum nunquam aſcendit ſuper caput
meum, quia nazaræus, id eſt conſecratus ⁰ Domino ſum
de vtero matris meæ: ſi raſum fuerit caput meum, recedet
à me fortitudo mea, & deficiam, eroque ſicut cæteri ho-
mines. ¶ Videnſque illa quod confeſſus ei eſſet omnem 18

Samſon ingreditur ad mulierẽ meretricem.

Portas Gazæ in montẽ defert.

⁰habitabat

Sãſon amat Dalilam, quam ſæpe deludit petẽtem in quo eſſet eius maxima fortitudo. B

Samſon tandem indicat Dalilæ ĩ quo ſit ſua fortitudo, & decipitur.

⁰Deo

## CAP. XVI.

*ABiens Samſon in Gaſa, vidit illic mulierem 1 meretricem, 2 ingreſſuſque eſt ad eam. Aſothæis autem 3 dictum eſt, Venit Samſon huc. 3 Circumeuntes ergo, inſidiaſque ei ſtruentes tota illa nocte 4 in portis ciuitatis, 5 ſimularunt ſe mutos & ſurdos tota illa nocte, 6 hoc conſilio, vt eum mane ſub lucem occiderent. Dormiens itaque Samſon ad medium vſque noctis, media nocte ſurrexit, & apprehendens fores portæ ciuitatis cum duobus poſtibus, 7 amouit eas vnà cum 8 vecte, 9 impoſitaſque humeris ſuis, portauit 10 eas in cacumen montis, qui eſt e regione Hebron. Contigit poſt hæc vt amaret mulierem quandam 11 iuxta torrentem Sorec, cuius nomen erat 12 Dalila. Ad quam quum aſcendiſſent principes Paleſthinorum, dixerunt ad eam, 13 Illecta eum verbis, & 14 experire in quo ſit robur eius tam magnum, & qua in re poſsimus ei eſſe ſuperiores, vt ligatum affligamus: dabitque tibi quiſque noſtrum mille & centum 15 argenteos. Dixit ergo Dalila ad Samſonem, Indica mihi, quæſo, in quo ſit robur tuum tam magnum, & 16 quo poſsis ligari 17 atque ſubigi, Reſpondit ei Samſon, 18 Si ligauerint me ſeptem 19 funibus recentibus qui nondum ſicci ſunt, 20 ero debilis ſicut cæteri homines. Attulerunt ergo ad eam principes Paleſthinorum ſeptem recentes reſtes, qui nondum ſicci erant, illaque ligauit eum hiſce [ reſtibus ] ( 21 Inſidiantes interim ſedebant ipſi Dalilæ in cubiculo ) dixit ergo [ Dalila ] ad eum, Paleſthini 22 imminent tibi ô Samſon. 23 qui ilico rupit funes illos, vt rumpi ſolet funiculus ſtupeus dum ignem ſentit: 24 neque cognitum eſt robur eius. Dixitque Dalila ad Samſonem, En fefelliſti me, & loquutus es mihi mendacia, indica ergo 25 nunc mihi quo poſsis vinciri. Et dixit ad eam, Si me fortiter vinciant 26 rudentibus nouis, quibus nihil operis adhuc factum ſit, 27 ero infirmus, & ſicut 28 alius quiſpiam. Accepit igitur Dalila rudentes nouos, & vinxit eum illis, dixitque ad eum, Paleſthini 29 imminent tibi ô Samſon: (erant autem inſidiæ deliteſcentes in conclaui) & abrupit eos à brachijs ſuis tanquam filum. Dixitque Dalila ad Samſonem, Hactenus fallis me, & mendacijs mecum agis, 30 indica mihi quo poſsis vinciri. At ille ait ad eam, Si ſeptem cincinnos capitis mei 31 iugo textorio intexueris. 32 Infigens illa clauum, 33 dixit ad eum, Paleſthini 29 imminent tibi ô Samſon. Et expergiſcens è ſomno ſuo, clauum 34 texturæ cum iugo extraxit. Dixitque rurſus ad eum, Quomodo dicis, Amo te: quum ⁒ cor tuum non ſit mecum? iam ter me fefelliſti, nec indicaſti mihi in quo ſit robur tuum ingens. Factumque eſt, quum illa verbis ſuis ſingulis diebus ⁼ vrgeret eum, ⁑ negotiumque ei faceſſeret, vt anima eius tantum non enecaretur. Indicans ergo ei totum cor ſuum, dixit ei, Nouacula nunquam ⁰ admota eſt capiti meo, ſum enim 35 naſir Dei ab vtero matris meæ: ſi fuero raſus, recedet à me robur meum, 36 infirmatuſque ero ſimilis omnibus cæteris hominibus. Animaduertens autem Dalila, quòd ei totum*

cor ſuum indicaſſet, miſit accerſitum principes paleſthinorum hiſce verbis, 37 Aſcendite adhuc ſemel, quoniam indicauit mihi totum cor ſuum. aſcenderunt igitur principes Paleſthinorum, ferentes 38 pecuniam in manu ſua. Effecit autem [Dalila] vt dormiret ſuper genua eius, & vocato 39 viro, 40 detondet ſeptem 41 cincinnos capitis eius, cœpitque affligere eum, & receſsit robur eius ab eo. Et ait, Paleſthini 29 imminent tibi ô Samſon. Qui è ſomno ſuo expergiſcens, cogitauit, Egrediar 42 etiam nunc ſicut aliâs, 43 vt excutiā [me,] 44 ignorans quòd Dominus receſsiſſet ab eo: Apprehendentes autem eum Paleſthini, effoderunt oculos eius. Duxeruntque eum in Gaſa, & vinxerunt eum duabus 45 æneis catenis, vt moleret in loco vinctorum. Cœpit verò capillus capitis ſui renaſci, 46 vt raſus fuerat. Satrapæ autem Paleſthinorum congregati, vt ſacrificium magnum ſacrificarent deo ſuo Dagon, & vt lætarentur, dixerunt, Tradidit deus noſter in manus noſtras Samſonem hoſtem noſtrum. Et populus quoque quum vidiſſent eum, laudauerunt deum ſuum, dicentes, Deus noſter tradidit hoſtem noſtrum in manum noſtram, & vaſtatorem terræ noſtræ, 47 qui ex nobis multos interfecit. Contigit autem, quum cor eorum lætum eſſet, vt diceret, Vocate Samſonem, 48 vt riſum nobis exhibeat. Vocarunt ergo Samſonem è carcere, & ludebat coram eis: collocaruntque eū 49 inter columnas. Et ait Samſon ad puerum qui ducebat eū manu ſua, Duc me 50 vt attingam columnas quibus domus ſuſtinetur, vt innitar eis. Porrò domus ipſa referta erat viris & mulieribus, aderantque omnes ſatrapæ Paleſthinorum, quin & ſuper tectum erant ferè tria millia virorum & mulierum ſpectantium ludentem Samſonem. Samſon autem clamans ad dominum, dixit, Domine Deus, memento mei quæſo, & corrobora me quæſo 51 vel nunc ô Deus, 52 vt vnam vltionem ſumam de Paleſthinis pro duobus oculis meis. Complexus itaque eſt Samſon duas columnas intermedias, quibus domus ipſa nitebatur, 53 & quibus fulciebatur, 54 alterā dextera ſua, alteram ſiniſtra ſua, Simulque dixit Samſon, 55 Morietur anima mea cum Paleſthinis. Et cum ſe 56 toto robore inclinaret, cecidit domus ipſa ſuper ſatrapas, ſuperque omnem populum qui erant in ea. Fueruntque eorum plures quos moriens interfecit, quàm quos in vita ſua occiderat. 57 Deſcenderuntq; fratres eius, & vniuerſa domus patris eius, & tulerunt eum, 58 ducenteſque eum ſepelierunt 59 inter Zarea & inter Eſthaol in ſepulchro Manoah patris ſui. Et ipſe quidem iudicauerat Iſraelem viginti annis.

animum ſuum, miſit ad principes Philiſthinorum ac mā-
dauit, Aſcendite adhuc ſemel, quia nūc mihi aperuit cor
ſuum. Qui aſcenderunt aſſumpta pecunia quam promi- E
19 ſerant. ¶ At illa dormire eum fecit ſuper genua ſua, &
in ſinu ſuo reclinare caput. Vocauitque tonſorem, &
raſit ſeptem crines eius, & cœpit abigere eum, & à
20 ſe repellere: ſtatim enim ab eo fortitudo diſceſsit: ¶ di-
xitque, Philiſthijm ſuper te Samſon. Qui de ſomno
conſurgens, dixit in animo ſuo, Egrediar ſicut ante
feci, & me excutiam. neſciens quòd receſsiſſet ab eo
21 Dominus. ¶ Quem cum apprehendiſſent Philiſthijm,
ſtatim eruerunt oculos eius, & duxerunt Gazam vinctum
22 catenis, & clauſum in carcere molere fecerunt. ¶ Iam-
23 que capilli eius renaſci cœperant, ¶ & principes Phili-
ſthinorum conuenerunt in vnum vt immolarent hoſtias
magnificas Dagon deo ſuo, & epularentur, dicentes, Tra
didit deus noſter inimicum noſtrum Samſon in manus no
24 ſtras. ¶ Quod etiam populus videns, laudabat deum ſuū,
eademq; dicebat, Tradidit deus noſter aduerſarium no-
ſtrum in manus noſtras, qui deleuit terrā noſtram, & oc-
25 cīdit plurimos. ¶ Lætanteſque per conuiuia, ſumptis iam
epulis, præceperunt vt vocaretur Samſon, & ante eos lu-
deret. qui adductus de carcere ludebat ante eos, fecerūtq;
26 eum ſtare inter duas columnas. ¶ Qui dixit puero regenti
greſſus ſuos, Dimitte me, vt tangam columnas quibus om-
nis imminet domus, & recliner ſuper eas, & paululum re-
27 quieſcam. ¶ Domus autem erat plena virorum ac mu-
lierum, & erant ibi omnes principes Philiſthinorum, ac
de tecto & ſolario circiter tria millia vtriuſque ſexus ſpe-
28 ctantes ludentē Samſon. ¶ At ille inuocato Domino ait,
Domine Deus meus memento mei, & redde mihi nunc
fortitudinem priſtinam Deus meus, vt vlciſcar me de ho-
ſtibus meis, & pro amiſsione duorum luminum vnam vl-
29 tionem recipiam. ¶ Et apprehendens ambas columnas,
quibus innitebatur domus, alteramque earum dextera, &
30 alteram leua tenens, ¶ Ait, Moriatur anima mea cum
Philiſthijm. Concuſsiſque fortiter columnis, cecidit do-
mus ſuper omnes principes & cæteram multitudinē quæ
ibi erat. Multoque plures interfecit moriens, quàm antè
31 viuus occiderat. ¶ Deſcendentes autem fratres eius,
& vniuerſa cognatio, tulerunt corpus eius, & ſepelierunt
inter Saraa & Eſthaol in ſepulchro patris ſui Manue: iu-
dicauitque Iſrael viginti annis.

Samſoni deficit fortitudo.

Apprehēſum Samſonem excæcant Philiſthijm.

Dagoni idôla tribuunt Gazitæ, F quod captus ſit Sāſon.

Illudunt Samſoni Philiſthijm.

G Orat Samſon, reddi ſibi fortitudinem.

Moritur cū principibus Philiſthinorū & reliqua multitudine.

## SCHOLIA IN CAP. XVI.

1 Cauponariam. Nulla fit mentio quod Samſon hanc amarit: ob id vertendum, cauponariā. 2 ad quam diuertit. 3 Hebraiſmus, dicendo. Deeſt verbum (renuntiatum eſt) vt intelligatur ilico fuiſſe renuntiatum. Gazitis (inquit) renuntiatum eſt dicendo. 3. i. Collocantes inſidias per loca. vel, Munientes loca per quæ poſſet euadere. 4 in porta, id eſt, claudendo portam vrbis. 5 conticuerunt. quaſi ſcilicet eſſent muti, nullum tumultum fecerunt, ne id ſentiret Samſon. 6 Hebraiſmus, dicentes; Vſque ad lucem mane (ſubaudi, expectabimus:) tum demum interficiemus eum. 7 detulit illa. 8 ſignificat vectem tranſuerſarium quo fores occluduntur. 9 impoſitaque. 10 illa. 11 in Nahal-ſorec, id eſt, in valle Sorec. 12 Hebræi aiunt Dalilam fuiſſe edoctam à Samſone legem Moſis, antequam commercium haberet cum ea. 13 Decipe illum blanditijs. 14 Hebraiſmus, vide, id eſt, diſce ab eo. 15 ſubaudi, ſiclos. Chaldæus paraphraſtes, argenteos ſiclos. 16 in quo, id eſt, qua ratione. 17 Hebraiſmus, ad affligendum te, id eſt, ita vt facile ſit te affligere. 18 ſubaudi, Potero ſuperari, ſi, &c. 19 vel, vinculis. Vincula ſunt intorta quæ ex limo conijciuntur adhuc viridi. Doctus inter Hebræos vincula talia fieri dicit ex arbore molli, & lenta, qualia ſunt quibus colliguntur faſciculi. 20 Hebraiſmus, & ero ſicut vnus ex hominibus. 21 Inſidiæ autem erant diſpoſitæ (vel, deliteſcebant) apud illam in penetrali. 22 Hebraiſmus, ſuper te, quaſi dicat, Serua te, nam en Paleſthini volunt irruere in te. Hoc dicit vt terreat & periculum faciat an poſsit rumpere vincula. 23 qui rupit vincula illa. 24 id eſt, non potuit deprehendere qua re conſtaret fortitudo eius. 25 vel, tandem. 26 funibus craſsioribus. qui ſcilicet tribus funiculis alijs conſtent. 27 id eſt, deſtituar virtute mea. 28 Hebr. vnus ex hominibus. 29 Hebraiſmus, ſuper te, id eſt, parati ſunt te inuadere, conſule tibi. 30 Hebraiſmus, indica nunc (vel, tandē) mihi, 31 cum tela quæ eſt inuoluta circum iugum liciatoriū, &c. Iugū textorium ſignificat lignū teres quo textores telam confectam inuoluunt. Crines habebat Samſon oblongos, & criſpos, intricatos & contortos. Septem cincinnos vocat partem capillorū conglobatam. 32 Hebraiſmus, (ſubaudi, Et ita attexuit,) & ſtabiliuit clauo, id eſt, Obfirmauit iugum liciatorium vecte, ſiue clauo, ne ſcilicet commoueretur. facile enim rotatur. 33 vel, exclamauit. 34 iugi liciatorij, & telam inuolutam circum iugum, abſtulit, quaſi dicat, traxit ſecum omnia. ⁒ vel, ſi ſis alieno à me animo? ⁑ coarctaret. pene cogeret. pergeret verbis eſſe moleſta, † obtunderetque eum: tunc elanguit animus eius ad moriendū, id eſt, cœpit animo eſſe remiſsiore ſolito, ita vt optaret mortem. cœpit eum tædere vitæ. ○ reſecando ſcilicet capillos. 35 vel, nazaræus, id eſt, ſeparatus. 36 id eſt, fortitudo mea minuetur, neque erunt mihi maiores vires, quàm cæteris hominibus. 37 Et hoc verbo videtur habitaſſe Samſon in loco ſuperiore. aut certe intermedius erat mons. 38 id eſt, argentum promiſſum ipſi Dalilæ. 39 ſubaudi, tonſore. 40 totondit. vel, radi iuſsit. 41 quibus ſcilicet conſtabat tota eius cæſaries. erat enim diſtincta in ſeptem cincinnos. id eſt, capillos oblongos & contortos. 42 Hebraiſmus, vt vice (alia,) hac quoque vice. 43 ſubaudi, de manibus eorum. 44 id eſt, neſciebat ſe deſtitutum robore illo quod habuerat à Deo. 45 compedibus. ſubaudi, ferreis. Chaldæus paraphraſtes, catenis ferreis. 46 vel, poſtquam tonſus fuit. 47 Hebraiſmus, qui multiplicauit occiſos noſtros. 48 Hebraiſmus, vt ludat coram nobis. 49 inter (duas) columnas. vt ſcilicet eum ſpectarent, & deluderent. 50 vel, ad columnas. Admoue me columnis. 51 aut, tantum hac vice. 52 Hebraiſmus, vt vlciſcar vltionem de vno ex duobus oculis meis ex Paleſthinis. id eſt, vt ſumam vindictam de altero ex oculis meis.: hoc eſt, de amiſsione vnius ex oculis meis. 53 & innixus eſt illis. 54 ſubaudi, tenebat. 55 vel, potius, Moriatur. 56 Hebraiſmus, cum virtute, id eſt, cum magno nixu impelleret. 57 vel, Deſcenderunt ergo. 58 Hebraiſmus, aſcendenteſque. vel, reuerſique. 59 Hæ ſunt in tribu Dan.



## CAP. XVII.

Michę mater curat ſibi facienda idôla duo: alterum conflatile; alterū ſculptile.

FVitque eo tempore vir quidam de monte E- 1
phraim nomine Michas, ¶ qui dixit matri ſuæ, 2
Mille & centum argenteos quos ſeparaueras ti-
bi, & ſuper quibus me audiente iuraueras, ecce ego
habeo, & apud me ſunt. Cui illa reſpondit, Benedi-
ctus filius meus Domino. ¶ Reddidit ergo eos matri 3
ſuæ, quæ dixerat ei, Conſecraui, & voui hoc argentum
Domino, vt de manu mea ſuſcipiat filius meus, & faciat
B ſculptile atque conflatile; & nunc trado illud tibi. Red-
didit igitur eos matri ſuæ: ¶ quæ tulit ducentos ar- 4
genteos, & dedit eos argentario, vt faceret ex eis ſcul-
ptile atque conflatile, quod fuit in domo Michæ. ¶ Qui 5
ædiculam quoque in ea Deo ſeparauit, & fecit ephod,
& theraphim, id eſt veſtem ſacerdotalem, & idôla: im-
pleuitque vnius filiorum ſuorum manum, & factus eſt ei
C ſacerdos. ¶ In diebus illis non erat rex in Iſrael; ſed 6
vnuſquiſque quod ſibi rectum videbatur, hoc faciebat.
¶ Fuit quoque in tempore illo alter adoleſcens de 7
Beth-lehem Iuda ex cognatione eius: eratque ipſe Le-
uites, & habitabat ibi. ¶ Egreſſuſque de ciuitate Beth- 8
lehem, peregrinari voluit vbicunque ſibi commodum
reperiſſet. Cumque veniſſet in montem Ephraim iter
faciens, & declinaſſet parumper in domum Michæ, ¶ in- 9
D terrogatus eſt ab eo vnde veniſſet. Qui reſpondit,
Leuita ſum de Beth-lehem Iuda, & vado vt habitem vbi
potuero, & vtile mihi eſſe proſpexero. ¶ Dixitque 10
Michas, Mane apud me, & eſto mihi parens ac ſa-
cerdos: daboque tibi per annos ſingulos decem ar-
genteos, ac veſtem duplicem, & quæ ad victum ſunt
neceſſaria. ¶ Acquieuit, & manſit apud hominem, fuit- 11
que illi quaſi vnus de filijs. ¶ Impleuitque Michas ma- 12
num eius, & habuit puerum ſacerdotem apud ſe, ¶ Nunc 13
ſcio, dicens, quòd benefaciet mihi * Deus habenti Le-
uitici generis ſacerdotem.

Adoleſcentem Bethlehemitā ſumit ſibi Michas in ſacerdotem.

*Dominus

VIr fuit de monte Ephraim, cuius nomen Micha, qui dixit 1 ad matrem ſuam, Mille & centum argentei qui ſurrepti ſunt tibi, & tu 2 diris deuouebas, 3 loquebariſq; me audiente: en inquam, ea pecunia apud me eſt, ego ſurripui eam. Et ait mater eius, 4 Benedictus ſis Domino mi fili. Quumque reſtituiſſet mille & centum illos argenteos matri ſuæ, ait mater eius, 5 Conſecraui hanc pecuniam Domino de manu mea 6 tibi filio meo, vt facias ſculptile & fuſile [ſimulachrum:] nunc igitur eam tibi reſtituo. Quum vero ille matri ſuæ pecuniam [denuo] 7 reſtituiſſet, 8 accepit mater eius ducentos 9 argenteos, & dedit eos fuſori, qui fecit ex eis ſculptile [ſimulachrum] & fuſile, fuitq; illud in domo Micha. Fuit & apud virum illum Micha ædes ſacra 10 Dei: fecit quoque 11 ephod & 12 theraphim, & 13 conſecrauit manum vnius ex filijs ſuis, qui factus eſt ei ſacerdos. In iſtis diebus non erat 14 magiſtratus legitimus in Iſraele, ſed quiſque quod ſibi rectum videbatur, 15 faciebat. Fuit autem adoleſcens de Beth-lehem Iuda, de 16 familia quoq; Iuda; & hic Leuita erat, 17 commorabaturque ibi. Hic abijt de ciuitate Beth-lehem Iuda, vt cōmoraretur vbi [locū] inueniret: & venit in montem Ephraim vſque ad domum Micha, 18 vt pergeret via ſua. Ad quem dixit Micha, Vnde venis? Cui reſpondit Leuites, Ego 19 ſum de Beth-lehem Iuda, & vado vt commorer vbicunque 20 poſsim. Ad quē Micha ait, Mane apud me, & eſto mihi 21 pater & ſacerdos, ego verò dabo tibi decem 22 argenteos 23 cum fuerit opus, & 24 demenſum veſtimentorum, & alimoniam tuam: & 25 iuit Leuita. Et Leuita 26 conſtituit in animo ſuo quòd vellet manere cum viro illo, factuſq; eſt ei puer ille ac ſi fuiſſet quiſpiam ex filijs ſuis. Et 13 conſecrauit Micha manum Leuitæ; factuſque eſt ei adoleſcens ille 27 ſacerdos, 28 & fuit in domo Micha. Dixit autem Micha, Nunc ſcio quòd benefaciet mihi Dominus; quòd Leuita 29 factus eſt ſacerdos meus.

## SCHOLIA IN CAP. XVII.

1 Subaudi, conquerentem de ſublata pecunia. Quidam Hebræorum dicit hoc accidiſſe mortuo Samſone, dum interregnum eſſet. alij tempore Othonielis. 2 Hebraiſmus, maledixiſti, id eſt, propter quos dira imprecata es. 3 (idque) dixiſti in auribus meis, id eſt, me audiente, ei ſcilicet qui ſurripuerat. 4 id eſt, Omnia tibi fauſta eueniant, authore Deo. 5 Hebraiſmus, Conſecrando ſanctificaui, id eſt, Dudum conſecraueram. 6 id eſt, Decreueram tibi filio meo tradere eam pecuniam conſecratam Domino. 7 reddidit pecuniam ne videretur reus furti, aut quod nollet ex ea fieri ſimulachrum. 8 ſubaudi, ex illa pecunia. 9 ſubaudi, ſiclos. 10 deorum. 11 Per ephod, intelligunt omnes veſtes ſacerdotales. Hic Michas erat partim veri Dei cultor, partim idololatra. 12 Theraphim, erant imagines referentes ſpeciem humanam. Poteſt hic intelligi omne inſtrumentum iſtius religionis falſæ. 13 Hebraiſmus, impleuit. offerendo ſcilicet ſacrificia opera illius. hoc eſt, conſtituit eum ſacerdotem. ſignificat enim Implere manum alicuius, introducere eum in poſſeſsionem alicuius rei. 14 Hebr. rex, id eſt, erat velut interregnum, nullus erat iudex in Iſraele. 15 ſubaudi, impune. 16 vel, tribu. De tribu Iuda cohæret cum Beth-lehem Iuda, ad maiorem expreſsionem, nempe, quæ erat ſita in tribu Iuda. 17 peregrinatuſque fuerat, quaſi dicat, qui quum Leuita eſſet, habitauerat tanquam peregrinus ibi. 18 Hebraiſmus, ad faciendum iter ſuum, id eſt, vt illac tranſiret. hoc eſt, cœpit iter facere iuxta domum Micha. 19 ſum; (ſubaudi; & venio) de. 20 inuenero. ſubaudi, ſedem commodam. 21 id eſt, vice patris & ſacerdotis. 22 ſubaudi, ſiclos. 23 Hebraiſmus, ad dies, id eſt, in ſingulos annos. 24 Hebraiſmus, ordinem, id eſt, duas veſtes: hybernam alteram, & alteram æſtiuam. Chaldæus paraphraſtes, par veſtium. 25 id eſt, ſequutus eſt illum. 26 Hebraiſmus, acquieuit (voluit) habitare. 27 in ſacerdotem. 28 vel, itaque habitauit. 29 Hebraiſmus, ſit mihi in ſacerdotem, id eſt, propterea quòd habeam ſacerdotem Leuitici generis.

## CAP. XVIII.

Trib. Dā quærit ſibi poſſeſsionem ampliorē.

IN diebus illis non erat rex in Iſrael; & tribus 1
Dan quærebat poſſeſsionem ſibi, vt habitaret in
ea. vſque ad illum enim diem inter cæteras tri-
bus ſortem non acceperat. ¶ Miſerunt ergo filij 2

ILlis diebus (inquam) non erat 1 magiſtratus legitimus in Iſraele, & tribus Dan ijſdem diebus quærebat ſibi poſſeſsionem in qua habitaret: 2 nam hactenus ſibi [ſors hæreditatis] nō ceciderat inter tribus Iſrael. Miſerunt ergo filij

*Dan ex familia ſua quinque viros è finibus ſuis, viros inquam fortes ac ſtrenuos, de Zarea & de Eſthaol, qui terram explorarent atque 3 perueſtigarent eam: dixeruntque ad eos, Ite, & explorate terram. Qui cum veniſſent ad montem Ephraim, vſque ad domum Micha, pernoctarũt illic. 4 Quũq; veniſſent ad domũ Micha, agnouerunt vocẽ adoleſcentis Leuitæ: quumque illuc diuertiſſent, dixerunt ad eum, Quis te huc adduxit? & quid hîc agis? & 5 quid tibi hîc [negotij?] Reſpondit eis, Sic & ſic fecit mihi Micha, mercedeque me conduxit vt ſim ei ſacerdos. Et illi dixerunt ad eum, Interroga, quæſo, 6 Deum, vt intelligamus an 7 proſperum ſit iter noſtrum quo proficiſcimur. Reſpondit eis ſacerdos, Ite 8 in pace, 9 Dñs præſens eſt itineri veſtro in quo proficiſcimini. Abierunt ergo quinque illi viri, & venerunt in Lais, videruntque populum qui in ea erat ſecure habitantem, iuxta morem Zidoniorum, otioſum ac 10 ſecurum, 11 nemo erat in ea regione qui pudefaceret [quemquam aliqua] in re, nec erat apud quem eſſet rerum ſumma: deinde erant diremptí à Zidonijs, 12 nec erat eis negotium cum quoquam hominum. Venientes itaque [exploratores] ad fratres ſuos in Zareah ac Eſthaol, dixerunt ad eos fratres eorum, 13 Quid vos? Illi dixerunt, 14 Surgite, aſcendemus cõtra eos, contemplati ſumus iſtam regionẽ, & ecce admodũ bona eſt: vos autẽ 15 deſidetis, 16 ne ſitis ignaui, quin proficiſcamini, vt veniatis & occupetis iſtam terrã. 17 Quũ fueritis profecti, venietis ad populum ſecurũ, 18 & regio ipſa ſpatioſa eſt vtrinque, & hanc dabit Deus in manus veſtras: locus inquã eſt 19 in quo nihil deſideratur quod eſt in terra. Soluentes itaq; ex Danitis illinc de Zareah & Eſthaol viri ſexcẽti, accincti armis bellicis, aſcenderunt caſtrametãtes in Kiriath-iearim, quæ eſt in Iuda, vnde & 20 locus ille nomen accepit, Caſtra Dan, ad hũc vſque diem, 21 poſt Kiriath-iearim. Illinc tranſeuntes in mõtẽ Ephraim, venerunt vſque ad domum Micha. Reſponderunt verò quinque illi viri qui ierant ad explorãdum terram Lais, & dixerunt ad fratres ſuos, 22 Noſtis quòd in domibus iſtis eſt ephod, & theraphĩ, & ſculptile & fuſile ſimulachrũ? 23 deliberate ergo quid 24 faciatis. Et 25 concedentes illuc venerunt in domum adoleſcentis Leuitæ, 26 nempe in domũ Micha, & 27 interrogauerunt eum nũ recte haberẽt [omnia.] Porrò ſexcenti illi viri Danitæ accincti armis ſuis bellicis cõſiſtebant 28 ad oſtium portæ. Et aſcendẽtes quinque illi viri, qui ierant exploratum terram, venerunt illuc, & acceperunt ſculptile, & 29 ephod, & theraphim & fuſile ſimulachrum, ſtante ſacerdote in oſtio portæ, iuxta ſexcentos illos viros qui erant inſtructi armis bellicis. Introeuntes igitur illi domum Micha, tulerunt 30 ſculptile, ephod, theraphim, & fuſile. ad quos ait ſacerdos, Quid vos facitis? Cui reſponderunt, Tace, 31 impone manum ori tuo, & veni nobiſcum, vt ſis pater & ſacerdos noſter: num melius eſt vt ſis ſacerdos domus vnius hominis, an vt ſacerdos ſis tribus & familiæ Iſraeliticæ? 32 Collibuit ergo animo ſacerdotis, & accipiens ephod, & theraphim & ſimulachrum, 33 profectus eſt cum populo. Cõuerſi verò abierunt, ordinaruntque 34 pubem, pecora & 35 impedimenta ante ſe. Quumque iam procul à domo Micha veniſſent, 36 conuocati ſunt viri 37 qui fuerant in domibus quæ fuerunt prope domum Micha, & inſequebantur Danitas. Clamantibus igitur eis poſt Danitas, vertentes illi facies ſuas, dixerunt ad Micha, Quid tibi vis, 38 quòd ſic quiritaris? Et reſpondit, Deos meos quos 39 feci abducitis vnà cum ſacerdote, & abitis, 40 quid verò mihi vltra eſt? 41 & quid hoc quod dicitis mihi, Quid tibi vis? Ad quem dixerunt Danitæ, 42 Caue nequis audiat vocẽ tuã poſt nos: ne fortè 43 milites qui ſunt animo amarulento irruant in vos, & 44 perdas ſimul vitã tuã & vitã familiæ tuæ. Quumq; Danitæ proficiſcerẽtur itinere ſuo, & Micha videret quòd fortiores ſe eſſent, cõuerſus redibat domũ ſuã. Illi igitur auferentes ea quæ fecerat Micha, vnà cum ſacerdote quem ille habuerat, venerunt in Lais, ad populũ 45 otioſum & 46 ſecurum, percuſſeruntq; eos gladio: ciuitatemq; exuſſerunt igni, nec erat qui eos liberaret, quoniã*

Dan, ſtirpis & familiæ ſuæ quinque viros fortiſsimos
de Saraa & Eſthaol, vt explorarent terram, & diligenter inſpicerent: dixeruntque eis, Ite, & conſiderate
terram. Qui cum pergentes veniſſent in montem Ephraim, & intraſſent domum Michæ, requieuerunt ibi:

Ingrediũtur exploratores in domum Michæ.

3 ♀ & agnoſcentes vocem adoleſcentis Leuitæ, vtenteſque illius diuerſorio, dixerunt ad eum, Quis te
huc adduxit? quid hîc agis? quam ob cauſam huc B
4 venire voluiſti? ♀ Qui reſpondit eis, Hæc & hæc præſtitit mihi Michas, & me mercede conduxit vt ſim
5 ei ſacerdos. ♀ Rogauerunt autem eum vt conſuleret " Dominum, & ſcire poſſent an proſpero itinere

"Deum,

6 pergerent, & res haberet effectum. ♀ Qui reſpondit eis, Ite cum pace, Dominus reſpicit viam veſtram,
7 & iter quo pergitis. ♀ Euntes igitur quinque viri venerunt Lais: videruntque populum habitantem in ea

Veniũnt Lais.

abſque vllo timore, iuxta conſuetudinem Sidoniorum,
ſecurum & quietum, nullo ei penitus reſiſtente, magnarumque opum, & procul à Sidône atque à cunctis ho- C
8 minibus ſeparatum. ♀ Reuerſique ad fratres ſuos in
9 Saraa & Eſthaol, & quid egiſſent ſciſcitantibus ♀ reſponderunt, Surgite, & " eamus ad eos. vidimus enim

Reuerſi, fratribus narrãt quid egiſſent.

"aſcendamus

terram valde opulentam & huberem: nolite negligere,
nolite ceſſare. eamus, & poſsideamus eam, nullus erit
10 labor. ♀ Intrabimus ad ſecuros in regionem latiſsimam,
tradetque nobis " Dominus locum, in quo nullius rei

"Deus

11 eſt penuria, eorum quæ gignuntur in terra. ♀ Profecti igitur ſunt de cognatione Dan, * de Saraa & Eſthaol

Proficiſcuntur 600 de cognatione Dan in Lais.

12 ſexcenti viri accincti armis bellicis, ♀ aſcendenteſque
manſerunt in Cariath-iarim Iudæ: qui locus ex eo tempore Caſtrorum-Dan, nomen accepit, & eſt poſt ter-

*id eſt

13 gum Cariath-iarim. ♀* Inde tranſierunt in montem E-

*Et

D

14 phraim. cumque veniſſent ad domum Michæ, ♀ Dixerunt quinque viri, qui prius miſsi fuerant ad conſiderandam Terram Lais, cæteris fratribus ſuis, Noſtis quòd
in domibus iſtis ſit ephod, & theraphim, & ſculptile at-
15 que conflatile: videte quid vobis placeat. ♀ Et cum paulum declinaſſent, ingreſsi ſunt domum adoleſcentis Leuitæ, qui erat in domo Michæ: ſalutaueruntque eum
16 verbis pacificis. ♀ Sexcenti autem viri ita vt erant ar-
17 mati, ſtabant ante oſtium. ♀ At illi qui ingreſsi fuerant domum iuuenis, ſculptile & ephod & theraphim,
atque conflatile tollere nitebãtur, & ſacerdos ſtabat ante
oſtium, ſexcentis viris fortiſsimis haud procul expectan- E
18 tibus. ♀ Tulerunt igitur qui intrauerãt, ſculptile, ephod,
& idôla, atque conflatile. quibus dixit ſacerdos, Quid

Auferunt idôla Michæ, & ſacerdotem eius.

19 facitis? ♀ Cui reſponderunt, Tace, & pone digitum
ſuper os tuum: venique nobiſcum, vt habeamus te patrem ac ſacerdotem. Quid tibi melius eſt, vt ſis ſacerdos
in domo vnius viri, an in vna tribu & familia in Iſrael?
20 ♀ Quod cum audiſſet, acquieuit ſermonibus eorum, &
tulit ephod & idôla ac ſculptile, & profectus eſt cum
21 eis. ♀ Qui cum pergerent, & ante ſe ire feciſſent
paruulos ac iumenta, & omne quod erat pretioſum,
22 ♀ iamque à domo Michæ eſſent procul, viri qui habitabant in ædibus Michæ conclamantes ſecuti ſunt,
23 ♀ & poſt tergum clamare cœperunt. Qui cum reſpe- F
xiſſent, dixerunt ad Micham, Quid tibi vis? cur cla-
24 mas? ♀ Qui reſpondit, Deos meos quos mihi feci,
tuliſtis, & ſacerdotem, & omnia quæ habeo: & dicitis,
25 Quid tibi eſt? ♀ Dixerũtque ei filij Dan, Caue ne vltra loquaris ad nos, & veniant ad te viri animo concitati, & ipſe
26 cum omni domo tua pereas. ♀ Et ſic cœpto itinere perrexerunt. Videns autem Michas quòd fortiores ſe eſſent, re
27 uerſus eſt in domum ſuam. ♀ Sexcenti autem viri tulerunt ſacerdotem, & quæ ſuprà diximus: veneruntque in Lais ad populum quieſcentem atque ſecurum,
& percuſſerunt eos in ore gladij: vrbemque incendio tra-

Lais incendunt, quã rurſum extruentes habitant in ea.

28 diderunt, ♀ nullo penitus ferente præſidium, eo quòd G
procul



procul habitarent à Sidône, & cum nullo hominum
habetent quicquam ſocietatis ac negotij. Erat autem
ciuitas ſita in regione Rohob: quam rurſum extruen-
tes habitauerunt in ea, ♀ vocato nomine ciuitatis Dan, 29
iuxta vocabulum patris ſui quem genuerat Iſrael, quæ
prius Lais dicebatur. ♀ Poſueruntque ſibi ſculptile, & 30
Ionathan filium " Gerſam filij Moyſi, ac filios eius ſa-

"Gerſom

cerdotes in tribu Dan, vſque ad diem captiuitatis ſuæ.
♀ Manſitque apud eos idôlum Michæ omni tempo- 31
re quo fuit domus Dei in Silo: in diebus illis non erat
rex in Iſrael.

*longe aberant à Zidone, 47 nec fuit eis negotium cum quoquam hominum: ſitaque erat in valle 48 quæ [protenditur ad] Beth-rehob. Et inſtaurantes ibidem ciuitatem, habitarunt in ea. Vocarunt autem nomen ciuitatis illius Dan, iuxta nomen Dan patris ſui, qui natus fuerat ipſi Iſraeli, quum antea nomẽ ciuitatis illius Lais fuerit. Filij autem Dan erexerunt ſibi ſimulachrum ſculptile. 49 Ionathan autem filius Gerſom, filij 50 Manaſſe, ipſe atque filij eius fuerunt ſacerdotes in tribu Dan, vſque ad diem 51 tranſmigrationis terræ. Erexerunt inquã ſibi ſimulachrum Micha, quod ipſe fecerat, 52 cunctis diebus quibus domus Dei fuit in Silo.*

## SCHOLIA IN CAP. XVIII.

1 Rex, id eſt, erat velut interregnum. 2 Hebraiſmus, quia non ceciderat illi (tota hæreditas) vſque in eum diem, id eſt, ſorte non erat illi aſsignata tota hæreditas. nam vt vides Ioſue 19. fines Danitarum breuiores erant quàm vt capere eam tribum poſſent. 3 vel, ſcrutarentur. 4 Qui quum eſſent iuxta domum, &c. 5 quaſi dicat, quamobrem hic latitas? 6 vel, deos. ſiue ſimulachra tua. hæc idola exiſtimabant facta eſſe in honorem Dei. 7 ſecundet. vel potius, proſperabitur, id eſt, vt ſciamus an futura ſit proſpera & fœlix peregrinatio noſtra quam ſuſcepimus. 8. quaſi dicat, bonis auibus. 9 Hebraiſmus, coram Domino eſt iter veſtrum, id eſt, fauet veſtræ peregrinationi. 10 vel, confidentem. 11 (quod) nemo eſſet in ea regione qui ignominia eos afficeret vlla in re, (& quod non eſſet) qui poſsideret regnum, deinde (quod) erant remoti. 12 & (quod) negotium nullum eſſet illis. 13 ſubaudi, dicitis? aut, boni affertis? 14 Imperatiuus pro aduerbio hortantis. vel eſt ſingulare apud Hebræos pro plurali, aut eſt infinitiuus pro futuro. 15 Hebraiſmus, ſiletis, id eſt, ceſſatis, quieſcitis, aut ſegnes eſtis. 16 Hebraiſmus, nolite tardi eſſe vt eatis ad pergendum ad poſsidendum, &c. id eſt, nolite cunctari quin eatis & ingrediamini terram, vt poſſideatis eam. 17 Cum (eo) perueneritis. 18 & terram latam ſitu: quandoquidem tradidit eam. 19 Hebraiſmus, nulla eſt penuria vllius rei quæ in terra ſit. 20 vocauerunt locum illum. 21 ſubaudi, locus iſte eſt. 22 Scitiſne. 23 vel, videte. 24 aut, facturi ſitis. 25 vel, declinantes. 26 (quæ erat in) domo. 27 Hebraiſmus, interrogarunt ad pacem. Vel potius, imprecati ſunt illi pacẽ. ſiue ſalutem. 28 in introitu. 29 per hanc veſtem extimam, & aliæ veſtes intelliguntur. 30 id eſt, ſimulachrum in cuius honorẽ factæ fuerant veſtes ſacerdotales. 31 id eſt, digito compeſce labellum. 32 Hebraiſmus, Et lætatum eſt cor, &c. quaſi dicat, Quo audito, cœpit eſſe animo hilari. 33 Hebraiſmus, venit in mediũ populi. ingreſſus eſt turbam. 34 paruulos. 35 ſiue, ſupellectilem. 36 congregati ſunt. 37 qui habitabant. 38 quod congregatus es? 39 vel, curaui faciendos. 40 id eſt, quid mihi putatis eſſe reliquum? quaſi dicat, abſtuliſtis quæ erant mihi chariſsima. 41 quaſi dicat, habeo iuſtam expoſtulandi occaſionem. 42 Hebraiſmus, Ne audire facias vocem tuam apud nos. vel, Ne attollas vocem tuã nobiſcum, id eſt, nobis audientibus, quaſi dicat, Tace ſi ſapis. 43 viri animo amari, id eſt, animo concitati, hoc eſt iracundi, qui facile iraſcuntur. 44 Hebraiſmus, recolligas animam tuam. &c. id eſt, ne Deus recolligat apud ſe animam tuam: hoc eſt, ne ſis cauſa quod pereas cum tota familia tua. 45 vel, quieſcentem. ſiue, ceſſatorem. 46 id eſt, nihil tale timentem. 47 Hebraiſmus, nec erat illis cõmercium cum quouis homine. 48 vel, quæ (eſt in regione) Beth-rehob. 49 adoleſcens ſcilicet ille Leuita. 50 imitatione quidem, non natura. fuit enim etiam cultor idolorum. Hebræi Moſen intelligunt, cuius filius fuit Gerſom. Nam in hac dictione מנשה, ponitur נ ſupra dictionem מנשה. nam hic erat nepos Moſis. Et vt conſulerent honori Moſis, adiecerunt נ in dictione מנשה. & dicitur filius Manaſſe, non quidem (vt dictum eſt) natura, ſed imitatione. nam Manaſſe fuit etiam idololatra. 51 captiuitatis terræ, id eſt, quo abducti fuerunt captiui qui habitabant in Terra ſancta. Hoc intelligitur de captiuitate quando arca fuit capta tempore Heli. quo tempore multi ex filijs Iſrael abducti fuerunt captiui. Quod ex ſequenti verſu cognoſcitur. Hoc idolum Samuel deiecit. 52 quaſi dicat, tandiu manſit idolum illud, nempe vſque ad tempora Heli.

## CAP. XIX.

Vxor cuiuſdam Leuitæ reuertitur in domũ patris.

FVit quidam vir Leuites, habitans in latere montis 1
Ephraim, qui accẽpit vxorem de Beth-lehem Iuda:
♀ quæ reliquit eum, & reuerſa eſt in domum patris 2
ſui in Beth-lehem, manſitque apud eum quatuor menſi-
bus. ♀ Secutuſque eſt eam vir ſuus, volens reconciliari 3
ei, atque blandiri, & ſecum reducere, habens in comi-
tatu puerum & duos aſinos: quæ ſuſcepit eum, & in-
troduxit in domum patris ſui. Quod cum audiſſet ſo-
cer eius, eumque vidiſſet, occurrit ei lætus, ♀ & am- 4
plexatus eſt hominem. Manſitque gener in domo ſo-
ceri tribus diebus, comedens cum eo & bibens familiari-
ter. ♀ Die autem quarto de nocte conſurgens, proficiſci 5
voluit. quem tenuit ſocer, & ait ad eum, Guſta prius pu-
B ſillum panis, & conforta ſtomachum, & ſic proficiſcê-
ris. ♀ Sederuntque ſimul, ac comederunt & biberunt. 6
dixitque pater puellæ ad generum ſuum, Quæſo te vt
hodie hîc maneas, pariterque lætemur. ♀ At ille con- 7
ſurgens, cœpit velle proficiſci: & nihilominus obnixè
eum ſocer tenuit, & apud ſe fecit manere. ♀ Mane au- 8
tem facto, parabat Leuites iter. cui ſocer rurſum, Ob-
ſecro, inquit, vt paululum cibi capias, & aſſumptis vi-
ribus, donec increſcat dies, poſtea proficiſcaris, come-
derunt ergo ſimul. ♀ Surrexitque adoleſcens, vt per- 9
geret cum vxore ſua & puero. cui rurſum locutus eſt ſo-

## CAP. XIX.

*IN 1 N diebus quibus nullus legitimus magiſtratus erat in Iſraele, fuit Leuites quidam 2 qui commorabatur aduena 3 in lateribus montis Ephraim, duxitque vxorem cõcubinam de Beth-lehem Iuda. Et ſcortata eſt cõcubina eius 4 contra eum, diſceſsitq; ab eo ad domum patris ſui in Beth-lehem Iuda, manſitq; illic 5 dies aliquot, nempe quatuor mẽſes. Surgens itaque vir eius, ſequutus eſt eam, 6 vt amice loqueretur ad eam, eamque reduceret, habens ſecum puerum ſuum, & duos aſinos. Illa ergo introduxit eum in domum patris ſui: videnſque eum pater puellæ, lætus ei occurrit. Et 7 retinuit eum ſocer eius, pater ſcilicet puellæ, manſitque cum eo tres dies, comedentes, bibentes, ac ibidem pernoctantes. Die tertio quum mane ſurrexiſſent, ſurrexit & Leuita vt abiret: pater autem puellæ dixit ad generum ſuum, Corrobora 8 cor tuum buccella panis, & tum demum ibitis. Cõſedentes igitur comederunt & biberunt duo illi ſimul: dixitque pater puellæ ad virum illum, 9 Aſſenti quæſo, vt hîc pernoctes, iucundumque ſit cor tuum. Quum vero vir ille ſurgeret vt abiret, coegit eum ſocer eius, 10 vt reuerſus illic ea nocte maneret. Quinto die mane conſurgens vt abiret ait pater puellæ; Corrobora quæſo 11 cor tuum. 12 moram itaque nectunt donec inclinaret dies. 13 ſimulque ederunt duo iſti. Conſurgit autem vir ille, vt abiret ipſe & concubina eius, atque puer eius: dixit itaq; pater puellæ ſo-*
cer

*cer eius ad eum, En 14 dies 15 remiſit 16 [vergitque ad veſperam,] pernoctate quæſo: en 17 dies occumbit, pernocta hic, vt 18 lætum ſit cor tuum: cras ſurgetis mane, vt proſequamini iter veſtrum: vtque eas 19 in tentoria tua. At vir ille noluit pernoctare, ſed ſurgẽs abijt, venitq́; 20 prope Iebus, quæ eſt Ieroſolyma: & cum eo erant 21 bijuges aſini, & concubina eius. Qumque eſſent 22 apud Iebus, dies deſcenderat valde. dixitque puer ad dominum ſuum, 23 Veni quæſo, diuertamus ad ciuitatem iſtam Iebuſæorum, vt pernoctemus in ea. Reſpondit ei dominus eius, Non diuertemus 24 in vrbem alienam, [eorum] qui non ſunt ex filijs Iſrael, ſed tranſibimus vſque Gibea. Et dixit puero ſuo, Age, accedamus ad alterum [iſtorum] locorum, vt pernoctemus in Gibea, aut in Rama. Tranſeuntes igitur iuerunt, & occubuit eis ſol iuxta Gibea, quæ eſt Beniamitarum. 25 Diuertentes ergo illuc, ingreſſi ſunt vt in Gibea pernoctarẽt: & introiens ſedit in platea ciuitatis, nec erat qui 26 reciperet eos in domum in qua pernoctarent. 27 Et ecce vir quidam ſenex veniebat ſub veſperam ab opere ſuo è rure, qui & ipſe erat de monte Ephraim, peregrinuſque commorabatur in Gibea: ciues autem illius loci 28 filij Iemini erant. Is itaque ſublatis oculis ſuis, vidit virum iſtum 29 qui de via venerat, in platea ciuitatis: dixitque ſenex ille, Quò vadis? & vnde venis? Reſpondit ei, Trãſimus de Beth-lehem Iuda ad 30 latera montis Ephraim, vnde ego ſum, & profectus ſum in Beth-lehem Iuda: nunc verò ad domum Domini vado, nec eſt qui me hoſpitio accipiat: 31 Habemus nos & paleas & pabulũ pro Aſinis noſtris, deinde panis & vinum eſt mihi & ancillæ tuæ, & puero qui eſt cum ſeruo tuo, nihilque deeſt. Vir ille ſenex dixit, 32 Bono ſis animo, ego ſarciam quidquid tibi deeſt, modo ne in platea pernoctes. Introducens igitur eum in domum ſuam, præbuit pabulum aſinis, & 33 lauantes pedes ſuos, comederunt atq́; biberũt. Qumque exhilararent cor ſuum, ecce viri ciuitatis, 34 qui erant filij belial, circundantes domum, 35 impetu ferebantur ad oſtium, dixeruntque ad virum illum ſenem, ad 36 patrem familias ſcilicet, hiſce verbis, Profer virum iſtum qui ingreſſus eſt in domum tuam, vt 37 cognoſcamus eum. Et egreſſus vir ille, 38 pater nempe familias, & dixit ad eos, Ne quæſo fratres, ne hoc malum deſignetis: 39 quandoquidẽ vir ille ingreſſus eſt Domum meam, ne deſignetis ſcelus hoc horrendum. En filia mea virgo, & concubina eius, educam nunc eas, 40 has humiliate, & facite eis quod vobis videtur, modo 41 in virum hunc ne tam horrendum ſcelus deſignetis. At viri illi audire eum noluerunt: apprehendens itaque vir ille concubinam ſuam, eduxit [eam] foras ad eos: qui cognoſcentes eam, 42 illuſerunt ei tota nocte vſque mane, cum aurora exoriretur eam dimittẽtes. Sub lucem venit mulier, & cecidit ante oſtium domus viri illius in qua erat maritus eius, donec illuceſceret. Mane itaque conſurgens 43 herus eius, aperuit fores domus, egreſſuſque eſt vt proficiſceretur itinere ſuo, & en 44 vxor concubina eius iacebat ante oſtium domus, manuſque eius ſuper inferum limen. Dixitq́; ad eam, Surge, vt eamus. quæ non reſpõdit. Vir ergo ille ſublata ea ſuper aſino, ſurrexit, & abijt in locum ſuum. Veniẽs autem in domum ſuam, accepto cultro prehenſaque cõcubina ſua, in fruſta concidit 45 cum oſſibus ſuis, nempe in duodecim fruſta, & miſit eam in omnes terminos Iſraelis. Fiebat verò vt quicunque videret, diceret, Nihil tale neque factum eſt neque viſum, ab eo tempore quo aſcenderunt filij Iſrael de terra AEgypti in hunc vſque diem, 46 expendite hanc rem, 47 conſulite, 48 loquimini.*

cer, Conſydera quòd dies ad occaſum decliuior ſit, &
propinquat ad veſperum: mane apud me etiam hodie, &
duc lætum diem, & cras proficiſcẽris vt vadas in domum — C
10 tuam. ¶ Noluit gener acquieſcere ſermonibus eius: ſed — Reducit eã maritus,
ſtatim" perrexit, & venit contra Iebus, quæ altero no- — Iebus quæ & Ieruſalem.
mĩne vocatur Ieruſalem, ducens ſecum duos aſinos onu- — "ſurrexit,
11 ſtos, & concubinam. ¶ Iamque aderant iuxta Iebus, &
dies mutabatur in noctem: dixitque puer ad domi-
num ſuum, Veni, obſecro, declinemus ad vrbem Iebu-
12 ſæorum, & maneamus in ea. ¶ Cui reſpondit dominus,
Non ingrediar oppidum gentis alienæ, quæ non eſt de
13 filijs Iſrael, ſed tranſibo vſque Gabaa, ¶ & cũ illuc perue-
14 nero, manebimus in ea, aut certe in vrbe Rama. ¶ Tranſ- — Diuertũt in Gabaa, & ſuſcipiunt à ſene quodam.
ierunt ergo Iebus, & cœptum carpebant iter, occubuit-
15 que eis ſol iuxta Gabaa, quæ eſt in tribu Beniamin: ¶ di-
uerteruntque ad eam, vt manerẽt ibi. quò cum intraſſent, — D
ſedebant in platea ciuitatis, & nullus eos recipere voluit
16 hoſpitio. ¶ Et ecce, apparuit homo ſenex, reuertẽs de agro
& de opere ſuo veſperi, qui & ipſe de mõte erat Ephraim,
& peregrinus habitabat in Gabaa. homines autem regio-
17 nis illius erant filij Iemini. ¶ Eleuatiſque oculis, vidit
ſenex ſedentem hominem cum ſarcinulis ſuis in platea ci
18 uitatis: & dixit ad eum, Vnde venis? & quò vadis? ¶ Qui
reſpõdit ei, Profecti ſumus de Beth-lehem Iuda, & pergi-
mus ad locum noſtrum, qui eſt in latere montis Ephraim,
vnde ieramus in Beth-lehẽ: & nunc vadimus ad domum
19 "Dei, nulluſq́; ſub tectũ ſuũ nos vult recipere, ¶ Habẽtes — *Domini,
paleas & fœnũ in aſinorũ pabulũ, & panem ac vinum in — E
meos & ancillę tuę vſ⁹, & pueri qui mecũ eſt: nulla re in-
20 digem⁹, niſi hoſpitio. ¶ Cui reſpõdit ſenex, Pax tecum ſit,
ego prębebo omnia quę neceſſaria ſunt: tãtũ quęſo, ne in
21 platea maneas. ¶ Introduxitq́; eũ in domũ ſuã, & pabulũ
aſinis prębuit: ac poſtquã lauerũt pedes ſuos, recepit eos
22 in cõuiuiũ. ¶ Illis epulãtibus, & poſt laborẽ itineris, cibo — Gabaonitæ abutuntur vxore Leuitæ.
& potu reficiẽtibus corpora, venerunt viri ciuitatis illius
filij belial, id eſt abſq́; iugo, & circundãtes domũ ſenis, fo-
res pulſare cœperũt, clamãtes ad dominũ domus, atq́; di
cẽtes, Educ virũ qui ingreſſus eſt domũ tuã, vt abutamur
23 eo. ¶ Egreſſuſq́; eſt ad eos ſenex, & ait, Nolite fratres, no- — F
lite facere malum hoc: quia ingreſſus eſt homo hoſpitiũ
24 meũ, & ceſſate ab hac ſtultitia. ¶ Habeo filiã virginẽ, &
hic homo habet cõcubinã, educã eas ad vos, vt humilie-
tis eas, & veſtrã libidinẽ cõpleatis: tantũ, obſecro, ne ſce-
25 lus hoc contra naturã, operemini in virũ. ¶ Nolebãt ac-
quieſcere ſermonibus illius: quod cernens homo, eduxit
ad eos concubinam ſuã, & eis tradidit illudendam: qua cũ
26 tota nocte abuſi eſſent, dimiſerunt eã mane. ¶ At mulier
recedentibus tenebris, venit ad oſtiũ domus, vbi manebat
27 dominus ſuus, & ibi corruit. ¶ Mane facto, ſurrexit homo, — Moritur vxor Leuitæ.
& aperuit oſtiũ, vt cœptã expleret viã: & ecce cõcubina
28 eius iacebat ante oſtiũ ſparſis in limine manibus. ¶ Cui — G
ille, putãs eã quieſcere, loquebatur, Surge, "vt ambulemus. — "&
Qua nihil reſpõdẽte, intelligens quòd erat mortua, tulit
eam, & impoſuit aſino, Reuerſuſque eſt in domum ſuam:
29 ¶ quam cum eſſet ingreſſus, arripuit gladium, & cadauer — Maritus in duodecim partes eã partitur, mittens eas ad filios Iſrael.
vxoris cum oſsibus ſuis in duodecim partes ac fruſta cõ-
30 cĩdens, miſit in omnes terminos Iſrael. ¶ Quod cum vi-
diſſent ſinguli, conclamabant, Nunquam res talis facta
eſt in Iſrael ex eo die quo aſcenderunt patres noſtri de
AEgypto, vſque in præſens tempus: ferte ſententiam, &
in commune decernite quid facto opus ſit.

## SCHOLIA IN CAP. XIX.

1 In diebus illis quum non eſſet rex in Iſrael. vel, quum in Iſraele eſſet velut interregnum. 2 vt peregrinus habitans. 3 id eſt, in vno laterum. 4 vel, apud ipſum, id eſt, quum apud illum maneret. Aut, eo vidente fornicata eſt alij. Illa quum fornicata eſſet, & id viro innotuiſſet, & ab eo increpata, abijt. Alij vertunt, & ſpreuit illum concubina ſua. Chaldæus paraphraſtes, quæ ſpreuit illum. 5 vel, annum vnum, (&) menſes quatuor. 6 Hebraiſmus, vt loqueretur ad cor eius, id eſt, vt blandiretur ei. 7 Hebraiſmus, appre-



hendit, id eſt, amplexatus eſt eum. 8 vel, ſtomachum tuum puſillo cibo. 9 Hebraiſmus, Velis nunc pernoctare, vt lætetur cor tuum, quaſi dicat, Placeat tibi adhuc hodie in lætitia pernoctare apud me. 10 Hebraiſmus, & conuerſus pernoctauit ibi, id eſt, nolentem & inuitum retinuerunt. 11 vel, ſtomachum tuum. 12 tardauerunt itaque. 13 quaſi dicat, bibendo pene diem tranſegerunt. 14 Per diem intelligit aut ſolem, aut calorem diei. 15 ſiue, remiſsior facta eſt. 16 Hebraiſmus, ad occidendum, id eſt, ita vt dies propinqua ſit veſperi. 17 Hebraiſmus, manſio diei eſt, id eſt, tempus quo dies conuertet ſe ad hoſpitium, quaſi dicat, non procul abeſt occaſus ſolis. aut, propinquat dies ad veſperam, quo tempore ſolent homines diuertere ad hoſpitium. Occaſum ſolis vocat mãſionem: nam ſol videtur diuertere ad hoſpitium quum occidit. 18 exhilaretur. 19 id eſt, in vrbem tuam. 20 Hebraiſmus, vſque ad latus Iebus, id eſt, venit vſque ad locum qui erat e regione Iebus. relinquebat Iebus ad latus. 21 clitellati. onuſti. ſtrati. 22 iuxta. 23 id eſt, Eia. vel, Age. 24 ad vllam vrbem alienigenarum quæ, &c. quaſi dicat, Non diuertemus ad vrbem iſtam, neque ad vllam aliarum quæ non ſint filiorum Iſrael. 25 Hebraiſmus, Et diuerterunt vt ingrederentur ad pernoctandum, id eſt, vt ingreſſi vrbem, ibi pernoctarent. 26 Hebraiſmus, colligeret. 27 vel, Interea autem. 28 id eſt, erant de tribu Beniamin. 29 viatorem. 30 vel, latus. aut, fines. 31 Hebraiſmus, Et etiam palea, &c. pro, Cũ etiam palea & pabulum ſit mihi. 32 Hebraiſmus, Pax tibi, tantum omnis indigentia tua ſuper me: tantum ne, &c. quaſi dicat, Salue, de nulla re ſis ſolicitus, dabo tibi omnia neceſſaria; ſi modo nolis hic manere. 33 lauerunt pedes ſuos, comederuntque, &c. vel, lauerunt pedes eorum. ſubaudi, famuli. 34 id eſt, homines nebulones, & improbi. 35 inſolenter pulſauerunt fores. 36 Hebraiſmus, dominum domus. 37 Hoc ſignificat venerem maſculam. 38 dominus domus. 39 poſteaquam. 40 abutimini illis. vel, vim inferatis eis. 41 huic viro ne faciatis rem ignominiæ huius, id eſt, ignominioſam hanc rem. tantum obſecro ne exerceatis tam nefariam venerẽ. 42 vel, abuſi ſunt illa, id eſt, opus abominabile fecerunt in ea in coitu. 43 maritus. 44 mulier. 45 vel, membratim. 46 Hebraiſmus, apponite (cor) veſtrũ ſuper illud. 47 date conſilium. 48 vel, dicite. ſub. veſtrã ſententiam, id eſt, adhibito diligenter conſilio decernite quid facto opus ſit.

## CAP. XX.

Filij Iſrael congregãtur in Maſpha, ob vxorem Leuitæ. oſee 10. c. — EGreſſi itaque ſunt omnes filij Iſrael, & pariter 1
congregati quaſi vir vnus, de Dan vſque Ber-ſa-
bee, & Terra-Galaad ad Dominum in Maſpha:
¶ " omnes quoque anguli populorum, & cunctæ tri- 2
bus Iſrael in eccleſiam populi Dei conuenerunt " qua- — *omneſque. ⁰quadringenta.
draginta millia peditum pugnatorum. ¶ (Nec latuit 3
filios Beniamin quòd aſcendiſſent filij Iſrael in Maſpha)
interrogatuſque Leuita maritus mulieris interfectæ, quo-
modo tantum ſcelus perpetratum eſſet, ¶ Reſpondit, 4
Veni in Gabaa Beniamin, cũm vxore mea, illucque di-
uerti. ¶ Et ecce, homines ciuitatis illius circundederũt no 5
cte domũ in qua manebã, volentes me occidere, & vxorẽ
meã incredibili furore libidinis vexãtes, denique mortua
eſt. ¶ Quã arreptã, in fruſta concidi, miſique partes in om 6
nes terminos poſſeſsionis veſtræ: quia nunquã tantũ ne-
fas, & tã grande piaculum factũ eſt in Iſrael. ¶ Adeſtis om 7
B nes filij Iſrael, decernite quid facere debeatis. ¶ Stanſque 8
omnis populus, " & quaſi vnius hominis ſermone reſpon-
dit, Non recedemus in tabernacula noſtra, nec ſuam quiſ-
quã intrabit domũ: ¶ Sed hoc contra Gabaa in cõmune 9
faciemus, ¶ Decem viri eligantur è centũ, ex omnibus 10
tribubus Iſrael, & centũ de mille, & mille de decẽ millib⁹,
vt cõportent exercitui cibaria, & poſsimus pugnare con-
tra Gabaa Beniamin, & reddere ei pro ſcelere quod me-
retur. ¶ Conuenitq́; vniuerſus Iſrael ad ciuitatem, quaſi 11
homo vnus eadẽ mente, vnoque conſilio, ¶ Et miſerunt 12
nuntios ad omnem tribũ Beniamin, qui dicerẽt, Cur tantũ
Beniaminitæ negant ſe daturos homines qui ſcelus perpetraſſẽt, ſed contra defendunt Gabaonitas. — nefas in vobis repertũ eſt? ¶ Tradite homines de Gabaa, 13
qui hoc flagitiũ perpetrarunt, vt moriantur, & auferatur
malum de Iſrael. qui noluerunt fratrum ſuorum filio-
rum Iſrael audire mandatum: ¶ Sed ex cunctis vrbi- 14
bus quæ ſortis ſuæ erant, conuenerunt in Gabaa, vt illis
ferrent auxiliũ, & contra vniuerſum populũ Iſrael dimi-
25700. ex Beniamin. C — carẽt. ¶ Inuentique ſunt vigintiquinque millia de Benia- 15
min educentiũ gladium, præter habitatores Gabaa, ¶ qui 16
ſeptingenti erãt viri fortiſsimi, Ita ſiniſtra vt dextra præ-
liantes: & ſic fundis lapides ad certũ iacientes, vt capillũ
quoq́; poſſent percutere, & nequaquam in alterã partem
ictus lapidis deferretur. ¶ Virorũ quoq́; Iſrael, abſq́; filiis 17
⁰quadringenta. 400000 Iſraelitæ. — Beniamin, inuenta ſunt " quadraginta millia educentium
gladios, & paratorũ ad pugnam. ¶ Qui ſurgẽtes venerunt 18
Iſraelitæ conſulunt Deum contra Beiamin pugnaturi, & vincuntur. — in domum Dei, hoc eſt in Silo: conſuluerũtq́; Dominũ,
atque dixerũt, Quis erit in exercitu noſtro princeps cer-
taminis contra filios Beniamin? quibus reſpõdit Dominus,
Iudas ſit dux veſter. ¶ Statimq́; filij Iſrael ſurgẽtes mane, 19
caſtrametati ſunt iuxta Gabaa: ¶ & inde procedentes ad 20
pugnã cõtra Beniamin, vrbẽ oppugnare cœperũt. ¶ Egreſ 21
ſique filij Beniamin de Gabaa, occiderunt de filijs Iſrael
die illo vingintiduo millia virorum. ¶ Rurſum filij Iſrael 22

*EGreſſi ſunt itaque omnes filij Iſrael, & cõcio ad vnum coacta eſt, à Dan vſq́; Beer-ſeba 1 vſq́; ad terrã Gilead, ad Dominũ in 2 Mizpa. Et 3 ſtatuerũt ſe 4 anguli totius populi, omniũ ſcilicet tribuũ Iſrael, in cõcionẽ populi Dei, nẽpe quadrigẽta millia peditũ 5 bello aptorũ. (Audierũt autẽ Bẽiamitæ quòd filij Iſrael aſcẽdiſſent in Mizpa.) 6 dixerũtq́; Filij Iſrael, dicite 7 quomodo factũ ſit malũ illud. Et reſpõdẽs vir Leuita, maritus mulieris interfectæ, ait, Ego veni in Gibea Beniamitarũ vnà cũ concubina mea, vt illic pernoctarẽ. Inſurgenteſq́; aduerſus me ciues Gibea, cinxerũt 8 me & domũ noctu, 9 præ ſe ferentes acſi vellent me interficere, quin concubinã meã oppreſſerunt ita vt mortua ſit. Arripiẽs itaque concubinã meã, cõſcidi eã in fruſta, circũmiſiq́; eam in omnem regionem poſſeſsionis Iſrael, quoniã fecerũt ſcelus & nephandum flagitium in Iſraele. Ecce vos omnes filij eſtis Iſrael, 10 curate negotiũ hoc, & deliberate in rẽ præſentẽ. Surrexit itaq́; 11 ad vnũ vniuerſus populus, & dixerunt, Nõ ibimus quiſq́; in tẽtoriũ ſuũ, nec 12 recedemus hinc quiſq́; in domum ſuam. Quin hoc faciemus, 13 cõtra Gibea [aſcẽdemus] cõtra eã per ſortẽ. Accipiemus decimũ quẽq́; ex cẽtũ per ſingulas tribus Iſrael, & ex mille cẽteſimũ quẽq́;, ex decẽ millibus milleſimum quẽque, 14 qui accipiat cõmeatũ ꝑ populo 15 qui hoc facturus eſt, qui veniat cõtra Gibea Bẽiamitarũ 16 propter vniuerſum hoc ſcelus quod patrauit in Iſraele. Et cõgregati ſunt oẽs Iſraelitæ cõtra vrbẽ, 17 ad vnũ cõſociati. Miſerũt autẽ tribus Iſrael viros 18 per vniuerſam tribũ Bẽiamin, qui dicerẽt, Quod eſt hoc malũ quod factũ eſt 19 in vobis? Tradite igitur viros illos filios belial, qui ſunt in Gibea, vt occidamus eos, & 20 excindamus malum ex Iſraele. at Bẽiamitæ noluerũt audire vocem fratrum ſuorum filiorũ Iſrael. Quin cõgregati ſunt Beniamitæ ex ciuitatibus [alijs] in Gibea, vt egreſſi pugnarẽt cõtra filios Iſrael. 21 Recẽſiti ergo ſunt 22 eodẽ die filij Bẽiamin ex ciuitatibus [alijs,] vigĩti ſex millia virorũ, 23 qui bello fuerũt apti, exceptis habitatoribus Gibea, 24 quorũ cenſi ſunt ſeptingẽti viri electi. In vniuerſo autẽ populo illo ſelecto, fuerũt ſeptingẽti viri, 25 quorum dextra manus inepta erat, & illi omnes iaculando è funda lapidem, pilum capitis ferire potuiſſent, nec aberraſſent. Seorſim deinde recenſiti ſunt Iſraelitarum, præter Beniamin, quadringenta millia virorum, qui gladium diſtringere poterant: hi omnes milites fuerunt bellorum gnari. Conſurgentes itaque aſcenderunt 26 domum Dei, conſuluerunque Deum, & dixerunt filij Iſrael, Quis aſcendet nobis, 27 quo duce geramus bellum contra Beniamitas? & reſpondit Dominus, Iehuda 28 erit in primo pilo. Surgentes igitur filij Iſrael mane, poſuerunt caſtra contra Gibea. Egreſſi enim erãt filij Iſrael vt pugnarẽt cũ Bẽiamin: & Iſraelitæ inſtruxerũt aciẽ bellicã cõtra eos iuxta Gibea. Egreſſi vero Beniamitæ de Gibea, ex Iſraelitis eo die virorum viginti duo millia ad terram proſtrauerunt. Et corroborans ſeſe popu-*

*populus Iſraeliticus, rurſus inſtruūt aciē in eo loco, quo primo die aciem inſtruxerant. 29 Aſcenderant autem filij Iſrael, & fleuerant coram Domino vſq; ad veſperam, & conſuluerat Dominum hiſce verbis, An rurſus congrediar cum fratre meo nempe filijs Beniamin? Et dixerat Dominus, Aſcendite cōtra eum. Congreſſi ſunt ergo Iſraelitæ cū Beniamitis poſtero die, Egreſſi Beniamitis obuiam illis de Gibea poſtero die, & ex filijs Iſrael adhuc decem & octo millia virorum in terram proſtrauerunt, 30 qui omnes diſtringere gladium potuerunt. Aſcenderūt igitur omnes filij Iſrael, atq; vniuerſus populus, & venerunt in domū Dei flentes & ſedentes illic coram Domino: ieiunauerunt denique die illo vſque ad veſperam, ſacrificarunt quoque holocauſta & pacifica in conſpectu Domini. Et interrogauerunt Iſraelitæ Dominum (erat enim illis diebus illic arca fœderis Domini Dei: Et Pinhas filius Eleazari filij Aharonis ſtabat in conſpectu 31 eius illis diebus) hiſce verbis, Rurſumne egrediar in prælium aduerſus fratrem meum, filios nempe Beniamin, an ceſſabo? Dominus ait, Aſcendite, quoniam cras tradam eum in manum tuam. Collocauit itaque Iſrael inſidias per circuitum Gibea: & aſcendentes filij Iſrael contra filios Beniamin die tertio, aciem inſtruxerunt contra Gibea 32 quemadmodum ſemel atque iterum. Et egreſſi filij Beniamin obuiam populo, extracti ſcilicet ex vrbe, cœperuntque populum ferire atque vulnerare 32 ſicut ſemel atque iterum fecerant in ſemitis, quarum vna aſcendit Beth-el, & altera in Gibea 33 per agrum, circiter triginta viros de Iſrael. Nam dixerant filij Beniamin, 34 Corruent ante nos vt antea: & filij Iſrael dixerant, Fugiemus & 35 protrahemus eos ex vrbe 36 in ſemitas. Surgentes itaque omnes Iſraelitæ de loco ſuo, aciem inſtruxerunt in Baal-thamar: ſed & inſidiæ Iſraelitarum egreſſæ ſunt de loco ſuo, nempe de 37 vireto Gaba. Venerunt itaque contra Gibea decem millia virorum electorum ex omni Iſraele, & prælium 38 incendebatur, nec norant illi tantum ſibi imminere periculū. Percuſſit itaque Dominus Beniamitas ante Iſraelitas, & trucidarūt filij Iſrael de Beniamin in die illa virorū vigintiquinque millia & centum, qui omnes 39 apti erant bello. 40 Quum igitur vidiſſent filij Beniamin quod corruiſſent (dederant enim Iſraelitæ Beniamitis locum: nam fiſi ſunt inſidijs quas collocauerant prope Gibea: & qui in inſidijs fuerunt, feſtinantes extenderunt ſe verſus Gibea, extracti ſcilicet ex inſidijs, & trucidarunt totam vrbem gladio. Symbolum enim conſtitutum fuerat inter Iſraelitas, & inter eos qui collocati erant in loco inſidiarum, vt ipſi [interficerent] gladio, quum illi excitarent eleuationem fumi ab vrbe. Verſi enim ſunt filij Iſrael in pugna,) cœpit Beniamin trucidare vulneratos ex Iſraelitis circiter triginta viros: 41 dixerantque, Profecto 42 corruunt ante nos 43 vt antea. Cum verò fumus cœpiſſet aſcendere ex vrbe, 44 columna [ſcilicet fumi,] reſpiciebat Beniamin poſt ſe, & ecce 45 vniuerſa ciuitas aſcendebat cælum verſus. Quumque verterentur Iſraelitæ, territi ſunt Beniamitæ, videntes ſibi imminere periculū. 46 Verſis ergo coram Iſraelitis verſus viam deſerti, prælium inſequutū eſt eum grauiter: & qui de vrbibus [exierant,] trucidabant eos in medio ipſius: Circundederant enim Beniamitas 47 ſtrenue eos inſequentes, 48 viam præripientes eis, ne tutum locum inuenirent, vſque ad Gibea ab exortu ſolis. Ceciderūt verò ex Beniamitis decem & octo millia virorum, qui omnes fuerant ſtrenui milites. 49 Verſi ergo fugerunt deſertum verſus ad Petram-rimon. Et 50 racemationem fecerunt ex ipſis in ſemitis, virorum quinque millia, & 51 adhæſerunt illis vſque in Gideom, percutientes ex ipſis duo millia virorum. Omnium autem virorum qui ceciderunt ex Beniamitis ea die 52 fuerunt vigintiquinque millia, qui ſtringere gladium potuerunt, quique omnes ſtrenui fuerunt milites. Verſi itaque fugerunt in deſertum ad Petram-rimon, ſexcenti ſcilicet viri, manſeruntque in Petra-rimon quatuor menſibus. Porrò Iſraelitæ reuerſi ſunt 53 ad filios Beniamin, & percuſſerunt eos gladio, tam homines in vrbibus quàm iumenta, quidquid demum inueniebatur, 54 & in omnes ciuitates 55 inuentas immiſerunt ignem.*

& fortitudine, & numero cōfidētes, in eodem loco in quo
23 pri⁹ certauerāt, aciē direxerūt: ¶ ita tamē vt pri⁹ aſcēderēt,
& flerēt corā Dño vſq; ad noctē: cōſulerentq; eū, & dicerēt, "Debemus vltrà ꝓcedere ad dimicādū cōtra filios Bēiamin fratres" noſtros, an nō? Quibus ille reſpōdit, Aſcēdi-
24 te ad eos, & inite certamē. ¶ Cūq; filij Iſrael altera die cō-
25 tra filios Bēiamin ad prœliū ꝓceſsiſſēt, ¶ Eruperūt filij Bēiamin de portis Gabaa: & occurrētes eis tāta in illos cęde bacchati ſunt, vt decē & octo millia virorū educentiū gladiū ꝓſternerēt.
26 ¶ Quā ob rē oēs filij Iſrael venerunt in domū Dei, & ſedētes flebāt corā Dño: ieiunauerūtq; die illo vſq; ad veſperā, & obtulerūt ei holocauſta, atq; pacificas
27 victimas. ¶ Et ſuꝑ ſtatu ſuo interrogauerūt: (eo tēpore ibi
28 erat arca fœderis Dñi, ¶ Et Phinees filius Eleazari filij Aarō ꝓpoſitus domus.) cōſuluerūt igit̄ Dñm, atq; dixerunt, Exire vltrà debemus ad pugnā cōtra filios Bēiamin fratres noſtros, an quieſcere? Quibus ait Dñs, Aſcēdite: cras enim
29 tradā eos in manus veſtras. ¶ Poſuerūtq; filij Iſrael inſidias
30 ꝑ circuitū vrbis Gabaa: ¶ & tertia vice, ſicut ſemel & bis,
31 cōtra Bēiamin exercitū ꝓduxerūt. ¶ Sed & filij Beniamin audacter eruperūt de ciuitate, & fugiētes aduerſarios longius ꝑſecuti ſunt: ita vt vulnerarēt ex eis ſicut primo die & ſecūdo, & cęderēt ꝑ duas ſemitas vertētes terga, quarū vna ferebat̄ in Beth-el, & altera in Gabaa, atq; ꝓſternerēt
32 triginta circiter viros. ¶ Putauerūt enim ſolito eos more cędere: ꝙ fugā arte ſimulātes inierūt cōſiliū vt abſtraherēt eos de ciuitate, & quaſi fugiētes ad ſupradictas ſemitas ꝑ-
33 ducerēt. ¶ Oēs itaq; filij Iſrael ſurgētes de ſedibus ſuis, tetēderūt aciē in loco qui vocat̄ Baal-thamar: Inſidię quoq;
34 quę circa vrbem erāt, paulatim ſe aperire cœperūt, ¶ & ab Occidētali vrbis parte ꝓcedere. Sed & alia decē millia virorū de vniuerſo Iſrael, habitatores vrbis ad certamina ꝓuocabat: ingrauatūq; eſt bellū cōtra filios Bēiamin: & nō
35 intellexerūt ꝙ ex omni parte illis inſtaret interitus. ¶ Percuſsitq; eos Dñs in cōſpectu filiorū Iſrael, & interfecerūt ex eis in illo die vigintiquinq; millia, & cētū viros, oēs bel-
36 latores & educētes gladiū. ¶ Filij autē Beniamin cū ſe inferiores eſſe vidiſſent, cœperūt fugere. ꝙ cernentes filij Iſrael, dederūt eis ad fugiēdū locū, vt ad pręparatas inſidias
37 deuenirēt, quas iuxta vrbē poſuerat. ¶ qui cū repēte de latibulis ſurrexiſſent, & Bēiamin terga cædētibus daret, in-
38 greſsi ſunt ciuitatē, & ꝑcuſſerūt eā in ore gladij. ¶ Signū autē dederāt filij Iſrael his quos in inſidijs collocauerāt, vt poſtq̄ vrbē cepiſſent, ignē accēderēt: vt aſcēdente in al-
39 tū fumo, captā vrbē demōſtrarēt. ¶ Quod cū cernerēt filij Iſrael in ipſo certamine poſiti (putauerūt enim filij Beniamin eos fugere, & inſtātius ꝑſequebant̄, cæſis de exercitu
40 eorū triginta viris) ¶ Vt viderūt quaſi colūnā fumi de ciuitate cōſcēdere, Bēiamin quoq; reſpiciēs retro, cū captā
41 cerneret ciuitatē, & flāmas in ſublime ferri: ¶ Qui prius ſimulauerāt fugā, verſa facie fortius reſiſtebāt: ꝙ cum vidiſ-
42 ſent filij Bēiamin, In fugā verſi ſunt, ¶ & ad viā deſerti ire cœperūt, illuc quoq; eos aduerſarijs perſequētibus. ſed &
43 hi qui vrbē ſuccēderāt, occurrerūt eis. ¶ Atq; ita factū eſt, vt ex vtraq; parte ab hoſtib⁹ cęderētur, nec erat vlla requies morientiū: ceciderunt, atq; proſtrati ſunt ad Orien-
44 talē plagā vrbis Gabaa. ¶ Fuerunt autē qui in eodem loco interfecti ſunt, decē & octo millia virorū, omnes robuſtiſ-
45 ſimi pugnatores. ¶ Quod cū vidiſſent qui remāſerāt de Bēiamin, fugerūt in ſolitudinē: & ꝑgebāt ad petrā, cuius vocabulū eſt Rēmon. In illa quoq; fuga palātes, & in diuerſa tēdētes, occiderūt quinq; millia viros. Et cū vltrà tēderēt, perſecuti ſunt eos, & interfecerūt etiā alia duo millia.
46 ¶ Et ſic factū eſt, vt omnes qui ceciderāt de Bēiamin in diuerſis locis, eſſent vigintiquinq; millia, pugnatores ad bel-
47 la promptiſsimi. ¶ Remāſerūt itaq; de omni numero Beniamin, qui euadere potuerūt & fugere in ſolitudinē ſexcenti
48 viri: ſederūtq; in Petra-rēmō mēſibus quatuor. ¶ Regreſsi autē filij Iſrael, oēs reliquias ciuitatis à viris vſq; ad iumēta gladio percuſſerunt, cunctaſque vrbes & viculos Beniamin vorax flamma conſumpſit.

Rurſum conſulto Domino, vincuntur.

D

"Debeo "meos,

Tertiò conſulūt Deum, & traditur Beniamitę in manus ipſorum.

E

F

G

Ex filijs Beniamin, 600 tantū ſuperſunt.



## SCHOLIA IN CAP. XX.

1 Et (à) terra Gilead. ſubaudi, vſque ad mare mediterraneum. 2 Cum quid decernendum erat, conueniebant Iſraelitæ in Miſpa, quòd Dominus illic operatus eſſet ſalutem quum reges in eo loco pugnarent contra Iſraelitas. Erat ibi præterea locus orationis, & menſa Domini vt aiunt. 3 vel, affuerunt. 4 id eſt, primores, & capita populi. nam vt anguli in domo ſunt præcipui, ſic primates in populo. 5 Hebraiſmus, educentium enſem. 6 ſubaudi, principes. 7 vel, qua ratione. 8 Hebraiſmus, ſuper me domum, id eſt, in meam perniciem. 9 Hebraiſmus, cogitantes me interficere, id eſt, abuti me præpoſtera libidine vſque ad mortem. 10 Hebraiſmus, date vobis verbum & conſilium hic. Redundat (vobis) id eſt, ferte ſententiam & date conſilium quid ſit opus facto. 11 Hebraiſmus, ſicut vir vnus, id eſt, vnanimi conſenſu. 12 ſubaudi, priuſquam vlti fuerimus hoc ſcelus. 13 propter Gabaa, contra eam ſorte. ſubaudi, aſcendemus, id eſt, mittemus ſortē quinā ſint pugnaturi contra eam. 14 ad afferendum. vel, vt comportent. 15 Hebraiſmus, vt faciat (ſubaudi, populus) cum peruenerit ad 16 Hebraiſmus, iuxta omnem hanc ignominiam quam fecit, id eſt, quemadmodum admiſerunt hanc ignominiam, &c. hoc eſt, vt reddant filij Iſrael illis quod merentur pro tanto ſcelere. 17 Hebraiſmus, tanquam vir vnus, ſocij. ſubaudi, in ea re, id eſt, vnanimi conſenſu, & eadem mente. 18 per omnes tribus. ſiue cognationes. Erant in tribu Beniamin duodecim familiæ. 19 inter vos? 20 auferamus. 21 Numerati, id eſt, Habitus eſt delectus. 22 vel, eo tempore. 23 Hebraiſmus, educentium gladium. 24 qui numerati ſunt. 25 Hebraiſmus, clauſi (vel, capti) manu dextra, id eſt, vtentes ſiniſtra pro dextra. 26 id eſt, in Silo, vbi erat tabernaculum. 27 initio ad bellum. 28 (ſubaudi, aſcendet) initio, id eſt, tribus Iuda prima omnium dimicabit. 29 vel, Prius tamen aſcenderant. ſubaudi, in domum Dei. Filij Iſrael perierunt quod permiſiſſent coli ſimulachrum Michę in tribu Dā. 30 id eſt, qui erant viri bellatores. 31 nempe Domini, id eſt, fungebatur dignitate ſacerdotali. 32 vel, vt alias, & hac quoque vice. 33 in agro. 34 Heb. Cæſi ſunt, quaſi dicat, Superiores ſumus. 35 abducemus. auellemus. 36 vſque ad biuium illud. vel, ad coniunctiones ſemitarum. 37 Vox Hebræa proprie ſignificat locū herboſum. 38 vel, acrius agi cœperat. 39 Hebraiſmus, erant educentes gladium. 40 Ex Hebræo tres ſequentes verſus ſic verti debent, Viderunt autem (id eſt, Intellexerunt) filij Beniamin quod cæſi eſſent: (id eſt, inferiores eſſent.) dederant autem filij Iſrael locum ipſi Beniamin: nam confidebant in inſidijs quas diſpoſuerant contra Gabaa: Quæ quidem inſidiæ feſtināter irruerunt in Gabaa, ipſæque cœperunt clangere (ſubaudi, buccina. alij, proripuerunt ſeſe,) & percuſſerunt vrbem totam gladio. Tempus autem conſtitutum erat viris Iſrael cum his qui fuerant collocati in inſidijs, multiplicare vt aſcendere facerent combuſtionem (vel, incendium, aut columnam) fumi (id eſt, vt diligenter excitarent quàm maximam poſſent flammam permiſtam fumo) de vrbe. Verterant autem terga viri Iſrael in pugna; (ſiue, primo conflictu,) & Beniamin cœperat percutere vulneratos, &c. 41 dicebant enim. 42 id eſt, inferiores ſunt. 43 Hebraiſmus, ſicut in conflictu priore. 44 id eſt, fumus qui præſeferebat ſpeciem columnæ. 45 aſcenderat incendium totius vrbis. 46 Hebraiſmus, Verteruntque ſeſe (id eſt, Dederunt terga) coram Iſraelitis verſus deſertum, & prælium attigit eos, id eſt, milites aſſecuti ſunt eos. 47 vel, perſequi eos facientes, id eſt, hortantes ſe mutuo ad conculcandos eos. 48 in loco quietis, magna diligentia conculcauerunt, vſque (ad locum qui erat) e regione Gibea. Locum quietis vocat in quo prius quieſcebant. Legi poteſt, à loco quietis abduxerunt eos vſque, &c. id eſt, coegerunt eos fugere vſque, &c. 49 vel, Dantes ergo terga, fugere cœperunt. 50 id eſt, palantes & in diuerſa loca tendentes trucidauerunt. 51 perſequuti ſunt illos vſque, &c. id eſt, fugientes perſequēdo vſque ad Gideom aſſecuti ſunt. 52 Omittit centum qui fuerunt enumerati in ſumma vniuerſali, quod paruus eſſet numerus, quodque id iam dixerat. Omittuntur item mille qui fuerant enumerati in ipſo delectu, qui ceciderant in prioribus prælijs duobus. 53 qui ſcilicet reliqui erant. 54 etiam in, &c. 55 id eſt, quæ adhuc extabant.

## CAP. XXI.

"Iurauerunt Filij Iſrael iurāt, ſe non daturos filias ſuas reliquis filijs Beniamin.

"in exercitu

Habitatores Iabes-Galaad percutiuntur.

Virgines eorum 400 dantur Bēiamin.

IV"Vrauerāt quoque filij Iſrael in Maſpha, & dixerunt, 1
Nullus noſtrum dabit filijs Beniamin de filiabus ſuis
vxorem. ¶ Veneruntque omnes ad domum Dei in Si- 2
lo: & in conſpectu eius ſedentes vſque ad veſperam leuauerunt vocem, & magno vlulatu cœperunt flere, ¶ di- 3
centes, Quare Domine Deus Iſrael factum eſt hoc malum in populo tuo, vt hodie vna tribus auferretur ex nobis?
¶ Altera autem die diluculo conſurgentes, extruxerunt 4
altare: obtuleruntque ibi holocauſta, & pacificas victimas, ¶ & dixerunt, Quis non aſcendit "in exercitum Do- 5
mini de vniuerſis tribubus Iſrael? (grandi enim iuramento ſe conſtrinxerant, cum eſſent in Maſpha, interfici eos
qui defuiſſent.) ¶ Ductique pœnitentia filij Iſrael ſuper 6
B fratre ſuo Beniamin, cœperūt dicere, Ablata eſt tribus vna
de Iſrael, ¶ vnde vxores accipient? Omnes enim in com 7
mune iurauimus non daturos nos his filias noſtras. ¶ Id- 8
circo dixerunt, Quis eſt de vniuerſis tribubus Iſrael, qui non aſcendit ad Dominū in Maſpha? Et ecce inuenti ſunt
habitatores Iabes-Galaad in illo exercitu nō fuiſſe. (¶ Eo 9
quoque tempore cum eſſent in Silo, nullus ex eis ibi repertus eſt.) ¶ Miſerunt itaque decem millia viros robuſtiſsi- 10
mos, & præceperunt eis, Ite, & percutite habitatores Iabes-Galaad in ore gladij, tam vxores quā paruulos eorū.
¶ Et hoc erit quod obſeruare debebitis, Omne generis ma 11
ſculini, & mulieres quę cognouerūt viros, interficite, "virgines autem reſeruate. ¶ Inuentæque ſunt de Iabes-Ga- 12
laad quadringentæ virgines, quæ neſcierunt viri thorum, & adduxerunt eas ad caſtra in Silo, in Terram-Chanaan.

*IVrauerunt autem Iſraelitæ in Mizpa hiſce verbis, Nemo ex nobis 2 elocet filiam ſuam Beniamitis vxorem. Venitque populus 3 in domum Dei, & 4 fleuerunt illic vſque ad veſperam coram Deo, ſublataq; voce ſua fleuerunt fletu magno, & dixerunt, O Domine Deus Iſrael, quur factū eſt iſtud in Iſrael, vt 5 deſideretur hodie de Iſrael vna tribus? Poſtero die mane ſurrexerunt populi, 6 vt extruerent aram illic, ſacrificarentq; holocauſta & gratulatoria. & dixerunt filij Iſrael, Quis eſt qui non aſcendit 7 in comitia ad Dominum ex omnibus tribubus Iſrael? (erat enim factum iuramētum magnum 8 illi qui non aſcenderet ad Dominum in Mizpa, 9 nēpe, quòd is morte multaretur.) Et 10 pœnitudine ducti ſunt Iſraelitæ propter Beniamin fratrem ſuum, & dixerunt, Exciſa eſt hodie tribus vna de Iſrael. Quid faciemus eis qui relicti ſunt, 11 vt vxores habeant? Nos iurauimus per Dominum, 12 ne demus illis filias noſtras vxores. 13 Et dixerunt, Eſtne aliquis de tribubus Iſrael qui non aſcēdit ad Dominum in Mizpa? Et ecce ex Iabes-Gilead ne vir quidem venerat in caſtra & in 14 comitia. 15 (Numeratus enim eſt populus, & en ne vir quidem aderat ex habitatoribus Iabes-Gilead.) Miſerunt ergo illuc exercitum, nempe duodecim millia virorum, 16 qui erant ſtrenui milites, præceperuntque eis, dicentes, Ite & trucidate habitatores Iabes-Gilead gladio, tam mulieres quàm pubem. 17 Sic autem facietis, Omnem marem, atque omnem mulierem quæ experta eſt concubitum viri, excindetis. Inuenerūt autem de habitatoribus Iabes-Gilead quadringentas puellas virgines, quæ non cognouerant virum 18 concubitu maris, has adduxerunt ad caſtra [in] Silo, 19 quæ erant in terra Chanaan.*

Miſerunt

*Miſerunt itaq; tota concio,20 loquuti ad filios Beniamin qui erant in Petra-rimon,21 reuocaueruntque eos in pace. Reuerſi ſunt igitur Beniamitæ in tempore illo, & dederunt eis vxores,quas viuas ſeruauerant ex mulieribus Iabes-Gilead, 22 ſed non ſuffecerunt eis.Et doluit populus propter Beniamin, 23 quòd Dominus rupturam feciſſet in tribubus Iſrael.24 Dixerunt itaque ſeniores multitudinis, Quid faciemus reliquis, 25 vt & ipſi vxores habeant? 26 muliebris enim ſexus in Beniamin vaſtatus erat.Et dixerunt,27 Hæreditas in Beniamin eorum erit qui euaſerunt,& non delebitur tribus[vna]ex Iſraele.Porrò nos non poterimus eis dare vxores de filiabus noſtris,(28 iurauerant enim filij Iſrael hiſce verbis , Execratus qui dederit Beniamitæ vxorem.) 29 Dixerunt ergo , Ecce quotannis 30 ſolennitas Domini eſt in Silo, 31 quæ eſt ab Aquilone ipſi Beth-el,Et ad exortum ſolis ad viam quæ aſcendit de Beth-el in Sechem,& à Meridie Lebona. Præceperunt ergo filijs Beniamin hiſce verbis,Ite & ponite inſidias 32 in vineis.33 Et quum videritis filias egredientes Silo,& choros ducentes,exibitis vos è vineis,& rapietis vobis,quiſque ſcilicet ſibi vxorem de filiabus Silo,34 ibitiſque in terram Beniamin. Et cum venerint patres earum,aut fratres earum nobiſcũ expoſtulaturi,dicemus ad eos,35 Impartite eis hanc gratiã:quãdoquidem nos in 36 prælio illo non accepimus vnicuique vxorem:37 nec vos dediſtis eis,ita vt hoc tempore 38 delinquatis. Fecerunt ergo ſic filij Beniamin,acceperuntque vxores iuxta numerum ſuum,rapientes ex his quæ choros ducebant,& abeuntes,reuerſi ſunt ad hæreditatem ſuam , & inſtaurantes ciuitates , habitarunt in illis. 39 Abierunt quoque inde eodem tempore filij Iſrael , quiſque ad tribum ſuam,& ad familiam ſuam , ſinguli exeuntes illinc , quiſque ad ſuam hæreditatem.Iſtis diebus 40 non erat legitimus magiſtratus in Iſraele,quiſque 41 quod ſibi videbatur rectum,faciebat.*

13 ♀ Miſeruntque nuntios ad filios Beniamin qui erant in Pe
tra-remmon,& præceperunt eis vt [o] eas ſuſciperent in [o]eos
14 pace. ♀ Veneruntque filij Beniamin in illo tempore , & C
datæ ſunt eis vxores de filiabus Iabes-Galaad: alias autẽ
15 non repererunt,quas ſimili modo traderent. ♀ Vniuer- Filij Iſrael dolẽt
ſuſque Iſrael valde doluit,& egit pœnitentiam ſuper in- ſuper interfe-
16 terfectione vnius tribus ex Iſrael. ♀ Dixeruntque ma- ctione Bẽiamin.
iores natu, Quid faciemus reliquis, qui non acceperunt
17 vxores? omnes in Beniamin fœminæ conciderunt, ♀ &
magna nobis cura ingentique ſtudio prouidendum eſt,
18 ne vna tribus deleatur ex Iſrael. ♀ Filias enim noſtras
eis dare non poſſumus,cõſtricti iuramẽto & maledictio-
ne qua diximus,Maledictus qui dederit de filiab⁹ ſuis vxo
19 rem Beniamin. ♀ Ceperuntque conſilium , atque dixe- Virgines Silo ra
runt,Ecce ſolennitas Domini eſt in Silo anniuerſaria,quę piuntur à Benia
ſita eſt ad Septentrionem vrbis Beth-el , Ad Orientalem min.
plagam viæ quæ de Beth-el tendit ad Sichimam,& ad Me
20 ridiem oppidi Lebona. ♀ Præceperuntque filijs Benia- D
21 min,atque dixerunt, Ite,& latitate in vineis. ♀ Cumque
videritis filias Silo ad ducendos choros ex more procede-
re,exite repente de vineis,& rapite ex eis ſinguli vxores
22 ſingulas,& pergite in Terram-Beniamin. ♀ Cumque ve
nerint patres earum,ac fratres,& aduerſum vos queri cœ
perint,atque iurgari,dicemus eis, Miſeremini eorum:non
enim rapuerunt eas iure bellantium atque victorum , ſed
rogantibus vt acciperent,nõ dediſtis,& à veſtra parte pec
23 catum eſt. ♀Feceruntque filij Beniamin vt ſibi fuerat im-
peratum:& iuxta numerum ſuũ rapuerunt ſibi de his quę
ducebant choros,vxores ſingulas:abieruntque in poſſeſ-
24 ſionem ſuam,ædificantes vrbes & habitantes in eis. ♀Fi-
lij quoque Iſrael reuerſi ſunt per tribus,& familias in ta-
bernacula ſua.In diebus illis non erat rex in Iſrael : ſed
vnuſquiſque quod ſibi rectum videbatur,hoc faciebat.

## SCHOLIA IN CAP. XXI.

1 Vel,Iurauerant. 2 vel,dabit. 3 id eſt,in Silo. 4 manſerunt. 5 vel,deficiat hodie in Iſrael. 6 & ædificauerunt ibi altare(nouũ,) & obtulerunt holocauſtum & hoſtias pacificas.Cum Dominum conſulere volebant,nouum altare ſolebant extruere. 7 in congregationem. 8 pro eo(vel,de eo)qui non aſcendiſſet. 9 Hebraiſmus,dicendo,Morte morietur,id eſt,iurauerant ſe interfecturos eos qui non affuiſſent cœtui Domini. 10 id eſt,pœnituit eos ſe interfeciſſe Beniamin. 11 id eſt,qua ratione dabimus eis vxores? 12 non daturos nos 13 Dixerunt inquam. 14 cœtum.ſiue,congregationem. 15 Numeratus autem fuerat. 16 Hebraiſmus,ex filijs virtutis,id eſt,qui erant fortiſsimi milites. 17 vel,Tamen hoc. 18 Hebraiſmus,in concubitu virili,id eſt,quæ non habuerant commercium cum viris. 19 quæ erant.caſtra refert,id eſt,ad caſtra quæ ex tota congregatione remanſerant vltra in terra Chanaan. 20 (ſubaudi,legatos) qui verba facerent. 21 Hebraiſmus,apellarunt eos in pace, id eſt,de pace cum illis egerunt, 22 Hebraiſmus,& non inuenerunt(ſubaudi,filij Iſrael)ſic, id eſt,omnibus vxores. 23 id eſt,quod perdidiſſet vnam ex tribubus Iſrael. 24 Hæc dicuntur per recapitulationem,de omnibus illis ſuperſtitibus ſcilicet:& tunc in fine ſequentis tertij verſus ab iſto ſubintelligentur quæ prius dicta fuerunt de hac materia . Vel iſta intelliguntur de ducentis illis reliquis tantum,qui non habuerũt vxores vnà cũ alijs:& ita in hoc verſu(reliquis)interpretaberis, ducẽtis ſcilicet. 25 Heb.pro vxoribus? id eſt,vt demus illis vxores? 26 Hebraiſmus,deleta eſt enim de Beniamin mulier. 27 Hebraiſmus,Hæreditas euaſionis ſit ipſi Beniamin,id eſt, Studendum eſt, vel,Conemur vt ex tribu Beniamin aliquot ſeruentur qui ſint vice hæreditatis ipſi Iacob. 28 id eſt,maledictione ſe aſtrinxerãt. 29 ſubaudi , ſeniores. Omittitur id , quo pacto ijs fuerint traditæ vxores Iabes-Galaad. 30 vel, feſtum Domini celebrari ſolet. 31 (in loco) qui eſt ad Aquilonem domus Dei , id eſt , ipſius Silo. Deſcribunt eis locum in quo virgines ſolebant ducere choros: vbi poſſent deliteſcere & rapere virgines. non autem deſcribunt ſitum vrbis Silo, quam omnes norant. 32 ſubaudi , propinquis ei loco 33 Hebraiſmus,Et conſyderate : ecce autem , quum egrediuntur filiæ Silo ad ſaltandum in choris , id eſt, ad ducendum choros. 34 quaſi dicat, hoc facto recipietis vos in patriam veſtrã. 35 Miſeremini noſtri pro illis : quaſi dicat , Non potuimus alia ratione dare illis vxores . Aut verte , Date nobis illas.ſubaudi , mulieres pro eis , quaſi dicat , Sinite in gratiam totius Iſraelis illos habere eas mulieres. 36 quod ſcilicet geſtum fuit in Iabes-Galaad, in eo non accepimus tot virgines quot ſunt viri. 37 & quia vos non dediſtis , &c . 38 deliqueritis. 39 Abierunt itaque illinc Iſraelitæ eo tempore, id eſt, his geſtis. 40 nullus erat rex, id eſt, erat velut interregnum. 41 Hebraiſmus , quod rectum erat in oculis ſuis, id eſt, quod ſibi placebat, id ſolebat facere.

Liber



# Liber Ruth.

## V. CAP. I.

Elimelech Beth lehemita cum vxore Noemi & duobus filijs peregrinat in regione Moabitide.

IN diebus vnius iudicis,quando iudices 1
præerant,facta eſt fames in Terra.abijt-
que homo de Beth-lehem Iuda,vt pere-
grinaretur in regione Moabitide cũ vxo
re ſua,ac duobus liberis.♀Ipſe vocabatur 2
Elimelech,& vxor eius Noemi: & duo fi
lij,alter Mahalon,& alter Chelion,Ephrathæi de Bethle-
hem Iuda.ingreſsique regionem Moabitidem,moraban-
tur ibi.♀Et mortuus eſt Elimelech maritus Noemi: reman 3
ſitque ipſa cum filijs.♀Qui acceperunt vxores Moabiti- 4
das,quarum vna vocabatur Orpha, alteraque Ruth:man
ſeruntque ibi decem annis,♀Et ambo mortui ſunt,Maha- 5
lon videlicet & Chelion:remanſitque mulier orbata duo-
bus liberis ac marito.♀Et ſurrexit vt in patriam pergeret 6
cum vtraq; nuru ſua de regione Moabitide:audierat enim
quòd reſpexiſſet Dominus populum ſuum,& dediſſet eis
eſcas.♀ Egreſſa eſt itaque de loco peregrinationis ſuæ cũ 7
vtraque nuru:& iam in via reuertendi poſita in Terram-
Iuda,♀Dixit ad eas,Ite in domum matris veſtræ,faciat vo 8
biſcum Dominus miſericordiam,ſicut feciſtis cũ mortuis
& mecum.♀Det vobis inuenire requiem in domibus vi- 9
rorum,quos ſortituræ eſtis.& oſculata eſt eas:quæ eleua-
ta voce flere cœperunt,♀Et dicere,Tecum pergemus ad 10
populum tuum.♀Quibus illa reſpondit,Reuertimini filię 11
mi,cur venitis mecum? num vltrà habebo filios in vtero
meo,vt viros ex me ſperare poſsitis? ♀ Reuertimini filiæ 12
[a]Moabitæ:iam enim ſenectute confecta ſum,nec apta vin
culo coniugali.etiam ſi poſſem hac nocte concipere , &
C parere filios,♀Si eos expectare velitis donec creſcant, & 13
annos pubertatis impleant,antè eritis vetulæ quàm nu-
batis.Nolite quæſo filiæ mi[~]facere hoc:quia veſtra angu
ſtia magis me premit,& egreſſa eſt manus Domini contra
me.♀Eleuata igitur voce,rurſum flere cœperunt : Orpha 14
oſculata eſt ſocrum,ac reuerſa eſt : Ruth adhæſit ſocrui
ſuæ.♀Cui dixit Noemi,En reuerſa eſt cognata tua ad po- 15
pulũ ſuũ,& ad deos ſuos,vade cũ ea.♀ Quæ reſpõdit, Ne 16
aduerſeris mihi vt relinquã te & abeam : quocunq; enim
perrexeris,pergã:& vbi morata fueris,& ego pariter mo-
rabor.populus tu⁹ popul⁹ meus,& Deus tuus Deus meus.
♀Quæ te terra morientem ſuſceperit,in ea moriar: ibique 17
locum accipiam ſepulturæ.hæc mihi faciat[b]Deus, & hæc
D addat,ſi non ſola mors me & te ſeparauerit.♀Videns ergo 18
Noemi,quod obſtinato animo Ruth decreuiſſet ſecũ per-
gere,aduerſari noluit,nec ad ſuos vltrà reditũ perſuadere.
♀ Profectæque ſunt ſimul,& venerunt in Beth-lehẽ: qui- 19
bus vrbem ingreſsis,velox apud cũctos fama percrebuit:
dicebantque mulieres,Hæc eſt illa Noemi. ♀Quibus ait, 20
Ne vocetis me Noemi,id eſt pulchram:ſed vocate me Ma
ra,id eſt amarã,quia amaritudine valde repleuit me Om-
nipotens.♀Egreſſa ſum plena,& vacuam reduxit me Do- 21
minus.cur ergo vocatis me Noemi, quã Dñs humiliauit,
& afflixit Omnipotens? ♀Venit ergo Noemi cum Ruth 22
Moabitide nuru ſua,de terra peregrinationis ſuę,ac reuer
ſa eſt in Beth-lehem,quando primùm hordea metebãtur.

Moritur Elimelech.

Noemi defuncto marito & duobus filijs B reuertitur in patriam.

[a]mi,& abite:

Ruth adhæret ſocrui ſuæ reuertenti.

[b]Dominus,

Veniũt in Beth-lehem.

## N. CAP. I.

*IN diebus iudicum fames exorta eſt in terra:& abijt vir quidam de Beth-lehem Iehuda,vt peregre habitaret 2 in regione Moab, ipſe & vxor eius atque duo filij eius . Erat autem nomen viri illius Elimelech, & nomẽ vxoris ſuæ Naemi:& nomina duorum filiorum eius Mahlon,& Chilion:Ephratæi erant de Beth-lehem Iehuda:venienteſque[in]3 regionẽ Moab,4 degebant illic.Et mortuo Elimelech marito Naemi,ſuperſtes manſit ipſa,& duo filij eius.Et duxerunt ſibi vxores Moabitidas : nomen vnius erat Orpha,& nomen alterius Ruth, 5 habitaueruntque illic fermè decem annis.Mortui ſunt & duo illi Mahlon & Chiliõ. 6 relictaque fuit vidua illa poſt duos filios ſuos,& poſt maritum ſuum.Conſurgens ergo ipſa cum nuribus ſuis,reuerſa eſt 7 è regionibus Moab.audierat enim 8 in regionibus Moab, quòd Dominus inuiſiſſet populum ſuum,9 cibumque eis dediſſet.Egreſſa eſt itaque è loco [in] quo degerat,duæque nurus eius cum ea 10 profectæ in via,vt redirent 11 ad terram Iehuda.Dixit autem Naemi duabus nuribus ſuis,Ite , reuertimini, quæque in domum matris ſuæ,Dominus 12 benefaciat vobis, quemadmodum vos[pietatem]exhibuiſtis & 13 mortuis & mihi.Dét vobis Dominus vt requiem inueniatis,quæque in domo 14 mariti ſui.& oſculata eſt eas:illæ verò ſublata voce ſua fleuerunt,Dixeruntque ad eam,Reuertemur tecum ad populũ tuum.Et ait Naemi,Reuertimini filiæ meæ,cur mecum iretis? num filij mihi ſunt in vtero vltra,qui vobis eſſe poſſint mariti? Reuertimini filiæ meæ,& abite,quoniam ſenior ſum quàm vt[vxor]fiam marito. 15 & ſi[maximè]dicerem, Spes mihi eſt vt hac nocte nubam viro,ſimulque filios pariam,Num vos expectabitis eos donec adoleſcant? num vos 16 ſuperſtites manebitis propter eos,quo minus nubatis viris? minime,filiæ meæ: nam 17 alioqui plus ſatis doleo veſtri gratia,quòd manus Domini 18 me diuexauit.Illæ autem ſublata voce rurſum fleuerunt,& Orpha oſculata eſt ſocrum ſuam,Ruth verò 19 hæſit ei.Et[ſocrus]ait,En 20 fratria tua reuerſa eſt ad populum ſuum,& ad deos ſuos,21 ſequere & tu fratriam tuam.Et reſpondit Ruth,22 Ne obſtes mihi vt te deſerta reuertar , quin quocunque ieris,ego quoque ibo:& vbicunque deges,ego quoque degam:populus tuus populus meus,& Deus tuus 23 Deus meus:Vbi tu mortua fueris,ibi & ego moriar,ibique ſepeliar: 24 ſiquidem Dominus ſic mihi fecerit,porroque facturus eſt: [ſola]mors me à te ſeparabit.Videns itaque 25 illam firmiter apud ſeſe ſtatuiſſe quòd vellet ire cum ea,deſtitit loquendo ei obſtrepere.Ibant ergo duæ illæ donec venirent Beth-lehem:factumque eſt,vt introeuntibus eis Beth-lehem,vrbs tota [ſtrepitu quodam]illarum gratia commoueretur,26 vt dicerent, Annon hæc eſt Naemi? Quæ reſpondit eis,Ne vocetis me Naemi,quin potius 27 Maram me vocetis,quòd ſupra modum Omnipotens 28 me diuexauerit.Ego 29 opulenta abibam, vacuã me reduxit Dominus:quid ergo me Naemi 30 vocatis , quum Dominus 31 me deiecerit,& Omnipotens me diuexauerit? 32 Sic ergo reuerſa eſt Naemi & Ruth Moabitis nurus eius cum ea,reuerſa inquam 33 ex regione Moab,venerũtque Beth-lehem quum meſsis hordeacea inciperet.*

## SCHOLIA IN CAP. I.

1 Hebraiſmus,Et accidit in diebus quibus iudicabant iudices,tunc fuit fames in terra.ſubaudi,Iuda. 2 Hebraiſmus,in agris, id eſt,in regione. 3 Hebraiſmus,agros,id eſt,regionem. 4 habitauerunt.5 ſubaudi,filij.6 Hebraiſmus,& relicta eſt mulier illa à duobus gnatis ſuis & à marito ſuo.pro,remãſit mulier orbata duobus filijs & marito. 7 ab agris. 8 Hebraiſmus,in agro. 9 Heb.ad dare illis panem.pro,vt daret.vel dando illis cibum.10 & ambulauerunt per viam.i.committentes ſe itineri. 11 nempe in Beth-lehem.12 Heb.faciat vobiſcum miſericordiam.vel,clementiam. 13 .i.in filios meos maritos veſtros.14 ſub.futuri.15 etiã ſi hac nocte eſſẽ cũ viro,& etiã parerẽ filios. 16 retardabimini.17 Heb.amaritudo(eſt,vel eſſet)mihi valde(magis)quã vobis.i.pl⁹ mihi doleret q̃ vobis.18 Heb.egreſſa eſt ĩ me.i.quia afflixit me Dñs.19.i.comitata eſt eã,nec receſsit ab ea.20 cognata tua.i.vxor fratris mariti tui.

21 reuertere & tu poſt cognatam tuam. 22 Hebraiſmus, Ne roges me vt te deſeram,& recedam à te. Alij legunt, Ne occurras mihi vt,&c.id eſt, Ne ſuadeas mihi vt te,&c. 23 ſubaudi, erit. 24 Hebraiſmus, ſic faciat mihi Dominus,& ſic addat:(ſubaudi,ſi deſeruero te:) quoniam mors ipſa(ſola) ſeparabit inter me & te.vel, ſeparabit me à te. 25 Hebraiſmus, quod indurata eſſet ad eundum ſecum, deſijt loqui ad illam. 26 & dixerunt. 27 Mara, id eſt, amarã. Naemi, ſignificat dulcem, iucundam & ſuauem. 28 amaritudine me affecerit. vel moleſtia. 29 Hebraiſmus, plena (ſubaudi, diuitijs & filijs) abij. ſubaudi, hinc. 30 vel, vocabitis. 31 Hebraiſmus, Locutus ſit(vel, teſtatus ſit) contra me,& malefecerit mihi? id eſt, afflixit me? Huiuſmodi genera dicendi leguntur plurima in libro Iob. 32 Et reuerſa eſt. ſubaudi, alia quadam vice. 33 Hebraiſmus, ab agris.

## CAP. II.

*H1 Abuit autem maritus Naemi conſanguineum quẽdam fortem opulentumque, qui ſcilicet erat de familia Elimelech, cuius nomen erat Boas. Et dixit Ruth Moabitis ad Naemi, Liceat mihi quæſo vt eam rus, & colligam ſpicas, poſt [eum ſcilicet] in cuius oculis gratiam impetrarim. & illa reſpondit ei, Vade filia mea. Abiens igitur peruenit [in agrum,] & collegit in agro poſt meſſores: 2 forteque fortuna in agrum Boas inciderat qui [erat] de familia Elimelech. Et ecce Boas veniens è Beth-lehem, dixit ad meſſores, Dominus vobiſcum. & reſponderunt ei, Benedicat tibi Dominus. Boas rurſum dixit ad puerum ſuum, qui 3 ſtabat iuxta meſſores, Cuius eſt hæc puella? Reſpondit puer qui 4 aſtabat meſſoribus, & ait, Puella eſt Moabitica, quæ reuerſa eſt cum Naemi 5 ex regione Moab. 6 Dixitq́;, Liceat quæſo mihi colligere & congregare [ſpicas] inter manipulos poſt meſſores. & ingreſſa, perſtat iam inde à mane vſque nunc: 7 quod ſedit in tuguriolo perpuſillum eſt. Dixit autem Boas ad Ruth, Audiſne filia mea? ne vadas vt colligas in alio agro, neque hinc tranſeas, 8 quin potius hîc hæreas puellis meis, Oculi tui ſint ad agrum quem demetunt, ſequẽris eas: 9 præcepi enim pueris ne te 10 lædant: proinde ſi ſitieris, vade ad vaſa, & bibe de eo quod hauſerint pueri. Illa autem procidens in faciem ſuam 11 prona inclinat, dixitque ad eum, 12 Cur gratiam impetraui in oculis tuis, quod tu me agnoſcis, quum ſim aliena? Et reſpondens Boas, dixit ad eam, Indicando indicatum eſt mihi totum illud quod feciſti ſocrui tuæ poſt obitũ mariti tui, quod ſcilicet patre tuo & matre tua. quin & 13 patrio ſolo tuo deſertis, conceſſeris ad populum quem non cognouiſti 14 antea. Rependat Dominus operi tuo, & fiat merces tua 15 ſolida à Domino Deo Iſraelis, que veniſti vt 16 ſub alas eius confugeres. Illa verò dixit, 17 Impetrem gratiam corã te, mi domine, qui conſolatus es me, & loquutus es in cor ancillæ tuæ, quum ego ne quidem ſim vt vna ex ancillis tuis. Et dixit ei Boas, Quum tempus eſt edendi, concede huc, & comede de pane, & intingito 18 buccellam tuam in acetum. ſedit itaque illa à latere meſſorum, & 19 porrexit ei [far] toſtum: quæ comedit ad ſatietatem, & reliquũ fecit. Rurſus ſurrexit vt colligeret: Boas autem præcepit 20 pueris ſuis hiſce verbis, 21 Et inter manipulos ipſos ei colligere liceat, neque eam 22 pudefaciatis. Quin & 23 deinduſtria ei tranſmittite ex manipulis, 24 & relinquite vt colligat, neque eam increpetis. Collegit igitur illa in agro vſque ad veſperam, & extriuit id quod collegerat, fuitq; ferè epha hordei. Et baiulans ingreſſa eſt ciuitatem: quumque ſocrus eius vidiſſet quod collegerat, 25 protulit [Ruth:] & id quoque 26 quod refecta reliquum fecerat, dedit ei. Socrus autẽ eius dixit ad eam, Vbi collegiſti hodie? & vbi operata es? ſit ille qui te agnouit benedictus. indicauit autem illa ſocrui ſuæ: 27 quo pacto ſe geſsiſſet erga eum, dixitque, Nomẽ viri apud quẽ hodie opus feci, eſt Boas. Et ait Naemi ad nurum ſuam, Sit ille benedictus à Domino, qui non 28 deſiſtit à pietate ſua neque erga viuos, neque erga mortuos. & rurſum dixit ad eam Naemi, Propinquus noſter eſt vir ille, & ⁿ ex his qui vindices ſunt noſtri. Dixit ergo Ruth Moabitis, Loquutus eſt inſuper ad me, Hæreas pueris meis quos habeo, donec plene meſſuerint totam meſſem meã. Et reſpondit Naemi Ruth nurui ſuæ, 29 Placet filia mea quòd cum puellis eius egrederis, nequis tibi in agro obſtet. 30 Hæſit itaque [Ruth] puellis Boas colligendo [ſpicas] donec meſsis hordeacea & meſsis triticea plene perficeretur. cæterum apud ſocrum ſuã 31 verſabatur.*

## CAP. II.

Ruth colligit ſpicas in agro Booz cognati Elimelech.

I Erat autem viro Elimelech conſanguineus, homo potens, & magnarum opum, nomine Booz.
2 ♀ Dixitque Ruth Moabitis ad ſocrum ſuam, Si iubes, vadam in agrum, & colligam ſpicas quæ fugerint manus metentium, vbicunque clementis in me patriſfamiliâs reperero gratiam. cui illa reſpondit, Vade filia mi.
3 ♀ Abijt itaque, & colligebat ſpicas poſt terga metentiũ. Accidit autem vt ager ille haberet dominũ nomine Booz,
4 qui erat de cognatione Elimelech. ♀ Et ecce, ipſe veniebat de Beth-lehem, dixitque meſſoribus, Dominus vo-
5 biſcũ. qui reſponderũt ei, Benedicat tibi Dominus. ♀ Dixitque Booz iuueni qui meſſoribus præerat, Cuius eſt hęc
6 puella? ♀ Cui reſpondit, Hæc eſt Moabitis quæ venit cum
7 Noemi, de regione Moabitide, ♀ & rogauit vt ſpicas colligeret remanẽtes, ſequens meſſorũ veſtigia: & de mane vſq; nũc ſtat in agro, & ne ad momentũ q dé domũ reuer- B
8 ſa eſt. ♀ Et ait Booz ad Ruth, Audi filia, ne vadas in alterũ agrũ ad colligendũ, nec recedas ab hoc loco: ſed iungere

Ruth inuenit gratiam coram oculis Booz. Benignitas Booz erga Ruth.

9 puellis meis, ♀ Et vbi meſſuerint, ſequere. mãdaui enim pueris meis vt nemo moleſtus ſit tibi: ſed etiam ſi ſitieris, vade ad ſarcinulas, & bibe aquas de quibus & pueri mei
10 bibunt. ♀ Quæ cadens in faciem ſuam, & adorans ſuper terram, dixit ad eum, Vnde mihi hoc, vt inuenirem gratiam ante oculos tuos, & noſſe me dignareris peregrinam
11 mulierem? ♀ Cui ille reſpondit, Nuntiata ſunt mihi omnia quæ feceris ſocrui tuæ poſt mortem viri tui: & quòd reliqueris parentes tuos, & terram in qua nata es, C
12 & veneris ad populum quem antea neſciebas. ♀ Reddat tibi dominus pro opere tuo, & plenam mercedem recipias à Domino Deo Iſrael, ad quem veniſti, & ſub cuius
13 confugiſti alas. ♀ Quæ ait, ᵃ Inueni gratiam apud oculos tuos domine mi, qui conſolatus es me, & locutus es ad cor ancillæ tuæ, quæ non ſum ſimilis vnius puellarũ tua-

ᵃ Inueniam

14 rum. ♀ Dixitque ad eam Booz, Quando hora veſcendi fuerit, veni huc, & comede panem, & intinge buccellam tuã in aceto. ſedit itaq; ad meſſorũ latus, & congeſsit po-
15 lẽtã ſibi, comeditq;, & ſaturata eſt, & tulit reliquias. ♀ Atq; inde ſurrexit, vt ſpicas ex more colligeret: præcepit autẽ Booz pueris ſuis, dicẽs, Etiã ſi vobiſcum metere volue-
16 rit, ne prohibeatis eam: ♀ Et de veſtris quoque manipulis proijcite de induſtria, & remanere permittite, vt abſq;
17 rubore colligat, & colligentem nemo corripiat. ♀ Collegit ergo in agro vſque ad veſperam: & quæ collegerat virga cædẽs & excutiens, inuenit hordei quaſi ephi men-

D Ruth collectas ſpicas excutit.

18 ſuram, id eſt tres modios. ♀ Quos portans reuerſa eſt in ciuitatem, & oſtendit ſocrui ſuæ: inſuper protulit, & de-
19 dit ei de reliquijs cibi ſui quo ſaturata fuerat. ♀ Dixitque ei ſocrus ſua, Vbi hodie collegiſti, & vbi feciſti opus? ſit benedictus qui miſertus eſt tui. indicauitque ei apud quẽ eſſet operata: & nomen dixit viri, quod Booz vocaretur.
20 ♀ Cui reſpondit Noemi, Benedictus ſit à Domino: quoniam eandem gratiam quam præbuerat viuis, ſeruauit & mortuis. Rurſumque ait, Propinquus noſter eſt homo.

Ruth rurſum ad agrum Booz reuerſa, ſpicas colligit.

21 ♀ Et Ruth, Hoc quoque, inquit, præcepit mihi, vt tandiu meſſoribus eius iungerer, donec omnes ſegetes meteren-
22 tur. ♀ Cui dixit ſocrus, Melius eſt filia mi, vt cum puellis eius exeas ad metendum, ne in alieno agro quiſ-
23 piam reſiſtat tibi. ♀ Iuncta eſt itaq; puellis Booz: & tandiu cum eis meſſuit, donec hordea & triticum in horreis conderentur.





## SCHOLIA IN CAP. II.

1 Heb. At ipſi Naemi cognatus(erat) ex viro ſuo, vir potẽs diuitijs. 2 Heb. & euenit euẽtus eius, portio agri(erat) ipſi Boaz, qui (Boaz erat) &c. i. contigit forte vt incideret in eam partem agri quæ erat ipſius Boaz. 3 conſtitutus erat ſuper meſſores. 4 conſtitutus erat ſuper meſſores. 5 Heb. ab agris. 6 ſub. in corde ſuo. i. Conſtituit apud ſe vt colligeret, &c. 7 Heb. iſta(eſt) ſedere eius (in) domo pauco tempore. vel, hæc eſt ſeſsio eius, &c. q. d. Hinc apparet eã non diu domi deſidere. 8 Heb. & hîc adhæreas, &c. i. ne diſcedas à puellis meis. 9 Hebraice per interrogationẽ, quæ vehementer aſſeuerat, Annon præcepi, &c. q. d. certiſsime præcepi. 10 Heb. tangant. 11 Heb. incuruauit ſe ad terrã. 12 Vnde hoc, quod inueni gratiam, &c. 13 Heb. terra natiuitatis tuæ. 14 Heb. ab heri & nudiuſtertius. 15 plena. perfecta. integra. 16 ſperares ſub alis eius. 17 Heb. Inueniam gratiam in oculis tuis, mi domine, quia conſolatus es me, & quia loquutus es ſuper cor, &c. q. d. Optarim me tibi perpetuo gratam eſſe, & me ſemper à te adamari, ſiue nanciſci perpetuam apud te gratiam: nam conſolatus es me, & placentia admodum locutus es mecum. 18. i. fruſtum cibi tui. 19 ſub. quiſpiam ex meſſoribus. 20 vel, ſeruis. 21 Etiam inter manipulos colligat. 22 Pudefacere pro prohibere: qui enim prohibent aut negant, faciunt vt petentes rubore ſuffundantur. 23 Heb. dimittendo dimittite. vel, porrigendo porrigite. 24 Heb. & deſeretis(eã,) & colliget. 25 vel, excuſsit. ſub. ex ſucco. Hebraice legitur, fecit exire. 26 Heb. quod reliquerat de ſaturitate ſua. i. quod de prandio ſuo reliquerat ſaturata. 27 Heb. id quod fecerat cum illo. 28 deſeruit(vel dereliquit) miſericordiã ſuã, &c. i. qui clementer egit non ſolum cũ viuentibus, ſed etiã cũ mortuis. [*] Heb. ex redẽptoribus noſtris ipſe(eſt). i. ex propinquis, ex his qui ſecundũ legẽ debẽt ſuſcitare ſemẽ marito tuo. Propinqui vocãtur redẽptores, vt ait doctus inter Hebræos, quòd ad illos pertineret ius redẽptionis. 29 Melius eſt, filia mea, vt cũ puellis illius egrediaris, (ſub. ad colligendũ;) ne occurrant tibi(viri) in agro alio. vel, ne irruant in te viri, &c. 30 vel, Iunxit ſe igitur. 31 habitauit.

## CAP. III.

*Et dixit ad eam Naemi ſocrus eius, 1 Quærã tibi ô mea filia requiẽ, vt bene ſit tibi. An ergo nõ Boas propinquᵘˢ noſter eſt, cũ cuius puellis tu fuiſti? En is ventilat 2 in area hordeũ hac nocte. Lauabis igitur, & te inũges, amicierisque 3 veſtimẽtis tuis & deſcẽdes in horreũ, 4 vt nemo ſentiat te [adeſſe,] donec ille 5 plene ederit & biberit. 6 Quũq; illequieti ſe dabit, 7 animaduerte locũ in quo 8 recũbet, & illuc accedes, diſcooperieſq; 9 locũ pedũ eiᵘˢ, & [ibi] iacebis, ipſe verò indicabit tibi quid facias. Ad quã illa dixit, Quæcũq; mãdaueris mihi, faciã. Deſcendens itaq; in areã, fecit quæcunq; præceperat illi ſocrus eius. Et cũ comediſſet Boas & bibiſſet, 10 exhilaraſſetq; cor ſuũ, & ingreſſus eſſet vt domiret in extrema parte 11 acerui, venit illa clã, & retexit [circa] pedes eius, 12 accubuitq;. Et factũ eſt circa mediũ noctis, vt expaueſceret vir ille: & quũ 13 cõtrectaſſet, ecce mulier iacebat ad pedes eius. Dixitq;, Quis es tu? Reſpondit illa, Ego ſum Ruth ancilla tua, 14 expande alam tuã ſuper ancillam tuã, quia 15 vindex es. At ille ait, 16 Benedicta tu filia mea Domino, 17 ampliaſti pietatem tuã poſteriorẽ ſupra priorem, quũ non ſequuta es adoleſcentes, ſiue pauperes fuerint ſiue diuites. Ne ergo metuas filia mea, quæcũq; dixeris faciã tibi: ſiquidẽ 18 totũ forũ populi mei nouit quòd mulier ſis 19 virtute prædita. Nunc 20 itaque verũ eſt quòd ego ſum vindex, eſt tamẽ & alius 21 vindex me propinquior. Pernocta igitur [hîc] hac nocte: fietq; quum illuceſcet, ſi is tibi ius 22 vindicis præſtiterit, bene, præſtet: ſi vero ei nõ placuerit vt tibi ius vindicis præſtet, ego ius vindicis præſtabo, viuit Dominᵘˢ: quieſce igitur vſq; mane. Quieuit itaque iuxta pedes eius vſque mane, & ſurrexit antequã quiſquã 23 aliũ noſſe poſſet. dixit autẽ ille, 24 Ne palam fiat mulierẽ veniſſe in horreũ. Et addidit, 25 Adhibe palliũ 26 quod ſuper te eſt, & tene illud. & quũ illud teneret [Ruth, Boas] demẽſus eſt ſex [epha] hordei, & imponẽs 27 ei, ingreſſus eſt ciuitatẽ. Quũque illa veniſſet ad ſocrũ ſuã, dixit [ſocrus eius,] 28 Quid tibi filia mea? & hæc expoſuit ei quæcunq; fecerat ei vir 29 ille. Et dixit, Sex [epha] hordei iſta dedit mihi: nã dixit ad me, 30 Nõ venies vacua ad ſocrũ tuã. Tũ illa ait, 31 Sede filia mea, 32 dũ reſciſcas quomodo 33 cadat hæc res: ſiquidẽ vir ille haudquaquam conquieſcet, donec hoc ipſo die negotium effecerit.*

## CAP. III.

Ruth ſocrus ſuę ſuaſu proficiſcitur ad Booz.

1 Poſtquã autẽ reuerſa eſt ad ſocrũ ſuã, audiuit ab ea, Filia mi, quærã tibi requiẽ, & ꝓuidebo vt bene ſit ti-
2 bi. ♀ Booz iſte, cuius puellis in agro iũcta es, propin-
3 quus noſter eſt, & hac nocte areã hordei vẽtilat. ♀ Lauare igiť, & vngere, & induere cultioribus veſtimẽtis, & deſcende in areã. nõ te videat homo, donec eſum potũq; finierit.
4 ♀ Quãdo aũt ierit ad dormiẽdũ, nota locũ in quo dormiat: venieſq;, & diſcooperies palliũ quo operiť à parte pedũ, & proijcies te, & ibi iacebis: ipſe autẽ dicet tibi quid agere
5 debeas. ♀ Quæ reſpõdit, Quicquid pręceperis, faciã. ♀ De- B
6 ſcẽditq; in areã, & fecit omnia quæ ſibi imperauerat ſo-
7 crus. ♀ Cũq; comediſſet Booz, & bibiſſet, & factus eſſet hilarior, iſſetq; ad dormiẽdũ iuxta aceruũ manipulorum, venit abſcõdite, & diſcooperto pallio à pedibus eius, ſe pro-

Dormit ad pedes Booz.

8 iecit. ♀ Et ecce, nocte iã media expauit homo, & cõturba-
9 tus eſt: viditq; mulierẽ iacẽtem ad pedes ſuos, ♀ & ait illi, Quæ es? Illaq; reſpõdit, Ego ſum Ruth ancilla tua: expan-
10 de palliũ tuũ ſuper famulam tuã, quia propinquus es. ♀ Et ille, Benedicta, inquit, es à Dño filia, & priorem miſericor- C
diã poſteriore ſuperaſti: quia nõ es ſecuta iuuenes paupe-

Booz agnoſcit ſe eſſe propinquũ ipſi Ruth.

11 res, ſiue diuites. ♀ Noli ergo metuere, ſed quicquid dixeris mihi, faciã tibi. Scit enim omnis populus qui habitat intra
12 portas vrbis meæ, mulierẽ te eſſe virtutis. ♀ Nec abnuo me
13 ꝓpinquũ, ſed eſt alius me propinquior. ♀ Quieſce hac nocte: & facto mane, ſi te voluerit ꝓpinquitatis iure retinere, bene res acta eſt: ſin autẽ ille noluerit, ego te abſq; vlla
14 dubitatione ſuſcipiã, viuit Dñs, dormi vſq; mane. ♀ Dor- D
miuit itaq; ad pedes eius, vſq; ad noctis abſceſſum: ſurrexit itaq; antequã homines ſe cognoſcerẽt mutuo, & dixit
15 Booz, Caue nequis nouerit quòd huc veneris. ♀ Et rurſum, Expande, inquit, pallium tuum, quo operiris, & tene vtraq; manu. Qua extendente, & tenente, menſus eſt ſex modios hordei, & poſuit ſuper eam. Quæ portans ingreſ-

Ruth ſex hordei modios refert ad ſocrum.

16 ſa eſt ciuitatẽ, ♀ & venit ad ſocrũ ſuam: quæ dixit ei, Quid egiſti filia? Narrauitque ei omnia quæ ſibi feciſſet homo.
17 ♀ Et ait, Ecce ſex modios hordei dedit mihi, & ait, Nolo
18 vacuam te reuerti ad ſocrum tuam. ♀ Dixitque Noemi, Expecta filia, donec videamᵘˢ quem res exitũ habeat. neq; enim ceſſabit homo niſi compleuerit quod locutus eſt.

## SCHOLIA IN CAP. III.

1 Hebraice per interrogationem legitur, Nonne quæram, &c. vt magis affirmet. Requiem vocat nuptias. 2 Heb. aream hordeorum. i. hordeum quod eſt in area. 3 ſub. elegantioribus, quibus ſcilicet vteris diebus feſtis. 4 (& vide) ne te notam facias viro illi. 5 Hebraiſmus, finierit edere & bibere. 6 Erit autem, quũ ille cubuerit. 7 ſcito. cognoſce. 8 iacebit. 9 Heb. pedes. i. inferiorem partem lecti. 10 Heb. bonumq; eſſet cor eius. i. exhilaratũq; eſſet, &c. 11 vel, areæ. 12 ſub. iuxta pedes illius. 13 inclinaſſet ſe. vel, conuertiſſet. 14 Alam expandere ſuper aliquem, metaphora eſt ſumpta à volucribus, eſt eum in tutelam ſuam ſuſcipere. 15 redemptor. i. tu ille es qui marito meo defuncto debes ſuſcitare ſemen. 16. i. Dominus fauore ſuo te proſequatur. 17 Heb. meliorem feciſti gratiam tuam poſteriorem priore. vel potius, præſtantiorem reddidiſti pietatem tuam poſteriorem priore, &c. 18 Hebraiſmus, omnis porta. In portis erãt iudicia & fora, id eſt, omnis ſenatus. 19 fortitudine. robore. 20 (ſub. agnoſco) quod verum eſt, quod certe redemptor ſum. ſiue propinquus, 21 redemptor. ſiue, propinquus. 22 redemptoris. Heb. ſi redimet te, bonum eſt, redimat: & ſi non voluerit te redimere, redimam te. q. d. ſi te voluerit accipere in vxorẽ, tanquã qui illud facere debeat, iure propinquitatis: recte eſt. ſi vero nolit te ducere, &c. 23 ſociũ ſuũ agnoſcere poſſet. 24 vel, Ne cognoſcatur. i. Da operã nequis reſciſcat te huc veniſſe. 25. Affer. 26. i. quo te inuoluiſti. 27 ſuper eã. 28 Quæ(es) tu. 29 Boas ſcilicet. 30 Ne iueris. 31. i. Sis quieta. 32 donec. 33 cadet. i. qualem exitum habiturum ſit hoc negotium.

CAP. IIII.

*A*ſcendens autem Boas ad portam, conſedit illic, & ecce præterijt 1 vindex ille de quo Boas dixerat, cui ait, Accede, 2 quiſquis tandem ſis, & ſede hîc. qui 3 concedens ſedit. Et acceptis decem viris ex ſenioribus vrbis, dixit, Conſedete hîc. & conſederunt. Dixitque ad 4 vindicem, Partem illius agri quam habuit frater noſter Elimelech, vendere [cogitur] Naemi, quæ rediſt de regione Moab: ego verò 5 cogitaui vt hæc tibi ſignificarem, diceremque vt 6 vendicares: ſi ergo vendicare volueris, vendica coram ſedentibus illis, & coram ſenioribus populi mei: ſi verò 7 vendicare nolueris, indica mihi vt ſciam: non eſt enim præter te qui 8 vendicet, & ego poſt te. & dixit, 9 Vendicabo. Addidit Boas, Eodem die quo agellum 10 poſſederis de manu Naemi, 11 poßidebis & Ruth Moabitidem vxorem defuncti, vt 12 exuſcites nomen demortui 13 in hæreditate ſua. Reſpondit 14 vindex, Non poſſum mihi 15 vendicare, ne forte 16 vaſtem 17 hæreditatem meam, 18 vendica tu tibi ius propinquitatis meæ, quoniam ego 19 vendicare non potero. Erat autẽ iã olim hæc [cõſuetudo] in Iſraele, in 20 vendicatione, & in commutatione ad firmandum negotium quodcunq;, vt aliquis detraheret calceum ſuum, daretque proximo ſuo: & 21 hæc fuit obteſtatio in Iſraele. Dixit igitur ꝓpinquus ad Boas, 22 Poßide tibi. ſimulque detraxit calceamentum ſuum. Et ait Boas ad ſeniores, & ad cunctum populum, Teſtes vos eſtis hodie, quod 23 poſſederim omnia quæ fuerunt Elimelech, & omnia quæ fuerant Chilion & Mahlon de manu Naemi, ſed & Ruth Moabitidem vxorem Mahlon acquiſiui mihi vxorem, vt ſuſcitem nomen defuncti in hæreditate ſua, vt non excindatur nomen demortui de fratribus ſuis, & de porta loci eius: teſtes (inquam) vos eſtis hodie. Et dixerunt omnes qui ex populo erant in porta cum ſenioribus, Teſtes. Dominus faciat huic mulieri quæ ingreditur domum tuam, ſicut Raheli & Leæ, quæ duæ ædificauerunt domum Iſrael, & tu 24 ſtrenue age in Ephrata, & 25 ſias magni nominis in Beth-lehem. Fiat domus tua vt domus Pærez (quem peperit Thamar ipſi Iudæ) de ſemine quod tibi Dominus ex hac puella dederit. Duxit itaque Boas Ruth, & facta eſt ei vxor. Et quum ingreſſus eſſet ad eam, dedit 26 ei Dominus vt conciperet, pareretque filium. Et dixerunt mulieres ad Naemi, Laudandus Dominus, qui non 27 permiſit vt deficeret tibi hodie vindex, quo minus vocaretur nomen eius in Iſraele. 28 Qui ſit tibi reductor animæ tuæ, & qui 29 ſuſtentet ſenectutem tuam: quoniam nurus tua quæ te dilexit, genuit ei, & hæc ipſa 30 melior eſt tibi quàm ſeptem filij. Accipiens autem Naemi filium, poſuit eum in gremium ſuum, fuitque 31 nutrix eius. Et vicinæ 32 imponebant ei nomen, dicentes, Natus eſt Naemi filius. 33 vocaruntque nomen eius Obed. Ipſe eſt pater Iſai patris Dauidis. Sunt autem iſtæ generationes Pærez. Pærez genuit Hezron. Hezron autem genuit Rã: Ram autem genuit Amminadab. Amminadab verò genuit Nahaſſon: Nahaſſon autem genuit Salma. Salma genuit Boas: Boas genuit Obed. Porrò Obed genuit Iſai, & Iſai genuit Dauid.

CAP. IIII.

1 AScẽdit ergo Booz ad portã, & ſedit ibi. Cũq; vidiſ- Booz accipit Ruth in vxorẽ.
ſet propinquũ præterire, de quo prius ſermo ha-
bitus eſt, dixit ad eum, Declina pauliſper, & ſede
2 hîc: vocans eũ nomine ſuo. Qui diuertit, & ſedit. ⁋ Tollẽs
autẽ Booz decẽ viros de ſenioribus ciuitatis, dixit ad eos,
3 Sedete hîc. quibus reſidẽtibus ⁋ Locut⁹ eſt ad propinquũ,
Partẽ agri fratris noſtri Elimelech "vẽdet Noemi, quæ re- "vendit
4 uerſa eſt de regione Moabitide. ⁋ quod audire te volui, &
tibi dicere corã cũctis ſedẽtibus, & maioribus natu de po-
pulo meo. ſi vis poſsidere iure propinquitatis: eme, & poſ
ſide. ſin autẽ diſplicet tibi hoc ipſum, indica mihi, vt ſciam
quid facere debeã. nullus enim eſt propinqu⁹ excepto te,
qui prior es: & me, qui ſecũdus ſum. at ille reſpondit, Ego
5 agrũ emã. ⁋ Cui dixit Booz, Quãdo emeris agrũ de manu B
mulieris, Ruth quoq; Moabitidẽ, quæ vxor defuncti fuit,
debes accipere: vt ſuſcites nomẽ propinqui tui in hæredi-
6 tate ſua. ⁋ Qui reſpondit, Cedo iuri propinquitatis: neque
enim poſteritatem familiæ meæ delere debeo. tu meo
7 vtere priuilegio, quo me libenter carere profiteor. ⁋ Hic Deut. 25. b.
autem erat mos antiquitus in Iſrael inter propinquos, vt
ſiquãdo alter alteri ſuo iuri cedebat: vt eſſet firma conceſ
ſio, ſoluebat homo calceamentũ ſuũ, & dabat "propinquo Calceamentum ſuum ſoluere.
8 ſuo. hoc erat teſtimoniũ ceſsionis in Iſrael. ⁋ Dixit ergo "proximo.
propinquo ſuo Booz, Tolle calceamentũ*. Quod ſtatim *tuum.
9 ſoluit de pede ſuo. ⁋ At ille maioribus natu, & vniuerſo po
pulo, Teſtes vos, inquit, eſtis hodie, quod poſſederim om- C
nia quæ fuerunt Elimelech & Chelion & Mahalon, tradẽ-
10 te Noemi: ⁋ & Ruth Moabitidẽ, vxorẽ Mahalon, in coniu
giũ ſumpſerim, vt ſuſcitem nomen defuncti in hæreditate
ſua, ne vocabulũ eius de familia ſua, ac fratribus & popu-
11 lo deleatur. vos, inquã, huius rei teſtes eſtis. ⁋ Reſpondit
omnis populus qui erat in porta, & maiores natu, Nos te-
ſtes ſumus: faciat Dñs hãc mulierẽ, quæ ingreditur domũ
tuã, ſicut Rachel, & Liam, quæ ædificauerunt domum Iſ- Ædificare domum.
rael: vt ſit exẽplũ virtutis in Ephratha, & habeat celebre
12 nomẽ in Beth-lehẽ: ⁋ Fiatq; domus tua, ſicut domus Pha-
res, (quẽ Thamar peperit Iudæ,) de ſemine quod tibi de- Gene. 38.
13 derit Dñs ex hac puella. ⁋ Tulit itaq; Booz Ruth, & acce D
pit vxorẽ: ingreſſuſq; eſt ad eã, & dedit illi Dñs vt conci Ruth parit filiũ Obed nomine.
14 peret, & pareret filiũ. ⁋ Dixerũtq; mulieres ad Noemi, Be
nedictus Dñs qui non eſt paſſus vt deficeret ſucceſſor fa-
15 miliæ tuæ, & vocaretur nomẽ eius in Iſrael: ⁋ Et habeas qui
conſoletur animã tuã, & enutriat ſenectutẽ. de nuru enim
tua natus eſt, qui te "diliget; & multo tibi melior eſt quã ſi "diligit
16 ſeptẽ haberes filios. ⁋ Suſceptũq; Noemi puerũ poſuit in
17 ſinu ſuo, & nutricis ac gerulæ fungebatur officio. ⁋ Vici-
næ autem mulieres congratulantes ei, & dicentes, Natus
eſt filius Noemi: vocauerũt nomẽ eius Obed, hic eſt pater
18 Iſai, patris Dauid. ⁋ Hæ ſunt generationes Phares: Phares Ex quibus ortus Dauid. Mat. 1. a.
19 genuit Eſron. ⁋ Eſron genuit "Aram, Aram genuit Amina- "Ram, Ram
20 dab. ⁋ Aminadab genuit Nahaſſon, Nahaſſon genuit Sal-
21 mon. ⁋ Salmõ genuit Booz, Booz genuit Obed, ⁋ Obed ge
22 nuit Iſai, Iſai genuit Dauid.

SCHOLIA IN CAP. IIII.

1 Redemptor. vel, propinquus. 2 Hebraice, Peloni Alemoni. voces quæ nihil ſignificant apud Hebræos: tantum vice alicuius proprij nominis ponuntur quod tacetur, quaſi dicas corrupto ſermone, tu talis ſede. Vide. 1. Reg. 21. a. 3 vel, accedens. 4 illum redemptorem. vel, propinquum. 5 Hebraiſmus, dixi, (ſubaudi, apud me,) Reuelabo aurem tuam. 6 Hebraiſmus, acquireres illum agrum corã ſedentibus illis & coram ſenioribus populi mei ſi redimere vis redimendo. Sedentes vocat eos qui cum eo ſedebant, aut iudices. Alij vertunt, coram habitatoribus. 7 redimere. 8 redimere poſsit. 9 Redimam. 10 acquiſieris. 11 acquiſieris. vel, acquiſiuiſti. 12 vel, erigas. 13 ad poſſeſsionem eius. 14 redemptor. vel, propinquus. 15 redimere. 16 vel, perdam. 17 id eſt, poſteros meos. 18 redime tibi tu redemptionem meam, id eſt, redime tibi agrum illum quẽ iure redimere poſſum. 19 redimere. 20 redemptione. 21 hoc fuit teſtimonium. ſubaudi, ceſsionis. 22 Acquire. Compara. 23 acquiſierim. comparauerim. 24 compara facultates. Aut potius, virum te fortem & ſtrenuum præbe vocans tibi famam. 25 Heb. voca nomen, id eſt, cõpara tibi nomen, acquire tibi famam. Chaldæus paraph. ſis vocans tibi famam. 26 ſubaudi, mulieri. 27 Hebraiſmus, ceſſare feci tibi redemptorem (vel, propinquum) hodie, & vocabitur, &c. vel, ſed vocabitur nomen eius, &c. celebre erit nomen eius in Iſraele. 28 Hebraiſmus, Et erit in reuocantem animum tuum, id eſt, reuocabit tibi animum, deſperanti de prole quam nunquam ne ſperaſſes quidem. 29 nutriat. 30 vel, præſtantior. 31 in nutricem. vel, vice nutricis. 32 impoſuerunt. 33 vocauerunt inquam.

Liber



# Liber primus Samuelis, quem nos primum Regum dicimus.

Duos hoſce priores libros vocant Hebræi libros Samuelis, quòd contineant conceptionem, natiuitatem, & res geſtas Samuelis: poſteriores verò vocant libros Regum, quod complectantur res geſtas regum Iſraelis. Quatuor hoſce vocant Latini libros Regum, quod in prioribus, vt in poſterioribus, regum geſta narrentur. Dicunt hunc librum ſubiectum libro Iudicum, quod Eli & Samuel fuerint duo poſtremi iudices, Hebræi tamen afferunt alias rationes.

V. CAP. I.

Elcana duas vxores habet, Annã & Phenennam.
FVit vir vnus de Ramathaim-ſophim, 1
de monte Ephraim, & nomen eius El-
cana, filius Ierohã, filij Eliu, filij Tho-
hu, filij Suph, Ephrathæus: ⁋ & habuit 2
duas vxores, nomen vni Anna, & nomẽ
ſecũdæ Phenenna. Fueruntq; Phenen-
næ filij: Annæ autem non erant liberi.
⁋ Et aſcendebat vir ille de ciuitate ſua ſtatutis diebus, vt 3
adoraret & ſacrificaret Dño exercituũ in Silo. Erant autẽ
Ophni & Phinees, filij Heli. ibi duo filij Heli, Ophni & Phinees, ſacerdotes Dñi. ⁋ Ve- 4
nit ergo dies, & immolauit Elcana, deditq; Phenẽnæ vxo
ri ſuæ, & cunctis filijs eius, & filiabus partes: ⁋ Annæ autẽ 5
dedit partẽ vnam triſtis, quia Annam diligebat. Dñs autẽ
Phenenna exprobrat Annæ ſterilitatem. concluſerat vuluam eius. ⁋ Affligebat quoq; eam æmula 6
eius, & vehemẽter angebat, intantũ vt exprobraret quòd
B Dñs concluſiſſet vuluam eius: ⁋ Sicque faciebat per ſingu 7
los annos, cum redeunte tempore aſcenderent ad templũ
Dñi: & ſic prouocabat eam. porrò illa flebat, & nõ capie-
bat cibum. ⁋ Dixit ergo ei Elcana vir ſuus, Anna cur fles? 8
& quare non comedis: & quam ob rem affligitur cor tuũ?
nunquid non ego melior tibi ſum, quã decem filij? ⁋ Sur- 9
rexit autem Anna poſtquam comederat, & biberat in Si-
lo. & Heli ſacerdote ſedente ſuper ſellam ante poſtes do-
mus Domini, ⁋ cum eſſet Anna amaro animo, orauit ad 10
Anna petit à Domino filium. Dominum flens largiter, ⁋ & votum vouit, dicẽs, Domine 11
exercituum, ſi reſpiciens videris afflictionem famulæ tuæ,
& recordatus mei fueris, nec oblitus ancillæ tuæ, dederiſ-
que ſeruæ tuæ ſexum virilem: dabo eum Domino omni-
bus diebus vitæ eius, & nouacula non aſcendet ſuper ca-
put eius. ⁋ Factum eſt autem cum illa multiplicaret pre- 12
ces coram Dño, vt Heli obſeruaret os eius. ⁋ Porrò Anna 13
loquebatur in corde ſuo: tantũq; labia illius mouebantur,
C & vox penitus nõ audiebatur. æſtimauit ergo eã Heli te-
Heli reputat Annam ebriam. mulentam, ⁋ Dixitq; ei, Vſquequo ebria eris? digere pau- 14
liſper vinũ quo mades. ⁋ Reſpõdens Anna, Ne quaquam, 15
inquit, domine mi: nã mulier infelix nimis ego ſum, vinũ-
que & omne quod inebriare poteſt, nõ bibi, ſed effudi ani
mam meã in cõſpectu Dñi. ⁋ Ne reputes ancillã tuã quaſi 16
vnã de filiab⁹ Belial: quia ex multitudine doloris, & mœ-
roris mei locuta ſum vſq; in præſens. ⁋ Tũc Heli ait ei, Va- 17
de in pace, & De⁹ Iſrael det tibi petitionẽ tuã, quã rogaſti
eũ. ⁋ At illa dixit, Vtinam inueniat ancilla tua gratiam in 18
oculis tuis. Et abijt mulier in viã ſuã, & comedit, vultuſq;
illius non ſunt amplius in diuerſa mutati. ⁋ Et ſurrexe- 19
runt mane, & adorauerũt coram Domino: reuerſiq; ſunt,
& venerũt in domum ſuam in Ramatha. cognouit autem
Anna parit filiũ, quẽ vocauit Samuel. Elcana Annam vxorem ſuam: & recordatus eſt eius Do-
minus. ⁋ Et factum eſt poſt circulum dierum, concepit 20
Anna, & peperit filiũ, vocauitque nomen eius Samuel: eo
D quòd à Domino poſtulaſſet eum. ⁋ Aſcendit autem vir 21
eius Elcana, & omnis domus eius, vt immolaret Domino

N. CAP. I.

F 1 *Vit vir quidam ex* 2 *Ramathaim Zophim,* 3 *ex monte* Ephraim, *cuius nomen* 4 *Elcana, filius* Ieroham, *filij* Elihu, *filij* Tohu, *filij* Zuph, 5 Ephrateus. *Et is duas habuit vxores, nomen vnius fuit* Hanna, *alterius nomen* Peninna: Peninna *filios habuit,* Hannæ *nulli fuerunt liberi.* 6 *Aſcendit vir ille* ∴ *quotannis, de ciuitate ſua, vt adoraret & ſacrificaret* Domino ∵ *exercituum in* Silo, *vbi erant duo filij* Eli, Hophni & Pinhas 7 *ſacerdotes* Domini. 8 *Et quũ eſſet dies ille* [*feſtus,*] *immolauit* Elcana, *deditque* Peninnæ *vxori ſuæ & cunctis filijs eius, atque filiabus eius* 9 *partes.* Hannæ *verò vnam duntaxat* 10 *partem dabat demiſſo vultu: nam diligebat* Hannam. 11 *Dominus autem concluſerat vterum eius.* 12 *Porrò diuexatrix eius etiam ad iram concitauit eam, propterea quòd* Dominus *clauſerat vterum eius.* 13 *Quumque is annua vice ſic faceret, quum iſta quoque aſcenderet ad domum* Domini, *illam quoque diuexabat: quæ flebat, nihilque comedebat.* Dixit *autem ad eam* Elcana *maritus eius,* Hanna *cur fles? & quare non edis? quid verò* 14 *turbatur cor tuum? annon ego* 15 *apud te potior ſum quàm decem filij? Surrexit itaque* Hanna *poſtquam* 16 *comediſſet in* Silo, *& poſtquam bibiſſet, &* Eli *ſacerdos ſedebat ſuper* 17 *ſolium* 18 *iuxta poſtem* 19 *templi* Domini. *Ipſa verò quum eſſet* 20 *mæſto animo,* 21 *precata eſt* Dominum, *abundeque fleuit. Votum deinde vouit, dicens,* Domine *exercituum, ſi* 22 *reſpexeris afflictionem ancillæ tuæ, & recordatus fueris mei, neque fueris oblitus ancillæ tuæ, ſed dederis ancillæ tuæ* 23 *filium,* 24 *dedicabo eum* Domino *cunctis diebus vitæ ſuæ,* 25 *neque nouacula admouebitur capiti eius. Quumque* 26 *conſtanter oraret coram* Domino, Eli *obſeruabat* 27 *os eius.* Hanna *autem loquebatur in corde ſuo, & duntaxat labia eius mouebantur, vox autem eius non audiebatur:* Eli *ergo eam temulentam eſſe iudicabat. Dixitque ad eam* Eli, 28 *Quouſque ebria eris? depone vinum tuum à te.* Reſpondit Hanna, *& ait, Minime mi domine, ego mulier ſum* 29 *ægro animo: vinum &* ∵ *ſiceram non bibi: ſed* 30 *effudi animum meum coram* Domino. 31 *Ne connumeres me ancillam tuam inter filias* Belial: *nam* 32 *ex multitudine meditationis meæ & turbationis meæ hactenus loquuta ſum.* Cui Eli *reſpondens, ait, Vade in pace,* Deus Iſrael *præſtet tibi petitionem tuam quam petiſti ab eo. Quæ ait,* 33 *Impetret ancilla tua gratiã apud te. Abiens ergo mulier itinere ſuo, comedit,* 34 *neque fuit amplius mæſta.* 35 *Conſurgentes igitur mane, adorauerunt* 36 *coram* Domino: *& reuerſi venerunt in domum ſuam in* Ramatha. *cognouit itaque* Elcana Hannam *vxorem ſuam, &* Dominus 37 *recordatus eſt eius.* Nam *factum eſt, vt* 38 *reuolutis aliquot diebus, conciperet* Hanna, *& filium pareret, cuius nomen vocauit* 39 Samuel, [*dicens nempe,*] Quoniam à Domino *poſtulaui eum. Aſcendit autem vir ille* Elcana, *& tota familia eius, vt ſacrificaret* Domino

*ſacrificium 40 dierum, & 41 votum ſuum. Hanna verò non aſcendit, ſed dixit marito ſuo, 42 Quum puer fuerit ablactatus, tunc ducam eum, vt 43 appareat coram* Domino, *& maneat ibi perpetuò. Reſpondit ei* Elcana *maritus eius, Fac 44 quod tibi videtur, mane donec ablactes eum, modo* Dominus *45 firmet verbum ſuum. Manſit itaque mulier, & lactauit filium ſuum, donec eum ablactaret. Quumque ablactaſſet eum, duxit illum ſecum, cum tribus iuuencis, & epha farinæ, atque vtre vini, & introduxit eum in domum* Domini *in Silo,* ⁚ *eratque admodum puer. 46 Mactantes autem iuuencum, adduxerunt puerum ad* Eli. *Ipſaque dixit, Mi domine, 47 viuit anima tua mi domine, ego ſum mulier illa, quæ hîc ſtabam 48 coram te, vt orarem ad* Dominum. *Pro puero iſto oraui, deditque mihi* Dominus *petitionem meam, quam ab eo petieram. Et ego quoque 49 mancipaui eum* Domino *50 cunctis diebus quibus ipſe mancipatus erit* Domino. *& 51 gratias egit* Domino.

22 hoſtiam ſolennem, & votũ ſuum. ¶ Et Anna nõ aſcendit:
dixit enim viro ſuo, Non vadam, donec ablactetur in-
fans: & ducam eum, vt appareat ante conſpectum Do-
23 mini, & maneat ibi iugiter. ¶ Et ait ei Elcana vir ſuus,
Fac quod bonum tibi videtur, & mane donec abla-
ctes eum: precorque vt impleat Dominus verbum ſuum.
Manſit ergo mulier, & lactauit filium ſuum, donec amo-
24 ueret eum à lacte. ¶ Et adduxit eum ſecum, poſtquã abla-
ctauerat, in vitulis tribus, & "tribus modijs farinę &
amphora vini, & adduxit eum ad domum Domi-
25 ni in Silo. puer autem erat adhuc infantulus: ¶ & im-
26 molauerunt vitulum, & obtulerunt puerum Heli. ¶ Et
ait Anna, Obſecro mi domine, viuit anima tua * ego
ſum illa mulier quę ſteti coram te hîc orans Dominum.
27 ¶ Pro puero iſto oraui, & dedit mihi Dominus petitionem
28 meam, quam poſtulaui eum. ¶ Idcirco & ego commodaui
eum Domino cunctis diebus, quibus fuerit accõmodatus
Dño. & adorauerunt ibi Dominum. & orauit Anna, & ait,

Offert à matre puer Samuel Domino, iuxta votum.
"vno modio
*domine,

## SCHOLIA IN CAP. I.

1 Vel, Erat vir, &c. 2 Ramathaim nomen eſt dualis numeri iuxta Hebræos: vt intelligamus duo fuiſſe oppida eiuſdem nominis. Dilucide ſic vertas, Erat vir quidam de altera Rama, nempe de ea quæ dicebatur Sophim, id eſt, ſpeculatorum, in qua habitabant ſpeculatores, hoc eſt prophetæ & ſtudioſi viri. Præpoſitio enim Hebræa מן, quæ pro, de, præpoſitione ponitur, repetẽdà eſt, de Ramatha de Sophim. Chaldæus paraphraſtes vertit, de altero oppidorum Ramoth: vbi habitabant diſcipuli prophetarum. Pro (Sophim) alij vertunt, de altero oppidorum Rama mutuo ſeſe reſpicientium. Duo enim erant oppida Ramoth, quę ſophoth, id eſt, ſpeculabantur ſiue reſpiciebant ſeſe. 3 vel, in monte, quaſi dicat, qui habitabat in tribu Ephraim. 4 Fuit vir iſte Leuita de nepotibus Core: cuius maiores ipſe enumerat vt oſtendat eum fuiſſe Leuitam, ſimulque doceret habitaſſe in monte Ephraim. Genealogia eius ſcribitur. 1. Paralip. 6. 5 id eſt, qui erat de tribu Ephraim & habitabat in ipſo monte Ephraim vt & maiores ſui. Alij vertunt Ephratæi, plurali numero, id eſt, quorum maiores habitauerunt in monte Ephraim. 6 Aſcendebat. ſubaudi ter. Aſcendebat quidem ter in anno, ad tabernaculum fœderis, vt ex Deuteronomij cap. 16. liquet, aſcendere mares cogebantur: ſed ſemel duntaxat in anno ducebat ſecum omnem familiam. ⁒ Chaldæus paraphraſtes vertit, ſtato tempore anni. † nempe cæleſtium & terreſtrium, quaſi dicat, Deo cui omnia ſubiectà ſunt tam cæleſtia quàm terreſtria. 7 vel, ſacerdotes Domino, id eſt, qui illic fungebantur officio ſacerdotali. 8 Quum autem veniſſet dies ille. Quo ſcilicet ſolebat Elcana curare immolari hoſtias pacificas. Quidam dicunt fuiſſe feſtum tabernaculorum. 9 vel, portiunculas. Offerentes edebãt partem hoſtiarum coram Domino, id eſt, in atrio eregione tabernaculi fœderis. 10 Hebraiſmus, partem facierum (vel, vultus) dabat, id eſt, partem ſelectã & honorabilẽ, vt ſcilicet eã exhilararet: ſciebat enim eſſe triſtem quod eſſet ſterilis. Chaldæus paraphraſtes, electam. ſubaudi, ſumma diligentia ex alijs omnibus, in quam ſcilicet oculos coniecerat. vel, quæ etiam in conuiuio lauto apponi poſſet coram claris conuiuis. Alij, partem irarum vertunt, id eſt, quã cum triſtitia dabat & mœſtus. Alij portionem iræ interpretantur, id eſt, portionem quæ daretur illi ad alienandam iram. 11 vel, quanuis Dominus concluſiſſet, &c. id eſt, quanuis Dominus eam reddidiſſet infœcundam ad tempus. 12 Hebraiſmus, Prouocabat autem eam æmulà ſua etiam ira, (id eſt, identidem ad iram,) vt triſtitia (& mœrore) afficeret eam quod Dom. concluſiſſet, &c. 13 Hebraiſmus, ſic autem facere ſolebat (ſubaudi, Elcana) annuatim: (&) quum illa (Phenenna) aſcendiſſet in domum Domini, ſic prouocare ſolebat eam (ſubaudi, Annam:) flebat ergo, &c. id eſt, ſic quotannis Elcanà aſcendebat ad tabernaculum Domini, & illic ſacrificabat. 14 vel, affligitur, id eſt, cur es animo ægro? 15 melior ſum tibi, &c. quaſi dicat, nonne deberes me pluris facere quàm decem filios? Aut, nonne poſſum multo plurà in te beneficia conferre quàm decem liberi? 16 comediſſent in Silo & bibiſſent: Eli autem, &c. Victimæ pacificæ non edebantur in atrio, ſed extra atrium, vbicunq; viſum fuerat ijs qui ſacrificium pacificorum curauerant. 17 vel, ſedem. ſiue, in magno ſolio. erat enim ſummus pontifex. 18 id eſt, ad alterum ex poſtibus. ad alterum atrij latus. 19 id eſt, loci in quo erat tabernaculum Domini. Per E C H A L, intellige atrium, aut totum illud ædificium quod atrium & tabernaculum fœderis complectebatur. Sacerdotibus neque edere, neq; ſedere licebat in atrio, ſed extra atrium. 20 Hebraiſmus, amaro. 21 ſubaudi, in atrio ante tabernaculum fœderis. 22 Hebraiſmus, videndo videris, id eſt, ſi dignatus fueris contẽplari. 23 Hebraiſmus, ſemen virile, id eſt, maſculum. Chaldæus paraphraſtes vertit, ſemen inter filios hominum. 24 vt ſcilicet Domino ſeruiat quandiu vixerit. 25 id eſt, capillus eius nunquam radetur, quaſi dicat, nazaræorum viuẽdi modum ſectabitur. Templi miniſter fuit Samuel, & nazarçus. Chaldæus paraphraſtes, pro (nouacula) vertit terrorem. tũc vox Hebręa haberet aleph in fine מורא, quæ ſignificat terrorem. terror non aſcendet, &c. id eſt, imperium hominis. nam imperium eſt terror homini, id eſt, nemini vnquam ſeruiet præter quàm Deo. Rectius tamen verteris (nouacula.) 26 Hebraiſmus, multiplicaret ad orandum, id eſt, quandiu oraret coram Deo. hoc eſt verſus eam partem in quam Dominus ſe præſentem exhibebat. 27 id eſt, eam orantem. 28 id eſt, Quandiu præteferes temulentiam? Excute hanc temulentiam. 29 Hebraiſmus, dura ſpiritu, id eſt, ægra animo: quæ grauate fert ſortem ſuam, nempe ſterilem ſe eſſe. ⁚ Doctiſs. inter Hebræos ait Siceram poſſe eſſe vinum confectum ex fructibus. Chaldæus paraphraſtes vertit, neque vinum nouum, neque vinum vetus bibi. 30 id eſt, deprompſi quicquid habebam in animo. 31 Hebraiſmus, Ne ponas me coram filia impia, id eſt, Ne cõpares me filiæ improbæ, quaſi dicat, Noli me habere pro muliere temulenta, & improba. 32 præ multitudine querelarum (querimoniarum) mearum & ægritudinis (animi) mei, &c. quaſi dicat, multa querens, & ægreferens ſterilitatem meam, tandiu oraui. 33 quaſi dicat, Ineàm tecum hanc gratiam, vt pro me ores. 34 Hebraiſmus, neque vultus fuerunt ei amplius. ſubaudi, triſtes vel collapſi, id eſt, exinde exuit omnem triſtitiam. Vultum vocat faciem illam vultuoſam quæ præ ſe fert mœſtitiam ac triſtitiam. 35 ſubaudi, die altera. 36 id eſt, conuerſi ad eam partem in qua erat arca Domini. 37 Verbis mox ſequentibus ſeipſum declarat. 38 id eſt, poſt aliquot dies, ſiue menſes. 39 Etymologiæ non ſunt ſemper exigendæ ad regulas grammatices. Aliter autem componuntur nomina ab Hebræis, aliter à Latinis. Aliquando enim in compoſitis Hebraicis cernuntur tantum primæ literæ vocum è quibus vocabulum componitur, vt ex hoc nomine Samuelis eſt clarum, quod impoſitum eſt à muliere, & non à viro docto: retinetque primam tantum literam verbi שאל, quod poſtulauit ſignificat. 40 id eſt, quod facere ſolebat ſingulis annis. 41 ſubaudi, offerret. 42 Hebraiſmus, Non aſcendam donec ablactatus fuerit infans vt deducam, &c. 43 vel, conſpiciatur, id eſt, ſtatuatur ante Dominum. 44 Hebraiſmus, quod bonum eſt in oculis tuis. 45 adimpleat, quaſi dicat, Peto tantum à Deo vt non infirmet quod nobis promiſit per Heli. Hic habenda eſt ratio totius orationis Annæ. ⁚ Chaldæus paraphraſtes, erat adhuc lactens. 46 Immolato autem iuuenco. 47 Aſſeuerationis genus, quaſi dicat, Tam vera ſunt quæ dictura ſum, quàm verum eſt te viuere. vel, Tam vera ſunt quæ ego dictura ſum, quàm verum eſt quòd ego opto vitam tuam. 48 iuxta te, (vel, apud te,) ad orandum. aut, orando. 49 commodaui. vel, mutuaui, id eſt, vt mihi à Deo donatus eſt, ita etiam ego illi ipſum dono. vel, decreui, & voui me traditurum illum vtendum Domino. 50 omnibus diebus quibus erit commodatus Domino, id eſt, quandiu erit ſuperſtes, profecto datus eſt Domino. 51 ſubaudi, Heli, quaſi dicat, tunc Heli acquieuit precibus mulieris quæ petebat vt ipſe Deo gratias ageret. ille gratias egit de beneficio quod illa accepiſſet.

CAP.



## CAP. II.

Cãticum Annę, in quo gratias agit Deo quod ex ſterili fœcũda reddita ſit.
"Domino:

EXultauit cor meum in Domino, & exaltatũ eſt cor- 1
nu meum in "Deo ˋmeo: dilatatum eſt os meum ſu-
per inimicos meos: quia lætata ſum in ſalutari tuo.
¶ Non eſt ſanctus vt eſt Dominus: neque enim eſt alius 2
extra te, & non eſt fortis ſicut Deus noſter.
¶ Nolite multiplicare loqui ſublimia, gloriantes rece- 3
dant vetera de ore veſtro: quia Deus ſcientiarum Do-
minus eſt, & ipſi præparantur cogitationes.
¶ Arcus fortium ſuperatus eſt, & infirmi accincti ſunt ro- 4
bore.
¶ " Repleti prius pro panibus ſe locauerunt: & fa- 5
melici ſaturati ſunt, donec ſterilis peperit pluri-
B mos: & quæ multos habebat filios infirmata eſt.
¶ Dominus mortificat & viuificat, deducit ad inferos & 6
reducit.
¶ Dominus pauperem facit & ditat, humiliat & suble- 7
uat.
¶ Suſcitat de puluere egenum, & de ſtercore eleuat pau 8
perem: vt ſedeat cum principibus, & ſolium gloriæ te-
neat: Domini enim ſunt cardines terrę, & poſuit ſuper
eos orbem.
¶ Pedes ſanctorum ſuorum ſeruabit, & impij in tenebris 9
conticeſcent: quia non in fortitudine ſua roborabitur
vir.
¶ Dominum formidabunt aduerſarij eius, ſuper ip- 10
C ſos in cælis tonabit: Dominus iudicabit fines terræ,
& dabit imperium regi ſuo, & ſublimabit cornu Chri-
ſti ſui.
¶ Et abijt Elcana in Ramatha, in domum ſuam: puer 11
autem erat miniſter in conſpectu Domini ante faciem He
li ſacerdotis. ¶ Porrò filij Heli filij Belial, neſcientes Dñm, 12
¶ neque officium ſacerdotum ad populum: ſed quicun- 13
que immolaſſet victimam, veniebat puer ſacerdotis dum
coquerentur carnes, & habebat fuſcinulam tridentem in
manu ſua, ¶ Et mittebat eam in lebetem, vel in calda- 14
riam, aut in ollam, ſiue in cacabum: & omne quod
leuabat fuſcinula, tollebat ſacerdos ſibi. ſic faciebant vni-
uerſo Iſraeli venientium in Silo. ¶ Etiam antequam ado- 15
lerent adipem, veniebat puer ſacerdotis, & dicebat immo
lanti, Da mihi carnem, vt coquam ſacerdoti: non enim
accipiam à te carnem coctam, ſed crudam. ¶ Dicebat- 16
que illi immolans, Incendatur primùm iuxta morem ho-
die adeps, & tolle tibi quantuncunque deſyderat ani-
ma tua. qui reſpondens aiebat ei, Nequaquam: nunc enim
dabis, alioquin tollam vi. ¶ Erat ergo peccatum puero- 17
rum grande nimis coram Domino: quia detrahebant
homines ſacrificio Domini. ¶ Samuel autem miniſtra- 18
bat ante faciem Domini, puer, accinctus ephod lineo. ¶ Et 19
tunicam paruam faciebat ei mater ſua, quam affere-
bat ſtatutis diebus, aſcendens cum viro ſuo, vt immo-
laret hoſtiam ſolennem ˋ & votum ſuum. ¶ Et bene- 20
dixit Heli Elcanæ & vxori eius: dixitque ei, Reddat ti-
bi Dominus ſemen de muliere hac, pro fœnore quod
commodaſti Domino. & abierunt in locum ſuum. ¶ Vi- 21
E ſitauit ergo Dominus Annam, & concepit, & peperit tres
filios, & duas filias: & magnificatus eſt puer Samuel apud
Dominum. ¶ Heli autem erat ſenex valde, & audiuit 22
omnia quæ faciebant filij ſui vniuerſo Iſraeli: & quomo-
do dormiebant cum mulieribus quæ obſeruabant ad
oſtium tabernaculi, ¶ & dixit eis, Quare facitis res 23
huiuſcemodi, quas ego audio, res peſsimas, ab om-
ni populo? ¶ Nolite filij mei: non enim eſt bona fa- 24
ma quam ego audio, vt tranſgredi faciatis populum Do-
mini. ¶ Si peccauerit vir in virum, placari ei poteſt 25
Deus: ſi autem in Dominum peccauerit vir, quis ora-
bit pro eo? Et nõ audierunt vocem patris ſui: quia voluit

"Saturati
Deu. 32. f. Tob. 13. a. Sap. 16. b.
Chriſti regnũ.
Filij Heli, filij nequam.
Peccatum filiorum Heli ſacerdotis.
Samuel miniſtrat Domino.
Benedictio Heli.
Anna parit tres filios & duas filias.
Heli corripit filios ſuos.

O 1 Rauit ergo Hanna, *& ait,*
*2 Exultat cor meum 3 in* Domino, *4 cornu meum exaltatur in* Domino: *5 dilatatum eſt os meum ſuper inimicos meos, quoniam lætata ſum 6 in ſalute tua.*
*7 Non eſt ſanctus vt eſt* Dominus, *quoniam 8 nihil eſt præter te, & non eſt 9 petra vt* Deus *noſter.*
*10 Ne ſitis multi in loquendo magnifica ac ſuperba, 11 ceſſet aſperior ſermo ex ore veſtro, quia* Deus *12 ſcientiarum* Dominus *eſt, & 13 conatus eius perficiuntur.*
*14 Arcus fortium contritus eſt, & 15 qui impingebant accinxerunt robur.*
*16 Saturi cibo, coacti ſunt pro mercede ſeruire: & famelici 17 ceſſarũt, 18 donec ſterilis peperit ſeptem, & quæ aucta erat liberis, infirmaretur.*
Dominus *19 neci dat, & vitæ reſtituit: deijcit in [extremum] barathrum, [rurſuſq;] euehit.*
Dominus *20 pauperem facit, & locupletat: 21 deijcit & ſublimem facit.*
*22 Excitat 23 è puluere 24 tenuem, & inopem 25 è ſtercore extollit, vt collocet cum principibus, facitq; 26 vt hæreditate capiant ſolium gloriæ: quoniam* Domini *ſunt columnæ terræ, & 27 poſuit ſuper eas orbem.*
Pedes *28 bonorum ſuorum ſeruabit, impij verò in tenebris 29 compeſcentur: quoniam non in robore 30 validus erit quiſpiam.*
*31 Hoſtes* Dñi *conterentur, & ſuper 32 ipſos 33 in cælis tonabit:* Dominus *34 iudicat fines terræ, & dabit robur 35 Regi ſuo, exaltabitque 36 cornu* Chriſti *ſui.*
*37 Abijt itaque* Elcana *in* Ramath *ad domum ſuam: puer verò miniſtrabat* Domino *38 coram* Eli *39 ſacerdote. Porrò filij* Eli, *filij erant 40* Belial, *nec 41 cognouerunt* Dominum, *42 nec ius quod ſacerdotes habuerunt erga populum: quicunque ſacrificabat ſacrificium, mox aderat puer ſacerdotis quum 43 caro [adhuc] 44 coquebatur, fuſcinulam tridentem manu ſua geſtans. 45 Quam incutiebat in lebetem aut ahenum, in cacabum aut ollam, quidquid ergo fuſcinula educebat, 46 accipiebat ſacerdos 47 ſibi. ad hunc modum faciebant omnibus* Iſraelitis *qui veniebant in* Silo. *48 Etiam antequam 49 adolerent 50 adipem, veniebat puer ſacerdotis, & dicebat ſacrificanti, Da 51 carnem vt coquam ſacerdoti: neque enim accipiet à te carnem coctam, ſed crudam.* Vir *immolans reſpondebat ei, 52 Omnino incendent adipem, iuxta hoc quod hac die ſolet, & tunc accipe tibi iuxta animi tui deſiderium. qui 53 reſpondet, 54 Quin iam dabis: ſin minus, vi tollam. Fuit itaque peccatum 55 puerorum grande nimis coram* Domino, *quòd homines 56 deſpicatui haberent ſacrificia* Domini. *Samuel verò puer 57 miniſtrabat coram* Domino, *amictus 58 ephod lineo. 59 Faciebatque ei mater eius 60 interulam paruam, & ſingulis annis afferebat quum aſcenderet cum viro ſuo, vt immolaret victimam 61 dierum. 62* Eli *autem bona imprecatus eſt* Elcanæ *& vxori eius hiſce verbis,* Det tibi Dominus *ſemen de iſta vxore 63 pro iſta petitione quam poſtulauit à* Domino. *abieruntque ad locum ſuum. 64* Etenim Dominus *viſitauit* Hannam, *vt conciperet & pareret tres filios & duas filias: creuitque puer* Samuel *65 coram* Domino. Eli *autem erat valde ſenex, audiuitque omnia quæ faciebant filij ſui vniuerſo* Iſraeli, *& quòd dormirent cum mulieribus 66 quæ excubabant ad oſtium tentorij conſtitutionis, dixitque ad eos, Quamobrem facitis res iſtas? nam ego audio ab vniuerſo populo iſto 67 negotia veſtra mala. 68 Ne filij mei: non enim bona eſt fama quam audio. 69 [quòd] tranſgredi facitis populum* Domini. *Si peccauerit 70 homo in hominem, 71 iudices de hoc iudicant: quòd ſiquis contra* Dominum *72 peccat, quis ſeſe arbitrum interponet? ſed non audiuerunt vocem patris ſui, quia*

*Dominus voluit eos interficere. Puer autem Samuel 73 proficiendo creſcebat, 74 meliorque euadebat tam apud Deum quàm apud homines. Venit autem 75 vir Dei ad Eli, & ait ad eum, Sic dicit Dominus, Annon domui patris tui manifeſte reuelatus ſum quum 76 eſſent in AEgypto, in domo Pharaonis? Eligendo ſcilicet eum ex omnibus tribubus Iſrael mihi in ſacerdotem, vt offerret ſuper ara mea, & adoleret incenſum, atque portaret ephod 77 coram me, & dedi domui patris tui 78 omnia ſacrificia filiorũ Iſrael quæ igne conſiunt. Quare 79 conculcatis ſacrificium meum, & 80 ſacrificium meum cibarium, quæ 81 præcepi in 82 habitaculo: & honoraſti filios tuos plus quàm me, vt ſaginaretis vos de primitijs 83 omnium ſacrificiorum populi mei Iſrael? Propterea dicit Dominus Deus Iſrael, Omnino ita 84 decreueram, [quòd] domus tua & domus patris tui 85 incederet coram me perpetuò: iam verò dicit Dominus, Abſit à me, 86 quin honore proſequar eos qui me honore proſequuntur: & qui me contemnunt, 87 ignominia afficientur. Ecce dies venient, 88 vt ſuccidam brachium tuum, & brachium patris tui, 89 vt non ſit ſenex in domo tua. Et aſpicies æmulum 90 in habitaculo, 91 in omnibus in quibus benefecerit Iſraeli, 92 nec erit ſenex in domo tua cunctis diebus. Nec tamen virum tibi de ara mea 93 excindam, vt 94 deficiant oculi tui, animuſque tuus tabeſcat, & omnes qui in domo tua multiplicantur, viri morientur. 95 Et hoc erit tibi ſignum quod eueniet duobus filijs tuis: Hophni & Pinhas vno die morientur ambo. Suſcitaboque mihi 96 ſacerdotem fidum, qui iuxta cor meum, & iuxta animum meum agat, & ædificabo ei domum 97 fidelem, 98 incedetque coram chriſto meo cunctis diebus. Et erit, vt quicunque reſiduus manſerit in domo tua, 99 veniat vt ſeſe illi proſternat pro obolo argenteo, & 100 globo panis, dicatque, 101 Coopta me quæſo vni alicui 102 ex ſacerdotijs, vt comedam buccellam panis.*

26 Dominus occidere eos. ¶ Puer autem Samuel proficiebat, atque creſcebat, & placebat tam Deo quàm homi-
27 nibus. ¶ Venit autem vir Dei ad Heli, & ait ad eum,
Hæc dicit Dominus, Nunquid non apertè reuelatus ſum
domui patris tui, cum [a] eſſet in AEgypto in domo Pha-
28 raonis? ¶ Et elegi eum ex omnibus tribubus Iſrael mi-
hi in ſacerdotem, vt aſcenderet ad altare meum & ado-
leret mihi incenſum, & portaret ephod coram me: &
dedi domui patris tui omnia de ſacrificijs filiorum Iſrael.
29 ¶ Quare calce [b] abieciſtis victimam meam, & munera
mea quæ præcepi vt offerrentur in templo: & magis ho-
noraſti filios tuos quàm me, vt comederetis primitias om-
30 nis ſacrificij Iſrael populi mei? ¶ Propterea ait Dñs
Deus Iſrael, Loquẽs locutus ſum vt domus tua, & domus
patris tui miniſtraret in conſpectu meo, vſque in ſem-
piternum. nunc autem dicit Dominus, Abſit hoc à me:
ſed quicunque honorificauerit me, glorificabo eum:
31 qui autem contemnunt me, erunt ignobiles. ¶ Ecce
dies veniunt, & præcidam brachium tuum, & bra-
chium domus patris tui, vt non ſit ſenex in domo tua.
32 ¶ Et videbis æmulum tuum in templo, in vniuerſis
proſperis Iſrael: & non erit ſenex in domo tua om-
33 nibus diebus. ¶ Veruntamen non auferant penitus vi-
rum ex te ab altari meo: ſed vt deficiant oculi tui, &
tabeſcat anima tua, & pars magna domus tuæ morietur
34 cũ ad virilem ætatem venerit. ¶ Hoc autem erit tibi ſignũ
quod venturũ eſt duobus filijs tuis Ophni & Phinees, In
35 die vno morientur ambo. ¶ Et ſuſcitabo mihi ſacerdotẽ fi-
delẽ, qui iuxta cor meũ, & animam meã faciet: & ædifica-
bo ei domũ fidelẽ, & ambulabit corã chriſto meo cunctis
36 dieb⁹. ¶ Futurũ eſt autẽ vt quicunq; remanſerit in domo
tua, veniat vt oretur pro eo, & offerat nummũ argẽteũ, &
tortam panis, dicatq́;, Dimitte me obſecro ad vnã partem
ſacerdotalem, vt comedam buccellam panis.

Arguitur Heli indulgentia erga filios
[a] eſſens
[b] abijcitis
3. Reg. 2.
Sadoc ſacerdos fidelis corã vncto Dei Salomone.

SCHOLIA IN CAP. II.

1 Quaſi dicat, Orauerat Anna, hoc eſt à Deo petiuerat filium, quem quia ab eo acceperat, nunc dicit, ſiue gratias agit. Aut, Precata eſt Deum Anna vt acceptum haberet Samuelem: poſtea gratias agit de tanto beneficio accepto. vel, Orauit autem. id eſt, Fudit preces, & gratias egit, &c. 2 id eſt, animus meus repletus eſt lætitia ſpirituali & diuina. 3 vel, per Dominum, id eſt, authore Domino, & illius beneficio. 4 Cornu pro gloria. Metaphora ab animalibus cornigeris quæ cornibus tutantur vitam ſuam, vnde & propter cornua gloriari ſolent. Cornua igitur proprie robur ſignificant: & quia fortitudine illa gloriari ſolent animalia, ideo gloriam etiam ſignificant, quaſi dicat, gloria mea nũc magna eſt Dei beneficio. materiam gloriandi habeo ope tua, ô Deus. 5 dilatauit ſeſe, quaſi dicat, habeo quod reſpondeam nunc inimicis meis, ſi obijciant mihi ſterilitatem meam: prius habebam os clauſum. 6 vel, per ſalutem tuam, id eſt, beneficium, quaſi dicat, quoniam maximum beneficium accepi à te, beneficio tuo fœcunda facta ſum, vnde maxime lætor. 7 Per ſanctitatem intelligit miſericordiã, clementiam, iuſtitiam, & reliquas virtutes. 8 nullus eſt, &c. vel, Imo (aut, certe) nullus eſt præter te, quaſi dicat, tu ſolus ſanctus es, clemens, &c. 9 vel, fortis. Per petram, omnipotentia Dei declaratur. ſolus eſt potentiſsimus. 10 Hebraiſmus, Ne multiplicetis vt loquamini ſublime, ſublime. ſubaudi, verbum, id eſt, Ne poſthac loquamini ſuperba contra Dominum, quod non ſit omnipotẽs 11 (neque) egrediatur (verbum) arrogans, &c. 12 vel, cognitionum, id eſt, omnia nouit, opera & cogitationes hominum. 13 Hebraiſmus, ipſi præparantur (id eſt, ordine fiunt ab eo) opera magnifica. hoc eſt, mirabilium operum eſt patrator & deſignator. Alij vertunt, & ipſi numerantur opera, id eſt, ab eo ponderantur & examinantur opera omnium. Poteſt & ſic verti, ſecundum aliam lectionem, & non numerantur opera eius, id eſt, nullo numero comprehendi poſſunt opera eius. 14 Arcus (&) fortes confracti ſunt, quaſi dicat, Arma nihil proſunt fortibus: iam qui modo videbantur ſuperiores, ſtatim vincuntur: & contrà, qui prius videbantur pene victi ac ſuperati, tandem euadunt ſuperiores ita volente Deo. 15 debiles (infirmi) accinxerunt ſe robore. vel, viribus, id eſt, qui videbantur eſſe multo inferiores, ſuperant viribus. 16 Hebraiſmus, Saturi pro pane ſe locauerunt, quaſi dicat, Qui prius veſcebantur ad ſaturitatem vſque, laborarunt inopia vſqueadeo, vt pro victu habendo locauerint operam ſuam. 17 vel, deſierunt. ſubaudi, locare operam ſuam, id eſt, qui fame pene conficiebantur, habuerunt quod ederent. Annumerat ſe inter egentes Anna, quòd ante Dei beneficium erat ſterilis. 18 adeò vt ſterilis pepererit ſeptem, & quæ multiplicabat liberos, infirmata ſit, id eſt, Quæ prius erat ſterilis, multos liberos habuit: quæ verò multos habebat liberos, facta eſt tandem orba & ſine liberis. 19 Hebraiſmus, mortificat & viuificat: deſcendere facit ad inferos, & aſcendere facit, id eſt, Dominus interficit quos vult, & ſeruat à morte quos vult: facit aliquando vt quis ita morbo laboret, vt de vita eius deſperetur, & iam pene ſit in ſepulchro: quem tamen ſanat. Bis idem dicit, mutatis verbis. Inferi pro ſepulchro. Deus eſt Dominus vitæ & necis. Poteſt hic verſus intelligi de diuerſis vel de vno, vt etiam ſequens verſus, Interficit vnum, alterum autem ſanat de cuius vita deſperabatur: vel, Iſtum interficit & eundem reuocat ad vitam. 20 id eſt, author eſt diuitiarum & paupertatis. Chaldæus paraphraſtes, intelligit hoc canticum tanquam prophetiam: propterea vertit omnia per futurum. 21 deprimit & exaltat, id eſt, quem vult deprimit & de gradu deijcit: eundem, ſi lubet, afficit honoribus. 22 Erigit. 23 id eſt, de gradu ſiue ordine infimo. 24 id eſt, tenuis fortunæ hominem. 25 Sordes intelligit per ſtercus, quaſi dicat, ex ſtatu ſordido eleuat egenum, clarum & nobilem reddit ſordidum. 26 id eſt, vt vnuſquiſque illorum poſsideat ſoliũ glorioſum, id eſt, conſtituit eos in honoribus & ſummis magiſtratibus. 27 vel, ſuffulcit illis orbem terrarum, quaſi dicat, creauit Dominus ac fundauit terram ipſam, eſtque dominus eius ac omniũ quæ in ea ſunt. 28 ſanctorum ſuorum ſeruat, id eſt, Seruat pios qui ipſum colunt. 29 conticeſcent. vel, conticeſcant, id eſt, intereũt ac pereunt. Impij quum moriuntur, demigrant hinc in tenebras, non in lucem vt pij. 30 roboratur, id eſt, nemo viribus ſuis poteſt ſeipſum ſeruare. 31 Hebraiſmus, Dominus frangentur aduerſarij eius. vel, rixæ eius, quaſi dicat, Qui cum Deo diſceptant & rixantur, ſiue contendere volunt, conteruntur ab eo. 32 Hebraiſmus, ipſum, id eſt, ſuper vnumquenque ipſorum. 33 de cælis. Præpoſitio vna pro altera apud Hebræos, quaſi dicat, tacti de cælo peribunt. 34 id eſt, iudicium excercere poteſt in homines qui ſunt in tota terra quando volet. Vel per futurum legas, iudicabit, ſiue iudicaturus eſt: vt de extremo iudicio intelligas, aut de tempore Meſsiæ. 35 id eſt, Meſsiæ. Etiam Chaldæus paraphraſtes hunc locum de Meſsia intelligit, quaſi dicat, Dominus mittet Meſſiam, & illum glorioſiſsimum & potentiſsimum faciet. 36 id eſt, gloriam Chriſti ſui. 37 id eſt, Redijt quum gratias egiſſet. 38 id eſt, de mandato Eli. in his quæ illi præcipiebat Eli, pro ætatula, canendo & pulſando inſtrumenta muſica, docente Eli, Diſcebat Samuel legem Domini & muſicen. 39 id eſt, ſummo pontifice. 40 improbi. deſtituti religione, pietate, & omni probitate. 41 agnoſcebant, id eſt, legi eius non parebant. 42 principium verſus apud Hebræos: ſic autem vertendum, Conſuetudo recens inducta à ſacerdotibus cum populo, (talis erat,) Quicunque, &c. quaſi dicat, Hanc nouam conſuetudinem introduxerant populo filij Eli, & alij ſacerdotes, legem Dei immutantes: nam ſecundum legem Domini ſacerdotes è pacificis hoſtijs tantum accipere debebant armum & pectuſculum: iſti maiorem portionem accipiebant. Leuit. 7. 43 ſubaudi, hoſtiæ pacificæ. 44 ſiue, elixabatur. 45 Hebraiſmus, Et percutiebat (ſubaudi, carnes quæ erant) in concha, aut olla, aut lebete, aut cacabo, &c. id eſt, conabatur arripere, aut apprehendebat carnes, &c. 46 vel, capere ſolebat. 47 ex eo, id eſt, ex illis carnibus. 48 vel, Adhæc. Præterea. 49 cremauiſſent. 50 ſubaudi, victimæ pacificæ. 51 carnes quas aſſemus. 52 Hebraiſmus, Incendendo (ſiue Cremando) incendãt hodie adipem. ſubaudi, hoſtiæ, quaſi dicat, Quum ſacerdotes cremauerint adipem, vt ſecundum conſuetudinem adoleri ſolet: tunc accipies, &c. Moris erat vt ſacerdos carnem elixam acciperet ab offerente. 53 reſpondebat. 54 Hebraiſmus, Nequaquam: ſed nunc. 55 id eſt, filiorum Eli. 56 vel, inciperent abhorrere. ab offerendis ſcilicet victimis, conſpecta auaritia ſacerdotum. 57 id eſt, fungebatur ſuo officio ſine culpa. 58 Ephod erat veſtis breuiſsima qua vti ſolebant qui miniſtrabant Domino, non quidem omnino diſsimilis ſuperhumerali ſummi ſacerdotis, ſed neque etiam prorſus illi ſimilis. 59 Feceratque. 60 tunicam breuem. ſiue, pallium breue. habita ratione pueri quo ornaretur feſtis diebus. 61 id eſt, ſolennem. 62 vel, Et benedicere ſolebat Eli. 63 vel, loco iſtius petitionis, (hoc eſt, Samuelis) quem vterque veſtrum petiuit à Domino. Verti etiam poteſt, pro commodato quod commodauit (vterque veſtrum) Domino, id eſt, pro Samuele quem tradidiſtis Domino. 64 Redundat hæc vox, quæ pro לך Hebraico poſita eſt, aut vertẽdum, Viſitauit autem Dominus. Niſi mauis aliquid ſubaudire, hoc pacto; Et reuerſi ſunt domum læti, quia ſcilicet crediderunt verbis Eli quæ adhibuerat benedictioni illi de futura prole ſuſcipienda. 65 Hebraiſmus, cum Domino. vel, apud Dominum, id eſt, miniſtrans Domino. 66 Hebraiſmus, congregatis. turmatim ſcilicet. Hebræi intelligunt puerperas quæ veniebant turmatim vt purgarentur & orarent Deum. 67 geſta. 68 ſubaudi, ita faciatis. Apoſiopeſis quæ iratis conuenit. 69 vel, (quod) abigitis (hinc) populum Do. id eſt, efficitis ne huc populus oblatum veniat victimas. Alij legunt, fama quam audio, (quam) tranſire facit (id eſt, ſpargit) populus Domini. ſubaudi, de vobis. 70 vel, quis in alium. 71 iudicabit ipſum iudex, quaſi dicat, Si vocetur in ius, habebit etiam patronum qui defendat eum coram iudice. Alij legunt minus recte, iudicabit eum Deus. 72 peccauerit, quis homo diſceptabit pro illo? quaſi dicat, nullus eſt excuſationi locus quum peccatur in Dominum. Alij legunt, quis rogabit pro eo? 73 Hebraiſmus, ambulabat & creſcebat, id eſt, promouebat annis & bonitate, bonaque fama creſcebat. 74 Hebraiſmus, & bonus erat. 75 id eſt, vir quidam miſſus à Deo, propheta quidam, vir diuinus. Quidam aiunt fuiſſe Eliam, alij angelum ſpecie humana. Hebræi aiunt fuiſſe Phinees, alij Elcanam. 76 ſubaudi, filij Iſrael. Incipit à commemoratione beneficiorum, vt oſtendat eum ingratum: quod fere fit in huiuſmodi imprecationibus. 77 id eſt, in tabernaculo meo. 78 id eſt, portionem quandam ex victimis omnibus quas filij Iſrael oblaturi erant, quam ego volui pertinere ad ſacerdotem. 79 vel, quaſi calcibus abieciſtis, id eſt, cõtempſiſtis & paruifeciſtis. 80 oblationem meam, &c. vel, Quare abigitis à domo mea eos qui offerunt victimas & oblationes, &c. 81 ſubaudi, offerri. 82 vel, tabernaculo (meo.) 83 Hebraiſm⁹, omnis doni (vel, oblationis) Iſrael ante populum meum? id eſt, maiore honore affeciſti filios tuos, ante populum meum, hoc eſt, vidente populo meo. 84 Hebraiſmus, dixeram dicendo. i. ita ſtatueram. 85 ambularẽt coram me, id eſt, fungerentur officio ſummi pontificis in tabernaculo meo, &c. 86 vel, ſed. aut, nam. 87 Hebraiſmus, vileſcent. erunt viles & abiecti ſua culpa. 88 vel, (in quibus) præcidam, id eſt, inſtat tempus quo adimam tibi dignitatẽ ſacerdotalem, qua plurimum confidis & ſuperbis. Brachium pro fortitudine. 89 id eſt, ne perueniat ad ſenium familia tua. Vel, per ſenium ſapientem intelligit. 90 in tabernaculo. ſubaudi, meo. Videbis, in poſteris tuis ſcilicet, quaſi dicat, poſteri tui videbunt aliũ fungi officio ſummi ſacerdotis, qui non erit de familia tua, nempe Sadoc. 91 id eſt, quando Dominus multis beneficijs afficiet populum ſuum Iſraelem. 92 id eſt, neque etiam vllus erit ſenex, &c. 93 vel, exterminabo penitus, quaſi dicat, ſed ſemper aliquis è poſteris tuis famulabitur in altari meo. 94 tabeſcere faciam oculos tuos, & dolore afficiam animum tuum, & omnis educatio domus tuæ morientur viri. Tabeſcere ſiue marceſcere inquit, faciam oculos tuos, & affligam animum tuum in poſteris tuis, quum videbunt alium fungi officio ſummi pontificis, quod ad tuam familiam pertinebat: & quotquot in familia tua fuerint educati, morientur in ætate virili, non iuuenes. 95 id eſt, Et iſtud ſignũ quod eueniet duobus filijs tuis, erit tibi ſignum quod quæ dico vera ſint. 96 nempe Sadoc, depulſo Abiathar. 97 firmam, id eſt, dabo illi familiam ampliſsimam & ſtabilem. 98 id eſt, fungetur officio ſacerdotali coram rege cui regnum dedero. 99 ſupplicaturus ſcilicet tanquã maiori. 100 buccella. ſubaudi, in ſingulos dies. 101 vel, Adiunge me. 102 vel, ex officijs ſacerdotalibus, quaſi dicat, Præfice me vni ex officijs minorum ſacerdotum, vt mihi victum parem.



CAP. III.

1 PVer autem Samuel miniſtrabat Domino corã Heli.
(& ſermo Domini erat pretioſus in diebus illis, non
2 erat viſio manifeſta.) ¶ Factũ eſt ergo in die qua-
dam, Heli iacebat in [a] lectulo ſuo, & oculi eius caligauerãt,
3 nec poterat videre ¶ Lucernam Dei antequã extinguere-
tur (Samuel autem dormiebat) in tẽplo Domini, vbi erat
4 arca Dei. ¶ Et vocauit Dominus Samuel. Qui reſpondẽs
5 ait, Ecce ego. ¶ Et cucurrit ad Heli, & dixit, Ecce ego: vo-
caſti enim me. Qui dixit, Non vocaui te fili. reuertere, &
6 dormi. & abijt, & dormiuit. ¶ Et adiecit Dñs rurſum vocare
Samuelẽ. Cõſurgenſq́; Samuel abijt ad Heli, & dixit, Ecce
ego: quia vocaſti me. Qui reſpõdit, Nõ vocaui te fili mi,
7 reuertere & dormi. ¶ Porrò Samuel necdum ſciebat Do-
8 minũ, neque reuelatus fuerat ei ſermo Domini. ¶ Et ad-
iecit Dominus, & vocauit adhuc Samuelẽ tertiò: qui con-
9 ſurgens abijt ad Heli, ¶ & ait, Ecce ego: quia vocaſti me.
Intellexit ergo Heli quia Domin⁹ vocaret puerũ: & ait ad
Samuelem, Vade, & dormi: & ſi deinceps vocauerit te, di-
ces, Loquere Domine, quia audit ſeruus tuus. abijt ergo
10 Samuel, & dormiuit in loco ſuo. ¶ Et venit Dominus, &
ſtetit: & vocauit ſicut vocauerat ſecũdò, Samuel, Samuel.

Tempore Heli in Iſrael rari prophetæ, & qui voluntatẽ Dei prædicarent.
[a] loco
Quater vocatur Samuel à Domino, vt ſit propheta ipſius.
B
Heli docet Samuelem quid reſpondeat Domino vocanti.

CAP. III.

*PVer autem Samuel miniſtrabat Domino 1 coram Eli: (& ſermo Domini 2 pretioſus erat in diebus illis, neque viſio 3 vulgaris.) Factũ eſt autem 4 quodã tẽpore, 5 vt Eli iaceret 6 in loco ſuo, (oculi autẽ eius incipiebant caliginoſi eſſe, ita vt 7 videre non poſſet,) 8 Et Samuel iaceret in templo Domini in quo fuit arca, antequam lucerna Dei extingueretur. Vocauit itaque Dominus Samuelem. qui ait, Ecce adſum. Et currens ad Eli, dixit, Ecce adſum, quoniam vocaſti me. Qui dixit, Non vocaui, reuertere, 9 quieſce. qui abijt & quieti ſe dedit. Rurſum vocauit Dominus Samuelem: & conſurgens Samuel abijt ad Eli, dixitque, En præſto ſum, vocaſti enim me. qui dixit, Non vocaui fili mi, reuertere & dormi. Samuel autem 10 nondum nouerat Dominum, nec adhuc reuelatum fuerat ei 11 verbũ Domini. Et Dominus tertiò vocauit Samuelem. qui ſurgens abijt ad Eli, & ait, En adſum, vocaſti enim me, & intellexit Eli quòd Dominus vocaſſet puerum. Dixit igitur Eli ad Samuelem, Vade & quieſce: quòd ſi denuo 12 vocauerit te, dices, Loquere Domine, quoniam 13 audit ſeruus tuus. abijt ergo Samuel, & quieuit 14 in loco ſuo. Venit itaque Dominus & 15 ſtetit, & vocauit 16 vt ſemel atque iterum, Samuel, Samuel.*

*Reſpondit Samuel, Loquere Domine; quoniam audit ſeruus tuus. Et ait Dominus ad Samuelẽ, En ego faciam rẽ in Iſraele, 17 vt quicunque audierit, ambæ aures eius tinniant. In illa die ſuſcitabo contra Eli omnia quæ loquutus ſum ſuper domum eius: 18 [ab initio] incipiam & perficiam. 19 Indicaui autem ei 20 quòd iudicaturus ſim domum eius perpetuò, propter iniquitatem quam ipſe non ignorauit, quòd ſcilicet filij eius 21 contemptores fuerunt, 22 nec ipſe mœrore eos affecit. Et hanc ob cauſam iuraui domui Eli, 23 quòd iniquitas domus Eli non ſit expianda perpetuò, neque victimis, neque 24 ſacrificio cibario. Dormiuit autem Samuel vſque mane, aperuit quoque oſtia domus Domini. Et Samuel quidem veritus eſt indicare viſionem ipſi Eli. Vocans ergo Eli Samuelem, dixit, Samuel fili mi. Qui reſpondit, Præſto ſum. Dixit ille, Quod eſt verbum 25 quod loquutus eſt ad te? Ne quæſo me celes: 26 ſic faciat tibi Deus, & ſic addat, ſi 27 celes me vel verbum ex omni ſermone quẽ loquutus eſt ad te. Indicauit itaque Samuel ei omnia verba, & nihil celauit eum. qui ait, Ipſe eſt Dominus; quod ſibi bonum videtur faciat. 28 Creuit autem Samuel, & Dominus fuit cũ eo, neque 29 proiecit in terram ex omnibus verbis ſuis. Cognouit autem omnis populus à Dan vſque ad Beer-ſeba, quòd Samuel fidelis eſſet 30 propheta Domini. Dominus 31 porrò apparuit in Silo, 32 quoniam reuelatus eſt Dominus Samueli in Silo 33 per verbum Domini.*

Et ait Samuel, Loquere Domine, quia audit ſeruus tuus.
11 ♀ Et dixit Dominus ad Samuelẽ, Ecce ego facio verbum
in Iſrael, quod quicunq; audierit, tinniẽt ambæ aures eius.
12 ♀ In die illa ſuſcitabo aduerſum Heli, omnia quæ locu-
13 tus ſum ſuper domum eius: incipiã & cõplebo. ♀ Prędixi
enim ei quòd iudicaturus eſſem domum eius in ęternum,
propter iniquitatẽ, eo quòd nouerat indigne agere filios
14 ſuos, & nõ corripuerit eos. ♀ Idcirco iuraui domui Heli,
quòd non expietur iniquitas domus eius victimis & mu-
15 neribus vſque in æternũ. ♀ Dormiuit autẽ Samuel vſque
mane, aperuitque oſtia domus Domini. Et Samuel time-
16 bat indicare viſionẽ Heli. ♀ Vocauit ergo Heli Samuelẽ,
17 & dixit, Samuel fili mi? Qui reſpõdens, ait, Pręſto ſum. ♀ Et
interrogauit eũ, Quis eſt ſermo quem locutus eſt Domi-
nus ad te? oro te ne celaueris me. hæc faciat tibi Deus, &
hæc addat, ſi abſconderis à me ſermonẽ, ex omnibus ver-
18 bis quæ dicta ſunt tibi. ♀ Indicauit itaque ei Samuel vni-
uerſos ſermones, & non abſcondit ab eo. Et ille reſpondit,
19 Dominus eſt: quod bonũ eſt in oculis ſuis faciat. ♀ Cre-
uit autẽ Samuel, & Dominus erat cũ eo, & non cecidit ex
20 omnibus verbis eius in terrã. ♀ Et cognouit vniuerſus Iſ-
rael à Dan, vſq; Ber-ſabee, quòd fidelis Samuel propheta
21 eſſet Dñi. ♀ Et addidit Domin⁹ vt appareret in Silo: quo-
niã reuelatus fuerat Dominus Samueli in Silo, iuxta ver-
bum Domini. Et euenit ſermo Samuelis vniuerſo Iſraeli.

C Prædicit Deus Samueli pœnam Heli ob peccatum filiorum.

D

Indicat Samuel viſionem ipſi Heli.

## SCHOLIA IN CAP. III.

1 id eſt, pręmonſtrante & inſtruente eum Eli. Chaldæus paraphraſtes, viuente Eli. 2 vel, rarus, id eſt, rari erant prophetæ qui verbum Domini annuntiarent populo, raro Dominus reuelabat arcana ſua. Hoc dicit vt quodammodo exaltetur Samuel, & hoc per parentheſin. 3 aperta. Chaldæus paraphraſtes, non erat prophetia quæ publice innoteſceret. 4 Hebraiſmus, eo die. Nox comprehenditur nomine diei. Chaldæus paraphraſtes, Fuitque in diebus illis. Dies pro tempore. 5 quum Eli dormiret. 6 id eſt, in interiore parte atrij quæ erat propinquior tabernaculo Domini. In interiore, ſiue penitiore parte atrij, hoc eſt, in propinquiore tabernaculo dormiebant ſacerdotes: in poſteriore Leuitæ, quæ magis aberat à tabernaculo. 7 ſubaudi, bene. Hoc dictum eſt ad commendandam diligentiam Samuelis qua officioſe admodũ famulabatur ipſi Eli, qui tum magis indigebat miniſterio alicuius. 8 Hebraiſmus, Et lucerna Dei priuſquam extincta erat, & Samuel dormiebat, in templo Domini vbi erat arca Dei: Tunc vocauit, &c. Ordo inuerſus ſic conſtruitur, Et quum lucernæ quæ erant in templo Domini vbi erat arca Dei: necdum extinctę eſſent, & Samuel (adhuc) dormiret: Tunc vocauit, &c. quaſi dicat, tempore nocturno quum adhuc Samuel dormiret, vocauit &c. Periphraſis eſt noctis, Quum lucernæ quæ erant in templo Domini, vbi erat arca Dei, necdum extinctæ eſſent. Tota enim nocte ardebant lucernæ. 9 dormi. 10 id eſt, necdum erat aſſuetus audire Dominum loquentem: nondum nouerat nomen Domini quum alloquitur ſuos prophetas. 11 Chaldæus paraphraſtes, verbum prophetiæ Domini. 12 ſubaudi, ille qui prius te vocauit. 13 id eſt, paratus eſt tibi obſequi, quaſi dicat, ego attendo. 14 id eſt, in atrio Leuitarum: quod non erat illud de quo fit mentio in lege, ſed appendix ad tabernaculum. 15 id eſt, aſtitit illi, & apparuit in forma quadam. 16 Hebraiſmus, vt (alia) vice, & hac (quoque,) 17 quam qui audierit, tinnient illi ambæ aures, id eſt, quæ incutiet terrorem audienti. Prædicit captiuitatem arcę fœderis. 18 id eſt, rem ipſam incipiam, & deducam ad finem. præſtabo reipſa, quod verbis minitor. 19 Indicabo. quum ſcilicet ſignum quod dixit illi propheta, euenerit. 20 id eſt, quòd ego ſum pœnas expetiturus iuſte de familia eius. 21 contemnebant ſeipſos, id eſt, contemptibiles ſe reddebant. Prius ſcriptum erat apud Hebræos, contemnebant enim me, id eſt, anteponebant honorem ſuum, & propriam vtilitatem honori meo, ſed quia hoc durum erat, & nimiũ detrahens honori Dei, correxerunt illud ſcriptores Hebræi, & ſcripſerunt vt ſuprà dictum eſt. 22 Hebraiſmus, & non prohibuit eos, id eſt, non reprehendit eos acriter. 23 Hebraiſmus, Si expiabitur (vel, condonabitur) iniquitas familiæ Eli. 24 oblatione. 25 ſubaudi, ille qui vocabat te nocte. 26 Formula eſt adiurandi & obteſtandi apud Hebræos. ſenſus eſt, Ita te tractet vt me erat tractaturus, quin grauius puniat, ſi me celes. vel, male tibi contingat, ſi, &c. 27 Hebraiſmus, abſcondas à me. 28 quaſi dicat, Vt ſtatura promouit, ita gratia & fauore Dei. 29 Hebraiſmus, cadere fecit, id eſt, nullum verbum protulit Samuel quod eſſet vanum & inane: impleta fuerunt quæcunque dixit. Alij referunt ad Deum, Non permiſit vt vllum verbum eius irritum fieret. Metaphora à liquidis, quæ ſi effundantur in terram, pereunt. aut ab ædificijs collapſis. 30 vt eſſet propheta Domini, id eſt, quod aptus eſſet ac idoneus qui aliquando euaderet in prophetam. Chaldæus paraphraſtes vertit, quod eſſet fidelis in prophetia Domini. quod doctis minus probatur. 31 rurſum. 32 apparuerat enim. vel, apparuit enim. 33 vel, in verbo Domini. Antecedens loco relatiui, pro, cum verbo ſuo, id eſt, annuntians illi arcana quædam, vel præcipiens Samueli quædam dicere Iſraeli.

## CAP. IIII.

*F 1 Vit autem verbum Samuelis ad omnem Iſraelem: & egreſſus eſt Iſrael obuiã Paleſthinis in præliũ, caſtraq; metati ſunt prope 2 AEben-æſer: Paleſthini autem caſtrametati ſunt in Aphec. Et aciem inſtruxerunt Paleſthini contra Iſraelem: 3 extentoque prælio, 4 corruit Iſrael corã Paleſthinis, percuſſeruntque in acie 5 per campum circiter quatuor millia virorum. Et veniente populo in caſtra, dixerunt ſeniores Iſraelis, Quare 6 ſtrauit nos hodie Dominus coram Paleſthinis? 7 adducemus ad nos de Silo arcam*

1 ET factum eſt in dieb⁹ illis, cõuenerũt Philiſthijm in
pugnã. egreſſus eſt namq; Iſrael obuiã Philiſthijm
in prælium, & caſtrametatus eſt iuxta Lapidẽ-adiu
2 torij: ♀ porrò Philiſthijm venerũt in Aphec. Et inſtruxe-
rũt aciẽ cõtra Iſrael. inito autẽ certamine, terga vertit Iſ-
rael Philiſthæis: & cæſa ſunt in illo certamine paſsim per
3 agros, quaſi quatuor millia virorũ. ♀ Et reuerſ⁹ eſt popul⁹
ad caſtra: dixerũtq; maiores natu de Iſrael, Quare percuſ
ſit nos Dñs hodie coram Philiſthijm? afferam⁹ ad nos de
Silo

Cæditur Iſrael Philiſthæis.

Affertur arca in caſtra.



Silo arcã fœderis Domini, & veniat in medium noſtri, vt
ſaluet nos de manu inimicorum noſtrorum. ♀ Miſit ergo 4
populus in Silo, & tulerunt inde arcam fœderis Domini
exercituũ ſedentis ſuper cherubim: erãtque duo filij Heli
cũ arca fœderis *Domini, Ophni & Phinees. ♀ Cumq; ve- 5
niſſet arca fœderis Domini in caſtra, vociferat⁹ es omnis
Iſrael clamore grandi, & perſonuit terra. ♀ Et audierunt 6
Philiſthijm vocẽ clamoris, dixeruntq;, Quænam eſt hæc
vox clamoris magni in caſtris Hebræorum? Et cognoue-
rũt quòd arca Domini veniſſet in caſtra. ♀ Timueruntq; 7
Philiſthijm, dicẽtes; Venit Deus in caſtra. & ingemuerũt,
dicentes, ♀ Væ nobis: non enim fuit tãta exultatio heri & 8
nudiuſtertius: Vę nobis, quis nos *ſaluabit de manu Deo-
rum ſublimium iſtorũ? hi ſunt Dij qui percuſſerũt AEgy-
ptum omni plaga, in deſerto. ♀ Confortamini, & eſtote 9
viri, Philiſthijm: ne ſeruiatis Hebræis, ſicut & illi ſeruie-
runt nobis: confortamini, & bellate. ♀ Pugnauerũt ergo 10
Philiſthijm, & cæſus eſt Iſrael, & fugit vnuſquiſq; in ta-
bernaculũ ſuum: & facta eſt plaga magna nimis: & ceci-
derunt de Iſrael triginta millia peditũ. ♀ Et arca Dei cap- 11
ta eſt: duo quoq; filij Heli mortui ſunt, Ophni & Phinees.
♀ Currens autem vir de Beniamin ex acie, venit in Silo in 12
die illa, ſciſſa veſte, & conſperſus puluere caput. ♀ Cum- 13
que ille veniſſet, Heli ſedebat ſuper ſellam cõtra viã *ex-
pectans. erat *autem cor eius pauẽs pro arca Dei. vir autẽ
ille poſtquã ingreſſus eſt, nũtiauit vrbi: & vlulauit omnis
ciuitas. ♀ Et audiuit Heli ſonitum clamoris, dixitq;, Quis 14
eſt hic ſonitus tumultus huius? At ille feſtinauit, & venit,
& nuntiauit Heli. ♀ Heli autem erat nonaginta & octo 15
annorũ, & oculi eius caligauerãt, & videre non poterat.
♀ Et dixit ad Heli, Ego ſum qui veni de prælio; & ego 16
qui de acie fugi hodie. Cui ille ait, Quid actum eſt fili mi?
♀ Reſpondens autem ille qui nuntiabat, Fugit, inquit, Iſ- 17
rael corã Philiſthijm, & ruina magna facta eſt in populo:
inſuper & duo filij tui mortui ſunt, Ophni & Phinees: &
arca Dei capta eſt. ♀ Cumque ille nominaſſet arcã Dei, 18
cecidit de ſella retrorſum iuxta oſtiũ, & fractis ceruicibus
mortuus eſt. ſenex enim erat vir & grandæuus: & ipſe iu-
dicauit Iſrael quadraginta annis. ♀ Nurus autẽ eius vxor 19
Phinees, pręgnans erat, vicinaq; partui: & audito nũtio
quòd capta eſſet arca Dei, & mortuus eſſet ſocer ſuus, &
vir ſuus, incuruauit ſe & peperit. irruerant enim in eam do
lores ſubiti. ♀ In ipſo autem momento mortis eius, dixe- 20
runt ei *qui ſtabant circa eã, Ne timeas, quia filiũ peperiſti.
Quæ non reſpondit eis, neq; animaduertit. ♀ Et vocauit 21
puerũ, I-chabod, dicens, Tranſlata eſt gloria Domini
de Iſrael, (quia capta eſt arca Dei; & pro ſocero ſuo, &
pro viro ſuo.) * ♀ Ait, Tranſlata eſt gloria ab Iſrael. eo 22
quòd capta eſſet arca Dei.

*Dei,

Clamor magnus in aduentu arcæ. B

Timent Philiſthijm audiẽtes arcam Dei eſſe cum Iſraelitis.

*ſeruabit

Secundò cęduntur Iſraelitæ.

Arca capitur. Ophni & Phinees cæſi. C

Nuntiatur ciuitati & ipſi Heli arcam eſſe captam.

*ſpectans.

*enim

D

Moritur Heli. Naſcit I-chabod.

*quæ

*Et

*fœderis Domini, vt illa veniens inter nos, ſeruet nos de manu hoſtis noſtri. Miſit itaque populus in Silo, & attulerunt illinc arcam fœderis Domini exercituum, 8 ſedentis inter cherubim. Erant quoque duo filij Eli iuxta arcam fœderis Dei, Hophni ſcilicet & Pinhas. Factumque eſt quum veniſſet arca fœderis Domini in caſtra, vociferatus eſt cunctus Iſrael magno iubilo, ita vt terra tremeret. Audientes autem Paleſthini vocem iubili, dixerunt, 9 Quænam eſt vox iſtius magnæ vociferationis in caſtris Ebræorum? 10 & innotuit eis quòd arca Domini veniſſet in caſtra. Metuenteſque Paleſthini 11 dixerunt, 12 Venit Deus 13 in caſtra. rurſumque dixerunt, 14 Væ nobis, quoniam non 15 erit ſicut heri & nudiuſtertius: Væ nobis, quis eruet nos è manu Deorum iſtorum fortium? iſti ſunt Dij, qui percuſſerunt Egyptum 16 tot plagis 17 in deſerto. 18 Confirmamini, eſteque 19 viri, ô Paleſthini, ne quando ſeruire cogamini Ebræis, quemadmodum ipſi ſeruierunt vobis: 20 eſte ergo viri, & pugnate. Pugnauerunt itaque Paleſthini, & Iſraelitæ cæſi ſunt, fugeruntque ſinguli in tentoria ſua, & cædes facta eſt vehementer magna, ita vt caderẽt ex Iſraele triginta millia peditũ. Sed & arca Dei capta fuit, & duo filij Eli mortui, Ophni ſcilicet & Pinhas. Currẽs autem quidã ex Beniamin de acie, venit eodẽ die in Silo, cuius veſtes ſciſſæ erant, & terra ſuper caput eius. 21 Quumque veniret, ecce Eli ſedebat ſuper ſellam 22 reſpiciens verſus viam: cor enim eius erat 23 conſternatum propter arcam Dei. & vbi vir ille veniſſet in ciuitatẽ & nũtiaſſet, vociferata eſt tota ciuitas. Et audiens Eli vocem clamoris, dixit, 24 Quæ eſt vox huius tumultus? Vir autem ille feſtinanter venit & indicauit Eli. Erat autem Eli natus nonaginta & octo annos, 25 ſtabantque oculi eius, ita vt non poſſet 26 videre. Et ait vir ille ad Eli, 27 Ego venio de acie, ego inquam hodie fugi ex acie. Et ait ille, Quid rei fuit fili mi? Reſpondit nuntius ille, & ait, Fugit Iſrael coram Paleſthinis, & etiam cædes magna facta eſt in populo: ſed & duo filij tui Hophni & Pinhas mortui ſunt, & arca Dei capta eſt. Et factum eſt, ſimul ac ille arcæ Dei mentionem faceret, vt caderet retrorſum è ſella 28 ponè portam, fractaque ceruice moreretur: erat enim vir ſenex & 29 grauis: iudicaueratque Iſraelem quadraginta annis. Nurus autem eius vxor Pinhas, 30 quæ ad partum grauida erat, audiẽs rumorem quod & arca Dei capta eſſet, quodque mortuus eſſet ſocer ſuus & maritus ſuus: 31 incuruauit ſe & peperit: 32 verſi enim erãt in eam anxij dolores eius. 33 Quũque adeſſet tempus vt moreretur ipſa, dicebãt quæ ei aſtabãt, 34 Ne metuas, quoniã peperiſti filiũ. Sed non reſpondit, 35 nec appoſuit cor ſuum. Et vocauit puerum I-chabod, dicens, 36 Tranſmigrauit gloria de Iſraele (ob captam arcam Dei, 37 ob ſocerũ eius & maritũ eius.) 38 Et rurſum ait, Tranſmigrauit gloria de Iſraele. 39 quoniam capta eſt arca Dei.*

## SCHOLIA IN CAP. IIII.

1 .i. Mox Samuel dixit vniuerſo Iſraeli quæ audiuerat à Domino, nempe de reſiſtendo Palæſthinis, & ſuſcipienda expeditione aduerſus eos. Nonnulli Rabinorum hîc dicunt Samuelem conſuluiſſe Dominum an deberent Iſraelitæ ſuſcipere expeditionem aduerſus Palęſthinos inuadẽtes filios Iſrael. Dominum autem reſpondiſſe vt Palæſthinis occurrerent: atque id dicunt eſſe quod hîc dicitur, Et factum eſt verbum, &c. Hinc poſtea dicunt ſeniores Iſrael, Cur percuſsit nos Deus? &c. quaſi dicat, quum nos hanc expeditionem ſumpſerimus Deo ita iubente, cur iam nos affligit? 2 Hoc dicitur per anticipationem. nam ille locus ſic poſtea dictus eſt ab euentu, Lapis-adiutorij. 3 dilatataq; acie, id eſt, quum cœpiſſent ſeſe dilatare & explicare milites ipſi. 4 percuſſus eſt, id eſt, cœpit Iſrael terga vertere Palæſthinis. 5 .i. in ipſo cãpo conflictus. 6 percuſsit, id eſt, permiſit vt cæderemur, & eſſemus inferiores Palæſthinis? 7 Hebraiſmus, capiamus, id eſt, mittamus in Silo qui adducant huc arcam fœderis. 8 Hoc dicit propter propitiatorium in quo erant duo cherubim. 9 Quid ſibi vult ſtrepitus vociferationis ingentis huius. 10 cognouerunt autem. 11 (dixerunt enim (exploratores,) Venit Deus in caſtra,) dixerunt, Væ &c. 12 Verba ſunt exploratorum qui hæc in caſtris Hebræorum audierant. nam dicitur Venit, non, venerunt: quod eſt idololatrarum, qui credebant Iſraelem colere deos & idola. 13 ſubaudi, Hebræorum. 14 quaſi dicat, Actum eſt de nobis. 15 fuit tale quidpiam heri, id eſt, non fuit heri talis exultatio in caſtris Hebræorum, quaſi dicat, ratio bellandi mutata eſt, nam pugnabamus antea cum hominibus, nunc cum Deo pugnabimus. 16 Hebraiſmus, in omni plaga, id eſt, multis plagis. 17 Subaudienda coniunctio, (&) in deſerto, id eſt, in mari Rubro quod ſcilicet adiacebat deſerto. Chaldæus paraphraſtes, quum hic locus videretur repugnare his quæ ſunt in lege, addidit aliquot verba, Et populo ſuo in deſerto fecit multa miracula. Quidam aiunt, במדבר ſignificare בדבר, id eſt, verbo. quod pulchre conuenit, quaſi dicat, qui ſolo verbo ſuo percuſsit AEgyptios. In ea ſignificatione Cantic. 4. accipitur, Eloquium tuum dulce. 18 vel, Eſtote fortes. 19 id eſt animo virili & forti. vel, Oſtendite vos viros. 20 eſte inquam. 21 Venit inquam, & ecce, &c. 22 Hebraiſmus, in loco viæ aſpiciens, id eſt, iuxta viam quæ ducebat ad caſtra reſpiciens & expectans nuntium. 23 Hebraiſmus, timidum

idest,

id eſt, timebat ex animo arcæ Dei. 24 Quid ſibi vult ſonitus. 25 vel, extabant, id eſt, cœperant fugere retrorſum. ſolent enim in ſenio nerui contrahi. Alij rectius vertunt, caligare cœperant, id eſt, iam habebat oculos hebetes. 26 ſubaudi, exacte. ſiue, bene. 27 quaſi dicat, Sum vera dicturus: nam ſpectator earum rerum fui quæ dicturus ſum. 28 iuxta locum oſtij, id eſt, in loco qui adiacebat oſtio: hoc eſt, iuxta oſtium. 29 vel, non agilis. vt ſolent ſcilicet ſenes eſſe. Aut, obeſo, ſiue ſucculento corpore. 30 quæ prægnans erat & vicina partui. ita Chaldæus paraphraſtes. Alij vicina eiulatui, id eſt, proxima clamoribus quos ſolent emittere mulieres parturientes. 31 vel, decubuit. compoſuit corpus ſuum in modum parturientis. 32 quoniam effuſi erant ſuper eam dolores ſui, id eſt, ſubitis partus doloribus erat oppreſſa. Metaphora ſumpta ab aqua quæ ex alto & ſubito effunditur. 33 vel, Tempore autem quo moriebatur. ſiue, Sub articulum temporis quo mortua eſt, 34 quaſi dicat, Extra periculum es. 35 id eſt, nec viſa eſt verbis illorũ moueri. 36 vel, Trãſlata eſt. ſiue, Exulat. 37 & quod mortuꝰ eſſet ſocer eiꝰ & maritus eiꝰ. 38 Dixit inquã. 39 Verba ſunt authoris huiꝰ libri.

## CAP. V.

*PORRO Paleſthini accepta arca Dei, 1 duxerunt illam ab AEben-æſer in Aſotum. Rurſum ſumpſerunt Paleſthini arcam Dei, & introduxerunt eam in domum Dagon, collocaueruntque eam iuxta Dagon. Et quum Aſotij poſtero die mane ſurrexiſſent, ecce Dagon iacebat ante eam in terra, nempe ante arcam Domini: tollenteſque Dagon reſtituerunt eum in locum ſuum. Et quum poſtera luce iterum mane ſurrexiſſent, ecce iacebat Dagon coram ea in terra, coram arca ſcilicet Domini, & caput Dagon atque duæ palmæ manuum eius reciſæ erant ſuper limen, duntaxat Dagon relictus erat 2 in eo. Hinc ſacerdotes Dagon, & omnes qui ingrediuntur phanum Dagon, non calcant limen Dagon in Aſoto, 3 in præſentem vſque diem. 4 Manus autem Domini grauis fuit in Aſotios, & perdidit eos, percuſſitque eos 5 in podicibus, 6 non Aſotum duntaxat, ſed & limites eius. Et videntes ciues Aſoti 7 ſic fieri, dixerunt, Ne maneat arca Dei Iſraelis nobiſcum, 8 quoniam dura eſt manus eius ſuper nos, & ſuper Dagon Deum noſtrum. Mittentes itaque congregauerunt omnes ſatrapas Paleſthinorum ad ſe, dixeruntque, Quid faciemus 9 arcæ Dei Iſraelis? Reſponderunt, 10 Tranſeat arca Dei Iſraelis in Gath. 11 circunduxerunt ergo arcam Dei Iſraelis. Et factum eſt quum eam tranſtuliſſent, 12 vt manus Domini immineret vrbi admodum vehementi impetu, percuteretque homines vrbis illius, 13 non obſcuros modo & humiles, ſed & magnos, vt laterent eis morbi. Miſerunt ergo arcam Dei in Accaron: cumque arca Dei veniſſet Accaron, clamarunt ciues Accaron hiſce verbis, 14 Circunduxerunt arcam Dei Iſraelis ad me, vt me & populum meum interficiant. Miſerunt ergo & congregarunt omnes ſatrapas Paleſthinorum, dicentes, Amandate arcam Dei Iſraelis, vt redeat in locum ſuum, 15 neque perdat me & populum meum. (fuit enim 16 graſſatio mortis 17 in tota ciuitate, nimiſque illic inualuerat 18 manus Dei.) Porrò viri qui non moriebantur, 19 multati ſunt in podicibus, ita vt clamor ciuitatis 20 in cælos vſque aſcenderet.*

## CAP. V.

Arca iuxta Dagô à Philiſthæis collocata, corruit ipſe Dagô.

1 PHiliſthijm autem tulerunt arcã Dei, & aſportauerũt
2 eam à Lapide-adiutorij in Azôtũ. ¶ Tuleruntque
Philiſthijm arcam Dei, & intulerunt eam in templũ
3 Dagon, & ſtatuerunt eã iuxta Dagon. ¶ Cũque ſurrexiſ-
ſent diluculo Azotij altera die, ecce Dagon iacebat pro-
nus in terra ante arcã Domini: & tulerunt Dagon, & reſti-
4 tuerunt eum in locũ ſuum. ¶ Rurſumque mane die altera
conſurgentes, inuenerũt Dagon iacentẽ ſuper faciem ſuã
in terra coram arca Domini: caput autẽ Dagõ & duę pal-
5 mæ manuũ eius abſciſſæ erant ſuper limẽ: ¶ porrò Dagõ B
ſolus truncus remanſerat in loco ſuo. Propter hãc cauſam
non calcant ſacerdotes Dagon, & omnes qui ingrediũtur
templũ eius, ſuper limen Dagon in Azoto, vſq; in hodier-
6 nũ diem. ¶ Aggrauata eſt autẽ manus Domini ſuper Azo-
tios, & demolitꝰ eſt eos: & percuſſit in ſecretiori parte na-
tium Azôtum, & fines eius. ˋEt ebullierũt villæ & agri in
medio regionis illius, & nati ſunt mures, & facta eſt cõfu-
7 ſio mortis magnę in ciuitate. ¶ Videntes autẽ viri Azotij
huiuſcemodi plagã, dixerunt, Nõ maneat arca Dei Iſrael
apud nos: quoniã dura eſt manus eius ſuper nos, & ſuper C
8 Dagon deũ noſtrũ. ¶ Et mittentes congregauerũt omnes
ſatrapas Philiſthinorũ ad ſe, & dixerũt, Quid faciemus de
arca Dei Iſrael? Reſponderuntq́; Gethæi, Circunducatur
9 arca Dei Iſrael. & circunduxerunt arcã Dei Iſrael. ¶ Illis
autẽ circunducentibus eã, fiebat manus Domini ˋDei per
ſingulas ciuitates interfectionis magnę nimis: & percutie
bat viros vniuſcuiuſq; vrbis, à paruo vſq; ad maiorem, &
cõputreſcebant prominẽtes extales eorũ. ˋInierũtq́; Ge-
10 thæi conſiliũ, & fecerũt ſibi ſedes pellicias. ¶ Miſerũt ergo
arcã Dei in Accarõ. cũque veniſſet arca Dei in Accarõ, ex
clamauerũt Accaronitæ, dicẽtes, Adduxerũt ad nos arcã D
11 Dei Iſrael, vt interficiat nos & populũ noſtrũ. ¶ Miſerunt
itaq́; & cõgregauerũt omnes ſatrapas Philiſthinorũ: q di-
xerũt, ʸDimitte arcã Dei Iſrael vt reuertatͅ in locũ ſuũ, &
nõ interficiat nos cũ populo nr̃o. Fiebat enim pauor mor
12 tis in ſingulis vrbibꝰ, & grauiſsima valde manꝰ Dei. ¶ Viri
quoq́; qui mortui nõ fuerãt, pcutiebãtur in ſecretiori pte
natiũ: & aſcẽdebat vlulatꝰ vniuſcuiuſq; ciuitatis in cęlum.

Pſal. 77. d. Percutiunſ mariſcis Philiſthæi.

Arcam reijciũt de finibus ſuis Accaronitæ.

ʸDimitte

## SCHOLIA IN CAP. V.

1 vel, abduxerunt illam ab AEben-æſer, id eſt, à Lapide-adiutorij. Loci nomen qui ab euentu poſtea ſic dictus eſt. Vide infra cap. 7. c. 2 vel, apud ſe. Dagon diminutiuũ erat à dag: quoniam infima parte erat forma piſcis, quaſi dicat, ſola ea pars idoli quę referebat piſcem remanſerat. Chaldæus paraphraſtes, tantummodo corpus, id eſt, truncus eius remanſerat, tantum truncus ſine capite & manibus. 3 Iſtud refertur ad tempus quo iſte liber fuit ſcriptus. 4 .i. Cœpit Dominus affligere Azotios. 5 vitijs ſedis. ſiue podicis. Vox Hebræa עפל, ſignificat partẽ extantẽ & prominentẽ. Dicitq; Doctus inter Hebręos ita vocari per antiphraſin, quod minime extet. Medici tamen dicunt eũ extare propter morbum, nempe quando procidit. 6 Aſdod & omnes fines eius, id eſt, ciues Azoti, & habitantes in agro Aſdod, ſiue Azoti. 7 quòd ſic eſſet. rem ſic habere. ſe ſcilicet cõfici ſedis vitijs. 8 id eſt, quod nos mire affligat & deum noſtrum. 9 vel, de arca Dei. 10 Abducatur. vel, Deuoluatur. 11 Abduxerunt reuerti fecerunt, 12 Hebraiſmus, vt manus Domini contra ciuitatem fuerit (cum) cõtritione quam maxima. vel, (&) contritio. aut, (in) contritione, id eſt, fuit plaga in ciues vrbis Gath ita vt attererẽtur. Statim ſeipſum exponit, cum dicit, percuteretque, &c. 13 Hebraiſmus à paruo vſque ad magnum, & abſcõdita ſunt illis ſedis vitia, id eſt, exorta ſunt illis vitia in parte ſecretiore inteſtini recti. laborauerunt vitijs ſedis in parte ipſius ſedis non patente, tam parui quàm magni. 14 Abduxerunt, id eſt, Amandauerunt à ſe ad nos. 15 & non. 16 contritio. vel, fractio, id eſt, maxima lues, & morbus lethalis graſſabatur, multi mortui erant in ciuitate. 17 Quidam legunt, in omni ciuitate. acſi morbus fuiſſet in omnibus vrbibus Palæſthinorum, quod doctioribus minus probatur. 18 id eſt, plaga. hoc eſt, grauiſsime affligebat Dominus eam vrbem. 19 percuſſi ſunt vitijs ſedis. ſiue procidentia ani. 20 Hyperbole: pro, exauditus eſt eiulatus maximus ciuium eius vrbis.

CAP.



## CAP. VI.

Philiſthæi cõſulunt ſacerdotes ſuos quid de arca Dei faciendũ ſit.

FVit ergo arca Domini in regione Philiſthinorũ ſep 1
tem menſibus. ¶ Et ˋpoſt hæc vocauerunt Phili- 2
ſthijm ſacerdotes & diuinos, dicentes, Quid facie-
mus de arca Domini? indicate nobis quomodo remitta-
mus eam in locũ ſuum. Qui dixerunt, ¶ Si remittitis arcã 3
Dei Iſrael, nolite dimittere eam vacuã, ſed quod debetis,
reddite ei pro peccato, & tunc curabimini: & ſcietis quare
non recedat manus eius à vobis. ¶ Qui dixerunt, Quid 4
eſt quod pro delicto reddere debeamus ei? Reſponderũt-
que illi, ¶ Iuxta numerum prouinciarum Philiſthinorũ 5
quinq; anos aureos facietis, & quinque mures aureos: quia
plaga vna fuit omnibus vobis, & ſatrapis veſtris. Facietiſ-
que ſimilitudines anorum veſtrorũ, & ſimilitudines mu-
rium qui demoliti ſunt terram, & dabitis Deo Iſrael glo-
riam: ſi fortè releuet manũ ſuam à vobis, & à dijs veſtris,
& à terra veſtra. ¶ Quare aggrauatis corda veſtra, ſicut 6
B aggrauauit AEgyptus, & Pharao cor ſuum? nonne poſt-
quam percuſſus eſt, tunc dimiſit eos, & abierunt? ¶ Nũc 7
ergo arripite & facite plauſtrum nouum vnum: & duas
vaccas fœtas, quibus non eſt impoſitum iugum, iungite
in plauſtro, & recludite vitulos earum domi. ¶ Tolletiſ- 8
que arcam Domini, & ponetis in plauſtro, & vaſa aurea
quæ exoluiſtis ei pro delicto, ponetis in capſellam ad la-
tus eius: & dimittite eam vt vadat. ¶ Et aſpicietis: & ſi 9
quidem per viam finium ſuorum aſcenderit contra Beth-
ſames, ipſe fecit nobis hoc malum grãde. ſin autẽ minime:
ſciemus quia nequaquam manus eius tetigit nos, ſed caſu
accidit. ¶ Fecerunt ergo illi hoc modo: & tollentes duas 10
vaccas quæ lactabant vitulos, iunxerũt ad plauſtrum, vi-
tuloſq; earum concluſerunt domi. ¶ Et poſuerunt arcam 11
C ʰDei ſuper plauſtrum, & capſellam quæ habebat mures
aureos & ſimilitudinem anorum. ¶ Ibant autem in di- 12
rectum vaccæ per viam quæ ducit Beth-ſames, & itinere
vno gradiebantur, pergentes & mugientes: & non decli-
nabãt neque ad dexteram neque ad ſiniſtram: ſed & ſa-
trapæ Philiſthijm ſequebantur vſque ad terminos Beth-
ſames. ¶ Porrò Bethſamitæ metebant triticũ in valle: & 13
eleuantes oculos ſuos, viderunt arcam, & gauiſi ſunt cum
vidiſſent. ¶ Et plauſtrum venit in agrum Ioſũe Bethſa- 14
mitę, & ſtetit ibi. Erat autem ibi lapis magnus, & cõcide-
runt ligna plauſtri, vaccaſque impoſuerunt ſuper ea ho-
locauſtum Domino. ¶ Leuitæ autem depoſuerunt arcã 15
ʰDei & capſellam quæ erat iuxta eam, in qua erant vaſa
aurea, & poſuerunt ſuper lapidem grandem. viri autem
Bethſamitæ obtulerunt holocauſta, & immolauerunt vi-
ctimas in die illa Domino. ¶ Et quinque ſatrapæ Phili- 16
ſthinorum viderunt, & reuerſi ſunt in Accaron in die illa.
D ¶ Hi ſunt autem ani aurei, quos reddiderunt Philiſthijm 17
pro delicto, Domino: Azôtus vnum, Gaza vnum, Aſcalõ
vnum, Geth vnum, Accaron vnum. ¶ Et mures aureos 18
ſecũdum numerum vrbium Philiſthijm, quinque prouin-
ciarum, ab vrbe murata, vſque ad villam quæ erat abſque
muro, & vſque ad Abel-magnum ſuper quem poſuerunt
arcam Domini, quæ erat vſque in die illa in agro Ioſũe
Bethſamitis. ¶ Percuſſit autem ˋDominus de viris Beth- 19
ſamitibus, eo quòd vidiſſent arcam Domini: & percuſſit
de populo ſeptuaginta viros, & quinquaginta millia ple-
bis. Luxitque populus, eo quòd Dominus percuſſiſſet
plebem plaga magna. ¶ Et dixerunt viri Bethſamitæ, 20
Quis poterit ſtare in conſpectu Domini Dei ſancti huius?
& ad quem aſcendet à nobis? ¶ Miſeruntq; nũtios ad ha- 21
bitatores Cariath-iarim, dicentes, Reduxerũt Philiſthijm
arcam Domini, deſcendite, & ʰreducite eam ad vos.

Ani aurei. Mures aurei.

Exod. 12. d.

Vaccæ reducũt arcam.

ʰDomini

Bethſamitę viſa arca lætantes holocauſta offerũt.

ʰDomini,

Quinque ani aurei Paleſthinorum, & mures aurei totidẽ.

Bethſamitæ percutiuntur quòd intra arcam aſpexiſſent.

Sanctus Deus Iſrael.

ʰducite

## CAP. VI.

*FVit ergo arca Domini in agro Paleſthinorum ſeptẽ mẽſibus. Et vocantes Paleſthini 1 ſacerdotes & diuinos, dixerũt, Quid faciemus 2 arcæ Domini? indicate nobis 3 quocũ remittamꝰ illã ad locũ ſuũ. Qui dixerunt, Si 4 remittitis arcã Dei Iſraelis, ne 5 vacuã eã remittatis, ſed omnino reddetis ei ſacrificium expiatorium pro delicto, tum demum ſanabimini, notumq́; fiet vobis cur manus eius non receſſerit à vobis. Et dixerunt, 6 Quod verò ſacrificiũ illud expiatorium pro delicto erit quod illi reddemus? Reſponderunt, Iuxta numerum ſatraparũ Paleſthinorũ quinq; podices aureos, & quinque mures aureos: eadem enim plaga eſt omnibus & principibus veſtris. Facietis igitur 7 imagines anorum veſtrorum, & imagines 8 murium veſtrorũ qui vaſtant terrã, & 9 [ita] dabitis gloriã Deo Iſraelis, 10 ſi forte remittat manus eius à vobis, à dijs veſtris, & à 11 terra veſtra. 12 Cur induratis cor veſtrũ, quemadmodũ AEgyptij & Pharao ipſe indurarunt cor ſuũ? annon 13 quũ illuſiſſet eis, [tandẽ] dimiſerunt eos vt abirẽt? Capite igitur & facite plauſtrũ vnũ nouũ, & bucculas duas 14 lactantes, 15 quibus iugũ nondũ eſt impoſitũ: iungite 16 bucculas illas plauſtro, reduciteque vitulos earum 17 ab eis domum. Tolletis deinde arcam Domini, & imponetis illam plauſtro, ſimulque vaſa aurea, quæ 18 redditis ei 19 ſacrificiũ expiatoriũ, ponite in arculã ad latus eius, & dimittetis eã vt abeat. Et 20 videte, 21 ſi via termini ſui aſcẽderit in Beth-ſemes, 22 ipſe nos omni malo hoc ingenti affecit: ſin minꝰ, certi ſumus manũ eius nos non 23 multaſſe, ſed 24 caſu nobis hoc accidiſſe. Fecerũt ergo viri illi ſic, tollentes duas bucculas lactãtes, iunxeruntq́; eas plauſtro, vituloſq́; earũ 25 domi incluſerunt. Porrò arcam Domini impoſuerunt plauſtro, 26 arculam quoq́; cũ muribus aureis, atq́; cũ imaginibus 27 colorũ ſuorum. Bucculæ ergo rectà per viam incedebant, per viam ſcilicet [quæ ducebat ad] Beth-ſemes, & quidem 28 eadẽ ſemita incedebant, eundo & 29 mugiẽdo, 30 ita vt neque ad dexterã neq; ad ſiniſtram deflecterẽt: ſed & ſatrapæ Paleſthinorũ ſequebãtur eas vſq; ad limitẽ Beth-ſemes. Beth-ſemeſitæ verò demetebant meſſem tritici 31 in valle, ſublatiſq́; oculis ſuis 32 viderũt arcã, gauiſiq́; ſunt quũ vidiſſent. Venit itaq́; plauſtrũ in agrũ Iehoſuæ Bethſemeſitæ, & illic conſtitit: fuit enim illic lapis magnus. Et concidẽtes ligna plauſtri atq́; bucculas, 33 obtulerũt holocauſtum Domino. Porrò Leuitæ 34 depoſuerunt arcã Domini, & arculã quæ penes eam erat, in qua erãt 35 aurea illa inſtrumẽta, poſueruntq́; ſuper lapidem magnũ: ciues autem Beth-ſemes ſacrificarunt holocauſta, & immolauerunt 36 victimas Domino eodem die. 37 Quod videntes quinq́; principes Paleſthinorum, Accaron eodẽ die reuerſi ſunt. 38 Et iſti ſunt ani aurei quos 39 reſtituerunt Paleſthini Domino pro ſacrificio expiatorio delicti. Pro Aſoto vnũ, pro Gaſa vnũ, pro Aſcalon vnũ, pro Gath vnũ, & pro Accaron vnum. Et mures inſuper aureos iuxta numerum omnium ciuitatum Paleſthinorũ, 40 nempe ſecundũ quinque ſatrapas, 41 tam vrbiũ quæ munitæ fuerunt, quã pagorum qui nõ fuerunt muniti, ad [Lapidẽ] vſq; luctus magnũ, ſuper quem repoſuerant arcã Domini, 42 vſq; in præſentẽ diẽ in agro Iehoſuæ Bethſemeſitæ. Porrò 43 ciues Bethſemes percuſſit [Dominus:] quòd introſpexiſſent in arcam Domini, percuſſit inquam in populo ſeptuaginta viros, & quinquaginta millia virorum. Populus verò luxit, quòd Dominus populum tanta clade percuſſiſſet. Dixerunt ergo ciues Beth-ſemes, Quis ſtare poterit coram Domino Deo iſto 44 ſancto? & ad quem aſcendet à nobis? Et miſſis nuntijs ad ciues Kiriath-iearim dixerunt, Paleſthini reduxerunt arcam Domini, deſcendite ergo, & deducite eam ad vos.*

## SCHOLIA IN CAP. VI.

1 ſubaudi, Dagon. 2 de arca. 3 cum quo (vel, qua ratione) remittere debeamus. 4 vel, remiſſuri eſtis, id eſt, Si ſtatuiſtis remittere. 5 id eſt, ſine donarijs. 6 id eſt, Quam oblationem dabimus illi pro peccato? 7 vel, ſimulachra. 8 Percuſſerat Dominus

minus Palæſthinam non ſolum vitijs ſedis, ſed etiam muribus qui terram ipſam ſuffodiebant, & ita ineptam reddebant frugibus gignendis. 9 id eſt, ita fatebimini vos victos fuiſſe à Deo Iſrael. cuius honori detraxiſtis quum cepiſtis arcam eius: ita reſtituetis gloriam Deo Iſraelis, & illum honore afficietis. 10 Hebraiſmus, forte leuiorem faciet manum ſuam, id eſt, forte deſiſtet vos affligere. vel, leuius vos affliget. 11 Hinc licet intelligere terram interea dum hæc fiunt, fuiſſe à muribus ſubrutam. 12 Hebraiſmus, Sed quare aggrauabitis, id eſt, quare obſtinate & pertinaciter reſiſtetis, retinendo obfirmate arcã iſtam? quaſi dicat, nolite pertinaciter retinere arcam, vt AEgyptij populum Iſraeliticum retinuerũt. 13 quando mira operatus eſt in eos, tum demum dimiſerunt eos, & abierunt? id eſt, nonne quando vires ſuas deprompſit in eos, tandem etiam inuiti dimiſerunt filios Iſrael, & abierunt? 14 vel, fœtas. 15 id eſt, quæ nunquam traxerint iugum. 16 vel, vaccas. 17 Hebraiſmus, à tergo ipſarum, id eſt, ſequentes ipſas. 18 exoluitis. 19 (pro) expiatione peccati, 20 vel, conſyderate. ſubaudi, quod eueniet. 21 id eſt, ſi recta pergendo, verſus terminos ſuos & fines terræ Iſrael, aſcenderit ipſa arca in vrbem Beth-ſemes. 22 ſubaudi, Dominus Deus Iſraelis. 23 tetigiſſe 24 Hebraiſmus, accidens eſt (quod accidit) nobis. vel, caſus eſt, &c. 25 id eſt, in ſtabulo ſolito: vt vaccæ memores vitulorum, reuerterentur ad locum ſuum. 26 vel, capſulam, in qua ſcilicet erant donaria. 27 Plurale eſt à colon, quod inteſtinum craſsius rectum ſignificat. Verte potius, ſedium ſuarum. ſubaudi, affectarum. ſiue anorum ſuorum. ſubaudi, affectorum. 28 Hebraiſmus, itinere vno. 29 memores ſcilicet ſuorum vitulorum, quos inuite relinquebant. 30 neque declinabant ad dexteram, neque ad ſiniſtram: 31 quaſi dicat, in amœniſſima illa valle in qua erat Beth-ſemes. 32 ſub. deſcendentem è loco ſuperiori. 33 id eſt, ex vaccis obtulerunt holocauſtum in honorem Domini, 34 iam depoſuerant 35 id eſt donaria illa. 36 id eſt, hoſtias pacificas. 37 nempe arcã Domini ſe recepiſſe Beth-ſemes. 38 quaſi dicat, Hæc autem ſunt donaria & anathemata quæ præ ſe ferebant ſpeciem anorum quæ exoluerunt pro expiatione peccati. 39 reddiderunt. exoluerunt. 40 (pertinentium) ad quinque ſatrapas, id eſt, in quibus habitabant quinque ſatrapæ. 41 (præterea) ab vrbe munita vſque ad villam ruſticam, & vſque ad lapidem magnum, &c. quaſi dicat, etiam omnes vrbes & villæ vicinæ Beth-ſemes vſque ad locum in quo ſubſtitit arca, dederunt donaria. Alij vertunt, & vſque ad planitiem (lapidis illius) magni, id eſt, in qua erat lapis ille magnus, &c. Alij, vſque ad Abel-magnum. locum ſcilicet ita dictum ob luctum magnum illic editum, vt infra dicetur. 42 Subaudi, Is autem. nempe lapis, vſque in præſentem diem viſitur & extat in agro illo. 43 id eſt, aliquot ex ciuibus. 44 quaſi dicat, videtur exigere à nobis ſanctimoniam maximam.

## CAP. VII.

*VEnerunt itaque ciues Kiriath-iearim, & 1 reducentes arcam Domini, introduxerũt eam in domum Abinadab 2 in Gibea, & Eleazar filium eius 3 conſecrarunt, vt cuſtodiret arcam Domini. (Et factum eſt à die quo manſit arca in Kiriath-iearim, vt multi tranſirent dies, viginti nempe anni, 4 & lamentatione quadam poſt Dominum vniuerſa domus Iſrael anhela fuit.) Et dixit Samuel ad vniuerſam domum Iſrael hiſce verbis, Si toto corde veſtro reuertimini ad Dominum, auferte deos alienos & Aſtaroth è medio veſtri, & præparate cor veſtrum ad Dominum, & ei ſoli ſeruite, tum liberabit vos è manu Paleſthinorum. Abſtulerunt ergo filij Iſrael 5 Baalim & Aſtaroth, & ſoli Domino ſeruierunt. Dixit verò Samuel, Congregate vniuerſum Iſraelem in 6 Mizpa, & orabo pro vobis ad Dominum. Qui quum conueniſſent in Mizpa, 7 hauſerunt aquam, & effuderunt [eam] coram Domino: ieiunaueruntque die illo, & dixerunt ibi, Peccauimus Domino. Et 8 iudicauit Samuel filios Iſrael in Mizpa. Audientes autem Paleſthini quòd congregati eſſent filij Iſrael in Mizpa, aſcenderunt principes Paleſthinorum 9 ad Iſrael. quod quum audirent Iſraelitæ, timuerunt à Paleſthinis. Dixeruntque filij Iſrael ad Samuelem, Ne ſileas 10 quo minus clames pro nobis ad Dominum Deum noſtrum, vt ſeruet nos de manu Paleſthinorum. Et Samuel accepto agno lactẽti vno, ſacrificauit illum Domino, holocauſtum 11 integrum: clamauitque Samuel ad Dominum pro Iſraele, & exaudiuit eum Dominus. Factumque eſt quum Samuel ſacrificaret holocauſtum, vt Paleſthini appropinquarent congreſſuri cum Iſraelitis: at Dominus ingenti ſonitu illo die ſuper Paleſthinos intonuit, & 12 conturbauit eos, vt cæderentur coram Iſrael. Egreſsi igitur filij Iſrael de Mizpa, inſequuti ſunt Paleſthinos, & percuſſerunt eos vſque ad locum qui eſt ſub Beth-car. Samuel autem accepit lapidem 13 quendam, & poſuit eum inter Mizpa & inter 14 Sechem, & vocauit nomen eius AEben-æſer, dicens, Hucuſque auxiliatus eſt nobis Dominus. Et humiliati ſunt Paleſthini, nec venerunt amplius in limitem Iſraelis. 15 Fuitque manus Domini contra Paleſthinos cunctis diebus Samuelis. Reſtitutæ quoque ſunt Iſraelitis ciuitates quas abſtulerãt Paleſthini Iſraelitis, ab Accaron vſque Gath cum terminis earum: 16 aſſeruitq; eas Iſrael de manu Paleſthinorũ. Et fuit pax inter Iſraelẽ & 17 Ammorrhæũ. Iudicauit autẽ Samuel Iſraelẽ cunctis dieb⁹ vitæ ſuæ. Ibat verò ſingulis annis, & circuibat Beth-el, Gilgal & Mizpa, 18 iudicauitq; Iſraelẽ 19 in cũctu hiſce locis. Redibatq; in Rama: quoniã illic erat domus eius, & ibi quoq; 20 iudicauit Iſraelẽ, & 21 ædificauit ibi arã Domino.*

## CAP. VII.

1 VEnerunt ergo viri Cariath-iarim, & reduxerunt
arcam Domini, & intuleruntеam in domum Abi-
nadab in Gabaa: Eleazarum autem filiũ ei⁹ ſan-
2 ctificauerũt, vt cuſtodiret arcã Domini. ¶ Et factũ eſt, ex
qua die mãſit arca Domini in Cariath-iarim, multiplicati
ſunt dies: erat quippe iã annus viceſimus: & requieuit om-
3 nis dom⁹ Iſrael poſt Dominũ. ¶ Ait autẽ Samuel ad vni-
uerſam domũ Iſrael, dicens, Si in toto corde veſtro reuer
timini ad Dominũ, auferte deos alienos de medio veſtri,
Baalim & Aſtaroth: & preparate corda veſtra Domino,
4 & ſeruite ei ſoli, & eruet vos de manu Philiſthijm. ¶ Ab-
ſtulerũt ergo filij Iſrael Baalim & Aſtaroth, & ſeruierunt
5 Dño ſoli. ¶ Dixit autẽ Samuel, Congregate vniuerſum
6 Iſrael in Maſphath, vt orem pro vobis Dominũ. ¶ Et cõ-
uenerũt in Maſphath: hauſeruntq; aquã, & effuderunt in
conſpectu Domini, & ieiunauerũt in die illa, atque dixe-
runt ibi, Peccauimus Domino. Iudicauitq; Samuel filios
7 Iſrael in Maſphath. ¶ Et audierũt Philiſthijm quòd con-
gregati eſſent filij Iſrael in Maſphath, & aſcenderunt ſa-
trapæ Philiſthinorum ad Iſrael. quod cum audiſſent filij
8 Iſrael, timuerunt à facie Philiſthinorũ. ¶ Dixeruntq; ad
Samuelem, Ne ceſſes pro nobis clamare ad Dominũ Deũ
9 noſtrum, vt ſaluet nos de manu Philiſthinorũ. ¶ Tulit
autem Samuel agnum lactentem vnum, & obtulit illum
holocauſtum integrum Domino: & clamauit Samuel ad
10 Dominũ pro Iſrael, & exaudiuit eum Dominus. ¶ Factũ
eſt autem, cum Samuel offerret holocauſtum, Philiſthijm
iniere prælium contra Iſrael: intonuit autem Dominus
fragore magno in die illa ſuper Philiſthijm, & exterruit
11 eos, & cæſi ſunt à filijs Iſrael. ¶ Egreſsique filij Iſrael
de Maſphath perſecuti ſunt Philiſthæos, & percuſſerunt
12 eos vſque ad locum qui erat ſubter Beth-car. ¶ Tulit autẽ
Samuel lapidem vnum, & poſuit eum inter Maſphath &
inter Sen: & vocauit nomen loci illius, Lapis-adiutorij.
13 Dixitque, Hucuſque auxiliatus eſt nobis Dominus. ¶ Et
humiliati ſunt Philiſthijm, nec appoſuerũt vltrà vt veni-
rent in terminos Iſrael. Facta eſt itaque manus Domini
14 ſup Philiſthæos, cũctis diebus Samuelis. ¶ Et redditæ ſunt
vrbes quas tulerat Philiſthijm ab Iſrael, Iſraeli, ab Accarõ
vſque Geth, & terminos ſuos: liberauitque Iſrael de manu
Philiſthinorũ, Eratq; pax inter Iſrael & Ammorrhæum.
15 ¶ Iudicabat quoq; Samuel Iſraelẽ cũctis diebus vitæ ſuę:
16 ¶ & ibat per ſingulos annos circuiẽs Beth-el & Galgala &
17 Maſphath, & iudicabat Iſraelẽ in ſupradictis locis. ¶ Re-
uertebaturq; in Ramatha. ibi enim erat domus eius, & ibi
iudicabat Iſraelem: ædificauit etiam ibi altare Domino.

Reducũt viri Cariath-iarim arcam in domum Abinadab. Samuelis oratio ad populum ingentem. Cor. Deu. 6.c. Mat. 4.b. B Orat Samuel pro populo. Ieiunium & lachrymæ. Philiſthæi aſcẽdunt contra Iſrael, & à Deo percutiuntur. C Orans Samuel pro Iſraelitis, exauditur. Eccl. 46.d. viri. eius. D Pax in Iſrael. Iudicauit.

SCHO-



## SCHOLIA IN CAP. VII.

1 vel, abducentes. 2 (qui habitabat) in Gabaa. Gabaa, pars erat vrbis Cariath-iearim, nempe collis. Eſt deſcriptio vrbis: vel hoc additur, quia multi erant alij hoc nomine. 3 Hebraiſmus, ſanctificauerunt. Chaldæus paraphraſtes, præfecerunt cuſtodiæ arcæ. 4 Hebraiſmus, & lamentata eſt vniuerſa domus Iſrael poſt Dominum. id eſt, vniuerſi Iſraelitæ pœnitentia ducti, conuerſi ſunt ad Dominum. 5 Baalim, maſculinum eſt: Aſtaroth, fœmininum: & videntur his vocibus ſignificari dij deæque Gentium. 6 In Miſpha Deo iuuante reges deuicerunt Iſraelitæ: ob id congregantur illic: nam præponitur voci Miſpha, apud Hebræos litera quæ illis eſt vice articuli, quaſi dicas, in illa Miſpha, quæ inſignis eſt ea victoria quæ legitur in Ioſue, cap. 11. 7. quaſi dicat, certe nos ſumus coram te ſicut aqua iſta effuſa. Qui doctiores ſunt, Chaldæum interpretem ſequũtur, qui ſic ait, hauſerunt aquas è puteo cordis ſui, & abunde lachrymati ſunt coram Domino pœnitentes. 8 id eſt, diremit lites & controuerſias quæ erant inter Iſraelitas. 9 contra Iſraelem. 10 Hebraiſmus, à nobis, clamando, &c. id eſt, Ne ceſſes orare pro nobis. ne deſtituas nos ope tua quam præſtare potes clamãdo ad Dominum. 11 id eſt, prorſus vſtulatum, in quo tota hoſtia flammis abſumi ſolebat. Curauit illum offerendum Samuel per ſacerdotem aliquem, non enim erat Sacerdos. Suprà cap. 3. videmus Samuelem fuiſſe ianitorem templi: quod munus ad Leuitas quidem pertinebat, ſed non ad Aaronitas. 12 attriuit (confregit) eos, percuſsique ſunt, id eſt, fuſi fugatique ſunt ab Iſraele. 13 vnum. 14 Promontorium, ſiue pars rupis quæ procurrebat longius. 15 id eſt, Quandiu vixit Samuel, Iſraelitæ fuerunt ſuperiores Palæſthinis. 16 eripuitq; 17 Amorrhęi nomẽ generale eſt, & pro omnib⁹ Palæſthinis hîc poni videtur. 18 iudicabatq;. 19 .i. iudicabat habitatores iſtarũ triũ vrbiũ, & etiã earũ quæ erãt in circuitu. 20 iudicabat. 21 ædificarat.

## CAP. VIII.

Samuel conſtituit filios ſuos iudices ſuper Iſraelem. Iudices auari.

FActum eſt autem cũ ſenuiſſet Samuel, poſuit filios 1
ſuos iudices in Iſrael. ¶ Fuitq; nomẽ filij eius pri- 2
mogeniti Ioel: & nomen ſecundi Abia, iudicum in
Ber-ſabee. ¶ & non ambulauerunt filij illius in vijs eius: 3
ſed declinauerunt poſt auaritiã, acceperuntq; munera, &
peruerterunt iudiciũ. ¶ Congregati ergo vniuerſi maio- 4
res natu Iſrael, venerunt ad Samuelẽ in Ramatha. ¶ Di- 5
xeruntq; ei, Ecce tu ſenuiſti, & filij tui nõ ambulãt in vijs
tuis: conſtitue nobis regẽ, vt iudicet nos, ſicut & vniuer-
ſæ habẽt nationes. ¶ Diſplicuitq; ſermo in oculis Samue- 6
lis, eo quòd dixiſſent, Da nobis regem, vt iudicet nos. Et
orauit Samuel ad Dominũ. ¶ Dixit autẽ dominus ad Sa- 7
muelẽ, Audi vocẽ populi in omnibus quæ loquũtur tibi.
non enim te abiecerũt, ſed me, ne regnẽ ſuper eos. ¶ Iuxta 8
omnia opera ſua quæ fecerunt à die qua eduxi eos de AE-
gypto vſque ad diẽ hanc: ſicut dereliquerũt me, & ſeruie-
runt dijs alienis, ſic faciunt etiã tibi. ¶ Nunc ergo vocem 9
eorũ audi: veruntamẽ cõteſtare eos, & prędic eis ius regis
qui regnaturus eſt ſuper eos. ¶ Dixit itaq; Samuel omnia 10
verba Domini ad populum qui petierat à ſe regẽ, ¶ & ait, 11
Hoc erit ius regis qui imperaturus eſt vobis, Filios veſtros
tollet, & ponet in curribus ſuis, facietq; ſibi equites & prę
curſores quadrigarũ ſuarũ, ¶ & conſtituet ſibi tribunos & 12
centuriones, & aratores agrorum ſuorũ, & meſſores ſege
tum, & fabros armorum, & curruum ſuorum. ¶ Filias 13
quoque veſtras faciet ſibi vnguentarias, & focarias,
& panificas. ¶ Agros quoque veſtros, & vineas, & oliue- 14
ta optima tollet, & dabit ſeruis ſuis. ¶ Sed & ſegetes ve- 15
ſtras & vinearum reditus addecimabit, vt det eunuchis &
famulis ſuis. ¶ Seruos etiam veſtros, & ancillas, & iuuenes 16
optimos, & aſinos auferet, & ponet in opere ſuo. ¶ Gre- 17
ges quoq; veſtros addecimabit, voſq; eritis ei ſerui. ¶ Et 18
clamabitis in die illa à facie regis veſtri quẽ elegiſtis vobis:
& nõ exaudiet vos Dominus in die illa, quia petiſtis vo-
bis regẽ. ¶ Noluit autẽ populus audire vocẽ Samuelis, ſed 19
dixerunt, Nequaquã. rex enim erit ſuper nos, ¶ Et erimus 20
nos quoq; ſicut omnes gẽtes: & iudicabit nos rex noſter,
& egredietur ante nos, & pugnabit bella noſtra pro nobis.
¶ Et audiuit Samuel omnia verba populi, & locutus eſt ea 21
in auribus Domini. ¶ Dixit autẽ Dominus ad Samuelem, 22
Audi vocẽ eorum, & conſtitue ſuper eos regẽ. Et ait Sa-
muel ad viros Iſrael, Vadat vnuſquiſq; in ciuitatem ſuam.

Regem petunt Iſraelitæ abijciẽtes Deum. Oſee. 9.b. 13.c. Act. 13.c. B Orat Samuel. Regis ius. C D Gentium more regem volũt habere.

## CAP. VIII.

*FActum eſt autem vt Samuel poſteaquam iã ſenuiſſet, filios ſuos iudices conſtitueret ſuper Iſraelem: Fuitq; nomen primogeniti filij ſui Ioel, & nomen ſecundi Abia: hi erant iudices in Beer-ſeba, nec inceſſerunt in vijs eius, ſed declinarunt poſt auaritiam, accipientes munus, & 2 peruertentes iudicium. Congregati ſunt igitur cuncti ſeniores Iſrael, & acceſſerunt ad Samuelem in Rama. Dixeruntque ad eum, En tu ſenuiſti, & filij tui non incedunt in vijs tuis: conſtitue igitur nobis regem, qui nos iudicet, 3 iuxta morem omnium gentium. Diſplicuit autem ſermo iſte Samueli, quòd dixiſſent, Da nobis regem qui nos iudicet. & 4 precatus eſt Samuel Dominum. Dixitque Dominus ad Samuelem, Audi vocem populi in omnibus quæ 5 dicunt tibi, non enim te 6 reprobãt, ſed me reprobarunt ne regnem ſuper eos. Secundum omnia opera quæ fecerant ab eo die quo eduxi eos ex AEgypto in hunc vſq; diẽ, 7 (quum ſcilicet me derelinquerent, & dijs alijs ſeruirẽt,) ita 8 tibi quoque faciunt. 9 Audi igitur vocem illorum, veruntamen 10 ſanctè obteſteris eos, 11 iuſque regis qui regnaturus eſt ſuper illos, 12 indicato illis. Et dixit Samuel cuncta verba Domini populo, qui regem ab eo poſtulauerat. 13 Et dixit, Hoc erit 14 ius regis qui regnabit ſuper vos. Filios veſtros accipiet, & 15 ponet eos ſibi in currum ſuum, 16 vt ſint equites eius, & currant ante currum eius. Ponet quoq; eos ſibi in tribunos, & quinquagenarios, & qui arent agros ſuos, & metant meſſem ſuam, atq; qui conficiant arma bellica, & inſtrumẽta 17 currus eius. Filias deinde veſtras tollet, vt ſint vnguẽtariæ, 18 cupedinariæ & piſtrices. Agros quoque veſtros, vineta veſtra, & olıueta veſtra optima tollet, & tradet ſeruis ſuis. Semina veſtra, & vineas veſtras decimabit, dabitq; eunuchis ſuis ac ſeruis ſuis. Seruos veſtros, & ancillas veſtras, iuuenes quoque veſtros 19 elegantes, & aſinos veſtros accipiet, illiſque ſua opera conficiet. Quin & gregem veſtrum decimabit, 20 eritiſque ei ſerui. Et clamabitis eo die 21 propter regem veſtrum quem elegeritis vobis, & Dominus non exaudiet vos illo die. Populus verò noluit audire vocem Samuelis, ſed dixerunt, 22 Minime, ſed regem habebimus nos, Et erimus nos quoque vt [reliquæ] omnes gentes, 23 vt ius dicat nobis rex noſter, & 24 exeat ante nos, & bella noſtra gerat. Audiuit itaque Samuel cũctos ſermones populi, 25 retulitq; eos ad aures Domini. Et ait Dominus ad Samuelem, Audi vocem eorum, & præfice eis regem. & dixit Samuel ad Iſraelitas, Ite quiſque ad ciuitatem ſuam.*

## SCHOLIA IN CAP. VIII.

1 Quaſi dicat, Cum autem non eſſet adeò valens vt ita circuire poſſet vrbes Iſraelis, reddendi iuris gratia, quemadmodũ antea facere ſolebat: conſtituit, &c. 2 id eſt, ita factum eſt vt male iudicarent. 3 ſicut omnes gentes. ſubaudi, regem habent. 4 id eſt, conſuluit Dominum præmiſſa oratione. 5 dixerint tibi. vel, petierint à te. 6 vel, reijciunt. 7 vel, dereliquerunt autem me, & coluerunt deos alienos. A quibus ſcilicet nulla beneficia acceperunt. 8 id eſt, deſerunt te, & petunt alium iudicem. 9 Nũc ergo

ergo audi. 10 quum fueris conteſtatus diligenter (ſubaudi, Deū & homines) in eos. 11 vel, iudicium. aut conſuetudinem, id eſt, mores. Hac ratione volebat Deus deterrere eos à rege petendo, vt nonnulli Hebræorum dicunt. Alij exiſtimant hæc regibus eſſe licita. 12 vel, annuntia. aut, prædic. 13 Dixit inquam. 14 vel, iudicium, quaſi dicat, His moribus & hac conſuetudine vtentur erga vos reges. 15 id eſt, præficiet currui ſuo militari, faciet aurigas ſuos. 16 & inter equites ſuos, id eſt, ex eis faciet equites. 17 vel, curruum ſuorum, id eſt, fabros lignarios faciet. 18 vel, focariæ (ſiue coquinariæ) & panificæ. 19 Hebraiſmus, bonos, id eſt, elegantes, formoſos, & præſtantes. 20 & eritis, quaſi dicat, & vt vno verbo dicam, eritis ei ſerui. 21 Hebraiſmus, à facie regis veſtri, id eſt, propter iniurias quibus afficiet vos rex veſter. 22 vel, Nequaquam. ſubaudi, mutabimus ſententiam. 23 & iudicabit nos, id eſt, reget nos ſuis legibus. 24 egredietur ante nos, & pugnabit bella noſtra, id eſt, erit nobis imperator & dux quum erunt bella gerenda. 25 Hebraiſmus, dixit, id eſt, expoſuit, vel, retulit ea Deo in oratione ſua.

## CAP. IX.

*Vir quidam erat de* Beniamin *cuius nomen* Kis, *filius* Abiel, *filij* Zeror, *filij* Becorath, *filij* Aphiah, *filij* 1 *viri* Iemini, 2 *heros fortis, qui filium habebat cui nomen Saul, iuuenis erat & pulcher, nec erat inter filios Iſrael illo pulchrior: [nam] ab humero ſuo &* 3 *ſupra* 4 *procerior erat omni populo. Perierant autem aſinæ* Kis *patris Saul, dixitque* Kis *ad* Saul *filium ſuum, Aſſume quæſo tecum aliquem è* 5 *pueris, & conſurgens vade ac quære aſinas.* Tranſiuit *ergo montem* Ephraim, *deinde tranſiuit* 6 *per terram Saliſſa, & non inuenerunt. tranſierunt igitur per terram Schaalim, & non [erant:] & tranſierunt per terram* 7 Iemini, *nec inuenerunt. Quum verò veniſſent* 8 *in terram* Zuph, *dixit* Saul *puero ſuo quem ſecum habebat, Veni, reuertamur, ne fortè pater meus* 9 *relicta [cura] aſinarum, de nobis ſit ſolicitus. Qui dixit ei, En nunc vir* Dei *eſt* 10 *in iſta ciuitate, & vir eſt* 11 *honorabilis,* 12 *quidquid loquitur, certiſsime euenit: eamus ergo illuc,* 13 *ſi fortè indicet nobis viam noſtram quam eamus.* Reſpondit Saul *puero ſuo, Ibimus ergo, quid verò* 14 *feremus viro?* 15 *panis enim nullus eſt amplius in vaſis noſtris, nec munus eſt quod feramus viro* Dei, 16 *quid enim habemus? Rurſum ergo reſpondit puer* Sauli *hiſce verbis, En* 17 *inuenta eſt in manu mea quarta [pars] ſicli argenti, quā dabo viro* Dei, *vt indicet nobis* 18 *viam noſtram. (Sic dicebat olim quiſque in* Iſraele, 19 *qui inquiſiturus* Deum *proficiſcebatur, Venite,* 20 *ibimus ad videntem. qui enim hodie propheta dicitur, antea [* 21 *dictus eſt] videns.) Dixit ergo Saul ad puerum ſuum,* 22 Recte *loqueris, age,* 23 *ibimus. profecti ſunt itaque in ciuitatem in qua erat vir* Dei. 24 *Commodum aſcenderant cliuum vrbis, quum inuenirent puellas egredientes ad hauriendum aquam: quibus dixerunt,* Eſtne *hoc in loco videns? Quæ reſpondentes eis, dixerunt,* Eſt, *en ante te eſt: feſtina ergo, quoniam hodie* 25 *venit in ciuitatem: ſiquidem ſacrificium eſt hodie* 26 *populo* 27 *in excelſo: quumque* 28 *veneritis in ciuitatem, ilico inuenietis eum antequam aſcendat ad excelſum,* 29 *vbi comedet: neque enim comedit populus donec ipſe* 30 *veniat.* Ipſe *enim* 31 *conſecrat ſacrificium, & poſt hoc comedunt inuitati: nunc igitur aſcendite, quoniam* 32 *hodie inuenietis eum. Aſcenderunt ergo ad ciuitatem,* 33 *veneruntque in medium vrbis, & ecce* 34 *Samuel exijt eis obuiam aſcenſur⁹ in excelſum. (Porrò pridie quàm veniſſet Saul,* 35 *indicauerat* Dominus *Samueli ad hunc modum, Cras* 36 *iuxta iſtud tempus mittam ad te virum de terra* Beniamin, *quem vnges in principem ſuper populum meum* Iſrael, 37 *vt liberet populum meum de manu* Paleſthinorum, *quoniam reſpexi* 38 *populum meum, quandoquidem* 39 *clamor eorum venit ad me.) Quumque Samuel* 40 *vidiſſet Saulem,* 41 *ſuggeſsit ei* Dominus, *En hic eſt vir de quo tibi dixeram, is* 42 *continebit populum meum. Accedens ergo Saul ad Samuelem* 43 *in media porta, dixit, Indica quæſo mihi vbi ſit domus vidētis. Samuel reſpondit Sauli, & dixit,* Ego *ſum videns, aſcende* 44 *mecum in excelſum, & epulamini hodie mecum:* 45 *cras dimittam te, [&] quidquid eſt in corde tuo, indicabo tibi.* De *aſinabus verò* 46 *perditis tibi die ab hinc tertio,* 47 *ne ſis anxius in corde tuo, nam ſunt inuentæ. ad quem verò [ attinet ]* 48 *quidquid expetibile eſt in* Iſraele? *annon tibi & toti domui patris tui?* Re-

## CAP. IX.

1 ET erat vir de Beniamin, nomine Cis filius Abiel,
filij Seor, filij Bechorath, ᷾filij Sareth, filij Aphia,
2 filij viri Iemini, fortis robore: ♀ & erat ei filius vo-
cabulo Saul, electus & bonus: & non erat vir de filijs
Iſrael melior illo: ab humero & ſurſum eminebat ſuper
3 omnem populū. ♀ Perierant autē aſinæ Cis patris Saul, &
dixit Cis ad Saul filiū ſuum, Tolle tecum vnū de pueris, &
conſurgens vade, & quære aſinas. Qui cū tranſiſſent per
4 montē Ephraim, ♀ & per Terram-ſaliſa, & non inueniſ-
ſent, tranſierunt etiā per Terrā-ſalim, & non erāt: ſed &
5 per Terram-Iemini, & minime repererunt. ♀ Cum autē
veniſſent in Terram-Suph, dixit Saul ad puerum * qui
erat cum eo, Veni, & reuertamur, ne forte dimiſerit pa-
6 ter meus aſinas, & ſolicitus ſit pro nobis. ♀ Qui ait ei,
Ecce vir Dei eſt in ciuitate hac, vir nobilis: omne quod
loquitur, ſine ambiguitate venit. nunc ergo eamus illuc,
ſi forte indicet nobis de via noſtra propter quam venim⁹.
7 ♀ Dixitque Saul ad puerum ſuū, Ecce ibimus: quid fere-
mus ad virū Dei? panis defecit in ciſtarcijs noſtris: & ſpor-
tulam non habemus, vt demus homini Dei, nec quicquā
8 aliud. ♀ Rurſum puer reſpondit Sauli, & ait, Ecce in-
uenta eſt in manu mea quarta pars ſtatêris argenti, de-
9 mus homini Dei, vt indicet nobis viam noſtrā. ♀ (Olim
in Iſrael ſic loquebatur vnuſquiſque, vadens conſulere
Deum, Venite, & eamus ad videntem. qui enim pro-
10 pheta dicitur hodie, vocabatur olim videns.) ♀ Et
dixit Saul ad puerum ſuum, Optimus ſermo tuus, veni,
11 eamus. & ierunt in ciuitatem in qua erat vir Dei. ♀ Cum-
que aſcenderent cliuū ciuitatis, inuenerunt puellas egre-
dientes ad hauriendam aquam, & dixerunt eis, Num hîc
12 eſt videns? ♀ Quæ reſpondentes, dixerunt illis, Hîc
eſt: ecce ante te. feſtina nunc: hodie enim venit in ciui-
13 tatem, quia ſacrificiū eſt hodie'' populi in excelſo. ♀ in-
gredientes vrbem, ſtatim inuenietis eum antequam aſ-
cēdat excelſum ad veſcendū. neque enim comeſturus eſt
populus donec ille veniat. Quia ipſe''benedicet hoſtiæ, &
deinceps''comedēt qui vocati ſunt. nūc ergo conſcendite,
14 quia hodie reperietis eū. ♀ Et aſcenderunt in ciuitatem.
cumq; * ambularēt in medio vrbis, apparuit Samuel egre-
15 diens obuiam eis vt aſcenderet in excelſum. ♀ (Domi-
nus autem reuelauerat auriculam Samuelis ante vnam
16 diem quam veniret Saul, dicens, ♀ Hac ipſa hora,
quæ nunc eſt, cras mittam virum ad te de Terra Ben-
iamin, & vnges eum ducem ſuper populum meum
Iſrael: & ſaluabit populum meum de manu Philiſthi-
norum: quia reſpexi populum meum, venit enim
17 clamor eorum ad me.) ♀ Cumque aſpexiſſet Sa-
muel Saulem, Dominus dixit ei, Ecce, vir quem di-
18 xeram tibi, iſte dominabitur populo meo. ♀ Acceſ-
ſit autem Saul ad Samuelem in medio portæ, & ait,
19 Indica, oro, mihi, vbi eſt domus videntis. ♀ Et re-
ſpondit Samuel Sauli, dicens, Ego ſum videns. aſcende
ante me in excelſum, vt''comedas mecum hodie, & di-
mittam te mane: & omnia quæ ſunt in corde tuo, indi-
20 cabo tibi. ♀ Et de aſinis quas nudiuſtertius perdidiſti, ne
ſolicitus ſis, quia inuentæ ſunt. & cuius erunt optima
21 quæq; Iſrael? nonne tibi & omni domui patris tui? ♀ Re-
ſpondens

Saul filius Cis quærit aſinas patris.

*ſuum

Pueri ſuaſu vadit ad Samuelē.

B

Propheta, olim dicebatur Videns.

Saul conſulturus Videntem, aſcēdit.

''populo

''benedicit

''comedunt

Samuel occurrit Sauli.

*illi

Samueli præcipit Deus vt Saulē vngat in regē. Act. 13. c.

C

Samuel per Spiritum Dei cognoſcit Saulem.

''comedatis

Sauli indicat Samuel aſinas inuentas, & ipſum regem futurū.



ſpondens autem Saul, ait, Nunquid non filius Iemini ego
ſum de minima tribu Iſrael, & cognatio mea nouiſsima
inter omnes familias de tribu Beniamin? quare ergo locu-
tus es mihi ſermonem iſtum? ♀ Aſſumens itaque Samuel 22
Saulem & puerum eius, introduxit eos in triclinium, &
dedit eis locum in capite eorum qui fuerant inuitati. erant
enim quaſi triginta viri. ♀ Dixitque Samuel coco, Da par 23
tem quā dedi tibi, & præcepi vt reponeres ſeorſum apud
te. ♀ (Leuauit autem cocus armum, & poſuit ante Saul.) 24
dixitque Samuel, Ecce quod remanſit, pone ante te, & co
mede: quia de induſtria ſeruatum eſt tibi, quando populū
vocaui. & comedit Saul cū Samuele in die illa. ♀ Et deſcē- 25
derunt de excelſo in oppidum, & locutus eſt cum Saule
in ſolario: ᷾ſtrauitque Saul in ſolario, & dormiuit.
♀ Cumque mane ſurrexiſſent, & iam''dies luceſceret, 26
vocauit Samuel Saulem in ſolario, dicens, Surge,''vt
dimittam te. & ſurrexit Saul: egreſsique ſunt ambo,
ipſe videlicet & Samuel. ♀ Cumque deſcenderent in 27
extrema parte ciuitatis, Samuel dixit ad Saul, Dic
puero vt antecedat nos, & tranſeat: tu autem ſubſiſte
pauliſper, vt indicem tibi verbum'' Domini.

Samuel & locо & cibo honorat Saulem.

''eluceſceret,

''&

''Dei.

*ſpondit autem Saul, & dixit, Annon* 49 *filius Iemini ego ſum,* 50 *de minima tribu* Iſrael? *ſed & familia mea minor eſt omnibus familijs tribus* Beniamin, *cur igitur* 51 *talia mecum* 52 *loqueris? Apprehendens itaque Samuel Saulem & puerum eius, introduxit eos in* 53 *cameram, deditque eis locum* 54 *præcipuum inter eos qui inuitati erant, quorum fermè erant trigita viri. Dixit autem Samuel ad* 55 *coquum, Da partem quam dedi tibi, de qua dixeram vt eam* 56 *apud te reponeres. (*57 *Suſtollens itaque coquus* 58 *armum & quod ſuper ipſum erat, appoſuit Sauli.) & ait [Samuel,]* Ecce *quod* 59 *reliquum eſt, pone ante te & comede: nam ad tempus conſtitutum ſeruatum eſt tibi,* 60 *quum dicerem, Inuitaui* 61 *populum. epulatus eſt igitur Saul eo die cum Samuele. Et quum deſcenderent de excelſo in ciuitatem, loquutus eſt cum Saule* 62 *ſuper tectum. Mane quum ſurrexiſſent, aurora exoriente, vocauit Samuel Saulem ſuper tectum, & dixit,* 63 *Surge, vt dimittam te. & Saul* 64 *ſurrexit, egreſſique ſunt ambo ipſe & Samuel foras. Et deſcendentibus ipſis* 65 *parte aliqua ciuitatis, dixit Samuel ad Saul,* Loquere *ad puerum vt antecedat nos. & prætereijt. Et tu conſiſte* 66 *ad tempus vt indicem tibi verbum* Dei.

## SCHOLIA IN CAP. IX.

1 .i. de tribu Beniamin. 2 fortis robore .i. bellicoſus, & diſciplina militari clarus. 3 ſurſum verſus. 4 eminebat ſuper vniuerſum populum. 5 vel, famulis. 6 Chald. paraph. in terram Auſtralem. 7 .i. tribus Beniamin. 8 Chald. paraph. in terram in qua erat propheta. Sunt qui dicant regionem in qua erat Ramath-ſophim, vocatā fuiſſe Suph. Terra in qua habitabat Samuel, vocabat Suph. 9 Heb. ab aſinabus. 10 nēpe Ramath-ſophī. 11 vel, clarus. inſignis. 12 Heb. omnia quæ dixerit, veniendo venient: 13 Heb. forte indicabit nobis viam noſtram per quam ambulauimus .i. cauſam vię noſtræ ob quā hoc iter ſuſcepimus .q.d. indicabit nobis vbi ſint aſinę patris tui quarū cauſa hoc iter ſuſcepimus. 14 putabāt enim prophetam Dei accipere munera, ſicut diuini eorū faciebant. 15 Heb. panis enim abijt è vaſis .i. ſumus deſtituti cibo. 16 q.d. nihil. 17 inuenitur .i. eſt. 18 .i. id cuius gratia hoc iter ſuſcepimus. 19 vt cōſuleret Deum. 20 & eamus vſque ad. 21 (vocabatur.) 22 Hebr. Rectus eſt ſermo tuus. 23 pergamus. 24 Cum autem aſcenderent cliuum vrbis, inuenerunt. 25 .i. egreditur de domo vt eat ad cœnam, ad conuiuium publicum, in vrbē. 26 vel, à populo .i. quia populus celebraturus eſt hodie conuiuium ex reliquijs hoſtiarum pacificarum quas immolauit Domino. 27 ſub. loco, in quo fiebant conuiuia publica. Vox Hebræa Bama, locus erat prope altare, ſitus in parte editiore vrbis, aut ædificij eminentis, vbi de hoſtia immolata epulaturi accumbebant. 28 ingreſsi fueritis. 29 Heb. ad comedendum. 30 venerit. 31 Heb. benedicet ſacrificio: poſt hoc comedent .i. gratias aget Deo hoſtiæ pacificæ nomine. Agebant gratias Deo Hebræi ante prandium. præterea moris erat apud eos vt qui gratias egerat, præſentium ciborum cauſa, illos frangeret & diſtribueret. Hîc verò tantum mentio fit gratiarum actionis, quod propter morem, fractio & diſtributio facile ſubaudiantur. Chald. paraphr. fractionis tantum meminit, cum dicit, Ipſe enim diuiſurus eſt victimam. Ad hunc locum pertinere videtur locus Lucę, cap. 24. e, vbi de Chriſto profecto in Emmaunta legitur, Dum recumberet cum eis, accepit panem, & benedixit, ac fregit, & porrigebat illis. 32 Hebr. ſecundum diem .i. hac ipſa hora, hoc ipſo temporis articulo. 33 ipſique erant ingreſsi medium. 34 .i. occurrit illis Samuel egreſſus vt aſcenderet in excelſum. (exijt) refertur ad (aſcenſurus.) 35 Hebr. reuelauerat Dominus aurem Samueli .i. indicauerat Samueli aduentum Saulis. Reuelare aurem alicui, eſt ei indicare ſecretum aliquod, vt quæ dicuntur in aurem. 36 hoc ipſo tempore. 37 qui ſeruaturus eſt. 38 .i. afflictionem populi mei. 39 ſubaudi implorantium opem meam. 40 vel, oculos conieciſſet in Saulem. 41 Hebr. dixit illi. 42 dominabitur populo meo. 43 intra portam. In vrbe ipſa, non procul tamen à porta vrbis incurrit Samuel in Saulē. 44 ante me .i. Præcede me. 45 ſummo mane. 46 quæ perierunt tibi .i. quas vt perditas requiris. 47 Heb. de eis ne ponas in cor tuum .i. ne cures de aſinabus. 48 Heb. omne deſyderium Iſraelis? q.d. tu futurus es rex Iſraelis. 49 .i. Beniaminita. 50 Heb. de minimis tribubus. 51 Heb. iuxta verbum hoc. 52 dixiſti? 53 triclinium. 54 Heb. in capite inuitatorum. 55 qui ſcilicet diuiſerat hoſtiam. 56 .i. ſeorſum, vt eam diligenter ſeruares. 57 Suſtollenſque. 58 Vox Hebræa SOC, per ſin, proprie ſignificat crus, cui armus eſt propinquus. 59 vel, ſeruatum erat. 60 quum dixi. ſub. lanio. 61 .i. alios præter hos triginta. 62 in ſolario. vt ſcilicet familiariter illi loqueretur. ſolebant autem deambulare præcipuè poſt cœnam in tecto. nam erant plana tecta, non ſimilia noſtris. 63 .i. Para te itineri. 64 .i. accinxit ſe itineri. 65 .i. extrema parte, id eſt, quum iam deueniſſent in extremam partem vrbis. 66 Hebraiſmus, ſecundū tempus. id eſt, pauliſper. vel, nunc.

## CAP. X.

TVlit autē Samuel lēticulā olei, & effudit ſup caput 1
eius, & deoſculat⁹ eſt eū, & ait, Ecce vnxit te Dn̄s
ſup hæreditatē ſuā in principē, & ᷾liberabis popu
lū ſuū de manib⁹ inimicorū eius qui in circuitu eius ſunt.
& hoc tibi ſignū, quia vnxit te De⁹ in principē''. ♀ Cūque 2
abieris hodie à me, inuenies duos viros iuxta ſepulchrum
Rachel in finib⁹ Bēiamin, in Meridie, dicētq; tibi, Inuētæ
ſunt aſinæ, ad quas ieras perquirēdas: & intermiſsis pater
tuus aſinis, ſolicitus eſt pro vobis, & dicit, Quid faciā de
filio meo? ♀ Cūq; abieris inde, & vltra trāſieris, & veneris 3
ad quercū Thabor, inueniēt te * tres viri aſcēdētes ad Deū
in Beth-el, vn⁹ portās tres hœdos, & alius tres tortas pa-
nis, & ali⁹ portās lagenā vini. ♀ Cūq; te ſalutauerint, dabūt 4
tibi duos panes, & accipies de manu eorū. ♀ Poſt hęc ve- 5
nies in collē Dei, vbi eſt ſtatio Philiſthinorū. Et cū ingreſ
ſus fueris ibi vrbē, obuiū habebis gregē prophetarū deſcē

Saul vngitur in regem ſuper Iſrael. Actor. 13. c. Oſee. 9. d.

''Cum

Signa quib⁹ credat Saul ſe à Deo vnctum in regem.

*ibi

Prophetę laudē Deo canētes inſtrumentis muſicis.

*ACcipiens verò Samuel* 1 *vaſculum olearium, fudit ſuper caput eius, & oſculatus eſt eum, dixitque,* 2 Annon Dominus *vnxit te ducem ſuper hæreditatem ſuam?* Hodie, *ſimul atque à me diſceſſeris, reperies duos viros* 3 *ad ſepulchrum* Rahel, *in limite* Beniamin *in* Zelzal, *qui dicent ad te, Aſinæ ſunt inuentæ quas tu quæſitum ieras: paterque tuus* 4 *abiecta aſinarum ratione, ſolicitus eſt pro vobis, vt dicat,* Quid *faciam* 5 *de filio meo?* 6 Illinc *progreſſus porrò, venies ad quercetum* Thabor, *vbi incident in te tres viri aſcendentes* 7 *ad* Deum Beth-el, *vnus portans tres hœdos, alter ferens tres* 8 *globos panis, tertius geſtans lagenam vini.* 9 *Qui te ſalutate in pace, dabunt tibi duos panes, quos accipies de manu eorum. Poſt hæc venies ad collem* 10 Dei, *vbi ſunt* 11 *ſtationes* Paleſthinorum. *Quumque ingreſſus fueris illuc [in] vrbem, obuiam habebis chorum* 12 *propheta-*

*phetarum deſcendentium 13 de excelſo, anteque eos 14 pſalterium, tympanum, tibia & cithara, & hi 15 prophetabunt.* Et Spiritus Domini *16 prompte te inuadet, vt 17 prophetes & tu cum eis, 18 muterisque in virum alium. Quū itaque tibi hæc ſigna euenerint, 19 fac tibi quæcunque in manum tuam inciderint, quoniam* Deus *20 eſt tecum. 21* Deſcendes *quoque ante me in* Gilgal, *& ecce ego 22 deſcendam ad te, vt ſacrificem holocauſta, & vt immolem ⁒ ſacrificia gratulatoria. ſeptem dies expectabis, donec ego venerim ad te, 23 oſtenderimque tibi quid facias.* Factum *eſt itaque quum ille vertiſſet humerū ſuū, abiſſetque à Samuele, vt* Deus *24 cor eius aliter immutaret, 25 venirentque omnia ſigna illa in die illo.* Et *quum veniſſet illuc, nempe 26 ad collem, ecce chorus 27 prophetarum venit ei obuiam, 28 prompteque eum inuaſit* Spiritus Dei, *29 vt prophetaret inter eos.* Factumque *eſt vt omnes qui eum ab heri & nudiuſtertius nouiſſent, aſpicerent eum, & ecce prophetabat cum prophetis. dixit ergo populus, nempe quiſque ad proximum ſuum, 30* Quid *eſt hoc, quod factum eſt filio* Kis? *num & Saul 31 inter prophetas?* Et *quidam 32 illinc reſpondens dixit,* Et *quis eſt pater 33 eorum? propterea ceſſit in prouerbium, 34* Num *& Saul eſt inter prophetas? Ceſſauit autem 35 prophetare, & venit 36 ad excelſum.* Et *37 patruus* Saulis *dixit ad eum & ad puerum eius,* Quò *abieratis?* Reſpondit, *Quæſitum aſinas: quumque vidiſſemus quòd non [eſſent,] venimus ad Samuelem.* Et *ait patruus Saulis,* I*ndica quæſo mihi quid dixit vobis Samuel,* Reſpondit *Saul patruo ſuo, 38 Conſtanter affirmabat nobis aſinas eſſe inuentas. Cæterum de negotio regni, de quo loquutus fuerat Samuel, 39 nihil indicauit ei.* Et *conuocauit Samuel populum ad* Dominum *in Mizpa.* Dixitque *ad filios* Iſrael, *Sic dicit* Dominus Deus Iſraelis, *40* Ego *eduxi* Iſraelem *de* AEgypto, *& liberaui vos de manu* AEgyptiorum, *& de manu omnium 41 regnorum qui vexarunt vos.* Vos *autem 42 reprobaſtis hodie* Deum *veſtrum, qui vos 43 ſeruauit ex cunctis afflictionibus veſtris, & preſſuris veſtris, & dixiſtis 44 ei, Præfice nobis regem. 45 nunc ergo ſtate 46 coram* Domino *ſecundum tribus veſtras, & ſecundum chiliades veſtras.* Et *quum Samuel 47 applicaſſet cunctas tribus* Iſrael, *48 deprehenſa eſt tribus* Beniamin. Et *quum rurſum applicaſſet tribum* Beniamin *49 iuxta familias ſuas, 50 deprehenſa eſt familia* Matri, *51 deprehenſuſque Saul filius* Kis. *Quumque illum quæſiſſent, non eſt inuentus. 52* Interrogauerunt *igitur rurſus* Dominum, *an adhuc 53 vir [ille] venturus eſſet illuc.* Et *reſpondit* Dominus, Ecce *54 inter arma latitat.* Currentes *igitur, tulerunt eum inde, & conſtitutus in medio populi, ſuper omnem populum ab humero 55 & ſupra 56 emmebat.* Dixitque *Samuel ad vniuerſum populum,* Videtiſne *quem 57 elegit* Dominus, *58 & quòd ei non ſit ſimilis in omni populo? & iubilans vniuerſus populus, dixerunt, 59* Viuat *rex.* Et *loquutus eſt Samuel ad populum 60 ius regni, & ſcripſit in libro, repoſuitque 61 coram* Domino, *& dimiſit Samuel vniuerſum populum, quemque ad domum ſuam. Sed & Saul abijt in domum ſuam in* Gibea, *& 62 comitati ſunt eum de exercitu ij quorum* Deus *cor tetigerat. Porrò filij 63* Belial *dixerunt, 64* Quid? *iſte nos ſeruaret?* Et *contemnentes eum, 65 non obtulerūt ei munus. is vero fuit 66 tanquā diſſimulās.*

dentium de excelſo, & ante eos pſalterium & tympa-
6 num, & tibiam, & citharam, ipſoſque prophetantes. ♀ Et
B
inſilietin te Spiritus Dñi, & prophetabis cum eis, & muta-
Spiritus Dei innouat corda.
7 beris in virum aliū. ♀ Quando ergo euenerint ſigna hęc
omnia tibi, fac quæcunque inuenerit manus tua, quia
8 ″Dominus tecum eſt. ♀ Et deſcendes ante me in Gal-
″Deus
gala: (ego quippe deſcendam ad te) vt offeras oblationē,
& immoles victimas pacificas: ſeptem diebus expectabis,
9 donec veniā ad te, & oſtendā tibi quid facias. ♀ Itaq; cū
auertiſſet humerum ſuum vt abiret à Samuele, immuta-
Cor Saulis immutat Deus.
uit ei Deus cor aliud, & venerunt omnia ſigna hæc in die
10 illa. ♀ Veneruntq; ad prædictum collem, & ecce cuneus
Prophetat Saul.
prophetarū obuius ei: & inſiluit ſuper eum Spiritus ″Do-
11 mini, & prophetauit in medio eorum. ♀ Videntes autem
″Dei,
omnes qui nouerant eum heri & nudiuſtertius, quòd eſſet
cum prophetis, & prophetaret, dixerunt adinuicem,
Quænā res accidit filio Cis? num & Saul inter prophetas?
12 ♀ Reſponditque alius ad alterum, dicens, Et ″Cis pater
″quis pater eorum!
eius? Propterea verſum eſt in prouerbium, Num & Saul
C
13 inter prophetas? ♀ Ceſſauit autem prophetare, & ve-
Prouerbium. Inf.19.d.
14 nit ad excelſum. ♀ Dixitque patruus Saul ad eum, &
ad puerum eius, Quò abiſtis? Qui reſponderunt, Quæ-
rere aſinas: quas cum non reperiſſemus, venimus ad
15 Samuelem. ♀ Et dixit ei patruus ſuus, Indica mihi quid
16 dixerit tibi Samuel. ♀ Et ait Saul ad patruum ſuum, Indi-
cauit nobis quia inuentæ eſſent aſinæ. De ſermone autem
17 regni non indicauit ei quem locutus fuerat ei Samuel. ♀ Et
conuocauit Samuel populum ad Dominum in Maſpha.
18 ♀ Et ait ad filios Iſrael, Hæc dicit Dominus Deus Iſ-
Docet populū Samuel quam grauiter peccarit petendo regem.
rael, Ego eduxi Iſrael de AEgypto, & erui vos de manu
AEgyptiorum, & de manu omnium regum qui afflige-
19 bant vos. ♀ Vos autem hodie proiecistis ˋDominum
Deum veſtrum qui ſolus ſaluauit vos de vniuerſis malis
& tribulationibus veſtris: & dixiſtis, Nequaquam,
ſed regem conſtitue ſuper nos. Nunc ergo ſtate co-
20 ram Domino per tribus veſtras, & per familias. ♀ Et
D
applicuit Samuel omnes tribus Iſrael, & cecidit ſors
″tribus
21 ſuper ″tribum Beniamin. ♀ Et applicuit tribum Ben-
Eligitur Saulis regem.
iamin & cognationes eius, & cecidit ″ſors ſuper cog-
nationem Metri, & peruenit vſque ad Saul filium Cis.
″cognatio
Quæſierunt ergo eum, & non eſt inuentus ˋ illic.
22 ♀ Et conſuluerunt poſt hæc Dominum vtrumnam
venturus eſſet illuc. Reſponditque Dominus, Ecce
23 abſconditus eſt domi. ♀ Cucurrerunt itaque, &
tulerunt eum inde: ſtotitque in medio populi, & al-
24 tior fuit vniuerſo populo ab humero & ſurſum. ♀ Et
ait Samuel ad omnem populum, Certe videtis quem
elegit Dominus, quoniam non ſit ſimilis illi in omni
populo. & clamauit omnis populus, & ait, Viuat
Viuat rex.
25 rex. ♀ Locutus eſt autem Samuel ad populum le-
Sup.8.c.
gem regni, & ſcripſit in libro, & repoſuit coram
Domino: & dimiſit Samuel omnem populum, ſingu-
26 los in domum ſuam. ♀ Sed & Saul abijt in domum
ſuam in Gabaa: & abiit cum eo pars exercitus, quo-
27 rum tetigerat Deus corda. ♀ Filij verò Belial di-
Corda tangit Deus.
xerunt, Num ſaluare nos poterit iſte? Et deſpexe-
runt eum, & non attulerunt ei munera: ille ″enim diſ-
″verò
ſimulabat ſe audire.

### SCHOLIA IN CAP. X.

1 phialā paruam olei. ſiue vnguenti aromatici, hoc eſt phialam plenam balſamo. Hebræi aiunt Saulem non fuiſſe vnctum oleo vnctionis, quo illi ſoli vncti ſunt qui fuerūt è domo Dauid. 2 q.d. Vngo te nomine Dei, & vngēdo, ducē te cōſtituo. 3 (ſub. qui nunc ſunt) iuxta, &c. 4 deſeruerat negotiū aſinarum, (antequam ſcilicet eſſent inuētæ,) & cœperat eſſe ſolicitus de vobis, (vel, pro vobis,) dicendo. 5 vel, propter filiū meum? q.d. Timeo ne filius meꝰ perierit. 6 Cumque inde abieris, & vltra (proceſſeris,) ac veneris in planitiem Thabor, tunc inuenient te (ſiue occurrent tibi.) 7 id eſt, vt orent Deum in Beth-el, vbi erat adhuc altare Iacob. & quia tabernaculum erat deſolatum, licebat illic ſacrificare: neque ſolum illic, ſed & priuatim. 8 tortas. 9 id eſt, Qui vbi imprecati fuerint tibi ſalutem. 10 id eſt, vrbis Cariath-iearim vbi eſt nunc arca Dei. 11 præfecti. vel, præſidia, id eſt, vbi erat adhuc præſidium, &c. Cariath-iearim erat vrbs Iſraelitarum, non Paleſthinorum, licet illi adhuc in ea haberent præſidium. 12 Chaldæus paraphraſtes, diſcipulorum prophetarum qui operam dant legi. Sic Rabini etiam intelligunt. 13 id eſt, de loco conuiuij publici. 14 lyra. 15 Chaldæus paraphr. laudabūt. i. canēt encomia, pſalmos & hymnos in honorem Dei. 16 inſiliet in te. 17 id eſt, laudes

Deum



Deum in hymnis & canticis. 18 vel, mutaberiſque, id eſt, aliam mentem accipies à Deo, maiorem ſapiētiam & magnanimitatem. 19 Hebraiſmus, fac tibi quod inuenerit manus tua. Vacat (tibi,) hoc loco, id eſt, ne timeas bellum ſuſcipere contra hoſtes. 20 id eſt, erit tibi auxilio. 21 Verba Samuelis remittentis Saulem qui illum proſequutus fuerat aliquouſque, quaſi dicat, Recipies te in Galgal, &c. Hæc videntur dicta per anticipationem. nam dixerat hæc in Galgal Samuel, nec tamen expectauit, ſed ſacrificauit ſolus ſine Samuele: ob id regnum eius non fuit ſtabile. 22 id eſt, reuertar. ⁒ victimas pacificas. 23 & oſtendam, id eſt, dicam tibi an regnum tuum firmum ſit futurum. 24 quaſi dicat, immiſit illi mentem aliam, & cor regium, ſiue regios ſpiritus. 25 & euenerunt. 26 ſubaudi, Cariath-iearim. 27 Per prophetas Hebræi intelligunt diſcipulos prophetarum, ſtudioſos Sacrarum literarum. 28 & inſiluit (vel irruit) in eum, id eſt, cœpit agi Spiritu diuino. 29 & prophetauit. Chaldæus paraphraſtes, & laudabat Deum vnà cum illis, & canebat cantica in honorem Dei. 30 vel, Quidnam accidit. 31 ſubaudi, erat antea, quaſi dicat, qui fit vt nunc prophetet, qui non erat antea propheta? hæc mutatio fuit admodum repentina. 32 id eſt, de illo loco, qui illic aderat, ex populo illo, qui ſciebat antea Saulē non fuiſſe prophetam. 33 aliorum prophetarum ſcilicet. quis docuit eos prophetiam? quis fuit magiſter eorum? non putatis eū propterea eſſe prophetam quod pater eius non ſit propheta? an patres aliorum fuerunt prophetæ, vt ſit neceſſe iſtius patrem eſſe prophetam vt ſit propheta? Chaldæus paraphraſtes, ſic interpretatur, Et quis eſt magiſter eorum? quaſi dicat, qui docuit illos, potuit & Saulem docere: qui dedit alijs ſpiritum prophetiæ, potuit & dare Sauli. 34 vel, Nunquid etiam, &c. Prouerbium in eos qui quū prius eſſent obſcuri, fiunt clari & nobiles, quaſi dicat, poteſt Dominus docere quos vult, & donare ſpiritu prophetico. 35 id eſt, dicere laudes Deo, & canere cantica in laudem Dei. 36 id eſt, in domum conuiuij.

37 Chaldæus paraphraſtes, frater patris, &c. Quidam aiunt patruū Saulis fuiſſe in loco illo Cariath iearim. alij aiunt Scripturam reticere multa, quomodo illinc abierit. 38 Hebraiſmus, Indicando indicauit. 39 Hoc tribuitur modeſtiæ Saulis. 40 ſubaudi, & non alius. 41 ſubaudi, hominum. 42 repudiaſtis. ſpreuiſtis. 43 ſeruat. vel, eripere ſolet. 44 ei, (Non,) ſed præfice, &c. quaſi dicat, Nequaquam acquieſcemus verbis tuis, ſed, &c. Chaldęus paraphraſtes, minus recte, Non poterimus reſiſtere inimicis noſtris, niſi regem conſtituas. 45 quoniam ſcilicet noluiſtis acquieſcere monitis meis. 46 Hoc dicit quod hæc fierent coram altari: aut quod adduxerant arcam: aut quod ſacerdos aderat. 47 accedere feciſſet. admouiſſet. 48 capta eſt. vel, ſorte electa eſt. 49 ſubaudi, proiecit ſortes ſuper eas, &c. 50 id eſt, ſors cecidit ſuper cognationem Matri. 51 id eſt, ſorſque cecidit ſuper Saulem. 52 vel, Conſuluerunt. 53 id eſt, electus Saul. 54 Hebraiſmus, inter vaſa, id eſt, impedimenta & ſupellectilem. 55 ſurſum verſus. 56 vel, altior erat. 57 quaſi dicat, virum fortiſsimum. 58 Hebraiſmus, non enim eſt ſimilis illi. 59 Chaldæus paraphraſtes, Sit fœlix rex. Cedant omnia regi fœliciter. 60 id eſt, ius quod habet in ſubditos qui regiam dignitatem obtinet. 61 id eſt, ad latus arcæ Domini. Hic liber perijt cum multis alijs. non continebat iura tyrannidis, ſed iura regni & æquæ adminiſtrationis. 62 Chaldæus paraphraſtes, abijt cum eo pars populi quæ timebat Dominum, & in cuius cor immiſerat Dominus timorem ſui. 63 id eſt, improbitatis, filij improbi. 64 (In) quo ſeruabit nos iſte? id eſt, Qua ratione tuebitur & defendet nos iſte qui eſt infimæ ſortis? 65 ſubaudi, vllum tanquam regi, quo eum regem agnoſcerent. Chald. paraph. non venerunt eum ſalutatum. Hoc de prima ſalutatione intelligi debet, quæ fieri non debebat ſine muneribus. 66 tacens. vel, rem diſsimulabat. q.d. ille probe hoc diſsimulauit. Verti poteſt, fuit veluti ſurdus. obſurduit Saul ad omnia quæ dicebantur ipſi de hoſtibus ſuis.

## CAP. XI.

Naas Ammonites obſidet Iabes-Galaad.
ET factum eſt quaſi poſt menſem, aſcendit Naas 1
Ammonites, & pugnare cœpit aduerſum Iabes-Ga
laad. Dixerūtq; omnes viri Iabes ad Naas, Habeto
nos fœderatos, & ſeruiemus tibi. ♀ Et reſpōdit ad eos Naas 2
Ammonites, In hoc feriam vobiſcū fœdus, vt eruam om-
nium veſtrum oculos dextros, ponamque vos opprobriū
Iabenitæ petunt auxilium à Saule.
in vniuerſo Iſrael. ♀ Et dixerunt ad eum ſeniores Iabes, 3
Concede nobis ſeptem dies, vt mittamus nuntios ad vni-
uerſos terminos Iſrael: & ſi non fuerit qui defendat nos,
egrediemur ad te. ♀ Venerunt ergo nuntij in Gabaa 4
B Saulis: & locuti ſunt verba hæc audiente populo: & le-
Saul Spiritu Dei accenſus, promittit Iabenitis auxilium.
uauit omnis populus vocem ſuam, & fleuit. ♀ Et ecce 5
Saul veniebat, ſequens boues de agro, & ait, Quid habet
populus quòd plorat? Et narrauerunt ei verba virorum
″Dei
Iabes. ♀ Et inſiluit Spiritus ″Domini in Saul, cum au- 6
diſſet verba hæc, & irat⁹ eſt furor eius nimis. ♀ Et aſſumēs 7
vtramq; bouem, concidit in fruſta, miſitque in omnes
terminos Iſrael per manum nuntiorum, dicens, Qui-
Timor Dei.
C cunque non exierit, & ſecutus fuerit Saul & Samuel, ſic
330000 bellatorum.
fiet bobus eius. Inuaſit ergo timor Domini populum, &
egreſsi ſunt quaſi vir vnus. ♀ Et recenſuit eos in Bezec: 8
fueruntque filiorum Iſrael trecenta millia, virorum autem
Iuda triginta millia. ♀ Et dixerunt nuntijs qui venerant, 9
Sic dicetis viris qui ſunt in Iabes-Galaad, Cras erit vobis
ſalus, cum incaluerit ſol. Venerunt ergo nuntij, & an-
nuntiauerunt viris Iabes: qui lætati ſunt. ♀ Et dixerunt, 10
Mane exibimus ad vos: & facietis nobis omne quod pla-
Saul occidit Ammonitas.
cuerit vobis. ♀ Et factum eſt, cum dies craſtinus veniſ- 11
ſet, conſtituit Saul populum in tres partes: & ingreſſus
D eſt media caſtra in vigilia matutina, & percuſsit Ammon
vſque dum incaleſceret dies: reliqui autem diſperſi ſunt,
″ex
ita vt non relinquerentur ″in eis duo pariter. ♀ Et ait po- 12
Supra.10.d.
pulus ad Samuelem, Quis eſt iſte qui dixit, Saul num
Vindictam prohibet Saul, & victoriam Deo tribuit.
regnabit ſuper nos? Date viros, & interficiemus eos. ♀ Et 13
ait Saul, Non occidetur quiſquam in die hac, quia ho-
die fecit Dominus ſalutem in Iſrael. ♀ Dixit autem Sa- 14
Innouatio regni Saulis.
muel ad populum, Venite, & eamus in Galgala, & inno-
uemus ibi regnum. ♀ Et perrexit omnis populus in 15

*A 1 Scenderat autem* Nahas Ammonites, *& caſtra fixerat contra* Iabes-Gilead. *dixerunt ergo omnes ciues* Iabes *ad* Nahas, *2* Feri *nobiſcum fœdus, ſeruiemuſque tibi.* Reſpondit *eis* Nahas Ammonites, Hac *lege fœdus vobiſcum feriam, ſi omnium veſtrum oculum dextrum 3 effodero, 4 probrumque hoc vniuerſo* Iſraeli *impegero.* Ad *quem ſeniores* Iabes *dixerunt, 5* Inducias *da nobis ſeptem dies, 6 & mittemus nuntios in omnes limites* Iſraelis: *& ſi nemo fuerit qui 7 aſſerat nos, 8 egrediemur ad te.* Venientes *igitur nuntij in* Gibea Saulis, *loquuti ſunt hæc verba in auribus populi: omniſque populus ſublata voce ſua fleuit.* Et *ecce* Saul *veniebat ex agro 9 poſt pecus, & ait* Saul, Quid *eſt populo quòd [ſic] flent? & recenſuerunt ei verba virorum* Iabes. *10* Prompte *ergo inuaſit* Spiritus Dei *Saulem, quum huiuſmodi verba audiſſet, & 11 incaluit naſus eius vehementer.* Aſſumenſque *par boum, in fruſta conſcidit eos, & miſit per omnes limites* Iſraelis *per manum nuntiorum, dicens,* Quicunque *non fuerit egreſſus poſt* Saulem *& poſt 12* Samuelem, *ſic fiet bobus eius. & 13 cecidit pauor* Domini *ſuper populum, egreſsique ſunt 14 ad vnum vſque.* Et *recenſuit 15 eos 16 in* Beſec, *fueruntque filiorum* Iſrael *trecenta millia, & virorum* Iehuda *triginta millia.* Dixeruntque *ad nuntios qui venerant,* Sic *dicetis ciuibus* Iabes-Gilead, Cras *cum ſol incaluerit, erit vobis ſalus.* Et *venerunt nuntij, indicaueruntque ciuibus* Iabes, *& gauiſi ſunt.* Et *dixerunt ciues* Iabes, Cras *17 egrediemur ad vos, 18 & facietis nobis iuxta omnia quæ vobis bona videntur.* Poſtero *die factum eſt vt* Saul *ordinaret populum 19 in tria capita, 20 venienteſque in media caſtra 21 in vigilia matutina, percuſſerunt* Ammonitas, *donec 22 incaleſceret dies, quique reliqui fuerunt, adeò ſparſi ſunt, vt ne duo quidem ex eis 23 ſimul relinquerentur.* Dixitque *populus ad* Samuelem, Quis *eſt 24 qui dixit, 25* Regnaretne Saul *ſuper nos?* Date *viros illos, & interficiemus eos.* Et *dixit* Saul, Non *interficietur quiſquam hoc die, quoniam hodie 26 ſalutem operatus eſt* Dominus *in* Iſraele. Dixit *autem* Samuel *ad populum,* Venite, *eamus in* Gilgal, *27 & innouemus ibi regnum.* Et *iniit vniuerſus populus in*

*Gilgal, & 28 inaugurarunt illic Saulem regem 29 coram Domino in Gilgal, ſacrificaruntque ibi 30 ſacrificia gratulatoria coram Domino: & lætati ſunt ibi admodum Saul & cuncti Iſraelitæ.*

Galgala, & fecerunt ibi regem Saul caram Domino in Galgala, & immolauerunt ibi victimas pacificas coram Domino: & lætatus eſt ibi Saul, & cuncti viri Iſrael nimis.

## SCHOLIA IN CAP. XI.

1 Poſtquam ſcilicet fuit conſtitutus rex. Quidam aiunt Iſraelitas regem petijſſe, quòd audirent hūc regem copias parare in ſe. 2 quaſi dicat, Parati ſumus nos dedere, ſi velis nos habere confœderatos. 3 vel, eruero. 4 Heb. & ponam illud probrum ſuper omnem Iſrael, id eſt, hac ratione ignominia afficiam Iſraelem. 5 Ita Chaldęus paraphraſtes, Hebraice legitur, Dimitte nos ſeptem dies. 6 vt mittamus. 7 defendat. 8 id eſt, dedemus nos tibi. 9 vel, ſequens boues. 10 Irruit ergo Spiritus Dei in Saulem. Chaldæus paraphraſtes, ſpiritus fortitudinis miſſus eſt à Deo in Saulem, id eſt, reddidit eum Deus fortiorem quàm prius erat. 11 iratus eſt furor eius, id eſt, excanduit vehementer. 12 Adijcit Samuelem, quod nondum eſſet rex approbatus ab omnibus. 13 id eſt, terruit eos Deus, quo factum eſt vt ſecutus ſit populus Saulem, timens Deum. 14 Heb. quaſi vnus vir. i. vnanimi cōſenſu. 15 ſub. qui fuerāt egreſſi ad bellum. 16 ſic recte. Alij minus recte vertunt per calculos, id eſt iniectis in vnum aceruum calculis quos numerauit poſtea Saul. 17 id eſt, faciemus deditionem. 18 vt faciatis. 19 in tres turmas. 20 vel, impreſsionemque facientes. vel, inuadenteſque. 21 Nox apud Hebræos modo in quatuor vigilias diuiditur, modo in tres, vt hoc loco. Vigiliam matutinam vocat vltimam, nempe ſub aurora. 22 id eſt, vigeret æſtus ſolis. 23 ſub. fugientes. ita Chaldæus paraphraſtes. 24 qui dicebat nuper. Hoc dicitur ironice. qui dicebat ante partam victoriam. 25 Regnabit, &c. q. d. nequaquam. 26 .i. dedit claram & inſignem victoriam Iſraeli de hoſtibus ſuis. Exēplum clementiæ regni Saulis. 27 .i. vt tribuamus denuo Sauli dignitatem regiam, & confirmemus eum regem. 28 conſtituerunt. 29 id eſt, coram altari Domini quod erat conſtructum in Galgal. 30 victimas pacificas.

## CAP. XII.

*SAmuel verò dixit ad vniuerſum Iſraelem, Ecce 1 auſcultaui voci veſtræ in omnibus quæ loquuti eſtis ad me, & præfeci vobis regem, nunc igitur ecce rex ipſe 2 incedit ante vos. Etenim ego ſenex ſum & canus, (filij verò mei 3 vobiſcum ſunt,) & 4 verſatus ſum coram vobis à pueritia mea in hunc vſque diem. 5 En ego, 6 teſtificabimini de me 7 coram Domino, & coram 8 vncto eius, cuius bouem 9 accepi? cuius verò aſinum accepi? 10 cui vim intuli? aut quem 11 contriui? de cuius verò manu accepi 12 munus expiatorium, 13 vt ei oculis meis conniuerem? & reſtituam vobis. Dixerunt, Non 14 intuliſti nobis vim, nec 15 confregiſti nos, nec accepiſti 16 quidquam de manu vllius hominis. Et dixit ad eos, Teſtis eſt Dominus contra vos, & teſtis eſt vnctus eius in die hac, quòd non inueniſtis in manu mea quidquam. Et ait [17 populus,] Teſtis. Dixitque Samuel ad populum, Dominus, 18 qui fecit Moſen & Aharonem, & qui eduxit patres veſtros ex terra AEgypti. Nunc igitur ſtate, 19 ſiſtamque me iudicio vobiſcum coram Domino de omnibus 20 iuſtitijs Domini quas fecit vobiſcū, & cum patribus veſtris. Quum Iacob ingreſſus eſſet AEgyptum, & clamaſſent patres veſtri ad Dominum, 21 miſit Dominus Moſen & Aharonem, qui eduxerunt patres veſtros ex AEgypto, 22 collocaruntque eos in iſtum locum. Et quū obliti eſſent Domini Dei ſui, vendidit eos in manum Siſeræ ducis exercitus Haſor, & in manum Paleſthinorum, & in manū regis Moab, qui bellum geſſerunt cum eis. Et clamauerunt ad Dominum, dixeruntque, Peccauimus, quoniam deſeruimus Dominum, & coluimus Baalim & Aſtaroth: nunc ergo eripe nos de manu hoſtium noſtrorum, & ſeruiemus tibi. Tunc miſit Dominus Ierubaal, & Bedam, Iephte, & Samuel, & eripuit vos de manu hoſtium veſtrorum qui circum vos erant, 23 vt tuto habitaretis. 24 Sed & vidiſtis quòd Nahas rex filiorum Ammon venit contra vos, 25 & dixiſtis ad me, 26 Non, ſed rex imperitabit nobis. quum tamen Dominus Deus veſter rex veſter eſſet. Nunc igitur en rex veſter, quem elegiſtis, quem poſtulaſtis, en Dominus conſtituit ſuper vos regem. Si timueritis Dominum, & ſeruieritis ei, atque vocem eius audieritis, neque rebelles fueritis 27 ori Domini, tam vos quā rex qui imperat vobis, 28 eritis poſt Dominum Deum veſtrum. Quod ſi vocem Domini non audieritis, orique Domini rebelles fueritis, 29 erit manus Domini cōtra vos, 30 & contra 31 patres veſtros. Sed & nūc conſiſtite, & ſpectate rem iſtam grandem, quam Dominus 32 facit coram oculis veſtris. 33 Annon hodie meſsis eſt triticea? 34 Clamabo ad Dominum, & edet tonitrua & pluuiam, vt cognoſcatis & videatis quòd malitia veſtra magna ſit, quam feciſtis in oculis Domini, poſtulando vobis regem.*

## CAP. XII.

1 DIxit autem Samuel ad vniuerſum Iſrael, Ecce
audiui vocem veſtram iuxta omnia quæ locuti
2 eſtis ad me, & conſtitui ſuper vos regem: ♀ &
nunc rex graditur ante vos. Ego autem ſenui, & incanui
(porrò filij mei vobiſcū ſunt) itaq; cōuerſatus corā vobis
3 ab adoleſcētia mea vſq; ad hanc diē. ♀ Ecce præſto ſum,
loquimini de me corā Domino, & corā chriſto eius, vtrū
bouē cuiuſquā tulerim, aut aſinū, ſi quempiam calūniatus
ſum, ſi oppreſsi aliquē, ſi de manu cuiuſquā mun᷒ accepi,
4 & contemnā illud hodie, reſtituamq; vobis. ♀ Et dixerūt,
Non es calūniatus nos, neq; oppreſsiſti, neque tuliſti de
5 manu alicuius quippiā. ♀ Dixitq; ad eos, Teſtis eſt Dominus
aduerſum vos, & teſtis chriſtus ei᷒ in die hac, quia
non inueneritis in manu mea quippiā. Et dixerūt, Teſtis.
6 ♀ Et ait Samuel ad populū, Dominus qui fecit Moyſen &
Aarō, & eduxit patres noſtros de Terra-AEgypti, adeſt.
7 ♀ Nunc ergo ſtate, vt iudicio contendā aduerſum vos coram
Domino de omnib᷒ miſericordijs Domini, quas fecit
8 Dominus vobiſcū, & cum patribus veſtris: ♀ Quomodo
Iacob ingreſſus eſt in AEgyptū, & clamauerūt patres veſtri
ad Dominū: & miſit Dominus Moyſen & Aaron, &
eduxit patres veſtros de AEgypto, & collocauit eos in
9 loco hoc. ♀ Qui obliti ſunt Domini Dei ſui, & tradidit
eos in manus Siſaræ magiſtri militiæ regis Haſor, & in
manu Philiſthinorū, & in manu regis Moab, & pugnaue-
10 rūt aduerſum eos. ♀ Poſtea autē clamauerūt ad Dominū,
& dixerūt, Peccauim᷒ quia dereliquimus Dominū, & ſer-
uiuimus Baalim & Aſtaroth, nunc ergo erue nos de manu
11 inimicorū noſtrorum, & ſeruiemus tibi. ♀ Et miſit Dominus
Ierobaal & Badan & Sāſon, & Barac, & Iephte & Sa-
muel, & eruit vos de manu inimicorū veſtrorū per circui-
12 tū, & habitaſtis confidenter. ♀ Videntes autē quòd Naas C
rex filiorum Ammon veniſſet aduerſum vos, dixiſtis
mihi, Nequaquā, ſed rex imperabit nobis: cum Dominus
13 Deus veſter regnaret in vobis. ♀ Nunc ergo præſtò eſt
rex veſter, quem elegiſtis & petiſtis, ecce dedit vobis Dñs
14 regem. ♀ Si timueritis Dominum, & ſeruieritis ei, & au-
dieritis vocē eius, & non exaſperaueritis os Domini, eri-
tis & vos, & rex qui imperat vobis, ſequentes Dominū
15 Deum veſtrum. ♀ Si autem non audieritis vocem Domi-
ni, ſed exaſperaueritis ſermones eius, erit manus Domini
16 ſuper vos, & ſuper patres veſtros. ♀ Sed & nunc ſtate, &
videte rem iſtam grandem, quam facturus eſt Dominus in
17 conſpectu veſtro. ♀ Nunquid non meſsis tritici eſt
hodie? Inuocabo Dominum, & dabit voces, & plu-
uias: & ſcietis & videbitis quia grande malum feceritis
vobis in conſpectu Domini, petentes ſuper vos regem.
♀Et

Samuel iudex iā reget.

Boni iudicis ſiue principis exēplum.
Eccl. 46. d.

Arguit Samuel populum ingratitudinis erga B Deum, quod pro Deo rege, hominem regē petierit.
Gene. 46. a.

Iudicum. 4.

Deus miraculo cogit dura corda fateri peccatum.
Lex.



D ♀ Et clamauit Samuel ad Dominum, & dedit Dominus 18
voces, & pluuias in illa die. ♀ Et timuit omnis populus ni- 19
mis Dominum & Samuelem. Et dixit vniuerſus populus
ad Samuelem, Ora pro ſeruis tuis ad Dominum Deum
tuum, vt non moriamur: addidimus enim vniuerſis pecca
tis noſtris malum, vt peteremus nobis regem. ♀ Dixit au- 20
tem Samuel ad populum, Nolite timere, (vos feciſtis vni-
uerſum malum hoc: veruntamen nolite recedere à tergo
Domini, ſed ſeruite Domino in omni corde veſtro. ♀ Et 21
nolite declinare poſt vana, quæ non proderunt vobis, ne-
que eruent vos, quia vana ſunt.) ♀ Et non derelinquet Do 22
minus populum ſuum, propter nomen ſuum magnū: quia
iurauit Dominus facere vos ſibi populum. ♀ Abſit autem 23
à me hoc peccatū in Domino, vt ceſſem orare pro vobis,
& docebo vos viam bonam & rectam. ♀ Igitur timete Do- 24
minum, & ſeruite ei in veritate & ex toto corde veſtro.
vidiſtis enim magnifica, quæ in vobis geſſerit Dominus.
♀ Quòd ſi perſeueraueritis in malitia: & vos & rex veſter 25
pariter peribitis.

Oratio.
Opera.
Oratio. Via recta. Seruire Deo.

*Et clamauit Samuel ad Dominum, & edidit Dominus tonitrua & pluuiam in die illa, vniuerſuſque populus vehementer timuit Dominum & Samuelē. Et dixit vniuerſus populus ad Samuelem, Precare pro ſeruis tuis ad Dominum Deum 35 tuū, ne moriamur: quoniam omnibus peccatis noſtris [hoc] malum adiecimus vt peteremus nobis regem. Et ait Samuel ad populum, Ne metuatis, (vos quidem vniuerſum hoc 36 malum deſignaſtis, veruntamen 37 ne recedatis à Domino, quin potius ſeruite Domino in toto corde veſtro. Ne 38 recedatis inquam [præſertim] poſt vana, quæ nil proderunt, nec eripient, quandoquidem 39 vana ſunt.) Etenim Dominus non deſeret populum ſuum, idque 40 propter nomen ſuum magnum. 41 quandoquidem animum adiecit [ad hoc] Dominus, vt vos ſibi faciat in populum. Et à me quoque procul abſit, vt peccem cōtra Dominum, 42 ceſſemque pro vobis ſupplicare: 43 quin potius dirigam vos in via bona & recta, Modo timeatis Dominum, & ſeruiatis ei in veritate, in toto corde veſtro. etenim conſyderate 44 quàm magnifica vobis fecerit. Quòd ſi pergitis malefacere, & vos & rex veſter peribitis.*

## SCHOLIA IN CAP. XII.

1 .i. acquieui petitioni veſtræ. 2 gradietur. i. remp. veſtram eſt moderaturus me ſene. 3 .i. ſuccedent in locum meum: poteritis eos conſulere. 4 Heb. pro, remp. veſtram adminiſtraui. 5 vel, Adſum. q. d. Paratus ſum reddere rationē officij mei. 6 teſtificamini. vel, incuſetis me. ſub. ſi poteſtis. q. d. paratus ſum audire accuſatiões veſtras, ſi accuſare me vultis. 7 ſiue, apud Deum. 8 .i. Saule quem eius iuſſu vnxi in regem. 9 ſub. in vſum meum. 10 quem calumniatus ſum? .i. quem ſuis opibus calumnia priuaui? 11 vel, pulſaui? ſiue, pulſandum curaui? .i. quem læſi aut in pecunia, aut in corpore ipſo? 12 redemptionem .i. munus pro redemptione. 13 Heb. & texi oculos meos propter illum? vt ſcilicet diſsimularē me videre peccatum eius. 14 calumniatus es nos. 15 vel, contriuiſti. ſub. in corpore. 16 ſub. ꝙ eſſet noſtrū. 17 vel, vnus pro omnibus. aut vertēdum dixerunt, ſub. omnes vna voce. 18 .i. qui reddidit eos claros & nobiles, ſiue magnificauit eos, & docuit. Chaldæus paraphra. qui fecit miracula per eoſdē. Eſt autem eclipſis, deeſt enim, eſt teſtis. q. d. habeo innocentiæ meæ Deum teſtem grauiſſimum, qui Moſen clarum, &c. 19 Heb. diſceptaboque. vel, vt diſceptem. i. vt contendam aduerſum vos iudicio, ipſo Deo iudice. 20 .i. beneficijs. Iuſtitiam pro beneficio Hebræi aliquando accipiunt, ſiue pro eleemoſyna: quod homines iuſtos declaret. 21 miſertus videlicet illorum. 22 habitareque fecerunt. i. fuerunt cauſa per doctrinam ſuam vt iſthuc veneritis. 23 & habitaſtis ſecuri. i. in magna ſecuritate animi. 24 Et (tamen) quum vidiſſetis. 25 dixiſtis, ſine coniunctione, propter (tamen) præcedens. 26 vel, Nequaquam. ſub. acquieſcemus tibi. quum ſcilicet dehortarer vos à rege petendo. 27 .i. mandatis. 28 .i. diu permanebitis, ſiue diutiſsime viuetis colentes Deū veſtrum. 29 hoc eſt, affliget vos vt maiores veſtros quando fuerūt inobedientes. Chaldæus paraphr. vertit, plaga Domini contra vos. 30 &, pro vt, ſimilitudinis. 31 Quidam Hebræorum interpretantur patres, reges: nam quod eſt pater filio, id rex debet eſſe ſubdito. 32. facturus eſt. 33 Hebræi aiunt tempore meſsis non ſolere pluere in Terra ſancta. Alij, à XVII Martij vſque ad menſem Octobrem non pluere. vtcūq; res habeat, erat ſudum quum hęc dicebātur. 34 ſub. Et (tamen) clamabo. 35 Non dicit noſtrum: quod eum offendiſſent. 36 Chaldæus paraphr. hoc intelligit de pluuia. q. d. fuiſtis cauſa huius tantæ pluuię & tonitrui. Doctus inter Hebręos, intelligit petendo regem, Feciſtis grande malum petendo regem. 37 .i. ne deſtiteritis ſequi Dominum. 38 recedatis, inquam, (à Domino) poſt vana: (quia tum ſequeremini, ſiue adhæreretis) poſt vanitatem .i. deos vanos. Alij vertunt, Et ne recedatis poſt deos vanos .i. ne adhæreatis cultui eorum. 39 vel, mera vanitas. 40 .i. propter famam ſuam celebrem. nam bene audit apud Gentes: apud quas male audiret ſi desereret vos. 41 Heb. quia voluit Dominus facere vos ſibi in populum, id eſt, ſtatuit vos ſibi eſſe populū, quaſi dicat, propter nomen ſuum magnum inter Gentes quæ audiuerūt quod ipſe voluit vos facere ſibi in populum. 42 ceſſando. 43 (ſub. orabo quidem pro vobis) & docebo vos (incedere) per viam bonam & rectam: Veruntamen timete Dominum, & colite illum in veritate, id eſt, ſine ſimulatione. 44 Hebraiſmus, quæ magnificauit facere vobiſcum, id eſt, videte mirabilia quæ fecit ante vos, vel in gratiam veſtri.

## CAP. XIII.

FIlius vnius anni erat Saul cum regnare cœpiſſet, 1
duobus autem annis regnauit ſuper Iſrael. ♀ & ele- 2
git ſibi Saul tria millia de Iſrael: & erant cum Saul
duo millia in Machmas, & in monte Beth-el: mille autem
cum Ionatha in Gabaa Beniamin. porrò cæterum popu-
lum remiſit vnunquenque in tabernacula ſua. ♀ Et per- 3
cuſsit Ionathas ſtationem Philiſthinorum, quæ erat in
Gabaa. quod cum audiſſent Philiſthijm, Saul cecinit
buccina in omni terra, dicens, Audient Hebræi. ♀ Et 4
vniuerſus Iſrael audiuit huiuſcemodi famam, Percuſsit
Saul ſtationem Philiſthinorum: & erexit ſe Iſrael ad-
uerſus Philiſthijm. clamauit ergo populus poſt Saul
in Galgala. ♀ Et Philiſthijm congregati ſunt ad præ- 5
liandum contra Iſrael, triginta millia curruum, & ſex
millia equitum, & reliquum vulgus, ſicut arena quæ
eſt in litore maris plurima. & aſcendentes caſtrame-
B tati ſunt in Machmas ad Orientem Beth-auen. ♀ Quod 6
cum vidiſſent viri Iſrael ſe in arcto poſitos, (afflictus
enim erat populus) abſconderunt ſe in ſpeluncis, & in ab-
ditis, in petris quoq;, & in antris, & in ciſternis. ♀ Hebræi 7
autem tranſierunt Iordanem in terram Gad & Galaad.
Cumque adhuc eſſet Saul in Galgala, vniuerſus populus

Percutiūtur Philiſthæi à Saule & Ionatha, Inf. 15. d.

autem Philiſthæis rurſum congregatis, pauidi Iſraelitæ abdunt ſe in cauernas.

*SAul fuit in regno ſuo [quemadmodum] puer [vnius] anni, (2 ſicque regnauit duobus annis ſuper Iſraelem.) 3 elegit autem ſibi Saul tria millia ex Iſraele, duo millia fuerunt cum Saule in Michmas, & in monte Beth-el, mille verò fuerunt cum Ionathan in Gibea-beniamin: reliquum verò populum amandauit, quenq; 4 ad tentoria ſua. Et Ionathan percuſsit 5 ſtationem Paleſthinorum quæ erat in colle, audieruntque id Paleſthini: & Saul cornu claſsicum canebat per vniuerſam terram, dicens, 6 Audiant [hoc] Ebræi. Et omnes Iſraelitæ audierunt quòd diceretur, 7 Percuſsit Saul 8 ſtationem Paleſthinoram, & etiam quòd 9 fœteret Iſrael apud Paleſthinos: conuocatus eſt itaque populus poſt Saulem in Gilgal. Et Paleſthini quidem congregati ſunt vt pugnarent cum Iſraelitis, triginta ſcilicet millia 10 curruum, ſex millia equitum, & populus [multus] quaſi harena quæ eſt in litore maris, præ multitudine: aſcenderuntque & caſtrametati ſunt in Michmas 11 ex oppoſito 12 Beth-auen. Viri autem Iſraelitæ videntes ſeſe in anguſtias redactos, (populus enim 13 preſſus erat,) abſcondit ſe populus in ſpeluncas, in 14 ſpineta, in petras, in 15 arces, atque in 16 foueas. 17 Porrò trans Iordanes traiecerunt Iordanem 18 in terram Gad & Gilead. Saul autem 19 adhuc erat in Gilgal, omniſque*

 populus

*populus 20 ſequutus eum territus eſt.* Et *expectauit ſeptem dies 21 vſque ad tempus conſtitutum à* Samuele, *22 ſed non venit* Samuel *in* Gilgal, *diffluxitque populus ab eo.* Et *dixit* Saul, *Afferte ad me holocauſtum & pacifica ſacrificia. & ſacrificauit holocauſtum. Quumq; iam confeciſſet holocauſta, 23* Samuel *venit, & egreſſus eſt* Saul *et obuiam, 24 vt gratularetur aduentui eius.* Samuel *ergo ait, Quid feciſti?* Reſpondit Saul, *Quandoquidem vidi quod populus à me dilaberetur, neque tu venires ad tempus 25 dierum, & quod* Paleſthini *congregati eſſent in* Michmas, *Cogitaui,* Deſcendent *nunc* Paleſthini *ad me in* Gilgal, *26 necdum* Dominum *conſulueram, 27 auſus ergo ſum [vel inuitus] ſacrificare holocauſtum.* Et *ait* Samuel *ad* Saul, *Stultus 28 factus es, 29 non obſeruaſti præceptum* Domini *dei tui quod ille tibi 30 præcepit. 31 equidem parauerat* Dominus *regnum tuum ſuper* Iſraelem *32 perpetuò. Sed iam non 33 firmum erit regnum tuum: quæſiuit* Dominus *ſibi virum iuxta cor ſuum, cui præcepit* Dominus *vt dux ſit ſuper populum ſuum: quoniam tu non obſeruaſti quæ præcepit tibi* Dominus. Et *34 ſurgens* Samuel *aſcendit de* Gilgal *in* Gibea Beniamin, *&* Saul *recenſuit populum 35 qui [adhuc] inueniebatur apud eum, fere ſexcentos viros.* Manſerunt *ergo* Saul *&* Ionathan *filius eius, atque populus 36 qui ſibi erat, 37 habitantes in colle* Beniamin: Paleſthini *verò 38 caſtrametati ſunt in* Michmas. Et *egreſſus eſt vaſtator ille ex caſtris* Paleſthinorum *39 [cum] tribus agminibus: vnum agmen 40 vergebat 41 verſus* Aphra *ad terram 42* Sual. *Aliud agmen 43 vergebat itinere* Beth-horon: *porrò, tertium agmen 44 vertebat ad viam termini qui conſpicitur ſupra vallem 45* Zeboim *verſus deſertum.* Nec *inueniebatur per totam terram* Iſrael *46 faber: dixerant enim* Paleſthini, Ne *fortè faciant* Hebræi *gladium aut lanceam. Quin omnes* Iſraelitæ *47 deſcenderunt ad* Paleſthinos, *quiſque ſcilicet ad 48 reficiendum cultrum ſuum [49 aratri,] vomerem ſuum, 50 ſecurim ſuam, & ſarculum ſuum foſſorium: 51 Quandoquidem acies cultrorum [aratri,] vomerum, furcarum tridentium, & ſecurium obtuſæ erant: & ad reficiendum ſtimulum. Quando igitur 52 imminebat dies prælij, non inueniebatur nec 53 gladius nec lancea in manu totius populi qui fuit cum* Saule *& cum* Ionathan, *Sauli tamen &* Ionathan *filio eius 54 inueniebatur. 55* Et *egreſſa eſt ſtatio* Paleſthinorum *56 ad tranſitum* Michmas.

8 perterritus eſt, qui ſequebatur eũ. ♀ Et expectauit ſep-
tẽ diebus iuxta placitum Samuelis, & nõ venit Samuel in
9 Galgala, dilapſuſque eſt populus ab eo. ♀ Ait ergo Saul,
Afferte mihi holocauſtum, & pacifica. & obtulit holocau-
10 ſtũ. ♀ Cumque cõpleſſet offerẽs holocauſtũ, ecce Samuel
veniebat: & egreſſus eſt Saul obuiã ei, vt ſalutaret eum.
11 ♀ Locutuſque eſt ad eũ Samuel, Quid feciſti? Reſpondit
Saul, Quia vidi quòd popul' dilaberetur à me, & tu non
veneras iuxta placitos dies, porrò Philiſthijm cõgregati
12 fuerãt in Machmas: ♀ Dixi, Nũc deſcẽdẽt Philiſthijm ad
me in Galgala, & faciẽ Dñi nõ placaui. neceſſitate cõpul-
13 ſus, obtuli holocauſtum ` Dño. ♀ Dixitq; Samuel ad Saul,
Stultè egiſti, nec cuſtodiſti mandata Domini Dei tui, quæ
pręcepit tibi. Quod ſi nõ feciſſes, iã nũc pręparaſſet Dñs
14 regnũ tuũ ſuper Iſrael, in ſempiternũ; ♀ Sed nequaquam
regnũ tuum vltrà cõſurget: quęſiuit Dñs ſibi virũ iuxta
cor ſuũ: & præcepit ei Dominus vt eſſet dux ſuper popu-
lũ ſuũ, eo quòd non ſeruaueris quæ præcepit Dominus.
15 ♀ Surrexit autẽ Samuel, & aſcẽdit de Galgalis in Gabaa
Beniamin. ` Et reliqui populi aſcenderũt poſt Saul obuiã
populo, qui expugnabant eos venientes de Galgala in
Gabaa, in colle Beniamin. Et recenſuit Saul populũ, qui
16 inuenti fuerant cũ eo, quaſi ſexcentos viros. ♀ Et Saul &
Ionathas filius eius, populuſque qui inuentus fuerat cum
eis, erat in Gabaa Beniamin: porrò Philiſthijm cõſederãt
17 in Machmas. ♀ Et egreſſi ſunt ad " præliandum de caſtris
Philiſthinorum tres cunei. vnus cuneus pergebat cõtra
18 viam " Ephraim ad Terram- " Saul. ♀ Porro alius ingre-
diebatur per viam Beth-horon. tertius autem verterat ſe
ad iter termini ` in Terra-Sabaa imminentis valli Se-
19 boim contra deſertum. ♀ Porro faber ferrarius non in-
ueniebatur in omni Terra-Iſrael. cauerant enim Phi-
liſthijm, ne forte facerent Hebręi gladium aut lanceam.
20 ♀ Deſcendebat ergo omnis Iſrael ad Philiſthijm, vt exa-
cueret vnuſquiſque vomerem ſuum, & ligonem, & ſe-
21 curim ` & tridentem, & ſarculum. ♀ Retuſæ itaque
erant acies vomerum, & ligonum, & tridentum, & ſe-
22 curium, vſque ad ſtimulum corrigendum. ♀ Cumque
veniſſet dies prælij, non eſt inuentus enſis & lancea in
manu totius populi qui erat cum Saule & Ionatha, ex-
23 cepto Saul & Ionatha filio eius. ♀ Egreſſa eſt autem ſta-
tio Philiſthijm, vt tranſcenderet in Machmas.

Saul elatus relinquitur à ſuis.

Saul cõtra præceptum Dei, nõ expectato Samuele ſacrificat, vnde & abijcitur à Deo.

C

Regnum Dauidis prædicitur. Act. 13. d.

D

" prædandum

Philiſthæi deſcẽdunt contra Iſraelitas.

" Ephra

" Sual.

Aſtutia Philiſthinorum carẽt gladijs & armis Iſraelitæ.

## SCHOLIA IN CAP. XIII.

1 Hebraiſmus, Filius anni (vnius) erat Saul quum regnauit, id eſt, ex quo regnare cœpit. hoc eſt, iam regnauerat anno vno ab inunctione ſui, vſque ad innouationem regni ſui: & annum alterum ab ipſa innouatione regni vſque ad delectum horum trium millium virorum. Chaldæus paraphaſtes, ait fuiſſe virum innocentem, ob id vocari filium. Saul ſicut puer vnius anni erat, in quo nulla ſunt peccata, quum regnare cœpit. Hunc ſequuntur doctiores. 2 Hebraiſmus, & duobus (poſtea vel, tantum) annis regnauit ſuper Iſraelem. Per parentheſin. poſt quos ſcilicet priuatus eſt quidem dignitate regia: manſit tamen apud eum adminiſtratio Reipublicæ, pluribus annis. 3 Tum delegit. 4 id eſt, in vrbem ſuam. 5 præſidium Palæſthinorum quod erat in colle. ſubaudi, Cariath-iearim, vbi erat arca Domini. Iſtud intelligitur ex præcedenti decimo capite, Venies in collem Dei, vbi ſunt præſidia Philiſthinorum. 6 nempe præſidium Palæſthinorum eſſe cęſum à Ionatha. Hoc dicebat vt ſe accingerent bello. 7 opera ſcilicet Ionathæ. 8 præſidium. 9 Palæſthini abhorrebant ab Iſraelitis tanquam à re male olente, & putida, quaſi dicat, oderant maximè Iſraelitas. 10 ſubaudi, falcatorum. 11 vel, ad Orientem. 12 ſic eam vocat ob idolorum cultum: aliàs dicitur Beth-el, quod ibi Dominus apparuerit ipſi Iacob. 13 afflictus. vel, conſtrictus 14 vel, munitiones. 15 vel, alta loca & præerupta. 16 vel, ciſternas. 17 Hebræi autem (aliquot) 18 ſubaudi, vt irent, &c. id eſt, tranſmiſſo Iordane petiuerunt terram Gad, &c. 19 à tempore ſcilicet innouationis regni. 20 trepidans, ſecutus eſt eum, id eſt, cum magna trepidatione recepit ſeſe ad illum. 21 iuxta tempus quod dixerat Samuel. 22 cum autẽ non veniret Samuel in Gilgal, dilapſus eſt. 23 ecce Samuel veniebat, id eſt, renuntiatum eſt Samuelem aduentare. 24 Hebraiſmus, vt benediceret illi. Chaldæus paraphraſtes, vt diceret illi ſalutem. 25 ſubaudi. conſtitutorum. hoc eſt, ad diem conſtitutam. 26 Hebraiſmus, & faciem Domini non ſum deprecatus. Faciem Domini deprecari eſt Dominum conſulere loco & ritu à Deo præſcripto. 27 Hebraiſmus, & roboraui me, & obtuli holocauſtum, id eſt, tum obfirmaui animum, hoc eſt, etiam reclamante & repugnante animo obtuli holocauſtum. dicebat enim mihi animus te eſſe expectandum. Roborare ſe, pro aliquid facere præter voluntatem. 28 vel, fuiſti, id eſt, Stulte egiſti. 29 & non obſeruaſti. & pro id eſt poſitum. 30 præceperat. ſubaudi, per me. 31 nunc enim (vel, quoniam nunc) ſtabiliuiſſet 32 id eſt, longo tẽpore. Vox Hebræa עולם proprie ſignificat tempus quod eſt intermedium inter duo iubilea. longo igitur tempore: nam regnum tribui Iudæ debebatur. 33 conſiſtet. 34 ſubaudi cum Saule. 35 Hebraiſmus, qui erat cum ipſo. 36 Hebraiſmus, qui repertus eſt cum ipſis. 37 Hebraiſmus in colle Beniamin. ſubaudi, expectantes Palæſthinos. 38 caſtra poſuerant. 39 (in) tribus capitibus, id eſt, turmis. quaſi dicat, Tres cunei ſiue turmæ prædatorum egreſſi ſunt de exercitu Philiſthæorum, vt ſcilicet vaſtarent totam regionem. 40 vertebat ſeſe. vel pergebat. ſiue, gradiebatur. 41 Hebraiſmus, per viam. 42 Chaldæus paraphraſtes, Meridionalem. 43 incedebat verſus. 44 tendebat (gradiebatur) verſus regionem quæ reſpicit vallem, id eſt, quæ imminet valli. 45 id eſt, regulorum. ſiue, baſilicorum. 46 ſubaudi, ferrarius. Hoc eo pertinet, vt planum fiat non eſſe victoriam in poteſtate hominum ſitam. 47 deſcendebant. 48 acuendum. 49 vel, (aratorium,) 50 Securis eo tempore duas habebat acies, acutam alteram, alteram latam inſtar cultri latomi. 51 Hebraiſmus, Eratque lima ad (acuendum) cultros



cultros aratorios, vomeres, (furcam) tridentem, & bipennes, (ſiue ſecures.) & ad inſerendum (vel collocandum) aculeum, Stimuli ſcilicet boum. oportebat enim ſtimulum eſſe acutum ea parte qua inſerebatur in fuſtem. 52 vel, aderat. Hebraice, Et erat in die prælij. 53 vel, enſis. Vtebantur fundis, & arcubus, & ſudibus præuſtis. 54 vel, inuentus eſt, id eſt, ſoli duo habebant gladios. 55 Exiuit autẽ præſidium. 56 id eſt, in vlteriorem partem quæ erat inter Michmas & Gabaa-beniamin, præſidium tranſtulerunt.

## CAP. XIIII.

Fiducia in Deũ Ionathas armigero comite profligat Philiſthęos.

ET accidit in quadam die vt diceret Ionathas filius 1
Saul ad adoleſcentem armigerum ſuũ, Veni, & trãſ-
eamus ad ſtationem Philiſthinorum, quæ eſt trãs lo-
cum illum. patri autẽ ſuo hoc ipſum non indicauit. ♀ Por- 2
rò Saul morabatur in extrema parte Gabaa ſub malogra-
nato, quæ erat in " agro Gabaa: & erat populus cũ eo quaſi
ſexcentorum virorum. ♀ Et Achias filius Achitob fratris 3
I-chabod filij Phinees, qui ortus fuerat ex Heli ſacerdote
Domini in Silo, portabat ephod. ſed & populus ignorabat
quò iſſet Ionathas. ♀ Erant autem inter aſcenſus, per quos 4
nitebatur Ionathas tranſire ad ſtationem Philiſthinorum,
eminentes petræ ex vtraque parte, & quaſi in modum dẽ-
tium ſcopuli hinc inde prærupti, nomen vni Boſes, & no-
men alteri Sene: ♀ vnus ſcopulus prominens ad Aquilo- 5
nem ex aduerſo Machmas, & alter ad meridiem contra
Gabaa. ♀ Dixit autem Ionathas ad adoleſcentem armi- 6
gerum ſuum, Veni, tranſeamus ad ſtationem incircunci-
ſorum horum, ſi fortè faciat Dominus pro nobis: quia nõ
eſt Domino difficile ſaluare vel in multis, vel in paucis.
♀ Dixitque ei armiger ſuus, Fac omnia quæ placent ani- 7
mo tuo: perge quò cupis, ` & ero tecum vbicunque volue-
ris. ♀ Et ait Ionathas, Ecce nos tranſimus ad viros 8
iſtos. Cumque apparuerimus eis, ♀ ſi taliter locuti fue- 9
rint ad nos, Manete, donec veniamus ad vos; ſtemus in lo-
co noſtro, nec aſcendamus ad eos. ♀ Si autem dixerint, 10
Aſcendite ad nos: aſcendamus ` ad eos, quia tradidit eos
Dominus in manibus noſtris, * hoc erit nobis ſignum.
♀ Apparuit igitur vterque ſtationi Philiſthinorum: di- 11
xeruntque Philiſthijm, En Hebræi egrediuntur de ca-
uernis, in quibus abſconditi fuerant. ♀ Et locuti ſunt vi- 12
ri de ſtatione ad Ionathan, & ad armigerum eius, dixe-
runtque, Aſcendite ad nos, & oſtendemus vobis rem. &
ait Ionathas ad armigerum ſuum, Aſcendamus, ſequere
me: tradidit enim Dominus eos in manus Iſrael. ♀ Aſ- 13
cendit autem Ionathas manibus & pedibus reptans, &
armiger eius poſt eum. itaque ` cum vidiſſent faciem
Ionathæ, alij cadebant ante Ionathan, alios armiger eius
interficiebat ſequens eum. ♀ Et facta eſt plaga prima, qua 14
percuſſit Ionathas & armiger eius, quaſi viginti virorum
in media parte iugeris, quam par boum in die arare con-
ſueuit. ♀ Et factum eſt miraculum in caſtris, ` & per 15
agros, ſed & omnis populus ſtationis eorum, qui ie-
rant ad prædandum, obſtupuit, & conturbata " ſunt
caſtra, & accidit quaſi miraculum à Deo. ♀ Et re- 16
ſpexerunt ſpeculatores Saul, qui erant in Gabaa Ben-
iamin, & ecce multitudo proſtrata, & huc illucque dif-
fugiens. ♀ Et ait Saul populo qui erat cum eo, Re- 17
quirite, & videte quis abierit ex nobis. cumque requi-
ſiſſent, repertum eſt non adeſſe Ionathan, & armige-
rum eius. ♀ Et ait Saul ad Achiam, Applica arcam 18
" Domini. (erat enim ibi arca Dei in die illa cum fi-
lijs Iſrael.) ♀ Cumque loqueretur Saul ad ſacerdotem, 19
tumultus magnus exortus eſt in caſtris Philiſthinorum:
creſcebatque paulatim, & clarius " reſonabat. & ait
Saul ad ſacerdotem, Contrahe manum tuam. ♀ Con- 20
clamauit ergo Saul, & omnis populus qui erat cum
eo, & venerunt vſque ad locum certaminis: & ecce
verſus fuerat gladius vniuſcuiuſque ad proximum ſuum,
& cædes magna nimis. ♀ Sed & Hebræi qui fuerant cum 21
Philiſthijm heri & nudiuſtertius, aſcenderantque cum
eis in caſtris, reuerſi ſunt vt eſſent " cum Iſrael & ijs

" Magron:

Achias. Sup. 4. d.

Victoria, Dei eſt.

B

Signo vult certior reddi Ionathas de victoria Dei.

*& Conſpecto Ionatha exterriti diffugiũt Philiſthijm.

C

" eſt terra,

Perſequitur Saul Philiſthæos.

" Dei.

" reboabat.

D

" cũ Iſraele qui erat

## CAP. XIIII.

ACcidit verò quodam die, *vt diceret* Ionathan *filius* Saul *ad puerum ſuum qui ferebat arma ſua,* Veni, *1 penetrabimus 2 præſidium* Paleſthinorum, *quod eſt 3 eregione huius [loci. hoc verò] patri ſuo non indicauit.* Saul *autem habitabat in extremitate* Gibea *ſub 4* Rimon *quæ eſt in* Migron, *& populus qui cum eo, erat circiter ſexentos viros.* Et Ahias *filius* Ahitob *5 frater* I-chabod *filij* Pinhas, *filij* Eli, *6 erat ſacerdos* Domini *in* Silo, *7 ferebatque ephod, nec ſciebat populus quòd abijſſet* Ionathan. *Erat autem inter tranſitus, 8 vbi* Ionathan *conabatur 9 penetrare ad præſidium* Paleſthinorum, *10 prærupta petra 11 in tranſitu hinc, & 10 petra prærupta 11 in tranſitu iſthinc: nomen vnius erat* Bozez, *nomen alterius* Sene. *Scopulus vnus ſtabat ab* Aquilone *eregione* Michmas, *alter verò à* Meridie *eregione* Gaba. *Dixit itaque* Ionathan *ad adoleſcentem armigerum ſuum,* Age, *12 penetrabimus in præſidium incircuncisorum iſtorum, 13 ſi fortè* Dominus *faciat pro nobis: quoniam 14 non fuerit* Domino *difficile ſeruare in multitudine aut paucitate.* Reſpondit *ei armiger eius,* Fac *15 quidquid eſt in corde tuo, 16 indulge tibi, en adſum tibi 17 pro voto tuo.* Et *dixit* Ionathan, Ecce, *18 nos tranſibimus ad viros iſtos, ✓ reuelabimurque eis: Quòd ſi dixerint hæc nobis,* Conſiſtite *donec ✓ venerimus ad vos: tunc conſiſtemus in loco noſtro, nec aſcendemus ad eos. Sin autem iſta dixerint,* Aſcendite *ad nos: tunc aſcendemus, quoniam tradidit eos* Dominus *in manus noſtras: ⁘ ſitque hoc nobis ſignum.* Ambo *ergo illi 19 reuelati ſunt 20 Stationi* Paleſthinorum: *dixeruntque* Paleſthini, En Ebræi *prorepunt è cauernis in quibus ſeſe abdiderant.* Reſponderunt *itaque viri qui erant in ſtatione ipſi* Ionathan *& armigero eius, dixeruntque,* Aſcendite *ad nos, 21 & oſtendemus vobis rem. 22 aitque* Ionathan *ad armigerum ſuum,* Aſcende *poſt me: quoniam* Dominus *23 tradidit eos in manum* Iſraelis. Aſcendit *itaq;* Ionathan *24 manibus ſuis & pedibus ſuis, ſequebaturq; eum armiger eius: quique coram* Ionathan *25 ceciderunt, hos armiger eius trucidabat poſt eum.* Fuit *hæc prima* Strages, *in qua* Ionathan *vna cum armigero ſuo percuſſit circiter viginti viros, idque fermè in dimidio ſulco 26 iugeri [in] agro.* Factus *eſt autem pauor in caſtris, tum in agro, tum in omni populo qui erat in præſidio, quin & hi qui 27 graſſabantur territi ſunt, terraque ipſa 28 tremuit, 29 & incidit pauor* Dei. Speculatores *autem* Saulis *viderunt in* Gibea Beniamin, *& ecce 30 diffluxit 31 multitudo, 32 vltro citroque diſcurrens.* Dixit *ergo* Saul *ad populum quem ſecum habebat,* Recenſete *quæſo, & diſpicite quiſnam ex nobis abierit. quumque recenſuiſſent, en aberat* Ionathan *& armiger eius.* Aitque Saul *ad 33* Ahiam, *34* Applica *arcam* Dei: *(35 fuit enim 36 eodem die arca* Dei *cum filijs* Iſrael.) Factumque *eſt, 37 loquente adhuc* Saule *cum ſacerdote, vt tumultus qui erat in caſtris* Paleſthinorum, *augeſceret, increſceretque vehementer. dicebat ergo* Saul *ad ſacerdotẽ, 38* Reduc *manus tuas.* Clamore *itaque conuocatus eſt* Saul *& omnis populus qui cum eo erat, veneruntque 39 in prælium, & ecce gladius cuiuſque 40 ſtringebatur in proximum ſuum, eratque 41 tumultus valde magnus.* Porrò Ebræi *qui 42 cum* Paleſthinis *erant, nempe qui heri & nudiuſtertius vndequaque aſcenderant cum eis in caſtra, & hi etiam [reuertebantur] vt eſſent cum* Iſraelitis

qui fuerunt cum Saule & Ionathan. Omnes quoque Iſraelitæ qui ſeſe abſconderant in monte Ephraim, audientes quòd Paleſthini fugerent, inſequuti ſunt & ipſi eos 43 in prælio illo. Et ſeruauit Dominus Iſraelem in die illa, 44 pertranſijtque pugna [vſque] Beth-auen, 45 Coactis eodem die Iſraelitis, auſus eſt Saul populum iuramento adſtringere hiſce verbis, Quicunque panem comederit vſque ad veſperam, donec vltionem ſumpſero de inimicis meis, ſit execratus. populus itaque vniuerſus 46 non guſtauit panem. Et 47 vniuerſa terra venit 48 in ſyluam, & erat mel in ſuperficie campi, 49 & venit populus in ſyluam, & ecce 50 fluxus mellis, nullus autem 51 reducebat manum ſuam ad os ſuum: reuerebatur enim populus 52 iuramentũ. Ionathan autem non audierat quum pater eius populum ſacramento iuriſiurandi adſtrinxerat: extendit itaque extremitatem virgæ quam manu geſtabat, intingens eam in fauum mellis, admouitque manum ſuam ori ſuo. 53 clarioreſque redditi ſunt oculi eius. 54 Reſpondens autem quidam è populo, dixit, Omnino iureiurando obſtrinxit pater tuus populum, dicens, Execratus ſit vir qui comederit cibum hodie. (populus autem 55 labore delaſſatus erat.) Et dixit Ionathan, Pater meus turbauit 56 terram, videte quæſo 57 vt illuſtrati ſint oculi mei, quòd parum mellis iſtius guſtauerim: Quanto verò magis ſi comedendo comediſſet populus hodie de præda hoſtium ſuorum quam inuenit? 58 an verò non maior Strages edita eſſet in Paleſthinos? Percuſſerunt itaque eodem die Paleſthinos à Michmas vſque Aialon, defatigatuſque eſt populus vehementer. Et 59 irruit populus in prædam, acceperuntque oues, & boues, & vitulos, mactaueruntque in terram, 60 comeditque populus cum ſanguine ipſo. Et annuntiantes Sauli dixerunt, Ecce populus peccat Domino, comedens cum ſanguine. qui ait, 61 Præuaricati eſtis, voluite ad me iam lapidem magnum. Et rurſum dixit Saul, 62 Diſpergimini in populum, & dicite eis, Adducite ad me quiſque bouem ſuũ, & quiſque pecudem ſuam, & mactate 63 hîc, & comedite, 64 ne peccetis contra Dominum, comedendo cum ſanguine. & adduxerunt vniuerſus ſcilicet populus, quiſque 65 bouem ſuum manu ſua, [idque] nocte iſta, & mactarunt ibi. Extruxit quoque Saul 66 aram Domino, & 67 eam quidem cœpit ædificare vt eſſet ara Domini. Et ait Saul, Deſcendamus noctu poſt Paleſthinos, 68 prædabimurque eos vſque ad lucem matutinam, 69 ne quenquam faciamus ex eis reliquum. & dixerunt, Quod tibi videtur bonum facito. & ait ſacerdos, 70 Accedamus hîc ad Deum. Et 71 interrogauit Saul Deum, Annon deſcendam poſt Paleſthinos? Tradeſne eos in manus Iſraelis? at Dominus eo die nihil reſpondit ei. Dixitque Saul, Adeſte huc omnes 72 anguli populi, cognoſcite & videte 73 per quem hodie hoc peccatum commiſſum ſit. Viuit enim Dominus, qui ſeruat Iſraelem, quòd 74 ſi fuerit in Ionathan filio meo, certiſſime morietur. nemoque erat in vniuerſo populo qui reſponderet ei. Dixit itaque ad omnem Iſraelem, Vos eritis in latere vno, ego verò & Ionathan filius meus erimus in altero latere. Dixerunt ergo populus ad Saulem, Quod bonum tibi viſum fuerit, facito. Et dixit Saul ad Dominum Deum Iſraelis, 75 Decerne integritatem. Et deprehenſus eſt Ionathan atque Saul, populus verò 76 euaſit. Saul ergo ait, 77 Iacite inter me & inter Ionathan filium meum, 78 deprehenſuſque eſt Ionathan. Dixit ergo Saul ad Ionathan, Indica mihi 79 quid feceris. Et indicauit ei Ionathan, & dixit, Guſtans guſtaui cum extrema parte virgæ quam manu mea geſtaui parum mellis, & 80 en moriar? Reſpondit Saul, 81 Sic faciat mihi Deus, ſicque addat, quòd certiſſime morieris Ionathan. Et ait populus ad Saulem, 82 Num Ionathan moreretur, qui fecit ſalutem hanc magnam in Iſraele? Abſit, viuit Dominus 83 ſi ceciderit de pilo capitis ſui in terram, quandoquidem cum Deo 84 egit hodie. liberauit itaq; populus Ionathan vt nõ interficere-

22 quierãt cũ Saul & Ionatha. ♀ Omnes quoq; Iſraelitę qui
ſe abſcõderant in monte Ephraim, audientes quod fugiſ-
ſent Philiſthæi, ſociauerũt ſe cum ſuis in prælio. Et erant
23 cũ Saul, quaſi decem millia virorũ. ♀ Et ſaluauit Domin⁹
Deus in die illa Iſrael. pugna autẽ puenit vſq; ad Beth-
24 auen. ♀ Et viri Iſraël ſociati ſunt ſibi in die illa: adiurauit
autẽ Saul populum, dicens, Maledictus vir qui comederit
panem vſque ad veſperã, donec vlciſcar de inimicis meis.
25 Et non mãducauit vniuerſus populus panem: ♀ omne-
que Terræ vulgus venit in ſaltum, in quo erat mel ſuper
26 faciem agri. ♀ Ingreſſus eſt itaque populus ſaltum, & ap-
paruit fluens mel, nulluſque applicuit manum ad os
27 ſuum: timebat enim populus iuramentum. ♀ Porrò Io-
nathas non audierat cũ adiuraret pater eius populum: ex-
tenditque ſummitatem virgæ, quam habebat in manu, &
intinxit in fauum mellis: & conuertit manum ſuam ad os
28 ſuum, & illuminati ſunt oculi eius. ♀ Reſpondenſque
vnus de populo, ait, Iureiurando conſtrinxit pater tuus
populum, dicens, Maledictus vir qui comederit panem
29 hodie (defecerat autem populus.) ♀ Dixitque Ionathas,
Turbauit pater meus terram: vidiſtis ipſi quia illuminati
ſunt oculi mei: eo quòd guſtauerim paululũ de melle iſto:
30 ♀ Quanto magis ſi comediſſet populus de præda inimi-
corum ſuorum, quã reperit? nonne maior plaga facta fuiſ-
31 ſet in Philiſthijm? ♀ Percuſſerunt ergo in die illa Phili-
ſthæos à Machmis vſque in Aialõ. Defatigatus eſt autem
32 populus nimis, ♀ & verſus ad prædam tulit oues, & boues,
& vitulos, & mactauerunt in terra: comeditque popu-
33 lus cum ſanguine. ♀ Nuntiauerunt autem Sauli dicen-
tes quòd populus peccaſſet Domino, comedens cum ſan-
guine. qui ait, Præuaricati eſtis: voluite ad me iam nunc
34 ſaxum grande. ♀ Et dixit Saul, Diſpergimini in vulgus,
& dicite eis vt adducat ad me vnuſquiſque bouem ſuum
& arietem, & occidite ſuper iſtud, & veſcimini, & non
peccabitis Domino comedentes cum ſanguine. adduxit
itaque omnis populus vnuſquiſque bouem in manu ſua
35 vſque ad noctem, & occiderunt ibi. ♀ AEdificauit autem
Saul altare Domino: tuncque primum cœpit ædificare
36 altare" Domino. ♀ Et dixit Saul, Irruamus ſuper Phili-
ſthæos nocte, & vaſtem⁹ eos vſquedum illuceſcat mane,
nec relinquamus ex eis virum. dixitque populus, Omne
quod bonũ tibi videtur in oculis tuis, fac. & ait ſacerdos,
37 Accedamus huc ad Deũ. ♀ Et conſuluit Saul" Dominum,
Nũ perſequar Philiſthijm? Si trades eos in man⁹ Iſrael? &
38 non reſpõdit ei in die illa. ♀ Dixitq; Saul, Applicate huc
vniuerſos angulos populi: & ſcitote, & videte per quem
39 acciderit peccatum hoc hodie. ♀ Viuit Dominus Saluator
Iſrael, quia ſi per Ionathan filium meum factum eſt, abſ-
que retractatione morietur. ad quod nullus cõtradixit ei
40 de omni populo. ♀ Et ait ad vniuerſum Iſrael, Separa-
mini vos in partem vnam, & ego cum Ionatha filio meo
ero in parte altera. Reſponditque populus ad Saul, Quod
41 bonum tibi videtur in oculis tuis, fac. ♀ Et dixit Saul ad
Dominum Deum Iſrael, Domine Deus Iſrael da indi-
cium, quid eſt quod non reſponderis ſeruo tuo hodie. Si
in me aut in Ionatha filio meo eſt iniquitas hæc, da
oſtenſionem. aut ſi hæc iniquitas eſt in populo tuo da
ſanctitatem. Et deprehenſus eſt Ionathas & Saul, po-
42 pulus autem exiuit. ♀ Et ait Saul, Mittite ſortem inter me,
& inter Ionathan filium meum. & captus eſt Ionathas.
43 ♀ Dixit autẽ Saul ad Ionathã, Indica mihi quid feceris. Et
indicauit ei Ionathas, & ait, Guſtãs guſtaui in ſummitate
virgæ, quæ erat in manu mea, paululũ mellis, & ecce ego
44 morior? ♀ Et ait Saul, Hæc faciat mihi Deus, & hæc ad-
45 dat, quia morte morîeris Ionatha. ♀ Dixitq; populus ad
Saul, Ergone Ionathas morietur, qui fecit ſalutem hanc
magnam in Iſrael? Hoc nefas eſt: viuit Dominus, ſi ceci-
derit capill⁹ de capite eius in terram, quia cum Deo ope-
ratus eſt hodie. liberauit ergo populus Ionathan, vt non
more-

Victoria Deo tribuitur.

Iuramẽto aſtringit Saul populũ, ne quicquã guſtet ante victoriam.

Ionathas edicti paterni ignar⁹, mel deguſtat.

E

Populus fatigatus comedit carnes, quarũ totus ſanguis nõ effluxerat, quod fecit contra Dei præceptũ. Deu. 12.

Altare Domino ædificat Saul.
"Domini.

F
"Deum.
Saul cõſulit Dominum contra Philiſthæos.

Ionathas quem pater occidere vult, ob deguſtatum mel, à populo liberat.
G



moreretur. ♀ Receſſitque Saul, nec perſequutus eſt Phi- 46
liſthijm: porrò Philiſthiim abierunt in loca ſua. ♀ Et 47
Saul confirmato regno ſuper Iſrael, pugnabat per circui-
tum aduerſum omnes inimicos eius, contra Moab, & fi-
lios Ammõ, & Edõ, & reges Soba, & Philiſthæos: & quo-
cunque ſe verterat, ſuperabat. ♀ Congregatoque exer 48
citu percuſſit Amalec, & eruit Iſrael de manu vaſtatorũ
eius. ♀ Fuerunt autem filij Saul, Ionathas, & Ieſſui, & 49
Melchi-ſua: Et nomina duarum filiarum eius, nomẽ pri-
mogenitæ Merob, & nomen minoris Michol. ♀ Et no- 50
men vxoris Saul Achinoam, filia Achimaas: & nomẽ prin
cipis militiæ eius Abner, filius Ner, patruelis Saul. ♀ Porrò 51
Cis fuit pater Saul, & Ner pater Abner, filius Abiel. ♀ Erat 52
autem bellum potens aduerſum Philiſthæos omnibus die
bus Saul. Nam quencunque viderat Saul virum fortem,
& aptum ad prælium, ſociabat eum ſibi.

Saulis bella.

Saulis filij.

Achinoam.
Abner.

Saul viros robuſtos ſibi adiungit.

tur. Aſcẽdit autẽ Saul 85 poſteaquã inſequut⁹ eſſet Paleſthinos; abierũtq; Paleſthini 86 in locũ ſuũ. Porrò Saul 87 nactus regnũ Iſrael, bella geſſit aduerſus oẽs hoſtes ſuos circũ circa, cõtra Moab, contra Ammonitas, contra Edom, contra reges Zoba, & contra Paleſthinos, 88 & in omni ad quod ſe vertebat, præfracte agebat. Parauit quoque exercitum, & 89 percuſſit Amalec, 90 vindicauitque Iſraelem è manu diripientiũ eũ. Fuerunt autem 91 filij Saul, Ionathan, 92 Iiſui, & Malchi-ſua. Nomina verò duarum filiarum eius, nomen primogenitæ Merab, nomen verò minoris natu Michal. Nomen vxoris Saul Ahinoam, quæ erat filia Ahimaaz: nomen verò imperatoris exercitus ſui, Abner, filius fuit Ner patrui Saulis. Porrò Kis [fuit] pater Saulis: & Ner, pater Abner: 93 filij fuerũt Abiel. Erat autem bellũ 94 graue contra Paleſthinos cunctis diebus Saulis: & quencunque vidiſſet Saul virum fortem & 95 militiæ aptum, hunc ſibi adiungebat.

## SCHOLIA IN CAP. XIIII.

1 Tranſibimus. vel, tranſeamus. 2 vox Hebræa ſignificat congregationem militum fortiſſimorum & armatorum egregie collocatorum in prima acie vt excipiant impetus. 3 in latere illo: (remoto ſcilicet:) patrique ſuo non renuntiauit. ſubaudi, id quod agere propoſuerat. 4 malo granato quod erat. 5 fratris. 6 ſacerdotis, id eſt, qui fuerat ſacerdos. 7 geſtabat. indutus erat. 8 per quos. id eſt, in ea via per quam, &c. 9 tranſire. 10 Hebraiſmus, dens petræ, id eſt, acutus ſcopulus, duæ petrę prominentes, promontoria quæ more dentium canum prominebãt & excurrebant. 11 vel, in latere vno. 12 tranſeamus. 13 forte Dominus faciet, id eſt, præliabitur: hoc eſt dabit victoriam. 14 Hebraiſmus, non eſt prohibitio (id eſt, dificile) Domino vt ſeruet cum multo, aut cum pauco, quaſi dicat, tam poteſt defendere cum paucis hoſtibus, quàm cum multis. 15 id eſt, quidquid lubet. 16 Hebraiſmus, declina, id eſt, perge quò voles. 17 Hebraiſmus, ſecundum cor tuum, quaſi dicat, te ſequar quocunque ire voles. 18 quaſi dicat, iam certum eſt nos tranſituros ad eos, vt oſtendamus, nos illis. ✗ & oſtendemus nos. ⁑ vel, pertingamus. ⁑ eritque. quod ſcilicet Dominus tradet eos nobis. Hoc dixit ſpiritu prophetico: aut quod ita præſagiret animus eius. 19 oſtenderunt ſeſe. 20 ſiue, præſidio. 21 & indicabimus vobis aliquid. 22 tũ dixit. 23 ſiue, traditurus eſt. 24 ſuper manus ſuas, & pedes ſuos, id eſt, repens manibus & pedibus. Vel vt alij, Totis viribus conatus eſt aſcendere. 25 Ionathan iter faciebat enſe per hoſtes. 26 Hebraiſmus, paris boũ, id eſt, in tantillo ſpatio quanta eſt pars media ſulci ducti à pari boum per integrum iugerum terræ. quaſi dicat, breuiſſimo ſpatio interfecerunt viginti. 27 vel, prædabantur. 28 vel, commota eſt. 29 Hebraiſmus, & fuit in trepidatione Dei. vel, fuitque (correpta) trepidatione Dei, id eſt, immiſſa à Deo, aut magna. 30 vel, diſſoluta eſt. aut proſtrata. 31 ſubaudi, militum. 32 Hebraiſmus, & abibat, & frangebatur, id eſt, ſubinde augebatur ſtrages. 33 Hic erat ſacerdos. 34 vel, Admoue, id eſt, affer huc ephod in quo ſunt Vrim & Thummim. Dixit autem Affer: quia ephod erat iuxta arcam: nempe vt conſulamus Dominum quid opus facto ſit. 35 erat. 36 potius, in illo tempore. 37 tantiſper dum loqueretur Saul. 38 vel, Retrahe, quaſi dicat, Sine illic ephod, noli illud capere: non enim eſt mihi otium conſulendi Dominum. 39 vel, vſque ad locum certaminis. 40 vel, conuerſus erat. 41 vel, cædes. aut ſtrages. 42 fuerant pro Paleſthinis heri & nudiuſtertius, (&) qui aſcenderant cum illis in exercitu, (erant) in circuitu, & etiam ipſi (conuerſi ſunt) vt eſſent cum Iſraele qui erant, &c. id eſt, qui Paleſthinis prius fauebant, & qui cum ipſis aſcenderant vt pugnarent contra fratres ſuos, erant in circuitu, hoc eſt, ſubduxerant ſe à reliquo exercitu nõ pugnantes, & tandem relictis Palęſthinis ſequuti ſunt Saulem & Ionathan. 43 id eſt, vt cum illis decertarent. 44 id eſt, milites trãſierunt perſequendo Palæſthinos, &c. 45 Viri autem Iſrael coarctati fuerunt (vel afflicti, ſubaudi, fame) eo tempore: nam adiurauerat Saul populum dicendo, &c. Poteſt hoc factum eſſe quum irẽt in locum certaminis de Gabaa-beniamin. nam hoc Ionathas non audiuit. Alij aiunt hoc dixiſſe Saulem inter perſequendum. 46 id eſt, abſtinuit ab omni eſca. 47 id eſt, vniuerſus exercitus Hebræorum. 48 quæ ſcilicet erat in eo itinere. 49 venit inquam. 50 vel, decurſus mellis. ſiuè, decurrebat mel. ſubaudi, in terram. 51 fuit qui applicaret (ſiue, admoueret) ori ſuo manum ſuam. ſubaudi, habentem pauxillum mellis. 52 ſiue, execrationem. ſubaudi, Saulis. 53 vel, illuminatique ſunt, &c. qui ſcilicet caligabant prius fame. 54 Hebraiſmus, Dixitque aliquis de populo in hunc modum, Adiurando adiurauit, id eſt, Serio adiurauit. 55 defecerat. præ fame ſcilicet & laſſitudine. 56 id eſt, populum terræ Iſraeliticæ. 57 quod lumen receperint. 58 vel, nunc enim. 59 diuertit. 60 Iugulabãt enim humi boues, & ita caro ebibebat expreſſum ſanguinem. Vel, populus non expectabat quod ſanguis fluxiſſet, quod verius videtur. Alij, comedit iuxta ſanguinẽ, vt idololatræ: quod erat prohibitum. Alij, nondum ſanguis effuſus erat. Oſtendit quanta fame preſſi eſſent. 61 id eſt, Vos eſtis tranſgreſſi legẽ. 62 vel, Spargite vos. 63 id eſt, ſuper hoc ſaxum. 64 & nõ peccabitis. 65 nomine bouis, intelliguntur & alia animalia. 66 vt ſcilicet qui vellent immolare victimas pacificas, offerrent. 67 Hebraiſmus, eam cœpit ædificare aram Domino, id eſt, fuit primũ altare quod extruxit Saul. 68 & prædam ex illis agemus. 69 nec relinquemus ex illis vllum. 70 id eſt, Prius conſulamus Dominum. 71 conſuluit. 72 id eſt, principes. nam quod ſunt anguli in domo, idem principes in populo. 73 Hebraiſmus, in qua, id eſt, qua re. 74 ſubaudi, peccatum illud. 75 Da perfectionem, id eſt, ſortem veram. Chaldæus paraphraſtes, Fac venire ſortem pro rei veritate, id eſt, Fac ſors cadat ſuper peccatorem. 76 egreſſus eſt, id eſt, abſolutus eſt à ſortibus. Oſtendit Dominus per ſortes, peccatum admiſſum non pertinere ad populum. 77 ſubaudi ſortem. 78 id eſt, ſors cecidit ſuper Ionathan. 79 id eſt, in quo peccaueris. 80 Chaldæus paraphraſtes, ſumne propterea reus mortis? 81 id eſt, Hoc & hoc mihi eueniat niſi moriaris. Vel, Hæc, imo etiam multo maiora faciat mihi Deus, &c. quaſi dicat, Diſpeream ego niſi moriaris. ſubaudi, quãdoquidem ita ſtatui. 82 vel, Ergone Ionathan morietur, 83 vel, quod non cadet de capillis. 84 vel, operatus eſt, id eſt, authore Deo fecit ſalutem. Chaldæus paraphraſtes interpretatur, coram Deo manifeſtum eſt quod peccauerit per ignorantiam. Vel vt alij, fretus ope Dei fecit hanc magnam ſalutem. 85 Hebraiſmus, à tergo Palæſthinorum, id eſt, retulit pedem à perſequendis Palæſthinis. 86 id eſt, in patriam ſuam. 87 vendicans ſibi. vel, vſurpans ſibi. aut vt alij, cõfirmatus in regnum. 88 & quocunque ſe vertebat, ſuperabat. ſubaudi, inimicos ſuos. Chaldæus paraphraſtes, perdebat, tanquã noxios ſcilicet. Alij, terrebat. perterrefaciebat. 89 vel, vicit. 90 eripuitq;. 91 Omittitur Iſboſeth, quoniã non erat aptus bello: de quibus hîc ſola fit mentio. 92 Hic dicitur Abinadab, vbi enumerantur filij Saul qui ceciderũt cũ eo in prælio. Vide infra cap. 31. a. 93 filius Abiel, id eſt, qui Ner erat filius Abiel. 94 vel, forte. q. d. acerrimè bellatũ eſt contra Palæſthinos. 95 Hebraiſmus, filiũ militiæ, id eſt, bellica virtute clarum, pugnacem & robuſtum.

## CAP. XV.

Iubet Deus vt Saul deleat Amalec vſque ad internecionem.

ET dixit Samuel ad Saul, Me miſit Dominus, vt vn- 1
gerem te in regem ſuper populum eius Iſrael: nunc
ergo audi vocem Domini, ♀ Hęc dicit Dominus 2

## CAP. XV.

DIxit autem Samuel ad Saulem, Dominus miſit me vt vngerem te regem ſuper populum ſuum 1 Iſrael: 2 audi ergo vocem verborũ Domini, ſic dicit Dominus exer-

*exercituũ, 3 Recẽſui quid fecerit Amalec Iſraeli, 4 & quid poſuerit ei in via quum aſcenderet ex AEgypto. Vade ergo & 5 cæde Amalec, & 6 excindetis quæcunq; habet, nec miſericordia erga eum mouearis, interfice 7 tam virum quàm mulierem, infantem & ſugentem, bouem & pecudem, camelũ & aſinum. Et conuocans populum Saul, recenſuit eos 8 in Telaim, ducenta millia peditum, & decem millia virorum Iehuda. Et veniens Saul ad ciuitatem Amalec, 9 duxit exercitum in vallem. 10 Dixit quoque Saul 11 ad Keneum, 12 Ite, recedite & deſcendite è medio Amalekitarum, ne fortè te cum illo 13 perdam: 14 tu enim beneficentiam exercuiſti cum omnibus filijs Iſrael quum aſcenderent ex AEgypto. receßit itaque Kenæus ab Amalekitis. Et Saul percußit Amalec ab Hauila 15 petente te Sur quæ eſt eregione AEgypti. Agag quoque regem Amalec viuum apprehendit, cunctum autem populum interfecit. 16 gladio, Saul autem pepercit 17 cum populo ipſi Agag, & 18 præſtantioribus gregibus, 19 pinguioribuſque armentis 20 atque agnis, 21 & cunctis quæ præſtantia fuerunt, nec voluerunt ea excindere: vniuerſum verò quod 22 contemptum erat & flaccidum, exciderunt. Factum eſt itaque verbum Domini ad Samuelem in hanc ſententiam, Pœnitet me quod regem conſtituerim Saulem, quoniam 23 auerſus eſt à me, nec verba mea 24 rata habuit. Samuel autem 25 exæſtuans dolore, 26 clamauit ad Dominum tota illa nocte. Quumque diluculo ſurrexiſſet Samuel vt mane obuiam iret Sauli, nuntiatum eſt Samueli in hanc ſententiam, Saul venit in Carmel, & ecce ſtatuit ſibi 27 trophæum, 28 & verſus tranſijt in Gilgal. Venit ergo Samuel ad Saulem: dixitque ei Saul, Benedictus tu 29 Domino, 30 ratum habui verbum Domini. Samuel ait, Et 31 quis balatus gregum iſtorum in auribus meis, & armentorum boatus quẽ ego audio? Reſpondit Saul, 32 De Amalec adduxerunt ea, quoniam populus pepercit præſtantißimis ouibus & bobus, vt ea immolent Domino 33 Deo tuo, reliqua verò 34 excidimus. Ait ergo Samuel ad Saulem, 35 Sine, indicabo tibi id quod loquutus eſt Dominus ad me hac nocte. & dixit ei, Loquere. Dixit ergo Samuel, Annon 36 quum paruus eſſes in oculis tuis, caput factus es tu tribubus Iſrael, vnxitque te Dominus regem ſuper Iſraelem? & miſit te Dominus 37 in expeditionem, & ait, Vade, & 38 excinde peccatores Amalec, & bellum gere contra eos, donec eos 39 conficias: Cur ergo non 40 audiſti vocem Domini? quin ad prædam verſus, 41 deſignaſti quod malum eſt in oculis Domini. Et dixit Saul ad Samuelem, Imò audiui vocem Domini, iuique ea via qua me miſerat Dominus: 42 adduxi autem Agag regem Amalec: Amalekitas autem excidi. Porrò populus accepit de præda oues & boues, 43 præcipua ipſius hærem, vt 44 ſacrificet ea Domino Deo tuo in Gilgal. Et dixit Samuel, 45 Num tam volupe eſt Domino in holocauſtis & victimis, quàm quum auditur vox Domini? Ecce 46 obedire, præſtat ſacrificijs: & auſcultare, præſtat arietum adipi. Quoniam 47 contumacia, peccatum eſt magiæ: & 48 obfirmare animum peccatum eſt idololatriæ. quandoquidem ergo tu abiecisti verbum Domini, 49 abiecit & ipſe te, ne ſis rex. Et dixit Saul ad Samuelem, Peccaui, quòd tranſgreſſus ſum 50 os Domini, & verba tua, quoniam timui populum: acquieuique voci eorum: 51 Fer itaque quæſo peccatum meum, & reuertere mecum, vt adorem Dominum. Et ait Samuel ad Saulem, Non reuertar tecum, quoniam 52 reprobaſti verbum Domini, & Dominus te 53 reprobauit, ne ſis rex ſuper Iſraelẽ. Quumque verteret ſe Samuel vt abiret, 54 tenuit ille 55 alam pallij ſui, & 56 ſcindebatur. Et dixit ad eum Samuel, 57 Scidit Dominus hodie regnum Iſraelis à te, & dedit illud proximo tuo qui te melior eſt, 58 Neque fallet Victor Iſraelis, 59 neque pœnitudine ducetur: quandoquidem non eſt homo, vt pœnitudine ducatur. Ait ille, Peccaui: ſed nunc 60 id honoris mihi exhibe quæſo coram ſenioribus populi mei, & coram Iſraele, & reuertere mecum, vt adorem Dominum Deum tuum. 61 Ver-*

exercituum, Recenſui quæcunque fecit Amalec Iſraeli,
quomodo reſtitit ei in via cum aſcenderet de AEgypto. Exod. 17. c.
3 ♀ Nunc ergo vade, & percute Amalec, & demolire vni-
uerſa eius: non parcas ei, ‵ & non concupiſcas ex rebus
ipſius aliquid: ſed interfice à viro vſque ad mulierem,
& paruulum atque lactentem, bouem & ouem, camelum
4 & aſinum. ♀ Præcepit itaque Saul populo, & recenſuit
eos quaſi agnos: ducenta millia peditum, & decem millia
5 virorum Iuda. ♀ Cumque veniſſet Saul vſque ad ciui-
6 tatem Amalec, tetendit inſidias in torrente. ♀ Dixitque B
Saul Cinæo, Abite, recedite, atque diſcedite ab Amalec: Cinæo miſericordi fit miſericordia.
ne forte inuoluam te cum eo. tu enim feciſti miſericor-
diam cum omnibus filijs Iſrael, cum aſcẽderent de AE-
7 gypto. & receſsit Cinæus de medio Amalec. ♀ Percuſsit-
que Saul Amalec ab Heuila, donec venias ad Sur, quæ
8 eſt eregione AEgypti. ♀ Et apprehendit Agag regem Peccat Saul, prędã ex Amalecitis reſeruans & regem Agag.
Amalec viuum: omne autẽ vulgus interfecit in ore gla-
9 dij. ♀ Et pepercit Saul & populus, Agag, & optimis gregi
bus ouiũ & armentorũ, & veſtibꝰ, & arietibus, & vniuerſis
quæ pulchra erant, nec voluerũt diſperdere ea. quicquid ⁰ vero
10 ⁰ ergo vile fuit & reprobũ, hoc demoliti ſunt. ♀ Factũ eſt
11 autẽ verbũ Domini ad Samuel, dicẽs, ♀ Pœnitet me quod C
conſtituerim Saul regẽ: quia dereliquit me, & verba mea
opere nõ impleuit. Cõtriſtatuſq; eſt Samuel, & clamauit
12 ad Dominũ tota nocte. ♀ Cũq; de nocte ſurrexiſſet, vt
iret ad Saul mane, nuntiatũ eſt Samueli, eo quòd veniſſet Samuel cũ Saule expoſtulat q̃ cõtra præceptũ Dei prędã reſeruaſſet, & regem Agag.
Saul in Carmelũ, & erexiſſet ſibi fornicẽ triumphalem, &
reuerſꝰ trãſiſſet: deſcendiſſetq; in Galgala. ‵ Venit ergo
Samuel ad Saul, & Saul offerebat holocauſtũ Domino de
13 initijs prædarũ quę attulerat ex Amalec. ♀ Et cũ venif-
ſet Samuel ad Saul, dixit ei Saul, Benedictus tu Domino,
14 impleui verbũ Domini. ♀ Dixitq; Samuel, Et quę eſt hęc D
vox gregũ quę reſonat in auribus meis, & armentorũ quã
15 ego audio? ♀ Et ait Saul, De Amalec adduxerũt ea: pe-
percit enim populus melioribus ouibus & armentis vt im-
molarentur Domino Deo tuo, reliqua verò occidimus.
16 ♀ Ait autẽ Samuel ad Saul, Sine me, & indicabo tibi quę
17 locutꝰ ſit Dominꝰ ad me nocte. Dixitq; ei, Loquere. ♀ Et
ait Samuel, Nonne cũ paruulus eſſes in oculis tuis, caput Sup. 13. a.
in tribubus Iſrael factus es, vnxitq; te Dominus in regem
18 ſuper Iſrael? ♀ & miſit te Dominus in viã, & ait, Vade,
& interfice peccatores Amalec, & ⁰ pugnabis contra eos ⁰ pugna
19 vſque ad internecionẽ eorum. ♀ Quare ergo nõ audiſti
vocẽ Domini: ſed verſus ad prædam es, & feciſti malũ in
20 oculis Domini? ♀ Et ait Saul ad Samuelem, Imò audiui
vocem Domini, & ambulaui in via per quam miſit me E
Dominus, & adduxi Agag regem Amalec, & Amalec in-
21 terfeci. ♀ Tulit autem de præda populus oues & boues
primitias eorum quæ cæſa ſunt, vt immolet Domino Deo
22 ⁰ ſuo in Galgalis. ♀ Et ait Samuel, Nũquid vult Dominus ⁰ tuo
holocauſta & victimas, & nõ potiꝰ vt obediatur voci Do- Obediẽtia præfertur victimis.
mini? melior eſt enim obedientia quã victimæ: & auſcul- Eccleſ. 4. d.
23 tare, magis quàm offerre adipem arietum. ♀ Quoniam Oſee. 6. c.
quaſi peccatum ariolandi eſt, repugnare: & quaſi ſcelus Matth. 9. b.
idololatriæ, nolle acquieſcere. pro eo ergo quòd abieciſti Saul abijcitur à
24 ſermonẽ Domini, abiecit te ‵ Dñs ne ſis rex. ♀ Dixitq; Saul Deo.
ad Samuelẽ, Peccaui, quia pręuaricatus ſum ſermonẽ Do- Confitetur peccatum ſuum.
mini, & verba tua, timẽs populũ, & obediens voci eorum.
25 ♀ Sed nũc porta quæſo peccatũ meũ: & reuertere mecũ vt F
26 adorẽ Dñm. ♀ Et ait Samuel ad Saul, Nõ reuertar tecum, Aufertur regnũ
quia proieciſti ſermonẽ Dñi, & proiecit te Dñs ne ſis rex Iſrael Sauli, &
27 ſuper Iſrael. ♀ Et cõuerſꝰ eſt Samuel vt abiret: ille autẽ ap- datur Dauidi.
28 prehẽdit ſummitatẽ pallij eiꝰ, quę & ſciſſa eſt. ♀ Et ait ad
eũ Samuel, Scidit Dñs regnũ Iſrael à te hodie, & tradidit il
29 lud proximo tuo meliori te. ♀ Porrò Triũphator in Iſrael
nõ parcet, & pœnitudine nõ flectet: neq; enim homo eſt
30 vt agat pœnitẽtiã. ♀ At ille ait, Peccaui: ſed nunc hono-
ra me coram ſeniorib ꝰ populi mei, & corã Iſrael, & reuer
31 tere mecum, vt adorẽ Dominum Deum tuum. ♀ Reuer-
ſus



G
ſus ergo Samuel ſecutus eſt Saulem: & adorauit Saul Do- Samuel occidit Agag regẽ Amalec.
minum. ♀ Dixitque Samuel, Adducite ad me Agag re- 32
gem Amalec. & oblatus eſt ei Agag pinguiſsimus ‵ tre-
mens. Et dixit Agag, Siccine ſeparat amara mors? ♀ Et ait 33
Samuel, Sicut fecit abſque liberis mulieres gladius tuus,
ſic abſque liberis erit inter mulieres mater tua. & in fruſta
concîdit eum Samuel coram Domino in Galgalis. ♀ Abijt 34
autem Samuel in Ramatha, Saul verò aſcendit in domũ
ſuam in Gabaa*. ♀ Et non vidit Samuel vltrà Saul vſque 35 *Saulis
ad diem mortis ſuæ: veruntamen lugebat Samuel Saulẽ, Samuel luget Saulem.
quoniam Dominum pœnitebat quòd conſtituiſſet regẽ
Saul ſuper Iſrael.

*ſus itaque Samuel poſt Saulem, adorauitque Saul Dominum. Dixit autem Samuel, Adducite ad me Agag regem Amalec. venitque ad eum Agag 62 delicatus. Et dixit Agag, Profecto 63 receßit amaror mortis. Et dixit Samuel, Quemadmodum gladius tuus orbauit mulieres, ſic orba erit mater tua præ mulieribus. & 64 diſſecuit Samuel ipſum Agag coram Domino in Gilgal. Abijt verò Samuel in Rama, Saul verò aſcendit in domum ſuam 65 in Gibea Saul. 66 Neque poſthac vidit Samuel Saulem vſque ad diem mortis ſuæ, quoniam 67 lugendo ſe conficiebat Samuel propter Saulem, 68 quòd Dominum pœnituiſſet quòd conſtituiſſet Saulem regem ſuper Iſraelem.*

## SCHOLIA IN CAP. XV.

1 Hebraiſmus, ſuper Iſraelem. expoſitionis loco additum, quaſi dicat, ſuper populum ſuum, hoc eſt ſuper Iſraelem. 2 quaſi dicat, pare mandato diuino. 3 Memini. vel, Recordor. 4 Hebraiſmus, qui oppoſuit (ſubaudi, inſidias) ei. Chaldęus paraphraſtes, qui inſidiatus eſt illi. Quidam Hebræorum vertunt, Viſitabo & rependam quæ facit Iſraeli: oppoſuit enim ſeſe illi, id eſt, reſtitit. 5 vel, deleto. 6 delete. diſperdite. 7 Hebraiſmus, à viro vſque ad mulierem, à puero vſque ad lactentem, à boue vſque ad agnu, à camelo vſque ad aſinum. 8 Nomen loci. Chaldæus paraphraſtes, cum agnis paſchalibus. Doctiores Hebræorum vertunt, cum agnis. quia ſinguli adducebant agnum, ex quorum numero noſcebatur numerus militum: non enim licebat populum numerare, quod Deus eſſet iratus. 9 tetendit inſidias in valle. vel torrente. adiacente vrbi ſcilicet. Alij, contendit, ſiue certauit. Chaldæus paraphraſtes, diſpoſuit exercitum. inſtruxit aciem. 10 Dixit autẽ. Vel vt alij, Iam vero dixerat. 11 id eſt, ad nepotes Iethro ſoceri Moſis. 12 id eſt, Cito diſcedite hinc. Cenæi habitabant in tabernaculis: idcirco frequenter locum mutabant. 13 vel, deleam. 14 vel, cum tamen feceris miſericordiam, id eſt, præclaro beneficio affeceris propter conſilium quod auus tuus dedit Moſi. Exod. 18. factum patris tribuitur nepotibus. 15 vel, qua pergitur in Sur. 16 Hebraiſmus, acie gladij. 17 & populus. 18 Hebraiſmus, optimæ parti ouium, id eſt, optimis gregibus. 19 Hebraiſmus, & armentis, & pinguibus, vt vertit Chaldæus paraphraſtes, ſua ipſorum natura ſcilicet. Alij vertunt, & anniculis. Alij, ſecundo partu natis. Alij, bimis. 20 & arietibus. maioribus natu ſcilicet. Chaldæus paraphraſtes vertit, ſaginatis. humana induſtria ſcilicet. 21 Coniunctio &, perinde accipienda acſi dicas, Et vt ſummatim dicam. 22 vile erat & marcidum. 23 Hebraiſmus, verſus eſt de poſt me. 24 impleuit opere. 25 iratus. 26 vt ſcilicet eum placaret. 27 Hebraiſmus, manum, id eſt locum, collocando ſcilicet exercitui, vt diuideret illis ſpolia & prædam. Alij vertunt, arcum triumphalem. 28 Hebraiſmus, & quod conuerſus tranſijſſet & deſcendiſſet in Galgala. 29 vel, apud Dominum, ideſt, Dominus te plurimum diligit & proſequitur magno fauore. 30 opere adimpleui. 31 vel, quid ſibi vult. 32 vel, de Amalecitarum regione. 33 id eſt, quem colis, & qui tibi ſua ſecreta reuelat. 34 vel, deleuimus. 35 ſubaudi, me loqui. 36 quanuis, &c. id eſt, quanuis eſſes ſortis infimæ etiam tuo iudicio, quanuis videreris tibi paruus. 37 Hebraiſmus, per viam, id eſt, vt accingeres te itineri. 38 vel, perde. 39 vel, perdas. ſiue, conſumas. 40 id eſt, paruiſti præcepto. 41 id eſt, feciſti rem quæ ſummopere diſplicet Domino. 42 ſubaudi, captiuum, neque permiſi vt faceret quod liberet. 43 Hebraiſmus, primitias anathematis, id eſt, optima quæque, animalia præſtantiſsima quæ delenda erant & perdenda. Chaldæus paraphraſtes, in principio anathematis, id eſt, priuſquam inciperet interficere animalia. 44 id eſt, gratias agat Deo de victoria. 45 Hebraiſmus, Nunquid beneplacitum eſt Domini in holocauſtis & victimis, ſicut parêre voci Domini? quaſi dicat, Perindene grata ſunt holocauſta Deo, atque parêre præcepto eius? 46 id eſt, rectius facit qui paret præcepto Domini quàm qui illi ſacrificat & adolet adipem. 47 peccatum diuinationis rebellio, id eſt, rebellio eſt tam graue peccatum quàm diuinatio. vel vt alij, tam grauis punitio debetur rebellioni quàm diuinationi. 48 iniquitas & theraphim eſt tranſgredi. ſubaudi, voluntatem Dei, quaſi dicat, tranſgredi voluntatem Dei, [redacted] Vox Hebræa A V E N, pro qua iniquitatẽ vertimus, ſignificat iniquitatem & mendacium, ipſaque Gentium idôla quæ aliud non ſunt quàm mendacium, fallentia homines. Theraphim vocat ſimulachra per quæ futura ſciuntur. [redacted]. 49 id eſt, te dignitate regia priuat, quaſi dicat, denuntio tibi iuſſu Dei quod poſthac non eris rex Iſrael. 50 id eſt, præceptum. 51 Dimitte. 52 vel, ſpreuiſti. 53 vel, reiecit. 54 vel, arripuit. 55 vel, oram. Vox Hebræa ſignificat alteram partium anteriorũ veſtis, alam ſcilicet. 56 ſciſſa eſt. ſubaudi, ora pallij. 57 quaſi dicat, Vt pallij pars abrupta eſt, ſic Dominus hodie abſtulit à te regnum Iſraelis. priuauit te regno. 58 Hebraiſmus, Et etiam Victoria Iſraelis non mentietur, id eſt, Deus qui eſt author victoriarũ quibus potitus eſt Iſrael, qui protexit ac defendit Iſraelem, triũphator ille maximus in Iſraele, Deus, non mentietur illi cui dedit regnum tuum. Alij, Et etiam virtutem Iſraelis non faciet irritã. ſubaudi, Dominus, id eſt, Neque tamen deſtituet Dominus Iſraelẽ priſtina virtute. 59 id eſt, neque mutabit ſententiam. 60 Hebraiſmus, honora me quæſo. vel, honore me affice. 61 id eſt, Reuerſus itaque Samuel ſequutus eſt Saulem. 62 Hebraiſmus, deliciarum. vel, (cum) voluptatibus, id eſt, greſſu & inceſſu regio ac ſuperbo. Alij gaudens & hilaris. quòd ſcilicet præferret mortem vitæ. Alij (cum) vinculis, id eſt, vinctus. 63 Præſeferre videtur hoc ſermone contemptum mortis, quaſi dicat, non moriar. Sic quidam Hebræorum. Alij rectius vertunt, venit. vel irruit in me. quaſi dicat, actum eſt de me, iamiam moriar. 64 id eſt, in fruſta concidit. 65 ſic dicitur, quod illic erat eius regia. 66 id eſt, Nec poſtea inuiſit Samuel Saulem, nec alloquutus eſt. 67 Hebraiſmus, lugebat Samuel Saulem, ideſt, erat in continuo luctu propter depoſitionem Saulis. 68 pœnituerat enim Dominum, id eſt, mutarat ſententiam.

## CAP. XVI.

Samuelem timidum mittit Deꝰ ad vngendũ Dauidem.
DIxitque Dominus ad Samuelem, Vſquequo tu 1
luges Saul, cũ ego proiecerim eum ne regnet ſu-
per Iſrael? imple cornu tuũ oleo, & veni, vt mit-
tam te ad Iſai Bethlehemitem: prouidi enim in filijs eius
mihi regem. ♀ Et ait Samuel, Quomodo vadam? audiet 2
enim Saul, & interficiet me. & ait Dominus, Vitulum de
armento tolles in manu tua, & dices, Ad immolandũ Do-
mino veni. ♀ Et vocabis Iſai ad victimam, & ego oſten- 3
dam tibi quid facias, & vnges quemcunque monſtrauero
tibi. ♀ Fecit ergo Samuel ſicut locutus eſt ei Dominus: 4 Prætextu ſacrificij vngit Samuel Dauidem.
venitq; in Beth-lehem, & admirati ſunt ſeniores ciuitatis,
occurrẽtes ei, dixeruntque, Pacificuſne eſt ingreſſus tuꝰ?

*DIxit verò Dominus ad Samuelem, Quouſque tu luges Saulem, quum ego reprobauerim eũ ne regnet ſuper Iſraelem? imple cornu tuum 1 oleo, & 2 vade, mittam te ad Iſai Bethlehemitam: quoniam 3 in filijs eius prouidi mihi regem. Et dixit Samuel, Quomodo irem? ſi Saul 4 audierit, interficiet me. reſpondit Dominus, Accipe 5 bucculam in manus tuas, & dic, 6 Ad ſacrificandũ Domino veni. Et voca Iſai 7 ad ſacrificium, 8 & ego oſtendam tibi quid facias, vngeſq; 9 mihi quem ego dixero tibi. Samuel itaque fecit ſicut loquutus eſt Dominus: quumque veniſſet Beth-lehem, 10 obſtupuerunt ſeniores vrbis obuiam ei facti. & ait [quiſpiam ex eis,] 11 Saluuſne aduenis? Re-
ſpondit*

*ſpondit, 12 Salus, venio ſacrificatum Domino, 13 ſanctificamini igitur, & venite mecũ 14 ad victimã. 15 ſanctificaſq́; Iſai & filios eius, vocauit eos ad ſacrificium. Factum eſt autẽ, quum illi veniſſent, vt ipſe videret Eliab, 16 diceretque, 17 Certe coram Domino eſt chriſtus eius. Et ait Dominus ad Samuelem, Ne reſpicias ad formam eius, & ad proceritatem ſtaturæ eius, quoniam 18 reprobaui hunc: non enim quod 19 videt homo: homo enim videt quod oculis 20 obuerſatur, ſed Dominus intuetur ipſum cor. Vocauit igitur Iſai Abinadab, & 21 traduxit eũ coram Samuele: qui dixit, Nec hunc elegit Dominus. Poſt hoc 21 traduxit Iſai Samma & ait, Etiã hũc non elegit Dominus. 22 Curauit itaque Iſai vt trãſirent ſeptẽ filij ſui coram Samuele. & dixit Samuel ad Iſai, Dominus non elegit iſtos. Rurſuſque dixit Samuel ad Iſai, 23 Adſuntne omnes pueri? qui ait, Eſt adhuc reliquus minimus natu, qui certe paſcit oues. Et ait Samuel ad Iſai, 24 Mitte, & adduc eum: non enim diſcumbemus donec iſte huc venerit. 25 Miſit ergo, & 26 adduxit eũ: eratque ille rufus, 27 pulchra forma, & læta facie. Et ait Dominus, Surge & vnge eum: hic enim 28 eſt. Accepit igitur Samuel cornu 29 olei, & vnxit eum 30 in medio fratrum eius. ab illo die & deinceps 31 Spiritus Dñi agitare cœpit Dauidẽ: ſurgens verò Samuel abijt in Rama. Porrò à Saule receſsit 32 ſpiritus Domini, 33 turbauitq́; eum ſpiritus malus 34 à Domino. Et dixerunt ſerui Saulis ad eum, En ſpiritus Dei malus 35 turbat te, Dicat quæſo dominus noſter 36 ſeruis tuis qui coram te ſunt, vt quærant aliquem qui norit cithara canere: vt quum fuerit ſuper te ſpiritus Dei malus, ille ludat manu ſua, & 37 bene ſit tibi. Reſpõdit Saul ſeruis ſuis, Diſpicite ergo mihi aliquem qui egregie moduletur, & 38 afferte [eum] ad me. Reſpondit autem vnus ex pueris, dicens, En vidi filium Iſai Bethlehemitã, qui pſallendi peritus eſt, ad hæc 39 vir fortis, virtute præditus, ſtrenuuſque bellator, prudens in [gerendis] rebus, vir deniq; formoſus, & cum quo eſt Dominus. Miſit igitur Saul nuntios ad Iſai hiſce mãdatis, Mitte ad me Dauidem filium tuum, qui cum ouibus eſt. Accipiens ergo Iſai 40 aſinum, panem, & lagenam vini, hœdumque vnum ex capris, miſit ad Saulẽ per manum Dauidis filij ſui. Veniens autem Dauid ad Saulem, 41 ſtetit coram eo, & dilexit eum valde, factuſque eſt armiger eius. Mittens autem Saul ad Iſai, ait, 42 Stet quæſo Dauid coram me: inuenit enim gratia in oculis meis. Factũ ergo eſt, quoties ſpiritꝰ Dei erat ſuper Saulẽ, Dauid accepta cithara, 43 pulſabat manu ſua, & tum refrigeriũ fiebat Sauli, meliuſque habebat, recedebatque ab eo ſpiritus malus.*

5 ♀ Et ait, Pacificus: ad Immolãdum Domino veni, ſancti-
ficamini, & venite mecũ vt immolem. ſanctificauit ergo
6 Iſai & filios eius, & vocauit eos ad ſacrificium. ♀ Cum-
que ingreſsi eſſent, vidit Eliab, & ait, Num coram Do-
7 mino eſt chriſtus eius? * ♀ Dixit Dominus ad Samue-
lem, Ne reſpicias vultum eius, neque altitudinem ſta-
turæ eius: quoniam abieci eum, nec iuxta intuitum ho-
minis ego iudico. homo enim videt ea quæ parent, Do-
8 minus autem intuetur cor. ♀ Et vocauit Iſai Abinadab,
& adduxit eum coram Samuele: qui dixit, Nec hũc elegit
9 Dominus. ♀ Adduxit autẽ Iſai Samma. de quo ait, Etiã
10 hunc non elegit Dominus. ♀ Adduxit itaque Iſai ſep-
tem filios ſuos coram Samuele: & ait Samuel ad Iſai, Nõ
11 elegit Dominus ex iſtis. ♀ Dixitque Samuel ad Iſai,
Nunquid iam completi ſunt filij? qui reſpondit, Adhuc
reliquus eſt paruulus, & paſcit oues. Et ait Samuel ad
Iſai, Mitte, & adduc eum: nec enim diſcumbemus prius
12 quàm huc ille veniat. ♀ Miſit ergo, & adduxit eum.
erat autem rufus, & pulcher aſpectu: decoraque facie. Et
13 ait Dominus, Surge, & vnge eum: ipſe eſt enim. ♀ Tulit
ergo Samuel cornu olei, & vnxit eum in medio fratrum
eius: & directus eſt Spiritus Domini à die illa in Dauid, &
14 deinceps: ſurgenſque Samuel abijt in Ramatha. ♀ Spi-
ritus autem Domini receſsit à Saul, & exagitabat eum
15 ſpiritus nequam, à Domino. ♀ Dixeruntque ſerui Saul
16 ad eum, Ecce ſpiritus Dei malus exagitat te. ♀ Iubeat
dominus noſter ˜rex, & ſerui tui qui coram te ſunt, quæ-
rent hominem ſcientem pſallere cithara: vt quando arri-
puerit te ſpiritus ″Domini malus, pſallat manu ſua, & le-
17 uius feras. ♀ Et ait Saul ad ſeruos ſuos, Prouidete ergo
18 mihi aliquẽ bene pſallentẽ, & adducite eũ ad me. ♀ Et re-
ſpondẽs vnꝰ de pueris, ait, Ecce vidi filiũ Iſai Bethlehemi-
tẽ ſcientẽ pſallere, & fortiſsimũ robore, & virum bellico-
ſum, & prudentẽ in verbis, & virũ pulchrũ: & Dominus eſt
19 cũ eo. ♀ Miſit ergo Saul nuntios ad Iſai, dicẽs, Mitte ad me
20 Dauid filiũ tuũ, qui eſt in paſcuis. ♀ Tulit itaq; Iſai aſinũ
plenũ panibus, & lagenã vini, & hœdũ de capris vnũ, &
21 miſit ꝑ manũ Dauid filij ſui Sauli. ♀ Et venit Dauid ad Saul,
& ſtetit corã eo: at ille dilexit eũ nimis, & factꝰ eſt eiꝰ armi
22 ger. ♀ Miſitq; Saul ad Iſai, dicẽs, Stet Dauid in conſpectu
23 meo: inuenit enim gratiã in oculis meis. ♀ Igitur quãdocũ
que ſpũs ″Dñi malꝰ arripiebat Saul, Dauid tollebat citha-
rã, & percutiebat manu ſua, & refocillabatur Saul, & le-
uius habebat. recedebat enim ab eo ſpiritus malus.

[B — *Et — Homines iuxta faciem iudicãt. Pſal.7.c. Cor intuetur Deꝰ. — C — Dauid pulcher vngitur. 2.Reg.7.b. Pſal.77.d.88.b. Act.7.f.13.d. Spiritus ſanctus in Dauide. — Deus immittit ſpiritum malum in Saulem. Pſaltes quæritur pro Saule. — ″Dei — D — Dauid laudatur — Dauid armiger Saulis. Pſallente Dauide recedit ſpiritus à Saule. — ″Dei arripiebat]

## SCHOLIA IN CAP. XVI.

1 ſubaudi, vnctionis. 2 veni. 3 ex filijs, id eſt, decreui creare mihi regem ex filijs eius vnum. 4 vel, intellexerit, 5 Hebraiſmus, vitulam boum, id eſt, ex armento. 6 ſubaudi, hanc vitulam. 7 id eſt, ad conuiuium quod fiet de carnibus victimę. Chaldæus paraphraſtes vertit, conuiuium. 8 ego vero. 9 id eſt, ad mandatum meum. 10 trepidauerunt, id eſt, trepidantes occurrerunt ei. timebant enim ne Samuel huc aduentaſſet vt grauiſſime animaduerteret in quempiam. Quidam Hebræorum vertunt, admirantes occurrerunt ei. Chaldæus paraphraſtes, cõgregati ſunt in occurſum eius, id eſt, confertim obuiam ei proceſſerunt honoris cauſa. 11 Pacificuſne eſt aduentus tuus? 12 Hebraiſmus, Pacificus. 13 id eſt, Præparate vos vt veniatis. 14 id eſt, ad conuiuium de victima. 15 id eſt, præparatos eſſe iuſsit Iſai & filios eius, & inuitauit eos ad conuiuium quod facturus erat de carnibus victimæ. 16 dixitque. 17 quaſi dicat, Dominus quammaxime fauet chriſto ſuo. Aut, Dominus erit cum chriſto ſuo. Vel, Coram Domino ſit chriſtus eius, id eſt, Cuſtodiat Dominus chriſtum ſuum. Chaldæus paraphraſtes, Pulchre prouidit Deus de Meſsia. 18 repudiaui eum. 19 vel, aſpicere ſolet. ſubaudi, aſpicio, ſiue conſydero. 20 ſubiectum eſt. 21 tranſire fecit, id eſt, iuſsit illum prodire in conſpectum Samuelis. 22 vel, Produxit itaque Iſai ſeptem filios ſuos. 23 Hebraiſmus, Nunquid finiti, &c. quaſi dicat, Nullum præter iſtos habes filium? 24 ſubaudi, nuntios. 25 ſub. aliquem qui vocaret eum. 26 introduxit. 27 pulcher oculis, & eleganti ſpecie. 28 ſubaudi, quem volo regnare. 29 ſubaudi, vnctionis. 30 id eſt, vnum ex omnibus fratribus. 31 Spiritum fortitudinis, prophetiæ & prudentiæ intelligit. 32 ſubaudi, bonus 33 territauitque. vel, exagitauit. aut, exagitareque cœpit. 34 id eſt, ita permittente Domino aut immittente. Mox dicit, ſpiritus Domini malus pro eodem, id eſt, qui facit voluntatem Dei, aut creatus à Deo. 35 diſcrutiat. exagitat. 36 Hoc modo ſi transferas, Lamed Hebraicum ſubintelligitur. Doctioribus magis probatur vt hæc per parentheſin legantur, ((nam) ſerui tui ante te) id eſt, præſto adſunt ad imperata facienda. 37 id eſt, leuius feras. 38 adducite. 39 fortis robore. 40 Hebraiſmus, aſinum panis, id eſt, onuſtum pane. 41 id eſt, aſtitit illi miniſtrando. 42 id eſt, Mihi adſit & miniſtret: eſt enim mihi gratiſsimus. 43 pſallebat, id eſt, ad citharam carmina quædam canebat.

## CAP. XVII.

*Congregantes Paleſthini copias ſuas ad prælium, collecti ſunt in Socho, quæ eſt in Iehuda. poſueruntq́; caſtra inter Socho, & inter Aſeca in termino Dammim.*

## CAP. XVII.

1 Congregantes autem Philiſthijm agmina ſua in
prælium, conuenerũt in ″Sochot Iudæ & caſtrame-
tati ſunt inter ″Sochot & Azeca in finibꝰ Dõmim.
♀ Porrò

[Philiſthijm congregantur contra Iſraelem. — ″Socho]



♀ Porrò Saul & filij Iſrael cõgregati venerunt in Vallem- 2
terebinthi, & direxerunt aciem ad pugnandum contra
Philiſthijm. ♀ Et Philiſthijm ſtabant ſuper mon- 3
tem ex parte hac, & Iſrael ſtabat ſuper montem ex
altera parte, valliſque erat inter eos. ♀ Et egreſſus 4
eſt vir ſpurius de caſtris Philiſthinorum nomine Goliath,
de Geth, altitudinis ſex cubitorum & palmi: ♀ Et 5
caſsis ærea ſuper caput eius: & lorica hamata indueba-
tur: porrò pondus loricæ eius, quinque millia ſiclorum
æris erat. ♀ Et ocreas æreas habebat in cruribus: & cly- 6
peus æreus tegebat humeros eius. ♀ Haſtile autẽ haſtę 7
eius erat quaſi liciatoriũ texẽtium. ipſum autem ferrum
haſtæ eius ſexentos ſiclos habebat ferri: & armiger eius
antecedebat eum. ♀ Stanſque clamabat aduerſum pha- 8
langas Iſrael, & dicebat eis, Quare veniſtis parati ad
præliũ? nũquid ego nõ ſum Philiſthęus, & vos ſerui Saul?
eligite ex vobis virum, & deſcendat ad ſingulare certa-
men. ♀ Si quiuerit pugnare mecum, & percuſſerit me, 9
erimus vobis ſerui: ſi autem ego præualuero, & percuſ-
ſero eum, vos ſerui eritis, & ſeruietis nobis. Et aiebat Phi-
liſtæus, ♀ Ego exprobraui agminibus Iſrael hodie, Date 10
mihi virum, & ineat mecum ſingulare certamen. ♀ Au- 11
diens autem Saul, & omnes Iſraelitæ ſermones Philiſthęi
huiuſcemodi, ſtupebant, & metuebant nimis. ♀ Dauid 12
autem erat filius viri Ephrathæi, de quo ſuprà dictum eſt,
de Beth-lehem Iuda, cui nomẽ erat Iſai, qui habebat octo
filios, & erat vir in diebus Saul ſenex, & grandæuus inter
viros. ♀ Abierunt autem tres filij eius maiores poſt Saul 13
in prælium: & nomina trium filiorũ eius qui perrexerunt
ad bellũ, Heliab primogenitus, & ſecũdus Abinadab, ter-
tius quoq; Samma: ♀ Dauid autem erat minimus. tribus 14
ergo maioribus ſecutis Saulem. ♀ Abijt Dauid & reuer- 15
ſus eſt à Saul, vt paſceret gregẽ patris ſui in Beth-lehem.
♀ Procedebat verò Philiſthęus mane & veſpere, & ſtabat 16
quadraginta diebus. ♀ Dixit autẽ Iſai ad Dauid filiũ ſuũ, 17
Accipe fratribus tuis ephi polẽtę, ♀ & decẽ panes iſtos, & 18
curre in caſtra ad fratres tuos, & decẽ formellas caſei, has
deferes ad tribunũ: & fratres tuos viſitabis, ſi rectè agãt: &
cũ quibꝰ ordinati ſunt, diſce. ♀ Saul autem, & illi, & om- 19
nes filij Iſrael, in Valle-terebinthi pugnabant aduerſum
Philiſthijm. ♀ Surrexit itaq; Dauid mane, & cõmendauit 20
gregẽ cuſtodi: & onuſtus abijt, ſicut præceperat ei Iſai, &
venit ad locũ Magala, & ad exercitũ qui egreſſus ad pug-
nã vociferatꝰ erat in certamine. ♀ Direxerat enim aciẽ Iſ- 21
rael, ſed & Philiſthijm ex aduerſo fuerãt pręparati. ♀ Dere 22
linquẽs ergo Dauid vaſa quę attulerat, ſub manu cuſtodis
ad ſarcinas, cucurrit ad locũ certaminis, & interrogabat ſi
omnia rectè agerentur erga fratres ſuos. ♀ Cumq; adhuc 23
ille loqueretur eis, apparuit vir ille ſpuriꝰ aſcẽdẽs, Goliath
nomine, Philiſthęus, de Geth, de caſtris Philiſthinorũ: &
loquente eo hæc eadem verba audiuit Dauid. ♀ Omnes 24
autẽ Iſraelitæ, cum vidiſſent virum, fugerunt à facie eius,
timentes eum valde. ♀ Et dixit vnus quiſpiam de Iſ- 25
rael, Num vidiſtis virum hunc qui aſcendit? ad expro-
brandum enim Iſraeli, aſcendit. virum ergo qui percuſ-
ſerit eum, ditabit rex diuitijs magnis, & filiam ſuam dabit
ei, & domum patris eius faciet abſque tributo in Iſrael.
♀ Et ait Dauid ad viros qui ſtabant ſecum, dicens, 26
Quid dabitur viro qui percuſſerit Philiſthæum hunc, &
tulerit opprobrium de Iſrael? quis eſt enim hic Phi-
liſthæus incircunciſus qui exprobrauit ″aciem Dei viuen-
tis? ♀ Referebat autẽ ei populus eundem ſermonẽ, dicẽs, 27
Hęc dabuntur viro qui percuſſerit eũ. ♀ Quod cum au- 28
diſſet Heliab frater eius maior, loquente eo cum alijs,
iratus eſt contra Dauid, & ait, Quare veniſti, & qua-
re dereliquiſti pauculas oues illas in deſerto? ego noui
ſuperbiam tuam, & nequitiam cordis tui: quia vt vi-
deres prælium, deſcendiſti. ♀ Et dixit Dauid, Quid fe- 29
ci? nunquid non verbum eſt? ♀ Et declinauit pau- 30

[Goliath qualis, & arma ipſius. — Goliath ſuperbus prouocat ad ſingulare certamen. B — Timidi Iſraelitæ. Sup.16.a. Dauid humilis & abiectus. Tres filij Iſai bellatores. — Dauid paſcit greges patris. — Dei prouidẽtia mittitur Dauid ab Iſai ad fratres. C — Dauid currit ad caſtra. — Præmium percutienti Goliath. D — ″acies — Dauid Spiritu tractus quęrit occaſionẽ vt à rege vocetur contra Goliath. Dauid, fratris inuidiam & contumeliam contemnit.]

*Sed & Saul & viri Iſraelitici congregati ſunt, caſtrametatiq́; ſunt in valle quercus, & inſtruxerunt aciem 1 aduerſus Paleſthinos. Et Paleſthini quidem ſtabãt ſuper montẽ 2 hinc, Iſraelitæ autem ſuper montem ſtabant illinc, eratque vallis inter eos. Egreſſus autẽ eſt vir 3 inter duas acies ex caſtris Paleſthinorum, Goliath erat nomen eius de Gath, altitudo eius erat ſex cubitorum & 4 palmi. Galea 5 chalybæa erat in capite eius, & lorica 6 ſquamata induebatur: pondus autem loricæ habuit quinque millia ſiclorum 7 chalybis, 8 Ocreas chalybæas habuit in pedibus ſuis, 9 clypeus chalybeus erat inter ſcapulas eius. 10 Contus lanceæ eius vt iugum texentium, lamina verò lanceæ eius habuit ſexcentos ſiclos ferri: præcedebatque ante eum ferens 11 haſtam. Qui ſtans prouocabat ordines Iſraeliticos, & dixit eis, Cur 12 egreſsi eſtis, congredi ſcilicet prælio? annon ego ſum Paleſthinus 13 ille & vos ſerui Saulis? eligite 14 vobis virum 15 qui ad me deſcendat, Si poterit pugnam inire mecum, & me trucidare, erimus ſerui veſtri, ſi autem ego ſuperaro eum, percuſſeroque eum, eritis vos ſerui noſtri, ſeruietiſque nobis. Addiditque Paleſthinus, Ego hodie probro affeci caſtra Iſraelitica, [dicens,] Date mihi virum, vt pugnam ſimul ineamus. Audiens autem Saul cunctique Iſraelitæ verba iſta Paleſthini, perculſi ſunt pauore, timueruntq́; vehementer. Dauid autem erat filius cuiuſdam Ephratæi de Beth-lehem Iehuda, cuius nomen erat Iſai, qui habuit octo filios, eratque 16 hic vir in diebus Saulis ſenex, & 17 veniebat inter homines. Profecti autem erãt tres filij Iſai maiores [natu] ſequuti Saulẽ in militiam, & nomina trium filiorũ eius qui ad bellũ profecti erant, Eliab primogenitus, ſecundus Abinadab, tertius verò Samma: Dauid autem erat minimus [natu.] profecti itaq́; erant tres maiores poſt Saulẽ. Porrò Dauid 18 iuerat & redierat à Saule, vt paſceret oues patris ſui in Beth-lehem. 19 Acceſsit itaq́; Paleſthinus ille mane quum illuceſceret dies, ſimulq́; ſub veſperam, 20 ſtatuebatque ſe [ſic] dies quadraginta. Dixit autem Iſai ad Dauidẽ filium ſuũ, Cape quæſo 21 fratribus tuis epha 22 toſti huius frumenti, decẽq́; panes iſtos, & defer cito in caſtra ad fratres tuos. Decem inſuper iſtos lacteos caſeos fer tribuno militum, inuiſeq́; fratres tuos, 23 num rectè valeãt, accipe deniq́; diuerſi generis quædã quæ illis [adferas.] Porrò Saul, illi & omnes Iſraelitæ erãt in valle quercus belligerantes cum Paleſthinis. Conſurgẽs autem Dauid mane, dimiſit oues 24 cuſtodi. & acceptis [his,] abijt, quemadmodũ Iſai præceperat ei, venitque 25 in vallum 26 caſtrorum. egreſſus enim erat exercitus vt acies inſtruerẽt, claſsicumq́; canebãt 27 ad pugnam. Inſtruxerant inquam tam Iſraelitæ quã Paleſthini aciem, vt eſſet acies contra aciẽ. Dauid ergo 28 abiectis armis à ſe in manum cuiuſdam cuſtodientis arma, cucurrit in aciem: veniẽſq́; interrogat de fratribus ſuis num ſalui eſſent. Loquente autem illo cum eis, ecce vir ille intermedius (nomen eius erat Goliath, Paleſthinus de Gath) aſcendebat 29 ex ordinibus Paleſthinorum, loquebaturque 30 huiuſmodi verba quæ audiebat Dauid. Quicunq́; autem ex Iſraelitis virum illũ vidiſſent, fugerunt à facie eius, timueruntque vehementer. Et dixit quiſq́; ex Iſraelitis, Annon 31 vidiſtis virũ illum 32 aſcẽdentem, 33 nempe quòd aſcendit vt probrum obijciat Iſraeli? Et rex quidem ditabit eum magnis opibus, qui iſtum trucidarit, tradetque ei filiam ſuam, tum & domum patris ſui 34 libertate donabit: Dixit ergo Dauid ad viros qui ſtabant 35 cum eo in hanc ſententiam, 36 Quid fiet viro illi qui percuſſerit iſtum Paleſthinum, probrumque abſtulerit ab Iſraele? nam quis Paleſthinus iſte incircuncíſus, 37 qui contumelijs afficit 38 ordines Dei viuentis? Reſpondit ei populus 39 ſecundum iſtud verbum, dicendo, Sic fiet tali viro qui eum percuſſerit. Audiens autem Eliab frater eius maior natu illum loquentẽ cum viris illis, ſuccenſuit ira Eliab in Dauidẽ, & dixit, Cur huc deſcendiſti? & apud quem abiecisti paucas illas oues in deſerto? ego noui arrogantiã tuã, malitiãq́; cordis tui, 40 quod in hoc ſcilicet deſcendiſti vt prælium ſpectares. Et dixit Dauid, 41 Quid igitur feci? 42 annõ is ſermo eſt? 43 Ver*

*ſus*

ſus igitur ab illo, obuiã ſit alij, & loquutus eſt 44 vt antea. re-
ſpõderũtq; ei [quidã] è populo iuxta priorẽ ſermonẽ. auditaq;
ſunt verba quæ 45 loquebatur Dauid, quæ relata ſunt coram
Saule, qui & accerſiuit eũ. Et ait Dauid ad Saulẽ, 47 Ne cõci
dat vllius hominis cor in ſeſe, ſeruus tuus 48 ibit & depugna-
bit cum Paleſthino iſto. Et dixit Saul ad Dauidem, Non po-
teris ire aduerſus Paleſthinum illum, vt cum eo congrediaris,
quoniam adoleſcens es tu, ipſe autem vir eſt bellandi gnarus,
idque ab adoleſcentia ſua. Reſpondit Dauid ipſi Sauli, Seruus
tuus paſcebat oues patris ſui, irruit autem leo & vrſus, abri-
puitque pecudem de grege. Egreſſus ego poſt illum, trucidaui
eum, 49 eripuique ex ore eius: quumque inſurgeret aduer-
ſum me, apprehendi eum fortiter barba cum mandibula,
percuſsi eum, & interfeci eum. 50 Non leonem ergo dun-
taxat, ſed & vrſum interfecit ſeruus tuus: erit itaque Pa-
leſthinus iſte incircunciſus 51 tanquam vnus ex illis, quoniã
52 contumelioſe inſultauit ordinibus viuentis Dei. Addi-
ditque Dauid, Dominus qui liberauit me 53 de violentia
leonis, & de ferocia vrſi, is eripiet quoque me è manu Pale-
ſthini iſtius. Et dixit Saul ad Dauidem, Vade, & Dominus
ſit tecum. Et induit Saul Dauidem veſtimentis ſuis, impo-
ſuitque capiti eius galeam chalybæam, induitq; eum lorica.
Cinxit quoque Dauid 54 gladium eius ſuper veſtimenta
ſua, conatuſque eſt incedere, quandoquidem periculum nun-
quam fecerat. Et dixit Dauid ad Saulem, Non poſſum 55
in iſtis incedere, quandoquidem periculum nunquam feci.
Abiecit ergo Dauid à ſe iſta, Et accepto baculo ſuo in manum
ſuam, elegit ſibi quinque 56 leues lapides è torrente, po-
ſuitque eos in inſtrumentum paſtorale quod habuit, 57 inq;
peram, & funda eius erat in manu eius, 58 acceſsitque ad
Paleſthinum. Ibat & Paleſthinus, incedens & appropin-
quans ad Dauidem, virque ferens 59 haſtam præcedebat
60 eum. Quumque Paleſthinus intuitus eſſet, vidiſſetque
Dauidem, deſpexit eum: 61 fuit enim iuuenis & 62 ru-
bicundus cum formæ elegantia: Aitque Paleſthinus ad Daui-
dem, Num ego canis ſum, quòd tu venis ad me cum baculis?
63 deuouitque Paleſthinus Dauidem dijs ſuis. Dixitque Pa-
leſthinus ad Dauidem, Accede ad me, 64 & dabo carnem
tuam volatili cæli, & beſtiæ agri. Dixit Dauid ad Paleſthinũ,
Tu [quidem] venis ad me cum gladio, lancea & clypeo:
ego autem venio 65 ad te in nomine Domini exercituum,
qui Deus eſt 66 ordinum Iſraeliticorum, cui tu inſultaſti. 67
Concludet te Dominus hoc die in manum meam, percutiam-
que te, atque auferam caput tuum à te, & tradam 68 ca-
dauera caſtrorum Paleſthinorum hodie volucribus cæli, &
feris terræ, 69 vt ſciant omnes qui ſunt ſuper terram, 70
quod Deus eſt in Iſraele. Sciet inſuper vniuerſa congregatio
iſta, quod Dominus non 71 ſeruat 72 gladio & haſta:
etenim 73 Domini eſt prælium, iſque tradet vos in manus
noſtras. Factumque eſt quum 74 cõſurrexiſſet Paleſthinus
vt proficiſceretur, 75 congrederetur que cum Dauide, feſti
nauit & Dauid, & 76 cucurrit in conflictum obuiam Pa-
leſthino. Mittens ergo Dauid manum ſuam in peram, tulit
inde lapidem [vnum,] 77 fundamque contorſit, ferijtque
Paleſthinum 78 in fronte eius, 79 inſeditque lapis in
fronte eius, conciditque in faciem ſuam ſuper terram. Supe-
riorque euaſit Dauid Paleſthino funda & 80 lapide, ferijt-
que Paleſthinum, interfecitque eum, quum non eſſet gla-
dius in manu Dauidis. Currens præterea Dauid, ſtetit ſuper
Paleſthinũ, & accipiens gladium illius, extrahenſque ipſum
è vagina ſua, interfecit eum, eodemque caput eius abſcidit.
videntes autem Paleſthini quod mortuus eſſet gigas eorum,
fugerunt. Surgentes itaque viri Iſrael & Iehuda, 81 cla-
more bellico inſequuti ſunt Paleſthinos, donec venias 82 in
vallem, & vſque ad portas Accaron, cecideruntque vulne-
rati ex Paleſthinis in via Saarim, vſque ad Gath & Acca-
ron. Et reuerſi filij Iſrael 83 ab inſequutione Paleſthinorũ,
84 vaſtarunt caſtra eorum. Tollens itaque Dauid caput
Paleſthini, portauit illud in Ieruſalem: arma vero eius po-

lulum ab eo ad alium: dixitque eundem ſermonẽ. & re-
31 ſpondit ei populus verbum ſicut prius. ¶ Audita ſunt autẽ
verba quę locutus eſt Dauid, & annuntiata in conſpectu
32 Saul. ¶ Ad quem cum fuiſſet adductus, locutus eſt ei, Nõ
concidat cor cuiuſquam in eo: ego ſeruus tuus vadam,
33 & pugnabo aduerſus Philiſthæum. ¶ Et ait Saul ad Da-
uid, Non vales reſiſtere Philiſthæo iſti, nec pugnare ad-
uerſus eũ: quia puer es, hic autem vir bellator eſt ab ado-
34 leſcentia ſua. ¶ Dixitque Dauid ad Saul, Paſcebat ſeruus
tuus patris ſui gregẽ, & veniebat leo vel vrſus, & tollebat
35 arietem de medio gregis. ¶ Et perſequebar eos, & per-
cutiebam, eruebamque de ore eorum. & illi conſurge-
bant aduerſum me, & apprehendebam mentum eorum,
36 & ſuffocabam, interficiebamque eos. ¶ Nam & leonem
& vrſum interfeci ego ſeruus tuus: erit igitur & Phili-
ſthæus hic incircũciſus quaſi vnus ex eis. ˜Nũc vadam &
auferã opprobriũ populi: quoniã quis eſt iſte Philiſthæus
incircunciſus?″ qui auſus eſt maledicere exercitui Dei
37 viuentis. ¶ Et ait Dauid, Dominus qui eripuit me de manu
leonis, & de manu vrſi, ipſe me liberabit de manu Phili-
ſthæi huius. Dixit autẽ Saul ad Dauid, Vade, & Dominus
38 tecũ ſit. ¶ Et induit Saul Dauid veſtimentis ſuis, & impo-
ſuit galeam æream ſuper caput eius, & veſtiuit eũ lorica.
39 ¶ Accinctus ergo Dauid gladio eius ſuper veſtem ſuam,
cœpit tentare ſi armatus poſſet incedere: non enim ha-
bebat conſuetudinẽ. Dixitq; Dauid ad Saul, Non poſſum
40 ſic incedere, quia non vſum habeo. Et depoſuit ea, ¶ Et tu
lit baculũ ſuũ quem ſemper habebat in manibus: & elegit
ſibi quinq; limpidiſsimos lapides de torrente, & miſit eos
in perã paſtoralem quã habebat ſecum, & fundam manu
41 tulit: & proceſsit aduerſum Philiſthæũ. ¶ Ibat autem Phi-
liſthæus incedens, & appropinquãs aduerſum Dauid: &
42 armiger eius ante eum. ¶ Cumq; inſpexiſſet˜ eum Phili-
ſthæus, & vidiſſet Dauid, deſpexit eum. erat autem ado-
43 leſcens rufus, & pulcher aſpectu. ¶ Et dixit Philiſthæus ad
Dauid, Nunquid ego canis ſum, quòd tu venis ad me cũ
44 baculo? Et maledixit Philiſthæus Dauid in dijs ſuis. ¶ Di-
xitque ad Dauid, Veni ad me, & dabo carnes tuas vola-
45 tilibus cæli & beſtijs terræ. ¶ Dixit autem Dauid ad
Philiſthæum, Tu venis ad me cum gladio, & haſta & cly-
peo: ego autem venio ad te in nomine Domini exerci-
46 tuum, Dei agminum Iſrael, quibus exprobraſti ¶ ″hodie,
& dabit te Dominus in manu mea, & percutiã te, & aufe-
ram caput tuum à te, & dabo cadauera caſtrorum Phili-
ſthijm hodie volatilibus cæli, & beſtijs terræ: vt ſciat om-
47 nis terra quia eſt˜ Dominus Deus in Iſrael. ¶ Et nouerit
vniuerſa eccleſia hæc quia nõ in gladio, nec in haſta ſal-
uat Dominus: ipſius enim eſt bellum, & tradet vos in ma-
48 nus noſtras. ¶ Cum ergo ſurrexiſſet Philiſthæus, & ve-
niret, & appropinquaret cõtra Dauid, feſtinauit Dauid, &
49 cucurrit ad pugnam ex aduerſo Philiſthæi. ¶ Et miſit
manum ſuam in peram, tulitque vnum lapidem, &
funda iecit, & ˜circunducens percuſsit″ eum in fronte:
& infixus eſt lapis in fronte eius, & cecidit in faciem
50 ſuam ſuper terram. ¶ Præualuitque Dauid aduerſum
Philiſthæum in funda & lapide, percuſſumque Phili-
ſthæum interfecit. Cumque gladium non haberet in
51 manu Dauid, ¶ cucurrit, & ſtetit ſuper Philiſthæum,
& tulit gladium eius, & eduxit eum de vagina ſua:
& interfecit eum, præciditque caput eius. videntes au-
tem Philiſthijm quòd mortuus eſſet fortiſsimus eorum,
52 fugerunt. ¶ Et conſurgentes viri Iſrael & Iuda vo-
ciferati ſunt, & perſecuti ſunt Philiſthæos vſquedum ve-
nirent in vallem, & vſque ad portas Accaron, cecide-
runtque vulnerati de Philiſthijm in via Saraim, ˜ &
53 vſque ad Geth, & vſque ad Accaron. ¶ Et reuer-
tentes filij Iſrael poſtquam perſecuti fuerant Philiſthęos,
54 inuaſerunt caſtra eorum. ¶ Aſſumens autem Dauid ca-
put Philiſthęi, attulit illud in Ieruſalẽ: arma verò eius po-
ſuit

Dauidis fides ex perta Dei adiutoriũ contra leonẽ & vrſum nõ diffidit adfuturum ei contra Goliath. E Eccle. 47. a.

″quia

Dauid reiectis armis Saulis, Dei potentia confiſus, procedit cõtra Philiſthæum cum baculo & lapidibus.

F

Maledicit Goliath Dauid.

Arma Dauid, potentia Dei.

″. Hodie dabit

Deus abſq; gladio ſaluat.

Interficitur Goliath, & caput eius abſcinditur. G

″Philiſthæum 1. Mach. 4. d. Pſal. 77. d.

Fugientes Philiſthæi occiduntur ab Iſraelitis.

Caput Goliath in Ieruſalem allatum.



ſuit in tabernaculo ſuo. ¶ Eo autem tempore quo viderat 55
Saul Dauid egredientem contra Philiſthæum, ait ad Ab-
ner principem militiæ˜ſuæ, De qua ſtirpe deſcendit hic
adoleſcens*? Dixitque Abner, Viuit anima tua, rex, ſi no-
ui. ¶ Et ait rex, Interroga tu, cuius filius ſit iſte puer. ¶ Cũ- 56
que regreſſus eſſet Dauid, percuſſo Philiſthæo, tulit eum 57
Abner, & introduxit coram Saule, caput Philiſthæi habẽ
tem in manu˜ſua. ¶ Et ait ad eum Saul, De qua progenie 58
es ô adoleſcens? Dixitque Dauid, Filius ſerui tui Iſai Beth-
lehemitæ ego ſum.

*Abner

Dauid coram Saule.

ſuit 85 in tabernaculo ſuo. Quumque Saul vidiſſet Da-
uidem 86 prodire obuiam Paleſthino, dixerat ad Abner im-
peratorem exercitus, 87 Cuius filius eſt adoleſcens ille ô
Abner? Reſpondit Abner, 88 Viuit anima tua ô rex, ſi
noui. Dixitque rex, Interroga tu cuius filius ſit adole-
ſcens ille. Quum verò reuerteretur Dauid à cæde Pale-
ſthini, tulit eum Abner, & duxit eum in conſpectum Sau-
lis, habentem caput Paleſthini in manu ſua. Et ait ad eum
Saul, Cuius filius es tu adoleſcens? Reſpondit Dauid, Fi-
lius ſum ſerui tui Iſai Bethlehemitæ.

## SCHOLIA IN CAP. XVII.

1 in occurſum, id eſt, vt eſſent parati occurrere. 2 id eſt, ex vna parte. 3 Hebraiſmus, intermedius, id eſt, qui ſtare ſolebat inter duo caſtra. 4 vel, palmorum trium. 5 vel, ærea. 6 ſquamis æreis operta. 7 vel, æris. 8 Hebraiſmus, Et ocreæ ferreæ erant ſuper pedes eius, id eſt, crura eius muniebantur ocreis quæ etiam tegebant pedes eius. MISEHATH Hebræis dictæ quòd haberent ſimilitudinem frontalium. Alij, Et lamina lata. 9 vel, clypeus æreus, id eſt, humeri eius tegebantur clypeo æreo. caſſis enim ſiue galea illa habebat appendicem quandam quæ demittebatur vſque ad humeros. vel hoc erat ei vice clypei. Vox enim Hebræa ſignificat partem illã quæ tuetur dorſum, quaſi dicat, erat à tergo optime armatus. 10 Haſtile, id eſt, æquabat craſsitie iugum liciatorium. 11 ſcutum clypeum. parmam. 12 egrediemini (vel, exitis) ad inſtruendam aciem? id eſt, Quare proditis inſtructa acie ad bellum? quaſi dicat, Non eſt opus vt egrediamini omnes. 13 ſubaudi, clariſsimus. 14 ex vobis. 15 ad ſingulare certamen ſcilicet. 16 nempe Iſai. 17 id eſt, grandæuus erat inter homines, quaſi dicat, annumerabatur ſenibus, eratque de numero ſenum ac debilium. Chaldæus paraphraſtes, annumeratus inter electos, id eſt, inter fortes atque inclytos. 18 ſubaudi, ad Saulem. 19 Accedebat. 20 ſubaudi, inter duas acies. 21 id eſt, vt feras ad fratres tuos. 22 vel, polentæ iſtius. 23 Hebraiſmus, in pace, & pignus eorum tolle, id eſt, vt ſcias qua ſint valetudine: & ſi defuerit eis pecunia, acceperintque mutuo dato pignore, redimes pignus. Alij vertunt, & commiſtionem eorum capies, id eſt, ſcies ſub quo militent. non eſt tamen veriſimile patrem eorum neſciſſe ſub quo militarent. Chaldæus paraphraſtes vertit, negotia eorum. 24 iuxta cuſtodem, id eſt, commendauit gregem cuſtodi. 25 id eſt, ad locum in quo tentoria fixerant Iſraelitæ. 26 ad exercitum, qui egreſſus erat. vel, ad vallum: exercitus autem egreſſus erat, &c. 27 in acie ipſa. 28 dereliquit ſarcinam (depoſitam) de ſuper ſe in manu cuſtodis vaſorum, & cucurrit, &c. id eſt, depoſuit ſarcinam ſuam apud eum qui præerat impedimentis cuſtodiendis. 29 de copijs. 30 id eſt, quæ ſupradicta ſunt. 31 vel, videtis. 32 id eſt, qui quotidie prodit? 33 nam vt probro afficiat Iſraelem, aſcendit. 34 faciet liberam, id eſt, immunem à tributo. Chaldæus paraphraſtes, claram & nobilem. 35 iuxta ipſum. 36 id eſt, Quid conſequetur vir ille. 37 quòd. 38 vel, acies. 39 id eſt, eadem verba ſupradicta, Dabũtur ei qui, &c. 40 nam. 41 Quid nunc. 42 nonne ſermo eſt? ſubaudi, quod dixi? quaſi dicat, Merus ſermo eſt quem dixi: de hac re verbum tantum feci; nihil geſsi: ſermo eſt ſine facto. 43 Diuertit igitur ab illo verſus alium, id eſt, Eo relicto acceſsit ad alium. 44 Hebraiſmus, ſecundum verba iſta, id eſt, eadem interrogauit 45 dixerat. 47 id eſt, Nemo ſit animo remiſſo. 48 id eſt, paratus eſt inire ſingulare certamen. 49 ſubaudi, ouem. 50 Hebraiſmus, Etiam leonem, etiam vrſum. 51 id eſt, tam facile interficietur, quàm alterum iſtorum. 52 probro affecit exercitum. 53 Hebraiſmus, de manu leonis, & de manu. 54 vel, gladium ſuum. 55 id eſt, ita his rebus onuſtus. 56 vel, non aſperos: politos. 57 & in pera. Et, pro Id eſt poſitum. nam inſtrumentum paſtorale interpretatur peram. Sunt tamen qui dicunt eum geſtaſſe ſacculum præter peram. 58 vel, proceſsitque. 59 clypeum. 60 nempe Palæſthinum. 61 quòd eſſet. 62 rufus. 63 vel, maledixitque (ſiue male precatus eſt) Dauidi per deos ſuos. tanquam dixerit, Dagon aut alius deus meus te perdat. 64 vel, vt dem. 65 id eſt, congreſſurus tecum, fretus ope diuina. 66 vel, copiarum Iſrael quas probro & ignominia affeciſti. 67 Tradet. 68 cadauer ca. Pal. id eſt, tuum cadauer qui es Palæſthinus. 69 Hebraiſmus, & cognoſcet vniuerſa terra, id eſt, habitatores huius regionis. 70 id eſt, quod Iſrael deum habeat qui ſuos eripiat à periculis. 71 vel, ſeruare ſolet. 72 vel, enſe & lancea: 73 id eſt, à Domino eſt victoria, quæ ſcilicet reportatur ex bello. ita Chaldæus paraphraſtes, cui vult, dat Deus victoriam. 74 vel, procedere cœpiſſet. 75 Hebraiſmus, & accederet in occurſum Dauidis, id eſt, accederet contra Dauidem. 76 id eſt, prodijt in medium certaturus cum ipſo. 77 quem funda coniecit. ſubaudi, in illum. 78 id eſt, in parte inermi. erexerat enim partem illam galeæ quæ tegit frontem. Vel, in parte armata, id eſt, cuius arma non potuerunt reſiſtere ictui lapidis. 79 vel, infixuſque eſt. 80 quem ſcilicet primum eduxerat è pera. 81 vociferati ſunt, & cœperunt perſequi. vel, ſublato clamore perſequuti ſunt. 82 .i. vſque ad introitum vallis in qua ſita erat Accaron. 83 à perſequendo palæſthinos. 84 diripuerunt. 85 id eſt, in domo ſua quæ erat in Beth-lehem. 86 vt ſcilicet congrederetur cum Palæſthino. 87 Dauid non ſatis erat notus Sauli, quod frequenter rediret ad oues paſcendas. Præterea ſunt obliuioſi principes, vt qui detineãtur multis negotijs. Alij referũt ad pturbationẽ animi Saulis. Aut certe rogat cuius ſit tribus, & ex qua familia. quod ſatis intelligitur ex poſtremo verbo huius capitis, cũ dicit, Bethlehemitę. Alioqui ſi quęſiſſet ſolũ de patre, ſatis erat dicere, Iſai ſe eſſe filiũ. 88 .i. Iuro per animã tuã quod nõ. &c.

## CAP. XVIII.

ET factum eſt: cum compleſſet loqui ad Saul, anima 1
Ionathæ conglutinata eſt animæ Dauid, & dilexit
eum Ionathas quaſi animam ſuam. ¶ Tulitque eum 2
Saul in die illa, & non conceſsit ei vt reuerteretur in do-
mum patris ſui. ¶ Inierunt autem Dauid & Ionathas fœ- 3
dus: diligebat enim eum quaſi animam ſuam. ¶ Nam expo 4
liauit ſe Ionathas tunica qua erat indutus, & dedit eam
Dauid, & reliqua veſtimenta ſua vſque ad gladium & ar-
cum ſuum, & vſque ad baltheũ. ¶ Egrediebatur quoq; Da 5
uid ad omnia quæcunque miſiſſet eum Saul, & prudenter
ſe agebat: poſuitque eum Saul ſuper viros belli, & accep-
tus erat in oculis vniuerſi populi, maximeque in conſpe-
ctu famulorum Saul. ¶ Porrò cum reuerteretur percuſſo 6
Philiſthæo Dauid, ˜& ferret caput eius in Ieruſalẽ, egreſ-
ſæ ſunt mulieres de vniuerſis vrbibus Iſrael, cantantes,
choroſque ducentes in occurſum Saul regis, in tympanis

Ineunt fœdus Dauid & Ionathas amiciſsimi.

Dauid prudens, amatur à populo. B

Mulieres occurrunt Sauli & Dauidi cum tympanis. Eccleſ. 47. d.

## CAP. XVIII.

POſteaquam ceſſaſſet [Dauid] loqui ad Saulem, 1 ani-
mus Ionathan conglutinatus eſt animo Dauidis, vt
diligeret eum Ionathan vt animam propriam. Acce-
pitque eum Saul eodem die, neque permiſit eum redire
in Domum patris ſui. Ferijt itaque Ionathan & Dauid fæ-
dus, quum diligeret eum vt propriam animam. Exuit
autem Ionathan tunicam 2 qua erat indutus, & dedit
eam Dauidi, 3 ſed & interiorem veſtem ſuam deinde,
4 & gladium ſuum & arcum ſuum cum baltheo ſuo:
Et egreſſus Dauid, quocunque illum mittebat Saul, 5 pru-
denter [rem] geſsit, & præfecit eum Saul militibus, eratq;
acceptus in oculis totius populi, ſimulque in oculis ſeruo-
rum Saulis. Factum autem eſt, quum ipſi 6 venirent,
rediretque Dauid à cæde Paleſthini, 7 egreſſæ ſunt mu-
lieres ex cunctis ciuitatibus Iſrael 8 cum canticis & ti-
bijs, obuiam Sauli regi, cum tympanis, 9 cum læti-
tia

*tia & 10 fidibus. 11 Alternis autem canebant mulieres ludentes, & dixerunt, 12 Percuſsit Saul ſuos mille, & Dauid ſuos decem mille. Hoc Sauli vehementer iram commouit, diſplicuitque hoc verbum in oculis eius, ita vt diceret, Dederunt Dauidi decem millia, mihi autem dederunt millia, 13 & porrò profectò illi regnum. Saul ergo 14 maligne intuebatur Dauidem ex hoc die, & deinceps. Poſtero die contigit vt ſpiritus Dei malus Saulem inuaderet, vtque 15 prophetaret intra domum, Dauid autem pſalleret manu ſua, ſicut cæteris diebus, & eſſet lancea in manu Saulis. 16 Tollens igitur Saul lanceam, 17 cogitauit, 18 Traiecto Dauide infigam lanceam parieti. declinauit autem Dauid à facie eius bis: Timuitque ſibi Saul à Dauide, quod Dominus eſſet cum eo, receſsiſſetque à Saule. Amandauit igitur Saul eum à ſe, conſtituitque eum tribunum militum, 19 vt egrederetur & ingrederetur coram populo. Dauid autem 20 in omnibus vijs ſuis prudenter agebat, Dominuſq; erat cum ipſo. Quumque vidiſſet Saul 21 quòd ſupra modum prudens eſſet, metuit ſibi ab eo. Vniuerſus autem Iſrael & Iuda diligebat Dauidem, 22 quoniam ipſe egrediebatur & ingrediebatur ante eos. Et ait Saul ad Dauidem, Ecce dabo Merob filiam meam maiorem natu tibi vxorem, 23 modo ſis mihi vir fortis, 24 belligereſque bella Domini. Saul tamen cogitabat, 25 Non erit manus mea contra eum, ſed manus Paleſthinorum erit contra eum. Et ait Dauid ad Saulem, Quis ſum ego, & quæ vita mea, aut familia patris mei in Iſraele, vt gener fiam regis? Factumque eſt in tempore quo danda erat Merab filia Saulis ipſi Dauidi, vt daretur Adrieli Meholathitæ vxor. Amauit autem Dauidem Michal filia Saulis, indicaruntque id Sauli: quæ res placuit Sauli. Dixit ergo Saul, Dabo eam illi, vt ſit ei in 26 laqueum, 27 vtque ſit contra eum manus Paleſthinorum. Dixitque Saul ad Dauidem, 28 In alterutra eris mihi gener hodie. Mandauitque Saul ſeruis ſuis, Loquimini clam ad Dauidem in hanc ſententiam, En 29 fauet tibi rex, omneſque ſerui eius amant te: fias ergo gener regis. Et loquuti ſunt ſerui Saulis verba iſta in auribus Dauidis. Dixitque Dauid, Num verò leue vobis videtur, generum fieri regis, quum ego ſim vir pauper & 30 obſcurus? Et renuntiarunt ſerui Saulis ipſi, dicentes, Iuxta hæc verba loquutus eſt Dauid. Et ait Saul, Sic dicetis Dauidi, 31 Rex non delectatur donatione propter nuptias, niſi centum præputijs Paleſthinorum, vt vindicta ſumatur de hoſtibus regis. Saul autem cogitabat 32 hoc effectum vt Dauid per manum Paleſthinorum proſterneretur. Quumque ſerui eius indicaſſēt verba iſta Dauidi, placuit hæc res in oculis Dauidis, vt gener fieret regis. 33 necdum exacti erant dies. 34 Dauid ſurrexit & abijt vnà cum viris ſuis, & percuſsit ex Paleſthinis ducentos viros, quorum præputia Dauid attulit: & 35 impleuerunt ea regi, vt ſcilicet gener fieret regi: deditque Saul Michal filiam ſuam ei vxorem. Videns autem Saul, animaduertenſque quòd Dominus eſſet cum Dauide, quòdque Michal filia Saulis, eum diligeret, Plus metuit ſibi Saul à Dauide, fuitque Saul hoſtis Dauidi 36 cunctis diebus. Et 37 egreſsi ſunt principes Paleſthinorum: quumque egrederentur ipſi, Dauid 38 prudentius egit quàm omnes ſerui Saulis, 39 vt fieret nomen eius valde illuſtre.*

7 lætitiæ & in ſiſtris. ♀ Et præcinebant mulieres ludentes, atque dicentes, Percuſsit Saul mille, & Dauid decem
8 millia. ♀ Iratus eſt autem Saul nimis, & diſplicuit in oculis eius ſermo iſte: dixitque, Dederunt Dauid decem millia, & mihi mille dederunt: quid ei ſupereſt, niſi ſo- C
9 lum regnum? ♀ Non rectis ergo oculis Saul aſpiciebat
10 Dauid à die illa, & deinceps. ♀ Poſt diem autem alterã, inuaſit ſpiritus Dei malus Saul, & prophetabat in medio domus ſuæ: Dauid autem pſallebat manu ſua, ſicut per
11 ſingulos dies. Tenebatque Saul lanceam, ♀ & miſit eam, putans quòd configere poſſet Dauid cum pariete: & de-
12 clinauit Dauid à facie eius ſecundò. ♀ Et timuit Saul Dauid: eo quòd Dominus eſſet cum eo, & à ſe receſsiſ-
13 ſet. ♀ Amouit ergo eum Saul à ſe, & fecit eum tribunum ſuper mille viros: & egrediebatur, & intrabat in D
14 conſpectu populi. ♀ In omnibus quoque vijs ſuis Dauid
15 prudenter agebat, & Dominus erat cum eo. ♀ Vidit itaque Saul quòd prudens eſſet nimis, & cœpit cauere eũ.
16 ♀ Omnis autẽ Iſrael & Iuda diligebat Dauid: ipſe [a] autẽ
17 ingrediebatur & egrediebatur ante eos. ♀ Dixitque Saul ad Dauid, Ecce filia mea maior Merob, ipſam dabo tibi vxorem: tantummodo eſto vir fortis & præliare bella Domini. Saul autem reputabat, dicens, Non ſit manus mea in eum, ſed ſit ſuper eum manus Philiſthinorum.
18 ♀ Ait autem Dauid ad Saul, Quis ego ſum, aut quæ eſt E vita mea, aut cognatio patris mei in Iſrael, vt fiam gener
19 regis? ♀ Factum eſt autem tempus cum deberet dari Merob filia Saul Dauid, data eſt Hadrieli Molathitæ
20 vxor. ♀ [a] Dilexit autem Dauid Michol filiam Saul alteram: & nuntiatũ eſt Saul, & placuit ei. Dixitq́; Saul, Dabo eã illi, vt fiat ei in ſcandalũ, & ſit ſuper eũ manꝰ Philiſthi-
21 norum. ♀ Dixitque Saul ad Dauid, In duabus rebꝰ gener
22 meus eris hodie. ♀ Et mandauit Saul ſeruis ſuis, Loquimini ad Dauid clam me, dicentes, Ecce places regi, & om-
23 nes ſerui eius diligũt te: nunc ergo eſto gener regis. ♀ Et locuti ſunt ſerui Saul in auribus Dauid omnia verba hæc: & ait Dauid, Nũ parum videtur vobis generum eſſe regis? F
24 ego autem ſum vir pauper & tenuis. ♀ Et renuntiauerunt ſerui Saul, dicẽtes, Huiuſcemodi verba locutus eſt Dauid.
25 ♀ Dixit autem Saul, Sic loquimini ad Dauid, Non habet rex ſponſalia neceſſe, niſi tantum centum præputia Philiſthinorum, vt fiat vltio de inimicis regis. Porrò Saul
26 cogitabat tradere Dauid in manus Philiſthinorum. ♀ Cũque renuntiaſſent ſerui eius Dauid verba quæ dixerat Saul, placuit ſermo in oculis Dauid, vt fieret gener
27 regis. ♀ Et poſt paucos dies ſurgens Dauid, abijt [b] in Accaron cum viris qui ſub eo erant. Et percuſsit ex G Philiſthijm ducentos viros: & attulit eorum præputia, & annumerauit ea regi, vt eſſet gener eius. dedit itaque
28 Saul ei Michol filiam ſuam vxorem. ♀ Et vidit Saul, & intellexit quòd Dominꝰ eſſet cũ Dauid: Michol autẽ filia
29 Saul, diligebat eum. ♀ Et Saul magis cœpit timere Dauid:
30 factuſq; eſt Saul inimicꝰ Dauid cũctis diebus. ♀ Et egreſsi principes Philiſthinorum. à principio autem egreſsionis eorum, prudentius ſe gerebat Dauid, quàm omnes [a] viri Saul, & celebre factum eſt nomen eius nimis.

Inuaditur Saul à ſpiritu malo. Pſallit Dauid. Saul tentat occidere Dauidem, & quare.

Dauid prudens cum quo Deus erat, diligitur à populo.

[a] enim

Promiſſam Dauidi Merob, alteri dat Saul.

Hypocrita Saul.

[a] Dilexit autem Michol filia Saul altera, Dauid: Michol promittitur Dauid.

Saul petit à Dauide centũ præputia Philiſthinorum.

Affert ea Dauid ad regem, & accipit Michol vxorem.

Deus cum Dauide, vnde timetur à Saule.

[a] ſerui

## SCHOLIA IN CAP. XVIII.

1 Hebraiſmus, anima Ionathæ alligata eſt animæ Dauidis, & dilexit eum, &c. Anima pro toto homine. Anima Ionathæ, id eſt, ipſe Ionathan. Dilexit eum vt animam ſuam, id eſt, vt ſeipſum. 2 Hebraiſmus, quæ ſuper eum. 3 ſed & (alias) veſtes ſuas. ſubaudi, dedit inquam. 4 Hebraiſmus, vſque ad enſem. 5 proſpere (rem) gerebat. vel, magna fœlicitate negotium conficiebat. 6 redirent. ſubaudi, ex bello. 7 tunc egreſſæ. 8 Hebraiſmus, ad canendum, & fiſtulæ. ſubaudi, in manibus eorum, id eſt, tenentes fiſtulas, quaſi dicat, canentes ore & fiſtulis carmina in laudẽ victoriæ Dauidis. 9 cum (ſubaudi, organis) lætitiæ, id eſt, muſicis, quibus excitari ſolet lætitia. 10 ſiſtris. vel, cimbalis. Vox Hebræa ſignificat inſtrumenta quæ conſtant tribus fidibus. Alij aiunt eſſe carmina eximia. 11 Præcinebantque mulieres canentes. 12 quaſi dicat, Multos quidem percuſsit Saul, at Dauid multo plures. Quidam vertunt, Dauid percuſsit in miriadibus, quaſi dicat, Tot homines percuſsit quaſi fuiſſet adiutus hominum myriadibus. 13 Hebraiſmus, & vltra illi tantummodo regnum. ſubaudi, ſupereſt. Chaldæus paraphraſtes, nihil relinquitur & ſupereſt habendũ præter regnũ. 14 vel, toruo oculo. 15 Prophetare dicuntur ſtulti, quòd nõ intelligũt ea quæ dicunt: quales ſunt vaticinationes prophetarum,

quæ



quæ abſurdæ & ridiculæ videntur ijs qui Spiritu Dei carent. Chaldæus paraphraſtes, deſipiebat, id eſt, more deſipientium aliena atq; abſurda loquebatur. quod prophetæ videantur etiam abſurda dicere, quæ ſcilicet à nobis haud facile intelliguntur. 16 Contorquẽs. vel, iaculatus. 17 ſubaudi, apud ſe. 18 Hebraiſmus, Percutiam in Dauidem & in parietem, id eſt, Vno ictu confoſſo Dauide lanceam parieti infigam. 19 Heb. & egrediebat, & ingrediebat ante populũ, id eſt, educebat populum ad bellum, & reducebat, vt imperatores ſolent facere. 20 id eſt, in negotijs quæ gerebat, erat mire fœlix. 21 vel, quod proſpere admodum res gereret. Aut, maxima fœlicitate negotia conficeret. 22 id eſt, quod copias eorum fœlicisſime ac magno ſucceſſu educeret ad bellum, & inde reduceret. 23 tantum mihi eſto, &c. id eſt, ea lege vt ſis dux & imperator mei exercitus. 24 ſubaudi, contra Palæſthinos. 25 quaſi dicat, Non occidam eum, ſed interficietur à Palæſthinis. 26 vel, offendiculum. ruinam, id eſt, propter eam corruet, occaſio erit ruinæ & exitij. Hoc dicit propter Palæſthinos quos erat interfecturus ante nuptias. 27 quaſi dicat, ita veniet in poteſtatem Palæſthinorum, ſicque occidetur. 28 vel, Per alteram. ſubaudi, filiarum, &c. id eſt, Contrahes mecum affinitatem in altera duarum filiarum mearum. 29 vel, deamat te. 30 Hebraiſmus, deſpectus? ſiue, deſpicabilis? 31 Hebraiſmus, Non beneplacitum eſt regi in dote, ſed in centum, &c. id eſt, Rex non quærit aliam dotem, quàm centum præputia Philiſthinorum. Non delectatur alia dote quàm centum, &c. 32 Hebraiſmus, tradere (vel, conijcere) Dauidem in manum Palæſthinorum. 33 id eſt, nondum autem impletum erat tempus præſtitutum dandi præputia illa. 34 Quum ſurrexiſſet Dauid, abijt, &c. 35 vel, ad plenũ tradiderũt, id eſt, numerauerunt ea omnia. q.d. numero perfecto & completo tradiderunt ea. 36 ſubaudi, poſtea. 37 vt ſcilicet bellum inferrent Iſraelitis. 38 fœlicius rem adminiſtrauit. 39 proinde celebre fuit nomen eius admodum.

## CAP. XIX.

Saul iubet occidi Dauidem. Ionathas indicat Dauidi patris inſidias.

LOcutus eſt autẽ Saul ad Ionathan filiũ ſuum, & ad 1
omnes ſeruos ſuos, vt occiderẽt Dauid. porrò Iona
thas filius Saul, diligebat Dauid valde. ♀ Et indica- 2
uit Ionathas Dauid, dicens, Quærit Saul pater meus occidere te: quapropter obſerua te quæſo mane, & manebis
clam, & abſconderis. ♀ Ego autem egrediens, ſtabo iuxta 3
patrem meum in agro, vbicunq; [a] fuerit: & ego loquar de te ad patrem meum: & quodcunq; videro, nuntiabo tibi.

[a] fuerit

Saul iurat ſe nõ occiſurum Dauidem.

[b] peccet rex in ſeruum ſuum

[c] ſua,

♀ Locutꝰ eſt ergo Ionathas de Dauid bona ad Saul patrẽ 4
ſuũ: dixitque ad eum, Ne [b] pecces rex in ſeruum tuũ Dauid, quia non peccauit tibi, & opera eius bona ſunt tibi
valde. ♀ Et poſuit animam ſuam in manu [c] tua, & per- 5
cuſsit Philiſthæum, & fecit Dominus ſalutem magnam vniuerſo Iſraeli. vidiſti, & lætatus es. quare ergo peccas in ſanguine innoxio, interficiens Dauid, qui eſt abſ-
que culpa? ♀ Quod cũ audiſſet Saul, placatus voce Io- 6
B nathæ, iurauit, Viuit Dominus, quia non occidetur. ♀ Vo- 7
cauit itaque Ionathas Dauid, & indicauit ei omnia verba hæc: & introduxit Ionathas Dauid ad Saul, & fuit ante

Dauid percutit Philiſthæos.

eum, ſicut fuerat heri & nudiuſtertius. ♀ Motum eſt 8
autem rurſum bellum: & egreſſus Dauid, pugnauit aduerſum Philiſthijm: percuſsitque eos plaga magna, & fuge-

Saul nititur confodere Dauidẽ pſallentem.

runt à facie eius. ♀ Et factus eſt ſpiritus Domini malus in 9
Saul: ſedebat autem in domo ſua, & tenebat lanceã: por-
rò Dauid pſallebat manu ſua. ♀ Niſuſque eſt Saul con- 10
figere Dauid lancea in pariete, & declinauit Dauid à facie Saul: lancea autem caſſo vulnere perlata eſt in pa-

Fugit Dauid.

rietem, & Dauid fugit, & ſaluatus eſt nocte illa. ♀ Miſit 11
ergo Saul ſatellites ſuos [d] nocte in domum Dauid vt cuſtodirent eum, & interficeretur mane. Quod cum annuntiaſſet Dauid Michol vxor ſua, dicens, Niſi ſaluaue-

Michol prouidẽtia Dei ſeruat Dauidem, per feneſtram illũ demittens.

ris te nocte hac, cras morieris: ♀ depoſuit eum per fe- 12
neſtrã: porrò ille abijt & aufugit, atq; ſaluatꝰ eſt. ♀ Tulit 13
C autem Michol ſtatuam, & poſuit eam ſuper lectũ, & pellem pilloſam caprarum poſuit ad caput eius, & operuit
eã veſtimentis. ♀ Miſi autẽ Saul apparitores qui raperent 14
Dauid: & reſpõſum eſt quòd ægrotaret. ♀ Rurſumq́; mi- 15
ſit Saul nuntios vt viderent Dauid, dicens, Afferte eum
ad me in lecto, vt occidatur. ♀ Cumque veniſſent nun- 16
tij, inuentum eſt ſimulacrum ſuper lectum, & pelles ca-
prarum ad caput eius. ♀ Dixitque Saul ad Michol, Quare 17
ſic illuſiſti mihi, & dimiſiſti inimicũ meum vt fugeret? Et reſpondit Michol ad Saul, Quia ipſe locutus eſt mihi, [e] di-

Dauid fugiens venit ad Samuelem.

cens, Dimitte me, alioquin interficiam te. ♀ Dauid autem 18
fugiens, ſaluatus eſt, & venit ad Samuel in Ramatha, & nuntiauit ei omnia quæ fecerat ſibi Saul: & abierunt ipſe

Saul, & miniſtri eius perſequentes Dauidẽ, prophetant cum D prophetis.

[f] ſuper nuntios Saul,

& Samuel, & morati ſunt in Naioth. ♀ Nuntiatum eſt 19
autẽ Sauli à dicentibus, Ecce Dauid in Naioth in Rama-
tha. ♀ Miſit ergo Saul lictores, vt raperent Dauid: qui cũ 20
vidiſſent cuneum prophetarum vaticinantiũ, & Samuelẽ ſtantem ſuper eos, factus eſt etiã Spiritus Domini [f] in illis,
& prophetare cœperunt etiam ipſi. ♀ Quod cũ nuntiatũ 21

## CAP. XIX.

*ET loquutus eſt Saul ad Ianathan filium ſuum, & ad cunctos ſeruos ſuos, vt occiderent Dauidem: ſed Ionathan filius Saulis 1 egregio fauore Dauidem proſequebatur. Nuntiauit itaq; Ionathan Dauidi, dicens, Saul pater meus quærit [occaſionem] vt te interficiat: 2 caue igitur quæſo vſque mane, 3 ſedenſque in occulto abſconde te: Ego verò egrediar, & 4 ſtabo ad manum patri meo in agro in quo tu 5 fueris, loquarque 6 pro te ad patrem meum, & ſiquid videro, indicabo tibi. 7 Loquutuſque eſt Ionathan bonum 8 pro Dauide ad Saulem patrem ſuũ, & dixit ad eum, 9 Ne peccet rex in ſeruum ſuum Dauidem, quoniam nihil deſignauit aduerſus te, ſed 10 opera eius valde vtilia tibi fuerunt: 11 Poſuit enim animam ſuam in manum ſuam, & percuſsit Paleſthinum, & fecit Dominus ſalutem magnã vniuerſo Iſraeli: tu 12 vidiſti & gauiſus es, cur ergo peccares contra 13 ſanguinem innocentem, vt interficeres Dauidem abſque cauſa? 14 Audiens autem Saul vocem Ionathan, iurauit, 15 Viuit Dominus, ſi interficiatur. Et Ionathan vocans Dauidem, indicauit ei cuncta verba iſta, introduxitque Dauidem ad Saulem, 16 vt eſſet coram eo ſicut heri & nudiuſtertius. Factum eſt autem rurſus bellum, & egreſſus Dauid pugnauit contra Paleſthinos, percuſsitque eos cæde magna, fugeruntque coram eo. 17 Factus eſt autem ſpiritus Domini malus in Saule, ſedebatque in domo ſua, habens lanceam in manu ſua, Dauid verò 18 ludebat manu. Et conatus eſt Saul traiecto Dauide lanceam defigere in parietem: at ille 19 ſubduxit ſe coram eo, & defixit lanceam in parietem, & Dauid fugiens, ereptus eſt eadem nocte. Miſit ergo Saul nuntios ad domum Dauidis, qui eum 20 obſeruarent, atque mane eum interficerent. indicauit [hoc] Dauidi Michal vxor eius hiſce verbis, 21 Niſi tu ſerues animã tuam hac nocte, cras interfectus eris. Demiſit ergo Michal Dauidem per feneſtram; qui abiens effugit, atque ereptus eſt. Tollens autem Michal 22 imagines, poſuit ſuper lectum, & 23 vittam ex pellibus caprinis ad capita ipſarum, 24 operuitque veſte. Et quum Saul miſiſſet nuntios vt tollerent Dauidem, dicebat illa, AEgrotus eſt. Rurſum miſit Saul nũtios 25 vt viderent Dauidem, dicens, Afferte eum ad me in lecto, vt eum interficiam. Quumque nuntij eſſent ingreſsi, ecce 26 imagines iacebant in lecto, & 27 vitta ex pellibus caprinis ad capita ipſarum. Ait autẽ Saul ad Michal, Cur mihi ſic impoſuiſti, & dimiſiſti inimicum meum vt euaderet? Reſpondit Michal Sauli, Quoniam ipſe dixit mihi, Omitte me, 28 ne forte te interficiam. Dauid igitur fugiens ereptus eſt, & venit ad Samuelem in Rama, indicauitque ei omnia quæ fecerat ſibi Saul: & abijt ipſe & Samuel, & habitauerunt in 29 Naioth. Nuntiatumque eſt Sauli hiſce verbis, Ecce Dauid eſt 30 in Naioth in Rama. Et miſit Saul 31 nuntios qui adducerent Dauidem. & 32 vidit cuneum prophetarum 33 prophetantium, & Samuelem ſtantem 34 antiſtitem ſuper eos: 35 factuſque eſt Spiritus Dei ſuper nuntios Saulis, vt & ipſi prophetarent. Et nuntiarunt*

*[hoc] Sauli: is miſit alios nuntios, 36 qui & ipſi prophetarunt: Saul autem rurſus miſit tertios nuntios, & hi quoque prophetarunt. Abiens ergo & ipſe in Rama, venit ad puteum magnum qui eſt in Sechu, & interrogans ait, Vbi ſunt Samuel & Dauid? Et reſpondit [quidam,] Ecce in Naioth in Rama. Et abijt illuc in Naioth in Rama: & venit ſuper ipſum quoque Spiritus Dei, & 37 eundo ibat atque prophetabat, donec veniret in Naioth in Rama. Ipſe quoque exutis 38 veſtibus ſuis, 39 coram Samuele prophetauit, & 40 procidit nudus tota illa die, & tota nocte. hinc dicitur, 41 Eſtne Saul inter prophetas?*

eſſet Sauli, miſit & alios nuntios: prophetauerunt autem
& illi. & rurſum miſit Saul tertios nuntios: qui & ipſi pro-
22 phetauerunt. Et iratus iracundia Saul, abijt etiam ip-
ſe in Ramatha, & venit vſque ad ciſternam magnam quæ
eſt in Socho, & interrogauit, & dixit, In quo loco ſunt Sa
muel & Dauid? Dictúq; eſt ei, Ecce in Naioth ſunt in Ra-
23 matha. Et abijt in Naioth in Ramatha, & factus eſt etiã
ſuper eũ Spiritus Dñi, & ambulauit ingrediẽs, & prophe
24 tabat vſquedũ veniret in Naioth in Ramatha. Et expo-
liauit etiã ipſe ſe veſtimentis ſuis, & ꝓphetauit cũ cæteris
coram Samuele, & cecinit nudus tota die illa & nocte. vn
de & exiuit prouerbium, Num & Saul inter prophetas?

Dei, ambulabat

cecidit

Prouerbium. Sup. 10. a.

## SCHOLIA IN CAP. XIX.

1 Hebraiſmus, complacuit admodum in Dauide, id eſt, deamabat Dauidem. 2 nunc ergo caue tibi obſecro (craſtina die) mane. 3 manenſque. 4 quaſi dicat, aſtabo lateri patris mei. Potius vertendum, in loco patris mei, id eſt, in loco ad quem exire ſolet mane pater meus animi cauſa. 5 ſubaudi, deliteſcens. 6 de te ad patrem meum, & videbo (qui reſpondeat mihi,) & renuntiabo. 7 Locutus eſt igitur. 8 de Dauide. 9 id eſt, Ne faciat iniuriam ſeruo ſuo Dauidi. 10 id eſt, ſigula quæ geſſit, profuerunt tibi plurimum. 11 id eſt, Expoſuit ſe periculo. 12 ſubaudi, quæ dico. 13 Sanguinem innocentem vocat hominem inſontem, qui nullo pacto læſit. 14 id eſt, Acquieſcens monitis. 15 Formula iurandi Hebraica, Si pro Non. 16 & fuit in conſpectu eius, id eſt, aſtitit, ac miniſtrauit ei. 17 id eſt, Inuaſit autẽ Saulem ſpiritus Do. malus, id eſt, à Domino immiſſus. 18 vel, pulſabat citharam. vt ſcilicet leniret dolorem Saul per Dauidem, velut per inſtrumentum, ſedabat Deus dolorem Saulis. 19 vel, declinauit à facie eius. 20 ne ſcilicet exiret. 21 id eſt, Niſi fuga conſulueris tibi. 22 id eſt, vnam ex imaginibus: hoc eſt imaginem vnã. Vox Hebræa hîc pro quauis effigie referente ſpeciẽ hominis accipitur, ſiue ſit lignea, ſiue argentea, ſiue lapidea. Alibi in malam partem accipitur. 23 paruum puluinar caprinum poſuit ceruical eius, id eſt, puluinar ex pilis caprinis factum, vel ex pelle adhuc villoſa, ſuppoſuit vice ceruicalis ipſi imagini ſiue ſtatuæ. Chaldæus paraphraſtes vertit pro puluinari, vtrem: quod puluinar referat vtrem. Hoc faciebat vt interim Dauid conſuleret ſaluti ſuæ in loco tuto. 24 ne ſcilicet quum ingreſſi eſſent milites, deprehenderent eſſe ſtatuam. 25 an ſcilicet ægrotaret. 26 potius, ſimulachrum ſiue ſtatua iacebat. 27 puluinar caprinum (erat) ceruical eius. ſubaudi, ſtatuæ, id eſt, quod erat ipſi ſimulachro pro ceruicali. 28 Hebraiſmus, quare interficiam te? id eſt, alioqui te interficiam. 29 Naioth locum eſſe ſitum in agro Ramah, aiunt quidam Hebræorum. alij locum vicinum Ramah. ſignificat autem locum ſtudioſorum. 30 id eſt, in agro vrbis Ramah. 31 vel, lictores. 32 ſubaudi, maximus lictorum, vel ſinguli viderunt. 33 Chaldæus paraphraſtes, laudantium Deum. 34 (&) præfectum illis, id eſt, docentem eos. vel, Samuel præfectus illis ſtans docebat eos. 35 id eſt, irruitque. 36 & prophetarunt etiam ipſi, id eſt, celebrarunt & laudarunt Deum. 37 id eſt, intereundum prophetabat. 38 Quidam Hebræorum intelligunt hoc de ornatu regio. Alij aiunt abieciſſe omnia veſtimenta, & recte. 39 Samuel tamen non inuiſit, neque adijt illum, neque etiam dignatus eſt eum alloqui, iuxta id quod prius dixerat Samuelem vltra non viſurum illum ante mortem ſuam. 40 cecidit. ſubaudi, in terram. humi iacuit, vt & alij qui correpti erant ac poſſeſſi Spiritu illo diuino: non enim fungebantur ſenſus exteriores officijs ſuis. 41 Nunquid etiam, &c. Hoc prouerbium pertinet ad ſummam laudem potentiæ Dei, quum volumus oſtẽdere ipſum multa facere præter hominum opinionem. De re quæ prima frõte videbatur abſurda, dicebat̃ hoc prouerbiũ. Sẽſus eſt, Nõne Saul prophetauit, & Spiritu Dei arreptus eſt, quum prophetas vellet perdere? quaſi dicat, prophetauit. Vel, Num Saul propheta erat quum coram Samuele in Rama prophetauit?

## CAP. XX.

*FVgiens verò Dauid de Naioth in Rama, venit & dixit coram Ionathan, Quid feci? quæ iniquitas mea? aut quod peccatum meum 1 coram patre tuo, 2 quòd quærit animam meam? Qui dixit ei, Abſit, nequaquam morieris: en pater meus nihil 3 facit ſiue magnum ſit ſiue paruum, 4 quod auri meæ non reuelet, 5 quomodo ergo clàm haberet me pater meus hanc rem? nequaquam hoc. Et Dauid 6 rurſum iurauit, dicens, Scit plane pater tuus 7 quòd gratus ſum tibi, ideo cogitat, Ne reſciſcat hoc Ionathan, ne fortè dolore afficiatur. & profecto viuit Dominus, & viuit anima tua, 8 vix paſſus inter me & mortem interceſſit. Et ait Ionathan ad Dauidem, 9 Quidquid pro voto deſideras, faciam tibi. Reſpondit Dauid ipſi Ionathan, Ecce cras Neomeniæ erunt, quum 10 omnino deberem cum rege ad menſam diſcumbere: tu verò dimittas me, vt abſcondar in agro vſque ad veſperam tertiæ diei. Si pater tuus 11 accurate de me perquiſierit, dicas, Obnixè precatus eſt à me, vt ei liceret feſtinato ire in Beth-lehem ciuitatem ſuam: quoniam ſacrificium gentilitium 12 eſt ibi ſolenne toti familiæ. Si ſic dixerit, Bene eſt: 13 rectè habent res ſerui tui. Quòd ſi ira fuerit concitatus, 14 planè noueris apud ipſum conſummatam eſſe malitiam. 15 Hoc ergo beneficium præſta ſeruo tuo, quoniam 16 in fœdere Domini adduxiſti ſeruum tuum ad te. quòd ſi eſt aliqua iniquitas in me, interfice tu me, 17 quid enim ad patrem tuum me introduceres? Et dixit Ionathan, 18 Abſit à te, quoniam ſi cognouero conſummatam eſſe malitiam patris mei, vt ſuper te veniat, annon [putas] quòd tibi ſim indicaturus? Et dixit*

1 FVgitantẽ Dauid de Naioth quæ eſt in Ramatha, ve
niẽſq; locutus eſt coram Ionatha, Quid feci? quæ
eſt iniquitas mea, & quod peccatũ meũ in patrẽ tuũ,
2 quia quærit animã meã? Qui dixit ei, Abſit à te non mo-
rieris: neq; enim faciet pater meus quicquã grãde vel par-
uũ, niſi prius indicauerit mihi: hũc ergo celauit à me pa-
ter meus ſermonẽ tãtũmodo? nequaquã enim erit iſtud.
3 Et iurauit rurſum Dauidi: & ille ait, Scit profectò pater
tuus quia inueni gratiam in oculis tuis, & dicet, Neſciat
hoc Ionathas, ne forte triſtetur. quinimò viuit Dñs, & vi-
uit anima tua, quia vno tantum (vt ita dicam) gradu, ego
4 morſq; diuidimur. Et ait Ionathas ad Dauid, Quodcũq;
5 dixerit mihi anima tua, faciam tibi. Dixit autem Dauid
ad Ionathan, Ecce Calendæ ſunt craſtino, & ego ex more
ſedere ſoleo iuxta regem ad veſcendum: dimitte ergo me
6 vt abſcondar in agro vſque ad veſperam diei tertiæ. Si
reſpiciens requiſierit me pater tuus, reſpondebis ei, Ro-
gauit me Dauid vt iret celeriter in Beth-lehem ciuitatem
ſuam: quia victimæ ſolennes ibi ſunt vniuerſis contribuli-
7 bus ſuis. Si dixerit, Bene: pax erit ſeruo tuo. Si autẽ fuerit
8 iratus, ſcito quia completa eſt malitia eius. Fac ergo mi-
ſericordiam in ſeruum tuum: quia fœdus Domini me fa-
mulum tuum tecum inire feciſti. ſi autem eſt iniquitas ali-
qua in me, tu me interfice, & ad patrem tuum ne introdu-
9 cas me. Et ait Ionathas, Abſit hoc à me: neque enim fie-
ri poteſt, vt ſi certe cognouero completam eſſe patris mei
10 malitiam contra te, non annuntiem tibi. Reſponditque
Dauid

Dauid conqueritur apud Ionathan.

Rurſum init fœdus Ionathas cũ Dauide.

Fallit Dauid Saulem.

B

à te



Dauid ad Ionathã, Quis renũtiabit mihi, ſiquid forte re-
ſponderit tibi pater tuus dure de me? Et ait Ionathas 11
ad Dauid, Veni, & egrediamur foras in agrum. Cumque
exiſſent ambo in agrũ, ait Ionathas ad Dauid, Domine 12
Deus Iſrael, ſi inueſtigauero ſententiam patris mei cra-
ſtino vel perendie: & aliquid boni fuerit ſuper Dauid,
& non ſtatim miſero ad te, & notum tibi fecero, hæc 13
faciat Dominus Ionathæ, & hæc augeat. Si autem perſe-
uerauerit patris mei malitia aduerſum te, reuelabo aurem
tuam, Et dimittam te, vt vadas in pace, & ſit Dominus te-
cum, ſicut fuit cum patre meo. Et ſi vixero, facies mihi 14
miſericordiam Domini: ſi verò mortuus fuero, nõ aufe- 15
res miſericordiam tuam à domo mea vſq; in ſempiternũ,
quando eradicauerit Dominus inimicos Dauid, vnum-
quemque de terra: Auferat Ionathan de domo ſua, & re-
quirat Dominus de manu inimicorũ Dauid. Pepigit er- 16
go Ionathas fœdus cũ domo Dauid: & requiſiuit Domi-
nus de manu inimicorum Dauid. Et addidit Ionathas 17
deierare Dauid, eo quòd diligeret illum: ſicut enim ani-
mam ſuam, ita diligebat eum. Dixitque ad eum Iona- 18
thas, Cras Calẽdæ ſunt, & requirẽris: requiretur enim ſeſ
ſio tua vſque perendie. deſcendes ergo feſtinus, & ve- 19
nies in locum vbi celandus es in die quando operari licet,
& ſedebis iuxta lapidẽ, cui nomen eſt Ezel. Et ego tres 20
ſagittas mittam iuxta eum, & iaciam quaſi exercens me
ad ſignũ. Mittam quoq; & puerũ, dicẽs ei, Vade, & affer 21
mihi ſagittas. ſi dixero puero, Ecce ſagittæ intra te ſunt, 22
tolle eas: tu veni ad me, quia pax tibi eſt, & nihil eſt mali,
viuit Dominus. Si autem ſic locutus fuero puero, Ecce ſa-
gittæ vltra te ſunt. vade in pace, quia dimiſit te Dominus.
De verbo autem quod locuti ſumus ego & tu, ſit Do- 23
minus inter me & te, vſque in ſempiternum. Abſcon- 24
ditus eſt ergo Dauid in agro, & venerunt Calendæ, &
ſedit rex ad comedendum panem. Cumque ſediſſet 25
rex ſuper cathedram ſuam (ſecundum conſuetudinem)
quæ erat iuxta parietem, ſurrexit Ionathas, & ſedit Abner
ex latere Saul, vacuuſque apparuit locus Dauid. Et nõ 26
eſt locutus Saul quicquã in die illa: cogitabat enim quòd
forte euenisset ei vt non eſſet mundus, nec purificatus.
Cumque illuxiſſet dies ſecunda poſt Calendas, rurſus 27
apparuit vacuus locus Dauid: dixitque Saul ad Ionathan
filium ſuum, Cur non venit filius Iſai nec heri, nec hodie
ad veſcendum? Reſponditque Ionathas Sauli, Rogauit 28
me obnixe vt iret in Beth-lehẽ. Et ait, Dimitte me, quo- 29
niã ſacrificiũ ſolẽne eſt in ciuitate mea, vnus de fratribus
meis accerſiuit me: nunc ergo ſi inueni gratiam in oculis
tuis, vadam cito, & videbo fratres meos. ob hanc cauſam
non venit ad menſam regis. Iratus autem Saul aduerſum 30
Ionathan, dixit ei, Fili mulieris virum vltrò rapientis,
nunquid ignoro quia diligis filium Iſai in confuſionem
tuam, & in confuſionem ignominioſæ matris tuæ? Om- 31
nibus enim diebus quibus filius Iſai vixerit ſuper terram,
non ſtabilieris tu, neque regnum tuum. itaque iam
nunc mitte & adduc eum ad me: quia filius mortis
eſt. Reſpondens autem Ionathas Sauli patri ſuo, 32
ait, Quare morietur? quid fecit? Et arripuit Saul lan- 33
ceam vt percuteret eum: & intellexit Ionathas quòd de-
finitum eſſet à patre ſuo vt interficeretur Dauid. Sur- 34
rexit ergo Ionathas à menſa in ira furoris, & non come-
dit in die Calẽdarum ſecunda panẽ. contriſtatus eſt enim
ſuper Dauid, eo quod confudiſſet eũ pater ſuus. Cum- 35
que illuxiſſet mane, venit Ionathas in agrum iuxta pla-
citum Dauid, & puer paruulus cum eo. Et ait ad puerũ 36
ſuum, Vade, & affer mihi ſagittas quas ego iacio. cumq;
puer cucurriſſet, iecit aliam ſagittam trans puerũ. Venit 37
itaque puer ad locum iaculi, quod miſerat Ionathas:
& clamauit Ionathas poſt tergum pueri, & ait, Ecce ibi
eſt ſagitta porrò vltra te. Clamauitque iterum Io- 38
nathas poſt tergum pueri, dicens, Feſtina velociter,

Signo trium ſagittarũ, promittit Ionathas Dauidi ſe indicaturum voluntatem patris.

C

addat.

D

Abſconſus Dauid, requiritur à Saule.

E

Ionathan excuſantem Dauidẽ vult Saul occidere.

F

Interficeret

Ionathas tribus miſſis ſagittis liberat Dauidem à morte.

G

*Dauid ad Ionathan, Quis mihi 19 indicabit? aut ſi dure reſponderit tibi pater tuus? Et ait Ionathan ad Dauidem, Age, egrediamur 20 in agrum. egreſſique ſunt ambo in agrum: & dixit Ionathan ad Dauidem, 21 Dominus Deus Iſrael, 22 ſi explorauero patrem meum cras iuxta hoc tempus, aut perendie, 23 iſque beneuolum ſe erga Dauidem [oſtenderit,] ſi non tum miſero ad te, reuelaroque tibi. Dominus inquam faciat ſic Ionathan, 24 ſicque addat, quòd 25 ſi viſum fuerit patri meo, vt te malis [afficiat,] id quoque tibi reuelabo, 26 Dimittamque te 27 vt in pace abeas, 28 ſitque Dominus tecum quemadmodum fuit cum patre meo, 29 Si id non præſtitero, nec mihi viuo, nec mortuo beneficium Domini præſtiteris. 30 Et ſi non [fecero] hoc, ſuccidas beneficentiam tuam à domo mea perpetuo: ſi inquam non [fecero] hoc, quum Dominus exciderit hoſtes Dauidis è terra, 31 Excindat & Dauid Ionathan vnà cum domo [ſua,] requiratque [id] Dominus de manu hoſtium Dauidis. 32 Adhæc iurauit Ionathan Dauidi, per dilectionem nempe qua illum diligebat. diligebat autem eum vt propriam animam. Et dixit ei Ionathan, Cras ſunt Neomeniæ, tuque 33 deſideraberis, 34 vacabit enim locus in quo tu accumbere ſoles. 35 Tertio autem die deſcendes continuo, venieſque in locum vbi latitaueras 36 die profeſto, 37 ſedebiſque pone lapidem Aſel, Iaciamque tres ſagittas ad 38 latus, iaciendo ſcilicet 39 mihi 40 ad ſcopum. Mittam deinde 41 puerum, [cui dicam,] Vade, 42 quære iacula. ſi igitur dixero ad puerũ, En ſagittæ 43 à te [iacent] huc verſus: cape 44 eũ, & veni: 45 res enim tuæ ſaluæ ſunt, & nihil eſt negotij, 46 viuit Dominus. Quòd ſi ſic dixero adoleſcenti, En ſagittæ à te & vltra [promiſſæ iacent:] vade, 47 quoniã amandauit te Dominus. Porrò, verbi quod ego & tu loquuti ſumus, 48 ſit Dominus inter me & inter te [teſtis] perpetuò. Latuit ergo Dauid in agro, & factæ ſunt Neomeniæ, diſcubuitque rex vt ederet panem. Sedebat autem rex in ſolio ſuo, quemadmodum alias, in ſolio 49 ſcilicet ad parietem: & 50 ſurrexit Ionathan, ſeditq; Abner ad latus Sauli, vacauitque locus Dauidis. Illo die nihil loquutus eſt Saul: cogitabat enim, 51 Fortè accidit ei quidpiam, vt non ſit mundus. Contigit autem craſtino, hoc eſt altero die poſt nouam lunam, vt vacaret locus Dauidis, diceretque Saul ad Ionathan filium ſuum, Quare non venit filius Iſai, nec heri nec hodie 52 ad panem? Et reſpondit Ionathan Sauli, Obnixe precatus eſt à me Dauid, vt liceret ei ire in Beth-lehem. Dixit enim, Dimitte me quæſo, habet enim ſacrificium familia noſtra in ciuitate, & [hoc ipſum] 53 mandauit mihi frater meus: ſi igitur 52 hanc gratiam impetro apud te, 53 ſine quæſo vt abeam, inuiſamque fratres meos: & hæc cauſa eſt cur non venerit ad menſam regis. 54 Incaluit autem naſus Saulis contra Ionathan, dixitque ad eum, Fili mulieris 55 rebellis, annon id intelligo, te filium Iſai 56 elegiſſe, 57 vt & te & matrem tuam ignominioſe pudefacias? Nam cunctis diebus quibus filius Iſai ſuper terram vixerit, neque tu firmaberis, neque regnum tuum. mitte igitur & affer eum ad me, quoniam 58 morti eſt obnoxius. Reſpondit autem Ionathan Sauli patri ſuo, & dixit ad eum, Cur occidetur? quid fecit? Iecit ergo Saul contra eum lanceam, vt eum transfigeret: animaduertitque Ionathan quòd omnino conſtitutum eſſet à patre ſuo, interficere Dauidem. Surrexit ergo Ionathan à menſa vehementer iratus, neque comedit panem altera die poſt nouam lunam: erat enim dolore affectus propter Dauidem, & quòd pater ſuus 59 pudefeciſſet eum. Mane facto egreſſus eſt Ionathan in agrum 60 ad locum quem Dauidi conſtituerat, eratque puer paruus cum eo. Et ait ad puerum ſuum, Curre, & quære ſagittas quas eiaculor. quumque curreret puer, ipſe 61 ſagittas traijciebat vltra puerum. Veniente autem puero ad locum ſagittæ quam 62 torquebat Ionathan, clamauit Ionathan poſt puerum, & dixit, Annon ſagitta 63 vltra te eſt? Et rurſum clamauit Ionathan poſt puerum, Feſtina celeriter,*

*ne ſtes.colligens ergo puer Ionathan ſagittas, venit ad dominum ſuum.* (*Porrò puer nihil huius nouerat, duntaxat Ionathan & Dauid rem nouerant.*) *Tradidit itaque Ionathan arma ſua puero qui cum eo erat, dixitque ei, Vade, & fer in ciuitatem. Et quum abijſſet puer, ſurrexit Dauid* 64 *à parte Meridionali, cadenſque pronus in terram, ter inclinat: & mutuo oſculantes, fleuerunt quiſque coram altero,* 65 *quouſque Dauid plus fleret. Dixit ergo Ionathan ad Dauidem, Vade in pace,* 66 *& quæ nos ambo iurauimus per nomen Domini hiſce verbis, Dominus ſit inter me & inter te, inter ſemen meum, & inter ſemen tuum,* 67 [*firma ſint*] *perpetuò. Surgens igitur* [*Dauid*] *abijt, Ionathan verò ingreſſus eſt ciuitatem.*

ne ſteteris. collegit autem puer Ionathæ ſagittas, & attulit
39 ad Dominum ſuum: ¶ & quid ageretur, penitus ignorabat:
40 tantummodo enim Ionathas & Dauid rē nouerant. ¶ De-
dit ergo Ionathas arma ſua puero, & dixit ei, Vade, & de-
41 fer in ciuitatē. ¶ Cumque abijſſet puer, ſurrexit Dauid de
loco qui vergebat ad Auſtrum, & cadens pronus in ter-
ram, adorauit tertiò: & oſculantes ſe alterutrum, fleuerūt
42 pariter, Dauid autem amplius. ¶ Dixit ergo Ionathas ad
Dauid, Vade in pace: quæcunq; iurauimus ambo in nomi
ne Dñi, dicentes, Dominus ſit inter me & te, & inter ſe-
43 men tuum & ſemen meum vſque in ſempiternū. ¶ Et ſur-
rexit Dauid, & abijt: ſed & Ionathas ingreſſus eſt ciuitatē.

Poſt oſcula data Ionathæ aufugit Dauid.

## SCHOLIA IN CAP. XX.

1 vel, contra patrem tuum. 2 id eſt, quod vult me perdere? 3 vel, facere ſolet, quaſi dicat, pater meus non decreuit te interficere: alioqui enim indicaſſet mihi. quod ſi te voluit interficere, tum erat correptus malo ſpiritu. 4 id eſt, quod non indicet mihi, & mecum communicet. 5 quare ergo celaret. 6 id eſt, eadem adhibito iuramento confirmauit. 7 Hebraiſmus, quod inueni gratiam in oculis tuis, id eſt, perſpectam habet amititiam noſtram, 8 Hebraiſmus, quod quaſi paſſus vnus eſt inter me & inter mortem. Hoc eſt, vno tantum paſſu ego morſque diuidimur: paruo interuallo ſeiungitur à me mors, quaſi dicat, parum abeſt quin interficiar. 9 Hebraiſmus, Quid dicit anima tua, & faciam tibi? quaſi dicat, Quid cupis me facere tui cauſa, & faciam tibi? 10 Hebraiſmus, ego ſedere ſoleo cum rege ad veſcendum: 11 recordando recordatus fuerit mei. Chaldæus paraphraſtes, ſi quærat vbi ſim. 12 ſolenne (vel, annuale) futurum ſit ibi. 13 Hebraiſmus, pax ſeruo tuo. 14 id eſt, ſcito illum omnino decreuiſſe me perdere. 15 vel, Hanc ergo miſericordiam fac cum, &c. 16 in fœdus Domini adduxiſti ſeruum tuum tecum, id eſt, quia mecū qui ſum ſeruus tuus, percuſsiſti fœdus coram Domino. 17 q.d. ne me adducas ad patrem tuum. 18 quod ſcilicet ſuſpicaris. 19 vel, renuntiabit? ſubaudi, ſi bono animo fuerit pater tuus in me. 20 vt ſcilicet tutius colloquamur. 21 ſubaudi, viuit. vel, Sic faciat mihi, &c. Verſus iſte cum ſequenti, obſcuri admodum apud Hebræos. 22 quod percontabor patrem meum cras hac ipſa hora, id eſt, ſcrutaber animum vel ſententiam patris. 23 Hebraiſmus, & certe ſi bene (loquatur) de Dauide, nonne tunc mittam ad te, & reuelabo aurem tuam? id eſt certiſsime indicabo tibi, ſiquid bene loquatur de te. 24 & hoc addat, id eſt, aliquid addat grauius, quaſi dicat, diſperèam, imo aliquid grauius mihi accidat. 25 Hebraiſmus, ſi bonum fuerit patri meo (ſubaudi, inducere) malum ſuper te, aperiam aurem tuam, id eſt, ſi decreuerit pater meus te perdere, indicabo tibi. 26 id eſt, Iubebo te abire. 27 Hebraiſmus, & ibis in pace, id eſt, diſcedes hinc incolumis & ſaluus. 28 & erit, &c. ſubaudi, in bellis, quum eris rex. 29 Vide diligenter hunc verſum cum duobus ſequentibus, qui ſic ex Hebræo legi debent, Et non (ſubaudi petam à te) ſi fuero adhuc viuens: non enim (vereor quin) facturus ſis mecum miſericordiam Domini, (id eſt, qualem facere ſolet Dominus,) nec moriar. 30 Hebraiſmus, Sed (petam vt) ne reſcindas miſericordiam tuam à familia mea vſque in ſeculum, ne tum quidem quum exterminabit Dominus inimicos Dauidis vſque ad vnum, de ſuperficie terræ. 31 Itaque pepigit fœdus Ionathan cum domo Dauid, (dicens,) Requirat Dominus, &c. id eſt, pollicitus eſt ſe ſeruaturum quandiu viueret, totam familiam Dauidis, dicendo, Requirat Do. de manu inimicorum Dauidis, id eſt, de manu mea, ſi mea culpa acciderit aliquod malum vlli ex familia Dauidis. 32 Hebraiſmus, Et addidit Ionathan vt adiuraret ipſum Dauidem, eo quod diligeret ipſum. 33 Hebraiſmus, memoraberis, id eſt, memor tui erit pater meus. requirêris à patre meo. 34 Hebraiſmus, quoniam vacuus erit locus tuus. vel, quum futurus ſit inanis locus tuus, id eſt, in quo ſedere ſoles. 35 Hebraiſmus, Tertiabis igitur, & deſcendes valde, id eſt, Tribus diebus abdes te in loco humili atque demiſſo valde. 36 Hebraiſmus, die operis, id eſt iuſiurandi, ſiue promiſsionis qua iureiurando adhibito pollicitus eſt pater meus te non interfecturum. 37 vel, moraberis iuxta lapidem viæ, id eſt, indicem itineris. Lapidem Mercurialem intelligit. 38 ſubaudi, lapidis. 39 Vacat mihi. 40 id eſt, ad illum lapidem tanquam ad ſcopum. 41 ſubaudi, quem mecum duxero. 42 Hebraiſmus, inueni, id eſt, quære ſagittas quas immiſi. 43 id eſt, citra te. 44 ſubaudi, puerum. 45 Hebraiſmus, quoniam pax tibi, (id eſt, ſalus,) & non eſt quidquam, (ſubaudi, mali.) 46 quaſi dicat, iuro per Deum quod nequaquam te fallam. 47 quaſi dicat, hoc erit ſignum quod Dominus iubeat te diſcedere. 48 vel, erit, quaſi dicat, ſis memor fœderis noſtri. 49 Hebraiſmus, parietis, id eſt, in ſolio adiuncto parieti. 50 aſſurrexit. ſubaudi, venienti Abner. 51 Hebraiſmus, Accidens eſt, præterquam quod eſt purus, (aut) quod non eſt purus, id eſt, Accidit Dauidem non veniſſe propter occupationes, præterquam quod eſt purus, quaſi dicat, eſt quidem purus, ſed accidit eum eſſe occupatum ac impeditum negotijs: aut certe impurus eſt, pollutione nocturna ſcilicet. 52 id eſt, ad prandium? ad menſam regiam? 53 vel, præcepit. Minores fratres parebant maioribus natu. 52 Hebraiſmus, inueni gratiam in oculis tuis. 53 Hebraiſmus, elabar nunc, id eſt, vadam illuc. 54 Iratus eſt autem furor. 55 vel, peruerſæ, quaſi dicat, Imitaris mores matris tuæ quæ non parebat mihi. 56 ſub. in amicum. 57 Hebraiſmus, in confuſionem tuam, & in confuſionem pudoris matris tuæ? quaſi dicat, non videris filius meus, ſed potius adulteræ, quod non pareas mihi. 58 Hebraiſmus, filius mortis eſt ipſe, id eſt, dignus eſt qui moriatur. 59 ignominia affeciſſet. 60 ad tempus condictum Dauidi. 61 Hebraiſmus, iaculatus eſt ſagittam (ſubaudi, illam primam) vltra eum. ſubaudi, ſcopum, quaſi dicat, ea virtute eiaculatus eſt vt ſcopum tranſcenderit. 62 iaculatus fuerat. 63 Hebraiſmus, eſt à te & vltra? 64 ſubaudi, lapidis viatorij. Ionathan miſerat ſagittas ad latus Septentrionale, ne puer incurreret in Dauidem. 65 Hebraiſmus, ita vt Dauid magnificauerit. ſubaudi, fletum, id eſt, abunde fleuerit. 66 Eclipſis quæ mire conuenit dolentibus. ſubaudi, & eſto memor eorum quæ, &c. 67 Hæc non erunt ſubaudienda, ſi in priore parte ſubintelligas, memor ſis.

## CAP. XXI.

*ET venit Dauid in Nob ad Abimelech ſacerdotem: Abimelech autem* 2 *occurrens Dauidi, obſtupuit, dixitque ad eum, Cur ſolus es tu, nemoque tecum? Et ait Dauid ad Abimelech ſacerdotem, Rex mandauit mihi quoddam negotium, dixitque mihi, Nemo quidquam reſciat huius rei, ob quam te amando, & quam tibi mandaui: ad hæc pueris indicaui locum* 3 *quendam certum. Nunc igitur quid* 4 *habes in poteſtate tua? Da mihi panes quinque in manum meam, vel quidquid inuentum fuerit. Et reſpondens ſacerdos Dauidi, ait, Non eſt panis* 5 *laicus ſub manu mea, ſed duntaxat ſacrum habeo panem:* 6 *ſi ſeruati ſint pueri, præſertim* 7 *à mulieribus. Reſpondit Dauid ſacerdoti, & ait ad eum,* 8 *Mulieres quidem recluſæ nobis fuerunt, tam heri quàm nudiuſtertius quum exirem:*

## CAP. XXI.

1 VEnit autem Dauid in Nobe ad Achimelech ſacer
dotem: & obſtupuit Achimelech, eo quòd veniſ-
ſet Dauid, & dixit ei, Quare tu ſolus, & nullus eſt
2 tecum? ¶ Et ait Dauid ad Achimelech ſacerdotem, Rex
præcepit mihi ſermonem, & dixit, Nemo ſciat rē propter
quam miſſus es à me, & cuiuſmodi precepta tibi dederim:
3 nā & pueris meis condixi in illū & illum locum. ¶ Nunc
ergo ſiquid habes ad manū, vel quinque panes, da mihi,
4 aut quicquid inueneris. ¶ Et reſpondens ſacerdos ad Da-
uid, ait illi, Non habeo laicos panes ad manum, ſed tātum
panem ſanctum: ſi mundi ſunt pueri, maximè à mulieri-
5 bus manducent. ¶ Et reſpondit Dauid ſacerdoti, & di-
xit ei, Et quidem ſi de mulieribus agitur, continuimus
nos ab heri & nudiuſtertius, quando egrediebamur,
& fue-

Dauid fugiens venit in Nobe ad Achimelech.

Laicus panis.

B



Dauid comedit panes ꝓpoſitionis. exponitur locus iſte à Chriſto. Matth. 12. a.

& fuerunt vaſa puerorum ſancta. porrò via hæc, polluta
eſt, ſed & ipſa hodie ſanctificabitur in vaſis. ¶ Dedit ergo 6
ei ſacerdos ſanctificatum panem. neque enim erat ibi pa-
nis, niſi tantum panes propoſitionis, qui ſublati fuerant à
facie Domini, vt ponerentur panes calidi. ¶ Erat autem ibi 7
vir quidam de ſeruis Saul, in die illa, intus in tabernaculo
Domini: & nomen eius Doeg Idumæus potentiſsi-
mus paſtorum Saul: hic paſcebat mulas Saul. ¶ Dixit 8
autem Dauid ad Achimelech, Si habes hîc ad manum ha-
ſtam aut gladium? da mihi, quia gladium meum, & arma
mea non tuli mecum. ſermo enim regis vrgebat. ¶ Et di- 9
xit ſacerdos, Ecce hîc gladius Goliath Philiſthæi, quem
percuſsiſti in Valle-terebinthi, eſt inuolutus pallio poſt
ephod: ſi iſtū vis tollere, tolle. neq; enim hîc eſt alius abſq;
eo. & ait Dauid, Non eſt huic alter ſimilis, da mihi eum.
¶ Surrexit itaque Dauid, & fugit in die illa à facie Saul, 10
& venit ad Achis regem Geth; ¶ dixeruntque ſerui Achis 11
ad eum cum vidiſſent Dauid, Nunquid non iſte eſt Dauid
rex Terræ? nonne huic cantabant per choros, dicentes,
Percuſsit Saul mille, & Dauid decem millia? ¶ Poſuit autem 12
tem Dauid ſermones iſtos in corde ſuo, & extimuit valde
à facie Achis regis Geth. ¶ Et immutauit os ſuum coram 13
Achis, & collabebatur inter manus eorū: & impingebat
in oſtia portæ, defluebantque ſaliuæ eius in barbam. ¶ Et 14
ait Achis ad ſeruos ſuos, Vidiſtis hominem inſanum: qua-
re adduxiſtis eum ad me? ¶ An deſunt nobis furioſi, 15
quòd introduxiſtis iſtum, vt fureret me præſente? ingre-
diatur domum meam.

Doeg.

C

Arma requirit Dauid qui ſub ꝓtectione Dei erat.

Ephod.

Dauid apud regem Achis inſaniā ſimulat. D

ergo

eis,

hiccine ingredietur

*fuerūtq;* 9 *vaſa puerorum ſancta;* 10 *& hic publicus mos eſt, quantò verò magis hodie* 11 *ſanctificatur* [*panis*] *in vaſe? Dedit itaq; ei ſacerdos ſacrum* [*panem:*] *nec enim erat ibi panis alius quàm panes* 12 *facierum, qui erant amoti à conſpectu Domini, vt ponerentur panes* 13 *recentes eo die quo illi amouebantur. Erat autem ibidem quidam ex ſeruis Saulis* 14 *eodem die* 15 *detentus coram Domino, cuius nomen erat Doeg,* 16 *AEdomæus,* 17 *præfectus præpotens paſtorum quos habebat Saul. Ait autem Dauid ad Abimelech, Annon eſt hîc* 18 *in manu tua lancea aut gladius? gladium enim meum & arma mea non accepi in manum meam. nam* 19 *verbis regis feſtinatum erat. Et dixit ſacerdos, Gladius quidem Goliath Paleſthini, quem tu trucidaſti in valle quercus, en inuolutus eſt velo quodam* 20 *poſt Ephod, ſi illum vis tibi accipere, accipe, quia præter illum nullus alius hîc eſt. & ait Dauid,* 21 *Non eſt huic ſimilis, da eum mihi. Et ſurgens Dauid die illa, fugit à facie Saulis, venitq; ad Achis regem Gath. Dixerunt autem ſerui Achis ad eum, Annon hic eſt Dauid rex* 22 *terræ? annon huic canebant in choris huiuſmodi verbis, Percuſsit Saul ſuos mille, & Dauid ſuos decem mille?* 23 *Voluebat autem Dauid hæc verba in corde ſuo, & timuit valde à facie Achis regis Gath. Et* 24 *immutauit habitum ſuum in oculis eorum, ſimulauitq; ſe* 25 *furere inter manus eorum,* 26 *exarauitq;* [*vnguibus*] *in valuis portarum* 27 *defluens ſaliuam ſuam in barbam ſuam. Dixit itaque Achis ad ſeruos ſuos, En* 28 *videtis hominem* 29 *veſanorum more ſeſe affligantē, cur ergo induxiſtis eum ad me? Num furioſis ego* 30 *careo,* 31 *vt adduceretis iſtū quoq;, vt veſanorū more ſeſe affligaret?* 32 *nū is veniet in domum meam?*

## SCHOLIA IN CAP. XXI.

1 Vel, Peruenit autem. 2 trepidās venit illi obuiam. 3 Hebraice legitur Peloni-alemoni. quæ duæ voces idem ſignificāt Hebræis, nempe quod Græcis δεῖνα, id eſt, quendam, aliquem, vel, talem. q.d. ad locum talem & talem quem impręſentia non nominabo. locum certum ſignificat ſiue domum certi cuiuſdam hominis, quem tamen non nominarit. ſubaudi autem, vbi reperiam eos. Vide Ruth vltimo. His nominibus vtuntur Hebræi, quum nominibus proprijs parcere volunt. 4 Hebraiſmus, eſt ſub manu tua? id eſt, quid habes ad manum? 5 id eſt, nō ſacer, quaſi dicat, Non habeo panem prophanum, ſed ſacrum. Dicunt eum confeſtim obtuliſſe illi panes propoſitionis, quod ſciret eum magna fame preſſum. 6 ſi tamen ſeruauerint ſe, &c. Honoris cauſa tantum mentionem facit famulorum Dauidis Ahimelech. nam per ſeruos Dauidem intelligit. 7 id eſt, à pollutione quæ contrahitur cum muliere. 8 Hebraiſmus, Certe mulier prohibita fuit nobis, id eſt, remota fuit & procul à nobis, quaſi dicat, Quod ad mulieres attinet, abſtinuimus ab illis. 9 id eſt, veſtes, quaſi dicat, curauimus, more eorum qui volunt itineri ſe committere, veſtes ſeruorum noſtrorum ſanctificari. 10 cum tamen via ſit prophana, id eſt, quanuis hanc profectionem ſiue peregrinationem negotij prophani cauſa inſtituerimus. 11 ſanctificabitur, quaſi dicat, licet hanc viam negotij prophani cauſa ſuſciperemus, tamen curauimus vt veſtes noſtræ purificarentur: quanto magis ergo hodie ſeruabitur in puritate ac ſanctimonia ſua panis ille in vaſe ipſo in quo reponetur? hoc eſt, maiore diligentia ſeruabimus in puritate ſua vaſa noſtra. vel, curabimus vt panes ſancti quos accipiemus à te, puriſsime aſſeruentur. Alij, quāto magis hodie ſanctificabitur (via noſtra) in vaſis ipſis? 12 vel, propoſitionis. 13 Heb. calidi. Non licebat menſam illam auream vacuam eſſe panibus propoſitionis. 14 quo ſcilicet hæc geſta fuerunt. 15 qui continebat ſeſe, &c. vt ſcilicet adoraret ad tabernaculum fœderis. Quidam aiunt legis diſcendæ gratia. alij religionis. 16 habitatione, non genere. qui habitauerat vel habitabat in Idumęa: illic domum habebat. 17 princeps. vel, potentiſsimus. 18 id eſt, in promptu. 19 Heb. mandatum (vel, negotium) regis vrgebat, id eſt, cogebat me diſcedere. 20 id eſt, poſt eum locū in quo reponitur ephod, hoc eſt, veſtes ſacerdotales. Alij intelligunt de veſte pontificis. 21 id eſt, Quum nullum alium habeas, &c. 22 vel, huius regionis? id eſt, ad quem pertinet regnū huius regionis, propter deuictum Goliath? ea enim lege pugnatum erat, vt victor poſſideret regionem victi, quaſi dicat, quum ad iſtum videatur regnū tuum, ô Achis, pertinere, cur admittis? 23 Poſuit, id eſt, alta mente repoſita manſerunt verba iſta Dauidi. 24 Heb. mutauit illum ſenſum ſuum. vel, mutabat. Relatiuum ante ſuum antecedens, pro mutauit ſenſum illum ſuum, vel mentem ſuam, id eſt, finxit inſaniam. 25 ſtultum eſſe. 26 vel, pingebat. ſiue, ſcribebatque, more ſcilicet ſtulti. 27 demittens. 28 vidiſtis. 29 inſanientem. furētem. 30 vel, deſtituor, 31 quod introduxiſtis iſtum vt inſanum ageret me præſente? 32 id eſt, hiccine dignus eſt qui ingrediatur domum meam? quaſi dicat, procul hunc hominem abigite: non enim eſt dignus qui in regiam meam ingrediatur.

## CAP. XXII.

Ad Dauidem latitantem, ære alieno oppreſſi congregātur.

ABijt ergo Dauid inde, & fugit in ſpeluncam Odol- 1
lam. quod cum audiſſent fratres eius, & omnis do
mus patris eius, deſcenderunt ad eū illuc. ¶ Et con 2
uenerunt ad eū omnes qui erant in anguſtia conſtituti, &
oppreſſi ære alieno, & amaro animo: & factus eſt eorum
princeps: fueruntque cum eo quaſi quadringēti viri. ¶ Et 3
profectus eſt Dauid inde in Maſpha, quę eſt Moab: & di
xit ad regem Moab, Maneat oro pater meus & mater mea
vobiſcum, donec ſciā quid faciat mihi Deus, ¶ Et reliquit 4
eos ante faciem regis Moab: manſeruntque apud eū cun-
ctis diebus quibus Dauid fuit in præſidio. ¶ Dixitque 5
Gad propheta ad Dauid; Noli manere in præſidio, pro-
ficiſcere, & vade in Terrā-iuda. & profectus eſt Dauid, &

Fugit ad regem Moab, cū quo habitauerunt parentes ipſius.

Gad prophetæ monitu fugit in Hareth.

## CAP. XXII.

*DAuid ergo inde abiens, effugit in ſpeluncam Adullam: audientes id fratres eius, & vniuerſa domus patris eius; illuc ad eum deſcenderunt.* 1 *Confluxeruntque ad eum omnes viri afflicti, &* 2 *quicunque obærati erant alieno ære, cuncti denique qui amaro erant animo, factuſque eſt eorum princeps: habuit itaque ſecum circiter quadringentos viros. Et abiens inde Dauid in Mizpe Moab, dixit ad regem Moab, Egrediatur queſo pater meus & mater mea* 3 *ad vos, donec ſciam quid facturus ſit* 4 *mihi Deus. Et duxit eos in conſpectum regis Moabitici, habitaruntque cum eo cunctis diebus quibus Dauid fuit* 5 *in arce. Dixit verò Gad propheta ad Dauidem, Noli deſidere in arce iſta, age, proficiſcere in terram Iehuda. abiēs ergo Dauid,*

*venit in ſyluam* Hareth. *Audiuit autem Saul 6 prodiſſe* Dauidem *, viroſque qui cum eo erant . Saul autem 7 ſedebat in* Gibea *ſubter arborem* 8 *in* Rama *, habens lanceam ſuam in manu ſua , & cuncti ſerui ſui ſtabant iuxta eum.* Dixitque Saul *ad ſeruos ſuos qui eum circunſtabant , Auſcultate obſecro 9 filij Iemini ,* 10 *num dabit filius Iſai omnibus vobis agros & vineas , & conſtituet omnes vos tribunos & centuriones ? Quandoquidem conſpiraſtis vos omnes contra me , nec eſt qui reuelet auribus meis* 11 *quòd & filius meus* [*fœdus*] *pepigerit cum filio Iſai : nemo inſuper ex vobis eſt* 12 *quem id mecum male habeat , quique indicet mihi quod filius meus excitauit ſeruum meum contra me, vt ſtruat inſidias ,* 13 *quemadmodum hodie* [*videre eſt.*] Reſpondens Doeg AEdumæus *, (qui & ipſe* 14 *ſtabat inter ſeruos Saulis , ) dixit, Vidi filium Iſai venientem in* Nob *ad* Ahimelech *filium* Abitob *, Qui conſuluit pro eo Dominum, deditque ei commeatum , dedit ei inſuper gladium* Goliath Paleſthini *.* Mittens *autem rex vt accerſerent* Ahimelech *filium* Abitob *ſacerdotem , & omnem domum patris eius , ſacerdotes videlicet qui erant in* Nob *: veneruntque omnes ad regem .* Tunc *dixit Saul , Audi quæſo fili* Abitob. *& dixit, En adſum domine. Et ait ad eum Saul , Quare conſpiraſtis aduerſum me , tu & filius* Iſai *, in hoc quòd dediſti ei panem & gladium, conſuluiſtiq; pro eo* Deum *, vt inſurgeret aduerſum me ,* 15 *strueretque inſidias , vt hodie* [ *eſt videre ?* ] Reſpondit Ahimelech *regi, & ait,* Et *quis eſt inter omnes ſeruos tuos fidelis vt* Dauid *, qui & gener regis eſt ,* 16 *qui ad iuſſa tua receſſit , inclytuſque eſt in domo tua ?* Num *hodie* [*primum*] *cœpi pro eo* 17 *conſulere* Deum *? Abſit hoc à me , ne imputet rex rem* [*hanc*] *ſeruo tuo* 18 *in vniuerſa domo patris mei .* 19 *nihil enim ſciuit ſeruus tuus de toto iſto negotio nec paruum nec magnum . Et ait rex , Omnino morieris* Ahimelech*, tu & omnis domus patris tui.* Dixitque *rex ad* 20 *emiſſarios qui ſtabant iuxta eum ,* Circundate [*illos ,*] *& interficite ſacerdotes* Domini *, quoniam &* 21 *illorum manus eſt cum* Dauide*, & quum cognoſcerent ipſum fugiſſe , non reuelarunt id mihi. at ſerui regis noluerunt inferre manus ſuas , vt irruerent in ſacerdotes* Domini. Tunc *ait rex ad* Doeg *,* Verte *tu , &* 22 *irrue in ſacerdotes.* Et *verſus* Doeg AEdumæus *, irruit in ſacerdotes , interfecitque eodem die octogintaquinque viros,* 23 *ferentes ephod lineum .* Ipſam *quoque* Nob *percuſſit gladio, tam viros quam mulieres , infantes quoque & lactentes , boues & aſinos , pecudes quoque gladio .* 24 *Seruatus eſt autem* 25 *filius vnus* Ahimelech 26 *filij* Abitob *,* Abiathar *, fugitque poſt* Dauidem. Et *nuntiauit* Abiathar Dauidi *quomodo Saul occidiſſet ſacerdotes* Domini *.* Et *ait* Dauid *ad* Abiathar *, Sciebam eo die* 27 *quum illic eſſet* Doeg AEdumæus*, quòd certiſſime eſſet nuntiaturus Sauli , ego* 28 *occaſio fui omnium interfectorum ex domo patris tui.* Mane *apud me, ne metuas:* 29 *quicunque enim animam meam quæſierit , animam quoque tuam quæret :* 30 *nam apud me cuſtoditus eris.*

6 venit in Saltum-hareth. ¶ Et audiuit Saul quòd apparuiſ-
ſet Dauid , & viri qui erant cum eo. Saul autem cum ma-
neret in Gabaa , & eſſet in nemore quod eſt in Rama,
haſtam manu tenens , cunctique ſerui eius circunſtarent
7 eũ, ¶ ait ad ſeruos ſuos qui aſsiſtebant ei, Audite me nunc B
filij Iemini: nunquid omnibus vobis dabit filius Iſai agros
& vineas , & vniuerſos vos faciet tribunos , & centurio-
8 nes : ¶ Quoniã coniuraſtis omnes aduerſum me, & non
eſt qui mihi renuntiet, maxime cũ & filius meus fœd⁹ in-
ierit cum filio Iſai? non eſt qui vicem meã doleat ex vobis,
nec qui annuntiet mihi : eo quòd ſuſcitauerit filius meus
ſeruum meũ aduerſum me , inſidiantem mihi vſq; hodie.
9 ¶ Reſpondens autem Doeg Idumæus qui aſsiſtebat , &
erat primus inter ſeruos Saul , Vidi , inquit , filium Iſai in
10 Nobe apud Achimelech filiũ Achitob ſacerdoté. ¶ Qui
conſuluit pro eo Dominũ , & cibaria dedit ei : ſed & gla-
11 dium Goliath Philiſthæi dedit illi . ¶ Miſit ergo rex ad
accerſendũ Achimelech ſacerdotem filiũ Achitob, & om-
nem domum patris eius , ſacerdotum , qui erant in Nobe,
12 qui vniuerſi venerunt ad regem. ¶ Et ait Saul ad Achi-
melech, Audi fili Achitob. qui reſpondit, Præſto ſum do- C
13 mine. ¶ Dixitque ad eum Saul , Quare coniuraſtis aduer
ſum me tu & filius Iſai, & dediſti ei panes & gladiũ, & cõ-
ſuluiſti pro eo Dominũ, vt conſurgeret aduerſum me, in-
14 ſidiator vſq; hodie permanens? ¶ Reſpõdenſq; Achime-
lech regi , ait, Et quis in omnibus ſeruis tuis , ſicut Dauid
fidelis, & gener regis , & pergens ad imperium tuum , &
15 glorioſus in domo tua ? ¶ Num hodie cœpi pro eo con-
ſulere Dominum? Abſit hoc à me : ne ſuſpicetur rex ad-
uerſus ſeruum ſuum rem huiuſcemodi , in vniuerſa domo
patris mei. non enim ſciuit ſeruus tuus quicquam ſuper
16 hoc negotio , vel modicum vel grande. ¶ Dixitque rex,
Morte morieris Achimelech , tu , & omnis domus pa-
17 tris tui. ¶ Et ait rex emiſſarijs qui circũſtabant eum, Con-
uertimini , & interficite ſacerdotes Domini : nam manus
eorum cum Dauid eſt : ſcientes quòd fugiſſet, & non
indicauerunt mihi. noluerunt autem ſerui regis extende- D
18 re man⁹ ſuas in ſacerdotes Domini. ¶ Et ait rex ad Doeg,
Conuertere tu , & irrue in ſacerdotes Domini. Conuer-
ſuſque Doeg Idumæus , irruit in ſacerdotes , & trucida-
uit in die illa octogintaquinq; viros veſtitos ephod lineo.
19 ¶ Nobe autem ciuitatem ſacerdotum percuſsit in ore
gladij , viros & mulieres , & paruulos , & lactentes , bo-
20 uemque & aſinum, & ouem in ore gladij. ¶ Euadens autẽ
vn⁹ filius Achimelech filij Achitob, cui⁹ nomẽ erat Abia-
21 thar, fugit ad Dauid, ¶ & annuntiauit ei quòd occidiſſet
22 Saul ſacerdotes Domini. ¶ Et ait Dauid ad Abiathar,
Sciebam enim in die illa , quòd cum ibi eſſet Doeg Idu-
mæus , proculdubio annuntiaret Sauli : ego ſum reus
23 omnium animarum * patris tui. ¶ Mane mecum, ne ti-
meas : ſiquis quæſierit animam meam, quæret & animam
tuam , mecumque ſeruaberis,

Saul ſuos accuſat coniurationis.

Doeg Dauidis innocentis proditor.

Accerſitus Achimelech, accuſatur coniurationis à Saule impio.

Deum

Deum

Occiduntur ſacerdotes quod ſuſcepiſſent Dauidem.

Nobe percutitur à Saule.

Fuga Abiathar ad Dauidem.

*domus

SCHOLIA IN CAP. XXII.

1 Vel, Congregaueruntque ſeſe, &c. vt ſcilicet ſolamen aliquod inuenirent. 2 Hebraiſmus, omnis vir cui erat creditor. 3 id eſt, vt maneant vobiſcum. 4 vel, de me. 5 id eſt, in Maſpha, quæ erat firmiſsima. 6 quod notus eſſet Dauid & homines, &c. id eſt, Audiuit famam eſſe, aliquot homines adiunxiſſe ſe Dauidi. 7 vel, habitabat. 8 id eſt, in loco edito illius vrbis qui dicebatur Rama. 9 id eſt, Beniaminitæ. 10 Hebraiſmus, etiam daturus eſt. Ironia eſt, quaſi dicat, non eſt mirum quod cum Dauide aduerſum me coniuraſtis: nam creditis vos plura beneficia accepturos ab eo, quàm à me. 11 quũ filius meus pepigerit (fœdus) cum, &c. 12 qui doleat propter me. 13 Hebraiſmus, vt hodie. ſubaudi, res habet. 14 conſtitutus erat ſuper, &c. 15 Hebraiſmus, in inſidijs, id eſt, ſtructis inſidijs. 16 Hebraiſmus, & qui pergit ad obedientiam tuam. vel, ad mandatum tuum , id eſt, qui promptus eſt ad tibi parendum. 17 quum ſcilicet erat deducturus copias tuas aliquo. 18 (&) toti familiæ. 19 non enim agnoſcit ſeruus tuus in omni ea re rem paruam aut magnam, id eſt, in omnibus quæ dicis, non agnoſcit ſeruus tuus crimen aliquod paruum aut magnum quod admiſerit contra te. 20 curſores. 21 id eſt, fauerunt Dauidi. 22 Hebraiſmus, circui. 23 Non quod tum ferrent quum interficerentur, ſed quod eſſent in ea ætate , eoque ordine vt ferre poſſent: hoc eſt vt miniſtrarent in ſacerdotio Domini. 24 vel, Euaſit. 25 id eſt, ex filijs Ahimelech. 26 filio. 27 quia ibi eſſet. 28 Heb. cauſam præbui in omnem animam familiæ, &c. 29 quaſi dicat, communem habemus hoſtem Saulem: qui nitetur perdere me, quæret & te perdere. 30 Heb. (&) quoniam cuſtodia (vel, depoſitum) tu eris apud me. i. ego te perinde ſeruabo atque meipſum, velutq; rem depoſitam apud me.

CAP.



CAP. XXIII.

Dauid conſulto bis Domino liberat Ceilam à Philiſthæis.

ET annũtiauerũt Dauid dicẽtes, Ecce Philiſthijm op 1
pugnant Ceilã, & diripiunt areas. ¶ Cõſuluit ergo 2
Dauid Dñm, dicens, Num vadã, & percutiam Phili
ſthæos iſtos? Et ait Dñs ad Dauid, Vade, & percuties Phili
ſthæos, & Ceilã ſaluabis. ¶ Et dixerunt viri qui erant cũ 3
Dauid, ad eum, Ecce nos hîc in Iudæa conſiſtentes time-
mus: quanto magis ſi ierimus in Ceilam aduerſum agmi-
na Philiſthinorum? ¶ Rurſum ergo Dauid conſuluit Do 4
minum. qui reſpõdens, ait ei, Surge, & vade in Ceilã: ego
enim tradã Philiſthæos in manu tua. ¶ Abijt ergo Dauid, 5
& viri eius in Ceilã, & pugnauit aduerſum Philiſthæos, &
abegit iumẽta eorũ, & percuſsit eos plaga magna : & ſal-
uauit Dauid habitatores Ceilæ. ¶ Porrò eo tẽpore, quo fu- 6
giebat Abiathar filius Achimelech ad Dauid in Ceilam,
ephod ſecũ habens deſcenderat. ¶ Nuntiatum eſt autem 7
Sauli quòd veniſſet Dauid in Ceilã: & ait Saul , Tradidit
eum Dñs in manus meas, cõcluſuſq; eſt introgreſſus vr-
bẽ in qua portæ & ſeræ ſunt. ¶ Et præcepit Saul omni po 8
pulo vt ad pugnã deſcenderet in Ceilã, & obſideret Da-
uid & viros eius. ¶ Quod cũ Dauid reſciſſet quia præpa- 9
raret ei Saul clàm malũ, dixit ad Abiathar ſacerdotẽ, Ap-
plica ephod. ¶ Et ait Dauid, Dñe Deus Iſrael, audiuit fa- 10
mã ſeruus tu⁹ quòd diſponat Saul venire in Ceilã, vt euer
tat vrbẽ propter me. ¶ Si tradẽt me viri Ceilæ in manus 11
eius? & ſi deſcendet Saul, ſicut audiuit ſeruus tuus ? Domi-
ne Deus Iſrael indica ſeruo tuo. Et ait Dñs , Deſcendet.
¶ Dixitq; rurſum Dauid, Si tradẽt me viri Ceilæ, & viros 12
qui ſunt mecũ, in man⁹ Saul? & dixit Dñs, Tradẽt. ¶ Surre 13
xit ergo Dauid & viri eius quaſi ſexcẽti, & egreſsi de Cei-
la, huc atq; illuc vagabãtur incerti: nuntiatũq; eſt Sauli ꝙ
fugiſſet Dauid de Ceila, & ſaluatus eſſet: quam ob rẽ diſsi
mulauit exire. ¶ Morabatur autẽ Dauid in deſerto in lo- 14
cis firmiſsimis, manſitq; in mõte ſolitudinis Ziph in mõ-
te opaco, quærebat eũ tamen Saul cunctis diebus : & non
tradidit eum Dñs in manus eius. ¶ Et vidit Dauid quòd 15
egreſſus eſſet Saul vt quæreret animam eius. porrò Dauid
erat in deſerto-Ziph in ſylua. ¶ Et ſurrexit Ionathas fili⁹ 16
Saul, & abijt ad Dauid in ſyluam, & cõfortauit manus ei⁹
in Deo. ¶ Dixitq; ei, Ne timeas: neque enim inueniet te 17
manus Saul patris mei, & tu regnabis ſuper Iſrael, & ego
ero tibi ſecũdus, ſed & Saul pater meus ſcit hoc. ¶ Percuſ- 18
ſit ergo vterq; fœdus coram Dño: manſitq; Dauid in ſyl
ua, Ionathas autẽ reuerſus eſt in domũ ſuam. ¶ Aſcendẽ- 19
runt autẽ Ziphæi ad Saul in Gabaa, dicentes, Nonne ec-
ce Dauid latitat apud nos in locis tutiſsimis ſyluæ, in Col
le-hachila, quæ eſt ad dexteram deſerti? ¶ Nunc ergo ſi 20
cut deſiderauit anima tua vt deſcẽderes, deſcende: noſtrũ
autẽ erit vt tradamus eũ in manus regis. ¶ Dixitq; Saul, 21
Benedicti vos à Dño, quia doluiſtis vicẽ meam. ¶ Abite 22
ergo oro, & diligentius præparate, & curioſius agite, & cõ
ſiderate locum vbi ſit pes eius velociter, vel quis viderit
eum ibi, vbi dixiſtis. recogitat enim de me, quòd callidè
D inſidier ei. ¶ Conſyderate, & videte omnia latibula eius, 23
in quibus abſconditur: & reuertimini ad me ad rẽ certam,
vt vadã vobiſcũ. quòd ſi etiã in terrã ſe obſtruxerit, per-
ſcrutabor eũ in cũctis millibus Iuda. ¶ At illi ſurgẽtes ab- 24
ierunt in Ziph ante Saul: Dauid autem & viri eius erãt in
Deſerto-maon , in campeſtribus ad dexteram Ieſimon.
¶ Iuit ergo Saul & ſocij eius ad quærendum eum: & nun 25
tiatum eſt Dauid, ſtatimque deſcendit ad petram, & ver-
ſabatur in Deſerto-maon. Quod cum audiſſet Saul, perſe-
cutus eſt Dauid in Deſerto-maon. ¶ Et ibat Saul & vi- 26
ri eius ad latus montis ex parte vna, Dauid autem & viri
eius erant in latere montis ex parte altera : porro Dauid
deſperabat ſe poſſe euadere à facie Saul : itaque Saul,
& viri eius in modum coronæ cingebant Dauid & viros

Abiathar cum ephod in Ceila. Saul deſcẽdit B contra Dauid in Ceilam.

Deus

Conſultus à Dauide Dominus reſpondet eos quos ipſe liberaſſet, tradituros ipſum Sauli niſi fugeret.

Moratur Dauid in ſolitudine Ziph.

Deus C

Conſolatur Ionathas Dauidẽ.

Percutit fœdus cum Ionatha.

Proditur à Ziphæis.

qui

Perſequit Saul Dauidem.

CAP. XXIII.

NVntiauerunt *autem* Dauidi *dicentes ,* En Paleſthini *oppugnant* 1 Keilam*, & diripiunt* 2 *horrea.* Conſuluit *ergo* Dauid Dominum*, dicens ,* Vadamne *& percutiam* Paleſthinos *iſtos ?* Et Dominus *reſpondit* Dauidi*,* Vade*, tu percuties* Paleſthinos*, liberabiſque* Keilam. Et *dixerunt viri qui erant cum* Dauide *ad eum,* 3 Ecce *nos hîc in* Iehuda *metuimus, quanto magis ſi* Keilam *profecti fuerimus* 4 *ad exercitum* Paleſthinorum? Dauid *ſecundò conſuluit* Dominum. *reſponditque ei* Dominus*, & dixit,* Surge *, deſcende in* Keilam*: dabo enim* Paleſthinos *in manum tuam.* Abijt *ergo* Dauid 5 *& milites eius in* Keilam*, pugnauitque contra* Paleſthinos*, & abegit* 6 *pecora eorum, & percuſsit eos cæde magna: ſeruauitque* Dauid *ciues* keila. Quum *autem* Abiathar *filius* Ahimelech *fugiſſet ad* Dauidem *in* keilam*, contigit vt & ephod in manu eius* 7 *deſcenderet.* Nuntiatum *eſt ergo Sauli* Dauidem *veniſſe in* Keilam*, & ait* Saul *,* Tradidit *eum* Deus *in manum meam, quoniam concluſus eſt,* 8 *quum ſcilicet venit in ciuitatem valuis & vectibus* [*munitam.*] Saul *ergo* [*per præcones*] *conuocauit vniuerſum populum ad prælium, vt deſcenderent in* Keilam*, obſidioneque cingerent* Dauidem *militeſque eius .* Animaduertens *autem* Dauid *quòd* Saul *contra eum meditaretur malum, dixit ad* Abiathar *ſacerdotem ,* 9 Applica *ephod.* Aitque Dauid *,* Domine Deus Iſraelis *, ſeruus tuus certo audiuit quod* Saul *conetur venire contra* Keilam *, vt perdat ciuitatem propter me ,* Tradentne 10 *ciues* Keilæ *me in manum eius ? deſcendetne* Saul *quemadmodum audiuit ſeruus tuus ?* Domine Deus Iſrael *, indica quæſo ſeruo tuo.* Et *dixit* Dominus *,* 11 Deſcendet. Dixitque Dauid *,* Tradentne 10 *ciues* Keilæ *me & milites meos in manum* Saulis *? & reſpondit* Dominus *,* Tradent. Surrexit *ergo* Dauid *& milites eius fermè ſexenti viri , & egreſsi ſunt de* Keila *, profectique ſunt* 12 *quocunque proficiſcebãtur. quumque nuntiatum eſſet* Sauli Dauidem *è* Keila *effugiſſe,* 13 *deſtitit ab expeditione .* Manebat *autem* Dauid *in deſerto in* 14 *arcibus, habitauitque in monte in deſerto* Ziph*, & quærebat eum* Saul *cũctis diebus, ſed non tradidit eum* Deus *in manum eius.* Videns *itaque* Dauid *quod egreſſus eſſet* Saul*,* 15 *quæreretque animam eius, manebat ipſe* Dauid *in deſerto* Ziph *in* Sylua. Conſurgens *autem* Ionathan *filius* Saulis*, profectus eſt ad* Dauidem *in ſyluam,* 16 *confirmauitque manum eius in* Deo. Dixitq; *ad eum,* Ne *metuas, quoniam non deprehendet te manus* Saulis *patris mei, & tu quidem regnabis ſuper* Iſraelem*, & ego ero à te ſecundus,* 17 *& hoc certum eſſe nouit pater meus.* Pepigeruntq; *ambo iſti fœdus* 18 *coram* Domino*:* Dauid *autem manſit in ſylua, &* Ionathan *rediẏt in domum ſuam.* Aſcenderunt *autem* Ziphæi *ad* Saulem *in* Gibea*, dicẽtes,* Annõ Dauid *ſeſe occultat apud nos in arcib⁹ in ſylua, quæ eſt iuxta collẽ* Achila*, qui eſt à dextra* [*deſerti*] Ieſimõ? 19 Deſcẽde *igitur ô rex, poteris enim pro omni voto tuo deſcẽdere, nos verò trademus eũ in manum regis.* Dixitque Saul*,* 20 Laudandi *vos à* Domino *, quòd vos mei miſeret :* Ite *quæſo , &* 21 *adhuc apparate, animaduertite & videte locũ eius* 22 *in quo fuerit pes eius,* [*&*] *quis viderit eum ibi:* 23 *mihi enim dictũ eſt, eũ eſſe vehemẽter callidum.* Cõſiderate *ergo, &* 24 *recſcite* 25 *omnia latibula in quibus ſeſe abſcondit. tunc redite ad me,* 26 *ad certũ* [*tempus,*] *& ibo vobiſcum: ſi* 27 *in terra fuerit, ſcrutabor eum* 28 *per omnia millia* Iehuda. Surgẽtes *illi abierũt in* Ziph *ante* Saulem *,* Dauid *verò & milites eius erãt in deſerto* Maõ*, in planitie quæ eſt* 29 *ad dexterã* Ieſimõ. Profectus *eſt &* Saul *cum viris ſuis ad quærendum : &* 30 *nuntiauerunt* Dauidi*, hinc deſcendit* 31 *in petram, habitauitque in deſerto* Maon. Quod *cum audiſſet* Saul*, inſequutus eſt* Dauidem 32 *in deſertum* Maon *.* Ibat *itaque* Saul *ex latere montis vno , &* Dauid *cum viris ſuis in latere montis altero ,* 33 *feſtinauitque* Dauid *præcipitanter vt effugeret ante* Saul *, ſed* Saul *& viri eius cingebant* Dauidẽ *& milites*

*oium vt eas apprehenderent. Venit autem nuntius ad Saulem, dicens, Ilico veni, quoniã impetu quodam irruerunt Paleſthini in terram. 34 Verſus ergo Saul ab inſequutione Dauidis, profectus eſt obuiam Paleſthinis: ob hoc nomen adeptus eſt locus ille 35 Sela Hamahelecoth.*

27 eius, vt caperent eos. ¶ Et nuntius venit ad Saul, dicens,
Feſtina, & veni, quoniam infuderunt ſe Philiſthijm ſuper
28 terram. ¶ Reuerſus eſt ergo Saul deſiſtens perſequi Da
uid, & perrexit in occurſum Philiſthinorum. propter hoc
vocauerunt locum illum Petram-diuidentem.

Immiſsis Philiſthæis cõtra Saulẽ, liberat Deus Dauidẽ.

## SCHOLIA IN CAP. XXIII.

1 Vrbs eſt in tribu Iuda. 2 areas. 3 quaſi dicat, Nos quidem hic in media tribu timemus, quanto magis timebimus quum perrexerimus in Ceilam vt defendamus eam à Paleſthinis? 4 aduerſus. 5 Hebraiſmus, cum hominibus ſuis. 6 è Paleſthina, ſcilicet nam illuc vſque fugientes perſequutus fuerat. vel, pecora quæ ſecum adduxerant ad alendum exercitum. 7 vel, incideret, quaſi dicat, forte fortuna, & non dedita opera ſecum detulerat ephod, & poſuerat inter ſarcinas ſuas. 8 Hebraiſmus, ingrediendo in vrbem portarum & vectis, quaſi dicat, actum eſt de eo, nam ingreſſus eſt vrbem clauſam portis & vectibus. 9 vel, Explica. aut, Admoue. In ephod erat rationale, in quo erant Vrim & Thummim. 10 Hebraiſmus, Domini, id eſt, primores, magiſtratus. 11 vel, Parat deſcendere. 12 vel, quo pergebant, id eſt, huc atque illuc vagabantur incerti, quò viſum erat pergebãt, nec vllam certam viam tenebant. 13 Hebraiſmus, ceſſauit egredi. 14 vel, petris inacceſsis, id eſt, in locis natura munitis. 15 vt perderet. 16 fortificauitque, id eſt, iuſsit eum bono eſſe animo ac forti, quòd Deum haberet ſibi fauentem. 17 Hebraiſmus, & etiã Saul pater meus ſcit ita, id eſt, nouit ita futurum. 18 id eſt, Domino teſte. 19 Hebraiſmus, Nunc igitur iuxta omne deſyderium animæ tuæ, ô rex, deſcendendo deſcende, id eſt, prout cupis deſcendere, deſcende. 20 Hebraiſmus, Benedicti, id eſt, Dominus proſequetur vos ſingulari fauore. 21 id eſt, diligenter & exacte diſquirite adhuc. 22 id eſt, vbi habitet. 23 Hebraiſmus, dixit enim mihi (ſubaudi, animus meus) quod callendo callidus eſt, id eſt, quod aſtu & calliditate ſua vtetur erga nos. præſagit mihi animus, eum calliditate ſua elapſurum. Chaldæus paraphraſtes vertit, dixerunt, id eſt, renuntiatum eſt mihi. Alij, dixit enim mihi, ſubaudi, Dauid, quod magno aſtu & calliditate vti ſoleat in re militari. 24 vel, perpendite. 25 vel, ex omnibus latibulum in quo nunc deliteſcat. 26 cum re certa, id eſt, cũ certo nuntio. 27 id eſt, in ea regione. 28 cum omnibus millibus, &c. id eſt, aſſumptis millibus Iuda inquiram eum. 29 id eſt, ad Meridionalem partem. 30 aduentum ſcilicet Saulis. 31 in rupem. Vallis erat media ex eo loco in quo erat Dauid in rupem in quam volebat ire, quaſi dicat, deſcendit in vallem quæ erat inter locum in quo erat ipſe Dauid, & rupem illam. 32 id eſt, in rupe illa. 33 feſtinabatque, id eſt, quanta poterat feſtinatione parabat diſcedere à Saule. 34 Itaque reuerſus Saul à perſequendo Dauide. 35 id eſt, Rupes diuiſionum. vel, diſtractionum, id eſt, variarum ſententiarum. Quidam hoc referunt ad Saulem, cuius animus diſtrahebatur in partes varias, capturuſne eſſet prius Dauidem, an Paleſthinis occurſurus. Alij referunt ad milites Saulis qui diuerſa ſentiebant.

## CAP. XXIIII.

*TVnc 1 aſcendit illinc Dauid, & habitauit in 2 arcibus En-gedi. Contigit verò quum Saul reuerteretur 3 ab inſequutione Paleſthinorum, vt nuntiarent [quidam] ei, dicentes, En Dauid eſt in deſerto En-gedi. Aſſumptis igitur tribus millibus delectorum militum ex omni Iſraele, Saul abijt vt inueſtigaret Dauidem & viros eius in ſummitatibus rupium 4 quas conſcendunt rupicapræ. Veniens itaque ad ſepta ouium [quæ erant] in itinere, vbi erat ſpelunca, quam ingreſſus eſt Saul 5 exonerandi ventris gratia, Dauid autem & milites ſui in lateribus ſpeluncæ ſedebant. Dixerunt ergo viri Dauidis ad eum, En hic eſt dies de quo loquutus eſt ad te Dominus, Ecce ego 6 trado hoſtes tuos in manus tuas, facieſque ei quod viſum fuerit tibi. ſurgens autem Dauid, clàm abſcidit 7 alam paludamenti quod habebat Saul. Poſt hoc 8 reprehendit Dauidem cor ſuum, quòd abſcidiſſet 7 alam [paludamenti] Saulis. Dixitque ad viros ſuos, 9 Seruet me Dominus, ne rem iſtam deſignem contra dominum meum meſsiam Domini, vt ſcilicet inferam ei manum meam: eſt enim vnctus Domini. 10 Auulſit itaque Dauid milites ſuos verbis, nec permiſit vt inſurgerent contra Saulem. porrò Saul ſurgens è ſpelunca, abijt itinere [ſuo.] Poſt hæc ſurrexit & Dauid, & egreſſus è ſpelunca, clamauit 11 poſt Saulem hiſce verbis, Domine mi rex. & quum Saul reſpexiſſet poſt ſe, Dauid inclinato vertice pronus ſeſe incuruat. Dixitque Dauid ad Saulem, 12 Cur audis verba hominum qui ita loquuntur, Ecce Dauid quærit malum contra te? En hodie viderunt oculi tui, quòd Dominus hodie te in manum meam in ipſa ſpelunca tradiderit: & 13 fuerunt quidam qui dicerent vt te occiderem, at 14 parcitum eſt tibi: dixi enim, Non inferam manum meam domino meo, quandoquidem vnctus Domini eſt. Vide pater mi, 15 vide quoque alam paludamenti tui in manu mea: abſcidi enim 16 alam paludamenti tui, nec tamen te occidi: cognoſce igitur & vide 17 quòd nihil mali molior, nihil præuaricationis, nihil in te pecco: tu verò 18 venaris animam meam, vt tollas eam. Iudicet Dominus inter me & te, vindicetque*

## CAP. XXIIII.

1 AScẽdit ergo Dauid inde: & habitauit in locis tutiſ
2 ſimis En-gaddi. ¶ Cũq; reuerſus eſſet Saul, poſtq̃
ꝑſecutꝰ eſt Philiſthæos, nũtiauerũt ei, dicẽtes, Ec
3 ce, Dauid in deſerto eſt En-gaddi. ¶ Aſſumens ergo Saul
tria millia electorũ virorũ ex omni Iſrael, perrexit ad in-
ueſtigãdũ Dauid & viros eius, etiã ſuper abruptiſsimas pe
4 tras, quæ ſolis ibicibus peruiæ ſunt. ¶ Et venit ad caulas
ouiũ, quæ ſe offerebãt viãti. eratq; ibi ſpelũca, quã ingreſ
ſus eſt Saul, vt purgaret vẽtrẽ: porrò Dauid & viri eius in
5 interiore parte ſpeluncę latebãt. ¶ Et dixerũt ſerui Dauid
ad eũ, Ecce dies de qua locutus eſt Dñs ad te, Ego tradã
tibi inimicũ tuũ, vt facias ei ſicut placuerit in oculis tuis.
ſurrexit ergo Dauid, & præſcidit orã chlamydis Saul ſilẽ-
6 ter. ¶ Poſt hæc ꝑcuſsit cor ſuũ Dauid, eo q̃ abſcidiſſet orã
7 chlamydis Saul. ¶ Dixitq; ad viros ſuos, Propitiꝰ ſit mihi
Dñs, ne faciã hãc rẽ dño meo chriſto Dñi, vt mittã manũ
meã in eũ, quia chriſtus Dñi eſt. Viuit Dñs, quia niſi Dñs
percuſſerit eũ, aut dies eius venerit vt moriat, aut deſcen-
dẽs in præliũ perierit: ꝓpitiꝰ mihi ſit Dñs vt nõ mittã ma
8 nũ meã in chriſtũ Dñi. ¶ Et cõfregit Dauid viros ſuos ſer
monibus iſtis, & nõ permiſit eos vt cõſurgerẽt in Saul:
porrò Saul exurgẽs de ſpelũca, pergebat cœpto itinere.
9 ¶ Surrexit autẽ Dauid poſt eũ: & egreſſus de ſpelũca, cla-
mauit poſt tergũ Saul, dicẽs, Dñe mi rex. & reſpexit Saul
10 poſt ſe: & inclinãs ſe Dauid pronus in terrã, adorauit, ¶ di
xitq; ad Saul, Quare audis verba hominũ loquentiũ, Da-
11 uid quærit malũ aduerſum te? ¶ Ecce hodie viderũt oculi
tui quòd tradiderit te Dñs in manu mea in ſpelũca: & co-
gitaui vt occiderem te, ſed pepercit tibi oculus meus: dixi
enim, Nõ extendã manum meã in dñm meum, quia chri-
12 ſtus Dñi eſt. ¶ Quin potius pater mi, vide & cognoſce orã
chlamydis tuæ in manu mea: quoniã cũ pręſcinderẽ ſum-
mitatẽ chlamydis tuæ, nolui extẽdere manũ meam in te.
animaduerte, & vide quoniã nõ eſt in manu mea malum,
neq; iniquitas, neq; peccaui in te: tu autẽ inſidiaris animæ
13 meæ vt auferas eã. ¶ Iudicet Dñs inter me & te, vt vlciſcat
me

Dauid habitat in En-gaddi.

Ipſum perſequitur Saul.

Latet Dauid in ſpelũca cũ ſuis. Dauid timens Deum, pro malo reddit bonũ inimico Sauli in manus eius à Deo tradito.

B

Verbis blandis prohibuit Dauid ne Saul occideretur à ſuis.

Dauid oſtendit miſericordiam ſuam Sauli.

C

Vindictam Deo reſeruat Dauid.



me Dñs ex te: manus autẽ mea nõ ſit in te. ¶ Sicut & in ꝓ 14
uerbio antiquo dicitur, Ab impijs egrediet impietas: ma-
nus ergo mea nõ ſit in te. ¶ Quẽ ꝑſequeris rex Iſrael? quẽ 15
ꝑſequeris? canẽ mortuũ ꝑſequeris, & pulicẽ vnũ. Sit Dñs
iudex, & iudicet inter me & te: & videat, & iudicet cauſam
meã, & eruat me de manu tua. ¶ Cũ autẽ cõpleſſet Dauid 16
loquẽs ſermones huiuſcemodi ad Saul, dixit Saul, Nun-
quid vox hæc tua eſt fili mi Dauid? Et leuauit Saul vocẽ
ſuã, & fleuit. ¶ Dixitq; ad Dauid, Iuſtior tu es, quã ego: tu 17
enim tribuiſti mihi bona, ego autẽ reddidi tibi mala. ¶ Et 18
tu indicaſti mihi hodie quæ feceris mihi bona: quomo-
do tradiderit me Dñs in manũ tuam, & nõ occideris me.
¶ Quis enim cũ inuenerit inimicũ ſuũ, dimittet eũ in via 19
bona? Sed Dñs reddat tibi viciſsitudinem hanc pro eo
quod hodie operatus es in me. ¶ Et nũc quia ſcio quòd cer 20
tiſsimè regnaturus ſis, & habiturus in manu tua regnum
Iſrael: ¶ iura mihi in Domino ne deleas ſemen meum poſt 21
me, neque auferas nomen meum de domo patris mei. ¶ Et 22
iurauit Dauid Sauli. abijt ergo Saul in domum ſuam: &
Dauid, & viri eius aſcenderunt ad tutiora loca.

Prouerbium. egreditur

D

Saul cũ fletu agnoſcit Dei manum, Dauidis innocentiam, ſuãque iniquitatẽ. dimittit

Iurat Dauid Sauli.

*me Dominus à te, 19 vt manus mea in te nõ ſit. 20 Quemadmodũ veteri prouerbio dicitur, Ab impijs egreditur impietas: 21 manus itaque mea non ſit in te. Poſt quem egreſſus eſt rex Iſraelis? 22 aut quem demũ perſequitur? [nimirũ] mortuũ canẽ, & pulicem 23 aliquẽ. 24 Sit igitur arbiter Dominus, & iudicet inter me & te, ipſe inſpiciat, & agat cauſam meã, 26 liberetq; me è manu tua. Factũ eſt autẽ quũ Dauid compleſſet loqui hæc verba ad Saulẽ, vt Saul diceret, Annon hæc vox tua fili mi Dauid? ſublataq; voce ſua Saul fleuit. Et dixit ad Dauidẽ, Tu es me iuſtior, retribuiſti enim mihi bonũ, quũ ego te malis affecerĩ. Et tu quidem 27 hodie ſatis indicaſti quanta bonitate ſis me proſequutꝰ, quod me, quũ Dñs me in manũ tuã cõcluſiſſet, non interfeceris. 28 Etenim, quis deprehenſo hoſte ſuo, incolumem eum abire permittit? Dominus rependat tibi bonũ ꝓ iſto die, 29 quo mihi benefeceris. 30 Equidẽ ſcio quòd certiſsime regnaturus ſis, quòdq; firmũ futurũ ſit regnũ Iſraelis in manu tua. iura igitur mihi per Dñm, quòd nõ excides ſemẽ meũ poſt me, neq; delebis nomẽ meum de domo patris mei. Iurauit itaque Dauid Sauli. & abijt Saul in domum ſuã, ſed & Dauid atque milites ſui aſcenderunt 31 in arcem.*

## SCHOLIA IN CAP. XXIIII.

1 id eſt, diſceſsit. 2 vel, munitionibus deſerti quod dicebatur En-gaddi. 3 à Paleſthinis, id eſt, de prælio quo coegit Palæſthinos recipere ſe in patriam ſuam. 4 ibicum. vel, caprarum, id eſt, in quibus ſolent habitare ibices. hoc eſt, ſuper rupes abruptiſsimas, ſolis ibicibus peruias. 5 Hebraiſmus, vt tegeret pedes ſuos. Hac forma loquendi exprimit geſtum & habitum egerentis. 6 vel, traditurus ſum. 7 oram. 8 Hebraiſmus, percuſsit cor Dauid eum. 9 Hebraiſmus, Abſit mihi à Domino, ſi fecero hanc rem &c. id eſt, Prohibeat Dominus ne id faciam, vel ne permittat vt id faciam: diſpeream ſi fecero rem iſtam Domino meo vncto Domini. 10 vel, Confregit. aut, Reuocauit, id eſt, Depulit eos de ſententia. Legi poteſt, Pacauit. 11 vel, à tergo Saulis 12 quaſi dicat, Cur credis delatoribus dicentibus, &c. 13 Hebraiſmus, dixit. ſubaudi, qui mecum erat, id eſt, adhortati ſunt me qui mecum erant. 14 pepercit. ſubaudi anima mea, vel oculus meus. 15 etiam vide oram. 16 oram. 17 Hebraiſmus, quod non eſt in manu mea malum, neque præuaricatio, neque peccaui tibi: 18 id eſt, more venantium inſidiaris animæ meæ. 19 & manus, &c. id eſt, nunquam afferam tibi manus violentas. 20 Hebraiſmus, Vt dicit parabola authoris antiqui, Ab impijs, &c. pro, Ab impijs egredietur, vel egreditur, ſiue egredi ſolet impietas: vt eſt in vetuſto prouerbio, quaſi dicat, Suo ſe gladio iugulabunt impij, committent aliquid ob quod peribunt. acſi dicat; Tu tibi tandem eris cauſa interitus, niſi reſipueris. Vel vt alij, Scio impios impie acturos. tanquam dicat, Tametſi ſciam te impie acturum, non tamen vim tibi inferam. 21 Hebraiſmus, & manus mea non erit in te, quaſi dicat, Tametſi ſciam te improbum eſſe, & te impie agere, non tamen afferam tibi manus violentas. 22 quem perſequeris? 23 vnum, quaſi dicat, hominem debiliſsimum & abiectiſsimum, ſi tecum conferatur, perſequeris. ita Chaldæus paraphraſtes. 24 vel, Erit ergo iudex Do. & iudicabit, &c. 26 Hebraiſmus, & iudicabit me de manu tua, id eſt, ſuo iudicio liberabit me. 27 Hebraiſmus, indicaſti hodie quomodo feciſti bonum mecum. 28 Hebraiſmus, Nunquid (vel, Anne) inueniet quiſpiam inimicum ſuum, & dimittet eum per viam bonam? id eſt, An ſinet eum redire ſaluum & incolumem? 29 Hebraiſmus, quem feciſti mihi, id eſt, pro eo quod feciſti mihi hodie. 30 Hebraiſmus, Et nunc, (noui enim te regnaturum, & fore ſtabile ac firmum apud te regnum Iſrael) nunc inquam iura. 31 quo ſcilicet ſe recipere ſolebant.

## CAP. XXV.

MOrtuꝰ eſt autẽ Samuel, & cõgregatus eſt vniuer 1
ſus Iſrael, & planxerunt eũ nimis, & ſepelierũt
eũ in domo ſua Ramatha: conſurgenſq; Dauid
deſcẽdit in deſertũ Pharã. ¶ Erat autẽ vir quiſpiã in Solitu 2
dine-maõ, & poſſeſsio eiꝰ in Carmelo, & homo ille magnꝰ
nimis: erantq; ei oues tria millia, & mille capræ: & accidit
vt tonderetur grex eius in Carmelo. ¶ Nomẽ autem viri 3
illius erat Nabal: & nomẽ vxoris eius, Abigail. eratq; mu-
lier illa prudentiſsima & ſpecioſa: porrò vir eius durus,
& peſsimus, & malitioſus: erat autẽ de genere Caleb. ¶ Cũ 4
autem audiſſet Dauid in deſerto quòd tõderet Nabal gre
gem ſuum, ¶ miſit decem iuuenes, & dixit eis, Aſcendite 5
in Carmelũ, & venietis ad Nabal, & ſalutabitis eũ ex no-
mine meo pacifice. ¶ Et ſic dicetis, Sit fratribus meis, & 6
tibi pax, & domui tuę pax, & omnibus quęcũq; habes, ſit
pax. Ex multis annis ſaluos faciens tuos, & omnia tua.
¶ Audiui quòd tonderẽt paſtores tui greges tuos qui erãt 7
nobiſcũ in deſerto: nunquam eis moleſti fuimus, nec
aliquando defuit quicquam eis de grege, omni tempore
quo fuerunt nobiſcum in Carmelo. ¶ Interroga pue- 8
ros tuos, & indicabunt tibi. nunc ergo inueniant pue-
ri tui gratiam in oculis tuis: in die enim bona ve-
nimus. quodcunque inuenerit manus tua, da ſeruis tuis,
& filio tuo Dauid. ¶ Cumque veniſſent pueri Dauid, lo- 9

Morĩ Samuel. Eccleſ. 46. d.

Nabal impius. Abigail ſapiens & pulchra.

ergo

Dauid mittit ſeruos ſuos ad Nabal pro cibis.

B

Superba Nabal reſponſio ſeruis Dauidis.

## CAP. XXV.

*MOrtuus eſt autem Samuel; & congregati ſunt omnes Iſraelitæ, & planxerunt eum, ſepelientes eum in Domo ſua in Ramà. ſurgens autem Dauid abijt in deſertum Paran. 1 Et erat vir quidam in Maon, 2 cuius operæ fuerunt in Carmelo; eratque vir ille 3 prępotens, habens ouium tria millia; milleque capras. factumque eſt vt oues ſuas tonderet in Carmel. Porrò nomen illius viri erat Nabal; & nomen vxoris ſuæ Abigail: fuitque mulier illa 4 claro ingenio, & venuſta forma: vir autem erat 5 durus, & 6 malis ſtudijs præditus, eratque 7 Calebita. 8 Audiuit itaque Dauid in deſerto quòd Nabal tonderet oues ſuas: Miſit ergo Dauid decem pueros, & ait ad pueros ipſos; Aſcendite in Carmel; & venientes ad Nabal, 9 ſalutabitis eum meo nomine, Dicetiſque, 10 Vitam, pacem, & incolumitatem [optamus] & tibi & domui tuæ, omnibuſque quæ habes. 11 Audiui igitur quod tonſores habeas, 12 nunc autem paſtores quos habes 13 fuerunt apud nos, quos nunquam 14 ignominia affecimus; neque illis quidquam 15 defuit cunctis diebus quibus fuerunt in Carmel. Interroga pueros tuos, qui id indicabunt tibi: inueniant ergo hi pueri gratiam in oculis tuis, quandoquidem 16 opportuno tempore venimus, da obſecro quidquid 17 deprehenderit manus tua, ſeruis tuis, & filio tuo Dauidi. Quumque veniſſent pueri Dauidis, lo-*

*quuti ſunt ad Nabal omniaverba iſta nomine Dauidis, & 18 ſiluerunt. Et reſpondens Nabal ſeruis Dauidis, ait, Quis eſt Dauid? & 19 quis eſt filius Iſai? (multi ſunt hodie ſerui qui ſeſe ab heris ſuis 20 abrumpunt.) Num acciperem panem meum, aquas meas, & 21 obſonium meum quod mactaui tonſoribus meis, 22 & darem viris qui vnde ſunt neſciam? Verſi igitur pueri Dauidis, 23 itinere ſuo, redierunt, & 24 venientes indicarunt ei 25 omnia verba iſta. Et ait Dauid ad viros ſuos, Accingat quiſque gladium ſuum. & accincti ſunt ſinguli gladio ſuo, ſed & Dauid accinctus eſt gladio ſuo, & 26 ſequuti ſunt Dauidem ferme quadringenti viri, ducenti autem manſerunt apud 27 impedimenta. Porrò puer quidam ex [reliquis] pueris indicauit Abigail vxori Nabal hiſce verbis, En miſit Dauid nuntios ex deſerto 28 ſalutatum herum noſtrum, qui 29 inuectus eſt in eos. 30 Homines verò illi magno vſui nobis fuerunt, 31 nec nos pudefecerunt, neque 32 defuit nobis quidquam cunctis diebus quibus conuerſati ſumus cum eis: dum fuimus 33 in agro. Fuerunt nobis vice muri & nocte & interdiu, cunctis diebus quibus cum eis oues pauimus. Nunc igitur 34 delibera & diſpice quid facias: nam 35 malum plene conceptum eſt contra herum noſtrum, & contra vniuerſam domum eius. 36 & ipſe perditus homo eſt, nec ſana ratione præditus, ita vt nemo cum illo vel loqui audeat. Feſtinans ergo Abigail, accepit ducentos panes, duos vtres vini, quinque oues paratas, & quinque ſata 37 toſti farris, centum denique 38 ligaturas vuarum paſſarum, & ducentas 39 maſſas ficuum, & impoſuit [illa] aſinis. Et ait ad pueros ſuos, Præcedite faciem meam, en ego vos ſequar: marito autem ſuo Nabal non indicauit. Et 40 conſcenſo aſino, deſcendit 41 clàm per montem: & en Dauid & milites eius deſcendebant ei obuiam, ipſaque obuia facta eſt illis. 42 Dixerat autem Dauid, Profecto 43 vanum eſt quod cuſtodiui omnia quæ habet ille in deſerto, vt nihil deſideratum ſit ex omnibus quæ habet, & is rependit mihi malum 44 pro bono. 45 Sic faciat Deus hoſtibus Dauidis, ſicque addat, 46 ſi ad matutam vſque mingentem ad parietem reliquum fecero ex omnibus quæ habet. Quumque Abigail vidiſſet Dauidem, ilico deſcendit ab aſino, procidenſque prona coram Dauide, incuruauit ſe ad terram vſque: Procidens inquam ad pedes eius, dixit, Mi domine, 47 in me ſit hæc iniquitas, ſine loquatur famula tua in auribus tuis, & audi verba ancillæ tuæ. Ne ponat quæſo dominus meus cor ſuum contra virum iſtum 48 belial, contra Nabal inquam, 49 nam nomini ſuo reſpondet: Nabal eſt nomen eius, & ſtultitia eſt cum eo: ego verò ancilla tua non videram pueros domini mei quos miſeras. Nunc ergo mi domine, 50 viuit Dominus, & viuit anima tua: 51 en prohibuit te Dominus, 52 ne eouſque erumperes, vt ſanguinem funderes, ſeruauitque tibi manum tuam. ſint igitur quemadmodum Nabal hoſtes tui, & quicunque machinantur domino meo malum. Nunc igitur 53 donum hoc quod attulit famula tua domino meo, detur pueris 54 qui à pedibus ſunt domini mei: remitte obſecro tranſgreſsionem famulæ tuæ, nam omnino 55 domum firmam faciet Dominus domino meo: nam dominus meus bella gerit, Domini, nihil mali 56 haſtenus dum vixiſti, inuentum eſt in te. 57 Inſurgat licet homo vt te perſequatur, inſidieturque vitæ tuæ, erit tamen anima domini mei 58 ligata in faſciculo viuentium cum Domino Deo tuo, animam verò hoſtium tuorum 59 eiaculabitur 60 in media vola fundæ. 61 Quumque Dominus proſequutus fuerit dominum meum omni bonitate, quemadmodum tibi pollicitus eſt, præceperitq; tibi vt dux ſis ſuper Iſraelem, Tunc erit tibi dño meo 62 hoc in 63 vacillationẽ, & offendiculũ cordis, 64 vt ſcilicet effunderes ſanguinem 65 abſq; cauſa, 66 dñs meus ſe ſeruet: 67 quũq; benefecerit Dñs domino meo, memineris ancillæ tuæ. Et ait Dauid ad Abigail, 68 Laudãdus Dominus Deus Iſrael, qui*

cuti ſunt ad Nabal omnia verba hæc ex nomine Dauid:
10 & ſiluerunt. ϙ Reſpondens autem Nabal pueris Dauid,
ait, Quis eſt Dauid? & quis eſt filius Iſai? hodie incre-
11 uerunt ſerui qui fugiunt dominos ſuos. ϙ Tollam ergo
panes meos, & aquas meas, & carnes pecorum quæ oc-
cidi tonſoribus meis, & dabo viris quos neſcio vnde ſint?
12 ϙ Regreſsi ſunt itaque pueri Dauid per viam ſuam, &
reuerſi venerunt, & annuntiauerunt ei omnia verba quæ
13 dixerat ˋNabal. ϙ Tunc ait Dauid ″pueris ſuis, Accinga-
tur vnuſquiſq; gladio ſuo. & accincti ſunt ſinguli gladijs
ſuis, accinctuſque eſt & Dauid enſe ſuo: & ſecuti ſunt
Dauid quaſi quadringenti viri: porrò ducenti remanſe-
14 runt ad ſarcinas. ϙ Abigail autem vxori Nabal nun-
tiauit vnus de pueris ſuis, dicens, Ecce Dauid miſit nun-
tios de deſerto, vt benedicerent domino noſtro, & auer-
15 ſatus eſt eos. ϙ Homines iſti, boni ſatis fuerunt nobis,
& non moleſti: nec quicquam aliquando perijt omni
16 tempore quo fuimus conuerſati cum eis in deſerto. ϙ Pro
muro erant nobis tam in nocte quàm in die, omni-
17 bus diebus quibus pauimus apud eos greges. ϙ Quam
ob rem conſidera, & recogita quid facias: quoniam
completa eſt malitia aduerſum virum tuum, & aduer-
ſum domum tuam, & ipſe eſt filius belial, ita vt nemo
18 poſsit ei loqui. ϙ Feſtinauit igitur Abigail, & tulit
ducentos panes, & duos vtres vini, & quinque arie-
tes coctos, & quinque ſata polentæ, & centum li-
gaturas vuæ paſſæ, & ducentas maſſas carycarum, &
19 poſuit ſuper aſinos, ϙ dixitque pueris ſuis, Præcedite
me, ˋ& ecce, ego poſt tergum ſequar vos. viro autem
20 ſuo Nabal non indicauit. ϙ Cum ergo aſcendiſſet aſi-
num, & deſcenderet ad radicem montis, Dauid & viri
eius deſcendebant in occurſum eius: quibus & illa occur
21 rit. ϙ Et ait Dauid, Verè fruſtra ſeruaui omnia quæ
huius erant in deſerto, & non perijt quicquam de cunctis
quæ ad eum pertinebant: & reddidit mihi malum pro
22 bono. ϙ Hæc faciat Deus inimicis Dauid, & hæc addat,
ſi reliquero de omnibus quæ ad ipſum pertinent vſque
23 mane, mingentem ad parietem. ϙ Cum autem vidiſſet
Abigail Dauid, feſtinauit, & deſcendit de aſino, & pro-
cidit coram Dauid ſuper faciem ſuam, & adorauit ſuper
24 terram, ϙ Et cecidit ad pedes eius, & dixit, In me
ſit domine mi hæc iniquitas: loquatur obſecro ancilla tua
25 in auribus tuis, & audi verba famulæ tuæ. ϙ Ne ponat
oro dominus meus rex cor ſuum ſuper virum iſtũ iniquũ
Nabal: quoniam ſecundum nomen ſuum ſtultus eſt, &
ſtultitia eſt cum eo: ego autem ancilla tua non vidi
26 pueros tuos domine mi, quos miſiſti. ϙ Nunc ergo do-
mine mi viuit Dominus, & viuit anima tua, qui prohibuit
te ne venires in ſanguinem, & ſaluauit manum tuam
tibi: & nunc fiant ſicut Nabal inimici tui, & qui quæ-
27 runt domino meo malum. ϙ Qua propter ſuſcipe bene-
dictionem hanc, quam attulit ancilla tua tibi domino
28 meo: & da pueris qui ſequuntur te dominum meum. ϙ au
fer iniquitatem famulæ tuæ: faciens enim faciet Domi-
nus tibi domino meo domum fidelem, quia prælia Do-
mini domine mi tu præliaris: malitia ergo non inuenia-
29 tur in te omnibus diebus vitæ tuæ. ϙ Si enim ſurrexe-
rit aliquando homo perſequens te, ″vel quærens animam
tuam, erit anima domini mei cuſtodita quaſi in faſ-
ciculo viuentium, apud Dominum Deum tuum: porrò
inimicorum tuorum anima rotabitur, quaſi in impetu
30 & circulo fundæ. ϙ Cum ergo fecerit Dominus tibi do-
mino meo omnia ˋ hæc quæ locutus eſt bona de te,
31 & conſtituerit te ducem ſuper Iſrael, ϙ Non erit tibi
hoc in ſingultum, & in ſcrupulum cordis domino meo,
quòd effuderis ſanguinem innoxium, aut ipſe te vltus
fueris: & cum benefecerit Dominus domino meo, re-
32 cordaberis ancillæ tuæ, ˋ & tu bene facies ei. ϙ Et
ait Dauid ad Abigail, Benedictus Domin⁹ Deus Iſrael, qui
miſit

Deſcendit Dauid vt vlciſcatur ſe de impio Nabal.
C
″viris
Iuſtitia Dauidis, à rebus fratrum etiam in neceſsitate abſtinentis.
Abigail it obuiã Dauidi cum cibarijs.
D
Humanus Dauidis affectus.
Oratio Abigail ad Dauid.
E Deus obſtitit ne Dauid occideret Nabal.
Benedictio pro muneribus.
Peccatum viri transfert in ſe Abigail.
″&
F



Gratias agit Deo ipſe Dauid quod prohibuerit ne Nabal occideret.

miſit hodie te in occurſum meũ, ϙ & benedictũ eloquium 33
tuum, & benedicta tu, quæ prohibuiſti me hodie ne irem
ad ſanguinẽ, & vlciſcerer me manu mea. ϙ Alioquin viuit 34
Dñs Deus Iſrael qui prohibuit me ne malũ facerem tibi: ni
ſi cito veniſſes in occurſum mihi, nõ remãſiſſet Nabal vſ
que ad lucẽ matutinã, mingẽs ad parietẽ. ϙ Suſcepit ergo 35
Dauid de manu eius omnia quę attulerat ei, dixitq; ei, Va
de pacifice in domũ tuã, ecce, audiui vocẽ tuam, & hono-
raui faciẽ tuã. ϙ Venit ″autẽ Abigail ad Nabal: & ecce erat 36
ei cõuiuiũ in domo eius quaſi cõuiuiũ regis, & cor Nabal
iucundũ: erat enim ebrius nimis: & nõ indicauit ei verbũ
puſillũ aut grãde vſq; mane. ϙ Diluculo autẽ cũ digeſsiſ- 37
ſet vinũ Nabal, indicauit ei vxor ſua verba hæc, & emor-
tuũ eſt cor eius intrinſecus, & factus eſt quaſi lapis. ϙ Cũ- 38
que pertrãſiſſent decẽ dies, percuſsit Dñs Nabal, & mor-
tuus eſt. ϙ Quod cũ audiſſet Dauid mortuũ Nabal, ait, Be- 39
nedictus Dñs qui iudicauit cauſam opprobrij mei de ma-
nu Nabal, & ſeruũ ſuũ cuſtodiuit à malo, & malitiã Nabal
reddidit Dñs in caput eius. miſit ergo Dauid, & locutus
eſt ad Abigail, vt ſumeret eã ſibi in vxorẽ. ϙ Et venerũt pue 40
ri Dauid ad Abigail in Carmelum, & locuti ſunt ad eam,
dicentes, Dauid miſit nos ad te, vt accipiat te ſibi in vxo-
rem. ϙ Quæ cõſurgens adorauit prona in terrã, & ait, Ec- 41
ce famula tua ſit in ancillã, vt lauet pedes ſeruorum domi
ni mei. ϙ Et feſtinauit, & ſurrexit Abigail, & aſcendit ſuper 42
aſinum, & quinque puellæ ierunt cum ea pediſequæ eius,
& ſecuta eſt nuntios Dauid: & facta eſt illi vxor. ϙ Sed & 43
Achinoã accepit Dauid de Iezrahel: & fuit vtraque vxor
eius. ϙ Saul autem dedit Michol filiam ſuam vxorem Da- 44
uid ˋalio viro Phalti, filio Lais, qui erat de Gallim.

″ergo
Nabal ebrius.
G
Nabal occiditur à Deo.
Gratiarũ actio Dauidis, ob mortuum Nabal.
Dauid ducit Abigail in vxorẽ.
Achinoam. Michol, vxor Dauid; datur Phalti.

*effecit vt mihi hodie obuiam venires. 69 Gratiam habeo moribus tuis [feſtiuiſsimis,] tibique beneficium debeo, quæ me hodie 70 coercuiſti quominus ſanguinem funderem, 71 liberaremque me manu mea. Etenim, viuit Dominus Deus Iſrael, qui prohibuit me ne malo te afficerem: nam ſi non feſtinaſſes, veniſſeſque mihi obuiam, 72 vſque ad matutam non factus fuiſſet reliquus ipſi Nabal mingens ad parietem. Suſcepit ergo Dauid de manu eius quod attulerat ei, ſimulque dixit ei, 73 Aſcende in pace in domum tuam, 74 en exaudiui vocem tuam, 75 ſuſcepique faciem tuã. Venit itaque Abigail ad Nabal, & en habebat is conuiuium in domo ſua 76 veluti conuiuium regium, & cor ipſius Nabal erat hilare in ipſo, eratque 77 ſatis ebrius: ipſa verò non 78 indicabat ei quidquam, nec paruum nec magnum vſque ad lucem 79 poſteri diei. Factum eſt igitur mane, 80 quum Nabal vinum concoxiſſet, retulit ei vxor eius 81 negotium illud, emortuumque eſt cor eius in ipſo, ita vt fieret tanquam lapis. Poſt decẽ deinde dies percuſsit Dominus ipſum Nabal, ita vt moreretur. Dauid autem quum audiret mortuum eſſe Nabal, ait, Laudandus Dominus, qui vindicauit cauſam opprobrij mei de manu Nabal, & ſeruum ſuum prohibuit à malo, repẽditque malitiam Nabal Dñs in caput ipſius. miſit inſuper Dauid, loquutuſque eſt cum Abigail, vt acciperet eam ſibi in vxorem. Venientes itaque ſerui Dauidis ad Abigail in Carmel, loquuti ſunt cum ea in hanc ſententiam, Dauid miſit nos ad te, vt ducat te ſibi vxorem. Quæ 82 ſurgens pronã ſeſe incuruat, dicens, Ecce 83 ſit ancilla tua famula vt lauet pedes ſeruorum Domini mei. Ilico ergo ſurgens Abigail, inſcendit aſinum, 84 ſequutæque ſunt veſtigium eius quinque puellæ eius, ipſa autem ſequuta eſt nuntios Dauidis, & facta eſt ei vxor. Sed & Abinoam duxit Dauid de Ieſreel, fueruntq; ambæ vxores eius. Saul enim dederat Michal filiam ſuam Dauidis vxorem; Phalti filio Lais, qui fuit de Gallim.*

## SCHOLIA IN CAP. XXV.

1 Vel, Habitabat autem quidam in Maon. Nomen loci iuxta deſertum Pharan. 2 cuius opus in Carmelo. vel, cuius opes in, &c. Alij, cuius peculium, ſiue pecudes erant in Carmelo. 3 ditiſsimus. 4 Hebraiſmus, bona intellectu, id eſt, prudens. 5 vel, difficilis. 6 Hebraiſmus, malus operibus. 7 id eſt, de genere Caleb. 8 Tunc audiuit. 9 Hebraiſmus, quæretis in nomine meo ad pacem, id eſt, optate, ſiue dicite illi verbis meis ſalutem. 10 Heb. Sic (tibi) viuenti: & pax tibi: & familiæ tuæ pax, & omnibus quæ tua ſent ſit pax, id eſt, Ita tibi viuo ſiue viuenti proximo anno contingat facere, nempe vt incolumis tondeas oues: ſiſque ſaluus & familia tua, quicquid præterea tuum eſt, ſit ſaluum. Hoc genere ſermonis longiorem vitam imprecari ſolent Hebræi. Vel vt alij, Sic tibi accidat quandiu vixeris, nempe vt ſis ſaluus, & familia tua ſit ſalua, & quicquid habes ſit ſaluum. vt (&) ſiue Vau Hebraicum, expoſitiue vertatur. Aut, Tale bonum ſit tibi per vitam tuã, his opibus abundes quandiu vixeris: ſiſque ſaluus, &c. 11 Nunc autem intellexi. 12 iam paſtores, &c. ita ſolemus incipere cauſam. 13 vel, nobiſcum verſati ſunt. 14 vel, pudore, id eſt, quũ petiuerunt à nobis aliquid, non ſunt paſsi repulſam. Commemorant ſerui Dauidis beneficium collatum in paſtores Nabal, vt illum benigniorem erga Dauidem reddant. 15 vel, perijt. 16 Hebraiſmus, in die bona, id eſt, ad diem lætam, hoc eſt, ad diem qua liberalitatem tuam exerces erga tonſores ouium tuarum. 17 inuenerit, id eſt, quod habebis in promptu. 18 Hebraiſmus, quieuerunt, id eſt, deſierunt loqui. Aut, deſederunt aliquantiſper donec daretur occaſio conueniendi hominem durum. 19 quaſi dicat, eſt ſeruus fugitiuus: tollam ergo panem, &c. 20 ſubducunt, Vt tollam panem, &c. præcedentibus iungendum, interpoſita parentheſi, & quis eſt filius Iſai, vt tollam, &c. 21 Eſcam meã quã præparaui. 22 & dem. 23 vel, per viam qua venerant. 24 ſubaudi, ad Dauidem. 25 Hebraiſmus, ſecundum omnia, id eſt, omnino vt audierant. 26 Hebraiſmus, aſcenderunt poſt Dauidem, 27 vel, ſarcinas. 28 Hebraiſmus, vt benediceret. 29 vel, auerſatus eſt eos, id eſt, ſua reſponſione abire coegit. 30 Et tamen illi homines benigni (fuerunt) erga nos valde. 31 id eſt, ſi quidquam petebamus ab illis, nunquam paſsi ſumus repulſam. Aut vertendum, neque fuimus ignominia affecti: ob rem ſcilicet amiſſam, aut ablatam ab eis tanquam prædonibus. 32 deſiderauimus. vel, requiſiuimus. vt perditum ſcilicet, id eſt, neque perdidimus quicquam. 33 id eſt, in deſerto ipſo vbi paſcebamus oues. 34 Hebraiſmus, ſcito. 35 Hebraiſmus, completa eſt malitia. vel, decretum eſt malum. ſubaudi, vt veniat, quaſi dicat, certiſsime venturus eſt. vel, alioqui actum eſt de hero noſtro, & eius familia. 36 Hebraiſmus, quum ſit filius improbitatis magis quàm vt liceat eum alloqui. 37 vel, farinæ hordeaceæ. 38 vel, faſciculos vuarum ſiccatarum. in clibano ſcilicet, aut ad ſolem. 39 carycarum. ſubaudi, maſſas, vel libras. Carycas vocat ficus aridas, ſiccatas ad ſolem. Chaldæus paraphraſtes, libras maſſarum carycarum. 40 vel, ſedente ea ſuper aſinum. 41 Hebraiſmus, per partem montis occultam. Chaldæus paraphraſtes, per latus montis. non enim vidit procul Dauid venientem. 42 priuſquam ſcilicet itineri ſe accingeret, aut in ipſo itinere. 43 fruſtra cuſtodiui. 44 vel, pro beneficio accepto. 45 imprecandi modus, in quo eſt defectio, pro, Sic faciat mihi Deus vt opto, nempe vt me interficiat, aut multo deteriora faciat. Conuertit autem imprecationem à prima in tertiam perſonam. 46 Hebraiſmus, ſi reliquero ex omnibus quæ ſunt eius vſque ad diem craſtinam, mingentem ad parietem, quaſi dicat, Perdat me Dominus ſi non euertero omnia quæ habet Nabal intra lucem craſtinam: & ſi reliquero inquam meientem ad parietem: ne canibus quidem eius (hi ad parietẽ ſolent meiere) ſi quos habet, parcam. vel, & filijs eius qui iam poſſunt ad parietem meiere, non parcam. Melius hic locus intelligitur de canibus cuſtodib⁹. 47 id eſt, reputa me peccaſſe: eſto peccarim, tamen audi me. Hebraice legitur, In me, ego domine, (ſubaudi, peccaui,) iniquitas, quaſi dicat, In me (ego enim peccaui) ſit iniquitas ò domine. 48 improbum. 49 Hebraiſmus, nam iuxta nomen ſuum ſic eſt. 50 ſubaudi, res ita habet. quaſi dicat, per Deum viuum non vidi pueros tuos. 51 Hebraiſmus, (viuit inquam) Dominus qui prohibuit. 52 Hebraiſmus, ne venires in ſanguinem, & ne ſeruaret te manus tua, id eſt, ne effunderes ſanguinem innocentem, & ne vlciſceretur te manus tua. Alij vertunt, qui ſeruauit manum tuam ne effunderes ſanguinem. 53 Hebraiſmus, iſta benedictio quã. 54 Hebraiſmus, qui ambulant in pedibus, id eſt, miniſtrant domino meo, quaſi dicat, iubc illud excipi à famulis tuis qui inſeruiunt tibi. 55 id eſt, familiam regiam. 56 Hebraiſmus, à diebus tuis, id eſt, ex quo viuis. 57 Hebraiſmus, Et (tamen) ſurrexit quidam

(nempe

(nempe Saul) vt perſequatur te, & quærat animam tuam: (id eſt, vt te perdat:) ſed erit. 58 id eſt dominus meus diutiſsime viuet colendo Dominum Deum. Alij vertunt, apud Dominum, id eſt, in vita æterna. Minus probatur doctis. Vel, dabit tibi Dominus prolem quæ diutiſsime viuet, & diu ſedebit ſuper ſolium tuum. 59 vel, quaſi funda procul emittet. ſubaudi, ex hac vita. 60 in medio ſedis. Partem fundæ latiorem intelligit, ad quam religantur duo funes. 61 Hebraiſmus, Eueniet autem, quum fecerit Dominus domino meo iuxta omne quod locutus eſt bonum ſuper te, id eſt, quum Dominus te affecerit ſummo illo beneficio quod tibi eſt pollicitus, hoc eſt, quum te regem conſtituerit. 62 id eſt, effuſio ſanguinis. 63 offendiculum. ſiue, offenſionem, id eſt, non te anget quod profuderis ſanguinem innoxium, & quod ſumpſeris pœnas de hoſtibus tuis, 64 vt effundas, id eſt, quod effuderis, &c. 65 id eſt, innocentem. 66 Hebraiſmus, & vt ſe dominus meus ſeruet, id eſt, vlciſcatur. ſubaudi, de inimicis ſuis, id eſt, & quod ipſe te vltus fueris de, &c. 67 cum ergo, id eſt, cum te regem conſtituerit. 68 Hebraiſmus, Benedictus. 69 Hebraiſmus, Et benedicta prudentia tua, benedictaque tu, &c. Vox Hebræa ſignificat prudentiam, conſilium, ſermonem, & etiam guſtũ. Chaldæus paraphraſtes, vertit prudentiam. 70 prohibuiſti. 71 Hebraiſmus, & (ne) ſeruaret me manus mea, id eſt, ne vlciſcerer me manu mea. 72 Hebraiſmus, non remanſiſſet ipſi Nabal vſq; ad lucem matutinam meiens ad parietem, id eſt, interfeciſſem totam familiam Nabal, neque reliquus factus fuiſſet canis vllus qui ſolet meiere ad parietem. 73 id eſt, Recipe te in domum tuam ſalua & incolumis. 74 Hebraiſmus, vide. conſidera. 75 quaſi dicat, acquieui petitioni tuæ, condonauique tibi omnia, quum ſis mihi gratiſsima. vel, gratiſsima mihi fuerunt quæ dixiſti, & quæ attuliſti. 76 .i. tale quale regi alicui celebrari ſolet, quaſi dicat, celebrabat domi ſuæ conuiuium ſplendidiſsimum. 77 valde. 78 indicauit. 79 matutinam, id eſt, vſque in ſequentem diem, donec ſcilicet exhalaſſet crapulam. 80 Hebraiſmus, quum vinum exiſſet à Nabal, id eſt, quum crapulam edormiſſet. 81 verba iſta, id eſt, quæ ſupradicta ſunt. 82 vel, aſſurgens. ſub. ſeruis Dauidis. 83 Heb. ancilla tua, vt ſit ancilla ad lauandũ, &c. q. d. parata eſt ancilla tua vt miniſtra ſit lauandis pedibus, &c. 84 Hebraiſmus, & quinq; puellæ (quæ) incedebant ad greſſum eius, id eſt, pediſequæ.

## CAP. XXVI.

*Ziphæi venerunt ad Saulem in 1 Gibea, dicentes,*
*Annon Dauid abdidit ſeſe in colle Hachila, quæ eſt*
*eregione deſerti? Surgens igitur Saul, deſcendit in*
*deſertum Ziph, habens ſecum tria millia virorum delecto-*
*rum ex Iſraele, vt quæreret Dauidem in deſerto Ziph. Et*
*caſtrametatus eſt Saul in colle Hachila, qui eſt eregione 2*
*deſerti iuxta viam. Dauid autem manebat in deſerto: 3*
*viditque quòd Saul inſequeretur eum in deſertum. Miſit*
*igitur Dauid exploratores, intellexitque Saulem 4 ad cer-*
*tum [negotium] veniſſe. Et ſurgens Dauid, venit ad locum*
*vbi Saul caſtra poſuerat, 5 viditque Dauid locum in quo*
*6 dormiuit Saul & Abner filius Ner imperator exercitus*
*eius: Saul autem dormiebat intra vallum, populus vero in*
*caſtris erant circum eum. Et reſpondens Dauid, ait ad*
*Abimelech Hithæum, & ad Abiſai filium Zeruia fratrem*
*Ioab in hæc verba, Quis deſcendet mecum ad Saulem in ca-*
*ſtra? & dixit Abiſai, Ego deſcendam tecum. Venit itaque*
*Dauid & Abiſai ad populum noctu, & ecce Saul dormiens*
*iacebat intra vallum, & lancea eius fixa erat in terra 7 ad*
*caput eius: Abner autem & populus iacebant circum eum.*
*Ait ergo Abiſai ad Dauidem, Tradidit Deus hodie hoſtem*
*tuum in manum tuam, 8 ſine obſecro vt vno ictu defigam*
*eum lancea in terram, nec iterem. Dixit autem Dauid ad*
*Abiſai, Ne interficias eum: quis enim 9 impune manum*
*ſuam inferret vncto Domini? Addiditque Dauid, 10 Viuit*
*Dominus, niſi Dominus percutiat eum, aut dies eius veniat*
*vt obeat, aut in prælium deſcendens intereat, 11 Seruet*
*me Dominus, ne manum meam inferam vncto Domini: quin*
*lanceam quæ 12 ad caput eius eſt accipe, & vrceum aqua-*
*rium, 13 & abibimus. Tulit itaque Dauid lanceam &*
*vrceum aquarium de capite Saulis, & abierunt illi, nemine*
*vidente, nemine id aduertente, nemineque euigilante: quo-*
*niam omnes dormiebant, nam 14 grauiſsimus ſopor à Do-*
*mino in eos irruerat. Et tranſiens Dauid 15 in vlteriorem*
*locum, ſtetit in vertice montis eminus, exiſtente multo ſpa-*
*tio inter eos, Et clamauit Dauid ad populum, & ad Abner*
*filium Ner, in hæc verba, 16 Nihil reſpondes Abner?*
*reſpondit Abner, & dixit, Quis es tu, qui clamas 17 ad*
*regem? Et dixit Dauid ad Abner, Annon 18 vir es tu?*
*& quis ſimilis tui in Iſraele? Cur igitur non cuſtodiuiſti do-*
*minum tuum regem? ingreſſus enim eſt quiſpiam ex populo,*
*vt perderet dominum tuum regem. Hoc omnino bonum non*
*eſt quod feciſti: viuit Dominus, 19 digni eſtis extremo*
*ſupplicio, quòd non cuſtodiuiſtis dominum veſtrum, nempe*
*vnctum Domini. nunc igitur vide vbi ſit lancea regis, &*
*vas aquarium, quæ 20 ad caput eius erant. Et cognoſcens*
*Saul vocem Dauidis, ait, Annõ hæc vox tua eſt fili mi Dauid?*
*Et dixit Dauid, Vox mea eſt domine mi rex. Et ait, Quare*

## CAP. XXVI.

1 ET venerunt Ziphæi ad Saul in Gabaa, dicentes, — *Ziphæi produnt Dauidem Sauli.*
Ecce, Dauid abſcõditus eſt in Colle-hachila, "quæ — *"qui*
2 eſt ex aduerſo ſolitudinis. ♀ Et ſurrexit Saul, & de- — *Saul Dauidem perſequitur.*
ſcẽdit in Deſertũ-Ziph, & cũ eo tria millia virorũ de ele-
3 ctis Iſrael, vt quæreret Dauid in Deſerto-Ziph. ♀ Et caſtra
metatus eſt Saul in Gabaa-hachila, quæ erat ex aduerſo
ſolitudinis in via: Dauid autẽ habitabat in deſerto. videns
4 autẽ quod veniſſet Saul poſt ſe in deſertũ, ♀ miſit explo-
5 ratores, & didicit quòd "illuc veniſſet certiſsime. ♀ Et ſur
rexit Dauid "clã, & venit ad locum vbi erat Saul: cumq;
vidiſſet locũ in quo dormiebat Saul, & Abner filius Ner,
princeps militiæ eius, & Saulem dormientem in tentorio,
6 & reliquũ vulgus per circuitũ eius, ♀ ait Dauid ad Achi-
melech Hethæum, & Abiſai filium Saruiæ, fratrem Ioab,
dicens, Quis deſcendet mecum ad Saul in caſtra? dixitque
7 Abiſai, Ego deſcendam tecũ. ♀ Venerunt ergo Dauid & — *Parcit ſecundò Dauid inimico Sauli dormienti, haſtam & ſcyphum eius auferens.*
Abiſai ad populum nocte, & inuenerunt Saul iacentem &
dormientẽ in tentorio, & haſtam fixam in terra ad caput
eius: Abner autem & populũ dormientes in circuitu eius. — B
8 ♀ Dixitque Abiſai ad Dauid, Concluſit Deus inimicũ tuũ
hodie in manus tuas: nunc ergo perfodiam eum lãcea in
9 terra, ſemel, & ſecundò opus non erit. ♀ Et dixit Dauid
ad Abiſai, Ne interficias eum: quis enim extendet manũ
10 ſuam in chriſtum Domini, & innocens erit? ♀ Et dixit
Dauid, Viuit Dominus, quia niſi Dominus percuſſerit eũ,
aut dies eius venerit vt moriatur, aut in prælium deſcen-
11 dens perierit, ♀ Propitius ſit mihi Dominus ne extendã
manum meam in chriſtum Domini. nunc igitur tolle ha-
ſtam quæ eſt ad caput eius, & ſcyphum aquæ, & abeamus.
12 ♀ Tulit igitur Dauid haſtam, & ſcyphum aquæ, qui erat — *Prouidentia Dñi opprimitur ſomno Saul cũ ſuis.*
ad caput "eius, & abierunt: & non erat quiſquam qui vide-
ret, & intelligeret, & euigilaret, ſed omnes dormiebãt, quia — *"Saul,*
13 ſopor Domini irruerat ſuper eos. ♀ Cumque tranſiſſet — *Dauid exprobrat Abner ſomnolentiam.*
Dauid ex aduerſo, & ſtetiſſet in vertice montis de lon-
14 ge, & eſſet grande interuallum inter eos, ♀ Clamauit
Dauid ad populum, & ad Abner filium Ner, dicens, Nõne
reſpondebis Abner? & reſpondens Abner, ait, Quis es tu
15 qui clamas, & inquietas regem? ♀ Et ait Dauid ad Ab- — C
ner, Nunquid non vir tu es? & quis alius ſimilis tui in Iſ-
rael? quare ergo non cuſtodiſti dominum tuum regem?
ingreſſus eſt enim vnus de turba vt interficeret regem do
16 minum tuum. ♀ Non eſt bonum hoc quod feciſti: vi-
uit Dominus quoniam filij mortis eſtis vos, qui non cu-
ſtodiſtis dominum veſtrum chriſtum Domini. nunc
ergo vide vbi ſit haſta regis, & vbi ſit ſcyphus aquæ,
17 qui erat ad caput eius. ♀ Cognouit autem Saul vocem
Dauid, & dixit, Nũquid vox hęc tua fili mi Dauid? Et ait
18 Dauid, Vox mea domine mi rex. ♀ Et ait, Quã ob cauſam
dominus



dominus meus perſequitur ſeruum ſuum? quid feci? aut
quod eſt malum in manu mea? ♀ Nunc ergo audi oro do 19
mine mi rex verba ſerui tui, Si Dominus incitat te aduer-
ſum me, odoretur ſacrificium. ſi autem filij hominum: ma
ledicti ſunt in conſpectu Domini "qui eiecerunt me hodie, — *"quia*
vt non habitem in hæreditate Domini, dicentes, Vade, ſer — D
ui dijs alienis. ♀ Et nunc non effundatur ſanguis meus in 20
terra coram Domino: quia egreſſus eſt rex Iſrael vt quæ-
rat pulicem vnum, ſicut perſequitur perdix in montibus.
♀ Et ait Saul, Peccaui, reuertere fili mi Dauid: nequa- 21 — *Agnoſcit Saul peccatum, & miſericordiã à Dauide ſibi factã.*
quam enim vltrà tibi malefaciam, eò quòd pretioſa fuerit
anima mea in oculis tuis hodie: apparet enim quòd ſtultè
egerim, & ignorauerim multa nimis. ♀ Et reſpondens 22
Dauid, ait, Ecce haſta regis: tranſeat vnus de pue-
ris regis, & tollat eam. ♀ Dominus autem "retribuet 23 — *"retribuat*
vnicuique ſecundum iuſtitiam ſuam & fidem: tradidit *
enim te Dominus hodie in manum meam, & nolui ex-
tendere manum meam in chriſtum Domini. ♀ Et 24
ſicut magnificata eſt anima tua hodie in oculis meis,
ſic magnificetur anima mea in oculis Domini, & li-
beret me de omni anguſtia. ♀ Ait ergo Saul ad Da- 25
uid, Benedictus tu fili mi Dauid: & quidem faciens fa-
cies, & potens poteris. Abijt autem Dauid in viam ſuam,
& Saul reuerſus eſt in locum ſuum.

*Dominus meus ſic perſequitur ſeruum ſuum? quid enim 21*
*deſignaui? 22 quid verò mali eſt in manu mea? Nunc ergo au*
*diat quæſo dominus meus rex verba ſerui ſui, Si Dominus 23*
*incitat te contra me, 24 odoretur ſacrificium placatorium:*
*ſi autem filij hominum, execrati ſint 25 in conſpectu Domi-*
*ni: nam eijciunt me hodie, 26 ne conſociare me poßim hæ-*
*reditati Domini, 27 in hoc quod dicunt, Vade, cole deos*
*alios. 28 Ne itaque cadat ſanguis meus in terram coram Do*
*mino, quoniam egreſſus eſt rex Iſraelis, vt pulicem vnũ quæ-*
*rat, perinde acſi quis perdicem in montibus perſequatur. Et di*
*xit Saul, Peccaui, reuertere fili mi Dauid, nihil mali tibi vltra*
*inferam, eo quòd anima mea 29 pretioſa hodie fuerit in ocu*
*lis tuis: en ſtulte egi, & 30 errau admodum valde. Et re-*
*ſpondens Dauid, ait, En lancea regis, tranſeat vnus ex pue*
*ris, & tollat eam. Dominus autem 31 rependat vnicui-*
*que iuxta iuſtitiam ſuam, & iuxta fidem ſuam: quoniam*
*tradiderat te Dominus hodie in manum meam, 32 ego ve-*
*rò nolui manum meam inferre vncto Domini. Et ecce quem-*
*admodum 33 anima tua hodie magnifica fuit in oculis meis,*
*ſic magnifica ſit anima mea in oculis Domini, 34 qui eri-*
*piat me ex omni afflictione. Et dixit Saul ad Dauidem,*
*35 Laude dignus es tu fili mi Dauid: & 36 facies, &*
*omnino perficies. Dauid autem abijt itinere ſuo, & Saul in*
*locum ſuum reuerſus eſt.*

## SCHOLIA IN CAP. XXVI.

1 Beniamin ſcilicet. 2 Ieſimon. 3 cognouitque. ſiue, intellexitque. 4 pro certo. Chaldæus paraphraſtes, pro vero. 5 id eſt, deſignauit oculis. 6 iacebat. vel, dormiret. 7 ad ceruical eius. 8 Hebraiſmus, nunc ergo percutiam eum obſecro haſta, & in terram vno ictu, & non iterabo illi, id eſt, vt ipſo transfoſſo haſta, infigam haſtam ipſam terræ, vt non ſit opus ferire eum denuo. 9 Hebraiſmus, & erit innocens. 10 Hebraiſmus, Viuit Deus: ſed Dominus percutiet eum, aut dies eius veniet, & morietur: aut in prælium deſcendet, & interficietur, quaſi dicat, Iuro ego per Deum viuentem. ſubaudi, quod non mittes manum in chriſtum Domini: ſed Dominus ipſe percutiet eum, aut periodus vitæ eius veniet, &c. Alij vertunt, Viuit Do. quòd Dominus percutiet, &c. quaſi dicat, Non eſt opus vt eum interficias: nam breui morietur: &c. 11 Hebraiſmus, Abſit à me à Domino, vt manum, &c. id eſt, Ne permittat Dominus vt occidam vnctum Domini. 12 ad ceruical. 13 & diſcedamus. Dauid hæc accipit: nam timebat ne Abiſai afferret illi manus violentas. 14 Hebraiſmus, ſopor Domini, id eſt, immiſſus à Do. vel, ſopor magnus, vt Chaldæus paraphraſtes vertit. nam omnia fortia & magna Deo tribuũtur: vt montes Dei, id eſt, excelſi. 15 in latus oppoſitum. 16 Videtur ſæpius vocaſſe Abner. 17 iuxta regem? Chaldæus paraphraſtes, ad caput regis? id eſt, quĩ tuo clamore obtundis regem? aut, qui audeas excitare regem? 18 quaſi dicat, clarus & inſignis. Ironia. 19 Hebraiſmus, filij eſtis mortis, id eſt, digni morte. 20 iuxta ceruical. 21 feci? vel, quid commiſi? 22 id eſt, quid admiſi? 23 vel, incitauerit. 24 vel, olfaciat ſacrificium, id eſt, ſit mihi propitius quũ offeram illi munera. Aut, olfaciet ſacrificium; id eſt, placabo iram eius ſacrificio. 25 id eſt, apud Dominum: 26 ne habitem in hæreditate, &c. id eſt, cogunt me diſcedere ex hac hæreditate Domini, ex hac Terra ſancta. 27 dicendo, id eſt, quaſi dicerent. quaſi dicat, Perinde faciunt acſi dicant mihi, Vade &c. 28 .i. Nunquam obliuiſcatur Dominus ſanguinis mei effuſi in terram, ſi interficias me, ſed ſit ſemper in conſpectu eius, & requirat illud, & vlciſcatur. 29 id eſt, magno æſtimata apud te. hoc eſt, eo quod peperceris mihi. 30 perſequendo ſcilicet hominem Deo gratum. 31 Hebraiſmus, reddat vnicuique ſuã iuſtitiam & fidem ſuam, id eſt, habeat rationem viri qui iuſte & fideliter vixerit, qui iuſte egerit, & fidem ſeruauerit vt ego ſeruaui. 32 vel, & tamen. 33 id eſt, vita tua magno æſtimata fuit. 34 & eripiat. 35 Heb. Benedict9 es tu .i. Sũma laude dignus es, aut, Fœliciſsimus es. 36 Hebraiſmus, faciẽdo facies, id eſt, præclara opera facies, res præclaras geſturus es. 37 Hebraiſmus, valendo valebis, id eſt, magnis viribus pollebis.

## CAP. XXVII.

ET ait Dauid in corde ſuo, Aliquando incidam vna 1 — *Dauid in anguſtia cordis conſtitutus, fugit ad Achis regem Geth.*
die in manus Saul: nonne melius eſt vt fugiam, &
ſaluer in Terra-Philiſthinorum, vt deſperet Saul,
ceſſetque me quærere in cunctis finibus Iſrael? fugiã ergo
manus eius. ♀ Et ſurrexit Dauid, & abijt ipſe, & ſexcenti vi 2
ri cum eo, ad Achis filium Maoch regem Geth. ♀ Et habi- 3
tauit Dauid cum Achis in Geth, ipſe & viri eius, * & do- — **vir*
mus eius, * & duæ vxores eius, Achinoam Iezrahelitis, & — **Dauid*
Abigail vxor Nabal Carmeli. ♀ Et nuntiatũ eſt Sauli quòd 4
fugiſſet Dauid in Geth, & non addidit vltrà quærere eum. — B
♀ Dixit autem Dauid ad Achis, Si inueni gratiam in ocu- 5 — *Siceleg ciuitas datur Dauidi in habitationem.*
lis tuis, detur mihi locus in vna vrbium regionis huius, vt
habitem ibi: cur enim manet ſeruus tuus in ciuitate regis
tecum? ♀ Dedit itaque ei Achis in die illa Siceleg: propter 6
quam cauſam facta eſt Siceleg regum Iuda, vſque in diẽ
hanc. ♀ Fuit autem numerus dierum quibus habitauit Da- 7
uid in regione Philiſthinorum, quatuor menſiũ. ♀ Et aſcẽ- 8

## CAP. XXVII.

*Cogitauit autem Dauid in corde ſuo, 1 Incidam vna*
*dierum in manum Saulis: ideo 2 nihil mihi conſul-*
*tius, 3 quàm vt fuga euadam in terram Paleſthino-*
*rum, vt Saul à me abſiſtat, neque vltra me per omnes terminos*
*Iſraelis inueſtiget, effugiãq; manus eius. Surgẽs itaq; Dauid,*
*trãſijt ipſe & ſexcẽti viri qui cũ ipſo erãt, ad Achis filiũ Maoch,*
*regem Gath. Et habitauit Dauid apud Achis in Gath, ipſe &*
*milites eius, quiſq; cũ domo ſua: ſed & duæ vxores ei9, Ahinoã*
*Ieſreelitis, & Abigail Carmelitis, vxor ſcilicet ipſius Nabal.*
*Nuntiatumq; eſt Sauli quod Dauid fugiſſet in Gath, nec vl-*
*tra 4 inueſtigauit eum. Dixit autem Dauid ad Achis, Si nunc*
*inueni 5 fauorem in oculis tuis, detur mihi locus in aliqua 6*
*vrbe in agro, vt ibidẽ habitẽt: cur enim habitaret ſeruus tuus*
*tecũ in vrbe regia? Dedit itaq; ei Achis in die illa Ziclag. hinc*
*Ziclag facta eſt regum Iehuda vſque in hunc diem. Fuit ve-*
*rò numerus dierum, quibus commorabatur Dauid in agro*
*Paleſthinorum, 7 quatuor menſes & dies aliquot. Aſcen-*
*dit*

*dit autem Dauid & milites eius, & irruperunt in Geſſuræos, Girſæos, & Amalexitas : hæ enim [gentes] 8 tam olim regionem iſtam incoluerant, vbi itur in Sur vſque ad terram AEgypti. Et 9 percuſsit Dauid regionem, 10 non permiſit viuere nec virum, nec mulierem : abegit quoque oues & boues, aſinos atque camelos & veſtes: & reuerſus venit ad Achis. Et ait Achis, 11 Vbi feciſtis hodie impreſsionem? Et dixit Dauid, Ad Meridiem Iehuda, & ad Meridiem 12 Ierahmeel, & ad Meridiem Kenei. Nec virum, nec mulierem viuos ſeruabat Dauid, vt 13 induceret in Gath: 14 hoc nempe conſilio, Forte annuntiarent de nobis [aliquid,] dicendo, Sic fecit Dauid. & hic mos eius erat omnibus diebus quibus commorabatur in regione Paleſthinorum. Et 15 credidit Achis ipſi Dauidi, cogitans, 16 Omnino ſordet illi gens ſua Iſraelitica, eritque ſeruus meus perpetuò.*

dit Dauid, & viri eius, & agebant prædas de Geſſuri, & de
Gerzi, & de Amalecitis : hi enim pagi habitabantur in ter
9 ra antiquitus, euntibus Sur vſq; ad Terram AEgypti. ⁋ Et
percutiebat Dauid omnem terram *illorum, nec relinquebat viuentem virum & mulierem: tollēſq; oues, & boues,
& aſinos, & camelos, & veſtes, reuertebatur, & veniebat
10 ad Achis. ⁋ Dicebat autem ei Achis, In quem irruiſti hodie? Reſpondebat Dauid, Contra Meridiem Iudæ, & con
11 tra Meridiem Ierameel, & contra Meridiem Ceni. ⁋ Virū
& mulierē non viuificabat Dauid, nec adducebat in Geth,
dicens, Ne fortè loquantur aduerſum nos, Hæc fecit Dauid. & hoc erat decretum illi omnibus diebus quibus habi
12 tauit in regione Philiſthinorum. ⁋ Credidit ergo Achis Da
uid, dicens, Multa mala operatus eſt contra populum ſuū
Iſrael: erit igitur mihi ſeruus ſempiternus.

C Dauid excurrit ad prædā, Philiſthęos occidēs.

Dau'd fallit regem Achis.
D

### SCHOLIA IN CAP. XXVII.

1 Hebraiſmus, Tandem abſumar quadam die per manum, &c. id eſt, Tandem vitæ meæ finem inueniam, incidens in manum Saulis. 2 Hebraiſmus, nullum eſt mihi bonum. ſubaudi, hîc, id eſt, nulla eſt mihi quies, nuſquam conquieſcit animus meus. 3 Hebraiſmus, ſi euadam (vel, effugero, ſalutis ſcilicet cauſa) in terram Palæſthinorum, tum demum deſperabit de me Saul (ſubaudi, ſe me conſequuturum) vt non quærat me vltra per omnem terminum Iſraelis: & (ita) eruam me de manu eius. vel, ſeruabo me de poteſtate eius. 4 vel, quæſiuit. 5 gratiam, id eſt, Si tibi ſum gratus & charus. 6 vrbium agreſtium. 7 vel, annus vnus & menſes quatuor. 8 Hebraiſmus, habitabant terram (vel, regionem) quę fuerat à ſeculo, (id eſt, antiquam, & ideo populoſam,) ex quo intras in, &c. Chaldæus paraphraſtes, ab ingreſſu. 9 percutiebat. 10 id eſt, non parcebat viris, &c. 11 vel, Quo irruiſtis hodie? 12 vrbs tribus Iuda in latere Meridionali. 13 vel, adduceret. 14 Hebraiſmus, dicendo. 15 credebat. ſubaudi, dicenti Dauidi, ad plagam Meridianam Iuda, &c. 16 Hebraiſmus, Fecit fœtere (ſubaudi, opera ſua) in populo ſuo Iſraeli, id eſt, Reddidit opera ſua inuiſa, ſeque odioſum Iſraelitis ſuis. Fecit quæ diſplicent popularibus ſuis. Vel, Reddidit ſe fœtidum in populo ſuo, id eſt, inuiſum & odioſum, quod abhorreamus à re fœtida, putida, & male olente.

## CAP. XXVIII.

*Contigit vt in diebus illis Paleſthini congregarent 1 turmas ſuas, exercitumque [conſcriberent,] vt pugnarent contra Iſraelitas. dixit ergo Achis ad Dauidem, 2 Perſuaſiſſimum hoc tibi eſto, quòd mecum egreſſurus ſis in prælium, tu & viri tui. Et ait Dauid ad Achis, 3 Cognoſces ergo & tu quid facturus ſit ſeruus tuus. Rurſumque dixit Achis ad Dauidem, 4 Ponam igitur te cuſtodem capitis mei cunctis diebus. Porrò Samuel mortuus erat, planxerantque eum omnes Iſraelitæ, ſepelierantque eum in Rama 5 ciuitate ſua. 6 Et Saul eiecerat è terra 7 pythones & diuinos. Congregati igitur Paleſthini, venerunt & caſtrametati ſunt in Sunem: congregauitque & Saul vniuerſum Iſraelem, & caſtrametati ſunt in Gilboa. Videns autem Saul caſtra Paleſthinorum, timuit, & expauit cor eius ſupra modum. Quumque Saul conſuluiſſet Dominum, non reſpondit ei Dominus, neque per ſomnia, neque 8 per Vrim, neque per prophetas. Dixit ergo Saul ad ſeruos ſuos, Quærite mihi mulierem quæ habeat pythonem, vt vadam ad eam, 9 ſciſciterque ex ea. Et dixerunt ſerui eius ad eum, Ecce eſt mulier in En-dor, quæ ſpiritum habet pythonis. Saul ergo commutato habitu, indutus eſt alijs veſtimentis, abijtque ipſe & duo viri cum eo, veneruntque ad mulierem illam noctu, & ait, Diuina mihi quæſo 10 in pythone, & 11 fac mihi aſcendere quem dixero tibi. Et ait mulier ad eum, En tu noſti quid fecerit Saul, quomodo exciderit 12 è terra pythones & diuinos: cur ergo 13 tu laqueum tendis vitæ meæ, vt me mortis periculo exponas? Et iurauit ei Saul per Dominum, dicens, Viuit Dominus, 14 ſiquid culpæ tibi hac ex re imputetur. 15 Et dixit mulier, Quem 16 euocabo tibi? reſpondit, 17 Euoca mihi Samuelem. Et videns mulier 18 Samuelem ſublata voce clamauit: dixitque mulier illa ad Saulem hæc verba, Cur feſelliſti me? tu enim es Saul. Et ait ad eam rex, Ne metuas: quid vidiſti? dixit mulier ad Saulem, 19 Deos vidi aſcendentes de terra. Qui dixit ei, Quæ eſt forma eius? & dixit illa, Vir ſenex aſcendit, iſque amictus eſt pallio. intellexit autem Saul quòd Samuel eſſet, 20 inclinauitque pronus, & procidit. Dixit autem 21 Samuel ad Saulem, Cur 22 inquietum me reddidi-*

1 Factum eſt autem in diebus illis congregauerūt Phi
liſthijm agmina ſua, vt præpararentur ad bellū con
tra Iſrael: dixitque Achis ad Dauid, Sciens nunc ſci
2 to quoniam mecum egredieris in caſtris tu & viri tui. ⁋ Di
xitq; Dauid ad Achis, Nunc ſcies quæ facturus eſt ſeruus
tuus. Et ait Achis ad Dauid, Et ego cuſtodē capitis mei po
3 nam te cunctis diebus. ⁋ Samuel autem mortuus eſt, plan-
xitq; eum omnis Iſrael, & ſepelierunt eum in Ramatha vr
be ſua. Et Saul abſtulit magos & hariolos de Terra *& in-
4 terfecit eos, qui pythones habebant in ventre. ⁋ Congre-
gatiq; ſunt Philiſthijm, & venerunt, & caſtrametati ſunt
in Sunam: congregauit autem & Saul vniuerſum Iſrael, &
5 venit in Gelboe. ⁋ Et vidit Saul caſtra Philiſthijm, & ti-
6 muit, & expauit cor eius nimis. ⁋ Conſuluitq; Dominum,
& nō reſpondit ei neq; per ſomnia, neque per ſacerdotes,
7 neq; per prophetas. ⁋ Dixitq; Saul ſeruis ſuis, Quærite mi
hi mulierem habentem pythonem, & vadam ad eam, &
ſciſcitabor per illam. Et dixerunt ſerui eius ad eū, Eſt mu-
8 lier pythonē habens, in En-dor. ⁋ Mutauit ergo habitum
ſuum, veſtituſq; eſt alijs veſtimentis, & abijt ipſe, & duo vi
ri cum eo, veneruntq; ad mulierem nocte, & ait illi, Diui-
9 na mihi in pythone, & ſuſcita mihi quem dixero tibi. ⁋ Et
ait mulier ad eū, Ecce tu noſti quanta fecerit Saul, & quo-
modo eraſerit magos, & hariolos de terra: quare ergo inſi
10 diaris animæ meæ, vt occidar? ⁋ Et iurauit ei Saul in Domi
no, dicens, Viuit Dominus quia non eueniet tibi quicquā
11 mali propter hanc rem. ⁋ Dixitq; ei mulier, Quem ſuſcita
12 bo tibi? qui ait, Samuelem mihi ſuſcita. ⁋ Cum autem vidiſ
ſet mulier Samuelem, exclamauit voce magna, & dixit ad
13 Saul, Quare impoſuiſti mihi? tu es enim Saul. ⁋ Dixitque
ei rex, Noli timere: quid vidiſti? & ait mulier ad Saul,
14 *Deos vidi aſcendentes de terra. ⁋ Dixitque ei, Qualis eſt
forma eius? quæ ait, Vir ſenex aſcendit, & ipſe amictus eſt
pallio. & intellexit Saul quòd Samuel eſſet, & inclinauit
15 ſe ſuper faciem ſuam in terra, & adorauit. ⁋ Dixit au
tem Samuel ad Saul, Quare inquietaſti me vt ſuſcita-
reſ?

Dauid conſtituitur cuſtos regis Achis in bello.

Samuel mortuus Sup. 25. a.
Saul aufert magos & hariolos

B Saul Philiſthæis contra ſe congregatis nihil ipſi reſpondente Deo, pythoniſſam conſulit.

Suſcitatſe Samuel annuntiat Sauli mortem, & Philiſthæos victoria potituros.

C *Deum

Eccleſ. 46. d.



rer? & ait Saul, Coarctor nimis: ſiquidem Philiſthijm pu-
gnāt aduerſum me, & Deus receſsit à me, & exaudire me
noluit neque in manu prophetarum, neq; per ſomnia: vo-
caui ergo te, vt oſtenderes mihi quid faciam. ⁋ Et ait Sa- 16
muel, Quid interrogas me, cum Dominus receſſerit à te,
& tranſierit ad æmulum tuum? ⁋ Faciet enim tibi Domi- 17
nus ſicut locutus eſt in manu mea, & ſcindet regnum tuū
de manu tua, & dabit illud proximo tuo Dauid: ⁋ Quia 18
non obediſti voci Domini, neque feciſti iram furoris eius
in Amalec: idcirco quod pateris, fecit tibi Dominus ho-
die. ⁋ Et dabit Dominus etiam Iſrael tecū in manus Phi- 19
liſthijm: cras *autem tu & filij tui mecum eritis: ſed & ca-
ſtra Iſrael tradet Dominus in manus Philiſthijm. ⁋ Sta- 20
timq; Saul cecidit porrectus in terram: extimuerat enim
*verba Samuelis, & robur non erat in eo, quia non come-
derat panem tota die illa. ⁋ Ingreſſa eſt itaque mulier il- 21
la ad Saul, *(conturbatus enim erat valde) dixitq; ad eū,
Ecce obediuit ancilla tua voci tuæ, & poſui animam meā
in manu mea: & audiui ſermones tuos quos locutus es ad
me. ⁋ Nunc igitur audi & tu vocem ancillæ tuæ, & po- 22
nam corā te buccellam panis, vt comedens conualeſcas,
& poſsis iter agere. ⁋ Qui renuit, & ait, Non comedam. 23
coegerunt autem eum ſerui ſui & mulier, & tandem audi-
ta voce eorum ſurrexit de terra, & ſedit ſuper lectum.
⁋ Mulier autem illa habebat vitulum paſcualem in do- 24
mo, & feſtinauit, & occîdit eum: tollenſq; farinā, miſcuit
eam, & coxit azyma: ⁋ Et poſuit ante Saul, & ante ſer- 25
uos eius: qui cum comediſſent, ſurrexerunt, & ambulaue-
runt per totam noctem illam.

Sap. 15. f. Saul quare abiectus à Deo.

Ira furoris Dei.
*enim D
Saulis angustia & deſperatio.
*valde
*& vidit,

*ſti vt me reduceres? & dixit Saul, Valde ſum anxius, nā Paleſthini pugnāt contra me, & Deus receſsit à me, nec vltra reſpondet mihi, neque per manus prophetarum, neque per ſomnia, & euocaui te, vt oſtendas mihi quid ſim facturus. Et ait Samuel, Et quare me interrogas, quum Dominus à te receſſerit, 24 factuſque ſit hoſtis tuus? Et Dominus quidem 25 fecit quēadmodū loquutus eſt 26 in manu mea, & ſcidit Dominus regnū de manu tua, deditque illud proximo tuo Dauidi 27 Quandoquidem enim non obediuiſti voci Domini, nec perfeciſti 28 irā furoris eius in Amalec. idcirco fecit tibi Domin⁹ hodie rē iſtā. Tradetq; Dominus Iſraelem tecū in manum Paleſthinorum, & cras tu & filij tui mecū erunt: ſed & caſtra Iſraelitica tradet Dominus in manum Paleſthinorum. Et ilico corruit Saul in terram 29 quantus quantus erat, timuitque vehementer à verbis Samuelis, 30 ita vt nullum robur eſſet amplius in eo, tota enim die totaq; nocte 31 nihil comederat. Veniens autē mulier ad Saul, videnſque eū vehemēter 32 territum, ait ad eum, Ecce obediuit famula tua voci tuæ, 33 & deuoui vitam meam, 34 audiuiq; verba tua quæ ad me loquutus es, Audi igitur & tu obſecro vocē ancillæ tuæ, proponam tibi buccellam panis, vt comedas, 35 vt ſit in te robur, vt via tua proficiſcaris. Qui renuens ait, Non edam. At ſerui eius ſimul cum muliere 36 flagitando effecerunt vt obtemperaret eis. Surgens itaque de terra, ſedit ſuper lectum. Habuit autem mulier illa domi vitulum pinguem, quem ilico mactauit: acceptaque farina, ſubegit, coxitque ex ea azymos panes. Attulitque ante Saul & ante ſeruos eius: & quum comediſſent, ſurrexerunt, & profecti ſunt nocte illa.*

### SCHOLIA IN CAP. XXVIII.

1 copias ſuas militares. vel, ad militiam. 2 Hebraiſmus, Sciendo ſcias, id eſt, Certo ſcias. 3 Propterea tu videas, quaſi dicat, Si ita decreueris, vide quid me velis facere. 4 Idcirco ponā, &c. Hac de cauſa quoniam video te paratum eſſe ad obſequium. 5 Hebraiſmus, in vrbe ſua, id eſt, in ea Rama in qua habitabat. nam erant duæ vrbes eodem nomine. Alij referunt hoc ad verbum remotius Planxerunt eum in Rama & in vrbe ſua Iſraelitæ, quaſi dicat, tam in Rama, quā in alijs vrbibus. Alij, ſepelierunt eum in ipſa vrbe Rama, non extra vrbem. 6 Saul autèm expulerat. vel, abſtulerat. 7 vel, magos. 8 id eſt, per ſacerdotes. Nam ſummus pontifex gerebat Vrim & Thummim in hoſen ſiue pectorali, ante pectus. 9 ſubaudi, quid facto opus ſit. 10 id eſt, ope ſpiritus pythonici quo es prædita. 11 vel, ſuſcita mihi. 12 id eſt, ex hac regione. 13 Hebraiſmus, ſtudes eſſe offendiculo animæ meę vt cures me interficiendam? 14 (quod) non eueniet tibi pœna (vel, punitio) propter hanc rem, id eſt, nihil mali continget tibi ob id. 15 Dixit ergo. 16 ſuſcitabo. vel vt Hebraice, faciam aſcendere tibi? 17 Fac aſcendere. vel, Suſcita. Hebræi aiunt non vere Samuelem ſuſcitatum; hoc enim erat ſpectrum quod apparuit: quod ſentit & B. Auguſtinus. 18 id eſt, ſpectrum & ſimilitudinem Samuelis. 19 Deum vidi aſcendentem, id eſt, hominem quendam diuinum. Relatiuum ſigulare quod ſequitur, oſtendit Elohim plurale, vertendum eſſe per ſingulare, Deum, non Deos. 20 Hebraiſmus, inclinauitque ſeſe in faciem in terram, & adorauit, id eſt, inclinato in terram vultu adorauit. 21 id eſt, ſpiritus pythonicus qui induerat ſpeciem Samuelis. Samuel tunc viſus eſt dicere Sauli. Mulier videbat Samuelem, neque tamen audiebat eum alloquentem Saulem: ſicuti nec Saul videbat Samuelem, hoc eſt illuſionem illam diabolicam quæ videbatur illis Samuel. Ita Hebræi. 22 mihi fuiſti moleſtus (vel, commouiſti me) vt me aſcēdere faceres, vel, curando me ſuſcitandum? 24 Chaldæus paraphraſtes ſubaudit præpoſitionem Cum, hoc modo, & ſit cum hoſte tuo? vel, cum æmulo tuo? id eſt, faueat illi? 25 poſſunt hæc verti per futurum, faciet, & ſcindet. vel, auferet. 26 id eſt, per me. 27 Quemadmodum. 28 id eſt, quod præceperat iratus contra Amalec. 29 Heb. de plenitudine ſtaturæ ſuæ .i. corruit vt erat erect⁹ & ſtabat. 30 Alij vertūt, etiā robur nō erat in eo .i. non erāt illi vires qb⁹ ſe erigeret. 31 Heb. nō comederat panē. 32 vel, cōturbatū. 33 Hebr. & poſui animā meā in manu mea .i. diſcrimini me expoſui. 34 .i. parui verbis tuis. 35 & erit. 36 coegerunt.

## CAP. XXIX.

Congregata ſunt ergo Philiſthijm vniuerſa ag- 1
mina in Aphec: ſed & Iſrael caſtrametatus eſt ſu-
per fontē qui erat in Iezrahel. ⁋ Et ſatrapę quidē 2
Philiſthijm incedebāt in cēturijs & millib⁹: Dauid autē &
viri ei⁹ erāt in nouiſsimo agmine cū Achis. ⁋ Dixeruntq; 3
principes Philiſthijm *ad Achis, Quid ſibi volunt Hebræi
iſti? Et ait Achis ad principes Philiſthijm, Nunquid igno-
ratis Dauid, qui fuit ſeru⁹ Saul regis Iſrael, & eſt apud me,
multis diebus vel annis? & nō inueni in eo quicquā mali ex
die qua transfugit ad me, vſque ad diē hanc. ⁋ Irati ſunt 4
autem aduerſus eum principes Philiſthijm, & dixerunt ei,
Reuertatur vir, & ſedeat in loco ſuo, in quo conſtituiſti
eum: & non deſcendat nobiſcum in prælium, ne fiat no-
bis aduerſari⁹, cum præliari cœperimus: quomodo enim
aliter poterit placare dominum ſuū, niſi in capitibus no-
ſtris? ⁋ Nōne iſte eſt Dauid cui cātabāt in choris, dicētes, 5

Dauid cum Philiſthæis contra Saulem pugnaturus, ab exercitu remittitur prouidētia Dei.

B

1. Para. 12. d.

*Congregatis itaque Paleſthinis cum vniuerſis copijs ſuis in Aphec, Iſraelitæ caſtrametati ſunt in 1 Ain, quæ eſt in Ieſreel. Porrò principes Paleſthinorum incedebant per centurias & chiliades: Dauid & milites eius incedebant in poſteriori [agmine] cum Achis. Dixerunt ergo principes Paleſthinorum, 2 Qui ſunt Ebræi iſti? Reſpondit Achis prīcipibus Paleſthinorū, Annō hic Dauid eſt ſeru⁹ Saulis regis Iſrael, qui mecū fuit 3 hiſce diebus aut hiſce annis? 4 non deprehendi in eo quidquam, ab eo die quo 5 defecit, vſque in hunc diem. Et irati ſunt contra eum ſatrapæ Paleſthinorum: dixeruntque ad eum ſatrapæ Paleſthinorum, Remitte virum iſtum, vt redeat ad locum ſuum quem illi deſtinaſti, nec deſcēdat nobiſcum in præliū, ne ſit nobis in prælio aduerſarius. qua enim re 6 ſeſe gratū exhiberet Domino ſuo? annon capitibus virorum iſtorum? Annon hic eſt Dauid, 7 de quo alternis canebant in choris huiuſmodi verbis,*

Percuſ-

*Percuſſit Saul millia ſua, & Dauid decem millia ſua? Vocauit itaque Achis Dauidem, & ait ad eum, Viuit Dominus quoniam rectus 8 fuiſti tu & bonus coram me, ſiue exires, ſiue ingredereris mecum in caſtris, nec deprehendi in te malum, à die quo veniſti ad me, vſque in hunc diem: at 9 in oculis principum tu non es bonus. Reuertere igitur, & abi in pace, nec mali quidpiam 10 deſignes in oculis principum Paleſthinorum. Et ait Dauid ad Achis, Quid feci? quid deprehendiſti in ſeruo tuo, à die quo verſatus ſum tecum in præſentem vſque diem, vt non proficiſcar & bella geram aduerſus hoſtes domini mei regis? Et reſpondens Achis ait ad Dauidem, 11 Scio quòd bonus es, in oculis meis perinde ac angelus Dei: at principes Paleſthinorum dixerunt, Non aſcendet is nobiſcum in prælium. Surge igitur ſummo mane, & ſerui domini tui qui venerunt tecum, & mane conſurgentes quum illuxerit, abite. Surrexit igitur Dauid mane, ipſe & milites eius, vt abirent, reuerterenturque in terram Paleſthinorum: Paleſthini autem aſcenderunt in Ieſreel.*

Percuſſit Saul in millibus ſuis, & Dauid in decem milli-
6 bus ſuis? ℣ Vocauit ergo Achis Dauid, & ait ei, Viuit Do-
minus, quia rectus es tu, & bonus in cõſpectu meo: & ex-
itus tuus, & introitus tuus mecum eſt in caſtris: & non in-
ueni in te quicquam mali ex die qua veniſti ad me, vſque
7 in diem hanc: ſed ſatrapis non places. ℣ Reuertere ergo,
& vade in pace, & non offendas oculos ſatraparum Phili
8 ſthijm. ℣ Dixitque Dauid ad Achis, Quid enim feci, &
quid inueniſti in me ſeruo tuo à die qua fui in conſpectu
tuo vſq; in diem hanc, vt non veniã, & pugnem cõtra ini
9 micos dñi mei regis? ℣ Reſpõdens autẽ Achis, locutus eſt
ad Dauid, Scio quia bon⁹ es tu in oculis meis, ſicut angel⁹
Dei: ſed principes Philiſthinorũ dixerũt, Nõ ″aſcẽdet no-
10 biſcũ in præliũ. ℣ Igitur cõſurge mane, tu & ſerui dñi tui,
qui venerunt tecũ: & cũ de nocte ſurrexeritis, & cœperit
11 diluceſcere, pergite. ℣ Surrexit itaq; de nocte Dauid ipſe &
viri eius, vt ꝓficiſcerẽtur mane, & reuerterẽtur ad Terrã-
Philiſthijm: Philiſthijm autem aſcenderunt in Iezrahel.

Dauid laudatur ab Achis. C

D

″aſcendat

Gentilis his meminit Dei veri & angeli.

## SCHOLIA IN CAP. XXIX.

1 Quidam aiunt nomen loci eſſe in Iezrahel: alij fontem vertunt. 2 Hebraiſmus, Quid Hebræi iſti? id eſt, Quid ſibi volunt &c. 3 Hebraiſmus, iam diebus, vel iam annis? id eſt, dies aliquot, imo vero annos aliquot? id eſt, & quem ego cognoſco iam à multis annis? Quidam Hebræorum exponit, Et enim tam bene noui, quam ſi manſiſſet apud me annos aliquot. 4 nec. 5 ſubaudi, à Saule ad me. 6 redibit (vel, redire poterit) in gratiam cum domino ſuo? annon per capita, &c. 7 vel, cui cantabant, &c. id eſt, quem laudabant. 8 es & bonus in oculis meis, (&) egreſſus tuus & ingreſſus in caſtra. ſubaudi, placent, id eſt, Per Deum viuũ quem colis, habeo te pro viro probo & integro: & commercium tuum, ſiue conuerſatio tua & vita quam in caſtris meis vixiſti, mihi grata fuit. 9 id eſt, ſatrapis meis non es gratus. 10 vel, facias, id eſt, nec feceris aliquid quod non ſit gratum principibus meis. 11 id eſt, Scio te mihi eſſe tam gratum & videri tam bonum, quàm angelus Dei eſt.

## CAP. XXX.

*Qvum autem veniſſet Dauid & milites eius in Ziclag 1 tertio die, Amalecitæ irruperant in Meridiem, & ad Ziclag, 2 percuſſerantque Ziclag, & incenderant eam igni. Porrò mulieres quæ in ea erant abduxerant captiuas, 3 à parua ad grandem vſque, neminem tamen occiderant, ſed abegerant, 4 iterque ſuum profecti erant. Venit itaque Dauid & milites eius ad oppidum, & ecce erat igne exuſtum, vxores verò eorum, filij eorum, atque filiæ eorum erant abactæ. Dauid itaque & populus qui cum eo erat, voce ſua ſublata adeò fleuerunt, vt nullum eſſet amplius in eis robur flendi. Duæ quoque vxores Dauidis captæ erant, nempe Abinoam Ieſreelitis, & Abigail vxor Nabal Carmelitæ. Et Dauid 5 fuit valde anxius, nam populus cogitabat quomodo eum lapidibus obruerent, erat enim populus vniuerſus animo exacerbato, quiſque propter filios ſuos, & propter filias ſuas, Dauid autem 6 corroborauit ſeſe in Domino Deo ſuo. 7 Aitque Dauid ad Abiathar ſacerdotem filium Abimelech, 8 Applica quæſo mihi ephod. & Abiathar 9 applicuit ephod ad Dauidem. 10 Et Dauid interrogat Dominum, dicens, Inſequarne turbam iſtam militarem? aſſequine eam poſſum? Et dixit ei, Inſequere, nam certiſſime apprehendes, & 11 plane aſſeres. Profectus itaque eſt Dauid, ipſe & ſexcenti viri qui cum eo erant, & venerunt vſque ad torrentem Beſor: reliqui autem conſtiterunt. Inſequutus eſt itaque Dauid cum quadringentis viris, ducenti autem viri conſtiterunt, 12 nempe qui reſederunt ne tranſirent torrentem Beſor. Et 13 deprehenderunt virum Ægyptium in campo, quem captum adduxerunt ad Dauidem, dederuntque ei panem vt comederet, dederunt quoque ei bibere aquam. Dederunt ei inſuper 14 fragmentum maſſæ carycarum, & duas ligaturas vuarum paſſarum. Quumque comediſſet, 15 rediit ad ſeſe: nam neque panẽ ederat, nec aquam biberat tribus diebus & tribus noctibus. Et ait ad eum Dauid, Cuius es tu? & vnde tu? Reſponditque iuuenis Ægyptius, Seruus ſum cuiuſdam Amalecitæ, & dereliquit me herus meus, quòd tribus*

## CAP. XXX.

1 Cvmq; veniſſent Dauid & viri eius in Siceleg die
tertia, Amalecitę impetũ fecerãt ex parte Auſtra-
li in Siceleg, & percuſſerãt Siceleg, & ſuccẽderãt
2 eam igni. ℣ Et captiuas duxerãt mulieres ex ea, à minimo
vſq; ad magnũ: & non interfecerãt quenquã, ſed ſecũ du
3 xerant, & pergebant itinere ſuo. ℣ Cũ ergo veniſſet Da-
uid & viri eius ad ciuitatẽ, & inueniſſent eã ſuccẽſam igni,
& vxores ſuas, & filios ſuos, & filias ductas eſſe captiuas,
4 ℣ Leuauerunt Dauid & populus qui erat cum eo, voces
5 ſuas, & planxerũt donec deficerẽt in eis lachrymę. ℣ Si-
quidẽ & duæ vxores Dauid captiuæ ductæ fuerãt, Achi-
6 noã Iezrahelitis, & Abigail vxor Nabal Carmeli. ℣ Et cõ-
triſtat⁹ eſt Dauid valde: volebat enim eũ popul⁹ lapidare,
quia amara erat anima vniuſcuiuſq; viri ſuper filijs ſuis, &
7 filiab⁹: cõfortatus eſt autẽ Dauid in Dño Deo ſuo. ℣ Et ait
ad Abiathar ſacerdotẽ filiũ Achimelech, Applica ad me
8 ephod. & applicauit Abiathar ephod ad Dauid, ℣ Et con-
ſuluit Dauid Dominum, dicens, Perſequar latrunculos
hos, & comprehendam eos, an non? Dixitque ei ″Domi-
nus, Perſequere: abſque dubio enim comprehendes eos,
9 & excuties prædam. ℣ Abijt ergo Dauid ipſe & ſexcenti
viri qui erant cum eo, & venerũt vſq; ad Torrentẽ-beſor:
10 & laſsi quidam ſubſtiterunt. ℣ Perſecutus eſt autem Da-
uid ipſe & quadringenti viri ″cum eo: ſubſtiterant enim
ducenti, qui laſsi tranſire non poterant Torrentẽ-beſor.
11 ℣ Et inuenerunt virum Ægyptium in agro, & adduxe-
runt eum ad Dauid: dederuntq; ei panẽ vt comederet, &
12 biberet aquam, ℣ Sed & fragmen maſſæ carycarum, &
duas ligaturas vuæ paſſæ. Qui cum comediſſet, re-
uerſus eſt ſpiritus eius, & refocillatus eſt: non enim
comederat panem, neque biberat aquam, tribus die-
13 bus & tribus noctibus. ℣ Dixit itaque ei Dauid, Cu-
ius es tu? vel vnde? ″& quò pergis? Qui ait, Puer Æ-
gyptius ego ſum, ſeruus viri Amalecitæ: dereliquit
autem me dominus meus, quia ęgrotare cœpi nudiu-
ſtertius.

Dauid Siceleg ſuccenſam inuenit.

Vxores Dauidis captæ. B

Lapidare. Cõfortatur Dauid in Domino.

Dauid conſulto Domino, perſequitur Amalecitas ſuccenſores.

C

Prouidẽtia Dei occurrit ſeruus Amalecitæ, qui Dauidem ducit ad eos qui ſuccenderant Siceleg.

D



ſtertius. ℣ Siquidem nos erupimus ad Auſtralem plagam 14
Cerethi, & contra Iudam, & ad Meridiem Caleb, & Sice-
leg ſuccendimus igni. ℣ Dixitque ei Dauid, Potes me du- 15
cere ad cuneum iſtum? Qui ait, Iura mihi per Deum, quòd
non occidas me, & non tradas me in manus domini mei,
& ego ducam te ad cuneum iſtum. ″Et iurauit ei Dauid.
℣ Qui cum duxiſſet eum, ecce illi diſcumbebant ſuper fa 16
ciem vniuerſæ terræ comedentes & bibentes, & quaſi fe-
ſtum celebrantes diem, pro cuncta præda & ſpolijs quæ
ceperant de Terra-Philiſthijm, & de Terra-Iuda. ℣ Et 17
E percuſſit eos Dauid à veſpere vſque ad veſperam al-
terius diei, & non euaſit ex eis quiſquam, niſi ″tan-
tum quadringenti viri adoleſcentes, qui aſcenderant
camelos, & fugerant. ℣ Eruit ergo Dauid omnia quæ 18
tulerant Amalecitæ, & duas vxores ſuas eruit. ℣ Nec 19
defuit ″ quiſquam à paruo vſque ad magnum, tam de fi
lijs quàm de filiabus, & de ſpolijs: & quæcunq; rapuerãt,
omnia reduxit Dauid. ℣ Et tulit vniuerſos greges & ar- 20
menta, & minauit ante faciem ſuam: dixeruntque, Hæc
eſt præda Dauid. ℣ Venit autem Dauid ad ducentos vi- 21
ros, qui laſsi ſubſtiterant, nec ſequi potuerant Dauid, &
reſidere eos iuſſerat in Torrente-beſor: qui egreſsi ſunt
F obuiã Dauid, & populo qui erat cũ eo. Accedens autem
Dauid ad populũ, ſalutauit eos pacifice. ℣ Reſpondenſq; 22
omnis vir peſsimus, & iniquus de viris qui ierant cũ Da-
uid, dixit, Quia non venerunt nobiſcũ, non dabimus eis
quicquam de præda quam eruimus: ſed ſufficiat vnicui-
que vxor ſua & filij, quas cũ acceperint, recedãt. ℣ Dixit 23
autem Dauid, Nõ ſic facietis fratres mei de his quę tradi-
dit nobis Dominus, & cuſtodiuit nos, & dedit latrunculos
qui eruperãt aduerſum nos, in manus noſtras, ℣ Nec au- 24
diet vos quiſquã ſuper ſermone hoc. æqua enim pars erit
deſcendentis ad prælium, & remanentis ad ſarcinas, & ſi-
G militer diuidẽt. ℣ Et factum eſt hoc ex die illa, & dein- 25
ceps conſtitutum & præfinitum, & quaſi lex in Iſrael vſq;
in diẽ hanc. ℣ Venit ergo Dauid in Siceleg, & miſit dona 26
de pręda ſenioribus Iuda proximis ſuis, dicens, Accipite
benedictionẽ de pręda hoſtiũ Domini: ℣ His qui erant in 27
Beth-el, & qui in Ramoth ad Meridiẽ, & qui in Gether,
℣ Et qui in Aroer, & qui in Sephamoth, & qui in Eſthamo, 28
℣ Et qui in Rachal, & qui in vrbibus Ierameel, & qui in 29
vrbib⁹ Ceni, ℣ Et qui in ″Rama, & qui in lacu Aſan, & qui 30
in Athach, ℣ Et qui in Hebron: & reliquis qui erant in his 31
locis in quibus commoratus fuerat Dauid & viri eius.

Ægyptius meminit Dei veri. Dauid occiſis Amalecitis, reducit prædam.

″quicquam

Salutare pacifice.

Prędã ex ęquo diuidi iubet Dauid.

Ex pręda gratificat Dauid omnibus amicis.

″Harama,

*diebus ægrotaſſem. 16 Vaſtatores nos irrupimus ad Meridiẽ, & ad eam partem 17 quæ eſt Iehuda, & ad Meridiem Caleb, incendimuſq; Ziclag igni. Et ait ad eum Dauid, 18 Poteſne me deducere ad turmam illam militarem? Et ait, Iura mihi per Deum ne me interficias, neve me tradas in manũ heri mei, & deducam te ad turmam illam. Deduxit ergo eum, & ecce 19 diſiecti iacebant ſuper vniuerſam terram, comedentes & bibentes, atq; feſtum agentes diem propter vniuerſam illã prædam ingentem, quam abduxerant e terra Paleſthinorũ, & è terra Iehuda. Et percuſſit eos Dauid 20 à crepuſculo vſq; ad veſperam [poſterioris diei, & vſq;] ad craſtinum illarum, ita vt ne vnus quidem ex eis elaberetur, præter quadringentos iuuenes, qui camelos conſcenderant & effugerant. Et 21 aſſeruit Dauid omnia quæ abduxerant Amalecitæ, ſed & duas vxores ſuas liberauit Dauid, 22 Vt nihil deſyderaretur eis neque paruum neq; magnum, tam de filijs quã de filiabus, de præda ac omnibus quæ eis abſtulerant, omnia iſta reduxit Dauid. Et tulit Dauid omnes 23 greges & armenta, duxeruntq; ea 24 ante res illas, & dixerunt, 25 Hæc eſt præda Dauidis. Venit autem Dauid ad ducentos viros, 26 qui reſederant ne ſequerentur Dauidem, quos 27 manere iuſſerant ad torrentem Beſor, & qui egreſſi ſunt obuiam Dauidi, obuiamque populo qui cum illo erat. Acceſſit ergo Dauid ad populum, ſalutauitque illos in pace. 28 Iniqui autem & perditi inter milites qui cum Dauide profecti erant, reſpondentes dixerunt, Quandoquidem hi nobiſcum non ſunt profecti, nihil dabimus eis de præda quam 29 aſſeruimus, niſi cuiq; vxorem ſuam, & filios ſuos, quos abducant & abeãt. Et ait Dauid, Ne ſic feceritis 30 fratres mei de his quæ dedit nobis Dominus, qui ſeruatis nobis, militarem iſtam turbam quæ in nos irruit, tradidit in manus noſtras. Quis verò audiret vos hac in re? etenim 31 æqua debet eſſe pars & eorum qui deſcendunt in prælium, & eorũ qui manent ad impedimenta: ſimul partiantur. 32 Fuit enim ab hoc die & iam olim conſtitutus hic mos & ritus in Iſraele vſque in præſentem diem. Veniens autẽ Dauid in Ziclag, miſit de præda ſenioribus Iehuda, nempe 33 amicis ſuis, huiuſmodi mandatis, En vobis 34 donum de præda hoſtium Domini. His videlicet qui in Beth-el, & in Ramoth ad Meridiem, & ijs qui erant in Iathir. His quoque qui erant in Aroer, & qui in Siphemoth, & in Eſthemoa. His denique qui erant in Rachal, & qui in ciuitatibus Ierahmeel, & qui in ciuitatibus Kenæi. Sed & his qui erant in Horma, & qui in Bor-aſam, & qui in Athach. Et his qui in Hebrõ, & in omnibus locis in quibus erat verſatus Dauid & milites eius.*

## SCHOLIA IN CAP. XXX.

1 Ab egreſſu eius ſcilicet. 2 id eſt, vaſtauerant. Meminit mulierum ſolum, quia viri iuerant cum Dauide ad exercitum. 3 à paruo vſq; ad magnum. 4 id eſt, reuerſi fuerant. 5 anguſtijs affectus eſt: nam populus cogitauerat. 6 id eſt, reſumpſit animũ fretus ſpe ac fiducia in Deum. 7 Dixit autem. 8 id eſt, Profer in medium. 9 admouit, id eſt, attulit, ſiue protulit in medium. 10 Cõſuluit ergo Dauid. 11 Heb. eruendo erues. ſub. eos quos ſecum ducunt. erues prædam de manibus eorum. 12 qui laſsi fuerant vſq; adeo vt non poſſent tranſire, &c. Vel, qui pigriores fuerant, præ ficta laſsitudine ſcilicet. qui ſimulabãt tantam laſsitudinem vt nõ poſſent tranſire, &c. Vox enim Hebræa ſignificat laſſum eſſe & remiſſum: ſignificat & pigrum eſſe. 13 illi ſcilicet qui illic ſubſtiterant, aut alij. 14 vel, fruſtum. 15 Heb. reuerſus eſt ſpiritus eius in eũ. 16 Nos feceramus impetum (vel, Nos irrupimus) in partẽ Auſtralem Cheretheorum. Gens eſt in Paleſthina. 17 .i. quæ pertinet ad tribum Iuda, hoc eſt in agrum Iuda. 18 Heb. Deduceſne me. 19 vel, ſtrati. ſiue, diffuſi. 20 ſub. nocturno. i. percuſſit eos à veſpera vſque ad veſperam diei ſequentis & vſque in craſtinam diem illarum veſperarum, hoc eſt vſque ad diem ſequentem duas illas veſperas. q. d. toto triduo percuſſit eos. 21 eripuit. 22 Nec defuit illis à minimo vſque ad maximum. 23 Intelligit ea quæ Amalecitæ abegerant de Iuda & alijs regionibus. 24 ante pecus, id eſt, ante greges & armenta quæ abegerant Amalecitæ de Siclag. Diſtribuerant greges in duas partes, nempe eos quos abegerant Amalecitæ ex Iuda & alijs vrbibus, & in eos quos abegerant ex Siclag. Gregem autem Siclag non appellabant prædam: nam ea reſtituebantur ſuis dominis. 25 q. d. Præter veſtra quæ reſtituuntur vobis, hæc adducit Dauid. 26 qui laſsi erãt ita vt non poſſent ſequi, &c. vel, quos piguerat ſequi Dauidem. Hoc eſt, qui præ laſsitudine ſiue vera ſiue ficta non fuerant ſequuti, &c. 27 ad cuſtodiendas ſcilicet ſarcinas. 28 .i. Peſsimi quique. 29 eruimus. 30 .i. commilitones. Loquitur more imperatorum. 31 Heb. qualis eſt pars deſcendentis in prælium, (ſub. talis eſſe debet eius qui remanet ad ſarcinas:) & qualis portio remanentis ad ſarcinas, (ſub. talis eſſe debet eius qui deſcendit in certamen: nam) pariter partientur, id eſt, ex æquo partiri ac diuidere prædam ſolent, vel debent. Verti etiam poteſt, qualis eſt pars deſcendentis in prælium, talis & portio (eſſe debet) remanentis ad ſarcinas. 32 Hebraiſmus, Fueratque ab eo die & ſuprà, & poſuit illud in ſtatutum & conſuetudinem, &c. id eſt, Id obſeruatum fuerat ab initio mundi vſq; in eum diem: & Dauid conſtituit ab eo die eam legem, quæ cõſuetudo ſeruatur & hodie quoque in Iſraele. 33 vel, ſodalibus. 34 Heb. benedictio. i. munus.

## CAP. XXXI.

Philiſthijm occidunt Iſraelitas. 1. paral. 10. a.

Philiſthijm autem pugnabant aduerſum Iſrael: & fu 1
gerunt viri Iſrael ante faciem Philiſthijm, & cecide-
rũt interfecti in monte Gelboe. ℣ Irrueruntque 2

## CAP. XXXI.

*Paleſthini autem congreſſi ſunt cum Iſraelitis, fugeruntque viri Iſraelitæ coram Paleſthinis, & corruerunt vulnerati in monte Gilboa. Paleſthini autem ſectati*

*Saulem & filios eius, 1 percuſſerunt Paleſthini Ionathan, Abinadab atque Malxiſua filios Saulis. Inualeſcebat autem prælium contra Saulem, & 2 deprehenderunt eum iaculatores, 3 hi ſcilicet qui arcu valebant, 4 vulneratuſque grauiter eſt à ſagittarijs. Dixit ergo Saul ad armigerum ſuum, Diſtringe gladium tuum, & eo me transfodias, ne præputiati iſti venientes, me transfodiant, mihique cum probro illudant. Armiger autem eius nolebat, quoniam vehementer metuebat. accepto igitur gladio Saul, 5 irruit in eum. Videns autem armiger eius Saulem 6 mortuum, ruit & ipſe in enſem ſuum, & obijt cum eo. Mortuus itaque eſt Saul & tres filij eius, armiger eius, omnes denique 7 viri eius eodem die ſimul. Et videntes Iſraelitæ qui erant 8 citra vallē, quiq; erāt 8 citra Iordanem, quòd fugiſſent Iſraelitæ, quodque mortui eſſent Saul & filij eius, relictis vrbibus, fugerunt. venientes igitur Paleſthini inhabitarunt eas. Contigit verò poſtero die, vt venirent Paleſthini ad exuendum interfectos. Inuenerunt ergo Saulē & tres filios eius, iacentes in mōte Gilboa. Et præcidentes caput eius, exuenteſque arma eius, miſerunt ad terram Paleſthinorum circunquaque, vt nuntiarent 9 [id] in phano idolorum ſuorum, atque in populo. Et reponentes arma eius in phanum Aſtaroth, corpus eius in muro Beth-ſan 10 ſuſpenderunt. Audientes hoc 11 ciues Iabes [in] Gilead quod fecerant Paleſthini Sauli, Surrexerunt omnes viri fortes, profectique ſunt tota illa nocte, & abſtulerunt corpus Saulis, atque corpora filiorum eius de muro Beth-ſan, & venientes in Iabes 12 combuſſerunt ea ibi. Accipienteſque oſſa eorum, ſepelierunt 13 ſubter arborem in Iabes, & ieiunauerunt ſeptem diebus.*

Philiſthijm in Saul & in filios eius, & percuſſerunt Iona-
3 than & Abinadab & Melchiſua filios Saul. ⚲ Totamq; pō
dus prælij verſum eſt in Saul: & cōſecuti ſunt eū viri ſagit
4 tarij, & vulneratus eſt vehemēter à ſagittarijs. ⚲ Dixitque
Saul ad armigerū ſuum, Euagina gladium tuū, & percute
me: ne fortè veniant incircūciſi iſti, & interficiāt me illu-
dētes mihi. Et noluit armiger eius: fuerat enim nimio ter-
rore perterritus. arripuit itaq; Saul gladium ſuū, & irruit
5 ſuper eū. ⚲ Quod cū vidiſſet armiger eius, videlicet quòd
mortuus eſſet Saul, irruit etiā ipſe ſuper gladiū ſuum, &
6 mortuus eſt cum eo. ⚲ Mortuus eſt ergo Saul, & tres filij
eius, & armiger illius, & vniuerſi viri eius in die illa pari-
7 ter. ⚲ Videntes autem ª filij Iſrael qui erant trans vallem &
trās Iordanem, quòd fugiſſent viri Iſraelitæ, & quòd mor-
tuus eſſet Saul, & tres filij eius, reliquerūt ciuitates ſuas,
& fugerunt: veneruntq; Philiſthijm, & habitauerunt ibi.
8 ⚲ Facta autē die altera, venerunt Philiſthijm vt expolia-
rent interfectos, Et inuenerunt Saul & tres filios eius iacē
9 tes in monte Gelboe. ⚲ Et præciderunt caput Saul, & ex-
poliauerunt eum armis: & miſerunt in Terram Philiſthi
norum per circuitum, vt annuntiaretur in tēplo idolorū*,
10 & in populis. ⚲ Et poſuerunt arma eius in tēplo Aſtaroth,
11 corpus verò eius ſuſpēderunt in muro Beth-ſan. ⚲ Quòd
cū audiſſent habitatores Iabes-Galaad, quæcūq; fecerāt
12 Philiſthijm Saul, ⚲ Surrexerunt omnes viri fortiſsimi, &
ambulauerūt tota nocte, & tulerūt cadauer Saul, & cada-
uera filiorū eiꝰ de muro Beth-ſan: venerūtq; ª viri Iabes-
13 Galaad, & cōbuſſerūt ea ª igni: ⚲ & tulerunt oſſa eorum, &
ſepelierunt in nemore Iabes, & ieiunauerūt ſeptē diebus.

Saul & filij eius occiduntur.
B
Saul ſeipſum occidit.
Armiger Saulis ſeipſum occidit.
Iſraelitæ fugientes.
ª viri
C
Philiſthijm ſpoliato Saule, deferunt caput in terram ſuam.
*ſuorum
D
Habitatores Iabes-Galaad cōburūt Saulem, & oſſa ſepeliunt. 2.Reg.2.a.
ª ibi:
Sepultura.
Ieiunium.

## SCHOLIA IN CAP. XXXI.

1 .i. Interfecerunt. 2 inuenerunt, id eſt, telis ſuis appetiuerunt Saulem. 3 Hebraiſmus, homines cum arcu, id eſt, periti artis ſagittandi, certiſsimi ſagittarij. Vel, cum arcu, id eſt, geſtantes arcū. 4 timuitque ſibi admodum à iaculatoribus. 5 vel, incubuit. 6 vel, pene mortuum. 7 id eſt, qui in eo certamine erant illi propinqui. 8 vltra. 9 vel, (victoriam.) 10 affixerunt. clauis ſcilicet. 11 quos ſcilicet obſidione liberarat Saul initio regni ſui. 12 carnem ſcilicet vſque ad oſſa. erant enim putrida corpora, plena vermibus. 13 ſub illa arbore. inſigni ſcilicet & pulcherrima. Alij vertunt, ſub vlmo.

Secun-



# Secundus liber Samuelis, quem nos ſecundum Regum dicimus.

## V. CAP. I.

FACTVM eſt autem poſtquam mor- 1
tuus eſt Saul, vt Dauid reuerteret à cæ-
de Amalec, & maneret in Siceleg duos
dies. ⚲ In die autem tertia apparuit ho- 2
mo veniens de caſtris Saul veſte con-
ſciſſa, & puluere conſperſus caput. & vt
venit ad Dauid, cecidit ſuper faciem
ſuam, & adorauit. ⚲ Dixitque ad eum Dauid, Vnde venis? 3
qui ait ad eum, De caſtris Iſrael fugi. ⚲ Et Dixit ad eū Da- 4
uid, Quod eſt verbū quod factum eſt? indica mihi. qui ait,
Fugit populus ex prælio, & multi corruentes è populo
mortui ſunt: ſed & Saul & Ionathas filius eius interierunt.
⚲ Dixitq; Dauid ad adoleſcentem qui nuntiabat ei, Vnde 5
ſcis quia mortuus eſt Saul & Ionathas filius eius? ⚲ Et ait 6
adoleſcens qui nuntiabat ei, Caſu veni in mōtem Gelboe,
& Saul incumbebat ſuper haſtam ſuam: porrò currus &
equites appropinquabāt ei, ⚲ & conuerſus poſt tergum 7
ſuum, videnſque me vocauit. cui cum reſpondiſſem, Ad-
B ſum: ⚲ Dixit mihi, Quiſnam es tu? & aio ad eum, Amale- 8
cites ego ſum. ⚲ Et locutus eſt mihi, Sta ſuper me, & in- 9
terfice me: quoniam tenent me anguſtiæ, & adhuc tota
anima mea in me eſt. ⚲ Stanſq; ſuper eum, occidi illū: ſcie- 10
bam enim quòd viuere non poterat poſt ruinam: & tuli
diadema quod erat in capite eius & armillam de brachio
illius, & attuli ad te dominum meum huc. ⚲ Apprehen- 11
dens autem Dauid veſtimenta ſua ſcidit, omneſque viri
qui erant cum eo, ⚲ & planxerunt, & fleuerunt, & ieiuna- 12
uerunt vſq; ad veſperā ſuper Saul, & ſuper Ionathā filiū
eius, & ſuper populum Domini, & ſuper domum Iſrael, eo
quòd corruiſſent gladio. ⚲ Dixitque Dauid ad iuuenem 13
qui nuntiauerat ei, Vnde es tu? qui reſpondit, Filius homi-
nis aduenæ Amalecitæ ego ſum. ⚲ Et ait ad eum Dauid, 14
Quare non timuiſti mittere manum tuam vt occideres
chriſtum Domini? ⚲ Vocanſque Dauid vnum de pueris 15
ſuis, ait, Accedens irrue in eum. Qui percuſsit illū, & mor-
tuus eſt. ⚲ Et ait ad eū Dauid, Sanguis tuus ſuper caput 16
tuum: os enim tuum locutum eſt aduerſum te, dicens, Ego
interfeci chriſtum Domini. ⚲ Planxit autem Dauid plan- 17
ctum huiuſcemodi ſuper Saul, & ſuper Ionathan filium
eius: (⚲ Et præcepit vt docerent filios Iuda ª planctum, 18
ſicut ſcriptum eſt in Libro iuſtorum.)
ª Et ait, Conſydera Iſrael pro his qui mortui tui ſunt ſu-
per excelſa tua vulnerati.
⚲ Inclyti Iſrael, ſuper montes tuos interfecti ſunt: quo- 19
modo ceciderunt fortes?
⚲ Nolite annuntiare in Geth, neque annuntietis in com- 20
pitis Aſcalonis: ne fortè lætentur filiæ Philiſthijm, ne
exultent filiæ incircunciſorum.
⚲ Mōtes Gelboe, nec ros, nec pluuia veniant ſuper vos; 21
neque ſint agri primitiarum: quia ibi abiectus eſt cly-
peus fortium, clypeus Saul, quaſi nō eſſet vnctus oleo.
⚲ A ſanguine interfectorum, ab adipe fortium, ſagitta Io 22
nathæ nunquam redijt retrorſum, & gladius Saul non
eſt reuerſus inanis.
⚲ Saul & Ionathas amabiles, & decori ª valde in vita ſua, 23
in morte quoque non ſunt diuiſi: aquilis velociores, leo-
nibus fortiores.
⚲ Filiæ Iſrael ſuper Saul flete, qui veſtiebat vos coccino 24
in delicijs, qui præbebat ornamēta aurea cultui veſtro.
⚲ Quomodo ceciderunt fortes in prælio? Ionatha in ex- 25
celſis tuis occiſus ª eſt?

Veſtis conſciſſa, & puluis ſurſum iactatus, ſigna luctus.
Annūtiatur Dauidi mors Saulis & Ionathæ.
Dauidis triſtitia ob mortem Saulis & Ionathæ.
Fletus.
Ieiunium.
Occidi iubet Dauid eum qui mētitus fuerat ſe occidiſſe Saulē. C
Pſal.104.b.
ª arcum,
Lamentatio Dauidis ſuper Saulem, & Ionathā.
D
ª es (ſecunda perſona.

## N. CAP. I.

*CONTIGIT autem, vt poſt mortem Saulis Dauid reuerteretur de cæde Amalec, manſitque duos dies in Ziclag. Contigit ergo die tertio, vt veniret quidam 1 ex caſtris ab ipſo Saule, cuius veſtimenta ſciſſa erant, terraque ſuper caput eius: quumque veniſſet ad Dauidem, procidit in terram, & 2 honorem exhibuit. Dixit autem ad eum Dauid, Vnde venis? qui ait ad eum, Euaſi ex caſtris Iſraeliticis. Dixit ergo Dauid ad eum, 3 Quid verò rei fuit? indica obſecro mihi. is reſpondit, Populus fugit è prælio, multique ex populo ceciderunt, & mortui ſunt: adhæc mortuus eſt Saul & Ionathan filius eius. Ait ergo Dauid ad adoleſcentem illum qui [hæc] ei nuntiabat, Qui ſcire potes quòd Saul mortuus ſit, Ionathāque filius eius? Reſpondit adoleſcens qui nuntiabat ei, Fortè fortuna 4 delatus ſum in montem Gilboa, & ecce Saul 5 innixus erat haſtæ ſuæ, inſequentibus eum curribus & 6 equitum præfectis: quumque verſus retro ſpectaſſet, videns me, vocauit me: dixique, Ecce præſto ſum. Et dixit mihi, Quis es tu? dixique ad eum, Ego ſum Amalexita. Rurſuſque dixit ad me, 7 Inſiſte mihi quæſo, & trucida me, apprehēdit enim me 8 corona, enimuero tota adhuc anima mea eſt in me. Inſtiti ergo ei, & trucidaui eum: ſciebam enim quòd non eſſet victurus 9 poſteaquam cecidiſſet. & accepi 10 coronam quæ erat in capite eius, & armillam 11 quæ fuit in brachio eius, & apportaui ea huc ad Dominum meum. Dauid autem apprehenſis veſtimentis ſuis, ſcidit ea, ſimulque omnes viri qui cum ipſo erant. Luxerunt ergo & fleuerunt, ieiunaueruntque vſque ad veſperam propter Saulem, & propter Ionathan filium eius, propter populum denique Domini, & propter domum Iſrael, quòd gladio corruiſſent. Et dixit Dauid ad adoleſcentem qui ei [hæc] nuntiabat, 12 Vnde es tu? & reſpondit, Ego ſum filius 13 exteri cuiuſdam, nempe Amalexitæ. Dixitque ad eum Dauid, Quomodo verò non veritus es inferre manum tuam ad perdendum chriſtum Domini? Dauid ergo vocato vno ex iuuenibus, dixit, Adeſto, & 14 impetum fac in illum. Percuſsit ergo eum, & mortuus eſt. Et dixit ad eum Dauid, 15 Sanguis tuus ſuper caput tuum: quandoquidem os tuum teſtatum eſt contra te, dicens, Ego interfeci 16 chriſtum Domini. Lamentatus eſt autem Dauid huiuſmodi lamentatione Saulem & Ionathan filium eius: 17 Et dixit, vt docerent filios Iehuda arcu: ecce [id] ſcriptum eſt 18 in libro iuſti,*

*19 Decus Iſraelis, 20 in excelſis tuis vulneratum eſt, quomodo corruerunt 21 heroes?*
*Ne nuntietis 22 [iſta] in Gath, ne prædicetis in plateis Aſcalon: ne forte lætentur 23 filiæ Paleſthinorum, ne forte exultent filiæ incircunciſorum.*
*24 Montes Gilboa, ne [veniat] ſuper vos ros, neq; pluuia, neq; 25 agri oblationū, quoniam illic clypeus herou 26 ignominioſe abiectus eſt, clypeus Saulis, 27 acſi nō eſſet vnctꝰ oleo.*
*A ſanguine 28 vulneratorum, à 29 pinguedine heroum, 30 arcus Ionathan nunquam 31 reflexit, neque gladius Saulis 32 redijt vacuus.*
*Saul & Ionathā 33 amabiles & iucundi in vita ſua, in morte quoque ſua non ſunt ſeparati: 34 velociores fuerūt aquilis, fortioreſque leonibus.*
*Filiæ Iſrael flete Saulē, qui vos veſtiebat coccino, idq; 35 delicate, quiq; veſtimētis veſtris 36 inducebat aurea ornamēta.*
*Quomodo ceciderunt heroes in medio prælio, 37 Ionathan, in excelſis tuis 38 vulneratus [cadit.]*



39 Deleo

*39 Doleo tui cauſa frater mi Ionathan, 40 fuiſti mihi ſupra modum iucundus, 41 mihi præſtantior fuit amor tuus, quàm amor mulierum.*
*Quomodo ceciderunt 42 heroes, & perierunt 43 arma bellica?*

26 ♀ Doleo ſuper te frater mi Ionatha decore nimis, & amabilis ſuper amorem mulierum.
Sicut mater vnicum amat filium ſuum, ita ego te diligebam.
27 ♀ Quomodo ceciderunt robuſti, & perierũt arma bellica?

## SCHOLIA IN CAP. I.

1 Id eſt, à caſtris in quibus egerat cum Saule. 2 incuruauit ſe. honoris ſcilicet cauſa. 3 vel, Quid rei accidit? 4 veni. vel, eram. 5 incumbebat. Latine, Vbi offendi Saulem incumbẽtem haſtæ ſuæ. 6 equitibus. vel, turmis militum. 7 Hebraiſmus, Sta ſuper me, id eſt, Stando ſuper me, interfice me. 8 equitum ſcilicet. Potius vertendum, tremor, vel trepidatio. 9 Heb. poſt caſum eius, id eſt, poſteaquam incubuerat ſuper gladium ſuũ. 10 vel, diadema. 11 quam geſtabat in brachio ſuo. 12 id eſt, Quonam in loco habitas? 13 vel, aduenæ. ſiue, proſelyti. 14 vel, irrue. 15 id eſt, Sanguis quem effudiſti, cauſa eſt tuæ mortis. Chaldæus paraphraſtes, Peccatum cædis à te commiſſæ reuertitur in caput tuum. 16 vel, vnctum, id eſt, Saulem vnctum iuſſu Domini in regem. 17 Sed (prius) dixit, &c. Sed antè hortatus eſt viros tribus Iuda vt docerent filios ſuos artem bellicam: & ne deſperarent propter mortem Saulis & Ionathæ: quod eſſent adhuc futuri clari arte bellica, vt habetur Gene. 48. Nomine arcus, artem militarem intelligit. 18 in Sepher iaſar, id eſt, in eo libro qui ſic dicitur, nec extat. Alij vertunt, in libro legis: quod contineat quę recta ſunt & vera. Iaſar enim, rectum ſignificat. Alij, in libro Geneſis: quod in eo contineantur geſta patriarcharum qui fuerunt recti & probi. 19 vel, Gloria. ſiue, Deſyderium. Initium lamentationis, & terrã alloquitur, id eſt, O inclyta terra Iſrael. Lamentatio hæc, eſt difficilis: nam multa ſunt ſubaudienda, pleraque mutata ſunt, vt pote quæ dicantur ab homine amicorum morte turbato. 20 (ſubaudi, an ceciderunt) ſuper colles tuos interfecti? vel, (quomodo ceciderunt) ſuper tumulos vel excelſa tua interfecti? viri ſcilicet alioqui inuictiſsimi. 21 vel, fortes? quaſi dicat, fieri non poteſt vt hoc fuerit factum ope humana, ſed diuina vltione. nam illi erant fortiſsimi, & erant in loco eminentiore. Deſcribit primò locum belli, deinde virtutem ducum. 22 caſum ſcilicet tantorum ducum, quaſi dicat, Vtinam id eos lateret qui habitant in vrbibus Paleſthinorum. 23 Meminit mulierum: quia recitabãt carmina alijs de his rebus, quaſi dicat, Ne fiant carmina de hac victoria, quæ recitent mulieres in choris ſuis. 24 Maledicit loco. 25 ſubaudi, ſint in vobis, id eſt, ne ſint vobis agri fertiles, ferentes fructum ex quibus fiãt oblationes Deo. 26 vel, proiectus fuit. tanquam ſcilicet res abominabilis, poſteaquam fuerunt illic interfecti. 27 id eſt, quaſi Saul non præparaſſet clypeum ſuum ad bellum, quaſique non ſtrenue reſtitiſſet hoſtibus. Solebant enim vngere clypeos illos coriaceos, vt facilius reſiſterent ictibus. Alij, acſi Saul non fuiſſet vnctus in regem oleo vnctionis. Hoc doctioribus magis placet. 2 interfectorum, id eſt interficiendorum. 29 adipe fortium. 30 Chaldæus paraphraſtes, ſagittæ arcus. 31 rediјt, id eſt, ſagittæ contactis armatorum corporibus non reuertebantur, ſed penetrabant corpora illorum in quos coniectæ fuerant, quaſi dicat, Ionathan ſuis ſagittis multos interfecit. 32 vel, ſolebat reuerti inanis. Hoc eſt, inuulnerato hoſte. 33 dilecti & amati. vel chari, id eſt, qui ſe plurimum amauerunt quandiu vixerunt. 34 in perſequendis ſcilicet inimicis. 35 cum voluptatibus, id eſt, & alijs veſtibus delicatis & pretioſis quas habere ſolent mulieres in delicijs. 36 Hebraiſmus, aſcendere faciebat, quaſi dicat, ornabat veſtes veſtras ornamentis aureis quæ ex victis hoſtibus referebat. 37 Vocatiuus eſt, & ſubaudiendum, quomodo cecidiſti. 38 interfectus. ſubaudi, es, quaſi dicat, in patria tua, in loco eminentiore, meliore ac tutiore, quum eſſes alioqui vir inuictiſsimus, interfectus es. 39 Hebraiſmus, Anguſtia mihi propter te. 40 Hebraiſmus, dulciſti mihi valde, id eſt, dulcis, iucundus & charus fuiſti mihi. 41 Hebraiſmus, mirabilior facta eſt mihi dilectio tua amore mulierum, id eſt, amor tui, quo te diligebam, maior fuit, hoc eſt magis te diligebam, quã vllam mulierem. Vel, amore mulierum, id eſt, amore quo ſolẽt mulieres amare viros ſuos & liberos. Nam amor actiue & paſſiue accipi poteſt. 42 vel, homines alioqui fortiſsimi. Idem ſæpius repetit more lamentantium. ſunt enim verba hominis turbati. 43 Saulem & Ionathan vocat arma bellica, quòd eſſent admodum ſtrenui, quaſi dicat, quomodo perierunt viri fortiſsimi? imo plane perijt omnis gloria bellica Iſraelis.

## CAP. II.

*Poſt hæc factum eſt vt Dauid conſuleret Dominum hiſce verbis, Aſcendamne in vnam ex ciuitatibus 1 Iehuda? Et ait Dominus ad eum, Aſcende. rurſumque ait Dauid, Quò aſcendam? & dixit, In Hebron. Aſcendit igitur illuc Dauid, & etiam duæ vxores eius, Abinoam Ieſreelitis, & Abigail quæ fuerat vxor Nabal Carmelitæ. Adduxit quoque Dauid viros qui cum eo fuerant, ſingulos cum familia ſua, & habitauerunt in ciuitatibus Hebron. Et venientes 2 viri Iehuda vnxerunt Dauidem in regem ſuper domum Iehuda. nuntiaruntque Dauidi 3 hiſce verbis, Viri Iabes-Gilead ſunt qui ſepelierunt Saulem. 4 Miſit ergo Dauid legatos ad ciues Iabes-Gilead, dixitque ad eos, 5 Laudati vos Domino, qui hanc pietatem exhibuiſtis domino veſtro, nempe Sauli, & ſepeliјſtis eum. 6 Dominus igitur & vos beneficio & veritate proſequatur: ſed & ego beneficium 7 tale præſtabo vobis 8 qui hanc rem feciſtis: confirmentur ergo manus veſtræ, ſitiſque 9 filij fortes, quandoquidem mortuus eſt dominus veſter Saul, meque vnxerunt ſuper ſe regem hi qui de domo Iehuda ſunt. Abner autem filius Ner imperator exercitus quem habuerat Saul, tulit Iſ-boſeth filium Saulis, & tranſtulit illum in Mahanaim, Conſtituitque eum regem ſuper Gilead, & 10 ſuper Aſuri, & ſuper Ieſreel, Ephraim, Beniamin, & 11 ſuper totũ Iſraelem. Quadraginta annos natus fuit Iſ-boſeth filius Saulis, cum regnare inciperet ſuper Iſraelem, regnauitque duobus annis duntaxat domus Iehuda ſequebatur Dauidẽ. Fuit autem numerus dierum quibus Dauid rex fuit in Hebron ſuper domum Iehuda, ſeptem annorum & ſex menſium. Egreſſuſque Abner filius Ner, & ſerui Iſ-boſeth filij Saulis de Mahanaim in Gibeon. Ioab verò filius Zeruia, ſeruique Dauidis egreſſi obuiam facti ſunt illis iuxta 12 piſcinam Gibeon*

1 IGitur poſt hæc conſuluit Dauid Dominum, dicens, Num aſcendam in vnam de ciuitatibus Iuda? Et ait Dominus ad eum, Aſcende. dixitque Dauid, Quò aſcen-
Dauid conſulit Domino, aſcendit in Hebron.
2 dam? & reſpondit ei, In Hebron. ♀ Aſcendit ergo Dauid,
& duæ vxores eius, Achinoã Iezrahelitis, & Abigail vxor
3 Nabal Carmeli: ♀ ſed & viros qui erant cum eo, duxit
Dauid ſingulos cum domo ſua: & manſerunt in oppidis
4 Hebron. ♀ Veneruntque viri Iuda, & vnxerunt ibi Da
Vngitur in regẽ ſuper Iudam. 1. Mach. 2. f.
uid: vt regnaret ſuper domum Iuda. & nuntiatum eſt Da-
5 uid, quòd viri Iabes-Galaad ſepeliſſent Saul. ♀ Miſit er
Miſericordia Iabenitarum. 1. reg. 31. d.
go Dauid nuntios ad viros Iabes-Galaad, dixitq; ad eos,
Benedicti vos à Domino, qui feciſtis miſericordiam hanc
6 cum domino veſtro Saul, & ſepeliſtis eum. ♀ Et nunc re- B
tribuet vobis quidem Dominus miſericordiam & veritatem: * & ego reddam gratiã, eo quòd feciſtis verbũ iſtud. * ſed
7 ♀ Confortentur manus veſtræ, & eſtote filij fortitudinis:
licet enim mortuus ſit Dominus veſter Saul, tamen me vn
8 xit domus Iuda in regem ſibi. ♀ Abner autem filius Ner
Iſ-boſeth conſtituitur rex ſuper Iſraelem.
princeps exercitus Saul, tulit Iſ-boſeth filium Saul, & cir-
9 cunduxit eum per Caſtra, ♀ Regemq; conſtituit ſuper Ga
laad, & ſuper Geſſuri, & ſuper Iezrahel, & ſuper Ephraim,
10 & ſuper Beniamin, & ſuper Iſrael vniuerſum. ♀ Quadra-
ginta annorum erat Iſ-boſeth filius Saul, cũ regnare cœ-
piſſet ſuper Iſrael, & duobus annis regnauit: ſola autẽ do C
11 mus Iuda ſequebatur Dauid. ♀ Et fuit numerus dierũ quos
David quandiu regnauit ſuper Iudam.
commoratus eſt Dauid, imperans in Hebron ſuper domũ
12 Iuda, ſeptem annorum, & ſex menſium. ♀ Egreſſuſque eſt
Abner filius Ner, & pueri Iſ-boſeth filij Saul de Caſtris
13 in Gabaon. ♀ Porrò Ioab filius Saruiæ, & pueri Da-
uid egreſsi ſunt, & occurrerunt eis iuxta piſcinã Gabaon,
& cum



& cum in vnum cõuenißent, e regione ſederũt, hi in vna
Ducum exercitus temeritas. Vincũt viri exercitus Dauidis. D
parte piſcinæ, & illi ex altera. ♀ Dixitque Abner ad Ioab, 14
Surgant pueri, & ludant coram nobis. & reſpondit Ioab,
Surgant. ♀ Surrexerunt ergo, & tranſierunt numero 15
duodecim de Beniamin, ex parte Iſ-boſeth filij Saul, &
duodecim de pueris Dauid. ♀ Apprehenſoque vnuſ- 16
quiſque capite comparis ſui, defixit gladium in latus cõ-
trarij, & ceciderunt ſimul: vocatumque eſt nomen loci
Abner fugatur.
illius, Ager-robuſtorum, in Gabaon. ♀ Et ortũ eſt bellum 17
durũ ſatis in die illa: fugatuſque eſt Abner, & viri Iſrael à
pueris Dauid. ♀ Erant autem ibi tres filij Saruiæ, Ioab & 18
Abiſai, & Aſael: porrò Aſael curſor velociſsimus fuit,
ᵒvna(fœ.g. Aſael perſequitur ipſum Abner.
quaſi ᵒ vnus de capreis quæ morantur in ſyluis. ♀ Perſe- 19
quebatur autem Aſael Abner, & non declinauit ad dex-
teram neque ad ſiniſtram omittẽs perſequi Abner. ♀ Re- 20
ſpexit itaq; Abner poſt tergũ ſuum, & ait, Tune es Aſael?
E qui reſpondit, Ego ſum. ♀ Dixitque ei Abner, Vade ad 21
dexteram, ſiue ad ſiniſtram, & apprehende vnum de
adoleſcentibus, & tolle tibi ſpolia eius. noluit autem
Aſael omittere quin vrgeret eum. ♀ Rurſumque locutus 22
eſt Abner ad Aſael, Recede, & noli me ſequi, ne forte
compellar confodere te in terram, & leuare non potero
Aſael velocitate ſua confiſus occiditur.
faciem meam ad Ioab fratrem tuum. ♀ Qui audire con- 23
tẽpſit, & noluit declinare: percuſsit ergo eũ Abner auer-
ſa haſta in inguine, & tranſfodit, & mortuus eſt in eodem
loco: omneſque qui tranſibant per locum illum in quo
Ioab & Abiſai perſequũtur ipſum Abner. F
ceciderat Aſael, & mortuus erat, ſubſiſtebant. ♀ Perſe- 24
quentibus autem Ioab & Abiſai fugientem Abner, ſol oc-
cubuit: & venerunt vſque ad Collem-aquæductus, qui
eſt ex aduerſo vallis & itineris deſerti in Gabaon. ♀ Con- 25
gregatique ſunt filij Beniamin ad Abner: & conglo-
bati in vnum cuneum, ſteterunt in ſummitate tumuli vnius.
♀ Et exclamauit Abner ad Ioab, & ait, Num vſque ad 26
internecionem tuus mucro deſæuiet? an ignoras quòd pe-
riculoſa ſit deſperatio? vſquequo nõ dicis populo vt omit
ᵒDeus;
tat perſequi fratres ſuos? ♀ Et ait Ioab, Viuit ᵒ Domi- 27
nus, ſi locutus fuiſſes, mane receſsiſſet populus perſequẽs
fratrem ſuum. ♀ Inſonuit ergo Ioab buccina, & ſtetit 28
G omnis exercitus, nec perſecuti ſunt vltrà Iſrael, neque
inière certamen. ♀ Abner autem & viri eius abierunt 29
per campeſtria Moab, tota nocte illa: & tranſierunt Ior-
danem, & luſtrata omni Beth-horon, venerũt ad Caſtra.
♀ Porrò Ioab reuerſus omiſſo Abner, congregauit om- 30
nem populum: & defuerunt de pueris Dauid decẽ & no-
uem viri, excepto Aſaele. ♀ Serui autẽ Dauid percuſſerũt 31
de Beniamin, & de viris qui erant cũ Abner trecentos ſe-
*viros Sepelitur Aſael.
xaginta *, qui & mortui ſunt. ♀ Tuleruntque Aſael, & 32
ſepelierunt eum in ſepulchro patris ſui in Beth-lehem: &
ambulauerunt tota nocte Ioab, & viri qui erant cum eo,
& in ipſo crepuſculo peruenerunt in Hebron.

*13 pariter, conſtiteruntque hi ad piſcinam hinc, & illi ad piſcinam illinc. Dixitque Abner ad Ioab, Conſurgant quæſo adoleſcentes, & 14 ludant coram nobis. & dixit Ioab, Conſurgant [ſane.] Conſurrexerunt ergo, & 15 tranſierũt 16 numero duodecim de Beniamin & de Iſ-boſeth filio Saulis, rurſus duodecim ex ſeruis Dauidis. Apprehendit autem quiſque caput proximi ſui, [fixitque] enſem ſuũ in latus comparis ſui, 17 conciderunique pariter: 18 vocatuſque eſt locus ille 19 Helcat-hazurim, qui eſt in Gibeon. 20 Factumque eſt prælium ſatis acre eodem die: 21 nam inferior fuit Abner & milites Iſraelis coram ſeruis Dauidis. 22 Fuerunt illic tres filij Zeruia, nempe Ioab, Abiſai & Aſael: Aſael autem erat velox pedibus ſuis, quemadmodum caprea in aperto campo. Et inſequutus eſt Aſael ipſum Abner, nec declinabat eundo, neque ad dexteram, neque ad ſiniſtram, 23 quin Abner hæreret. Abner autem 24 verſus retroſpexit, & ait, Annon tu es Aſael? reſpondit, Ego plane. Ait ad eum Abner, Declina ſiue ad dexteram tuam, ſiue ad ſiniſtram tuam, & apprehende tibi aliquem 25 ex adoleſcentibus, 26 vt capias tibi armaturã eius. & Aſael noluit 27 deſiſtere à perſequendo eũ. Rurſuſque dixit Abner ad Aſaelẽ, Recede à me, 28 quid enim te humi ſternam? quomodo verò 29 attollerem faciem meam corã fratre tuo Ioab? Quũ verò nollet abire, ferijt eum Abner 30 poſteriore parte lanceæ 31 ad viſcera vitalia, ita vt exiret lancea à tergo eius. cecidit ergo ibidem, locoque ſuo mortuus eſt. Fiebat autem, vt quicũque venirent ad locũ illum vbi ceciderat, mortuuſque fuerat Aſael, conſiſterẽt. Ioab autem & Abiſai inſequuti ſunt ipſum Abner, occubuitque ſol quum veniſſent ad collem 32 Ammah: qui eſt e regione Giah, iuxta viam deſerti Gibeon. Congregatique ſunt filij Beniamin poſt Abner conglobati in agmen vnum, ſteteruntque in vertice cuiuſdam collis. Clamans verò Abner ad Ioab, dixit, 33 An perpetuò deuorabit gladius? ignoras amaritudinem tandem ſequuturam? quouſque non dices populo vt reuertatur ab inſequendo fratres ſuos? Et ait Ioab, Viuit Deus, 34 niſi loquutus fuiſſes, iãdudum ſubductus fuiſſet populus quiſque ab inſequutione fratris ſui. Receptui ergo cecinit Ioab cornu, & conſtitit vniuerſus populus, nec vltra inſequutus eſt Iſraelitas, nec vltra pugnauit. Porro Abner & milites eius abierunt per 35 campum planum tota illa nocte, traieceruntque Iordanem, & 36 profecti ſunt per vniuerſam Bithron, veneruntque 37 Mahanaim. Ioab quoque reuerſus ab inſequendo ipſum Abner, quum congregaſſet cunctum populũ, 38 deſiderati ſunt ex ſeruis Dauidis vndeuiginti viri, 39 & Aſael. Serui autem Dauidis trucidarant ex Beniamitis & 40 militibus Abner trecentos viros & ſexaginta, qui mortui erant. Et tollentes Aſaelem, ſepelierunt eum in ſepulchro patris ſui in Beth-lehem: & 41 profecti ſunt tota nocte Ioab & viri eius, 42 & diluculabat eis [quum veniſſent] in Hebron.*

## SCHOLIA IN CAP. II.

1 Hoc dicit, quod ipſe Dauid eſſet Iudæus. 2 id eſt, viri qui erant de tribu Iuda. 3 Poteſt & ſic legi ex Hebræo, hiſce verbis viri Iabes-Galaad quod ſepeliuiſſent Saulem. 4 Audita ſcilicet humanitate & officio erga principem ſuum. 5 Hebr. Benedicti eſtis Domino .i. apud Dominum. q.d. Vos digni eſtis quos Dominus ſuo fauore proſequatur. 6 Heb. Nunc ergo faciet Dominus vobiſcum miſericordiam & fidem .i. Poſthac ergo Dominus rependet vobis hoc beneficium, & hanc fidem præſtitam & ſeruatam domino & regi veſtro. 7 quale ſcilicet præſtitiſtis Sauli. 8 quoniã. 9 Hebr. filij roboris .i. eſtote forti & bono animo. 10 Chaldæus paraphraſtes vertit, ſuper domum Aſer. Alij aliud intelligunt. 11 excepta ſcilicet tribu Iuda. 12 vel, ciſternam. 13 .i. vbi fuerunt omnes congregati. 14 .i. deſcendant in ſingulare certamen, vt oſtendant an ſint periti rei gladiatoriæ. 15 vel, prodierunt in medium. 16 vel, certo numero. 17 .i. mortui ſunt, confoſsi mutuis vulneribus. 18 Heb. & vocauit (ſub. is qui nomen indidit) locum illum. 19 .i. Ager acierum gladij. vel, Ager robuſtorum. 20 vel, Proinde ortum eſt. 21 & cæſus eſt. 22 Erant autẽ ibi .i. in eo prælio. 23 Heb. poſt Abner .i. à tergo Abner. 24 reſpexit poſt ſe. 25 ſub. qui me ſequuntur, vt ſit tibi comes in reditu tuo. 26 & cape exuuias eius .q.d. quod ſi tibi ab eo timeas, detrahe illi arma ſua. Chaldæus paraphr. perizoma, ſiue cingulum eius .i. enſem quo eſt accinctus. 27 declinare ab eo. ſiue, recedere. 28 Heb. quare te percutiam in terram? q.d. ne forte cogar te interficere. 29 ſub. ſi id fecero. q.d. poſthac non audebo aſpicere fratrem tuum. 30 .i. auerſa lancea. 31 Heb. ad quintam coſtam, id eſt ad partem illam corporis in qua eſt quinta coſta, quæ ſedes eſt fellis & iecoris. 32 Nomen loci, ſignificat aquæductum, ſiue riuum. 33 .i. Deſiſteſne tandem à cæde? ad internecionem vſq; cædes hunc populum? intelligiſne quod tandẽ finis belli erit amarus? 34 quod niſi dixiſſes, (ſubaudi, Surgant pueri, &c. id eſt, niſi prouocaſſes me,) quod inquam iam inde à matutino tempore aſcendiſſet (id eſt, receſsiſſet) populus quiſque à tergo fratris ſui. 35 deſertum. Chaldæus paraphraſtes, 36 peragrarunt. 37 vbi ſcilicet erat Iſ-boſeth. 38 vel, defuerunt. 39 vel, præter. 40 (ſub. aliquot, vel multo plures:) trecenti & ſexaginta viri perierunt. 41 iter fecerunt. 42 & illuxit illis in Hebron, id eſt, prima luce, ſiue diluculo peruenerunt in Hebron.

CAP. III.

*Diutinum itaque bellum fuit inter domum Saulis, & inter domum Dauidis: 1 promouit interim Dauid & confortabatur, domus Saulis autem 2 magis magiſque attenuabatur. Porrò Dauidi nati ſunt filij in Hebron, primogenitus eius fuit Ammon ex Ahinoam Ieſreelitide. Secundus [filius] eius fuit 3 Chileab ex Abigail, quæ fuerat vxor Nabal Carmelitæ: tertius Abſolom filius Maacha filiæ Thalmai regis Geſſur. Quartus Adonia filius Haggith: quintus Sephatia filius Abital, & ſextus Iithream de 4 Egla vxore Dauidis. iſti nati ſunt Dauidi 5 in Hebron. Quumque eſſet bellum inter domum Saulis, & inter domum Dauidis, factum eſt vt Abner 6 confortaret ſeſe in domo Saulis. Habuerat autem Saul 7 pellicem nomine Riçpa, quæ fuit filia Aia, dixit ergo [Iſ-boſeth] ad 8 Abner, Quare ingreſſus es ad 7 pellicem patris mei? Abner autem vehementer commotus eſt propter verba Iſ-boſeth, & dixit, Num caput 9 canis ego ſum, qui contra Iehudam hodie beneficijs proſequor domum Saulis patris tui, fratres eius & amicos eius? neque tradidi te in manū Dauidis, & tu 10 inquiris hodie in me iniquitatem huius mulieris. Sic faciat Deus ipſi Abner, ſicque 11 addat ei, 12 quoniam ſicut iurauit Dominus Dauidi, ſic faciam ei, vt 13 transferatur regnum de domo Saulis, 14 firmeturque ſolium Dauidis ſuper Iſraelem & ſuper Iehuda, à Dan vſque Beer-ſeba. Et ne verbum quidem potuit vltra reſpondere ipſi Abner, quandoquidem eum metuebat. Miſit itaq; Abner nuntios ad Dauidē 15 pro ſe hiſce mandatis, 16 Cuius eſt terra? quiq; diceret, Feri fœdus tuum mecum, & ecce 17 manus mea erit tecum, & reducam ad te vniuerſum Iſraelem. Qui ait, 18 Bene, feriam tecum fœdus, verumtamen rem vnam poſtulo ego à te, nempe, 19 Ne videas faciem meam, ni prius adducas Michol filia Saulis, 20 cū veneris videre faciem meam. Miſit præterea Dauid nuntios ad Iſ-boſeth filium Saulis hiſce mandatis. Redde vxorem meam Michol, 21 quam mihi centum præputijs Palæſthinorum deſpondi. Miſit ergo Iſ-boſeth, & tulit eam à marito, nempe à Palthiel filio Lais. Maritus autem eius profectus eſt cum ea, 22 eundo videlicet flens poſt eam vſque Bahurim: & ait ad eum Abner, Vade, reuertere. & reuerſus eſt. Porrò Abner ſermonem habuit cum ſenioribus Iſrael in hanc ſententiā, 23 Tam heri quàm nudiuſtertius hoc agebatis vt Dauid eſſet rex veſter. Nunc igitur 24 ſatagite, quoniam Dominus loquutus eſt ad Dauidem hiſce verbis, Per manum ſerui mei Dauidis ſeruabo populum meum Iſrael de manu Palæſthinorum, & de manu omnium inimicorum eius, 25 Neque ſolum loquutus eſt Abner [hæc] in auribus Beniamin: ſed & abijt Abner 26 vt loqueretur in auribus Dauid in Hebron, quidquid viſum fuerat Iſraelitis, & vniuerſæ domui Beniamin. 27 Et venit Abner ad Dauidem in Hebron, & cum eo viginti viri. Dauid autem apparauit ipſi Abner & viris qui cum eo venerant conuiuium. Dixitque Abner ad Dauidem, Surgam, ibo & congregabo ad dominum meum regem cunctum Iſraelem, vt tecum fœdus feriant, 28 & tu omnibus pro omni animi tui voto imperes. & amandauit Dauid ipſum Abner, abijtque 29 in pace. 30 Et ecce ſerui Dauidis & ipſe Ioab veniebat 31 ab excurſione, afferentes ſecum magnam prædam: 32 & Abner nō erat cum Dauide in Hebron: nam amādauerat eum, abieratq; in pace. Quumque Ioab atque omnis exercitus qui cum eo erat veniſſent, nuntiarunt ipſi Ioab dicentes, Venit Abner filius Ner ad regem, & dimiſit eum, abijtque ſaluus. Veniens ergo Ioab ad regem, dixit, Quid feciſti? ecce 33 venit Abner ad te, cur ergo 34 dimiſiſti eum vt abiret? Tu noſti Abner filium Ner, quòd iccirco venerit vt tibi imponat, reſciatque 35 exitum tuum & introitum tuum, omniaque quæ tu agis 36 expiſcetur. Egreſſus itaque Ioab à Dauide, miſit nuntios poſt Abner, qui reduxerunt eum de puteo Sira, ignorante Dauide. Quumque Abner reuerſus eſſet in Hebron, abduxit eum Ioab ad medium portæ vt cum eo 37 inſidioſe loqueretur, feritque eum ibi 38 in vitalia viſcera, &*

CAP. III.

1 FActa eſt ergo longa concertatio inter domū Dauid,
& inter domum Saulis: Dauid proficiens & ſemper
ſeipſo robuſtior, domus autē Saul decreſcens quoti-
2 die. ♀ Natiq; ſunt filij Dauid in Hebron: fuitq; primoge-
3 nitus eius Ammon de Achinoam Iezrahelitide. ♀ Et poſt
eum Cheleab de Abigail vxore Nabal Carmeli: porrò ter
tius Abſalom filius Maacha filiæ Tholmai regis Geſſur.
4 ♀ Quartus autem Adonias, filius Haggith: & quintus
5 Saphatia, filius Abital. ♀ Sextus quoque Iethraam de
6 Egla vxore Dauid. hi nati ſunt Dauid in Hebron. ♀ Cum
ergo eſſet prælium inter domum Saul & domum Dauid,
7 Abner filius Ner regebat domum Saul. ♀ Fuerat autem
Sauli concubina nomine Reſpha, filia Aia, ingreſſuſque
8 eſt ad eam Abner. Dixitque Iſ-boſeth ad Abner, ♀ Quare
ingreſſus es ad concubinam patris mei? Qui iratus nimis
propter verba Iſ-boſeth, ait, Nunquid caput canis
ego ſum aduerſum Iudam hodie, qui fecerim miſericordiam
ſuper domum Saul patris tui, & ſuper fratres & proximos
eius, & non tradidi te in manus Dauid, & tu re-
9 quiſiſti in me quòd argueres pro muliere hodie? ♀ Hæc
faciat Deus Abner, & hæc addat ei, niſi quomodo iura-
10 uit Dominus Dauid, ſic faciam cum eo, ♀ vt transfe-
ratur regnum de domo Saul, & eleuetur thronus Dauid
ſuper Iſrael, & ſuper Iudam, à Dan vſque Ber-ſabee.
11 ♀ Et non potuit reſpondere ei quicquam: quia metue-
12 bat illum. ♀ Miſit ergo Abner nuntios ad Dauid in He-
bron, pro ſe dicentes, Cuius eſt terra? & vt loquerentur,
Fac mecum amicitias, & erit manus mea tecum, & redu-
13 cam ad te vniuerſum Iſrael. ♀ Qui ait, Optimè: ego
faciam tecum amicitias: ſed vnam rem peto à te, dicens,
Non videbis faciem meam antequam adduxeris mihi
14 Michol filiam Saul: & ſic venies, & videbis me. ♀ Miſit
autē Dauid nuntios ad Iſ-boſeth filiū Saul, dicens, Redde
vxorem meam Michol quam deſpōdi mihi centum præ-
15 putijs Philiſthijm. ♀ Miſit ergo Iſ-boſeth, & tulit eam à
16 viro ſuo Phaltiel, filio Lais. ♀ Sequebaturque eam vir
ſuus, plorās vſque Bahurim: & dixit ad eum Abner, Vade,
17 & reuertere. qui reuerſus eſt. ♀ Sermonem quoque in-
tulit Abner ad ſeniores Iſrael, dicens, Tam heri quàm nu
18 diuſtertius quærebatis Dauid vt regnaret ſuper vos. ♀ Nūc
ergo facite: quoniam Dominus locutus eſt ad Dauid,
dicens, In manu ſerui mei Dauid ſaluabo populum meum
Iſrael de manu Philiſthijm, & omnium inimicorum eius.
19 ♀ Locutus eſt autem Abner etiam ad Beniamin: & abijt
vt loqueretur ad Dauid in Hebron omnia quæ placuerant
20 Iſraeli & vniuerſo Beniamin. ♀ Venitque ad Dauid in
Hebron cum viginti viris: & fecit Dauid Abner & viris
21 eius qui venerant cum eo, conuiuium. ♀ Et dixit Abner
ad Dauid, Surgam, vt congregem ad te dominum meū
regem omnem Iſrael, & ineam tecum fœdus, & imperes
omnibus, ſicut deſyderat anima tua. Cum ergo dedu-
22 xiſſet Dauid Abner, & ille iſſet in pace, ♀ ſtatim pueri
Dauid & Ioab venerunt cæſis latronibus, cum præda
magna nimis: Abner autem non erat cum Dauid in He-
bron, quia iam dimiſerat eum, & profectus fuerat in
23 pace. ♀ Et Ioab & omnis exercitus qui erant cum eo,
poſtea venerant: nuntiatum eſt itaque Ioab à narranti-
bus, Venit Abner filius Ner ad regem, & dimiſit eum,
24 & abijt in pace. ♀ Et ingreſſus eſt Ioab ad regem, & ait,
Quid feciſti? ecce venit Abner ad te: quare dimiſiſti eū,
25 & abijt & receſſit? ♀ Ignoras Abner filium Ner, quoniā
ad hoc venit ad te vt deciperet te, & ſciret exitū tuum
26 & introitū tuū, & noſſet omnia quæ agis? ♀ Egreſſus ita-
que Ioab à Dauid, miſit nūtios poſt Abner, & reduxit eū à
27 Ciſterna-ſira, ignorāte Dauid. ♀ Cūq; rediſſet Abner in
Hebron, ſeorſum adduxit eum Ioab ad mediū portæ, vt
loqueretur ei, in dolo: & percuſſit illū ibi in inguine, &
mor-

Sors regni Saulis & Dauidis.

Filij Dauid in Hebron. 1. Paralip. 3. a.

B

Iſ-boſeth iraſcitur in Abner.

Abner ſentit pro Dauide.

Abner transfugit ad Dauid.

C

Dauid repetit Michol vxorem ſuam. 1. Reg. 18. g.

Hortatur Abner Iſraelitas vt ſuſcipiant Dauidem.

D

Conuiuium celebrat Dauid.

Ioab occidit ipſum Abner. 3. Reg. 2. a.

E



mortuus eſt in vltionem ſanguinis Aſael fratris eius.
♀ Quod cū audiſſet Dauid rem iam geſtam, ait, Mundus 28
ego ſum, & regnum meum apud Deum vſq; in ſempiter-
num à ſanguine Abner filij Ner, ♀ Et veniat ſuper caput 29
Ioab, & ſuper omnem domum patris eius: nec deficiat de
domo Ioab fluxum ſeminis ſuſtinens, & leproſus, & te-
nens fuſum, & cadens gladio, & indigens pane. ♀ Igitur 30
Ioab & Abiſai frater eius interfecerunt Abner, eo quòd
occidiſſet Aſael fratrē eorum in Gabaon in prælio. ♀ Di- 31
xit autem Dauid ad Ioab, & ad omnem populum qui erat
cum eo, Scindite veſtimenta veſtra, & accingimini ſaccis,
& plangite ante exequias Abner. porrò rex Dauid ſe-
quebatur feretrum. ♀ Cumque ſepeliſſent Abner in 32
Hebron, leuauit rex Dauid vocem ſuam, & fleuit ſuper
tumulum Abner: fleuit autem & omnis populus. ♀ Plan- 33
genſque rex & lugens Abner, ait, Nequaquam vt mori
ſolent ignaui, mortuus eſt Abner. ♀ Manus tuæ ligatæ 34
non ſunt, & pedes tui non ſunt aggrauati: ſed ſicut ſo-
lent cadere coram filijs iniquitatis, ſic corruiſti. conge-
minanſque omnis populus fleuit ſuper eum. ♀ Cumque 35
veniſſet vniuerſa multitudo cibum capere cum Dauid,
clara adhuc die iurauit Dauid, dicēs, Hæc faciat mihi Deus,
& hæc addat, ſi ante occaſum ſolis guſtauero panem vel
aliud quicquā. ♀ Omniſq; populus audiuit, & placuerūt eis 36
cuncta quæ fecit rex in conſpectu totius populi. ♀ Et 37
cognouit omne vulgus, & vniuerſus Iſrael in die illa
quoniam non actum fuiſſet à rege vt occideretur Ab-
ner filius Ner. ♀ Dixit quoque rex ad ſeruos ſuos, 38
Num ignoratis quoniam princeps & maximus ceci-
dit hodie in Iſrael? ♀ Ego autem adhuc delica- 39
tus, & vnctus rex: porro viri iſti filij Saruiæ duri ſunt
mihi: retribuat Dominus facienti malum iuxta mali-
tiam ſuam.

Dauid maledicit ipſi Ioab ob occiſum Abner. Dominum

F

Occiſum Abner plangit Dauid cum populo.

G

Iurare.

*mortuus eſt 39 propter ſanguinem Aſael fratris 40 eius. Hoc quum Dauid poſtea reſciret, dixit, 41 Innocens ego ſum, & regnum meum 42 à Domino in perpetuum, à ſanguine Abner filij Ner. 43 Recidat in caput Ioab, & ſuper vniuerſam domum patris ſui, 44 ita vt non excindatur è domo Ioab 45 fluxum patiens, & leproſus, & qui 46 baculo innitatur, cadens gladio, & pane deficiens. Ioab igitur & Abiſai frater eius occiderunt Abner, quòd is occidiſſet fratrem eorum in Gibeon in prælio. Dixit autem Dauid ad Ioab & ad cunctum populum qui ſecum erat, Diſcindite veſtimenta veſtra, & accingite vos ſaccis, & plangite 47 Abner: rex verò Dauid ibat poſt feretrum. Et ſepelierunt Abner in Hebron, attollenſque vocem ſuam rex, fleuit ad ſepulchrum Abner, fleuit etiam omnis populus. Et lamentabatur rex ipſum Abner, 48 & ait, Num Abner morte 49 ſtultorum 50 morietur? Manus tuæ 51 non ſunt vinctæ, nec pedes tui compedibus 52 contracti, [ſed] ſicut quis cadit ante iniquos homines, ſic cecidiſti. & vniuerſus populus rurſum deplorauit 53 ipſum. Cumque vniuerſus populus veniſſet 54 vt comederet panem cum Dauide, clara adhuc die iurauit Dauid, dicens, Sic faciat mihi Deus, & ſic addat, ſi ante occaſum ſolis guſtem panem, vel aliud quidquam. Vniuerſus ergo populus 55 cognouit & placuit [hoc] in oculis eorum, 56 & quidquid rex faciebat, bonum videbatur in oculis totius populi. Et omnis populus atque vniuerſus Iſrael cognouerunt eodem die, non eſſe à rege quòd Abner filius Ner occiſus eſſet. Et ait rex ad ſeruos ſuos, Annon cognoſcitis quòd imperator & quidem magnus cecidit hodie in Iſraele? Ego autem 57 etiamnum 58 tener ſum, & rex vnctus: & viri iſti filij Zeruia 59 mihi ſatis duri ſunt: 60 rependat Dominus facienti malum iuxta malitiam ſuam.*

SCHOLIA IN CAP. III.

1 Hebraiſmus, & Dauid ibat, & confortabatur, id eſt, porrò Dauid ſubinde fortior euadebat. 2 Hebraiſmus, ibat, & attenuabatur, id eſt, quotidie debilior fiebat. 3 Hic. 1. Paral. 3. vocatur Daniel: habuit ergo duo nomina. 4 Egla non erat nobilis, nec vllo alio nomine nota, nec celebris, niſi quod vxor eſſet Dauidis. neque hæc eſt Michol. nam Michol nullos liberos genuit Dauidi. 5 id eſt, dum regnaret ſuper Iudam in Hebron. 6 viriliter ageret pro domo Saulis. ſubaudi, defendenda, id eſt, ſumma ope defenderet, totis viribus niteretur defendere domum Saulis. 7 concubinam. 8 quem ſcilicet ſuſpicabatur habere commercium cum Riſpa. Non eſt autem certum an Abner rem habuerit cum Riſpa: nihil enim traditur in Scriptura. 9 canum (ſingulare, pro plurali) qui ad (tribum) Iuda (ſubaudi, pertinent?) hodie feci miſericordiam cum domo Saulis patris tui, cum fratribus eius, & amicis eius, quaſi dicat, Egone ſum præfectus canum qui ad tribum Iuda pertinent, hoc eſt, canum Dauidis inimici tui, qui eſt de tribu Iuda? ſumne tam vilis & abiecti officij, quod me tam acriter increpas? non pluris me facis quàm cuſtodem canum hoſtis tui. Multa contuli in patrem tuum beneficia: & tamen ita me paruipendis, acſi nulla contuliſſem in ipſum beneficia. 10 Hebraiſmus, viſitas, id eſt, & tamen increpatione dignum duxiſti me, quod rem habuerim cum muliere, quum debueris ad hoc conniuere. Vel, ita me increpas quaſi verum ſit me rem habuiſſe cum ea. 11 .i. multo grauiora faciat. Verba irati, ideo ſubticet reliqua, quaſi dicat, niſi fecero quæ dicturus ſum: nempe quod vt iurauit. vel, certe vt iurauit, &c. 12 nempe quod vt iurauit Dominus Dauidi, quod inquam ſic faciam, &c. 13 transferam. vel, curem transferendum. ſub. in domum Dauidis. 14 & cōfirmem. 15 vel potius, ſecreto. Aut, de loco ſuo. 16 quaſi dicat, Hæc regio tua eſt, non liberorum Saulis. 17 id eſt, te iuuabo pro virili vt reducam ad te, &c. 18 quaſi dicat, Placet conditio. 19 id eſt, Ne ſtudeas me inuiſere, quin prius, &c. 20 id eſt, quum voles me inuiſere. 21 id eſt, quam magno mihi comparaui, nempe datis centum præputijs, &c. 22 Hebraiſmus, eundo & flendo, id eſt, plorando inter eundum. 23 id eſt, Antea deſyderaſtis, &c. 24 facite. ſubaudi, vt regnet ſuper vos: nunc licet. 25 Hebraiſmus, Locutus eſt etiam Abner in auribus Beniamin, id eſt, Habuit orationem ad Beniaminitas, apud quos erat dignitas regia. 26 id eſt, vt diceret præſente Dauide omnia quæ placebant Iſraeli. 27 Venit itaque. 28 & tu regnes in omnibus quæ concupiſcit anima tua, id eſt, in omnibus quæ voles. Vertere potes, vt percuſſo cum illo fœdere, regnes, &c. 29 id eſt, ſaluus & incolumis. 30 quaſi dicat, Statim atque abijt Abner, venerunt ſerui Dauidis, &c. 31 è caſtris. 32 Abner autem. 33 vel, venerat. 34 vel, permiſiſti illum abire? 35 id eſt, quomodo te geras. 36 vel, exploret. 37 pacifice. vel, quiete & blande, id eſt, verbis ac ſermonibus blandis. 38 in inguine. Hebraice, ad quintam coſtam. 39 vel, in ſanguine, id eſt, propterea quod interfeciſſet. 40 Ioab ſcilicet. 41 vel, Mundus. 42 vel, cum Domino, id eſt, teſte Domino, quaſi dicat, Dominus ſcit me non eſſe conſcium cædis Abner. 43 vel, Maneat ſanguis ſcilicet Abner. Adſcribatur hoc crimen Ioab, detque pœnas ob hanc cædem. 44 & non deficiat. 45 ſubaudi, ſeminis. 46 præ morbo ſcilicet pedum. 47 Hebraiſmus, ante Abner, id eſt, ante funus Abner. 48 dicendo. 49 id eſt, ignauorum, ſiue improborum. 50 Futurum pro præterito, mortuus eſt? vel, mori debuit? 51 non erant, &c. ſubaudi, quare ergo non te defendiſti? 52 admoti, vel, vincti, quaſi dicat, cur ergo, ſi eras inferior, non fugiebas? 53 Hebraiſmus, ſuper ipſum, id eſt, propter illius mortem. 54 vt cibaret Dauidem pane, id eſt, efficeret vt Dauid comederet. 55 ſubaudi, rem illam non fuiſſe factam conſilio regis. 56 Hebraiſmus, vt omnia quæ faciebat rex, (ſubaudi, placebant populo: ita hoc quoq;) bonum, &c. quod ſcilicet tam ægre tulit eius mortem. 57 hodie. 58 vel, tenellus, quaſi dicat, Nunc primum mihi videor hodie eſſe rex: quaſi hodie primum vnctus ſum in regem. Nā Abner conuerterat mentem Iſraelitarum ad Dauidem. Ego (inquit) hodie ſum tenellus & exiguarum virium, quamuis vnctus ſim rex ſuper Iudam. & quum notum ſit me non eſſe potentem viribus, tamen iſti filij Saruiæ ſunt inclementiores quàm exiguitati virium mearum conueniat: quod non poteſt non impedire ſucceſſum regni mei. Quidam aiunt metaphoram ſumptam eſſe à ramis tenellis qui facile franguntur: ob id debebat regia Dauidis poteſtas ſeruari nequid indecens fieret. Alij vertūt, facilis vel clemens ſum, quāuis vnctus ſim in regē: at illi qui ſunt tātū nepotes mei, inclementiores me ſunt: ego enim peperceram ipſi Abner, illi autem non pepercerunt. Doctis probatur hæc interpretatio. Vox nanque Hebræa R A C H, pro qua vertimus tenellum: & C A S A, pro qua duriorem: opponuntur pro facili ſiue clemente, & difficili ſiue duro. Hoc dicit de nepotibus ſuis, quod ſibi plurimum metueret ab illis. 59 duriores ſunt (vel, inclementiores) quàm conueniat mihi, id eſt, rationibus meis, vel quàm pro negotio meo deceat eſſe. 60 vel, rependet. q. d. rependet illis iniuriam illatam ipſi Abner.

## CAP. IIII.

*Qvumque audiſſet filius Saulis mortuum eſſe Abner in Hebron, 1 remiſerunt manus eius, omneſque Iſraelitæ territi ſunt. Habuit autem filius Saulis duos viros qui erant præfecti 2 latronum: vnius fuit nomen Baana, alterius verò nomen erat Rechab: filij erant Rimmon Beerothitæ, de filijs Beniamin: ſiquidem & Beerothitæ 3 cenſi ſunt ad Beniamin. 4 Fugerant autem Beerothitæ illi in Gitthaim, commoratique ſunt illic vſque in hunc diem. Habuit quoque Ionathan filius Saulis filium claudum pedibus, quinque natum annos quum 5 fama Saulis & Ionathan veniſſet ex Ieſreel: tollenſque eum nutrix ſua fugit: in fuga autem quum feſtinaret, 6 cecidit [puer,] claudus effectus, huius nomen erat Mephiboſeth. 7 Profecti autem filij Rimmō Beerothitæ, nempe Rechab & Baana, ingreſſi ſunt, quum ferueret dies, domum Iſ-boſeth, qui 8 ſuper lectum ſuum meridie quieſcebat. 9 Venerunt autem ad medium domus accepturi triticum, & percuſſerunt eum 10 in viſcera vitalia: Rechab autem & Baana frater eius fuga elapſi ſunt. Quum enim ingreſſi fuiſſent domum, iacebat ille ſuper lecto ſuo 11 in cubiculo vbi cubare ſolebat, & trucidantes illum interfecerunt, abſcideruntque caput eius, & capite accepto, abierunt tota nocte per viam cāpeſtrem, attuleruntq́; caput Iſ-boſeth ad Dauid in Hebron, dicentes ad regem, Ecce caput Iſ-boſeth filij Saulis inimici tui, qui 12 inſidiatus eſt vitæ tuæ: equidem Dominus vltus eſt hodie dominum meum regem de Saule & de ſemine eius. Reſpondens autem Dauid Rechab & Baanæ fratri eius filijs Rimmon Beerothitæ, dixit ad eos, Viuit Dominus, qui redemit animam meā de omni afflictione, Quoniam quum quidam nuntiaret mihi & diceret, En Saul mortuus eſt, (13 & is quidem ſibi videbatur fauſtum quiddam nuntiare) hunc apprehenſum trucidaui in Ziclag, 14 vt darem ei præmium pro nuntio, Quanto magis 15 quum viri impij occiderint virum iuſtum in domo ſua, & ſuper lectum ſuum? 16 annon requirerem ſanguinem eius de manu veſtra, & vos è terra 17 excinderem? Præcepit itaque Dauid iuuenibus, qui interfecerunt eos, abſcideruntque manus eorum atque pedes, & ſuſpenderunt ſuper piſcinam 18 in Hebron, caput verò Iſ-boſeth acceperunt, & ſepelierunt in ſepulchro Abner in Hebron.*

## CAP. IIII.

1 AVdiuit autem Iſ-boſeth filius Saul quòd cecidiſ-
ſet Abner in Hebron, & diſſolutæ ſunt manus ei⁹,
2 omniſque Iſrael perturbatus eſt. ♀ Duo autem
viri principes latronum erant filio Saul, nomen vni Baa-
na, & nomen alteri Rechab, filij Remmon Berothitæ de
filijs Beniamin: ſiquidem & Beroth reputata eſt in Benia-
3 min. ♀ Et fugerunt Berothitæ in Gethaim, fueruntq́; ibi
4 aduenæ vſq; ad tempus illud. ♀ Erat autem Ionathæ fi-
lio Saul filius debilis pedibus: quinquennis enim fuit, quā-
do venit nuntius de Saul & Ionatha ex Iezrahel. tollens
itaq; eum nutrix ſua, fugit: cumq́; feſtinaret vt fugeret, ce
cidit, & claudus effectus eſt: habuitq́; vocabulum Miphi-
5 boſeth. ♀ Venientes igitur filij Remmon Berothitæ, Re-
chab & Baana, ingreſſi ſunt feruente die domum Iſ-bo-
ſeth: qui dormiebat ſuper ſtratum ſuum meridie. Et oſtia-
6 ria domus purgans triticum, obdormiuit. ♀ Ingreſſi ſunt
autem domum latenter aſſumentes ſpicas tritici, & per-
cuſſerunt eum in inguine Rechab & Baana frater eius, &
7 fugerunt. ♀ Cum autem ingreſſi fuiſſent domum, ille
dormiebat ſuper lectum ſuum in conclaui, & percutien-
tes interfecerunt eum: ſublatoque capite eius, abierunt
8 per viam deſerti tota nocte, ♀ & attulerunt caput Iſ-
boſeth ad Dauid in Hebron: dixeruntque ad regem, Ecce
caput Iſ-boſeth filij Saul inimici tui, qui quærebat ani-
mam tuam: & dedit Dominus domino meo regi vltionem
9 hodie de Saul, & de ſemine eius. ♀ Reſpondens autem
Dauid Rechab, & Baana fratri eius filijs Remmon Bero-
thitæ, dixit ad eos, Viuit Dominus qui eruit animam meā
10 de omni anguſtia, ♀ Quoniam eum qui annuntiauerat
mihi, & dixerat, Mortuus eſt Saul: qui putabat ſe proſpe-
ra nuntiare, tenui, & occidi eum in Siceleg, cui oportebat
11 mercedem dare pro nuntio: ♀ Quanto magis nunc
cum homines impij interfecerunt virum innoxium in
domo ſua, ſuper lectum ſuum, non quæram ſangui-
nem eius de manu veſtra, & auferam vos de terra?
12 ♀ Præcepit itaque Dauid pueris ſuis, & interfece-
runt eos: præcidenteſque manus & pedes eorum, ſuſpen
derunt eos ſuper piſcinam in Hebron: caput autem Iſ-bo
ſeth tulerunt, & ſepelierunt in ſepulchro Abner in Hebrō.

Iſrael turbatur ob mortuū Abner.
Baana. Rechab. Beroth.
Miphiboſeth filius Ionathæ.
B
Baana & Rechab occidunt Iſ-boſeth.
C
Caput Iſ-boſeth qui afferunt ad Dauidem, iuſſu eius occiduntur.
Liberator Deus. Sup. 1. b.
D
Suſpendere. Sepelitur Iſ-boſeth.

## SCHOLIA IN CAP. IIII.

1 vel, diſſolutæ ſunt, id eſt, cœpit deſpondere animum. 2 copiarum. Latrones olim dicti, qui nunc milites mercenarij. qui in cæde & ex cæde viuunt maleficijs, & ſcelere paſcuntur. 3 vel, reputantur in Beniamin. aut, tribuūtur ipſi Beniamin. Hoc addidit, quod hæc vrbs eſſet in termino tribus Beniamin. 4 Audita ſcilicet morte Saulis, metu Palæſthinorum. 5 ſubaudi, mortis. 6 ſubaudi, è brachijs eius. 7 Poſtquam ſcilicet coniurarant de nece domini ſui. 8 Hebraiſmus, in cubili meridiei, id eſt, in quo ſolebat dormire meridiano tempore. Vel, dormiebat dormitionem meridianam. Chaldæus paraphraſtes vertit, dormitionem regum, id eſt, eo tempore quo dormire ſolent reges. 9 Hebraiſmus, Ingreſſi ſunt autem in medium domus, habitu mercatorum tritici, id eſt, Ingreſſi ſunt in penitiorem vſque partem domus. habitu & ſpecie mercatorum tritici. Alij, (cum) mercatoribus tritici. 10 in inguine. Hebraiſmus, in quintam coſtam. Paucis deſcribit mortem Iſ-boſeth, poſt ea pluribus. Hoc autem per anticipationem dicitur. 11 in penetrali cubiculi ſui. 12 Hebraiſmus, quærebat animam tuam: 13 Hebraiſmus, is autem erat vt nuntius in oculis ſuis, id eſt, videbatur ſibi nuntius rei lætæ. 14 Hebraiſmus, qui (venerat) vt darem, &c. 15 (curabo interficiēdos) homines improbos (qui) interfecerunt. 16 Hebraiſmus, nunc ergo, nonne requiram, id eſt, debeōne requirere ſanguinem, &c. hoc eſt vos interficere, quod occideritis illum? 17 tollam? 18 id eſt, quæ erat in agro Hebron.

## CAP. V.

*VEnerunt itaque omnes tribus Iſrael ad Dauidem in Hebron, dicentes, 1 Ecce nos ſumus os tuum, & caro tua. Sed & heri & nudiuſtertius, quum Saul regnaret ſuper nos, tu eras educens & 2 introducens Iſraelem: aitque Dominus ad te, Tu 3 paſces populum meum [nempe] Iſrael, & tu eris princeps ſuper Iſraelem. 4 Venerunt ergo omnes ſeniores Iſraelis ad regem in Hebron, & pepigit rex Dauid fœdus cum eis in Hebron 5 coram Domino, & vnxerunt Dauidem regem ſuper Iſraelem. Dauid erat natus triginta annos quum rex fieret, regnauitque quadraginta annis. In Hebron regnauit ſuper Iehudā ſeptē annis & ſex menſibus: Ieroſolymis autem regnauit trigintatribus annis ſuper vniuerſum Iſraelem & Iehudam. Abijt autem rex & viri eius in Ieruſalem 6 ad Iebuſæum habitatorem eius regionis, qui loquutus eſt ad Dauidē dicens; 7 Non ingredieris huc, niſi abſtuleris 8 cæcos & claudos, 9 qui dicunt, 10 Non veniet huc Dauid. Cepit ergo Dauid arcem Zion; 11 quæ ciuitas eſt Dauidis. Et ait Dauid eodem die, Quicunq́; percuſſerit Iebuſæum, & 12 acceſſerit ad imbrices, & claudos ac cæcos [percuſſerit] 13 odioſos animæ Dauidis. ob hoc 14 dixerunt, Cæcus & claudus non introibit 15 domum. Habitauit autem Dauid in arce illa, vocauitque ipſam ciuitatem Dauidis. & ædificauit per circuitum à 16 Millo 17 & intra. 18 Promouit itaque Dauid, & promouendo magnus fit, & Dominus exercituum erat cum eo. Miſit quoque Hiram rex 19 Zor ad Dauidem 20 legatos, ſimulque ligna cedrina, fabros lignarios & 21 latomos ac murarios fabros, qui extruxerūt 22 domum Dauidi. Et cognoſcens Dauid quòd Dominus confirmaſſet eum regem ſuper Iſraelem, & quòd 23 exaltatum eſſet regnum eius propter populum eius Iſrael, duxit Dauid adhuc concubinas & vxores de Ieruſalem, poſtquam venerat de Hebron, natique ſunt Dauidi adhuc filij & filiæ. Et hæc ſunt nomina eorum qui nati ſunt ei in Ieruſalem, Sammua, Sobab, Nathan, & Solomon: Gibhar, Eliſua, Næpheg, Iaphia: Eliſama, Eliada, & Eliphalet. Audientes autem Paleſthini quòd vnxiſſent Dauidem regem ſuper Iſraelem, aſcenderunt cuncti Paleſthini 24 vt quærerent Dauidem; quod quum audiſſet Dauid, deſcendit in arcem. Venerunt autem Paleſthini, & diffuderant ſe in valle Rephaim. Conſuluit igitur Dauid Dominum, dicens, Aſcendamne contra Paleſthinos? tradeſne eos in manum meam? Dominus autem reſpondit ipſi Dauidi, Aſcende, quoniam certiſſime tradam Paleſthinos in manus tuas. Veniēs itaque Dauid 25 in Baal-peraZim, percuſſit eos ibi Dauid, & dixit, 26 Diſſipauit Dominus hoſtes meos coram me 27 inſtar aquarum quæ diſſipantur: ideo nomē loci illius vocatū eſt 28 Baal-peraZim. Et reliquerūt ibi ſculptilia, ſua quæ tulit Dauid & viri ei⁹. Rurſum aſcēderūt Paleſthini, 29 diffuderuntque ſe in vallē Rephaim. Et quū Dauid conſuluiſſet Dominum, reſpondit, Non aſcendes, ſed circumeas poſt eos, veniesq́; ad eos e regione mororum. Quumque audieris ſonitum 30 inceſſus in apicibus mororum, tum 31 gnauiter rem geras: nā tunc 32 Dominus egreſſus erit ante cōſpectū tuum, vt percutiat caſtra Paleſthinorum. Et Dauid fecit ſic quemadmodum ei præceperat Dominus, & percuſſit Paleſthinos à Gaba, vſquedum venias in 33 Gaſer.*

## CAP. V.

1 ET venerunt vniuerſæ tribus Iſrael ad Dauid in He
bron, dicentes, Ecce nos os tuum, & caro tua ſu-
2 mus. ♀ Sed & heri & nudiuſtertius cum eſſet Saul
rex ſuper nos, tu eras educens & reducens Iſrael: dixit
autem Dominus ad te, Tu paſces populum meum
3 Iſrael, & tu eris dux ſuper Iſrael. ♀ Venerunt quo-
que & ſeniores Iſrael ad regem in Hebron, & percuſ-
ſit cum eis rex Dauid fœdus in Hebron coram Domi-
4 no: vnxeruntque Dauid in regem ſuper Iſrael. ♀ Filius

Vngitur Dauid in regem ſuper Iſraelem.
1. Paralip. 11. a.
Paſcere populū.



triginta annorū erat Dauid, cū regnare cœpiſſet, & qua-
draginta annis regnauit. ♀ In Hebron regnauit ſuper Iu- 5
dā ſeptē annis, & ſex mēſibus: in Ieruſalē autem regnauit
triginta tribus annis ſuper omnē Iſrael & Iudā. ♀ Et abijt 6
rex, & omnes viri qui erāt cū eo, in Ieruſalē ad Iebuſæum
habitatorē terræ: dictūq́; eſt Dauid ab eis, Nō ingredieris
huc, niſi abſtuleris cæcos & claudos, dicētes, Nō ingredie
tur Dauid huc. ♀ Cepit autē Dauid arcē Siō, hæc eſt ciui- 7
tas Dauid. ♀ Propoſuerat enim Dauid in die illa præmiū, 8
qui percuſſiſſet Iebuſæū, & tetigiſſet domatū fiſtulas, &
abſtuliſſet cæcos & claudos odiētes animā Dauid. idcir-
co dicit in prouerbio, Cæcus & claudus nō intrabūt in tē-
plū. ♀ Habitauit autē Dauid in arce Siō, & vocauit eā, Ci 9
uitatē Dauid: & ædificauit per gyrum à Mello & intrinſe
cus. ♀ Et ingrediebatur proficiēs atq; ſuccreſcens, & Dñs 10
Deus exercituū erat cū eo. ♀ Miſit quoq; Hiram rex Tyri 11
nūtios ad Dauid & ligna cedrina, & artifices lignorum, ar
tificeſq́; lapidū ad parietes: & ædificauerūt domū Dauid.
♀ Et cognouit Dauid quoniā cōfirmaſſet eum Dñs regem 12
ſuper Iſrael, & quoniā exaltaſſet regnū eius ſuper populū
ſuū Iſrael: ♀ accepit ergo Dauid adhuc concubinas & vxo 13
res de Ieruſalē, poſtquā venerat de Hebrō: natiq́; ſunt Da
uid & alij filij & filiæ: ♀ Et hæc nomina eorū qui nati ſunt 14
ei in Ieruſalē, Samua & Sobab & Nathan & Salomō ♀ & 15
Iebahar & Eliſua & Nepheg ♀ & Iaphia & Eliſama & 16
Elioda & Eliphalet. ♀ Audierūt ergo Philiſthijm quòd 17
vnxiſſent Dauid in regē ſuper Iſrael: & aſcēderūt vniuer
ſi vt quærerēt Dauid. quod cū audiſſet Dauid, deſcēdit in
præſidiū. ♀ Philiſthijm autē venientes, diffuſi ſunt in Val 18
le-raphaim. ♀ Et conſuluit Dauid Dñm, dicens, Si aſcēdā 19
ad Philiſthijm? & ſi dabis eos in manu mea? Et dixit Dñs
ad Dauid, Aſcende, quia tradens dabo Philiſthijm in ma-
nu tua. ♀ Venit ergo Dauid in Baal-pharaſim, & percuſſit 20
eos ibi, & dixit, Diuiſit Dominus inimicos meos corā me,
ſicut diuiduntur aquæ, Propterea vocatum eſt nomē lo-
ci illius Baal-pharaſim. ♀ Et reliquerunt ibi ſculptilia ſua: 21
quę tulit Dauid, & viri eius. ♀ Et addiderunt adhuc Phi- 22
liſthijm vt aſcenderent, & diffuſi ſunt in Valle-raphaim.
♀ Conſuluit autem Dauid Dominum, Si aſcendam cō- 23
tra Philiſthæos, & tradas eos in manus meas? qui reſpon-
dit, Non aſcendas contra eos, ſed gyra poſt tergum eorū,
& venies ad eos ex aduerſo pyrorum: ♀ Et cum audieris 24
ſonitum gradientis in cacumine pyrorum, tunc inibis
prælium: quia tunc egredietur Dominus ante faciem tuā,
vt percutiat caſtra Philiſthijm: ♀ Fecit itaque Dauid ſicut 25
præceperat ei Dominus, & percuſſit Philiſthijm de Ga-
baa, vſque dum venias Gezer.

3. Reg. 2. c.
B
Dauid capit arcem Sion.
Præmium occidenti Iebu.
Prouerbium.
Ciuitas Dauid.
Deus cū Dau.
1. Paralip. 14. a.
Domus Dauidi confirmato ædificatur.
C
Ducit vxores.
Filij eius in Ieruſalem nati.
1. Paralip. 3. b.
Conſulto Domino pfligat Philiſthæos.
1. Par. 14. b. c. d.
Eſa. 28. f.
D
diuidunt
Rurſum conſulto Domino pcuſſit Philiſthęos.
De⁹ inſtruit Dauidem ad prælium, & Philiſthæos ipſe percutit.

## SCHOLIA IN CAP. V.

1 id eſt, cognati tui ſumus. Chaldæus paraphraſtes, propinqui tui. Precantur veniam, quod fauerint Iſ-boſeth, nec creārint ipſum regem paulo poſt mortem ipſius Iſ-boſeth. 2 reducēs, ſubaudi, à bello parta victoria, quaſi dicat, *tu eras* princeps ſuper Iſraelem. 3 vel, reges. 4 Venerant autem, &c. antequam ſcilicet tribus venirent. 5 id eſt, coram arca Domini. Aut, Deo teſte & eo in teſtimonium vocato. Aut, coram Domino: nam vbi ſunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum. 6 aduerſus Iebuſæum. 7 id eſt, Non poteris capere hanc arcem. 8 quibus ſcilicet tradidimus arcem defendendam contra tuas vires & copias. Ironia, quaſi dicat, tam munita eſt arx iſta vt poſſit propugnari & defendi à ſolis cæcis & claudis. perdis igitur operā: tuo quantumuis forti exercitui, nōn opponentur fortes, ſed tantum debiles & inualidi: quòd locus ipſe munitiſſimus per ſe, pauco præſidio tutari ſe poſſit. 9 Hebraiſmus, dicendo, id eſt, quaſi dicerent. 10 id eſt, Non expugnabit hanc arcem. 11 id eſt, quæ poſtea dicta eſt ciuitas, &c. 12 attigerit fiſtulas. vel, canales quibus pluuia tecti excipitur, id eſt, poſteaquam murum conſcenderit. 13 vel, quos odio habet anima, &c. Omittitur præmium, vt in Geneſi pœna eius qui occiderit Cain. ſubaudienda ſunt verba quæ 1. paralip. 11, leguntur, nempe hæc, is caput erit & princeps. ſubaudi, militiæ. 14 vel, dicere ſolent. 15 id eſt, in arcem, quaſi dicat, Dauid nunquam ſinet ingredi in arcem cæcum aut claudum. Aut, ſtatuerunt ne poſtea in eā arcem ingrederetur cæcus & claudus. 16 Quidam Hebræorum dicunt Millo ſignificare locum comitiorum; quia illic congregaretur populus ad conſultandum de rebus agendis. Alij intelligunt aggerem qui cingebat arcem. Alij aiunt fuiſſe foſſam circum arcem, quod aqua impleretur. 17 & introrſum. 18 Hebraiſmus, Ibat autem Dauid eundo & creſcendo, id eſt, Exinde quotidie fortior euadebat. 19 Tyrum exponunt. 20 qui ſcilicet congratularentur ei. 21 Hebraiſmus, artifices lapidum (aptorum ad) muros (extruendos,) 22 id eſt, regiam. 23 exaltaſſet regnum eius propter populum ſuum, nempe Iſraelem. 24 id eſt, vt certarent cum Dauide, aut inuaderent eum. 25 Chaldæus paraphraſtes, in planitiem gigantum. Voces Hebrææ, Baal-peraſim, ſignificant Planitiem rupturarum. Nomen loci ab euentu poſtea ſic impoſitū. 26 Fregit. 27 iuxta aquarum fracturam, id eſt, quemadmodum aquę omnia perrumpunt. ſolet enim aqua tempore inundationis ſuæ ripas aluei ſui rumpere. 28 id eſt, Planities fracturarum. ſiue rupturarum. in memoriam videlicet præteritæ victoriæ. 29 id eſt, caſtrametati ſunt. 30 vel, greſſus in cacuminibus, &c. 31 mouebis te, id eſt, procedes. 32 id eſt, angelus Domini egreſſus præcedet te. 33 vrbem ſcilicet quam tum occupabant Palæſthini: erat tamen in tribu Beniamin.

## CAP. VI.

DAuid autem congregauit rurſum omnem delectum [militem] in Iſraele, nempe triginta millia. Et exurgens Dauid, abijt vna cum omni populo quem ſecum habebat ex 1 Baale Iehuda, 2 vt transferret illinc arcam Dei, 3 cuius nomen vocatur nomen Domini exercituum, 4 habitantis ſuper ipſam inter cherubim. Vexerunt ergo arcam Dei ſuper plauſtro nouo, & tulerunt eam de domo Abinadab, quæ erat 5 in colle: Vſa autem & Ahio filij Abinadab deducebant plauſtrum illud nouum. 6 Quumque ducerent illud cum arca Dei de domo Abinadab quæ erat in colle, præcedebat Ahio arcam ipſam, Dauid verò & vniuerſa domus Iſraelitica 7 ludebant coram Domino 8 varijs [inſtrumentis] ligneis abiegnis, citharis, nablis, tympanis, ſiſtris, & cymbalis. Quumque veniſſent 9 in aream paratam, miſit Vſa [manum] ad arcam Dei, 10 tenuitque eam, 11 declinabant enim boues. Et incanduit furor Domini in Vſam, percuſsitque eum ibi Deus propter 12 temeritatem iſtam præcipitem, & mortuus eſt ibi 13 coram arca Dei. 14 Et exæſtuauit Dauid dolore, quòd Dominus 15 dirupiſſet rupturam in Vſa, & vocauit locum illum Perez-Vſæ vſque in hunc diem. Et timens Dauid Dominum in die illa, dixit, Quomodo 16 ad me veniret arca Domini? Noluit itaque Dauid deducere ad ſe arcam Domini, [id eſt] in ciuitatem Dauidis, ſed abduxit eam Dauid in domum Obed-edom 17 Githæi. Et manſit arca Domini in domo Obed-edom Githæi tribus menſibus, 18 fortunauitque Dominus Obed-edom, & vniuerſam domum eius. Nuntiatumque eſt regi Dauidi in hæc verba, Dominus fortunauit domum Obed-edom & omnia quæ habet, propter arcam Dei. & abiens Dauid, 19 adduxit arcam Dei de domo Obed-edom, in Ciuitatem Dauidis cum lætitia. Et factum eſt, quum progreſſi eſſent illi qui ferebant arcam Domini 20 ſex paſſibus, ſacrificauit bouem, & pecus pingue. Dauid autem 21 ſaltauit toto robore coram Domino, eratque Dauid amictus ephod lineo. Dauid igitur & omnis domus Iſrael ducebant arcam Domini cum iubilo & voce tubæ. Contigit autem quum arca Domini veniret in ciuitatem Dauidis, vt Michol filia Saulis proſpiceret per feneſtram, & videret regem Dauidem 22 gnauiter ſaltantem coram Domino, vilipenditque eum in corde ſuo. Et introducentes arcam Domini, collocauerunt eam in locum ſuum, in medio tentorij, quod tetenderat ei Dauid, & ſacrificauit Dauid holocauſta & 23 gratulatoria ſacrificia 24 coram Domino: Quumque Dauid abſoluiſſet holocauſta & ſacrificia gratulatoria, bene imprecatus eſt populo in nomine Domini exercituum. Et diſtribuit vniuerſo populo, & vniuerſæ multitudini Iſraelis, tam viris quàm mulieribus, ſingulis placentam panis vnam, & fruſtum carnis vnum, 25 pultem vnam: & abijt omnis populus, quiſque in domum ſuam. Reuerſus eſt autem Dauid 26 vt ſalutaret domum ſuam, & egreſſa Michol obuiam Dauidi, ait, 27 Quàm glorioſus fuit hodie rex Iſrael, qui hodie 28 nudus inceſſit coram ancillis ſeruorum ſuorum, 29 acſi leuiſſimus quiſque nudus incederet! Et ait Dauid ad Michol, Coram Domino [ſcilicet] ludam, qui me elegit præ patre tuo atque vniuerſa domo eius, 30 quique mihi mandauit vt eſſem princeps ſuper populum Domini, nempe ſuper Iſraelem. Quin & vilior 31 ero quàm nunc, 32 eroque humilis in oculis meis: & 33 cum ancillis de quibus dixiſti, cum illis inquam 34 glorioſus ero. Ipſi Michol ergo 35 non fuit filius vſque in diem mortis ſuæ.

## CAP. VI.

1 COngregauit autē rurſum Dauid omnes electos ex
2 Iſrael, triginta millia. ⁋ Surrexitq; Dauid, & abijt, & vniuerſus popul⁹ qui erat cū eo de viris Iuda,
vt adducerent arcam Dei, ſuper quam inuocatū eſt nomē
3 Domini exercituum, ſedentis in cherubim ſuper eā. ⁋ Et
impoſuerunt arcam Dei ſuper plauſtrum nouum: tuleruntque eam de domo Abinadab ᵃ qui erat in Gabaa: Oza
4 aūt & Ahio filij Abinadab, minabāt plauſtrū nouū. ⁋ Cūq;
tuliſſent eā de domo Abinadab, qui erat in Gabaa, cuſto-
5 diēs arcā Dei Ahio præcedebat arcā Dei: ⁋ Dauid autem,
& omnis Iſrael ludebāt corā Domino in omnibus lignis fabrefactis, & citharis, & lyris, & tympanis, & ſiſtris, &
6 cymbalis. ⁋ Poſtquā autem venerūt ad Areā-ᵇ Nachor,
extendit Oza manū ad arcā Dei, & tenuit eam: quoniā
7 calcitrabant boues & declinauerunt eam. ⁋ Iratuſque
eſt indignatione Dominus contra Ozam, & percuſsit
eum ſuper temeritate: qui mortuus eſt ibi iuxta arcam
8 Dei. ⁋ Contriſtatus eſt autem Dauid, eo quòd percuſſiſſet Dominus Ozam, & vocatum eſt nomen loci illius,
9 Percuſsio-Ozæ: vſque in diem hanc. ⁋ Et extimuit Dauid
Dominum in die illa, dicens, Quomodo ingredietur ad
10 me arca Domini? ⁋ Et noluit diuertere ad ſe arcam Dñi
in ciuitatem Dauid: ſed diuertit eam in domum Obed-
11 edom Gethæi. ⁋ Et habitauit arca Domini in domo
Obed-edom Gethæi tribus menſibus: & benedixit Do-
12 minus Obed-edom, & omnem domum eius. ⁋ Nuntiatumq; eſt regi Dauid quòd benedixiſſet Dominus Obed-edom, & omnia eius propter arcam Dei. Dixitque Dauid, Ibo & reducam arcam cum benedictione in domum meam: abijt ergo Dauid, & adduxit arcam Dei de domo
Obed-edom in Ciuitatem Dauid cum gaudio: Et erant
13 cum Dauid ſeptem chori, & victima vituli. ⁋ Cumque
tranſcendiſſent, qui portabant arcam Domini ſex paſſus,
immolabat bouem & ouem & arietem, & Dauid per-
14 cutiebat in organis armigatis, ⁋ & ſaltabat totis viribus
ante Dominum: porrò Dauid erat accinctus ephod lineo.
15 ⁋ Et Dauid, & omnis domus Iſrael ducebant arcam teſtamenti Domini, in iubilo, & in clangore buccinæ.
16 ⁋ Cumque intraſſet arca Domini in Ciuitatem Dauid,
Michol filia Saul proſpiciens per feneſtram, vidit regem
Dauid ſubſilientem, atque ſaltantem coram Domino: &
17 deſpexit eum in corde ſuo. ⁋ Et introduxerunt arcam Domini, & impoſuerunt eam in loco ſuo in medio tabernaculi, quod tetēderat ei Dauid: & obtulit Da-
18 uid holocauſta, & pacifica coram Domino. ⁋ Cumque
cōpleſſet offerēs ᶜ holocauſta & pacifica, benedixit popu-
19 lo in nomine Dñi exercituum. ⁋ Et partitus eſt vniuerſæ
multitudini Iſrael tā viro quàm mulieri ſingulis collyridā
panis vnam, & aſſaturam bubalæ carnis vnam, & ſimilam
frixam oleo, & abijt omnis populus, vnuſquiſq; in domū
20 ſuam. ⁋ Reuerſuſque eſt Dauid vt benediceret domui
ſuæ: & egreſſa Michol filia Saul in occurſum Dauid, ait,
Quàm glorioſus fuit hodie rex Iſrael diſcooperiēs ſe ante
ancillas ſeruorum ſuorum, & nudatus eſt, quaſi ſi nude-
21 tur vnus de ſcurris! ⁋ Dixitque Dauid ad Michol, Viuit
Dominus quia ludam, Ante Dominum qui elegit me potius, quā patrē tuū, & quàm omnem domū eius, & præcepit mihi vt eſſem dux ſuper populū Domini in Iſrael,
22 & ludam, ⁋ Et vilior fiam plus quàm factus ſum: & ero
humilis in oculis meis: & cum ancillis, de quibus locuta
23 es, glorioſior apparebo. ⁋ Igitur Michol filiæ Saul non
eſt natus filius vſque in diem mortis ſuæ.

Reducit Dauid arcam de domo Abinadab, neglectā à Saule. 1. Paral. 13. b.

ᵃ quę (ſub. domꝰ. 1. Reg. 7. a.

Ludit Dauid coram Domino in inſtrumentis.

ᵇ Nachon, Oza occiditur à Deo. 1. Paral. 15. b

B

Ducitur arca in domum Obed-edom.

Benedictio Dei.

Ducit Dauid arcam in arcem Sion cū gaudio. 1. Parali. 15. d.

C

Dauid ſaltantē deſpicit Michol.

Holocauſta.

Benedicit Dauid populo.

ᶜ holocauſtum

D

Michol arguit Dauidem quod coram Domino ſaltauerit.

### SCHOLIA IN CAP. VI.

1 Vrbs erat in tribu Iuda, quæ aliàs dicitur Cariath-iearim, vt exponitur Ioſue. 15. c. Baala, quæ alio nomine dicitur Cariath-iearim. Dicitur & Baalim, plurali numero. 2 (quo iuerant) vt transferrent. 3 Hebraiſmus, (ſuper) quam inuocatur nomen, nomen inquam, &c. id eſt, quæ vocatur arca Domini. 4 Quia illic dabat reſponſa. 5 in Gabaa. pars erat vrbis Cariath-iearim: ita dicta,



quia ille locus erat eminentior in ea vrbe. 6 Hebraiſmus, Tulerunt inquam illam de domo Abinadab quæ erat in Gabaa, cum arca Domini. (illam) relatiuum eſt pro antecedente, quod capſulam refert in qua erant repoſita donaria ſiue anathemata Palæſthinorum. eam capſam tulerunt cum arca Domini. 7 vel, exultabant. Chaldæus paraphraſtes, laudabant. 8 Hebraiſmus, cum omnibus lignis abiegnis, id eſt, omnibus inſtrumentis muſicis quę ſolent fieri ex abiete. 9 in Gorem-nachon. 10 ne ſcilicet caderet. 11 calcitrabant, id eſt, calcitrando deiecturi videbantur arcam in terram. Chaldæus paraphraſtes agitabant eam. Vox Hebræa SAMETV, paſsiue accipitur, vt ait doctiſs. inter Hebræos, quod quaſi membratim diſcerpi ſiue dearticulari viderentur boues præ ſanctimonia ſcilicet arcæ, id eſt, quod fatiſcerent ſub onere arcæ. 12 id eſt, ignorantiam. Punitur qui ignorans peccauerat. 13 iuxta arcam. 14 Et ægrè tulit Dauid quod, &c. 15 id eſt, interfeciſſet vſam. 16 id eſt, in vrbem meam, quaſi dicat, Timeo mihi plurimum ab arca: quo ergo introducam eam? 17 Gethæus dictus, quod aliquando peregrinatus fuiſſet in Geth, Leuita erat oſtiarius & cantor. 18 benedixitque, quaſi dicat, omnia illi proſpere ceſſerunt eo tempore. 19 ſubaudi, per Leuitas. 20 ab eo ſcilicet loco vnde cœperant geſtare arcam Leuitæ. 21 tripudiabat. 22 exultantem (vel, geſtientem præ lætitia) & tripudiantem. 23 pacificas hoſtias. 24 id eſt, coram arca ipſa. 25 lagenam. ſubaudi, vini. 26 Hebraiſmus, vt benediceret domui ſuæ, id eſt, vt bene precaretur ſuis ſicuti populo bene precatus fuerat. 27 Hoc ironice dicitur, quaſi dicat, Quàm decenter ſe geſsit hodie rex Iſrael! 28 nudauit ſe. 29 vt nudaret ſe vnus ex otioſis. vel ſcurris, id eſt, vt nudare ſe ſolent viliſsimi & abiectiſſimi quique. 30 præcipiendo mihi. ſiue, ita vt præciperet mihi. 31 Hebraiſmus, fiam adhuc hac. ſubaudi, vilitate, id eſt, dabo operam vt in vilitatem incurram maiorem hac: ſi vilitas dici debet. Loquitur enim iuxta ſententiam Michol. acſi dicat, Exiſtimas me vilem fuiſſe: dabo operam vt vilior videar quàm viſus ſim. 32 id eſt, ſummiſsius me geram & magis me deijciam quàm fecerim. 33 vel, apud ancillas de quibus loquuta es, apud illas inquam, &c. 34 vel, glorioſior apparebo. ſiue laudabilis, quaſi dicat, non contemnar ab illis; ſed laudabor. 35 id eſt, nunquam habuit liberos.

## CAP. VII.

FActum eſt autem cū ſediſſet rex in domo ſua, & Do- 1
minus dediſſet ei requiem vndiq; ab vniuerſis inimi
cis ſuis, ⁋ dixit ad Nathan prophetam, Videſnē 2
quòd ego habitē in domo cedrina, & arca Dei poſita ſit
in medio pellium? ⁋ Dixitque Nathan ad regem, Omne 3
quod eſt in corde tuo; vade fac: quia Dominus tecum eſt.
⁋ Factum eſt autē in illa nocte: & ecce ſermo Domini ad 4
Nathan dicens, ⁋ Vade, & loquere ad ſeruum meum Da- 5
uid, Hæc dicit Dominus, Nunquid tu ædificabis mihi do-
mum ad habitandum? ⁋ Neque enim habitaui in domo 6
ex die illa, qua eduxi * Iſrael de Terra-AEgypti, vſq; in
diem hanc: ſed ambulabam in tabernaculo, & in tentorio.
⁋ Per cuncta loca quæ tranſiui, cum omnibus filijs Iſrael, 7
nunquid loquēs locutus ſum ad vnam de tribubus Iſrael,
cui præcepi vt paſceret populum meum Iſrael, dicens,
Quare non ędificaſtis mihi domum cedrinam? ⁋ Et nunc 8
hæc dices ſeruo meo Dauid, Hæc dicit Dominꝰ exercituū,
Ego tuli te de paſcuis ſequentem greges, vt eſſes dux ſu-
per populum meum Iſrael: ⁋ & fui tecum in omnibus vbi- 9
cūq; ambulaſti, & interfeci vniuerſos inimicos tuos à facie
tua: feciq; tibi nomen grande, iuxta nomen magnorū qui
ſunt in terra. ⁋ Et ponam locū populo meo Iſrael, & plan- 10
tabo eum, & ᵃ habitabo cum eo, & non turbabitur amplius:
nec addent filij iniquitatis vt affligant eū ſicut prius, ⁋ Ex 11
die qua conſtitui iudices ſuper populū meum Iſrael: & requiem dabo tibi ab omnibus inimicis tuis. prædicitq; tibi
Dominus quòd domū faciat tibi Dominus. ⁋ Cumque cō- 12
pleti fuerint dies tui, & dormieris cum patribus tuis, ſuſcitabo ſemē tuū poſt te, quod egredietur de vtero tuo, & fir
mabo regnum eius. ⁋ Ipſe ædificabit domū nomini meo, 13
& ſtabiliam thronum regni eius vſque in ſempiternum.
⁋ EGO ERO EI IN PATREM, & ipſe erit mi 14
hi in filiū: qui ſi iniquè aliquid geſſerit, arguam eū in virga
virorum, & in plagis filiorum hominū. ⁋ Miſericordiam 15
autē meam non auferā ab eo, ſicut abſtuli à Saul, quem
amoui à facie ᵇ mea. ⁋ Et fidelis erit domus tua, & regnū 16
tuū vſque in æternum ante faciem tuā, & thronus tuus erit
firmus iugiter. ⁋ Secundum omnia verba hæc; & iuxta 17
vniuerſam viſionē iſtam, ſic locutus eſt Nathā ad Dauid.
⁋ Ingreſſus eſt autem rex Dauid, & ſedit coram Domino, 18
& dixit, Quis ego ſum Domine Deus, & quæ domus mea,
quia adduxiſti me hucuſque? ⁋ Sed & hoc parū viſum eſt 19
in conſpectu tuo Dñe Deus, niſi loquereris etiā de domo
ſerui tui in longinquum: iſta eſt enim lex adam Domine
Deus. ⁋ Quid ergo addere poterit adhuc Dauid, vt loqua 20
tur ad te? tu enim ſcis ſeruum tuū Domine Deus. ⁋ Pro- 21
pter verbum tuū, & ſecundum cor tuū feciſti omnia magnalia hæc: ita vt notum faceres ſeruo tuo. ⁋ Id- 22

Dauid cogitat ædificare domū Domino. 1. Para lip. 17. a.

Dauid prohibetur per Nathan, ædificare domū Domino.

* filios

1. Reg. 16. e. B

Commemoratione beneficiorū oſtendit Deꝰ ſe omnia hominibus præſtare.

ᵃ habitabit ſub eo,

4. Reg. 8. e.

3. Reg. 5. a. 1. par. 22. c.

Promittitur CHRISTVS qui ædificaturus erat eccleſiam. Heb. 1. b

ᵇ tua. C

Laudat fidelis Dauid benignitatem Dei, ob promiſſum ſibi Chriſtum.

Promiſsiones.

## CAP. VII.

FActum eſt autem vt rex ſederet 1 in domo ſua, dederatque illi Dominus requiem circunquaque ab vniuerſis inimicis eius. Ait ergo rex ad prophetam Nathan, En ego nunc habito in domo cedrina, arca autem Domini manet 2 intra aulæum: Et dixit Nathan ad regem, Vade, & fac 3 quidquid eſt in corde tuo, quoniam Dominus eſt tecum. Factum eſt autem eadem nocte, vt fieret verbum Domini ad Nathan in hanc ſententiam, Vade & dic ſeruo meo Dauidi, Sic ait Dominus, Num tu extrues mihi domum vt ego [illic] habitem? Etenim non habitaui in domo ab ea die qua eduxi filios Iſrael ex AEgypto in hunc vſque diem, ſed 4 fui deambulans in tentorio & tabernaculo. Et in omnibus [locis] in quibus ambulaui cum omnibus filijs Iſrael, num loquutus ſum verbum vnum cum aliqua tribuum Iſraelis cui præceperim vt paſceret populum meum Iſrael, vt dicerem, Quare non ædificaſtis mihi domum cedrinam? Nunc ergo hoc dices ad ſeruum meum Dauidem, Sic ait Dominus exercituum, Ego tuli te de 5 ſepto quum ſequereris oues, vt eſſes princeps ſuper populum meum, nempe ſuper Iſraelem, & fui tecum in omnibus [locis] quocunque ambulaſti: excidi inſuper omnes hoſtes tuos ante te, fecique tibi nomen 6 celebre, vt nomen [habent] celeberrimi in terra. Conſtituam quoque 7 locū populo meo Iſraeli, & plantabo eum, vt habitet 8 in loco ſuo: neque 9 tumultuabitur amplius, filij quoq; iniqui vltra eū nō affligēt vt antea; Ab ea ſcilicet die qua conſtituerā iudices ſuper populum meū Iſrael: requiē inſuper tibi dabo ab omnibus hoſtibus tuis: præterea Dominus tibi nūtiat quòd 10 & tibi quoque facere domū velit Dominus. Quum exacti fuerint dies tui, dormierisq; cum patribus tuis, 11 excitabo ſemen tuum poſt te, quod egredietur de vtero tuo, regnumque eius firmabo. Is extruet domum nomini meo, & ego confirmabo ſolium regni eius perpetuò: EGO ERO EI [VT] PATER, & ipſe erit mihi [vt] filius: quem quum inique egerit, caſtigabo virga 12 virorū, & verberibus filiorum hominū, 13 Beneficentia autem mea nō recedet ab eo, quemadmodū abſtuli à Saule, quem ſuſtuli 14 à facie tua. Et firmabitur domus tua & regnū tuum perpetuò 15 corā facie tua, firmūq; erit ſoliū tuū perpetuò. 16 Iuxta omnia hæc verba, & iuxta omnē hanc viſionē, ſic loquutus eſt Nathan ad Dauidē. Ingreſſus itaq; Dauid, ſedit 17 coram Domino, & dixit, Quis ſum ego Domine Deus, & quæ 18 domus mea, quòd 19 me tātopere euehis? Quin & 20 hoc tibi parū adhuc viſum eſt Domine Deus, 21 niſi & porrò in longinquū pollicitationem facias ad domū ſerui tui, & hæc eſt directio ipſius adæ Domine Deꝰ: 22 Quid verò vltra addere poteſt Dauid vt ad te loquatur? & tu cognouiſti ſeruum tuū Dñe Deꝰ. 23 Omnia iſta magnifica feciſti 24 ꝑpter verbū tuū, & 25 iuxta cor tuū, vt 26 nota faceres ea ſeruo tuo. 27 Idcirco

*circo 28 magnificatus es Domine Deus: quoniam non eſt ſi milis tui, & non eſt Deus præter te, 29 iuxta omnia quæ audiuimus auribus noſtris. 30 Quæ verò gens eſt in terra, quẽadmodum populus tuus Iſrael, cuius Deus iret vt ſibi 31 in populum redimeret, ſibique nomen 32 poneret, faceretq́; 33 vobis magnifica & ſtupenda opera 34 in terra tua, propter populum tuum quem redemiſti tibi ex AEgypto, 35 Gentem cum iudicibus eius? 36 Firmaſti tibi populum tuum Iſrael, vt eſſet populus tuus perpetuò, & tu Domine factus es eorum Deus. Nunc igitur Domine Deus, 37 verbum quod loquutus es ad ſeruum tuum, & ad domum eius, 38 excita in ſeculum, & fac 39 quod loquutus es: Sic enim magnificabitur nomen tuum perpetuò, 40 vt dicatur, Dominus exercituum eſt Deus ſuper Iſraelem: & domus ſerui tui Dauidis firma erit ante faciem tuam. Tu enim Domine exercituum De⁹ Iſrael, reuelaſti auri ſerui tui hæc verba, 41 Domum extruam tibi. [&] ob hanc cauſam ſeruus tuus inuenit 42 corde ſuo, vt oraret ad te iſtam precationem. Nunc ergo Domine Deus, (tu es 43 Deus, & verba tua erunt vera, 44 qui loquutus es ad ſeruum tuum bonum hoc,) 45 Et nunc adijce animum, & benedic domui ſerui tui, vt 46 perpetuò ſit ante faciem tuam, (quoniam tu Domine Deus 47 loquutus es,) & benedictione tua 48 benedicetur domus ſerui tui perpetuò.*

circo magnificatus es Domine Deus, quia non eſt ſimilis
tui, neque eſt Deus extra te, in omnibus quæ audiuimus
23 auribus noſtris. ¶ Quæ eſt autem vt populus tuus Iſrael,
gens in terra, propter quam iuit Deus vt redimeret eam ſi
bi in populum, & poneret ſibi nomen, faceretque eis ma-
gnalia, & horribilia ſuper terram à facie populi tui, quem
24 redemiſti tibi ex AEgypto, "Gentem, & deum eius? ¶ Fir
maſti enim tibi populum tuum Iſrael in populum ſempi-
25 ternum: & tu Domine Deus factus es eis in Deum. ¶ Nũc
ergo Domine Deus verbum quod locutus es ſuper ſeruũ
tuum, & ſuper domum eius, ſuſcita in ſempiternum: & fac
26 ſicut locutus es, ¶ Vt magnificetur nomen tuum vſque
in ſempiternum, atque dicatur, Dominus ˋDeus exerci-
tuum, Deus ſuper Iſrael. & domus ſerui tui Dauid erit ſta
27 bilita coram Domino. ¶ Quia tu Domine exercituum
Deus Iſrael reuelaſti aurem ſerui tui, dicens, Domum ædi
ficabo tibi: propterea inuenit ſeruus tuus cor ſuũ vt oraret
28 te oratione hac. ¶ Nunc ergo Domine Deus, (tu es Deus,
& verba tua erunt vera: locutus es enim ad ſeruum tuum
bona hæc.) Incipe ergo, & benedic domui ſerui tui, vt ſit
in ſempiternum coram te: quia tu Domine Deus locutus
es, *benedictione tua benedicetur domus ſerui tui in ſem
piternum.

D
"Gẽtibus & dijs

Vt promiſsiones ſuas impleat, orat Dauid Dñm.

*&

## SCHOLIA IN CAP. VII.

1 Siue, in regia ſua. 2 id eſt, in tentorio confecto pellibus, quaſi dicat, non decet hominem habitare in domo cedrina, Deum verò in tugurio: cupio igitur extruere domum Domino. 3 id eſt, quicquid in animo verſas. 4 id eſt, vagatus ſum manens in tentorio. 5 vel, caula ouium, quaſi dicat, Licet mihi non ſis ædificaturus templum, tamen non propterea tibi perſuadere debes te à me non amari: nam quod mihi charus ſis, arguunt plurima beneficia quæ à me accepiſti. 6 Hebraiſmus, magnum ſecundum nomen magnorum qui ſunt in terra, id eſt, dedi tibi famam quæ æquaret fama & nomine maximos quoſque 7 inſignem ſcilicet & felicem. 8 apud ſe. 9 commouebitur. vel, agitabitur. 10 tibi facere domum, &c. Facere domum, Hebraica locutione, eſt dare ſobolem & ampliare familiã. quaſi dicat, daturus eſt tibi prolẽ quæ accipiat dignitatem regiam. 11 vel, erigam. 12 id eſt, quã homines patres ſolent caſtigare filios ſuos, hoc eſt humano more, pœna humana & clementi. 13 vel, Miſericordia autem mea, quaſi dicat, interim miſerebor eius. 14 id eſt, vt regnares. 15 id eſt, te viuente & vidente. 16 quaſi dicat, Fideliter Nathan retulit omnia verba Dei ad Dauidem. 17 id eſt, in loco vbi erat arca Domini. Nemini licebat ſedenti orare Deum, præterquam regi. 18 id eſt, familia patris mei. Gratiarum actio Dauidis. exaltat autem Dei beneficia. 19 Hebraiſmus, me adduxeris vſque huc? id eſt, ad tantam dignitatem? 20 nempe quod dederis mihi regnum. 21 Hebraiſmus, & loquutus es etiam de domo ſerui tui in futurum: & hæc eſt lex (vel, conditio) hominis, &c. Dilucidius ſic vertas, niſi etiam loquereris de his quæ euentura ſunt poſteris meis. Aut, niſi etiã pollicereris regnum poſteris meis: quæ lex, ſiue conditio & ſors eſt magni viri & excellentis, hoſt eſt fortis viri præclari & excellentis, nõ hominis vilis & abiecti qualis ego ſum, quaſi dicat, quod locutus es, ſolum decet hominem præclarum & inſignem. 22 quaſi dicat, Plura dicere non poteſt ſeruus tuus, quum tu noueris ſeruum, &c. 23 Vniuerſam amplitudinem hanc, id eſt, dignitatem regiã. 24 id eſt, vt impleres promiſsiones tuas. 25 hoc eſt, pro arbitrio tuo, imo vltro: quoniam ita tibi placuit. 26 Hebraiſmus, ſcire faceres ſeruum tuum, id eſt, vt notam faceres ſeruo tuo eam amplitudinem & dignitatem. 27 id eſt, Propterea quod intelligo mentem tuam. 28 ſubaudi, apud me, id eſt, magnus mihi viſus es. 29 vel, quemadmodum audiueramus alijs narrantibus. 30 Hebraiſmus, Et quis ſimilis populo tuo, (id eſt) ſimilis Iſraeli? gens vna in terra, propter quam iuit Deus vt, &c. 31 id eſt, vt eſſet illi populus. 32 vel, excitaret. vt celebris fieret & glorioſus. 33 ſubaudi, ô Iſraelitæ. 34 propter terram tuam. In Paralipomenis ſubauditur eijciendo Gentes: & ſubſequitur, propter populum tuum. Mutat numerum. 35 (& de) Gentibus, & (de) dijs eius? ſubaudi, AEgypti. Alij, (& percuſsiſti) Gentes & deos earum. Alij, (qui redemiſti, ſiue in libertatem aſſeruiſti tibi ex AEgypto) Gentes (id eſt, Iſraelem, quòd conſtet pluribus tribubus ac familijs,) ac deos earũ, id eſt, viros magnos & primores. Alij, & Deum earũ. i. teipſum, quod videaris affligi quum tui affliguntur. 36 vel, Stabiliſti. 37 id eſt, promiſsionem quam promiſiſti ſeruo tuo. 38 adimple. confirma. 39 Hebraiſmus, ſecundum quod. 40 vel, vt dicant. ſubaudi, poſteri. ita vt dicturi ſint. 41 id eſt, Familiam regiã, quaſi dicat, Dabo tibi regnum perpetuum. 42 cor ſuum (ſubaudi, paratum) ad orandum coram te. 43 ſubaudi, verus. 44 & locutus es, id eſt, feciſti hanc bonam promiſsionem. 45 Nunc inquã velis, & benedic, id eſt, placeat tibi benedicere. 46 id eſt, permaneat, & perpetuò regnum obtineat domus mea. 47 vel, dixiſti. ſubaudi, id futurum: 48 vel, benedicatur.

## CAP. VIII.

*POſt hæc percuſsit Dauid* Paleſthinos, *& 1 ſubegit eos, ademitque Dauid 2* Frænum-frontis *de manu* Paleſthinorum. Percuſsit *quoque* Moabitas, *menſuſque eſt eos fune, 3 proſtrauit eos in terram, & 4 menſus eſt eos duobus funiculis ad interficiendum ſcilicet, & integrum funem ad ſeruandum in vita, factiq́; ſunt* Moabitæ *Dauidi ſerui pendentes vectigal. Adhæc percuſsit Dauid* Hadaræſer *filium* Rehob *regem* Zoba, *quum proficiſceretur vt 5 reduceret potentiã ſuã ad* Euphratẽ. *Cepit autẽ Dauid ex eis mille & ſeptingentos equites, & viginti millia virorũ peditum: adhæc 6 inutiles reddidit Dauid oẽs currus, 7 cẽtum tamen currus ex eis reliquos fecit. Quũque veniſſet 8* Aram *Damaſci, vt opem*

## CAP. VIII.

1 FActũ eſt autẽ poſt hæc percuſsit Dauid Philiſthijm:
& humiliauit eos, & tulit Dauid Frænum-tributi de
2 manu Philiſthijm. ¶ Et percuſsit Moab, & mẽſus eſt
eos funiculo, coæquans terræ: menſus eſt autem duos fu-
niculos, vnum ad occidendum, & vnum ad viuificandum:
3 factuſq́; eſt Moab Dauid ſeruiens ſub tributo. ¶ Et percuſ-
ſit Dauid Adarezer filium Rohob regem Soba, quando
4 profectus eſt vt dominaretur ſuper flumen Euphratẽ. ¶ Et
captis Dauid ex parte eius mille ſeptingentis equitibus,
& viginti millibus peditum, ſubneruauit omnes iu-
5 gales curruum: dereliquit autem ex eis centum cur-
rus. ¶ Venit quoque Syria Damaſci, vt præſidium
ſer-

Dauid vincit Philiſthæos. 1. Paralip. 18. a.

Percutitur Adarezer.

B
Syria Dauidi tributaria.



ferret Adarezer regi Soba: & percuſsit Dauid de Syria vi-
6 ginti duo millia virorum. ¶ Et poſuit Dauid præſidiũ in
Syria Damaſci: factaque eſt Syria Dauid ſeruiens ſub tri-
buto: ſeruauitque Dominus Dauid in omnibus ad quæcũ-
7 que profectus eſt. ¶ Et tulit Dauid arma aurea, quæ ha-
bebãt ſerui Adarezer, & detulit ea in Ieruſalẽ: Et de Bete,
8 ¶ & de Beroth ciuitatibus Adarezer tulit rex Dauid æs
multum nimis, ˋde quo fecit Salomon omnia vaſa ærea in
9 tẽplo: & mare æneũ, & columnas, & altare. ¶ Audiuit au-
tem Thou rex Emath, quòd percuſsiſſet Dauid omne ro-
10 bur Adarezer, ¶ & miſit Thou Ioram filium ſuum ad re-
gem Dauid, vt ſalutaret eũ congratulãs, & gratias ageret:
eo quòd expugnaſſet Adarezer, & percuſsiſſet eũ. Hoſtis
quippe erat Thou Adarezer, & in manu eius erãt vaſa au-
11 rea, & vaſa argentea, & vaſa ærea: ¶ Quæ & ipſa ſanctifi-
cauit rex Dauid Domino cũ argento & auro, quæ ſancti-
12 ficauerat de vniuerſis gẽtibus quas ſubegerat, ¶ De Syria,
& Moab, & filijs Ammon, & Philiſthijm, & Amalec, & de
13 manubijs Adarezer filij Rohob regis Soba. ¶ Fecit quoq́; ſi
bi Dauid nomẽ cũ reuerteretur capta Syria in Valle-ſalina-
rũ, cęſis decẽ & octo millibus: ˋ& in Gebelẽ ad viginti tria
14 millia. ¶ Et poſuit in Idumæa cuſtodes, ſtatuitq́; præſidiũ:
& facta eſt vniuerſa Idumæa ſeruiens Dauid: & ſeruauit
Dominus Dauid in omnibus ad quęcunque profectus eſt.
15 ¶ Et regnauit Dauid ſuper omnem Iſrael: faciebat quo-
16 que Dauid iudicium & iuſtitiã omni populo ſuo. ¶ Ioab
autem filius Saruiæ erat ſuper exercitum: porrò Ioſaphat
17 filius Ahilud, erat à commentarijs: ¶ & Sadoc filius Achi-
tob, & Achimelech filius Abiathar, erant ſacerdotes: &
Saraias, ſcriba: Banaias autem filius Ioiadæ ſuper Cere-
thi & Phelethi: filij autem Dauid, ſacerdotes erant.

Thou rex Emath, petit à Dauide pacẽ.
C

Idumæa ſeruit Dauid.
D

*ferret ipſi* Hadaræſer *regi Zoba, percuſsit Dauid ex Syris viginti duo millia virorum. Et conſtituit Dauid præfectos in Syria Damaſci, factique ſunt Syri ſerui Dauidi, tributaque ei penderunt: & ſeruauit Dominus Dauidem in omnibus [locis] ad quæ profectus eſt. Accepit quoque Dauid clypeos aureos quos habuerant ſerui* Hadaræſer, *& intulit eos Ieroſolyma. De* Betha *autem &* Berothai *ciuitatibus* Hadaræſer, *tulit rex Dauid æs admodum multum. Audiens autem* Thoi *rex* Hemath *quòd Dauid percuſsiſſet omnes copias* Hadaræſer, *Miſit* Thoi *Ioram filium ſuum ad regem Dauidem 9 pro ambienda pace, gratulatumque quòd bello adortus eſſet* Hadaræſer, *quòdque trucidaſſet eum: quoniam* Thoi *hoſtis erat infenſus ipſi* Hadaræſer: *10 erantque in manu eius vaſa argentea, vaſa aurea, & vaſa ænea, Quæ dedicauit Dauid rex Domino, cum auro & argento quod dedicauerat ex omnibus gentibus quas ſubegerat, Nempe de Syris, de Moabitis, de Ammonitis, de* Paleſthinis, *de Amalecitis, & de præda* Hadaræſer *filij* Rehob *regis Zoba. Quumque Dauid reuerteretur, percuſsiſſetque ex Syris decem & octo millia in valle ſalis, 11 illuſtrauit [ſibi] nomen. Conſtituit denique Dauid præfectos in AEdom, per totam AEdom inquam præfectos conſtituit, 12 ita vt omnes AEdomitæ ſerui eſſent Dauidis. & ſeruauit Dominus Dauidem in omnibus [locis] ad quæ proficiſcebatur.* Regnauitque *Dauid ſuper vniuerſum Iſraelem, 13 dicebatque Dauid ius, & adminiſtrabat iuſtitiam vniuerſo populo ſuo. Porrò Ioab filius Zeruia imperator erat exercitus, Ioſaphat autem filius Ahilud 14 erat à commentarijs. Zadoc filius Ahitub, & Ahimelech filius Abiathar, erant ſacerdotes; Seraia 15 ſcriba.* Benaia *filius* Iehoiada *erat ſuper 16 Creti &* Pleti: *& filij Dauidis erant 17 primores.*

## SCHOLIA IN CAP. VIII.

1 humiliauit. 2 Hebraiſmus, Metheg-amma. Eſt nomen vrbis aut regionis, ita dictæ à fręno riui, id eſt, aquæductu. Chaldæus paraphraſtes, inſtauratio aquæductus. In Paralipomenis, dicitur Gath & oppida eius. Frænum riui dicitur ab Hebræis aquæductus. nam per canalem ducimus aquam quo volumus, vt fræno equum. 3 proſtratos. vel, coæquando eos terræ, quaſi dicat, Subiugauit Moabitas, & menſurauit eos fune, hoc eſt, eos menſura certiſsima, numeroque certiſsimo, & eo numero quo voluit interfecit, & veluti ad funiculum exegit eos quos interficere voluit. 4 quaſi dicat, duas partes interfecit: tertiæ parti pepercit. 5 produceret terminum ſuum, id eſt, vt inſtauraret imperium ſuum in flumine Euphrate, ſiue vt vendicaret ſibi regionem adiacentem Euphrati quam antea ceperat. 6 ſubneruauit, id eſt, fregit crura omnibus equis curruum, hoc eſt eam cruris partem quæ eſt neruoſa, ne eſſent tam celeres & apti ad bellum, non autem vt ne omnino graderentur. 7 id eſt, quadringentos equos. 8 id eſt, Syria in qua eſt Damaſcus, hoc eſt habitantes in Syria. 9 Hebraiſmus, vt ſalutaret eum pacifice, & benediceret ei quod, &c. id eſt, vt ſalutem illi diceret, & congratularetur ei, vel offerret munera ampliſsima propterea quod, &c. 10 id eſt, ferebat ipſe Ioram ſecum, &c. 11 vel, comparauit (ſibi) famam. 12 & fuerunt omnes Idumæi ſerui. 13 Hebraiſmus, faciebatque Dauid iudicium & iuſtitiam, id eſt, ius ſuum vnicuique reddebat, neque quenquam lædebat. Iudicium ad eos inter quos lis erat, refertur: iuſtitia verò æquitatem & beneuolentiam erga omnes ſignificat. Vel, fuit ſeuerus in quos oportuit, & in quos oportuit miſericors. 14 id eſt, ſcribebat res geſtas. 15 id eſt, ſcribebat leges. 16 Duæ cognationes quæ nunquam recedebant ab aula Dauidis. illis enim erat commiſſa cura corporis regij. Quidam dicunt Cerethæos fuiſſe ſagittarios. Phelethęos autem, fundibularios. 17 vel, principes & magnates, ſiue aulæ primarij.

## CAP. IX.

1 ET dixit Dauid, Putaſne eſt aliquis qui remãſerit de
domo Saul, vt faciam cum eo miſericordiã propter
2 Ionathan? ¶ Erat autem ˋDauid de domo Saul,
ſeruus, nomine Siba: quem cùm vocaſſet rex ad ſe, dixit
ei, Tune es Siba? & ille reſpondit, Ego ſum ſeruus tuus.
3 ¶ Et ait rex, Nunquid ſupereſt aliquis de domo Saul, vt
faciam cum eo miſericordiam Dei? Dixitque Siba regi,
4 Supereſt filius Ionathę, debilis pedibus. ¶ Vbi, inquit, eſt?
Et Siba ad regem, Ecce, ait, in domo eſt Machir filij Am-
5 miel in Lo-dabar. ¶ Miſit ergo rex Dauid, & tulit eum
6 de domo Machir filij Ammiel de Lo-dabar. ¶ Cum autẽ
veniſſet Miphiboſeth filius Ionathæ filij Saul ad Dauid,
corruit in faciẽ ſuã, & adorauit. Dixitq́; Dauid, Miphibo-
7 ſeth? qui reſpondit, Adſum ſeruus tuus. ¶ Et ait ei Dauid,
Ne timeas, quia faciẽs faciã in te miſericordiã propter Io
nathã patrẽ tuum, & reſtituã tibi omnes agros Saul patris

Sibba ſeruus Saul.

B

Dauid Miphiboſeth filio Ionathę omnes Saulis agros reſtituit.

*DIxit autem Dauid, Eſtne quiſpiam adhuc reliquus de domo Saulis, vt benefaciam illi propter* Ionathã? *Erat verò in domo Saulis ſeruus quidã, cuius nomẽ Ziba: quem quũ vocaſſent ad Dauidem, ait rex ad eũ,* Tune *es Ziba? qui ait, 1 Seruus tuus. Et dixit rex,* Nemone *amplius reliqu⁹ eſt ex domo Saulis, cui exhibeam 2 beneficentiã Dei? dixitque Ziba ad regem,* Reſtat *adhuc filius* Ionathan, *claudus pedibus. Dixit ergo ad eũ rex,* Vbi *verò is eſt? Dixit Ziba ad regẽ, En eſt ĩ domo* Machir *filij* Ammiel *de* Lode-bar. *Miſit itaq́; rex Dauid, & tulit eum de domo* Machir *filij* Ammiel *de* Lo-debar. *Veniens autẽ* Mephiboſeth *filius* Ionathan *filij Saulis ad Dauidem, procidit in faciem ſuam incuruatus. Et ait Dauid, Mephiboſeth? qui reſpondit,* En *præſto ſum ſeruus tuus. Ait ad eum Dauid,* Ne *metuas omnino enim benefaciam tibi propter* Ionathan *patrem tuum, reſtituamque tibi 3 cunctos agros Saulis 4 patris*

*tui,*

*tui, tuque 5 comedes panem ad menſam meam perpetuò. Et reuerenter ſe inclinãs, dixit, 6 Quis eſt ſeruus tuus, quòd reſpicis ad canem mortuum, qualis ego ſum? Vocauit itaque rex Zibam ſeruum Saulis, & dixit ad eum, Quæcunque Saulis fuerunt, totiuſq; domus eius, tradidi 7 filio domini tui. Coles igitur fundum illius, tu, filij tui, & ſerui tui, 8 colligeſq; [prouentus,] vt cedant 9 filio domini tui in cibum de quo edat: cæterũ Mephiboſeth filius domini tui perpetuò edet panem in menſa mea. erant autem ipſi Ziba quindecim filij, & viginti ſerui. Aitque Ziba ad regẽ, Iuxta omnia quæ 10 præceperit dominus meus rex ſeruo ſuo, ſic faciet ſeruus tuus. 11 [Dixit rex,] Mephiboſeth edet in mẽſa mea, quemadmodum [quiſpiã] ex filijs regis. Habebat inſuper Mephiboſeth filium paruum nomine Micha: quidquid verò habitabat in domo Ziba, mancipatum erat ſeruitio Mephiboſeth. Porrò Mephiboſeth habitabat in Ieruſalem, quoniã comedebat iugiter ſuper menſam regis, & erat claudus vtroque pede.*

8 tui, & tu comedes panem in menſa mea ſemper. ♀ Qui C
adorans eum, dixit, Quis ego ſum ſeruus tuus, quoniam
9 reſpexiſti ſuper canem mortuum ſimilem mei? ♀ Vocauit itaque rex Sibam puerum Saul, & dixit ei, Omnia
quæcunque fuerunt Saul, & vniuerſam domum eius,
10 dedi filio domini tui. ♀ Operare igitur ei terram tu, & filij
tui, & ſerui tui: & inferes filio domini tui cibos, vt alatur:
Miphiboſeth autem filius domini tui comedet ſemper pa
nem ſuper menſam meam. Erant autem Sibæ quindecim D
11 filij, & viginti ſerui. ♀ Dixitque Siba ad regem, Sicut
iuſsiſti domine mi rex ſeruo tuo, ſic faciet ſeruus tuus:
& Miphiboſeth comedet ſuper menſam meam quaſi
12 vnus de filijs regis. ♀ Habebat autem Miphiboſeth
filium paruulum nomine Micha: omnis verò cognatio Micha.
13 domus Sibæ ſeruiebat Miphiboſeth. ♀ Porrò Miphiboſeth habitabat in Ieruſalem: quia de menſa regis iugiter
veſcebatur: & erat claudus vtroque pede.

## SCHOLIA IN CAP. IX.

1 ſubaudi, ſum, quaſi dicat, ſum Siba, ſeruus tuus. 2 miſericordiam Dei? id eſt, beneficium optimum & maximum, & quod erit Deo gratum? 3 Chaldæus paraphraſtes, vniuerſam poſſeſsionem. Ea erat fiſco addicta propter rebellionem Iſ-boſeth. 4 id eſt, aui. 5 id eſt, eris mihi aſsiduus conuiua. 6 Quid, &c. quaſi dicat, Non ſum tanti vt fiam tuus conuiua. 7 id eſt, nepoti. 8 Hebraiſmus, infereſque. ſubaudi, in horrea prouentum terræ. 9 id eſt, nepoti. hoc eſt, eo prouentu aletur Miphiboſeth. 10 vel, præcepit. 11 Hebraiſmus, Et (id eſt, Quãquam) Miphiboſeth edere ſoleret de menſa mea tanquam vnus ex, &c. quaſi dicat, Quãuis hactenus aluerim regio more Miphiboſeth.

## CAP. X.

*Contigit poſt hæc vt moreretur rex Ammonitarum, regnauitque Hanõ filius eius pro eo, aitque Dauid, 1 Beneficentia proſequar Hanonem filium Nahas, quemadmodum pater eius me proſequutus eſt beneficentia. Miſit itaque Dauid 2 legatos ſuos, vt conſolarentur [eum] propter [mortem] patris ſui. Venerunt itaque legati Dauidis in regionem Ammonitarum. Dixerunt ergo principes Ammonitarum ad Hanonem herum ſuum, Num Dauid 3 conſolatores ad te miſit, vt patrem tuum honoret coram te? annõ magis miſit Dauid ſeruos ſuos ad te in hoc vt exploret atque perſcrutetur vrbem, ſubuertatque eam? Tulit itaque Hanon ſeruos Dauidis, raſitque partem 4 quandam barbæ eorum, & præſcidit indumenta eorum 5 partim ad nates eorum vſque, & amandauit eos. Quod quum nũtiaſſent Dauidi, miſit obuiam eis (erant enim viri illi magna ignominia affecti:) dixitque rex, Manete in Iericho, donec repullulet barba veſtra, tum reuertimini. Animaduertentes autem Ammonitæ 6 inuiſos ſe eſſe Dauidi, miſerunt ijdem Ammonitæ, & mercede conduxerunt Syros de 7 domo Rehob & Syros Zoba viginti millia peditum, & à rege Maacha mille viros, & ab 8 Iſ-tob duodecim millia virorum. Quod quum audiſſet Dauid, miſit Ioab & vniuerſum exercitum ſtrenuorum bellatorum. Egreſſi autem Ammonitæ, aciem inſtruxerunt ad oſtium portæ, erantque Syri de Zoba & Rehob, & Iſ-tob, & Maacha ſeorſim in campo. Videns autem Ioab prælium & à fronte & à tergo ſibi imminere, delegit 9 ex omni iuuentute quæ erat in Iſraele, & inſtruxit [aciem] contra Syros, Reliquum verò populum tradidit ſub manum Abiſai fratris ſui, 10 eumque inſtruxit contra Ammonitas, aitque, Si fuerint Syri me 11 validiores, opem mihi feres: ſin filij Ammon tibi præualuerint, adero ego tibi auxilium laturus. Sis ergo fortis, quin & nos 12 fortes ſimus pro populo noſtro, & pro ciuitatibus Dei noſtri: cæterum Dominus 13 faciat quod ſibi bonum videatur. Acceſſit itaque Ioab & populus quem ſecum habebat, vt manum conſereret cum Syris, illi autem conſpecto eo fugerunt. Porrò Ammonitæ videntes quòd Syri fugiſſent, fugerũt & ipſi à facie Abiſai, veneruntq; in ciuitatẽ. Reuerſus ergo Ioab à filijs Ammon, venit Ieroſolyma. Et vidẽtes Syri ſeſe corã Iſraelitis corruiſſe, rurſus collecti ſunt.*

## CAP. X.

1 FActũ eſt autẽ poſt hæc, vt moreretur rex filiorum
2 Ammõ, & regnauit Hanõ filius eius pro eo. ♀ dixitq;
Dauid, Faciã miſericordiã cũ Hannõ filio Naas, ſicut
fecit pater eius mecũ miſericordiã. Miſit ergo Dauid cõ-
ſolans eũ per ſeruos ſuos ſuper patris interitu. Cũ autem
3 veniſſent ſerui Dauid, in terrã filiorum Ammon, ♀ dixe-
runt principes filiorũ Ammõ ad Hanon dominum ſuum,
Putas quòd propter honorẽ patris tui miſerit Dauid ad
te conſolatores, & non ideo vt te inueſtigaret, & explo-
raret ciuitatem, & euerteret eam, miſit Dauid ſeruos ſuos
4 ad te? ♀ Tulit itaque Hanõ ſeruos Dauid, raſitque dimi-
diã partem barbæ eorum, & præſcidit veſtes eorũ medias
5 vſque ad nates, & dimiſit eos. ♀ Quod cũ nuntiatũ eſſet B
Dauid, miſit in occurſum eorũ: (erant enim viri confuſi
turpiter valde,) & mãdauit eis Dauid, Manete in Iericho,
6 donec creſcat barba veſtra, & tũc reuertimini. ♀ Vidẽtes
autẽ filij Ammõ, quòd iniuriã feciſſent Dauid, miſerunt,
& conduxerũt mercede Syrum Rohob, & Syrũ Soba, vi-
ginti millia peditũ, & à rege Maacha mille viros, & ab Iſ-
7 tob decẽ millia virorum. ♀ Quod cũ audiſſet Dauid, mi-
8 ſit Ioab & omnem exercitũ bellatorũ. ♀ Egreſsi ſunt ergo
filij Ammõ, & direxerũt aciem ante ipſum introitũ portę:
Syrus autẽ Soba, & Rohob, & Iſ-tob, & Maacha ſeorſum
9 erant in cãpo. ♀ Videns igitur Ioab quòd preparatũ eſſet
aduerſum ſe prælium, & ex aduerſo & poſt tergum, elegit
ſibi ex omnibus electis Iſrael, & inſtruxit aciẽ cõtra Sy-
10 rum: ♀ Reliquam autẽ partem populi tradidit Abiſai fratri C
11 ſuo, qui direxit aciem aduerſus filios Ammon. ♀ &
ait Ioab, Si præualuerint aduerſum me Syri, eris mihi
in adiutorium: ſi autem filij Ammon præualuerint ad-
12 uerſum te, auxiliabor tibi. ♀ Eſto vir fortis, & pu-
gnemus pro populo noſtro, & ciuitate Dei noſtri: Do-
minus autem faciet quod bonum eſt in conſpectu ſuo.
13 ♀ Inijt itaque Ioab & populus qui erat cum eo, cer-
tamen contra Syros: qui ſtatim fugerunt à facie eius.
14 ♀ Filij autem Ammon videntes quia fugiſſent Syri, fu-
gerunt & ipſi à facie Abiſai, & ingreſsi ſunt ciuitatem:
reuerſuſque eſt Ioab à filijs Ammon, & venit Ieruſalem.
15 ♀ Vidẽtes igitur filij Ammon quoniã Syrus expauit, &
quoniã corruiſſent coram Iſrael, congregati ſunt pariter.
♀ Miſitq;

Mittit Dauid ſeruos ad conſolãdum Hanon. 1. Para. 19. a. Miſericordia. Conſolari. Ignominia affecti remittuntur.

Ammonitæ cũ Syris congregãtur in prœliũ cõtra Dauidem, quos debellat Dauid. duodecim

Vidẽtes igitur Syri quoniam corruiſſent. D



♀ Miſitq; Adarezer, & eduxit Syros qui erant trans Flu- 16
uium, & adduxit eorum exercitũ: Sobach autem magiſter
militiæ Adarezer, erat princeps eorũ. ♀ Quod cũ nuntiatũ 17
eſſet Dauid, contraxit omnẽ Iſraelẽ, & trãſiuit Iordanem,
venitq; in Helã: & direxerũt aciẽ Syri ex aduerſo Dauid,
& pugnauerũt cõtra Iſrael. ♀ Fugerũtq; Syri à facie Iſrael, 18
& occidit Dauid de Syris ſeptingẽtos currus, & quadragin
ta millia equitũ: & Sobach principẽ militiæ percuſsit, qui
ſtatim mortuus eſt. ♀ Vidẽtes autẽ vniuerſi reges qui erant 19
in præſidio Adarezer, ſe victos eſſe ab Iſrael, expauerunt
& fugerunt quinquaginta & octo millia coram Iſrael. &
fecerunt pacem cum Iſrael: & ſeruierunt eis, timue-
runtque Syri auxilium præbere* filijs Ammon.

Sobach princeps exercitus Adarezer, occiditur cum exercitu.

tum.

Syri ſeruiunt Dauidi.

*vltra

*Mittenſque Hadaræſer, 14 eduxit Syros qui erant trans 15 fluuiũ, & venerunt 16 cum copijs ſuis, præcedente eos Sobach, qui erat imperator exercitus Hadaræſer. Hoc quum nuntiatum eſſet Dauidi, congregauit vniuerſum Iſraelem, & traiecto Iordane venit in Helam: Syri autem inſtruentes aciem aduerſus Dauidem, pugnam inierunt cum eo. Syrus autem fugit coram Iſraele, percuſsitque Dauid ex Syris ſeptingentos 17 currus, & quadraginta millia equitum, ipſum quoque Sobach imperatorem exercitus illius percuſsit, qui & ibi mortuus eſt. Videntes autem 18 vniuerſi reges, ſerui ſcilicet Hadaræſer, quòd corruiſſent coram Iſraele, pace inita cum Iſraelitis, ſeruierunt eis, veritique ſunt Syri opem ferre amplius Ammonitis.*

## SCHOLIA IN CAP. X.

1 Hebraiſmus, Faciam miſericordiam cum Hanon filio Nahas, quemadmodum pater eius fecit mecum miſericordiam, id eſt, Benigne agam cum Hanone filio Nahas, ſicut benigne egit pater eius mecum, tunc quum ſeruauit vnum ex fratribus meis, eo tempore quo rex Moab occidebat parentes meos & fratres. Ita Hebræi. 2 Hebraiſmus, ſeruos. 3 honore afficit patrem tuum in oculis tuis, quia miſit ad te conſolatores? id eſt, Putas quòd honore affecerit Dauid patrem tuum, quum miſit, &c. in oculis tuis: id eſt tua ſententia. 4 mediam. 5 in medio. 6 Hebraiſmus, quòd fœtidi eſſent in (naribus) Dauidis, id eſt, quòd rem plane ingratam Dauidi admiſiſſent. 7 Beth-rhob & de Aram-ſoba. 8 Iſ-tob, ea eſt regio quæ Tob dicitur vnde accerſitus Iephte. 9 ex omnibus electis qui erant. 10 inſtruxitque (aciem) in occurſum Ammonitarum, id eſt, vt pugnaret contra Ammonitas. 11 ſuperiores. 12 pugnemus fortiter. 13 .q.d. det victoriã cui volet. 14 .i. accerſiuit ad ſe. 15 Nomine fluminis in Scriptura ĩtelligitur Euphrates. 16 in Helã. 17 .i. milites qui illis curribus vehebãtur. 18 ſiue, omnes reguli: qui ſcilicet fauebant ipſi Hadaræſer.

## CAP. XI.

FActum eſt autem vertente anno, eo tempore quo 1
ſolent reges ad bella procedere, miſit Dauid Ioab,
& ſeruos ſuos cum eo, & vniuerſum Iſrael, & vaſta-
uerunt filios Ammon, & obſederunt Rabba: Dauid autẽ
remanſit in Ieruſalẽ. ♀ Dum hæc agerentur, accidit qua- 2
dam die vt ſurgeret Dauid de ſtratu ſuo poſt meridiem, &
deambularet in ſolario domus regiæ: viditque mulierem
ſe lauantẽ, ex aduerſo, ſuper ſolarium ſuũ: erat autem mu-
lier pulchra valde. ♀ Miſit ergo rex, & requiſiuit quę eſ- 3
ſet mulier. Nuntiatumque eſt ei quòd ipſa eſſet Beth-ſa-
bee filia Eliam, vxor Vriæ Hethæi. ♀ Miſsis itaque Dauid 4
nuntijs tulit eam: quæ cũ ingreſſa eſſet ad illum, dormiuit
cũ ea: ſtatimq; ſanctificata eſt ab immunditia ſua: ♀ & re- 5
uerſa eſt in domum ſuam Concepto fœtu: mittenſq; nun-
tiauit Dauid, & ait, Concepi. ♀ Miſit autẽ Dauid ad Ioab, 6
dicens, Mitte ad me Vriam Hethæum. Miſitq; Ioab Vriã
ad Dauid. ♀ Et venit Vrias ad Dauid, quęſiuitque Dauid 7
quàm recte ageret Ioab, & populus, & quomodo admini-
ſtraretur bellũ. ♀ Et dixit Dauid ad Vriam, Vade in do- 8
mũ tuã, & laua pedes tuos. Et egreſſus eſt Vrias de domo
regis, ſecutuſq; eſt eum cibus regius. ♀ Dormiuit autem 9
Vrias ante portã domus regiæ, cũ alijs ſeruis domini ſui,
& non deſcendit ad domum ſuã. ♀ Nuntiatũq; eſt Dauid 10
à dicentibus, Non iuit Vrias in domum ſuã. & ait Dauid
ad Vriam, Nunquid non de via veniſti? quare non deſcẽ-
diſti in domum tuã? ♀ Et ait Vrias ad Dauid, Arca Dei & 11
Iſrael, & Iuda habitant in papilionibus, & dominus meus
Ioab, & ſerui domini mei ſuper faciem terræ manent: &
ego ingrediar domũ meam, vt comedam & bibã, & dor-
miam cũ vxore mea? per ſalutem tuã, & per ſalutẽ animę
tuæ non faciam rẽ hanc. ♀ Ait ergo Dauid ad Vriã, Mane 12
hîc etiam hodie, & cras dimittam te. manſit* Vrias in Ie-
ruſalem in die illa & altera. ♀ Et vocauit eũ Dauid vt co- 13
mederet corã ſe & biberet, & inebriauit eũ. Qui egreſſus
veſpere, dormiuit in ſtratu ſuo cũ ſeruis domini ſui, & in
domum ſuã non deſcendit. ♀ Factum eſt ergo mane, & 14
ſcripſit Dauid epiſtolã ad Ioab: miſitq; per manũ Vriæ,
♀ ſcribẽs in epiſtola, Ponite Vriã ex aduerſo belli, vbi for- 15
tiſsimũ eſt pręliũ: & derelinquite eũ, vt percuſſus intereat.
♀ Igitur cum Ioab obſideret vrbẽ, poſuit Vriam in loco 16

ergo, Rabba obſidetur. 1. par. 20. a.

Dauidis adulterium cũ Bethſabee.

Vriam ab exercitu reuocat Dauid, vt cum vxore dormiat, & celetur adulteriũ eius. B

autem

C Vrias perfert literas ſuæ mortis.

Ioab impius timet perdere principis gratiam.

## CAP. XI.

*FActum eſt autẽ 1 anno reuertente, ſub id tempus quo ſolent reges 2 egredi, vt mitteret Dauid Ioab atque ſeruos ſuos cum eo, quin & vniuerſum Iſraelem, 3 vt vaſtarent Ammonitas, oppugnarentq; Rabba: Dauid verò remãſit in Ieruſalẽ. Cõtigit autẽ ſub tẽpus veſpertinũ vt ſurgeret Dauid 4 de lecto ſuo, deambularetq; ſuper 5 tectũ domus regiæ, & 6 videret de tecto mulierem quandã 7 lauantem ſe; quæ forma erat ſupra modum venuſta. Et miſit Dauid, ſciſcitãs 8 de muliere illa, 9 dicens, Eſtne hæc Bath-ſaba filia Elihã, vxor Vriæ 10 Hithæi? Et miſsis nũtijs Dauid, tulit eã: quæ quũ ingreſſa eſſet ad eũ, dormiuit ille cũ ea: ipſa autem 11 ſanctificauerat ſe ab immũditia ſua, reuerſaque eſt in domum ſuam. 12 Hæc mulier concepit, & mittens indicauit [hoc] Dauidi hiſce verbis, Grauida facta ſum. Et miſit Dauid ad Ioab [hiſce mãdatis,] Mitte ad me Vriã Hithæum. miſit itaque Ioab Vriam ad Dauidem. Veniẽs autem Vrias ad eum, interrogauit eum Dauid 13 quomodo valeret Ioab populuſq;, & nũ recte haberet bellum. Et ait Dauid ad Vriam, Deſcẽde in domũ tuam, & laua pedes tuos. Egreſſo autem Vria de domo regis, ſequutum eſt eum 14 donũ regis. Dormiuitque Vrias iuxta oſtiũ domus regiæ, [cum] omnibus ſeruis domini ſui, neque deſcendit in domum ſuam. Hoc quum nuntiaſſent Dauidi, dicentes, Vrias non deſcendit in domum ſuam: ait Dauid ad Vriam, 15 Annon ex itinere veniſti? cur ergo non deſcendiſti in domũ tuã? Reſpondit Vrias Dauidi, Arca & Iſrael, & Iehuda ſunt ſub tẽtorijs, & dominus meus Ioab atque ſerui domini mei [iacent] in ſuperficie campi, & ego ingrediar domum meam, vt comedam & bibam, atque dormiã cum vxore mea? 16 per vitã tuã, & per vitã animæ meæ, rem iſtam non faciam. Et ait Dauid ad Vriam, Mane hîc etiam hunc diem, cras amandabo te. & manſit Vrias in Ieruſalem eodem die & craſtino. Et quum 17 vocaſſet eum Dauid, comedit coram eo, & bibit, 18 inebriauitque eum. Et egreſſus eſt veſpere vt dormiret in ſtrato ſuo cũ ſeruis domini ſui, domũ verò ſuam non deſcendit. Mane facto, ſcripſit Dauid epiſtolam ad Ioab, quam miſit per manum Vriæ. Scripſit autem in epiſtola huiuſmodi verba, Conſtituite Vriam è regione imminentis 19 validæ pugnæ, voſque recedite 20 poſt eũ, vt trucidetur, & moriatur. Factum ergo eſt, quum Ioab 21 obſeruaret ciuitatẽ, 22 vt poneret Vriã in eum locum*

vbi

*vbi 23 perſuaſum haberet viros eſſe fortiſsimos. Egreſsi ergo ciues illius vrbis, pugnauerunt cũ Ioab, cecideruntque [aliquot] de populo, [id eſt] de ſeruis Dauidis: mortuus eſt etiam Vrias Hithæus. Et mittens Ioab nuntiauit Dauidi de omnibus negotijs belli, Præcipiens nuntio dicens, Quum ceſſaueris loqui ad regem de cunctis negotijs belli, 24 Si contingat regem vehementi ira commoueri, dixeritque tibi, Cur pugnando tam prope ad vrbem acceſsiſtis? annon exploratum habuiſtis iaculaturos eos è muro? Quis 25 ferijt Abimelech filium Ierubeſeth? annon mulier deiecit fragmentum 26 lapidis molaris è muro, & 27 interibat in Thebez? Cur acceſsiſtis ad murum? tum dices, Etiam ſeruus tuus Vrias Hithæus mortuus eſt. Abijt ergo nuntius, & veniens nuntiauit Dauidi omnia, propter quæ illum miſerat Ioab. Et dixit nuntius ad Dauidem, 28 Vehementi impreſsione in nos irruerunt hoſtes, egreſsi ad nos in campum, nos verò illos [inſequuti] ſumus vſque ad fores portarum, Et 29 deiecerunt iaculatores in ſeruos tuos è muro, mortuique ſunt aliquot de ſeruis regis, mortuuſque eſt ſeruus tuus Vrias Hithæus. Et ait Dauid ad nuntium, Sic dices ad Ioab, 30 Ne tibi diſpliceat hæc res, ſic enim, & ſic 31 deuorat gladius, 32 intende bellum tuum contra vrbem, vt eam ſubruas, & corrobora 33 eum. Audiens autem vxor Vriæ quòd mortuus eſſet Vrias maritus eius, luxit maritum ſuum. Quumque luctus tranſijſſet, miſit Dauid, 34 tranſtulitque eam in domum ſuam, factaque eſt ei vxor, & peperit ei filium. at hæc res quam 35 deſignauit Dauid, diſplicuit Domino.*

17 vbi ſciebat viros eſſe fortiſsimos. ♀ Egreſsique viri
de ciuitate, bellabant aduerſum Ioab, & ceciderunt
de populo ſeruorum Dauid, & mortuus eſt etiam Vrias
18 Hethæus. ♀ Miſit itaque Ioab, & nuntiauit Dauid om-
19 nia verba prælij, ♀ præcepitque nuntio, dicens, Cum
20 compleueris vniuerſos ſermones belli ad regem, ♀ Si eum
videris indignari, & dixerit, Quare acceſsiſtis ad murum,
vt præliaremini? an ignorabatis quòd multa deſuper
21 ex muro tela mittantur? ♀ Quis percuſsit Abimelech
filium "Ierobaal? nonne mulier miſit ſuper eum fragmen
molæ de muro, & interfecit eum in Thebes? Quare
iuxta murum acceſsiſtis? dices, Etiam ſeruus tuus Vrias
22 Hethæus occubuit. ♀ Abijt ergo nuntius, & venit, &
23 narrauit Dauid omnia quæ ei præceperat Ioab. ♀ Et di-
xit nuntius ad Dauid, Præualuerunt aduerſum nos viri,
& egreſsi ſunt ad nos in agrum: nos autem facto impetu
24 perſecuti eos ſumus vſque ad portã ciuitatis. ♀ Et direxe-
rũt iacula ſagittarij ad ſeruos tuos ex muro deſuper: mor-
tuique ſunt de ſeruis regis, quinetiam ſeruus tuus Vrias
25 Hethæus mortuus eſt. ♀ Et dixit Dauid ad nuntium,
Hæc dices Ioab, Non te frangat iſta res: varius enim
euentus eſt belli, & nunc hunc, & nunc illum conſumit
gladius: cõforta bellatores tuos aduerſus vrbẽ, vt deſtruas
26 eam, & exhortare eos. ♀ Audiuit autem vxor Vriæ quòd
27 mortuus eſſet Vrias vir ſuus, & planxit eum. ♀ Tranſa-
ctoque luctu miſit Dauid, & introduxit eam in domum
ſuam, & facta eſt ei vxor, peperitque ei filium: & diſpli-
cuit verbum hoc quod fecerat Dauid, coram Domino.

Mors Vriæ. Nuntius Ioab nuntiat Dauidi mortem Vriæ.

Iudic.9.g. "Ierobeſeth.

D

## SCHOLIA IN CAP. XI.

1 id eſt, ſequente anno. 2 ſubaudi, ad bellum, id eſt, tempore æſtiuo. 3 & vaſtarunt Ammonitas, & obſederunt. 4 poſtquam ſcilicet ſomnum meridianum ſiue pomeridianum dormierat, vt dicitur ſupra de Iſ boſeth. 5 Tecta Terræ-ſanctæ plana ſunt, vt ex Deuteronomio videmus, cap. xxij.b. vbi legimus, tectum domus muro eſſe muniendum, nequis decideret. 6 Per feneſtram nempe domus in qua lauabat ſe mulier. 7 ſubaudi ſeptimo die immunditiæ ſuæ. Leuitici 15. id eſt, domi ſuæ lauacro purgantem immunditiam menſtruorum. 8 quænam ea eſſet ſcilicet. 9 & dixit quidam. cui ſcilicet commiſſa erat ea prouincia. 10 Hethæum dicit aut habitatione: aut genere, ſed qui poſtea fuiſſet conuerſus ad fidem Iſraeliticam. 11 purgauerat ſe. ſubaudi, à pollutione menſium, quaſi dicat, commiſit tantum adulterium, non autem peccauit quod rem habuerit cum muliere immunda: iam enim ſe purgarat. quod peccatum fuiſſet duplex. 12 vel, Quę cum ſentiret ſe concepiſſe, miſſo nuntio indicauit (rem,) &c. Hoc curabat, ne lapidaretur. 13 Hebraiſmus, de ſalute Ioab, & ſalute populi, & ſalute (virorum) belli, id eſt, militum. 14 ferculum regium. Chaldæus paraphraſtes, cibus. 15 quaſi dicat, Quum ſis fatigatus ex itinere, debebas deſcendere in domum tuam. 16 quaſi dicat, iuro ego per ſalutem tuam & ſalutem animæ tuæ me optare vt diſpeream, ſi id fecero. Per ſalutem tuam, id eſt, per authorem ſalutis tuæ. Vel, quàm verum eſt me optare tibi vitam præſentem & futuram, &c. 17 inuitaſſet. ſubaudi, ad cœnam. 18 vt vel, ea nocte peteret domum ſuam ſcilicet. 19 prælij acerrimi, id eſt, Obijcite militibus fortiſsime pugnantibus. 20 à tergo eius. 21 Chaldæus paraphraſtes, obſideret. 22 poſuit. 23 ſciebat. 24 Si cœperit iraſci rex. 25 interfecit. 26 molæ ſuperioris. 27 mortuus eſt. 28 Præualuerunt aduerſum nos viri. 29 iaculati ſunt. 30 id eſt, Ne hoc tibi ſit moleſtum. Ne ægre feras. 31 abſumere ſolet, quaſi dicat, varius eſt belli euentus, vt ij nunc cædantur, nũc alij 32 fortifica (vel, robora) milites tuos, id eſt, iube eos eſſe bono animo. 33 nempe Ioab, verbis tuis. 34 vel, introduxitque. aut, recepitque. 35 vel, fecerat.

## CAP. XII.

*Miſit autem Dominus Nathan ad Dauidem: qui veniens ad eum, dixit ei, Erant duo viri in ciuitate eadem, alter diues, alter autem pauper. Diues habebat oues & boues admodum multos. Pauper verò nihil habebat omnino, præter vnicam ouiculam, quam emerat, quamque nutrierat, adoleueratque hæc 1 cum eo, ſimulque cum liberis ſuis: 2 comedit de 3 buccella eius, & de poculo eius 4 bibit, ſed & dormiebat in gremio eius, 5 eratque ei inſtar filiæ. Quumque veniret 6 quiſpiam iter faciens ad virum diuitem, 7 pepercit ille ouibus & bobus ſuis, ne caperet de his ad mactandum peregre venienti ad ſe, quin rapuit ouiculam viri illius pauperis, & præparauit eam viro qui peregre venerat ad ſe. 8 Exæſtuauit autem naſus Dauidis vehementer aduerſus hunc virum, & dixit ad Nathan, Viuit Dominus, is qui hoc deſignauit morte dignus eſt, 9 Reddatque ouiculam quadruplo, quòd hanc tantam rem deſignauit, quodque non abſtinuit. Dixit autem Nathan ad Dauidem, Tu es vir ille: ſic dixit Dominus Deus Iſraelis, Ego vnxeram te regem ſuper*

1 Miſit ergo Dominus Nathan ad Dauid: qui
cum veniſſet ad eum, dixit ei, "Reſponde
mihi iudicium, Duo viri erant in ciuitate vna,
2 vnus diues, & alter pauper. ♀ Diues habebat oues & bo-
3 ues plurimos valde. ♀ Pauper autem nihil habebat omni-
no, præter ouem vnam paruulam quam emerat & nutrie-
rat, & quæ creuerat apud eũ cum filijs eius ſimul, de pane
illius comedens, & de calice eius bibens, & in ſinu illius
4 dormiens. eratque illi ſicut filia. ♀ Cum autem peregri-
nus quidam veniſſet ad diuitẽ, parcens ille ſumere de oui-
bus & de bobus ſuis, vt exhiberet conuiuiũ peregrino illi
qui venerat ad ſe, tulit ouẽ viri pauperis, & præparauit ci-
5 bos homini qui venerat ad ſe. ♀ Iratus autẽ indignatione B
Dauid aduerſus hominem illum nimis, dixit ad Nathan,
Viuit Dominus, quoniam filius mortis eſt vir qui fe-
6 cit hoc. ♀ Ouem reddet in quadruplum, eo quòd fe-
7 cerit verbum iſtud, & non pepercerit. ♀ Dixit autem
Nathan ad Dauid, Tu es ille vir "qui feciſti hanc rẽ. Hęc
dixit Dominus Deus Iſrael, Ego vnxi te in regem ſuper
Iſrael,

Propoſita ſimilitudine pauperis & diuitis, Nathã à Dauide extorquet ſententiam aduerſus ipſum.

Exod.22.a.

Lex.



Iſrael, & ego erui te de manu Saul, ♀ Et dedi tibi do- 8
mum domini tui, & vxores domini tui in ſinu tuo, de-
dique tibi domum Iſrael & Iuda: & ſi parua ſunt iſta,
adijciam tibi multo maiora. ♀ Quare ergo contempſiſti 9
verbum domini vt faceres malum in conſpectu meo?
Vriam Hethæum percuſsiſti gladio, & vxorem illius
accepiſti in vxorem tibi, & interfeciſti eum gladio filio-
rum Ammon. ♀ Quam ob rem non recedet gladius de 10
domo tua vſque in ſempiternum, eo quòd deſpexeris
me, & tuleris vxorem Vriæ Hethæi, vt eſſet vxor tua.
♀ Itaque hæc dicit Dominus, Ecce ego ſuſcitabo ſuper 11
te malum de domo tua, & tollam vxores tuas in oculis
tuis, & dabo proximo tuo, & dormiet cum vxoribus tuis
in oculis ſolis huius. ♀ Tu enim feciſti abſconditè: ego 12
"autem faciam verbum iſtud in conſpectu omnis Iſrael, &
in conſpectu ſolis "huius. ♀ Et dixit Dauid ad Nathan, 13
Peccaui Domino. Dixitque Nathan ad Dauid, Dominus
quoque tranſtulit peccatum tuum: non morieris. ♀ Ve- 14
runtamen quoniam blaſphemare feciſti inimicos "nomen
Domini propter verbũ hoc: filius qui natus eſt tibi, morte
morietur. ♀ Et reuerſus eſt Nathan in domum ſuam: per- 15
cuſsit quoq; Dominus paruulũ quem "peperit vxor Vriæ
Dauid, & deſperatus eſt. ♀ Deprecatuſq; eſt Dauid "Do- 16
minũ pro paruulo: & ieiunauit Dauid ieiunio, & ingreſſus
ſeorſum, iacuit ſuper terram. ♀ Veneruntautẽ ſeniores do 17
mus eius, cogentes eũ vt ſurgeret de terra: qui noluit, nec
comêdit cum eis cibũ. ♀ Accidit autẽ die ſeptima vt mo- 18
reretur infans: timueruntq; ſerui Dauid nuntiare ei quòd
mortuus eſſet paruulus. dixerunt enim, Ecce cum paruu-
lus adhuc viueret, loquebamur ad eum, & non audiebat
E vocem noſtram: quantomagis ſi dixerimus, Mortuus eſt
puer, ſe affliget? ♀ Cum ergo Dauid "audiſſet ſeruos ſuos 19
muſsitantes, intellexit, quòd mortuus eſſet infantulus:
dixitque ad ſeruos ſuos, Num mortuus eſt puer? qui re-
ſponderunt ei, Mortuꝰ eſt. ♀ Surrexit ergo Dauid de ter- 20
ra, & lotus vnctuſque eſt: cũque mutaſſet "veſtem, ingreſ-
ſus eſt domum Domini: & adorauit, & venit in domum
ſuam, petiuitq́ue vt ponerent ei panẽ, & comêdit. ♀ Di- 21
xerũt autẽ ei ſerui ſui, Quis eſt ſermo quẽ feciſti? propter
infantem, cum adhuc viueret, ieiunaſti & flebas: mor-
tuo autem puero ſurrexiſti, & comediſti panem. ♀ Qui 22
ait, Propter infantem dum adhuc viueret, ieiunaui & fle-
F ui: dicebam enim, Quis ſcit ſi fortè donet eum mihi Dñs,
& viuat infans? ♀ Nunc autem quia mortuus eſt, quare 23
ieiuno? nunquid potero reuocare eum amplius? ego va-
dam magis ad eum: ille verò non reuertetur ad me. ♀ Et 24
conſolatus eſt Dauid Beth-ſabee vxorem ſuam: ingreſ-
ſuſque ad eam, dormiuit cum ea: quæ genuit filium, &
vocauit nomen eius Salomon, & Dominus dilexit eum.
♀ Miſitque "eum in manu Nathan prophetæ, & vocauit 25
nomen eius Amabilis-Domino: eò quod diligeret eum
Dominus. ♀ Igitur pugnabat Ioab contra Rabbath filio- 26
rum Ammon, & expugnabat vrbem regiam. ♀ Miſit- 27
que Ioab nuntios ad Dauid, dicens, Dimicaui aduer-
ſum Rabbath, & capienda eſt Vrbs-aquarum. ♀ Nunc 28
G igitur congrega reliquam partem populi, & obſide ciui-
tatem, & cape eam: ne cum à me vaſtata fuerit vrbs, no-
mini meo aſcribatur victoria. ♀ Congregauit itaq; Dauid 29
omnẽ populũ, & profectus eſt aduerſum Rabbath: cũque
dimicaſſet, cepit eam. ♀ Et tulit diadêma regis eorum 30
de capite eius (pondo auri talentum, habens gemmas
pretioſiſsimas,) & impoſitũ eſt ſuper caput Dauid. ſed &
prædam ciuitatis aſportauit multã valde, ♀ populũ quoq; 31
eius adducens ſerrauit, & circũegit ſuper eos ferrata car-
penta, diuiſitque cultris, & traduxit in typo laterum: ſic
fecit vniuerſis ciuitatibus filiorum Ammon: & reuerſus
eſt Dauid, & omnis exercitus in Ieruſalem.

Contẽnere verbum Dei. C

Pœna & crux Dauidis, impoſita à Deo. Inf.16.d.

"verò

Dauidem pœnitet peccati. Eccleſ.47.b. Peccatum condonatur reſeruata cruce. D

"pepererat

Ægrotat infans.

"Deum

Orat, & ieiunat Dauid.

Moritur infans.

"vidiſſet

"veſtes,

Naſcitur Salomõ. Matth.1.a.

Expugnatur Rabbath. 1.Paral.20.a.

Ammonitarum pergrauis afflictio.

*Iſraelem, eripueramque te de manu Saulis, Ego dederam tibi domum domini tui, & 10 vxores domini tui in gremium tuum: dederam inſuper tibi domum Iſrael & Iehuda: 11 hoc ſi parum fuerit, adieciſſem tibi 12 multo plura. Cur ergo tam leue æſtimaſti verbum Domini, vt coram eo malum faceres? Vriam Hithæum gladio trucidaſti, & vxorem illius duxiſti tibi vxorem: interfeciſti autem eum 13 gladio Ammonitarum. 14 Non igitur recedet gladius de domo tua perpetuò, eo quòd 15 non digne æſtimaueris me, & rapueris vxorem Vriæ Hithæi, vt eſſet tibi vxor. Sic dicit Dominus, Ecce ego 16 exuſcito ſuper te malum de domo tua, accipiamque vxores tuas te vidente, & dabo [eas] 17 amico tuo, qui dormiet cum vxoribus tuis 18 in conſpectu ſolis huius. Tu quidem clàm [hoc] deſignaſti, ego verò faciam rem iſtam coram toto Iſraele, & coram ſole hoc. Dixit ergo Dauid ad Nathan, Peccaui Domino. Et ait Nathan ad Dauidem, Et Dominus tranſtulit peccatum tuum, non morieris. Quandoquidem verò re iſta 19 omnino hoſtibus Domini occaſionem dediſti blaſphemandi, morietur etiam certiſsime filius qui natus eſt tibi. Abijt verò Nathan in domum ſuam, & Dominus percuſsit puerum quem pepererat vxor Vriæ Dauidi, 20 ita vt de eo actum eſſet. Dauid autem flagitauit Deum pro puero, ieiunauitque Dauid ieiunium, & ingreſſus pernoctauit dormiẽs in terra. Conſurrexerunt autem ſeniores domus ſuæ ad eum 21 vt erigerent eum è terra: at ipſe noluit, nec voluit cibum cum eis capere. 22 Septimo autem die puer moritur, nec audebánt ſerui ei nuntiare quod puer eſſet mortuus: 23 dicebant enim, Quum puer adhuc viueret, loquuti ſumus ad eum, nec voluit audire vocem noſtram: quomodo ergo 24 ſi dixerimus ad eum, Puer mortuus eſt? quin grauiter feret. Animaduertẽs autem Dauid quòd ſerui ſui [inter ſe] muſſitarent, intellexit infantem eſſe mortuum, dixitque Dauid ad ſeruos ſuos, Mortuus eſtne puer? illi autem dixerunt, Mortuus eſt. Surgens ergo Dauid è terra, lauit, & vnxit ſe, commutata veſte ſua, & ingreſſus domum Domini 26 adorauit. veniens deinde in domum ſuam, 27 popoſcit: & appoſuerunt ei panem, & comedit. Tunc dixerunt ad eum ſerui eius, Quid hoc eſt quod feciſti? propter infantem, quũ adhuc viuus eſſet, ieiunaſti & fletui te dediſti: quo mortuo, ſurgis & comedis panem. Qui ait, Viuente adhuc puero ieiunaui & fleui, ſic cogitans, Quis ſcit ſi miſereatur mei Deus vt puer viuus maneat? Nunc autem quũ ſit mortuus, quid ieiunarem? num potero eum 28 reuocare vltra? ego vado ad eum, at ille non redibit ad me. Et conſolatus eſt Dauid Bath-ſabam vxorem ſuam: ingreſſuſque ad eam, dormiuit cum ea: quæ peperit filium, 29 vocauitque nomen eius 30 Solomo, & Dominus dilexit eum. 31 Miſitque per manum Nathan prophetæ: & 32 vocauit nomen eius Iedidia, 33 propter Dominum. Porrò Ioab pugnabat contra Rabba filiorum Ammon, 34 obtinuitque vrbem 35 regni. Et miſit Ioab nuntios ad Dauidem hiſce verbis, Pugnaui contra Rabba, & cepi 36 vrbem aquarum. Nunc igitur congrega reliquum populũ, & pone caſtra ad vrbem ipſam, vt tu capias eam: ne ego capiam vrbem, voceturque 37 meo nomine. Congregauit igitur Dauid cunctum populum, profectuſque eſt contra Rabba, oppugnauitque eam, & cepit eam. Et tulit coronam regis eorum de capite eius, (cuius pondus erat talentum auri, erantque in ea lapides pretioſi) impoſitaque fuit capiti Dauidis: quin & prædam valde ingentem è ciuitate aſportauit. Populum verò qui in ea erat eduxit, & 38 poſuit ſub ſerras, & ſub tribulas ferreas, ſub ferreas ſecures, coniecitque eos in fornacem 39 calcariam. ſic fecit vniuerſis ciuitatibus Ammonitarum, reuerſuſque eſt Dauid cum vniuerſo populo Ieroſolyma.*

### SCHOLIA IN CAP. XII.

1 Apud eum. 2 comedebat. 3 id eſt, portione. 4 bibebat. 5 id eſt, diligebat eam vnicè tanquam filiam. Hoc dicit, quod Vrias eſſet ea natu maior. 6 peregrinus. 7 Hebraiſmus, pepercit (id eſt, noluit) accipere de ouibus ſuis & de bobus ſuis, vt pararet (cœnam.) 8 Hebraiſmus, Et iratus eſt furor. 9 vel, Et reddet agnam bis quadruplicatam, id eſt, pro agna illa reddet bis quaternas oues. Rabbini dicunt eum dediſſe pœnas in quatuor liberis. Fures tenebantur reddere quadruplum: hic autem quoniã diues erat, addit alterum quaternarium numerum, nam reddit octo oues. 10 de Egla & Michal, vel Riſpha & Michal intelligunt Hebræi. 11 Heb. & ſi puſillum. ſubaudi, expectaſſes, nec peccaſſes. 12 Heb. ſecundum hæc, & ſecundum hæc. i. maiora his dediſſem. 13 quaſi dicat, gladio incircunciſorum: quæ magna eſt iniuria. 14 id eſt, Tui peribunt enſe. 15 ſpreueris me. 16 vel, ſuſcitaturus ſum. 17 ſodali tuo, id eſt, filio. 18 id eſt, palàm, & publicè. 19 blaſphemare feciſti inimicos Dominum. vel, Domini, id eſt, feciſti vt Dominus male audiret apud inimicos ſuos: dicent enim eum conſtituiſſe regem improbiſsimum populo ſuo. Chaldæus paraphraſtes, Quia aperiendo aperuiſti os inimicorum Domini, in hoc negotio, id eſt, dediſti anſam inimicis Domini, loquendi contra ipſum propter hanc rem. 20 & grauiter ægrotauit. 21 id eſt, & conati ſunt erigere illum. 22 ſub. à natiuitate. 23 ſubaudi, apud ſe, vel inter ſe. 24 Hebraiſ. dicemus illi, Mortuus eſt puer: & faciet malum (ſibi?) quaſi dicat, ſi dixerimus ei, mirum in modum ſe affliget. 26 ſubaudi, Dominum. 27 ſubaudi eſcam ſibi apponi. 28 ſubaudi, in vitam. 29 ſubaudi, Beth-ſaba. Vel iuxta aliam lectionem Hebraicam, Dominus. 30 Selomo, ſignificat ſtudioſum pacis. 31 id eſt, Id enim mandauerat Dominus Dauidi per Nathan prophetam. 1. Paralipo. 22. 32 ſubaudi, Dauid ſua ſponte. 33 id eſt, quia Dominus diligebat eum. 34 id eſt, oppugnatam, vel pugnando expugnauit. 35 regiam, id eſt, quæ erat ſedes regni, ſine qua vix poterat capi Rabbath. 36 id eſt, vrbem regiam, paruam quidem vrbem, ſed quę inexpugnabilis pene erat propter ingentem vim aquarum qua cingebatur. 37 nomen meum ſuper eam, id eſt, ne ſi forte vrbem cepero, mihi tribuatur victoria. 38 id eſt, ſerris ſecuit, tribulis ſiue trahis quæ ab equis trahebantur, proterendos curauit, & ſecuribus interfecit. 39 tegulariam. ſiue, laterariam.

## CAP. XIII.

POſt hæc contigit vt Amnon filius Dauidis deperiret ſororem Abſolomis filij Dauidis venuſtam, nomine Thamar: [2 Quæ res] ita cruciabat Amnonem, vt ſororis ſuæ Thamar gratia ſeſe in morbum conijceret: 3 erat enim virgo, 4 impoſsibileque videbatur Amnoni vt faceret ei quidquam. Habebat autem Amnon amicum nomine Ionadab, filium Simea fratris Dauidis, eratque Ionadab vir valde, 5 vafer. Is dixit ei, Cur tu ô fili regis, ſic macilentus es, idque ſingulis [diebus] 6 mane? annon indicabis mihi? reſpondit ei Amnon, Ego amore Thamar ſororis Abſolomis fratris mei captus ſum. Dixit ergo ad eum Ionadab, Recumbe ſuper lectum tuum, & aſsimula te ægrotum: quumque venerit pater tuus vt te inuiſat, dic ad eum, Veniat quæſo Thamar ſoror mea, vt me cibo reficiat, faciatque me ſpectante 7 iuſculum, vt quum 8 videro, edam è manu eius. Decubuit ergo Amnon & morbum ſimulauit, venitque rex vt eum inuiſeret. ait autem Amnon ad regem, Veniat quæſo Thamar ſoror mea, & coquat me ſpectante duo 9 liba, quæ comedam è manu eius. Miſit ergo Dauid ad Thamar 10 in domum eius, 11 & ait, 12 Vade quæſo in domum Amnonis fratris tui, & para ei 13 iuſculum. Abijt ergo Thamar in domum Amnonis fratris ſui, 14 (qui decubuit) & accepta farina ſubegit, & coxit eo vidente, coxit inquam 15 liba. Et tollens ſartaginem, 16 effudit coram eo: ipſe verò nolebat edere. dixitque Amnon, Expellite omnes viros à me. & egreſsi ſunt omnes viri ab eo. Et dixit Amnon ad Thamar, 17 Infer iuſculum in cubiculum, vt edam è manu tua. acceptis igitur 18 libis quæ coxerat Thamar, intulit Amnoni fratri ſuo in cubiculum. Et quum ea illi 19 admoueret vt ederet, apprehendit ille eam, aitque ad eam, Veni, dormi mecum ſoror mea. Illa autem reſpondit ei, Nequaquam frater mi, ne opprimas me: quoniam ſic non fit in Iſraele: 20 ne ſceleſtum hoc facinus deſignes. Quò enim 21 confugerem cum probro meo? quin & tu fieres quemadmodum 22 ſceleſtorum aliquis in Iſraele. nūc ergo loquere quæſo ad regem: non enim negabit me tibi. At ille noluit audire vocem eius, 23 quin ea apprehenſa oppreſsit eam, atque concubuit cum ea. Et exoſam habuit eam Amnon vehementi & ingenti odio, ita vt odium quo eam proſequebatur, maius eſſet amore quo eam amauerat. dixit ergo Amnon ad eam, Surge, & abi. Quæ reſpondit ei, 24 Quãobrē? hoc malum maius eſt altero quod in me admiſiſti, quod me expellis. at ille noluit illi auſcultare, Sed accerſito puero ſuo, qui ei miniſtrabat, ait, Amanda iſtam à me foras, & obſerato oſtium poſt eam. Habebat autem [Thamar] tunicam 25 variam ſuper ſe: talibus enim pallijs indutæ erant filiæ regis virgines. & expellens eam miniſter eius foràs, obſerauit oſtiū poſt eam. Thamar verò accepto cinere, poſuit ſuper caput ſuum: & tunicam illam 25 variam, qua erat induta, ſcidit, & poſita

## CAP. XIII.

Inceſtus Amnō filij Dauid cum Thamar ſorore Abſalom.

1 FActum eſt autem poſt hæc, vt Abſalom filij Dauid
ſororem ſpecioſiſsimam vocabulo Thamar, ada-
2 maret Amnon filius Dauid, ♀ & deperiret in eam
valde, Ita vt propter amorem eius ægrotaret: quia cum
eſſet virgo, difficile ei videbatur vt quippiam inhoneſte
3 ageret cum ea. ♀ Erat autem Amnon amicus, nomine
Ionadab filius Semmaa fratris Dauid, vir prudens valde.
4 ♀ Qui dixit ad eum, Quare ſic attenuaris macie fili regis,
per ſingulos dies? cur non indicas mihi? dixitque ei Am-
5 non, Thamar ſororem fratris mei Abſalom amo. ♀ Cui
reſpondit Ionadab, Cuba ſuper lectum tuum, & languo-
rem ſimula: cumque venerit pater tuus vt viſitet te, dic ei,
Veniat, oro, Thamar ſoror mea, vt det mihi cibum, & fa-
6 ciat pulmentum, vt comedam de manu eius. ♀ Accubuit B
itaque Amnon, & quaſi ægrotare cœpit: cumque veniſ-
ſet rex ad viſitandum eum, ait Amnon ad regem, Ve-
niat, obſecro, Thamar ſoror mea, vt faciat in oculis meis
duas ſorbitiunculas, & cibum paratum capiam de manu
7 eius. ♀ Miſit ergo Dauid ad Thamar domum, dicens,
Veni in domum Amnon fratris tui, & fac ei pulmentum.
8 ♀ Venitque Thamar in domum Amnon fratris ſui (ille
autem iacebat) quæ tollens farinam commiſcuit, & lique-
9 faciens, in oculis eius coxit ſorbitiunculas. ♀ Tollenſ-
que quod coxerat, effudit, & poſuit coram eo, & noluit co
medere: dixitque Amnon, Eijcite vniuerſos à me. cùmq;
10 eiecißent omnes, ♀ Dixit Amnon ad Thamar, Infer ci-
bum in conclaui, vt veſcar de manu tua. tulit ergo Tha-
mar ſorbitiunculas quas fecerat, & intulit ad Amnon fra- C
11 trem ſuum in conclaui. ♀ Cumque obtuliſſet ei cibum,
apprehendit eam, & ait, Veni, cuba mecum ſoror mea.
12 ♀ Quæ reſpondit ei, Noli frater mi, noli opprimere me:
neque enim hoc fas eſt in Iſrael: noli facere ſtultitiã hãc.
13 ♀ Ego enim ferre non potero opprobrium meum, & tu
eris quaſi vnus de inſipientibus in Iſrael: quin potius lo-
14 quere ad regem, & non negabit me tibi. ♀ Noluit autem
Amnon acquieſcere precibus eius, ſed præualens viri-
15 bus oppreſsit eam, & cubauit cum ea. ♀ Et exoſam
eam habuit * odio magno nimis: ita vt maius eſſet
odium quo oderat eam, amore quo antè dilexerat. dixit-
16 que ei Amnon, Surge, & vade. ♀ Quæ reſpondit *, Ma-
ius eſt hoc malum quod nunc agis aduerſum me, quàm
quòd antè feciſti, expellens me. & noluit audire eam:
17 ♀ Sed vocato puero, qui miniſtrabat ei, dixit, Eijce D
18 hanc à me foras: & claude oſtium poſt eam. ♀ Quæ in-
duta erat talari tunica: huiuſcemodi enim filiæ regis vir-
gines veſtibus vtebantur. eiecit itaque eam miniſter il-
19 lius foras: clauſitque fores poſt eam. ♀ Quæ aſpergens
cinerem capiti ſuo, ſciſſa talari tunica, impoſitiſque
manibus

Amnon expellit ipſam Thamar cū ingenti odio.
*Amnon
*ei

Thamar dolēs, cinere aſperſa caput manet apud Abſalom.



manibus ſuper caput ſuum, ibat ingrediens, & clamans.
♀ Dixit autē ei Abſalō frater ſuus, Nunquid Amnō frater 20
tuus cōcubuit tecū? ſed nūc ſoror tace, frater tuus eſt: neq;
affligas cor tuū pro hac re. mãſit itaq; Thamar contabe-
ſcēs in domo Abſalō fratris ſui. ♀ Cū autē audiſſet rex Da 21
uid verba hæc, cōtriſtatus eſt valde, & noluit cōtriſtare
ſpiritū Amnon filij ſui, quoniã diligebat eū, quia primoge
nitus erat ei. ♀ Porrò nō eſt locutus Abſalō ad Amnō nec 22
E malū, nec bonū: oderat enim Abſalō Amnō, eo quòd vio-
laſſet Thamar ſororē ſuam. ♀ Factum eſt autē poſt tēpus 23
biennij, vt tōderētur oues Abſalō in Baal-haſor, quæ eſt
iuxta Ephraim: & vocauit Abſalō omnes filios regis, ♀ ve- 24
nitq; ad regē, & ait ad eū, Ecce tōdentur oues ſerui tui: ve
niat oro rex cū ſeruis ſuis ad ſeruū ſuū. ♀ Dixitq; rex ad Ab 25
ſalom, Noli fili mi, noli rogare vt veniamus omnes, & gra
uemus te. cū autē cogeret eū, & noluiſſet ire, benedixit ei.
♀ Et ait Abſalō ad Dauid, Si non vis venire, veniat obſe- 26
cro nobiſcū ſaltē Amnon frater meus. dixitq; ad eū rex,
Non eſt neceſſe vt vadat tecū. ♀ Coegit itaq; Abſalō eū, 27
& dimiſit cum eo Amnon & vniuerſos filios regis. Fece-
ratq; Abſalō conuiuiū quaſi cōuiuiū regis. ♀ Præceperat 28
autē Abſalō pueris ſuis, dicens, Obſeruate cum temulētus
F fuerit Amnon vino, & dixero vobis, percutite eū, & inter-
ficite: nolite timere: ego enim ſum qui præcipio vobis: ro-
boramini, & eſtote viri fortes. ♀ Fecerūt ergo pueri Abſa- 29
lō aduerſum Amnon, ſicut præceperat eis Abſalom: ſurgē-
teſq; omnes filij regis aſcēderūt ſinguli mulas ſuas, & fu-
gerūt. ♀ Cūq; adhuc pergerēt in itinere, fama peruenit ad 30
Dauid, dicens, Percuſsit Abſalō omnes filios regis, & non
remãſit ex eis ſaltē vnus. ♀ Surrexit itaque rex Dauid, & 31
ſcidit veſtimēta ſua, & cecidit ſuper terrã: & omnes ſerui
illius qui aſsiſtebãt ei, ſciderūt veſtimenta ſua. ♀ Reſpōdēs 32
autē Ionadab filius Sēmaa fratris Dauid, dixit, Ne æſti-
met dñs meus rex, quòd omnes pueri * regis occiſi ſint:
Amnon ſolus mortuus eſt, quoniã in odio Abſalō erat po
ſitus ex die qua oppreſsit Thamar ſororē eius. ♀ Nūc ergo 33
ne ponat dñs meus rex ſuper cor ſuū verbū iſtud, dicens,
Omnes filij regis occiſi ſunt: quoniã Amnon ſolus mor-
G tuus eſt. ♀ Fugit autem Abſalō. & eleuauit puer ſpeculator 34
oculos ſuos, & aſpexit, & ecce populus multus veniebat
per iter deuiū ex latere mōtis. ♀ Dixit autē Ionadab ad re 35
gē, Ecce filij regis adſunt: iuxta verbū ſerui tui ſic factum
eſt. ♀ Cūq; ceſſaſſet loqui, apparuerūt & filij regis: & in- 36
trãtes leuauerūt vocē ſuã, & fleuerūt: ſed & rex & omnes
ſerui eius fleuerunt ploratu magno nimis. ♀ Porrò Abſa- 37
lom fugiens, abijt ad Tholomai filium Ammiud regē Geſ
ſur. Luxit ergo Dauid filium ſuū Amnon multis diebus.
♀ Abſalom autem cum fugiſſet, & veniſſet in Geſſur, fuit 38
ibi tribus annis. ♀ Ceſſauitq; rex Dauid perſequi Abſalō, 39
eo quòd conſolatus eſſet ſuper Amnon interitu.

Abſalom conuiuio celebrato in tonſione ouiū, occidit fratrem ſuum Amnon.

*autem

Triſtis Dauid ob mortem Amnonis.

*filij
*oro

Fugit Abſalō.

*cunctis

manu ſua ſuper caput ſuum, celeriter ibat & vociferabatur. Et ait ad eam Abſolom frater eius, Amnon Amnon frater tuus 26 fuit tecum? nunc ergo tace ſoror mea, frater tuus eſt, 27 ne magnopere crucies te propter hanc rē. & mãſit Thamar 28 deſolata in domo Abſolomis fratris ſui. Rex verò Dauid audiens iſta omnia, vehementer indignatus eſt, Abſolom autem neque mali quippiam, neque boni loquutus eſt cum Amnone: odio enim proſequebatur Amnonem, propterea quod Thamar ſororem ſuam cōpreſsiſſet. Poſt duos autem annos contigit vt Abſolom haberet tonſores in Baal-hazor, quæ eſt iuxta [tribum] Ephraim, inuitaretque Abſolom omnes filios regis. Venit quoque Abſolom ad regem ipſum, & ait, En ſeruus tuus habet tonſores, 29 eat quæſo rex & ſerui eius cum ſeruo 30 tuo. Reſpondit rex Abſolomi, 31 Non fili mi, non ibimus omnes, ne grauemus te. 32 quumque ille flagitando ei inſtaret, neque vellet ire, Abſolom valedixit ei, Et dixit, An ergo non iret nobiſcum Amnon frater meus? & reſpondit ei rex, Cur iret tecum? Et quum 33 inſtaret ei Abſolom, dimiſit cum eo Amnonem, & cunctos filios regis. Præceperat autem Abſolom pueris ſuis, dicens, Obſeruate quæſo quum Amnon à vino hilaris fuerit animo, quumque ego vobis dixero, Percutite Amnonem, 34 vt interficiatis eum: neque metuatis, 35 annon ego præcepi vobis? 36 confortamini ergo, & eſtote 37 viri fortes. Fecerunt ergo pueri Abſolomis Amnoni ſicut præceperat Abſolom. ſurgentes itaque omnes filij regis, inſcenderunt quiſque mulum ſuum & fugerunt. Quumque eſſent adhuc in itinere, rumor peruenit ad Dauidem, hiſce verbis, Percuſsit Abſolom omnes filios regis, vt ne vnus quidem ex eis ſit reliquus. Surgens itaque Dauid diſcidit veſtimenta ſua, & 38 iacuit in terra: aſtabantque ei omnes ſerui eius diſciſsis veſtibus. Reſpondens autem Ionadab filius Simeah fratris Dauidis, ait, Ne dicat dominus meus quod omnes filios regis interfecerint: nam ſolus Amnon mortuus eſt: 39 ad præceptum enim Abſolomis conſtitutum fuit, ab eo die quo Amnon oppreſsit Thamar ſororem eius. 40 Ne ſit igitur rex ſolicitus de hoc, vt dicat, Omnes filij regis mortui ſunt. nam ſolus Amnon perijt. Et Abſolom fugit. ſublatis autem oculis ſuis puer qui erat in ſpecula, circunſpexit, & ecce turba multa veniebat 41 in via poſt eum de latere montis. Et ait Ionadab ad regem, Ecce filij regis veniunt: ſic enim habet res quemadmodum ſeruus tuus dixit. Quumque ceſſaſſet loqui, ecce filij regis venerunt, & ſublata voce ſua fleuerunt: ſed & rex ipſe, cunctique ſerui eius fleuerūt fletu admodū magno. Porrò Abſolom fugit, & abijt ad Thalmai filium Ammihud regem Geſſur: & [Dauid] luxit propter filium ſuum 42 cunctis diebus. Abſolom verò quum fugiſſet, veniſſetque in Geſſur, fuit ibi tribus annis. Et 43 ceſſauit [ira] Dauidis, ne vltra educeret exercitum ad quærendum Abſolom: conſolationem enim acceperat ſuper Amnone 44 qui mortuus erat.

### SCHOLIA IN CAP. XIII.

1 Heb. Factū autē poſtea quum Abſalō filio Dauidis eſſet ſoror (ex eadē matre ſcilicet) formoſa, nomine Thamar, vt deperiret eã Amnō filius Dauidis, (ex alia vxore ſcilicet.) Eadē Maaca genuerat Abſalō & Thamar. hæc Maaca capta fuit in bello: quã cognouit Dauid antequã cōuerſa eſſet ad fidē Iſraeliticã, poſtea duxit eã vxorē: vnde Abſalō genitus. Hæc Hebræi. 2 Heb. Et anguſtijs affectus eſt Amnō, ita vt. 3. q. d. quæ domi cōtinebat more virginū. 4 arduūq;. 5 Heb. prudēs. i. aſtutus & callidus. 6 ꝓpter nimiã ſcilicet cogitationē qua noctu vexabatur, magis macer videbat. 7 Vox Hebræa ſignificat omnē cibū. 8 paratã ſcilicet ab ea eſcã. 9 lagana. 10 in qua ſcilicet habitabat. 11 qui diceret. 12 I nūc. 13 eſcã. 14 (ipſe autē iacebat). 15 lagana. 16 ſub. lagana. ea (vt quidã Hebræorū ait) prius deijciebant in aquã feruentē, deinde frigebãtur in ſartagine. 17 Affer eſcã in cubiculū ſecretius. 18 laganis quæ præparauerat. 19 offerret. 20 Heb. ne facias ſtultitiã hãc. 21 Heb. abire faciam opprobriū meū? q. d. Quomodo me probro liberabo, ſi mecū rem habueris? 22 ſtultorū. 23 ſed quū præualeret ei, &c. 24 Heb. Ne (ſiant) cauſæ mali huius magni magis quã quod feciſti mihi, vt eijcias me, id eſt, Ne cōmittant cauſæ mali huius quod futurū eſt maius altero ꝙ admiſiſti aduerſum me, eijciēdo me, hoc eſt quod admittes ſi me eieceris. iūgitur enim cū præcedēti. 25 Heb. fruſtorū. ſiue, particularū. i. variorū & diuerſorū colorū. 26. i. rē habuit tecū? 27 Heb. ne ponas cor tuū ad hanc rē. 28 vel, ſolitaria. 29 veniat. 30. i. ſuo. Mutatio perſonæ. 31 vel, Ne fili mi, ne inquã eamus, &c. 32 Heb. cūq; cogeret eū, noluit venire: ſed benēprecatus eſt illi. Et dixit Abſalō, Quod ſi (ſub. nō ſis vēturus,) veniat obſecro nobiſcū Amnō frater meus. 33 Heb. cogeret eū. 34 tū trucidate. 35. i. nonne id eſtis facturi meo imperio? 36. i. eſtote bono animo. 37 Heb. filij fortitudinis. 38 in ſignū ſcilicet mœroris. 39 quoniã in ore Abſalō erat poſita. ſub. cædes Amnō. i. decreuerat interficere illū. 40 Heb. Nūc ergo ne ponat dñs meus rex in corde ſuo verbum, dicēdo. i. ne credat quod ſequitur, Omnes, &c. 41. i. per viã quæ erat poſt montē per latus mōtis. Cœpit eos ſpeculator videre, quum fuerunt in latere mōtis. erat enim veniendū illac in vrbē. 42 quibus ſcilicet luxit: hoc eſt tribus annis. Alij, multo tēpore. 43 Heb. deſyderauit (ſub. anima) Dauidis regis egredi propter Abſalō. i. cœpit rex teneri maximo deſyderio Abſalomis abſentis: ſubinde ſuſpirabat quū meminerat filij. Quidã Hebręorū (ꝙ doctis minus ꝓbat) dicit, Et deſiderare fecit Dauidē (ſub. vxor ſua) filiū abſentē, vt egrederet aliquis quē mitteret vt reuocaret Abſalō exulē. 44 ꝙ mortuus eſſet. i. ſuꝑ Amnone mortuo.

CAP. XIIII.

ANnimaduertit autem Ioab cor regis [ 1 pronum ] eſſe ad Abſolom, mittens igitur Ioab in Thecoa, tulit inde mulierem 2 vafram, dixitque ad eam, Simula queſo te lugentem, dende & veſtibus lugubribus induere, nec oleo vngaris, quin potius ſimilis ſis mulieri, 3 quæ ſe pro mortuo diebus multis luctu cõfecit, ingreſſa autem ad regem, loquaris cum eo in hanc formam, (4 præiuit autẽ Ioab verbis quæ loqueretur.) 5 Loquuta eſt ergo mulier illa Thecoitis ad regem, procidens ſcilicet ſuper faciem ſuam in terram, 6 & reuerentiam exhibens regi, ait, 7 Serua ô rex. Ad quã rex ait, Quid tibi vis? Reſpondit illa, Equidem mulier vidua ego ſum, & maritus meus obijt. Habuit autẽ ancilla tua duos filios, hiq; duo rixati inter ſeſe in agro ſunt, 8 nemineq; præſente qui [ litem ] inter eos dirimeret, percuſsit alter alterum, & interfecit eum. Et ecce inſurrexit vniuerſa familia aduerſus ancillam tuam, & dicunt, Trade illum qui interfecit fratrem ſuum, vt ſupplicium de eo ſumamus, pro vita fratris ſui quem trucidauit, inſuper excindamus etiam 9 hæredem. Sic extinguere [ conantur ] 10 ſcintillam meam quæ reliqua eſt, 11 ne ſuperſint marito meo nomen & reliquiæ ſuper terram. Et ait rex ad mulierem, Vade in domum tuam, 12 ego cauſa tui mandabo. Dixitque mulier illa Thecoitis ad regẽ, Domine mi rex, 13 ſcelus hoc mihi imminet domuiq; patris mei, rex & thronus eius ſine culpa erunt. Et ait rex, 14 Siquis vel verbo contra te egerit, duc illum ad me, [ efficiam ] nequid te amplius 15 lædat. Quæ ait, 16 Iuret quæſo rex per Dominum Deum tuum (ſiquidem multi ſunt vindices ſanguinis, qui perdere [ tentant ] ) ne excindant filium meũ. Et reſpondit [ rex, ] 17 Viuit Dominus, ſi ceciderit de capillo filij tui in terram. Ait mulier, Liceat quæſo ancillæ tuæ verbum loqui ad dominum meum regem, & ait, Loquere. Dixit mulier, 18 Cur ergo cogitaſti huiuſmodi aduerſus populum Dei? 19 annon rex delinquit quum loquitur tale verbum, ne reducat rex expulſum ſuum? Siquidem 20 certiſsime morimur, & inſtar aquæ quæ in terram 21 defluunt, quæ 22 colligi non poſſunt: 23 nec aufert Deus animam, 24 ſed omnino cogitat, vt non rejciat à ſe qui reiectus eſt. 25 Veni itaque vt loquerer ad regem dominum meum ſermonem hunc, etiamſi deterruerint me quidam è populo. at ancilla tua dixit, 26 Loquar nunc ad regem, ſi fortè faciat rex hoc quod poſtulat ancilla tua. ⁚ Quoniam exaudiet rex, vt liberet ancillã ſuam de manu illius viri, qui excindere vult 27 me & filium meũ ſimul ex hæreditate Dei. Dixitq; ancilla tua, Sit quæſo verbum domini mei regis 28 ad tranquillitatem: quoniam ſicut angelus Dei, ſic eſt dominus meus rex, 29 vt audiat bonum & malum, & 30 erit Dominus Deus tuus tecum. Et reſpondit rex, & dixit ad mulierẽ, Ne quæſo celes à me quidquã quod ego 31 te interrogo. & ait mulier, 32 Loquatur dominus meus rex. Et dixit rex, Annõ 33 hæc omnia agis auſpicio ac conſilio Ioab? Reſpõdens mulier ait, Per vitã animæ tuæ domine mi rex, 34 nõ eſt quiſpiam niſi Ioab ſeruus tuus, per omnia quemadmodum loquutus eſt dominus meus rex: 35 ipſe præcepit [ mihi, ] ipſeque poſuit in os ancillæ tuæ omnes ſermones iſtos, Vtque ſic 36 circuirem ſchemate iſtius orationis, hoc effecit Ioab ſeruus tuus, & dñs meus ſapiens eſt 37 iuxta ſapiẽtiã angeli Dei, vt ſciat 38 omnia quæ ſunt in terra. Et dixit rex ad Ioab, En feci 39 rem hanc, vade & reuoca puerum Abſolom. Procidit Ioab ſuper faciem ſuam in terrã, 40 & gratijs actis valedixit regi. Dixitque Ioab, Hodie cognouit ſeruus tuus quod 41 impetrarim fauorem in oculis tuis domine mi rex, ſiquidem præſtitit rex petitionem ſeruo ſuo. Surgens itaque Ioab abijt in Geſur, & reduxit Abſolõ in Ieruſalem. Et ait rex, Abeat in domum ſuã, neq; videat faciem meã. 42 reuerſuſq; eſt Abſolom in domum ſuam, neque vidit faciem regis. Nõ fuit vir tã elegans vt Abſolõ in omni Iſraele, 43 qui [ ſic ] laudaretur ſupra modum. à plãta pedis ſui in verticẽ vſq; non fuit 44 quidquam reprehenſibile in eo. Qui tonderet 45 caput ſuum, ( 46 quod fiebat ſingulis annis ad finem anni, quòd ſcilicet tonderat, eo quod [ capillitiũ ] grauaret

CAP. XIIII.

1 INtelligens autem Ioab filius Saruiæ, quòd cor regis
2 verſum eſſet ad Abſalom, ♀ miſit Thecuam, & tulit
inde mulierem ſapientem, dixitque ad eam, Lugere
te ſimula, & induere veſte lugubri, & ne vngaris oleo, vt
3 ſis quaſi mulier iam plurimo tẽpore lugens mortuũ: ♀ &
ingrediẽris ad regẽ, & loquẽris ad eum ſermones huiuſce-
4 modì. (poſuit autẽ Ioab verba in ore eius.) ♀ Itaq; cum
ingreſſa fuiſſet mulier Thecuitis ad regẽ, cecidit coram eo
5 ſuper terrã, & adorauit, & dixit, Serua me rex. ♀ Et ait ad
eam rex, Quid cauſæ habes? Quæ reſpondit, Heu mulier
6 vidua ego ſum: mortuus eſt enim vir meus. ♀ Et ancillæ
tuæ erant duo filij: qui rixati ſunt aduerſum ſe in agro,
nulluſque erat qui eos prohibere poſſet: & percuſ-
7 ſit alter alterum, & interfecit eum. ♀ Et ecce conſur-
gens vniuerſa cognatio aduerſum ancillam tuam, dixit,
Trade eum qui percuſsit fratrem ſuum, vt occidamus eũ
pro anima fratris ſui quem interfecit, & deleamus hęredẽ.
Et quærunt extinguere ſcintillam meam quæ relicta eſt,
vt non ſuperſit viro meo nomen, & reliquiæ ſuper ter-
8 ram. ♀ Et ait rex ad mulierem, Vade in domum tuam,
9 & ego iubebo pro te. ♀ Dixitque mulier Thecuitis ad
regem, In me domine mi rex ſit iniquitas, & in domum
10 patris mei: rex autem & thronus eius ſit innocens. ♀ Et
ait rex, Qui contradixerit tibi, adduc eum ad me, & vltra
11 nõ addet vt tãgat te. ♀ Quæ ait, Recordetur rex Domini
Dei ſui, vt non multiplicẽtur proximi ſanguinis ad vlciſ-
cẽdum, & nequaquam interficiãt filiũ meũ. Qui ait, Viuit
Dominus, quia non cadet de capillis filij tui ſuper terram.
12 ♀ Dixit ergo mulier, Loquatur ancilla tua ad dominum
13 meũ regẽ verbũ. & ait, Loquere. ♀ Dixitq; mulier, Quare
cogitaſti huiuſcemodi rem contra populũ Dei, & locutus
eſt rex verbũ iſtud vt peccet, & non reducat eiectũ ſuũ?
14 ♀ Omnes morimur, & quaſi aquæ dilabimur in terrã, quæ
non reuertuntur: nec vult Deus perire animam, ſed retra-
15 ctat, cogitans ne penitus pereat qui abiectus eſt. ♀ Nunc
igitur veni vt loquar ad dominum meum regem verbum
hoc præſente populo. & dixit ancilla tua, Loquar ad regẽ,
16 ſiquo modo faciat rex verbum ancillæ ſuæ. ♀ Et audiuit
rex ⸌ verba, vt liberaret ancillam ſuam de manu omnium
qui volebant de hæreditate ⁰ Domini delere me, & fi-
17 lium meum ſimul. ♀ Dicat ergo ancilla tua, vt fiat verbũ
Domini mei regis ſicut ſacrificium. Sicut enim angelus
⁰ Domini, ſic eſt dominus meus rex, vt nec benedictione,
nec maledictione moueatur: vnde & Dominus Deus tuus
18 eſt tecum. ♀ Et reſpondens rex, dixit ad mulierem, Ne
abſcondas à me verbum quod te interrogo. dixitque ei
19 mulier, Loquere domine mi rex. ♀ Et ait rex, Nunquid
manus Ioab tecum eſt in omnibus iſtis? Reſpõdit mulier,
& ait, Per ſalutem animæ tuæ domine mi rex, nec ad ſini-
ſtram, nec ad dexteram eſt ex omnibus his quæ locutus
eſt dominus meus rex: ſeruus enim tuus Ioab, ipſe præ-
cepit mihi, & ipſe poſuit in os ancillæ tuæ omnia verba
20 hæc. ♀ Vt verterem figurã ſermonis huius, ſeruus ⸌ enim
tuus Ioab præcepit iſtud: tu autem domine mi rex, ſa-
piens es, ſicut habet ſapientiam angelus Dei, vt intelli-
21 gas omnia ſuper terram. ♀ Et ait rex ad Ioab, Ecce placa-
tus feci verbum tuum: vade ergo, & reuoca puerum Ab-
22 ſalom. ♀ Cadenſq; Ioab ſuper faciem ſuam in terrã, ado-
rauit, & benedixit regi: & dixit Ioab, Hodie intellexit
ſeruus tuus quia inueni gratiam in oculis tuis domine mi
rex: feciſti enim ſermonem ⸌ domine mi rex ſerui tui.
23 ♀ Surrexit ergo Ioab, & abijt in Geſſur, & adduxit Abſa-
24 lõ in Ieruſalem. ♀ Dixit autem rex, Reuertatur in domum
ſuam, & faciem meam non videat. reuerſus eſt itaque Ab-
25 ſalom in domum ſuam, & faciem regis non vidit. ♀ Porrò
ſicut Abſalom, vir non erat pulcher in omni Iſrael, & de-
cõrus nimis: à veſtigio pedis vſque ad verticem non
26 erat in eo vlla macula. ♀ Et quando tondebat capil-
lum ( ſemel autem in anno tondebatur, quia grauabat
eum

Aſtu mulieris Thecuitidis reuocatur Abſalõ.

B

C

Ezec. 18. g. 32.

D

⁰ Dei

⁰ Dei.

E

F

Dauid remittit videre Abſalom.

Pulcher Abſalom.

Cæſaries eius.



eũ cæſaries) põderabat capillos capitis ſui ducentis ſiclis
pondere publico. ♀ Nati ſunt autẽ Abſalõ filij tres: & filia 27
vna, nomine Thamar, elegãtis formæ. ♀ Manſitq; Abſa- 28
lõ in Ieruſalẽ duobus annis, & faciẽ regis non vidit. ♀ Mi- 29
ſit itaq; ad Ioab, vt mitteret eũ ad regẽ: qui noluit venire
ad eũ. Cũque ſecundò miſiſſet, & ille noluiſſet venire ad
eũ, ♀ Dixit ſeruis ſuis, Scitis agrũ Ioab iuxta agrũ meũ, ha 30
bentẽ meſſem hordei: ite igitur, & ſuccẽdite eũ igni. ſuccẽ-
derũt ergo ſerui Abſalõ ſegetẽ igni. ⸌ Et venietes ſerui Ioab,
ſciſsis veſtibus ſuis, dixerũt, Succenderũt ſerui Abſalõ par
tẽ agri igni. ♀ Surrexitq; Ioab, & venit ad Abſalõ in do- 31
mũ eius, & dixit, Quare ſuccenderũt ſerui tui ſegetẽ meã
igni? ♀ Et reſpõdit Abſalõ ad Ioab, Miſi ad te obſecrans 32
vt venires ad me, & mitterẽ te ad regẽ, & diceres ei, Quare
veni de Geſſur? melius mihi erat ibi eſſe: obſecro ergo vt
videã faciẽ regis: quòd ſi memor eſt iniquitatis meæ, inter
ficiat me. ♀ Ingreſſus itaq; Ioab ad regẽ, nũtiauit ei omnia: 33
vocatuſq; eſt Abſalõ, & intrauit ad regẽ, & adorauit ſuper
faciem terræ coram eo: oſculatuſque eſt rex Abſalom.

Thamar, filia Abſalom.

G

Abſalõ meſſem Ioab ſuccendit.

Abſalom oſculatur Dauid.

ipſum,) 47 pendebat capillitium capitis ſui ducentis ſiclis, põdere regio. Natique ſunt Abſolom tres filij, & filia vna, cuius nomen erat Thamar: fuit hæc mulier pulchro aſpectu. Manſit itaque Abſolom in Ieruſalem duobus annis, vt faciem regis non videret. Miſit ergo Abſolom ad Ioab, vt mitteret eum ad regem: at [ Ioab ] noluit venire ad eum, neque quum ſecundò [ ad eum ] miſiſſet, venire voluit. Dixit ergo [ Abſolom ] ad ſeruos ſuos, En agrum Ioab 48 quem habet penes me, in quo eſt hordeum, ite & ſuccendite eum igne. ſuccenderunt ergo ſerui Abſolomis agrum igne. Surgens itaque Ioab venit ad Abſolom in domum eius, dixitque ad eũ, Quare ſuccenderunt ſerui tui agrum meum igni? Reſpondit Abſolom ipſi Ioab, En miſi ad te, dicens, Veni huc, vt mittam te ad regem: 49 dixi enim, Cur veni de Geſur? ſatius eſſet me adhuc illic eſſe, [ effice ] igitur vt videã faciem regis: quòd 50 ſi eſt in me iniquitas, interfice me. Venit igitur Ioab ad regem, & 51 indicabat ei [ hoc. ] vocauit itaque [ rex ] Abſolom, & is venit ad regem, inclinataque facie ſua terram verſus, coram rege, rex oſculatus eſt Abſolom.

SCHOLIA IN CAP. XIIII.

1 Hebraiſmus, eſſe ad Abſalom, id eſt, quod teneretur deſyderio Abſalom. 2 Hebraiſmus, prudentem. 3 Hebraiſmus, quæ iam inde à multo tempore luget ſuper mortuum. 4 Hebraiſmus, poſuitq; Ioab verba in ore eius, id eſt, dixit illi quæ eſſet dictura regi. 5 Legitur & Hebraice, Ingreſſa eſt. 6 Hebraiſmus, & adorans. vel, incuruans ſe. 7 vel, Fer mihi opem. 8 Hebraiſmus, & quum non eſſet liberator inter eos, id eſt, qui litem componeret or tam inter eos, & prohiberet quominus inter ſe ſæuirent. Querimoniam huius mulieris iuſtam facit, quod fratrem frater interfecit ſine teſtibus. Lex autem vetat nequis interficiatur ſine duorum teſtimonio. Deut. 16. 9 id eſt, illum ſuperſtitem qui alioqui eſt futurus hæres. 10 prunas meas quæ relictæ ſunt. 11 Hebraiſmus, vt non ponant viro meo nomen & reliquias, id eſt, vt deleatur memoria viri mei quæ in filio poterit conſeruari. 12 id eſt, iubebo filio tuo nihil mali fieri, præcipiamque cognatis tuis ne ſint tibi moleſti. 13 pœna iniquitatis ſit in me & in familiam patris mei: & rex & thronus eius (ſit) innocens, id eſt, exors pœnæ iniquitatis, quaſi dicat, ſiquid mihi interim acciderit, te negligente querimoniã meã, lues tu pœnas, ſiquid ſiniſtri accidat filio meo. Retorſit enim in ſe, quod erat tribuendum regi, honoris cauſa. 14 Qui dixerit aliquid contra te: adduc tu, &c. Verbum iſtud adduc, ad vnum è pueris Dauidis refertur, quem alloquitur, quemque dat mulieri comitem. eſt enim ſecundæ perſonæ maſculinum verbum apud Hebræos. 15 Hebraiſmus, attingat. 16 Hebraiſmus, Memineris quæſo, ò rex, Domini Dei tui, ne multiplices propinquos mortui, ad perdendũ, neve diſperdant, &c. Vult regem promiſsionem ſuam iureiurando confirmare, quaſi dicat, ſi interdixeris vni tantum, ſtatim emerget alius qui filium meum occidat: ita eris cauſa quod vltores ſanguinis effuſi exiſtant multi. Sit ergo rex, edictum tuum generale, & iureiurando firmetur, Prohibe in vniuerſum iureiurando adhibito, nequis occidat filium meum. 17 id eſt, Per Deum viuentem, ne pilus quidem cadet de capite filij tui. 18 quaſi dicat, Quomodo cogitas populum tuum talia ſentire, nempe eos velle interficere filiũ meum? quum illud damnes, cur igitur idem facis, neq; animaduertis te locutum contra teipſum? non enim reuocas Abſalom. 19 loquitur enim, (id eſt, loqui ſiue dicere videtur) rex verbũ hoc quaſi imprudens, (quod ſcilicet non interficiant filium meum, eo quod non reuocet rex expulſum ſuum, id eſt, Abſalõ qui ſibi indixit exilium, quaſi dicat, non aduertis teipſum condẽnare, qui non reuoces Abſalom. 20 Hebraiſmus, moriendo morimur, id eſt, breui moriemur, quaſi dicat, ne quęſo acceleres mortem Abſalom, cito enim ſatis morietur: vita hominum fluxa eſt. 21 effunduntur. 22 non recolligentur, quaſi dicat, anima noſtra breui exibit à nobis, neque reuertetur in corpus ante reſurrectionem. 23 Hebraiſmus, neque ſuſcipiet Deus (ſubaudi, faciem, vel perſonam) cuiuſquam. ſubaudi, vt non moriatur, quaſi dicat, nemini, cuiuſcunque ſortis ſit, parcet Deus quominus moriatur. Anima pro perſona. 24 Hebraiſmus, ſed cogitauit cogitationes vt non repellat à ſe repulſum, id eſt, ſanxit leges, non repellendi à ſe eiectum. Deus vult extorres, eos qui exulant ad tempus propter ſcelus aliquod, reuocari, vt etiam eſt in Lege. Hoc ad vrbes refugij debet referri. 25 Nunc ergo (quod) veni vt loquerer cum rege domino meo rem hanc, (ſub. inuo lucro ſcilicet, cauſa eſt) quod terruerat me populus, (ſub. qui dicebat) ſi rem aperte tibi declararem, fore vt excandeſceres. 26 Proponam ſcilicet illi hiſtoriam de filijs meis. ⁚ Audiet enim. ſubaudi, verba mea, ſiue parabolam meam. 27 nam filio meo extincto, non diu ſuperuiuam. 28 in quietem. ſubaudi, mihi & filio meo, id eſt, iubeat nos eſſe ſaluos. 29 id eſt, ad ponendum diſcrimen inter cauſam iuſtam & iniuſtam. 30 ſit, quaſi dicat, faueat tibi Deus ſi feceris quod poſtulo. 31 vel, à te petiturus ſum. 32 ſubaudi, quod velit. 33 Hebraiſmus, manus Ioab tecum fuit in omnibus iſtis? id eſt, Nunquid Ioab in omnibus iſtis præſtitit tibi operam ſuam? 34 Hebraiſmus, nõ eſt (vel, licet) cuiquam (ſubaudi, declinare) neq; ad dexteram, neq; ad ſiniſtram ab omnibus quæ, &c. quaſi dicat, Quũ tu ſis ſagaciſsimus, & acutiſsimus, qui ſtatim deprehendas mendacium: non oportet te quicquam celare: veritatem igitur reſpondebo de omnibus quæ interrogas. Verti etiam poſſet, Nemo alius (ſubaudi, præcepit mihi) vt declinarem aut ad dexteram aut ad ſiniſtrã ex omnibus (ſubaudi, quæ dixi tibi:) quemadmodum loquutus eſt dominus meus rex, (ita res habet) id eſt, ex ſententia aliorum nihil adieci: ſolus ſeruus tuus Ioab, &c. 35 Hebraiſmus, nam ſeruus tuus Ioab ipſe præcepit. ſubaudi, mihi, vt hæc tibi dicerẽ. 36 Heb. vertere faciem ſermonis, id eſt, vt tibi proponerem ſermonem figuratum. Vel, verteret tibi faciem rei, id eſt, vt poneret tibi ante oculos rem ipſam, hoc eſt negotium Abſalom, quaſi dicat, vt tacite & velut aliud agens, rem ipſam tibi indicaret Ioab, dumque hoc narrarem, intelligeres fabulam de te narrari; miſit me ad te. 37 id eſt, qui angelum Dei æquat ſapientia. 38 quaſi dicat, non ſolum negotia ſua, ſed etiam aliena quæcũque geruntur. 39 ſub. quam petis. 40 Hebraiſmus, & incuruauit ſe, & benedixit regi. 41 Hebraiſmus, inuenerim gratiam. 42 deflexitque. vel, recepitque ſe. 43 Hebraiſmus, ad laudandum (eum) id eſt, ita vt laudarent eum homines vehementer. hoc eſt, qui dignus eſſet vt maxime laudaretur. 44 in eo macula. ſiue, vitium. 45 vel, cæſariẽ ſuam. 46 Heb. (eratque in fine anni in annum quod tondebat eam: quòd grauaret ipſum, curabat tondendam eam,) id eſt ſolebat autem quotannis tondere eam, quoniam grauis illi eſſet. 47 tunc ponderabat cæſariẽ. 48 vel, qui eſt vicinus loco meo. 49 vt dicas. 50 id eſt, ſi iniquè egi interficiẽdo Amnõ, quod violaſſet ſororẽ meam. ſi conuincar cædis. 51 renuntiauit. ſubaudi, prædicta.

CAP. XV.

IGitur poſt hæc fecit ſibi Abſalom currus & equites, & 1
quinquaginta viros qui præcederent eum. ♀ Et mane 2
conſurgens Abſalom, ſtabat iuxta introitum portæ ⸌ in
via, & omnem virum qui habebat negotium vt veniret
ad regis iudicium, vocabat Abſalom ad ſe, & dicebat,
De qua ciuitate es tu? qui reſpondens aiebat, Ex vna tribu

Abſalõ ambiens regnum, animos populi ſibi conciliat.

CAP. XV.

POſt hæc cõtigit vt Abſolõ pararet ſibi 1 currũ & equitatũ, & quinquaginta 2 celeres qui eũ ſtiparẽt. 3 Ante lucẽ verò ſurgẽs Abſolõ, ſtabat ad latus 4 viæ quò itur ad portas, omnemque virũ qui cauſam habebat, veniebatque ad regẽ 5 vt diſceptaret, 6 accerſebat Abſolom ad ſe, & dicebat, E qua ciuitate es tu? cumque is reſponderet, Ex 7 aliqua tribuum


Iſrael

*Iſrael eſt ſeruus tuus, 8 Ait ad eum Abſolom, 9 En,*
*tu habes bonam & iuſtam cauſam, at nemo eſt à rege [con-*
*ſtitutus] qui te audiat. 10 Dixitque Abſolom, O ſi ego*
*eſſem iudex in terra, vt ad me veniat quicunque litem habet*
*11 & ius petit, 12 vt pro eo ſententiam dicam. Ad hæc,*
*quum quis adiret [eum,] & inclinaret ſe ei, 13 exerta manu*
*prehenſabat eum, oſculabaturque eum. Ad hunc modum 14*
*fecit Abſolom cunctis Iſraelitis, qui veniebant ad regem 15*
*diſceptandi gratia: 16 furatuſque eſt Abſolom cor viro-*
*rum Iſrael. Contigit autem 17 appetente anno quadrage-*
*ſimo, vt diceret Abſolom ad regem, Liceat quæſo mihi vt*
*eam & perſoluam votum meum in Hebron, quod Domino*
*voui: Vouit enim ſeruus tuus votum quum degerem in Ge-*
*ſur in Syria, hiſce verbis, Si Dominus me omnino reduxe-*
*rit in Ieruſalem, 18 cultum exhibebo Domino. Dixitque*
*ad eum rex, 19 Vade in pace. qui ſurgens, profectus eſt in*
*Hebron. Miſit autem Abſolom exploratores per omnes tri*
*bus Iſrael hiſce mandatis, Quum audieritis ſonum buccinæ,*
*dicetis, 20 Regnat Abſolom in Hebron. Porrò cum Ab-*
*ſolom abierant de Ieruſalẽ ducenti viri [ab eo] vocati, ierant-*
*que in ſimplicitate ſua, 21 nihil omnino ſcientes. Accerſi-*
*uit quoque Abſolom Ahitophel Gilonitam, qui erat à cõ-*
*ſilijs Dauidi, è ciuitate ſua Gilo, interim dum ipſe ſacrifica-*
*bat ſacrificia, factaque eſt conſpiratio valida, 22 populus*
*[enim] confluxit ad Abſolom, auctuſque eſt. 23 Venit*
*quidam qui [hæc] nuntiaret Dauidi hiſce verbis, Cor Iſrae-*
*litarum [inclinat] poſt Abſolom. Tum ait Dauid, cunctis ſer*
*uis ſuis qui erant cum eo in Ieruſalem, Surgite, fugiamus:*
*24 nam nullus noſtrum euadet ſi expectauerimus Abſolom:*
*properate vt abeamus, ne fortè ipſe properans nos apprehen-*
*dat, 25 periculoque nos inuoluat, feriatque vrbem gladio.*
*Dixerunt ergo ſerui regis ad regem, En ſerui tui præſto ſunt*
*ad omnia 26 quæ domino regi placent. Egreſſus eſt ergo rex*
*cum tota domo ſua, 27 & quidem pedibus ſuis. & reliquit*
*rex decem mulieres concubinas, vt cuſtodirent 28 domum.*
*29 Egreſſus itaque rex & omnis populus 27 pedibus ſuis,*
*30 Steterunt procul à domo, cuncti autem ſerui eius tranſ-*
*ibant 31 ad manum eius, ſicut & omnes 32 Crethi, atque*
*omnes Plethi, & omnes 33 Githæi, viri nempe ſexcenti,*
*qui venerant 34 pedites de Gath, qui præcedebant faciem*
*regis. Dixitq; rex ad Ithai Githæum, 35 Cur & tu proficiſ-*
*cereris nobiſcum? reuertere, & mane cum 36 rege: 37 es enim*
*aduena, 38 ſimulque exul 39 extra patriam tuam. Heri*
*aduenisti, 40 cur te vt nobiſcum proficiſcereris, hodie exci-*
*tem? ego quidem proficiſcor 41 quocunque tandem profe-*
*ctus fuero: tu reuertere, & reduc 42 fratres tuos, 43 tecum*
*bonitas & fides. Ithai reſpondit regi, dicens, Viuit Deus, &*
*viuit dominus meus rex, vbicunque fuerit dominus meus*
*rex, 44 ſiue hoc ad mortem ſiue ad vitam [fuerit,] illic erit*
*& ſeruus tuus. Tum dixit Dauid ad Ithai, Veni igitur, &*
*tranſito. tranſijt itaque Ithai Githæus omneſque milites eius,*
*omniſque pubes quæ cum ipſo erat. Et fleuit tota terra voce*
*magna, omniſque populus tranſibat: deinde & rex ipſe tranſ*
*iuit torrentem 45 Kidron, & omnis populus tranſibat via*
*quæ ducebat ad deſertum. Et ecce Zadoc & omnes Leui-*
*tæ cum eo ferebant arcam fœderis Dei, 46 collocaruntque*
*arcam fœderis Dei. aſcendit autem Abiathar, donec cun-*
*ctus populus plene tranſiſſet ex vrbe. Et ait rex ad Za-*
*doc, Reduc arcam Dei in vrbem, ſi nactus fuero fauorem*
*coram Domino, me reſtituet, oſtendetque mihi 47 & ſe &*
*habitaculum ſuum. Quòd ſi dixerit, 48 Nihil te delector,*
*præſto ſum, faciat mecum quod ſibi bonum viſum fuerit. Et*
*dixit rex ad Zadoc ſacerdotem, 49 Annon es tu videns?*
*reuertere tu incolumis in vrbem, ſintque duo filij veſtri vo-*
*biſcum, nempe Ahimaaz filius tuus, & Ionathan filius*
*Abiathar: diſpicite, ego 50 moram necto in campis de-*
*ſerti, donec nuntium à vobis venerit, quod me certie-*
*rem reddat. Reduxit ergo Zadoc & Abiathar arcam*
*Dei in Ieruſalem, & manſerunt illic. Porrò Dauid aſcen-*

3 Iſrael ego ſum ſeruus tuus. ♀ Reſpondebatque ei Abſa-
lom, Videntur mihi ſermones tui boni & iuſti, ſed non eſt
qui te audiat conſtitutus à rege. Dicebatque Abſalom,
4 ♀ Quis me conſtituat iudicem ſuper terram, vt ad me ve
5 niant omnes qui habent negotium, & iuſtè iudicem? ♀ Sed
& cum accederet ad eum homo vt ſalutaret illum, exten-
debat manum ſuam, & apprehendens, oſculabatur eum.
6 ♀ Faciebatque hoc omni Iſrael venienti ad iudicium vt
audiretur à rege, & ſolicitabat corda virorum Iſrael.
7 ♀ Poſt quadraginta autem annos, dixit Abſalom ad re-
gem Dauid, Vadam, & reddam vota mea quæ voui Do
8 mino, in Hebron. ♀ Vouens enim vouit ſeruus tuus,
cum eſſet in Geſſur Syriæ, dicens, Si reduxerit me Do-
9 minus in Ieruſalem, ſacrificabo Domino. ♀ Dixitque
ei rex Dauid, Vade in pace. & ſurrexit, & abijt in
10 Hebron. ♀ Miſit autem Abſalom exploratores in vni-
uerſas tribus Iſrael, dicens, Statim vt audieritis clangorem
11 buccinæ, dicite, ° Regnabit Abſalom in Hebron. ♀ Porrò
cum Abſalom ierunt ducenti viri de Ieruſalem vocati,
12 euntes ſimplici corde, & cauſam penitus ignorãtes. ♀ Ac-
cerſiuit quoque Abſalom Achitophel Gilonitem conſi-
liarium Dauid, de ciuitate ſua Gilo. ° cumque immola-
ret victimas: facta eſt coniuratio valida, populuſq; con
13 currens augebatur cum Abſalom. ♀ Venit igitur nun-
tius ad Dauid, dicens, Toto corde vniuerſus Iſrael ſequi-
14 tur Abſalom. ♀ Et ait Dauid ſeruis ſuis qui erant cum
eo in Ieruſalem, Surgite, fugiamus: neque enim erit no-
bis effugium à facie Abſalom: feſtinate egredi, ne fortè
veniens occupet nos, & ° impleat ſuper nos ruinam, &
15 percutiat ciuitatem in ore gladij. ♀ Dixeruntque ſer-
ui regis ad eum, Omnia quæcunque præceperit do-
minus noſter rex, libenter ° exequimur ſerui tui.
16 ♀ Egreſſus eſt ergo rex, & vniuerſa domus eius pedibus
ſuis: & reliquit rex decem mulieres concubinas ad cuſto-
17 diendam domum. ♀ Egreſſuſque rex & omnis Iſrael pe
18 dibus ſuis, ſtetit procul à domo: ♀ & vniuerſi ſerui eius
ambulabant iuxta eum, & legiones Cerethi & Phelethi,
& omnes Gethæi pugnatores validi ſexcenti viri qui ſe-
cuti eum fuerant de Geth pedites, præcedebant regem.
19 ♀ Dixit autem rex ad Ethai Gethæum, Cur venis no-
biſcum? reuertere, & habita cum rege, quia peregrinus
20 es, & egreſſus es de loco tuo. ♀ Heri veniſti, & hodie cõ
pelleris nobiſcum egredi? ego autem vadam quò iturus
ſum: reuertere, & reduc tecum fratres tuos, & Dominus
faciet tecum miſericordiam & veritatem, quia oſtendiſti
21 gratiam & fidem. ♀ Et reſpondit Ethai regi, dicens,
Viuit Dominus, & viuit Dominus meus rex: quoniam in
quocunque loco fueris domine mi rex, ſiue in morte,
22 ſiue in vita, ibi erit ſeruus tuus. ♀ Et ait Dauid Ethai,
Veni, & tranſi. & tranſiuit Ethai Gethæus, & omnes vi-
23 ri qui cum eo erant, & reliqua multitudo. ♀ Omneſque
flebant voce magna, & vniuerſus populus tranſibat: rex
quoque tranſgrediebatur Torrentem-cedron, & cunctus
populus incedebat contra viam oliuæ quæ reſpicit ad
24 deſertũ. ♀ Venit autẽ & Sadoc ſacerdos, & vniuerſi Leui-
tæ cum eo, portantes arcam fœderis Dei, & depo-
ſuerunt arcam fœderis Dei: & aſcendit Abiathar, do-
nec expletus eſſet omnis populus qui egreſſus fuerat de
25 ciuitate. ♀ Et dixit rex ad Sadoc, Reporta arcam Dei
in vrbem: ſi inuenero gratiam in oculis Domini, reducet
26 me, & oſtendet mihi eam & tabernaculum ſuum. ♀ Si
autem dixerit mihi, Non places: præſtò ſum, faciat* quod
27 bonum eſt coram ſe. ♀ Et dixit rex ad Sadoc ſacerdo-
tem, O videns reuertere in ciuitatem in pace: & Achi-
maas filius tuus, & Ionathan filius Abiathar duo filij ve-
28 ſtri, ſint vobiſcum. ♀ Ecce ego abſcondar in campeſtri-
bus deſerti, donec veniat ſermo à vobis, indicans mihi.
29 ♀ Reportauerunt ergo Sadoc & Abiathar arcam Dei in
30 Ieruſalem, & manſerunt ibi. ♀ Porrò Dauid aſcende-
bat

B

Abſalom ementitur ſacrificium & votum, dũ hypocriſi & fraude regnũ quærit.

Coniuratio Abſalom.

° Regnauit

C

°, cum immolaret victimas, & facta

Fugit Dauid à facie Abſalom.

° impellat

° exequemur (ſtatur. temp.

D

Ethai proſelytus, ſequitur Dauidem fugientẽ

E

Sadoc ſacerdotẽ in vrbem remittit Dauid.

F

* mihi

Vera ſui mortificatio, & abnegatio.



*&

Oratio Dauidis cõtra Achitophel.

° Deum,

Chuſai remittit Dauid in Ieruſalem.

* ego

G

bat Cliuum-oliuarum, ſcandens & flens, nudis pedibus
incedens, & operto capite, ſed & omnis populus qui erat
cum eo, operto capite aſcendebat plorans. ♀ Nuntia- 30
tum eſt autem Dauid quòd * Achitophel eſſet in coniu
ratione cum Abſalom, dixitque Dauid, Infatua quæſo Do
mine conſilium Achitophel. ♀ Cumque aſcenderet Da- 31
uid ſummitatem montis in quo adoraturus erat ° Domi-
num, ecce occurrit ei Chuſai Arachites, ſciſſa veſte, &
terra pleno capite. ♀ Et dixit ei Dauid, Si veneris me- 32
cum, eris mihi oneri: ♀ Si autem in ciuitatem reuertaris, 33
& dixeris Abſalom, Seruus tuus ſum * rex, patere me vi-
uere: ſicut fui ſeruus patris tui, ſic ero ſeruus tuus: diſsipa-
bis conſilium Achitophel. ♀ Habes autem tecum Sa- 34
doc & Abiathar ſacerdotes: & omne verbum quodcun-
que audieris ° in domo regis, indicabis Sadoc & Abia-
thar ſacerdotibus. ♀ ſunt enim cum eis duo filij eorum 35
Achimaas filius Sadoc, & Ionathan filius Abiathar: &
mittetis per eos ad me omne verbum quod audieritis.
♀ Veniente ergo Chuſai amico Dauid in ciuitatem, Ab- 36
ſalom quoque ingreſſus eſt Ieruſalem.

*dit cliuum [montis] olearum, 51 aſcendens videlicet & flens,*
*incedens 52 operto capite & nudis pedibus: quin & omnis po*
*pulus quem ſecum habebat, operuerunt quiſq; caput ſuum &*
*aſcenderunt, aſcendendo flentes.* Nuntiauit *autem [quiſpiam]*
*Dauidi, dicens, Ahitophel quoq; eſt cum his qui conſpirarunt*
*cum Abſolom. tum ait Dauid, 53 Irritum fac ô Domine conſi*
*lium Ahitophel. Quumq; perueniſſet Dauid ad 54 verticem,*
*vt illic adoraret Deum, venit ei obuiã Huſai Archites, 55 di-*
*ſciſſaq; fuit eius veſtis, humum habens ſuper caput ſuum. Ad*
*quem ait Dauid, Si mecum 56 tranſmiſeris, eris mihi oneri: Si*
*verò redieris in vrbem, dixeriſq; ad Abſolom, Seruus tuus 57*
*ero ô rex, quemadmodum 58 hactenus ſeruus fui patris tui, ſic*
*ero nunc ſeruus tuus: hac ratione irritum facies 59 mihi conſi*
*lium Ahitophel. Annon illic tecum erit Zadoc & Abiathar ſa*
*cerdotes? quidquid ergo 60 è domo regis audieris, nuntiabis*
*Zadoc & Abiathar ſacerdotibus: cum his quoq; illic ſunt duo*
*filij eorum, Ahimaaz, qui eſt ipſius Zadoc, & Ionathan, qui*
*eſt ipſius Abiathar: per illorũ manus mittetis ad me quidquid*
*audieritis. 61 Venit itaque Huſai amicus Dauidis in ciuita-*
*tem: venit & Abſolom in Ieruſalem.*

## SCHOLIA IN CAP. XV.

1 Singulare pro plurali, currus. 2 viros qui currebant ante eum, id eſt, qui præcedebant eum. Celeres vocauerunt Latini, quos nunc ſatellites dicimus. 3 Mane. 4 viæ portæ, id eſt, ſecus viam portæ regiæ. 5 pro iudicio, id eſt, ad ius audiendum. 6 vocare ſolebat. 7 vna. 8 Dicebat. 9 Hebraiſmus, Vide, ſermones tui ſunt boni & recti. 10 Dicebatque Abſalom, Quis conſtituat me iudicem. 11 & controuerſiam. 12 & iuſte iudicem illum, id eſt, dirimam recte cauſas illorum. 13 extenſa. 14 faciebat. 15 ad iudicium. ſubaudi, audiendum. 16 id eſt, his dolis & artibus inibat gratiam ab Iſraelitis, & animos Iſraelitarum ſibi conciliabat. 17 Hebraiſmus, à fine quadraginta annorum, id eſt, Exactis autem quadraginta annis. ex eo ſcilicet tempore quo petierunt Iſraelitæ regem à Samuele, decimo anno Samuelis, triceſimoſeptimo regni Dauidis. nam tribus annis ante Dauidem, Iſraelitæ petierant regem. 18 Hebraiſmus, ſeruiam Domino. ſacrificando illi ſcilicet. 19 quaſi dicat, Sit fauſta tua profectio. 20 id eſt, Abſalom creatus eſt rex. 21 eorum ſcilicet quę Abſalom moliebatur. 22 id eſt, ſubinde maior multitudo ſequebatur Abſalom. 23 Venitque nuntius ad Dauidem dicens. 24 Hebraiſmus, non enim erit nobis effugium à facie Abſalom. 25 Hebraiſmus, impellatque ſuper nos malum, id eſt, magno impetu nos perdat. 26 Hebraiſmus, quę elegerit dominus meus rex. 27 Hebraiſmus, ad pedes eius, id eſt, cum eo. quem tota familia ſequuta eſt. 28 vel, regiam. 29 Egreſſus eſt inquam. 30 Hebraiſmus, ſubſtiterunt in loco remoto. ſubaudi, ab vrbe. 31 ad latus eius, id eſt, iuxta illum. 32 vel, Cherethęi & Phelethęi. Dicunt Hebręi Cherethęos & Phelethęos fuiſſe duas cognationes in Iſraele quę iugiter verſabantur in aula, & quibus commiſſa erat cuſtodia corporis regij. Chaldęus paraphraſtes vertit, ſagittarios & fundibularios. Alij dicunt eos fuiſſe homines doctos ac legiſperitos: & illos fuiſſe vocatos Cherethęos, quòd decernerent de omnibus: hos vero Phelethęos, quod cognoſcerẽt de rebus arduis ac difficilibus. 33 Gethęi, ſecundum quoſdam, fuerunt Gentiles conuerſi ad fidem Iſraeliticam: alij aiunt fuiſſe Iudęos in Geth natos. Cum Dauid pugnaret in Paleſthinos, conſedit in Siceleg, vnde illis Gethęos adduxit. 34 Hebraiſmus, ad pedes eius, id eſt, cum eo Dauide; vt opem illi ferrent. nam non conſtat ex Scriptura quãdo venerunt de Gath. Vel, cum illo, nempe Ithai: vt ſit relatiuum pro antecedente. 35 quaſi dicat, Non venies. 36 nouo ſcilicet, & nuper creato Abſalom. 37 alienigena es. natus ſcilicet in Gath. aut quod eſſet Gentilis, aut proſelytus. 38 & etiam vagus. ſiue profugus, certas ſedes non habens; qui nondum apud nos habitationem tuam ſatis confirmaſti. huc commigraſti longioris habitationis cauſa: ne ergo me ſequaris. 39 in locum tuum. ſubaudi, reuertere inquam, id eſt, in Ieruſalem, vbi nuper habitare cœpiſti. 40 Hebraiſmus, & hodie mouere te faciam loco nobiſcum ad eũdum? id eſt, te abducam nobiſcum? 41 Hebraiſmus, quo vado, id eſt, proficiſcor ad locum neſcio quem. 42 id eſt, milites. 43 tecum erit miſericordia & veritas. vel, fides, quaſi dicat, rependam tibi poſtea, memor ſcilicet beneficij in me collati, & fidei quam ſeruaſti mihi, quod volueris me ſequi etiam fugientem. Vel potius, tecum eſt miſericordia & veritas, id eſt, mihi nota eſt gratitudo animi tui, & fides. 44 id eſt, ſiue fueris in loco pleno diſcriminis, ſiue tuto, 45 Cedron. ita dicitur ab obſcuritate. Torrẽs Cedron erat ſitus in loco aliquo opaco, obſcuro, & vmbroſo. Recta tetendit populus ad deſertum: Dauid autem parum deflexit, vt tranſiret per torrentem Cedron. 46 vel, depoſueruntque, id eſt, collocarunt in loco idoneo. 47 & eam (ſubaudi, arcam,) & domicilium eius, id eſt, in quo reponitur arca. 48 Hebraiſmus, Non eſt mihi beneplacitum in te, id eſt, Non es mihi gratus. 49 vel, Videſne? id eſt, Valeſne conſilio? quaſi dicat, Si valeas conſilio, reuertere: plus enim profueris mihi redeundo, quàm manendo. Chaldęus paraphraſtes, Propheta es? id eſt, Si Dominus à te conſultus reſponderit tibi redeundum eſſe domum, redito. 50 ſubſiſtam. vel, remanſurus ſum. ſubaudi, aliquot dies. 51 vel, aſcendens flendo, 52 more ſcilicet lugentium. 53 vel, Infatua. aut, Perde. 54 ſcilicet montis. 55 ſciſſam habens tunicam ſuam. 56 tranſieris, id eſt, Si me ſequaris. 57 ſubaudi, poſthac. 58 Hebraiſmus, fui ſeruus patris tui ex tunc, (id eſt, ex multo tempore,) & nunc, id eſt, poſthac. 59 id eſt, in commodum meum. 60 vel, in aula 61 quaſi dicat, Statim autem vt ingreſſus eſt Chuſai amicus Dauidis in vrbem, ingreſſus quoque eſt Abſalom in Ieruſalem.

## CAP. XVI.

Sibæ mendaci, Dauidi occurrẽti, dantur bona Miphiboſeth.

° vtre

Inf. 19. e.

CVmque Dauid tranſiſſet paululùm montis verti- 1
cem, apparuit Siba puer Miphiboſeth, in occur-
ſum eius, cum duobus aſinis, qui onerati erant
ducentis panibus, & centum alligaturis vuæ paſſæ, & cẽ-
tum maſsis palatharũ, & ° duobus vtribus vini. ♀ Et dixit 2
rex Sibæ, Quid ſibi volunt hæc? Reſpõditque Siba, Do-
mine mi rex, aſini, domeſticis regis vt ſedeant, & panes &
palathæ ad veſcendum pueris tuis: vinum autem vt bibat
ſiquis defecerit in deſerto. ♀ Et ait rex, Vbi eſt filius do- 3
mini tui? Reſponditque Siba regi, Remanſit in Ieruſa-
lem, dicens, Hodie reſtituet mihi domus Iſrael regnum
patris mei. ♀ Et ait rex Sibæ, Tua ſint omnia quę fuerunt 4

*QVum verò Dauid paululum tranſiſſet 1 è vertice,*
*en Ziba 2 puer Mephiboſeth venit ei obuiam, ſi-*
*mulque par aſinorum ſtratorũ, ſuper quos erãt du-*
*centi panes, centum ligaturæ vuarum paſſarum,*
*& centũ [maſſæ] 3 fructuum æſtiuorum, & lagena vini. Et*
*ait rex ad Ziba, Quid tibi hæc? Reſpondit Ziba, Aſini*
*ſunt pro domo regis, 5 vt eis vehantur, panes verò & 6*
*fructus æſtiui ſunt pro pueris vt edant: vinum vt bibant 7*
*qui fatigati ſunt in deſerto. Aitque rex, Vbi eſt filius domini*
*tui? 8 Reſpondit Ziba regi, En 9 ſedet in Ieruſalem: quo-*
*niam dixit, Hodie reſtituent mihi Iſraelitæ regnum patris*
*mei. Dixit ergo rex ad Ziba, En 10 tua ſint quæcunq; habes*



*Mephi-*

*Mephiboſeth. Et ait Ziba, 11 Gratias ago, nanciſcar fauorem in oculis domini mei regis. Venit itaque rex Dauid 12 Bahurim vſque: & ecce illinc egrediebatur quidam de familia domus Sauliticæ, nomine Semei, filius Gera, is egrediendo egrediebatur, & 13 maledixit. Adhæc lapidibus petijt Dauidem, omneſque ſeruos regis Dauidis: 14 omnem populum, heroeſque omnes, qui erant ei à dextra & à ſiniſtra. Sic autem dicebat Semei quum malediceret ei, Egredere, egredere 15 ſanguinarie, tu vir belial. Dominus rependit tibi vniuerſum ſanguinem domus Saulticæ, cuius loco tu regnaſti, tradiditque Dominus regnum in manum filij tui Abſolomis, 16 idque tuo malo, quoniam ſanguinarius es. Ait autem Abiſai filius Zeruia ad regem, Cur maledicit 17 canis iſte mortuus domino meo regi? ſine obſecro vt abeam, & tollam caput eius. Et ait rex, 18 Quid mihi vobiſcum negotij filij Zeruia? maledicit ſic, quoniam Dominus iuſsit ei vt Dauidi maledicat: quis igitur dicat, Cur ſic feciſti? dixitque Dauid ad Abiſai & ad omnes ſeruos ſuos, Ecce filius meus qui egreſſus eſt è viſceribus meis inſidiatur vitæ meæ, quanto igitur magis 19 filius iſte Iemini? permittite ei vt maledicat, quoniam Dominus præcepit ei. Fortaſſe Dominus reſpiciet afflictionem meam, rependetque mihi Dominus bonum pro maledictis illius hoc eodem die. Quumque Dauid & viri eius per viam incederent, ibat Semei in latere montis e regione illius, ibat inquam & maledicebat, iaciebatque lapides 20 contra eum, ſimulque ſpargebat puluerem. Venerunt autem rex & cunctus populus qui erat cum eo fatigati, & ibi 21 refecit ſeſe. Abſolom autem & omnis populus 22 Iſraeliticus venerunt in Ieruſalem, cumque eo Abitophel. Quumque veniſſet Huſai Archites amicus Dauidis ad Abſolom, dixit Huſai ad Abſolom, 23 Viuat rex, viuat rex. Dixit autem Abſolom ad Huſai, 24 Hoccine beneficium tuum amico tuo [rependis?] cur non profectus es cum amico tuo? Reſpondit Huſai ipſi Abſolom, Nequaquam, ſed quem elegerit Dominus & populus iſte, nempe vniuerſus Iſrael, illius ero, & cum illo manebo. 25 Adhæc cui ego 26 inſeruirem, annon 27 coram filio 28 eius? quemadmodum ſeruiui coram patre tuo, ſic ero coram te. Et dixit Abſolom ad Abitophel, Agitedum proferte conſilium, quid faciamus. Et dixit Abitophel ad Abſolom, Ingredere ad concubinas patris tui, quas reliquit vt domum cuſtodirent: audietque vniuerſus Iſrael 29 quod odioſus ſis factus patri tuo: ſic roborabuntur manus omnium 30 qui tecum ſunt. Tetenderunt ergo ipſi Abſolom tentorium ſuper 31 tectum, & ingreſſus eſt Abſolom ad concubinas patris ſui in oculis totius Iſraelis. Etenim conſilium 32 quod dedit Abitophel illis diebus, 33 fuit acſi quis conſuluiſſet 34 oraculum Dei: ſic fuit omne conſilium Abitophelis, tā apud Dauidem, quàm apud Abſolom.*

Miphiboſeth. Dixitque Siba, Oro vt inueniam gra-
5 tiam coram te domine mi rex. ¶ Venit ergo rex Da-
uid vſque Bahurim: & ecce egrediebatur inde vir de co-
gnatione domus Saul, nomine Semei, filius Gera;
6 procedebatque egrediens, & maledicebat. ¶ Mitte-
batque lapides contra Dauid: & contra vniuerſos ſer-
uos regis Dauid: omnis autem populus, & vniuerſi
bellatores à dextro & à ſiniſtro latere regis incedebant.
7 ¶ Ita autem loquebatur Semei cum malediceret regi,
8 Egredere, egredere vir ſanguinum, & vir belial. ¶ Red-
didit tibi Dominus vniuerſum ſanguinē domus Saul: quo-
niam inuaſiſti regnum pro eo, & dedit Dominus regnum
in manu Abſalom filij tui: & ecce premunt te mala tua,
9 quoniam vir ſanguinum es. ¶ Dixit autem Abiſai filius
Saruiæ, regi, Quare maledicit canis hic moriturus do-
10 mino meo regi? vadam, & amputabo caput eius. ¶ Et
ait rex, Quid mihi & vobis eſt filij Saruiæ? dimittite eum
vt maledicat: Dominus enim præcepit ei vt malediceret
11 Dauid: & quis eſt qui audeat dicere quare ſic fecerit? ¶ Et
ait rex, Abiſai, & vniuerſis ſeruis ſuis, Ecce filius meus,
qui egreſſus eſt de vtero meo, quærit animam meā: quanto
magis * hic filius Iemini maledicet mihi? dimittite eum
12 vt maledicat iuxta præceptum Domini, ¶ ſi forte re-
ſpiciat Dominus afflictionem meam, & reddat mihi Do-
13 minus bonū pro maledictione hac, die hodierna. ¶ Am-
bulabat itaque Dauid, & ſocij eius per viam cum eo: Se-
mei autem per iugum montis ex latere, contra illum gra-
diebatur, maledicens, & mittens lapides aduerſum eū, ter-
14 ramq; ſpargens. ¶ Venit itaque rex Dauid, & vniuerſus
15 populus cum eo laſſus, & " refocillati ſunt ibi. ¶ Abſalom
autem & omnis populus eius ingreſsi ſunt Ieruſalem, ſed
16 & Achitophel cum eo. ¶ Cum autē veniſſet Chuſai Ara-
chites amicus Dauid ad Abſalom, locutus eſt ad eum,
17 Salue rex, ſalue rex. ¶ Ad quē Abſalō, Hæc eſt, inquit, gra
tia tua ad amicum tuum? quare non iuiſti cum amico tuo?
18 ¶ Reſponditque Chuſai ad Abſalom, Nequaquam: quia
illius ero quem elegit Dominus, & omnis hic populus
19 & vniuerſus Iſrael, & cū eo manebo. ¶ Sed vt & hoc infe-
ram, cui ego ſeruiturus ſum? nonne filio regis? ſicut parui
20 patri tuo, ita parebo & tibi. ¶ Dixit autem Abſalom ad
21 Achitophel, Inite conſilium, quid agere debeamus. ¶ Et
ait Achitophel ad Abſalom, Ingredere ad concubinas
patris tui, quas dimiſit ad cuſtodiendum domum: vt cum
audierit omnis Iſrael quòd fœdaueris patrem tuū, robo-
22 rentur tecum manus eorum. ¶ Tetenderunt ergo Abſa-
lom tabernaculum in ſolario, ingreſſuſque eſt ad concu-
23 binas patris ſui coram vniuerſo Iſrael. ¶ Conſilium autem
Achitophel, quod dabat in diebus illis, quaſi ſi quis con-
ſuleret Deum: ſic erat omne conſilium Achitophel, &
cum eſſet cum Dauid, & cum eſſet cum Abſalom.

Semei maledicit Dauidi fugienti.
3. reg. 2. b.
B
Mortificata voluntas.
C
* nunc Dauid iniuriam quod à Deo eſſet, nō vlciſcit.
Afflictio.
" refocillatus eſt.
Chuſai iuxta Dauidis conſilium decipit ad Abſalom.
D
Conſiliū Achitophel.
Abſalom cum cōcubinis patris concumbit.
Supra 12. c.

## SCHOLIA IN CAP. XVI.

1 vel, vltra verticem. 2 vel, famulus. 3 carycarum. 5 Hebraiſmus, ad equitandum, id eſt, ſuper quos equitabunt familiares regis, & vxores. 6 caryce. 7 ij qui defecerint. 8 mentiens ſcilicet. 9 remanſit. affectans nempe regnum. 10 quaſi dicat do tibi quæ herus tuus poſsidet. 11 Supplex oro, ineam gratiam apud te, domine mi rex. nam qui gratias agunt, aliquo ſigno exteriore ſolent animi gratitudinē oſtendere. Chaldæus paraphraſtes. Gratias ago, inueniam, &c. quaſi dicat, vtinam ſemper ita me ames. 12 id eſt, in agrum Bahurim, hoc eſt quum iam non longe abeſſet à Bahurim. Hic locus dicitur in Paralipome. Almach. Hoc vero per anticipationem dicitur: nam quæ prius illi acciderint, exponuntur. 13 maledicebat. vel, cœpit maledicere. 14 omnis autem populus & omnes potentes (ſiue fortes) erant à dextra eius & à ſiniſtra, id eſt, omnes viri militares erant ad dextrum latus Dauidis & ad ſiniſtrum. 15 Hebraiſmus, vir ſanguinum, & vir impie, id eſt, homicida & improbe. 16 Hebraiſmus, & ecce in malo tuo, id eſt, calamitate & afflictione opprimeris, quoniam ſanguinem humanum effudiſti. 17 quaſi dicat, abiectiſsimus iſte homo qui non pluris eſt quàm canis mortuus. 18 quaſi dicat, Quid habeo commune vobiſcum? 19 id eſt, Beniaminita? 20 Hebraiſmus, eregione eius, id eſt, cum eſſet eregione illius. 21 vel, refocillatus eſt. 22 Hebraiſmus, viri Iſrael. per appoſitionem dictum. 23 Chaldæus paraphraſtes, Proſpera fortuna vtatur rex. 24 Hebraiſmus, Hæc eſt gratia tua in amicum tuum? quaſi dicat, Hæc rependis amico tuo pro beneficijs? vel, Eſtne hæc gratia erga amicum tuum? 25 Hebraiſmus, & ſecunda. ſub. ratio. 26 ſeruiturus ſum? 27 Vacat iſtud (coram) & duo ſequentia. 28 ſubaudi, amici mei. 29 Hebraiſmus, quod fœtidum te & male olentem reddideris patri, &c. id eſt, quod ſerio defeceris à patre. 30 id eſt, qui tuas partes ſequuntur. 31 ſubaudi, regiæ domus. 32 dabat. 33 erat. 34 Hebraiſmus, verbum, &c. id eſt, tantæ erat authoritatis, quantæ eſt reſponſum & oraculum diuinum.

CAP.



## CAP. XVII.

DIxit ergo Achitophel ad Abſalom, Eligam mihi 1
duodecim millia virorū, & conſurgens perſequar
Dauid hac nocte. ¶ Et irruēs ſuper eum (quippe 2
qui laſſus eſt, & ſolutis manibus) percutiam eum: cum-
que fugerit omnis populus qui cum eo eſt, percutiam re-
gem deſolatum. ¶ Et reducā vniuerſum populū, quomo- 3
do vnus homo reuerti ſolet: vnum enim virum tu quæris:
& omnis populus erit in pace. ¶ Placuitq; ſermo eius Ab- 4
ſalom, & cunctis maioribus natu Iſrael. ¶ Ait autem Ab- 5
ſalom, Vocate * Chuſai Arachiten, & audiamus quid
etiam ipſe dicat. ¶ Cumque veniſſet Chuſai ad Abſa- 6
lom, ait Abſalom ad eum, Huiuſcemodi ſermonem locu-
tus eſt Achitophel: facere debemus an non? quod das
conſiliū? ¶ Et dixit Chuſai ad Abſalom, Non eſt bonum 7
conſiliū quod dedit Achitophel hac vice. ¶ Et rurſum in- 8
tulit Chuſai, Tu noſti patrem tuū, & viros qui cū eo ſunt
eſſe fortiſsimos & amaro animo, veluti ſi vrſa raptis catu-
lis in ſaltu ſæuiat. Sed & pater tuus vir bellator eſt, nec
morabitur cū populo. ¶ Forſitā nunc latitat in foueis, aut 9
in vno quo voluerit loco: & cum ceciderit vnus quilibet
in principio, audiet quicunque audierit, & dicet, Facta eſt
plaga in populo qui ſequebatur Abſalom. ¶ Et fortiſsimus 10
" quiſque, cuius cor eſt quaſi leonis, pauore ſoluetur:
ſcit enim omnis populus Iſrael fortē eſſe patrem tuum, &
robuſtos omnes qui cum eo ſunt. ¶ Sed hoc mihi videtur 11
rectum eſſe conſilium, Congregetur ad te vniuerſus po-
pulus Iſrael, à Dan vſq; Berſabee, quaſi arena maris in-
numerabilis: & tu eris in medio eorum. ¶ Et irruemus 12
ſuper eum in quocunque loco inuentus fuerit: & ope-
riemus eum, ſicut cadere ſolet ros ſuper terram: & non
relinquemus de viris qui cum eo ſunt, ne vnum quidem.
¶ Quòd ſi vrbem aliquam fuerit ingreſſus, circundabit 13
omnis Iſrael ciuitati illi funes, & trahemus eam in tor-
rentem, vt non reperiatur ne calculus quidem ex ea. ¶ Di 14
xitque Abſalom, & omnes viri Iſrael, Melius eſt conſi-
lium Chuſai Arachitæ, conſilio Achitophel. Domini au-
tem nutu diſsipatum eſt conſilium Achitophel vtile, vt
induceret Dominus ſuper Abſalom malum. ¶ Et ait Chu- 15
ſai Sadoc & Abiathar ſacerdotibus, Hoc & hoc modo cō-
ſilium dedit Achitophel Abſalom, & ſenioribus Iſrael: &
ego tale & tale dedi conſilium. ¶ Nunc ergo mittite ci- 16
to, & nuntiate Dauid, dicentes, Ne moreris nocte hac
in campeſtribus deſerti, ſed abſque dilatione tranſgre-
dere: ne fortè abſorbeatur rex, & omnis populus
qui cum eo eſt. ¶ Ionathan autem & Achimaas ſta- 17
bant iuxta Fontem rogel: abijt ancilla & nuntiauit eis:
& illi profecti ſunt, vt referrent ad regem Dauid nuntium:
non enim poterant videri, aut introire ciuitatem. ¶ Vidit 18
autem eos quidam puer, & indicauit Abſalom: illi verò cō
cito gradu ingreſsi ſunt domum cuiuſdam viri in Bahu-
rim, qui habebat puteum in veſtibulo ſuo, & deſcende-
runt in eū. ¶ Tulit autē mulier, & expandit velamen ſuper 19
os putei, quaſi ſiccans ptiſanas: & ſic latuit res. ¶ Cum- 20
que veniſſent ſerui Abſalom in domū ad mulierem, dixe-
runt, Vbi eſt Achimaas & Ionathan? Et reſpondit eis mu-
lier, Tranſierunt feſtinanter, guſtata paululum aqua. at hi
qui quærebant, cum non reperiſſent, reuerſi ſunt in Ieru-
ſalem. ¶ Cumque abijſſent, aſcenderunt illi de puteo, & 21
pergentes nuntiauerunt regi Dauid, & dixerunt, Surgite,
& tranſite cito fluuium: quoniam huiuſcemodi dedit con
ſilium contra vos Achitophel. ¶ Surrexit ergo Dauid & 22
omnis populus qui cum eo erat, & tranſierunt Iordanem,
donec diluceſceret, antequam denudaretur verbū. & ne
vnus quidem reſiduus fuit qui non tranſiſſet fluuiū. ¶ Por- 23
rò Achitophel videns quòd non fuiſſet factum conſilium
ſuum, ſtrauit aſinum ſuum, ſurrexitque, & abijt in domum
ſuam & in ciuitatem ſuam: & diſpoſita domo ſua, ſuſpen-

Conſilium Achitophel.
* &
B
Diſsipat à Deo conſiliū Achitophel per Chuſai.
C
" ipſe,
Conſilium Chuſai.
D
Chuſai, conſiliū Achitophel Dauidi aperit.
E
Achimaa & Ionatha abſconſis in puteo, falluntur ſerui Abſalom.
F
Achitophel laqueo mortem ſibi conſciſcit.

## CAP. XVII.

*AIt verò Abitophel ad Abſolom, Deligam nunc duodecim millia virorum, & conſurgens perſequar Dauidem noctu, Irruamque in eum (quum ipſe ſit laſſus & 1 remiſsis manibus) terrebóque eum, vt fugiat omnis populus qui cum eo eſt, feriamque ſolum regem, Populum vero vniuerſum reducam ad te ( 2 quumque omnes viri quos tu cupis ad te reducti fuerint, pax erit vniuerſo populo.) Is ſermo 3 viſus eſt rectus in oculis ipſius Abſolom, & in oculis omnium ſeniorum Iſraelis. Dixit autem Abſolom, Voca quæſo & ipſum Huſai Architen, vt audiamus ipſum quoque 4 quid dicat. Quumque veniſſet Huſai ad Abſolom, loquutus eſt Abſolom ad eum, dicens, 5 Sic loquutus Abitophel, obſequemurne conſilio eius? Sin minus, 6 dic tu. Tum dixit Huſai ad Abſolom, Conſilium quod 7 in præſens dedit Abitophel, non eſt bonum. Addiditque Huſai, Tu noſti quòd pater tuus militeſque eius viri ſint ſtrenui & fortes, adhæc 8 amaro animo, non ſecus ac vrſus in campo [catulis ſuis] orbatus. 9 Iam pater tuus vir eſt bellandi gnarus, nec pernoctat cum populo. En ipſe iam latitat, ſiue in aliqua ſpelunca, ſiue in alio quopiam 10 loco, 11 ſi iam ad primum congreſſum ex eis cadant aliqui, omnino fama hæc ſpargetur, & dicetur cladē factam eſſe in exercitu Abſolomis. 12 Hinc fiet, vt & hi qui fortes alioqui ſunt, & qui pectora habēt leonina, molleſcant ac liqueſiant: nam hoc Iſraelitis omnibus exploratiſsimum eſt, patrem tuum virum eſſe fortem, 13 militeſque eius viros bellicoſos. 14 Etenim ego conſulo vt ad te citiſsime cōgregetur vniuerſus Iſrael, à Dan vſque ad Beerſeba, 15 qui multitudine arenam maris æquat: 16 deinde, vt tu ipſe præſens adſis in conflictu: Tum 17 irruemus in eum, vbicunque tandem locorum fuerit inuentus: irruemus in quā in eum, quemadmodum ros cadit ſuper terram, nec vnū quidē, neq; ex eo, neque ex his qui cum eo ſunt, faciemus reliquum. Quod ſi ſe receperit in vrbem aliquam, 18 admouebunt omnes Iſraelitæ funes illi vrbi, & trahemus eā vſque ad torrentem, vt ne lapillus ibi inueniatur. Ait itaque Abſolom & omnes Iſraelitæ, Cōſilium Huſai Arachitæ melius eſt quam conſilium Abitophelis. Siquidem Dominus 19 ordinauerat vt conſilium Abitophelis bonum irritum fieret, vt Dominus induceret malum [ per Abſolom. Dixit vero Huſai ad Zadoc & Abiathar ſacerdotes, Sic & ſic cōſuluit Abitophel ipſi Abſolom & ſenioribus Iſrael: tale verò conſilium ego dedi. Illico ergo 20 per nuntios indicate Dauidi huiuſmodi verba, Ne pernoctes hac nocte in campeſtribus locis deſerti, ſed mox trajice, ne forte abſorbeatur & rex, & vniuerſus populus qui cum ipſo eſt. Porro Ionathan & Abimaaz ſtabāt iuxta 21 Fontem-rogel, 22 abijt ergo 23 ancilla quædā, & 24 indicauit eis, 25 ipſique abeuntes indicauerūt regi Dauidi: illi enim palàm vrbem ingredi non audebant. Videns autem eos puer, nuntiauit ipſi Abſolom: atque illi duo properanter abierunt, veneruntque in domum cuiuſdam viri in Bahurim, qui puteum habebat in atrio ſuo in quem deſcenderunt. Tollenſque velum quoddam 26 mulier, expandit ſuper puteum, & ſparſit ſuper ipſum, 27 hordeum contuſum, 28 ne res hæc innoteſceret. Et venientes ſerui Abſolō in domum ad 29 mulierem, dixerunt, Vbi eſt Abimaaz & Ionathan? Reſpondit eis mulier, Traiecerunt 30 vadum aquarum. quumque quæſiuiſſent, & non inueniſſent, reuerſi ſunt in Ieruſalem. Factum ergo eſt, poſtquam illi abijſſent, vt aſcenderent hi de puteo, irentque & nuntiarent regi Dauidi; dicerentque ad Dauidem, Surgite, & propere trajicite 31 aquas: quoniam ſic conſuluit contra vos Abitophel. Surrexit itaque Dauid & omnis populus qui erat cū eo, & traiecerunt Iordanem 32 antequam aurora exoriretur, ita vt ne vnus quidem 33 deſideraretur qui non tranſiſſet Iordanem. Porrò Abitophel videns non 34 ſucceſsiſſe conſilium ſuum, ſtrauit aſinum, & cōſurgens abijt in domū ſuā, 35 & ad ciuitatem ſuam, & 36 diſpoſita domo ſua, 37 ſtrangu-*

*latus eſt, & mortuus, ſepultus eſt in ſepulchro patris ſui. Dauid verò venit in Mahanaim, & Abſolom Iordanem tranſmiſit, ipſe & cum eo omnes Iſraelitæ. Et conſtituit Abſolom Amaſam pro Ioab ſuper exercitum. fuit autem Amaſa filius cuiuſdam 38 viri Iſraelitæ nomine 39 Iitkra, 40 qui ingreſſus erat ad Abigail filiam Nahas ſororem Zeruia matris Ioab. Caſtrametatus eſt itaque Iſrael & Abſolom in terra Gilead. Cumque veniſſet Dauid in Mahanaim, [attulerunt] 41 Sobi filius Nahas de Rabba Ammonitarum, Machir filius Ammiel de Lo-debar, & Barſilai Gileadites de Roglim, Lectos, 42 pelues, vaſa fictilia, triticum, & hordeum, farinam & 43 ſpicas toſtas, fabas, lentem atque 44 far toſtum, Mel, butyrum, oues, & caſeos vaccinos, quæ attulerunt Dauidi & populo qui cum eo erat, vt comederent: dixerant enim, Populus ille famelicus eſt, & delaſſatus, & ſitim patitur 45 in deſerto.*

24 dio interijt, & ſepultus eſt in ſepulchro patris ſui. ♀Dauid
autem venit in Caſtra, & Abſalom tranſijt Iordanem,
25 ipſe & omnes viri Iſrael cum eo. ♀ Amaſam verò conſti-
tuit Abſalom pro Ioab ſuper exercitum: Amaſa autẽ erat
filius viri, qui vocabatur Ietra de Iſraeli, qui ingreſſus
eſt ad Abigail filiam Naas, ſororem Saruiæ quæ fuit ma-
26 ter Ioab. ♀ Et caſtrametatus eſt Iſrael cum Abſalom
27 in Terra-Galaad. ♀ Cumque veniſſet Dauid in Ca-
ſtra, Sobi filius Naas de Rabbath filiorum Ammon &
Machir filius Ammiel de Lo-dabar & Berzellai Galaadi-
28 tes de Rogelim, ♀ Obtulerunt ei ſtratoria & tapetia, &
vaſa fictilia, frumentum & hordeum & farinam & polen-
29 tam & fabam & lentem, & frixum oleo cicer, ♀ Et
mel & butyrum, oues & pingues vitulos. dederuntque
Dauid, & populo qui cum eo erat, ad veſcendum: ſuſ-
picati enim ſunt populum fame & ſiti fatigari in deſerto.

Abſalom perſequitur Dauidẽ. Amaſa.

G

Prouidẽtia Dei, cibi afferuntur ad Dauidem in deſertum.

## SCHOLIA IN CAP. XVII.

1 Hebraiſmus, debilis manibus, id eſt, remiſſo animo. 2 (&) quum reuerſi fuerint, ((nam) vir ille eſt is quem quæris) omnis populus erit ſaluus. vel, nam is quem quæris eſt, vir ipſe, id eſt, caput & dux, quaſi dicat, tu enim ſolum principem & ducem quæris. 3 id eſt, placuit. nam quæ recta ſunt placent. 4 Hebraiſmus, quid ſit in ore etiam ipſius. 5 Hebraiſmus, Iuxta hunc ſermonem, id eſt, Talia conſuluit. 6 ſubaudi, ſententiam tuam de hac re. 7 hac vice. 8 id eſt, maxime irati. 9 vel, Præterea. 10 ſubaudi, ſecreto. 11 Hebraiſmus, quumque (ſub. milites tui) irruerint in eos initio, & audierit qui audiet (ſubaudi, tumultum tuorum qui primo impetu perierint:) tum dicet, Facta eſt plaga in populo qui ſequitur Abſalom, id eſt, Victus eſt populus qui ſequitur partes Abſalom. 12 Hebraiſmus, Et etiam ſi ſit (ſubaudi, ille qui audierit) vir fortis, cuius cor ſit ſicut cor leonis, liqueſiendo liqueſiet. Quidam Hebræorum hoc intelligit de Achitophel. hoc modo, & ipſe Achitophel quanuis ſit fortiſſimus, trepidabit. 13 Hebraiſmus, eoſque qui cum eo ſunt, eſſe robuſtiſsimos. 14 Sed conſuluerim. 15 Hebraiſmus, tanquam arena maris quæ eſt ad mare, præ multitudine, id eſt, ſi multitudinem ſpectes. 16 Hebraiſmus, & facies tuæ eant ad prælium. 17 Hebraiſmus, veniemus ad eum ad quendam locum in quo reperiri poterit, & irruemus in eum. 18 Hebraiſmus, comportabunt omnes Iſraelitæ funes ad eam vrbem. 19 præceperat (ſubaudi, angelis) vt diſsiparent conſilium Achitophel quod bonum erat. 20 mittite (ſubaudi, filios veſtros) & renunciate. 21 Hen-rogel, id eſt, fontem fullonis. 22 quò abijt, &c. 23 miſſa ſcilicet ab illis pontificibus. 24 ſupradicta ſcilicet. 25 ipſi autem ituri erant, & renuntiaturi regi Dauid: non enim poterant ſeſe oſtendere ingrediendo vrbem, id eſt, ſtabant ad fontem Rogel, non enim audebant ingredi vrbem, ne viderentur. 26 vel, vxor (illius.) 27 grana frumenti contuſi. 28 Hebraiſmus, & non deprehenſa fuit hæc res, id eſt, fraus iſta. 29 matrem familiâs. 30 riuum. decurſum. Chaldæus paraphraſtes, Iordanem. 31 id eſt, Iordanem. 32 Hebraiſmus, vſquedum illuxit mane. 33 defuerit. 34 factum fuiſſe, 35 id eſt, quæ erat in vrbe ſua. nam habebat alias domos, quæ ſitę non erant in eadem vrbe. 36 Hebraiſmus, præceptis datis familiæ ſuæ, id eſt, quum mandaſſet aliqua de his quæ vellet fieri ſe mortuo. 37 ſtrãgulauit ſeſe. 38 id eſt, magnatis. 39 Iithra iſte erat Iſraelita genere, & habitatione Iſmaelita: ita enim vocatur in libro Paralipomenon: quod ſcilicet aliquando habitaſſet apud Iſmaelitas. 40 Forte ante nuptiales cæremonias genuerat Amaſam: incertum tamen eſt. Doctiores ſic exponunt, qui rem habuerat cum ea, vt vir cum vxore ſua. hoc eſt, qui duxit vxorem Abigail. 41 Aiunt Hebræi Sobi fuiſſe Iſraelitam qui in Rabbath remanſerat ea expugnata à Dauide. Alij, fratrem Nahas quem ſuperauerat Dauid in Rabbath. Alij, filium Hanon. 42 vel, hydrias. 43 polentam triticeam. 44 polentam ex leguminibus. 45 vel, ex deſerto, id eſt, ex itinere facto per deſertum.

## CAP. XVIII.

*DAuid recenſuit populũ quem ſecum habebat, & cõſtituit ſuper eos tribunos & cẽturiones. Porrò tertiã populi partẽ miſit ſub manũ Ioab, rurſus tertiã partẽ ſub manũ Abiſai filij Zeruia fratris Ioab, & tertiam deinde partẽ ſub manũ Ithai Githæi: & ait rex ad populũ, 1 Omnino & ego vobiſcũ egrediar. Populus verò dixit, Nequaquam egredieris, nã ſi nos fugerimus, 2 nullã noſtrũ habebũt rationẽ: quin ſi ex nobis dimidia pars perierit, 3 non multum penſi habebunt: 4 etenim noſtrũ fermè ſunt decẽ millia, 5 & melius eſt vt tu nobis ex vrbe opẽ feras. Dixit ergo ad eos rex, Quòd vobis bonũ videtur faciã. Cõſtitit itaque rex 6 apud portam, egrediente vniuerſo populo per cẽturias & chiliades. Et præcepit rex ipſi Ioab, Abiſai & Ithai, dicens, Leniter [agatis] 7 mihi cũ puer Abſolõ. Audiuit hoc omnis populus quòd rex præciperet omnibus ducibus 8 de Abſolõ. Egreſſus eſt itaque populus in campũ cõgreſſurus cũ Iſraelitis: factũq; eſt præliũ in ſylua 9 Ephraim. Corruit autẽ illic populus Iſrael coram ſeruis Dauidis, & facta eſt illic clades magna eodẽ die, nempe viginti milliũ, Diſperſo prælio illic ſuper faciẽ vniuerſæ terræ: pluresq; e populo 10 ſylua perdidit eo die, quàm vorarit gladius. 11 Datus eſt autẽ Abſolõ conſpectui ſeruorũ Dauidis, qui Abſolõ vehebatur ſuper mulũ, mulusq; ipſe venit ſubter 12 denſam quercũ, eãque magnã: 13 qua quercu caput eius retentũ eſt, vt penderet ipſe inter cælũ & inter terrã, 14 trãſ-*

1 IGitur cõſyderato Dauid populo ſuo cõſtituit ſup eos
2 tribunos & cẽturiones. ♀Et dedit populi tertiã partem
ſub manu Ioab, & tertiã partẽ ſub manu Abiſai filij Sar
uię fratris Ioab, & tertiã partẽ ſub manu Ethai, qui erat de
3 Geth: dixitq; rex ad populũ, Egrediar & ego vobiſcũ. ♀ Et
reſpõdit popul⁹, Nõ exibis: ſiue enim fugerimus, nõ ma-
gnopere ad eos de nobis ꝑtinebit: ſiue media pars cecide-
rit è nobis, non ſatis curabũt: quia tu vnus ſolus pro decẽ
millibus computaris: melius eſt igitur vt ſis nobis in vrbe
4 ꝓſidio. ♀Ad quos rex ait, Quod vobis videtur rectũ, hoc
faciã. Stetit ergo rex iuxta portã: egrediebaturq; populus
5 per turmas ſuas cẽteni & milleni. ♀ Et ꝑcepit rex Ioab &
Abiſai & Ethai, dicens, Seruate mihi puerum Abſalom. Et
omnis populus audiebat præcipientẽ regẽ cũctis princi-
6 pibus pro Abſalõ. ♀ Itaque egreſſus eſt populus in cam-
7 pum cõtra Iſrael, & factũ eſt pręliũ in ſaltu Ephraim. ♀Et
cæſus eſt ibi popul⁹ Iſrael ab exercitu Dauid, factaque eſt
8 plaga magna in die illa, viginti milliũ. ♀Fuit autẽ ibi præ-
liũ diſperſum ſuper faciẽ omnis terrę, & multò plures erãt
quos ſaltus cõſumpſerat de populo, quã hi quos voraue-
9 rat gladius in die illa. ♀Accidit autẽ vt occurreret Abſalõ
ſeruis Dauid, ſedẽs mulo: cũq; ingreſſus fuiſſet mulus ſub-
ter cõdẽſam quercũ & magnã, adhæſit caput ei⁹ quercui:
& illo ſuſpẽſo inter cælũ & terrã, mul⁹ cui inſederat, per-
tranſiuit.

Præparat Dauid exercitum contra Abſalom.

Dauid præcipit ne occidatur Abſalom.

B

Vincitur exercitus Abſalom.

Abſalõ de quercu pendens confoditur à Ioab.



tranſiuit. ♀Vidit autem hoc quiſpiam, & nuntiauit Ioab, 10
C dicens, Vidi Abſalom pendẽre de quercu. ♀ Et ait Ioab 11
viro qui nuntiauerat ei, Si vidiſti, quare non confodiſti
eum cum terra, & ego dediſſem tibi decem argenti ſiclos,
& vnum baltheum? ♀Qui dixit ad Ioab, Si appenderes 12
in manibus meis mille argenteos, nequaquam mitterem
manum meam in filium regis: audientibus enim nobis
præcepit rex tibi, & Abiſai, & Ethai, dicens, Cuſtodite
mihi puerum Abſalom. ♀ Sed & ſi feciſſem contra ani- 13
mam meam audacter, nequaquam hoc regem latere po-
tuiſſet, & tu ſtares ex aduerſo. ♀ Et ait Ioab, Non ſicut 14
tu vis, ſed aggrediar eum coram te. tulit ergo tres lanceas
in manu ſua, & infixit eas in corde Abſalom: cumque ad-
huc palpitaret hærens in quercu, ♀ cucurrerunt decem 15
iuuenes armigeri Ioab, & percutientes interfecerunt eum.
D ♀Cecinit autem Ioab buccina, & retinuit populum, ne per 16
ſequeretur fugientem Iſrael, volens parcere multitudini.
♀ Et tulerunt Abſalom, & proiecerunt eum in ſaltu, in 17
foueam grandem, & comportauerunt ſuper eum acer-
uum lapidum magnum nimis: omnis autem Iſrael fugit
in tabernacula ſua. ♀Porrò Abſalom erexerat ſibi, cum 18
adhuc viueret, titulũ, qui eſt in Valle-regis: dixerat enim,
Non habeo filium, & hoc erit monimentum nominis mei.
Vocauitque titulum nomine ſuo, & appellatur, Manus-
abſalom: vſque ad hanc diem. ♀ Achimaas autem filius 19
Sadoc, ait, Curram, & nuntiabo regi quia iudicium fe-
cerit ei Dominus de manu inimicorum eius. ♀ Ad quem 20
Ioab dixit, Non eris nuntius in hac die, ſed nuntiabis in
alia: hodie nolo te nuntiare, filius enim regis eſt mortuus.
E ♀Et ait Ioab Chuſi, Vade, & nuntia regi quæ vidiſti. ado- 21
rauit Chuſi Ioab, & cucurrit. ♀Rurſus autem Achimaas 22
filius Sadoc dixit ad Ioab, Quid impedit ſi etiam ego cur-
ram poſt Chuſi? dixitque ei Ioab, Quid vis currere fili-
mi? veni huc, non eris boni nuntij baiulus. ♀ Qui re- 23
ſpondit, Quid enim ſi cucurrero? & ait ei, Curre. cur-
rens ergo Achimaas per viam compẽdij, tranſiuit Chuſi.
♀Dauid autem ſedebat inter duas portas: ſpeculator verò 24
qui erat in faſtigio portæ ſuper murum, eleuans oculos,
vidit hominem currentem ſolum. ♀ Et exclamans indi- 25
cauit regi: dixitque rex, Si ſolus eſt, bonus eſt nuntius
in ore eius. Properante autem illo, & accedente propius,
♀ vidit ſpeculator alterum hominem, currentem, & vo- 26
F ciferans in culmine, ait, Apparet mihi alter homo currẽs
ſolus. dixitque rex, Et iſte bonus eſt nuntius. ♀ Specu- 27
lator autem, Contemplor, ait, curſum prioris, quaſi cur-
ſum Achimaas filij Sadoc. Et ait rex, Vir bonus eſt: &
nuntium portans bonum venit. ♀Clamans autem Achi- 28
maas, dixit ad regem, Salue rex. & adorans regem coram
eo pronus in terram, ait, Benedictus Dominus Deus tuus,
qui concluſit homines qui leuauerunt manus ſuas contra
dominum meum regem. ♀Et ait rex, Eſtne pax puero 29
Abſalom? Dixitque Achimaas, Vidi tumultum magnum,
cum mitteret Ioab ſeruus tuus, ô rex, me ſeruum tuum:
G neſcio aliud. ♀ Ad quem rex, Tranſi, ait: & ſta hîc. 30
Cumque ille tranſiſſet, & ſtaret, ♀apparuit Chuſi: & ve- 31
niens ait, Bonum apporto nuntium domine mi rex: iudi-
cauit enim pro te Dominus hodie de manu omnium qui
ſurrexerunt contra te. ♀Dixit autem rex ad Chuſi, Eſtne 32
pax puero Abſalom? Cui reſpondens Chuſi, Fiant, inquit,
ſicut puer, inimici domini mei regis, & vniuerſi qui con-
ſurgunt aduerſus eum in malum. ♀ Contriſtatus itaque 33
rex, aſcendit in cœnaculum portæ, & fleuit. Et ſic loque-
batur, vadens, Fili mi Abſalom, Abſalom fili mi: quis
mihi tribuat vt ego moriar pro te Abſalom fili mi, fili
mi Abſalom?

Monumentum Abſalom.

Chuſi nuntiat Dauidi victoriam, & mortuum Abſalom.

Dauid accepto nuntio mortis Abſalom, plangit.

*eunte mulo cui inſederat. Quod quum quidam vidiſſet, nuntiauit ipſi Ioab, & dixit, Ecce vidi Abſolom pendentem ad quercum. Dixit ergo Ioab ad virum qui [hoc] nuntiauerat ſibi, 15 Si vidiſti, cur non illic ad terram eum 16 proſtrauiſti? 17 ego dediſſem tibi decem argenteos [ſiclos,] & baltheum vnum. Vir autem ille dixit ad Ioab, 18 Nequaquam ego, ſi penderes in manus meas mille argenteos [ſiclos,] non inquam inferrem manum meam filio regis: nobis enim audientibus rex præcepit tibi, Abiſai, & Ithai, hiſce verbis, Cauete, nequis [lædat] puerum Abſolom. 19 Aut ſi feciſſem, cur mentirer cum periculo vitæ meæ, 20 quum regẽ nihil celari poſsit, an vero tu ex oppoſito te collocares? Et dixit Ioab, 21 Non ſic expectabo coram te: & tollens 22 tria ſpicula manu ſua, defixit ea in 23 cor Abſolom, quum adhuc viueret, in medio quercus. Et 24 circundantes decem adoleſcentes, armigeri ſcilicet Ioab, percuſſerunt Abſolom, & interfecerunt eum. Quumque buccina receptui cecinſſet Ioab, reuerſus eſt populus ne inſequeretur Iſraelem, 25 quoniam pepercit Ioab populo. Accepto autem Abſolom, abiecerunt eum in foueam 26 magnam in ſylua, & 27 poſuerunt ſuper eum aceruum lapidum ingentẽ, fugeruntq; omnes Iſraelitæ in tabernacula ſua. 28 Et Abſolõ dum adhuc viueret, accepta pyramide, collocauit eam ſibi, quæ eſt in Valle-regis: 29 dixerat enim, Non eſt mihi filius, 30 vt relinquam memoriam nominis mei. vocauitque pyramidem illam ſuo nomine: vocata enim eſt 31 Monumentum Abſolomis, in hunc vſque diem. Ahimaaz autem filius Zadoc dixit, 32 Liceat mihi quæſo vt curram & nuntiem regi, quòd Dominus 33 eum aſſeruit de manu hoſtium eius. Et ait ad eum Ioab, Hodie 34 non eris fauſtus nũtius, nuntiabis 35 alio die: hac die nõ nuntiabis, quandoquidẽ filius regis mortuus eſt. Et ait Ioab ad 36 Chuſi, Vade tu, & ſignifica regi quæ videris. incuruãs ergo ſe 37 Chuſi coram Ioab, cucurrit. Ahimaaz filius Zadoc rurſus dixit ad Ioab, 38 Quid verò fieret, ſi & ego poſt Chuſi currerem? ait Ioab, Fili mi cur tu curreres? 39 nihil præmij de iſto nuntio referes. 40 [Rurſus dixit,] 41 Quid verò ſi curram? ait ad eum, Curre. cucurrit igitur Ahimaaz per 42 iter campeſtre, & anteuortit ipſum Chuſi. Porrò Dauid conſidebat inter duas portas, & ierat ſpeculator ſuper tectum portæ 43 in muro: attollens autem oculos ſuos vidit, & ecce quidam currebat ſolus. Clamauit ergo ſpeculator, & nuntiauit regi: dixitque rex, Si ſolus eſt, 44 nuntium eſt in ore eius. 45 is verò celerrime ibat, & cominus appropinquabat. Speculator vidit alium quendam currentem, clamauitque ſpeculator ad portæ cuſtodem, dicens, Ecce vir quidam ſolus currit. & dixit rex, Et hic nuntius eſt. Addidit ſpeculator, Video curſum prioris acſi eſſet curſus Ahimaaz filij Zadoc. Rex ait, Hic bonus vir eſt, venitque 46 vt fauſta nuntiet. Clamans itaque Ahimaaz dixit ad regem, Salus: ſimulque pronus procidit coram rege in terram, dixitque, Laudandus Dominus Deus tuus, qui concluſit viros illos, qui manus ſuas contra dominum meum regem ſuſtulerunt. Dixitque rex, Saluuſne eſt puer Abſolom? Reſpondit Ahimaaz, Vidi 47 magnum tumultum quum Ioab 48 ſeruus regis mitteret ſeruum tuum, nec ſcio quid 49 [fuerit.] Dixit autem rex, 50 Circumi & colloca te illic. 51 circumiuit ergo & conſtitit. 52 Et ecce venit Chuſi, dixitque Chuſi, 53 Gaudeat dominus meus rex de fauſto nuntio, quoniam Dominus hodie 54 vindicauit te de manu omnium qui contra te inſurrexerant. Dixit ergo rex ad 55 Chuſi, Saluuſne eſt puer Abſolom? reſpondit Chuſi, Fiant quemadmodum puer ille, hoſtes domini mei regis, omneſque qui inſurgunt aduerſum te 56 vt noceant. Tum rex commotus aſcendit in cœnaculum portæ, & fleuit, eundoque ſic dicebat, O fili mi Abſolom, fili mi, fili mi Abſolom, vtinam pro te mortuus eſſem, Abſolom fili mi, fili mi.*

SCHO-

## SCHOLIA IN CAP. XVIII.

1 Hebraiſmus, Egrediendo egrediar etiam ego vobiſcum. ſubaudi, ad prælium. 2 Hebraiſmus, non apponent ad nos cor ſuũ. ſubaudi, hoſtes, id eſt, non curabunt magnopere, non arbitrabuntur ſe feciſſe rem præclaram. 3 Hebraiſmus, non ponent ſuper nos cor, quaſi dicat, non magnifacient eam victoriam, nihil curabunt. 4 Hebraiſmus, nunc autem es ſicut nos decem millia, id eſt, pro decem millibus nobis ſimilibus computaris, quaſi dicat, te ſaluum tanti faciunt quanti facerent decem millia hominum ſimilium nobis. Quidam Hebræorum nimis coactè, Etiam ſi nunc perierint decem millia virorum ſimilium nobis, non curabunt: etiam ſi numerus interfectorum aſcendat vſque ad decem millia. 5 igitur, quaſi dicat, præſtat igitur vt precibus & conſilio feras nobis opem ex vrbe. 6 Alij, in loco portæ, id eſt, in eo loco vbi ſedere ſolebant ſpectaturi tranſeuntes. 7 id eſt, in meam gratiam, quaſi dicat, Leniter mea cauſa incurrite in illum, nolite ſæuire in illum: ſed parcite illi. 8 ne ſcilicet eum perderent. 9 Sylua hæc, Ephraim dicebatur, quod tranſmiſſo Iordane Ephratæi illuc paſtum pecora deducebant: quod vetitum non erat. 10 Alij aiũt feras multos diſcerpſiſſe: alij, ob crebras ſcrobes multos occubuiſſe. 11 Forte fortuna incidit Abſalom in ſeruos. 12 Hebraiſmus, denſitatem quercus, id eſt, denſos & perplexos ramos quercus. 13 Hebraiſmus, & adhæſit cæſaries eius in (ramis perplexis) quercus. 14 vel, mulus autem qui erat ſub eo (id eſt, quo vehebatur) iam præterierat. 15 Hebraiſmus, Et ecce vidiſti, pro, Cum videris. 16 Hebraiſmus, percuſsiſti? id eſt, ita percuſsiſti vt ad terram decideret? 17 Hebraiſmus, & ſuper me dare, pro, tum meum fuiſſet dare. 18 Hebraiſmus, Etiam ſi ego appenderem in manibus meis, id eſt, iam appenſos numerarem in manibus, &c. 19 Hebraiſmus, Aut feciſſem contra animam meam rem iniquam. ſiue facinus occultum & latens. vel potius, Sed & ſi feciſſem, (feciſſem) in perniciem meam rem iniquam. Nam contraueniſſem præcepto regis. 20 Hebraiſmus, & omnis res non abſcõditur à rege, & tu ſtares eminus, id eſt, nihil latere ſolet regem, omnia reſcit: totum quod feciſſem, nihil illum latuiſſet: nec acceſsiſſes propius ad liberãdum me de manibus ipſius regis, ſed ſiuiſſes me interfici. 21 Hebraiſmus, Non eſt bonum (vel, rectum, quòd) expectem coram te. ſubaudi, vt interficiam eum, ne eripias eum. vel, Non eſt bonum quod præſentia tua reuocet me à cæde Abſalom, quaſi dicat, Interficiam Abſalom, neque verebor tuam præſentiam. Verti etiam poteſt, Non ſic, (ſubaudi, faciam vt tu feciſti, non) morabor etiam te ſpectante. ſubaudi, interficere Abſalom, quaſi dicat, Sine mora interficiam Abſalom, te etiam præſente: vt ſcias me non exigere à te quod facere nolim. 22 vel, tria tela. aut, tres lanceas. 23 Cor pro ſede cordis, hoc eſt pectore. transfixit pectus Abſalom in medio quercus, quum adhuc ipſe viueret. 24 ſubaudi, arborem. 25 quoniam prohibuerat Ioab populum. vel, continuerat, id eſt, dederat ſignum populo vt ſe reciperent. 26 vel, altam. ſiue, profundam. 27 erexerunt. 28 Hebraiſmus, Ceperat autem (ſubaudi, hoc conſilium) Abſalom, & erexerat ſibi in vita ſua arcum triũphalem (vel pyramidem) qui ſitus eſt, &c. id eſt, inito conſilio erexerat ſibi, &c. Hoc citat obiter author huius libri vt oſtẽdat manifeſto argumento Abſalom fuiſſe ſuperbum, & laudis nimis quàm auidum. Aut ironice hæc dicuntur, quod congeſtis lapidibus illi pyramis fuerit excitata à militibus Dauidis, multo alia ab ea quam ſibi dum viueret, excitauerat. 29 id eſt, cogitauerat. 30 qui conſeruet. Chaldæus paraphraſtes, Non habeo filium ſuperſtitem. 31 Hebraiſmus, Locus. 32 Hebraiſmus, Curram nunc. 33 Hebraiſmus, iudicauit eum, id eſt, ſuo iudicio liberauit. 34 Hebraiſmus, non es homo nuntij, id eſt, non es aptus hodie ad perferendum nuntium. 35 vbi ſcilicet euenerit nuntium lætius. 36 AEthiopem, id eſt, viro cuidam AEthiopi, aut natione, aut propter nigrorem faciei. Non eſt nomen proprium. 37 AEthiops. 38 Hebraiſmus, Sit quicquid (erit,) currã nunc ego poſt AEthiopem, quaſi dicat, In omnem euentum curram. 39 Hebraiſmus, non eſt tibi nuntium ſeſe offerens, id eſt, quum nullum habeas nuntium quod ſeſe tibi offerat perferendum? Ita Chaldæus paraphraſtes, Doctus inter Hebræos, cum nulla tibi merces pro hoc nuntio erit parata? quaſi dicat, curris gratis. 40 ſubaudiendum fuit iſtud, aut, Cui reſpondit Ahimaas. 41 Hebraiſmus, Sit quicquid erit, curram, id eſt, In omnem euentum curram. 42 nempe facilius & compendioſius. 43 id eſt, ſuper coronam qua cingebatur murus. 44 id eſt, nuntium affert. 45 Hebraiſmus, & ibat eundo, & accedendo, id eſt, ſubinde propius accedebat. 46 cum bono nuntio, quaſi dicat, ſolet afferre mihi bonum nũtium. 47 turbam magnam. ſiue, multitudinem congregatam. 48 mitteret ſeruum regis (id eſt, AEthiopem) & ſeruum tuum, id eſt, me. 49 vel, (euenerit vltra.) 50 Diuerte. ſcilicet ad laterum alterum. 51 diuertit. 52 Et ſtatim venit AEthiops, dixitque AEthiops. 53 Nuntium accipiat Dominus meus rex, quod. 54 Hebraiſmus, iudicauit. i. iudicio ſuo eruit. 55 AEthiopem. 56 Heb. in malum.

## CAP. XIX.

*NVntiatum eſt autem ipſi Ioab, Ecce rex flet & 1 luctu ſe conficit propter Abſolom. Conuerſa itaque eſt 2 ſalus illius diei in luctũ vniuerſo populo: audiuit enim populus eodem die 3 vt diceretur, Dolore afficitur rex ob filium ſuum. 4 Subduxit ergo ſe furtim populus eo die ingrediendo vrbẽ, perinde ac populus ſubducere ſe ſolet, qui pudore afficitur quum terga vertit in prælio. Porrò rex 5 obuoluta facie clamauit, idque magna voce, Fili mi Abſolom, Abſolom fili mi, fili mi. Ingreſſus ergo Ioab domum ad regem, ait, Pudefeciſti hodie vultus omnium ſeruorum tuorum, qui hodie eripuerunt animam tuam, & animam filiorũ tuorum, & filiarum tuarum: deinde animam vxorum tuarum, & animam concubinarum tuarum, Diligendo videlicet eos qui te odio proſequuti ſunt, & odiendo eos qui te diligunt: etenim 6 declaras hodie nihili tibi eſſe principes & ſeruos. equidem intelligo hodie, ſi Abſolom modò viueret, etiam ſi nos omnes hodie interfecti eſſemus, 7 tum demum tuo iudicio rem rectè habere. Surge igitur, egredere, & 8 demulce verbis cor ſeruorum tuorum: nam id tibi iuro per Dominũ, ſi non egreſſus fueris, ne vnus quidem hac nocte tecum hærebit: atque hoc malum plus 9 incõmodabit tibi, quàm omnia mala quæ tibi euenerunt à iuuentute tua in hunc vſque diem. Surrexit itaque rex, & conſedit 10 in porta: quod indicatum eſt vniuerſo populo hiſce verbis, En ſedet rex in porta. venit itaque cunctus populus ad regem: 11 Iſrael autem fugerat quiſque in tentoria ſua. Factum eſt autem vt omnis populus 12 diſceptaret in omnibus tribubus Iſrael, diceretq́;, Rex liberauit nos è manu hoſtium noſtrorum, idemque 13 aſſeruit nos de manu Paleſthinorum: 14 iam vero cogitur*

Ioab conſolatus regem flentem Abſalom filiũ.

1 NVntiatum eſt autem Ioab quòd rex fleret, &
2 lugeret filium ſuum. ⚲ Et verſa eſt victoria in luctum in die illa omni populo: audiuit enim populus in die illa dici, Dolet rex ſuper fi-
3 lio ſuo. ⚲ Et declinauit populus in die illa ingredi ciuitatem, quomodo declinare ſolet populus verſus, &
4 fugiens de prælio. ⚲ Porrò rex operuit caput ſuum, & clamabat voce magna, Fili mi Abſalom, Abſa-
5 lom fili mi*. ⚲ Ingreſſus ergo Ioab ad regem in domum, dixit, Confudiſti hodie vultus omnium ſeruorum tuorum qui ſaluam fecerunt animam tuam, & animam filiorum tuorum & filiarum tuarum, & animam vxo-
6 rum tuarum, & animam concubinarum tuarum. ⚲ Diligis odientes te, & odio habes diligentes te: & oſtendiſti hodie quia non curas de ducibus tuis, & de ſeruis tuis: & verè cognoui modò, quia ſi Abſalom viueret, & omnes nos occubuiſſemus, tunc placeret
7 tibi. ⚲ Nunc igitur ſurge & procede: & alloquens ſatiſfac ſeruis tuis: iuro enim tibi per Dominum, quòd ſi non exieris, ne vnus quidem remanſurus ſit tecum nocte hac: & peius erit hoc tibi, quàm omnia mala quæ venerunt ſuper te ab adoleſcentia tua vſ-
8 que in præſens. ⚲ Surrexit ergo rex, & ſedit in porta: & omni populo nuntiatum eſt quòd rex ſederet in porta: venitque vniuerſa multitudo coram rege, Iſrael autem fugit in tabernacula ſua. ⚲ Omnis quoque populus certabat in cunctis tribubus Iſrael, dicens, Rex liberauit nos de manu inimicorum noſtrorum, ipſe ſaluauit nos de manu Philiſthinorum: & nunc fugit

*fili mi

B

David ſedet in porta ciuitatis in ſignum luctus depoſiti.



Increpat populus ſtultitiã ſuã, quod Abſalom conſtituiſſet regem.

fugit de terra propter Abſalom: ⚲ Abſalom autem 10
quem vnximus ſuper nos, mortuus eſt in bello vſquequo ſiletis, & non reducitis regem? ⸌Et conſilium totius Iſrael venit ad regem. ⚲ Rex verò Dauid miſit 11
ad Sadoc & Abiathar ſacerdotes, dicens, Loquimini ad

C

Iudam hortatur Dauid de ſe reducendo.

maiores natu Iuda, dicentes, Cur venitis nouiſsimi ad reducendum regem in domum ſuam? Sermo autem omnis Iſrael peruenerat ad regem in domo eius, ⸌quia dixerat rex, Hæc dicetis ad populum Iuda, ⚲ Fratres mei 12
vos, os meum, & caro mea vos: quare nouiſsimi reducitis

Amaſa conſtituitur princeps pro Ioab. Iuda reducit regem. 3. Reg. 2. b.

regem? ⚲ Et Amaſæ dicite, Nonne os meum, & caro mea 13
es? Hæc faciat mihi Deus, & hæc addat, ſi non magiſter militiæ fueris coram me omni tempore pro Ioab. ⚲ Et in- 14
clinauit cor omnium virorum Iuda, quaſi viri vnius: miſeruntque ad regem, dicentes, Reuertere tu, & omnes ſerui tui. ⚲ Et reuerſus eſt rex: & venit vſq; ad Iordanem, 15
& ⸌omnis Iuda venit vſque in Galgala, vt occurreret regi,

Semei occurrit Dauidi.

& traduceret eum Iordanem. ⚲ Feſtinauit autem Semei 16
filius Gera filij Iemini de Bahurim, ⚲ & deſcendit cum 17
viris Iuda in occurſum regis Dauid cum mille viris de Beniamin, & Siba puer de domo Saul: & quindecim filij eius, ac viginti ſerui erant cum eo: & irrumpentes Ior-

D

danem, ante regem, ⚲ Tranſierunt vada, vt traduce- 18
rent domum regis, & facerent iuxta iuſsionem eius. Semei autem filius Gera proſtratus coram rege, cum iam

Veniam rogat Semei, & iurat ei rex ſe nõ occiſurum eum. Sup. 16. c.

tranſiſſet Iordanem, ⚲ Dixit ad eum, Ne reputes mihi 19
domine mi iniquitatem, neque memineris iniuriarum ſerui tui in die qua egreſſus es domine mi rex de Ieruſalẽ, neque ponas rex in corde tuo. ⚲ Agnoſco enim ſeruus 20
tuus peccatum meum: & idcirco hodie primus veni de omni domo Ioſeph, deſcendique in occurſum domini mei regis. ⚲ Reſpondens verò Abiſai filius Saruiæ, di- 21
xit, Nunquid pro his verbis non occidetur Semei, quia maledixit chriſto Domini? ⚲ Et ait Dauid, Quid mihi 22
& vobis filij Saruiæ? cur efficimini mihi hodie in ſatan? ergone hodie interficietur vir in Iſrael? an ignoro hodie me factum regem ſuper Iſrael? ⚲ Et ait rex, Semei, 23

Miphiboſeth regi occurrit. E

Non morieris. iurauitque ei. ⚲ Miphiboſeth quoque 24
filius Saul deſcendit in occurſum regis illotis pedibus, & intonſa barba: veſteſque ſuas non lauerat à die qua egreſſus fuerat rex, vſque ad diem reuerſionis eius in pace.

* Ieruſalem

⚲ Cumque* occurriſſet regi, dixit ei rex, Quare non ve- 25
niſti mecum Miphiboſeth? ⚲ Et reſpondens ait, Domi- 26
ne mi rex, ſeruus meus contempſit me: dixique ei ego famulus tuus vt ſterneret mihi aſinum, & ⁰deſcendens ab-

⁰ aſcendens Sup. 16. a.

irem cum rege: claudus enim ſum ſeruus tuus. ⚲ Inſuper 27
& accuſauit me ſeruum tuum ad te dominum meum regem: tu autem domine mi rex, ſicut angelus Dei es, fac quod placitum eſt tibi. ⚲ Neque enim fuit domus patris 28
mei, niſi morti obnoxia domino meo regi: tu autem poſuiſti me ſeruũ tuum inter conuiuas menſæ tuæ: quid ergo habeo iuſtæ querelę? aut quid poſſum vltra vociferari ad

Sup. 16. a.

regem? ⚲ Ait ergo ei rex, Quid vltra loquẽris? fixum eſt 29
quod locutus ſum: tu & Siba diuidite poſſeſsiones. ⚲ Re- 30
ſponditque Miphiboſeth regi, Etiã cuncta accipiat, poſtquam reuerſus eſt dominus meus rex pacifice in domum

F

3. Reg. 2. b. Berzellai vir nobilis & diues non vult ſibi quicquam rependi pro beneficijs ſuis erga regem. Sup. 17. g.

ſuam. ⚲ Berzellai quoq; Galaadites, ⸌ſenex valde, deſcẽ- 31
dens de Rogelim, traduxit regem Iordanem, paratus etiã vltra fluuium proſequi eum.⸍ ⚲ Erat autem Berzellai Ga- 32
laadites ſenex valde, id eſt octogenarius, & ipſe præbuit alimenta regi, cum moraretur in Caſtris: fuit quippe vir diues nimis. ⚲ Dixit itaque rex ad Berzellai, Veni me- 33
cum, vt requieſcas ſecurus mecum in Ieruſalem. ⚲ Et 34
ait Berzellai ad regem, Quot ſunt dies annorum vitæ meæ, vt aſcendam cũ rege in Ieruſalem? ⚲ Octogenarius 35
ſum hodie: nunquid vigent ſenſus mei ad diſcernendum ſuaue aut amarũ? aut delectare poteſt ſeruum tuum cibus

⁰ &

⁰aut potus? vel audire poſſum vltrà vocem cantorum atque cantatricum? quare ſeruus tuus ſit oneri domino

⁰ procedat

regi? ⚲ Paululum ⁰ procedam famulus tuus ab Iordane 36

*fugere è terra metu Abſolomis, Et Abſolom quem vnxeramus ſuper nos, mortuus eſt in prælio: cur igitur ceſſatis, quominus regem reſtituatis? Rex verò* Dauid *15 miſit ad Zadoc, & ad Abiathar ſacerdotes, hiſce mandatis, Loquimini ad ſeniores Iehuda in hanc ſententiam, Quare vos 16 eſtis poſtremi ad reducendum regem in domum ſuam? (17 ſiquidem ſermo totius Iſraelis venit ad regem in domum ſua) fratres mei vos eſtis, 18 os meum & caro mea vos eſtis, quare ergo 16 eſtis vos poſtremi in reducendo regem? Cæterum ad Amaſam dicite, Annon tu quoque es 19 de oſſe meo, & de carne mea? Sic faciat mihi Deus, & ſic addat, ſi non imperator exercitus ſis futurus coram me loco* Ioab *cunctis diebus. 20 Et flexit cor omnium virorum Iehuda, veluti viri vnius, ita vt mitterent ad regem [hiſce mandatis,] 21 Reuertere tu, & omnes ſerui tui. Reuerſus eſt igitur rex, & venit ad Iordanem vſque: Iehuda autem venit in Gilgal, vt deſcenderet obuiam regi, 22 traduceretque regem per Iordanem. Porrò Semei filij Gera, 23 filij Iemini, qui erat de Bahurim, propere deſcendit cum viris Iehuda obuiam regi Dauidi, Cumque eo mille viri ex Beniamin: 24 iam Ziba puer domus Saulitica, atque quindecim filij eius, & viginti ſerui eius cum eo, 25 proſpere traiecerunt Iordanem ante regem. 26 Tranſiuit deinde nauis, vt traduceret familiam regis, vtque faceret quod 27 ei placeret: Semei verò filius Gera procidit coram rege quum ille 28 traijceret Iordanem. Et dixit ad regem, Ne imputet mihi dominus meus iniquitatem, neque memineris eorum quæ peruerſe egit ſeruus tuus eo die quo egreſſus eſt dominus meus rex de Ieruſalem, 29 vt rex hoc corde volutet. Etenim ego ſeruus tuus agnoſco me peccaſſe, & hodie primus veni ex omni 30 domo Ioſeph, vt deſcenderem obuiam domino meo regi: Abiſai autem filius Zeruia reſpondens dixit, An 31 ob hanc rem Semei non interficeretur, 32 quòd ſcilicet maledixit chriſto Domini? Dauid ait, 33 Quid mihi vobiſcum filij Zeruia? eſtis enim mihi hodie impedimento, num hodie quiſpiam in Iſraele interficeretur? 34 annon agnoſco me hodie regem in Iſraele? Dixitque rex ad Semei, Non morieris. & iurauit ei rex. Porrò Mephiboſeth filius Saulis deſcendit obuiam regi, non lauerat pedes ſuos, neq; raſerat 35 barbam ſuam, ſed & veſtes ſuas non eluerat, ab eo videlicet die quo egreſſus erat rex, vſque in eum diem quo rex ſaluus rediret. Quumque veniſſet Ieroſolyma obuiam regi, dixit rex ad eum, 36 Quare non profectus es mecum Mephiboſeth? Reſpondit, Domine mi rex, ſeruus meus dolo mecum egit, 37 quoniam dixerat ſeruus tuus, Sternam mihi aſinum, & equitabo illo, iboque ad regem, (nam claudus eſt ſeruus tuus.) Sed [falſo] traduxit [me] ſeruum tuum coram domino meo rege. equidem dominus meus rex eſt 38 quemadmodum angelus Dei: fac igitur 39 quod tibi videtur. Nam vniuerſa domus patris mei obnoxia fuit morti coram domino meo rege, tu verò poſuiſti ſeruum tuum inter conuiuas menſæ tuæ: quid igitur 40 iuris vltra habeo, vt conquerar amplius aduerſus regem? Et dixit ei rex, 41 Quid opus eſt pluribus verbis? pronuntiaui vt tu & Ziba 42 agros diuidatis. Et ait Mephiboſeth ad regem, 43 Quin ipſe vniuerſos accipiat, poſteaquam dominus meus rex incolumis redijt in domum ſuam. Sed &* Barſilai *Gileadites deſcenderat de Roglim, & tranſierat cum rege in Iordanem, vt eum 44 per Iordanem deduceret. Eratque Barſilai admodum ſenex, nempe octoginta natus annos, qui 45 cibos adminiſtrauerat regi quum maneret in Mahanaim, erat enim vir 46 præpotens. Dixit itaq; rex ad Barſilai, Tu tranſi mecũ, & alã te apud me in Ieruſalem. Et ait Barſilai ad regẽ, 47 Quales ſunt dies annorum vitæ meæ, vt aſcenderem cum rege Ieroſolyma? Natus ſum hodie annos octoginta, num diſcernere poſſum 48 inter bonum & malum? 49 num ſeruus tuus guſtare poterit quæ comedo & quæ bibo? 50 num audirem amplius vocem cantorum & cantatricum? cur verò ſeruus tuus domino meo regi poſthac oneri eſſet? Seruus tuus tranſibit paululum Iordanem cum rege, 51 cur enim*

*enim tantam retributionem mihi rependeret rex? Liceat quæſo ſeruo tuo vt redeam, vtque moriar in ciuitate mea apud ſepulchrū patris mei & matris meæ: en eſt ſeruus tuus Chimham, is tranſeat cum domino meo rege, huic fac quod tibi bonum viſum fuerit. Dixit itaque rex, Tranſeat ergo Chimham mecum, & ego faciam ei quod mihi bonum viſum fuerit: quidquid verò tu 52 poſtulaueris à me, faciam tibi. Tranſiuit atque vniuerſus populus Iordanem, ſed & rex tranſiuit itaque oſculatus eſt rex ipſe Barſilai, & 53 valedixit ei: iſque reuerſus eſt ad locum ſuum. Tranſijt ergo rex in Gilgal, & Chimham tranſijt cum eo: atque cunctus populus Iehuda 54 deduxerunt regem, ſimulque 55 dimidia pars populi Iſrael. Et ecce omnes viri Iſrael veniebāt ad regem, dixeruntque ad regem, Quare viri Iehuda fratres noſtri 56 furtim te ſubduxerunt, traduxeruntque regem & familiam eius vltra Iordanem, & omnes viros Dauidis cum eo? 57 Reſpondit quiſque ex Iehuda Iſraelitis, 58 Rex eſt mihi arctiori amicitia iunctus, cur verò hæc res bilem tibi mouit? 59 num cibos à rege accepimus nos? num verò donatiuū aliquod nobis 60 accepimus? Dixerunt verò Iſraelitæ ad Iudæos huiuſmodi verba, 61 Ego habeo in rege decem portiones, & in ipſo quoque Dauide 62 te ſupero, cur igitur me ſpreuiſti? annon ego prior verba feci de reducendo rege meo? at ſermo virorum Iehuda 63 vehementior fuit quàm ſermo Iſraelitarum.*

37 tecum: non indigeo hac vicisſitudine. ♀ Sed obſe-
cro vt reuertar ſeruus tuus, & moriar in ciuitate mea,
˜& ſepeliar iuxta ſepulchrum patris mei & matris meæ.
Eſt autem ſeruus tuus Chamaam, ipſe vadat tecum
domine mi rex, & fac ei quicquid tibi bonum vide-
38 tur. ♀ Dixit itaque ei rex, Mecum tranſeat Cha-
maam, & ego faciam ei quicquid tibi placuerit, & omne
39 quod petieris à me impetrabis. ♀ Cumque tranſiſſet
vniuerſus populus & rex Iordanem, ˜reſtitit: oſcula-
tus eſt rex Berzellai, & benedixit ei: & ille reuerſus eſt
40 in locum ſuum. ♀ Tranſiuit ergo rex in Galgalam, &
Chamaam cum eo: omnis autem populus Iuda traduxe
rat regem, & media tantum pars affuerat de populo Iſ-
41 rael. ♀ Itaque omnes viri Iſrael concurrentes ad regem
dixerunt ei, Quare te furati ſunt fratres noſtri viri Iuda,
& traduxerunt regem & domum eius Iordanem, omneſ-
42 que viros Dauid cum eo? ♀ Et reſpondit omnis vir Iuda
ad viros Iſrael, Quia mihi propior eſt rex: cur iraſceris
ſuper hac re? nunquid comedimus aliquid ex rege, aut
43 munera nobis data ſunt? ♀ Et reſpondit vir Iſrael ad
viros Iuda, & ait, Decem partibus maior ego ſum apud
regem, magiſque ad me pertinet Dauid, quàm ad te:
cur feciſti mihi iniuriam, & non mihi nuntiatum eſt prio-
ri, vt reducerem regem meum? durius autem reſponde-
runt viri Iuda viris Iſrael.

G Chamaam filius Berzellai comitatur regem. Oſculum.

Iſrael cum Iuda contendit, quod non fuerit vocatus ad reducendum regem.

SCHOLIA IN CAP. XIX.

1 lugere videtur. vel, præ ſe fert luctum. lugentis habitum pręſe fert. 2 vel, victoria. 3 vel, aliquem dicentem. 4 Hoc eſt, Vrbem furtim ſunt ingreſsi, non cum triumpho vt victores ſolent, ſed vt ij qui fuga elapſi ſunt, & victi. 5 præ pudore ſcilicet, ne videretur flere. 6 id eſt, viſus es renuntiare quod ſerui tui non ſint tibi curæ. 7 quod tunc ea res recta eſſet in oculis tuis, id eſt, grata tibi eſſet. 8 Hebraiſmus, loquere ad cor, id eſt, loquere quæ futura ſint grata ſeruis tuis. 9 Hebraiſmus, diſplicebit. vel, moleſtum erit. 10 ſubaudi, vrbis, id eſt, in eo loco quò omnes conuenire ſolebant. 11 id eſt, omnes qui ſequuti fuerant partes Abſalom. 12 id eſt, certatim contenderet, de reducendo rege ſcilicet. 13 ſiue, eripuit. 14 & nuper fugerat. 15 ſubaudi, literas, vel nuntios. 16 eritis. venietis. 17 quaſi dicat, dum hęc dictaret nuntijs, accepit literas ab alijs. Alij legunt ſine parentheſi, hoc modo, in domum ſuam, verbum autem vniuerſi Iſraelis venit ad regem in domum ſuam? id eſt, quum omnes alij Iſraelitæ iam miſerint nuntium de reuocando rege in patriam? 18 id eſt, conſanguinei. 19 os meum, & caro mea? 20 id eſt, Hac ratione alter pontificum, Sadoc, vel Abiathar flexit animos omnium virorum Iuda in vnam ſententiam de reducendo rege in patriam ſuam, ita vt nemo repugnaret. Quidam Hebræorum de Amaſa exponit. Alij de Dauide, quod ſcilicet hac oratione quam miſit ad Sadoc & Abiathar flexit animos omnium. 21 ſubaudi, in patriam tuam. 22 id eſt, vt comitaretur regem tranſeuntem. vel iuuaret regem in tranſeundo Iordane. 23 id eſt, de tribu Beniamin. 24 & Siba. vel, præterea Siba. 25 Hebraiſmus, & tranſierunt Iordanem coram rege, id eſt, vt irent in conſpectum regis, ſiue ſalutatum regem qui erat in vlteriore ripa Iordanis. Vel, perruperunt, mulis ſcilicet, aut equis. 26 ſubaudi, in vlteriorem ripam. 27 nempe regi. 28 pararet tranſire. paulo ante quàm tranſiret. 29 Hebraiſmus, vt ponat rex in corde ſuo. ſubaudi, eam iniuriam, id eſt, vt curet de iniuria accepta. 30 Per domum Ioſeph quidam intelligunt Iſraelem, quaſi dicat, primos omnium deſcendi. nam Ioſeph videtur fuiſſe author domus Iſrael. Alij intelligunt tribum Ephraim, Beniamin & Manaſſe: quæ tribus militabant ſub vexillo quod geſtabatur ab Ephraim tribu, quaſi dicat, primus eorum qui militant ſub vexillo Ioſeph, primus trium tribuum veni. Vtrumque probari poteſt. 31 id eſt, propter hanc ſupplicationem. 32 maledixit enim. 33 Hebraiſmus, Quid mihi & vobis, filij Saruiæ, quod ſitis mihi hodie aduerſarij? 34 quaſi dicat, mihi enim hodie eſt reſtitutum regnum Iſrael. 35 ſubaudi, ſuperioris labri. 36 id eſt, Quare non es abeuntem ſequutus? 37 vel, nam dicebat. 38 ſubaudi, quod ad ſapientiam attinet. 39 Hebraiſmus, quod bonum eſt in oculis tuis. 40 iuſtitiæ. vel, iuſtæ querelæ, id eſt, quid poſſum vltra de te conqueri. 41 Hebraiſmus, Quid loqueris vltra verba tua? quaſi dicat, Stat ſententia. 42 .i. hæreditatem paternam. 43 Hebraiſmus, Etiam, &c. quaſi dicat, Placet mihi. 44 vltra Iordanem. 45 vel, alimenta præbuerat. 46 vel, diues admodum. Hæc fuerunt dicta antequam tranſirent Iordanem. 47 Quot. 48 Vel potius inter ſuaue & inſuaue? hoc enim refertur ad ſenſum corporis, non mentis. 49 id eſt, an poſſum diſcernere quod edo & bibo? quaſi dicat, non: guſtus meus iam eſt obtuſus. Hæc faciunt ad oſtendendam ætatem affectam, acſi dicat, iam non vigent ſenſus mei. 50 an audire poſſem, quaſi dicat, hæc ætas non capitur his quæ audiuntur in aulis principum. 51 vel, ſed & cur. 52 Heb. elegeris .i. quæ volueris me facere. 53 Hebraiſmus, benedixit ei, id eſt, bene precatus eſt. 54 traduxerunt. ſubaudi, Iordanem. 55 vel, aliqua pars, &c. hi ſunt qui ſecuti fuerant Dauidem dum fugeret, & mille illi de Beniamin, quos adduxerat Simei. 56 Hebraiſmus, furati te ſunt, id eſt, ſoli clam nobis fuerunt tibi comites in te reducēdo? 57 Heb. Reſpōdit omnis vir Iuda viro Iſrael .i. Reſpōderūt omnes viri Iuda oībus Iſraelitis. 58 Heb. Quoniā ꝓpinquus eſt rex nobis. Hoc dicūt, quòd Dauid habitaret in tribu Iuda. 59 q.d. nō debetis indignari: nā ex hac re nihil emolumenti accepimus à rege. 60 dedit? 61 id eſt, Decem partibus ad nos pertinet rex. ſumus enim decem tribus, ſuper quas regnat. 62 Hebraiſmus, ſupra te. ſubaudi, complaceo, id eſt præterea Dauidem diligo magis quàm tu, tametſi non ſit de tribu mea, ſed de tua. 63 durior, id eſt, arrogantius Iudæi loquuti ſunt quàm cæteri qui erant ex alijs tribubus.

CAP. XX.

*IBI oblatus fortè fortuna vir quidam 1 belial, cuius nomen Seba, qui fuit filius Bichri, 2 vir Iemini, is claſſicum cecinit tuba, ſimulque ait, 3 Non eſt nobis pars in Dauide, neque hæreditas in filio Iſai, [recipiat] ſe quiſque 4 ex Iſrael in tentoria ſua. Aſcendit itaque omnis Iſrael 5 ab ipſo Dauide, & ſequebatur Seba filium Bichri: qui autem erant ex Iehuda, adhærebant regi ſuo à Iordane vſque Ieruſalem. Venit itaque Dauid in domum ſuam*

CAP. XX.

1 ACcidit quoque vt ibi eſſet vir belial nomine
Seba filius Bochri, vir Iemineus: & cecinit
buccina, & ait, Non eſt nobis pars in Dauid,
neque hæreditas in filio Iſai: ˜reuertere in taberna-
cula ″tua Iſrael. ♀ Et ſeparatus eſt omnis Iſ-
2 rael à Dauid, ſecutuſque eſt Seba filium Bochri: viri
autem Iuda adhæſerunt regi ſuo à Iordane vſque Ie-
3 ruſalem. ♀ Cumque veniſſet rex in domum ſuam

Seba ſeparat Iſraelē à Dauide.

″ſua

Cōcubinas ſuas decem includit Dauid.



in Ieruſalem, tulit decem mulieres concubinas, quas de-
reliquerat ad cuſtodiendam domum, & tradidit eas in cu-
ſtodiam, alimenta eis præbens: & non eſt ingreſſus ad
eas, ſed erant clauſæ vſque in diem mortis ſuæ in viduita-
B te viuentes. ♀ Dixit autem rex Amaſæ, Conuoca mihi 4
omnes viros Iuda in diem tertium, & tu adeſto præſens.
♀ Abijt ergo Amaſa vt conuocaret Iudam, & moratus eſt 5
extra placitum quòd ei conſtituerat ˜rex. ♀ Ait autem 6
Dauid ad Abiſai, Nunc magis afflicturus eſt nos Seba fi-
lius Bochri, quàm Abſalom: tolle igitur ſeruos domini tui,
& perſequere eum, ne forte inueniat ciuitates munitas, &
effugiat nos. ♀ Egreſsi ſunt ergo cum eo viri Ioab, Ce- 7
C rethi quoque, & phelethi: & omnes robuſti exierunt de
Ieruſalem ad perſequendum Seba filium Bochri. ♀ Cum- 8
que illi eſſent iuxta lapidem grandē qui eſt in Gabaon,
Amaſa veniens occurrit eis. porrò Ioab veſtitus erat tu-
nica ſtricta ad mēſuram habitus ſui, & deſuper accinctus
gladio dependente vſque ad ilia, in vagina, qui fabrica-
tus leui motu egredi poterat, & percutere. ♀ Dixit ita- 9
que Ioab ad Amaſam, Salue mi frater. & tenuit manu dex
tera mentum Amaſæ, quaſi oſculans eum. ♀ Porrò Ama- 10
ſa non obſeruauit gladium, quem habebat Ioab: qui per-
cuſsit eum in latere, & effudit inteſtina eius in terram, ˜&
mortuus eſt, nec ſecundum vulnus appoſuit. Ioab autem,
& Abiſai frater eius perſecuti ſunt Seba filium Bochri.
D ♀ Interea quidam viri, cum ſtetiſſent iuxta cadauer Ama- 11
ſæ, de ſocijs Ioab, dixerunt, Ecce qui eſſe voluit pro Ioab
comes Dauid. ♀ Amaſa autem cōſperſus ſanguine, iacebat 12
in media via. vidit hoc quidam vir quòd ſubſiſteret om-
nis populus ad videndum eum, & amouit Amaſam de via
in agrum: operuitque eum veſtimento, ne ſubſiſterent
trāſeuntes, propter eū. ♀ Amoto ergo illo de via, tranſibat 13
omnis vir ſequens Ioab ad perſequendum Seba filium Bo
chri. ♀ Porro ille tranſierat per omnes tribus Iſrael vſque 14
E in Abelam, & Beth-maacha: omneſque viri electi con-
gregati ″fuerunt ad eum. ♀ Venerunt itaque, & oppu- 15
gnabant eum in Abela, & in Beth-maacha, & circunde-
derunt munitionibus ciuitatem, & obſeſſa eſt vrbs: omnis
autem turba quæ erat cum Ioab, moliebatur deſtruere
muros. ♀ Et exclamauit mulier ſapiens de ciuitate, Audite, 16
audite, dicite Ioab, Appropinqua huc, & loquar tecum.
♀ Qui cum acceſsiſſet ad eam, ait illi, Tu es Ioab? & ille 17
reſpondit, Ego. ad quem ſic locuta eſt, Audi ſermones
F ancillæ tuæ. qui reſpondit, Audio. ♀ Rurſumque illa, Ser- 18
mo, inquit, dicebatur in veteri prouerbio, Qui interro-
gant, interrogent in Abela: & ſic proficiebant. ♀ Nonne 19
ego ſum quæ reſpondeo veritatem in Iſrael, & tu quæris
ſubuertere ciuitatem, & euertere matrem in Iſrael? quare
præcipitas hæreditatem Domini? ♀ Reſpōdenſque Ioab, 20
ait, Abſit, abſit hoc à me: non præcipito, neque demo-
lior. ♀ Non ſic ſe habet res, ſed homo de monte Ephraim 21
Seba, filius Bochri cognomine, leuauit manum ſuam
G contra regem Dauid: tradite illum ſolum, & recede-
mus à ciuitate. Et ait mulier ad Ioab, Ecce caput eius
mittetur ad te per murum. ♀ Ingreſſa eſt ergo ad omnem 22
populum, & locuta eſt eis ſapienter: qui abſciſſum caput
Sebæ filij Bochri proiecerunt ad Ioab. & ille cecinit tuba,
& receſſerunt ab vrbe, vnuſquiſque in tabernacula ſua:
Ioab autem reuerſus eſt Ieruſalem ad regem. ♀ Fuit 23
ergo Ioab ſuper omnem exercitum Iſrael: Banaias autem
filius Ioiadæ ſuper Cerethæos & Phelethæos. ♀ Adu- 24
ram verò ſuper tributa: Porrò Ioſaphat filius Ahilud, à
commētarijs. ♀ Siua autem, ſcriba. Sadoc verò & Abia- 25
thar, ſacerdotes. ♀ Ira auem Iairites erat ſacerdos Dauid. 26

Amaſa conuocat Iudā contra Sebam.

Abiſai perſequit Sebam.

Ioab doloſe interficit Amaſā.

Sebam perſequitur Ioab.

″fuerant

Obſidet Abela.

Caput Sebæ traditur Ioab.

Ordo aulæ Dauidis. Sup. 8. d.

*in Ieruſalem, accepitque rex decem mulieres cōcubinas, quas ad cuſtodiendam domum reliquerat, & 6 tradidit eas in domum quandā cuſtodiendas, cibumq; adminiſtrauit eis, ſed non eſt ingreſſus ad eas, manebātque concluſæ vſque ad diē mortis ſuæ, 7 viuētes viduæ. Ait autē rex ad Amaſam, Cōuoca mihi viros Iehuda in diem tertium, & tu quoque hic adſis. Abijt igitur Amaſa vt conuocaret Iehudam, 8 diſtulitque vltra tempus quod ei conſtitutū erat. Tūc dixit Dauid ad Abiſai, Sebæ filius Bichri magis nūc incōmodabit quàm Abſolō: tu igitur accipe ſeruos domini tui, & eum inſequere, ne 9 occupet ciuitates munitas, & ſubducat ſe conſpectui noſtro. Egreſſi ſunt itaque poſt eum viri Ioab, & Crethi & Plethi, & fortiſsimi quique: egreſsi ſunt autem è Ieruſalem, vt inſequerentur Sebæ filium Bichri. Quumque eſſent apud lapidem magnum qui eſt in Gibeon, & Amaſa præcederet eos, erat Ioab accinctus tunica ſua 10 qua erat indutus, ſuper quam ſuccinctus erat gladio, 11 qui in vagina iugi in modum ad lumbos eius pendebat, ſic vt facile exiret & excideret. Et ait Ioab ad Amaſam, Num rectè vales frater mi? & tenuit dextera ipſius Ioab barbam Amaſæ 12 vt oſcularetur eum. Amaſa verò 13 non obſeruabat gladium, quem manu tenebat Ioab, & ferijt eum gladio 14 in vitalia viſcera, & effudit viſcera eius in terram, neque iterauit in eo [ictum,] & concidit. Porrò Ioab & Abiſai frater eius inſequuti ſunt ipſum Seba filium Bichri. Conſtitit autem quidam ex pueris Ioab 15 apud interfectum, 16 & dixit, Qui fauet ipſi Ioab, quique Dauidi, ſequatur ipſum Ioab. Amaſa autem 17 volutabatur in ſanguine in media via. vidēs autem 18 quidam quod omnis populus conſiſteret, amoto Amaſa ex itinere in agrum, proiecit ſuper eum veſtimentum: quandoquidem videbat quòd omnes venientes iuxta illum conſiſterent. Cumque iam è via amotus eſſet, præterijt quiſque 19 ſequutus Ioab ad inſequendum Seba filium Bichri. Et 20 pertranſijt omnes tribus Iſrael, Abel & Beth-maacha, & omnia [loca quæ dicebantur] Berim, 21 iſti verò congregati inſequuti ſunt 22 eum. Venientes igitur obſederunt eum in Abel [quæ erat iuxta] Beth-maacha, & effuderunt aggerem ad vrbem: 23 & ſtetit mulier ſapiens in propugnaculo, (omnis autē populus qui cum Ioab erat, volebant vaſtare & deijcere murum,) Et clamauit ex vrbe, Audite, audite, dicite quæſo ad Ioab, Accede huc propius vt loquar tecum. Qui cum acceſſiſſet ad eam, dixit mulier, Eſne tu Ioab? reſpondit, Ego ſum. quæ dixit ad eum, Audi verba ancillæ tuæ. & reſpondit, Audio. Illa rurſum loquuta eſt in hanc ſententiam, 24 Omnino primum loquendum erat cum Abel, deque repetundis agendum, ſicque peragenda poſtulatio. Ego ſum ex pacificis & 25 fidelibus Iſrael, tuque quæris interficere ciuitatem, & [quidem] 26 matrem in Iſraele, cur [moliris] 27 deuorare 28 hæreditatem Domini? Reſpondit Ioab, dicens, Abſit, abſit procul à me, 29 vt vel deuorem, vel vaſtem: Res non ſic habet, ſed homo quidam de monte Ephraim, cuius nomen eſt Seba, filius Bichri, ſuſtulit manum ſuam aduerſus regem, nempe contra Dauidem, hunc vnum date, & abſcedam ab vrbe. Ait ergo mulier ad Ioab, En caput eius deijcietur ad te è muro. Et 30 venit mulier illa ad cunctum populum cum ſapientia ſua: illi ergo abſciſſo capite Seba filij Bichri, deiecerunt ad Ioab: qui cum buccina receptui caneret, [milites] 31 diuulſi ſunt ab vrbe, quiſque in tentorium ſuum, Ioab Ieroſolyma ad regem reuerſo. 32 Præfectus autem fuit Ioab vniuerſo exercitui Iſraelitico, Benaia autem filius Iehoiada ſuper 33 Cerethi & Plethi. Adoram 34 fuit quæſtor ærarius, Iehoſaphat filius Ahilud fuit à commentarijs. Seua autem ſcriba, Zadoc atque Abiathar ſacerdotes. Et etiā Ira Iairæus fuit 35 ſacerdos Dauidis.*

SCHOLIA IN CAP. XX.

1 Id eſt, iniquus & nebulo. 2 id eſt, de tribu Beniamin. 3 quaſi dicat, Illi dicunt, aut facto oſtendunt Dauidem ad nos nulla ratione pertinere: abeant ergo ſinguli noſtrum in ſua tentoria: & Dauidem, tanquam rem alienam, abijciamus. 4 ô Iſrael. 5 Hebraiſmus,

braiſmus, à tergo Dauidis, id eſt, relicto Dauide ſecuti ſunt Seba. 6 Hebraiſmus, poſuit eas in domo cuſtodiæ, id eſt, carcere. 7 Hebraiſmus, in viduitate vitæ, id eſt, viuente marito ſuo Dauide. Alia enim eſt viduitas mortis, quum moritur maritus. 8 moratuſque eſt. 9 Hebraiſmus inueniat ſibi. 10 Hebraiſmus, veſtimenti ſui, id eſt, ſago quo indui ſolebat in expeditione militari. 11 adhærente labiis eius in vagina ſua: is ergo egreſſus eſt & cecidit. 12 .i.ſimulans ſe oſculari. 13 non cauebat ſibi à gladio, 14 in inguine. in latere. in quinta coſta. 15 iuxta ipſum, ſubaudi, Amaſam mortuum. 16 qui dicebat, Quis eſt qui amet Ioab, & quis eſt qui ſit (vel, velit eſſe) pro Dauide? poſt Ioab. ſubaudi, eat, quaſi dicat, Qui amat Dauidem, & fouet partes Dauidis, ſequatur Ioab. 17 volutauerat ſeſe. vel, Amaſa qui verſarat ſe in ſanguine ſuo, erat in media via. 18 vir ille. 19 qui ſequebatur. 20 ſub. Ioab, vel Seba. 21 ſub. Iſraelitæ. 22 ſub. Ioab. 23 Heb. & ſtetit (ſubaudi, bellum) in antemurali: & omnis populus qui erat cum Ioab, moliebatur ſubruere murum. Et exclamauit mulier quædam prudens, &c. Stetit bellum, id eſt milites cœperunt pugnare in antemurali. 24 Hebraiſmus, Loquendo loqui ſolent initio, dicendo, (ſi) interrogando interrogaſſent in Abel: & ſic finiuiſſent. Multa ſubaudienda, Qui veniunt oppugnatum aliquam vrbem, ſolent loqui antequam oppugnent eam, interrogando nū velint recipere leges pacis, Deuteronomij 20 ſcriptæ, & ſe dedere. Si interrogaſſent duces, ſiue milites tui, ciues vrbis Abel quam oppugnas, tunc ſic, id eſt, ſtatim, ſiue iandudum finiuiſſent bellū, hoc eſt tradidiſſent ſe poteſtati tuæ, & recepiſſent leges pacis antè propoſitas. 25 id eſt, qui fidem ſeruarunt regi, quaſi dicat, Perſtiti in fide, nec deſciui à rege: cur ergo me oppugnas? Loquitur in perſona vrbis vel ſua. 26 id eſt, metropolitanam. 27 vel, euertere. 28 quaſi dicat, & nos quidem pertinemus ad Deum, quemadmodum & alij. 29 Hebraiſmus, ſi diſperdere & ſi euertere volo, ſubaudi, diſpeream. 30 quaſi dicat, conuocata concione egregiam & prudentem habuit orationem. 31 id eſt, receſſerunt ab obſidione vrbis. 32 Hoc dicit quum regnum recepit Dauid, vt antea cum fuit rex pacificus. Aut hoc repetit, quia Dauid pollicitus erat ſe Amaſam præfecturū militibus. 33 Cerethęos & Phelethęos. 34 erat ſuper tributū.i. præerat pecuniæ recipiendę. 35 princeps cōſiliarius. Vel, amic⁹ intim⁹ & cōſiliarius.

## CAP. XXI.

*DAuidis temporibus oborta eſt fames, idq; annos tres continuos. conſuluit autem Dauid Dominum. Dixitque Dominus, 1 Propter Saulem, & propter domū [eius] ſanguinariā, eo quòd interfecit Gibeonitas. Vocatis itaque Gibeonitis rex, loquutus eſt cum eis. (Gibeonitæ uerò nō fuerunt de filijs Iſrael, ſed de reliquijs Amorrhæorū, quibus filij Iſrael iurauerāt. Saul autē molitus eſt eos occidere, 2 Zelo videlicet quodam, [quē habuit] pro filijs Iſrael & Iehuda.) ∷ Dixit autem Dauid ad Gibeonitas, Quid faciam vobis, & quare 3 expiabo, 4 vt fauſta imprecentur hæreditati Domini? Reſpōderunt ei Gibeonitæ, 5 Non [poſcimus] nobis aurum aut argentū à Saule & à domo eius, 6 neq; hoc vrgemus, vt aliquis ex Iſraele interficiatur. Ait ille, Quid ergo dicitis quod faciam vobis? Reſponderunt regi, 7 Virum illum qui perdidit nos, & 8 cogitauit inſidioſe contra nos, 9 perdemus, ne extet in omnibus terminis Iſrael. Dentur nobis ſeptē viri de 10 filijs eius, quos agemus in crucem 11 Domino in Gibeath-Saulis, 12 electi Domini. Dixit rex, Ego dabo. Pepercit autē rex Mephiboſeth filio Ionathā filij Saulis, propter iuramentum Domini quod fuit inter eos, inter Dauid ſcilicet & Ionathan filium Saulis. Sed accepit rex duos filios Rizpæ filiæ Aiæ, quos pepererat Sauli, nempe Armoni & Mephiboſeth, deinde & quinq; filios Michol filiæ Saulis, quos pepererat Adrieli filio Barſillai Meholothitæ, Tradiditque eos in manū Gibeonitarū, & egerunt eos in crucem in mōte coram Domino, 13 cecideruntque ſeptem illi pariter: 14 occidebanturque in diebus meſſis ab initio, quum primum meterentur hordea. Tollēs autem Rizpa filia Aia 15 ſaccum, expandit eum ſibi 16 ſuper petram ab initio meſſis, donec 17 ſtillauit aqua ſuper eos de cælo, nec permiſit volucrem cæli ſuper eos deſidere interdiu, aut 18 beſtias agri noctu. Nuntiatumque eſt Dauidi 19 quid faceret Rizpa filia Aia concubina Saulis. Abijt ergo Dauid, & tulit oſſa Saulis, atque oſſa Ionathan filij eius à ciuibus Iabes-Gilead, qui clam tulerant eos de 20 platea Beth-ſan, in qua ſuſpēderant eos Paleſthini eo tempore quo Paleſthini percuſſerant Saulem in Gilboa, Suſtulit inquam oſſa Saulis & oſſa Ionathan filij eius, & oſſa eorum qui ſuffixi erant collegerunt, Sepelieruntque oſſa Saulis & Ionathan filij eius, in terra Beniamin in Zela in ſepulchro Kis patris eius, & fecerunt omnia quæ preceperat rex: poſt hæc Deus 21 propitius factus eſt terræ. Rurſus factum eſt prælium Paleſthinorum contra Iſraelitas, 22 deſcenditque Dauid & ſerui eius cum eo, & bellum geſſerunt cum Paleſthinis, Dauid autem fatigatus eſt. Et 23 Iiſbi in Nob, qui 24 natus fuit ex rephaim, (pōdus lanceæ eius habebat trecētos ſiclos 25 chalybis, ipſeq; ∷ nouo [gladio] accinctus erat:) is dixerat ſe occiſurū 26 Dauidē. Sed Abiſai filius Zeruia tulit ei opē, percuſſitq; 27 Paleſthinū, eumque interfecit. tunc viri Dauidis*

## CAP. XXI.

Fames triū annorum, ob violatam à Saule ciuibus Gabaonitis fidē, ſedatur morte ſeptem filiorū Saulis.

Ioſue. 9. c.

1 FActa eſt quoque fames in diebus Dauid tribus an-
nis iugiter: & conſuluit Dauid oraculum Domini. Di
xitq; Dominus, Propter Saul, & domum ˜ eius ſan-
2 guinum, quia occidit Gabaonitas. ♀Vocatis ergo Gabao-
nitis rex, dixit ad eos. (Porrò Gabaonitæ non erant de fi-
lijs Iſrael, ſed reliquiæ Amorrhæorum: filij quippe Iſrael
iurauerant eis. Et voluit Saul percutere eos zelo, quaſi pro
3 filijs Iſrael & Iuda.) ♀ Dixit ergo Dauid ad Gabaonitas,
Quid faciam vobis: & quod erit veſtri piaculum, vt bene-
4 dicatis hæreditati Domini? ♀ Dixeruntque ei Gabao-
nitæ, Non eſt nobis ſuper argento & auro quæſtio, ˜ ſed
contra Saul, & contra domum eius: neque volumus vt in-
terficiatur homo de Iſrael, Ad quos ˜ rex ait, Quid ergo
5 vultis vt faciam vobis? ♀ Qui dixerunt regi, Virum qui
attriuit nos & oppreſſit inique, ita delere debemus, vt ne
vnus quidem reſiduus ſit de ſtirpe eius in cunctis finibus
6 Iſrael. ♀ Dentur nobis ſeptem viri de filijs eius, vt cruci-
figamus eos Domino in Gabaa-Saul quondam electi Do
7 mini. Et ait rex, Ego dabo. ♀ Pepercitque rex Miphibo-
ſeth filio Ionathæ filij Saul, propter iuſiurandum * quod
8 fuerat inter Dauid, & inter Ionathan filium Saul. ♀ Tu-
lit itaque rex duos filios Reſpha filiæ Aia, quos peperit
Sauli, Armoni, & Miphiboſeth: & quinque filios Michol
filiæ Saul, quos genuerat Hadrieli filio Berzellai, qui fuit
9 de Molathi, ♀ Et dedit eos in manum Gabaonitarum:
qui crucifixerunt eos in monte coram Domino: & cecide
runt hi ſeptem ſimul occiſi in diebus meſſis primis, in-
10 cipiente meſſione hordei. ♀Tollens autem Reſpha filia
Aia, cilicium, ſubſtrauit ſibi ſupra petram ab initio meſ-
ſis, donec ſtillaret aqua ſuper eos de cælo: & non dimiſit
aues lacerare eos per diem, neque beſtias per noctem.
11 ♀ Et nuntiata ſunt Dauid quæ fecerat Reſpha, filia Aia,
12 concubina Saul. ♀ Et abijt Dauid, & tulit oſſa Saul, &
oſſa Ionathæ filij eius à viris Iabes-Galaad, qui furati
fuerant ea de platea Beth-ſan, in qua ſuſpenderant eos
13 Philiſthijm cum interfeciſſent Saul in Gelboe. ♀ Et aſ-
portauit inde oſſa Saul, & oſſa Ionathæ filij eius: & col-
14 ligentes oſſa eorū, qui affixi fuerant, ♀ Sepelierunt ea cū
oſſibus Saul, & Ionathæ filij eius in Terra-Beniamin, in
Latere, in ſepulchro Cis patris eius: feceruntque omnia
quæ præceperat rex, & repropitiatus eſt Deus terræ
15 poſt hæc. ♀ Factum eſt autem rurſum prælium Phili-
ſthinorum aduerſum Iſrael, & deſcendit Dauid & ſerui
eius cum eo, & pugnabant contra Philiſthijm. Deficiente
16 autem Dauid, ♀ Ieſbi-benob, qui fuit de genere ara-
pha (cuius ferrum haſtæ trecentas vncias appendebat,
& accinctus erat enſe nouo,) niſus eſt percutere Dauid.
17 ♀ Præſidioque ei fuit Abiſai filius Saruiæ, & percuſſum
Philiſthæum interfecit. tunc iurauerunt viri Dauid,
dicentes,

B

Dauid præſtat iuramentum quod Ionathæ iurauerat.

1. Reg. 18. a.

* Domini

Septem filij Saulis ſuſpendūtur.

Reſphæ materna viſcera.

C

Dauid ſepelit oſſa Saulis & Ionathæ.

1. Reg. 31. c.

Quatuor inſignia bella Dauid contra Philiſtæos.

I

Ieſbi-benob interficitur.



dicentes, Iam non egredieris nobiſcum in bellum, ne ex-
18 tinguas lucernam Iſrael. ♀ Secundum quoque bellum
fuit in Gob contra Philiſthæos: tunc percuſſit Sobochai
de Huſathi, Saph de ſtirpe arapha ˜ de genere gigantum.
19 ♀ Tertium quoque fuit bellū in Gob contra Philiſthęos,
in quo percuſſit Adeodatus filius Saltus polymitarius
Bethlehemites Goliath Gethæū, cuius haſtile haſtæ erat
20 quaſi liciatorium texentium. ♀ Quartum bellum fuit in
Geth: in quo vir fuit excelſus qui ſenos in manibus pedi-
buſque habebat digitos, id eſt vigintiquatuor, & erat de
21 origine arapha. ♀ Et blaſphemauit Iſrael: percuſſit au-
22 tem eum Ionathan filius Samaa fratris Dauid. ♀ Hi qua-
tuor nati ſunt de arapha in Geth, & ceciderunt in manu
Dauid, & ſeruorum eius.

I I. 1. Parali. 20. c. Saph.

I I I.

Goliath.

I I I I.

*iurātes dixerūt, Nūquā poſthac egredieris nobiſcū in pugnā, 28 ne extinguas lucernā Iſraelis. Poſt hæc cōtigit vt inſtauraretur bellū in Nob cum Paleſthinis, tunc trucidauit Sibbechai Huſathites ipſum Saph, qui erat 29 ex rephaim. Factum deinde & aliud præliū in Gob cū Paleſthinis, vbi Elhanan filius Iaare 30 Orgim Bethleemites, 31 Goliath quēdam Githæū trucidauit, cuius haſtæ lignū erat inſtar 32 iugi textorij. Aliud deinde fuit præliū in Gath: fuit illic vir quidā 33 monſtroſa magnitudine, qui digitos manuū habuit duodecim, & pedū digitos itē duodecim, numero videlicet vigintiquatuor, qui & ipſe natus erat ex 34 rephaim. Is cum probra iaceret in Iſraelitas, trucidauit eum Ionathā filius Simea fratris Dauidis. Quatuor iſti nati ſunt ipſi 35 Rapha in Gath: cecideruntque per manum Dauidis, & per manum ſeruorum eius.*

## SCHOLIA IN CAP. XXI.

1 .i. Propter Saulem homicidam, qui effudit ſanguinem innocentem. 2 id eſt, quum vellet hæreditatem Gabaonitarū adijcere ad tribum Iudæ, & alias. ∷ Dixit inquam. 3 placabo, ſubaudi, vos. 4 Hebraiſmus, & benedicetis. 5 Hebraiſmus, Non eſt nobis (quæſtio) de pecunia aut auro cum Saule, &c. quaſi dicat, Noſtra controuerſia non verſatur circa pecuniam & aurum. Chaldæus paraphraſtes, Non eſt mihi opus vt argentum aut aurū det mihi familia Saulis. Vnus loquitur pro omnibus. q.d. non quærimus pecuniam ab Saule, nec eo paupertatis deuenimus. 6 Hebraiſmus, nec nobis vir ad interficiendum, id eſt, neque vllus eſt quem velimus interficere. 7 Vir ille, ſubaudi, eſt Saul. 8 machinatus eſt. 9 (&) deleti ſumus, ita vt non (poſtea) ſubſiſtamus in vllo termino Iſrael. Vel, ita quod deleti ſumus, vt (poſtea) non conſiſtamus, &c. 10 id eſt, nepotibus. 11 id eſt, ad placandum Dominum. 12 quaſi dicat, qui tamen iuſſu Domini electus fuerat rex. 13 id eſt, mortui ſunt. Qui moriuntur, dicuntur cadere: vnde & Cadauer Latinis. 14 illi autem mortui (vel, interfecti) ſunt tempore meſſis, in primis diebus, in principio meſſis hordei, quæ ſcilicet eſt prima. 15 cilicium. 16 in rupe. Ex illo cilicio fecit ſibi tentorium propter æſtum: erat enim illi totos dies & totas noctes, vt peteret à Domino vt ſupplicio filiorum ſuorum oſtenderet ſe placatum eſſe. 17 ſtillaret, id eſt, donec nubes ſoluta fuit in aquam. Fames euenerat propter ſiccitatem: vnde placatum Deum nouit Riſpha ex pluuia. 18 ſubaudi, dilaniare eos. 19 quæ feciſſet. 20 Chaldæus paraphraſtes, muro. Fortaſſe erat platea adiacens muro in qua fuerunt ſuſpenſi. 21 placatus eſt. vel, reconciliatus. 22 ſubaudi, in certamen. 23 Iſbi-benob. 24 erat de filijs gigantis. 25 eris, id eſt, cuius ferrum haſtæ pendebat 300 ſiclos æreos: qui maioris erant ponderis, quàm ſicli ferrei: ∷ id eſt, optimo. 26 quem ſcilicet videbat laſſum, & cedentem ex acie. 27 nempe Iſbi-benob. 28 id eſt, ne tecum pereat gloria & ſplendor Iſraelis. Chaldæus paraphraſtes, ne pereat tecum regnum Iſrael. 29 ex filijs gigantis, id eſt, Palæſthini nomine gigantis. vel, ex filijs gigantum, id eſt, gigas. Per gigantes, intellige homines ingentis proceritatis & fortitudinis. 30 ſubaudi, qui dicebatur Orgim. 31 id eſt, fratrem Goliath Githæi. vel potius, alterum Goliath Githæum, qui æquabat priorem robore. 32 liciatorij, id eſt, æquabat craſſitie liciatorium textorum. 33 Hebraiſmus, menſuræ, id eſt, ſtaturæ proceræ. 34 gigante, id eſt, ex Palæſtino illo cognominato gigas. 35 giganti, id eſt. Hi filij erant illius gigantis qui habitabat in Gath.

## CAP. XXII.

Canticū Dauid pro liberatione ab omnibus inimicis.

LOcutus eſt autem Dauid Domino verba carminis 1
huius, in die qua liberauit eum Dominus de manu
omnium inimicorum ſuorum, & de manu Saul.
Et ait,
♀Dominus petra mea, & robur meum, & ſaluator meus. 2
♀Deus ˜ Dominus fortis meus ſperabo in eum: ſcutum 3
meum & cornu ſalutis meæ: eleuator meus, & refugium
meum: ſaluator meus, de iniquitate liberabis me.
♀Laudabilem inuocabo Dominum, & ab inimicis meis ſal 4
uus ero.
♀Quia circundederunt me contritiones mortis: torrentes 5
belial terruerunt me.
♀Funes inferni circundederunt me: præuenerunt me la- 6
quei mortis.
♀In tribulatione mea inuocabo Dominum, & ad Deum 7
meum clamabo: & exaudiet de templo ˜ ſancto ſuo vo-
cem meam, & clamor meus veniet ad aures eius.
♀Commota eſt & contremuit terra, fundamenta mon- 8
tium concuſſa ſunt & conquaſſata, quoniam iratus eſt
˜ eis.
♀Aſcendit fumus de naribus eius, & ignis de ore eius ″vo- 9
rauit: carbones ſuccenſi ſunt ab eo.
♀Et inclinauit cælos, & deſcendit: & caligo ſub pedibus 10
eius.
♀Et aſcendit ſuper cherubim, & volauit: & lapſus eſt ſuper 11
pennas venti.
B ♀Poſuit tenebras in circuitu ſuo latibulum: cribrans aquas 12
de nubibus cælorum.
♀Præ fulgore in conſpectu eius, ˜ nubes ſuccenſi ſunt car- 13
bones ignis.
♀Tonabit de cælo Dominus, & Excelſus dabit vocē ſuā. 14

Pſal. 17. a.

″ vorabit

## CAP. XXII.

*POrrò Dauid loquutus eſt ad Dominum verba huius cantici, eo tempore quo eripuerat eum Dominus è manu omnium hoſtium eius, & de manu Saulis: Et dixit,*

*Dominus petra mea, propugnaculum meum & ereptor meus.*

*Deus rupes mea, illo nitar, clypeus meus, & cornu ſalutis meæ, arx mea, & aſylum meum, ſeruator meus, à violentia aſſeres me.*

*Dominum laude dignum inuocabo, & ab inimicis meis ſeruabor.*

*Quum circundediſſent me mortales contritiones, torrenteſque beliaal terruiſſent me,*

*[Quum] me funes foueæ cinxiſſent, laqueique mortis me præuertiſſent:*

*[Quum] anguſtum eſſet mihi, inuocabam Dominum, atque ad Deum meum clamabam, & exaudiuit de templo ſuo vocem meam, vt primùm clamor meus ad aures eius [peruenit,]*

*Commouebatur & contremiſcebat terra, fundamenta cælorum fremebant & conquaſſabantur, quoniam ipſe iraſcebatur.*

*Aſcendebat fumus è naribus ipſius, & vorans ignis ex ore eius, ita vt de eo carbones incenderentur.*

*Flectebat cælos ac deſcendebat, ſub pedibus eius caligo.*

*Vehebatur ſub cherub, & volabat, ferriq; videbatur alis pernicibus.*

*Circunquaque iuxta ſe tenebras poſuerat inſtar tabernaculorum, aquas atras, & denſiſſimas nubes.*

*De fulgore qui coram eo erat, prunæ ardentes incendebantur.*

*Tonabat è cælis Dominus, Altiſſimuſque edebat vocem ſuam.*

*Sagittas eiaculabatur, diſijciebatque eos, fulgur mittebat, & conſternatos reddidit eos.*
*Tum apparebant profundiſsima aquarum receptacula, retegebatur orbis fundamenta ab increpatione Domini, à reſpiratione flatus naſi ſui.*
*E ſublimi demiſſa [manu] arripiebat me, atque extrahebat ex aquis vehementibus.*
*Eripiebat me ab hoſtibus potentibus, nempe de oſoribus meis, qui me ſuperiores erant:*
*Qui me tempore calamitatis meæ præuerterant, at Dominus fuit mihi fulcrum.*
*Educebat me in locum ſpatioſum, eripiebat me, fauebat enim mihi.*
*Rependebat mihi Dominus iuxta iuſtitiam meam, & iuxta puritatem manuum mearum retribuebat mihi:*
*Obſeruaueram enim vias Dni, neq; impiè defecerã à Deo meo.*
*Ante enim oculos meos cuncta inſtituta eius teneo, & mores eius à me non abijcio.*
*Integre & candide verſor coram illo, & ſeruo me nequid praui deſignem.*
*Rependit itaque mihi Dominus iuxta iuſtitiam meam, iuxta puritatem meam coram oculis eius.*
*Qui bonitati ſtudet, ei benigne facies: & erga virum ſimpliciter integrum, integrum te exhibes.*
*Cum candido candide agis: cum eo verò qui prauus & incuruus incedit, tu quoque peruerſe incedis.*
*Etenim populum afflictum tu ſeruas, oculi verò tui ſuper elatos vt eos deprimas.*
*Tu ſiquidẽ lucerna mea es ô Dñe, tenebras meas illuſtrat Dñs.*
*Quoniam in te cuneos militares perrumpo, & in Deo meo tranſilio murum.*
*Dei via integra eſt, eloquium Domini repurgatũ, ſcutum eſt omnium in ſe ſperantium.*
*Quis enim Deus præter Dominum? aut quis eſt petra præter Deum noſtrum?*
*Deus eſt qui me virtute roborat, & facit viã meã expeditam:*
*Pedes meos pares facit [pedibus] ceruarum, & in editis meis collocat me.*
*Inſtruit manus meas ad pugnam, datque vt arcum chalybeũ brachijs meis confringam.*
*Tu protendis mihi clypeum ſalutis tuæ, & ex manſuetudine tua auguſtum me facis:*
*Dilatas paſſum meum ſubtus me, ne vacillent vertebræ meæ.*
*Perſequebar hoſtes meos, & excindebam eos, nec reuertebar donec eos internecioni darem.*
*Funditus perdebam eos, ac vulnerabam [adeo,] vt ſubſiſtere non poſſent, caderentque ſubtus pedes meos.*
*Virtute heroica me ad bellum inſtruis, & proſternis ſub me quotquot contra me inſurgunt.*
*Efficis vt terga mihi vertãt hoſtes mei, & vt pdã oſores meos.*
*Quocunque ſe vertunt, non eſt qui ſeruet eos: ad Dominum, nec reſpondet eis.*
*Contundo eos vt puluerem terræ, vt lutum platearum comminuo eos, attero que eos.*
*Tu eripis me de cõtentionibus populi mei, ſeruas me vt ſim caput Gentium, populi quos non noueram ſeruiunt mihi.*
*Exteri mendaciter ſeſe mihi [ſubijciebant:] mox vt auribus percipiebant, ſeruiliter mihi ſupplices fiebant,*
*Alienigenæ marceſcebãt, pauebãtq; in penetralibus ſuis.*
*Viuat Dominus, & laudatus ſit qui eſt petra mea, altus vehatur Deus, qui eſt petra ſalutis meæ.*
*Is inquam Deus, qui donat mihi vt vltionem ſumam, & ſubijcit mihi populos.*
*Qui educit me ex hoſtibus meis, tu [ô Domine] in ſublime ducis me ab his qui contra me inſurgunt, eripis me ab eo viro qui mihi vim & iniuriam intentat.*
*Hanc ob cauſam gratias tibi agam inter Gentes ô Domine, & nomini tuo pſallam,*
*Propter magnitudinẽ ſalutis qua regẽ tuũ [ditas,] & quod beneficijs pſequeris chriſtũ tuũ Dauid, & ſemẽ eius in ppetuũ.*

15 ¶Miſit ſagittas ſuas, & diſsipauit eos: fulgur, & conſumpſit eos.
16 ¶Et apparuerunt effuſiones maris, & reuelata ſunt fundamenta orbis ab increpatione Domini, ab inſpiratione ſpiritus furoris eius.
17 ¶Miſit de cælo, & aſſumpſit me, & extraxit me de aquis multis.
18 ¶Liberauit me ab inimico meo potẽtiſsimo, & ab his qui oderant me: quoniam robuſtiores me erant.
19 ¶Præuenit me in die afflictionis meæ, & factus eſt Dominus firmamentum meum.
20 ¶Et eduxit me in latitudinẽ: liberauit me, qa cõplacui ei.
21 ¶Retribuet mihi Dominus ſecundùm iuſtitiam meam, & ſecundùm munditiam manuum mearum reddet mihi,
22 ¶Quia cuſtodiui vias Dñi, & non egi impiè à Deo meo.
23 ¶Omnia enim iudicia eius in conſpectu meo, & præcepta eius non amoui à me.
24 ¶Et ero perfectus *coram eo, & cuſtodiam me ab iniquitate mea. *cum
25 ¶Et reſtituet mihi Dominus ſecundùm iuſtitiam meam: & ſecundum munditiam manuum mearum, in conſpectu oculorum ſuorum. C
26 ¶Cum ſancto ſanctus eris, & cum robuſto perfectus.
27 ¶Cum electo electus eris, & cum peruerſo peruertẽris.
28 ¶Et populum pauperem ſaluum facies, oculiſque tuis excelſos humiliabis.
29 ¶Quia tu lucerna mea Domine, & tu Domine illuminabis tenebras meas.
30 ¶In te enim curram accinctus, in Deo meo tranſiliam murum.
31 ¶Deus, immaculata via eius, eloquium Domini igne examinatum: ſcutum eſt omnium ſperantium in ſe.
32 ¶Quis eſt Deus præter Dominũ: & quis Deus fortis, præter Deum noſtrum?
33 ¶Deus qui *accinxit me fortitudine, & complanauit perfectam viam meam, *accingit
34 ¶Coæquans pedes meos ceruis, & ſuper excelſa mea ſtatuens me.
35 ¶Docens manus meas ad prælium, & componens quaſi arcum æreum brachia mea.
36 ¶Dediſti mihi clypeum ſalutis tuæ, & manſuetudo *mea multiplicauit me. *tua
37 ¶Dilatabis greſſus meos ſubtus me, & nõ deficiẽt tali mei.
38 ¶Perſequar inimicos meos, & conteram, & non conuertar donec conſumam eos. D
39 ¶Conſumam eos & confringam, vt non conſurgant: cadent ſub pedibus meis.
40 ¶Accinxiſti me fortitudine ad prælium, *Incuruaſti reſiſtentes mihi ſubtus me. *incuruabis
41 ¶Inimicos meos dediſti mihi dorſum: odientes me, & diſperdam eos:
42 ¶Clamabunt, & non erit qui ſaluet, ad Dominum, & non exaudiet eos.
43 ¶Delebo eos vt puluerem terræ: quaſi lutum platearum comminuam eos atque confringam.
44 ¶Saluabis me à contradictionibus populi mei: cuſtodies me in caput Gentium: populus quem ignoro, ſeruiet mihi. Abiectio Iudæorum, & Gẽtium electio.
45 ¶Filij alieni reſiſtent mihi, auditu auris obedient mihi.
46 ¶Filij alieni defluxerunt, & contrahentur in anguſtijs ſuis.
47 ¶Viuit Dominus, & benedictus Deus meus, & *exaltabitur Deus fortis ſalutis meæ. *exaltetur
48 ¶Deus qui das vindictas mihi, & deijcis populos ſub me.
49 ¶Qui educis me ab inimicis meis, & à reſiſtentibus mihi eleuas me: à viro iniquo liberabis me.
50 ¶Propterea confitebor tibi Domine in Gentibus & nomini tuo cantabo, Rom.15.b.
51 ¶*Magnificãti ſalutem regis ſui, & facienti miſericordiam chriſto ſuo Dauid, & ſemini eius in ſempiternum. *Magnificans ſalutes regis ſui, & faciens

SCHO-



SCHOLIA IN CAP. XXII.

1 Loquutus eſt ergo Dauid, &c. id eſt, Propterea agendo gratias Deo cecinit canticum hoc in gloriam Domini. Refert hic acceptas Deo victorias ſuas Dauid. Iſte idem pſalmus, eſt decimuſſeptimus ſecundum LXX, ſiue decimuſoctauus ſecundum Hebręos, in ordine Pſalmorum Dauidis: illinc petendę ſunt tibi annotationes.

## CAP. XXIII.

HAEc autem ſunt verba nouiſsima quæ dixit Da- 1
uid filius Iſai: dixit vir cui conſtitutum eſt de
chriſto Dei Iacob, egregius pſaltes Iſrael. ¶Spi- 2
ritus Domini locutus eſt per me, & ſermo eius per lin-
guam meam. ¶ Dixit Deus Iſrael mihi, locutus eſt For- 3
tis Iſrael, Dominator hominum, iuſtus dominator in timo
re Dei. ¶ *Sicut lux auroræ oriente ſole, mane abſque 4
nubibus rutilat, & ſicut pluuijs germinat herba de terra.
¶ Nec tanta eſt domus mea apud Deum, vt pactum æter 5
num iniret mecum firmum in omnibus atque muni-
tum. cuncta enim ſalus mea, & omnis voluntas: nec
eſt quicquam ex *ea quod non germinet. ¶ Præuarica- 6
tores autem quaſi ſpinæ euellentur vniuerſi: quæ non tol
luntur manibus. ¶ Et ſiquis tangere voluerit eas, arma- 7
bitur ferro & ligno lanceato, igneq́ue ſuccenſæ combu-
rentur vſque ad nihilũ. ¶ Hæc nomina fortiũ Dauid. Dauid 8
ſedens in cathedra ſapientiſsimus princeps inter tres, ipſe
eſt quaſi tenerrimus ligni vermiculus, qui octingen-
tos interfecit impetu vno. ¶ Poſt hunc Eleazar filius 9
Patrui-eius Ahohites inter tres fortes, qui erant cum Da-
uid quando exprobrauerunt Philiſthijm, & congregati
ſunt illuc in prælium. ¶ Cumq́ue aſcendiſſent *filij Iſ- 10
rael, ipſe ſtetit & percuſsit Philiſthæos donec deficeret
manus eius, & obrigeſceret cum gladio: fecitq́ue Domi-
nus ſalutem magnam in die illa: & populus qui fu-
gerat, reuerſus eſt ad cæſorum ſpolia detrahenda. ¶ Et 11
poſt hunc, Semma filius Age de Arari: & congrega-
ti ſunt Philiſthijm in ſtatione: erat quippe ibi ager
lente plenus. cumque fugiſſet populus à facie Phili-
ſthijm, ¶ Stetit ille in medio agri, & tutus eſt eum, 12
percuſsitque Philiſthæos: & fecit Dominus ſalutem ma-
gnam. ¶Necnon & antè deſcenderant tres, qui erant 13
principes inter triginta, & venerant tempore meſsis ad
Dauid in ſpeluncam Odollam: caſtra autem Philiſthi-
norum erant poſita in Valle-gigantum. ¶ Et Dauid 14
erat in præſidio: porrò ſtatio Philiſthinorum tunc erat
in Beth-lehem. ¶ Deſiderauit ergo Dauid aquam de la 15
cu, & ait, O ſiquis mihi daret potum aquæ de ciſter-
na quæ eſt in Beth-lehem iuxta portam! ¶ Irruperunt 16
ergo tres fortes caſtra Philiſthinorũ, & hauſerunt aquam
de ciſterna Beth-lehem, quæ erat iuxta portam, & at-
tulerunt ad Dauid: at ille noluit bibere, ſed libauit eam
Domino, ¶ dicens, Propitius ſit mihi Dominus, ne fa- 17
ciam hoc: num ſanguinem hominum iſtorum qui pro-
fecti ſunt, & animarum periculum bibam? Noluit ergo
bibere. hæc fecerunt tres robuſtiſsimi. ¶ Abiſai quoque 18
frater Ioab filius Saruiæ, princeps erat de tribus*: ipſe
eſt qui leuauit haſtam ſuam contra trecentos, quos in-
terfecit, nominatus in *tribus, ¶ & inter tres nobi- 19
lior. eratque eorum princeps, ſed vſque ad tres primos
non peruenerat. ¶ Et Banaias filius Ioiadæ viri fortiſ- 20
ſimi, magnorum operum de Cabſeel: ipſe percuſsit duos
leones Moab, & ipſe deſcendit, & percuſsit leo-
nem in media ciſterna in diebus niuis. ¶ Ipſe quoque 21
interfecit virum AEgyptium, virum dignum ſpecta-
culo, habentem in manu haſtam: itaque cum deſcen-
diſſet ad eum in virga, vi extorſit haſtam de manu
AEgyptij, & interfecit eum haſta ſua. ¶ Hæc fecit Ba- 22
naias filius Ioiadę: ¶ & ipſe nominatus inter tres robuſtos, 23

Spiritus Dei locutus eſt per Dauidem.
*Et
*eo
Catalogus fortium Dauid. 1.Para.11.b.
Eleazar percutit Philiſthęos. B
*viri
Semma.
Victoria Deo tribuitur.
Dauid ſitiens nõ vult bibere aquã quã principes cũ vitę periculo hauſerant inter Philiſthęos. C
Abiſai.
*illis
*illis
Banaias.

## CAP. XXIII.

*HAEc ſunt verba 1 quæ Dauid poſtremis temporibus locutus eſt: dixit Dauid filius Iſai, & ait vir ille 2 qui conſtitutus erat vt eſſet vnctus Dei Iacob, 3 gratiſsimus pſaltes in Iſraele. Spiritus Domini 4 loquutus eſt per me, & eloquium eius 5 [fuit] in lingua mea. Deus Iſrael 6 dixit mihi, loquutus eſt ∴ Petra Iſraelis, 7 dominator ſuper homines iuſtus ſit, dominator [habeat] timorem Dei. Et ſicut 8 lux matutæ quum ſol oritur, matuta inquam quæ non habet nubes præ fulgore ſuo, propter pluuiam videlicet quæ herbam è terra [elicit.] Non 9 inquam ſic erit domus mea cum Deo, quoniam fœdus perpetuum pepigit mecum, quod per omnia 10 ordinatum eſt & 11 ſeruatum: quandoquidem omnis 12 ſalus mea 13 & omnis voluntas [firma eſt,] 14 neque vt [germen] creſcit. Cõtra 15 vir perditus erit vt ſpina in vniuerſum euulſa, 16 quam nemo manu attrectat. Quòd ſiquis eas 17 attingere [cogatur,] armet [manum ſuam] ferro, aut ligno haſtæ, aut certe igne quo eas in ſtirpe ſua exurat. Hæc ſunt nomina 18 heroum, quos habuit Dauid 19 quum ſederet in ſolio 20 ſapiẽtiæ, præcipuus inter tres hic fuit, qui 21 excitabat haſtam ſuã ſemel ſuper octingentos vulneratos. Huic ſuccedit Eleaſar filius Dodi 22 filij Ahohi, 23 inter tres heroes [qui fuerunt] cum Dauide, quum 24 probris laceſſerent Paleſthinos, 25 collecti ſcilicet illic ad prælium aſcendentibus Iſraelitis. 26 Is exurgens percuſsit Paleſthinos, donec defatigaretur manus eius, 27 obrigeſceretque manus eius ad gladium. atque illo ipſo die Dominus 28 magnam ſalutem edidit, 29 reuerſuſque eſt populus ipſum ſequutus, duntaxat ad prædam excurrens. Poſt hunc Samma filius Age Hararites, 30 congregatis Paleſthinis in globum: 31 fuit ibi ager lentium plenus, fugitq; populus metu Paleſthinorum. Tum is conſtitit in medio agro, & eripuit 32 populum, trucidauitque Paleſthinos, 33 edente Domino ingentem ſalutem. 34 Deſcenderunt verò tres 35 principes, qui erant ex triginta præcipuis ducibus, veneruntq; tempore meſsis ad Dauidem in ſpeluncam Adullam: agmen verò Paleſthinorum caſtra ſua habuit in valle 36 Rephaim. Dauid tum erat in 37 arce, & præſidium Paleſthinorum tum erat in Beth-lehem. 38 Accenſus ergo Dauid deſiderio quodam dixit, 39 Vtinam quiſpiam mihi ex aqua fontis illius qui eſt in Beth-lehem ad portam potum ferat! Tum tres illi heroes penetrarunt caſtra Paleſthinorum, haurienteſque aquam è fonte Beth-lehemitico qui erat ad portam, ferebant illam, & attulerunt ad Dauidem: ipſe vero noluit eam bibere, ſed 40 libauit eam Domino, dicens, 41 Procul ſit hoc a me Domino adiuuante, ne iſtud committam: 42 annon hic ſanguis eſt virorũ, qui cum periculo vitæ ſuæ [illuc] profecti ſunt? 43 Nec volebat eam bibere. & hæc quidem fecerunt hi tres 44 heroes. Porrò Abiſai frater ipſius Ioab filius Zeruia 45 caput ternarij: is 46 excitauit lanceam ſuam ſuper trecentos, 47 quos ſtrauit, & in iſta triade [præcipuum] habuit nomen. 48 In triade iſta excelluit inquam gloria, erat que eis princeps: at non pertigit ad tres [priores.] Benaia deinde filius Iehoiada, 49 filius cuiuſdam ſtrenui hominis, 50 inclytus rebus geſtis, de KabZeel: is percuſsit 51 duos leones Moab: 52 is ipſe deſcendit atque percuſsit leonem in media fouea, 53 quum eſſet tempus niuis. Et is idem percuſsit AEgyptium quendam præſtanti forma virum: erat autem in manu AEgyptij haſta, is autem deſcendit ad eum cum baculo: & vi rapta haſta de manu AEgyptij, ferijt eum haſta ipſius. Hæc patrauit Benaia filius Iehoiada, habuitque nomen inter tres 54 heroes.*

*Ex 55 triginta præſtantiſſimus fuit, ad 56 tres autem non peruenit. hunc conſtituit* Dauid *57 vt eſſet audiens ei. Aſael quoque frater ipſius* Ioab *58 inter triarios [recenſetur:] Elhanan filius Dodo* Bethlehemites. *Samma* Harodæus, Elica Harodæus. *Hælez* Paltites, *Ira filius* Ixeſch Theroites. *Abiæſer Anethotites,* Mebunnai Huſatites. *Salmon de Ahoha, Maharai Netophathites.* Heleb fili⁹ *Baana Netophathites, Ithai filius* Ribai *de Gibeath filiorum* Beniamin, Benaia Pirathonites, Hiddai *59 de torrentibus* Gaas. *Abialbon Arbatites, Aſmaueth* Barhumæus. *Eliahba Saalbonæus, 60 filij Iaſen Iehonatan. Samma* Hararites, *Ahiam filius Sarar* Hararites. *Eliphelet filius Ahaſbai, 61 filij* Maachati, Eliam *filius Ahitophel* Gilonites. *Hezrai Carmelites, Paarai Arbites.* Iigal *filius* Nathan *de Zoba,* Bani Gadites. *Zalec Ammonites,* Naharai Beerothites, *qui armiger fuit* Ioab *filij Zeruia.* Ira Iithrites, *Gareb* Iithrites. *Vria* Hithæus. *62 vniuerſi, triginta ſeptem.*

Qui erant inter triginta nobiliores: veruntamen vſque ad D
24 tres non peruenerat: fecitque eum ſibi Dauid auriculariũ,
25 à ſecreto. ♀ Aſael frater Ioab inter triginta, Elehanan fi
26 lius Patrui-eius de Beth-lehem, ♀ Semma de Harodi,
27 Elica de Harodi. ♀ Heles de Phalti, Hira filius Acces de
28 Thecua. ♀Abi-ezer de Anathoth, Mobonnai de Huſati.
29 ♀Selmon Ahohites, Maharai Netophathites. ♀Heleb filius
30 Baana, & ipſe Netophathites, Ithai fili⁹ Ribai de Gabaath
31 filiorũ Bẽiamin, ♀Banaia Pharathonites, Heddai de Tor-
32 rente-gaas. ♀Abi-albon Arbathites, Azmaueth de Bero-
33 mi. ♀Eliaba de Salaboni: filij Iaſſen Ionathan. ♀Semma de
34 "Orodi, Ahiã filius Sarar Ararites. ♀Eliphelet filius Aaſ- "Orori,
35 bai filij Machati, Eliã filius Achitophel Gelonites. ♀ Heſ-
36 rai de Carmelo, Pharai de Arbi. ♀Igaal filius Nathan de So
37 ba. "Bonni de Gadi. ♀Selec de Ammoni, Naharai Berothi "Bani
38 tes armiger Ioab filij Saruiæ. ♀Ira Iethrites, Gareb & ipſe
39 Iethrites. ♀ Vrias Hethæus: omnes triginta ſeptem.

## SCHOLIA IN CAP. XXIII.

1 Dauidis nouiſsima, id eſt, Hæc ſunt quæ poſtquam edidit omnes pſalmos, dixit Dauid. Aſſerit ſe omnes pſalmos ſcripſiſſe per Spiritum Dei, & ſe diuina voluntate creatum regem. 2 qui eſt conſtitutus (à Deo) in loco ſublimi, (id eſt, in magna dignitate.) conſtitutus inquam vnctus, &c. 3 ſuauiſsimus in canticis Iſrael, id eſt, ſuauiſsimus pſaltes Iſraelis. nam compoſuit pſalmos ſuauiſſimos quibus in laudando Deo vtitur Iſrael. 4 id eſt, me organo vſus eſt in pſalmis. 5 per linguam meam. ſubaudi, factum eſt, id eſt, loquutus eſt per me pſalmos Spiritus ſanctus. 6 ſubaudi, prius quàm eſſem rex conſtitutus, quaſi dicat, Pollicitus fuerat ſe conſtituturum me regem Dominus per Samuelem. 11 ſiue, rupes, id eſt, Deus fortiſsimus quem Iſrael colit. 7 imperabit hominibus iuſtus & dominans in timore Dei, id eſt, prædixit me futurum regem iuſtum & timentem Deum. 8 lumen temporis matutini orto iam ſole, temporis inquam matutini non nubiloſi, (& quod non conſtat) ex ſplendore & pluuia (deſcendente ſuper) gramen (quod egreditur) è terra, id eſt, dixit inquam ſplendorem regni mei fore ſimilem lumini temporis matutini quod maius ſubinde fit, & lucidius, quodq́ue non conſpurcatur aduẽtu nubium, & quod non conſtat ſplendore & pluuia deſcendente ſuper gramen quod germinat, vel egreditur è terra: hoc eſt, in quo ſol partim lucet, partim non lucet: ſiue ꝙ partim eſt ſplendidũ, partim nebuloſum, cadente pluuia ſuper gramen. Loquitur de pluuia quæ non eſt grata herbis, ſed quæ eſt cauſa productionis earum. 9 enim ſic ſe habet familia mea apud Deum, id eſt, non talem promiſsionem imperfectam fecit Deus familiæ meæ. 10 Hoc dicit vt opponat tempori matutino quod conſpurcatur interuentu nubium. Omnia hæc ſunt intelligenda de Chriſto. 11 vel, inuiolabile. 12 ſubaudi, ipſe eſt. 13 & omne deſyderium meum. ſubaudi, pono in eo, quaſi dicat, totus à Deo pendeo. 14 quoniam non producet. vel, creabit, alium ſcilicet in regem qui non ſit de familia mea, quaſi dicat, Regnum ſemper manebit in familia mea. Hoc dicit propter Chriſtum qui manet in æternum. 15 (homines) improbitatis ſicut ſpinę quæ propelluntur (pede ſcilicet vel baculo) vniuerſi, quaſi dicat, Nepotes mei quia permanebunt in fide, perpetuo regnabunt: at impij qui inter filios meos & nepotes impij erunt, caſtigabũtur à Deo: tamen non auferet à familia mea miſericordiam ſuam. 16 nam nequaquam manu capere ſolent. ſubaudi, ſpinas, quaſi dicat, vt homines tractare non ſolent manibus ſpinas, imò illas à ſe propellunt: ſic Deus depellet à ſe eos qui è filijs aut nepotibus meis impij fuerunt. 17 attingere velit, repletur ferro & haſtili lanceæ, & igni comburentur in loco ſuo, id eſt, ſiquis velit eas attingere, capiet inſtrumentum ferreum quo ſuccidat illas, aut haſtile lanceę quo abigat eas: nec aſportantur: ſed in ipſo loco in quo ſunt comburit eas. ſic tractantur impij, & talis erit eorum finis. 18 vel, virorum fortium. 19 ſedens in cathedra. more eorum ſcilicet qui alijs conſulunt. 20 ſapiens, caput principum (vel, princeps primus) fuit Adino Heſnæus. Iſtum militem prius à ſapientia commendat, deinde à virtute bellica, quaſi dicat, conſilio valebat & virtute bellica. 21 Hebraiſmus, fuit ſuper octingentos occiſos vice vna, id eſt, qui in vno prælio manu ſua trucidauit octingentos. 22 id eſt, Ahohæus, ſiue de familia Ahohæorum. 23 id eſt, qui vnus fuit trium fortium qui erant, &c. 24 irruerent cum periculo vitæ in Palæſthinos. Vox Hebræa HARAPH, ſignificat diſcrimini ſe exponere. 25 qui congregati erant ibi, &c. id eſt, qui Palæſthini congregati erant vbi erat Dauid, vt dimicarent cum Iſraelitis, quum iam aſcendiſſent, hoc eſt, aufugiſſent ipſi Iſraelitæ. 26 quaſi dicat, Is autem ſine mora, vbi ſuos populares vidit fugiſſe, ſurrexit & occidit, &c. 27 adhæreſceretque, quaſi dicat, præ nimio labore, manus quæ gladium tenebat, ſpaſmum contraxit, ita vt finito conflictu, vix potuerit educi è manu eius gladius. Spaſmus eſt tendonum contractio, quæ aliquando fit inanitione, hoc eſt, quum præ nimio ſudore tendones ſicceſcunt, & contrahuntur. 28 id eſt, magnam dedit victoriam. Hæc victoria tribuitur Deo, vt reliquæ omnes tribui debent. 29 Hebraiſmus, & reuerſus populus ſequutus eſt illum, tantùm ad detrahenda ſpolia, ſubaudi, cæſis. 30 congregati enim erant Palæſthini in villa, id eſt, in pago quodam iuxta quem hæc geſta ſunt. 31 eratque illic poſſeſsio agri (id eſt, ager) plena lente, & populus fugerat à facie, &c. id eſt, ſub aduentum Palæſthinorum. 32 eam, ſubaudi, lenticulam, quæ erat in agro illo. 33 id eſt, dante per illum inſignem victoriam Iſraelitis. 34 Deſcenderantque. Hic ternio aliorum trium fortiſsimorum deſcribitur. 35 de principibus primarijs, id eſt, qui primum locum obtinebant apud Dauidem. 36 gigantum. quæ non procul diſtabat à ſpelunca Adullam. 37 id eſt, loco munito in rupe. 38 Hebraiſmus. Et deſiderauit (prę cupiditate ſcilicet) Dauid, & dixit. 39 Hebraiſmus. Quis potabit me aqua de ciſterna Beth-lehem quę eſt iuxta portam? ſubaudi, vrbis, id eſt, Vtinam aliquis efficeret vt biberem, &c. 40 id eſt, coniecit eam in terram, in honorem Dei. 41 Hebraiſmus, Abſit à me, o Domine, vt hoc committam: 42 nunquid (bibam) ſanguinem, id eſt, aquam allatam cum diſcrimine vitę, &c. 43 Itaque noluit bibere de illa. 44 ſiue, fortes. ſecundæ ſcilicet triadis. 45 id eſt, primas tenebat inter illos tres poſteriores fortes. 46 vel, vibrauit haſtam. 47 Hebraiſmus, occiſos, id eſt, quos occidit. 48 Hebraiſmus, Tribus nonne glorioſior erat? vel, Trium ſane nobiliſsimus fuit: & illorum princeps: &c. 49 vel, filij viri robuſti. 50 Hebraiſmus, multus circa opera, id eſt, magnarum rerum patrator. 51 duas arces. vel, duo loca fortiſsima expugnauit, quorum vterque dicebatur Ariel, id eſt, fortis locus. percuſſit homines qui habitabant in arcibus fortiſsimis regionis Moabitarum. Chaldæus paraphraſtes, duos viros fortes. 52 & idem 53 quo tempore leones ſunt maxime robuſti. 54 illos fortes, id eſt, annumerabatur inter tres illos fortes poſteriores. vel, dignus erat fere qui annumeraretur inter tres illos fortes qui attulerunt aquam. Sic vertunt qui eum ſeptimum conſtituunt: nam fuit medius inter illos ternarios, & triginta ſequentes, 55 eorum ſcilicet qui ſequuntur. 56 ſubaudi, priores, quaſi dicat, ad gloriam & dignitatem trium priorum fortium non peruenit. 57 ſuper (viros) obedientiæ ſuæ, id eſt, præfecit eum viris ſibi obedientibus, hoc eſt, Cerethæis & Phelethæis, qui hîc dicuntur viri obedientiæ eius. Quidam minus recte exponunt, fecit eum conſulem, auricularium, & à ſecretis. 58 inter triginta (fuit:) id eſt, fuit vnus ex triginta fortibus qui ſequuntur. 59 de torrente, id eſt, de loco qui dicebatur Torrens-gaas. 60 (ex) filijs, id eſt, filius. 61 filius Maachatitarum, id eſt, vir Maachatites. 62 id eſt, tot fuerunt viri illuſtres & fortes qui militauerunt cum Dauide. Sex fortes duarum illarum triadum, & hi triginta & vnus, conſtituunt numerum triginta & ſeptem virorum fortium. Hæc opinio, optima eſt omnium, & contextui ſacro maxime conſentanea.

CAP.



## CAP. XXIIII.

Cõmouetur Dauid à Deo vt numeret populũ, vnde puniatur ipſe populus, cõtra quem iratus erat ipſe Deus. "numerate

ET addidit furor Domini iraſci contra Iſrael, com- 1
mouitque Dauid in eis dicentem ad Ioab, Vade, nu
mera Iſrael & Iudã. ♀ Dixitque rex ad Ioab prin- 2
cipem exercitus ſui, Perambula omnes tribus Iſrael à
Dan vſque Ber-ſabee, & " numera populum, vt ſciam
numerum eius. ♀ Dixitque Ioab regi, Adaugeat Domi- 3
nus Deus tuus ad populum tuum, quantus nunc eſt, ite-
rumque centuplicet in conſpectu domini mei regis: ſed
quid ſibi dominus meus rex vult in re huiuſcemodi? ♀Ob 4
tinuit autem ſermo regis verba Ioab, & principum exer-
citus: egreſſuſque eſt Ioab, & principes militum à fa-
cie regis, vt numerarent populum Iſrael. ♀ Cumque 5
pertranſiſſent Iordanem, venerunt in Aroer ad dexte-
ram vrbis, quæ eſt in Valle-gad: ♀ & per Iazer tranſ- 6
ierunt in Galaad, & in terram inferiorem Hadſi, & vene-
runt in Dan ſylueſtria. Circumeunteſque iuxta Sidõnẽ,
♀ tranſierunt prope mœnia Tyri, & omnem terram He- 7
uæi & Chananæi, veneruntq; ad Meridiem Iuda in Ber-
ſabee. ♀ Et luſtrata vniuerſa terra affuerunt poſt no- 8
B uem menſes & viginti dies, in Ieruſalem. ♀ Dedit ergo 9
800000 viri Iſrael. 500000 viri Iuda.
Ioab numerum deſcriptionis populi regi, & inuenta ſunt
de Iſrael octingenta millia virorum fortium, qui educe-
rent gladium: & de Iuda quingenta millia pugnatorum.
♀ Percuſsit autem cor Dauid eum, poſtquam numeratus 10
Pœnitet Dauidem. Ipſi tria pœnarum genera proponuntur.
eſt populus: & dixit Dauid ad Dominum, Peccaui valde
in hoc facto: ſed precor Domine, vt transferas iniquita-
tem ſerui tui, quia ſtultè egi nimis. ♀Surrexit itaque Da- 11
uid mane, & ſermo Domini factus eſt ad Gad prophetam
& videntem Dauid, Dicens, ♀ Vade, & loquere ad Da 12
uid, Hæc dicit Dominus, Trium tibi datur optio, elige
vnum quod volueris ex his, vt faciam tibi. ♀ Cumque 13
veniſſet Gad ad Dauid, nuntiauit ei, dicens, Aut ſeptem
Fames. Bellum. Peſtis.
annis veniet tibi fames in terra tua: aut tribus menſibus fu
gies aduerſarios tuos, & illi te perſequentur: aut certè tri-
C bus diebus erit peſtilentia in terra tua. nunc ergo delibe-
ra, & vide quem reſpondeam ei, qui me miſit, ſermonem.
Peſtem eligit.
♀ Dixit autem Dauid ad Gad, Coarctor nimis: ſed melius 14
eſt vt incidam in manus Domini (multæ enim miſericor-
diæ eius ſunt) quàm in manus hominum. ♀ Immiſitque 15
Dominus peſtilentiam in Iſrael, de mane vſque ad tem-
pus conſtitutum, & mortui ſunt ex populo à Dan vſq; ad
Septuagita millia virorum cadunt peſte.
Ber-ſabee ſeptuaginta millia virorum. ♀ Cumque ex- 16
tendiſſet manum ſuam angelus Domini ſuper Ieruſalem
vt diſperderet eam, miſertus eſt Dominus ſuper afflictio-
nem, & ait angelo percutienti populum, Sufficit: nunc cõ-
tine manum tuam. erat autem angelus Domini iuxta
Dolet Dauid ꝓpter ſe occidi populum, cum ipſe ſit qui peccauerit.
aream Areuna Iebuſæi. ♀ Dixitq́ue Dauid ad Domi- 17
num cum vidiſſet angelum cædentem populum, Ego ſum
qui peccaui, & ego inique egi: iſti qui oues ſunt, quid fece
rũt? vertatur obſecro manus tua cõtra me, & cõtra domũ
Ceſſat peſtis, D oblatione à Dauide facta.
patris mei. ♀ Venit autem Gad propheta ad Dauid in 18
die illa, & dixit ei, Aſcende, & conſtitue altare Domino in
area Areuna Iebuſæi. ♀ Et aſcendit Dauid iuxta ſermo- 19
nem Gad, quem præceperat ei Dominus. ♀ Conſpiciẽſ- 20
q́ue Areuna, animaduertit regem & ſeruos eius tranſire
ad ſe: ♀ & egreſſus adorauit regem prono vultu in ter- 21
ram, & ait, Quid cauſę eſt vt veniat dominus meus rex ad
Gratis non accipit Dauid, aut aufert quod offerat Deo.
ſeruum ſuum? cui Dauid ait, Vt emam à te aream, & ædifi
cem altare Domino, & ceſſet interfectio quæ graſſatur in
populo. ♀ Et ait Areuna ad Dauid, Accipiat, & offerat 22
dominus meus rex, ſicut placet ei: habes boues in holo-
cauſtum, & plauſtrum & iuga boum in vſum lignorum.
♀ Omnia dedit Areuna regi: dixitq́ue Areuna ad regem, 23
Dominus Deus tuus ſuſcipiat votum tuum. ♀ Cui re- 24
ſpondens rex, ait, Nequaquam vt vis, ſed emam pretio à
te, & non offeram Domino Deo meo holocauſta gratuita.

## CAP. XXIIII.

*FVror Domini 1 rurſus concitatus eſt aduerſus Iſraelem, & 2 incitauit Danidem 3 in eis, vt diceret,* Vade, *numera* Iſraelem *& Iehudam. Ait itaq; rex ad Ioab imperatorem exercitus 4 quẽ habuit, 5 Circumi Iſraelẽ à Dan vſque ad* Beer-*ſeba, & recẽſete populum, vt ſciã numerum populi. Et dixit Ioab ad regem, Adijciat Dominus Deus tuus ad populum 6 aliquot centurias, quas oculi Domini mei regis videant: cur verò Dominus meus rex iſtius rei cupidine flagrat? At regis 7 imperium erga Ioab & duces exercitus 8 præualebat. egreſſus itaq; eſt Ioab vnà cum ducibus exercitus à conſpectu regis vt recẽſerent populum Iſrael. Et tranſeuntes Iordanem, manſerunt in Aroer, ad dexteram ciuitatis 9 quæ eſt in medio torrente Gad, 10 & ad* Iaaſer. *Deinde venerunt in Gilead & 11 in terram inferiorem* Hadſchitum *venerunt in Dan-Iaan, & 12 circum Zidon. Veneruntque 13 ad munitionem* Tyri, *& ad cunctas ciuitates* Hiuæorum *& Chananæorum, egreſſi ad Meridiem Iehuda in Beer-ſeba. Quumq; peragraſſent vniuerſam terrã, reuerſi ſunt* Ieruſalem *exactis nouem menſibus & viginti diebus. Deditq;* Ioab *14 numerum & ſummam populi ipſi regi: fuit autem [ſumma]* Iſraelis *octingenta millia virorum fortium 15 bello aptorum: virorum autem* Iehuda *fuerit quingenta millia virorum.* Poſteaquam *autem Dauid populum ſic numeraſſet, 16 doluit corde ſuo, aitque Dauid ad Dominum,* Inſigniter *peccaui 17 in hoc quod feci: nunc ergo 18 transfer quæſo ô Domine, iniquitatem ſerui tui, quoniam vehementer ſtulte egi. Quumq; mane ſurrexiſſet Dauid, factum eſt verbum Domini ad* Gad *prophetam, 19 qui erat videns ipſius Dauidis, in hanc ſententiam, Vade, & loquere ad Dauidem hiſce verbis, Sic dicit Dominus,* Tria *tibi 20 deſero. tu ex his vnum tibi eligito, quod tibi faciam. Veniens igitur Gad ad Dauidem, nuntiauit ei, dixitq; ad eum, 21 Viſne vt veniant tibi ſeptem anni famis in terra tua? an vis vt fugias tribus menſibus coram hoſtibus tuis & te perſequantur? an vt ſit peſtis tribus diebus in terra tua? delibera nunc, & diſpice quid referam ei qui me miſit. Ait ergo* Dauid *ad Gad, Supra modum angor, 22 incidam quæſo in manum Domini, (quoniam multæ ſunt miſerationes eius,) in manus hominum ne cadam.* Miſit *itaque Dominus peſtilentiam in Iſraelem à mane 23 vſque ad tempus definitum: & mortui ſunt ex populo à Dan vſque* Beer-*ſeba ſeptuaginta millia virorum.* Et *quum 24 extendiſſet angelus manum ſuam ſuper Ieruſalem, vt illam quoque 25 affligaret, pænitudine ductus eſt Dominus ſuper malo, & dixit ad angelum 26 vaſtantem populum, 27* Sat iam, *remitte manum tuam. & angelus Domini [iam] erat iuxta 28 horreum Araſna Iebuſæi. Dixitque Dauid ad Dominũ quum vidiſſet angelum percutientem populum, dixit inquam,* Ego *peccaui, ego inique egi: 29 oues autem iſtæ quid fecerunt? ſit quæſo manus tua contra me, & contra domum patris mei.* Et *venit* Gad *ad Dauidem in 30 die illa, & ait ad eum, Aſcende, 31 excita aram Domino in area Araſna* Iebuſæi. Et *aſcendit Dauid iuxta verbum Gad quod præceperat Dominus. 32 Reſpicienſque Araſna, vidit regem & ſeruos eius tranſeuntes ad ſe, & 33 egreſſus Araſna incuruauit ſe coram rege pronus in terram. Et dixit Araſna,* Cur *venit dominus meus rex ad ſeruum ſuum?* Reſpondit *Dauid, vt emam à te 34 horreum, vt extruam aram Domino, & 35 arceatur clades à populo.* Tunc *dixit Araſna ad* Dauidem, *Accipiat & ſacrificet dominus meus rex quod ei bonum videtur: en boues in holocauſtum, & 36 plauſtra, & 37 inſtrumenta boum in ligna.* Omnia *38 dedit rex 39 Araſna 40 regi. 41 dixitq; Araſna ad regem, Dominus Deus 42 ſit tibi propitius. Et dixit rex ad* Araſnã, *Nequaquã, ſed omnino emã à te pretio, nec 43 ſacrificabo Dño Deo meo holocauſta 44 gratis.*

*Emit itaque Dauid 45 horreum & 46 bouem 47 quinquaginta ſiclis argenteis. Et extruens ibi aram Domino Dauid, ſacrificauit holocauſta & 48 gratulatoria, 49 propitiuſque factus eſt Dns terræ, & cohibita eſt 50 clades ab Iſraele.*

25 Emit ergo Dauid aream & boues, argenti ſiclis quinquaginta: ? & ædificauit ibi Dauid altare Domino, & obtulit holocauſta & pacifica: & propitiatus eſt Dominus terræ, & cohibita eſt plaga ab Iſrael.

## SCHOLIA IN CAP. XXIIII.

1 Vt ſcilicet paulo ante quum immiſerat famem ob Gabaonitas. 2 Permiſit Dominus vt Dauid tentaretur à diabolo, & ſuccumberet, vt ipſe Deus puniret Iſraelem, vt ex.21.cap. Paralip. apparet. Hebræi referunt hoc ad homines: nam homines proni ſunt ad peccandum, niſi fræno gratiæ Dei reuocentur. Quidam Hebræorum non male ſubaudit cor: Incitauit cor Dauidis Dauidem, quaſi dicat, Dauid à propria concupiſcentia fuit tentatus. 3 id eſt, in eorum perniciem. 4 ſubaudi, exercitum. Aut verte, qui Ioab erat cum eo. 5 Diſcurre nunc (vel quæſo) Per omnes tribus Iſrael. 6 Hebraiſmus, ſicut hi & ſicut hi, centum vicibus, id eſt, centies maiorem quàm nunc eſt, quaſi dicat, reddat tribum Iuda centies maiorem quàm nunc eſt, & reliquas tribus centies maiores quàm nunc ſunt. 7 verbum. 8 præualuit, id eſt, vicit verba Ioab & omnes qui eum dehortabantur. 9 (in loco) qui erat. 10 id eſt, non procul à Iaaſer. Alij exiſtimant eſſe vnam dictionem, & El-iaazer. 11 in regionem Tahtim-hodſi, 12 id eſt, ad loca quæ erant circa Sidonem. 13 ad Mibſar-ſor. 14 Hebraiſmus, numerum numeri. vel ſupputationis, id eſt, numerum ſiue ſummam populi numerati. 15 Hebraiſmus, educentium gladium, id eſt, qui poterant educere enſem & geſtare arma. 16 Hebraiſmus, percuſſit eum cor eius, id eſt, ſtatim cœpit torqueri in animo ſuo ob factum ſuum. 17 quia (hoc) feci. 18 id eſt, condona hoc peccatum ſeruo tuo. 19 id eſt, qui prædicebat Dauidi voluntatem Dei. 20 Hebraiſmus, impono, id eſt, Vnum ex tribus impono tibi, hoc eſt affero ad te. Facio tibi poteſtatem eligendi vnum ex tribus. 21 id eſt, Viſne fames vigeat ſeptem annis. In Paralip. ſunt tres anni: quorum tres præterierant antequam hæc dicerentur: vltimo vero anno non poterat fieri quin eſſet fames vſque ad meſſem. hoc pacto ſunt ſeptem. 22 quaſi dicat, eligo peſtem. 23 id eſt, vſque ad veſperam: nam eo tempore offerebantur holocauſta, vt & mane. Hoc commendat miſericordiam Dei, qui pro diebus tribus, vnum tantum diem immiſerit peſtem. 24 vel, pararet extendere. 25 perderet. 26 perdentem. 27 Satis eſt nunc, cohibe. 28 aream. Hæc erat Ieroſolymis, ſita in monte Moria, in quo Abraham voluit immolare filium ſuum Iſaac. lege. 1. Paralip. 21. 29 iſti autem (qui ſunt) oues. 30 prima ſcilicet ſub veſperam. 31 vel, extrue. 32 exerto ſcilicet capite aſpexit. nam deliteſcebat metu angeli. 33 ſubaudi, de loco in quo deliteſcebat. 34 aream iſtam. 35 vel, cohibeatur, id eſt, ne vltra puniatur populus. 36 vel, tribulæ. Vox Hebræa ſignificat inſtrumenta quibus teritur triticum, & terræ glebæ comminuuntur. 37 ſubaudi, alia. 38 vel, dat. 39 Araſna, ſiue Arauna, erat rex Iebuſæorum antequam Ieruſalem caperetur, verùm erat tributarius. 40 id eſt, tibi qui nunc es rex. 41 vel, addiditque Araſna, dicendo. 42 Hebraiſmus, complaceat tibi, id eſt, te gratum habeat, & tua ſacrificia ſint illi accepta. 43 offeram. 44 id eſt, ex rebus alienis. 45 aream. 46 Singulare pro plurali, boues. 47 Heb. argento (id eſt) quinquaginta ſiclis. ſub. argenteis. Aiunt ſingulas tribus dediſſe quinquaginta ſiclos. Alij aiunt emiſſe ſolùm eã partem cum bobus, in qua altare ædificaret: deinde reliquam partem eius areæ. quoniam in Paralip. legitur ſexcentis ſiclis. 48 pacificas hoſtias. 49 reconciliatuſque eſt. 50 vel, plaga. hoc eſt, peſtis quæ graſſabatur in Iſraelem.





# Liber Regum tertius: ſecundum Hebræos, primus Malachim.

Hi duo libri appellãtur libri Regum, quòd vt priores continent res geſtas duorum regum tantùm, ſic hi multorum regum geſta complectuntur.

## V. CAP. I.

Seni Dauidi frigido datur Abiſag puella, quæ eum iacentẽ calefaciat.

ET rex Dauid ſenuerat, habebatq́ue 1
ætatis plurimos dies: cumq́ue operiretur
veſtibus, non calefiebat. ? Dixe- 2
runt ergo ei ſerui ſui, Quæramus domi
no noſtro regi adoleſcentulam virgi-
nem, & ſtet coram rege, & foueat eum,
dormiatq́ue in ſinu [a] ſuo, & calefaciat
dominum noſtrum regem. ? Quæſierunt igitur adole- 3
ſcentulam ſpecioſam in omnibus finibus Iſrael, & inuene-
runt Abiſag Sunamitidem, & adduxerunt eam ad regem.
? Erat autem puella pulchra nimis, dormiebatq́ue cum 4
rege, & miniſtrabat ei, rex verò non cognouit eam. ? Ado 5
nias autem filius Haggith eleuabatur, dicens, Ego regna-
bo. fecitq́ue ſibi currus & equites, & quinquaginta viros
qui currerent ante eum. ? Nec corripuit eum pater ſuus 6
aliquando, dicens, Quare hoc feciſti? erat autem & ipſe
pulcher valde, ſecundus natu poſt Abſalom. ? Et ſermo 7
B [b] eius cum Ioab filio Saruiæ, & cum Abiathar ſacerdote,
qui adiuuabant partes Adoniæ. ? Sadoc verò ſacerdos, 8
& Banaias filius Ioiadæ, & Nathan propheta, & Semei, &
[c] Cerethi & Phelethi, & omne robur exercitus Dauid nõ
erat cum Adonia. ? Immolatis ergo Adonias arietibus 9
& vitulis, & vniuerſis pinguibus iuxta Lapidem-zohe-
leth, qui erat vicinus Fonti-rogel, vocauit vniuerſos fra-
tres ſuos filios regis, & omnes viros Iuda ſeruos regis.
? Nathan autem prophetam, & Banaiam, & robuſtos quoſ 10
que, & Salomonem fratrem ſuum non vocauit. ? Di- 11
xit itaque Nathan ad Beth-ſabee matrem Salomonis, Nũ
audiſti quòd regnauerit Adonias filius Haggith, & domi-
nus noſter Dauid hoc ignorat? ? Nũc ergo veni, accipe cõ 12
ſilium à me, & ſalua animam tuam, filijque tui Salomonis.
? Vade, & ingredere ad regem Dauid, & dic ei, Nonne tu 13
domine mi rex iuraſti mihi ancillæ tuæ, dicens, Quòd Sa-
lomon filius tuus regnabit poſt me, & ipſe ſedebit in ſolio
meo? quare ergo regnat Adonias? ? Et adhuc ibi te lo- 14
quente cum rege, ego veniam poſt te, & complebo ſermo
C nes tuos. ? Ingreſſa eſt itaque Beth-ſabee ad regem in 15
cubiculo: rex autem ſenuerat nimis, & Abiſag Sunamitis
miniſtrabat ei. ? Inclinauit ſe Beth-ſabee, & adorauit 16
regem. ad quam rex, Quid tibi, inquit, vis? ? Quæ re- 17
ſpondens ait, Domine mi rex, tu iuraſti per Dominum
Deum tuum ancillæ tuæ, Salomon filius tuus regnabit
poſt me, & ipſe ſedebit in ſolio meo. ? Et ecce nunc 18
Adonias regnat, te domine mi rex ignorante. ? Ma- 19
ctauit boues & pinguia quæque, & arietes plurimos, &
vocauit omnes filios regis, Abiathar quoque ſacerdotem,
& Ioab principem militiæ, Salomonem autem ſeruum
tuum non vocauit. ? veruntamen domine mi rex, in te 20
oculi reſpiciunt totius Iſrael, vt indices eis quis ſedere de-
beat in ſolio tuo domine mi rex poſt te. ? Eritq́ue, cum 21
dormierit dominus meus rex cum patribus ſuis, erimus
ego & filius meus * peccatores. ? Adhuc illa loquen- 22
te cum rege, Nathan propheta venit. ? Et nuntiauerunt 23
regi, dicentes, Adeſt Nathan propheta. cumq́ue introiſ-
ſet in conſpectum regis, & adoraſſet eum pronus in ter-
ram, ? dixit Nathan, Domine mi rex, tu dixiſti, Adonias 24
D regnet poſt me, & ipſe ſedeat ſuper thronũ meum? ? Quia 25

[a] tuo,

[b] ei

[c] Rei

Adonias inſcio patre, ſine Dei verbo occupat regnum immolatis victimis.

Cõſilio Nathã, Beth-ſabee indicat Dauidi Adoniam regnare.

* Salomon

## N. CAP. I.

*QVVM Dauid iam ſenex eſſet 1 prouectæque ætatis, texerunt eum veſtimentis, 2 at non potuit caleſieri. Dixerunt igitur ei ſerui ſui, 3 Quærant domino meo regi puellam 4 virginem, quæ 5 aſtet regi, & eum 6 foueat, dormiatque in gremio tuo, vt caleſiat dominus meus rex. Quærentes itaque puellam pulchram in omnibus terminis Iſrael, inuenerunt Abiſag ∵ Sunamitidem, & adduxerunt eam ad regem. Erat autem hæc puella admodum venuſta, fuitque 7 fotrix regis, & miniſtrauit ei, 8 & rex non cognouit eam. Porro Adonias filius Hagith ſeſe efferens 9 dixit, Ego regnabo. fecitque ſibi currus & equites, & quinquaginta viros 10 celeres ante ſe. Pater vero ipſius 11 noluit eum mœrore afficere toto æuo ſuo, vt diceret, Cur ſic facis? erat 12 etiam valde pulchro aſpectu, 13 genueratque eum 14 poſt Abſolom. 15 Communicabat autem res ſuas cum Ioab filio Zeruia & cum Abiathar ſacerdote, qui 16 opem ſuam tulerunt ipſi Adoniæ. 17 Zadoc autem ſacerdos, & Benaias filius Iehoiada, Nathan propheta, Simei atque Rei, & proceres quos habuit Dauid non ſteterunt ab Adonia. Mactans autem Adonias oues & boues, & pinguia [pecora] iuxta lapidem Soheleth, qui ſitus erat pone fontem Rogel, inuitauit omnes fratres ſuos, filios ſcilicet regis, atque cunctos viros Iehuda ſeruos regis. Nathan vero prophetam, & Benaiam & alios 18 proceres, & Solomonem fratrem ſuum non inuitauit. Dixit igitur Nathan ad Bath-ſabam matrem Solomonis in hanc ſententiam, Annon audiuiſti quod 19 regnat Adonias filius Hagith, ignorante id domino noſtro Dauide? Adſis ergo, & dabo tibi conſilium, 20 vt ſerues animam tuam, & animam filij tui Solomonis. Vade & ingredere ad regem Dauidem, & dic ad eum, Domine mi rex, annon iuraſti famulæ tuæ hiſce verbis, Solomon filius tuus regnabit poſt me, & ipſe ſedebit ſuper ſolium meum? cur ergo regnat Adonias? Ecce te adhuc loquente ibi ad regem, ingrediar ego poſt te, & 21 colophonem addam verbis tuis. Ingreſſa eſt itaque Bath-ſaba ad regem in conclaue, 22 eratque rex valde ſenex, & Abiſag Sunamitis miniſtrabat regi. Bath-ſaba 23 inclinato vertice procumbit regi: dixitque rex, Quid tibi [petis?] Reſpondit ei, Domine mi, tu iuraſti per Dominum Deum tuum famulæ tuæ, Solomon filius tuus regnabit poſt me, ipſeque ſedebit ſuper ſolium meum: & en Adonias occupat nunc regnum, & nunc domine mi rex [hæc] ignoras. Nam mactauit boues, ſaginatum pecus, & oues multas, inuitauitque omnes filios regis, Abiathar ſacerdotem, & Ioab imperatorem exercitus, Solomonem autem ſeruum tuum non inuitauit. 24 Ad te autem domine mi rex oculi omnium Iſraelitarum intenti ſunt, vt indices eis quis ſedere debeat ſuper ſolium domini mei regis poſt ipſum. Alioqui futurum eſt, quum dormierit dominus meus rex cum patribus ſuis, vt & ego & filius meus Solomon peccatores 25 reputemur. Quumque adhuc loqueretur illa cum rege, en Nathan propheta 26 venit. Et nuntiauerunt regi, dicentes, En propheta Nathan adeſt. & quum ad regem ingrederetur, procubuit ante regem pronus facie ſua verſus terram. Aitque Nathan, Domine mi rex, tune dixiſti, Adonias regnabit poſt me, ipſeque ſedebit ſuper ſolium meum?*

*Deſcendit enim hodie & mactauit boues, & ſaginatum pecus, & oues multas, inuitauitque omnes filios regis, & duces exercitus, ſed & Abiathar ſacerdotem, & ecce 27 epulantur & bibunt coram eo, dixeruntque, Viuat rex Adonias. Me verò ſeruum tuum, & Zadoc ſacerdotem, Benaiam filiū Iehoiada, & Solomonem ſeruum tuum non inuitauit: num à domino meo rege negotium hoc mandatum eſt, nec indicaſti ſeruo tuo quis ſeſſurus ſit ſuper ſolium domini mei regis poſt eum? Et reſpondens rex Dauid, ait, Vocate mihi Bath-ſebā. quæ ingreſſa in conſpectum regis, ſtetit ante regem. Et iurauit rex, dicens, 28 Viuit Dominus, qui 29 redemit animam meam ab omni afflictione, Quòd ſicut iuraui tibi per Dominum Deum Iſraelis, dicendo, Filius tuus Solomon regnabit poſt me, ipſeque ſedebit ſuper ſolium meum loco mei, quod inquam ſic faciam hodierno die. 30 Inclinauit ergo ſe Bath-ſeba facie verſus terram, & quum 31 genu flexiſſet regi, dixit, Viuat Dominus meus rex Dauid in ſeculum. Et ait rex Dauid, Vocate mihi ipſum Zadoc ſacerdotem, Nathan prophetam, & Benaiam filium Iehoiada. Et quum veniſſent ad regem, dixit rex eis, Sumite vobiſcum ſeruos 32 domini veſtri, & vehite Solomonem filium meum 33 mula mea, & deducite eū 34 ad Gihō. Illicq; vngat eū Zadoc ſacerdos & Nathan propheta regem ſuper Iſraelem, clangetiſque cornu, dicentes, Viuat rex Solomon. Vos autem aſcendetis 35 poſt eum, vt veniat & ſedeat in ſolio meo. 36 nam ipſe regnabit pro me: 37 nam de illo mando vt ſit princeps ſuper Iſraelem, & ſuper Iehudam. Reſpondit ergo Benaias filius Iehoiada ipſi regi, & dixit, 38 Amen, 39 ſic dixit Dominus Deus domini mei regis. Quemadmodum Dominus fuit cum domino meo rege, ſic ſit cum Solomone, 40 auguſtiuſque faciat ſolium eius, quàm fuerit ſolium domini mei regis Dauidis. Deſcendit itaque Zadoc ſacerdos, Nathan propheta, Benaias filius Iehoiada, Crethi atque Plethi, & vexerunt Solomonem ſuper mula regis Dauidis, duxeruntque eum 41 ad Gihon. Et tollens Zadoc ſacerdos cornu 42 olei ex tentorio, vnxit Solomonem: clanxeruntque cornu, omniſque populus clamauit, Viuat rex Solomon. Aſcenditque poſt ipſum omnis populus, & populi canebant tibijs, lætabanturque gaudio magno, 43 ita vt terra præ clamore illorum dehiſceret. Et audiuit Adonias, omneſque inuitati qui erant cum eo, qui iam edendi finem fecerant: audiuit & Ioab ſonitum cornu, & ait, 44 Cur vrbs ſic ſtrepitu tumultuatur? Adhuc eo loquente, en Ionathan filius Abiathar ſacerdotis venit, ad quem dixit Adonias, Ingredere, quoniam vir es 45 frugi, & 46 nimirum fauſta nuntias. Reſpondens Ionathan dixit Adoniæ, 47 Profectò dominus noſter rex Dauid conſtituit regem Solomonem. Miſitque cum eo rex Zadoc ſacerdotem, & Nathan prophetam, atque Benaiā filium Iehoiada, ſed & Cerethi & Pelethi, & vexerunt eum mula regia, Vnxerunt denique eum 48 in Gihon Zadoc ſacerdos & Nathan propheta, vt ſit rex: & aſcenderunt inde lætantes, & 49 commota eſt ciuitas: & hic ſtrepitus eſt quem audiſtis. Sedit inſuper Solomon ſuper ſolium regni. Quin & ſerui regis venerunt, vt 50 gratularentur domino noſtro regi Dauidi, dicentes, 51 Decoret Deus tuus nomen Solomonis ſupra nomen tuum, & 52 auguſtius reddat ſolium eius, quàm fuerit ſolium tuum. & 53 procubuit rex ad lectum, 54 Sicque loquutus eſt rex, Laudandus Dominus Deus Iſraelis, qui dedit hodie [aliquem] qui ſedeat in ſolio meo videntibus oculis meis. Illi verò territi ſunt, & ſurrexerunt omnes inuitati qui cum Adonia erant, 55 abieruntque quiſque ſua via. Porrò Adonias metuens faciem Solomonis, ſurrexit & abijt, 56 tenuitque cornua 57 aræ. Nuntiatumque eſt Solomoni hiſce verbis, En Adonias metuit regem Solomonem: nam tenet cornua aræ, dicens, Iuret mihi hac ipſa die rex Solomon, quòd non trucidet ſeruum ſuum gladio. Et dixit Solomon, Si fuerit 58 homo frugi, nihil cadet de capillitio eius in terram: ſi verò malum fuerit in eo deprehenſum, morietur. Mi-*

deſcendit hodie, & immolauit boues & pinguia & arietes
plurimos, & vocauit vniuerſos filios regis, & principes*, *exercitus
Abiathar quoque ſacerdotem: illiſque veſcentibus & bi-
26 bentibus coram eo, & dicentibus, viuat rex Adonias. ♀ Me
ſeruum tuum & Sadoc ſacerdotem, & Banaiam filium Io-
27 iadæ, & Salomonem famulum tuum non vocauit. ♀ nun-
quid à domino meo rege exiuit hoc verbum, & mihi non
indicaſti ſeruo tuo quis ſeſſurus eſſet ſuper thronum do-
28 mini mei regis poſt eum? ♀ Et reſpondit rex Dauid, di- Dauid præcipit Salomonem vngi in regem ſuper Iudam & Iſraelem.
cens, Vocate ad me Beth-ſabee. quæ cum fuiſſet ingreſſa
29 coram rege, & ſtetiſſet ante eum, ♀ iurauit rex, & ait, Vi
uit Dominus, qui eruit animam meam de omni anguſtia,
30 ♀ Quia ſicut iuraui tibi per Dominum Deum Iſrael, di-
cens, Salomon filius tuus regnabit poſt me, & ipſe ſedebit
31 ſuper ſolium meum pro me: ſic faciam hodie. ♀ Summiſ-
ſoque Beth-ſabee in terram vultu, adorauit regem, di-
32 cens, Viuat dominus meus Dauid in æternum. ♀ Dixit E
quoque rex Dauid, Vocate mihi Sadoc ſacerdotem, & Na
than prophetam, & Banaiā filium Ioiadę. Qui cum ingreſ
33 ſi fuiſſent coram rege, ♀ dixit ad eos, Tollite vobiſcum
ſeruos domini veſtri, & imponite Salomonē filium meū
34 ſuper mulam meam, & ducite eum in Gihon: ♀ Et vngat
eum ibi Sadoc ſacerdos, & Nathan propheta in regem ſu
per Iſrael: & canetis buccina, atque dicetis, Viuat rex Sa-
35 lomon. ♀ Et aſcendetis poſt eum, & "venietis" in Ieruſa- "veniet
lem, & ſedebit ſuper ſolium meum, & ipſe regnabit pro
me: illique præcipiam vt ſit dux ſuper Iſrael & ſuper Iu-
36 dam. ♀ Et reſpondit Banaias filius Ioiadæ, regi, dicens,
Amen: ſic loquatur Dominus Deus domini mei regis.
37 ♀ Quomodo fuit Dominus cum domino meo rege, ſic ſit
cum Salomone, & ſublimius faciat ſolium eius à ſolio Do
38 mini mei regis Dauid. ♀ Deſcendit ergo Sadoc ſacerdos Salomon vngitur in regem.
& Nathan propheta, & Banaias filius Ioiadæ, & Cerethi,
& Phelethi: & impoſuerunt Salomonem ſuper mulam re-
39 gis Dauid, & adduxerunt eum in Gihon. ♀ Sumpſitque
Sadoc ſacerdos cornu olei de tabernaculo, & vnxit Salo-
monem: & cecinerunt buccina, & dixit omnis populus, Vi
40 uat rex Salomon. ♀ Et aſcendit vniuerſa multitudo poſt F
eum, & populus canentium tibijs, & lætantiū gaudio ma-
41 gno, & inſonuit terra à clamore eorum. ♀ Audiuit autem
Adonias, & omnes qui inuitati fuerant ab eo, iamque con Fugit Adonias, audiens Salomonem vnctum in regem.
uiuium finitum erat: ſed & Ioab, audita voce tubæ, ait,
42 Quid ſibi vult clamor ciuitatis tumultuantis? ♀ Adhuc
illo loquente, Ionathan filius Abiathar ſacerdotis venit:
cui dixit Adonias, Ingredere, quia vir fortis es, & bona nū
43 tians. ♀ Reſponditque Ionathan Adoniæ, Nequaquam:
dominus enim noſter rex Dauid regem conſtituit Salomo
44 nem. ♀ Miſitque cum eo Sadoc ſacerdotem, & Nathan
prophetam, & Banaiam filium Ioiadæ, & Cerethi & Phe
45 lethi, & impoſuerunt eum ſuper mulam regis. ♀ Vnxe-
runtque eum Sadoc ſacerdos, & Nathan propheta regem
in Gihon: & aſcenderunt inde lętantes, & inſonuit ciuitas.
46 hæc eſt vox quam audiſtis. ♀ Sed & Salomon, ſedet ſu-
47 per ſolium regni. ♀ Et ingreſſi ſerui regis benedixerunt
domino noſtro regi Dauid, dicentes, Amplificet Deus no
men Salomonis ſuper nomen tuum, & magnificet thronū G
eius ſuper thronum tuum. & adorauit rex in lectulo ſuo.
48 ♀ Inſuper & hæc locutus eſt, Benedictus Dominus Deus
Iſrael, qui dedit hodie ſedentem in ſolio meo, videntibus
49 oculis meis. ♀ Territi ſunt ergo, & ſurrexerunt omnes
qui inuitati fuerant ab Adonia, & iuit vnuſquiſque in viā
50 ſuam. ♀ Adonias autem timens Salomonem, ſurrexit, &
abijt "in tabernaculum Domini, tenuitque cornu altaris.
51 ♀ Et nuntiauerunt Salomoni, dicentes, Ecce Adonias ti-
mens regem Salomonem, " tenuit cornu altaris, dicens, "tenet
Iuret mihi rex Salomon hodie quòd non interficiat ſer-
52 uum ſuum gladio. ♀ Dixitque Salomon, Si fuerit vir bo
nus, non cadet ne vnus quidem capillus eius in terram:
53 ſi autem malum inuentum fuerit in eo, morietur. ♀ Mi-
ſig



ſit ergo rex Salomon, & eduxit eum ab altari, & ingreſſus adorauit regem Salomonem: dixitque ei Salomon, Vade in domum tuam.

*ſit itaque rex Solomon, & abduxerunt eum ab ara: & veniēs 59 gratias egit regi Solomoni. Dixitq; ad eum Solomon, Vade in domum tuam.*

## SCHOLIA IN CAP. I.

1 Hebraiſmus, veniſſetque in dies, id eſt. confectus eſſet ſenio. Tum erat ſexagenarius Dauid. qui tam cito ſenuerat, propter labores quos tulerat perſequente Saule, & alia bella. Anno CCCCLXXVII, ab exitu de AEgypto, hæc geſta ſunt. 2 Hebraiſmus. & non calor illi, quaſi dicat, & tamen non calefiebat: nam calor natiuus in eo penè erat extinctus. 3 quaſi dicat, Liceat nobis per te quæramus. vel, Iube quæramus. 4 Hoc dicit quòd virgines plus caloris habeant quàm quæ pepererunt. 5 Chaldęus paraphraſtes, ſeruiat vel miniſtret regi. 6 id eſt, calefaciat. Verti poteſt, vtilitatem afferat illi. calefaciendo illum ſcilicet. Chaldæus paraphraſtes, ſit ei propinqua, id eſt, admouens ſe, ſiue corpus ſuum corpori regis vt eum calefaciat. Quidam Hebræorum interpretantur, vt cuſtodiat theſauros eius, ∴ id eſt, è Sunem vrbe tribus Iſſachar. 7 Hebraiſmus, fouens regem. pro, fouebat regem, & miniſtrabat ei. 8 vel, verùm rex non cognoſcebat eam. Aiunt Dauidem tunc habuiſſe decem & octo vxores, vltra quem numerum non licebat habere. Verùm & hoc pertinet ad laudem Dauidis. 9 quaſi dicat, affectauit regnum, decumbente patre. 10 currentes, &c. id eſt, ſatellites, qui præcedentes eum, geſtarent arma, vt qui ſunt à corpore regio. 11 Hebraiſmus, non contriſtauit eum à diebus ſuis, id eſt, aliquando, quaſi dicat, non increpauit eum pater ſuus quandiu vixit. Taxat nimiam indulgentiam Dauidis. 12 vt ſcilicet Abſalom. 13 ſubaudi, Haggith. 14 iam nato ſcilicet Abſalome, qui erat mortuus. Ad hunc ergo videbatur pertinere regnum: ſed Deus dat quibus vult. 15 Hebraiſmus, Fueruntque verba eius cum, &c. 16 Hebraiſmus, adiuuerunt poſt Adoniam, id eſt, fauebant Adoniæ ſequendo partes eius. 17 Ad iſtum tranſtulerat ſummum pontificatum Dauid, reiecto Abiathar. 18 Hebraiſmus, fortes, id eſt, robur militiæ Dauidis. 19 Hebraiſmus, regnauit, id eſt, regnum occupauit. 20 id eſt quo poteris ſaluti tuæ & filij conſulere. 21 complebo verba tua, id eſt, proſequar iam cœptum ſermonem de inuaſo regno ab Adonia. 22 quaſi dicat, debilis erat admodum, prę ſenio. 23 inclinauit ſe (demittēdo ſcilicet caput,) & incuruauit ſe regi. totum nempe corpus incuruando, id eſt, ſtatim atque ingreſſa eſt cubiculum regium, verticem inclinauit honoris cauſa: & quum parum progreſſa eſſet, etiam totum corpus incuruauit, quaſi dicat, ſummo honore affecit Dauidem, ſumma cū abiectione ſui. Prima Vox Hebræa CADAD, ſignificat verticē demittere. Orientales non poſſunt tam facile aperire caput, quàm nos aperimus, quod aliter ornent & tegant illud quā nos. Secūda vox, HISTAHAVA, à SAHA, eſt totum corpus incuruare. Alia eſt vox, BARACH, quæ ſignificat genu flectere noſtro more. Pſalmus 94. continet hæc tria genera exhibendi honorem. 24 Hebraiſmus, Tu autem, domine mi rex, (noſti) quod oculi totius Iſraelis ſuper te (ſunt.) vel, Nunc autem oculi, &c. in hac ſcilicet ætate vicina morti, quaſi dicat, Vniuerſus Iſrael conijcit oculos in te vt ſciat quis ſit poſt te regnaturus. 25 Hebraiſmus, ſimus, id eſt, quaſi peccatores peribimus, & interficiet nos Adonias, ſi ante mortem non deſignaris regem. Hebræi exponunt, erimus falſi & fruſtrati, hoc eſt fruſtrabimur ſpe noſtra, quaſi aberrantes à ſcopo. filius non regnabit vt ſperabamus. Alij exponunt, Tunc dicent filium meum non fuiſſe dignum regno propter culpam noſtram, quod tibi nupſerim viro viuente. 26 ingreſſus eſt, ſubaudi, atriū. 27 id eſt, recumbunt cum eo. 28 id eſt, Iuro per Deum viuentem. 29 vel, eruit. 30 vel, demiſit ergo caput Beth-ſeba prona in terram. 31 Hebraiſmus, incuruaſſet totum corpus regi. 32 id eſt, meos. 33 Nulli licebat vehi mula regia niſi rex eſſet: neque vlli ſceptrum contingere licebat niſi regi. 34 Chaldæus paraphraſtes, ad Siloe. Alij, ad fontem Siloe, qui fons erat in parte Occidentali vrbis Dauid, cuius aqua erat perennis. ab extrahendo ſic dictus, quòd eius aquis rigarentur horti. Iuſſit Dauid Salomonē vngi in regem, iuxta fontem Gihon, cuius aqua (vt dictum eſt) erat perennis, vt votum ſuum vel hac ratione aperiret: optabat enim vt regnum Salomonis eſſet perpetuum & perenne. quaſi Dauid dicat, O Domine fac vt regnum filij mei Salomonis ſit perenne. In Euangelio ſit mentio Siloe, quia eſt Chaldaica dictio, non Gihon: quorum nominum eadem eſt ſignificatio. 35 ſequentes eum ſcilicet. 36 & ipſe idem regnabit. 37 nam (iam) illi præcepi. 38 id eſt, Veritas ſit. ſiue, Ita ſit. 39 ita dicat, id eſt, iubeat euenire ita vt præcipis, quaſi dicat, vtinam quod dicis & iubes, dicas & iubeas iuxta Domini ſententiam & decretum, vt Salomon vnctus in regem, poſſit in regno permanere. 40 Hebraiſmus, reddatque maius. 41 id eſt, in Siloe. 42 ſubaudi, vnctionis. 43 id eſt, terra videbatur findi clamore excitato. 44 Hebraiſmus, Quare (auditur) ſtrepitus vrbis tumultuantis? 45 Hebraiſmus, virtutis, id eſt, ſtrenuus & probus. 46 bonum annuntiabis. 47 Ita Chaldæus paraphraſtes, Alij, (Non nuntio proſpera.) at vero dominus, &c. 48 id eſt, in fonte Siloe. 49 vel, ſtrepitu repleta eſt. 50 Hebraiſmus, benedicerent, id eſt, bene precarentur. 51 Hebraiſmus, Bonum reddat, id eſt, Illuſtriorem reddat famam, Clarius reddat nomen Salomonis, &c. 52 maius. 53 adorauit (ſubaudi, Deum) rex in lecto. Agendo ei gratias, tanquam rem gratiſsimam audiet. 54 Sic etiam. 55 id eſt, quiſque recepit ſe in domum ſuam. 56 vel, arripuit. 57 quod ſcilicet Dauid extruxerat in vrbe ſua. nam altare quod curauerat Moſes extruendum in deſerto, adhuc erat in Gabaon. 1. Paralipom. 21. d. 58 Hebraiſmus, filius virtutis, id eſt, amans virtutis, hoc eſt probus. Chaldæus paraphraſtes, Si fuerit homo timens peccare. Vel, Si ſit forti animo ad ſuperandas animi perturbationes: ſi poſſit imperare animo ſuo, & mihi parêre. 59 Hebraiſmus, incuruauit ſe, &c. id eſt, ſummo honore affecit eum, totum corpus curuando ei.

## CAP. II.

Mandata dat Dauid filio Salomoni.

APpropinquauerunt autem dies Dauid vt more- 1
retur, pręcepitq; Salomoni filio ſuo, dicēs, ♀ "Ec- 2
ce ego ingredior viam vniuerſæ terrę: cōfortare,
& eſto vir "fortis. ♀ Et obſerua "vt cuſtodias" mādata Do- 3
mini Dei tui, vt ambules in vijs eius, & cuſtodias ceremo-
nias eius, & præcepta eius, & iudicia, & teſtimonia, ſicut
ſcriptum eſt in lege Moyſi: vt intelligas vniuerſa quæ fa- Deut.17.d.
cis, & quocunq; te verteris: ♀ Vt confirmet Dominus ſer 4
mones ſuos, quos locutus eſt de me, dicēs, Si cuſtodierint
filij tui "vias meas, & ambulauerint coram me in veritate, "viam ſuam,
in omni corde ſuo, & in omni anima ſua, nō auferetur tibi
vir de ſolio Iſrael. ♀ Tu quoq; noſti quę fecerit mihi Ioab 5 Ioab occidi præcipit.
filius Saruiæ, quę fecerit duobus principibus exercitus Iſ- 2.Reg.3.c.
rael, Abner filio Ner, & Amaſæ filio Iether: quos occidit, 2.Reg.20.c.
& effudit ſanguinem belli in pace, & poſuit cruorē pręlij
in baltheo ſuo qui erat circa lumbos eius, & in calceamēto
ſuo quod erat in pedibus eius. ♀ Facies ergo iuxta ſapien- 6 B Berzellai filijs reddi gratiā pręcipit.
tiam tuā, & nō deduces canitiem eius pacifice ad inferos.
♀ Sed & filijs Berzellai Galaaditis reddes gratiā, eruntque 7

*APpropinquauerunt autē dies Dauidis vt moreretur, 1 præcepitque Solomoni filio ſuo, dicēs, Ego vado* 2
*viā vniuerſæ terræ, fortis eſto, & ſis vir. 3 Obſerua obſeruationē Domini Dei tui, 4 vt ambules in vijs eius, 5 & cuſtodias ſtatuta atq; 6 pcepta eius, iudicia eius, atq; 7 teſtimonia eius, quēadmodū ſcriptū eſt in Lege Moſis, vt 8 prudenter agas quæcūq; acturus es, & 9 ad quæcūq; te illic verteris, [Et] vt Dñs 10 ratum habeat verbū ſuū quod loquutus eſt ad me hiſce verbis, Si cuſtodierint 11 filij tui 12 viā ſuam, vt corā me ambulent 13 bona fide, toto ſcilicet pectore & toto animo, 14 hoc affirmo, quòd tibi nō excindetur 15 vir de ſolio Iſraelis. Iā tu noſti quid Ioab filius Zeruia mihi fecerit, quæ ſcilicet fecerit duobus imperatoribus exercituum Iſrael, nempe ipſi Abner filio Ner, & Amaſæ filio Iether, 16 quos occidit, 17 ſanguinem bellicum fundens in pace, 18 ponenſque ſanguinem bellicum in baltheo ſuo qui erat ſuper lumbos ſuos, atque 19 in calceamento ſuo quod erat in pedibus ſuis. Tu facies pro ſapientia tua, ne deducas canos eius 20 in foueam in pace. Porrò filijs Barſillai Gileaditæ 21 beneſacias, vt ſint*



22 con-

*22 conuiuæ menſæ tuæ: 23 illi enim ad me venerunt quum fugerem præ metu Abſolom fratris tui. Deinde tecum eſt Simei filius Gera 24 filij Iemini de Bahurim, qui maledixit mihi acerbiſsima maledictione, eo die quo proficiſcebar Mahanaim: 25 deſcendit tamen obuiam mihi ad Iordanem, & iuraui ei per Dominum, dicens, Non interficiam te gladio. 26 Verùm ne illi ſinas hoc impune abire, 27 quandoquidem vir ſapiens es tu, non ignarus qualiter illi facere debeas, vt deducas canos eius in ſepulchrum 28 in ſanguine. Dormiuit itaque Dauid cum patribus ſuis, ſepultuſq; eſt in ciuitate Dauidis. Porrò dies quibus regnauit Dauid ſuper Iſraelem, fuerunt quadraginta anni: ſeptem annis regnauit in Hebron, in Ieruſalẽ autem regnauit tringintatribus annis. 29 Sedit igitur Solomõ in ſolio Dauidis patris ſui, & 30 firmatũ eſt regnũ eius vehemẽter. Venit autẽ Adonias filius Hagith ad Bath-ſabã matrem Solomonis, dixitq; illa, 31 Veniſne pacatus? qui reſpõdit, 32 Pacatus. Simulque dixit, 33 Eſt mihi aliquid quod loquar tecũ. ipſa ait, Loquere. Et dixit, Tu noſti quòd regnũ mihi debebatur, 34 hucque reſpexiſſe cunctos Iſraelitas, vt ego regno inaugurarer, at regnũ tranſlatũ eſt, obuenitq; fratri meo: nam à Domino 35 ordinatũ eſt ei. 36 Peto ergo à te petitionẽ 37 quandã, 38 ne mihi eã neges. quæ ait ad eũ, Loquere. Et dixit, Loquere quæſo cũ Solomone rege (39 qui tibi nihil negat) vt det mihi Abiſag Sunamitidem vxorẽ. & ait Bath-ſaba, Bene, loquar pro te cum rege. Venit ergo Bath-ſaba ad regem Solomonẽ, vt loqueretur ei pro Adonia. rex ſurgit vt ei obuiam iret, & 40 honoris gratia ſe ei inclinat. rurſuſque conſedit in ſolio ſuo, & 41 poſitũ eſt ſolium pro matre regis, conſeditque ad dexteram ei. Quæ ait, Petitionẽ quandã paruulã ego peto à te, 42 quã ne neges mihi obſecro. dixitq; rex ei, Poſtula mater mea, neque enim 43 negare poſſum. Quæ dixit, Detur Abiſag Sunamitis vxor fratri tuo Adoniæ. Et reſpondit rex Solomon, dixitque ad matrem ſuam, Cur poſtulas Abiſag Sunamitidẽ Adoniæ? 44 poſtula ei & regnum: nã ipſe eſt frater meus natu maior me, 45 & habet à ſe Abiathar ſacerdotem, atq; Ioab filium Zeruia. Iurauitque rex Solomon per Dominũ, dicẽs, 46 Sic faciat mihi Deus, & ſic addat, quoniã 47 contra animam ſuã loquutus eſt Adonias verbum iſtud. Nunc igitur viuit Dominus, qui 48 ordinauit me, atque collocauit me ſuper ſolium Dauidis patris mei, & qui 49 fecit mihi domum, quẽadmodum pollicitus fuerat, interficietur hodie Adonias. Miſit igitur rex Solomon 50 per manum Benaiæ filij Iehoiada, & irruit in eum, atque mortuus eſt. Porrò ad Abiathar ſacerdotem dixit rex, 51 Vade in Anathoth 52 ad agros tuos: es enim [v.] morti obnoxius: verùm hodie non interficiam te, quoniam portaſti arcam Domini Dei coram Dauide patre meo, deinde 53 afflictus es in omnibus quibus afflictus eſt pater meus. 54 Eiecit ergo Solomon Abiathar ne eſſet ſacerdos Domini, vt perficeretur verbum Domini quòd loquutus fuerat 55 ſuper domum Eli in Silo. Venit autem 56 rumor vſque ad Ioab: (nam & Ioab declinauerat poſt Adoniam, 57 licet poſt Abſolom non declinarit, fugitque Ioab ad tentorium Domini, & 58 tenuit cornua aræ. Nuntiatumque eſt regi Solomoni, quod fugiſſet Ioab ad tentoriũ Domini, & quòd eſſet 59 pone aram: miſitque Solomon Beniam filium Iehoiada hiſce mandatis, Vade, & 60 impetum fac in eum. Ingreſſus igitur Benaias 61 templum Domini, dixit ad eũ, Sic præcepit rex, Egredere. qui ait, Nõ, ſed hîc moriar. Benaias retulit regi hoc verbum, dicens, Sic loquutus eſt Ioab, & ſic reſpondit mihi. Dixitque ei rex, Fac ſicut loquutus eſt, impetu irrue in eum, atque 62 ſepeli eũ, & amoue 63 ſanguinem à me & 64 à domo patris mei, quem temere ac ſine cauſa effudit Ioab. 65 Reddetque Dominus 66 ſanguinem eius ſuper caput eius, qui impetu facto irruit in duos viros, qui eo iuſtiores & meliores erant, feriens eos gladio, ignorante Dauide patre meo. nempe ipſum Abner filium Ner imperatorem exercitus Iſraelis, & Amaſa filium Iether imperatorem exercitus Iuda.*

comedentes in menſa tua: occurrerunt enim mihi quan- — 2.Reg.19.f.
8 do fugiebam à facie Abſalom fratris tui. ♀ Habes quo- — Semei occidi præcipit.
que apud te Semei filium Gera filij Iemini de Bahurim,
qui maledixit mihi maledictione peſsima, quando ibam — 2.Reg.16.b.
ad Caſtra: ſed quia deſcendit mihi in occurſum cum — 2.Reg.19.d.
tranſirem Iordanem, & iuraui ei per Dominum, dicens,
9 Non te interficiam gladio: ♀ Tu noli pati eum eſſe
innoxium: vir autem ſapiens es, "vt ſcias quæ facies ei, — "& ſcies
10 deduceſque canos eius cum ſanguine ad inferos. ♀ Dor- — Moritur Dauid.
miuit igitur Dauid cum patribus ſuis, & ſepultus eſt in
11 Ciuitate-Dauid. ♀ Dies autem quibus regnauit Dauid — Acto.2.e.13.e.
ſuper Iſrael, quadraginta anni ſunt: in Hebrõ regnauit ſe- — 1.Paral.29.f.
12 ptem annis: in Ieruſalem *, triginta tribus. ♀ Salomon — *verò
autem ſedit ſuper thronum Dauid patris ſui, & firmatum — 2.Reg.5.a.
13 eſt regnum eius nimis. ♀ Et ingreſſus eſt Adonias filius — C Adonias petit Abiſag in vxorem.
Haggith ad Beth-ſabee matrem Salomonis, quæ dixit ei,
Pacificuſne eſt ingreſſus tuus? qui reſpondit, Pacificus.
14 ♀ Addiditq;, Sermo mihi eſt ad te. cui ait, Loquere. Et ille,
15 ♀ Tu, inquit, noſti quia meũ erat regnũ, & me præpoſuerat omnis Iſrael ſibi in regem: ſed tranſlatum eſt regnum,
& factum eſt fratris mei: à Domino enim conſtitutũ eſt
16 ei. ♀ Nunc ergo petitionem vnam precor à te, ne con-
17 fundas faciẽ meam. quæ dixit ad eum, Loquere. ♀ Et ille
ait, Precor vt dicas Salomoni regi (neq; enim negare tibi
quicquam poteſt) vt det mihi Abiſag Sunamitidẽ vxorẽ.
18 ♀ & ait Beth-ſabee, Bene, ego loquar pro te regi. ♀ Venit
19 ergo Beth-ſabee ad regem Salomonem, vt loqueretur ei
pro Adonia; & ſurrexit rex in occurſum eius, adorauitq;
eam, & ſedit ſuper thronum ſuum: poſituſque eſt thro-
20 nus matri regis, quæ ſedit ad dexteram eius. ♀ Dixitq; ei, — D
Petitionem vnam paruulam ego deprecor à te, ne con-
fundas faciem meã. & dixit ei rex, Pete mater mea: neque
21 enim fas eſt vt auertam faciem tuam. ♀ Quæ ait, Detur
22 Abiſag Sunamitis Adoniæ fratri tuo vxor. ♀ Reſpõdit-
que rex Salomon, & dixit matri ſuæ, Quare poſtulas Abi-
ſag Sunamitidem Adoniæ? poſtula ei & regnum: ipſe eſt
enim frater meus maior me, & habet Abiathar ſacerdotẽ,
23 & Ioab filium Saruiæ. ♀ Iurauit itaque rex Salomõ per
Dominum, dicens, Hæc faciat mihi Deus, & hæc addat,
quia cõtra animã ſuam locutus eſt Adonias verbum hoc.
24 ♀ Et nunc viuit Dominus qui firmauit me, & collocauit
me ſuper ſolium Dauid patris mei, & qui fecit mihi do-
mum, ſicut locutus eſt, quia hodie occidetur Adonias.
25 ♀ Miſitque rex Salomon per manum Banaiæ filij Ioia- — Occiditur Adonias.
26 dæ, qui interfecit eum, & mortuus eſt. ♀ Abiathar quoque — Abiathar priuatur ſacerdotio.
ſacerdóti dixit rex, Vade in Anathoth ad agrum tuum, &
quidem vir mortis es: ſed hodie te non interficiam, quia — E
portaſti arcam Domini Dei corã Dauid patre meo, & ſu-
ſtinuiſti laborem in omnibus in quibus laborauit pater
27 meus. ♀ Eiecit ergo Salomõ Abiathar, vt non eſſet ſacer-
dos Domini, vt impleretur ſermo Domini quem locutus — 1.Reg.2.f.
28 eſt ſuper domum Heli in Silo. ♀ Venit autem nuntius ad
" Salomonẽ quòd Ioab declinaſſet poſt Adoniam, & poſt — "Ioab
Salomonem non declinaſſet; fugit ergo Ioab in taberna- — Interficit Ioab.
29 culum Domini, & apprehẽdit cornu altaris. ♀ Nuntia-
tũque eſt regi Salomoni quòd fugiſſet Ioab in tabernacu
lum Domini, & eſſet iuxta altare: Miſitque Salomon
Banaiam filium Ioiadæ, dicens, Vade, interfice eum.
30 ♀ Et venit Banaias ad tabernaculum Domini, & dixit
ei, Hæc dicit rex, Egredere. qui ait, Non egrediar,
ſed hîc moriar. Renuntiauit Banaias regi ſermonem, di-
31 cens, Hæc locutus eſt Ioab, & hæc "locutus mihi. ♀ Di- — "reſpondit
xitque ei rex, Fac ſicut locutus eſt: & interfice eum, & ſe-
peli, & amouebis ſanguinem innocentem, qui effuſus eſt
32 à Ioab, a me, & à domo patris mei. ♀ Et reddet Dñs ſan-
guinem eius ſuper caput eius, quia interfecit duos viros
iuſtos, melioreſque ſe: & occidit eos gladio, patre meo — F
Dauid ignorante: Abner filium Ner principem militiæ Iſ- — 2.Reg.3.e.
rael, & Amaſam filium Iether principem exercitus Iuda: — 2.Reg.20.b.
♀ &



♀ & reuertetur ſanguis illorum in caput Ioab; & in ca- 33
put ſeminis eius in ſempiternum: Dauid autem & ſemini
eius, & domui & throno illius ſit pax vſque in æternum
à Domino. ♀ Aſcendit itaque Banaias filius Ioiadæ, & 34
aggreſſus eum interfecit, ſepultuſque eſt in domo ſua in
deſerto. ♀ Et conſtituit rex Banaiam filium Ioiadæ 35
pro eo ſuper exercitum, & Sadoc ſacerdotem poſuit
Semei interficitur. — pro Abiathar. ♀ Miſit quoque rex, & vocauit Semei, 36
dixitque ei, Ædifica tibi domum in Ieruſalem, & habi-
ta ibi: & non egredieris inde huc, atque illuc. ♀ Qua- 37
cunque autem die egreſſus fueris, & tranſieris Torren-
tem-cedron, ſcito te interficiendum: ſanguis tuus erit
ſuper caput tuum. ♀ Dixitque Semei regi, Bonus ſermo: 38
ſicut locutus eſt dominus meus rex, ſic faciet ſeruus tuus.
habitauit itaque Semei in Ieruſalem diebus multis. ♀ Fa- 39
G — ctum eſt autem poſt annos tres vt fugerent ſerui Semei
ad Achis filium Maacha regem Geth: nuntiatumque
eſt Semei quòd ſerui eius iſſent in Geth. ♀ Et ſurrexit 40
Semei, & ſtrauit aſinum ſuum, iuitque ad Achis in Geth
ad requirendum ſeruos ſuos, & adduxit eos de Geth.
♀ Nuntiatum eſt autem ~regi Solomoni quòd iſſet Se- 41
mei in Geth de Ieruſalem, & rediſſet. ♀ Et mittens 42
vocauit eum, dixitque illi, Nonne teſtificatus ſum tibi
per Dominum, & prædixi tibi, Quacunque die egreſſus
"ieris — *fueris huc & illuc, ſcito te eſſe moriturum? & reſpon-
diſti mihi, Bonus ſermo quem audiui. ♀ Quare ergo 43
non cuſtodiſti iuſiurandum Domini, & præceptum
quod præceperam tibi? ♀ Dixitque rex ad Semei, Tu 44
noſti omne malum, cuius tibi conſcium eſt cor tuum,
quod feciſti Dauid patri meo: reddidit Dominus malitiam
tuam in caput tuum. ♀ & rex Salomon benedictus, & 45
thronus Dauid erit ſtabilis coram Dominino vſque in
ſempiternum. ♀ Iuſsit itaque rex Banaiæ filio Ioiadæ: 46
"egreſſus — qui "aggreſſus, percuſsit eum, & mortuus eſt.

*Reuertetur itaque 67 ſanguis eorum in caput Ioab, & in caput ſeminis ſui 68 perpetim. ſuper Dauidem autem, & ſuper ſemen eius, atque ſuper ſolium eius erit perpetuò 69 pax à Domino. Aſcendens igitur Benaias filius Iehoiada, irruit in eum, atque interfecit eum, & ſepultus eſt in domo ſua 70 in deſerto. Conſtituitque rex Benaiam filium Iehoiada loco eius ſuper exercitum, & Zadoc ſacerdotem conſtituit rex pro Abiathar. Et mittens rex accerſiuit Simei, dixitque ad eum, Ædifica tibi domum in Ieruſalem, & habita ibi, nec egrediaris illinc ſiue huc, ſiue illuc. Quacunque enim die egreſſus fueris, tranſieriſq; 71 torrentem Kidron, id certiſsime ſcias quòd 72 occidione occiderîs, 73 eritque ſanguis tuus ſuper caput tuum. Et ait Simei ad regem, 74 Recte habet res, quemadmodum loquutus eſt dominus meus rex, ſic faciet ſeruus tuus. habitauit itaque Simei Ieroſolymis multis diebus. Contigit autem poſt tres annos, vt aufugerent ipſi Simei duo ſerui, ad Achis filium Maacha regem Gath; quod nuntiarunt [quidam] Simei, dicentes, En ſerui tui ſunt in Gath. Et ſurgens Simei inſtrato aſino ſuo, profectus eſt in Gath ad Achis, vt quæreret ſeruos ſuos. 75 profectus eſt itaque Simei, & reduxit ſeruos ſuos ex Gath. Nuntiatum eſt autẽ Solomoni quòd abijſſet Simei ex Ieruſalem in Gath, redijſſetque. Tum rex miſit & accerſiuit ipſum Simei, & dixit ad eum, Annon 76 iureiurando te adſtrinxi per Dominum, 77 obteſtatuſque ſum te, dicens, Quacunque die egreſſus fueris, & huc ſeu illuc ieris, certo certius ſcias quod 72 occidione occidaris? & dixiſti ad me, 74 Bene habet res, 78 audiui. Cur igitur non ſeruaſti iuramentum 79 Domini, & præceptũ quod tibi præcepi? Et dixit rex ad Simei, Tu noſti omne malum, cuius conſcium eſt cor tuum, quod commiſiſti in patrem meum Dauidem, 80 rependet igitur Dominus malum in caput tuum, rex autem Solomon benedictus, & ſolium Dauidis erit firmum 81 in conſpectu Domini perpetuò. Præcepit itaque rex ipſi Benaiæ filio Iehoiada, qui egreſſus irruit in eum 82 vt moreretur: 83 & confirmatum eſt regnum in manu Solomonis.*

## SCHOLIA IN CAP. II.

1 id eſt, mandata aliqua dedit. 2 hoc eſt, viam habitantium in terra, quaſi dicat, Moriturus ſum vt cæteri homines. 3 vel, Cuſtodi cuſtodiam, id eſt, præcepta quæ iuſsit cuſtodiri & obſeruari Deus. 4 id eſt, vt illum imiteris, & ſis illi ſimilimus, quantum poteſt homo Deo aſsimilari. 5 vel, cuſtodiendo. 6 id eſt, leges. 7 Teſtimonia ſunt ea quæ reuocant nobis in memoriam Dei beneficia, vt ſunt ſabbatha, &c. 8 fœlix ſis ac beatus, in omnibus quæ, &c. Ita Chaldæus paraphraſtes. 9 in omnibus (locis) ad quæ te verteris illuc, id eſt, ad quę te contuleris. Vacat (illuc) more Hebraico. 10 vel, adimpleat. confirmet promiſsionem quam fecit mihi. 11 id eſt, nepotes. 12 id eſt, Si perpetuo retinuerint viam bonam. 13 Hebraiſmus, in veritate, id eſt, ſine hyprocriſi. 14 Hebraiſmus, hiſce inquam verbis, Non auferetur, &c. 15 ex nepotibus ſcilicet, quaſi dicat, Semper erit aliquis de nepotibus tuis qui ſedeat in ſolio regio. 16 Hebraiſmus, & interfecit eos. pro, id eſt, quod interfecerit eos. 17 id eſt, quos interfecit in pace, hoc eſt incautos, & dum nihil tale ſuſpicarentur. & poſuit ſanguinem eorum, (ſanguinem) belli, id eſt, cædem eorum non minus ſibi licitam reputauit, quàm ſi interfeciſſet eos in prælio. Vel, interfecit eos in pace, tanquam in bello fuiſſet. Alij, & effudit ſanguinem prælij in pace. Aut, vt exponit doctus inter Hebræos, effudit ſanguinem belli, hoc eſt reputauit cædem factam in conflictu, nempe cædem fratris ſui Aſael quem Abner interfecerat: tanquam factam in pace, id eſt, quaſi interfectus fuiſſet tempore pacis, quaſi dicat, vltus eſt nomen fratris ſui qui interfectus fuerat in conflictu, non minore ſtudio quã ſi interfectus fuiſſet tempore pacis. 18 id eſt, enſe quo faceret cædem, de induſtria ſe accinxit. 19 ſubaudi, poſuit ſanguinem, id eſt, occidit eos in ipſo loco, ita vt mortui corruerint ad pedes eius. 20 in ſepulchrum, id eſt, non ſines eum ſenio confectum mori morte naturali. 21 Hebraiſmus, fac miſericordiam, id eſt, magnis beneficijs cumules. 22 ex conuiuis. 23 Hebraiſmus, ſic enim. nempe cum muneribus magnis. 24 id eſt, Beniaminitæ. 25 at ipſe idem deſcendit. 26 Hebraiſmus, Et nunc ne abſoluas eum, id eſt, quum nunc ſis rex, ne ſinas eum impunitum. 27 quaſi dicat, quum ſis ſapiens, cauſam inuenies qua poſsis eum plectere. 28 id eſt, per cædem, quaſi dicat, illum licet ſenem cura interficiendum. 29 pro, Cui ſucceſsit Salomon. 30 vel, ſtabilitum eſt. quòd ſcilicet vnctus fuerit in regem patre viuente, & à ſummo pontifice, fortiſsimiſque exercitus Iſrael. Vel dicitur per anticipationem, mortuis nempe inimicis eius, vt eſt in fine huius capitis. 31 Hebraiſmus, Pacificuſne eſt aduentus tuus? id eſt, Veniſne pacis ergo? 32 Pacificus. 33 Hebraiſmus, Verbum eſt mihi ad te. 34 Hebraiſmus, & in me poſuerant vniuerſus Iſrael faciem ſuam, id eſt, coniecerant in me oculos, ſperantes me fore regem. 35 erat ipſius, id eſt, ita volente ac iubente Domino fuit fratris mei. Verti poteſt, à Domino enim factum eſt (iſtud) illi, id eſt, tradidit illi regnum 36 Nunc autem petiturus ſum. 37 vnam. 38 Hebraiſmus, ne reuerti facias faciem meam, id eſt, ne reijcias me more denegantium. 39 Hebraiſmus, non enim reuerti faciet faciem tuam, id eſt, non patieris ab eo repulſam. Facere reuerti faciem alicuius, eſt eum reijcere & repellere, quaſi remittere illum vacuum, & denegare quod petit: cui contrarium eſt Suſcipere faciem eius. 40 inclinauit ſe ei. toto ſcilicet corpore. 41 Hebraiſmus, poſuit ſedem matris regis, id eſt, ſuæ. 42 Hebraiſmus, ne reuerti facias faciem meam, quaſi dicat, vide ne patiar abs te repulſam. 43 Hebraiſmus, reuerti faciem tuam, id eſt, concedam tibi quicquid poſtulaueris. 44 vel, quin potius pete pro illo regiam dignitatem, quaſi dicat, hac ratione vult ſibi vendicare regnum. 45 Hebraiſmus, & illi eſt (conſilium) & Abiathar ſacerdoti, & Ioab filio Saruia, id eſt, communicat conſilia ſua cum Abiathar & cum Ioab: quorum conſilio omnia facit. Vel potius verte, (pete) illi inquam (regnum) & Abiathar ſacerdoti, & Ioab filio Saruiæ. quorum ſcilicet conſilio nititur inuadere regnum, quaſi dicat, Si daretur illi Abiſag, omnes intelligerent ad eum debere pertinere regnum. Hebræi etiam aiunt nemini licere tangere mulierem quæ cum rege cubuiſſet, niſi rex eſſet. 46 id eſt, Hæc patiar, &

mal-

multo grauiora. grauiſsimas quaſque pœnas luam: ſumat de me Deus alias atque alias pœnas, hoc eſt grauiſsimas. Genus dicendi Hebraicum. 47 id eſt, in perniciem ſuam. 48 ſtabiliuit (vel, cōfirmauit) me. ſubaudi, in regno meo. 49 id eſt, dedit mihi familiam claram & inſignem. 50 Hebraica phraſis, pro, Miſit rex Banaiā vt interficeret Adoniā. 51 vel, O (vir) Anathoth vade. ſiue, O Anathothites vade. 52 q.d. recipe te in domū tuā. :: Hebraiſmus, vir mortis, id eſt, dignus es morte. 53 Hebraiſmus, afflixiſti te (ſiue, laboraſti. aut, laborem ſuſtinuiſti) in omnibus quibus afflixit ſe. ſiue, laborem ſuſtinuit. 54 id eſt, Priuauit eum dignitate ſacerdotali. 55 vel, de familia. 56 ſubaudi, cædis Adoniæ factæ iuſſu Salomonis. 57 at poſt Abſalom non declinauerat, quaſi dicat, Ioab fidelis fuerat inter initia regni Dauidis, tandem tamen in eum coniurauit. 58 more ſcilicet confugientium ad aras. 59 iuxta aram: 60 vel, irrue, id eſt, interfice eum. 61 tentorium. 62 ſubaudi, in ſepulchro maiorum ſuorum. 63 Sanguis pro culpa, id eſt, libera me & poſteros omnes Dauidis culpa cædis perpetratæ. efficē ne poſthac mihi aut patri imputetur cædes illorum ducum. 64 id eſt, ab ijs qui mecum originem ducunt à Dauide. 65 Hebraiſmus, Reuertique faciet. 66 id eſt, cædem ab eo factam, quaſi dicat, Peribit ob cædem à ſe factam. 67 id eſt, pœna cædis eorum. 68 in ſeculum. 69 Nomine pacis intelligit fauſta & proſpera omnia, quaſi dicat, Dauidi, familiæ eius, & regno eius omnia accident proſpera. 70 id eſt, extra vrbem, in loco nec arabili nec conſito arboribus. Hoc enim ſignificat etiam vox Hebræa MIDEBAR, pro qua deſertum vertunt interpretes. 71 Hic locus indicat torrentem Cedron non fuiſſe procul ab vrbe. ſitus autem erat in loco opaco, obſcuro & vmbroſo: vnde dicitur Torrens Cedron, id eſt, obſcuritatis. Nomina Hebræa in ſyntaxi habent ſpeciem nominum eorum quæ à Latinis dicuntur cōpoſita. quare cenſent doctiores Torrens-cedron ſcribi debere per maccaph. 72 Hebraiſmus, morte morieris, id eſt, certo ſcias te moriturum. 73 id eſt, caput tuū ſanguine tuo fœdabitur & intingetur, quaſi dicat, ſi aliter feceris, iubebo te interfici: eriſq; cauſa mortis tuę. 74 Heb. Sermo bonus eſt hic .i. Placet mihi quod dicis. Sermo eſt conciſus. 75 abijt inquam. 76 adiuraui te, id eſt, curaui vt iurares mihi per &c. 77 teſtificatuſque ſum contra te .i. teſtes conuocaui aduerſum te. vel, teſtibus adhibitis dixi tibi. 78 .i. intellexi quæ præceperis. 79 .i. tuum quo iuraſti per Dominum. 80 & cōuertit. Hebraice legitur quaſi dicas, reciprocare fecit .i. effecit Dominus vt dares pœnas de ſcelere tuo. 81 id eſt, fauēte Domino, quaſi dicat, faciet Dominus vt diu bene adminiſtrē regnum quod à patre meo accepi. Vel, corā Domino .i. ſub cælo, hoc eſt in terra. nā videtur Deus ex alto proſpectare in terrā. 82 & mortuus eſt. ſiue perijt. 83 quaſi dicat, tunc poſito omni metu tenuit regnum Iſrael Salomon, occiſis Adonia, Ioab & Semei: hoc eſt ſine æmulis regnare cœpit.

## CAP. III.

*SOlomon autem affinitatem contraxit cum Pharaone rege AEgypti: duxit enim filiam Pharaonis, & introduxit eam in ciuitatem Dauidis, donec 1 plene ædificaret domum ſuam & domum Domini, atque muros Ieruſalem circunquaque, 2 Tantum populus ſacrificabat in excelſis, quoniam nondum erat extructa 3 domus 4 nomini Domini vſque ad dies illos. Solomon autem dilexit Dominum, 5 ambulans in 6 inſtitutis Dauid patris ſui, 7 duntaxat in excelſis ſacrificabat & adolebat. Ibat autem rex in Gibeon, ( 8 illud enim erat 9 præcipuum excelſum,) & ſacrificabat illic, mille holocauſta ſacrificabat Solomon ſuper illa ara. Dominus autem viſus eſt Solomoni in Gibeon per ſomnium in ipſa nocte, Dixitque Deus, Poſtula quod dem tibi. Et dixit Solomon, Tu 10 ingentibus beneficijs proſequutus es ſeruum tuum Dauidem patrem meū, 11 quemadmodum & ipſe ambulauit coram te 12 in veritate, 13 in iuſtitia & rectitudine cordis 14 tecum, & ſeruaſti illi magnam hanc beneficentiam, 15 vt dares illi filium qui ſederet in ſolio eius, 16 vt hæc dies [declarat.] Nunc igitur Domine Deus meus, tu conſtituiſti 17 ſeruum tuum regem pro Dauide patre meo, 18 ego verò puer ſum paruus, 19 ignorans egredi & introire. Et [tamen] ſeruus tuus 20 eſt in medio populi tui quem elegiſti, & quidem populus eſt multus, qui numerari non poteſt, nec 21 recenſeri præ multitudine. Da igitur ſeruo tuo 22 cor audiens, 23 ad iudicandum populum tuum, [&] vt diſcernam 24 inter bonum & malum: quis enim 25 populum hunc tuum tam præcellentem & amplum iudicare poſſet? Placuit hæc res coram Domino, quòd Solomon poſtulaſſet rem huiuſcemodi. Et dixit Deus ad eum, Quandoquidem poſtulaſti rem talem, & non poſtulaſti tibi dies multos, neque petiſti tibi diuitias, neque petiuiſti 26 animam hoſtium tuorum, ſed poſtulaſti tibi 27 vt intelligeres, vt audire poſſes iudicium, En ego feci iuxta verba tua, en ego dedi tibi cor ſapiens & intelligens, 28 ita vt ſimilis tui ante te non fuerit, neque poſt te talis ſurrecturus ſit qualis tu es. Quin & quæ non poſtulaſti dedi tibi, nempe diuitias & gloriam, adeò vt tui ſimilis nullus fuerit inter reges cunctis diebus tuis. Quòd ſi in vijs meis ambulaueris, 29 cuſtodierisque ſtatuta & præcepta mea, quemadmodum ambulauit pater tuus Dauid, prorogabo dies tuos. Quumque Solomon euigilaſſet, 30 & en fuit ſomnium. venitque Ieroſolyma, & 31 ſtetit coram 32 arca fœderis domini, ſacrificans holocauſta, & faciens hoſtias pacificas, inſtruxitque conuiuium cunctis ſeruis ſuis. 33 Tunc venerunt duæ mulieres 34 mere-*

1 COnfirmatum eſt igitur regnū in manu Salomo- (2.Paral.1.a. Salomon ducit filiam Pharaonis in vxorem.)
nis, & affinitate coniunctus eſt Pharaoni regi
AEgypti: accepit namque filiam eius, & adduxit
in ciuitatem Dauid, donec compleret ædificans domum
ſuam, & domū Domini, & murum Ieruſalem per circui-
2 tum. ¶ Attamē populus immolabat in excelſis: non enim (Excelſa.)
ædificatum erat templum nomini Domini vſque in diem
3 illum. ¶ Dilexit autem Salomon Dominum, ambulans in (Dilectio Dei.)
pręceptis Dauid patris ſui, excepto quòd in excelſis immo
4 labat, & accendebat thymiama. ¶ Abijt itaque ˋSalo-
mon in Gabaon, vt immolaret ibi: illud quippe erat ex-
celſum maximum: mille hoſtias in holocauſtum obtulit
5 Salomon ſuper altare illud in Gabaō. ¶ Apparuit autem
Dominus Salomoni per ſomnium nocte, dicens, Poſtula (Oratio Salomonis, qua petit à Deo ſapientiā ſibi dari.)
6 quod vis vt dem tibi. ¶ Et ait Salomon, Tu feciſti cum
ſeruo tuo Dauid patre meo miſericordiam magnam, ſi-
cut ambulauit in conſpectu tuo in veritate & iuſtitia, &
recto corde tecum: cuſtodiſti ei miſericordiam tuam
grandem, & dediſti ei filium ſedentem ſuper thronum
7 *, ſicut eſt hodie. ¶ Et nunc Domine Deus *, tu regnare (E *eius)
feciſti ſeruum tuum pro Dauid patre meo: ego autem ſum (* meus)
puer paruulus, & ignorans egreſſum & introitum meum.
8 ¶ Et ſeruus tuus in medio eſt populi, quē elegiſti, populi
infiniti, qui numerari & ſupputari non poteſt præ mul-
9 titudine. ¶ Dabis ergo ſeruo tuo cor docile, vt po-
pulum tuum iudicare poſsit, & diſcernere inter bo-
num & malum: quis enim poterit iudicare populum
10 iſtum, populum tuum hunc multum? ¶ Placuit ergo
ſermo coram Domino, quòd Salomon poſtulaſſet huiuſ-
11 cemodi rem. ¶ Et dixit" Dominus Salomoni, Quia po- ("Deus)
ſtulaſti verbum hoc, & non petiſti tibi dies multos, nec
diuitias, aut animas inimicorum tuorum, ſed poſtulaſti
12 tibi ſapientiam ad diſcernendum iudicium: ¶ Ecce feci (Exponitur hic quod Matth. 6. Primum quærite regnum Dei, &c. Sapien.7.b.)
tibi ſecundū ſermones tuos, & dedi tibi cor ſapiens & in-
telligens, intantū vt nullus ante te ſimilis tui fuerit, nec
13 poſt te ſurrecturus ſit. ¶ Sed & hæc quæ non poſtula-
ſti, dedi tibi, diuitias ſcilicet & gloriam, vt nemo fuerit
14 ſimilis tui in regibus cunctis retro diebus. ¶ Si autem
ambulaueris in vijs meis, & cuſtodieris præcepta mea,
& mandata mea, ſicut ambulauit * pater tuus, lon- (*Dauid)
15 gos faciam dies tuos. ¶ Igitur euigilauit Salomon,
& intellexit quòd eſſet ſomnium: cumque veniſſet Ieru-
ſalem, ſtetit coram arca fœderis Domini, & obtulit ho-
locauſta, & fecit victimas pacificas & grande conuiuium (Iudicium eius de duabus meretricibus.)
16 vniuerſis famulis ſuis. ¶ Tūc venerūt duę mulieres mere-
trices



trices ad regem, ſteteruntque coram eo, ¶ quarum 17
vna ait, Obſecro mi domine, ego & mulier hæc habita-
bamus in domo vna: & peperi apud eam in cubiculo.
¶ Tertia autem die poſtquam ego peperi, peperit & 18
hæc: & eramus ſimul, nullusque alius nobiſcum in domo,
exceptis nobis duabus. ¶ Mortuus eſt autem filius mu- 19
lieris huius nocte: dormiens quippe oppreſsit eum. ¶ Et 20
conſurgens intempeſtæ noctis ſilentio, tulit filium meum
de latere meo ancillæ tuę dormientis, & collocauit in ſinu
ſuo: ſuum autem filium, qui erat mortuus, poſuit in ſinu
meo. ¶ Cumq; ſurrexiſſem mane vt darem lac filio meo, 21
apparuit mortuus: quem diligentius intuens clara
D luce, deprehendi non eſſe meum quem genueram. ¶ Re- 22
ſponditque altera mulier, Non eſt ita vt dicis, ſed filius
tuus mortuus eſt, meus autem viuit. econtrario illa di-
cebat, Mentiris: filius quippe meus viuit, & filius tuus
mortuus eſt. atq; in hunc modū contendebant corā rege.
¶ Tunc rex ait, Hæc dicit, Filius meus viuit, & filius tuus 23
mortuꝰ eſt: & iſta reſpōdit, Nō, ſed filius tuus mortuus eſt, 24
meꝰ autē viuit. ¶ Dixit ergo rex, Afferte mihi gladiū. cūq;
attuliſſent gladium corā rege, ¶ Diuidite, inquit, infantē vi 25
uum in duas partes, & date dimidiam partem vni, &
dimidiam partem alteri. ¶ Dixit autem mulier cu- 26
ius filius erat viuus, ad regem, (commota ſunt quippe
viſcera eius ſuper filio ſuo) Obſecro domine, date illi
infantem viuum, & nolite interficere eum. Econtrario illa
dicebat, Nec mihi, nec tibi ſit, ſed diuidatur. ¶ Reſpondit 27
rex, & ait, Date huic infantem viuū, & non occidatur: hęc
eſt" autem mater eius. ¶ Audiuit itaque omnis Iſrael iu- 28 ("enim)
dicium quod iudicaſſet rex, & timuerunt regem, videntes
ſapientiam Dei eſſe in eo ad faciendum iudicium.

*trices ad regem, ſteteruntque coram eo, aitque vna ex his mulieribus, Domine mi rex, ego & iſthæc mulier iiſdem ædibus cohabitabamus, peperiq; apud eam domi. Contigit autem tertio die quàm ego peperiſſem, vt & hæc eadem etiam pareret: habitabamuſque ſimul nos, nec 35 alius quiſpiam nobiſcum erat in domo, 36 vtriſque nobis exceptis. Mortuus eſt autem filius mulieris huius noctu, 37 quum ipſa incubuiſſet ſuper eum. Hæc autem nocte media conſurgens, tulit filium meum 38 de me, ancilla tua dormiente, poſuitque eum in gremium ſuum, filium autem ſuum mortuum poſuit in gremium meum. Quumque ſurrexiſſem mane, vt filium meum lactarem, en mortuus erat: 39 quumque mane illuceret, diligenter eo conſiderato, intellexi meum non eſſe filium quem ego pepereram. Porrò altera mulier dixit, Non, ſed 40 filius meus viuit, & filius tuus mortuus eſt. rurſum verò illa ait, Non, ſed 41 filius tuus mortuus eſt, meus autem filius viuit: ſicque altercabantur coram rege. Rex verò ait, Hæc dicit, 42 Is filius meus viuit, & filius tuus mortuus eſt: illa dicit, Haudquaquàm, ſed 43 filius tuus mortuus eſt, meus autem filius viuit. Dixit ergo rex, Afferte mihi gladium. & attulerunt gladium ad regem. Tū rex ait, Diſſecate puerum 44 viuum in duas [partes,] & date dimidium vni, & dimidium alteri. Et dixit mulier ea, cuius filius 45 erat viuus, ad regē, ([miſeratione] enim 46 incaluerant viſcera eius ob filium ſuum) dixit inquam, Obſecro 47 mi domine, date huic puerū viuum, occidione ne occidatis eū: contrà altera dixit, Neque mihi, neque tibi detur, ſed 48 diſſecetur. Et rex reſpondens, dixit, Date illi natum viuum, neque occidione occidatis eum: hæc enim eſt mater eius. Audierunt itaque omnes Iſraelitæ iudicium illud quod iudicauerat rex, & 49 timuerunt 50 à rege, quòd viderent ſapientiam Dei eſſe in eo 51 in iudicando.*

## SCHOLIA IN CAP. III.

1 Hebraiſmus, finem faceret extruendi, id eſt, compleret ædificare. 2 quaſi dicat, Tunc tantum. vel, Cæterum populus immolabat victimas (Deo) in excelſis, id eſt, altaribus arte extructis & ad id ordinatis. 3 ſubaudi, vlla. 4 id eſt, in honorem Domini. 5 vel, ambulādo. 6 vel, præſcriptis quæ tradiderat illi pater ſub tempus mortis ſuæ. 7 vel, cæterum. Hoc loco non taxatur Salomon. tunc enim illi licebat, quod in altari Moſaico immolare non poſſet quod erat in Gabaon. 8 ſubaudi, quod illic erat. 9 Hebraiſmus, maximum, id eſt, præſtantiſsimum altare, nempe altare illud æreum quod curauerat Moſes faciendum iuſſu Domini. 10 Hebraiſmus, magna miſericordia. 11 Hebraiſmus eſt, pro, ſicut pater meus ambulauit coram te, ſic etiam in illum multa beneficia contuliſti. 12 id eſt, colendo te citra ſimulationem vllam. 13 Proximum reſpicit, quaſi dicat, præſtando ſe equum & bonum erga ſubditos. 14 id eſt, in ijs quæ ad honorem tuum pertinent. Deum reſpicit 15 Hebraiſmus, & dediſti, id eſt, quod dederis, quaſi dicat, quæ beneficentia eſt, quod dediſti, &c. 16 Hebraiſmus, ſecundum diem hanc, id eſt, vt hodie reuera apparet. 17 nempe me. 18 vel, & quamuis ſim puer, ſiue paucos natus annos. vt poſtea ſequatur, tamen ſeruus tuus eſt in medio, &c. 19 id eſt, neſciens quomodo me gerere debeam in adminiſtratione tanti regni ac tantę Reipub. Egredi & ingredi ſumpta metaphora à paſtoribus qui egrediuntur domo ante gregem: & ante gregem domum ingrediuntur. Aut à ducibus militaribus. 20 Eſſe in medio populi, eſt populi curam habere. ſumpta metaphora ab epiſcopis opetuni. 21 vel, ſupputari. 22 vel, mentem docilem, id eſt, Deo & ſpiritui monenti audientem. 23 id eſt, vt lites populi tui dirimere valeam. 24 id eſt, inter cauſam iuſtam & iniuſtam. 25 poſſet iura reddere (ex ſe) populo copioſo huic? ſubaudi, ſine te, quaſi dicat, nullus. 26 id eſt, interitum inimicorum. 27 intelligentiam ad audiendum (id eſt, intelligendum) iudicium. Quæ intelligimus, audiuimus prius. Inde factum vt audire pro intelligere accipiatur, id eſt, vt populo ius reddas ex æquo & bono. 28 quaſi dicat, ſuperabis omnes reges Iſrael ſapientia. Non enim comparat Salomonem omnibus, ſed regibus tantùm, vt ex ſequentibus videre eſt. non eſt igitur quærendum an fuerit ſapientior Moſe: quem quidem Salomone Hebræi aiunt in rebus naturalibus, non diuinis, fuiſſe prudentiorem. 29 vel, cuſtodiendo. 30 id eſt, deprehendit ſe ſomniaſſe. expergefactus cœpit meminiſſe ſomnij tam magnifica promittentis. Oſtendit hic locus ſomnia non ſemper eſſe vana & affinia mendacio: ſimulque Deum aliquando vera prædicere per ſomnium. 31 Deo ſcilicet acturus gratias. 32 In Ieruſalem erat arca, ſed tentorium quod curarat extruendum Moſes, erat in Gabaon. 33 poſtquā ſomniauit ſcilicet. 34 Chaldæus paraphraſtes cauponariæ. Doctiores exiſtimant has mulieres fuiſſe artis cauponariæ, quarum mariti tum forte abierant, negotiationis ergo. Vox Hebræa, & meretricem & cauponariam ſignificat. Si vero hæ mulieres erant meretrices, pepererunt præter meretricum conſuetudinem: quæ certe parere non ſolent: quod ſi pariant, fœtum necare conſueuerunt. Hæ verò præter aliarum morem & pariunt, & fœtus ſuos amant. 35 Hebraiſmus, externus vllus. 36 Hebraiſmus, (non erat inquam) præter nos duas in ea domo. 37 Hebraiſmus, quia dormiebat ſuper eum, id eſt, quia dormiens ſuffocauit eum. 38 Hebraiſmus, de iuxta me. 39 Hebraiſmus, & conſyderaui diligentiſsime illum mane, & ecce non erat filius meus. 40 filius meus (eſt is) qui viuit, & filius tuus (eſt is) qui mortuus eſt. 41 filius tuus (eſt is) qui mortuus eſt, & filius meus (eſt is) qui viuit. 42 Filius meus (eſt iſte) qui viuit, at filius tuus (eſt ille) qui mortuus eſt: 43 tuus eſt filius (is qui) mortuus eſt, & filius meus (eſt is) qui viuit. 44 eum qui viuit. 45 erat is qui viuebat. 46 vel, commota fuerant, id eſt, inflammata fuerant, amore erga filium. 47 ſubaudi, parce puero. Reticet reliqua. Poſtea conuertit ſermonem ſuum ad ſatellites, date, &c. 48 Hebraiſmus, diuidite, ſubaudi, ò miniſtri. 49 ſubaudi, malefacere. 50 vel, propter regem. propter ſapientiam regis. 51 ad faciendum iudicium.

## CAP. IIII.

(Salomonis principes & præfecti.)

ERat autem rex Salomon regnans ſuper omnem Iſ- 1
rael: ¶ & hi principes quos habebat: Azarias 2
filius Sadoc" ſacerdotis: ¶ Elihoreph & Ahia 3 ("ſacerdos:)

*F1 Actus eſt itaque rex Solomon rex ſuper omnem Iſraelem. Hi verò fuerunt principes 2 eius, 3 Azarias 4 filius Zadoc 5 ſacerdotis. Eli-horeph & Ahiba filij*

*filij Siſa, 6 ſcribæ: Iehoſaphat filius Ahilud 7 à cõmentarijs. Benaias filius Iehoiada erat 8 ſuper exercitũ, & Zadoc atq; 9 Abiathar 10 ſacerdotes. Azarias filius Nathan 11 erat ſuper præfectos, & Zabud filius Nathan 12 ſacerdos familiaris regis. Porrò Ahiſar erat 13 præfectus prætorio, & Adoniram filius Abda 14 erat ſuper tributa. Habuit autem Solomon duodecim præfectos ſuper cunctum Iſraelem, 15 qui annonam parabant pro rege & domo eius, 16 ſinguli videlicet ſingulis menſibus anni annonã pro victu adminiſtrabant. Hæc autem ſunt nomina eorum, 17 Filius Hur 18 in mõte Ephraim. 19 Filius Dæker in Macaz, & in Saalbim. atque Beth-ſemes, Elon & Beth-hanan. 20 Filius Heſed in Aruboth, 21 cuius erat & Socho, atque vniuerſa terra Hepher. Filius Abinadab 22 in vniuerſo termino Dor, qui Taphath filiam Solomonis habuit vxorem. Baana filius Ahilud [ erat ſuper] 23 Taanach & 24 Megiddo, & ſuper totã Beth-ſan quæ eſt iuxta Zarthanam ſubter Ieſreel, à Beth-ſan vſq; ad planitiem Mehola, 25 vſque ad locum qui eſt cis Iacmeam. Filius Gæber in Ramoth-gilead, cuius erant & oppida Iair filij Manaſſe, quæ ſunt in Gilead: ad eum quoque pertinebat tractus 26 Argob, quæ eſt in Baſan, ſexaginta ciuitates magnæ, muris, repagulis 27 & ſeris [munitæ,] Ahinadab filius Hiddo [præfectus erat] Mahanaim. Ahimaaz in Naphtali: qui etiam duxit Baſmath filiam Solomonis vxorem. Baana filius Huſai, 28 in Aſer atque Aloth. Et Iehoſaphat filius Paruah in Iſaſchar. Simei filius Ela in Beniamin. Gæber filius Vri in terra Gilead, 29 [ id eſt ] terra Sihon regis Amorrhæorum, & Og regis Baſan. adhæc erat præſes vnus ſuper eam [ terram. ] Erant enim Iehuda & Iſrael multi [ aucti videlicet ] vt arena 30 maris, comedentes, bibentes & lætantes. Dominabatur itaque Solomon ſuper vniuerſa regna à 31 fluuio illo, [ vſque ad terram ] 32 Paleſthinorum, 33 & ad limitem AEgypti: & ferebant munera, ſeruiebantque Solomoni cunctis diebus vitæ eius. Fuit autem cibus Solomonis 34 pro die vno, triginta cori 35 ſimilaginis, & ſexaginta cori farinæ. Decem boues ſaginati, & viginti boues 36 paſcuales, centumque oues, præter ceruos, capreas, 37 ibices, 38 ſaginata & altilia. Quoniam ipſe imperabat in omni regione 39 trans fluuium, à Tipſa vſque ad Aſa, [id eſt] ſuper omnes reges 40 trans fluuium, pacemque habuit 41 cum omnibus ſeruis ſuis per circuitum. Degebat quoque Iehuda & Iſrael 42 in tuto, quiſque videlicet 43 ſub vite ſua, atque ſub ficu ſua, à Dan vſque Beer-ſeba cuncto tempore quo vixit Solomon. Habuit inſuper Solomon 44 quadraginta millia ſepta equorum ad rem ſuam curulẽ, & duodecim millia equorum cataphractorum. Atque hi præfecti 45 annonã ſuppeditarunt regi Solomoni, & omnibus qui veniebant ad menſam regis Solomonis, quiſque ſuo menſe, 46 vt nihil deeſſet. Hordeum quoque & paleas equis & 47 iumentis aduehebant ad locum vbi erat [rex,] quiſque 48 iuxta demenſum ſuum. 49 Conceſſit Deus Solomoni ſapientiam & prudentiã amplam, & 50 latitudinem cordis, 51 perinde ac arenã quæ eſt in litore maris, 52 Ita vt excelleret ſapientia Solomonis omnium qui eum anteceſſerant ſapientiam, ſimulque omnem ſapientiam AEgypti: Quin cunctis hominibus ſapiẽtior fuit, etiam ipſo Ethan 53 Eſraita, & ipſo Heman, & Chalcol, atque Darda filijs 54 Mahol: fuitque nomen eius in omnibus gentibus circunquaque. 55 Loquutus quoq; eſt ter mille 56 parabolas, & 57 carminum eius fuerunt quinque ſupra mille. Diſſeruit etiam ſapienter de 58 lignis, à cedro 59 quæ eſt in Libano, vſque ad hyſſopum quæ progerminat ex pariete: ſimulque diſſeruit de animantibus, de volucribus, de reptilibus atque piſcibus, Ita vt venirent ex cunctis populis auditum ſapientiam Solomonis, 60 ex omnibus etiam regibus orbis, ad quos fama ſapientiæ eius peruenerat.*

filij Siſa, ſcribæ: Ioſaphat filius Ahilud, à commentarijs.
4 ♀ Banaias filius Ioiadæ, ſuper exercitum: Sadoc autem
5 & Abiathar, ſacerdotes. ♀ Azarias filius Nathan, ſuper eos qui aſsiſtebant regi: Zabud filius Nathan, ſacer-
6 dos amicus regis. ♀ Et Ahiſar præpoſitus domus: & Ado-
7 niram filius Abda ſuper tributa. ♀ Habebat autem Salomon duodecim præfectos ſuper omnem Iſrael qui præbebant annonam regi, & domui eius: per ſingulos enim
8 menſes in anno, ſinguli neceſſaria miniſtrabãt. ♀ Et hęc
9 nomina eorũ: Ben-hur, in monte Ephraim. ♀ Ben-decar, in Macces, & in Salebim, & in Bethſames & in Elon, & in
10 Beth-hanã. ♀ Beth-heſed in Aruboth: ipſius ˋenim erat So-
11 cho, & omnis terra Epher. ♀ Ben-abinadab, cuius omnis Nephath-dor, Tapheth filiam Salomonis habebat vxo- B
12 rem. ♀ Bana filius Ahilud regebat Thanach & Mageddo, & vniuerſam Beth-ſan, quæ eſt iuxta Sarthana ſubter Iezrahel, à Beth-ſan vſque Abel-mehula è regione
13 Iecmaam. ♀ Ben-gaber in Ramoth-galaad: habebat Auoth-iair filij Manaſſe in Galaad, ipſe ″erat in omni ″præerat
regione Argob, quæ eſt in Baſan, ſexaginta ciuitatibus
14 magnis atque muratis, quæ habebant ſeras æreas. ♀ Ahi-
15 nadab filius Addo præerat in Manaim. ♀ Achimaas in Nephthali: ſed & ipſe habebat Baſemath ˋfiliam Salo-
16 monis in coniugio. ♀ Baana filius Huſi, in Aſer, &
17 in Baloth. ♀ Ioſaphat filius Pharue, in Iſſachar. ♀ Se-
18 mei filius Ela, in Beniamin. ♀ Gaber filius Vri, in terra
19 Galaad ˋ& in terra Sehon regis Amorrhæi, & Og regis
20 Baſan, ſuper omnia quæ erant in illa terra. ♀ Iuda & Iſrael innumerabiles, ſicut arena maris in multitudine: co- C
21 medentes, & bibentes, atque lætantes. ♀ Salomon au- Eccl.47.c.
tem erat in ditione ſua, habens omnia regna ˋſecum, à flumine Terræ-Philiſthijm vſque ad terminum AEgypti: offerentium ſibi munera, & ſeruientium ei cunctis
22 diebus vitæ eius. ♀ Erat autem cibus Salomonis per Apparatus ciborum Salomonis
dies ſingulos triginta cori ſimilæ, & ſexaginta cori fari-
23 næ. ♀ Decem boues pingues, & viginti boues paſcuales, & centum arietes, excepta venatione ceruorum,
24 caprearum, atque bubalorum, & auium altilium. ♀ Ipſe enim obtinebat omnem regionem quæ erat trans Flumen, ˋquaſi à Thaphſa vſque ad Gazam, & cunctos reges illarum regionum: & habebat pacem ex omni Pax ſub ipſo.
25 parte in circuitu. ♀ Habitabatque Iuda & Iſrael abſque Nullus timor.
timore vllo vnuſquiſque ſub vite ſua, & ſub ficu ſua, à
26 Dan vſque Berſabee cunctis diebus Salomonis. ♀ Et habebat Salomon quadraginta millia præſepia equorum Numerus equorum.
27 currilium, & duodecim millia equeſtrium. ♀ Nutriebantque eos ſupradicti regis præfecti: ſed & neceſſaria menſæ 2.Paral.9.f.
regis Salomonis cum ingenti cura præbebant in tempore D
28 ſuo. ♀ Hordeum quoque, & paleas equorum & iumentorum deferebant in locum vbi erat rex, iuxta con-
29 ſtitutum ſibi. ♀ Dedit quoque Deus ſapientiam Salomoni, & prudẽtiam multam nimis: & latitudinẽ cordis, quaſi Dona Dei in Salomonem collata.
30 arenã quæ eſt in litore maris. ♀ Et præcedebat ſapientia Salomonis ſapientiam omnium Orientalium, & AEgy- Eccl.47.c.
31 ptiorũ. ♀ Et erat ſapientior cunctis hominibus: ſapientior Sapientia Salomonis.
Ethan Ezrahite, & Hemã & Chalcol, & Dorda filijs Mahol: & erat nominatus in vniuerſis gentibus per circuitũ.
32 ♀ Locutus eſt quoque Salomon tria millia parabolas: & Numerus parabolarum & carminum.
33 fuerunt carmina eius quinque millia. ♀ Et diſputauit ſuper lignis à cedro, quæ eſt in Libano, vſque ad hyſſopum quæ egreditur de pariete: & diſſeruit de iumen-
34 tis & volucribus, & reptilibus & piſcibus. ♀ & veniebant de cunctis populis ad audiendam ſapientiam Salomonis, & ab vniuerſis regibus terræ, qui audiebant ſapientiam eius.

## SCHOLIA IN CAP. IIII.

1 quaſi dicat, Magno omnium conſenſu regnauit, fuitque illi vniuerſus Iſrael ſubiectus. Quidam referunt ad Dauidem, nempe regnauit ſuper totum Iſraelem initio ſui regni, quod non contigit Dauidi. 2 illi, id eſt, quos habebat in comitatu ſuo. 3 ſubaudi,



ſubaudi, fuit primus princeps ex principibus aulæ Salomonis. 4 Azarias erat filius Achimaas, qui erat filius Sadoc: igitur filius, id eſt nepos. 5 Potius verte, princeps, ſubaudi, principum, id eſt, primus ex principibus aulæ Salomonis. 6 vel, ab epiſtolis. Lege Eſter 3. cap. officium ſcribæ. 7 ſubaudi, erat illi. Hic omnia redigebat in acta. Hiſtoriographus, qui mandabat literis res geſtas Salomonis. 9 Hic Abiathar, alius erat ab Abiathar expulſo. 10 id eſt, principes ſacerdotum. Duo erant ſummi pontifices, vt alter alterum ſubleuaret: quorum alter, pontifex primarius dicebatur: alter, pontifex qui obtinebat ſecundas partes. 11 id eſt, præerat duodecim præfectis qui præerant toti Iſraeli. 12 princeps ſocius. vel, ſodalis. 13 Hebraiſmus, ſuper domum, id eſt, præpoſitus domus. 14 id eſt, præerat tributis exigendis. 15 Hebraiſmus, qui alebant regem & domum. 16 Hebraiſmus, vno mẽſe ſingulis annis erat ſuper vnunquenque eorum nutrire, ſubaudi, regem & domum eius, id eſt, ſinguli ſpatio vnius menſis quotannis alebant, &c. 17 Subticetur huius nomen qui vocatur nomine patris, quod eſſet notior pater. 18 ſubaudi, præerat. 19 vel, Ben-dexer. 20 vel, Ben-heſed. 21 ſubaudi, ditionis, id eſt, ad ditionem eius pertinebat. regebat ſiue adminiſtrabat & Socho. 22 (ſubaudi, eius erat) tota regio Dor. 23 Hæc erat in tribu Manaſſe. 24 Hæc in tribu Iuda. 25 vſque trans. 26 Chaldæus paraphraſtes, Traconitidis. 27 æneis. Per repagula ænea intellige portas firmatas repagulis. 28 ſubaudi, pecuniam exegit ad regem alendum. 29 quaſi dicat, in tota regione Sihon & Og fuit vnicus præfectus. Hic eſt duodecimus præfectus. Salomon diuiſit Terram ſanctam in duodecim præfecturas: qua in re non habuit rationem diuiſionis Ioſue, ſed facultatum ſingularum tribuum: vnde fit aliquando in hac diuiſione vt vrbes aliarum tribuum alijs adijciantur tribubus. Quidam legunt, Præterea erat vnus qui præerat in (tota) terra. ſubaudi, Iſrael, nempe cui ſubiecti erant XII præfecti illi. 30 Hebraiſmus, quæ eſt ad mare in multitudine, id eſt, plurima. 31 Nomine fluuij, Euphratem intelligit. Deſcribitur latitudo imperij Salomonis, ab Euphrate qui eſt ad Orientem Terræ ſanctæ. 32 Hæc eſt pars Occidentalis. 33 (& à terra Palæſthinorum) vſque ad terminum AEgypti. Hæc eſt pars Meridionalis. Septentrionalis paulo poſt mentio fit. 34 (in) ſingulos dies. 35 id eſt, farinæ tenuioris. Corus continet triginta ſata ſiue modios paruos. 36 id eſt, non ſaginati, quales redeunt à paſcuis. 37 vel, boues ſylueſtres. 38 vel, capos ſaginatos. Alij aues Barbaras, id eſt, è Barbaria allatas. Chaldæus paraphraſtes, aues altiles. 39 quæ erat vltra fluuium, id eſt, Euphratem. 40 vltra fluuium. hoc eſt Euphratem. 41 Hebraiſmus, ex omnibus lateribus eius; id eſt, ex omni parte, quaſi dicat, vicini eius non audebant quicquam moliri aduerſus eum. 42 in fiducia, id eſt, in magna animi ſecuritate. 43 comedendo videlicet fructus earum. Hoc oſtendit Iudæos tum temporis non timuiſſe ſibi ab hoſtibus: nam qui ab hoſtibus ſibi timent, non verſantur ruri tam libere tamque intrepide. 44 quadragies mille equorum, (in) equilibus, pro curribus ſuis. In quolibet equili, decem equi erant. hoc pacto quatuor millia equilium habuit, vt ſcribitur in Paralipomenis. 45 Hebraiſmus, aluerunt regem, &c. 46 Hebraiſmus, non faciebant deeſſe quicquam. 47 vel, dromedarijs. 48 iuxta conſtitutum ſibi. ſiue, pro more ſuo. 49 Dedit. 50 id eſt, capaciſsimum animum, multa comprehendentem ſua intelligentia. 51 In comparatione hac reſpicit locum quem arena continet, quaſi dicat, tam amplam mentem, quàm amplum locum occupat arena quæ eſt iuxta mare. vel, ſua capacitate dedit mentem illi Deus multa intelligentem & complectentem inſtar arenæ quæ ſpatioſum locum obtinet. 52 Hebraiſmus, Et multiplicata eſt (id eſt, maior euaſit) ſapientia Salomonis ſapientia omnium filiorum Orientis, id eſt, ſapientior fuit omnibus Orientalibus. 53 id eſt, filio Ezrah. 54 id eſt, Ezrah. fuit enim binomius. nam & Mahol & Ezrah dicebatur. 55 vel, Dixit quoque, id eſt, Fecit, ſiue Compoſuit. 56 id eſt, ſententias obſcuras. Perierunt nobis hi libri. 57 Liber odarum Salomonis quem ediderat, complectebatur mille & quinque odas. 58 arboribus, id eſt, de natura ſtirpium, ſiue arborum. 59 id eſt, quę plurima creſcit in Libano. 60 (miſsi) ab omnibus regibus.

## CAP. V.

Hirã mittit ſeruos vt gratuletur Salomoni. Salomon petit ligna ab Hirã in ędificationem tẽpli.

Miſit quoque Hiram rex Tyri ſeruos ſuos ad Sa- 1
lomonem: audiuit enim quòd ipſum vnxiſ-
ſent regem ˋſuper Iſrael pro patre eius: quia
amicus fuerat Hiram Dauid omni tempore. ♀ Miſit 2
autem Salomon ad Hiram, dicens, ♀ Tu ſcis volunta- 3
tem Dauid patris mei, & quia non ″potuit ædificare do- ″potuerit
mum nomini Domini Dei ſui propter bella imminentia
per circuitum, donec daret Dominus eos ſub veſtigio
pedum eius. ♀ Nunc autem requiem dedit * Deus meus 4 *Dominus
mihi per circuitum: & non eſt ſatan, neque occurſus
malus. ♀ Quam ob rem cogito ædificare templum no- 5
mini Domini Dei mei, ſicut locutus eſt * Dauid patri 1.Reg.7.b. 1.Para.22.c.
meo, dicens, Filius tuus quem dabo pro te ſuper ſolium *Dominus
B tuum, ipſe ædificabit domum nomini meo. ♀ Præcipe 6
igitur vt præcidant mihi ˋſerui tui cedros de Libano, &
ſerui mei ſint cum ſeruis tuis: mercedem autem ſeruorum
tuorum dabo tibi quãcunque petieris: ſcis enim quomo-
do non eſt in populo meo vir qui nouerit ligna cædere
ſicut Sidonij. ♀ Cum ergo audiſſet Hiram verba Salo- 7 Hiram Gentilis agnoſcit nomẽ Dei.
monis, lætatus eſt valde, & ait, Benedictus Dominus
Deus hodie, qui dedit Dauid filium ſapientiſsimum ſuper
populum hunc plurimum. ♀ Et miſit Hiram ad Salo- 8
monem, dicens, Audiui quæcunque mandaſti mihi: ego
faciam omnem voluntatem tuã in lignis cedrinis & abie-
gnis. ♀ Serui mei deponent ea de Libano ad mare: 9
& ego componam ea in ratibus in mari, vſque ad lo-
cum quem ſignificaueris mihi, & applicabo ea ibi, & tu
C tolles ea: præbebiſque neceſsaria mihi, vt detur cibus
domui meæ. ♀ Itaque Hiram dabat Salomoni ligna ce- 10
drina, & ligna abiegna, iuxta omnem voluntatem eius.
♀ Salomon autem præbebat Hiram viginti millia coros 11
tritici in cibum domui eius, & viginti coros puriſsimi olei:
hæc tribuebat Salomon Hiram per ſingulos annos. ♀ De- 12
dit quoque Dominus ſapientiam Salomoni, ſicut lo- Sup.3.b.
cutus eſt ei: & erat pax inter Hiram & Salomonem, & Numerus artificum.
percuſſerunt ambo fœdus. ♀ Elegitque rex Salomon 13

*Miſit quoq; Hiram rex Tyri 1 ſeruos ſuos ad Solomonẽ: audiuerat enim quòd vnxiſſent eũ regẽ pro patre ſuo: etenim Hiram dilexerat Dauidẽ cunctis diebus. Tum miſit Solomon ad Hiram hiſce mãdatis, Tu noſti quomodo Dauid pater meus nõ potuit ædificare ædẽ nominis Domini Dei ſui ob 2 bella quæ eũ vndiq; cinxerat, donec Dominus 3 hoſtes eius pedibus eius ſubegerit. Nunc verò requiem præſtitit mihi Dominus Deus meus circunquaque, ita vt non ſit 4 qui ſe mihi opponat; aut malum obijciat. 5 Et ẽn ego ſtatui quòd velim ædificare ædẽ Domini Dei mei, quemadmodum loquutus eſt Dominus ad Dauidem patrem meum, hiſce verbis, Filius tuus quem pro te collocabo in ſolium tuum, ipſe ædificabit ædem illam nomini meo. 6 Iube igitur nunc vt ſuccidant mihi cedros ex Libano: erunt autem ſerui mei ſeruis tuis iuncti; daboque ego tibi mercedem pro ſeruis tuis quidquid tu ipſe dixeris. tu enim haud ignarus es, neminem inter nos eſſe 7 qui cædendorum lignorum gnarus ſit quemadmodum Zidonij. Quum igitur Hiram verba Solomonis audiſſet, vehementer gauiſus eſt, dixitque, Laudandus Dominus hodie, qui dedit Dauidi filium ſapientem, vt præſit populo huic tam ingenti. 8 Miſitque Hiram ad Solomonem huiuſmodi mandatis, Intellexi ea quæ ad me miſiſti, ego faciam quæcunque tibi grata ſunt, cum lignis ſcilicet 9 cedrinis, & lignis 10 piceis. Serui mei deuehent [ ea ] ex Libano ad mare, tum componã ea in rates, [ vehens ] ea in mari ad eum vſque locum quem tu mihi ſignificaueris, illic ea 11 exponam, tuque tolles: tu rurſus facies 12 quæ mihi grata ſunt, ſi commeatũ mihi dederis. Factum itaque eſt, vt Hiram daret Solomoni ligna cedrina, & ligna 13 picea pro omni voto eius. Solomon verò 14 daret Hiram viginti mille coros tritici in cibum pro domo eius & vinginti coros olei 15 contuſi: hæc dabat Solomon ipſi Hiram 16 ſingulis annis. Dedit quoque Dominus ſapientiam Solomoni, quemadmodum ei pollicitus fuerat: fuitque pax inter Hiram & inter Solomonẽ, pepigerũtq; duo illi fœdus inter ſe. 17 Extraxit quoq; Solomõ ſummam*

*ſummam ex omni Iſraele, fuitque ſumma illa triginta mil-
lia virorum, Quos miſit in Libanum, decem millia vi-
delicet per menſem alternatim: quum per menſem fuiſſent
in Libano, manebant duobus menſibus domi ſuæ: Ado-
niram autem 18 huic ſummæ preerat. Habuit inſuper
Solomon ſeptuaginta millia eorum 19 qui baiulabant one-
ra, & octoginta millia 20 fabrorum in monte: Præ-
ter 21 eos quos Solomon habuit præfectos operi, nem-
pe tria millia & trecenti, qui præerant 22 multitudi-
ni quæ faciebat opus. Præcepitque rex vt aduehere nt la-
pides magnos, lapides 23 pretioſos, 24 lapides deni-
que politos pro fundamento ædis, Quos ſcalpſerunt ædifi-
catores Solomonis, & ædificatores Hiram, & 25 Gi-
blim, 26 parabantque ligna & lapides ad ædificandũ ædem.*

operarios de omni Iſrael, & erat indictio triginta mil- D
14 lia virorum. ¶ Mittebatque eos in Libanum, decem
millia per menſes ſingulos viciſsim, ita vt duobus men-
ſibus eſſent in domibus ſuis, & Adoniram erat ſuper
15 huiuſcemodi indictionem. ¶ ᵃFuerunt itaque Salomoni
ſeptuaginta millia eorũ qui onera portabant, & octogin-
16 ta millia latomorum in monte: ¶ Abſque præpoſitis qui
præerant ſingulis operibus, numero trium millium, &
trecentorum præcipientium populo, & his qui faciebant
17 opus. ¶ Præcepitque rex vt tollerent lapides grandes,
lapides pretioſos in fundamentum templi, & quadrarent
18 eos: ¶ Quos dolauerunt cæmentarij Salomonis, & cæ-
mentarij Hiram: porrò Giblij præparauerunt ligna &
lapides ad ædificandam domum.

ᵃFueruntque

## SCHOLIA IN CAP. V.

1 id eſt, legationem, quę illi gratularetur, & offerret omnia ſua, vt ſolent reges. 2 (viros) belli (id eſt, bellatores) quibus premebatur vndique. Probabilis eſt hęc ratio, tamen hęc non eſt vera: noluit enim detegere peccatum patris. 3 Hebraiſmus, poſuit illos (ſubaudi, viros bellatores) ſub plantis pedum eius. 4 vllus aduerſarius aut occurſus malus, id eſt, qui infeſtet patriam meam incurſionibus. non eſt quiſquam qui me inuadat & cuius occurſum timeam. 5 vel, Quapropter ego meditor extruere ędem nomini Do. id eſt, in honorem Dei quem colo. 6 ſubaudi, ſeruis tuis. 7 id eſt, qui tanta arte, tam ſcite & apposite nouerint ſcindere ligna. 8 ſubaudi, nuntios. 9 id eſt, quod ad materiam cedrinam ſpectat. 10 vel, abiegnis. 11 diſſoluam, id eſt, curabo diſſoluenda & extrahenda in litus. 12 Hebraiſmus, voluntatem meam, dando cibum domui meæ, id eſt, quo poſsim nutrire eos ex familia mea qui tibi ligna cędent 13 vel abiegna. 14 dabat. 15 id eſt. puriſſimi & optimi, nempe quod ſua ſponte defluit contuſis oleis. exprimiturque citra operam preli. 16 quandiu ſcilicet eguit illius opera, dum extrueret templun. 17 Hebraiſmus. Et aſcendere fecit rex Salomon tributum ex vniuerſo Iſraele, & fuit tributum, &c. id eſt, Indixit tributum hominum, hoc eſt vt ex omni Iſraele darentur illi viri triginta millia. 18 Hebraiſmus, illi tributo, id eſt, omnibus illis. 19 ij deferebant lapides è latumijs ad locum ex quo curribus eueh poſſent. Per montem ſignificat latumias & lapicidinas. 20 latomorum. excindentium lapides. Hi latomi & baiuli erant proſelyti: quia erant ſeruilia. 21 Hebraiſmus, principes præfectorum Salomonis qui (erant) ſuper opus .i. Præter principes & præfectos quos Salomon præfecerat operi. 22 populo qui. 23 id eſt, optimos & magni pretij. 24 Hebraiſmus, ad iacienda fundamenta domus, & lapides dolatos, (vel, politos) Quos dolauerunt architecti, &c. 25 id eſt, ciues Gibla, qui erant optimi latomi. 26 & (alij) pararunt.

## CAP. VI.

*FActum itaque eſt in anno octogeſimo ſuper quadrin-
gentesimum 1 ab egreſſu filiorum Iſrael de terra
AEgypti, anno quarto 2 (menſe Sif, is eſt menſis ſe-
cundus) quo Solomon regnauit ſuper Iſraelem, ædificare cœ-
pit ædem Domini. Et ea quidem ædes quam ædificauit rex
Solomon 3 Domino, habuit ſexaginta cubitos ſua longitudi-
ne, viginti latitudine ſua, atque triginta cubitos altitudine
ſua. 4 Porticus erat ante 5 ſtructurã ædis, cuius longitudo
viginti cubitorũ erat 6 ſecundùm latitudinem ædis: latitudo
autẽ eius decem fuit cubitorum 7 ante ædem. Fecit inſuper
8 ædi feneſtras lumina videlicet valuata. Extruxit 9
deinde ad parietem ædis ambitus circunquaq; cum parietibus
ædis circũquaq;, tã ipſi templo quàm ipſi adyto: & fecit 10 la-
tera circunquaque. 11 Ambitus infimus quinque fuit cubi-
torũ latitudine ſua, 12 medij latitudo ſex habuit cubitos: 13
tertius verò latitudine ſua ſeptẽ habuit cubitos: nã foris deſe-
ctiones ædi fecerat per ambitũ, ne 14 apprehenderent parietes
ædis. Cæterum ipſa ædes quum extrueretur, extruebatur la-
pide integro 15 vt erat aduectus, ita vt in extruenda ea, neq;
mallei, neque ſecures in æde audirentur, nihil denique fer-
reorum inſtrumentorum. Oſtium 16 lateris intermedij erat
in dextro ædis latere, aſcendebaturque per cochleas ad 17 in-
termediũ, & ab intermedio in tabulata ſuperiora. Extruxit
itaq; ædẽ 18 abſoluitq; eam, 19 concamerauitq; ædem fornicis
in modum ordinibus [aſſerũ] cedrinorum. 20 AEdificauit
quoque ad totã illam ædẽ ambitus, altitudine quinq; cubitorũ
hærentes ædi lignis cedrinis. Et 21 factũ eſt verbum Domi-
ni ad Solomonem in hanc ſententiã, Hæc ædes quam extruis
tu, ſi ambulaueris in 22 inſtitutis meis, & 23 iuſta mea
feceris, ſeruaueriſque præcepta mea, incedendo videlicet
in eis, 24 firmabo ego verbum meum tecum, quod loquutus
ſum ad Dauidem patrem tuum. 25 Habitaboque in me-
dio filiorum Iſrael, neque deſeram populum meum Iſrael.
Extruxit itaque Solomon ædem, & abſoluit eam. Et 26*

## CAP. VI.

1 FActum eſt ergo quadringenteſimo & octogeſimo
anno egreſsionis filiorũ Iſrael de Terra-AEgypti,
in anno quarto (menſe Zio, ipſe eſt menſis ſecũdus)
regni Salomonis ſuper Iſrael, ædificare cœpit domũ Do-
2 mino. ¶ Domus autem quam ædificabat rex Salomõ Do-
mino, habebat ſexaginta cubitos in longitudine, & vigin-
ti cubitos in latitudine, & triginta cubitos in altitudine.
3 ¶ Et porticus erat ante templum viginti cubitorũ longitu
dinis, iuxta menſuram latitudinis templi: & habebat de-
4 cem cubitos latitudinis ante faciem templi. ¶ Fecitque
5 in templo feneſtras obliquas. ¶ Et ædificauit ſuper pa-
rietem templi tabulata per gyrum, in parietibus domus
per circuitum templi & oraculi: & fecit latera in circuitu.
6 ¶ Tabulatum quod ſubter erat quinque cubitos habe-
bat latitudinis, & medium tabulatum ſex cubitorum la-
titudinis, & tertium tabulatum ſeptẽ habens cubitos lati-
tudinis. Trabes autem poſuit in domo per circuitum fo-
7 rinſecus, vt non hærerent muris templi. ¶ Domus autem
cũ ædificaretur, de lapidibus dolatis atque perfectis ædi-
ficata eſt: & malleus, & ſecuris, & omne ferramentum nõ
8 ſunt audita in domo cum ædificaretur. ¶ Oſtium lateris
medij in ᵃpariete erat domus dextræ: & per cochleam aſ-
cendebant in medium cœnaculum, & à medio in tertiũ.
9 ¶ Et ædificauit domum, & conſummauit eam: texit quo-
10 que domum laquearibus cedrinis. ¶ Et ædificauit tabula-
tum ſuper omnem domum quinque cubitis altitudinis, &
11 operuit domum lignis cedrinis. ¶ Et factus eſt ſermo Do-
12 mini ad Salomonem, dicens, ¶ Domus hæc quam ædi-
ficas, ſi ambulaueris in præceptis meis, & iudicia mea
feceris, & cuſtodieris omnia mandata mea, gradiens
per ea: firmabo ſermonem meum tibi, quem locutus
13 ſum ad Dauid patrem tuum. ¶ Et habitabo in medio
14 filiorum Iſrael, & non derelinquã populum meum Iſrael.
15 ¶ Igitur ędificauit Salomon domũ & cõſummauit eã. ¶ Et
ædificauit

2. Paral. 3. a.

Fabrica & forma templi.

ᵃparte

B

Diuturnus domus ſplẽdor Salomoni à Deo promittitur, ſi leges eius ſeruauerit.

2. Reg. 7. c.
1. Par. 22. b. c.



ædificauit parietes domus intrinſecus, tabulatis ce-
drinis: à pauimento domus vſque ad ſummita-
tem parietum, & vſque ad laquearia, & operuit
lignis cedrinis intrinſecus: & texit pauimentum
domus tabulis abiegnis. ¶ AEdificauitque vigin- 16
ti cubitorum ad poſteriorem partem templi tabu-
lata cedrina, à pauimento vſque ad ſuperiora: &
fecit interiorem domum oraculi in Sanctum ſan-
ctorum. ¶ Porrò quadraginta cubitorum erat ip- 17
ſum templum pro foribus oraculi. ¶ Et cedro 18
omnis domus intrinſecus veſtiebatur, habens tor-
naturas, & iuncturas ſuas fabrefactas, & cæla-
turas eminentes: omnia cedrinis tabulis veſtie-
bantur, nec omnino lapis apparere poterat in pa-
riete. ¶ Oraculum autem in medio domus, in in- 19
teriori parte fecerat, vt poneret ibi arcam fœ-
deris Domini. ¶ Porrò oraculum habebat vigin- 20
ti cubitos longitudinis, & viginti cubitos latitu-
dinis, & viginti cubitos altitudinis, & operuit il-
lud atque veſtiuit auro puriſsimo. ſed & alta-
re veſtiuit cedro. ¶ Domum quoque ante oraculum 21
operuit auro puriſsimo, & affixit laminas clauis
aureis. ¶ Nihilque erat in templo quod non auro te- 22
geretur: ſed & totum altare oraculi texit auro. ¶ Et 23
fecit in oraculo duos cherubim de lignis oliuarum
decem cubitorum altitudinis. ¶ Quinque cubito- 24
rum ala cherub vna, & quinque cubitorum ala che-
rub altera: id eſt decem cubitos habentes, à ſummi-
tate alæ vnius vſque ad alæ alterius ſummitatem.
¶ Decem quoque cubitorum erat cherub ſecun- 25
dus: in menſura pari, & opus vnum erat in duo-
bus cherubim, ¶ id eſt altitudinem habebat v- 26
nus cherub decem cubitorum, & ſimiliter cherub
ſecundus. ¶ Poſuitque cherubim in medio tem- 27
pli interioris: extendebant autem alas ſuas che-
rubim, & tangebat ala vna parietem, & ala
cherub ſecundi tangebat parietem alterum: alæ
autem alteræ in media parte templi ſe inui-
cem contingebant. ¶ Texit quoque cherubim 28
auro. ¶ Et omnes parietes templi per circuitum 29
ſculpſit varijs cælaturis & torno: & fecit in eis
cherubim, & palmas, & picturas varias, quaſi
prominentes de pariete, & egredientes. ¶ Sed & 30
pauimentum domus texit auro intrinſecus & ex-
trinſecus. ¶ Et in ingreſſu oraculi fecit duo oſtio- 31
la de lignis oliuarum, poſteſque angulorum
quinque. ¶ Et duo oſtia de lignis oliuarum: & 32
ſculpſit in eis picturam cherubim, & palmarum
ſpecies, & anaglypha valde prominentia, &
texit ea auro: & operuit tam cherubim, quàm
palmas, & cætera auro. ¶ Fecitque in in- 33
troitu templi poſtes de lignis oliuarum quadran-
gulatos: ¶ & duo oſtia de lignis abiegnis al- 34
trinſecus: & vtrunque oſtium duplex erat: &
ſe inuicem tenens, aperiebatur. ¶ Et ſcul- 35
pſit cherubim, & palmas, & cælaturas valde emi-
nentes: operuitque omnia laminis aureis opere
quadro ad regulam. ¶ Et ædificauit atrium in- 36
terius tribus ordinibus lapidum politorum, &
vno ordine lignorum cedri. ¶ Anno quarto 37
fundata eſt domus Domini in menſe Zio: ¶ Et 38
in anno vndecimo menſe Bul (ipſe eſt menſis
octauus) perfecta eſt domus in omni opere ſuo,
& in vniuerſis vtenſilibus ſuis: ædificauitque eam
annis ſeptem.

C

Oraculum.

D

Atrium interius.

*extruxit parietes ædis intus tabulis cedrinis, à pa-
uimento ædis 27 ad contignationem vſque la-
quearem obduxit ligno intus, ipſum pauimentum
obduxit intus lignis 28 piceis. AEdificauit
etiam viginti 29 cubitis à lateribus ædis aſſeri-
bus cedrinis à pauimento ad parietes, interius ad
adytum Sancti ſanctorum. AEdes ipſa habuit
quadraginta cubitos, 30 nempe ipſum ſanctum
per ſe. 31 Porrò [aſſeres] ipſi cedrini qui
erant intus in ædes extrudebant nodos prominu-
los, floreſque apertos: omnia 32 ex cedro e-
rant, vt lapis nullus videretur. Iam adytum ip-
ſum intra ædem interius præparauit, vt illic po-
neret arcam fœderis Domini. 33 Quod adytum
per ſe habuit viginti cubitos longitudinis, & vi-
ginti cubitos latitudinis, & viginti cubitos alti-
tudinis, quod 34 obduxit auro 35 optimo: &
36 aram obduxit cedro. 37 Obduxit etiam So-
lomon ædem ipſam ab intus auro optimo, 38 tra-
ducens repagula auro obducta ante adytum, &
obduxit [parietem] illum auro, Quin totam
ædem auro obduxit, 39 donec totam ædem ab-
ſolueret: ſed & totam aram quæ erat 40 pone
adytum obduxit auro. Fecit inſuper in ipſo ady-
to duos cherubim ex lignis 41 pineis, altitudo v-
triuſque decem fuit cubitorum. Vna ala vnius
cherub habuit quinque cubitos, altera quoque ala
ipſius cherub quinque cubitos, ita vt eſſent de-
cem cubiti 42 ab extremitate alarum eius, ad
extremitatem alarum eius. Sic & alter cherub
decem habuit cubitos: erat enim vtrique cheru-
bim 43 eadem ſtatura, eademque forma. Nam
altitudo vnius erat decem cubitorum, ſicque alte-
rius cherub. Collocauit autem ipſos cherubim 44
intra domum interiorem, expandebantque cheru-
bim alas 45 ſuas: vnius ala 46 attigit parie-
tem, alterius deinde cherub ala 46 attigit al-
terum parietem, alæque eorum altera alteram 46
attigit in medio ædis. Obduxit inſuper cherubim
auro. Et omnes parietes ædis 47 circunducens ex-
culpſit ſculpturis extantibus, nempe cherubim, &
palmis, 48 floribuſque apertis, & intus & foris.
Quin & pauimentum ædis auro obduxit 49 in-
tus ſcilicet & foris. Porrò ad oſtium adyti fe-
cit 50 fores de lignis pineis, limine & poſti-
bus quinquangulis. 51 Duæ ianuæ erant de li-
gnis pineis, exculpſitque in eis extantes cheru-
bim & palmas, apertos flores, obduxitque auro,
& obduxit cherubim & palmas 52 bracteis au-
reis tenuibus. Sic quoque fecit ad oſtium 53 ba-
ſilicæ, nempe poſtes de lignis 54 pineis, ſed
55 quadrangulos. Duæ 56 ianuæ erant de li-
gnis 57 piceis, [&] duo latera 58 volubilia
vnius ianuæ, & duo latera volubilia alterius ia-
nuæ. In his exculpſit cherubim, palmas, 59 flo-
res apertos. obduxitque 60 antepagmenta auro iu-
ſtificato. 61 Extruxit inſuper atrium interius tri-
bus ordinibus lapidum 62 politorum, & vno or-
dine 63 cedrorum dedolatarum. 64 Quarto anno
in menſe 65 Sif, 66 fundata eſt ædes Domini.
Et in anno vndecimo, in menſe 67 Bul, (is eſt
menſis octauus,) abſoluta eſt ædes 68 ſecun-
dum omnes rationes ſuas, & ſecundum omnia
quæ ad eam pertinebant, ædificauitque eam 69
ſeptem annis.*

## SCHOLIA IN CAP. VI.

1 Vel, poſtquam egreſsi ſunt filij Iſrael. 2 id eſt, menſe Aprili: qui Zio vel Zif Hebraice dicitur à ſplendore. Eſt autem menſis ſecundus apud Hebræos. Chaldæus paraphraſtes, vocat menſem apertionis florum. 3 id eſt, in honorem Domini. 4 aut, Veſtibulum. Tota ſtructura diuidebatur in duas partes, nempe D E V I R, id eſt, adytum, ſiue oraculum, quod alio nomine dicitur Sanctum ſanctorum: in quo erat arca fœderis. Altera pars peculiari vocabulo dicebatur E C H A L, id eſt templum. quod in tabernaculo ſanctum appellabatur, in quo candelabrum, altare thymiamatis, & panes propoſitionis. 5 templum ædis eius, id eſt, ante ſecundam partem ædis. 6 ante faciem longitudinis ædis vel domus. Id eſt, reſpondebat latitudini ædis, quaſi dicat, Tam longum erat veſtibulum quàm erat lata domus ipſa. 7 ante frontem domus, id eſt, ſumendo latitudinem ſecundum longitudinem templi. 8 in domo feneſtras apertas clauſas. vel, arctas, id eſt, laxiores intrinſecus, extrinſecus arctas. Hebræi contrario modo exponunt. 9 etiam iuxta murum domus appendicem per circuitum, iuxta inquam parietes domus, per circuitum templi & oraculi. Oraculum vocat, quod in tabernaculo Sanctum ſanctorum: in quo arca teſtamenti. Cum domum dicit, præcipue Sanctum & Sanctum ſanctorum intelligit, vt hoc loco vides. 10 thalamos per circuitum, ſubaudi, templi & oraculi. 11 Appendix inferior. Id eſt, Appendicis infimæ pars. 12 mediæ partis. ſubaudi, appendicis. 13 tertia verò pars. nam retractiones poſuerat in domo per circuitum parte externa. Retractiones ſiue contractiones aut reductiones vocat quando murus reducitur introrſum, ita vt inferior muri pars latior ſit & promineat magis quàm ſuperior. 14 ſubaudi, capita trabium, id eſt, ne eſſet neceſſe facere foramina in pariete ſiue muro in quæ inducerentur & conderentur capita trabium. 15 Hebraiſmus, lapide adductionis, id eſt, vt allati fuerant lapides. Cum eſſent integri lapides, foramen nullum erat in quod capita trabium immitterentur: alioqui integri non fuiſſent. Dolabantur autem lapides in lapicidinis, & parabantur: vnde opus non fuit vt in extruenda domo vterentur inſtrumentis ferreis. 16 appendicis medij, id eſt mediæ partis appendicis. 17 mediam [ appendicem, ] & à media ad tertianam, id eſt, manſionem tertiam. 18 Hoc pertinet ad parietes, non ad tabulata. Epilogus eſt præcedentium. 19 & texit domum trabibus incuruis, & lignis cedrinis ordine diſpoſitis. Texit inquit ſuperiorem partem domus trabibus inſtar fornicis incuruatis & arcuatis, quæ videbantur contra pondus ſurgere, & lignis cedrinis ſuper trabes illas diſpoſitis. 20 AEdificauerat & appendicem circum domum, [ vel, vna cum domo, ] cuius altitudo erat quinque cubitorum: apprehendebatque domum per ligna cedrina, id eſt, capita trabium cedrinarum illarum appendicum continebant domum: nam collocata erant ſuper retractiones ſiue reductiones muri domus. Altitudo ſingularum manſionum appendicis quæ erant tres, erat quinque cubitorum: ideo quindecim erant cubiti. Occupatio eſt vt intelligatur qua ratione potuerint eſſe feneſtræ: quod intelligitur ex altitudine murorum. 21 Hebraiſmus, pro, locutus eſt Dominus ad Salomonem. Subaudiendum, per Ahiam prophetam. 22 vel, decretis. 23 vel, leges meas. 24 id eſt, adimplebo promiſsionem meam quam promiſi Dauidi patri tuo. 25 id eſt, Adero toti Iſraeli omni tempore, & illi fauebo. 26 id eſt, veſtiuit tabulis cedrinis mira arte parietes domus internè. 27 vſque ad parietes tecti [ vel, tabulati ] veſtiuit ligno intrinſecus, id eſt, à ſolo domus vſque ad tectum, quod erat planum. Tabulatum & tectum pro eodem accipiuntur. 28 abiegnis. 29 cubitos à latere extremo domus tabulis cedrinis, à pauimento vſque ad parietes [ ſubaudi, tecti: ] ædificauitque ſibi in domo oraculum [ vt eſſet ] ſanctum ſanctorum. Id eſt, Ex ſexaginta cubitis longitudinis, viginti ſeparauit à parte extrema ſiue poſteriore domus, tabulis cedrinis, quæ à pauimento vſque ad tectum pertingebant: vt eſſet oraculum ſiue Sanctum ſanctorum in quo arca teſtamenti poneretur. In domo dicit, pro, in parte domus interna. 30 ea eſt templum oppoſitum. Subaudi, oraculo. Id eſt, reliqua pars domus erat quadraginta cubitorũm: quæ templum ſiue ſanctum dicebatur. Erat autem oppoſitum oraculo. Verti poteſt, erat in interioribus ſiue in interiori parte. reſpectu ſcilicet veſtibuli, non oraculi. 31 Hebraiſmus, Porrò cedrus erat ſuper domum, parte interna, habens cælaturas cucurbitarum agreſtium & cælaturas florum. Id eſt domus internè erat veſtita tabulis cedrinis, ornatis ſculptura inſtar cucurbitarum agreſtium, & ſculptura variorum florum. Per cucurbitam intellige fructum & truncum ipſum. 32 Hebraiſmus, cedrus erant, quaſi dicat, tota domus veſtita erat tabulis cedrinis. 33 In parte igitur interna erat oraculum illud quod habebat, &c. 34 vel, veſtiuit. Hîc loquitur de parte altitudinis quæ erat tecta auro: vt dicunt doctiſsimi Hebræorum. nam viginti cubiti erant tecti ſolo auro: alij decem erant tecti lapillis pretioſis. 35 Aurum quod ſit defæcatiſsimum, S E G O R vocant Hebræi, ita fortaſſe dictum quòd ab auaris claudatur & cuſtodiatur. 36 Subaudi, thymiamatis. 37 Texit igitur. 38 & occluſit oſtium oraculi [ vel, oraculum ] catenis aureis: obduxitque auro. Subaudi, ſeptum illud quod diſtinguebat oraculum à reliqua parte domus. Catenis aureis clauſit vice peſſulorum. 39 id eſt, ita quod tota domus fuerit veſtita auro. 40 ante oraculum, id eſt, ante oſtium oraculi. erat enim altare thymiamatis eregione oſtij oraculi. oſtium autem oraculi erat in medio ſepti tranſuerſarij. 41 Chaldæus paraphraſtes, oliuarum. 42 id eſt, ab extremitate alæ vnius vſque ad alæ alterius eiuſdem cherub extremitatem. 43 quantitas vna, & ſculptura vna, id eſt, erant eiuſdem ſtaturæ ambo cherubim, & eodem modo ſculpti erant. 44 id eſt, intra



eſt, intra oraculum. 45 Hebraiſmus, cherubim. Antecedens pro relatiuo, Cherubim extendebant alas cherubim, pro, alas ſuas. 46 Rectius vertas per præteritum imperfectum, attingebat. 47 per circuitum ſculpſit cælaturis ſculpturarum, id eſt, cælaturis & ſculpturis. Hoc eſt ornauit varijs ſculpturis & cælaturis. 48 ſculpturiſque florum intrinſecus & extrinſecus, id eſt, in parte interna, in oraculo: & in parte externa, templo & ſancto. 49 id eſt, tam in adyto ſiue oraculo, quàm in templo & ſancto. 50 valuas oleagineas, ſuperliminare & poſtes: omnia illa fecit pentagona, id eſt, quinque laterum. Vel, Omnia illa fecit ex quinta parte, id eſt, latitudo eorum omnium erat ęqualis quintæ parti valuarum. Chaldæus paraphraſtes, vertit valuas pineas. 51 Hebraiſmus eſt, qui ſic verti debet, Porrò duabus valuis oleagineis [ vel pineis ] ſculpſit ſculpturas cherubimorum & palmarum, & cælaturas florum. 52 Hebraiſmus, auro. 53 templi. 54 vel, oleagineis. 55 Id eſt, quatuor laterum, figura quadrata. vel, ex quarta parte, id eſt, Latitudo poſtium erat æqualis quartæ parti valuarum. 56 valuæ. 57 vel, abiegnis. 58 valuæ vnius erant rotunda, facta opere tornatili, & duo latera valuæ alterius rotunda, id eſt, facta opere tornatili, nempe ex columnellis. 59 cælaturas florum. 60 auro miro artificio poſito ſuper id quod inſculptum erat. Id eſt, ita vt etiam apparerent ſculpturæ illæ. 61 Deſcribit quartam partem templi. Atrium iſtud, ſacerdotum erat, quod interius vocabatur, reſpectu atrij magni in quo populus orabat. 62 vel, ſectorum. aut, cæſorum. 63 trabium cedrinarum. 64 regni ſcilicet Salomonis. 65 vel, Zio, id eſt, Aprili. 66 fundari cœpit. 67 id eſt, Octobri. ab imbre dicitur hic menſis Bul, quaſi מבול id eſt, diluuium. 68 cum omnibus vtenſilibus eius, & omnibus quæ, &c. 69 Supple & ſex menſibus. ſed hi ſex menſes non pertinent ad annum vndecimum, ſed ad annum duodecimum. Hîc ſex menſes ſubticentur, vt etiam ſupra capite. 2. ſex alij ſubticentur, vbi agitur de regno Dauid in Hebron.

## CAP. VII.

AEdificatio domus Salomonis in ſaltu. Inf. 9. b.

DOmum autem ſuam ædificauit Salomon 1
tredecim annis, & ad perfectum vſque
perduxit. ¶ AEdificauit quoque domum 2
ſaltus Libani centum cubitorum longitudinis, &
quinquaginta cubitorum latitudinis, & triginta cu-
bitorum altitudinis: & quatuor [u] deambulatoria
inter columnas cedrinas: ligna quippe cedrina
exciderat in columnas. ¶ Et tabulatis cedrinis 3
veſtiuit totam cameram, quæ quadragintaquin-
que columnis ſuſtentabatur. ¶ vnus autem or- 4
do habebat columnas quindecim ¶ Contra ſe 5
inuicem poſitas, & eregione ſe reſpicientes, æ-
quali ſpatio inter columnas, & ſuper colum-
nas quadrangulata ligna in cunctis æqualia. ¶ Et 6
porticum columnarum fecit quinquaginta cubito-
rum longitudinis, & triginta cubitorum latitudinis:
& alteram porticum in facie maioris porticus: &
columnas, & epiſtylia ſuper columnas fecit. ¶ Por- 7
ticum quoque ſolij, in qua tribunal eſt, fecit: &
texit lignis cedrinis à pauimento vſque ad ſummi-
tatem. ¶ Et domuncula in qua [o] ſederetur ad iudi- 8
candum, erat in media porticu ſimili opere. domum
quoque fecit filiæ Pharaonis (quam vxorem duxe-
rat Salomon) tali opere, quali & hanc porticum.
B ¶ Omnia lapidibus pretioſis, qui ad normam quan- 9
dam atque menſuram tam intrinſecus quàm extrin-

[u] deambulacra

[o] ſedebatur

Dom⁹ filiæ Pharaonis. Sup. 3. a.

## CAP. VII.

*SOlomon extruxit etiam 1 ſuam domum, idque 2 tredecim annis, abſoluens totam domum ſuam. Extruxit quoque 3 domum ſaltus Libani, cuius longitudo centum fuit cubitorum, latitudo verò eius quinque cubitorum, altitudo eius triginta cubitorum, 4 ſuper quatuor ordines columnarum cedrinarum, erantque cedrinæ trabes dedolatæ ſuper columnas. 5 Contabulaturnque fecit cedrinum supernè ad illas trabes quæ fuerunt poſitæ ſuper columnas quadraginta quinque: nam vnuſquiſque ordo habuit quindecim. 6 Lumina deinde erant triplici ordine, vt feneſtra 7 feneſtræ eſſet iuncta, idque tribus 8 parietibus. 9 Omnia foramina feneſtrarum poſteſque quadrata erant, feneſtraque feneſtræ vicinæ iuncta tribus parietibus. Et fecit porticum 10 columnarum, cuius longitudo fuit quinquaginta cubitorum, latitudo verò eius triginta cubitorum: 11 & porticus erat ante ipſas, columnæque & trabes craſſæ ante eas. Et porticum 12 fecit ſolij, vbi ius diceret, nempe porticum iudicij, & 13 contignauit eam cedro à pauimento ad pauimentum. 14 Domus verò eius in qua habitabat, alind atrium habuit à domo ad porticum ſimili opere. domum quoque ædificauit filiæ Pharaonis quam duxerat Solomon, 15 quemadmodum porticum illam. Omnia illa fuerunt 16 ex lapidibus pretioſis, 17 & ad normam veluti expolitis ſeu quadratis, ſerraq; ſectis, 18 tam*

*intus quàm foris,à fundamento 19 vſque ad ſuggrundia,ſic extra vſque ad atrium magnum.Fuit verò fundatum lapidibus 20 pretioſis lapidibuſque magnis,è quibus quidam lapides decem erant cubitorum,quidam octo cubitorum: 21 Superne erant lapides pretioſi,& ad quandam normam quadrati,atque cedri.22 Atrium quoque magnum circunquaque triplici ordine quadratorum lapidum,ordineque vno dolatarum cedrorum:[ſic erat] & atrium ædis Domini 23 interius, & 24 porticus ædis. Miſitque rex Solomon, accerſiuitque Hirã de Tyro, Qui erat filius viduæ de tribu Naphtali, pater eius fuit vir Tyrius) fabrum ærarium,imbutum ſapientia, intelligentia & ſcientia in faciundo omni opere ex ære:is venit ad Solomonem regem,& fecit vniuerſum opus eius. Finxit autẽ is duas columnas æneas,altitudo columnæ 25 vnius erat decẽ & octo cubitorũ:& 26 vtrãq; columnam ambiebat 27 circulus duodecim cubitorum.Fecit & duo 28 epiſtylia ſpherica, quæ ponerentur ſuper capita columnarum quæ fuſa erant ex ære:quinq; cubitorũ erat altitudo vnius epiſtylij, quinq; cubitorũ altitudo alterius epiſtylij.[Fecit inſup] cancellos opere reticulato,& 29 Zonas opere concatenato ad epiſtylia quæ 30 erant in cono columnarum,ſeptenas videlicet vtrique epiſtylio. 31 Quumque feciſſet columnas,addidit operi reticulato alterius [columnæ] duos ordines malorum punicorum, 32 quæ ambirent & tegerent epiſtylia quæ erant in ſummo [columnarum:] ſimili ratione epiſtylio alterius [columnæ.] Epiſtylia quæ 33 erant in cono columnarum, opus habebant florulentum,quale fuit in porticu, quatuor cubitis. 34 Habuerunt & epiſtylia quæ erant ſupra duas columnas,deſuper è regione ventris citra opus reticulatum,ordines ducentorum malorum punicorum,idque per ambitum vtriuſque epiſtylij. Erexit deinde columnas illas ante 35 porticum baſilicæ: quumque erigeret columnam dexteram,vocauit nomen eius 36 Iachin:erigens verò columnam ſiniſtram, vocauit nomen eius 37 Boas.In faſtigio columnarum erat opus 38 florulentum: ſicque abſolutum eſt opus columnarum. Porrò mare fecit fuſum, decem cubitorum à labio eius ad labium eius, rotundum 39 per ambitũ.altitudo eius erat quinq; cubitorũ,& 40 linea triginta cubitorũ cingebat ipſum per ambitũ.41 Sub labio eius erãt nodi per ambitũ qui cingebant ipſum mare, decẽ vno cubito,duo ſcilicet ordines nodorũ,qui erant fuſi cũ ipſo mari. Stabat ſuper duodecim boues,tres reſpiciebãt ad Aquilonẽ,tres reſpiciebant verſus mare,tres itẽ vertebant facies ad Meridiem, & tres reſpiciebant ad Orientem:ſuper his ſtabat mare deſuper: poſteriora autem eorum omnia erant introrſus. Craſsities eius palmum habebat, & labium eius 42 erat fabrefactum vt labium crateris germinante lilio, capiebatque duo millia batorum. Et fecit decem 43 machinas æneas, cuiuſque 44 machinæ longitudo quatuor fuit cubitorum, latitudo eius quatuor cubitorum, & altitudo eius trium cubitorum. 45 Sic verò fabrefactæ fuerunt machinæ. Abacos habuerunt intra limbos concluſos, 46 Atque in abacis illis intra limbos incluſis, leones erant, boues, & cherubim. ſupra limbos pes erat ſuperne, ad cuius infimam partem item leones erant & boues, tum etiam additamenta quædam opere bracteato. Singulæ 47 machinæ habebant rotas æneas quatuor, & tabulas æneas: deinde erant in quatuor angulis 48 eius 49 humeri 50 ſub labro ipſo ad latera vniuſcuiuſque, qui humeri fuſi erant, quiſque è regione alterius pone additamentum. Os eius 51 intra coronamentum & ſupra cubitum habebat, oſque eius rotundum erat vt opus pedis, habens ſeſquicubitum: & ſupra os eius erant extantes noduli, quorum abaci quadrati erant non rotundi. Quatuor illæ rotæ 52 erant ſub abacis, axeſque rotarum in machina ipſa: 53 altitudo rotæ erat ſeſquicubiti. Erat autem factura rotarum vt factura rotæ currus: 54 axes earum, modioli earum,radij earum, & canthi earum: omnia hæc 55 fuſa erant. Quatuor inſuper 56 humeri ad quatuor angulos*

ſecus ſerrati erant: à fundamento vſque ad ſummitatem
10 parietum, &″ intrinſecus vſque ad atrium maius. ♀ Fun-
damenta autem de lapidibus pretioſis, lapidibus magnis
11 decem ſiue octo cubitorum. ♀ Et deſuper lapides pre-
tioſi æqualis menſuræ ſecti erant, ſimiliterque de cedro.
12 ♀ Et atrium maius rotundum trium ordinum de lapidi-
bus ſectis, & vnius ordinis de dolata cedro: necnon & in
13 atrio domus Domini interiori,& in porticu domus. ♀ Mi-
14 ſit quoque rex Salomon, & tulit Hiram de Tyro, ♀ Fi-
lium mulieris viduæ de tribu Nephthali, patre Tyrio,ar-
tificem ærarium, & plenum ſapientia & intelligentia, &
doctrina ad faciendum omne opus ex ære. Qui cum ve-
15 niſſet ad regem Salomonem, fecit omne opus eius. ♀ Et
finxit duas columnas æreas,decem & octo cubitorum al-
titudinis columnam vnam:& linea duodecim cubitorum
16 ambiebat colũnam vtramq;. ♀ Duo quoq; capitella fecit,
quę ponerẽtur ſuper capita columnarum, fuſilia ex ære:
quinq; cubitorũ altitudinis capitellum vnũ, & quinq; cu-
17 bitorũ altitudinis capitellum alterum: ♀ Et quaſi in mo-
dũ retis,& catenarũ ſibi inuicem miro opere contextarũ:
vtrunque capitellum columnarum fuſile erat: ſeptena
verſuum retiacula in capitello vno, & ſeptena retiacula
18 in capitello altero. ♀ Et perfecit columnas, & duos ordi-
nes (per circuitum retiaculorum ſingulorum, vt tegerẽt
capitella quæ erant ſuper ſummitatem) malogranatorũ:
19 eodem modo fecit & capitello ſecundo. ♀ Capitella
autem quæ erant ſuper capita columnarum, quaſi opere
20 lilij fabricata erant, in porticu, quatuor cubitorum. ♀ Et
rurſum alia capitella in ſummitate columnarum deſuper
iuxta menſuram columnæ contra retiacula: malogra-
natorum autem ducenti ordines erant in circuitu capitelli
21 ſecundi. ♀ Et ſtatuit duas columnas in porticu templi:
cumque ſtatuiſſet columnam dexteram, vocauit eam
nomine Iachin: ſimiliter erexit columnam ſecundam,
22 & vocauit nomen eius Booz. ♀ Et ſuper capita colum-
narum opus in modum lilij poſuit: perfectumque eſt
23 opus columnarum. ♀ Fecit quoque mare fuſile decem
cubitorum à labio vſque ad labium rotundum in circuitu:
quinque cubitorum altitudo eius, & reſticula trigin-
24 ta cubitorum cingebat illud per circuitum. ♀ Et ſcul-
ptura ſubter labium circuibat illud decem cubitis am-
biens mare: duo ordines ſculpturarum iſtriatarum erant
25 fuſiles. ♀ Et ″ſtabant ſuper duodecim boues, è quibus
tres reſpiciebant ad Aquilonem, & tres ad Occidentem,
& tres ad Meridiem, & tres ad Orientem: & mare ſuper
eos deſuper erat: quorum poſteriora vniuerſa intrinſe-
26 cus latitabant. ♀ Groſsitudo autem lutẽris, trium vn-
ciarum erat: labiumque eius, quaſi labium calicis, & fo-
lium repandi lilij: duo millia batos capiebat, ˋ& tria mil-
27 lia metretas. ♀ Et fecit decem baſes æneas, quatuor cu-
bitorum longitudinis baſes ſingulas, & quatuor cubitorũ
28 latitudinis, & trium cubitorum altitudinis. ♀ Et ipſum
opus baſium, interraſile erat: & ſculpturæ inter iunctu-
29 ras. ♀ Et inter coronulas & plectas, leones & boues &
cherubim: &″in iuncturis ſimiliter deſuper: & ſubter leo-
30 nes & boues quaſi lora ex ære dependentia. ♀ Et quatuor
rotæ per baſes ſingulas, & axes ærei: & per quatuor par-
tes quaſi humeruli ſubter lutẽrem fuſiles, contra ſe inui-
31 cem reſpectãtes. ♀ Os quoque lutẽris intrinſecus erat in
capitis ſummitate: & quod forinſecus apparebat, vnius
cubiti erat, totum rotundum, pariterque habebat
vnum cubitum & dimidium: in angulis autem colum-
narum variæ cælaturæ erant: & media intercolumnia,
32 quadrata non rotunda. ♀ Quatuor quoque rotæ, quæ
per quatuor angulos baſis erant, cohærebant ſibi ſubter
baſim: vna rota habebat altitudinis cubitum & ſemis.
33 ♀ Tales autem rotæ erant quales ſolent in curru fieri:
& axes earum, & radij, & canthi, & modioli, omnia fu-
34 ſilia. ♀ Nã & humeruli illi quatuor per ſingulos angulos
baſis

″extrinſecus

Atrium maius templi.

Atrium interius templi.

Hiram artifex fundit pro Salomone.

Forma columnarum ænearum.

C Ierem.52.c.

Porticus tẽpli.

Iachin.

Booz.

D

Mare fuſile.

″ſtabat ſingulum.

Baſes æneæ

″inter iuncturas

Luter.

E



baſis vnius,ex ipſa baſi fuſiles & coniuncti erant. ♀ In 35
ſummitate autem baſis erat quædam rotunditas vnius &
dimidij cubiti, ita fabrefacta, vt luter deſuper poſſet im-
poni,habens cælaturas ſuas, variaſque ſculpturas ex ſe-
metipſa. ♀ Sculpſit quoque in tabulatis illis quæ erant 36
F ex ære, & in angulis, cherubim, & leones, & palmas,
quaſi in ſimilitudinem hominis ſtantis, vt non cælata,
ſed appoſita per circuitum viderentur. ♀ In hunc mo- 37
dum fecit decem baſes, fuſura vna, & menſura, ſcul-
pturaque conſimili. ♀ Fecit quoque decem luteres 38
æneos: quadraginta batos capiebat luter vnus, erat-
que quatuor cubitorum: ſingulos quoque luteres per
ſingulas, id eſt decem baſes, poſuit. ♀ Et conſtituit de- 39
cem baſes, quinque ad dexteram partem templi, & quin-
que ad ſiniſtram: Mare autem poſuit ad dexteram partem
templi contra Orientem ad Meridiem. ♀ Fecit ″ ergo 40
Hiram″lebetes, & ſcutras, & amulas, & perfecit omne
opus regis Salomonis in templo Domini. ♀ Columnas 41
duas, & funiculos capitellorum ſuper capitella columna-
rum duos: & retiacula duo, vt operirent duos funiculos,
qui erant ſuper capita columnarum. ♀ Et malogranata 42
quadringenta in duobus retiaculis: duos verſus malogra-
natorum in retiaculis ſingulis, ad operiendos funiculos
capitellorum qui erant ſuper capita columnarum. ♀ Et 43
baſes decem, & luteres decem ſuper baſes. ♀ Et mare 44
vnum, & boues duodecim ſubter mare. ♀ Et lebetes, 45
& ſcutras, & amulas. omnia vaſa quæ fecit Hiram re-
G gi Salomoni in domo Domini, de aurichalco erant.
♀ In campeſtri regione Iordanis fudit ea rex in argil- 46
loſa terra, inter Sochoth & Sarthan. ♀ Et poſuit Salo- 47
mon omnia vaſaˋin domo Domini: propter multitudi-
nem autem nimiam non erat pondus æris. ♀ Fecitque 48
Salomon omnia vaſa in domo Domini: altare aureum,
& menſam ſuper quam ponerentur panes propoſitionis,
auream: ♀ & candelabra ˋaurea, quinque ad dexte- 49
ram, & quinque ad ſiniſtram contra oraculum ex au-
ro″puro: & quaſi lilij flores, & lucernas deſuper aureas: 50
& forcipes aureos, ♀ Et hydrias, & fuſcinulas, & phia-
las, & mortariola, & thuribula de auro puriſsimo: Et car-
dines oſtiorum domus interioris Sancti ſanctorum, &
oſtiorum domus templi, ex auro erant. ♀ Et perfecit om 51
ne opus quod faciebat* Salomon in domo Domini, & intu
lit quæ ſanctificauerat Dauid pater ſuus, argentum, & au-
rum, & vaſa, repoſuitque in theſauris domus Domini.

Luteres decem ænei.

″quoque

″lebetas,

″primos

2. Paral. 5. a.

*rex

*57 machinæ cuiuſlibet: 58 atque hi humeri eius ex machina procedebant. 59 Et ſupra machinam altitudo erat ſeſquicubiti rotunda circunquaque, & in ſummo machinæ limbi eius & abaci eius ex ipſa. 60 Exculpſerat enim ſuper tabulas limbos, & ſuper abacos eius cherubim, leones & palmas, quemadmodum in abaco quolibet & additamento circunquaque. Ad hunc modum fecerat decem 61 machinas, eodem modo fuſas, eadem menſura, eademque 62 formatura omnibus. Fecit præterea decem labra ærea, ſingula labra capiebant quadraginta batos,ſingulaque labra quatuor erant cubitorum, 63 ſinguliſque machinis ſingula labra impoſuit. Et collocauit quinque 64 machinas ad latus 65 ædis dextrum, & quinque ad latus ædis ſiniſtrum. 66 Lacum verò poſuit 67 à latere ædis dextro ad Orientem, Meridiem verſus. Fecit quoque Hiram 68 lebetes,ſcopas, 69 pelues ſparſorios: & abſoluit vniuerſum opus quod ipſi Solomoni fecit pro æde Domini, Nempe columnas duas, 70 & epiſtylia rotunda cum coronamentis ſuper capita columnarum duarum, retia duo quæ tegerent duos globos coronatos in ſummo columnarum. Mala quoque punica quadringenta ſuper duo 71 retia, duos ſcilicet ordines malorum punicorum in quolibet 72 reti, 73 vt tegerent globos duos coronatos in ſummo columnarum. 74 Machinas item decem & labra decem ſuper 74 machinas, Mare vnum, & boues duodecim ſub mari. Lebetes quoque, & ſcopas, pelues ſparſorios, & omnia vaſa huiuſmodi quæ fecit Hiram regi Solomoni pro æde Domini ex ære 75 polito. 76 In æquore plano Iordanis fudit ea rex, in argilla denſa, inter Succoth & Zarthan. 77 Et reliquit Solomon omnia vaſa, 78 quòd vehementer multa eſſent, nec æris pondus inueſtigari potuerit. Fecit itaque Solomon omnia vaſa quæ pertinebant in ædem Domini, 79 aram auream,& menſam ſuper quam erant panes 80 facierum, ex auro. Candelabra quinque ad dexteram, & quinque ad ſiniſtram ex auro puriſsimo 81 ante adytum: & 82 flores, 83 lampades, & emunctoria ex auro: 84 Crateres, falces, pelues ſparſorios, cochlearia, & ignis receptacula ex auro puriſsimo: Cardines quoque ianuarum ædis interioris, Sancti ſcilicet ſanctorum, & pro valuis 85 ædis baſilicæ, ex auro [fecit.] Abſoluit itaque vniuerſum opus quod 86 fecit rex Solomon 87 in æde Domini, & 88 intulit ea 89 Solomon quæ dedicauerat pater eius, argentum ſcilicet, aurum, atque vaſa, repoſuitque ea in theſauros ædis Domini.*

## SCHOLIA IN CAP. VII.

1 Vel,regiam ſuam.aut,regias ſuas.nam regias ſuas & quicquid ædificauit,conſtruxit intra tredecim annos. 2 Poſt abſolutum ſcilicet templum.prius enim templum quàm domum ſuam extruxit.Conſumpſit autem viginti annos in conſtructione vtriuſque,vt infra videbis cap.IX. 3 Vocat domum ſaltus Libani, non quod in monte Libano fuerit ſita:ſed quia locus ille amœnitate & pulchritudine certare poterat cum Libano.vel quod locus ille ob copiam materiæ cedrinæ,Saltus Libani dici poterat.Hanc domum fuiſſe ædificatam à Dauide aduerſus æſtum teſtatur Chaldæus paraphraſtes.Locus iſte non procul erat à Ieruſalem. 4 In ſingulis ordinibus erant quindecim columnæ:quod probari poteſt ex tabulato primo primæ manſionis.nam dicit in manſione ſuperiori fuiſſe quindecim columnas.totidem ergo erant in ſingulis ordinibus. Trabes erant diſpoſitæ ſecundum latitudinem,non ſecundum longitudinem. 5 vel,Et erat tecta cedro ſurſum ſuper trabes quæ erant,&c.id eſt,ſuper columnas erant collocatæ trabes: ſuper trabes tigna:ſuper tigna autem erant tabulæ cedrinæ.In inferiori parte domus erant quatuor ordines columnarum,vt poſſent ſuſtinere pondus:in ſuperiori vero erant tres tantum ordines,quia futurum erat vt multi conuenirent ad regem,oportebatque propterea locũ eſſe capaciorem.impediunt autem columnæ. 6 Feneſtræ. 7 ad feneſtram eſſet. 8 vicibus,id eſt,tres erant feneſtrarum ordines qui reſpondebant ternis ordinibus feneſtrarum in altera parte. 9 Hebraiſmus,Et omnes portæ & poſtes erant quatuor laterum cum feneſtris:& eregione feneſtra erat ad feneſtram tribus vicibus. Id eſt,omnia ſuperliminaria portarum & poſtes cum lignis feneſtrarum erant figurę quadratę:omniaque ligna feneſtrarum ſibi inuicem reſpondebant triplici ordine.nam in ſingulis lateribus erant terni ordines feneſtrarum,quę reſpondebant alterius lateris feneſtris. 10 id eſt,domus Libani quę conſtabat multis columnis. 11 erat itaque porticus illa ante faciem illarum,& columnę & trabes erant ante faciem illarum.Subaudi columnarum. Hebraiſmus eſt, pro, porticus illa conſtabat columnis & trabibus, quę quidem columnę & trabes erant in conſpectu columnarum domus ſaltus.hoc eſt,porticus illa obiecta erat domui illi ſaltus Libani.12 ſolij,in qua iudicaturus eſſet,id eſt porticum iudicij fecit. Hãc porticum fecit iuxta regiam quę erat in Ieruſalem.13.i.texit tabulis cedrinis ab imo vnius parietis vſque ad imum alterius parietis. q. d. omnes parietes cum tabulato fuerunt tecti tabulis cedrinis. 14 Et in domo eius in qua habitabat,atrium alterum intra porticum illã, iuxta opus hoc erat,id eſt,factum ſimili opere quo facta erat porticus ſolij.Cum alterum dicit,oportuit duas fuiſſe porticus in regia.Ex domo igitur regia ingrediebatur atrium,ex atrio in porticum ſolij intrabat & domum. 15 id eſt, opere ſimili operi porticus illius iudicij ſcilicet. Domus hęc filię Pharaonis non erat coniuncta cum ipſa regia, ſed ab illa exiguo interuallo ſeparata,

16 id eſt, ex optimis lapidibus, & commendatiſsimis. 17 Hebraiſmus, ſecundùm menſuras (lapidum) exciſionis ſerratorum ſerra, id eſt, lapidibus quæ habebant lapidum exciſorum & quadratorum magnitudinem. Quam autem magnitudinem haberent hi lapides, incertum eſt. 18 id eſt, non ſolum parte interna ædificij, ſed etiam externa. 19 vſque ad lapides quibus incumbunt trabes, & extrinſecus. Lapides quibus incumbunt trabes, quaſi dicat, parte interna omnia conſtructa erant lapidibus arte ſumma elaboratis, vſque ad lapides quibus incumbebant trabes: & parte externa vſq; ad eam partem quæ reſpiciebat atrium magnum in quo populus orabat. 20 id eſt, optimis. 21 At ſurſum verſus erant lapides pretioſi iuxta quantitates lapidum ſerratorum, & cedrus, id eſt, ſuper fundamentum erant lapides pretioſi, hoc eſt optimi, qui habebantur in pretio, & tabulæ cedrinæ. 22 At in porticu magna per omnia latera tres erant ordines lapidum ſerratorum, & ordo vnus trabium cedrinarum. Porticus iſta magna erat in qua populus orabat: quæ non erat tecta, quod. 2. Paralip. 4. dicitur Atrium magnum. 23 id eſt, atrium ſacerdotum. 24 id eſt, atrium quod erat ante tabernaculum in veſtibulo templi. Docti exiſtimant veſtibulum, atrium ſacerdotum, & atrium populi fuiſſe continua ſiue continentia ædificia. 25 Quod de vna columna dicitur, de altera quoque eſt intelligendum. 26 ſecundam. Intellige etiam primam cinxiſſe. Ea enim erat craſsities vnius quæ alterius. Peripheria, id eſt, linea ambiens, erat duodecim cubitorum: & diameter, id eſt, linea dimetiens, erat quatuor. quia in gyro ſunt duodecim cubiti, in diametro ſunt quatuor. eſt enim à peripheria ad diametrum proportio tripla, hoc eſt continet ter menſuram diametri, & ſeptimam eius partem, vt 22 ad 7. 27 linea. vel, filum. 28 vel, coronamenta. ſiue, capitella. 29 vel, funes. 30 ſuperponerentur capiti columnarum. 31 Fecit igitur columnas, & duos, &c. De prædictis columnis intelligit. eſt enim recapitulatio. 32 Hebraiſmus, in circuitu in retiaculo vno: (idem de ſecundo intelligẽdum) ad tegenda capitella quæ erant in ſummitatibus, (columnarum, & in) malogranatis, id eſt, vt duobus ordinibus malorum granatorum tegeretur pars media capitellorum. 33 erant colũnis impoſita, opere erant liliorum, tali quale viſitur in veſtibulis (domorum elegantium,) per quatuor cubitos. Id eſt per duos inferiores & duos ſuperiores: & medium erat ſparſum malogranatis. Ex quinque partibus quatuor erant opertæ lilijs. 34 Hebraicè ſic legitur, Ipſa capitella quæ erant ſuper duas columnas, etiam deſuper eregione ventris capitelli, qui venter eſt eregione retiaculi (ſubaudi, habebant malogranata:) nam malogranata ducenta erant in ordinibus duobus per circuitum in capitello ſecundo, quaſi dicat, non ſolum lilia, ſed etiam malogranata erant in capitellis. Deſcribit autem quid eſſet in cubito quinto omiſſo. præterea quoniam ſuperius non explicarat vbi eſſent malogranata, hîc explicat. Ventrem capitelli vocat partem laxiorem quæ magis prominet in pila. Quum ſecundum capitellum dicit, intelligit & primum, ac ſi dicat, in vtroque capitello. 35 veſtibulum templi. 36 Hæc vox ſignificat Confirmet. quaſi diceret, Vtinam confirmet aut ſartam tectam ſeruet Dominus hanc domum. 37 Significat hæc vox fortitudinem & vigorem. quaſi diceret, Vtinam ſit in ea domo vigor perpetuò, ſit in fortitudine, id eſt, ſtabilis ſit & permanens. Eodem tendit vtriuſque columnæ nomen. 38 Hebraiſmus, lilij, id eſt, capitellum quod erat fere ſparſum lilijs. 39 id eſt, tam in parte ſumma quàm in ima. Hoc mare erat rotundum à ſummo ad imum. Nam ſi fuiſſet in imo quadratum, non addidiſſet rotundum. 40 vel, reſticula. 41 Et tubercula ſimilia cucurbitis ſubter labium eius per circuitum cingebant illud mare, dena per ſingulos cubitos cingebant mare ipſum per circuitum: in duobus ordinibus, tubercula illa erant fuſa fuſione illius, id eſt, fuerunt fuſa quando mare illud fuit fuſum, quaſi dicat, non fuerunt aduentitia, ſiue appoſititia, trecenta tubercula fuerunt. 42 erat ſecundum opus labij calicis, & floris lilij. Id eſt, ſimile erat flori lilij. ſunt enim lilij flores curuati. Alij vertunt, & flos lilij erat in eo, id eſt, mare illud erat ſparſum floribus lilij. ſic Chald. parapha. 43 baſes. quæ ſcilicet ſupponendæ erant decem conchis. 44 baſis. 45 Iſtud autẽ eſt opus baſis, Cincturæ erant illis, quæ cincturæ erãt inter ꝓminẽtias, quaſi dicat, Singularum baſium apparatus erat huiuſmodi, Singulæ baſes habebant ſingulas cincturas: & ſingulæ cincturæ erãt inter prominentias duas, imam ſcilicet, & ſummam. Prominẽtias vocat quæ ſpondis lectorum veteri forma ſtructorum erant ſimiles. 46 Et ſuper illas cincturas quæ erant inter prominentias illas, ſigilla (quędam deformata) in ſpeciem leonum, boum, & cherubimorum: & ſuper prominentias (id eſt, in ſumma parte baſis magnæ) erat parua alia baſis deſuper, & ſubter erant leones & boues: erant etiam additamenta quædam opere extenſo. Id eſt; adiectitia tubercula, quæ erant vice baſium quibus incumbere videbantur ſigilla illa, ſiue animalia quæ erant vice baſium. Secundo loco omiſit cherubimos: ſubintelliguntur tamen. Subter autem, hoc eſt in magna baſi. 47 baſes. 48 ſubaudi, baſis. 49 humeruli. ſiue, fulcra quædam. 50 Hebraiſmus, & ſubter labrum illa fulcra erant fuſa eregione ſingulorum additamentorum. Hoc eſt in fundo, ac parte ima ipſius labri. 51 erat intra capitellum ipſum: & ſurſum, in cubito (orificium autem eius capitelli erat rotundum inſtar baſis) vnius cubiti & dimidij: erant item ſuper os ipſum cælaturæ quædam cum cincturis ſuis, quæ quadratæ erant, non rotũdæ. Surſum inquit, in cubito, &c. id eſt, ſiquis ad vmbilicum eius metiri velit illam columnellam menſura cubitali, habebit cubitum & dimidium latitudinis. Cincturas quadratas fuiſſe dicit, vt ſunt zonæ latæ: non rotundas, vt ſunt zonæ rotundæ. 52 infra cincturas erant: axes autem rotarum erant in baſe ipſa. Axes non ſupponebantur baſi, verùm in ipſa baſe erant. 53 id eſt, ſingulæ rotæ habebant cubitum & dimidium. 54 Declarat quomodo rotæ baſis ſimiles erant rotis curruum. nam, inquit, axes habebant, radios, &c. 55 vel, ex ære fuſa erant. 56 ſiue, ſuſtentacula. 57 baſis. 58 ex ipſa autem baſe erant ipſa ſuſtentacula. ſiue fulcra. Id eſt, malleis producebantur ex ipſa maſſa æris vnde factæ erant baſes, nec erant adiectitia. 59 In ſummitate autem baſis iſtius (quadratæ) erat dimidium cubiti in altitudine, rotundum per circuitum, & in ſummitate baſis (paruæ) erant prominentiæ & cincturæ eius, quæ ex ea erant. id eſt, In baſi illa quadrata erat columnella quædam rotunda, cuius altitudo erat dimidij cubiti: & in columnella illa parua quæ ſuperpoſita magnæ baſi erat, erant prominentiæ & cincturæ ex ipſa baſi productæ, non adiectitiæ. 60 Fecit & cælaturas in tabulis prominentiarum eius (ſubaudi, paruæ baſis,) & in cincturis (ſubaudi, ſingularum paruarum baſium ſculpſit) cherubimos, & leones, & palmas, eregione cuiuſque additamentorum circumquaque. Vel, quæ erant per circuitum. Per tabulas prominentiarum intelligit ſpatia quædam ornata elegantibus ſculpturis quæ erant inter prominentias ipſas. 61 baſes. 62 ſculptura. 63 Heb. concha vna ſuper baſim vnam per decem baſes. Id eſt, in ſingulis baſibus quæ decem erant, ſingulas conchas poſuit. 64 baſes. 65 domus. Id eſt, atrij ſacerdotum quod erat templo coniunctum. 66 Mare. 67 id eſt, iuxta fores templi in latere quod opponitur Meridiei: hoc eſt quod dicit, in latere dextro. Ingreſſus templi ad Orientem erat. Mare, primùm occurrebat, deinde conchæ. Neque in mari lauabant ſeſe ſacerdotes, neque in conchis holocauſta lauabantur, verùm ſacerdotes aqua quã per ſalientes hauriebant ex mari ipſo, abluebant manus & pedes: holocauſta autem tantum abluebant frigida ſumpta ex conchis per ſalientes. 68 conchas. 69 Vaſa erant è quibus ſpargebatur aqua aut ſanguis. 70 & vaſa rotunda capitellorum quæ (ſcilicet capitella) erant in ſummitate columnarum, duo: & retiacula duo ad tegenda duo rotunda vaſa capitellorum, quæ capitella erant ſuper caput columnarum. Vaſa rotunda duo vocat bina hemiſpheria, dimidiatas pilas, ſiue dimidiatos globos. 71 retiacula. 72 retiaculo. 73 ad tegenda bina vaſa rotunda (vel, bina hemiſpheria) quæ erant ſuper faciem columnarum. Hîc accipit faciem pro capite. 74 Baſes. 75 vel, terſo. 76 In planitie Iordanis curauit illa fundenda rex. 77 Hebraiſmus, Dimiſit autem, id eſt, neglexit. ſubaudi, ponderare. 78 præ multitudine nimia, non (fuit) diſquiſitum pondus æris. 79 Hæc ara erat in Sancto. 80 vel, propoſitionis, id eſt, qui proponebantur faciei Dei, hoc eſt arcæ. 81 vel, ante oraculum. aliàs dicebatur Sanctum ſanctorum. 82 vel, lilia. 83 & lucernas, & forcipes ex auro. 84 Hydrias & pſalteria. ſiue inſtrumenta. 85 domus, (id eſt) templi. 86 vel, curauit faciendum. 87 pro domo. 88 ſubaudi, in templum. 89 Hebraiſmus, Solomon ſanctitates patris ſui.

## CAP. VIII.

*TVnc conuocauit Solomon ſeniores Iſraelis, omnia capita tribuum [id eſt] eos qui 1 primores erant patrum filiorum Iſrael ad 2 regem Solomonem Ieroſolyma, vt adducerent arcam fœderis Domini, de ciuitate Dauid, 3 ea eſt Zion. Congregatique ſunt ad regem Solomonem omnes viri Iſraelis in menſe 4 Ethanim in die feſto: is eſt menſis ſe-*

## CAP. VIII.

1 TVnc congregati ſunt omnes maiores natu Iſrael 2. Para. 5. a.
cum principibus tribuum, & duces familiarum fi-
liorum Iſrael ad regem Salomonem in Ieruſalem: Collocatur arca
vt deferrent arcã fœderis Domini de ciuitate Dauid, id eſt in templo.
2 de Sion. ¶ Conuenitq; ad regem Salomonẽ vniuerſus Iſ-
rael in menſe ᵃ Bethanim in ſolenni die, ipſe eſt menſis ſe- ᵃ Ethanim
ptimus.



ptimus. ¶ Veneruntque cuncti ſenes de Iſrael, & tulerunt 3
arcam ſacerdotes, ¶ & portauerunt arcam Domini, & ta 4
bernaculum fœderis, & omnia vaſa ſanctuarij quæ erant
in tabernaculo: & ferebant ea ſacerdotes & Leuitæ. ¶ Rex 5
autem Salomon, & omnis multitudo Iſrael quæ cõuene-
rat ad eum, gradiebatur cum illo ante arcam, & immola-
bant oues & boues abſque æſtimatione & numero. ¶ Et 6
intulerunt ſacerdotes arcam fœderis Domini in locũ ſuũ,
in oraculum templi, in Sanctum ſanctorũ ſubter alas che-
rubim. ¶ Siquidem cherubim expandebant alas ſuper 7
locum arcæ, & protegebant arcam, & vectes eius deſu-
per. ¶ Cumque eminerent vectes, & apparerent ſum- 8
mitates eorum foris ſanctuarium ante oraculum, non ap-
parebant vltra extrinſecus, qui & fuerunt ibi vſq; in præ-
Quid ex Pentateucho fuerit in arca. ſentem diem. ¶ In arca autem non erat aliud niſi duę ta- 9
bulæ lapideæ quas poſuerat in ea Moyſes in Horeb, quã-
Heb. 9. a. do pepigit Dominus fœdus cum filijs Iſrael, cum egre-
Exod. 34. d. derentur de Terra-AEgypti. ¶ Factum eſt autem, cum 10
Nebula implet templum. exiſſent ſacerdotes de ſanctuario, nebula impleuit do-
B mum Domini, ¶ & non poterant ſacerdotes ſtare & 11
miniſtrare propter nebulam: impleuerat enim gloria
1. Par. 6. a. Domini domum Domini. ¶ Tunc ait Salomon, Do- 12
minus dixit vt habitaret in nebula. ¶ AEdificans ædi- 13
ᵃ in ficaui domum ᵃ & habitaculum tuum, firmiſsimum ſo-
lium tuum in ſempiternum. ¶ Conuertitque rex faciem 14
ſuam, & benedixit omni eccleſiæ Iſrael: omnis enim
Salomon benedicit congregationi, poſt gratias agit Deo. eccleſia Iſrael ſtabat. ¶ & ait Salomon, Benedictus 15
Dominus Deus Iſrael qui locutus eſt ore ſuo ad Dauid
patrem meum, & in ᵃ manibus eius perfecit, dicens,
ᵃ manu ſua ¶ A die qua eduxi populum meum Iſrael de AEgypto, 16
non elegi ciuitatem de vniuerſis tribubus Iſrael, vt ædi-
Electus Dauid ficaretur domus, & eſſet nomen meum ibi: ſed elegi
2. Reg. 7. a. Dauid vt eſſet ſuper populum meum Iſrael. ¶ Voluit- 17
que Dauid pater meus ædificare domum nomini Domi-
ni Dei Iſrael: ¶ Et ait Dominus ad Dauid patrem meum, 18
Quòd cogitaſti in corde tuo ædificare domum nomini
meo, bene feciſti hoc ipſum mente tractans. ¶ Verunta- 19
men tu non ædificabis mihi domum, ſed filius tuus qui
egredietur de renibus tuis, ipſe ædificabit domum no-
Promiſsiones ſuas iplet De⁹. mini meo. ¶ Confirmauit Dominus ſermonem ſuum, 20
quem locutus eſt: ſtetique pro Dauid patre meo, &
ſedi ſuper thronum Iſrael, ſicut locutus eſt Dominus: &
ædificaui domum nomini Domini Dei Iſrael. ¶ Et con- 21
ſtitui ibi locum arcæ, in qua fœdus Domini eſt, quod
percuſsit cum patribus noſtris quando egreſſi ſunt de
C Terra-AEgypti. ¶ Stetit autem Salomõ ante altare Do- 22
Oratio Salomonis vt exaudiãtur orantes in tẽplo. mini in conſpectu eccleſiæ Iſrael, & expandit manus ſuas
in cælum, ¶ Et ait, Domine Deus Iſrael, non eſt ſimi- 23
lis tui deus in cælo deſuper, & ſuper terram deorſum:
2. Mach. 2. b. qui cuſtodis pactum & miſericordiam ſeruis tuis qui am-
bulant coram te in toto corde ſuo. ¶ Qui cuſtodiſti ſeruo 24
tuo Dauid patri meo, quæ locutus es ei: ore locutus es
& manibus perfeciſti, vt hæc dies probat. ¶ Nunc igitur 25
Domine Deus Iſrael, conſerua famulo tuo Dauid patri
2. Reg. 7. b. c. meo quæ locutus es ei, dicens, Non auferetur de te vir
coram me, qui ſedeat ſuper thronum Iſrael: ita ta-
men ſi cuſtodierint filij tui viam ſuam, vt ambulent co-
rã me ſicut tu ambulaſti in conſpectu meo. ¶ Et nũc Do- 26
mine Deus Iſrael firmẽtur verba tua quæ locutus es ſeruo
tuo Dauid patri meo. ¶ Ergone putandum eſt quòd verè 27
Deus habitet ſuper terram? ſi enim cælum, & cæli cælo-
rum te capere non poſſunt, quãto magis domus hęc quã
ædificaui? ¶ Sed reſpice ad orationem ſerui tui, & ad pre- 28
ces eius Domine Deus meus: audi hymnum & orationem
quam ſeruus tuus orat coram te hodie, ¶ Vt ſint oculi tui 29
aperti ſuper domum hanc nocte ac die, ſuper domum de
Deuteron. 12. b. qua dixiſti, Erit nomen meum ibi: vt exaudias ora-
tionem, quam orat in loco iſto ad te ſeruus tuus, ¶ Vt 30
exaudias deprecationem ſerui tui & populi tui Iſrael,

*ptimus. 5 Veneruntque cuncti ſeniores Iſraelis, & ſacerdotes 6 tulerunt arcam. Et adduxerunt arcam Domini, & tentorium 7 conſtitutionis & omnia vaſa ſacra quæ erãt in tentorio. adduxerunt inquam ea 8 ſacerdotes & Leuitæ. Et rex Solomon atque vniuerſus cœtus Iſraelis, qui ad eum cõuenerant, cum eo [erant] ante arcam, ſacrificantes oues & boues, qui præ multitudine nec numerari nec 9 recenſeri potuerunt. Intuleruntque ſacerdotes arcam fœderis Domini in locum ſuum, in adytum ædis, in Sanctum ſanctorum ſubter alas cherubim. Nam cherubim expandebant alas ſuper locum arcæ, 10 circundabantque cherubim tam arcam quàm vectes eius è ſupernis. 11 Effecerunt quoque vt prominerent vectes, ita vt viderentur capita vectium 12 de ſancto 13 ante adytum, 14 foris autem non videbantur, fueruntque ibi in hunc vſque diem. In arca 15 nihil erat niſi duæ tabulæ lapideæ, quas illic repoſuerat Moſes in Horeb, 16 quas exciderat Dominus cum filijs Iſrael, quum ipſi 17 exirent è terra AEgypti. Quumque egrederentur ſacerdotes 18 ex ſancto, 19 nubes impleuit domum Domini. Nec potuerunt ſacerdotes ſtare ac miniſtrare propter nubem: nam impleuerat 20 gloria Domini domum Domini. Tum dixit Solomõ, Dominus 21 dixit ſe habitaturum in caligine. Omnino ædificaui domum habitationem tibi, vt habites [ibi] 22 perpetuò. Et 23 verſa facie ſua rex, 24 collaudauit, bonaque imprecatus eſt vniuerſæ congregationi Iſraelis, totaque congregatio Iſrael 25 ſtetit: 26 dixitque, Laudandus Dominus Deus Iſrael, qui ore ſuo loquutus eſt ad Dauidem patrem meum, 27 manuque ſua 28 exequutus eſt, dicens, Ab eo die quo eduxi populum meum Iſraelem ex AEgypto, non elegi ciuitatem ex omnibus tribubus Iſraelis ad ædificandum domum, 29 in qua eſſet nomen meum, 30 ſed Dauidem elegi, vt præeſſet populo meo Iſrael. 31 Equidem pater meus Dauid corde ſuo conceperat extruere ſcilicet ædem 32 pro nomine Domini Dei Iſrael, Sed Dominus dixit ad Dauidem patrem meum, Quandoquidem 33 ſtatueras in corde tuo extruere ædem nomini meo, bene quidem feciſti quòd hoc 34 corde tuo ſtatueras, Attamen tu non extrues ædem, ſed filius tuus qui de lumbis tuis egredietur, is extruet ædem nomini meo. 35 Confirmauit itaque Dominus verbum ſuum quod loquutus eſt, & ſurrexi ego pro Dauide patre meo, ſedens in ſolio Iſrael, quemadmodum loquutus eſt Dominus, & ædificaui domum nomini Domini Dei Iſraelis. Poſui quoque ibi locum pro arca, in qua eſt 36 fœdus Domini, quod pepigit cum patribus noſtris, quum ipſe 37 educeret eos ex AEgypto. 38 Conſtitit autem Solomon 39 ante aram Domini, coram vniuerſo cœtu Iſraelis: & expandens manus ſuas in cælum, Dixit, Domine Deus Iſraelis, non eſt tibi ſimilis deus neque in cælis ſuperne, neque in terra inferne, qui ſeruas fœdus & 40 beneficentiam ſeruis tuis ambulantibus corãm te toto corde ſuo, Qui ſeruaſti ſeruo tuo Dauidi patri meo quæ pollicitus es ei, quæ loquutus es ore tuo, 41 manu tua præſtitiſti, vt [teſtatur] hæc dies. Nunc igitur Domine Deus Iſraelis, ſerua Dauidi patri meo ſeruo tuo, quæ pollicitus es ei, hiſce verbis, Non 42 excindetur tibi vir coram me, qui ſedeat in ſolio Iſraelis, 43 ſi modo filij tui obſeruauerint viam 44 ſuam, vt ambulent coram me, quemadmodum tu ambulaſti in conſpectu meo. 45 Nunc igitur ô Deus Iſraelis, 46 firmum quæſo ſit verbum tuum quod loquutus es ad ſeruũ tuum Dauidem patrem meũ. 47 Itane verè Deus habitat 48 in terra? En cæli, cælique cælorum te non capiunt, quanto minus ædes iſta quam extruxi? At tu 49 reſpicies ad orationem ſerui tui, & ad precationem eius Domine Deus meus, 50 vt audias votum & orationem, quã ſeruus tuus orat hodie coram te, 51 Vt ſint oculi tui aperti ad domum iſtam nocte & die, ad locum ſcilicet hũc de quo dixiſti, 52 Erit nomen meum illic: 53 [vt] audias orationem quam 54 orat ſeruus tuus in loco iſto. Audies quoque precationem ſerui tui, & populi tui Iſrael:*

*55 quum orauerint in loco iſto.56 exaudieſque in loco habi-*
*tationis tuæ 57 in cælis:[neque]exaudies[tantum,ſed] & 58*
*propitius eris.59 Quum peccauerit quiſpiam aduerſus proxi-*
*mum ſuum,60 ſuſceperitque ſuper ſe iuramentum , quo ſeſe*
*obſtringit,veneritque 61 iuramentum coram ara tua in hac*
*domo,Tu quidē 62 audies in cælo,& facies atq; ius dices ſer-*
*uis tuis,ut impium oſtendas eum qui impius eſt,63 dando ſci-*
*licet viam eius in caput eius:64 vtq; iuſtum pronunties iuſtū,*
*dādo ſcilicet ei iuxta iuſtitiam eius . Quum corruerit populus*
*tuus iſrael coram hoſte,eo quòd peccauerint in te : 65 reuerſi*
*autem fuerint ad te,& 66 laudauerint nomē tuum,orauerint*
*atq; ſuppliciter rogauerint te in domo iſta,Tu exaudies in cæ-*
*lis,67 propitiuſq; eris peccato populi tui Iſrael , & 68 reduces*
*eos in terram quam dediſti patribus eorum.Quum cælū fue-*
*rit clauſum ita vt non ſint pluuiæ,eo quòd in te 69 peccaue-*
*rint,ſi precati fuerint 70 hoc in loco,71 confeſſiq; fuerint no-*
*mini tuo,72 reuerſi ſcilicet à peccatis ſuis, quandoquidem eos*
*affligis,Tu exaudies in cælis,propitiuſq; eris peccato ſeruorum*
*tuorum,73 atq; populo tuo Iſrael,74 dirigens eos in viam bo-*
*nam qua 75 incedant,dabiſque pluuias ſuper terram tuam,*
*quam dediſti populo tuo in hæreditatem.Porrò ſi fames fuerit*
*in terra aut peſtilentia,aut ſi fuerit 76 robigo, 77 aurigo, lo-*
*custa,[aut]brucus ſi fuerit,[aut]ſi hoſtis eius eū obſederit 78*
*in terra portarum ſuarum,[in ſumma]quæcunq; tandem affli*
*ctio,aut quicunq; morbus[inciderit,]Omnem orationem om-*
*nemq; ſupplicationem quæ facta fuerit 79 à quocunq; homine*
*80 ex vniuerſo populo tuo Iſrael:81 vt quiſq; norit afflictio-*
*nem corde ſuo,ſi expanderit manus ſuas ad domum iſtam,Tu*
*exaudies in cælis,[nempe]in habitaculo manſionis tuæ,propi-*
*tiuſq; eris,& facies,& dabis vnicuiq; iuxta omnes vias ſuas,*
*(83 quādoquidem tu cor eius noſti:)tu enim ſolus nouiſti cor*
*omnium filiorum hominum,84 vt ſcilicet timeant te cunctis*
*diebus quibus ipſi viuunt in ſuperficie terræ quam dediſti pa-*
*tribus noſtris.85 Sed & alienum qui non eſt de populo tuo Iſ*
*rael,qui e longinqua regione 86 propter nomē tuum venerit:*
*(87 Audient enim nomen tuum magnum,manum tuam ro-*
*buſtam,atq; 88 brachium tuum extentum)89 venientq; ora-*
*turi 90 in domo iſta,Audies tu in cælis[nempe]in habitacu-*
*lo manſionis tuæ,facieſq; 91 omnia pro quibus alienigena cla*
*mauerit ad te,vt cognoſcant vniuerſi populi terræ nomē tuum,*
*& timeant te ſicut populus tuus Iſrael,ſciantque 92 quod no-*
*men tuum inuocatum eſt ſuper domum iſtam quam ædificaui.*
*Si egreſſus fuerit populus tuus Iſrael ad bellum contra hoſtem*
*ſuum,ea ſcilicet via qua tu eos mittis,orauerintque ad Domi-*
*num 93 verſus vrbem quam tu elegiſti , & verſus domū quā*
*ædificaui nomini tuo,tu in cælis exaudies orationem eorum,*
*& ſupplicationem eorum,94 diceſque eis ius.Si 95 peccaue-*
*rint in te,(quandoquidē non eſt homo qui non peccet)& ira-*
*tus fueris contra eos,tradideriſque eos coram hoſtibus, ita vt*
*abducant ij qui eos capiunt,in terram hoſtium,ſiue id procul*
*fuerit,ſiue prope ;* [redacted], *ſupplica-*
*uerintque tibi in terra eorum qui eos captiuos tenent , dixe-*
*rintque , Peccauimus ; peruerſe egimus , impie fecimus.Con*
*uerſique[inquam]fuerint ad te toto corde ſuo , totoque ani-*
*mo ſuo in terra hoſtium ſuorum , qui eos captiuos abdu-*
*xerunt , & orauerint ad te verſus terram ſuam quam de-*
*diſti patribus eorum , [ id eſt ] verſus ciuitatem quam elegi-*
*ſti , & verſus ædem quam ædificaui nomini tuo , Tu ex-*
*audies in cælis, [nempe]in habitaculo firmo manſionis tuæ*
*orationem eorum , atque ſupplicationem eorum, 94 & ius*
*reddes eis, 97 Propitiuſque eris populo tuo , qui pecca-*
*uerat contra te , & omnibus præuaricationibus eorum,*
*quibus præuaricati ſunt contra te , & 98 conciliabis eis*
*gratiam coram illis qui eos captiuos tenent , vt miſericor-*
*dia erga eos moueantur. 99 Ipſi enim ſunt populus tuus &*
*hæreditas tua , quos eduxiſti ex AEgypto è medio forna-*
*cis 100 ferreæ: 101 Sint ergo oculi tui aperti ad preca-*
*tionem ſerui tui , atque ad precationem populi tui Iſrael,vt*

quodcunque orauerint in loco iſto , & exaudies in lo-
co habitaculi tui in cælo : & cum exaudieris , propi-
31 tius eris. ♀ Si peccauerit homo in proximum ſuum, D
& habuerit aliquod iuramentum quo teneatur aſtri- Iuramentum.
ctus : & venerit propter iuramentum coram altari tuo
32 in domum tuam, ♀ Tu exaudies in cælo: & facies,
& iudicabis ſeruos tuos , condemnans impium,& red-
dens viam ſuam ſuper caput eius , iuſtificanſque iu-
33 ſtum ; & retribuens ei ſecundum iuſtitiam ſuam. ♀ Si Bellum.
fugerit populus tuus Iſrael inimicos ſuos quia pecca-
turus eſt tibi , & agentes pœnitentiam , & confiten-
tes nomini tuo venerint , & orauerint , & deprecati
34 te fuerint in domo hac: ♀ Exaudi in cælo , & di-
mitte peccatum populi tui Iſrael,& reduces eos in ter-
35 ram quam dediſti patribus eorum. ♀ Si clauſum fue- Pluuia.
rit cælum , & non pluerit propter peccata eorum , &
orantes in loco iſto pœnitentiam egerint nomini tuo,
& à peccatis ſuis conuerſi fuerint propter afflictionem
36 ſuam: ♀ Exaudi eos in cælo , & dimitte peccata ſer-
uorum tuorum , & populi tui Iſrael : & oſtende eis
viam bonam per quam ambulent , & da pluuiam ſu-
per terram * quam dediſti populo tuo in poſſeſſio- *tuam
37 nem. ♀ Fames ſi oborta fuerit in terra , aut peſtilen- Fames.
tia , aut corruptus aer , aut ærugo , aut locuſta, vel ru- Peſtis.
bigo , & afflixerit eum inimicus eius portas obſidens, AErugo.
38 omnis plaga , vniuerſa infirmitas, ♀ Cuncta deuo-
ratio , & imprecatio quæ acciderit omni homini de po-
pulo tuo Iſrael: ſiquis cognouerit plagam cordis ſui,&
39 expanderit manus ſuas in domo hac, ♀ Tu exau-
dies in cælo in loco habitationis tuæ , & repropitia-
beris , & facies vt des vnicuique ſecundum omnes vias
ſuas, ſicut videris cor eius ( quia tu noſti ſolus cor om- E
40 nium filiorum hominum) ♀ Vt timeant te cunctis die- Corda Deus ſolus nouit.
bus quibus viuunt ſuper faciem terræ quam dediſti pa-
41 tribus noſtris. ♀ Inſuper & alienigena , qui non eſt Alienigena.
de populo tuo Iſrael, cum venerit de terra longinqua
propter nomen tuum ( Audietur enim nomen tuum NomēDei vbique auditum.
42 magnum , & manus tua fortis , & brachium tuum ♀ ex-
tentum vbique)cum venerit ergo,& orauerit in hoc loco,
43 ♀ Tu exaudies in cælo , in firmamento habitaculi tui,
& facies omnia pro quibus inuocauerit te alienigena:
vt diſcant vniuerſi populi terrarum nomen tuum ti-
mere , ſicut populus tuus Iſrael , & probent quia no-
men tuum inuocatum eſt ſuper domum hanc quam
44 ædificaui. ♀ Si egreſſus fuerit populus tuus ad bel- Bellatores orantes victoriam.
lum contra inimicos ſuos , per viam,quocunque miſeris
eos, orabunt te contra viam ciuitatis quam elegiſti , &
45 contra domum quam ædificaui nomini tuo, ♀ & exau-
dies in cælo orationes eorum , & preces eorum , & fa-
46 cies iudicium eorum. ♀ Quòd ſi peccauerint tibi ( non Peccatores oēs. 2.Pa.6.g.1. Ioā. 1.d.eccleſ.7.c.
eſt enim homo qui non peccet) & iratus tradideris eos
inimicis ſuis,& captiui ducti fuerint in terram inimico- Populus captiuꝰ ductus.
47 rum longè vel propè, ♀ & egerint pœnitentiam in cor- Confeſsio.
de ſuo in loco captiuitatis,& conuerſi deprecati te fuerint
in captiuitate ſua dicentes , Peccauimus,iniquè egimus,
48 impie geſsimus: ♀ Et reuerſi fuerint ad te in vniuer-
ſo corde ſuo,& tota anima ſua in terra inimicorum ſuo-
rum , ad quam captiui ducti fuerint : & orauerint te con- F
tra viam terræ ſuæ quam dediſti patribus eorum , & ci-
uitatis quam elegiſti , & templi quod ædificaui nomini
49 tuo: ♀ Exaudies in cælo,in firmamento ſolij tui oratio-
nes eorum,& preces eorum , & facies iudicium eorum,
50 ♀ Et propitiaberis populo tuo qui peccauit tibi,& omni-
bus iniquitatibus eorum quibus præuaricati ſunt in te:
& dabis miſericordiam coram eis qui eos captiuos ha-
51 buerint, vt miſereantur eis. ♀ Populus enim tuus eſt,
& hæreditas tua , quos eduxiſti de Terra-AEgypti,de
52 medio fornacis ferreæ. ♀ Vt ſint oculi tui aperti
ad deprecationem ſerui tui , & populi tui Iſrael , &
exaudias



exaudias eos in vniuerſis pro quibꝰ inuocauerint te. ♀ Tu 53
enim ſeparaſti eos tibi in hæreditatem de vniuerſis popu-
lis terræ, ſicut locutus es per Moyſen ſeruum tuū, quan-
do eduxiſti patres noſtros de AEgypo Domine Deus.
Salomon rurſum benedicit omni Iſrael.
♀ Factum eſt autem, cum compleſſet Salomon orās Do- 54
minum omnem orationem, & deprecationem hanc , ſur-
rexit de conſpectu altaris Domini : vtrunque enim genu
in terram fixerat,& manus expanderat in cælum. ♀ Stetit 55
ergo, & benedixit omni eccleſiæ Iſrael voce magna , di-
cens , ♀ Benedictus Dominus qui dedit requiem populo 56
ſuo Iſrael,iuxta omnia quę locutus eſt:nō cecidit ne vnus
quidē ſermo ex omnibus bonis quę locutus eſt per Moy-
ſen ſeruū ſuū. ♀ Sit Dominus Deus noſter nobiſcum ſicut 57
fuit cū patribus noſtris,nō derelinquēs nos , neque proii-
ciēs. ♀ Sed inclinet corda noſtra ad ſe , vt ambulemus in 58
vniuerſis vijs eius,& cuſtodiamus mādata eius,& ceremo
G nias eius,& iudicia quæcunque mādauit patribus noſtris.
♀ Et ſint ſermones mei iſti quibus deprecatus ſum coram 59
Domino , appropinquantes Domino Deo noſtro die ac
nocte,vt faciat iudiciū ſeruo ſuo, & populo ſuo Iſrael per
ᵃ vt
ſingulos dies:ᵃ ♀ & ſciant omnes populi terræ quia Do- 60
minus ipſe eſt Deus,& non eſt vltrà abſq; eo. ♀ Sit quoq; 61
cor noſtrum perfectū cum Domino Deo noſtro,vt ambu-
lemus in decretis eius, & cuſtodiamus mādata eius , ſicut
& hodie. ♀ Igitur rex & omnis Iſrael cum eo, immolabāt 62
Mactantur victimæ. *omnes Dedicatur templum.
victimas coram Domino. ♀ Mactauitq; Salomon hoſtias 63
pacificas,quas immolauit Domino,boum vigintiduo mil-
lia,& ouium centū viginti millia: & dedicauerunt templū
Domini rex & * filij Iſrael. ♀ In die illa ſanctificauit rex 64
medium atrij quod erat ante domū Domini : fecit quippe
holocauſtum ibi,& ſacrificium,& adipem pacificorū:quo
niam altare æreū quod erat coram Domino,minus erat,&
capere non poterat holocauſtū,& ſacrificiū , & adipē pa-
Fit ingens celebritas.
cificorū. ♀ Fecit ergo Salomon in tempore illo feſtiuitatē 65
celebrem, & omnis Iſrael cū eo, multitudo magna ab in-
troitu Emath vſque ad Riuum-AEgypti,coram Domino
Deo noſtro, ſeptē diebus & ſeptē diebus , id eſt quatuor-
decim diebus. ♀ Et in die octaua dimiſit populos, qui be- 66
nedicentes regi profecti ſunt in tabernacula ſua lætantes,
& alacri corde ſuper omnibus bonis quæ fecerat Domi-
nus Dauid ſeruo ſuo , & Iſrael populo ſuo.

*exaudias eos 102 in omnibꝰ ꝑ quibꝰ ad te clamauerint, Quo-*
*niā tu 103 ſegregaſti eos tibi 104 in hæreditatē 105 ex omni-*
*bus populis terræ,106 quemadmodū loquutus es per manū ſer-*
*ui tui Moſis, 107 quādo eduxiſti patres noſtros de AEgypto*
*Domine ~~Deus. Quumque Salomon ceſſaſſet~~ orare ad Domi-*
*num vniuerſam orationem & precationem iſtam , ſurrexit*
*108 ante aram Domini , nec vltra flexit genua ſua , 109*
*nec manus ſuas expandit in cælum , Sed ſtans bene precatus*
*eſt vniuerſæ eccleſiæ Iſraelis magna voce,dicens, 110 Lau-*
*dandus Dominus,qui dedit 111 requiē populo ſuo Iſrael,112*
*iuxta omnia quæ loquutus eſt, 113 nō cecidit verbum vllū ex*
*omni ſermone eius bono,quem loquutus eſt per Moſen ſeruum*
*ſuum. 114 Sit Dominus Deus noſter nobiſcum , quēadmo-*
*dum fuit cum patribus noſtris, ne derelinquat nos, neque de-*
*ſerat nos . Vt inclinet cor noſtrum ad ſe , vt ambulemus in*
*vijs eius , 115 & cuſtodiamus præcepta eius , ſtatuta eius*
*atque iudicia eius, quæ præcepit patribus noſtris . 116 Ve-*
*niantque verba mea iſta quibus precatus ſum coram Domi-*
*no ad Dominum Deum noſtrum die ac nocte , 117 vt ius*
*dicat ſeruo ſuo & populo ſuo Iſraeli 118 ſingulis diebus iuxta*
*rationem ſuam . Vt ſciant vniuerſi populi terræ , quòd Do-*
*minus eſt 119 Deus, & non alius. 120 Sit igitur cor ve-*
*ſtrū perfectum cū Domino Deo noſtro, 121 vt ambuletis*
*in ſtatutis eius & 122 cuſtodiatis præcepta eius , vt hodier-*
*no 123 die. Porrò rex & omnis Iſrael cum eo immolabant*
*hoſtias coram Domino. Et ſacrificauit Solomon 124 ſacri-*
*ficiū gratulatoriū quod ſacrificauit Domino , nēpe duo & vi-*
*ginti millia boū,& cētum atq; viginti millia ouiū , & 125*
*initiarunt domū Domini rex,& cuncti filij Iſrael. Eodē die*
*126 ſanctificauit rex mediū atrij quod erat ante ædē Domi-*
*ni: quoniā fecit illic holocauſta & 127 cibarium ſacrificiū,*
*& adipes 128 pacificorū:eo quòd 129 ara ærea quæ erat*
*coram Domino, minor erat quā vt caperet holocauſta, & ſa-*
*crificia cibaria , atq; adipes pacificorū. 130 Et fecit Solomō*
*eodem tempore ſolennitatem, omniſque Iſrael cum eo , cætus*
*magnus , 131 ab eo quo itur in Hemath vſque ad torren-*
*tem AEgypti , 132 coram Domino Deo noſtro 133 ſep-*
*tenis diebus, nēpe 134 quatuordecim diebus.Octauo verò die*
*135 dimiſit populū,ipſiq; 136 gratulātes regi, 137 abierūt in*
*tētoria ſua lætātes & hilari corde,pro vniuerſis beneficijs 138*
*quæ contulerat Dn̄s Dauidi ſeruo ſuo,& Iſraeli populo ſuo.*

## SCHOLIA IN CAP. VIII.

1 Primores, ſiue duces patrum, ſunt duces familiarum antiquarum. 2 Antecedens pro relatiuo, ad ſe. 3 vel,quæ alio nomine dicitur Sion. 4 id eſt, fortium.Menſis eſt Septembris , qui ſic dicitur propter fructus arborum & fruges,quæ collectæ,eo mēſe reponuntur in horrea. fructibus ſiquidē confirmatur cor hominis, humana quoque vita roboratur. Vel propter crebra & magna feſta quæ in ipſo menſe celebrantur , feſtum nempe tabernaculorum , dies expiatorios,& feſtum dedicationis. 5 Venerunt inquā. 6 ſubaudi, in Sanctum ſanctorum. Sacerdotes ter arcam fœderis tulerunt , Cum tranſierunt Iordanem , Cum circuierunt Iericho, Et cum eam reduxit Dauid,Quarto hic in templum.nam erat Leuitarum hoc deferendæ arcæ fœderis munus : non licebat autem illis intrare in Sanctum ſanctorum. quod ſi potuiſſet pontifex ſolus deferre , non fuiſſet vſus opera ſacerdotum. In Paralipomenis dicitur Leuitas arcam intuliſſe ; quod nomen eſt generale tam ad ſacerdotes , quàm ad alios. Vel Leuitæ tulerunt vſque ad Sanctum ſanctorum, poſtea intulerunt ſacerdotes. 7 fœderis. quod Moſes curarat extruendum in deſerto. Vel , conuentus. quod illuc frequenter conuenirēt filij Iſrael, aut quod illic Deus ſuam exhiberet præſentiam , haberetque commercium cum hominibus. 8 Sacerdotes intulerunt arcam , & Leuitæ reliqua . Aut Leuitæ tulerunt arcam in Sanctum , & ſacerdotes in Sanctum ſanctorum. 9 ſupputari. 10 tegebantque. 11 Et extraxerunt, ſubaudi , in partem anteriorem adyti , vt conſpicerentur extrema. illi erant in extremitatibus arcæ per longitudinem , non per latitudinem diſpoſiti . Inter eos vectes oportebat pontificem ingredi . prohibitum enim erat ne toti omnino extraherentur. 12 Hebraiſmus , è ſanctuario. 13 id eſt in ingreſſu adyti. 14 id eſt, nōn excedebant oraculum. 15 ſubaudi, ex libro legis, quaſi dicat, Ex tota lege nihil continebatur in ea arca præter præcepta . non enim excludit virgam Aaron & vrnam in qua erat manna , quæ in arca erant repoſita . 16 quod (fœdus) pepigerat, &c. Tabulas vocat fœdus ſiue conditiones fœderis. Aut verte , quando pepigit (fœdus) Dominus,&c. Aut (in quibus continebatur fœdus) quod pepigerat, &c. Chaldæus paraphraſtes , in quibus erat deſcriptum fœdus quod pepigit, &c. 17 egreſsi eſſent. 18 id eſt , ex ſancto ſanctorum, vel adyto. 19 per nubem & caliginem indicare voluit Deus præſentiam ſuam. 20 id eſt , præſentia eius domum ſuā. Antecedens pro relatiuo. 21 id eſt,decreuit & ſtatuit,quaſi dicat, per hanc nubem intelligo Deum delegiſſe ſibi hunc locum , & ſedem hanc, tanquam ſibi gratiſsimam . Chaldæus paraphraſtes, Deus ſtatuit vt maieſtas ſua habitet in Ieruſalem, id eſt, in templo extructo Ieroſolymis. 22 Hebraiſmus , in ſeculum , id eſt , per multa ſecula. 23 ſubaudi,ad populum, 24 Hebraiſmus , benedixit , id eſt , bene precatus eſt. 25 aderat. vel, aſtabat . 26 ſub. poſtea Salomon. 27 id eſt, liberalitate ſua. vel , potentia ſua. 28 vel, adimpleuit. ſubaudi , quod pollicitus fuerat. 29 vt eſſet nomen meum ibi, id eſt, quæ dicaretur nomini meo, & in qua inuocarer. 30 (ſubaudi , vſque ad hoc tempus quo ) elegi Dauidem, id eſt , Ieruſalem in qua Dauid ædificaret mihi templum . Vel, ſed elegi Ieruſalem vt in ea colerer , quam electionem oſtendi opera Dauidis. Vel dic orationem eſſe conciſam, & ſubaudiri hoc loco quæ 2. Paralip. 6. a, exprimuntur. 31 Hebraiſmus. Fuit autem cum corde Dauidis patris mei , id eſt , Cogitauerat Dauid, &c. Vide 1. Paralip. 22.a. 32 id eſt , in honorem & gloriam Dei. 33 Hebraiſmus erat cum corde tuo. 34 Hebraiſmus , fuit

cum corde tuo. 35 ideſt, Stetit promiſsis. 36 id eſt, tabulæ in quibus erant præcepta, & conditiones fœderis. 37 eduxiſſet. 38 genibus ſcilicet flexis in atrio orationis populi. 39 id eſt, coram altari magno quod erat in atrio ſacerdotum. 40 vel, miſericordiam, id eſt, qui ſeruas pactum quod nobiſcum iniſti per tuam miſericordiam. 41 id eſt, liberalitate, vel potius potentia. 42 vel, auferetur, id eſt, Non deerit de prole tua in Iſraele quem oculis meis intueri ſoleo. Sic comedere coram Domino, Deutero. 12, eſt comedere in Ieruſalem, qui locus erat in quem Deus conijcere ſolebat oculos ſuos. 43 vel, ita duntaxat. aut, ita tamen ſi, &c. 44 id eſt, quam cuſtodire debent, quæ eſt vt ambulent coram me. 45 Nunc inquam. 46 Hebraiſmus, verificetur quæſo, id eſt, confirmetur & eueniat. 47 vel, Verum ne eſt quòd Deus habitaturus ſit, &c. Dictiones præpoſtero ordine poſitæ hoc loco apud Hebræos. Mirabundus exclamat. 48 id eſt, in hoc puſillo templo? 49 vel, reſpice. 50 exaudiendo clamorem. vel, laudem. aut orationẽ quę fit clara voce. 51 ſubaudi, Fac, vel Præſta. Petitio eſt. 52 id eſt, Illic colar. Vide Deuteron. 12. a. quaſi dicat, Ego operabor in eo mirabilia. illic gloria mea agnoſcetur. 53 (&) audias. 54 orabit. ſiue, oraturus eſt. 55 qui oraturi ſunt. 56 vel, exaudi tu inquam. 57 (ideſt) de cælo. 58 condonabis. vel, condona, parce peccatis. 59 id eſt, Si aliquis depoſitum neget. 60 Hebraiſmus, & detulerit illi (iudex) iuſiurandum, exigendo ab eo (illud.) .i. ſententia ſua iudex ſtatuerit illum iuraturum, ita vt cogat eum iurare. 61 Hebraiſmus. (vir) iuramenti, id eſt, is qui per ſententiam iudicis iurare debet. 62 exaudi. ſubaudi, orationem eius qui iuſtam cauſam habuerit. 63 id eſt, reddendo ei iuxta malum meritum, affligendo eum pro malo merito. 64 Hebraiſmus, iuſtificando iuſtum, id eſt, abſoluendo eum qui iuſtam habet cauſam. 65 ſubaudi, illi qui domi remanſerint Ieroſolymis, alijs in bellum profectis, ſi audita ſuorum fuga conuerſi fuerint ad te, & Deum laudauerint. 66 agnoſcendo ſcilicet ſcelera ſua. 67 parceſque peccato, &c. ob quod ſcilicet cæſus fuit ab hoſte. 68 id eſt, reuerti facies captiuos. 69 ſub. incolæ eius regionis. 70 Chaldæus paraphraſtes, verſus locum hunc, id eſt, conuerſi ad hunc locum. 71 id eſt, te agnouerint Deum, & laudarint te. Tam in proſperis, quàm aduerſis laudandus Deus. 72 Hebraiſmus, & à peccato reuerſi fuerint, quum locutus fueris ad eos. ſubaudi, per prophetas. A peccato inquit, ob quod cælum clauſum fuerat: & conuerſi fuerint ad vocem prophetæ, per quem eos redargueris. 73 Hebraiſmus, & populi tui. & pro id eſt. 74 Hebraiſmus, quum docueris eos viam, quaſi dicat, exaudies inquam eos, poſteaquam edocti fuerint à te per prophetas. 75 ambulaturi ſint, id eſt, docebis eos quid agere debeant. 76 id eſt, vitium ſpicarum, quum vertuntur ſpicæ in cinerem ſordidum vento Orientali. 77 Vox Hebræa ſignificat vitium ſegetum grauius [illegible]riore, quum tota ſeges perit, nullas prorſus ſpicas producens. 78 id eſt, in propria regione. 79 Hoc intelligitur de priuata & peculiari oratione. 80 Hebraiſmus, (&) ab vniuerſo. de publica oratione intelligit. 81 Hebraiſmus, qui ſentiet quiſque plagam cordis ſui. vel, quum quiſque ſenſerit dolorem, &c. Plagam cordis vocat dolorem animi non mediocrem. Suſcipimus enim orationem, quum ſentimus nos dolore affici. 83 (cuius tu noſti cor:) 84 ſubaudi, exaudias inquam. 85 quaſi dicat, Quinetiã quod ad alienigenam attinet, ſiue exteras gentes. Hactenus de populo Iſraelitico, nunc pro exteris. 86 id eſt, audita fama eorum quæ facis. 87 Cum intellexerint &c. Vox Hebræa audire ſignificat, hîc pro intelligere accipiendum: nam auditus eſt miniſter intellectus. 88 id eſt, promptitudinem ferendi auxilij, & alacritatem ad ferendum auxilium qua præditus es. 89 venerit inquam oraturus. vel, & fuderit preces. 90 ad domum iſtam. vel, verſus domum iſtam, vt ait Chaldæus paraphraſtes, nam non licebat exteris ingredi templum, ne populo quidem Iſraelitico, ſed in atrio orabant. 91 omnino vt. 92 id eſt, quod domus hæc dicitur tua: intelligant hanc eſſe domum tuam, & eam de nomine tuo dici. 93 Hebraiſmus, ad viam vrbis. 94 Hebraiſmus, & facies iudicium eorum, id eſt, vlciſcere iniurias eorum. 95 ſubaudi, Iſraelitæ. 97 vel, parceſque. 98 Hebraiſmus, dabis eos in miſericordias coram eis qui captiuos duxerint eos, id eſt, efficies vt miſericordiam ab ijs qui eos captiuos duxerint, conſequantur. 99 quaſi dicat, Non fundo preces pro exteris, ſed pro ijs quos beneficijs tuis ſummis affeciſti. 100 id eſt, quæ aſsiduo igni ita induruit vt duritiem ferri æquet, hoc eſt, de loco in quo fuit probatus grauibus afflictionibus. 101 Vt ſint, id eſt, Vt reſpicere digneris ad orantem ſeruum tuum. 102 in omni (tempore) quo. 103 vel, ſeparaſti. 104 id eſt, vt eſſent tui quaſi hæreditario. 105 vel, præ omnibus. 106 quaſi dicat, huius rei habeo authorem grauiſsimum & teſtimonium. 107 quum eduxiſſes. 108 à cõſpectu altaris à genuflectendo ſuper genua ſua, id eſt, deſijtque eſſe flexis genibus. 109 Hebraiſmus, & palmæ eius expanſæ erant verſus cælum. Et ſtetit, benedixitque. vel, Stanſque benedixit, &c. Cùm Salomon oraret, erat oculis fixis in altare. Cùm vero orandi finem fecit, erexit ſe, & obuertit ſe verſus populum, illique bene precatus eſt. 110 Pręmittit gratiarum actionem benedictioni. 111 vel, ſedes quietas. 112 prorſus vt promiſerat. 113 id eſt, non fuit irritum verbum vllum, ex omnibus promiſsionibus bonis quas pollicitus erat per, &c. 114 Hîc bene precatur populo. 115 & pro id eſt. 116 Hebraiſmus, Sintque verba mea iſta quibus deprecatus ſum, appropinquantia Domino Deo noſtro, &c. id eſt. Sit memor orationis huius qua modo vſus ſum. 117 vt iudicium faciat ſerui ſui, & iudiciũ populi ſui Iſraelis, id eſt, vt det mihi neceſsaria ſeruo, &c. 118 Hebraiſmus, rem diei in die ſuo, id eſt, pro dierum ratione, vt ſingula fiant ſuo tempore. 119 id eſt, Deus ille verus. 120. i. Toto corde & ex animo eum colite. 121 ambulando. 122 cuſtodiendo. 123 ſubaudi. facitis, ſic etiam in poſterum. 124 hoſtias pacificas quas mactabat. 125 dedicauerunt. 126 id eſt, ſanctificandum curauit per pontificem internam partem atrij ſacerdotum, quę erat ante veſtibulum tẽpli. Latini videntur intelligere de altari Salomonis. Hebræi vero aiunt pauimentum lapideum atrij ſacerdotum fuiſſe conſecratum: nam altare nequaquam potuiſſet tantam copiam victimarum continere. 127 oblationes. vel, ſacrificia. 128 vel, hoſtiarum pacificarum: 129 altare lapideum intellige, veſtitum ære. Hoc Latini intelligunt de altari Moſis quod erat in veſtibulo. Hebræi non ſine ratione aliter ſentiunt, hoc debere intelligi de magno altari Salomonis. nam nominatim in Paralipomenis dicitur & exprimitur altare æneum Salomonis. 130 Fecit itaque Salomon tempore illo. nempe dedicationis templi 131 (qui conuocatus fuerat) ab introitu, &c. Hemath eſt terminus Septentrionalis. Torrens quidam qui dicebatur Torrens-AEgypti, erat in termino Auſtrali. his deſcripſit longitudinem Terræ-ſanctæ. Ex tota Iudæa coierat populus Ieruſalem. 132 id eſt, colendo Dominum Deum noſtrum. 133 ſeptem diebus, & ſeptem diebus, id eſt, ſeptem diebus ob dedicationem, & ſeptem ob feſtum tabernaculorum. Intra ſeptem dies feſtiuitatis dedicationis templi, euenerat dies expiationum in quo ita permittente Domino, & cum eis diſpenſante, vt veriſimile eſt, comederunt etiam hoſtias pacificas. Alij dicunt eos immolaſſe quidem, ſed non comediſſe vſque ad veſperam & diem ſequentem. 134 ab initio feſti tabernaculorum ſcilicet. 135 id eſt, fecit populo abeundi poteſtatem pro concione. non enim eo die, ſed poſtero abijt populus. Octauo die à ſcenopegia fiebat concio, & pro cõcione rex aut qui populo præerat, admonebat populum ſui officij. 2. Paralipom. 7. 136 Hebraiſmus, benedicentes, id eſt, bene precantes. 137 poſtero ſcilicet die, nempe, viceſima tertia. 138 id eſt, quod impleuiſſet Dominus promiſsionem factam Dauidi, quod permiſiſſet templum ædificari à Salomone, ſicuti pollicitus fuerat Dauidi. 2 Reg. 7.

## CAP. IX.

*QVumque Solomon abſoluiſſet ædificium ædis Domini, & 1 ædes regias, vniuerſumque quod Solomon facere voluit, 2 Viſus eſt Dominus Solomoni ſecũdò, quemadmodum apparuerat ei in Gibeon. Dixitque Dominus ad eum, Exaudiui orationem tuam & precationem tuam, quam precatus es in conſpectu meo: ſanctificaui [enim] domum iſtam quam ædificaſti, 3 vt ponerem nomen meum ibi in æternum, 4 eruntque ibi oculi mei & cor meum cunctis diebus. Et tu ſi ambulaueris coram me, quemadmodum ambulauit Dauid pater tuus in integritate cordis & in æquitate, 5 & feceris omnia quæ*

## CAP. IX.

1 FActum eſt autem cum perfeciſſet Salomon ædifi-
cium domus Domini, & ædificium regis, & omne
2 quod optauerat & voluerat facere. ♀ Appa-
ruit ei Dominus ſecundò ſicut apparuerat ei in Gabaon.
3 ♀ Dixitque Dominus ad eum, Exaudiui orationem
tuam & deprecationem tuam, quam deprecatus es co-
ram me: ſanctificaui domum hanc quam ædificaſti, vt
ponerem nomen meum ibi in ſempiternum, & erunt
4 oculi mei & cor meum ibi cunctis diebus. ♀ Tu quo-
que ſi ambulaueris corã me, ſicut ambulauit * pater tuus,
in ſimplicitate cordis, & in æquitate: & feceris omnia quę
præcepi

Deus ſecundò per quietẽ apparet Salomoni. 2. paralip. 7. c. Sup. 3. a.

* Dauid



præcepi tibi, & legitima mea & iudicia mea ſeruaueris,
♀ Ponam thronum regni tui ſuper Iſrael in ſempiternũ, 5
ſicut locutus ſum Dauid patri tuo, dicens, Non auferetur
vir de genere tuo de ſolio Iſrael. ♀ Si autem auerſione 6
auerſi fueritis vos & filij veſtri, non ſequentes me, nec
cuſtodientes mandata mea, & ceremonias quas propoſui
vobis, ſed abieritis, & colueritis deos alienos, & adoraue-
B ritis eos: ♀ Auferã Iſrael de ſuperficie terrę quam dedi eis, 7
& templum quod ſanctificaui nomini meo proijciã à cõ-
ſpectu meo, eritque Iſrael in prouerbium, & in fabulã cũ-
ctis populis. ♀ Et domus hæc erit in exemplũ: omnis qui 8
tranſierit per eam, ſtupebit & ſibilabit, & dicet, Quare fe-
cit Dominus ſic terræ huic & domui huic? ♀ Et reſpõde- 9
bunt, Quia dereliquerunt Dominum Deum ſuũ, qui edu-
xit patres eorum de Terra-AEgypti, & ſecuti ſunt deos
alienos, & adorauerunt eos, & coluerunt eos: idcirco in-
duxit Dominus ſuper eos omne malum hoc. ♀ Expletis 10
autem annis viginti poſtquam ædificauerat Salomõ duas
domos, id eſt domum Domini & domum regis, ♀ (Hiram 11
rege Tyri præbente Salomoni ligna cedrina & abiegna,
& aurum iuxta omne quod opus habuerat:) tunc dedit *
Salomon Hiram viginti oppida in Terra-Galilææ. ♀ Et 12
egreſſus eſt Hiram de Tyro, vt videret oppida quæ de-
C derat ei Salomon, & non placuerunt ei. ♀ Et ait, Hæccine 13
ſunt ciuitates quas dediſti mihi, frater? Et appellauit eas
Terram-chabul, vſque in diem hanc. ♀ Miſit ° ergo Hirã 14
ad regem Salomonem centum viginti talenta auri. ♀ Hęc 15
eſt ſumma expenſarum, quã obtulit rex Salomon ad ędi-
ficandam domum Domini & domum ſuam, & Mello, &
murũ Ieruſalem, & Heſer, & Mageddo, & Gazer. ♀ (Pha- 16
rao rex AEgypti aſcendit, & cepit Gazer, ſuccenditq; eã
igni: & Chananæũ qui habitabat in ciuitate, interfecit, &
dedit eam in dotem filiæ ſuæ vxori Salomonis. ♀ AEdifi- 17
cauit ergo Salomõ Gazer, & Beth-horon inferiorem, ♀ & 18
Baalath & Palmiram in terra ſolitudinis. ♀ Et omnes vicos 19
qui ad ſe pertinebant, & erant abſque muro, muniuit, &
ciuitates currũ, & ciuitates equitum, & quodcunque ei
placuit vt ædificaret in Ieruſalem, & in Libano & in omni
terra poteſtatis ſuæ.) ♀ Vniuerſum populum qui reman- 20
ſerat de Amorrhæis, & Hethæis, & Pherezæis, & Heuęis,
& Iebuſæis, qui non ſunt de filijs Iſrael: ♀ Horum filios, 21
qui remanſerant in terra, quos ſcilicet non potuerant filij
Iſrael exterminare: Fecit Salomõ tributarios, vſque in diẽ
D hanc. ♀ De filijs autem Iſrael non conſtituit Salomon ſer- 22
uire quenquam, ſed erant viri bellatores, & miniſtri eius
& principes & duces, & præfecti currũ & equorũ. ♀ Erãt 23
autem principes ſuper omnia opera Salomonis præpoſiti
quingenti quinquaginta qui habebant ſubiectum populũ,
& ſtatutis operibus imperabant. ♀ Filia autem Pharaonis 24
aſcendit de Ciuitate-Dauid in domum ſuam quam ædifi-
cauerat ei Salomon: tunc ædificauit Mello. ♀ Offerebat 25
quoque Salomon tribus vicibus per annos ſingulos holo-
cauſta, & pacificas victimas ſuper altare quod ædificaue-
rat Domino, & adolebat thymiama corã Domino, perfe-
ctũq; eſt tẽplũ. ♀ Claſſem quoq; fecit rex Salomõ in Aſiõ- 26
gaber, quę eſt iuxta Ailath in litore Maris-rubri in Terra-
Idumææ. ♀ Miſitq; Hiram in claſſe illa ſeruos ſuos viros 27
nauticos & gnaros maris, cũ ſeruis Salomonis. ♀ Qui cum 28
veniſſent in Ophir, ſumptũ inde aurum quadringentorũ
viginti talentorum, detulerunt ad regem Salomonem.

2. Reg. 7. b. c. 1. par. 22. b. c.

Deuteron. 29. d. iere. 22. c.

Salomon dat oppida Hiram regi. 2. parali. 8. a.

* rex

° quoque tuo talenta auri.

Gazer ſuccenſa, Chananæo occiſo.

Gazer, Beth-horon, Baalath, Palmira.

Facit Salomon Chananęos & reliquos tributarios.

550 præfecti. 2. Para. 8. b. c.

Mello.

Salomonis oblationes.

Mittit claſſẽ cauſa auri.

420 talenta auri

*præcepi tibi, ſeruaueriſque ſtatuta mea, & iudicia mea, Confirmabo ſolium regni tui ſuper Iſraelem perpetuò, quemadmodum pollicitus ſum Dauidi patri tuo hiſce verbis, Non ſuccidetur 6 ex te vir de ſolio Iſraelis. Quòd ſi omnino auerſi fueritis vos & filij veſtri à me, & non cuſtodieritis præcepta mea & ſtatuta mea quæ propoſui vobis, ſed abieritis & colueritis deos alios, eoſque adoraueritis, Succidam ego Iſraelem 7 è ſuperficie terræ, quam tradidi eis, & domum hanc quam ſanctificaui nomini meo, abijciam à conſpectu meo, 8 eritque Iſrael prouerbium & fabula apud omnes populos. Et domus iſta quæ excelſa 9 erat: quicunque eam præterierit, 10 obſtupeſcet & ſibilabit, dicentque, Cur Dñs huic terræ & huic domui ſic fecit? Reſpondebiturque, Eo quòd dereliquerunt Dominum Deum ſuum, qui eduxit patres eorum de terra AEgypti, & 11 apprehenderunt deos alios, adorauerunt que eos, & ſeruierunt eis, propterea inquam induxit Dominus ſuper eos vniuerſum malum iſtud. 12 Et poſt viginti annos, quum Solomõ abſoluiſſet extructionem vtriuſque ædis, nempe ædis Domini, & ædis regiæ, (Hiramque rex Tyri attuliſſet Solomoni ligna cedrina, ligna 13 picea, aurum, 14 & quidquid ille deſiderabat) tunc Solomon rex dedit ipſi Hiram viginti ciuitates in terra Galilææ. Et egreſſus eſt Hiram de Tyro vt videret ciuitates quas dederat ei Solomon, 15 nec placuerunt ei. Dixitque, 16 Quæ ſunt iſtæ ciuitates quas dediſti mihi frater? vocauitque eas 17 terram Chabul in hunc vſque diem. 18 Miſitque rex Hiram regi centum & viginti talenta auri. 19 Et hæc ſumma eſt vectigalis quod Solomon rex exegit quum ædificaret ædem Domini, 20 & ædes ſuas, deinde & 21 Millo, & murum Ieruſalem, Hazor, & Megiddo, atque Gazer. (Pharao [autem] rex AEgypti aſcenderat, & ceperat Gazer, ignique eam ſuccenderat, Chananæum præterea, qui inhabitator erat vrbis, interfecerat, tradideratq; eam 22 nomine dotis filiæ ſuæ vxori Solomonis. Solomon itaque rurſus extruxit Gazer, & Beth-horon inferiorem. Baalath quoque & Thadmor in deſerto 23 in terra. Adhæc omnes ciuitates theſaurorum quas habuit Solomon, ſed & ciuitates 24 curruum, & ciuitates 25 equitum, 26 quidquid deniq; pro voto ſuo Solomõ ædificare voluit in Ieruſalem, in Libano, & in vniuerſa terra imperij ſui.) Omnibus populis qui reliqui fuerunt ex Amorrhæis, Hithæis, Pheriſæis, Hiuæis, Iebuſæis, qui non fuerunt ex filijs Iſrael, Filijs inquam eorũ qui reliqui facti ſunt in terra poſt eos, quos 27 excindere filij Iſrael nõ potuerãt, 28 His Solomõ tributũ ac ſeruitutẽ imperauit in hũc vſque diẽ. Porro ex filijs Iſrael Solomõ neminẽ in ſeruitutẽ redegit, quin potius milites erant, miniſtri eius, principes eius, duces eius, principes curruũ eius, & equites eius. 29 Et hi præfecti erãt & præpoſiti à Solomone ſup opus, quingẽti nempe & quinquaginta, 30 qui regebãt populũ, & operas imperabãt. Cæterũ filia Pharaonis aſcẽdit de ciuitate Dauid in ædes ſuas quas ædificauerat ei [Solomõ:] 31 ædificauit etiã tũc Millo. Et 32 ſacrificauit Solomõ ter in anno holocauſta & pacifica ſup arã quã extruxerat Dño: & 33 adoleuit pter iſta, ſuffimẽta quæ erãt corã Dño [poſteaquã] abſoluiſſet 34 ædẽ. Parauit inſuper rex Solomõ naues in 35 Ezeon-gæber, quæ eſt iuxta 36 Eloth ad litus maris 37 carectoſi, in terra Edom. 38 Quibus Hirã ſeruos ſuos miſit nautas, & gnaros maris, cum ſeruis Solomonis. Qui 39 proficiſcentes in 40 Ophir, tulerunt illinc auri talenta 41 quadringenta & viginti, aduexeruntque ad regem Solomonem.*

## SCHOLIA IN CAP. IX.

1 Domum regiam. 2 ſubaudi, per quietem, ſecunda vice. 3 id eſt, ponendo, hoc eſt vocando ædem iſtam ædem meam, ſiue de nomine meo. 4 id eſt, conijciam oculos meos in eam, ſemper habebo rationem eorum quæ fient in hac domo, & erit mihi ſemper chara. 5 faciendo. 6 id eſt, de genere tuo, & ſtirpe tua. Hoc eſt, Semper erit aliquis de genere tuo qui ſit rex ſuper Iſraelem. 7 quaſi dicat, non ſolum regnum ei auferam, ſed etiam regionem ipſam. 8 quaſi dicat, alij populi vtentur parabola Iſraelitarum, quum volent loqui de miſeris quibuſdam & infœlicibus hominibus, & iugiter de eis fabulabuntur, ſiue loquentur. 9 erit, id eſt, quę vſque ad tempus futura eſt in ſummo honore, tandem deſtruetur, ita vt quicunque, &c. 10 id eſt, præ ſtupore proſequetur illam ſibilis. Etiam nos Galli in admiratione velut ſibilare ſolemus. 11 .i. magno ſtudio cœperunt colere. 12 Fuit

autem

autem, elapſis viginti annis quibus ædificauit Salomon duas illas domos, nempe domum Domini & domum regiam, ( Hiram rex Tyri donauerat. vel, cumulauerat , &c. 13 abiegna. 14 Hebraiſmus, ſecundum voluntatem eius, id eſt, tantam vim auri dedit ei, quantam voluit. 15 Hebraiſmus.& non fuerunt rectę in oculis eius. 16 Hebraiſmus, Quid, id eſt, Quanti putas eſſe. 17 id eſt, regionem lutoſam luto tenaci. Alij, regionem arenoſam, id eſt, infertilem, quæ appellatio durat vſque in hanc diem. 18 Miſerat autem. prius ſcilicet quàm accepiſſet illas vrbes. 19 Hebraiſmus. Et hæc eſt res quam aſcendere fecit rex Salomon quum, &c. Vel, Hæc eſt res tributi, propter quam exegit rex Salomõ, &c. nempe vt ædificaret, id eſt, Hæc eſt autem cauſa ob quam tributũ exegit, id eſt, vt ædificaretur. Vel potius, Hæc eſt ratio tributi quod indixit Chananæis Salomon, nempe vt ædificaret, &c. quaſi dicat, Hac via conſequutus eſt Salomon pecuniam reliquam quam impendit in domum Domini. Verſus iſte pertinet ad verſum ſequentem, cuius initium eſt Omnibus populis, &c. 20 & domum ſuam. 21 Locus erat in Ieruſalem in quem populus Iſrael conueniebat, quum de rebus ad publicam vtilitatem pertinentibus erat conſultandum. à verbo Hebraico MALE, id eſt, plenus, quod locus populo repleretur. Locus erat ſine tecto & ædificio. 22 Hebraiſmus, pro muneribus. ſiue, muneris loco. 23 id eſt, quod erat iuxta Terram ſanctam. 24 in quibus ſcilicet currus illi falcati ſeruabantur tempore pacis. 25 in his alebantur equites pręſidiarij tempore pacis. 26 Hebraiſmus, & omne deſiderium Salomon (id eſt, ſuum) quod deſiderauit ædificare, id eſt, omnia ædificia quæ optauerat ædificare, &c. vel, & vt vno verbo dicam, quidquid habebat in votis, & ædificare volebat tam in Ieruſalem quàm in ſaltu, &c. 27 vel, exterminare. ſiue, expellere ſedibus. 28 Hebr. Hos aſcendere fecit in tributum ſeruile, id eſt, tributarios reddidit, exigens ab eis partim operas, partim nummos. 29 id eſt, ſequitur numerus præfectorum quos præfecit operi Salomon 30 Hebraiſmus, qui præerant populo laboranti in eo opere, id eſt, qui continebant turbam operarum in officio, in illis ædificijs extruendis. Hebræi ſcribunt in conſtructione templi præfectorum operum fuiſſe tres ordines: Infimum, qui conſtabat ter millenis & trecentis, ſuprà cap. quinto, in fine. Hic autem ordo qui erat numeroſiſsimus, conſtabat proſelytis. Medium, qui capiebat trecentos etiam proſelytos. Et ſupremum, in quo numerabantur ducenti & quinquaginta, qui erant Iſraelitæ. Comprehendit ergo numerus huius capitis mediũ & ſupremũ ordinẽ. nã ſi trecẽtis addes 250, cõſtitues 550. Ita conciliatur. 2. Paralip. 8. huic capiti. Etiã in Paralip. numerãtur 550 præfecti. nã 2. Paral. 2. recẽſentur 3600 præfectorum: de quo numero trecenti deducendi ſunt, qui pertinent ad medium ordinem. Numerus igitur præfectorum operum fuit triũ millium, trecentorum & quinquaginta. 31 id eſt, cinxit muro. 32 offerebat. 33 cremabat ſuper illud (ſubaudi altare aureum. Relatiuum pro antecedente) aromata, quod erat coram, &c. id eſt, in templo Echal, quod erat proximum oraculo. 34 Chaldæus paraphraſtes, omnem cultum domus. 35 Vrbs eſt in litore maris Rubri in ſinu Ellanitico, quæ Stephano dicitur αἰλλανὸν, ſoluta diphthongo. ſecundum Dionyſium eſt in Arabia AElanon. Doctiores exiſtimant propter interuallum quod erat inter mare Syriacum & Rubrum, dicendum eſſe Hiram miſiſſe ſeruos in claſſe, non à Tyro, quæ adiacebat mari Mediterraneo, ſed de vrbe aliqua quæ erat in ſinu Ellanitico iuxta mare Rubrum, Aut intelligendum eſſe fuiſſe quandam inſulam finitimam mari Rubro quæ erat ipſius Hiram regis Tyri, in qua erat claſsis, de qua hic ſcribitur. 36 id eſt, Ellanan. 37 vel, Rubri. 38 Cum claſſe. vel, In illa claſſe. 39 peruenientes. 40 Ophir, inſula eſt remotiſsima à ſinu Ellanitico: nam tertio demum anno reuertebantur inde. Vocatur hodie Spagniola, ſic nominata à Chriſtophoro Columbo: in Occindete eſt, in terra inuenta nuper. eſt enim illic aurum laudatiſsimum. 41 2. Paral. 8. numerantur triginta talenta vltra hanc ſummam, quæ fuerunt abſumpta in vſus nauticos; iſta autẽ in manus Salomonis peruenere.

## CAP. X.

*Porrò regina Saba poſteaquam audiſſet 1 famam Solomonis ex nomine Domini, venit vt tentaret eum 2 acutis quæſtionibus. Venit autem Ieroſolyma cum exercitu maximo, cum camelis portantibus odores, & magnam vim auri, lapides quoque pretioſos. Quumque veniſſet ad Solomonem, locuta eſt cum eo quidquid 3 corde ſuo conceperat. Et expoſuit ei Solomon omnia verba eius: 4 nihil omnino fuit abſcõditum regi, quod ei non explicaret. Quumque regina Saba 5 vidiſſet omnem 6 ſapientiam Solomonis, & domum quam 7 ædificauerat, Sed & cibum menſæ eius, 8 manſionem ſeruorum eius, & 9 ſtatum eorum qui ei miniſtrabant, & veſtes eorum, & 10 potum eius, & holocauſta eius quæ ſacrificabat in æde Domini, 11 non erat vltrà ſpiritus in ea: Dixitque ad regem, 12 Vera fuit fama quam 13 audiui in terra mea, de rebus tuis, atque de ſapientia tua, 14 Nec fidem habui, donec venirem, viderentque oculi mei, & ne dimidium quidem mihi nuntiatum eſt, 15 adeò excellis ſapientia & elegantia, vltrà famam quam audieram. Beati 16 viri tui, & beati ſerui illi tui qui aſtant iugiter coram te, & audiunt 17 ſapientiam tuam. Sit Dominus Deus tuus 18 laudandus, 19 qui te fauore complexus eſt, vt poneret te ſuper ſolium Iſraelis, 20 certe quod Dominus dilexit Iſraelem in perpetuum, & 21 conſtituit te regem, vt ius diceres, & iuſtitiam adminiſtrares. Adhæc dedit regina illa regi centum & viginti talenta auri, & odoramentorum magnam vim, lapides quoque pretioſos: 22 huiuſmodi odores tantaque copia quales dedit regina Saba regi Solomoni, vltra nũquam venerunt. (Porrò claſsis Hiram quæ 23 portabat aurum de Ophir, aduehebat & ligna 24 almugim valde multa ex Ophir, ſimulque lapides pretioſos. Rex autem fecit 25 ex lignis almugim 26 fulcra 27 pro æde Domini, proque ædibus regijs, citharas quoque & nabla cantoribus: 28 non venerunt vnquam huiuſmodi ligna almugim, nec viſa ſunt vſque in hunc diem.) Iam rex Solomon reginæ Saba dedit 29 quodcunque pro voto ſuo expetiſſet, & quidquid poſtulaſſet, præterquam quod donauit ei Solomon 30 pro regia munificentia [ac liberalitate.] verſa igitur abijt in regionem ſuam,*

## CAP. X.

Regina Saba venit ad audiẽdum ſapiẽtiam Salomonis. 2. paral. 9. a. mat. 12. d. luc. 11. d.

1 SEd & regina Saba audita fama Salomonis in no-
mine Domini, venit tentare eum in ænigmati-
2 bus. ♀ Et ingreſſa Ieruſalem multo cum comi-
tatu, & diuitijs, camelis portantibus aromata, &
aurum infinitum nimis, & gemmas pretioſas, venit
ad [a] regem Salomonem, & locuta eſt ei vniuerſa quæ
3 habebat in corde ſuo. ♀ Et docuit eam Salomon om-
nia verba quæ [a] propoſuit: non fuit ſermo qui regem
4 poſſet latere, & non reſponderet ei. ♀ Videns au-
tem regina Saba omnem ſapientiam Salomonis, & do-
5 mum quam ædificauerat, ♀ Et cibos mẽſę eius, & habita-
cula ſeruorum, & ordines miniſtrantium, veſteſque
eorum, & pincernas, & holocauſta quæ offerebat in do-
6 mo Domini: non habebat vltra ſpiritum. ♀ Dixitque
ad regem, Verus eſt ſermo quem audiui in terra mea
7 ♀ ſuper ſermonibus tuis, & ſuper ſapientia tua: Et
non credebam narrantibus mihi, donec ipſa veni, &
vidi oculis meis, & probaui quòd media pars mihi nun-
tiata non fuerit: maior eſt ſapientia, & opera tua, quàm
8 rumor quem audiui. ♀ Beati viri tui, & beati ſerui
tui hi, qui ſtant coram te ſemper, & audiunt ſapientiam
9 tuam. ♀ Sit Dominus Deus tuus benedictus, cui com-
placuiſti, & poſuit te ſuper thronum Iſrael, eo quòd
dilexerit Dominus Iſrael in ſempiternum, & conſti-
10 tuit te regem, vt faceres iudicium & iuſtitiam. ♀ De-
dit ergo regi centum viginti talenta auri, & aromata
multa nimis, & gemmas pretioſas: non ſunt allata vltrà
aromata tam multa, quàm ea quæ dedit regina Saba regi
11 Salomoni. ♀ (Sed & claſsis Hiram, quæ portabat au-
rum de Ophir, attulit ex Ophir ligna thyina multa
12 nimis, & gemmas pretioſas. ♀ Fecitque rex de
lignis thyinis fulcra domus Domini, & domus regiæ, &
citharas, lyraſque cantoribus: non ſunt allata hu-
iuſcemodi ligna thyina, neque viſa vſque in præſen-
13 tem diem.) ♀ Rex autem Salomon dedit regi-
næ Saba omnia quæ voluit, & petiuit ab eo: ex-
ceptis his quæ vltrò obtulerat ei munere regio.
quæ reuerſa eſt, & abijt in terram ſuam cum
ſeruis

[a] Propoſuerat

B

Dat Salomoni munera.



Cenſus pecunię Salomonis annuus. 666 taléta auri. 200 ſcuta.

C

ſeruis ſuis. ♀ Erat autem pondus auri quod afferebatur 14
Salomoni per annos ſingulos, ſexcentorum ſexaginta
ſex talentorum auri, ♀ Excepto eo quod afferebant viri, 15
qui ſuper vectigalia erant, & negotiatores, vniuerſique
ſcuta vendentes, & omnes reges Arabiæ, duceſq; terrę.
♀ Fecit quoque rex Salomon ducenta ſcuta de auro pu- 16
riſsimo, ſexcentos auri ſiclos dedit in laminas ſcuti vnius.
♀ Et trecentas peltas ex auro probato: trecentæque minę 17
auri vnam peltam veſtiebant: poſuitque eas rex in domo
ſaltus Libani. ♀ Fecit etiam rex Salomon thronum de 18
ebore grandem: & veſtiuit eum auro fuluo nimis. ♀ Qui 19
habebat ſex gradus: & ſummitas throni rotunda erat in
parte poſteriori: & duæ manus hinc atque inde tenentes
ſedile: & duo leones ſtabant iuxta manus ſingulas. ♀ Et 20
duodecim leunculi ſtantes ſuper ſex gradus hinc atque
inde: non eſt factum tale opus in vniuerſis regnis. ♀ Sed 21
& omnia vaſa, de quibus potabat rex Salomon, erant
aurea: & vniuerſa ſupellex domus ſaltus Libani de auro
puriſsimo: non erat argentum, nec alicuius pretij puta-
batur in diebus Salomonis; ♀ quia claſsis regis per ma- 22
re cum claſſe Hiram ſemel per tres annos ibat in Tharſis,
deferens inde aurum & argentum, & dentes elephanto-
rum, & ſimias, & pauos. ♀ Magnificatus eſt ergo rex 23
Salomon ſuper omnes reges terræ diuitijs & ſapientia.
♀ Et vniuerſa terra deſiderabat vultum Salomonis, vt 24
audiret ſapiẽtiam eius, quam dederat Deus in corde eius.
♀ Et ſinguli deferebant ei munera, vaſa argentea & au- 25
rea, veſtes & arma bellica, aromata quoque, & equos,
& mulos, per annos ſingulos. ♀ Congregauitque Salomo 26
currus & equites, & facti ſunt ei mille quadringenti cur-
rus, & duodecim millia equitum: & diſpoſuit eos per ci-
uitates munitas, & cum rege in Ieruſalem. ♀ Fecitque 27
vt tanta eſſet abundantia argenti in Ieruſalẽ, quanta & la-
pidum: & cedrorum præbuit multitudinem quaſi ſyco-
moros, quæ naſcuntur in campeſtribus. ♀ Et educe- 28
bantur equi Salomoni de AEgypto & de Coa. Negotia-
tores enim regis emebãt de Coa, & ſtatuto pretio perdu-
cebant. ♀ Egrediebatur autẽ quadriga ex AEgypto ſex- 29
cẽtis ſiclis argẽti, & equ9 centũ quinquaginta. Atq; in hũc
modũ cũcti reges Hethæorũ & Syrię equos venũdabant.

Thronus Salomonis.

Omnia vaſa, aurea.

Argẽtum nihili eſtimatum tempore Salomonis.

D

1400 currus. 12000 equites.

*ipſa videlicet & ſerui eius. Porrò pondus auri quod 31 venit Solomoni ſingulis annis, fuit 32 ſexcena & ſexagena ſex talenta auri: Excepto eo quod [33 accepit] à mercatoribus, 34 à negotiatoribus atque aromatarijs, ab omnibus regibus Arabiæ, & principibus 35 terrarum. Fecit quoque Solomon 36 ducentas haſtas ex auro 37 ductili. 38 ſingulæ haſtæ habebant ſexcenas [minas] auri. Et trecenta 39 ſcuta ex auro ductili, ternas 40 minas auri inſumpſit ad ſingula ſcuta, quæ repoſuit rex in domo ſaltus Libani. Fecit deinde rex ſolium magnum eburneum, obduxitque illud auro 41 optimo: Sex gradus [aſcendebatur] ad ſolium, & ſummum ſolij rotundum erat à tergo, vtrinque 43 ad locum ſedis, reclinatoria erant, & 44 bini leones ſtabant 45 pone reclinatoria. Stabant quoque duodeni leones illic 46 in ſex gradibus vtrinque, huiuſmodi factum non eſt in vniuerſis regnis. Omnia denique pocula regis Solomonis aurea erant, Sic & cuncta vaſa domus ſaltus Libani ex auro erant puro. nam temporibus Solomonis 47 non erat argentum: quippe nihili penſum. Siquidem claſsis 48 marina regi erat in mari cum claſſe Hiram: ternis annis ſemel 49 veniebat claſsis in mari, referens aurum, argentum, ebur, ſimias, & pauones. Et præcelluit rex Solomon omnes reges orbis cum diuitijs tum ſapientia. 50 Vniuerſa terra quærebat vultum Solomonis, vt audiret ſapientiam eius, quam indiderat Dominus cordi eius. Et hi quidem adferebant quiſque munus ſuum, nempe vaſa argentea, vaſa aurea, veſtimenta, arma bellica, odores, equos & mulos, 51 idque ſingulis annis. Congregauit Solomon currus & equites, 52 vt eſſent ei mille & quadringenti currus, & duodecim millia equitum, 53 quos poſuit in ciuitates curruum, & cum rege in Ieruſalem, Et 54 aduexit rex argentum Ieroſolyma vt lapides, & cedros 55 aduexit vt moros, 56 quæ in planis campis abundant. 57 Porrò equi Solomoni educti ſunt ex AEgypto: 58 nam ſocietas mercatorum regiorum accipiebat byſſum per commutationem. 59 Aſcendit itaque & exiuit quadriga ex AEgypto 60 ſexcentis argenteis, & 61 celes centũ & quinquaginta, 62 ſic educebant manibus ſuis omnibus regibus Hithæorum, & regibus Aram.*

## SCHOLIA IN CAP. X.

1 Id eſt, famam eorum quæ faciebat in nomine Domini, non idolorum ope. 2 vel, obſcuris, id eſt, interrogando eum de rebus admodum obſcuris & difficilibus. 3 Hebraiſmus, erat in corde ſuo. vel, animo. 4 id eſt, nihil eum latuit quod non ei, &c. 5 vel, conſideraſſet diligenter. 6 vel, peritiam. 7 ſubaudi, in honorem Domini. 8 id eſt, quo ordine ſederent in menſa. alij referunt ad habitationem. 9 id eſt quo habitu & geſtu aſtarent miniſtrando ei. 10 pincernas eius. Chaldæus paraphraſtes, pocula. vaſa potoria. 11 id eſt, extra ſe rapta eſt præ admiratione & ſtupore. 12 Hebraiſmus, Veritas eſt ſermo ille quem. 13 audiueram. 14 Nec tamen credebam, donec ego ipſa veni, & viderunt. 15 Hebraiſmus, addidiſti ſapientiã & bonitatem ſuper famam, quaſi dicat, ſane ſapientia tua & benignitas tua ſuperant, &c. 16 ſubaudi, qui tecum habitant. 17 id eſt, ſermones tuos ſapientiſsimos. 18 laudatus, quaſi dicat, omni laude digniſsimus eſt. 19 Hebraiſmus, qui complacuit in te. vel, cui complacitum eſt in te, id eſt, qui te tãto amore proſequutus eſt vt te poſuerit, &c. 20 eo quòd Dominus (id eſt, ipſe) dilexerit. 21 conſtituerit. 22 Hebraiſmus, non venit ſicut aromata iſta præ multitudine, quàm dedit regina Saba regi Salomoni, id eſt, non venit poſtea in Iudæam tanta copia aromatum, quantam dedit, &c. 23 attulerat. aduexerat. 24 coraliorum. 25 id eſt, ex coralijs. 26 quæ ſcilicet vtraque parte gradus ſuſtinent. 27 in domum, ſubaudi, quibus aſcendebatur in domum, &c. 28 non venit inquam tanta copia coralij. Vel, non venerunt tam magna coralia. 29 Hebraiſmus, omnem voluntatem ſuam, & quidquid petiuit, id eſt, quidquid habuit in votis. 30 Hebraiſmus, manu regia. 31 obueniebat. 32 ſexcenta & ſexaginta 33 (obueniebat illi) 34 & negotiatione aromatariorum. 35 terræ. ſubaudi, Iſraeliticæ. 36 ducentos clypeos. clypei maiores. 37 vel, optimo & ſequaci. 38 Hebraiſmus, ſexcentos aureos inſumpſit in clypeos ſingulos. 39 ſcuta erant quaſi lunata. 40 id eſt, libras. Mina aliquando pro centum aureis accipitur, vt ait doctus inter Hebræos. 41 vel, puriſsimo. 43 in loco ſedis erant fulcra: quibus nitebantur brachia regis. 44 qui ſcilicet ſuſtinebant fulcrum. 45 iuxta fulcra, .i. in extremo fulcrorum. 46 ſuper ſex illos gradus. 47 id eſt, nulla erant vaſa argentea inter illa, quod pro nihilo duceretur. 48 Tarſis. Inſula eſt hoc loco in Oceano ad Occidentem. Chaldæus paraphraſtes, claſsis Aphrica, id eſt, rex habebat claſſem quæ per ipſum Oceanum ibat in Tarſis cum claſſe Hiram. 49 ire ſolebat in Tarſis. 50 id eſt, Vniuerſæ terræ incolæ magno ſtudio viſebant Salomonem. 51 Hebraiſmus, rem anni in anno. 52 & habuit. 53 & deduxit illa. 54 poſuit rex argentum in Ieruſalem, &c. id eſt, effecit vt eſſet tanta copia argenti quanta & lapidum. 55 dedit. vel, poſuit, id eſt, effecit vt tanta copia cedrorũ eſſet, quanta & ſycomororum. 56 vel, quæ ſunt (id eſt creſcũt) in campeſtribus, præ copia. Vt poſtrema verba referantur ad precedens, Dedit cedros vt ſycomoros præ copia, quæ creſcunt in campeſtribus. 57 Hebraiſmus, Porro egreſſus equorum ipſi Selomo (erat) ex &c. Salomon curabat deduci ſibi optimos quoſq; equos ex AEgypto. 58 & congregatio ſiue turma (quòd turmatim incedere ſoleant) mercatorum regiorum capiebant congregationem equorum pretio, id eſt, mercatores capere ſolebant ex AEgypto magnam copiam equorum dato pretio. Potius ſic vertendus totus verſus, Porrò egreſsus equorum ipſi Selomo erat ex AEgypto, & tela byſsina: mercatores regij capiebant telam byſſinam pretio. Negotiatores miſsi à rege Salomone afferebant telam byſsinã pretio quod conuenerat inter emptores & venditores.

Permiſ-

Permittebat Pharao Salomoni vt mitteret mercatores ſuos in AEgyptũ,qui equos adducerent,& telas byſsinas quę erant in maximo pretio eo tempore. 59 Ceterũ aſcendebat & egrediebatur. 60 ſub. datis,id eſt,pretio certo,nempe ſexcentorum aureorũ. 61 equus,id eſt,ſinguli equi emebantur centenis & quinquagenis argenteis. 62 Hebraiſmus, & ſic omnes reges Hethæorum & reges Syrię: nam per manum eorum educebant, id eſt, hoc pacto reges illi accipiebant, habebantque equos ex AEgypto: nam opera illorum mercatorum curabant ſibi adducendos equos.

## CAP. XI.

*ADamauit verò rex Solomon mulieres alienigenas multas, 1 & filiam Pharaonis, Moabitidas, Ammonitidas, Zidonias, & Hithæas. 2 De gentibus ſcilicet de quibus præceperat Dominus filijs Iſrael, 3 Ne ingredimini ad eas, & hę non ingrediantur ad vos (profectò inclinabunt corda veſtra poſt deos ſuos) 4 ijs inquã adhæſit Solomon amore. Habuitque vxores 5 regias ſeptingentas, & concubinas trecentas: itaque vxores eius cor eius auerterunt. Nam quum iam ſenio confectus eſſet Solomon, vxores eius 6 inclinarunt cor eius poſt deos alios, ita vt cor eius non eſſet 7 ſyncerum cum Domino Deo ſuo,ſicut cor Dauid patris eius. Nam 8 abijt Solomon poſt Aſthoreth deum Zidoniorum, & poſt 9 Milcom 10 abominationem Ammonitarum. Deſignauitque Solomon quod diſplicuit Domino, 11 neque perfectè ſequutus eſt Dominum, quemadmodum pater eius Dauid. Tunc ædificauit Solomon excelſum ipſi Chamos abominationi Moab, in monte qui eſt eregione Ieruſalem, & Molech abominationi filiorum Ammon. Et in hunc modũ fecit vniuerſis vxoribus ſuis alienigenis, quæ adolebant, & ſacrificabant dijs ſuis. Iratus ergo eſt Dominus contra Solomonem, quòd auerſum eſſet cor eius à Domino Deo Iſraelis, qui ei bis apparuerat, Deque hac re ei præceperat, ne ſequeretur deos alios, & non ſeruauerat quod mandauerat ei Dominus. Dixit itaque Dominus ad Solomonem, Quandoquidem 12 hoc apud te fuit, nec ſeruaſti fœdus meum, & ſtatuta mea quæ tibi præcepi, 13 omnino reſcindam à te regnum, & tradam illud ſeruo tuo. Veruntamen 14 te viuente illud non faciam, propter Dauid patrem tuum: at de manu filij tui ſcindam illud. Nec tamen totum regnum ſcindam, ſed 15 tribum vnam dabo filio tuo propter Dauid ſeruum meum, & propter Ieruſalem quam elegi. Et excitauit Dominus Solomoni aduerſarium, nempe Hadad Edomeum, qui erat de regio ſemine, qui erat in Edom. Quum enim Dauid eſſet in Edom, & aſcenderet Ioab imperator exercitus vt 16 ſepeliret interfectos, 17 percuſsit ille omnes mares in Edom. (Nam ſex menſibus habitauit ibi Ioab & omnis Iſrael, donec excinderet omnem marem in Edom.) 18 Et fugerat Hadad ipſe 19 & viri Edomæi de ſeruis patris eius cum eo, vt venirent in AEgyptum: eratque Hadad puer paruus. Et ſurgentes de Midian, venerunt in Paran: tollenteſque ſecum viros de Paran, venerunt in AEgyptum ad Pharaonem regem AEgypti, qui dedit ei domum, & 20 conſtituit ei cibum, inſuper & regionem aſsignauit ei. Nactus eſt ergo Hadad plurimum fauoris coram Pharaone, adeò vt daret ei ſororem vxoris ſuæ vxorem, ſororem inquam Taphenes 21 reginæ. Peperit autem ei ſoror Taphenes Genubath filium ſuum, quem 22 educauit Taphenes 23 intra domum Pharaonis, eratque Genubath 24 de familia Pharaonis inter filios Pharaonis. Quumque audiſſet Hadad in AEgypto, quòd dormiſſet Dauid cum patribus ſuis, quodque mortuus eſſet Ioab imperator exercitus, dixit Hadad ad Pharaonem, 25 Dimitte me vt vadam ad terram meam. Cui dixit Pharao, Quid verò 26 defuit tibi apud me? Et en [ occaſionem ] quæris eundi in terram tuam. qui reſpondit, 27 Nihil, verùm omnino me dimittas. Excitauit ei inſuper Deus aduerſarium Raſon filium Eliada, qui 28 fugerat ab hero ſuo Hadadæſer rege Zoba, collectiſque ad ſe viris, factus eſt dux turmæ militaris, quum Dauid 29 perceuteret eos, 30 abieruntque Damaſcum, habitaruntque illic, regnaruntque in Damaſco. Fuit is aduerſarius Iſraeli cunctis 31 diebus Solomonis, 32 cum ea afflictione quam [ ei*

1 REx autem Salomon adamauit mulieres alienigenas multas, filiã quoq; Pharaonis, & Moabitidas, & Ammonitidas, Idumæas, & Sidonias, & Ce-
2 thæas: ⚲de gentibus ſuper quibus dixit Dominus filijs
Iſrael, Non ingrediemini ad eas, neq; de illis ingredientur
ad veſtras: certiſsimè enim auertent corda veſtra vt ſe-
quamini deos earum. His itaque copulatus eſt Salomon
3 ardentiſsimo amore. ⚲ Fueruntq; ei vxores quaſi reginæ
ſeptingentæ, & concubinæ trecentæ: & auerterunt mu-
4 lieres cor eius. ⚲ Cumque iam eſſet ſenex, deprauatum
eſt cor eius per mulieres vt ſequeretur deos alienos: nec
erat cor eius perfectum cum Domino Deo ſuo, ſicut cor
5 Dauid patris eius. ⚲ Sed colebat Salomon Aſtarthen
deam Sidoniorum, & Chamos deum Moabitarũ, & Mo-
6 loch idolum Ammonitarum. ⚲ Fecitque Salomon quod
non placuerat corã Domino, & non adimpleuit vt ſeque-
7 retur Dominũ, ſicut Dauid pater eius. ⚲Tunc ædifica-
uit Salomon phanum Chamos idolo Moab, in monte qui
8 eſt contra Ieruſalẽ, & Moloch idolo filiorũ Ammõ. ⚲Atq;
in hunc modum fecit vniuerſis vxoribus ſuis alienigenis
9 quæ adolebant thura & immolabant dijs ſuis. ⚲ Igitur
iratus eſt Dominus Salomoni, quòd auerſa eſſet mens
10 eius à Domino Deo Iſrael, qui aparuerat ei ſecundò, ⚲Et
præceperat de verbo hoc ne ſequeretur deos alienos, &
11 non cuſtodiuit quæ mandauit ei Dominus. ⚲ Dixit
itaque Dominus Salomoni, Quia habuiſti hoc apud te,
& non cuſtodiſti pactum meum, & præcepta mea quæ
mandaui tibi, diſrumpens ſcindam regnum tuum, &
12 dabo illud ſeruo tuo. ⚲ Veruntamen in diebus tuis non
faciam propter Dauid patrem tuũ: de manu filij tui ſcin-
13 dam illud, ⚲ nec totum regnum auferam, ſed tribũ vnã
dabo filio tuo propter Dauid ſeruum meum, & Ieruſalem
14 quam elegi. ⚲ Suſcitauit autem Dominus aduerſariũ Sa-
lomoni Adad Idumęũ de ſemine regio, qui erat in Edom.
15 ⚲ Cum enim eſſet Dauid in Idumęa, & aſcendiſſet Ioab
princeps militiæ ad ſepeliendum eos qui fuerant interfe-
16 cti, & occidiſſet omne maſculinum in Idumæa ⚲ (Sex
enim mẽſibus ibi moratus eſt Ioab, & omnis Iſrael, donec
17 interimeret omne maſculinũ in Idumæa) ⚲ Fugit Adad
ipſe, & viri Idumæi de ſeruis patris eius cum eo, vt ingre-
deretur AEgyptum: erat autem Adad puer paruulus.
18 ⚲ Cumque ſurrexiſſent de Madian, venerunt in Pha-
ran, tulerũtq; ſecũ viros de Pharan, & introierunt AEgy-
ptũ ad Pharaonẽ regem AEgypti: qui dedit ei domũ, & ci
19 bos conſtituit, & terrã delegauit. ⚲ Et inuenit Adad gratiã
corã Pharaone valde, in tantũ vt daret ei vxorẽ, ſororem
20 vxoris ſuæ germanã Taphnes reginæ. ⚲ Genuitq; ei ſo-
ror Taphnes Genubath filium, & nutriuit eũ Taphnes in
domo Pharaonis: eratque Genubath habitans apud Pha-
21 raonem cum filijs eius. ⚲Cumque audiſſet Adad in AE-
gypto, dormiſſe Dauid cum patribus ſuis, & mortuũ eſſe
Ioab principem militiæ, dixit Pharaoni, Dimitte me
22 vt vadam in terram meam. ⚲ Dixitque ei Pharao, Qua
enim re apud me indiges, vt quæras ire ad terram tuam?
at ille reſpondit, Nulla: ſed obſecro te vt dimittas
23 me. ⚲ Suſcitauit quoque ei Deus aduerſarium Razon
filium Eliada, qui fugerat Adarezer regem Soba domi-
24 num ſuum: ⚲ Et congregauit contra eum viros, &
factus eſt princeps latronum cum interficeret eos Da-
uid: abieruntque Damaſcum, & habitauerunt ibi, &
25 conſtituerunt eum regem in Damaſco, ⚲ eratque
aduerſarius Iſraeli cunctis diebus Salomonis: & hoc eſt
malum

Deut. 17. d. eccleſ. 47. c. Amore excęcatus Salomõ idololatriam ſectus. Terra ſancta. Exod. 34. b.

700 vxores Salomonis. 300 concubinę.

Aſtarthe.

B

Chamos. Moloch. Vxores quidem ſacrificauerunt idolis, non Salomon.

Iratus Deus Salomoni: quod contra pręcepta fecerit. Sup. 9. a ⁋ 6. b. Salomonis regnum diuidendum. Inf. 12. d.

C

Suſcitat dominus Adad aduerſarium Salomoni. 2 Reg. 8. d.

Adad fugit facie Dauidis vaſtantis Idumęã.

D

Adad reuertitur in Iſrael.

Razon aduerſarius Dauidi ſuſcitatur à Deo.

E



malum Adad, & odium contra Iſrael, regnauitque in Sy
ria. ⚲Ieroboam quoque filius Nabat, Ephratęus, de Sa- 26
reda, ſeru⁹ Salomonis, (cuius mater erat nomine Serua,
mulier vidua:) leuauit manum contra regem. ⚲Et hæc 27
eſt cauſa rebellionis aduerſus eum, quia Salomon ædi-
ficauit Mello, & coæquauit voraginem ciuitatis Dauid
patris ſui. ⚲ Erat autem Ieroboam, vir fortis & potens: 28
videnſque Salomõ adoleſcẽtem bonæ indolis & indu-
ſtrium, conſtituerat eum præfectum ſuper tributa vni-
uerſæ domus Ioſeph. ⚲ Factum eſt igitur in tempore 29
illo, vt Ieroboam egrederetur de Ieruſalem, & inueni-
ret eum Ahias Silonites propheta, in via, opertus pallio
nouo: erant autem duo tantum in agro. ⚲ Apprehen- 30
denſque Ahias pallium ſuum nouum, quo coopertus
erat, ſcidit in duodecim partes. ⚲ Et ait ad Ieroboam, 31
Tolle tibi decem ſciſſuras: hæc enim dicit Dominus
Deus Iſrael, * Ego ſcindam regnum de manu Salomo-
nis, & dabo tibi decem tribus. ⚲Porrò vna tribus rema 32
nebit ei propter ſeruum meum Dauid, & Ieruſalem ci-
uitatẽ quã elegi ex omnibus tribubus Iſrael: ⚲Eo quòd 33
dereliquerit me, & adorauerit Aſtarthẽ deam Sidonio-
rum, & Chamos deum Moab, & Moloch deum filio-
rum Ammon: & non ambulauerit in vijs meis vt face-
ret iuſtitiam coram me, & pręcepta mea, & iudicia ſicut
Dauid pater eius. ⚲Nec auferam omne regnũ de manu 34
eius, ſed ducẽ ponam eũ cunctis diebus vitæ ſuæ, pro-
pter Dauid ſeruũ meum quem elegi qui cuſtodiuit mã-
data mea & præcepta mea. ⚲ Auferam autem regnum 35
de manu filij eius, & dabo tibi decem tribus: ⚲filio au- 36
tem eius dabo tribum vnam, vt remaneat lucerna Da-
uid ſeruo meo cũctis diebus coram me in Ieruſalem ci-
uitate quam elegi vt eſſet nomen meum ibi. ⚲ Te au- 37
tem aſſumam, & regnabis ſuper omnia quæ deſyderat
anima tua, eriſque rex ſuper Iſrael. ⚲ Si igitur audieris 38
omnia quæ præcepero tibi, & ambulaueris in vijs meis,
& feceris quod rectum eſt coram me, cuſtodiens man-
data mea & pręcepta mea, ſicut fecit Dauid ſeru⁹ meus:
ero tecum, & ædificabo tibi domum fidelem, quomo-
do ædificaui Dauid domum, & tradam tibi Iſrael: ⚲Et 39
affligam ſemen Dauid ſuper hoc, veruntamen nõ cun-
ctis diebus. ⚲ Voluit ergo Salomon interficere Iero- 40
boam: qui ſurrexit & aufugit in AEgyptum ad Seſac
regem AEgypti, & fuit in AEgypto vſque ad mortem
Salomonis. ⚲Reliquum autem verborum Salomonis, 41
& omnia quæ fecit, & ſapientia eius: ecce vniuerſa ſcri-
pta ſunt in Libro verborum dierum Salomonis. ⚲Dies 42
autẽ quos regnauit Salomon in Ieruſalem ſuper omnẽ
Iſrael, quadraginta anni ſunt. ⚲Dormiuitque Salomon 43
cum patribus ſuis, & ſepultus eſt in Ciuitate Dauid
patris ſui, regnauitque Roboam filius eius pro eo.

Ieroboam rebellis Salomoni.

Ahias propheta tradit decem tribus Ieroboã.

F

*Ecce

G

Fugit Ieroboam Salomonem.

Moritur Salomon.

Regnat Roboã.

*intulit ] Hadad, 33 qui multauit Iſraelem, regnauitque 34 ſuper Aram. Ieroboam quoque filius Nebat 35 Ephratæus de Zareda (cuius matris nomen erat Zerüha, mulier fuit vidua) 36 ſeruus Solomonis leuauit manum ſuam contra regem. 37 Et hæc fuit cauſa quòd manum ſuſtulit contra regẽ: 38 Solomon 39 ædificabat Millo, claudẽs 40 rupturã ciuitatis Dauidis patris ſui. Et vir iſte Ieroboã robuſtus erat & ſtrenuus: videnſque Solomõ adoleſcentẽ, quòd is 41 faciundo operi [ inſtaret, ] 42 præfecit eũ vniuerſo 43 oneri domus Ioſeph. Factũ eſt illo tẽpore vt Ieroboã egrederetur Ieroſolymis, inueniretq; eũ Ahia Silonites propheta in ipſa via, & erat 44 is opertus pallio nouo, erantque ambo illi ſoli in agro. Et apprehendens Ahia pallium illud nouum quo erat amictus, diſcidit illud in duodecim fruſta, Dicens ad Ieroboam, Cape tibi decẽ 45 partes, quoniam ſic ait Dominus Deus Iſraelis, Ecce ego 46 ſcindo regnum de manu Solomonis, & dabo tibi decem tribus: habebitq; 47 ille 48 vnam duntaxat tribum, idque propter Dauidem ſeruum meum, & propter Ieruſalem ciuitatẽ quã ex omnibus tribubus Iſraelis elegi, Eo quòd me deſerto, adorauerint Aſtoreth deum Zidoniorũ, & Chamos deum Moab, atque Malchom deum Ammonitarum, neque ambulauerint in vijs meis, 49 vt facerent quod rectum eſſet in oculis meis, nempe ſtatuta mea & 50 iudicia mea, ſicut Dauid pater eius. 51 Non tollam 52 totum regnũ de manu eius, ſed ducẽ ponam eũ cunctis diebus vitæ eius, propter Dauidem ſeruum meum quem elegi, 53 qui cuſtodiuit præcepta mea atq; ſtatuta mea. 54 Tollam autem regnum de manu filij eius, & dabo ipſum tibi, nempe decem tribus. Et filio eius dabo tribum vnam, vt ſit 55 lucerna Dauidi ſeruo meo cunctis diebus ante faciem meam in Ieruſalẽ, ciuitate quã elegi mihi, 56 vt ponerem nomẽ meũ illic. Porrò te aſſumam, & regnabis 57 iuxta omnia quæ deſiderat anima tua, & eris rex ſuper Iſraelem. Quòd ſi audieris omnia quæ præcepero tibi, & ambulaueris in vijs meis, feceriſque quod rectum eſt in oculis meis, 58 vt cuſtodias ſtatuta mea & præcepta mea, quẽadmodum fecit Dauid ſeruus meus, ero tecum, & ædificabo tibi 59 domũ firmã, quẽadmodum Dauidi ædificaui, & tradã tibi Iſraelẽ, Et affligã ſemẽ Dauidis propter hoc, attamẽ 60 nõ cũctis diebus. Quæſiuit ergo Solomõ vt interficeret Ieroboã. ſurgẽs itaq; Ieroboam, fugit in AEgyptũ ad Siſac regẽ AEgypti, mãſitq; in AEgypto vſque ad mortem Solomonis. Reliqua autẽ verborum ac geſtorum Solomonis, & omnia quæ fecit, & ſapientia eius, annon ſcripta ſunt in libro 61 rerum Solomonis? Porro dies quibus Solomon regnauit in Ieruſalem ſuper omnem Iſraelem, fuerunt quadraginta anni. 62 Dormiuitque Solomon cum patribus ſuis, & ſepultus eſt in ciuitate Dauidis patris ſui: regnauitque Rehabeam filius eius pro eo.*

## SCHOLIA IN CAP. XI.

1 Vel, maxime. aut, præſertim. quòd ea præcipuas partes teneret in auertendo eo à vero Dei cultu. 2 vel, De quibus gentibus. 3 Chaldæus paraphraſtes, Non miſcebitis vos cum illis. 4 id eſt, miſcuit ſe illis ita vt eas diligeret. 5 reginas. vel, principes. Salomon primùm peccauit quod duxiſſet vxores alienigenas: deinde quod effrænem numerum vxorum duxiſſet: poſtremo quod illas ita amauerit, vt ſiuerit ab illis conſtrui aras in honorem deorum ſuorum. Legitur 2. Reg. 3. Dauidem habuiſſe ſex vxores. Regibus Iſrael licuit ducere vxores vſque ad ſeptenarium, Hebræorum ſententia; ſed effrænem & immodicum vxorum numerum habere non licuit. 6 [redacted]. 7 vel, perfectum, id eſt, non coluit prorſus ex animo Dominum vt Dauid. 8 id eſt, ſequutus eſt Salomon cultum idolorum, hoc eſt permiſit vt vxores ſuæ Sidoniæ extruerent aras idolis ſuis. 9 Infrà vocatur Molech. 10 id eſt, idolum: quòd ab idolo abhorrere debeamus. 11 Hebraiſmus, neque adimpleuit, vt iret poſt, &c. id eſt, nõ adimpleuit præceptum Domini ſequendo Dominum, quaſi dicat, non permanſit in vero illius cultu. 12 nempe peccatum. propterea quod peccatum inuentum eſt apud te. 13 vel, abrumpam. ſiue, euellam. 14 Hebraiſmus, in diebus tuis. 15 Tribus Iuda & tribus Beniamin reputabantur pro vna tribu, quod tribus Beniamin permiſta eſſet tribui Iuda. 16 id eſt, curaret ſepeliendos Idumæos interfectos. 17 & percuſsiſſet, id eſt, poſteaquam percuſſerat. 18 Tunc aufugerat. 19 id eſt, comitatus viris Idumæis ſeruis patris ſui. 20 Hebraiſmus, eſcam imperauit ei. 21 id eſt, principis. Hæc omnia dicit vt oſtendat eum maximo odio proſequutum Iſraelitas. 22 ablactauit, id eſt, ablactatum eum, & ab hubere depulſum, educauit.

uit. 23 Hebraiſmus, in medio domus, id eſt, in regia ipſa. 24 Hebraiſmus, in domo, id eſt, verſabatur in aula. 25 quaſi dicat, Da mihi facultatem vt abeam in patriam meam. 26 deeſt, id eſt, Qua re nunc indiges apud me, quod nunc optas reuerti in patriam tuam? 27 Hebraiſmus, Non. Nequaquam, ſubaudi, acquieſcam verbis tuis. 28 id eſt, reliquerat herum ſuum in conflictu, cum videret inclinatã eſſe aciem. 29 interfeciſſet eos. quum potitus eſſet victoria contra Hadaræſer & milites eius. Relatiuum ſine antecedente. 30 id eſt, inuaſerunt Damaſcum, qua expugnata regnauerunt in ea. præcipua erat vrbs Syriæ quæ erat Dauidis. 31 quibus ſcilicet Salomon fauit idololatriæ. 32 & malum fuit (cum malo) quod (fecit) Hadad, id eſt, afflictio eius adiuncta fuit cum afflictione quam fecit Hadad, quaſi dicat, Ipſe quoque Razon afflixit Iſraelem vnà cum Hadad. poteſt referri ad verbum præcedens Suſcitauit, &c. vnà cum moleſtia quam fecit Hadad Iſraeli. 33 & abhorruit ab Iſraele. vel, contemptui habuit Iſraelem, id eſt, Razon ſpreuit Iſraelem, & ſemper contra eum exercuit inimicitias 34 in Syria. quę antea parebat Salomoni. 35 id eſt, de tribu Ephraim. 36 quaſi dicat, quum eſſet ſeruus Salomonis, rebellis fuit aduerſus eum. 37 Potius, Et hoc eſt verbum (ſiue, ſermo) quo manum, &c. id eſt, ita obloquutus eſt Salomoni. 38 Nomine proprio regis vtitur per cõtemptum. Verba ſunt Ieroboam rebellantis contra Salomonem. 39 ædificauit, quaſi dicat, iuſte ſcilicet putat ſe prudentiorem patre ſuo, qui contra libertatem publicam ædificauit domos aliquot ad familiam filiæ Pharaonis in platea Mello, in qua figebat tentoria populus cum conueniebat: & poſticum obturauit quo poterat elabi inſurgente populo. Hoc pacto volebat odium populi concitare in Salomonem. 40 poſticum. 41 Hebraiſmus, faciens opus (eſſet) id eſt, quod operoſus eſſet, laborioſus, & diligentiſsimus in rebus agendis. 42 præfecerat. 43 tributo. quod ſcilicet exigebatur à tribu Ephraim & Manaſſe. 44 nempe Ahia. 45 Hebraiſmus, fragmenta. fruſta. diuiſiones. 46 id eſt, rumpam. præſens pro futuro. 47 id eſt, proles eius & nepotes. 48 Tribus Iuda & Beniamin pro vna reputantur, quod eſſent permiſtæ. 49 vel, faciendo. 50 vel, leges meas. 51 Non tamen tollam. 52 quicquam regni eius, quaſi dicat, Sinam eum regnare quandiu vixerit. 53 quique. 54 Sed tollam. 55 Lucerna pro regno, vt ait Chaldæus paraphraſtes, id eſt, vt habeat ſemper aliquem ex nepotibus ſuis qui regnet in Ieruſalem me conſpiciente. 56 id eſt, quæ diceretur mea, & in qua inuocaretur nomen meum. 57 Hebraiſmus, in omnibus quæ deſyderabit, &c. id eſt, vbicunque libuerit. 58 cuſtodiendo. 59 id eſt, familiam ſuperſtitem quæ longo tempore permaneat. hoc eſt nepotes qui ſufficientur in locum tuũ, ſuccedentq; tibi in regno. 60 id eſt, non perpetuo ſpoliabo ſemen Dauidis regno duarũ tribuũ. 61 Heb. verborum, id eſt, in libro ſcripto de geſtis eius? 62 .i. Mortuus eſt ſicut & maiores ſui.

## CAP. XII.

*PRofectus eſt autẽ Rehabeam in Sechẽ, quoniã vniuerſus Iſrael 1 veniebat in Sechẽ, vt eũ 2 regno inaugurarent. Et factũ eſt, quũ id audiret Ieroboã filius Nebat (quia adhuc erat in AEgypto: fugerat enim metu Solomonis regis, habitabatque in AEgypto.) 3 Miſerũt & accerſerunt eum. venerunt ergo Ieroboam & omnis cœtus Iſraelis, & loquuti ſunt ad Rehabeam in hunc modũ, Pater tuus adgrauauit iugum noſtrum, 4 tu itaque 5 remitte aliquid de prædura illa ſeruitute, & de iugo illo graui 6 quibus nos preſsit, tibique ſeruiemus. Qui ait ad eos, Ite adhuc tres dies, & reuertimini ad me. abijt ergo populus. Inijt autem conſilium rex Rehabeam cũ ſenioribus qui coram Solomone patre ſuo, quum adhuc viueret, 7 miniſtrauerant, & ait, Quid conſulitis vos, quod reſpondeam huic populo? Et loquuti ſunt ad eum, dicentes, Si hodie 8 morem geſſeris iſti populo, eiq; inſeruieris, & reſpondendo eis, verba 9 bona eis fueris loquutus, inſeruient tibi cunctis diebus. At is derelicto conſilio ſeniorum quod ei dederant, inijt conſilium cum iuuenibus qui cum eo adoleuerant, quique coram eo 10 miniſtrabant, Aitque ad eos, Quid vos conſulitis quod reſpondeam huic populo? 11 quando quidẽ dixerunt ad me hæc verba, 12 Remitte quidpiam de iugo quod pater tuus poſuit ſuper nos. Iuuenes verò qui cum eo 13 adoleuerant loquuti ſunt ad eum in hanc ſententiam, Sic loquêris ad populum iſtum, qui loquutus eſt ad te huiuſmodi ſermones, Pater tuus 14 aggrauauit iugum noſtrum, tu verò remitte nobis aliquid: ſic inquam loquêris ad eos, 15 Exiguum meum craſsius erit lumbis patris mei. Pater itaque meus 16 preſsit vos onere, & impoſuit vobis graue iugum, ego [quiddam] adijciam iugo veſtro: præterea pater meus caſtigauit vos flagellis, ego autem caſtigabo vos 17 flagris aculeatis. Venit itaque Ieroboam & vniuerſus populus ad Rehabeam die tertio quemadmodum loquutus fuerat rex, dicens, Reuertimini ad me die tertio. Et reſpondit rex populo aſpere, relicto conſilio ſenum quod ei dederant: Loquutus eſt autem ad eos iuxta conſilium iuuenum, dicens, Pater meus aggrauauit iugum veſtrum, ego verò adijciam iugo veſtro: pater meus caſtigauit vos flagellis, ego autem caſtigabo vos flagris aculeatis. Neque auſcultauit rex populo, quoniam fuit 18 reuolutio à Domino, vt confirmaret 19 verbum ſuum, quod loquutus fuerat Dominus miniſterio Ahia Silonitæ ad Ieroboã filium Nebat. Videns itaque vniuerſus populus quòd*

1 VEnit autem Roboam in Sichem : illuc enim
congregatus erat omnis populus Iſrael ad cõ-
2 ſtituendum eum regem. ¶ At verò Ieroboam
filius Nabat, cum adhuc eſſet in AEgypto profugus
à facie regis Salomonis, audita morte eius, reuerſus eſt
3 de AEgypto. ¶ Miſeruntque, & vocauerunt eum: ve-
nit ergo Ieroboam, & omnis multitudo Iſrael, & locuti
4 ſunt ad Roboam, dicentes, ¶ Pater tuus duriſsimum
iugum impoſuit nobis: tu itaque nunc imminue paulu-
lum de imperio patris tui duriſsimo, & de iugo grauiſ-
5 ſimo quod impoſuit nobis, & ſeruiemus tibi. ¶ Qui
ait eis, Ite vſque ad tertium diem, & reuertimini ad me.
6 Cumque abijſſet populus, ¶ inijt conſilium rex Ro-
boam cum ſenioribus, qui aſsiſtebant coram Salomo-
ne patre eius, cum adhuc viueret, & ait, Quod datis mi-
7 hi conſilium, vt reſpondeam populo huic? ¶ Qui di-
xerunt ei, Si hodie obedieris populo huic, & ſeruieris,
& petitioni eorum ceſſeris, locutuſque fueris ad eos ver
8 ba lenia, erunt tibi ſerui cunctis diebus. ¶ Qui dereli-
quit conſilium ſenum quod dederant ei, & adhibuit ado
leſcentes qui nutriti fuerant cum eo, & aſsiſtebant illi,
9 ¶ Dixitque ad eos, Quod mihi datis conſilium, vt re-
ſpondeam populo huic, qui dixerunt mihi, Leuius fac
10 iugum quod impoſuit pater tuus ſuper nos? ¶ Et di-
xerunt ei iuuenes qui nutriti fuerant cum eo, Sic loque-
re populo huic, qui locuti ſunt ad te, dicẽtes, Pater tuus
aggrauauit iugum noſtrum, tu releua nos: ſic loquêris
ad eos, Minimus digitus meus groſsior eſt dorſo patris
11 mei. ¶ Et nunc pater meus poſuit ſuper vos iugum gra
ue, ego autem addam ſuper iugum veſtrum: pater
meus cecîdit vos flagellis, ego autem cædam vos ſcor-
12 pionibus. ¶ Venit ergo Ieroboam, & omnis populus
ad Roboam die tertia, ſicut locutus fuerat rex, dicens,
13 Reuertimini ad me die tertia. ¶ Reſponditque rex
populo dura, derelicto conſilio ſeniorum quod ei de-
14 derant, ¶ Et locutus eſt eis ſecundum conſilium iuue-
num, dicens, Pater meus aggrauauit iugum veſtrum,
ego autem addam iugo veſtro: pater meus cecîdit vos
15 flagellis, ego autem cædam vos ſcorpionibus. ¶ Et
non acquieuit rex populo: quoniam auerſatus fuerat
eum Dominus, vt ſuſcitaret verbum ſuum quod locutus
fuerat in manu Ahiæ Silonitę, ad Ieroboam filium Na-
16 bat. ¶ Videns itaque populus quòd noluiſſet eos audire
rex,

Roboam cõſtituitur rex à populo. 2.paralip. 10.a.

Petit populus à Roboam vt tributum à Salomone indictum minuat.

Conſiliũ ſen. B

Conſilium iuuenum.

C Eccleſi.47.d.

Roboam ſecutus conſiliũ iuuenũ, duris verbis cum populo agit.

D

Sup.11.f. Sciſsio regni Iſrael.



rex, reſpondit ei, dicẽs, Quæ nobis pars in Dauid? vel quæ
hæreditas in filio Iſai? Vade in tabernacula tua Iſrael, nũc
vide domum tuam Dauid. & abijt Iſrael in tabernacula
ſua. ¶ Super filios autem Iſrael, quicunque habitabant in 17
ciuitatibus Iuda, regnauit Roboam. ¶ Miſit ergo rex Ro 18
boam Aduram qui erat ſuper tributa: & lapidauit eum om
nis Iſrael, & mortuus eſt. porrò rex Roboam feſtinus aſ-
cendit currum, & fugit in Ieruſalem, ¶ receſsitque Iſrael 19
à domo Dauid, vſque in præſentem diem. ¶ Factum eſt 20
autem cum audiſſet omnis Iſrael quod reuerſus eſſet Ie-
roboam, miſerunt, & vocauerunt eum congregato cœtu,
& conſtituerunt eum regem ſuper omnem Iſrael, nec ſecu
tus eſt quiſpiam domum Dauid præter tribum Iuda ſolã.
¶ Venit autem Roboam Ieruſalem, & congregauit vni- 21
uerſam domum Iuda, & tribum Beniamin, centum octo-
ginta millia electorum virorum, & bellatorum, vt pugna-
rent contra domum Iſrael, & reducerẽt regnum Roboam
filio Salomonis. ¶ Factus eſt autem ſermo [a] Domini ad 22
Semeiam virum Dei, dicens, ¶ Loquere ad Roboam fi- 23
lium Salomonis regẽ Iuda, & ad omnẽ domum Iuda, &
Beniamin, & reliquos de populo, dicens, ¶ Hæc dicit 24
Dominus, Non aſcendetis, neque bellabitis contra fratres
veſtros filios Iſrael: reuertatur vir in domum ſuam. à me
enim factum eſt verbum hoc. audierunt ſermonem Domi
ni, & reuerſi ſunt de itinere ſicut eis præceperat Domin[9].
¶ AEdificauit autẽ Ieroboam Sichem in mõte Ephraim, 25
& habitauit ibi: & egreſſus inde ædificauit Phanuel. ¶ Di- 26
xitque Ieroboam in corde ſuo, Nunc reuertetur regnum
ad domum Dauid, ¶ Si aſcenderit populus iſte vt faciat 27
ſacrificia in domo Domini in Ieruſalem: & conuertetur
cor populi huius ad dominum ſuum Roboam regem Iu-
da, interficientque me, & reuertentur ad eum. ¶ Et exco- 28
gitato conſilio, fecit duos vitulos aureos, & dixit eis, No-
lite vltrà aſcendere in Ieruſalem, ecce dij tui Iſrael, qui te
eduxerunt de Terra-AEgypti. ¶ Poſuitq; vnum in Beth- 29
el, & alterum in Dan: ¶ Et factum eſt verbum hoc in pec 30
catum: ibat enim populus ad adorandum vitulum, vſque
in Dan. ¶ Et fecit phana in excelſis, & ſacerdotes de 31
extremis populi, qui non erant de filijs Leui. ¶ Conſti- 32
tuitque diem ſolennem in menſe octauo, quintadecima
die menſis, in ſimilitudinem ſolennitatis quæ [b] celebratur
in Iuda. Et aſcendens, altare ſimiliter fecit in Beth-el, vt
immolaret vitulis quos fabricatus fuerat: conſtituitque in
Beth-el, ſacerdotes excelſorum quæ fecerat. ¶ Et aſcen 33
dit ſuper altare quod extruxerat in Beth-el, quintadeci-
ma die menſis octaui, quem finxerat de corde ſuo: & fe-
cit ſolennitatem filijs Iſrael, & aſcendit ſuper altare, vt
adoleret incenſum.

Roboã regnat ſuper Iudam.

Aduram lapidatur. E

Ieroboã regnat ſuper Iſraelem.

Roboam dehortatur Deus, ne bellet contra fratres Iſraelitas. 2.Paralip.11.a. [a] Dei

F

Sichem. Ieroboam beneficij Dei immemor facit duos vitulos aureos. Sup.11.f.

Exod.32.b. G

2.Parali.11.c.

[b] celebrabatur

*rex eis non acquieuiſſet, reſpondit populus regi ſermonem dicentes, Quæ 20 pars nobis in Dauide? non eſt 21 hæreditas in filio Iſai: 22 ad tentoria tua ô Iſrael: prouide nunc domui tuæ 23 Dauid. & abijt Iſrael in tentoria ſua. Porrò Rehabeam regnauit ſuper filios Iſrael qui habitabant in ciuitatibus Iehuda. Miſit autem rex Rehabeam Adoram qui erat [conſtitutus] ſuper vectigal, quem cuncti Iſraelitæ lapidibus obruerunt, ita vt moreretur. rex autem Rehabeam 24 ſategit vt conſcenderet currum, & fugeret Ieroſolyma. 25 Defecerunt ergo Iſraelitæ à domo Dauidis in hunc vſque diem. Et factum eſt, quum audiſſet vniuerſus Iſrael quòd reuerſus eſſet Ieroboam, mittentes acciuerunt eum in cœtum, conſtitueruntque eum regem ſuper vniuerſum Iſraelem, nec fuit vlla tribus quæ ſequeretur domum Dauidis, præter 26 ſolam tribum Iehuda. Quumque veniſſet Rehabeam Ieroſolyma, congregauit vniuerſam domum Iehuda, & tribum Beniamin, centum ſcilicet & octoginta millia electorum 27 qui bellum gerere potuerunt, vt pugnaret contra domum Iſrael, & reduceret regnum ad Rehabeam filium Solomonis. Factus eſt ergo ſermo Dei ad Semahiam 28 virum Dei in hanc ſententiam, Dic ad Rehabeam filium Solomonis regem Iehuda, & ad cunctam domum Iehuda atque Beniamin, & ad reliquũ populum huiuſmodi verba, Sic dicit Dñs, Ne aſcendatis, neq; pugnetis contra fratres veſtros filios Iſrael, reuertimini quiſque in domũ ſuam, hæc enim res à me facta eſt. audierũt ergo verbum Domini, & reuerſi ſunt, vt abirent iuxta verbũ Domini. 29 AEdificauit autẽ Ieroboã Sechẽ in mõte Ephraim, habitauitq; in ea, & egreſſus illinc ædificauit Penuel. Cogitauit autem Ieroboam in corde ſuo, Reuertetur 30 nunc regnum ad domum Dauid, Si populus iſte aſcenderit ſacrificatum in domo Domini in Ieruſalem, 31 reuerteturq; cor populi iſtius ad dominũ ſuũ, ad Rehabeã regem Iehuda, & occident me, reuerteturq; ad Rehabeam regẽ Iehuda. Conſilio ergo inito, rex fecit duos vitulos aureos: dixitque ad eos, 32 Satis iam aſcendiſtis Ieroſolyma, en 33 dij tui qui te aſcẽdere fecerũt de terra AEgypti. Poſuit autẽ vnũ in Beth-el, & alterũ poſuit in Dã, 34 Deditq; hæc res occaſionem peccato: 35 nam populus abijt coram vno vſq; in Dan. Fecit etiam domũ excelſorum, & fecit ſacerdotes 36 de fece populi, qui non fuerunt de filijs Leui. Inſtituit quoque Ieroboam ſolennitatem in menſe 37 octauo, nempe decimoquinto die menſis, 38 iuxta ſolennitatẽ quæ eſt in Iehuda, & ſacrificabat ſuper ara: ſic 39 fecit in Beth-el, vt ſacrificaret vitulis quos fecerat, conſtituitque in Beth-el ſacerdotes excelſorum quæ fecerat. 40 Sacrificabat inſuper holocauſta ſuper ara quam fecerat in Beth-el decimoquinto die menſis octaui, in menſe videlicet quem ipſe in corde ſuo excogitauerat, fecitque ſolennitatem filijs Iſrael, & ſacrificauit in ara, adoleuitque incenſum.*

## SCHOLIA IN CAP. XII.

1 Conuenerat. 2 regem conſtituerent. 3 Miſerant autem & accerſiuerant eum. (ſub. in Sichem.) venit Ieroboam. 4 tu autem nunc, id eſt, in principio regni tui. 5 vel, minue aliquid. 6 Hebraiſmus, quod poſuit ſuper nos. 7 Hebraiſmus, ſteterant, id eſt, famuli eius fuerant. 8 Hebraiſmus, ſeruus fueris, id eſt, obſecutus fueris. 9 vel, lenia, id eſt, reddideris eis reſponſum lene. 10 Hebraiſmus, ſtabant. 11 qui. 12 vel, Minue aliquid de tributo quod impoſuit nobis pater tuus. 13 vel, creuerant, id eſt, educati fuerant. 14 id eſt, curauit vt graue tributum nobis imponeretur per præfectos ſuos. Vide ſup. cap. 4. 15 Hebraiſmus, Minimus (digitorum) meorum craſsior eſt. vel, Minimum (membrorum) meorum craſsius euaſit lumbis, &c. id eſt, toto corpore, quaſi dicat, Dignitas ac maieſtas mea eſt multo excellentior dignitate ac maieſtate patris mei, multo fortior ſum patre meo. 16 Hebraiſmus, aggrauauit vos graui iugo, id eſt, quod dicitis eſſe graue. 17 vel, rubis aculeatis. Chaldæus paraphraſtes, ſpinis. 18 cauſa, id eſt, proueniebat cauſa authore & ita volente ac permittente Domino. 19 id eſt, promiſsionem ſuam. 20 portio nobis in Dauide? &c. id eſt, Quid poſthac lucri aut emolumenti ſperemus nobis in genere Dauidis? quaſi dicat, nihil. Alij, Quid ad nos ſpectat (vel, pertinet) genus Dauidis? 21 Pars ſiue portio & hæreditas pro vtilitate & emolumento. affert enim hæredi vtilitatem portio hæreditaria. 22 Verba ſunt ſeniorum. 23 Nomen aui pro nomine nepotis; ô nepos Dauid Roboam. 24 Hebraiſmus, roborauit ſe, id eſt, aſſumpto animo aſcendit currum. vel, animo præſente vſus eſt aſcendendo, &c. 25 Hebraiſmus, Præuaricati ſunt. 26 quæ tamen comprehendebat etiam tribum Beniamin: quod ſequente verſu facilè deprehenditur. 27 Hebraiſmus, facientium bellum, id eſt, aptorum bello. 28 id eſt, diuinum. pium admodum, qui colebat verum Deum. 29 id eſt, Præclaris ædificijs ornauit. Vel, Cinxit muro fortiore. 30 id eſt, mox, quaſi dicat, Niſi conſuluero rebus meis, facilè regnum ad Iudam redibit. 31 Coniunctio (quę) vacat. conuertetur, id eſt, facilè conciliabitur. 32 Hebraiſmus, Satis ſit vobis quod aſcendiſtis, id eſt, Satis hactenus itum eſt à vobis in Ieruſalem. Chaldæus paraphraſtes, Longior eſt via quam vt eatis, id eſt, Non ſine magno labore itis quotannis, &c. 33 vel, deus tuus. hac ratione fecit illis fucum, Hi vituli referunt Deum qui eduxit vos. quod fecit & Aaron, volens exprimere præſentiam Dei. Hi vituli erant facti vt admonerent eos Dei: qui pro Deo poſtea coli cœperunt. 34 id eſt, Ob id lapſus eſt Iſrael in idololatriam. 35 .q.d. ita vt irent adoratũ alterũ eorũ, ex Beth-el in Dã: & vice verſa, ex Dã in Beth-el. Studiũ idololatriæ populi deſcribit, quibus quũ fuiſſent

poſiti in duobus terminis vituli,accederent potius ad remotiorem à ſe:vt qui de Dan eſſet,iret in Beth-el, qui de Beth-el, curreret adoratum vitulum qui erat in Dan. 36 partem populi . Vt rem populo gratam faceret , creauit ſacerdotes ex aliqua parte vulgi , reiectis Leuitis . Verti poteſt , de extremitatibus populi , id eſt,de extremis ordinibus populi:tam de diuitibus,quàm de pauperibus conſtituit ſacerdotes . Quidam aiunt expulſos Leuitas quod noluiſſent immolare vitulis. 37 id eſt,Octobris. ſolennitatem tabernaculorum quæ ſeptimo menſe celebrari debebat , octauo menſe inſtituit:quia electus fuerat rex circa ea tempora. Aut ne obloquerentur qui vellent ire in Ieruſalem,quod eo tempore diſtinerentur feſto in Iſrael,quum eſſet eundum in Ieruſalem.38 id eſt, feſtum ſimile ei quod celebrabatur Ieroſolymis. 39 nempe feſtū. 40 Heb. Aſcenderat autem ad altare quod fecerat in Beth-el,decimaquinta die menſis octaui,(id eſt) menſe quem eduxerat de corde ſuo,& faciebat feſtum filijs Iſrael , aſcenderat inquam ad altare vt adoleret thura. Quem eduxerat è corde ſuo,id eſt,menſe quem finxerat vltra ſolennitatem quæ erat mandata in lege.

## CAP. XIII.

*Et ecce vir Dei, 1 iuſſu Domini venit de Iehuda in Beth-el,ſtanteque Ieroboam ad aram vt adoleret,Clamauit contra aram ex mandato Domini,& ait, Ara, ara,ſic dicit Dominus,Ecce filius 2 naſcitur domui Dauidis, Ioſias nomine,qui ſuper te ſacrificabit ſacerdotes excelſorum, qui thura ſuper te adolent,& humana oſſa ſuper te 3 comburent. Dedit inſuper 4 eodem die 5 portentum,dicens, Hoc eſt portentum quod 6 loquutus eſt Dominus,ecce ara 7 findetur, effundeturque cinis qui ſuper eam eſt. Quum ergo rex audiſſet verbum viri Dei,qui clamauerat contra aram in Beth-el, 8 exerta manu ſua Ieroboam de ara,dixit , Apprehendite eum : & manus eius quam contra eum extenderat , areſcebat ita vt eam ad ſe retrahere non poſſet. Ara inſuper 9 fiſſa eſt, & effuſus cinis ex ara iuxta portentum quod dederat vir Dei 10 ſecundum verbum Domini. 11 Reſpondens autem rex, dixit ad virum Dei, Precare obſecro faciem Domini Dei tui, & ſupplica pro me, vt reſtituatur mihi manus mea. Et precatus eſt vir Dei faciem Domini , reuerſaque eſt manus regis ad eum , & facta eſt vt antea . Et loquutus eſt rex ad virum Dei, Veni mecum domum 12 vt reficiaris , munuſque tibi dabo. Et dixit vir Dei ad regem, Si dares mihi dimidium domus tuæ , non irem tecum , nec ederē panem , nec aquam biberem in loco iſto , Quoniam ſic 13 præceptum eſt mihi per verbum Domini in hanc ſententiam, Ne comedas panem, neque bibas aquam , neque reuertaris per viam qua 14 veniſti. Abijt itaque per aliam viam, nec eſt reuerſus via qua venerat in Beth-el. 15 Habitauit autem in Beth-el ſenex quidam 16 propheta , cuius filius venit , & narrauit totum negotium quod fecerat vir Dei eo die in Beth-el, [deinde &] verba quæ loquutus fuerat ad regem, hæc 17 narrarunt patri ſuo. Dixit ergo pater eorum ad eos , Qua via abijt? & 18 oſtenderunt ei filij ſui viam qua abierat vir Dei qui venerat de Iehuda. qui ait ad filios ſuos, Sternite mihi aſinum. & ſtrauerunt ei aſinum, inſcenditque eum. 19 Sequutus ergo virum Dei,inuenit eum ſedentē ſub 20 ipſa quercu,dixitq; ad eū,Es tu vir Dei qui veniſti de Iehuda? qui dixit, Ego, Et dixit ad eū , Proficiſcere mecum domum,21 & ede panē. Reſpondit,22 Non eſt mihi integrum vt reuertar tecum, & vt tecum proficiſcar . adhæc nec edam panem , nec bibam aquam tecum in loco iſto, 23 Quoniam mandatum habeo ex verbo Domini , Ne comedas panem , nec bibas aquam ibi , nec reuertaris vt proficiſcaris ea via qua 24 veniſti. Qui dixit ad eum, Et ego propheta ſum ſicut tu , loquutuſque eſt ad me angelus iuſſu Domini in hanc ſententiam , Reduc eum tecum in domum tuam,vt comedat panem, & bibat aquam. [at] mentitus eſt ei. Reuerſus eſt itaque cum eo , & comedit panem in domo eius,atque bibit aquam. Quumque ſederent ad menſam , factum eſt verbum Domini ad prophetam qui reduxerat eum. Et clamauit ad virum Dei qui venerat de Iehuda, Sic dicit Dominus, Quandoquidem rebellis fuiſti ori Domini , neque cuſtodiuiſti præceptum quod præcepit tibi Dominus Deus tuus,Sed 25 reuerſus es, & comediſti panem,atque bibiſti aquam in loco de quo Dominus tibi dixerat , ne ederes panem , neque aquam biberes : non veniet 26 funus tuum in ſepulchrum patrum tuorum . Poſteaquam igitur comediſſet panem , bibiſſetque aquam ille , ſtrauit ei*

## CAP. XIII.

Ieroboam ſacrificans vitulis, increpatur à propheta. Ioſias rex prænũtiatur. 4. Reg. 23. d.

1 Et ecce vir Dei venit de Iuda in ſermone Domini
in Beth-el, Ieroboam ſtante ſuper altare, & thus ia-
2 ciente. ¶ Et exclamauit contra altare in ſermone
Domini,& ait, Altare, altare, hæc dicit Dominus, Ecce fi-
lius naſcetur domui Dauid, Ioſias nomine , & immolabit
ſuper te ſacerdotes excelſorum, qui nunc in te thura ſuc-
3 cendunt,& oſſa hominum ſuper te incendet. ¶ Dedit-
que in illa die ſignum, dicens, Hoc erit ſignum quòd lo-
cutus eſt Dominus, Ecce altare ſcindetur,& effundetur ci
4 nis qui in eo eſt. ¶ Cumque audiſſet rex ſermonem homi
nis Dei quam inclamauerat contra altare in Beth-el,
extendit manum ſuam de altari, dicens, Apprehendite eũ.
& exaruit manus eius quam extenderat contra eum : nec
5 valuit retrahere eam ad ſe. ¶ Altare quoque ſciſſum eſt,
& effuſus eſt cinis de altari, iuxta ſignum quod prædixe-
6 rat vir Dei in ſermone Domini. ¶ Et ait rex ad virum
Dei, Deprecare faciem Domini Dei tui,& ora pro me, vt
reſtituatur manus mea mihi. ᵃ Orauit vir Dei faciem Do-
mini,& reuerſa eſt manus regis ad eum, & facta eſt ſicut
7 prius fuerat. ¶ Locutus eſt autem rex ad virum Dei, Ve-
8 ni mecum domum vt prandeas,& dabo tibi munera. ¶ Re
ſponditque vir Dei ad regem , Si dederis mihi mediam
partem domus tuæ, non veniam tecum, nec comedam pa
9 nem, neque bibam aquam in loco iſto: ¶ Sic enim man
datum eſt mihi in ſermone Domini præcipientis , Non
comedes panem, neque bibes aquam, nec reuertêris per
10 viam qua veniſti. ¶ Abijt ergo per aliam viam, & non
11 eſt reuerſus per iter quo venerat in Beth-el. ¶ Prophe-
tes autem quidam ſenex habitabat in Beth-el , ad quem
ᵇ venerunt filij ſui, & narrauerunt ei omnia opera quæ fe
cerat vir Dei illa die in Beth-el, & verba quæ locutus
12 fuerat ad regem, & narrauerunt patri ſuo. ¶ Et dixit eis
pater eorum , Per quam viam abijt? * Oſtenderunt
ei filij ſui viam per quam abierat vir Dei qui vene-
13 rat de Iuda. ¶ & ait filijs ſuis, Sternite mihi aſinum.
14 qui cum ſtrauiſſent, aſcendit, ¶ Et abijt poſt virum Dei,
& inuenit eum ſedentem ſubtus terebinthum : & ait illi,
Tune es vir Dei qui veniſti de Iuda? reſpondit ille , Ego
15 ſum. ¶ ᵈ Dixitque ad eum, Veni mecum domum, vt co-
16 medas panem. ¶ Qui ait, Non poſſum reuerti, neque ve-
nire tecum, nec comedam panem, neque bibam aquam in
17 loco iſto: ¶ Quia locutus eſt Dominus ad me in ſermo-
ne Domini, dicens, Non comedes panem , & non bibes
18 aquam ibi , nec reuertêris per viam qua ieris. ¶ Qui
ait illi, Et ego propheta ſum ſimilis tui: & angelus locutus
eſt mihi in ſermone Domini, dicens, Reduc eum tecum in
domum tuam, vt comedat panem, & bibat aquam. ſefellit
19 eum, ¶ Et reduxit ſecum: comedit ergo panem in domo
20 eius, & bibit aquam. ¶ Cumque ſederent ad menſam, fa-
ctus eſt ſermo Domini ad prophetam qui reduxerat eũ.
21 ¶ Et exclamauit ad virum Dei, qui venerat de Iuda, di-
cens, Hæc dicit Dominus , Quia non obediens fuiſti ori
Domini,& non cuſtodiſti mandatum quod præcepit tibi
22 Dñs Deus tuus: ¶ Et reuerſus es, & comediſti panẽ, & bi-
biſti aquã in loco in quo præcepit tibi ne comederes pa-
nem, neq; biberes aquã, non inferetur cadauer tuum in ſe
23 pulchrũ patrũ tuorũ. ¶ Cũq; comediſſet & bibiſſet, ſtrauit
aſinum ſuum

Signum. Extenſa manu Ieroboã in prophetam, areſcit. B Orante propheta, reſtituitur manus Ieroboam. ᵃ Orauitque Propheta nihil ſuſcipit à contẽnente verbum Dei. C Mẽdax propheta. ᵇ venit fili⁹ ſuus, & narrauit *Et ᵈ Dixit D E Propheta verbo Dei inobediens, occiditur à leone immiſſo à Deo.



ᵉ prophetæ (datiuus. Prouidẽtia Dei nõ fortuna, occiſus à leone propheta ſeruatur ab aſino & leone ipſo. F

ſinum ſuum ᵉ propheta, quem reduxerat. ¶ Qui cum abijſ- 24
ſet, inuenit eum leo in via,& occidit,& erat cadauer eius
proiectum in itinere: aſinus autem ſtabat iuxta illum , &
leo ſtabat iuxta cadauer. ¶ Et ecce, viri tranſeuntes vide- 25
runt cadauer proiectum in via, & leonem ſtantem iuxta
cadauer. Et venerunt,& diuulgauerũt in ciuitatem in qua
prophetes ille ſenex habitabat. ¶ Quod cum audiſſet pro- 26
pheta ille qui reduxerat eum de via, ait, Vir Dei eſt , qui
inobediens fuit ori Domini,& tradidit eum Dñs leoni, &
confregit eum,& occidit iuxta verbum Dñi quod locu-
tus eſt ei. ¶ Dixitque ad filios ſuos, Sternite mihi aſinum. 27
qui cum ſtrauiſſent, ¶ & ille abijſſet, inuenit cadauer eius 28
proiectum in via,& aſinum & leonem ſtantes iuxta cada-
uer: non comedit leo de cadauere, nec læſit aſinum. ¶ Tu- 29
lit ergo prophetes cadauer viri Dei , & poſuit illud ſu-
per aſinum,& reuerſus intulit in ciuitatem ᶠ prophetæ ſe-
nis, vt plangerent eum. ¶ Et poſuit cadauer eius in ſepul- 30
chro ſuo: & planxerunt eum, Heu heu mi frater. ¶ Cum- 31
que planxiſſent eum, dixit ad filios ſuos , Cum mortuus
fuero, ſepelite me in ſepulchro in quo vir Dei ſepultus eſt:
iuxta oſſa eius ponite oſſa mea. ¶ Profectò enim veniet 32
ſermo quem prædixit in ſermone Domini contra altare
quod eſt in Beth-el,& contra omnia phana excelſorum
quæ ſunt in vrbibus Samariæ . ¶ Poſt verba hæc non eſt 33
reuerſus Ieroboam de via ſua peſsima , ſed econtra-
rio fecit de nouiſsimis populi ſacerdotes excelſo-
rum : quicunque volebat, implebat manum ſuam , & fie-
bat ſacerdos excelſorum . ¶ Et propter hanc cauſam 34
peccauit domus Ieroboam,& euerſa eſt , & deleta de ſu-
perficie terræ.

Sepelitur propheta. ᶠ Prophetes ſenex, Planctus. Sepultura. G Ieroboã impius non conuertitur.

*aſinum propheta ille qui reduxerat eum : Quumque abijſſet , inuenit eum leo in via , & interfecit eum. 27 contigit ergo quum eſſet funus eius ſtratum in via , aſinuſque 28 aſtaret iuxta ipſum , aſtaretque & leo iuxta funus. 29 Vt viri tranſirent , viderentque funus ſtratum in via, & leonem aſtantem iuxta funus: qui 30 venientes , dixerunt [hæc] in ciuitate in qua propheta ſenex habitabat . Audiens autem propheta qui eum de via reduxerat, dixit, Hic vir 31 Dei rebellis fuit ſermoni Domini . ideo tradidit eum Dominus leoni , qui diſcerpens eum interfecit eum , iuxta verbum Domini quod 32 loquutus eſt ad eum . Loquutuſque ad filios ſuos , dixit, Sternite mihi aſinum . qui ſtrauerunt . Ille verò abiens, inuenit funus eius ſtratum in via , aſinus autem & leo aſtabant iuxta funus, 33 vt leo neque funus deuorarit, nec aſinum diſcerpſerit . Tollens ergo propheta funus viri Dei , impoſuit illud aſino , & reduxit illud . Et venit ſenex ille propheta 34 in ciuitatem , vt lugeret & ſepeliret eum . Poſuit autem corpus eius in ſepulchrum ſuum, & 35 planxerunt eum, [dicentes,] Heu frater mi. Quumque ſepeliſſet eum , loquutus eſt cum filijs ſuis , dicens, Quum ego mortuus fuero , ſepelite me in ſepulchrum in quo vir Dei ſepultus eſt , reponite oſſa mea iuxta oſſa illius. Nam certiſsime eueniet hoc ipſum quod clamauit 36 in ſermone Domini contra aram quæ eſt in Beth-el, & contra omnes domos excelſorum quæ ſunt in vrbibus Samariæ . Poſt hoc negotiũ Ieroboam non receſſit à via ſua mala, ſed conuerſus fecit ſacerdotes excelſorũ 38 de fece plebis: & 39 qui ei placebat, illũ cõſecrabat vt fieret ſacerdos excelſorum . Quæ res ceſſit in 40 peccatum domui Ieroboã, 41 vt excinderet & deleret [eã] è terra.*

## SCHOLIA IN CAP. XIII.

1 Hebraiſmus , de verbo Domini , id eſt , mandato. vel, cũ verbo Domini. Beth-el de qua hîc loquitur, non eſt ea quæ aliter dicitur Luza. nam illa eſt in tribu Beniamin : quum hæc ſit in regno decem tribuum. 2 præſens pro futuro, naſcetur. 3 ſubaudi, iuſſu Ioſiæ. Hæc quidam intelligunt de oſsibus Ieroboam. 4 id eſt, tum. vel , mox. 5 id eſt , adiecit ſignum quo probaret ſua verba non eſſe ficta ab homine. 6 ſubaudi, ſe daturum. 7 rumpet ſeſe. ſua ſcilicet ſponte, nullo deturbante. 8 extendens manum ſuam Ieroboam ( retractam ) de altari, id eſt, quam habebat ſuper altare. Manu ſignum dabat populo vt apprehenderetur vir Dei. 9 rupit ſeſe ſponte ſua. 10 Hebraiſmus , in verbo Domini , id eſt , verbis Dei. 11 Loquutus eſt autem rex,& dixit. 12 & prande. vel, vt prandeas. vt confortes vires corporis eſca. Vult aliquo officio compenſare beneficium , non tamen reſipiſcit. 13 præcepit, ſubaudi, angelus qui mihi apparuit. 14 ieris , ſubaudi, illuc. 15 Habitabat. 16 Erat pſeudopropheta , qui verum prophetam decepit. 17 Colligitur inde eum habuiſſe multos filios, 18 Hebraiſmus , viderunt , id eſt , explorauerunt. 19 vel, inſequutus. 20 Inſignem arborem ſignificat. quidam vertunt vlmum. 21 vel, vt comedas. 22 Non potero reuerti tecum, nec tecum proficiſci. 23 Hebraiſmus, Quoniam verbum ad me de verbo Domini, id eſt , Quoniam mandatum mihi fuit iuſſu Domini. 24 ieris. 25 ſubaudi , in Beth-el. 26 vel, cadauer tuum, quaſi dicat , morieris extra patriam, antequam reuertaris in Iudæam. 27 & erat cadauer eius. 28 aſtabat iuxta ipſum , aſtabatque. 29 Et ecce quidam tranſeuntes (illac) viderunt cadauer. 30 ſubaudi , in vrbem. 31 vel, Dei ( eſt, qui interfectus eſt,) quoniam rebellis fuit. 32 ſubaudi , per me. 33 Hebraiſmus, nõ comedit leo cadauer ( ſubaudi , hominis,) neque interfecit aſinũ. 34 Hebraiſmus, ad vrbem prophetæ antiqui ( id eſt, ſuam.) 35 ſubaudi , ipſe cum ſuis , 36 id eſt , verbis Dei . 38 Vide annotationem capite præcedenti , numero 36. 39 quem volebat , conſecrabat manum ſuam , eratque de ( numero ) ſacerdotum excelſorum . 40 id eſt , hæc idololatria fuit imputata familiæ Ieroboam : nam Dominus eam poſtea excidit , & euertit funditus . Vel peccatum , pro pœna peccati, quaſi dicat, ob hoc perijt domus Ieroboam. 41 ad extirpandam & perdendam (eam.)

## CAP. XIIII.

Vxor Ieroboam conſulit Ahiam prophetam ſuper filio ſuo ægroto. Sup. 11. f.

In tẽpore illo ægrotauit Abia filius Ieroboã. ¶ Dixit- 1
que Ieroboã vxori ſuæ, Surge , & commuta habitum, 2
ne cognoſcaris quòd ſis vxor Ieroboã: & vade in Silo,
vbi eſt Ahias propheta qui locutus eſt mihi quòd regna-
turus eſſem ſuper populũ hũc. ¶ Tolle quoq; in manu tua 3
decem panes,& cruſtulam,& vas mellis,& vade ad illum:
ipſe enim indicabit tibi quid euenturũ ſit puero huic. ¶ Fe- 4
cit vt dixerat, vxor Ieroboam: & conſurgẽs abijt in Silo,
& venit in domũ Ahiæ: at ille non poterat videre, quia ca-
ligauerant oculi eius præ ſenectute. ¶ Dixit autem Do- 5
B minus ad Ahiam, Ecce vxor Ieroboam ingreditur, vt con
ſulat te ſuper filio ſuo qui ægrotat : hæc & hæc loquêris
ei. cum ergo illa intraret, & diſsimularet ſe eſſe quæ erat,
¶ Audiuit Ahias ſonitũ pedum eius introeuntis per oſtiũ, 6
& ait, Ingredere vxor Ieroboam, quare aliam te eſſe ſimu-
las? ego autem miſſus ſum ad te durus nuntius. ¶ Vade, 7
& dic Ieroboam , Hæc dicit Dominus Deus Iſrael, Quia
exaltaui te de medio populi , & dedi te ducem ſuper

*Eo dẽ tẽpore 1 ægrotabat Abia filius Ieroboam. Tũ dixit Ieroboã ad vxorẽ ſuã, Surge quæſo, 2 teq; aliã ſimula, ne cognoſcant te eſſe vxorẽ Ieroboã, proficiſcereq; in Silo: illic enim eſt Ahia ille ꝓpheta, qui loquutus eſt mihi quòd futurus eſſem rex ſuper populum iſtum. 3 Accipe autẽ in manu tua panes decẽ, & 4 placẽtas, atq; 5 vaſculũ mellis, & vade ad eum, vt indicet tibi quid euenturũ ſit puero . Vxor Ieroboã ſic fecit, ſurrexit enim & abijt in Silo, venitq; in domũ Ahiæ: Ahia autẽ nõ poterat videre, quoniã 6 obriguerãt oculi eius præ ſenecta eius. Dixerat autẽ Dñs ad Ahiã, Ecce vxor Ieroboã veniet vt ſciſcitetur à te verbum pro filio ſuo, (ægrotat enim,) tu igitur ſic & ſic loquaris ad eã. 7 cõtigit ergo quum ingrederetur ipſa, vt alienam ſe ſimularet . Quum verò Ahia audiſſet ſtrepitum pedum eius quæ ingrediebatur per oſtium, ait, Ingredere vxor Ieroboam, quare te ſimulas alienam? 8 ego vero aſperam legationem affero . Vade dic ad Ieroboam, Sic dicit Dominus Deus Iſraelis , Quandoquidem euexi te è medio populi , & conſtitui te principem ſuper*

*populum meum Iſrael, 9 Scidique regnum de domo Dauidis,& tibi tradidi,tu verò non fuiſti ſicut Dauid ſeruus meus, qui cuſtodiuit pcepta mea,quiq; ambulauit poſt me toto corde ſuo,vt faceret duntaxat 10 quod rectum erat in oculis meis, Tu verò 11 malum deſignaſti ſuper omnes qui fuerunt ante te:iuiſti enim ac feciſti tibi deos alios,& fuſiles , vt irritares me,& proieciſti me poſt tergum tuum.Ob hoc en ego adduco afflictionem ſuper domum Ieroboam,& excindam ipſi Ieroboam 12 [vſque ad] mingentem ad parietem, 13 clauſum & derelictum in Iſraele,& 14 expurgabo poſteros domus Ieroboam,quemadmodum ſtercus 15 expurgatur,donec 16 plenè conſumetur . Qui mortuus fuerit ipſi Ieroboam in ciuitate, hunc comedent canes:& qui mortuus fuerit in agro , hunc comedent aues cæli,quoniam Dominus 17 loquutus eſt . Tu itaque ſurge,& vade in domum tuam:quum ingreſſus fuerit pes tuus in ciuitatem,morietur puer, & lugebunt eum omnes Iſraelitæ,& ſepelient eum:ſolus enim ille de Ieroboam in ſepulchrum veniet,quòd boni aliquid in 18 eo inuentum ſit erga Dominum Deum Iſraelis in domo Ieroboam . Suſcitabit inſuper Dominus ſibi regem ſuper Iſraelem,qui excindet domum Ieroboam 19 quæ hodie eſt:quid verò ſi iam? Percutiet enim Dominus Iſraelem,vt ſi arundo agitetur 20 in aquis, & euellet Iſraëlem de terra hac bona quam dederat patribus eorum,& diſperget eos vltra 21 fluuium,eo quòd fecerint ſibi lucos,qui ad iram prouocauerunt Dominum. 22 Tradetque Iſraelem propter peccata Ieroboam,qui peccauit, & qui peccare fecit Iſraelem.Surrexit itaque vxor Ieroboam , & abijt & venit in 23 Thirza:quumque veniſſet ad limen domus,mortuus eſt puer.Et ſepelientes eum,planxerunt eum omnes Iſraelitæ,iuxta verbum Domini quod loquutus fuerat per Ahiam prophetam.Reliqua geſta Ieroboam,nempe qualiter bella geſſerit,quomodoque regnauerit,en hæc ſcripta ſunt in libro annalium regum Iſraelis.Porrò dies quibus regnauit Ieroboam,ſunt vigintiduo anni.quum 24 obdormiuiſſet cum patribus ſuis,regnauit pro eo Nadab filius eius.Rehabeã autẽ filius Solomonis regnauit in Iehuda: quadraginta vnum annos fuit Rehabeam natus quum eſſet rex factus , regnauitque ſeptemdecim annis in Ieruſalem,ciuitate quam 25 elegit Dominus,26 vt ibi poneret nomen ſuum præ omnibus tribubus Iſrael. nomen matris eius fuit Naama 27 Ammonitis. Et fecit Iehuda malum in oculis Domini , & irritauerunt eum 28 ſuper omnia quæ deſignauerant patres eorum in peccatis ſuis quæ peccauerunt.Nam extruxerunt etiam ipſi ſibi excelſa, ſtatuas & lucos in omni colle alto, & ſubter omnem 29 frondoſam arborem . Fuerunt etiam 30 catamiti in terra, feceruntque iuxta omnes abominationes Gentium, quas profligauit Dominus 31 ante filios Iſrael. Factum eſt autem anno quinto regis Rehabeam , vt aſcenderet 32 Siſac rex AEgypti contra Ieruſalem,tulitque theſauros ædis Domini , & theſauros domus regiæ, 33 & vniuerſa diripuit. Accepit denique 34 omnia ſcuta aurea quæ fecerat Solomon.Rehabeam fecit illorum loco ſcuta chalybæa, 35 commiſitque manibus 36 eorum,qui præerant ſatellitibus obſeruantibus oſtium domus regiæ . Et factum eſt,vt ſatellites ea portarent 37 quoties rex ingrederetur in ædem Domini, 38 & tum reponebant ea in thalamum ſatellitum.Reliquum geſtorum Rehabeam , & omnia quæ fecit , annon hæc ſcripta ſunt in annalibus regum Iehuda? Fuit autem bellum inter Rehabeam & inter Ieroboam 39 cunctis diebus . Dormiuitque Rehabeam cum patribus ſuis , & ſepultus eſt cum patribus ſuis in ciuitate Dauid : nomen matris eius fuit Naama,quæ fuit Ammonitis . regnauitque pro eo filius eius Abiam.*

8 populum meum Iſrael: ♀Et ſcidi regnum domus Dauid,
& dedi illud tibi,& non fuiſti ſicut ſeruus meus Dauid,qui
cuſtodiuit mandata mea,& ſecutus eſt me in toto corde
9 ſuo,faciens quod placitum eſſet in conſpectu meo: ♀Sed
operatus es male ſuper omnes qui fuerunt ante te,& feci-
ſti tibi deos alienos & conflatiles,vt me ad iracundiã pro-
10 uocares,me autem proieciſti poſt corpus tuum: ♀ Idcir-
co ecce ego inducam mala ſuper domum Ieroboam , &
percutiam de Ieroboam mingentem ad parietem,& clau-
ſum,& nouiſsimum in Iſrael:& mundabo reliquias dom⁹
11 Ieroboam,ſicut mundari ſolet fimus vſq; ad purũ. ♀Qui
mortui fuerint de Ieroboam in ciuitate,comedent eos ca-
nes:qui autem mortui fuerint in agro , vorabunt eos aues
12 cæli:quia Dominus locutus eſt. ♀Tu igitur ſurge,& va-
de in domum tuam:& in ipſo introitu pedum tuorum in
13 vrbem,morietur puer, ♀& planget eũ omnis Iſrael, & ſe-
peliet:iſte enim ſolus inferetur de Ieroboã in ſepulchrũ,
quia inuentus eſt ſuper eo ſermo bonus " à Domino Deo
14 Iſrael,in domo Ieroboam. ♀ Conſtituet autem ſibi Dñs
regem ſuper Iſrael, qui percutiet domum Ieroboam in
15 hac die,& in hoc tempore: ♀& percutiet Dominus Deus
Iſrael,ſicut moueri ſolet arundo in aqua:& euellet Iſrael
de Terra bona hac,quam dedit patribus eorum,& venti-
labit eos trans Flumen:quia fecerunt ſibi lucos , vt irrita-
16 rent Dñm. ♀Et tradet Dominus " Deus Iſrael propter pec
17 cata Ieroboam,qui peccauit,& peccare fecit Iſrael.♀Sur-
rexit itaque vxor Ieroboam,& abijt, & venit in Therſa:
cumque illa ingrederetur limẽ domus,puer mortuus eſt,
18 ♀ & ſepelierunt eum.Et planxit eum omnis Iſrael iuxta
ſermonem Dñi,quem locutus eſt in manu ſerui ſui Ahiæ
19 prophetæ. ♀Reliqua autem verborum Ieroboam , quo-
modo pugnauerit,& quomodo regnauerit , ecce ſcripta
20 ſunt in Libro verborum dierum regum Iſrael. ♀ Dies au-
tem quibus regnauit Ieroboam,vigintiduo anni ſunt: &
dormiuit " Ieroboam cum patribus ſuis: regnauitque Na-
21 dab filius eius pro eo. ♀Porrò Roboam filius Salomonis
regnauit in Iuda:quadraginta & vnius anni erat Roboã,
cum regnare cœpiſſet:decem & ſeptem annos regnauit
in Ieruſalem ciuitate,quã elegit Dominus vt poneret no-
men ſuum ibi, ex omnibus tribubus Iſrael. Nomen autem
22 matris eius Naama Ammanitis. ♀ Et fecit Iudas malum
coram Dño,& irritauerunt eum ſuper omnibus quæ fece-
rant patres eorum in peccatis ſuis quæ peccauerunt.
23 ♀ AEdificauerunt enim & ipſi ſibi aras,& ſtatuas , & lu-
cos ſuper omnem collem excelſum,& ſubter omnem ar-
24 borem frondoſam: ♀Sed & effœminati fuerunt in terra,
feceruntque omnes abominationes Gentium , quas attri-
25 uit Dominus ante faciem filiorum Iſrael. ♀In quinto au-
tem anno regni Roboam,aſcendit Seſac rex AEgypti in
26 Ieruſalem, ♀& tulit theſauros domus Domini, & the-
ſauros regios , & viuerſa diripuit: Scuta quoque au-
27 rea quæ fecerat Salomon : ♀ pro quibus fecit rex
Roboam ſcuta ærea: & tradidit ea in manum ducum
ſcutariorum, & eorum qui excubabant ante oſtium do-
28 mus regis. ♀Cumque ingrederetur rex in domum Domi
ni,portabant ea qui præeundi habebant officiũ: & poſtea
29 reportabant ad armamentarium ſcutariorum. ♀Reliqua
autem ſermonum Roboam,& omnia quæ fecit,ecce ſcri-
30 pta ſunt in Libro ſermonum dierum regum Iuda. ♀Fuit-
que bellum inter Roboam & Ieroboam cunctis diebus.
31 ♀ Dormiuitque Roboam cum patribus ſuis , & ſepultus
eſt cum eis in Ciuitate-Dauid:nomen autem matris eius
Naama Ammanitis:& regnauit Abiam filius eius pro eo.

Ieroboam ſe ſi ditius euerſurum propter idololatriam prædicit Deus per prophetam.
C
Laudatur Dauid à Deo.
Signum,merita rus Abia.
D
"ad Dñm Deum
Iſrael periturus propter idololatriam.
Abia, filius Ieroboam moritur.
E
Moritur Ieroboam.
Regnat Nadab.
2.Para.12.d.
F
Idololatria Iudæ.
Seſac,rex AEgypti,diripit domũ Domini.
Sup.10.c.
G
Morit Roboã.

## SCHOLIA IN CAP. XIIII.

1 AEgrotauit.vel,ægrotare cœpit. 2 Hebraiſmus,teque ipſam muta,id eſt,veſtes tuas & ornatum. 3 Ferebant munera cõ ſulturi prophetas. 4 cruſtula.aut,dulciarios panes.nam ſolebant illis imprimere formam quandam in qua erant foramina. 5 vel, lagenam.anguſti oris ſcilicet. 6 caligauerant.ita Chaldęus paraphraſtes. 7 Heb.& erit,quũ veniet ipſa,& ipſa erit diſsimulãs ſe. vel,



vel,aliam ſe oſtendet,id eſt,diſsimulabit ſe eſſe quæ ſit , dabitque operam ne à te agnoſcatur. 8 Hebraiſmus,cum ego miſſus ſim ad te cum viſione dura? id eſt,vt tibi dura renuntiem? 9 Chaldæus paraphraſtes,Tranſtulique. 10 id eſt, quod mihi erat gratiſsimum. 11 vel,peſsime feciſti omnium. 12 id eſt,omnes meientes ad parietem.vel,omnia animalia,vſque ad canes.ne canibus quidem parcam. 13 ſubaudi,in munitionibus,id eſt,opes quæ recluduntur:& peculium,hoc eſt oues & boues,quæ relinquuntur in agro,quaſi dicat,non ſolum liberos,ſed & omne peculium . Alij, quinetiam eos qui clauduntur in munitionibus, & qui relicti fuerint vſque ad finem belli,id eſt,reliquias familiæ tuæ , quaſi dicat, tandem omnes peribunt. 14 eijciam. 15 eijci ſolet. 16 Hebraiſmus,finiatur,id eſt,donec finem eijciendi fecerit qui illud eijcit,quaſi dicat,tam diligenter quàm eijcere ſolẽt ex domibus ſtercora,ita exterminabo vt nihil remaneat. 17 id eſt,ita ſtatuit. 18 ſubaudi,filio mortuo.Bonum illud quod fecerit filius Ieroboam, non exprimitur in Scriptura.Vel,in eo,id eſt,in familia Ieroboã. quod exprimitur in fine iſtius verſus. 19 & id quoque quod futurum eſt,id eſt,qui familiam iſtam quæ nunc eſt,& qui poſtea naſcentur liberos Ieroboam occidet.Aut verte,delebit domum Ieroboam hoc tempore,(id eſt,breui. vel , eo tempore quo ſuſcitabit Dominus hoſtem.)ſed quid eſt etiam nunc?id eſt,ſed quanti debet fieri hæc tribulatio propter filium laborantem morbo? quaſi dicat, parua eſt iactura quam accipit Ieroboam in filio mortuo, ſequentes erunt multo grauiores. 20 id eſt,in aqua decurrente,quaſi dicat , percutietur ab omnibus hoſtibus vt ab omni vento agitatur arundo.Aut aſsiduitatem percuſsionis intelligit,vt arundo eſt in aſſiduo motu. 21 id eſt,Euphraten. 22 ſubaudi , in maledictionẽ & deſolationem,id eſt,Perdet Iſraelem. 23 Fortaſſe mutauerunt locum habitationis:& puer inciderat in morbum in ea vrbe. 24 id eſt,vita functus,illatus fuiſſet in ſepulchrum maiorum. 25 ſelegerat. 26 id eſt,vt diceretur vrbs Dei. 27 Erat Gentilis eius mater vnde eius meminit:& fuit deditus idololatriæ,religionẽ matris imitatus. 28 præ omnibus,id eſt,magis quàm fecerant maiores eorum. 29 virentem. 30 vel,ſcorta maſcula. 31 vel,propter. 32 Quidam aiunt hunc fuiſſe Pharao Necho,qui magno deſyderio tenebatur ſolij eburnei quod extruxerat Salomon,vt quidam dicunt. 33 vel,& vt ſemel finiam,omnia cepit. 34 vel,omnes peltas aureas quas. 35 vel,tradidit. 36 principum curſorum ( vel, ſtipatorum) qui cuſtodiebant,&c.id eſt,eorum qui erant à corpore regio,qui ſtipabant regem euntem & redeuntem.37 vel,quo tempore.38 quæ referebant in cubiculum curſorum,id eſt,in locum in quem ſe recipiebant curſores regreſſo rege de templo. 39 id eſt, quandiu vixerunt,præterquam initio.

## CAP. XV.

IGitur in octauodecimo anno regni Ieroboam filij Na 1
bat,regnauit Abiam ſuper Iudam. ♀Tribus annis re- 2
gnauit in Ieruſalem:nomen matris eius Maacha filia
Abeſſalom. ♀ Ambulauitque in omnibus peccatis patris 3
ſui,quæ fecerat ante eum:nec erat cor eius perfectum cũ
Domino Deo ſuo , ſicut cor Dauid patris eius. ♀ Sed 4
propter Dauid dedit ei Dominus Deus ſuus lucernam in
Ieruſalem,vt ſuſcitaret filium eius poſt eum , & ſtatueret
Ieruſalem: ♀ Eo quòd feciſſet Dauid rectum in oculis 5
Domini,& non declinaſſet ab omnibus quæ præceperat
ei,cunctis diebus vitæ ſuæ , excepto ſermone Vriæ He-
thæi. ♀ Attamen bellum fuit inter " Abiam & Ieroboã 6
omni tempore vitæ eius. ♀ Reliqua autem ſermonum 7
Abiam,& omnia quæ fecit,nonne hæc ſcripta ſunt in Li-
bro verborum dierum regum Iuda?Fuitque prælium in-
ter Abiam & inter Ieroboam. ♀ Et dormiuit Abiam cum 8
patribus ſuis,& ſepelierunt eum in Ciuitate-Dauid : re-
gnauitque Aſa filius eius pro eo. ♀ In anno ergo viceſi- 9
mo Ieroboam regis Iſrael regnauit Aſa rex Iuda: ♀ & 10
quadraginta & vno anno regnauit in Ieruſalem. nomen
matris eius Maacha ,filia Abeſſalom. ♀ Et fecit Aſa re- 11
ctum ante conſpectum Domini , ſicut Dauid pater eius:
♀ & abſtulit effœminatos de terra,purgauitque vniuer- 12
ſas ſordes idolorum,quæ fecerant patres eius. ♀ Inſuper 13
& Maacham matrem ſuam amouit,ne eſſet princeps in ſa
cris Priapi,& in luco eius quem conſecrauerat : ſubuertit-
que ſpecum eius,& confregit ſimulachrum turpiſsimum,
& combuſsit in Torrente-cedron: ♀ excelſa autem non 14
abſtulit.Veruntamen cor Aſa perfectum erat, cum Domi
no " Deo ſuo cunctis diebus ſuis: ♀ & intulit ea quæ ſan- 15
ctificauerat pater ſuus,& vouerat,in domum Domini,ar-
gentum & aurum , & vaſa. ♀ Bellum autem erat inter 16
Aſa & Baaſa regem Iſrael cunctis diebus eorum. ♀ Aſ- 17
cendit quoque Baaſa rex Iſrael in Iudam , & ædificauit
Rama, vt non poſſet quiſpiam egredi vel ingredi de par-
te Aſa regis Iudæ. ♀ Tollens itaque Aſa omne argen- 18
tum & aurum quod remanſerat in theſauris domus Do-
mini , & in theſauris domus regiæ, dedit illud in ma-
nus ſeruorum ſuorum : & miſit ad Ben-adad filium
Tabremon filij Hezion , regem Syriæ, qui habitabat
in Damaſco,dicens, ♀ Fœdus eſt inter me & te,& inter 9
patrem meum & patrem tuum:ideò miſi tibi munera, ar-
gentum & aurum:& peto vt venias,& irritum facias fœ-
dus quod habes cum Baaſa rege Iſrael, & recedat à me.
♀ Acquieſcens Ben-adad regi Aſa , miſit principes ex- 20
ercitus ſui in ciuitates Iſrael , & percuſſerunt Ahion &
Dan & Abel-domum-maacha, & vniuerſam Gẽneroth,

Abiam impius regnat ſuper Iudam.
Laus Dauidis.
B
2.Reg.12.a.
"Roboam
2.Para.13.a.
Moritur Abiã.
Succedit pius Aſa.2.Paralip.14.a.
C
Bellũ inter Aſa & Baaſa.
Rama ædificaſ.
Aſa, miſsis muneribus,petit auxilium à Ben-adad.
D
Ben-adad oppugnat Iſraelem.

*ANno decimooctauo regis Ieroboam filij Nebat 1 regnauit Abiam ſuper Iehuda .Is regnauit tribus annis Ieroſolymis:nomen matris eius fuit Maacha,filia fuit ⁚ Abiſalom. Ambulauit autem [Abia] in omnibus peccatis patris ſui quæ fecerat 2 ante eum,nec fuit cor eius perfectum cum Domino Deo ſuo,ſicut cor Dauid patris ſui . At propter Dauidem dedit ei Dominus Deus eius 3 lucernam in Ieruſalem,4 vt ſuſcitaret filium eius poſt eum,5 vtque firmaret Ieruſalem,Quòd Dauid feciſſet quod rectum erat in oculis Domini,à nulloque deflexiſſet quod ei præceperat , idque omnibus diebus vitæ ſuæ,præterquam in 6 facinore quod cõmiſit aduerſum Vriam Hithæum.7 Fuit autem bellum inter Rehabeam,& inter Ieroboam cunctis diebus 8 vitæ ſuæ.Reliquum rerum Abiam,& omnia quæ fecit,annon hæc ſcripta ſunt in libro annalium regum Iehuda? 9 Fuitque bellum inter Abiam & inter Ieroboam . Dormiuit autem Abiam cum patribus ſuis,ſepelieruntque eum in ciuitate Dauidis,regnauitque Aſa filius eius pro eo. Anno itaque vigeſimo ipſius Ieroboam,regnauit Aſa ſuper Iehudam . Regnauit autem annis quadraginta vno in Ieruſalem . nomen 10 matris eius Maacha filia Abiſalom.Aſa autem fecit quod rectum fuit in oculis Domini,quemadmodum Dauid 11 pater eius. Suſtulit enim 12 catamitos è terra, & amouit cunctas ⁚ fœditates quas fecerant patres eius.Sed & Maacha 13 matrẽ ſuam loco mouit,ne 14 domina eſſet,eo quod fecerat 15 lucum ipſi MiplęZeth,& 16 excidit Aſa 17 MiplęZeth matris ſuæ,& exuſſit iuxta torrentem Kidron . Veruntamen 18 excelſa non ſuſtulerunt, 19 duntaxat cor Aſa 20 perfectum fuit cum Domino omnibus diebus ſuis.Intulit quoque 21 ſanctificata patris ſui,& ſanctificata ſua in ædem Domini,aurum,argentum,& 22 vaſa.Fuit autem bellum inter Aſa & inter Baaſa regem Iſraelis cunctis diebus eorum. 23 Aſcendit autem Baaſa rex Iſrael contra Iehuda, 24 & muniuit Rama, 25 nec dedit commeatum ad Aſam regem Iehuda.Et tollens Aſa omne argentum & aurum,quod reliquum erat in theſauris ædis Domini,& 26 theſauros domus regiæ,tradiditq; ea in manus ſeruorum ſuorum , miſitq; eos rex Aſa ad Ben-hadad filium Tabrimmon,filij HeZion, regem Syriæ,qui habitabat in Damaſco,hiſce mandatis, 27 Fœdus eſto inter me & inter te,vt [fuit] inter patrem meum, & inter patrem tuum : & en mitto ad te 28 munus argenti atque auri , 29 vt venias irritumque facias fœdus tuum cum Baaſa rege Iſraelis , vt is 30 à me abſcedat . Morem itaque geſsit Ben-hadad regi Aſa, & miſit imperatores exercituum quos habuit , contra ciuitates Iſraeliticas, & 31 percuſsit Hion , & Dan, atque Abel,Beth-maacha,& vniuerſam [regionem] Cineroth,*

*cum omni terra Naphtali. Quumque hoc audiſſet Baaſa, ceſſauit munire Rama, manſitque in Tirza. Porrò rex Aſa 32 diuulgauit [hoc] per vniuerſum Iehuda, 33 nemo exemptus fuit: & ſuſtulerunt lapides atque ligna de Rama, quibus 34 munierat Baaſa, & ædificauit cum eis rex Aſa collem Beniamin & Mizpa. Reliquum omnium geſtorum Aſa, 35 & vniuerſa magnificentia eius, atque omnia quæ fecit, & ciuitates quas ædificauit, annon hæc ſcripta ſunt in libro annalium regum Iehuda? veruntamen tempore ſenectæ ſuæ ægrotauit pedibus ſuis. Dormiuitque Aſa cum patribus ſuis, & ſepultus eſt cum patribus ſuis in Ciuitate Dauidis patris ſui, 36 regnoque inauguratus eſt pro eo Ioſaphat filius eius. Nadab verò filius Ieroboam regnauit ſuper Iſraelem ſecundo anno [regni] Aſa regis Iehuda, regnauitque ſuper Iſraelem 37 annis duobus. Et 38 fecit malum in oculis Domini, 39 ambulans in via patris ſui, atque in peccato eius quo peccare fecit Iſraelem. Contra eum conſpirationem fecit Baaſa filius Ahia, qui erat 40 de domo Iſaſchar, percuſsitque eum Baaſa in Gibethon quæ 41 eſt Paleſthinorum: (quoniam Nadab & omnis Iſrael obſidebant Gibethon.) Interfecit autē eū Baaſa anno tertio Aſa regis Iehuda, & regnū occupauit pro eo. Factumq; eſt quum ipſe regnaret, vt percuteret vniuerſam domū Ieroboā 42 ita vt nihil ſpirās de Ieroboā faceret reliquum, donec deleret eū, iuxta verbū Domini quod loquutus fuerat per Ahiā Silonitam ſeruum ſuū, Propter peccata ſcilicet Ieroboā quæ ipſe fecerat, & quibus peccare fecerat Iſraelem, propterque 43 irritationem ſuam, qua irritauerat Dominum Deum Iſraelis. Reliquum geſtorum Nadab & omnia quæ fecit, annon hæc ſcripta ſunt in libro annalium regum Iſraelis? Fuitque bellum inter Aſa & inter Baaſa regem Iſraelis cunctis diebus eorum. Anno igitur 44 tertio Aſa regis Iehuda regnauit Baaſa filius Ahiæ ſuper omnem Iſraelem in Thirza vigintiquatuor annis. Et fecit malum in oculis Domini, ambulans in via Ieroboam & in peccato eius quo peccare fecerat Iſraelem.*

21 omnem ſcilicet Terram-Nephthali. ¶ Quod cum au-
diſſet Baaſa, intermiſit ædificare Rama, & reuerſus eſt
22 in Therſa. ¶ Rex autem Aſa nuntium miſit in omnem E
Iudam, dicens, Nemo ſit excuſatus, & tulerunt lapides
de Rama, & ligna eius, quibus ædificauerat Baaſa, & ex-
23 truxit de eis rex Aſa Gabaa-Beniamin, & Maſpha. ¶ Re-
liqua autem omnium ſermonum Aſa, & vniuerſæ [a]fortitu-
dines eius, & cuncta quæ fecit, & ciuitates quas extruxit,
nonne hæc ſcripta ſunt in Libro verborum dierum re-
gum Iuda? veruntamen in tempore ſenectutis ſuæ do-
24 luit pedes. ¶ Et dormiuit cum patribus ſuis, & ſepultus
eſt cum eis in Ciuitate-Dauid patris ſui. regnauitque Io-
25 ſaphat filius eius pro eo. ¶ Nadab verò filius Iero- F
boam regnauit ſuper Iſrael anno ſecundo Aſa regis Iu-
26 da: regnauitque ſuper Iſrael duobus annis. ¶ Et fecit
quod malum eſt in conſpectu Domini, & ambulauit in
vijs patris ſui, & in peccatis eius quibus peccare fecit Iſ-
27 rael. ¶ Inſidiatus eſt autem ei Baaſa filius Ahiæ de do-
mo Iſſachar, & percuſsit eum in Gebbethō, quæ eſt vrbs
Philiſthinorum: ſiquidem Nadab, & omnis Iſrael obſi-
28 debant Gebbethon. ¶ Interfecit ergo illum Baaſa in
29 anno tertio Aſa regis Iuda, & regnauit pro eo. ¶ Cum-
que regnaſſet, percuſsit omnem domum Ieroboam: non
dimiſit ne vnam quidem animam de ſemine eius, donec
deleret eum iuxta verbum Domini quod locutus fue-
30 rat in manu ſerui ſui Ahiæ Silonitis, ¶ Propter pec-
cata Ieroboam quæ peccauerat, & quibus peccare fece- G
rat Iſrael: & propter delictum quo irritauerat Dominum
31 Deum Iſrael. ¶ Reliqua autem ſermonum Nadab, &
omnia quæ operatus eſt, nonne hæc ſcripta ſunt in Li-
32 bro verborum dierum regum Iſrael? ¶ Fuitque bellum
33 inter Aſa & Baaſa regem Iſrael cūctis diebus eorū. ¶ An-
no tertio Aſa regis Iuda regnauit Baaſa filius Ahiæ, ſuper
34 omnem Iſrael in Therſa vigintiquatuor annis. ¶ Et fecit
malum coram Domino, ambulauitque in vijs Ieroboam,
& in peccatis eius quibus peccare fecit Iſrael.

Deſtruitur Rama.
Gabaa Beniamin.
[a] fortitudinis (gēni. caſus
Maſpha.
Moritur Aſa.
Baaſa occidit Nadab, regnatque pro eo.
Domus Ieroboam deſtruitur.
Sup. 14. c.

## SCHOLIA IN CAP. XV.

1 Cœpit regnare. :: Hic & Abſalom dicitur, filius Salomonis. 2. Paralip. 11. d. 2 id eſt, ante eius tempora. 3 id eſt, filium qui regnaret in tribu Iuda. 4 id eſt, dando filio eius regnum eo mortuo. 5 vel, confirmando. aut, ſtabiliendo in ſtatu priſtino. 6 Hebraiſmus, negotio, id eſt, in cæde Vriæ Hethæi, quaſi dicat, hoc vno excepto quod fuit cauſa necis Vriæ Hethæi. 7 Fuerat. 8 vitæ illius. ſubaudi, Roboam, qui conabatur perpetuò recipere regnum quod occupauerat Ieroboam: vnde ortum eſt bellum inter reges Iudææ. & Iſrael. 9 vt ſcilicet inter patrem & Ieroboam. 10 vel, auiæ eius quę erat impia, quaſi dicat, hic fuit educatus apud auiam impiam, nec tamen eius mores retinuit. 11 id eſt, proauus. 12 maſcula ſcorta. :: id eſt, ſimulachra. 13 id eſt, auiam. 14 vel, princeps, id eſt, ne haberet in regno ſuo authoritatem vllam regnandi aut imperandi: priuauit eam omni dignitate. 15 ſimulachrum Priapi in luco. Vox Hebræa ſignificat tremorem membrorum, & timorem animi: quod idololatræ deos ſuos timeant ac reuereantur. 16 vel, exterminauit. 17 Hebraiſmus, idolum eius. 18 Excelſa erant altaria priuata, in quibus fiebant ſacrificia etiam in honorem Dei, maxime ex eo tempore quo fuerat tabernaculum in Silo vſque ad templum Salomonis. Hic autem rex in hoc falſus eſt qui ea reliquit: nam ea quæ erāt idolis conſecrata, euertit: quæ autem in honorem Dei, reliquit. debuerat enim in vniuerſum omnia euertere, ne in alio loco fierent ſacrificia quam in loco à Deo præſcripto, nempe in templo Salomonis. 19 attamen. 20 .i. Deum puro corde coluit: neq; putauit ſe peccare quod relinqueret excelſa in quibus licuerat aliquādo immolare Deo. 21 id eſt, quæ donarat Deo pater ſuus. 22 id eſt, tā argentea quam aurea vaſa. 23 id eſt, Conſcripſit milites, & exercitum eduxit vt arcem extrueret inexpugnabilem propè, quæ ab altitudine vocabatur Rama, id eſt, arx. Aut certe eſt nomen propriū. Hæc per anticipationem dicuntur, quoniam Baaſa regnauit mortuo Nadab qui ſucceſſerat Ieroboam. 24 vt ædificaret. 25 Hebraiſmus, vt non permitteret egredientem & ingredientem (de regno) Aſa regis Iudæ, id eſt, vt prohiberet ne quiſpiam ab Aſa egredi poſſet, aut Aſam adire. 26 vel, (in) theſauris. 27 vel, Fœdus eſt inter me & te, quod etiam (fuit) inter patrem meum & tuum, quaſi dicat, non nouum, ſed antiquum. 28 vel, vice muneris argentum & aurum. 29 Hebraiſmus, vade, diſsipa. 30 id eſt, deſinat me oppugnare. 31 id eſt, expugnauit. 32 congregauit (vel, conuocauit) vniuerſum, &c. 33 vel, nemine excepto. 34 ædificauerat, id eſt, quæ inſumpſerat Baaſa in extruenda Rama. 35 Hebraiſmus, & omne robur eius. Robur militare intelligit, id eſt, quātas copias conſcribere potuerit. 2. Paralip. 14. b. 36 regnauitque. 37 pacificè quidem duobus annis: & octo annis in afflictione. 38 id eſt, fecit quod erat ingratum Domino, non paruit legibus eius. 39 id eſt, imitatus eſt impietatem paternam. 40 id eſt, de tribu. 41 erat, id eſt, quæ tum occupabatur à Palæſthinis. 42 Hebraiſmus, non reliquit vllam animam ipſi Ieroboam, id eſt, neminem reliquit ſuperſtitem. 43 id eſt, idololatriā. 44 ſubaudi, bellorum quæ geſsit Aſa rex Iuda contra Iſraelē. Nō intelligitur de initio regni eius. nam ſub Aſa decem annis quieuit terra. In Paral. quę dicuntur, de exordio regni eius ſunt intelligēda.

## CAP. XVI.

*F1 Actum eſt autem verbum Domini ad Iehu filium Hanani contra Baaſa in hunc modum, Quandoquidem euexi te de 2 cœno, & poſui te principem ſuper populum meum Iſrael, tu autem ambulaſti in via Ieroboam,*

## CAP. XVI.

1 FActus eſt autem ſermo Domini ad Iehu filium Ha-
2 nani contra Baaſa, dicens, ¶ Pro eo quòd exaltaui
te de puluere, & poſui te ducem ſuper populum
meum Iſrael, tu autem ambulaſti in via Ieroboam,
& pe-

Iehu prædicit Baaſæ interitū propter idololatriam.



& peccare feciſti populum meum Iſrael, vt me irritares in
3 peccatis eorum: ¶ Ecce, ego demetam poſteriora Baaſa,
& poſteriora domus eius: & faciam domum tuam ſicut do
4 mum Ieroboam filij Nabat. ¶ Qui mortuus fuerit de Baa-
ſa in ciuitate, comedent eum canes: & qui mortuus fuerit
5 ex eo in regione, comedent eum volucres cæli. ¶ Reli-
B qua autem ſermonum Baaſa, & quæcunque fecit, & prælia
eius: nonne hæc ſcripta ſunt in Libro verborum dierum
6 regum Iſrael? ¶ Dormiuit ergo Baaſa cum patribus ſuis,
ſepultuſque eſt in Therſa: & regnauit Ela filius eius pro
7 eo. ¶ Cum autem in manu Iehu filij Hanani prophetæ,
verbum Domini factum eſſet contra Baaſa, & contra do-
mum eius, & contra omne malum quod fecerat coram Do
mino ad irritandum eum in operibus manuum ſuarum, vt
fieret ſicut domus Ieroboam: ob hanc cauſam occîdit
8 eum, hoc eſt Iehu filium Hanani, prophetam. ¶ Anno
viceſimoſexto Aſa regis Iuda regnauit Ela filius Baaſa ſu-
9 per Iſrael in Therſa duobus annis. ¶ Et rebellauit con-
tra eum ſeruus ſuus Zambri, dux mediæ partis equitum:
C erat autem Ela in Therſa bibens, & temulentus, in domo
10 Arſa præfecti Therſa. ¶ Irruens ergo Zambri, percuſ-
ſit, & occîdit eum anno viceſimoſeptimo Aſa regis Iuda,
11 & regnauit pro eo. ¶ Cumque regnaſſet, & ſediſſet ſu-
per ſolium eius, percuſsit omnem domum Baaſa, & non
dereliquit ex ea mingentem ad parietem, & propinquos
12 & amicos eius. ¶ Deleuitque Zambri omnem domum
Baaſa, iuxta verbum Domini quod locutus fuerat ad Baa-
13 ſa in manu Iehu prophetæ, ¶ Propter vniuerſa peccata
Baaſa, & peccata Ela filij eius, qui peccauerunt, & peccare
fecerunt Iſrael, prouocantes Dominum Deum Iſrael in
14 D vanitatibus ſuis. ¶ Reliqua autem ſermonum Ela, & om-
nia quæ fecit, nonne hæc ſcripta ſunt in Libro verborum
15 dierum regum Iſrael? ¶ Anno viceſimoſeptimo Aſa re-
gis Iuda, regnauit Zambri ſeptem diebus in Therſa: por-
rò exercitus obſidebat Gebbethon vrbem Philiſthino-
16 rum. ¶ Cumque audiſſet rebellaſſe Zambri, & occidiſ-
ſe regem, fecit ſibi regem omnis Iſrael Amri, qui erat prin
17 ceps militiæ ſuper Iſrael in die illa, in caſtris. ¶ Aſcen-
dit ergo Amri & omnis Iſrael cum eo de Gebbethon,
18 & obſidebant Therſa. ¶ Videns autem Zambri quòd
expugnanda eſſet ciuitas, ingreſſus eſt palatium, & ſuc-
19 cendit ſe cum domo regia: & mortuus eſt ¶ in pec-
catis ſuis, quæ peccauerat faciens malum coram Do-
mino, & ambulans in via Ieroboam, & in peccato
20 E eius quo fecit peccare Iſrael. ¶ Reliqua autem ſer-
monum Zambri, & inſidiarum eius, & tyrannidis, non-
ne hæc ſcripta ſunt in Libro verborum dierum regum Iſ-
21 rael? ¶ Tunc diuiſus eſt populus Iſrael in duas partes:
media pars populi ſequebatur Thebni filium Gineth, vt
22 conſtitueret eum regem: & media pars, Amri. ¶ Præ-
ualuit autem populus qui erat cum Amri, populo qui ſe-
quebatur Thebni filium Gineth: mortuuſque eſt Thebni,
23 & regnauit Amri. ¶ Anno triceſimoprimo Aſa regis Iu-
da regnauit Amri ſuper Iſrael, duodecim annis: in Ther-
24 ſa regnauit ſex annis. ¶ Emitque montem Samariæ à
[a] Somer duobus talentis argenti: & ædificauit eum,
& vocauit nomen ciuitatis quam extruxerat nomine
25 Semer domini montis Samariæ. ¶ Fecit autem Amri
F malum in conſpectu Domini, & operatus eſt nequiter
26 ſuper omnes qui fuerunt ante eum. ¶ Ambulauitque
in omni via Ieroboam filij Nabat, & in peccatis eius
quibus peccare fecerat Iſrael: vt irritaret Dominum
27 Deum Iſrael in vanitatibus ſuis. ¶ Reliqua autem ſer-
monum Amri, & prælia eius quæ geſsit, nonne hæc ſcri-
28 pta ſunt in Libro verborum dierum regum Iſrael? ¶ Dor-
miuitq; Amri cum patribus ſuis, & ſepultus eſt in Sama-
29 ria: regnauitque Achab filius eius pro eo. ¶ Achab verò
filius Amri, regnauit ſuper Iſrael anno triceſimo octauo
Aſa regis Iuda. & regnauit Achab filius Amri ſuper

Sup. 15. g.
2. Par. 16. a.
Baaſa mortuo, ſuccedit Ela.
Zambri occidit Elam.
4. Reg. 2. g.
Zambri regnās pro Ela, delet domum Baaſa.
Contēpto Zambri, eligitur Amri.
Zambri ſuccendit ſeipſum.
Thebni.
[a] Semer
Samariæ mons.
Moritur Amri.
Achab impius ſuccedit Amri.

*& feciſti peccare populum meum Iſrael, 3 vt prouocares me in peccatis eorum, En ego 4 excindam poſteros Baaſa, & poſteros domus eius, & ponam domum tuam ſicut domum Ieroboā filij Nebat. Qui de Baaſa mortuus fuerit 5 in ciuitate, hunc 6 comedent canes: & qui ei mortuus fuerit in agro, hunc comedent volucres cæli. Reliquum rerum Baaſa, & quæ fecit, atque 7 virtus eius, annon hæc ſcripta ſunt in libro annalium regum Iſrael? Dormiuit itaque Baaſa cum patribus ſuis, & ſepultus eſt in Thirza, regnauitque Ela filius eius loco eius. Porrò etiam verbum Domini 8 per Iehu filij Hanani prophetæ fuit ſuper Baaſa, & ſuper domum eius, atque ſuper omne malum quod 9 fecit in oculis Domini, 10 vt irritaret eum opere manuum ſuarum, 11 vt fieret ſicut domus Ieroboam, & quoniam occiderat eum. Anno 12 vigeſimoſexto Aſa regis Iehuda regnauit Ela filius Baaſa ſuper Iſraelem in Thirza, 13 duobus videlicet annis. Et fecit coniurationem contra eum ſeruus eius Simri princeps ſuper mediam partem curruum, eratque [Ela] in Thirza bibens, & inebriatus eſt 14 in domo Arza, qui præfectus erat prætorio in Thirza. 15 Veniensque Simri, percutiens eum interfecit eū anno vigeſimoſeptimo Aſa regis Iehuda, & regnum occupauit illius loco. Et factum eſt, quum ipſe regnaret, ſederetque in ſolio 16 eius, vt percuteret omnem domum Baaſa, 17 nec reliquum ex ea faceret mingentem ad parietem, propinquos quoque eius & 18 amicos eius. Deleuit itaque Simri omnem domum Baaſa, iuxta verbum Domini quod loquutus fuerat cōtra Baaſa per Iehu prophetam, Propter vniuerſa ſcilicet peccata Baaſa, & peccata Ela filij eius, quæ peccauerant, quibuſque peccare fecerant Iſraelem, 19 vt irritarent Dominum Deum Iſraelis in vanitatibus ſuis. 20 Reliquæ res Ela, & omnia quæ fecit, annon hæc ſcripta ſunt in libro annalium regum Iſrael? Anno vigeſimoſeptimo Aſa regis Iehuda, regnauit Simri ſeptem diebus in Thirza: populus interea caſtra fixerat 21 oppugnando Gibethon Paleſthinorum. Audiuit autem populus [qui erat] in caſtris huiuſmodi verba, Simri fecit coniurationem, & etiam trucidauit regem, ob id conſtituerunt omnes Iſraelitæ ipſum Amri imperatorem exercitus, regem ſuper Iſraelem eodem die in caſtris. Aſcendit ergo Amri & omnis Iſrael cum eo de Gibethon, & obſederunt Thirzam. Quumque Simri videret captam ciuitatem, ingreſſus eſt 22 palatium domus regiæ, & 23 combuſsit ſe & domum regiam igni, & mortuus eſt, Propter peccata ſcilicet ſua quæ peccauit, faciendo malum in oculis Domini, & ambulando in via Ieroboam, atque peccatis eius quæ fecit, 24 & quibus peccare fecerat Iſraelem. Reliqua geſta Simri, & conſpiratio eius quam excitauit, annon hæc ſcripta ſunt in libro annalium regum Iſraelis? Tunc diuiſus eſt populus Iſrael in duas partes, dimidium populi ſequebatur Thibni filium Ginath, 25 conſtituens eum regem: & aliud dimidium iuit poſt Amri. At præualuit populus qui ſequebatur Amri, præ alio qui ſequebatur Thibni filium Ginath: 26 mortuoque Thibni, regnauit Amri. Anno 27 trigeſimoprimo Aſa regis Iehuda, regnauit Amri ſuper Iſraelem duodecim annis, in Thirza regnauit ſex annis. Hic emit montem: 28 Schomron ab quodam 29 Schæmer duobus talentis argenti, 30 ædificauitque montem, & vocauit nomen ciuitatis quam ædificauit, iuxta nomen 29 Schæmer, qui dominus fuerat montis 28 Schomron. Fecit autem Amri 31 quod diſplicuit Domino, 32 peiorque fuit omnibus qui eum præceſſerant. Nā 33 ambulauit in omni via Ieroboam filij Nebat, & in peccatis eius quibus peccare fecerat Iſraelem, vt ad iracundiam incitaret Dominum Deum Iſraelis in vanitatibus 34 ſuis. Reliqua rerum Amri, & omnia quæ fecit, ac fortitudo eius quā 35 oſtendit, annon hæc ſcripta ſunt in libro annaliū regū Iſrael? Dormiuit itaq; Amri cū patribus ſuis, & ſepultus eſt in Schomron, regnauitque Ahab filius eius pro eo. Regnauit ergo Ahab filius Amri ſuper Iſraelem anno trigeſimooctauo Aſa regis Iuda, regnauit inquam Ahab filius Amri ſuper*

Amri.
Achab.

*Iſraelem in Schomrō vigintiduobus annis. Et fecit Ahab filius Amri 36 quod diſplicuit oculis Domini, ſuper omnes qui ante eum fuerant. 37 Nam leue ducebat incedere in peccatis* Ieroboam *filij Nebat, accepit inſuper vxorem Iſæbel filiam Ethbaal regis* Zidoniorum, *38 iuitque & coluit 39* Baal, *& 40 adorauit eum. Erexit etiam ipſi Baal aram in phano Baal, quod extruxerat in 41 Schomrō. Fecit inſuper Ahab lucos: adiecit quoq; Ahab facere ea quibus irritaret Dominum Deum Iſraelis, plus omnibus regibus Iſraelis qui ante eum fuerant. In diebus eius extruxit* Hiel *42 Bethelites Iericho, 43 in Abiram primogenito ſuo 44 fundat eam, & in Segub minimo natu eius 45 ponit fores eius, iuxta verbū Domini, quod loquutus fuerat per Iehoſua filium Nun.*

30 Iſrael in Samaria viginti & duob⁹ annis. ⁋Et fecit Achab
filius Amri malum in conſpectu Domini ſuper omnes qui G
31 fuerunt ante eum. ⁋ Nec ſuffecit ei vt ambularet in pec-
catis Ieroboam filij Nabat: inſuper duxit vxorem Ieza- Ducit in vxorē Iezabel.
bel filiam Ethbaal regis Sidoniorum: & abijt, & ſeruiuit
32 Baal; & adorauit eum. ⁋ Et poſuit aram in templo Baal,
33 quod ædificauerat in Samaria, ⁋ & plantauit lucum: &
addidit Achab in opere ſuo, irritans Dominum Deum Iſ-
34 rael ſuper omnes reges Iſrael, qui fuerunt ante eum. ⁋In Reædificatur Iericho.
diebus eius ædificauit Hiel de Beth-el, Iericho: in Abi-
ram primitiuo ſuo fundauit eam, & in Segub nouiſsimo
ſuo poſuit portas eius: iuxta verbum Domini quod locu- Ioſue.6.d.
tus fuerat in manu Ioſue filij Nun.

## SCHOLIA IN CAP. XVI.

1 Vel, Proinde locutus eſt Deus cum Iehu filio, &c. 2 vel, puluere, id eſt, ſtatu & ordine infimo. 3 prouocando me per peccata eius, ſubaudi, populi Iſraelitici. 4 Hebraiſmus, à tergo expellam Baaſa, & à tergo (expellam) familiam eius, id eſt, propellendo eos à tergo, tollere è terra paratus ſum: perdam domum tuam non aliter quàm familiam Ieroboam cuius ſtudia imitatus es. 5 ſubaudi, regia in qua tu regnas. 6 Hoc genere dicendi ſignificat eos carituros ſepultura, quaſi dicat, nullus ſepelietur. 7 fortitudo, id eſt, quæ egregiè & fortiter geſsit. 8 id eſt, Prædixerat etiam Iehu interitum filij eius, Ieroboam ſcilicet. Quidam Hebræorum refert hæc verba (domum eius) ad Ahiam, quaſi dicat, non ſolum per Iehu interitus familiæ huius fuit prædictus, ſed & per Ahiam. 9 fecerat. 10 prouocando eum ad iram. 11 (prædixit verbum Dei) fore vt eſſet ſimilis domui Ieroboam, & propterea quod percuſsiſſet illum. Nadab ſcilicet: vel, quod futura eſſet familia Baaſa vt familia Ieroboam, & quod percuſsiſſet &c. Minatus eſt Deus extremum exitium familiæ Baaſa duabus de cauſis: primùm ob idololatriam: deinde quod ille Nadab dominum ſuum interfeciſſet. Pater pro filio aliquando ponitur. Ergo illum, id eſt, Ieroboam, hoc eſt filium Ieroboam Nadab. Vel dicendum eſt eſſe relatiuum ſine antecedente expreſſo. 12 ſubaudi, ab geſtis bellis. ſiue initio ſumpto ab eo anno quo Aſa cœpit gerere bellum cum Zara, id eſt XXXVI regni Aſa. 13 pacifice ſcilicet. nam regnauit reuera decem annos: Scriptura reticet annos turbulentos. 14 Chaldæus paraphraſtes, vertit in templo Arza (id eſt, idoli quod colebat Ela) quod templum erat iuxta regiam. Hebræi Arza dicunt fuiſſe nomen proprium præfecti aulæ regiæ. 15 ſubaudi, in locum vbi Ela erat temulentus. 16 vel, ſuo. 17 id eſt, nullum marem reliquit. vel, omnia perdidit, etiam ipſos canes. hyperbole. 18 vel, ſocios. 19 prouocando ad iram. 20 vel, Reliqua geſta. 21 Hebraiſmus, contra, id eſt, vt obſideret Gibethon quæ tunc occupabatur à Palæſthinis. 22 id eſt, locum regiæ fortiſsimum & tutiſsimum. 23 concuſsit ſuper ſe domum. 24 peccare faciendo. 25 vt conſtituerent eum. 26 mortuus eſt autem Thibni, & regnauit. 27 Hoc intelligitur de regno pacifico. A triceſimoſeptimo vſque ad quadrageſimum primum interiacentes anni non numerantur propter bella. Notandum eſt melius eſſe vt accipiantur omnes iſtæ ſupputationes regis Aſa ſimpliciter vt in Scriptura leguntur: quod que locus libri Paralip. vbi dicitur quod Baaſa rex Iſrael ædificauit Rama anno XXXVI regni Aſa regis Iuda, intelligatur de anno XXXVI à diuiſione regni, ſiue morte Salomonis, quo tempore ſcilicet regnabat Aſa rex Iuda: eratque annus ille annus XVI regni ipſius. 28 Dictio eſt triſyllaba Someron, quæ montem, vrbem, & regiam ſignificat. 29 potius, Semer. 30 Chaldæus paraphraſtes, muniuit. 31 Hebraiſmus, malum in oculis Domini. 32 vel, peſsime omnium fecit. 33 quaſi dicat, per omnia imitatus eſt illum. 34 Hebraiſmus, eorum. nempe Ieroboam & aliorum idololatrarum. 35 Hebraiſmus, fecit, id eſt, quæ egregie & fortiter geſsit. 36 malum in, &c. 37 Hebraiſmus, Factum eſt autē, (nā nonne leue fuit illi vt ambularet in peccatis Ieroboam?) factum eſt inquam vt acciperet, &c. vel, nonne parui momenti viſum eſt illi vt, &c. quaſi dicat, parum curauit ſi imitaretur peccata, &c. Alij legunt, Nunquid vile (vel, turpe) fuit illi, id eſt, exiſtimauit turpe, &c. Vt accipiatur interrogatio negatiue. 38 Subaudi, Sidonem. 39 Baal, nomen eſt appellatiuum, non proprium, idolum ſiue ſimulachrū ſignificat in genere: quod illud habeamus vice Dei. 40 inclinauit ſe (id eſt, totum corpus ſuum) illi. 41 ſiue, Samaria. 42 vel, Bethlæus. 43 vel, ſub Abiram. 44 fundauit, id eſt viuebat adhuc primogenitus eius quum cœpit inſtaurare Iericho. Peccatum imputatur Achab quod ſub eo reædificata fuerit Iericho quam inſtaurari vetuerat Dominus Ioſue 6.d. 45 poſuit portas. Ponere portas, hoc loco eſt imponere finem ædificationi.

## CAP. XVII.

*Dixit autem Elias* Thiſbites *ex inquilinis Gilead ad Ahab, 1 Viuit Dominus Deus* Iſraelis, *coram quo 2 miniſtro, ſi fuerit hiſce annis ros & pluuia, niſi iuxta 3 os meum. Factumque eſt verbum Domini ad eum in hanc ſententiam, Vade hinc, & diuerte ad plagam Orientalem, & abſcondere in torrente Chrith, qui eſt eregione Iordanis. 4 Eritque vt bibas de torrente, ego verò coruis mandaui vt te illic paſcant. Abijt itaque & fecit iuxta verbum Domini: abijt inquam, & 5 ſedit iuxta torrentem Chrith, qui eſt eregione Iordanis. Corui verò 6 attulerunt ei panem & carnem mane, ſimiliter panem & carnem veſpere, & bibebat de torrente. Poſt aliquot dies exiccato torrente, (nam 7 nihil pluerat ſuper terram,) Factum eſt verbum Domini ad eum in hanc ſententiam, Surge, & vade in Sareptam quæ eſt 8 Zidonij, & illic commorare, en præcepi ibi mulieri viduæ vt te alat. Surgens itaque abijt in Sareptam: quūque veniſſet ad portam ciuitatis, en erat illic mulier vidua colligens 9 ligna, & vocans eam, dixit, Adfer mihi obſecro paululum aquæ in vaſe, vt bibam. Illa autem abeunte vt ferret, clamauit ille poſt eam, dicens, Fer quæſo mihi & buccellam panis in manu tua. Quæ dixit, 10 Viuit Dominus*

## CAP. XVII.

1 ET dixit Elias Theſbites de habitatoribus Galaad, Elias famē prædicit ipſi Achab.
ad Achab, Viuit Dominus Deus Iſrael, in cuius con Eccl.48.a. Iaco. 5.d.
ſpectu ſto, ſi erit annis his ros & pluuia, niſi iuxta
2 oris mei verba. ⁋Et factum eſt verbum Domini ad eum, Vt fugiat hortatur Eliā Deus.
3 dicēs, ⁋Recede hinc, & vade contra Orientem, & abſcon
4 dere in Torrente-carith, qui eſt contra Iordanem, ⁋& ibi Prouidētia Dei,
5 de torrente bibes: coruiſq; præcepi vt paſcāt te ibi. ⁋Abijt Elias paſcitur à coruis.
ergo, & fecit iuxta verbum Domini: cumq; abijſſet, ſedit
6 in Torrente-carith, qui eſt contra Iordanē. ⁋Corui quoq;
deferebant ei panem, & carnes mane, ſimiliter panem &
7 carnes veſperi, & bibebat de torrente. ⁋ Poſt dies autem
aliquantos ſiccatus eſt torrens: non enim pluerat ſuper
8 terram. ⁋Factus eſt ergo ſermo Domini ad eum, di- B
9 cens, ⁋ Surge, & vade in Sareptha Sidoniorum, & Mittitur ad mulierē Sarepthanam pauperrimam. Luc.4.d.
manebis ibi: præcepi enim ibi mulieri viduæ vt paſ-
10 cat te. ⁋Surrexit, & abijt in Sareptha Sidoniorum. Cūq;
veniſſet ad portam ciuitatis, apparuit ei mulier vidua col-
ligens ligna, & vocauit eam, dixitq; ei, Da mihi paululum
11 aquæ in vaſe, vt bibā. ⁋ Cūq; illa pergeret vt afferret cla
mauit poſt tergum eius, dicēs, Affer mihi obſecro & buc-
12 cellā panis in manu tua. ⁋Quæ reſpondit, Viuit Dominus
Deus



Deus tuus, quia non habeo panem, niſi quantum pugillus
capere poteſt farinæ in hydria, & paululum olei in lecy-
tho: en colligo duo ligna, vt ingrediar, & faciam illud mi-
hi & filio meo, vt comedamus, & moriamur. ⁋ Ad quam 13
C Elias ait, Noli timere, ſed vade, & fac ſicut dixiſti: verun-
tamen mihi primùm fac de ipſa farinula ſubcinericium pa
nem paruulum, & affer ad me: tibi autem, & filio tuo facies
poſtea. ⁋Hæc autem dicit Dominus Deus Iſrael, Hydria 14
farinæ non deficiet, nec lecythus olei minuetur vſque ad
diem in qua Dominus daturus eſt pluuiam ſuper faciem
terræ. ⁋Quæ abijt, & fecit iuxta verbum Eliæ: & come- 15
dit ipſe, & illa, & domus eius: & ex illa die ⁋ hydria fari- 16
næ non defecit, & lecythus olei non eſt imminutus, iuxta
Oratione Eliæ ſuſcitatur filius hoſpitæ ſuæ. *eius verbum Domini quod locutus fuerat in manu Eliæ. ⁋Fa- 17
ctum eſt autem poſt verba hæc, ægrotauit filius mulieris
matriſfamiliâs, & erat langor * fortiſsimus, ita vt non re-
maneret in eo halitus. ⁋Dixit ergo ad Eliam, Quid mihi 18
& tibi vir Dei? ingreſſus es ad me, vt rememorarentur ini-
D quitates meæ, & interficeres filium meum? ⁋ Et ait ad 19
eam Elias, Da mihi filium tuum, tulitque eum de ſinu
eius, & portauit in cœnaculum vbi ipſe manebat, & po-
ſuit ſuper lectulum ſuum, ⁋ & clamauit ad Dominum, 20
& dixit, Domine Deus meus, etiamne viduam apud quam
ego vtcunque ſuſtentor, afflixiſti, vt interficeres filium
eius? ⁋Et expandit ſe, atque menſus eſt ſuper puerum tri 21
bus vicibus, & clamauit ad Dominum, & ait, Domine Deus
meus reuertatur obſecro anima pueri huius in viſcera ei⁹.
⁋ Et exaudiuit Dominus vocem Eliæ: & reuerſa eſt ani- 22
ma pueri intra eum, & reuixit. ⁋Tulitque Elias puerum, 23
& depoſuit eum de cœnaculo in inferiorem domum, &
tradidit matri ſuæ, Et ait illi, En viuit filius tuus. ⁋ Dixit- 24
que mulier ad Eliam, Nunc in iſto cognoui quoniam vir
Dei es tu, & verbum Domini in ore tuo verum eſt.

*Deus tuus, ſi eſt mihi panis 11 coctus, 12 pugillum plenum farina habeo in cado, & parum olei in lecytho: & en colligo ligna 13 duo, 14 vt ingrediar & apparem ipſum mihi atque filio meo, comedamuſque ipſum, deinde moriamur. Dixitque ad eam Elias, Ne timeas, vade & 15 fac iuxta verbum tuum, veruntamen fac mihi prius inde paruum ſubcinericium panem, & exporta ad me, tibi verò & filio pares poſtea. Quoniam ſic dicit Dominus Deus Iſraelis, 16 Farina cadi non deficiet, & oleum lecythi non minuetur, vſque ad eum diem quo Dominus pluuiam dederit ſuper faciē terræ. Abijt itaque illa, & fecit ſecundùm verbum Eliæ, comeditque ipſa & ipſe, & domus eius 17 multo tempore. 16 Neque ceſſauit farina cadi, nec oleum lecythi 18 defecit iuxta verbum Domini quod loquutus fuerat per Eliam. Poſt hæc geſta contigit vt ægrotaret filius mulieris illius quæ erat domina domus, fuitque morbus eius tam grauis, vt ne 19 flatus quidem in eo reliquus eſſet. Dixitque illa ad Eliam, 20 Quid mihi tecum eſt, vir Dei? veniſti ad me 21 vt reuocares ad memoriam iniquitatem meam, 22 interficereſque filium meum? Dixit ad eam, Da mihi filium tuum. & ipſe tulit eum de gremio eius, portauitque eum in cœnaculum, vbi ipſe ſolitus erat habitare, poſuitque eum 23 in lectum ſuum, clamanſque ad Dominum, ait, Domine Deus meus, tu etiam viduam illā, apud quā 24 aduena maneo, 25 affligis interficiendo filium eius? Et admenſus eſt ſeſe 26 ad puerum ter, clamauitque ad Dominum, & dixit, Domine Deus meus, redeat quæſo anima pueri huius intra viſcera eius. Et exaudiuit Dominus vocem Eliæ, reuerſaque eſt anima pueri 27 in eum, reuixitque. Et tollens* Elias *puerum, detulit eum de cœnaculo in domum inferiorem, & tradidit eum matri eius. Simulque dixit Elias, 28 En viuit filius tuus. Et ait mulier ad Eliam, Nunc demum noui quòd vir Dei es, & [quòd] verbum Domini [quod eſt] in ore tuo, verum eſt.*

## SCHOLIA IN CAP. XVII.

1 Id eſt, Iuro tibi per Deum viuentem. Prædicit Elias penuriam pluuiæ, vt minatus erat Deus in lege ſiquando Deum reliquiſſent. 2 Hebraiſmus, ſteti. Stare coram aliquo, pro inſeruire illi. 3 vel, verbum, id eſt, niſi prædixero fore, Deo mihi reuelante. 4 vel, Bibes autem de torrente, & coruis præcepi. 5 vel, manſit. 6 vel, afferebant. 7 id eſt, iam aliquot diebus non pluerat in ea regione. 8 id eſt, in regione Sidoniorum. 9 ligna quædam. ea nempe quæ prima obuiam habebat. 10 id eſt, Iuro tibi per Dominum Deum quem colis. 11 ſubcinericius. 12 .i. tantum farinæ quantum manu capi poteſt. 13 id eſt, pauxilla. 14 id eſt, vt hinc profecta pinſam panem mihi & filio meo: vt cum comederimus illud, moriamur. nā nihil amplius ſupereſt. 15 id eſt, coque panem tibi & filio vt dixiſti. 16 Hebraiſmus, Hydria farinæ non deficiet, & lenticula olei. Pro, Farina hydriæ non deficiet, & oleum lenticulæ &c. Tribuit continenti quod cōtento erat tribuendum. 17 Hebraiſmus, diebus. ſubaudi, aliquot. 18 imminutum fuit. 19 ſiue, halitus. 20 ſubaudi, commune, quaſi dicat, Qua in re te vnquam læſi? 21 vt (Deum) memorē faceres, quaſi dicat, forte non ſum tibi famulata pro officio. 22 id eſt, eſſes cauſa mortis filij mei? 23 ſuper lectū. 24 diuerſor. 25 vel, affligere voluiſti. 26 ſuper puerum, id eſt, incubuit puero. 27 in viſcera eius. 28 vel, Conſydera.

## CAP. XVIII.

Eliaſmittitur ad Achab. POſt dies multos factum eſt verbum Domini ad 1
Prouidētia Dei etiā erga ingratos. Eliam, in anno tertio dicens, Vade, & oſtende te
Achab, vt dem pluuiam ſuper faciem terræ. ⁋ Iuit 2
ergo Elias vt oſtēderet ſe Achab: erat autem fames vehe-
Abdias diſpenſator domus. mens in Samaria. ⁋ Vocauitque Achab Abdiam diſpen- 3
ſatorem domus ſuæ. (Abdias autem timebat Dñm Deum
valde. ⁋ nā cum interficeret Iezabel prophetas Domini, 4
tulit ille centum prophetas, & abſcondit eos quinquage-
nos, & quinquagenos in ſpeluncis, & pauit eos pane &
Achab, mittitur ad inueſtigandā herbam. aqua.) ⁋ Dixit ergo Achab ad Abdiam, Vade in terram 5
ad vniuerſos fontes aquarum, & in cunctas valles: ſi fortè
Achab quærit herbam. poſsimus inuenire herbam, & ſaluare equos & mulos, &
non penitus iumenta intereant. ⁋ Diuiſerūtq; ſibi regio- 6
B nes, vt circuirent eas. Achab ibat per viam vnam, & Ab-
dias per viam alteram ſeorſum. ⁋Cumque eſſet Abdias in 7
via, Elias occurrit ei: qui cum cognouiſſet eū, cecidit ſuper
faciē ſuam, & ait, Non tu es, dñe mi, Elias? ⁋ Cui ille reſpon 8
dit, Ego. Et dixit, Vade, & dic domino tuo, Adeſt Elias.

## CAP. XVIII.

*MVltis diebus elapſis, 1 tertio demum anno factum eſt verbum Domini ad Eliam in hanc ſententiam, Vade, & te ipſi Ahab trade conſpiciendum: 2 dabo enim pluuiam ſuper terram. Abijt itaq; Elias, vt ſe conſpiciendum daret ipſi Ahab: 3 nam vehemens famis erat in Schomron. Vocauit autem Ahab Abdiam, qui erat præfectus 4 prætorio. (Abdias autem vehementer timens fuit Domini: nam quum Iſæbel excinderet prophetas Domini, tulit Abdias centum prophetas, abſconditque eos quinquagenos viros 5 in ſpeluncis, aluitq; eos pane & aqua.) Et dixit Ahab ad Abdiam, Vade per regionem, ad cunctos fontes aquarum, & ad omnes torrentes, ſi fortè inueniamus gramē, 6 vt viuos conſeruem⁹ equos & mulos, ne nos deſtituamur iumētis. Diuiſerūt ergo ſibi regionē, vt eā peragrarent. Ahab 7 ſolus ibat vna via, altera via ibat 8 ſolus Abdias. Quūq; Abdias eſſet in itinere, obuiū habuit ſibi Eliā: & quū agnouiſſet eū, pcidit ſup faciē ſuā, & dixit, 9 Annō tu es dñs meus Elias? Reſpōdit ei, Sū: vade & dic hero tuo, En Elias*

[adeſt.] *Qui ait, Quid* 10 *cõmerui, quod* 11 *tradis ſeruũ tuũ in manum Ahab, vt me interficiat? Viuit Dominus Deus tuus, ſi gens ſit aut regnum, quò non miſerit dominus meus te quæſitum. quumque dixiſſent, Non [adeſt,]* 12 *regnum & gentem iuramẽto obſtrinxit quod te non inueniſſet. Nunc verò dicis, Vade, & dic hero tuo, En adeſt Elias.* 13 *Quumque ego à te receſſero, Spiritus domini te tollet ad locum aliquem quem ego ignoro: ego verò veniens & nuntians ipſi Ahab, quum ille te non inuenerit, occidet me,* 14 *ego autem ſeruus tuus metuo Dominum à pueritia mea. Annon indicatum eſt [tibi] domino meo quid ego fecerim, quum Iſæbel occideret prophetas Domini, quòd abſconderim de prophetis Domini centum viros, quinquagenos* 15 *in ſpeluncis, & eos pane & aqua aluerim? Nunc tamen dicis tu, Vade & loquere ad herum tuum, En Elias adeſt,* 16 *vt ſcilicet occidat me. Et dixit Elias, Viuit Dominus* 17 *exercituum, coram quo* 18 *miniſtro, hodie* 19 *videbor illi. Abijt igitur Abdias obuiam ipſi Ahab, &* 20 *indicauit ei:* 21 *venitque Ahab obuiam Eliæ. Quumque Ahab videret Eliam, dixit Ahab ad eum, Annon tu es ille qui* 22 *conturbat Iſraelem? Qui reſpondit, Ego non* 23 *turbo Iſraelem, ſed tu & domus patris tui, quum deſerueritis præcepta Domini, & tu incedis poſt* 24 *Baalim.* 25 *Mitte igitur & congrega ad me omnem Iſraelem in montem Charmelum, & prophetas Baal quadringentos & quinquaginta: prophetas quoque lucorum quadringentos,* 26 *qui edunt de menſa Iſæbel. Miſit igitur Ahab ad omnes filios Iſrael, & congregauit prophetas in montem Charmelum. Et accedens Elias ad omnem populum, ait, Quouſque tandem* 27 *claudicatis vos in duas partes? Si Dominus* 28 *eſt Deus, ſequimini eum: ſi Baal, ite poſt ipſum. populus autem ne verbum quidem reſpondit. Dixit ergo Elias rurſum ad populum, Solus ego* 29 *reliquus ſum propheta Domini, prophetarum autem Baal ſunt quadringenti & quinquaginta: dentur itaque nobis duo boues, eligant verò illi ſibi bouem* 30 *vnum, ſecẽtque eum in fruſta, ponantque ſuper ligna, at ignem nullum ſupponant: alterum bouem ego parabo, ponamque [eum] ſuper ligna, & ignem nullum ſupponam. Tum inuocabitis* 31 *nomen deorum veſtrorum, & ego inuocabo* 31 *nomen Domini, hac conditione, vt* 32 *Deus ſit ille* 33 *qui per ignem reſponderit. Et reſpondit vniuerſus populus, dicens,* 34 *Recte habet res. Dixit ergo Elias ad prophetas baal, Eligite vobis bouem vnum, & facite primum: veſtrum enim plures ſunt, & inuocate nomen deorum veſtrorum, ſed ignẽ ne ſupponatis. Acceperunt ergo bouem vnum, quem* 35 *dedit eis, & parauerunt, inuocaueruntque nomen baal, à ſumma luce ad meridiem vſque, dicentes, O baal exaudi nos. ſed* 36 *nec vox erat, neque qui* 37 *reſponderet. porrò ipſi* 38 *ad aram quam fecerant, ſaltitabant. Adueniente meridie, Elias* 39 *illuſit eis, dicens, Clamate* 40 *ſublata voce, (quandoquidem* 41 *deus eſt)* 42 *fortaßis colloquiũ habet, aut* 33 *negotium aliquod, aut* 44 *eſt in profectione, aut dormit, &* 45 *expergefiet. Clamauerunt itaque ingenti voce, & incidebant ſeſe cultris & lanceolis* 46 *ſuo more, donec* 47 *ſanguinem effunderent ſuper ſe. Factum ergo eſt, quum tranſiſſet meridies,* 48 *vt prophetarent vſq; ad tempus ſacrificij veſpertini, & non erat vox, neque reſpondens, neque auſcultans. Tum dixit Elias ad vniuerſum populum, Accedite ad me. & acceſſerunt omnis populus ad eum. Is verò* 49 *refecit arã Domini quæ diruta erat. Elias autem acceptis duodecim lapidibus iuxta numerum tribuum filiorum Iacob, (* 50 *ad quem factus fuerat ſermo Domini hiſce verbis, Iſrael erit tibi nomen,) Et* 51 *extruxit ex lapidibus aram in nomine Domini. Fecit inſuper* 52 *elices circum aram* 53 *qui capiebant duo ſata ſeminis. Struxit deinde ligna, & in fruſta concidit bouem, impoſuitque lignis. Et ait, Implete quatuor* 54 *cados aqua, & fundite ſuper holocauſtum, atque ſuper ligna. & dixit, Denuo hoc facite. & denuo fecerunt. & dixit, Facite hoc tertiò. fece-*

9 ♀ Et ille, Quid peccaui, inquit, quoniam "trades me
10 ſeruum tuum in manu Achab, vt interficiat me? ♀ Vi-
uit Dominus Deus tuus, quia non eſt gens aut regnum,
quò non miſerit dominus meus te requirens: & re-
ſpondentibus cunctis, Non eſt hîc: adiurauit regna
11 ſingula & gentes, eo quòd minime repereris. ♀ Et
nunc tu dicis mihi, Vade, & dic domino tuo, Adeſt
12 Elias. ♀ Cumque receſſero à te, Spiritus Domini aſ-
portabit te in locum quem ego ignoro: & ingreſſus nun-
tiabo Achab, & non inueniens te, interficiet me: ſer-
13 uus autem tuus timet Dominum ab infantia ſua. ♀ Nun-
quid non indicatum eſt tibi domino meo quid fecerim cũ
interficeret Iezabel prophetas Domini, quòd abſconde-
rim de prophetis Domini centum viros, quinquagenos
& quinquagenos in ſpeluncis, & pauerim eos pane &
14 aqua? ♀ Et nunc tu dicis, Vade, & dic domino tuo,
15 Adeſt Elias: vt interficiat me. ♀ Et dixit Elias, Viuit
Dominus exercituum, ante cuius vultum ſto, quia hodie
16 apparebo ei. ♀ Abijt ergo Abdias in occurſum Achab,
17 & indicauit ei, venitque Achab in occurſum Eliæ. ♀ Et
cum vidiſſet eum, ait, Tune es ille qui conturbas Iſrael?
18 ♀ Et ille ait, Non ego turbaui Iſrael, ſed tu, & domus
patris tui, qui dereliquiſtis mandata Domini, & ſecuti
19 eſtis Baalim. ♀ Veruntamen nunc mitte, & congrega ad
me vniuerſum Iſrael in mõte Carmeli, & prophetas Baal
quadringẽtos quinquaginta, ꝓphetaſq; lucorũ quadrin-
20 gentos, qui comedunt de menſa Iezabel. ♀ Miſit Achab
ad omnes filios Iſrael, & congregauit prophetas in mon-
21 te Carmeli. ♀ Accedens autem Elias ad omnem populũ
"Iſrael, ait, Vſquequo claudicatis in duas partes? ſi Do-
minus eſt Deus, ſequimini eum: ſi autẽ Baal, ſequimini il-
22 lum. & nõ reſpõdit ei populus verbũ. ♀ Et ait rurſus Elias
ad populum, Ego remanſi propheta Domini ſolus: pro-
phetæ autẽ Baal, quadringenti & quinquaginta, "prophe
23 tæq; lucorũ quadringẽti viri ſunt. ♀ dentur nobis duo bo-
ues, & illi eligant ſibi bouem vnum, & in fruſta cæden-
tes ponant ſuper ligna, ignem autem nõ ſupponãt, & ego
faciam bouem alterum, & imponam ſuper ligna, ignem
24 autem non ſupponam. ♀ Inuocate nomina deorũ veſtro-
rum, & ego inuocabo nomen "Dei mei: & Deus qui exau-
dierit per ignẽ, ipſe ſit Deus. Reſpondens omnis populus
25 ait, Optima propoſito "quã locutus eſt Elias. ♀ Dixit ergo
Elias prophetis Baal, Eligite vobis bouem vnum, & facite
primi, quia vos plures eſtis: & inuocate nomina deorum
26 veſtrorum, ignemque non ſupponatis. ♀ Qui cum tuliſ-
ſent bouem quem dederat eis, fecerũt: & inuocabãt nomẽ
baal de mane vſq; ad meridiem, dicẽtes, Baal exaudi nos.
& non erat vox, nec qui reſponderet: tranſiliebantque al-
27 tare quod fecerant. ♀ Cumque eſſet iam meridies, illu-
debat illis Elias, dicens, Clamate voce maiore: deus enim
eſt, & forſitan loquitur, aut in diuerſorio eſt, aut in iti-
28 nere, aut certe dormit, vt excitetur. ♀ Clamabant er-
go voce magna, & incidebant ſe iuxta ritum ſuum cul-
29 tris & lanceolis, donec perfunderentur ſanguine. ♀ Poſt-
quam autem tranſijt meridies, & illis prophetantibus ve-
nerat tempus quo ſacrificium offerri ſolet, nec audiebatur
vox, nec aliquis reſpondebat, nec attendebat orantes:
30 ♀ Dixit Elias omni populo, Venite ad me. & accedente
ad ſe populo, curauit altare Domini quod deſtructũ fue-
31 rat. ♀ Et tulit duodecim lapides iuxta numerum tri-
buum filiorum Iacob, ad quem factus eſt ſermo Domini,
32 dicens, Iſrael erit nomen tuum. ♀ Et ædificauit de lapi-
dibus altare in nomine Domini: fecitque aquæductum,
33 quaſi per duas aratiunculas in circuitu altaris, ♀ &
compoſuit ligna: diuiſitque per membra bouem, & po-
34 ſuit ſuper ligna, ♀ & ait, Implete quatuor hydrias
aqua, & fundite ſuper holocauſtum, & ſuper ligna.
rurſumque dixit, Etiam ſecundò hoc facite. qui cum
feciſſent ſecundò, ait, Etiam tertiò idipſum facite. fece-
runtque

" tradis

Abdias timens vitæ ſuæ, non vult renuntiare Achab adeſſe Eliam.

C

Elias miſſus à Deo, cõfidẽter arguit Achab.

850 falſi prophetæ.

D

Elias corripit falſos prophetas, quod Deo & Baalim ſeruirent: oſtẽdẽs Deum Iſrael, eſſe verũ Deũ. Zelus Eliæ pro Deo.

" Domini: Exaudire per ignem.

E

Irridet Elias baal.

Altare reſtituit, & offert holocauſtum.

Gene.32.f.

F



ceruntque tertiò. ♀ Et currebant aquæ circum altare, & 35
foſſa aquæductus repleta eſt. ♀ Cumque iam tempus 36
eſſet vt offerretur holocauſtum, accedẽs Elias propheta,
ait, Domine Deus Abraham, & Iſaac, & Iſrael, oſtende
hodie quia tu es Deus Iſrael, & ego ſeruus tuus, & iuxta
præceptum tuum feci omnia verba hæc. ♀ Exaudi me 37
Domine, exaudi me: vt diſcat populus iſte quia tu es Do-
minus Deus, & tu conuertiſti cor eorum iterum. ♀ Ceci- 38
dit autem ignis Domini, & vorauit holocauſtum, & ligna
& lapides, puluerem quoque & aquam quæ erat in aquę-
ductu lambens. ♀ Quod cum vidiſſet omnis populus, ce- 39
cidit in faciem ſuam, & ait, Dominus ipſe eſt Deus, Do-
minus ipſe eſt Deus. ♀ Dixitque Elias ad eos, Apprehẽdi- 40
te prophetas baal, & ne vnus quidem effugiat ex eis. quos
cum apprehendiſſent, duxit eos Elias ad Torrentem-ci-
ſon, & interfecit eos ibi. ♀ Et ait Elias ad Achab, Aſcẽde, 41
comede, & bibe: quia ſonus multæ pluuiæ eſt. ♀ Aſcendit 42
Achab, vt comederet & biberet: Elias autem aſcendit in
verticem Carmeli, & pronus in terram poſuit faciem ſuã
inter genu ſua, ♀ Et dixit ad puerum ſuum, Aſcende, & 43
proſpice contra mare. qui cum aſcendiſſet, & contempla-
tus eſſet, ait, Non eſt quicquam. & rurſum ait illi, Reuer-
tere ſeptem vicibus. ♀ In ſeptima autem vice, Ecce nube- 44
cula parua quaſi veſtigium hominis aſcendebat de mari.
qui ait, Aſcende, & dic Achab, Iunge "currum tuũ & de-
ſcende, ne occupet te pluuia. ♀ Cumq; ſe verteret huc atq; 45
illuc, ecce cęli cõtenebrati ſunt, & nubes, & vẽtus, & facta
eſt pluuia grãdis. aſcẽdens itaq; Achab abijt in Iezrahel.
♀ & manus Domini facta eſt ſuper Eliam, accinctiſq; lũ- 46
bis currebat ante Achab, donec veniret in Iezrahel.

Oratio Eliæ.

Igne de cælo miſſo qui conſumpſit holocauſtum, oſtendit Deus ſe verum Deum.

G

Elias interficit omnes prophetas baal.

Impetrat pluuiam

Elias anteuertit Achab proficiſcenti Iezrahel.

*ceruntque tertiò. Currebant itaque aquæ circum aram,* 55 *impleuitque aquã elices. Factumque eſt,* 56 *quum adeſſet tempus vt ſacrificaretur holocauſtum, acceßit Elias propheta, & ait, Domine Deus Abraham, Iſaac & Iſraelis, fiat hodie manifeſtum quod tu ſis* 57 *Deus in Iſraele, & quod ego ſim ſeruus tuus, & quod tuo iuſſu hæc omnia fecerim. Exaudi me Domine, exaudi me, vt populus iſte cognoſcat* 58 *te ſolum eſſe Dominum Deum,* 59 *quòdque tu tandem reduxiſti cor eorum. Tum decidit ignis Domini, & deuorauit holocauſtum, ligna, lapides, & puluerem: ſed & aquas quæ erãt* 60 *in elicibus lambuit. Hoc quum vidiſſet vniuerſus populus, prociderunt in facies ſuas, & dixerunt, Dominus ipſe eſt* 61 *Deus,* 62 *Dominus ipſe eſt Deus. Et ait Elias ad eos, Comprehendite prophetas baal, ita vt nullus ex eis euadat: & apprehenderunt eos, duxitque eos Elias* 63 *ad torrẽtem Kiſon, & trucidauit eos ibi. Tum dixit Elias* 64 *ad Ahab, Aſcende, comede, & bibe: quoniam* 65 *impetum ingentis pluuiæ [audio.] Aſcẽdit itaq; Ahab vt comederet & biberet, Elias autem aſcẽdit in verticẽ Charmeli, & proſternens ſe in terram,* 66 *poſuit faciem ſuam inter genua. Dixitque ad* 67 *puerum ſuum, Aſcende* 68 *quæſo, & ſpecta verſus mare. & aſcendens ſpectauit, dixitque, Nihil eſt. qui rurſum ait, Redito ſepties. Factum eſt autem, quum ſeptimò [iret] vt diceret, En parua nubecula,* 69 *acſi eſſet hominis manus, aſcendit de mari. qui* 70 *dixit,* 71 *Aſcende, & dic ipſi Ahab,* 72 *Iunge equos currui, & deſcende, ne te* 73 *cohibeat pluuia.* 74 *Interea cæli tenebreſcebant nubibus* 75 *& vento, & facta eſt pluuia magna. aſcendeſq; Ahab venit in* 76 *Ieſreel. Et* 77 *manus Domini facta eſt ſuper Eliã, vt accinctis lumbis ſuis præcurreret Ahab,* 78 *quouſq; veniret in Ieſreel.*

## SCHOLIA IN CAP. XVIII.

1 ab eius ſcilicet diſceſſu de torrente Carith. 2 Hebraiſmus, & dabo. 3 erat autem vehemens fames in Samaria. 4 domus eius. 5 in ſingulis ſpeluncis. 6 id eſt, qua paſcamus equos. 7 vel, ſeorſum, ſubaudi, ab Abdia. 8 vel, ſeorſum. ſubaudi, ab Achab. 9 Tune iſte es. vel, Tune ille es, domine mi, Elias? 10 peccaui. 11 traditurus es. 12 id eſt, reges & gentes ad quas miſerat nuntios. 13 Hebraiſmus, Accidet autem vt quum, &c. 14 Hebraiſmus, ſeruus autem tuus timet Dominum ab adoleſcentia ſua. 15 in ſingulis ſpeluncis. 16 & interficiet me. 17 id eſt, ſub cuius imperio ſunt omnia, & cui omnia parent. 18 Hebraiſmus, ſteti, id eſt, cui famulor. 19 ſubaudi, ſi prædixeris. 20 ſubaudi, aduentum Eliæ. 21 iuitq; 22 nam prædixerat Elias futuram penuriam aquæ. 23 turbaui. 24 idola. Tu, inquit, ante alios: ob id vtitur ſingulari. 25 ſubaudi, nuntios, quaſi dicat, Ergo quia dicis me conturbare Iſraelem, volo probare te eum eſſe. 26 id eſt, quibus victum dat Iezabel. 27 alternis (more claudorum) innitimini duabus perſuaſionibus? Vel, Quouſque tandem claudicabitis in duas cogitationes? aut opiniones? modo ſcilicet credendo Dominum, modo Baal, eſſe verum Deum? 28 vel, eſt (verus ille) Deus. 29 vel, relictus, id eſt, Solus ſum qui hîc tueatur gloriam & honorẽ Domini. 30 vel, alterum. 31 Hebraiſmus, in nomine. 32 ſubaudi, verus. 33 id eſt, demittendo ignem de cælo, qui conſumat holocauſtum. 34 Hebraiſmus, bonum eſt verbum, id eſt, AEquum eſt quod proponit. 35 ſubaudi, Achab, vel is qui adduxerat. 36 id eſt, nulla vox exaudiebatur. 37 vel, exaudiret. 38 tranſiliebant ſuper aram quam fecerat. ſubaudi, vnus eorum, vel, Achab. Vel, inſiliebant, aut, ſaltabant tanquam mente capti, iuxta altare quod fecerat. 39 vel, irriſit eos. 40 vel clara. 41 ſub. vt dicitis, & audire poteſt, ſed vox veſtra eſt demiſsior. 42 Heb. quoniam negotium eſt illi, ſubaudi, cum aliquo. 43 Hebraiſmus, inſecutio illi. vel, perſecutio, id eſt, fortaſſe eſt occupatus in perſequendis hoſtibus fugientibus. 44 via eſt illi, id eſt, forte abijt aliquo peregre. 45 ſubaudi, veſtro clamore. 46 id eſt, de more religionis ſuæ. 47 vel, perfunderent ſe cruore. 48 Hebraiſmus, & prophetaſſent, id eſt, inuocaſſent nomen baal, inſiliẽdo in altare, & incidẽdo ſe. 49 curauit. Metaphora ab ægrotis. 50 quaſi dicat, qui quum Iacob diceretur, dictus eſt à Domino Iſrael. 51 vel, ædificauit lapides in altare, id eſt, ædificando altare, inſumpſit lapides, &c. 52 vel, aquæductum. ſiue, canalem 53 Hebraiſmus, ſecundum domum (id eſt, locum, ſiue ſaccũ) duorum ſatorum, &c. hoc eſt tantæ capacitatis quantæ eſt ſaccus capax duorum ſatorum. Domus hoc loco pro ſacco: vt & alio loco Domus manuum pro chirothecis. 54 vel, hydrias. 55 & etiam aquæductum curauit implendum aqua. 56 quum offerri ſolebat ſacrificium veſpertinum. 57 ſubaudi, verus. 58 quod tu ó Domine es Deus, ſubaudi, ille verus. 59 Hebraiſmus, quodque cõuertiſti cor eorum retrorſum, id eſt, quod permiſiſti eos relinquere te. vel, permiſiſti eos propter peccata ſua incidere in idololatriam. 60 in canali linxit. 61 ſubaudi, ille verus. 62 Repetitio ad maiorem affirmationem. 63 ne ſcilicet ſanguine eorum contaminaretur terra ſancta. 64 Achab tum erat in torrente, hoc eſt loco demiſsiore. aut eius tentorium erat in loco altiore. Quidam Hebræorum dicit Achab ſe confeciſſe inedia, vt impetraret à Deo pluuiam, quaſi dicat, eſto bono animo: nam Deus dabit pluuiam. 65 Hebraiſmus, ſtrepitus multitudinis pluuiæ, ſubaudi, exauditur, id eſt, iam mihi videor exaudire. vel, mox auditurus es ſtrepitum vehementis pluuiæ. 66 Hoc pertinet ad humilitatẽ orantis, & maiorem attentionem orationis. 67 filium nempe mulieris Sareptanæ. 68 Hîc N A, vox Hebræa hortantis eſt. Age, aſcẽde 69 magnitudine volæ hominis. 70 ſubaudi, puero ſuo. 71 id eſt, Vbi deſcenderis è Carmelo, aſcende in eum locũ vbi eſt Achab. 72 Hebraiſmus, Iunge currum, quaſi dicat, Cura currum tuum apparandum. Intelligit ſe exauditum: ob id mittit puerum ad Achab, vt feſtinanter domum repetat. 73 intercipiat. Chaldæus paraphraſtes, ne remoretur te. 74 Hebraiſmus, Et fuit vſque huc & vſque huc, id eſt, Dum autem, vel Interim dum hæc gererentur. Chaldæus paraphraſtes, Dum iungerentur equi currui, & ille deſcenderet. 75 & ventus. ſubaudi, obortus eſt. 76 Hęc Ieſreel eſt in regno decem tribuum: altera ab ea eſt in tribu Iuda. 77 .i. dedit robur & vires Eliæ, confirmauit Eliam. 78 Hebraiſmus, donec venias Ieſrahel. id eſt, ad eum locum quo ingrediaris Ieſrahel. Chaldæus paraphraſtes, donec venit.

CAP.

CAP. XIX.

*AHab indicauit Iſabeli omnia quæ fecerat Elias, & 1 vniuerſum id, quòd omnes prophetas enſe interfecerat. Miſſo igitur nuntio ad Eliam, Iſabel dixit, 2 Sic faciant dij, ſicque addant, 3 ſi non cras iuxta id tempus poſuero animam tuam ſicut animam alicuius ex illis. Quod quum vidiſſet, ſurrexit, & abijt 4 quocunque eum animus [ferebat,] & venit Beer-ſeba, quæ eſt 5 in [tribu] Iehuda, vbi puerum ſuum reliquit. Ipſe verò ibat in deſertum itinere diei, & veniens ſedit ſubter iuniperum 6 quandam, cupiuitque animæ ſuæ vt moreretur, & dixit, 7 Satis 8 iam ô Domine, tolle animam meam: quoniam non ſum 9 melior patribus meis. 10 Iacens autem ſubter vnã iuniperum, obdormiuit, & ecce ſtatim angelus tetigit eum, 11 ſimulque dixit ei, Surge & comede. Quumque reſpexiſſet, ecce erat 12 ad caput eius placẽtula ſuper prunas cocta, & vas aquæ: edit itaque & bibit, & rurſum obdormijt. Reuerſuſque angelus Domini ſecundò tetigit eum, dicens, Surge, ede: nam 13 multum itineris tibi reliquũ eſt. Surgens ergo edit, & bibit, 14 profectuſq; eſt virtute illius cibi quadraginta diebus & quadraginta noctibus vſque in montem Dei 15 Horeb. 16 Quumque illuc perueniſſet in ſpeluncam, pernoctauit illic, factumque eſt verbum Domini ad eum, & dixit ei, Quid hîc tibi Elia? Qui dixit, 17 Zelo quodam Zelatus ſum pro Domino Deo exercituum, 18 quòd filij Iſrael fœdus tuum dereliquerunt, aras tuas diruerunt, & prophetas tuos gladio occiderunt, & ego ſolus reliquus ſum, quæruntque animam meam, vt eam tollant. Dixitque, Egredere, 19 & ſta in monte coram Domino. & en Dominus 20 tranſiens, & ventus ingens ac fortis diſſindens montes, & confringens 21 petras coram Domino: at Dominus 22 non eſt in vento. & poſt ventum illum 23 commotio: 24 ſed non in commotione Dominus. Et poſt 25 commotionem ignis: neque in igne [erat] Dominus. poſt ignem autem 26 ſibilus tranquillus & tenuis. 27 Quem quum audiſſet Elias, operuit faciem ſuam pallio ſuo: 28 & egreſſus ſtetit ad oſtiũ ſpeluncæ, & 29 ecce vox facta eſt ad eum in hunc modum, 30 Quid hîc tibi Elia? Reſpondit, Zelo quodam Zelatus ſum pro Domino Deo exercituum, quòd filij Iſrael relicto fœdere tuo 31 aras diruerunt, & prophetas tuos gladio occiderunt, & ego ſolus 32 reliquus ſum, quæruntque animam meam vt tollant eam. Et dixit Dominus ad eum, Vade, & reuertere per viam 33 tuam, 34 & per deſertum in Damaſcum, 35 & ingredere vt vnguas Haſaelem 36 regem ſuper Syriam. Et Iehu filium Nimſi vnge regem ſuper Iſraelem, Eliſæum autem filium Saphat de Abel-mehola vnge vt ſit propheta 37 pro te. Erit autem qui ſeruatus fuerit à gladio Haſaelis, hunc interficiet Iehu: & qui euaſerit gladium Iehu, hunc interficiet Eliſæus. Porrò in Iſraele 38 ſeruabo reliquos 39 ſeptem millia, 40 quorum omnium neque genua incuruata ſunt ante Baal, neque os oſculatum eſt eum. Abiens itaque illinc, inuenit Eliſæum filium Saphat agrum colentem, habentemque ante ſe duodecim iuga boum, 41 ipſe quoque ex duodecim erat. tranſiens autem Elias 42 coram eo, 43 proiecit pallium ſuum ſuper eum. Qui dimiſſis bobus, 44 cucurrit poſt Eliam, dixitque, Liceat quæſo mihi 45 oſculari patrem meum & matrem meam, tum te ſequar. ad quem ille dixit, Vade, & reuertere: quid enim 46 facerem tibi? 47 Qui quum diſceſſiſſet ab eo, tulit par boum, & mactauit illud: cum 48 inſtrumentis verò boum coxit eorum carnes, deditque 49 populo vt comederent. tum 50 ſurrexit, & ſequutus eſt Eliam, & 51 miniſtrauit ei.*

CAP. XIX.

1 NVntiauit autem Achab Iezabel omnia quę fece-
rat Elias, & quomodo occidiſſet vniuerſos pro-
2 phetas Baal gladio. ¶ Miſitq; Iezabel nuntiũ
ad Eliam, dicens, Hæc mihi faciant dij, & hæc addant,
niſi hac hora cras poſuero animam tuam ſicut animam
3 vnius ex illis. ¶ Timuit ergo Elias, & ſurgens abijt quo-
cunq; eum ferebat voluntas: venitque in Berſabee Iuda,
4 & dimiſit ibi puerum ſuum, ¶ & perrexit in deſertum
viam vnius diei. Cumque veniſſet, & ſederet ſubter vnam
iuniperum, petiuit animæ ſuæ vt moreretur, & ait, Suf-
ficit mihi Domine, tolle animam meam: neque enim me-
5 lior ſum quàm patres mei. ¶ Proiecitque ſe, & obdor
miuit in vmbra iuniperi: & ecce angelus Domini tetigit
6 eum, & dixit illi, Surge, & comede. * ¶ Reſpexit, &
ecce ad caput ſuum ſubcineritius panis, & vas aquæ: co-
7 medit ergo, & bibit, & rurſum obdormiuit. ¶ Reuer-
ſuſque eſt angelus Domini ſecundò, & tetigit eum, di-
xitque illi, Surge, comede: grandis enim tibi reſtat via.
8 ¶ Qui cum ſurrexiſſet, comedit & bibit, & ambulauit
in fortitudine cibi illius quadraginta diebus & quadra-
9 ginta noctibus, vſque ad montem Dei Horeb. ¶ Cum-
que veniſſet illuc, manſit in ſpelunca: & ecce ſermo Do-
10 mini ad eum, dixitque illi, Quid hîc agis Elia? ¶ At
ille reſpondit, Zelo zelatus ſum pro Domino Deo exer-
cituum, quia dereliquerunt pactum ° Domini filij Iſrael:
altaria tua deſtruxerunt, & prophetas tuos occiderũt gla-
dio, & derelictus ſum ego ſolus, & quærunt animam
11 meam vt auferant eam. ¶ Et ait ei, Egredere, & ſta in
monte coram Domino: & ecce Dominus ° tranſijt, &
ſpiritus grandis, & fortis ſubuertens montes, & conterẽs
petras ante Dominum: non in ſpiritu Dominus. & poſt
ſpiritum commotio: non in commotione Dominus.
12 ¶ Et poſt cõmotionẽ, ignis: non in igne Dominus. & poſt
13 ignem ſibilus auræ tenuis. ¶ Quod cum audiſſet Elias,
operuit vultum ſuum pallio, & egreſſus ſtetit in oſtio ſpe-
luncæ, & ecce vox ad eum, dicens, Quid hîc agis Elia?
14 ¶ Et ille reſpondit, Zelo zelatus ſum pro Domino Deo
exercituum, quia dereliquerunt pactum tuum filij Iſrael:
altaria tua deſtuxerunt, & prophetas tuos occiderunt
gladio, & derelictus ſum ego ſolus, & quærunt animam
15 meam vt auferant eam. ¶ Et ait Dominus ad eum, Vade
& reuertere in viam tuam per deſertum in Damaſcum:
cumque perueneris illuc, vnges Hazael regem ſuper
16 Syriam. ¶ Et Iehu filium Namſi vnges regem ſuper
Iſrael: Eliſeum autem filium Saphat, qui eſt de Abel-
17 meula, vnges prophetam pro te. ¶ Et erit, quicunq; fuge-
rit gladiũ Hazael, occidet eum Iehu: & quicũque fugerit
18 gladium Iehu, interficiet eum Eliſeus. ¶ Et derelinquam
mihi in Iſrael ſeptem millia ° virorum quorum genua non
ſunt incuruata ante Baal, & omne os quod non adorauit
19 eum oſculans manum. ¶ Profectus ergo inde Elias, re-
perit Eliſeum filium Saphat, arantem in duodecim iugis
boum, & ipſe in duodecim iugis boum arantibus vnus
erat: cumque veniſſet Elias ad eum, miſit pallium
20 ſuum ſuper illum. ¶ Qui ſtatim relictis bobus cucurrit
poſt Eliam & ait, ° Oſculor, oro, patrem meum, & ma-
trem meam, & ſic ſequar te. dixitque ei, Vade, & re-
21 uertere, quod enim meum erat, feci tibi. ¶ Reuerſus autem
ab eo, tulit par boum, & mactauit illud. & in aratro boum
coxit carnes, & dedit populo, & comederunt: conſurgenſ-
que abijt, & ſecutus eſt Eliam, & miniſtrabat ei.

Iezabel perſequitur Eliam.
Elias fugit Iezabelem.
Mori optat Elias
Ab angelo paſcitur.
B
° Et
Eliæ ieiunium.
Queritur ſe ſolum ex prophetis Dei relictum eſſe
Rom. 11. a.
° tuum.
° tranſit,
C Signa Dei aduentantis.
Iubetur inungere Hazael, Iehu, & Eliſeũ in vltionẽ idololatriæ Iſrael.
D
4. Reg. 9. a
eccle. 48. a.
Roma. 11. a.
° vniuerſorum
Eliſeus ex agricultura ad prophetiam vocatur à Deo.
° Oſculer,
Eliſeus, relictis omnibus, ſequiſ vocãtem Deũ, miniſtratque Eliæ.

SCHOLIA IN CAP. XIX.

1 prorſus. vel, omnino quod, id eſt, præſertim quod, &c. 2 id eſt, Hæc mihi eueniant, imò grauiora, niſi vlciſcar mortem prophetarum: quia, &c. 3 Hebraiſmus, quia cras hac hora ponam, &c. Chaldæus paraphraſtes, niſi hoc tempore ponam, &c. potius ſubaudiendum aliquid, cuiuſmodi, vlciſcar mortem: quia eras, &c. 4 Hebraiſmus, ſecundum animam ſuam, id eſt, ſibi. Chaldæus



Chal. para. vt animæ ſuæ conſuleret. 5 id eſt, in tribu Simeon: nam tribus Simeon eſt permiſta cum tribu Iuda. 6 vel, vnicam. Quidam aiunt fuiſſe illic vnicam iuniperum. 7 ſubaudi, vixi. 8 nunc. 9 vel, præſtantior maioribus meis. ſubaudi, qui in ea ætate in qua nunc ſum, mortui ſunt. 10 Proſtratus. 11 vel, hoc ipſo articulo. 12 ad ceruical. quod erat lapis ſuppoſitus capiti. 13 Hebraiſmus, maius eſt à te iter, id eſt, maius eſt quàm pro viribus tuis: ſiue quàm vt illud iſtis viribus conficere poſſis. 14 & ambulauit. 15 in quo ſcilicet data fuit lex. 16 Et ibi ſubijt ſpeluncam, & pernoctauit. 17 id eſt, Mira zelotypia teneor pro Domino, &c. quaſi dicat, Crucior in honorem Dei quadam quaſi zelotypia: & quaſi ſuſtinerem Dei perſonam crucior, quum videam eccleſiam quæ veluti ſponſa eſt, deficere à Deo. 18 quoniam. 19 id eſt, vt ſtes coram Domino: quia tranſiturus eſt in monte Horeb. quaſi dicat, ſenties Deum prætereuntem. Conſolatur Eliam Dominus præſentia ſua: poſtea prædicit illi puniendos fore idololatras. 20 tranſibat. vel, tranſiturus erat. 21 rupes. Tam vehemens erat ventus vt montes ſubuertere poſſet, & petras confringere. vel tam vehemens, quam vehemens eſſe ſolet ventus montes ſubuertens. Signa horrenda quæ terribilem Dei præſentiam ſignificant. Eadem fere leguntur facta ante aduentum Spiritus ſancti. 22 non erat. cum vento non erat Deus, ſed hæc eum præcedebant. 23 vel, tremor. ſiue, concuſſio, ſubaudi, montis. 24 nec in tremore erat, &c. 25 vel, concuſſionem, id eſt, terræ motum ſequebatur ignis. 26 vox tacita (vel, ſubmiſſa) & gracilis. Cum omnia illa præterierũt, audita eſt vox ſubmiſſa, gracilis, & tenuis. 27 cum autem audire cœpiſſet, ſubaudi, ſigna illa quæ præcedebant Dominum. 28 iam autem egreſſus erat, (ſubaudi, de ſpelunca,) & ſtabat. 29 quaſi dicat, audire cœpit vocem dicentem, &c. 30 id eſt, Quid habes hîc negotij? 31 vt ſcilicet ſeruirent idolis. 32 vel, relictus. qui tuerer honorem tuum palàm & publice. 33 id eſt, vnde venis. Reuertere aliquouſque quà veniſti. ſiue quadãtenus: & poſtea vade in deſertum Damaſci. 34 in deſertum Damaſci. 35 Hebraiſmus, & venies, & vnges. pro, cum eo perueneris, vnge, &c. 36 vel, in regem Syriæ. 37 vel, in locum tuum. 38 relinquam, id eſt, efficiam vt maneant mihi ſuperſtites quàm plurimi qui non adorarunt Baal. 39 id eſt, multa. 40 Hebraiſmus, (hoc eſt) omnia genua quæ non curuauerunt ſeſe ipſi Baal, & omne os quod non dedit illi oſcula. Pios ſeruat Deus ad conſolationem prophetę. Obedientiæ cauſa ſolemus oſculari manum aut aliud eius ſub cuius ditione ſumus. 41 & ipſe erat in duodecimo; id eſt, ipſemet arabat & ducebat duodecimum iugum boum. 42 iuxta illum. 43 Per impoſitionem pallij afflatus fuit Spiritu. 44 vt ſcilicet illum aſſequeretur. 45 id eſt, oſculando petere facultatem abeundi. 46 feci, ſubaudi, propter quod me ſequi debeas? Hoc dicit cum quadam ſimulatione, volens extorquere ab eo quidnã haberet in animo, & intelligere quo ſpiritu eſſet afflatus. 47 Hebraiſmus, Et reuerſus eſt à tergo illius, & tulit, &c. i. Relicto Elia reuerſus eſt ad parentes: poſt accepit par, &c. 48 Inſtrumenta boum vocat aratra, ſiue ligna aratri. 49 id eſt, popularibus ſuis qui ſequebantur eum abeuntem: hoc eſt patri, matri, ſeruis aratoribus, & reliquæ ſuorum multitudini. 50 facto ſcilicet conuiuio. 51 id eſt, fuit miniſter ac famulus eius.

CAP. XX.

Obſidetur Samaria.
° obſidebat
° obſedit
Achab deſperãs ſubmittit ſe Bẽadad

POrrò Ben-adad rex Syriæ, congregauit omnem 1
exercitum ſuum, & triginta duos reges ſecum, &
equos, & currus: & aſcendens ° pugnabat contra
Samariam, & ° obſidebat eam. ¶ Mittenſque nuntios 2
ad Achab regem Iſrael in ciuitatem, ¶ Ait, Hæc dicit 3
Ben-adad, Argentum tuum & aurum tuum meum eſt:
& vxores tuæ, & filij tui optimi, mei ſunt. ¶ Reſpon- 4
ditque rex Iſrael, Iuxta verbum tuum domine mi rex,
tuus ſum ego, & omnia mea. ¶ Reuertenteſque nun- 5
tij, dixerunt, Hæc dicit Ben-adad, qui miſit nos ad te,
Argentum tuum, & aurum tuum, & vxores tuas, & fi-
lios tuos dabis mihi. ¶ Cras igitur hac eadem hora mit- 6
tam ſeruos meos ad te, & ſcrutabuntur domum tuam, &
domum ſeruorum tuorum: & omne quod eis placuerit,
ponent in manibus ſuis, & auferent. ¶ Vocauit autem rex 7
Iſrael omnes ſeniores terræ, & ait, Animaduertite & vi-
dete quoniam inſidietur nobis. miſit enim ad me pro vxo
B ribus meis, & filijs, & pro argento & auro: & non abnui.
¶ Dixeruntque omnes maiores natu, & vniuerſus po- 8
pulus ad eum, Non audias, neque acquieſcas illi. ¶ ° Re- 9
ſponditque nuntijs Ben-adad, Dicite domino meo regi,
Omnia propter quæ miſiſti ad me ſeruum tuum in initio,
faciam: hanc autem rem facere non poſſum. reuerſique
nuntij retulerunt ei. ¶ Qui remiſit, & ait, Hæc faciant 10
mihi dij, & hæc addant, ſi ſuffecerit puluis Samariæ pu-
gillis omnis populi qui ſequitur me. ¶ Et reſpondens 11
rex Iſrael, ait, Dicite ei, Ne glorietur accinctus æque vt
diſcinctus. ¶ Factum eſt autem cum audiſſet Ben- 12
adad verbum iſtud, bibebat ipſe & reges in vmbracu-
lis, & ait ſeruis ſuis, Circundate ciuitatem: & circun-
dederunt eam. ¶ Et ecce propheta vnus accedens ad 13
Achab regem Iſrael, ait ei, Hæc dicit Dominus, Certè
vidiſti omnem multitudinem hanc nimiam? ecce, ego
tradam eam in manum tuam hodie: vt ſcias quia ego ſum
Dominus. ¶ Et ait Achab, Per quem? dixitque ei, Hæc 14
C dicit Dominus, per pediſequos principum prouinciarum.
& ait, Quis incipiet præliari? & ille dixit, Tu. ¶ Re- 15
cenſuit ergo pueros principum prouinciarum, & reperit
numerum ducentorum triginta duorum: & recenſuit
poſt eos populum, omnes filios Iſrael, ſeptem millia: ¶ & 16
egreſſi ſunt meridie. Ben-adad autem bibebat temulen-
tus in vmbraculo ſuo, & reges trigintaduo cum eo, qui

° Reſpõdit itaque
Prophetã mittit Deus ad Achab, in deſperatis rebus promittẽs ſalutem.
Achab iuxta Dei verbũ vicit Ben-adad, quem conuertit in fugam.

*POrrò Ben-hadad rex Syriæ congregauit omnes copias ſuas, cũq; eo triginta duo reges cũ equis & 1 curribus: ſic aſcendens obſedit Samariam, 2 bellumq; indixit ei. Et miſſis nũtijs ad Ahab regẽ Iſraelis in ciuitatẽ, 3 Dixit ei, Sic dixit Ben-hadad, 4 Argentum tuum; & aurũ tuũ meũ eſt, ſed & vxores tuæ, & liberi tui elegãtes mei ſunt. Et reſpõdẽs rex Iſraelis, dixit, 5 Iuxta verbũ tuũ domine mi rex, tuus ſum ego, & 6 quidquid habeo. Legati autem 7 reuerſi ſunt, & dixerunt, Sic dicit Ben-hadad, dicens, 8 Miſeram ad te iſtiuſmodi mandata, vt argentum tuũ, & aurũ tuum, vxores tuas & liberos tuos dares mihi. 9 Veruntamen cras 10 iuxta id tempus mittam ad te ſeruos meos, qui ſcrutabuntur domum tuam, domoſq; ſeruorũ tuorũ, & quidquid deſiderabile eſt in oculis tuis, accipient in manus ſuas, & tollent. 11 Conuocatis igitur omnibus ſenioribus Iſraelis, rex dixit, Cognoſcite & videte quæſo, quòd 12 malum is quærat: quandoquidẽ ad me miſerat pro vxoribus meis, pro liberis meis, pro argẽto meo & pro auro meo, neque negaui ei. Et dixerunt ad eum omnes illi ſeniores & vniuerſus ille 13 populus, Ne audias eum, neque adquieſcas ei. Dixit ergo ad legatos Ben-hadad, Dicite domino meo regi, 14 Quidquid [miſſis legatis] à ſeruo tuo primum poſtulaueras, facturus eram: iſtam autem rem facere nequaquam poſſum. abierunt itaque nuntij, retuleruntq; reſponſum. Ben-hadad rurſum miſit ad eum, & dixit, Sic faciant mihi dij, & ſic addant, ſi ſuffecerit puluis Samariæ, 15 vt ex vniuerſo populo qui me ſequitur, quiſq; vel pugillum capiat. Reſpõdens autẽ rex Iſrael, dixit, Dicite, Ne glorietur qui accingit 16 [baltheum,] vt qui iam 17 ſoluit. Factũ eſt autẽ quum audiſſet ſermonem iſtum, potaretque cum regibus in tẽtorijs, vt diceret ad ſeruos ſuos. 18 Inſiſtite, & 19 inſtiterunt aduerſus ciuitatem. Et 20 en propheta quidam acceſſit ad Ahab regem Iſraelis hiſce mandatis, Sic ait Dominus, Vidiſti turbam hanc maximam? en ego tradam eam in manũ tuã hoc die, 21 vt ſcias me eſſe Dominum. Et dixit Ahab, 22 Per quẽ? qui ait, Sic dicit Dominus, Per adoleſcentes principum 23 prouinciarum. qui rurſum dixit, Quis inſtruet 24 prælium? & reſpondit, Tu. Recenſuit ergo adoleſcentes principum prouinciarum, quorum fuerunt ducenti trigintaduo. poſt hos recenſuit quoque vniuerſum populum, [id eſt] omnes filios Iſrael, ſeptem ſcilicet millia. 25 Egreſſique ſunt meridie. porrò Ben-hadad 26 potans ebrietati indulſit in tentorijs, ipſe videlicet & reges, nempe trigintaduo reges qui*

*ei auxilio venerant. Egreßi ſunt 27 itaque adoleſcentes principum prouinciarum primi. 28 miſeratque* Ben-hadad*: qui renuntiarunt ei, dicentes, Egreßi ſunt 29 viri de Samaria. Qui ait, 30 Seu ad pacem ſint egreßi, ſeu ad pugnandum, apprehendite eos viuos. Hi autem egrediebantur, nempe adoleſcentes principum prouinciarum, & 31 exercitus poſt eos. Tum percußit quiſque 32 virum ſuum, Syrique fugerũt, perſequentibus Iſraelitis, euaſitque rex Syriæ Ben-hadad 33 cum equis 34 & equitibus. Rex verò Iſrael 35 egreſſus eſt & percußit equos & currus, percußit quoque Syros magna clade. (Accedens autem propheta ad regem Iſraelis, 36 dixit ad eum, Vade, & 37 corroborare, ſcito ac 38 vide quid facturus ſis: quoniam 39 anno reuertente 40 aſcendet rex Syriæ contra te.) 41 Etenim ſerui regis Syriæ dixerant ad eũ, Dij 42 montium ſunt dij eorum, ideo nobis facti ſunt ſuperiores. 43 ô ſi pugnandum nobis ſit cum eis in æquore plano, 44 certè ſuperiores illis erimus. Sic igitur facies, 45 Deme reges, quemque è ſuo 46 loco, ſufficeque pro eis duces, 47* Re*cenſeque tibi exercitum qualis fuit exercitus qui tibi cecidit, 48 equos vt [priores] equos: ſic & currus quemadmodum [priores] currus, & dimicabimus cum eis in patenti campo, 49 nimirum illis erimus ſuperiores. is autem audita eorum voce fecit ſic. Vertente anno* Ben-hadad *Syros recenſet, aſcenditque in 50 Aphec dimicaturus contra* Iſraelem*. Sed & filij* Iſraelis *51 recenſiti ſunt: & ſumpto commeatu, profecti ſunt illis obuiam, poſueruntque filij* Iſrael *caſtra contra eos, 52 acſi eſſent duo denudati greges caprarum: Syri autem repleuerunt terram. (*Et *accedens vir Dei, 53 dixit ad regem Iſraelis, dixit inquam, Sic dicit Dominus, Quandoquidẽ Syri dixerunt, Dominus eſt Deus montium, non Deus valliũ: tradam vniuerſam iſtam multitudinem ingẽtem in manũ tuam, vt cognoſcatis me eſſe Dominum.) Poſuerunt autem illi caſtra 54 pone iſtos ſeptem diebus. ſeptimoque die 55 manus prælio conſeruerunt, percuſſeruntque filij Iſrael ex Syris vno die peditum, cẽtum millia, Reliqui fugerunt in Aphec in vrbem, corruitque murus ſuper ſeptem & viginti millia virorũ, qui reliqui facti fuerant:* Ben-hadad *autem fugiens venit in ciuitatem 56 de penetrali in penetrale. Dixerunt autem ad eum ſerui eius,* En *audiuimus de regibus* Iſraelis *quod ſint 57 faciles reges: accingamus igitur lumbis noſtris 58 ſaccos, & capita noſtra reſtibus inſeremus, egrediemurque ad regem Iſraelis, 59 ſi fortè te vita donet. Accinxerunt itaque lumbos ſuos ſaccis, inſeruerũtque capita ſua reſtibus: venienteſque ad regem Iſraelis, dixerunt, 60 Seruus tuus* Ben-hadad *dicit, 61 Vita quæſo donetur mihi. qui ait, Viuitne adhuc? 62 frater meus eſt. At viri illi 63 fauſtum omen interpretati, arripuerunt confeſtim hoc ab eo, dixeruntque, 64 Frater tuus* Ben-hadad. *& ait, Ite, adducite eum. Et egreſſus eſt ad eum Ben-hadad: 65 iußitque aſcendere eum in currum. 66 Dixitque ad eum,* Vrbes *quas pater meus patri tuo ademit, reſtituam, 67 pouaſque tibi plateas 68 in Damaſco, quemadmodum pater meus poſuit in Samaria, 69 teque pacto dimittam. & pepigit cum eo fœdus, dimittens eum.* Vir *quidam de filijs prophetarũ dixit ad proximum ſuum, 70 iuſſu Domini,* Cæde *me obſecro. vir autem ille nolebat eum cædere.* Tum *dixit ad eum, Quandoquidem vocem Domini non audiuiſti, en vt primum à me abieris, feriet te leo. factumque eſt quum ab eo diſ ceſsiſſet, offendit eum leo, & ferijt eum. Inuenit deinde virum alium, ad quem dixit, 71 Cæde me quæſo. vir autem ille cecidit eum, & 72 vulnus [cædendo] inflixit. Abiens igitur propheta, ſtatuit ſe ante regẽ 73 in itinere, immutauitq; ſeſe 74 puluere quem aſperſerat faciei ſuæ. Quumque trãſiret rex, clamauit ad regem, & dixit, Seruus tuus 75 egreſſus eſt 76 in prælium, & en 77 receſſerat vir quẽ quidã ad me duxit, dicẽs, Cuſtodi virum iſtum: ſi 78 fuerit amiſſus, erit anima tua pro anima illius, aut talentum argenti pendes. Quumque ſeruus tuus 79 huc & illuc ſe verteret, 80 is nuſquam fuit. Et dixit ad eum rex Iſraelis, Sic erit iudiciũ tuum, tu 81 pronuntiaſti. Is autem extẽplo abſterſit 82 puluerem à facie ſua,*

17 ad auxilium eius venerant. ♀ Egreſsi ſunt autem pueri
principum prouinciarum in prima frõte. miſit itaq; Ben-
adad. Qui nuntiauerunt ei, dicentes, Viri egreſsi ſunt de
18 Samaria. ♀ At ille ait, Siue pro pace veniunt, appre-
hendite eos viuos: ſiue vt prælientur, viuos eos capite.
19 ♀ Egreſsi ſunt ergo pueri principũ prouinciarum, ac reli- D
20 quus exercitus ſequebatur*. ♀ Et percuſsit vnuſquiſq; vi- *eos
rum qui contra ſe veniebat: fugeruntq; Syri, & perſecu-
tus eſt eos Iſrael. fugit quoq; Ben-adad rex Syriæ in equo
21 cum equitibus ſuis. ♀ Necnon egreſſus rex Iſrael percuſ-
ſit equos & currus: & percuſsit Syriã plaga magna ˋnimis.
22 ♀ (Accedens autem propheta ad regem Iſrael, dixit ei, — Propheta præmonet Achab rurſum Ben-adad præliaturũ.
Vade, & confortare, & ſcito, & vide quid facias: ſequen-
23 ti enim anno rex Syriæ aſcendet contra te.) ♀ Serui verò — Blaſphemia.
regis Syriæ dixerunt ei, Dij montium ſunt dij eorũ, ideò
ſuperauerunt nos: ſed melius eſt vt pugnemus contra eos
24 in campeſtribus, & obtinebimus eos. ♀ Tu "ergo verbũ hoc — "verò
fac, Amoue reges ſingulos ab exercitu tuo, & pone princi — Inſtaurato exercitu rurſũ præliatur cõtra Iſraelẽ Bẽ-adad.
25 pes pro eis: ♀ Et inſtaura numerum militum qui ceciderũt
de tuis, & equos ſecundũ equos priſtinos, & currus ſecun-
dum currus quos antè habuiſti, & pugnabimus cõtra eos
in cãpeſtribus, & videbis quòd obtinebimus eos. credidit
26 conſilio eorum, & fecit ita. ♀ Igitur poſtquam annus trãſ-
ierat, recenſuit Ben-adad Syros, & aſcendit in Aphec, vt E
27 pugnaret contra Iſrael. ♀ Porrò filij Iſrael recenſiti ſunt,
& acceptis cibarijs profecti ex aduerſo, caſtraque metati
ſunt cõtra eos, quaſi duo parui greges caprarum: Syri au-
28 tem repleuerunt terrã. ♀ (Et accedens ˋvnus vir Dei, di- — Propheta annuntiat ipſi Achab victoriam de Syris.
xit ad regem Iſrael, Hæc dicit Dominus, Quia dixerunt
Syri, Deus montium eſt Dominus, & non eſt Deus val- — Cadit exercitus Bẽ-adad ob blaſphemiam.
lium: dabo omnem multitudinem hanc grandẽ in manu
29 tua, & ſcietis quia ego ſum Dominus.) ♀ Dirigebantq; ſe-
ptem diebus ex aduerſo hi, atque illi acies, ſeptima autem
die commiſſum eſt bellum: percuſſeruntque filij Iſrael de
30 Syris centum millia peditum, in die vna. ♀ Fugerũt autem
ˋSyri qui remanſerant in Aphec, in ciuitatem: & cecidit
murus ſuper vigintiſeptem millia hominum qui remanſe-
rant. porò Ben-adad fugiens ingreſſus eſt ciuitatẽ, in cu-
31 biculum quod erat intra cubiculum. ♀ Dixeruntque ei — Ben-adad miſericordiam orat ab Achab.
ſerui ſui, Ecce audiuimus quod reges domus Iſrael clemẽ-
tes ſint. ponamus itaq; ſaccos in lũbis noſtris, & funiculos
in capitibus noſtris, & egrediamur ad regẽ Iſrael: forſitan F
32 ſaluabit animas noſtras. ♀ Accinxerũt ſaccis lũbos ſuos,
& poſuerunt funiculos in capitibus ſuis, veneruntq; ad re-
gẽ Iſrael, & dixerunt ei, Seruus tu⁹ Bẽ-adad dicit, Viuat,
oro te, anima mea. & ille ait, Si adhuc viuit, frater me⁹ eſt.
33 ♀ Quod acceperũt viri ꝓ omine: & feſtinãtes rapuerũt ver — Achab non agnoſcẽs Dei victoriam, ſeruat Bẽ-adad contra Dei præceptum.
bũ ex ore eius, atq; dixerũt, Frater tuus Bẽ-adad ˋviuit. &
dixit eis, Ite, & adducite eũ ad me. Egreſſus eſt ergo ad eũ
34 Ben-adad, & leuauit eũ in currum ſuũ. ♀ Qui dixit ei, Ci-
uitates quas tulit pater meus à patre tuo, reddam: & pla-
teas fac tibi in Damaſco, ſicut fecit pater meus in Sama-
ria, & ego fœderatus recedam à te. pepigit ergo fœdus,
35 & dimiſit eum. ♀ Tunc vir quidã de filijs prophetarũ di- — Achab ſentẽtia ſua ſe iugulat.
xit ad ſociũ ſuũ in ſermone Dñi, Percute me. at ille no-
36 luit percutere. ♀ Cui ait, Quia noluiſti audire vocẽ Do-
mini, ecce, recedes à me, & percutiet te leo. cumq; paulu-
37 lũ receſsiſſet ab eo, inuenit eũ leo, atq; percuſsit. ♀ Sed & G
alterũ inueniẽs virũ, dixit ad eũ, Percute me. qui percuſ-
38 ſit eum, & vulnerauit. ♀ Abijt ergo propheta, & occur-
rit regi in via, & mutauit aſperſione pulueris ˋos & oculos
39 ſuos. ♀ Cumq; rex tranſiſſet, clamauit ad regem, & ait,
Seruus tuus egreſſus eſt ad præliandum cominus: cumq;
fugiſſet vir vnus, adduxit eum quidam ad me, & ait, Cu-
ſtodi virum iſtum: qui ſi lapſus fuerit, erit anima tua pro
40 anima eius, aut talentum argenti appendes. ♀ Dum au-
tẽ ego turbatus huc illucq; me vertere, ſubito non cõpa-
ruit. Et ait rex Iſrael ad eũ, Hoc eſt iudiciũ tuũ, quod ipſe
41 decreuiſti. ♀ At ille ſtatim abſterſit puluerẽ de facie ſua,
& cognoui



& cognouit eũ rex Iſrael quòd eſſet de prophetis. ♀ Qui 42
Inf. 22. f. — ait ad eum, Hæc dicit Dominus, Quia dimiſiſti virum di-
gnum morte de manu tua, erit anima tua pro anima eius,
& populus tuus pro populo eius. ♀ Reuerſus eſt igitur 43
rex Iſrael in domum ſuam, audire contemnens, & furi-
bundus venit in Samariam.

*quem rex Iſraelis agnouit, quod [ſcilicet] ex prophetis eſſet. Et dixit ad eum, 83 Sic dicit Dominus, Quandoquidem dimiſiſti è manu tua virum 84 quem ego excindere iuſſeram, 85 erit anima tua loco animæ illius, & populus tuus loco populi eius. Abijt verò rex Iſrael in domum ſuam, 86 abalienatus & indignabundus, venitque Samariam.*

## SCHOLIA IN CAP. XX.

1 id eſt, qui è curribus pugnant. 2 & oppugnauit (vel, oppugnare cœpit) eam. 3 ſubaudi, vnus ex nuntijs illis. 4 Poteſt etiam legi interrogatiue, Annon argentum tuum, &c. 5 id eſt, Vt dicis, quaſi dicat, Quæcunque poſsideo ſunt in tua poteſtate. 6 quaſi dicat, ero tibi tributarius, ſi voles. 7 ſubaudi, ad regem Iſrael. 8 Hebraiſmus, Mitto ad te, dicendo, Argentum, &c. id eſt, Per nuntios hęc tibi ſignifico. 9 vel, Sed, quaſi dicat, Dabis illa quidem, ſed non propterea ſatiſfeceris mihi. His Ben-adad videbatur quærere occaſionem belli. 10 hac hora. 11 Hebraiſmus, Vocauit autem rex Iſrael omnes ſeniores terræ, (id eſt patriæ,) & dixit, 12 id eſt, anſam belli inferendi. 13 qui ſcilicet conuocatus fuerat. 14 Hebraiſmus, Omnia quæ mandaſti ſeruo tuo principio, (id eſt, in prima legatione,) paratus ſum facere: 15 Hebraiſmus, pugillis vniuerſi populi qui eſt in pedibus meis, id eſt, ad implendas manus populi quem mecum duco. q.d. magna multitudine vos oppugnabo. Qui in pedibus meis eſt .i. quem duco. vel, poſt pedes meos, id eſt, qui ſequitur pedes meos. 16 vel, ſe (gladio.) pugnaturus videlicet, quaſi dicat, Ne canat epinicium ante victoriam. ne glorietur qui initurus eſt prælium, perinde atque is qui iam vicit. 17 ſubaudi, baltheum. 18 Admouete, ſubaudi, machinas bellicas ad vrbem expugnandam. 19 promouerunt, ſubaudi, eas machinas. 20 quum ſcilicet gererentur hæc. 21 .i. vt hac ratione cognoſcas me eſſe omnipotentem. 22 ſubaudi, daturus es hos in poteſtatem meam, quum nulli ſint mihi milites? 23 ſubaudi, tibi ſubditarum. Liberi principum ſolent educari in aulis regum. 24 vel, aciem? id eſt, Quis erit dux? Hoc petit quod idololatra eſſet, ſciretque ſe odioſum eſſe Deo. Hebraice ad verbum, Quis ligabit aciem? Metaphora ab iis qui iungunt boues aut equos operis cauſa. 25 Egreſsi ſunt itaque. 26 id eſt, iam biberat ad ebrietatem vſque. 27 inquam. 28 ſubaudi, nuntios vt ſcirent qui eſſent. 29 quaſi dicat, pauci aliquot. 30 Hebraiſmus, Si pacis cauſa egreſsi ſint, capite eos viuos: & ſi belli inferendi cauſa egreſsi ſint, viuos comprehendite eos. 31 Hic exercitus conſtabat plebe Iſraelitica. 32 id eſt, hoſtem ſuum contra ſe venientem. 33 ſuper equum, id eſt, opera equi. 34 & equites, id eſt, aliquot equites cum eo. 35 Aiunt regem egreſſum ex vrbe poſtremum verſis iam in fugam hoſtibus. 36 dixerat. ante egreſſum eius ſcilicet. 37 vel, eſto animo forti. 38 id eſt, vide vt interficias quotquot venerint in manum tuam. Alij, vide parta victoria vt recedas ab idololatria: nam Syri vt te perdant reuertentur. 39 vel, reuoluto anno. 40 ſubaudi, ſi illum non interfeceris. 41 Serui autem regis dixerunt. 42 id eſt, in cuius poteſtate ſunt montes. 43 vel, veruntamen. 44 Hebraiſmus, ſi non ſuperabimus eos. Subaudi, videbis. vel, cura nos perdendos ſi non eos ſuperemus. 45 vel, Amoue. ſubaudi, qui ſtatim fugerunt, nimis vitæ ſuæ timentes. 46 id eſt, dignitate. 47 vel, Numera. aut, Conſcribeque. 48 id eſt, tot eques quot erant in priore exercitu. 49 Hebraiſmus, (& videbis) ſi non præualebimus illis. 50 Aphec eſt tribus Iuda. Ben-adad autem erat amicus regis Iſrael. 51 Hebraice perinde legitur acſi dicas, & omnitati, id eſt, omnes inuenti, ſubaudi, ſunt qui in priore bello fuerant. 52 quaſi dicat, exercitus Iſrael erat ſimilis duobus gregibus caprarum: nam erat diuiſus in duas partes exiguas, nobiles nempe & populum. 53 dixerat. 54 e regione iſtorum. 55 Hebraiſmus, appropinquauit prælium, id eſt, præliati ſunt. 56 in cubiculum quod erat contra cubiculum, id eſt, in intimum cubiculum. 57 miſericordes. clementes. 58 vel, cilicia. 59 Hebraiſmus, ſi forte viuam ſeruet animam tuam. 60 Agnoſcit ſe victorem. 61 Hebraiſmus, Viuat quæſo anima. 62 id eſt, eſt mihi perinde charus atque frater. 63 augurum more diligenter obſeruabant: (ſubaudi, num ab eo excideret verbum aliquod amicum:) & feſtinauerunt & accelerauerunt. vel vt aliter Hebraice legitur, pro homine acceperunt & feſtinarunt rapere (ſubaudi, verbum) ab eo, id eſt, ex ore eius. Ita Chaldæus paraphraſtes. 64 ſubaudi, viuit. 65 id eſt, admiſit eum in currum ſuum. 66 ſubaudi, Ben-adad. 67 id eſt, fora rerum venalium conſtitues tibi ex quibus vectigalia accipies quaſi nundinas. 68 quaſi dicat, in vrbe regia: & hac re agnoſcam te ſuperiorem. 69 Hebraiſmus, ego vero (hoc) fœdere ſinam te abire. Verba Achab, quaſi dicat, his legibus & pactionibus, vt reddas mihi vrbes, & quod Damaſcus erit mihi tributaria, ſinam te abire o Ben-adad. 70 Hebraiſmus, verbis Domine. Parabola qua Deus oſtendit Achab moriturum, & in primis Deo eſſe obediendum. 71 ſubaudi, Dominus enim ita iubet. 72 id eſt, ita percuſsit vt vulneraret eum. 73 ſiue, in via ipſa. qua tranſibat. 74 amictu capitis ſuper oculos, id eſt, reddidit ſe ignotum amictu capitis demiſſo ſuper oculos. 75 ſubaudi, vrbe, vel domo. 76 in medium prœliũ. 77 recedens aliquis (è conflictu,) adduxit ad me quendam (captiuum) dicendo, &c. Propheta ſuſtinet perſonam Achab cui dicit, ad me cui Deus tradiderat Ben-adad. nam Achab non iuerat in prælium. 78 Heb. deſiderãdo deſideretur, id eſt, ſi tibi dilabatur, aut aufugiat. 79 Hebraiſmus, eſſet faciens hic & illic, id eſt, occupatus eſſet circa multa. 80 Heb. & non fuit. i. diſparuit. aut aufugit. 81 ſub. ſententiam cõtra te. 82 amictũ capitis. 83 id eſt, Per hoc quod geſsi vult ſignificare tibi Dominus. 84 Hebraiſmus, anathematis mei. ſiue occiſionis meæ, id eſt, quem volebam occidi, & funditus deleri. 85 id eſt, pro eo morieris, & populus tuus pro populo eius. 86 commotus. vel, mutatus, ſubaudi, à ſe.

## CAP. XXI.

Naboth vineã ſuam denegat regi Achab. — POſt verba autem hæc, ˋtempore illo vinea erat Na 1
both Iezrahelitæ, quę erat in Iezrahel, iuxta pa-
latium Achab regis Samariæ. ♀ Locutus eſt ergo 2
Achab ad Naboth, dicens, Da mihi vineã tuã, vt faciã mi-
hi hortum olerum, quia vicina eſt, & prope domum meã,
daboq; tibi pro ea vineã meliorẽ: aut ſi cõmodius tibi pu-
Triſtat Achab. — tas, argenti pretium quantum digna eſt. ♀ Cui reſpondit 3
Naboth, Propitius ſit mihi Dominus, ne dem hæredita-
tem patrum meorum tibi. ♀ Venit ergo Achab in domũ 4
ſuam indignans, & frendens ſuper verbo quod locutus
fuerat ad eum Naboth Iezrahelites, dicens, Non dabo ti-
B bi hæreditatẽ patrum meorum. Et proijciẽs ſe in lectulum
ſuum, auertit faciem ſuam ad parietem, & non comedit
Impia Iezabelis conſolatio. — panem. ♀ Ingreſſa eſt autem ad eum Iezabel vxor ſua, 5
dixitque ei, Quid eſt hoc, vnde anima tua contriſtata eſt?
& quare non comedis panem? ♀ Qui reſpondit ei, Locu- 6
tus ſum Naboth Iezrahelitæ, & dixi ei, Da mihi vineam
tuã, accepta pecunia: aut ſi tibi placet, dabo tibi vineã ˋme-

*POſt hæc geſta Naboth Ieſreelita vineam habebat in Ieſreel pone palatium Ahab regis Samariæ. Loquutuſque eſt Ahab cum Naboth, dicens, Da mihi vineam tuam, vt ſit mihi 1 hortus 2 olerum: quandoquidem vicina eſt [&] contigua ædibus meis, daboque tibi illius loco vineam iſta meliorem: aut ſi mauis, dabo tibi pecuniæ pretium pro ea.* Et *ait Naboth ad Ahab, 3 Seruet me Dominus, ne dem tibi hæreditatem patrum meorum. Venit ergo Ahab domum ſuam 4 abalienatus & indignabundus, propter ſermonem quem ei reſponderat Naboth Ieſreelites, quod dixiſſet, Non dabo tibi hæreditatem patrum meorum: decumbenſque in lecto ſuo, 5 vertit faciem ſuam, 6 neque comedit panem. Veniens autem ad eum Iſabel vxor eius, dixit ad eum, Cur animus tuus ſic 7 abalienatus eſt, curque cibum non vis ſumere? Ad quam ille ait, [*Hac de cauſa,*] quòd loquutus ſum cum Naboth Ieſreelita, & dixi ad eum, Da mihi vineam tuam pro pecunia: aut ſi mauis, dabo tibi 8 vineam*

*pro*

*pro ea: is verò reſpondit, Non dabo tibi vineam meam. Dixitque ad eum Iſabel vxor eius, 9 Tu nunc exerceres regnũ ſuper Iſraelem? ſurge, ede cibum, hilare ſit cor tuum, ego dabo tibi vineam Naboth Ieſreelitæ. Scripſit itaque literas nomine Ahab, & conſignauit eas annulo eius ſignatorio, & miſit literas illas ad 10 ſeniores & viros generoſos 11 qui erant in ciuitate eius habitantes cum Naboth. Scripſit autem literas huiuſmodi verbis, 12 Indicite ieiunium, & collocate ipſum Naboth 13 primo loco in populo: collocate inſuper duos viros 14 perditos 15 aduerſus eum, qui teſtes ſint contra eum, ſicque loquantur, 16 Blaſphemaſti Deum & regem: & tum 17 educite eum, atque lapidibus eum petite, vt moriatur. Fecerunt ergo 18 ciues vrbis ſuæ, nempe 19 ſenes & generoſi qui habitabant in vrbe eius, quemadmodũ miſerat ad eos Iſabel, [&] quemadmodum ſcriptum erat in literis quas miſerat ad eos. 20 Indixerunt ergo ieiuniũ, collocaruntq; Naboth inter primores populi. Veniẽtes deinde duo viri perditi, ſederunt eregione ipſius: tuleruntque viri illi perditi teſtimonium contra Naboth coram populo, dicentes, 21 Naboth blaſphemauit Deum & regem. educentes ergo eum foras extra ciuitatem, lapidibus eum obruerunt, & mortuus eſt. Deinde miſerunt ad Iſabelem, dicentes, Lapidibus obrutus eſt Naboth, atque mortuus. Vt autem Iſabel audiuit Naboth lapidibus interemptum eſſe, dixit eadem Iſabel ad Ahab, Surge, poßide vineam ipſius Naboth Ieſreelitæ, 22 quam tibi pro pecunia dare noluit, quoniam Naboth non viuit, ſed mortuus eſt. Audiens Ahab mortuum eſſe Naboth, ſurrexit Ahab vt deſcenderet in vineam Naboth Ieſreelitæ, 23 & poßideret illam. Factum eſt autem verbum Domini ad Eliam Thiſbiten 24 in hanc ſententiam, Surge, deſcẽde obuiam Ahab regi Iſraelis qui eſt in Samaria, en in vinea eſt Naboth, in quam deſcendit vt eam poßideat. Et loquere ad eum hiſce verbis, Sic dicit Dominus, 25 Interfeciſtine, & poßidebis etiam? tum rurſum loquêris ad eũ hiſce verbis, Sic dicit Dominus, 26 Eodem loci quo linxerunt canes ſanguinem Naboth, lingent quoque canes ſanguinem tuum, 27 tuum inquam. Et ait Ahab ad Eliam, 28 Deprehendiſti me hoſtis mee? qui ait, Deprehendi, 29 quandoquidem teipſum vendidiſti 30 malum deſignare in oculis Domini, en ego abducam ſuper te 31 malum, & 32 expurgabo poſt te, & excindam 33 ipſi Ahab 34 mingẽtem ad parietem, 35 recluſum & derelictum in Iſraele. Et tradam domum tuam vt domum Ieroboam filij Nebat, & ſicut domum Baaſa filij Ahiæ, propter irritationem qua 36 irritaſti, & effeciſti vt peccaret Iſrael. Sed & de Iſabele loqutus eſt Dominus in hanc ſententiã, Canes comedent Iſabelem 37 in propugnaculo Ieſreel. Qui 38 ipſi Ahab mortuus fuerit in ciuitate, 39 hunc canes comedent: qui verò in agro fuerit mortuus, hunc comedent aues cæli. 40 Veruntamen nullus fuit Ahab ſimilis, qui ſeſe 41 venderet malum deſignare in oculis Domini, eo quòd incitaret eũ Iſabel vxor ſua. Is enim fecit ſupra modum res abominandas, 42 qui impura ſtercora ſecutus eſt, iuxta omnia quæ fecerunt Amorrhæi, quos eiecit Dominus 43 ante filios Iſrael. Factum eſt autem quum audiret Ahab verba iſta, vt ſciſſis veſtibus ſuis, & carni ſuæ ſacco impoſito ieiunaret, dormiretque in 44 ſacco, & 45 nudis pedibus incederet. Tum factus eſt ſermo Domini ad Eliam Thiſbiten in hunc modum, Annon vidiſti quòd Ahab 46 humilis ſit factus coram me? quandoquidem ergo humilis factus eſt coram me, non inducam afflictionem illam ſuis diebus, [ſed] in diebus filiorum ſuorum adducam afflictionem ſuper domum eius.*

liorem pro ea. & ille ait, Non dabo tibi vineam meam.
7 ♀ Dixit ergo ad eum Iezabel vxor eius, Grandis au-
thoritatis es, & bene regis regnum Iſrael: ſurge, & co-
mede panem, & æquo animo eſto, ego dabo tibi vi-
8 neam Naboth Iezrahelitæ. ♀ Scripſit itaque literas ex
nomine Achab, & ſignauit eas annulo eius, & miſit
ad maiores natu, & optimates qui erant in ciuitate eius,
9 & habitabant cum Naboth. ♀ Literarum autem hæc
erat ſententia, Prædicate ieiunium, & ſedere facite Na-
10 both inter primos populi, ♀ & ſubmittite duos viros fi-
lios belial contra eum, & falſum teſtimonium dicant, Be-
nedixit Deum & regem. & educite eum, & lapidate, ſic-
11 que moriatur. ♀ Fecerunt ergo ciues eius maiores natu
& optimates qui habitabant cum eo in vrbe, ſicut præ-
ceperat eis Iezabel, & ſicut ſcriptum erat in literis quas
12 miſerat ad eos, ♀ Prædicauerunt ieiunium, & ſede-
13 re fecerunt Naboth inter primos populi. ♀ Et ad-
ductis duobus viris filijs diaboli, fecerunt eos ſedere
contra eum: at illi, ſcilicet vt viri diabolici, dixerunt
contra eum teſtimonium coram multitudine, Benedi-
xit Naboth Deum & regem. quam ob rem eduxerunt
14 eum extra ciuitatem, & lapidibus interfecerunt. ♀ Mi-
ſeruntque ad Iezabel, dicentes, Lapidatus eſt Naboth, &
15 mortuus eſt. ♀ Factum eſt autem, cum audiſſet Iezabel
lapidatum Naboth, & mortuum, locuta eſt ad Achab,
Surge,* poſſide vineam Naboth Iezrahelitæ, qui noluit
tibi acquieſcere, & dare eam accepta pecunia: non enim
16 viuit Naboth, ſed mortuus eſt. ♀ Quod cum audiſſet
Achab, mortuum videlicet Naboth, ſurrexit, & deſcen-
debat in vineam Naboth Iezrahelitæ, vt poſſideret eam.
17 ♀ Factus eſt igitur ſermo Domini ad Eliam Theſbiten,
18 dicens, ♀ Surge, & deſcende in occurſum Achab regis Iſ-
rael qui eſt in Samaria: ecce ad vineam Naboth deſcen-
19 dit, vt poſſideat eam: ♀ & loquêris ad eum, dicens, Hæc
dicit Dominus ˋDeus, Occidiſti, inſuper & poſſediſti. &
poſt hæc addes, Hæc dicit Dominus, In loco hoc in quo
linxerunt canes ſanguinem Naboth, lambent quoq; ſan-
20 guinem tuum. ♀ Et ait Achab ad Eliam, Num inueniſti
me * inimicum tibi? qui dixit ei, Inueni, eo quod venun-
datus ſis vt faceres malum in conſpectu Domini. ˋHæc
21 dicit Dominus, ♀ Ecce ego inducam ſuper te malum, &
demetam poſteriora tua, & interficiam de Achab min-
22 gentem ad parietem, & clauſum, & vltimũ in Iſrael. ♀ Et
dabo domum tuam ſicut domum Ieroboam filij Nabat,
& ſicut domum Baaſa filij Ahia: quia egiſti vt me ad ira-
23 cundiam prouocares, & peccare feciſti Iſrael. ♀ Sed & de
Iezabel locutus eſt Dominus, dicens, Canes comedent Ie-
24 zabel in agro Iezrahel. ♀ Si mortuus fuerit Achab in ci-
uitate, comedent eum canes: ſi autem mortuus fuerit in
25 agro, comedent eum volucres cæli. ♀ Igitur non fuit
alter talis ſicut Achab, qui venundatus eſt vt faceret ma-
lum in conſpectu Domini: concitauit enim eum Iezabel
26 vxor ſua, ♀ Et abominabilis factus eſt, intantum vt ſeque-
retur idola quæ fecerant Ammorrhæi, quos conſumpſit
27 Dominus à facie filiorum Iſrael. ♀ Itaque cum audiſſet
Achab ſermones iſtos, ſcidit veſtimenta ſua, & operuit
cilicio carnem ſuam, ieiunauitque, & dormiuit in ſacco,
28 & * ambulauit demiſſo capite. ♀ Et factus eſt ſermo Do-
29 mini ad Eliam Theſbiten, dicens, ♀ Nõne vidiſti humi-
liatum Achab coram me? quia igitur humiliatus eſt mei
cauſa, non inducam malum in diebus eius, ſed in diebus
filij ſui inferam malum domui eius.

C
Iezabel ſubmiſſis falſis teſtib⁹ lapidari iubet Naboth.
D
Achab approbat factũ à Iezabel vxore ſua.
*&
E
Elias increpat Achab, prædicens illi mortem.
* inimicè mihi
4.Reg.9.b.
F
Sup.15.g.
Sup.16.a.
Prędicit & mortem Iezabel. 4.reg.9.g.
G
Agit pœnitentiam.
* ambulabat
4.Reg.9.f.

## SCHOLIA IN CAP. XXI.

1 In hortum. 2 Vox Hebræa ſignificat herbas virentes, & etiam odoriferas. 3 Hebraiſmus, Abſit mihi à Domino, id eſt, Precor Dominum vt efficiat ne dem, &c. 4 Hebraiſmus, mutatus à ſe. vel, commotus. 5 auertit, ſubaudi, ab ijs qui erant in cubiculo, & conuertit ad parietem. 6 ſubaudi, præ ira. 7 commotus eſt, 8 ſubaudi, aliam quandam. 9 Tune nunc, id eſt, hac via, & ratione, rogando ſcilicet, quaſi dicat, fieri nequit vt diu regnes, ſi ita ad ſtudium ſubditorum tuorum te demiſeris.





non eſt regis rogare & precari, regis eſt imperare. Aut ironice legendum, vt nulla ſit interrogatio. 10 certos intelligit, quos ipſa ſciebat eſſe impios, & etiam ſibi morigeros. 11 ideſt, qui habitabant in eadem ciuitate in qua Naboth. 12 Hoc dicit quod die ieiunij ſolerent inquirere flagitia & facinora populi, & de impijs & perditis hominibus pœnas ſumere. poteſt legi, Conuocate concionem. 13 Hebraiſmus, in capite populi, ideſt, ſtatuite inter primos populi, hoc eſt, primates vrbis. 14 Hebraiſmus, belial, ideſt, improbos, vel impios. 15 ideſt, eregione ipſius. 16 Hebraiſmus, Benedixiſti Deo & regi, ideſt, Maledixiſti. 17 ſubaudi ex vrbe. 18 ideſt, conciues ſui. 19 vel, maximi natu & nobiliſsimi, vel optimates. 20 ideſt, Decreuerunt fieri quodam die, 21 Hebraiſmus, Benedixit Naboth Deo & regi, ideſt, Maledixit. 22 vel, qui. 24 vel, dicentis. 25 Nonne occidiſti, & poſſediſti? quaſi dicat, Non ſatis tibi fuit occidiſſe illum, niſi & poſſeſsionem eius inuaderes? Vel, Nonne ſatis tibi eſſe debuit, occidiſſe Naboth, niſi, &c. 26 Nõ de eodẽ loco particulari, ſed vniuerſali intelligit, quaſi dicat, In hac patria id tibi cõtiget quod cõtigit Naboth. Alij legũt, Propterea quod linxerunt &c. 27 Hebraiſmus, etiam tuũ. 28 Hebraiſmus, Num inueniſti inimice mi? ideſt, Nunquid inueniſti in me quod carpere poſsis tu qui ſemper mihi aduerſaris? 29 ideſt, quaſi te vendideris ad hoc ipſum, dediſti operam, & propenſo ſemper animo fuiſti ad ea perpetranda quæ Deo ingrata erant. 30 Hebraiſmus, ad faciendum malum. 31 vel, calamitatem. ſiue, afflictionem. 32 auferam, ideſt, mox tollam te de medio velut à tergo te propellens. 33 ideſt, de domo Achab. 34 quaſi dicat, excindam omnia de domo Achab, ita vt ne canibus quidem eius condonaturus ſim vitam. 35 ideſt, eos qui ſe receperint in arces munitiſsimas, & ſiquis forte fortuna derelictus ſit ac contemptus, hoc eſt omnes tuos ſiue ſint in dignitate conſtituti, ſiue non: ſiue ſummi ordinis, ſiue infimi. 36 ſubaudi me. 37 vel, in antemurali, aut, iuxta antemurale, ſiue foſſam, quæ ſcilicet duci ſolet circũ mœnia. 38 ideſt, de domo Achab. 39 ideſt, carebit ſepultura. 40 vel, Certe. 41 vendiderit, ideſt, qui non coactus, ſed ſua ſponte ſeipſum tradiderit malo faciendo, quod ingratiſsimũ eſt Domino. 42 Hebraiſmus, vt iret poſt idola, ideſt, eundo poſt idola, colendo ea. 43 à facie filiorum, &c. ideſt, quos expulit patria, vt eam daret filijs Iſrael. 44 Vox Hebræa S A C, ſignificat vilem veſtem & aſperam, vt quæ contexta ſit ex ea materia è qua contexi ſolent ſacci. 45 ita vertit Chaldæus paraph. Alij legũt ex Hebræo, ſenſim. ſiue, pedetẽtim & lentè, more ſcilicet lugentium ac mœrentium. 46 vel, deiecit ſeſe. Alij dicũt deiectionem, ſiue pœnitentiam Achab fuiſſe veram, alij dicunt perſonatam. Fuit hæc pœnitentia vera, ſed temporaria.

## CAP. XXII.

Ioſaphat petit ab Achab ſuppetias aduerſus Ramoth-Galaad. 2.par.18.a.
* & ſicut populus meus & populus tuus: & ſicut equi mei, ita & equi tui.
400. pſeudoprophetæ.
Ioſaphat requirit verbum Dei. Michæam vnicũ Dei prophetam odit Achab, quòd vera dicat.
B
Sedecias falſus propheta imitatur veros prophetas.
Propheta Dei verbum Dei loquitur.
*&
Ironia Michææ & imitatio pſeudopropheta.
C
Prædicit diſpergendũ populũ in prælio, & Achab occidẽdũ.

TRanſierunt igitur tres anni abſque bello inter Sy 1
riam & Iſrael. ♀ In anno autem tertio, deſcen- 2
dit Ioſaphat rex Iuda ad regẽ Iſrael. ♀ (Dixit- 3
que rex Iſrael ad ſeruos ſuos, Ignoratis quòd noſtra ſit
Ramoth-Galaad, & negligimus tollere eam de manu re-
gis Syriæ?) ♀ Et ait ad Ioſaphat, Venieſne mecum ad 4
præliandum in Ramoth-Galaad? ♀ Dixitq; Ioſaphat ad 5
regẽ Iſrael, Sicut ego ſum, ita & tu: * populus meus, & po
pulus tuus vnum ſunt: & equites mei, equites tui. Dixit-
que Ioſaphat ad regem Iſrael, Quære, oro te, hodie ſer-
monem Domini. ♀ Congregauit ergo rex Iſrael pro- 6
phetas, quadringentos circiter viros, & ait ad eos, Ire de-
beo in Ramoth-Galaad ad bellandum, an quieſcere? qui
reſponderunt, Aſcende, & dabit eam Dominus in manu
regis. ♀ Dixit autem Ioſaphat, Non eſt hic propheta 7
Domini quiſpiam, vt interrogemus per eum? ♀ Et ait 8
rex Iſrael ad Ioſaphat, Remanſit vir vnus, per quem poſ-
ſumus interrogare Dominum: ſed ego odi eum, quia non
prophetat mihi bonum, ſed malum, Michæas filius Iem-
la. cui Ioſaphat ait, Ne loquaris ita rex. ♀ Vocauit er- 9
go rex Iſrael eunuchum quendam, & dixit ei, Feſtina
adducere Michæam filium Iemla. ♀ Rex autem Iſrael 10
& Ioſaphat rex Iuda ſedebant vnuſquiſque in ſolio ſuo
veſtiti cultu regio, in area iuxta oſtium portæ Samariæ,
& vniuerſi prophetæ prophetabant in conſpectu eo-
rum. ♀ Fecit quoque ſibi Sedecias filius Chanaana 11
cornua ferrea, & ait, Hæc dicit Dominus, His ventila-
bis Syriam, donec deleas eam. ♀ Omneſque prophe- 12
tæ ſimiliter prophetabant, dicentes, Aſcende in Ra-
moth-Galaad, & vade proſperè, & tradet Dominus in
manus regis. ♀ Nuntius verò qui ierat vt vocaret Mi- 13
chæam, locutus eſt ad eum dicens, Ecce ſermones pro-
phetarum ore vno regi bona prædicant: ſit ergo * ſermo
tuus ſimilis eorum, & loquere bona. ♀ Cui Michæas 14
ait, Viuit Dominus, quia quodcunque dixerit mihi Do-
minus, hoc loquar. ♀ Venit itaque ad regem, & ait il- 15
li rex, Michæa, ire debemus in Ramoth-Galaad ad præ-
liandum, an ceſſare? cui ille reſpondit, Aſcende, & vade
proſperè, & tradet Dominus in manus regis. ♀ Dixit 16
autem rex ad eum, Iterum atque iterum adiuro te, vt non
loquaris mihi niſi quod verũ eſt, in nomine Dñi. ♀ Et il 17
le ait, Vidi cunctum Iſrael diſperſum in montibus quaſi
oues non habentes paſtorẽ: & ait Dominus, Non habent
iſti dominũ: reuertatur vnuſquiſq; in domum ſuam in pa-
ce. ♀ (Dixit ergo rex Iſrael ad Ioſaphat, Nunquid non 18
dixi tibi quia non prophetat mihi bonum, ſed ſemper
malum?) ♀ Ille verò addẽs, ait, Propterea audi ſermonẽ 19

*S 1 Ederunt ergo tribus annis, vt nullum eſſet bellum inter Syros & inter Iſraelem. Anno autem tertio factũ eſt vt Ioſaphat rex Iuda deſcenderet ad regem Iſraelis. Tum dixit rex Iſrael ad ſeruos ſuos, Scitiſne quòd noſtra ſit Ramoth-Gilead? Nos autẽ 2 ſocordes ſumus, quòd non tollimus eam de manu regis Syriæ. Et ait ad Ioſaphat, Viſne proficiſci mecum bellaturus contra Ramoth-Gilead? Ioſaphat reſpondit regi Iſraelis, 3 Quemadmodum ego, ſic & tu: quemadmodum populus meus, ſic & populus tuus: quemadmodum equi mei, ſic & equi tui. Dixitque Ioſaphat ad regem Iſraelis, Conſule quæſo hodie 4 verbum Domini. Congregans ergo rex Iſrael prophetas ferè quadringentos viros, dixit ad eos, Proficiſcarne in bellum contra Ramoth-Gilead, an omittam? illi dixerunt, Aſcende: nam tradet [eam] Dominus in manum regis. Et ait Ioſaphat, Eſtne 5 adhuc hic propheta Domini, vt per eum 6 inquiramus? Et ait rex Iſrael ad Ioſaphat, Eſt adhuc vir quidam per quem poſſemus Dominum 7 quærere, (at ego proſequor eum odio, quoniam nunquam prophetat mihi bonum, ſed duntaxat malum) nempe Micheas filius Iemla. dixitque Ioſaphat, 8 Ne loquatur rex ſic. Vocauit itaque rex Iſraelis quendam 9 ex cubicularijs, & dixit, Adduc confeſtim Micheam filium Iemla. Cæterum rex Iſrael & rex Ioſaphat rex Iehuda conſidebant vterq; in ſolio ſuo, induti 10 veſtibus, in 11 area iuxta oſtium portæ Samariæ, vniuerſique prophetæ prophetabant in conſpectu eorum. Fecerat autem Zedexias filius Chnaana ſibi cornua ferrea, & ait, Sic dicit Dñs, 12 Iſtis 13 feries tu Syros, 14 donec in vniuerſum eos conficias. Omnes quoque prophetæ ad hunc modum prophetabant, dicentes, Aſcendito in Ramoth-Gilead, & 15 feliciter ages, 16 quoniam tradet [ea] Dominus in manum tuam. Porrò nuntius qui ierat Micheam vocatum: loquutus eſt ad eum, dicens, En vaticinia prophetarum vno ore fauſta regi [prædicunt,] ſit quæſo verbum tuum conſonum 17 illorum verbis, 18 vaticinare & tu fauſta. Micheas dixit, Viuit Dominus, quòd quodcunque dixerit Dominus ad me, hoc loquar. Et venit ad regem, dixitque rex ad eum, Michea, proficiſcemurne bellaturi contra Ramoth-Gilead, an 19 omittemus? is verò dixit ad eum, Aſcende, 20 feliciter rem geres: tradet enim Dñs [eam] in manum regis. Dixitq; ad eũ rex; 21 Quoties te iureiurando adigã, vt nõ loquaris ad me præter veritatẽ, 22 in nomine Dñi? Tũ dixit [Micheas,] Vidi vniuerſum Iſraelẽ diſperſum in mõtibus veluti oues quibus nõ eſt paſtor. 23 dixitq; Dñs, Illi nõ habẽt dominũ: reuertatur quiſq; domum ſuam 24 incolumis. (Et ait rex Iſrael ad Ioſaphat, Annon 25 dixeram tibi, Is nihil 26 boni vaticinatur mihi, ſed malum duntaxat?) Tũ dixit, Audi ergo verbum*

*Domini, Vidi Dominum ſedentem in ſolio ſuo, & 27 omnis exercitus cælorum ſtabat iuxta eum ad dexteram eius, & ad ſiniſtram eius. Dicebatq; Dominus, Quis perſuadebit Ahab vt aſcendat & 28 cadat in Ramoth-Gilead? 29 quũque alius aliud diceret, 30 Egrediebatur ſpiritus quidam, & ſtans coram Domino, ait, Ego 31 perſuadebo ei. aitq; Dominus ad eũ, Qua in re? Is ait, Egrediar, eroq; ſpiritus mẽdax in ore omnium prophetarũ eius. 32 Dixit ergo, 33 Perſuadebis, ſimulq; efficies: egredere itaq;, & fac ſic. Et nunc, en Dominus dedit ſpiritum mendacem in os omnium prophetarum tuorum iſtorum, loquutuſque eſt Dominus ſuper te malum. Accedens autem Zedekias filius Chanaana, 34 percuſsit Micheam in maxillam, & ait, 35 Vbinam tranſiuit Spiritus Domini à me, vt tibi loqueretur? Et ait* Micheas, *Ecce tu videbis ipſo eodem die, 36 quando de penetrali in penetrale fugeris vt abſcondaris. Ait itaque rex Iſrael,* Tolle Micheam, *& 37 reduc eum ad Amon præfectum ciuitatis, & ad Ioas filium regis, diceſque, Sic ait rex, Conijcite hunc in carcerem, & 38 date ei cibum, panem & aquam, vt ſolet afflictis, donec ego incolumis rediero.* Tum *dixit Micheas, Si reuerſus fueris incolumis & ſaluus, 39 Dominus non eſt loquutus per me. & ſimul dixit, 40 Audite omnes populi. Aſcendit itaque rex Iſrael, & Ioſaphat rex Iehuda in Ramoth-Gilead. Dixitque rex Iſrael ad* Ioſaphat, *41 Mutandus eſt habitus, & eundũ in bellum, tu verò indue 42 veſtimenta tua. 43 immutauitq; rex Iſrael, & ingreſſus eſt bellum. Rex verò Syriæ præceperat ducibus curruum, quos habebat trigintaduos, dicens, Ne conſeratis manus neque cum magno, neque cum paruo, præterquam cum ſolo rege Iſraelis. Quum igitur duces curruum viderent Ioſaphat, dixerunt,* Profecto *is eſt rex Iſrael. & conceſſerunt ad eum, vt cum eo pugnarent, 44 clamauitque Ioſaphat. Quum verò duces curruum viderent quòd non eſſet rex Iſrael, diuerterunt ab eo. Quidam autem 45 intendens arcum, quàm maxime potuit, ferijt regem Iſraelis 46 inter iuncturas [thoracis,] & inter loricam. Et dixit aurigæ ſuo, 47 Verſa manu tua, educ me 48 ex caſtris, quoniam 49 vulneratus ſum. 50 Et deſijt prælium eo ipſo die: porrò rex ſuffultus ſtabat in curru prope Syros, & mortuus eſt 51 veſpere, effluxitque ſanguis ex vulnere in 52 ſinum currus. Tranſijt autem 53 iubilus per caſtra, ſub occaſum ſolis in hunc modum, Quiſque in ciuitatem ſuam, & quiſque in 54 terram ſuam. 55 Rex autem mortuus eſt, venitque Samariam, ſepelieruntque regem in Samaria. 56 Quidam autem perfudit currum in piſcina Samariæ, linxeruntque canes 57 ſanguinem eius, 58 meretriceſque lauerunt [currum,] iuxta verbum Domini quod loquutus erat. Reliquum geſtorum Ahab, & quæcũque fecit, domus quoque eburnea quam extruxit, & omnes ciuitates quas ædificauit, an non hæc ſcripta ſunt in libro annalium regum* Iſraelis? *Dormiuit itaque Ahab cum patribus ſuis, & regnauit Ahaſias filius eius pro eo. Porro Ioſaphat filius Aſa regnare cœpit ſuper Iehuda quarto anno Ahab regis* Iſraelis. *Fuitque Ioſaphat natus trigintaquinque annos quum regnare cœpiſſet, & regnauit vigintiquinq; annis* Ie*roſolymis. Nomen matris eius fuit Azuba filia Silhi. Ambulauit autem in omni via Aſa patris ſui, nec declinauit ab ea, faciens quod rectum erat in oculis Domini: veruntamen excelſa non ſunt demolita, adhuc enim populus ſacrificabat & adolebat in excelſis. Pacem quoque fecit Ioſaphat cum rege* Iſraelis. *Reliquum geſtorum Ioſaphat, & fortitudo eius 59 qua præditus fuit, & bella quæ geſsit, annon hæc ſcripta ſunt in libro annalium regum* Iehuda? *60 Reliquias quoque catamitorum, qui remanſerant in diebus Aſa patris ſui, ipſe ſuſtulit è terra. 61 Tunc non fuit rex in AEdom, qui præfectus eſſet regno. Ioſaphat 62 fecit quoque decem 63 naues, quæ per mare veniebant in* Ophir, *vt aurum [adueherent:] ſed non 64 profectæ ſunt, quoniam fractæ fuerunt naues illæ 65 in Ezion-gaber. 66 Tunc ait Ahaſias filius*

Domini, Vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium ſuum, &
omnem exercitũ cæli aſsiſtentem ei à dextris & à ſini-
20 ſtris. ¶ Et ait Dominus, Quis decipiet Achab regẽ Iſrael,
vt aſcẽdat, & cadat in Ramoth-Galaad? & dixit vnus ver
21 ba huiuſcemodi, & alius aliter. ¶ Egreſſus eſt autem ſpi
ritus, & ſtetit coram Domino, & ait, Ego decipiã illũ. cui
22 locutus eſt Dñs, In quo? ¶ Et ille ait, Egrediar, & ero ſpi
ritus mendax in ore omniũ prophetarũ eius. Et dixit Do
23 minus, Decipies, & præualebis: egredere, & fac ita. ¶ Nũc
igitur ecce dedit Dominus ſpiritum mendacij in ore om-
nium prophetarum tuorum, qui hîc ſunt, & Dominus lo-
24 cutus eſt contra te malum. ¶ Acceſsit autem Sedecias fi
lius Chanaana, & percuſsit Michæam in maxillam, & di-
xit, Mene ergo dimiſit Spiritus Domini, & locutus eſt ti-
25 bi? ¶ Et ait Michæas, Viſurus es in die illa quando in-
grediêris in cubiculum intra cubiculum, vt abſcondaris.
26 ¶ Et ait rex Iſrael, Tollite Michæam, & maneat apud
Amon principem ciuitatis, & apud Ioas filium* amelech,
27 ¶ & dicite eis, Hæc dicit rex, Mittite virum iſtum in car-
cerem, & ſuſtentate eum pane tribulationis & aqua an-
28 guſtiæ, donec reuertar in pace. ¶ Dixitque Michæas,
Si reuerſus fueris in pace, non eſt locutus in me Domi-
29 nus. & ait, Audite populi omnes. ¶ Aſcendit itaque rex
30 Iſrael & Ioſaphat rex Iuda in Ramoth-Galaad. ¶ Di-
xit itaque rex Iſrael ad Ioſaphat, Sume arma, & ingrede-
re prælium, & induere veſtibus tuis. porrò rex Iſrael mu-
31 tauit habitum ſuum, & ingreſſus eſt bellum. ¶ Rex au-
tem Syriæ præceperat principibus curruum trigintaduo-
bus, dicens, Non pugnabitis contra minorem & maiorem
32 quempiam, niſi contra regem Iſrael ſolum. ¶ Cum ergo
vidiſſent principes curruũ Ioſaphat, ſuſpicati ſunt quòd
ipſe eſſet rex Iſrael, & impetu facto pugnabant contra eũ:
33 & exclamauit Ioſaphat. ¶ Intellexerũtq; principes cur-
34 ruũ quòd non eſſet rex Iſrael, & ceſſauerunt ab eo. ¶ Vir
autem quidam tetẽdit arcũ, in incertum ſagittam dirigẽs,
& caſu percuſsit regem Iſrael inter pulmonem & ſtoma-
chum. At ille dixit aurigæ ſuo, Verte manum tuam, & eij-
35 ce me de exercitu, quia grauiter vulneratus ſum. ¶ Com
miſſum eſt ergo prælium in die illa, & rex Iſrael ſtabat in
curru ſuo contra Syros, & mortuus eſt veſpere: fluebat au
36 tem ſanguis plagæ in ſinum currus, ¶ & præco inſonuit
in vniuerſo exercitu antequam ſol occumberet, dicens,
Vnuſquiſque reuertatur in ciuitatem *, & in terram ſuam.
37 ¶ Mortuus eſt autem rex & perlatus eſt in Samariam:
38 ſepelieruntque regem in Samaria, ¶ Et lauerũt cur-
rum eius in piſcina Samariæ, & linxerunt canes ſanguinẽ
eius, & habenas lauerunt, iuxta verbum Domini quod
39 locutus fuerat. ¶ Reliqua autem ſermonum Achab, &
vniuerſa quæ fecit, & domus eburnea quam ædificauit,
cunctarumque vrbium quas extruxit, nonne hæc ſcripta
40 ſunt in Libro ſermonum dierum regum Iſrael? Dormiuit
ergo Achab cum patribus ſuis, & regnauit Ochozias fi-
41 lius eius pro eo. ¶ Ioſaphat verò filius Aſa regnare cœ-
42 perat ſuper Iudã anno quarto Achab regis Iſrael. ¶ Tri-
gintaquinque annorum erat cum regnare cœpiſſet, & vi-
gintiquinque annis regnauit in Ieruſalem: nomen ma-
43 tris eius Azuba filia Salai. ¶ Et ambulauit in omni via
Aſa patris ſui, & non declinauit ex ea: fecitque quod re-
44 ctum erat in conſpectu Domini. ¶ Veruntamen excel-
ſa non abſtulit: adhuc enim populus ſacrificabat, & adole
45 bat incenſum in excelſis. ¶ Pacemque habuit Ioſaphat
46 cum rege Iſrael. ¶ Reliqua autem verborum Ioſaphat,
& opera eius quæ geſsit, & prælia, nonne hæc ſcripta ſunt
47 in libro verborum dierum regum Iuda? ¶ Sed & reli
quias effœminatorũ, qui remanſerant in diebus Aſa patris
48 eius, abſtulit de terra. ¶ Nec erat tunc rex cõſtitutus in
49 Edõ. ¶ Rex verò Ioſaphat fecerat claſſes in mari, quę na-
uigarẽt in Ophir propter aurũ: & ire non poterant, quia
50 cõfractæ ſunt in Aſion-gaber. ¶ Tũc ait Ochozias filius
Achab

D

Percutitur Michęas propheta.

*Appellatiuũ nomen eſt, nõ propriũ, filiũ amelech, id eſt filiũ regis.

Incarceratur Michæas.

Achab pugnans cõtra Ramoth-Galaad, iuxta verbum Dei occiditur.

E

Achab moritur.

* ſuam.

F

ſup. 21. c.

Ochozias, rex Iſrael.

Ioſaphat pius.

G

Ioſaphat mittit in Ophir pro auro.

Ioſaphat moritur.



Succidit Ioram Ochozias impius.

Achab ad Ioſaphat, Vadãt ſerui mei cum ſeruis tuis in
nauibus. & noluit Ioſaphat. ¶ Dormiuitque Ioſaphat 51
cum patribus ſuis, & ſepultus eſt cum eis in Ciuitate
Dauid patris ſui: regnauitque Ioram filius eius pro eo.
¶ Ochozias autem filius Achab regnare cœperat ſuper 52
Iſrael in Samaria, anno ſeptimodecimo Ioſaphat regis
Iuda, regnauitque ſuper Iſrael duobus annis. ¶ Et fecit 53
malum in conſpectu Domini, & ambulauit in via patris
ſui & matris ſuæ, & in via Ieroboam filij Nabat, qui
peccare fecit Iſrael. ¶ Seruiuit quoque Baal, & ado- 54
rauit eum, & irritauit Dominum Deum Iſrael, iuxta
omnia quæ fecerat pater eius.

*Ahab ad Ioſaphat, Eant ſerui mei cum ſeruis tuis 67 in nauibus: at Ioſaphat noluit. Dormiuit itaque Ioſaphat cum patribus ſuis, & ſepultus eſt cum patribus ſuis in ciuitate Dauidis patris ſui: regnauitque Ioram filius eius pro eo. Ahaſias filius Ahab 68 regno Iſraelitico in Samaria inauguratus eſt anno decimo ſeptimo Ioſaphat regis Iehuda: regnauitque duobus annis ſuper Iſraelem. Deſignauit autem malum in conſpectu Domini, 69 ambulauitque in via patris ſui, in via matris ſuæ, atque in via Ieroboam filij Nebat, qui effecerat vt ſcelerate ageret Iſrael. Nã coluit Baal, & adorauit eum, irritauitque Dominum Deum Iſraelis, 70 iuxta omnia quæ deſignauerat pater eius.*

## SCHOLIA IN CAP. XXII.

1 Habitarunt, id eſt, A fœdere inito cum Ben-adad fuit pax in Iſraele tribus annis. Anni pars pro toto anno hîc accipitur. 2 Hebraiſmus, tacemus ab accipiendo eam, &c. vel, ſilemus, ſiue ceſſamus tamen tollere illam, &c. Ramoth fuerat occupata à Regibus Syrijs ante patrem Ben-adad: vnde ex fœdere non tenebatur Ben-adad eam reddere. 3 quaſi dicat, Idem ſum facturus quod tu: populus meus iturus eſt quò populus tuus, vel populus meus & tuus idem ſunt: equi mei ibunt quò tui ſunt ituri, erit nobis commune periculum. 4 id eſt, Dominum. 5 Ioſaphat diſsimulat hîc ſe ſcire prophetas Achab eſſe falſos & adulterinos prophetas. 6 ſubaudi, verbum Domini. 7 conſulere. 8 quaſi dicat, Vaticinabitur proſpera. 9 enuchum. 10 ſubaudi, regijs. 11 ſubaudi, quadam. Tum prope vrbes erant areæ, ob incurſiones hoſtium, 12 ſubaudi, cornibus. 13 Chaldæus paraphraſtes, interficies Syros, 14 ſubaudi, neque ferire deſines, donec memoriam eorum aboleas. 15 .i. expugnabis eam. 16 Hebraiſmus, & dabit eam Dominus in manum regis, id eſt, tuam. 17 ſermoni vnius eorum. 18 Hebraiſmus, & vaticinare fœlicia. &, pro id eſt, poſitum. 19 vel, deſiſtemus? 20 Hoc ironice dictum. 21 Hebraiſmus, Vſque ad quod vices, id eſt, Quoties patieris me adiurare te, quaſi dicat, Iterum atque iterum te adiuro vt, &c. 22 Hæc verba iungenda ſunt cum præcedentibus (te iureiurando adigam) id eſt, Quoties patieris me te adiurare per nomen Domini, vt non loquaris mihi niſi quod verum fuerit? Senſit fraudem Achab, qui non addidit hoc, Hæc dicit Dominus, vt veri prophetæ ſolent. 23 ſubaudi, mihi. 24 Hebraiſmus, in pace. 25 vel, prædixeram. 26 vel, fœlicia, ſed infœlicia, aut, aduerſa. 27 per exercitum cæli hoc loco intellige tantum angelos bonos. Parabola autem eſt qua indicatur, ſinente & cõniuente Deo, nobis imponi à Satana. 28 id eſt, moriatur. 29 Hebraiſmus, & dixit vnus ſic, & alius dicebat ſic. 30 ſubaudi, de loco ſuo. non enim erat cum exercitu illo cæleſti. Spiritus malus non habet locum cum ſpiritibus bonis. Iob. 2. a. 31 imponam. 32 ſubaudi, Dominus. 33 Impones. 34 incuſsit colaphum Michææ. 35 Qua, ſubaudi, via. Chaldæus paraphraſtes, Qua hora, id eſt, Quãdo. 36 Hebraiſmus, quo ingredieris (de) cubiculo in cubiculum, id eſt, in intimum cubiculum. quòniam non inuenies locum in quo poſsis ſatis tutus eſſe præ metu hoſtium. 37 ſubaudi, in vrbem. Alij aiunt eum fuiſſe antea in carcere. 38 Hebraiſmus, cibate eum pane tribulationis & aqua anguſtiæ. vel, afflictionis .i. exiguo pane & exigua aqua. Chaldæus paraphraſtes, pane qui erit in afflictione: hoc eſt, non ad ſaturitatem, ſed ad neceſsitatem tantum. 39 quaſi dicat, tũc plane fatebor Dominũ non eſſe locutum per me. 40 Vocauit populum in teſtem, Audite omnes quæ dico: vt quum quæ prędixi euenerint, intelligatis me dixiſſe inſpiratione diuina. 41 Mutabo habitum, & ingrediar. 42 ſubaudi, regia. 43 ſubaudi, veſtem, ſiue paludamentum. 44 ſubaudi, ad Dominum, viſis hoſtibus. 45 Hebraiſmus, emiſit ſagittam in ſimplicitate ſua, id eſt, in incertum, citra propoſitum feriendi regem. 46 id eſt, inter annulos quibus conſtabat lorica. quaſi dicat, forte fortuna allapſa eſt ſagitta in foramen quod erat inter annulos. Vel, inter laminas quæ dependent à ſolida lorica. Doctioribus magis probatur iſta interpretatio, quaſi dicat, fuit percuſſus in inguine, vbi laminæ hærent loricæ ſolidæ qua totum corpus munitur. 47 id eſt, Flexa habena. 48 id eſt, de exercitu. 49 Hebraiſmus, ægrotare factus ſum, id eſt, dolore aut morbo correptus ſum: vel potius, dolet mihi vulnus quod accepi. non ſimulat ſe non accepiſſe vulnus. 50 Hebraiſmus, (Incaluerat autem bellum in die illo, & rex erat ſtans in ipſo curru, e regione Syrorum.) id eſt, Acre autem prælium commiſſum fuerat eo die quo vulnus accepit Achab, & ipſe conſtantiſsime pugnabat contra Syros, vnde illum ſagitta petere fuit facile. 51 ſub veſperam. ſub occaſum ſolis. 52 Sinus eſt res quæ aliquid capit. 53 vel, clamor, id eſt, Proclamatum fuit voce præconis in caſtris. 54 ſubaudi, reuertatur. 55 Rex inquam. 56 Hebraiſmus, Et lauit (auriga) 57 ſubaudi, cum aqua. nam lambebant canes ſanguinem cum aqua qui veniebant bibitum in piſcina. Cum ſupra, cap. 21, Elias dicit, in loco in quo linxerunt canes ſanguinem Naboth, tuum lingent. locus pro regione ponitur. 4. Reg. 9, docet prophetiam Eliæ de lambendo ſanguine Naboth, impletam fuiſſe in Ioram. 58 & arma eius lauerunt, ſubaudi, quibus mandatum fuit illud negotium. 59 Hebraiſmus, quam fecit, id eſt, quæ ſtrenue geſsit. 60 Porrò reliqua ſcorta maſcula quæ. 61 quaſi dicat, Tempore huius Idumæa erat ſubiecta regibus Iuda: & reges illic conſtituebant præfectum qui vices regis gereret. 62 fecerat. 63 vel, naues marinas, (aut vt quidam, Africas) vt irent in Ophir, id eſt, naues Africanas, hoc eſt, quæ irent in Africam per mare Rubrum, vt irent in Spagniolam. Vel, naues Africanas, id eſt, tales quales erant in Africa. Verius eſt vt Tharſis accipiatur pro mari: fecit marinas naues, ad differentiam fluuialium. Tharſis, ſiue Tarſis, tria ſignificat in Scriptura, Africam: inſulam auriferam ſitam in Oceano ad Occidentem Terræ ſanctæ: & mare ipſum, vt hîc. 64 iuit. 65 id eſt, in portu Heſion-gaber. vel, non procul à portu vrbis Heſion-gaber. 66 claſſe ſcilicet Ioſaphat attrita. 67 ſubaudi, quæ proficiſcuntur in Ophir. 68 regnauit Super Iſraelem in Samaria. Hîc anni ſynecdochice accipiuntur, pars anni pro toto anno. 69 .i. ſectatus eſt impietatem paternam & maternam. 70 id eſt, prorſus, ſiue omnino vt fecerat, &c.

Liber

# Liber Regum ſecundus, quem nos quartum Regum dicimus.

## CAP. I.

*1 DEFECIT autem Moab ab Iſraele poſt mortem Ahab. Deciditq; Ahaſias per 2 cancellos 3 cœnaculi ſui quod habuit in Samaria, quumq; 4 ægrotaret, miſit nũtios, mãdauitq; eis, Ite, & cõſulite 5 Baal-ſebub deum 6 Ecron, ſimne conualiturus ab hoc morbo meo. Angelus autẽ Domini loquutus eſt ad Eliam Thiſbitem, Surge, aſcende obuiam nuntijs regis Samariæ, & loquere ad eos, 7 Annon eſt Deus in Iſraele, quod vos proficiſcimini conſultum Baal-ſebub deum Ecron? Atque ob id ſic dicit Dominus, De lecto 8 quem aſcendiſti non deſcendes, ſed moriendo morieris. ſimulq; abijt Elias. Quumque reuerſi eſſent nuntij ad 9 eum, dixit ad eos, 10 Quid ita reuertimini? Reſponderunt ei, Aſcendit vir quidam obuiam nobis, dixitque ad nos, Ite & reuertimini ad regem qui miſit vos, & loquimini ad eum, Sic dicit Dominus, 11 Annon eſt Deus in Iſraele, quòd tu mittis conſultum Baal-ſebub deum Ecron? idcirco de lecto quem aſcendiſti non deſcendes, ſed moriendo morieris. Qui dixit ad eos, Quis habitus viri illius qui vobis obuiam factus, taliaque verba loquutus eſt? Et reſpõderunt ei, Vir ille 12 piloſus fuit, & lumbis ſuis accinctus Zona coriacea. tũ ait, Elias eſt Thiſbites. Miſitque 13 ad eum principem ſuper quinquaginta, & quinquaginta quos habuit ſub ſe. Is 14 aſcendit ad eũ, & ecce ſedebat in vertice montis: locutuſque eſt ad eum, O 15 vir Dei, rex mandauit vt deſcendas. Reſpondit Elias, & dixit ad principem ſuper quinquaginta, 16 Si vir ſum Dei ego, 17 deſcendat ignis de cælo, deuoretque te, & quinquaginta tuos. tum 18 deſcendebat ignis de cælo, deuorauitq; eum & quinquaginta eius. Rex rurſus miſit ad eum alium principem quinquagenarium cum quinquaginta viris quos ſub ſe habuit: is quoque 19 reſpondit, & dixit ad eum, O vir Dei, ſic dixit rex, Deſcende cõfeſtim. Quibus reſpõdens Elias dixit, Si vir Dei ego ſum, deſcendat ignis de cælo, & deuoret te, atq; quinquaginta tuos. 20 deſcendebat autem ignis Dei de cælo, & deuorabat eum cum quinquaginta ſuis. Rurſus miſit [rex] tertium principem quinquagenarium cum quinquaginta quos ſub ſe habuit: & aſcendens quinquagenarius ille princeps tertius, incuruauit ſe ſuper genua ſua ante Eliã, obſecrauitq; eum, & dixit, 21 O vir Dei, 22 pretioſa ſit quæſo anima mea, & anima ſeruorum tuorũ, nempe quinquaginta iſtorũ, in oculis tuis. Ecce 23 deſcendit ignis de cælo, & deuorauit duos principes quinquagenarios priores cum quinquagenis eorũ, 24 ſit itaq; anima mea in pretio ante oculos tuos. Et loquutus eſt Angelus Domini ad Eliam, Deſcende cum eo, 25 ne formides ab eo. qui conſurgens deſcendit cum eo ad regem, Loquutuſq; eſt ad eũ, Sic dicit Dominus, Quãdoquidem miſiſti nuntios ad conſulendum Baal-ſebub deũ Ecron, 26 acſi non eſſet Deus in Iſraele: de lecto quem aſcendiſti, non deſcendes, ſed moriendo morieris. Mortuus eſt itaque 27 iuxta verbum Domini, quod Elias loquutus fuerat, & 28 regno inauguratus eſt eius loco 29 Ioram (anno ſcilicet ſecundo 30 Ioram filij Ioſaphat regis Iehuda) quoniam non habuit filium. Reliquum geſtorum Ahaſiæ quæ fecit, annon hæc ſcripta ſunt in libro annalium regum Iſrael?*

## CAP. I.

1 PRAEVARICATVS eſt autem — *Defectio Moabitarũ & lapſus Ochoziæ è cœnaculo.*
Moab in Iſrael, poſtquam mortuus eſt
2 Achab. ♀Ceciditq; Ochozias per can-
cellos cœnaculi ſui quod habebat in Sa
maria, & ęgrotauit: miſitq; nũtios, dicẽs
ad eos, Ite, conſulite Beel-zebub deum — *Eliã quærit interficere prætextu pietatis.*
Accarõ, vtrum viuere queã de infirmita
3 te mea hac. ♀Angelus autẽ Domini locut⁹ eſt ad Eliã The
ſbitem, dicẽs, Surge, & aſcẽde in occurſum nuntiorũ regis
Samarię, & dices ad eos, Nũquid nõ eſt Deus in Iſrael, vt
4 eatis ad conſulendũ Beel-zebub deũ Accarõ? ♀Quam ob
rẽ hęc dicit Dominus, De lectulo ſuper quem aſcendiſti,
5 non deſcendes, ſed morte morieris. & abijt Elias. ♀Re-
uerſiq; ſunt nũtij ad Ochoziã. qui dixit eis, Quare reuer- — B
6 ſi eſtis? ♀ At illi reſponderunt ei, Vir occurrit nobis, & di-
xit ad nos, Ite, * reuertimini ad regẽ qui miſit vos, & dice- — * &
tis ei, Hęc dicit Dominus, Nunquid quia nõ erat Deus in
Iſrael, mittis vt cõſulatur Beel-zebub deus Accarõ? Idcir-
co de lectulo ſuper quẽ aſcendiſti nõ deſcẽdes, ſed morte
7 morieris. ♀Qui dixit eis, Cuius figurę & habitus eſt vir ille — *Habitus Eliæ.*
8 qui occurrit vobis, & locutus eſt verba hæc? ♀At illi dixe-
runt, Vir piloſus, & zona pellicea accinctus renibus. qui
9 ait, Elias Theſbites eſt. ♀ Miſitque ad eum quinquage- — *Quinquagenarij ad Eliã miſſi conſumuntur igne.*
narium principem, & quinquaginta qui erant ſub eo. Qui
aſcendit ad eum: ſedentique in vertice montis, ait, Homo
Dei, rex præcepit vt deſcendas. Reſpondenſque Elias,
10 ♀ dixit quinquagenario, Si homo Dei *ſum, deſcendat — * ego
ignis de cælo, & deuoret te, & quinquaginta tuos. deſcen- — C
dit itaque ignis de cælo, & deuorauit eum & quinquagin-
11 ta qui erat cum eo. ♀Rurſumq; miſit ad eum principem
quinquagenariũ alterum, & quinquaginta cum eo. Qui
locutus eſt illi, Homo Dei, hæc dicit rex, Feſtina, deſcen-
12 de. ♀ Reſpondens Elias, ait, Si homo Dei ego ſum, deſ-
cendat ignis de cælo, & deuoret te, & quinquaginta tuos.
deſcendit ergo ignis* de cęlo, & deuorauit illum, & quin- — * Dei
13 quaginta eius. ♀ Iterum miſit principem quinquagenariũ
tertiũ, & quinquaginta qui erant cum eo. qui cũ veniſſet,
curuauit genua cõtra Eliã, & precatus eſt eũ, & ait, Homo
Dei, noli deſpicere animam meam & animas ſeruorum
14 tuorum qui mecum ſunt. ♀Ecce deſcendit ignis de cælo,
& deuorauit duos principes quinquagenarios primos, &
quinquagenos qui cum eis erant: ſed nunc obſecro vt mi- — D
15 ſerearis animę meæ. ♀Locutus eſt autem angelus Domi-
ni ad Eliam, dicens, Deſcende cum eo, ne timeas. ſurre-
16 xit igitur, & deſcendit cum eo ad regem. ♀ Et locutus — *Elias increpat Ochoziam.*
eſt ei, Hæc dicit Dominus, Quia miſiſti nuntios ad cõſu-
lendum Beel-zebub deum Accaron, quaſi non eſſet Deus
in Iſrael à quo poſſes interrogare ſermonem, ideò de le-
ctulo ſuper quem aſcendiſti, non deſcendes, ſed morte
17 morieris. ♀ Mortuus eſt autem iuxta ſermonem Domi- — *Moritur Ochozias.*
ni quem locutus eſt Elias, & regnauit Ioram frater eius — *Succedit Ioram frater eius.*
pro eo, anno ſecundo Ioram filij Ioſaphat regis Iudæ:
18 non enim habebat filium. ♀ Reliqua autem verborum
Ochoziæ quæ operatus eſt, nonne hęc ſcripta ſunt in li-
bro ſermonum dierum regum Iſrael?

## SCHOLIA IN CAP. I.

1 Defecerunt Moabitæ pendere tributũ regibus Iſrael mortuo Achab. Pœnas ſuæ idololatriæ dat Ochozias duob⁹ modis: nã ab eo defecerunt Moabitæ, & decidit in cœnaculum quum deambularet in tecto per feneſtram qua immittebatur lumen in cœnaculum. 2 quibus ſcilicet immittebatur lumen in cubiculum regium. Feneſtram intelligit quæ obſtructa erat lignis cancellatim & tranſuerſim intertextis. 3 in cœnaculum ſuum. Cœnaculum vocant tabulatum ſuperius: Hebraicè



braice AALEAH dictum, quòd ad illud aſcendatur. 4 ſubaudi, ex caſu. 5 Baal-zebub, id eſt, dominus muſcæ, deus amoliens letales & pernicioſiſsimas muſcas, quæ incolas agri Accaronitici infeſtabant. Ita doctiores. Alij, rationem nominis ſumunt à copia muſcarum quam hoſtiarum copioſiſsimus ſanguis gignebat. 6 id eſt, quem colunt Accaronitæ. 7 Hebraiſmus, Nonne ob non eſſe Deum in Iſraele, proficiſcimini, &c. id eſt, Nonne propterea quod nullus opinione veſtra ſit Deus in Iſraele, &c. ſiue, eò quod rex veſter non putat vllum eſſe Deum in Iſraele. 8 ſubaudi, morbo coactus. 9 Ochoziã ſcilicet. 10 vel, Curnã. ſiue, Quamobrem 11 Hebraiſmus, Nõne propterea quòd nõ ſit Deus in Iſraele, tu, &c. Vide ſuprà numerum ſeptimum. 12 vel, hirſutus. 13 ſubaudi, comprehendendũ 14 Elias confugerat in verticem montis: quia ſibi timebat. 15 Hæc videntur dici per ironiam, quaſi dicat, qui te iactas eſſe virũ diuinum. 16 vt ſcilicet reuera ſum: quanquam virum Dei me irridendo appelles, quaſi dicat, Non putas me eſſe virum Dei, verumque prophetam, ſed Deus comprobabit igne. 17 quaſi dicat, rogo Deum vt ignis deſcẽdat, &c. & comprobet me ſuum eſſe prophetam. 18 deſcẽdit 19 id eſt, verba facere cœpit. 20 deſcẽdit autem ignis Dei de cœlo, & aſſumpſit, &c. Ignis Dei, id eſt, miſſus à Deo. 21 quaſi dicat, Fateor ſerio te eſſe prophetam Dei. 22 Solemus parcere rei charæ, quaſi dicat, ne deſpicias vitam meam, & ſeruorum tuorum. parce vitæ meæ, & meorum: ne perdas me, & milites qui mecum ſunt. In Pſalmis, 115, Pretioſa eſt in conſpectu Domini mors ſanctorum eius, id eſt, Deus magnifacit ſuorum mortẽ. 23 ſubaudi, ad preces tuas. 24 id eſt, cõdona mihi vitã. 25 Timebat, quia aduerſa regi prædixerat: propterea Iezabel mater regis ſummo eum odio proſequebatur. 26 Hebraiſmus (nonne quia non eſſet Deus in Iſraele, ad interrogandum ſermonem eius?) idcirco de lecto, &c. id eſt, nõne eo quod nõ putares eſſe vllum Deum in Iſraele quem conſuleres? propter infidelitatem tuam igitur, de lecto, &c. 27 id eſt, quemadmodum prædixerat Dominus per Eliam. 28 regnauit. 29 per cõtractionem dictum, pro Iehoram: quemadmodum & Ioſue pro Iehoſua. Hic fuit frater Ochoziæ. 30 Ioram filius Ioſaphat cœpit regnare cum patre ſuo, anno XVII regni eius, quo etiam anno regnare cœpit Ochozias. Hic Ochozias regnauit duobus annis perfectis: pars decimiſeptimi pro anno, & pars decimioctaui pro anno. Quod per annũ ſecundũ hic intelligere debeamus annũ decimumoctauũ regni Ioſaphat, docet initiũ tertij capitis ſequẽtis. Ioſaphat XXV annis regnauit. Anno XVII Ioſaphat regnare cœpit Ioram filius eius. ergo VIII annis & ſuprà, id eſt nouem, ſynecdochicos regnauit cum patre.

## CAP. II.

*Eliſeus Eliæ indiuiduus comes.* — *ibat* — *Quæ loca adierit Elias priuſquam vento illo vehemẽtiſsimo raperetur in cęlum.*

FActum eſt autem, cum leuare vellet Dominus Eliã 1
per turbinem in cælũ, *ibant Elias & Eliſeus de Gal-
galis. ♀Dixitque Elias ad Eliſeum, Sede hîc, quia 2
Domin⁹ miſit me vſq; in Beth-el. cui ait Eliſeus, Viuit Do
minus, & viuit anima tua, quia non derelinquã te. Cumq;
deſcẽdiſſent Beth-el, ♀egreſsi ſunt filij prophetarum, qui 3
erant in Beth-el, ad Eliſeum, & dixerunt ei, Nunquid
noſti quia hodie Dominus tollet dominum tuum à te? qui
reſpondit, Et ego noui: ſilete. ♀ Dixit autem Elias ad 4
Eliſeum, Sede hîc, quia Dominus miſit me in Iericho. &
ille ait, Viuit Dominus, & viuit anima tua, quia non de-
relinquam te. Cumque veniſſent Iericho, ♀ acceſſerunt 5
filij prophetarum qui erant in Iericho, ad Eliſeum, & di-
xerunt ei, Nunquid noſti quia Dominus hodie tollet do-
minum tuum à te? & ait, Et ego noui: ſilete. ♀ Dixit 6
B autem ei Elias, Sede hîc, quia Dominus miſit me vſque
ad Iordanem. qui ait, Viuit Dominus, & viuit anima tua,
quia non derelinquam te. ♀ Ierunt igitur ambo pariter, 7
& quinquaginta viri de filijs prophetarũ ſecuti ſunt eos,
qui & ſteterunt econtra, longe: illi autem ambo ſtabant
ſuper Iordanem. ♀ Tulitque Elias pallium ſuum, & in- 8
uoluit illud, & percuſsit aquas, quæ diuiſæ ſunt in vtran-
que partem, & tranſierunt ambo per ſiccum. ♀ Cum- 9 — *Elias diuidit aquas pallio.*
que tranſiſſent, Elias dixit ad Eliſeum, Poſtula quod vis — *Duas partes gratiæ Elię petit Eliſeus, non totam aut maiorem.*
vt faciam tibi, antequam tollar à te. dixitque Eliſeus, Ob-
ſecro vt fiat in me duplex Spiritus tuus. ♀ Qui reſpon- 10
dit, Rem difficilẽ poſtulaſti: attamen ſi videris me, quã-
do tollar à te, erit tibi quod petiſti: ſi autem non videris,
non erit. ♀Cumque pergerent, & incedentes ſermocina- 11 — *Rapitur in cælum Elias.*
rentur, ecce currus igneus, & equi ignei diuiſerunt vtrũ-
que: & aſcendit Elias per turbinem in cælum. ♀ Eliſeus 12 — *Eccleſi. 48. a.*
C autem videbat, & clamabat, Pater mi, pater mi, currus
Iſrael & auriga eius. & non vidit eum amplius: appre-
henditque veſtimenta ſua, & ſcidit illa in duas partes. ♀Et 13
leuauit pallium Eliæ, quod ceciderat ei: reuerſuſque — *Eliſeus pallio Eliæ diuidit aquas.*
ſtetit ſuper ripam Iordanis, ♀ Et pallio Eliæ quod ceci- 14
derat ei, percuſsit aquas, & non ſunt diuiſæ: & dixit, Vbi
eſt Deus Eliæ, etiam nunc? percuſsitque aquas, & diui-
ſæ ſunt huc atque illuc, & tranſijt Eliſeus. ♀ Videntes 15
autem * filij prophetarum qui erant in Iericho econ- — * eum
tra, dixerunt, Requieuit Spiritus Eliæ ſuper Eliſeum.
Et venientes in occurſum eius, adorauerunt eum pro-
ni in terram, ♀ dixeruntque illi, Ecce, cum ſeruis 16
tuis ſunt quinquaginta viri fortes, qui poſſunt ire, & quę-
rere dominum tuum, ne forte tulerit eum Spiritus Do-
mini, & proiecerit eum in vnum montium, aut in vnam

## CAP. II.

*FActum eſt autem quum Dominus 1 ſubuehere vellet Eliam 2 turbine in cælum, vt iret Elias cum Eliſæo de 3 Gilgal, Diceretque Elias ad Eliſæum, Mane quæſo hîc, quoniam Dominus miſit me in Beth-el. dixit ergo Eliſæus, 4 Viuit Dominus, viuitque anima tua, ſi deſeram te. deſcenderuntque in Beth-el. Et egreſsi 5 filij prophetarum qui erant in Beth-el ad Eliſæum, dixerunt ei, Noſtine quòd Dominus hodie tollet dominum tuum, 6 ne ſit poſthac magiſter tuus? & ait, Etiam, 7 noui ego: tacete. Dixit rurſus ad eum Elias, Eliſæe, 8 mane hîc quæſo, quoniam miſit me Dominus in 9 Iericho. qui ait, Viuit Dominus, viuitque anima tua, ſi deſeram te. veneruntque Iericho. Acceſſeruntque 10 filij prophetarum qui erant in Iericho ad Eliſæum, & dixerunt ad eum, Noſtine quòd Dominus hodie tollet à te dominum tuum? Qui reſpondit, Etiam ego noui, tacete. Dixit Elias ad eum, Mane quæſo hic, quoniam Dominus miſit me ad Iordanem. qui ait, Viuit Dominus, & viuit anima tua, ſi deſeram te. ibantque duo illi. Porrò quinquaginta viri ex filijs prophetarum 11 venerunt, & ſteterunt à longe e regione, duo autem illi 12 ſteterunt iuxta Iordanem. Et ſumens Elias pallium ſuum, & 13 inuoluens illud, percuſsit aquas, diuiſæque ſunt huc & illuc, vt ambo tranſirent 14 in ſicco. Quumque tranſiſſent, dixit Elias ad Eliſæum, Poſtula 15 quod tibi faciam, antequam tollar à te. & ait Eliſæus, Sit quæſo 16 duplex portio tui Spiritus ſuper me. Qui dixit, Rem 17 difficilem poſtulaſti: ſi videris me 18 tolli à te, fiet tibi 19 ſic: Siminus, 20 non erit. 21 Factum itaque eſt quum ita proficiſcerentur & confabularentur, vt 22 currus igneus atque equi ignei viroſque diuellerent, aſcenderetque Elias turbine 23 in cælum. Eliſæus verò videns clamabat, 24 Pater mi, pater mi, 25 currus Iſraelis & equites eius: neque vidit eum amplius. apprehenſis autem veſtimentis ſuis, ſcidit ea in duas partes. Eleuatoque pallio Eliæ quod ceciderat ab illo, reuerſus eſt, & ſtetit ad ripam Iordanis. Tollenſque pallium Eliæ quod ceciderat ab illo, 26 percuſsit aquam, ac dixit, 27 Vbi eſt Dominus Deus Eliæ, 28 etiam ipſe? quumque feriſſet aquas, 29 diuiſæ ſunt huc atque illuc, & tranſijt Eliſæus. Vidẽtes autem eum 30 filij prophetarũ qui [31 erant] in Iericho 32 à longe, dixerunt, 33 Spiritus Eliæ quieſcit ſuper Eliſæo. veneruntq; ei obuiã, 34 procideruntq; in terrã coram eo. Dixeruntque ad eũ, Ecce 35 ſunt cũ ſeruis tuis quinquaginta viri fortes, eãt quæſo illi & quærant dominum tuum, 36 fortaſsis ſuſtulit eũ Spiritus Domini, proiecitque eum in aliquem montem, aut in*

*vallem aliquã. qui ait, Ne mittatis. At illi 37 flagitarunt eum donec pudore perpelleretur, 38 vt diceret, Mittite. Miſerunt ergo quinquaginta viros, qui quæſierũt eũ tribus diebus, ſed non inuenerunt eum. Qui ũmque reuerſi eſſent ad eum, (39 qui manſerat in Iericho,) dixit ad eos, Annon dixera vobis, Ne eatis? Porrò viri ciuitatis dixerunt ad Eliſæum, En 40 habitatio ciuitatis huius commoda eſt, vt dominus meus videt: at aquæ 41 malæ ſunt, & terra 42 ſterilis. Tum dixit, Afferte mihi phialam nouam, & ponite in eam ſal. & attulerunt ad eum. Egreſſus autem ad ſcaturiginem aquarum, proiecit illuc ſal, & ait, Sic dicit Dominus, 43 Sanaui aquas iſtas, 44 ita vt poſthac ex illis neque mors ſit, neque ſterilitas. Sanatæ itaque ſunt aquæ vſque in diem hunc, iuxta verbum Eliſæi quod locutus eſt. Aſcendit deinde illinc in Beth-el: quumque 45 per viam aſcenderet, exierunt puеruli ex vrbe, illudentes ei, dicenteſque ad eum, 46 Aſcende calue, aſcende calue. Et reſpiciens poſt ſe, vidit eos, & execratus eſt eos in nomine Domini. egreſſæ ergo ex ſylua duæ vrſæ, diſcerpſerunt ex eis quadraginta duos 47 pueros. Abijt inde in montem Charmelum, & inde reuerſus eſt in Samariam.*

17 vallium. qui ait, Nolite mittere. ¶ Coegeruntque eum,
donec acquieſceret, & diceret, Mittite. Et miſerunt quin-
quaginta viros: qui cum quæſiſſent tribus diebus, non in-
18 uenerunt. ¶ Et reuerſi ſunt ad eum: at ille habitabat in
Iericho, & dixit eis, Nũquid non dixi vobis, Nolite" mit-
19 tere? ¶ Dixerunt quoque viri ciuitatis ad Eliſeum, Ecce
habitatio ciuitatis huius optima eſt, ſicut tuipſe Do-
mine" proſpicis: ſed aquæ peſsimæ ſunt, & terra ſteri-
20 lis. ¶ At ille ait, Afferte mihi vas nouum, & mittite in il-
21 lud ſal. quod cum attuliſſent, ¶ Egreſſus ad fontem aqua-
rũ, miſit in illũ ſal, & ait, Hęc dicit Dominus, Sanaui aquas
22 has, & non erit vltrà in eis mors, neq; ſterilitas. ¶ Sanatæ
ſunt ergo aquæ vſque in diem hanc, iuxta verbum Eliſei
23 quod locutus eſt. ¶ Aſcẽdit autẽ inde "Eliſeus in Beth-el:
cũq; aſcenderet per viam, pueri parui egreſsi ſunt de ciui-
tate, & illudebant ei, dicentes, Aſcende calue, aſcende
24 calue. ¶ Qui cum reſpexiſſet, vidit eos, & maledixit eis in
nomine Domini: egreſsique ſunt duo vrſi de ſaltu, & la-
25 cerauerunt ex eis quadragintaduos pueros. ¶ Abijt autẽ
inde in motem Carmeli, & inde reuerſus eſt in Samariam.

Quæſitus Elias non inuenitur.
D
" ire?
Aquæ mortiferæ, immiſſo per Eliſeum ſale, ſalubres reddũtur.
" perſpicis.
Pueri Eliſeũ irridẽtes, lacerantur. 1. mach. a. f.

SCHOLIA IN CAP. II.

1 Vel, ſublaturus eſſet. 2 in illo turbine. per quem ſcilicet ſublatus fuit. 3 Elias, ante obitum, adijt primum Galgala, deinde Beth-el, tum Iericho, poſtremo Iordanem. 4 id eſt, Iuro per Deum viuentem, & per animam tuam. 5 ſunt diſcipuli prophetarum, vt patres pro magiſtris accipiuntur. 6 Hebraiſmus, de capite tuo? id eſt, à te? Pars pro toto. Aut doctor eſt diſcipulo velut corona & ornamentum. Ergo, A capite tuo, id eſt, dominũ tuũ qui tibi non aliter ornamento eſt, atque corona capiti. 7 quaſi dicat, Dominus mihi reuelauit. 8 Hoc forte fecit vt faceret periculum an diligeretur ab Eliſeo. 9 Illic multi erant ſectatores prophetarum, viri pij. 10 id eſt, diſcipuli. 11 id eſt, proſequuti ſunt eos abeuntes, vt viderent finem. 12 nam deerat nauicula qua tranſmitterent fluuium. 13 vel, complicans. 14 vel, per ſiccum, ſubaudi, vadum. 15 vel, quid velis vt faciam tibi. 16 Hebraiſmus, duorum, id eſt, duplex menſura. hoc eſt, Da vt duæ partes tui Spiritus diuiſi in tres partes, ſint mecum. noluit petere tantum ſibi fieri gratiam, quantam magiſtro, quaſi dicat, Noli me efficere tantum quantus es, ſed da ſolum mihi duas partes tui Spiritus. 17 vel, arduam. 18 quum tollar, id eſt, ſi videris me abeũtem. 19 id eſt, quod poſtulas. 20 hoc eſt, non eris voti compos. 21 id eſt, Cum autem alternis progreſsi eſſent inter fabulandum. 22 Elias fuit ſublatus turbine: currus autem & equi apparuerunt inter vtrumque ipſi Eliſeo, vt intelligeret Eliam fuiſſe Iſraeli vice multorum curruum falcatorum, & multorum equitum. 23 id eſt, in aerem, & locum aliquem tranquillitatis plenum. corpus etiam ipſum Eliæ raptum fuit, ſed immutatum & incorruptibile redditum. Vide Eccleſiaſtes 12. 24 id eſt, Magiſter. nam ſunt magiſtri diſcipulis vice parentum, quaſi dicat, Vale præceptor. 25 id eſt, qui plus iuuabas Iſraelem oratione, quàm magna curruum & equitum multitudo. 26 ſubaudi, nec eſt diuiſa. 27 quaſi dicat, Cur non diuiduntur aquæ quum eum Deum colam quem coluit Elias? 28 etiam ipſi, ſubaudi, factum eſt miraculum, id eſt, etiam in gratiam Eliſei Deus edidit miraculum. 29 vel, diuiſerunt ſeſe hinc & hinc. 30 qui ſcilicet ſubſtiterant. 31 vel, (habitabant) 32 ex aduerſo. vnde ſcilicet videre poterant Ieruſalem. 33 id eſt, afflatus eſt Spiritu Eliæ Eliſeus. nam viderunt eum redeuntem per Iordanem pede ſicco. 34 honoris videlicet cauſa, caput demiſerunt. vel, inclinauerunt ſeſe. 35 quaſi dicat, habemus hic quinquaginta homines robuſtos qui poterunt ferre itineris moleſtiam. Sciebant Deum ſublaturum eſſe Eliam, ſed neſciebant an ad tempus, an in perpetuum. 36 ne tulerit eum Spiritus Domini, & demiſerit eum. 37 rogarunt vehementer tandiu dum coactus eſt, ſubaudi, permittere illis vt mitterent. nam non ſtatim annuit illis. 38 & dixit. 39 is autem habitabat, &c. 40 vel, ſitus vrbis huius elegantiſsimus eſt. 41 vel, noxiæ. 42 Hebraiſmus, orbat. vel, perimit, ſubaudi, habitatores ſuos, quaſi dicat, propterea locus eſt inſalubris. Doctiores exiſtimãt aquas totius regionis Ierichuntinæ fuiſſe inſalubres. 43 vel, Reddidi ſalubres. aut, Volo has aquas eſſe ſalubres. 44 Hebraiſmus, & non erit illinc vltrà mors, & orbãs. i. nõ erũt poſthac lethales aquę, neq; hic locus ſuos incolas interimet. 45 ſubaudi, quæ ducebat in Beth-el. 46 Repetitio habet irriſionem. 47 ſubaudi, ex illis.

CAP. III.

*IOram filius Ahab rex factus eſt ſuper Iſraelẽ in Samaria, anno decimooctauo Ioſaphat regis Iehudæ, regnauitque duodecim annis. Fecit autem malum in oculis Domini, attamen non ſicut pater eius, & mater eius: nam abſtulit ſtatuas baal, quas fecerat pater eius. Veruntamẽ hæſit in peccatis Ieroboam filij Nebat, qui effecit vt ſcelerate ageret Iſrael, nec receſsit 1 ab eis. Porrò Meſa rex Moabitarum 2 armentarius erat, pendebatque [vectigal] regi Iſraelitico, nempe centum millia agnorum, & centum millia arietũ cum lana. Mortuo autem Ahab, rex Moabitarum 3 defecit à rege Iſraelis. Egreſſus ergo rex Iorã 4 quodam die de Samaria, recenſuit vniuerſum Iſraelem, 5 Et abiẽs miſit ad Ioſaphat regem Iehuda hiſce mandatis, Rex Mobitarũ perfidè defecit à me, proficiſceriſne mecum cõtra Moabitas in prælium? reſpondit, Aſcendam: 6 vt enim ego ſum, ſic tu es: & ſicut populus meus, ſic & populus tuus: ſicut equi mei, ſic equi tui. Et ait, Qua via aſcendemus? at ille reſpondit, 7 Via deſerti Edom. Profectus eſt itaque rex Iſrael, & rex Iehuda, atque 8 rex Edom: quumque circumiſſent itinere ſeptem diebus, non habuerunt aquam exercitui &*

1 IOram verò filius Achab regnauit ſuper Iſrael in Sa-
maria anno decimooctauo Ioſaphat regis Iudæ. Re-
2 gnauitque duodecim annis. ¶ Et fecit malum coram
Domino, ſed non ſicut pater ſuus & mater: tulit enim
3 ſtatuas baal quas fecerat pater eius. ¶ Veruntamen in
peccatis Ieroboam filij Nabat, qui peccare fecit Iſ-
4 rael, adhæſit, nec receſsit ab eis. ¶ Porrò Meſa rex
Moab, nutriebat pecora multa, & ſoluebat regi Iſ-
rael centum millia agnorum, & centum millia arietum
5 cum velleribus ſuis. ¶ Cumque mortuus fuiſſet Achab,
præuaricatus eſt fœdus quod habebat cum rege Iſrael.
6 ¶ Egreſſus eſt igitur rex Ioram in die illa de Samaria, &
7 recenſuit vniuerſum Iſrael. ¶ Miſitque ad Ioſaphat re-
gem Iuda, dicens, Rex Moab receſsit à me, veni mecum
contra eum ad prælium. qui reſpondit, Aſcendã: qui meus
eſt, tuus eſt: populus meus, populus tuus: & equi mei,
8 equi tui. ¶ Dixitque, Per quam viam aſcendemus? at ille
9 reſpondit, Per deſertum Idumææ. ¶ Perrexerunt igi-
tur rex Iſrael, & rex Iuda, & rex Edom, & circu-
ierunt per viam ſeptem dierum, nec erat aqua exercitui &
iumentis

Ioram, filius Achab, impius.
Meſa rex Moab tributarius regi Iſrael.
B
Tribus regibus Iſrael, Iuda &



iumentis quæ ſequebantur eos. ¶ Dixitque rex Iſrael, 10
Heu "heu heu, congregauit nos Dominus tres reges,
vt traderet in manu Moab. ¶ Et ait Ioſaphat, Eſtne 11
hîc propheta Domini, vt deprecemur Dominum per
eum? & reſpondit vnus de ſeruis regis Iſrael, Eſt hîc
Eliſeus filius Saphat, qui fundebat aquam ſuper manus
Eliæ. ¶ Et ait Ioſaphat, Eſt apud eum ſermo Do- 12
mini. deſcenditque ad eum rex Iſrael, & Ioſaphat "rex
Iuda, & rex Edom. ¶ Dixit autem Eliſeus ad regem Iſ- 13
rael, Quid mihi & tibi eſt? vade ad prophetas patris
tui, & matris tuæ. & ait illi rex Iſrael, Quare con-
gregauit Dominus tres reges hos, vt traderet eos in
manus Moab? ¶ Dixitque ad eum Eliſeus, Viuit 14
Dominus exercituum, in cuius conſpectu ſto, quòd
ſi non vultum Ioſaphat regis Iudæ erubeſcerem, non
attendiſſem quidem te, nec reſpexiſſem. ¶ Nũc autem 15
adducite mihi pſaltem. cumque caneret pſaltes, facta
eſt ſuper eum manus Domini, ¶ & ait, Hæc dicit Domi- 16
nus, Facite alueum torrentis huius foſſas & foſſas. ¶ Hæc 17
enim dicit Dominus, Non videbitis ventum, neque plu-
uiam: & alueus iſte replebitur aquis, & bibetis vos, & fa-
miliæ veſtræ, & iumenta veſtra. ¶ Parumque eſt hoc 18
in conſpectu Domini: inſuper tradet etiam Moab in
manus veſtras. ¶ Et percutietis omnem ciuitatem mu- 19
nitam, & omnem vrbem electam, & vniuerſum lignum
fructiferum ſuccidetis, cunctoſq; fontes aquarum obthu-
rabitis, & omnem agrum egregium operietis lapidibus.
¶ Factum eſt igitur mane, quando ſacrificium offerri ſo- 20
let, & ecce, aquæ veniebant per viam Edom, & repleta eſt
terra aquis. ¶ Vniuerſi autem Moabitæ audientes quòd 21
" deſcendiſſent "tres reges vt pugnarent aduerſum eos,
conuocauerunt omnes qui accincti erant baltheo deſu-
per, & ſteterunt in terminis. ¶ Primoque mane ſurgen- 22
tes, & orto iam ſole ex aduerſo aquarũ, viderunt Moabitę
econtra aquas rubras, quaſi ſanguinem, ¶ Dixeruntque, 23
Sanguis gladij eſt: pugnauerunt reges contra ſe, & cæſi
ſunt mutuò: nunc perge ad prædam Moab. ¶ Perre- 24
xeruntque in caſtra Iſrael: porrò conſurgens Iſrael, per-
cuſsit Moab: at illi fugerunt coram eis. venerunt igitur
qui vicerant, & percuſſerunt Moab, ¶ Et ciuitates de- 25
ſtruxerunt: & omnem agrum optimum, mittentes ſingu-
li lapides, repleuerunt: & vniuerſos fontes aquarum ob-
thurauerunt: & omnia ligna fructifera ſucciderunt, ita
vt muri tantum fictiles remanerent: & circundata eſt ci-
uitas à fundibularijs, & magna ex parte percuſſa. ¶ Quod 26
cum vidiſſet rex Moab, præualuiſſe ſcilicet hoſtes, tulit
ſecum ſeptingentos viros educentes gladios, vt irrum-
perent ad regem Edom: & non potuerunt. ¶ Arripiẽſ- 27
que filium ſuum primogenitum, qui regnaturus erat
pro eo, obtulit holocauſtum ſuper murum: & facta eſt
indignatio magna in Iſrael, ſtatimque receſſerunt ab eo,
& reuerſi ſunt in terram ſuam.

Edom, pugnaturis contra Moab, deficiũt aquæ. Eliſeus pluuiam eis prænũtiat, & de Moabitis victoriam.
C
Pſalte canente, prophetat Eliſeus.
" aſcendiſſent
Vincũtur Moabitæ.
D
Rex eorum ſacrificat filium ſuum.

*iumentis 9 quæ eos ſequebantur. Dixitque rex Iſrael, 10 A Eha, nimirum Dominus vocauit tres iſtos reges, vt tradat eos in manus Moabitarum. Dixit vero Ioſaphat, Annon eſt hic 11 propheta Domini, vt ſciſcitemur 12 Dominum per eum? reſpondit quidam ex ſeruis regis Iſraelis, & ait, Eſt hic Eliſæus filius Saphat 13 qui aquas fudit ſuper manus Eliæ. Dixitque Ioſaphat, 14 Apud hunc eſt verbum Domini. deſcenderunt ergo ad eum rex Iſrael, & Ioſaphat, atq; rex Edom. Tum ait Eliſæus ad regem Iſraelis, Quid mihi 15 tecum? vade ad prophetas patris tui, & ad prophetas 16 matris tuæ. aitque ad eum rex Iſrael, 17 Ne ſic, 18 quandoquidem inuitauit Dominus tres iſtos reges, vt tradat eos in manus Moabitarum. Eliſæus ait, Viuit Dominus exercituum, 19 in cuius cõſpectu ſto, niſi faciem Ioſaphat regis Iehuda 20 revererer, non dignarer vt te vel aſpicerem: nunc verò 21 pſaltem mihi adhibete quumque caneret pſaltes, 22 facta eſt ſuper eum manus Domini. Et ait, Sic dicit Dominus, 23 Facite iuxta hunc alueum multos elices, Quoniam ſic dicit Dominus, Non 24 videbitis ventum vllum, neque pluuiam videbitis, nihilo tamen minus 25 alueus iſte aquis mundabit, vt & vos bibatis, & pecora veſtra, atque 26 iumenta veſtra. 27 Idque leue erit in oculis Domini: dabit inſuper Moabitas in manum veſtram, 28 Ferietiſque omnem ciuitatem munitam, & omnem vrbem electam, atque vniuerſas arbores 29 electas deijcietis, omnes fontes aquarum obthurabitis, & omnem agrum fertilem lapidibus 30 inutilem reddetis. Factum autem eſt mane 31 iuxta id tempus, quo ſolebat ſacrificari ſacrificium cibarium, vt aquæ venirent per viam Edom, 32 terraque ipſa inundaret aquis. Cuncti autem Moabitæ audientes quod aſcẽdiſſent reges vt pugnarent contra eos, 33 conuocarunt omnes qui expediti erant, & ſupra, ſteteruntque 34 ad fines. 35 Et mane quum ſol oriretur ſuper aquas, viderunt Moabitæ 36 eregione aquas rubras veluti ſanguinem. Et dixerunt, Sanguis eſt 37 iſtud, 38 vaſtando vaſtati ſunt reges, 39 mutuo ſeſe confecerunt: 40 ad prædam nunc igitur ô Moab. Quumque 41 perueniſſent ad caſtra Iſraelis, inſurrexerunt Iſraelitæ, & percuſſerunt Moabitas, ita vt fugerent coram eis: 42 at iſti inſequuti eos, percuſſerunt Moabitas, Et ſubuerterunt vrbes, & in ſingulos agros fertiles ſinguli proiecerunt lapides ſuos, & impleuerunt eos, omnes fontes aquarum obſtruxerunt, & omnem arborem 43 bonam deiecerunt, 44 duntaxat in Kir-hæreſch reliquos fecerunt lapides eius: 45 funditores verò circumierunt [eam,] & percuſſerunt eam. Videns autem rex Moabitarum quòd bellum 46 grauius eſſet quàm quod ipſe ſuſtinere poſſet, tulit ſecum ſeptingentos 47 qui gladio vti poterant, 48 vt irrumperent aduerſus regem Edom, ſed non potuerunt. Arripiens igitur primogenitum ſuum, qui regnaturus erat pro eo, 49 ſacrificauit eum holocauſtum 50 ſuper murum, factaque eſt magna indignatio 51 contra Iſraelem. ſoluerunt ergo ab eo, & reuerſi ſunt in terram ſuam.*

SCHOLIA IN CAP. III.

1 Hebraiſmus, ab illo, ſubaudi, peccato. vel, ab illa idololatria. Relatiuum ſingulare, antecedens (peccatis) plurale. 2 Hebraiſmus, erat paſtor. Chaldæus paraphraſtes, alebat multos greges, id eſt, diues erat pecoris. 3 id eſt, noluit pendere tributum ſolitum regi. 4 illo tempore, ſubaudi, rebellionis Moabitarum. 5 id eſt, Cum properaret ad locum in quo facturus eſſet delectum militum. 6 quaſi dicat, tu & ego vnum ſumus, idem facturus ſum quod & tu: & meo populo & meis equis æque vti poteris atque tuis. quo tu cum populo tuo & equis ire voles, illuc paratus ſum ego ire vnà cum populo meo & equis. Similitudinem ſortis, conditionis, voluntatis aut dignitatis ſignificat geminatio illa caphin Hebraicarũ literarum quæ pro aduerbijs ſimilitudinis ſumuntur. 7 Hoc dicit quod ſecum vellet aſſumere regem Idumææ. 8 Hic erat prorex Idumææ, qui eam regebat vice regis Iuda. 9 Hebraiſmus, quæ erant in pedibus eorum. 10 vel, Ohe. Vox eſt admirantis & deſperantis, quaſi dicat, Hei mihi, res ita habet quòd inuitauit nos Deus, &c. id eſt, videtur nos conuocaſſe ac excitaſſe, vt, &c. Chaldæus paraphraſtes, væ. 11 vel, aliquis ex prophetis Domini. 12 Hebraiſmus, (os) Domini, id eſt, ſermonem. hoc eſt, vt conſulamus Dominum. Rex pius & ab idolorum cultu alienus, confugit ad Deum in tribulatione. 13 Chaldæus paraphraſtes, qui famulabatur Eliæ. nam ſolent miniſtri fundere aquam manibus dominorum quum eas lauare volunt. 14 id eſt, Eſt verus propheta Dei. Hoc affirmatiue, non interrogatiue dictum, quaſi dicat, Si fuerit famulus tanti prophetæ, per eum conſulere poterimus Dominum. 15 ſubaudi, eſt commune. 16 quæ ſcilicet alebat prophetas lucorum. 17 id eſt, Ne dicas talia, miſſa facito hæc, o domine: ne reijcias nos. 18 ſubaudienda quædã, ſic (Nam verum eſt) quod vocauit, &c. i. videtur nos cõuocaſſe, vt, &c. 19 id eſt, cui ſeruio. nam famuli ſtare ſolent coram dominis ſuis, vt eis inſeruiant. hinc ſtare in alicuius conſpectu, eſt ei famulari. 20 Hebraiſmus, ſuſciperem, quaſi dicat,

quæ faciam, agam in gratiam Ioſaphat. 21 vel, citharœdum. qui canat aliquas laudes Dei ad animum meum excitandum, & eleuandam intentionem animi mei ad Deū. non enim vtebantur muſica prophana, ſed ſancta. 22 id eſt, afflatus fuit Spiritu Domini. Chaldæus paraphraſtes, requieuit ſuper eum prophetia. 23 Hebraiſmus, Facite vallē iſtam foſſas & foſſas. Tunc erat in quadā valle. Replete ſcrobibus hāc vallem: Facite in torrente hoc crebras foſſas. Nam repetitio frequentem multitudinem intelligit & demonſtrat. 24 id eſt, ſentietis. tribuit ſenſui vni quod eſt alterius. 25 torrens. 26 quæ ſcilicet vehunt ſarcinas veſtras. 27 vel, Hoc autem eſt res facilis coram Domino, id eſt, Id autem facile faciet Dominus. 28 vel, Euertetis. aut, Expugnabitis. 29 Hebraiſmus, bonas, id eſt, fructiferas. 30 vel, affligetis, id eſt, obruetis. nam lapides ſunt quædam peſtes agrorum. 31 Hebraiſmus, quando offertur ſacrificium. vel, oblatio matutina: ad differentiam veſpertinæ. 32 id eſt, locus ille repletus fuit aquis. 33 Hebraiſmus, congregati ſunt (ſubaudi, ad vocem præconis) ab omni accingente ſe baltheo, id eſt, ab ea ætate qua ſolet geſtare enſem. 34 ſubaudi, ſuæ regionis, vt eorum exciperent impetum. 35 Summo autem mane ſurrexerunt, & ſol ortus erat ſuper aquas, videruntque, &c. id eſt, Quum iam ſol mitteret ſuos radios ſuper illas aquas. 36 vel, eminus. 37 ſubaudi, quod videmus. 38 digladiando digladiati ſunt, id eſt, dimicauerunt inter ſe. 39 Hebraiſmus, interfecit quiſque ſocium ſuum: id eſt, mutuis vulneribus ſe interfecerunt. Per verbum Hebraicum deſignatur quædam cauſa digladiationis, quaſi dicat, oborta ſeditione, vel aliam ob cauſam compulſi ſunt gladios exerere, & confodere ſe mutuo. 40 ſubaudi, currite, quaſi dicat, ampliſſima præda parta eſt. 41 ſubaudi, ordinibus non ſeruatis, & acie non inſtructa: feſtinantes enim venerunt. 42 Hebraiſmus, & percuſſerunt eam (ſubaudi, congregationem,) & ceciderunt Moabitas. Doctus inter Hebræos propter relatiuum fœmininum ſubaudit (vrbem) & (venit,) hoc modo, & ingreſſus eſt vrbem, & percuſſerunt percutiendo Moabitas, id eſt, Ingreſſus eſt Iſrael ſingulas vrbes ad quas ſe receperant Moabitę pręſidij cauſa, & percuſſerunt ipſos Moabitas. 43 id eſt, frugiferam. 44 Hebraiſmus, ita vt relinquerent tantum lapides eius in kir-haraſeth, quaſi dicat, ita omnia euerterunt in ea vrbe, egregia kir-haraſeth, vt reliquerint ſolum muros. omnia quæ erant in circuitu deſtruxerūt, ita vt ſoli muri remanerent: nondum vrbem acceperant, ſed omnia vicina perdiderant. 45 Vox Hebræa CALAIM, non ſolum ſignificat eos qui funda lapides mittunt, ſed etiam tormentis excutiunt ingentes lapides in muros. 46 Hebraiſmus, præualeret ſibi. 47 Hebraiſmus, viros educentes enſem, id eſt, magnanimos & bellicoſos. 48 id eſt, vt rupta acie impetu facto pugnarent aduerſus regem Edom qui non procul erat ab vrbe. 49 ſubaudi, rex Moab. Alij non ſatis recte, de filio regis Edom intelligunt, quem in eruptione cepiſſet. 50 ſubaudi, vrbis kir-haraſeth. In honorem Dei ſui filium ſuum immolauit, confugiens ad deos ſuos viribus ſuis deſtitutus. quo viſo Iſraelitæ commoti abierunt. 51 Hebraiſmus, in Iſraele, id eſt, ob tam crudele facinus vehementer indignati ſunt Iſraelitæ, quaſi dicat, miſerti ſunt eius, quod vidiſſent eò redactum vt immolaret filium.

## CAP. IIII.

MVlier quędam de vxoribus 1 filiorum prophetarum clamauit ad Eliſæum, dicens, Seruus tuus vir meus mortuus eſt, tu verò noſti quod ſeruus tuus metuens fuit Dei. iam verò venit creditor vt tollat duos filios meos ſibi in ſeruos. Ad quam dixit Eliſæus, Quid faciam tibi? indica mihi quid habeas domi. Quæ dixit, Ancilla tua nihil habet domi quam 2 lecythum olei. Cui ait, Vade, & poſce tibi vaſa foris, [id eſt] ab omnibus vicinis tuis, vacua [inquam] vaſa, eaque 3 non pauca. Quumque fueris ingreſſa, claude poſt te, poſtque filios tuos ianuam, & funde [oleum] in omnia vaſa iſta: quodque fuerit repletum, 4 ſepone. Abijt itaque mulier ab eo, & clauſit ianuam poſt ſe & poſt filios ſuos, qui 5 adhibebant ei [vaſa,] ipſaque infundebat. Quumque iam vaſa impleta eſſent, dixit ad filium ſuum, 6 Adhibe mihi adhuc [aliud] vas. is autem ait ad eam, Nullum eſt amplius vas. 7 conſtititque oleum. Venit hæc, & nuntiauit 8 viro Dei. qui ait, Vade & vende oleum ipſum, & redde 9 creditori: tu & filij tui 10 cum eo quod ſupereſt vitam ſuſtinete. Contigit autem quodam tempore vt Eliſæus tranſiret Sunem, illic erat mulier quædam 11 inſignis, quæ 12 retinuit eum vt ederet cibum: vnde factum eſt, vt quoties tranſiret, diuerteret illò vt ederet cibum. Tum ait illa ad maritum ſuum, 13 En quæſo, noui quòd is qui 14 ſubinde apud nos præterit, vir Dei ſanctus eſt: faciamus quæſo cœnaculum 15 paruo pariete, & ponamus ei in eo lectum, menſam, 16 ſolium atque candelabrum: vt quum ad nos venerit, illuc diuertat. Factum ergo eſt quodam die, vt veniret illuc, & diuerteret in cœnaculum illud, dormiretque in eo. Tum dixit [Eliſæus] ad puerum ſuum, Voca Sunamitidem illam. quumque eam vocaſſet, ſtetit ipſa coram eo. Rurſumque ait 17 ille ad eum, Dic ad eam, 18 Inſeruijſti nobis omni 19 ſtudio iſto ac diligentia, 20 quid faciemus tibi? 21 eſtne tibi negotium aliquod apud regem, aut imperatorem? Quæ reſpondit, 22 Ego habito in medio populi mei. Dixit ille, Quid ergo ei faciendum? reſpondit Gehaſi, 23 Profectò non habet filium, & maritus eius ſenex eſt. Dixit [Eliſæus,] Voca eam. & is vocauit eam, & [mulier] ſtetit ad oſtium. Dixitque ille, 24 Ad tempus hoc conſtitutum iuxta tempus animantis, tu amplexaberis filium. at illa dixit, 25 Ne illudas famulæ tuæ mi domine vir Dei. Cōcepit ergo mulier, & peperit filium 26 ad tempus hoc præſtitutum iuxta tempus animantis quod definierat ei Eliſæus.

1 MVlier autem quædam de vxoribus prophetarū
clamabat ad Eliſeum, dicens, Seruus tuus vir
meus mortuus eſt, & tu noſti quia ſeruus tuus
fuit timens Dominum: & ecce creditor venit vt tollat

Pauperculæ viduæ dat Deus oleum per Eliſeum, cuius opeæs alienum diſſoluit.

2 duos filios meos ad ſeruiendum ſibi. ♀ Cui dixit Eli-
ſeus, Quid vis vt faciam tibi? dic mihi, quid habes in
domo tua? At illa reſpondit, Non habeo ancilla tua quic-
3 quam in domo mea, niſi parum olei quo vngar. ♀ Cui
ait, Vade, pete mutuò ab omnibus vicinis tuis vaſa va-
4 cua non pauca. ♀ Et ingredere, & claude oſtium tuum,
cum intrinſecus fueris tu & filij tui, & mitte inde in om-
5 nia vaſa hæc: & cum plena fuerint, tolles. ♀ Iuit ita-
que mulier, & clauſit oſtium ſuper ſe & ſuper filios ſuos:
6 illi offerebant vaſa, & illa infundebat. ♀ Cumque ple-
na fuiſſent vaſa, dixit ad filium ſuum, Affer mihi ad-
huc vas. & ille reſpondit, Non habeo: ſtetitque oleum.
7 ♀ Venit autem illa, & indicauit homini Dei. & ille, Va- B
de, inquit, vende oleum, & redde creditori tuo: tu au-
8 tem & filij tui viuite de reliquo. ♀ Facta eſt autem quę-
dam dies, & tranſibat Eliſeus per Sunam ciuitatem: erat
autem ibi mulier magna quæ tenuit eum vt comederet pa
nem: cumque frequenter inde trāſiret, diuertebat ad eam

Mulier diues ſuſcipit hoſpitio Eliſeum.

9 vt comederet panem. ♀ Quæ dixit ad virum ſuum, Ani-
maduerto quòd vir Dei ſanctus eſt iſte, qui trāſit per nos
10 frequenter. ♀ Faciamus ergo ei cœnaculum paruum, &
ponamus ei in eo lectulū, & menſam, & ſellam, & cande-
11 labrum, vt cum venerit ad nos, maneat ibi. ♀ Facta eſt
ergo dies quædam, & veniens diuertit in cœnaculum, &
12 requieuit ibi. ♀ Dixitq; ad Giezi puerum ſuum, Voca Su-
namitidem iſtā. qui cū vocaſſet eam, & illa ſtetiſſet coram
13 eo, ♀ dixit ad puerum ſuum, Loquere ad eam, Ecce, ſe-
dulè in omnibus miniſtraſti nobis, quid vis vt faciam tibi?
nunquid habes negotium, & vis vt loquar regi, ſiue prin- C
cipi militiæ? Quæ reſpondit, In medio populi mei habi-
14 to. ♀ Et ait, Quid ergo vult vt faciam ei? dixitq; Giezi,
Ne quæras: filium enim non habet, & vir eius ſenex eſt.
15 ♀ Præcepit itaque vt vocaret eam: quæ cum vocata fuiſ-
16 ſet, & ſtetiſſet ante oſtium, ♀ dixit ad eam, In tempore
iſto, in hac eadē hora, ſi vita comes fuerit, habebis in vtero
filium. at illa reſpondit, Noli quæſo domine mi vir Dei,
17 noli mentiri ancillæ tuæ. ♀ Et concepit mulier, & peperit
filium in tempore, & in hora eadem qua dixerat * Eliſeus. * ad
♀ Creuit

Eliſeus hoſpitæ ſterili impetrat à Deo filiū pro miniſterio.



Filio mortuo, hoſpita currit ad Eliſeum

♀ Creuit autem puer: & cum eſſet quædam dies, & egreſ 18
ſus iſſet ad patrem ſuum, ad meſſores ♀, ait patri ſuo, Ca- 19
put meum doleo, caput meum doleo. at ille dixit puero,
Tolle, duc eum ad matrem ſuam. ♀ Qui cum tuliſſet, & 20
D duxiſſet eum ad matrem ſuam, poſuit eum illa ſuper ge-
nua ſua vſque ad meridiem, & mortuus eſt. ♀ Aſcendit au- 21
tem, & collocauit eum ſuper lectulum hominis Dei, &
clauſit oſtiū: & egreſſa ♀ vocauit virum ſuum, & ait, Mit- 22
te mecum, obſecro, vnum de pueris, & aſinam, vt excurrā
vſque ad hominem Dei, & reuertar. ♀ Qui ait illi, Quam 23
ob cauſam vadis ad eum? hodie non ſunt calendæ, neque
ſabbathum. Quæ reſpondit, Vadam. ♀ Strauitque aſinā, 24
& præcepit puero, Mina, & propera, ne mihi moram fa-
cias in eundo: & hoc age quod præcipio tibi. ♀ Profecta 25
eſt igitur, & venit ad virum Dei in montem Carmeli: cū-
que vidiſſet eam vir Dei ecōtra, ait ad Giezi puerum ſuū,
Ecce Sunamitis illa. ♀ Vade ergo in occurſum eius, & dic 26
ei, Rectene agitur circa te, & circa virum tuum, & circa fi
lium tuum? quæ reſpondit, Recte. ♀ Cumque veniſſet ad 27
virum Dei in montem, apprehendit pedes eius, & acceſsit
E Giezi vt amoueret eam. & ait homo Dei, Dimitte illam:
anima enim eius in amaritudine eſt, & Dominus celauit
à me, & non indicauit mihi. ♀ Quæ dixit illi, Nunquid pe 28
tiui filium à domino meo? nunquid non dixi tibi, Ne illu-
das me? ♀ Et ille ait ad Giezi, Accinge lumbos tuos, & 29
tolle baculum meum in manu tua, & vade. ſi occurrerit ti
bi homo, non ſalutes eum: & ſi ſalutauerit te quiſpiam, nō
reſpondeas illi: & pones baculum meum ſuper faciem
pueri. ♀ Porrò mater pueri ait, Viuit Dominus, & viuit 30
anima tua, non dimittam te. ſurrexit ergo, & ſecutus eſt
eam. ♀ Giezi autem præceſſerat ante eos, & poſuerat ba- 31
culum ſuper faciem pueri: & non erat vox, neque ſenſus:
reuerſuſque eſt in occurſum eius, & nuntiauit ei, dicens,

Giezi cum baculo ſuo mittit Eliſeus ad ſuſcitandum puerum. Neminem per viam ſalutare. Luc. 10.

Non ſurrexit puer. ♀ Ingreſſus eſt ergo Eliſeus domum, 32
& ecce, puer mortuus iacebat in lectulo eius: ♀ ingreſſuſ- 33
que clauſit oſtium ſuper ſe, & ſuper puerum: & orauit ad
F Dominum. ♀ Et aſcendit, & incubuit ſuper puerum: po- 34
ſuitque os ſuum ſuper os eius, & oculos ſuos ſuper oculos
eius, & manus ſuas ſuper manus eius: & incuruauit ſe ſu-
per eum, & calefacta eſt caro pueri. ♀ At ille reuerſus, 35
deambulabat in domo, ſemel huc atque illuc: & aſcendit,
& incubuit ſuper eum: & oſcitauit puer ſepties, aperuit-
que oculos. ♀ Et ille vocauit Giezi, & dixit ei, Voca Su- 36
namitidem hanc. quæ vocata, ingreſſa eſt ad eum. qui ait,
Tolle filium tuum. ♀ Venit illa, & corruit ad pedes eius, 37
& adorauit ſuper terram, tulitque filium ſuum, & egreſſa

Oratione Eliſei ſuſcitatur filius hoſpitæ.

eſt, ♀ & Eliſeus reuerſus eſt in Galgala. Erat autem fa- 38
mes in terra, & filij prophetarum habitabant coram eo, di
xitque vni de pueris ſuis, Pone ollam grandem, & coque
pulmentum filijs prophetarum. ♀ Et egreſſus eſt vnus 39
in agrum vt colligeret herbas agreſtes: inuenitque quaſi
G vitem ſylueſtrem, & collegit ex ea colocyntidas agri, &
impleuit pallium ſuum, & reuerſus concidit in ollam pul-
menti: neſciebat enim quid eſſet. ♀ Infuderunt ergo ſo- 40
cijs, vt comederent: cumque guſtaſſent de coctione, cla-
mauerunt, dicentes, Mors in olla vir Dei. Et non potue-
runt comedere. ♀ At ille, Afferte, inquit, farinam. * cum- 41
que tuliſſent, miſit in ollam, & ait, Infunde turbæ, vt co-
medant. & non fuit amplius quicquam amaritudinis in

Eliſeus Amarū pulmentum dulce reddit.

* & miſit

olla. ♀ Vir autem quidam venit de Baal-ſaliſa deferens 42
viro Dei panes primitiarū, & viginti panes hordeaceos,
& frumentum nouum in pera ſua. at ille dixit, Da popu-
lo, vt comedat. ♀ Reſponditque ei miniſter eius, Quan- 43
tum eſt hoc, vt apponam coram centum viris? rurſum ille
ait, Da populo, vt comedat: hæc enim dicit Dominus, Co
medent, & ſupererit. ♀ poſuit itaque coram eis: qui co- 44
mederunt, & ſuperfuit iuxta verbum Domini.

Paucis panibus plurimi hic ſaturantur precibus Eliſei.

Cumque puer adoleuiſſet, factum eſt quodam die vt egrederetur ad patrem ſuum, 27 ad meſſores, Diceretque ad patrem ſuum, 28 Caput meum, caput meum [doleo.] & 29 ille ait ad 30 puerum quendam, Fer eum ad matrem ſuam. Qui cum tuliſſet eum, adduxiſſetque eum ad matrem ſuam, ſedit ſuper genua eius vſque ad meridiem, & mortuus eſt. Illa verò 31 aſcendens, poſuit eum ſuper lectum viri Dei, & obſeratis [foribus] 32 circa eum, exijt. Et vocato marito ſuo, ait, Mitte quæſo mecum aliquem ex pueris, 33 & aſinā: nam propere proficiſcar ad virum Dei, & reuertar. Qui ait, Cur proficiſcêris ad eum hodie, quum nec ſit 34 noua luna, nec ſabbathum? Reſpondit illa, 35 Vale. Strato aſino dixit ad puerum, Duc & 36 proficiſcere, 37 ne moram nectas mihi, quo minus vehar, niſi quum dixero tibi. Profecta itaque venit ad virum Dei in montem Charmelum. quumque vir Dei eam vidiſſet procul, dixit ad Gehaſi puerum ſuum, En 38 Sunamitis iſta, Curre quæſo ei obuiam, & dic ad eam, 39 Valeſne tu? valetne maritus tuus? valetne puer? quæ reſpondit, 40 Valent recte. Venit 41 autem ad virum Dei in montem, & apprehendit pedes eius: acceſſitque Gehaſi vt eam depelleret. & dixit vir Dei, Sine eam, quandoquidem mæſto eſt animo, 42 quod Dominus me celauit, neque reuelauit mihi. At illa dixit, Poſtulauine ego filium à domino meo? annon dicebam, Ne fallas me? Et dixit [Eliſæus] ad Gehaſi, 43 Accinge lumbos tuos, & tolle baculum meum in manum tuam, & 44 vade. quòd ſi quiſpiam obuius tibi factus fuerit, 45 ne eum ſalute impertias: ſi quiſpiam te ſalutauerit, 46 ne reſpondeas ei, & pone 47 baculum meum ſuper faciem pueri. Tum dixit mater pueri, Viuit Dominus, & viuit anima tua, ſi dimiſero te. ſurgens ergo ſequutus eſt eam. Porrò Gehaſi præceſſerat eos, & poſuerat baculum ſuper faciem pueri, ſed nec vox erat, nec 48 ſenſus: reuerſus eſt ergo ei obuiam, indicauitque ei, dicens, Puer 49 non euigilauit. Quumque Eliſæus veniſſet in domum, ecce puer dormientis in morem iacebat mortuus ſuper lectum eius. Ingreſſus ergo clauſit oſtium 50 poſt vtrumque, & precatus eſt Dominum, Et aſcendens 51 iacuit ſuper puerum, ponens os ſuum ſuper os eius, & oculos ſuos ſuper oculos eius, manuſque ſuas ſuper manus eius: 52 quumque ſic proſtratus incumberet ei, calefacta eſt caro pueri. Et 53 rediens deambulabat in domo, iam huc, iam illuc: deinde aſcendit, & rurſus incubuit ei. tum puer ſternutauit ſepties, aperuitque oculos ſuos. [Eliſæus] autem vocato Gehaſi ait, Voca Sunamitidem hanc. vocauit igitur eam. quæ quum ingreſſa eſſet ad eum, dixit [ille ad eam,] Tolle filium tuum. Ingreſſa itaque procidit ad pedes eius 54 incuruata terram verſus: tollenſq; filium ſuum, egreſſa eſt. Eliſæus autem reuerſus eſt in Gilgal, fuitque fames in terra, & 55 filij prophetarum 56 verſabantur apud eum. Tum dixit ad puerum ſuum, 57 Apponito ollam magnam, & coque 58 pultem 59 filijs prophetarum. Egreſſus ergo vnus in agrum vt colligeret 60 herbas virides, inuenienſq; 61 fruticem agreſtem, collegit ab ea 62 coloxyntidas agreſtes, 63 impleuitque veſtem ſuam, & rediens incîdit in ollam 64 pultem, 65 neque enim compertum habebat. Et 66 effudit viris vt comederent: quumque de coctione illa ederent, clamabant dicentes, 67 Mors eſt in olla, ô vir Dei: nec potuerunt comedere. At ille ait, Afferte farinam. quam inſperſit in ollam, & ait, Effunde populo vt comedant: tum nihil mali amplius fuit in olla. Porrò vir quidam veniebat de Baal-ſaliſa, ferens ad virum Dei panes primitiarum, nempe viginti panes hordeaceos, & 68 frumentum recens in folliculis ſuis, dixitque, Da populo vt comedat. Et reſpondit miniſter eius, Quid verò dabo iſtud cētum viris? rurſum ait ille, Da populo vt comedat: nam ſic ait Dominus, Comedent, & ſupererit. poſuit itaque ante eos, & illi comedentes, 69 reliquum fecerunt 70 iuxta verbum Domini.

## SCHOLIA IN CAP. IIII.

1 Id eſt, diſcipulorum. 2 vel, lagenam. 3 Hebraice, quaſi dicas, ne paucifices, id eſt, ne pauca mutueris ſiue pares tibi. 4 ſubaudi, & iube alia apportari. 5 vel, admouebant. 6 vel, Admoue. 7 vel, fluere deſijt. 8 id eſt, Eliſeo. 9 debita, id eſt, diſſolue æs alienum quod conflarat tuus vir. 10 Hebraiſmus, viue de reliquo. 11 Hebraiſmus, magna, id eſt, prædiues & opulenta. Chald. paraphraſtes, cauens ſibi à peccato. 12 Hebraiſmus, vim fecit. compulit. 13 Hebraiſmus, Ecce nunc. 14 Hebraiſmus, ſemper. 15 Hebraiſmus, ex parietibus (quatuor) paruum, quaſi dicat, faciamus cœnaculum ſemotum ab alijs ædificijs. Alij (quod parum probatur doctis) exponunt cœnaculum ex pariete perpetuo, paruum, & intelligunt fornicem, nullam feneſtram habentem. 16 ſedem. 17 ſubaudi, Eliſeus, ad eum, id eſt, Giezi famulum. 18 Ecce ſolicita es pro nobis, id eſt, ſedulo nobis miniſtras, magnum ſumis laborem vt nobis inſeruias. 19 iſta ſolicitudine. 20 quid (ſubaudi, optas) vt faciamus. 21 Hebraiſmus, eſtne (tibi opus) vt alloquatur (aliquis) pro te regem, aut ducem exercitus? 22 quaſi dicat, Inter conſanguineos meos habito, qui poſſunt mihi eſſe interpretes apud regem ſiquid negotij habuerim propter quod ſit conueniendus. 23 quaſi dicat, Hac opera tua non eſt illi opus: ſed roga Deum vt filium habeat. non enim ſpes eſt eã poſſe habere, quod marit⁹ eius ſenex ſit. 24 Hebraiſmus, In tempore iſto, hac ipſa hora, viuens. vel, viuente te, id eſt, Anno proximo, menſibus geſtationis vteri reuolutis, hoc ipſo die vel conſimili, quando tu eris ſana & incolumis, aut, eris viuens (& ſana,) & amplexaberis, &c. Oratio conciſa. 25 vel, Ne fallas ancillam tuam. 26 eo tempore, ea ipſa hora, vita comite, qua dixerat. 27 ſubaudi, qui iuerat vt inuiſeret meſſores. 28 quaſi dicat, Vehementer doleo ob radios ſolis. 29 ſubaudi, pater. 30 vel, miniſtrum. qui fortaſſe erat illi comes. 31 ſubaudi, in cœnaculum. 32 ſuper eum, id eſt, eo incluſo. 33 Hebraiſmus, & vnam aſinarum, vt curram. 34 His diebus ſolebant conuenire, aut conſulere prophetas. 35 Hebraiſmus, Pax, quaſi dicat, Recte quidem ſe habent omnia: boni cauſa illum adire cupio. 36 vel, præcede. 37 Hebraiſmus, ne remoreris mihi vt aſcendam, id eſt, ne remoreris in meam gratiam illam aſinam vt aſcendam ſuper eam. Ducebat aſinam Eliſei cauſa, non vt ipſa veheretur. 38 quaſi dicat, iſta quæ ſolet nos hoſpitio excipere. 39 Hebraiſmus, Paxne eſt tibi? &c. 40 Hebraiſmus, Pax eſt, id eſt, Omnia recte habẽt. 41 ergo. vel, inquam. 42 & Dominus. 43 quaſi dicat, Cinge te, ſuccinge veſtem itineris cauſa. 44 ſubaudi, in Sunem. 45 Hebraiſmus, ne benedic illi: & ſi benedixerit tibi quiſpiam, &c. quaſi dicat, hoc vnum ages, vt eas recta ad puerum. Vide idem Luc. 10. de non reſalutando in via. 46 id eſt, ne reſalutes eum. 47 Iuſsit Eliſeus vt Giezi acciperet ſcipionem: vt ſi forte ſanitati reſtitueretur puer, hac via miraculum non tribueretur Giezi, ſed Deo. Eãdem ob rem iuſsit Eliſæus vt Nahaman ſe ablueret in Iordane. 48 attentio, quaſi dicat, neque loquebatur puer, neque videbatur audire quæ dicebãtur. 49 vel, non eſt excitatus. 50 ſuper ambos, id eſt, ſuper ſe & ſuper eum puerum. 51 vel, incubuit puero. 52 & extendit ſeſe ſuper illum, & calefacta eſt caro pueri, ſubaudi, calore prophetæ. 53 auerſus, ſubaudi, à puero, id eſt, viciſsim & per interualla relicto puero inambulabat huc & illuc, cogitabundus: poſtea extendebat ſe ſuper puerum. 54 vel, incuruata in terram vſque. ante illum ſcilicet Eliſæum. 55 id eſt, diſcipuli. 56 Hebraiſmus, ſedebant coram eo. vt ſcilicet aliquid diſcerent ab eo. nam illum colebant tanquam ſummum prophetam. 57 vel, Diſpone. aut, Præpara. 58 vel, pulmentum. 59 id eſt, diſcipulis, ijs qui mihi ſemper adſiſtunt, & me tam ſedulo colunt. 60 Quidam exiſtimant vocem Hebræam ſignificare erucam, ab O K A, id eſt, lumen, quòd conferat claritati oculorum, vt ſcribit Plinius lib. 20. cap. 13. 61 vitem, &c. id eſt, herbam ſimilem viti agreſti. 62 vel, cucurbitas. 63 Hebraiſmus, plenitudinem veſtis. 64 pulmenti, id eſt, conciſas colocyntidas iniecit in ollam. 65 id eſt, neſciebat colocyntidas eſſe ſaporis amari. 66 ſubaudi, in vaſa, ſiue ſcutellas. 67 quaſi dicat, Aliquis coniecit venenũ in ollam. exiſtimabant ſubeſſe venenũ, ob amaritudinem. 68 ſpicas triticeas cum folliculis, &c. nondum grana erant excuſſa ex folijs. 69 reliquerunt, ſubaudi, aliquid. 70 id eſt, quemadmodum Dominus reuelarat prophetæ.

## CAP. V.

*NAaman imperator exercitus regis Syriæ fuit vir 1 clarus ac ſpectatiſſimus in conſpectu domini ſui: nam Dominus dederat ſalutẽ Syriæ per eum, fuitque vir 2 ſtrenuus, ſed leproſus. Egreſſi autem erant Syri graſſatores, & captiuam duxerant de terra Iſrael paruam quandam puellam 4 quæ miniſtrabat vxori ipſius Naaman, Hæc dicebat ad dominam ſuam, 5 Vtinam herus meus eſſet apud prophetam qui eſt in Samaria, 6 tum enim ſanaret eum à lepra ſua. Et ⁚⁚ ingreſſus expoſuit [ hæc ] domino ſuo, dicens, Sic & ſic loquuta eſt puella quæ eſt ex terra Iſrael. Tũ dixit rex Syriæ, 7 Vade & ingredere, mittamque literas ad regem Iſraelis. is autem profectus accepit in manum ſuam decem argenti talenta, & auri ſex millia, decem inſuper veſtes 8 mutatorias, Tulitque literas ad regem Iſraelis in hãc ſententiam, 9 Quum peruenerint literæ iſtæ ad te, en ego miſi ad te Naaman ſeruum meum, vt 10 cures eum à lepra ſua. Contigit autem vt rex Iſrael perlecta [ epiſtola, ] ſciderit veſtimenta ſua, dixeritque, Egone Deus ſum, vt interficiam, & rurſus vitæ reſtituam? 11 is mittit ad me, vt curem hominem à lepra ſua: enimuero aduertite quæſo & videte, 12 quam anſam captet contra me. Quum verò Eliſæus vir Dei audiſſet quòd rex Iſrael 13 conſcidiſſet veſtem ſuam, miſit ad regem huiuſmodi verbis, 14 Quare conſcidiſti veſtes tuas? veniat igitur ad me, experietur certe prophetam eſſe in Iſraele. Venit itaque Naaman cum equitatu ſuo, & curru ſuo, & conſtitit ad fores domus Eliſæi. Miſitq; Eliſæus nuntium ad eum hiſce mandatis, Vade, & laua ſepties in Iordane, & 15 reſtituetur tibi caro tua, Adeoque mũda erit. Naaman indignatione commotus, abijt & dixit, En, cogitaram apud me, Omnino exibit, & ſtans inuocabit nomen Domini Dei ſui, 16 motabitque manum ſuam ad lo-*

1 NAaman * princeps militiæ regis Syriæ, erat vir
magnus apud dominum ſuum, & honoratus:
per illum enim dedit Dominus ſalutem Syriæ:
2 erat autem vir fortis & diues, ſed leproſus. ♀ Porrò de
Syria egreſsi fuerant latrunculi, & captiuam duxerant
de Terra-Iſrael puellam paruulam, quæ erat in obſe-
3 quio vxoris Naaman, ♀ Quæ ait ad dominam ſuam,
Vtinam fuiſſet dominus meus ad prophetã qui eſt in Sa-
4 maria: profectò curaſſet eum à lepra quam habet. ♀ In-
greſſus eſt itaque Naaman ad dominum ſuum, & nuntia-
uit ei, dicens, Sic & ſic locuta eſt puella de Terra-Iſrael.
5 ♀ Dixitque ei rex Syriæ, Vade, & mittam literas ad re- B
gem Iſrael. qui cum profectus eſſet, & tuliſſet ſecum de-
cem talenta argenti, & ſex millia aureos, & decem mu-
6 tatoria veſtimentorum: ♀ Detulit literas ad regem Iſrael,
in hæc verba, Cum acceperis epiſtolam hanc, ſcito quòd
miſerim ad te Naaman ſeruum meum, vt cures eum à le-
7 pra ſua. ♀ Cumque legiſſet rex Iſrael literas, ſcidit veſti-
menta ſua, & ait, Nunquid Deus ego ſum, vt occidere
poſsim, & viuificare, quia iſte miſit ad me, vt curem ho-
minẽ à lepra ſua? animaduertite, & videte quod occaſio-
8 nes quærat aduerſum me. ♀ Quod cũ audiſſet Eliſeus vir
Dei, ſcidiſſe videlicet regem Iſrael veſtimenta ſua,
miſit ad eum, dicens, Quare ſcidiſti veſtimenta tua? ve- C
9 niat ad me, & ſciat eſſe prophetam in Iſrael. ♀ Venit ergo
Naaman cum equis & curribus, & ſtetit ad oſtium do-
10 mus Eliſei. ♀ Miſitque ad eum Eliſeus nuntium, dicens,
Vade, & lauare ſepties in Iordane, & recipiet ſanita-
11 tem caro tua, atque mundaberis. ♀ Iratus Naaman re-
cedebat, dicens, Putabã quod egrederetur ad me, & ſtãs
inuocaret nomẽ Domini Dei ſui, & tãgeret manu ſua lo-
cum lepræ,

* autem Naaman Syrus per Eliſeum curatur à lepra, ad gloriam Dei Iſraelis.

Captiua in gloriam Dei.



cum lepræ, & curaret me. ♀ Nunquid non meliores ſunt 12
Abana & Pharphar fluuij Damaſci omnibus aquis Iſrael,
D vt lauer in eis, & munder? Cum ergo vertiſſet ſe, & ab-
iret indignans, ♀ acceſſerunt ad eum ſerui ſui, & locuti 13
ſunt ei, Pater, ſi rem grandem dixiſſet tibi propheta, cer-
te facere debueras: quanto magis quia nunc dixit tibi,
Lauare, & mundaberis? ♀ Deſcendit, & lauit in Iorda- 14
ne ſepties iuxta ſermonem viri Dei, & reſtituta eſt caro
eius, ſicut caro pueri paruuli, & mundatus eſt. ♀ Re- 15
uerſuſque ad virum Dei cum vniuerſo comitatu ſuo, ve-
nit, & ſtetit coram eo, & ait, Verè ſcio quòd non ſit alius
Deus in vniuerſa terra, niſi tantum in Iſrael. obſecro ita-
E que vt accipias benedictionem à ſeruo tuo. ♀ At ille re- 16
ſpondit, Viuit Dominus ante quem ſto, quia non acci-
piam. Cumque vim faceret, penitus non acquieuit. ♀ Di- 17
xitque Naaman, Vt vis: ſed, obſecro, concede mihi ſer-
uo tuo, vt tollam onus duorum burdonum de terra: non
enim faciet vltrà ſeruus tuus holocauſtum, aut victimam
dijs alienis, niſi Domino. ♀ Hoc autem ſolum eſt de quo 18
depreceris Dominum pro ſeruo tuo, Quando ingredie-
tur dñs meus templũ Rẽmon, vt adoret: & illo innitente
ſuper manum meam, ſi adorauero in templo Remmon,
adorante eo in eodem loco, vt ignoſcat mihi Dominus
ſeruo tuo pro hac re. ♀ Qui dixit ei, Vade in pace. Abijt 19
ergo ab eo electo * tempore. ♀ Dixitque Giezi puer 20
F viri Dei, Pepercit dominus meus Naaman Syro iſti, vt
non acciperet ab eo quæ attulit: viuit Dominus, quia
curram poſt eum, & accipiam ab eo aliquid. ♀ Et ſecu- 21
tus eſt Giezi poſt tergum Naaman: quẽ cum vidiſſet ille
currentem ad ſe, deſilijt de curru in occurſum eius, & ait,
Rectene ſunt omnia? ♀ Et ille ait, Recte. dominus meus 22
miſit me ad te, dicens, Modo venerunt ad me duo ado-
leſcentes de mõte Ephraim, ex filijs prophetarum: da eis
talentum argenti, & veſtes mutatorias duplices. ♀ Di- 23
xitque Naaman, Melius eſt vt accipias duo talẽta. & coe-
git eum, ligauitque duo talenta argenti in duobus ſaccis,
& duplicia veſtimenta, & impoſuit duobus pueris ſuis,
G qui & portauerunt coram eo. ♀ Cumque veniſſet iam 24
veſperi, tulit de manu eorum, & repoſuit in domo, di-
miſitque viros, & abierunt. ♀ Ipſe autem ingreſſus, ſte- 25
tit coram domino ſuo. & dixit Eliſeus, Vnde venis Gie-
zi? Qui reſpondit, Non iuit ſeruus tuus quòquam. ♀ At 26
ille ait, Nonne cor meum in præſenti erat, quando reuer-
ſus eſt homo de curru ſuo in occurſum tui? Nunc igitur
accepiſti argentum, & accepiſti veſtes, vt emas olíueta,
& vineas & oues & boues & ſeruos & ancillas. ♀ Sed & 27
lepra Naaman adhærebit tibi, & ſemini tuo, vſque in ſem-
piternum. & egreſſus eſt ab eo " quaſi nix leproſus.

Lauatur Naamã in Iordane, & ſanatur. luc. 4. e.

Confitetur Deũ Iſrael, & adorat.

Eliſeus non accipit munera, ne videatur Dei donum vendere.

* terræ

Giezi mẽdacijs munera accipit, quæ renuerat dominus ei⁹ in gloriam Dei.

Giezi cũ liberis ſuis lepra percutitur.

" leproſus quaſi nix.

*cum, & curabit lepram. Annon præſtant Abana & Parpar fluuij Damaſci omnibus aquis Iſraelis? 17 annon ſi lauero in eis, mundus ero? 18 verſus itaque, abijt indignabundus. Accedentes autem ſerui eius, loquuti ſunt ad eum, & dixerunt, 19 Mi pater, ſi propheta 20 magnam rem tibi mandaſſet, annon faceres? quanto magis quum dixit ad te, Laua, & mundus eris? Deſcendit igitur, 21 tinxit [ ſe ] ſepties in Iordane iuxta verbum viri Dei, 22 mutataq; eſt caro eius ſicut caro pueri parui, & mundatus eſt. Rediens igitur ad virum Dei ipſe & omnis comitatus eius, ſtetit ante eum, & dixit, 23 En obſecro, noui quòd non ſit Deus in vniuerſa terra, niſi in Iſraele: cape quæſo munus à ſeruo tuo. Ille autem dixit, Viuit Dominus, ante quem ſto, ſi accepero. cumque is 24 flagitaſſet, renuit ille. Tum dixit Naaman, 25 Annon dari poterit ſeruo tuo de humo hac onus, quantum par mulorum [ 26 fert? ] ſiquidem ſeruus tuus poſthac non ſacrificabit holocauſtum aut ſacrificium dijs alijs, ſed ſoli Domino. 27 Hac in re propitius ſit Dominus ſeruo tuo, Quum ingreſſus fuerit dominus meus phanum Rimmon, ibique adoraturus, innixus fuerit ſuper manum meam, ſi & ego 28 prociduero in phano Rimmon: 29 ſi inquam & me procidere contigerit in phano Rimmon, hac in re 30 propitius ſit dominus ſeruo tuo. Ad quem ille ait, 31 Vade in pace. Quumque profectus eſſet ab eo 32 iugerum arui, dixit Gehaſi famulus Eliſæi viri Dei [ intra ſe, ] En 33 dominus meus pepercit [ rebus ] huius Syri Naaman, quo minus acciperet de manu eius quæ attulerat, viuit Dominus, ſi non cucurrero poſt ipſum, & accepero aliquid ab eo. Sequutus eſt ergo Gehaſi ipſum Naaman: quem Naamã videns poſt ſe currentem, illico deſilijt de quadriga, 34 occurrens ei, & dicens, 35 Rectene [ omnia? ] Reſpondit ille, Recte: en dominus meus miſit me, dicens, En venerunt modo ad me duo adoleſcentes de monte Ephraim, qui ſunt ex 36 filijs prophetarum, da quæſo eis talentum argenti, & duas 37 veſtes mutatorias. Et ait Naaman, 38 Bono ſis animo, cape duo talenta: 39 coegitque eum, 40 vt ligaret duo talenta argenti in duos ſacculos, ſimulque duas veſtes mutatorias, & 41 impoſuit [ illa ] duobus pueris ſuis, vt portarent ante 42 ipſum. Veniens autem 43 in locum quendam ſecretum, acceptis his de manu ipſorum, 44 repoſuit in domo, 45 & viros amãdauit vt abirent. Porrò ipſe ingreſſus ſtetit coram domino ſuo: dixitq; ad eum Eliſæus, Gehaſi vnde? qui ait, Nuſquam abijt ſeruus tuus. Ille verò dixit ad eum, 46 Annon cor meum iuit, quum reuerſus eſt homo de curru ſuo tibi obuiam? 47 Num tempus eſt 48 corradendi argentum, & accipiendi veſtes, olíueta, vineas, oues & boues, ſeruos & ancillas? 49 Adhærebit igitur lepra ipſius Naaman tibi & ſemini tuo ſemper. & egreſſus eſt a conſpectu eius 50 leproſus ſicut nix.*

## SCHOLIA IN CAP. V.

1 Hebraiſmus, magnus. 2 potens robore, id eſt, bellicoſus. 3 Hebraiſmus, exercitus, id eſt, cum aliquot turmis militum. 4 Hebraiſmus, quæ erat coram vxore, &c. id eſt, quæ poſtea miniſtrauit vxori, &c. 5 Hebraiſmus, Orationes domini mei ſint coram propheta, &c. id eſt, Si dominus meus rogarit prophetam Samariæ: ſanabit eum. Chaldæus paraphraſtes, Fœlix eſſet dominus meus ſi ſtaret coram propheta, id eſt, ſi iret ad prophetam qui eſt, &c. 6 tum ſanabit. ⁚⁚ ſubaudi, Naaman. 7 I, vade. 8 vel, ad mutandum, id eſt, quibus vteretur propheta quum veſtem quotidianam mutare vellet. Veſtes elegantiores & pretioſiores intelligit, quibus vtimur in publico & diebus ſolennibus. 9 Hebraiſmus, Nunc ergo cum venerint ad te literę iſtæ, ſane miſi, &c. quaſi dicat, Vbi receperis has literas, cura ſanandum hunc ſeruum meum Naaman. nam, &c. 10 Alij, remoueas, vel eripias eum à lepra ſua. Alij, vt recolligas eum, id eſt, reuoces eum in congregationem ſanorum à lepra. nam leproſi extra commercium cæterorũ degebant. 11 quòd iſte mittit. 12 quod occaſionem quærat 13 audita ſcilicet blaſphemia Syri. 14 quaſi dicat, Non debueras ſcindere veſtimenta: neſciebas deum ſolere ſuſcitare mortuos ad preces hominum, præſertim fidelium? 15 vel, reuertetur. 16 eleuanſque manum ſuam tanget locum affectum. 17 admiratiuè, quaſi dicat, certe non puto. 18 vel, Et quum ſe vertiſſet, 19 id eſt, Magiſter mi. Chaldæus paraphraſtes, Domine mi. 20 id eſt, arduam. 21 vel, lauit. aut merſit. 22 vel, reuerſaque eſt. 23 vel, Nunc demum ſcio quòd. 24 Hebraiſmus, vim faceret vt caperet. 25 Hebraiſmus, Et non detur quæſo ſeruo, &c. id eſt, quamuis recuſes munus meum, detur tamen quæſo, &c. 26 (ferre poteſt?) 27 vel, pro hac re parcat, &c. ita Chaldæus paraphraſtes, quaſi dicat, Fac precibus tuis vt cõdonet mihi Dominus incuruationem illam quam cogor ex officio præſtare regi oranti in templo Remmon. Soleo enim illi tremulo & imbecilli eſſe vice ſcipionis, quum incedit, ſtat aut ſedet. 28 vel, incuruauero me. vt ſcilicet accommodem me domino meo inclinanti ſeſe. 29 Hebraiſmus, in adoratione mea, id eſt, & ego quoque incuruauero me. 30 vel, condonet, id eſt, cõdonet Dominus ſeruo tuo hanc adorationem. ſum enim regi vice ſcipionis. Exiſtimant doctiores Naamã abſtinuiſſe à commercio regis per id tempus quo lepra laborauit. 31 quaſi dicat, Dominus condonabit tibi id: quandoquidem non id ſtudio idololatriæ feciſti. 32 vnum miliare. 33 prohibuit herus meus Naaman Syrum

Syrum hunc vt acciperet de manu eius quæ attulerat, quaſi dicat, noluit dominus meus quicquam accipere è muneribus quæ attulit Naaman. 34 vt occurreret illi. 35 Hebraiſmus, Annon pax? Et dixit, Pax. 36 id eſt, diſcipulis. 37 mutatoriæ veſtes, quibus vtimur in publico, quas mutamus & deponimus quum domum venimus. ad differentiam earum quibus domi vtimur, mutatorias dicit. 38 Hebraiſmus, Velis (&) cape, id eſt, Rogo te vt capias. Rem mihi gratam feceris, ſi acceperis, &c. 39 id eſt, precibus eum adegit vt duo talenta acciperet. 40 & ligauit. conſtrinxit. 41 ſubaudi, Naaman. 42 ſubaudi, Giezi. 43 in munitionem. vel, arcem, id eſt, ad locum editum vnde ipſe videri non poſſet, ait Chaldæus paraphraſtes. 44 id eſt, tradidit ſeruanda in quadam domo. 45 dimiſerat autem homines illos, & abierant, ſubaudi, antequam deponeret. 46 quaſi dicat, Mentiris: nam num tunc aderã ſpiritu, quũ, &c. 47 q.d. non. 48 accipiẽdi. ſub. ab iſto. q.d. Nõ debueras ab iſto qui nõ eſt Iudæus, accipere quicquam, quo tibi emeres oliueta, vineas, &c. 49 .i. Laborabis lepra incurabili. 50 id eſt, præ lepra candidus vt nix.

## CAP. VI.

*Dixerunt autem 1 filij prophetarum ad Eliſæum, Ecce, locus in quo tecum habitamus, anguſtior eſt quàm vt nos capiat. Liceat ergo nobis quæſo vt eamus ad Iordanem, & tollamus inde ſinguli trabem vnam, faciamuſque nobis locum in quo habitemus. & reſpondit, Ite. Dixit autem vnus, 2 Adijce animum quæſo vt eas cum ſeruis tuis. & reſpondit, Ego ibo. Et profectus eſt cum eis: qui venientes ad Iordanem, ſecuerunt 3 ligna. Contigit autem quum vnus [ex ijs] 4 arborem deijceret, vt 5 ſecuris caderet in aquam, clamaretque & diceret, Heu mi domine, 6 hæc [ſecuris] mutuo accepta eſt. Vir Dei ait, Quò cecidit? is oſtendit ei locum. qui 7 præcidens lignum, 8 proiecit illuc, & natauit 9 ſecuris. Dixit ergo, Tolle. qui extenſa manu ſua, extraxit eam. Rex Syriæ geſsit bellum contra Iſraelem, & inito conſilio cum ſeruis ſuis, dixit, 10 Alicubi ad certũ locum caſtra mea erunt. Miſit ergo vir Dei ad regem Iſraelis, & dixit, Caue tranſeas hunc locum: nam Syri 11 illic demiſsi [latitant.] Tum 12 miſit rex Iſraelis ad eum locum de quo dixerat vir Dei, 13 & diſpoſitis cuſtodijs, obſeruari eum iuſsit, idque ſæpius. Turbatum igitur eſt cor regis Syriæ 14 huius rei gratia: vocatiſque ſeruis ſuis, dixit ad eos, 15 An igitur mihi non indicaretis quis ex nobis regis Iſraelis [eſſet?] Tum dixit vnus ex ſeruis eius, Nequaquam domine mi rex, ſed Eliſæus propheta qui eſt in Iſraele, is indicat regi Iſraelitico verba quæ tu loqueris in penetrali cubiculi tui. Qui ait, Ite & videte vbinam ſit, vt mittam & tollam eum. 16 indicatum eſt ergo ei his verbis, En eſt in Dothan. Miſit igitur illuc equos & currus, & exercitum grauem, qui nocte venientes circunſederunt ciuitatem. Conſurgens autem mane miniſter viri Dei vt egrederetur, en exercitus circunſedebat ciuitatem 17 cum equis & curribus. tum dixit puer eius ad eum, 18 Heu domine mi, quid faciemus? Qui reſpondit, Ne metuas: nam eorum qui nobiſcum, plures ſunt quam eorum qui cum illis. Orauitque Eliſæus, & ait, Aperi quæſo Domine oculos eius 19 vt videat. Et aperuit Dominus oculos pueri, viditque, & ecce mõs plenus erat equis & curribus igneis circum Eliſæum. Cumque illi 20 deſcenderent ad eum, orauit Eliſæus ad Dominum, & dixit, Feri quæſo gentem iſtam 21 cæcutientia. & ferijt eos cæcutientia iuxta verbum Eliſæi. 22 Dixit ergo ad eos Eliſæus, Hæc non eſt via, neque hæc vrbs eſt, ſequimini me, ducamque vos ad virum quem quæritis. duxit autem eos in Samariam. Factumque eſt quum veniſſent in Samariã, vt diceret Eliſæus, Domine aperi oculos iſtorum vt videant. aperuitq; Dominus oculos eorum, videruntq;, & ecce 23 erant in medio Samariæ. Dixit autem rex Iſrael ad Eliſæum quum eos vidiſſet, Annon trucidando trucidabo 24 pater mi? Reſpondit, Ne trucides, 25 quos vero tu gladio tuo & arcu tuo ceperis, hos trucida: quin appone eis panem & aquam, vt comedant & bibant, abeantque ad dominum ſuum. Apparauit itaque eis ſplendidum apparatum: quumque comediſſent & bibiſſent, 26 dimiſit eos. illi verò abierunt ad dominum ſuum: nec vltra venerunt 27 graſſatores Syri in terram Iſraeliticam. Poſt hæc contigit, vt 28 Ben-adad rex Syriæ congregato vniuerſo exercitu ſuo, aſcenderet, oppugnaretque Samariam. 29 Fuit verò fames magna in Samaria, (& ecce illi 30 obſederunt eam)*

## CAP. VI.

1 Dixerunt autem filij prophetarum ad Eliſeum, Ecce, locus in quo habitamus corã te, anguſtus
2 eſt nobis. ♀Eamus vſq; ad Iordanẽ, & [a]tollãt ſinguli de ſilua materias ſingulas, vt ædificemus nobis ibi
3 locum ad habitandum. qui dixit, Ite. ♀Et ait vnus ex illis,
4 Veni ergo & tu cũ ſeruis tuis. Reſpõdit, Ego veniã. ♀Et abijt cũ eis. cumq; veniſſent ad Iordanẽ, cędebãt ligna.
5 ♀Accidit autẽ, vt cũ vnus materiã ſuccidiſſet, caderet ferrũ ſecuris in aquã: exclamauitq; ille, & ait, [b]Heu heu heu
6 domine mi, & hoc ipſum mutuò acceperã. ♀Dixit autem homo Dei, Vbi cecidit? at ille monſtrauit ei locum. pręcîdit ergo lignum, & miſit illuc: natauitque ferrum.
7 ♀ Et ait, Tolle. Qui extendit manum, & tulit illud.
8 ♀ Rex autem Syriæ pugnabat contra Iſrael, conſiliumque inijt cum ſeruis ſuis, dicens, In loco illo & illo pona-
9 mus inſidias. ♀Miſit itaque vir Dei ad regẽ Iſrael, dicens, Caue ne trãſeas in locũ illũ: quia ibi Syri in inſidijs ſunt.
10 ♀ Miſit itaque rex Iſrael ad locum quem dixerat ei vir Dei, & præoccupauit eum, & obſeruauit ſe ibi non ſe-
11 mel neque bis. ♀ Conturbatumque eſt cor regis Syriæ pro hac re: & conuocatis ſeruis ſuis, ait, Quare non indi-
12 catis mihi quis proditor mei ſit apud regẽ Iſrael? ♀Dixitque vnus ſeruorũ eius, Nequaquã domine mi rex, ſed Eliſeus propheta qui eſt in Iſrael, indicat regi Iſrael omnia
13 verba quæcunque locutus fueris in conclaui tuo. ♀Dixitque eis, Ite, & videte vbi ſit: vt mittam, & capiam eum. [c]annuntiauerunt ei, dicentes, Ecce in Dothain.
14 ♀ Miſit ergo illuc equos & currus, & robur exercitus:
15 qui cũ veniſſent nocte, circundederunt ciuitatem. ♀Conſurgens autem diluculo miniſter viri Dei, egreſſus eſt, viditque exercitum in circuitu ciuitatis, & equos & currus: nuntiauitque ei, dicens, [d]Heu heu heu domine mi,
16 quid faciemus? ♀ At ille reſpondit, Noli timere: plu-
17 res enim nobiſcum ſunt, quàm cum illis. ♀ Cumque oraſſet Eliſeus, ait, Domine aperi oculos pueri huius, vt videat. Et aperuit Dominus oculos pueri, & vidit: & ecce mons plenus equorum, & curruum igneorum, in
18 circuitu Eliſei. ♀ Hoſtes verò deſcenderunt ad eum: porrò Eliſeus orauit ad Dominum, dicens, Percute, obſecro, gentem hanc cæcitate. percuſſitque eos Domi-
19 nus, ne viderent, iuxta verbum Eliſei. ♀ Dixit autem ad eos Eliſeus, Non eſt hæc via, neq; iſta eſt ciuitas: ſequimini me, & oſtendam vobis virum quẽ quęritis. duxit er-
20 go eos in Samariam: ♀Cumq; ingreſſi fuiſſent in Samariã, dixit Eliſeus, Domine aperi oculos iſtorũ, vt videant. aperuitque Dominus oculos eorum, & viderũt ſe eſſe in
21 medio Samarię. ♀Dixitq; rex Iſrael ad Eliſeũ, cũ vidiſ-
22 ſet eos, Nũquid percutiã eos pater mi? Et ille ait, ♀ Non percuties: neque enim cepiſti eos gladio, & arcu tuo, vt percutias: ſed pone panẽ, & aquã corã eis, vt comedant, &
23 bibãt, & vadãt ad dominum ſuũ. ♀Appoſitaq; eſt eis ciborum magna præparatio, & comederunt & biberunt, & dimiſit eos, abieruntque ad dominũ ſuum: & vltrà nõ ve-
24 nerunt latrones Syriæ in Terram-Iſrael. ♀ Factum eſt autẽ poſt hæc, congregauit Ben-adad rex Syriæ, vniuer-
25 ſum exercitũ ſuũ, & aſcendit, & obſidebat Samariã. ♀ Factaq; eſt fames magna in Samaria: & tandiu obſeſſa eſt,
donec

Eliſeus ferrũ ſecuris natare facit, virtute verbi Dei.

[a] tollamus

[b] Ehen

B

Syri moliuntur inſidias aduerſus Iſraelem: quod indicat Deus regi Iſrael per prophetam.

C

[c] annũtiaueruntque

Mittit rex Syriæ qui capiant Eliſeum.

[d] Ehen

Eliſeus fidens Deo nihil timet

D Protegitur Eliſeus à Deo.

Syri percuſſi cęcitate, introducuntur in mediam Samariam.

E Rex Iſrael Syros hoſtes ſuos cõuiuio excipit authorę Eliſeo.

Syri obſidẽt Samariam.

Fames ingens.



donec venundaretur caput aſini octoginta argenteis, & quarta pars cabi ſtercoris columbarum, quinq; argẽteis.
♀ Cùmque rex Iſrael tranſiret per murum, mulier quædã 26
exclamauit ad eum, dicens, Salua me dñe mi rex. ♀Qui 27
ait, Non: te ſaluet dominus: vnde te poſſum ſaluare? de area, vel de torculari? Dixitque ad eam rex, Quid tibi vis?
quæ reſpondit, ♀ Mulier iſta dixit mihi, Da filium tuum, 28
vt comedamus eum hodie, & filium meum comedemus
cras. ♀coximus ergo filium meum, & comedimus. dixi- 29
que ei die altera, Da filium tuum vt comedamus eũ. quæ
abſcondit filium ſuum. ♀ Quod cum audiſſet rex, ſcidit 30
veſtimenta ſua, (& tranſibat per murum: viditque omnis populus cilicium, quo veſtitus erat ad carnẽ intrinſecus.)
♀ Et ait rex, Hæc mihi faciat deus, & hæc addat, ſi ſtete- 31
rit caput Eliſei filij Saphat ſuper ipſum hodie. ♀ (Eliſeus 32
autem ſedebat in domo ſua, & ſenes ſedebant cum eo.) præmiſit itaque virum: & antequam veniret nuntius ille, dixit ad ſenes, Nunquid ſcitis quòd miſerit filius homicidæ hic, vt præcidatur caput meum? videte ergo, cum venerit nuntius, claudite oſtium, & non ſinatis eum introire:
ecce enim ſonitus pedũ domini eius poſt eũ eſt. ♀ Adhuc 33
illo loquente eis, apparuit nuntius, qui veniebat ad eum. Et ait, Ecce tantum malum à Domino eſt: quid amplius expectabo à Domino?

Caput aſini. Stercus columbinum. F

Mulier coquit filium.

Iorã minatur mortem Eliſeo. G

Ioram agnoſcit apud Eliſeum Deum authorẽ eſſe famis.

*31 donec caput aſini veniret octoginta 32 argenteis, & quarta pars 33 cabi 34 farraginis columbinæ quinque argenteis. Quumque rex Iſrael tranſiret 35 ad murum, clamauit mulier quædam ad eum, & dixit, Fer opẽ domine mi rex. Qui ait, 36 Quandoquidem Dominus tibi nõ fert opẽ, vnde ego tibi ferrem opem? 37 de horreone, an de torculari? Dixitque ad eam rex, 38 Quid tibi [vis?] reſpondit, Iſta mulier 39 dixit ad me, Da filium tuum vt comedamus eum hodie, filium autem meum cras comedemus: coximus igitur filium meum, & comedimus eum: poſtero die dixi ad eam, Da filium tuum vt comedamus eum. illa verò abſcondit filium ſuum. Quum ergo rex audiſſet verba mulieris illius, ſcidit veſtimenta ſua, (40 tranſibatque per murum, 41 vidente hoc populo: porrò penitius ſuper carnem ſuam ſaccum habebat.) Dixitque, 42 Sic faciat mihi Deus, ſicq; addat, ſi caput Eliſæi filij Saphat ſteterit hodie ſuper eo. (Porrò Eliſæus ſedebat domi ſuæ, ſedebantque 43 cum eo ſeniores.) & præmiſit [rex] 44 quendam ante ſe: qui nuntius antequam veniret ad eũ, dixit [Eliſæus] ad ſeniores, Annon 45 vidiſtis quòd 47 latro iſte miſerit vt tollat caput meũ? obſeruate, quũ venerit nũtius claudite oſtiũ, & 48 premite eum oſtio: annon ſtrepitus pedũ heri ſui ſequitur eũ? Adhuc eo cum illis loquẽte, ecce nuntius 49 deſcendit ad eum, & 50 dixit, En hæc afflictio à Domino eſt, quid vltra 51 expectarem Dominum?*

## SCHOLIA IN CAP. VI.

1 id eſt, diſcipuli Eliſei & reliquorum prophetarum. Dicũt Hebræi ſtudioſos prophetarum homines familiarius verſatos fuiſſe cũ Eliſeo abiecto Giezi, quàm antea: quod Giezi ſectatoribus prophetę eſſet acerbiſsimus. 2 Hebraiſmus, Velis nunc & veni, id eſt, Rogamus te vt venias, &c. 3 vel, tigna. 4 trabem. 5 id eſt, ferrum bipennis. 6 Apoſiopeſis, quaſi dicat, perijt ferrum ſecuris quam mutuo acceperam. 7 Dolauit manubrium alterum ex ligno ſicco, non ex viridi. 8 ſubaudi, manubrium illud alterum. 9 id eſt, ferrum ſecuris. Duo miracula: alteru quod recta manubrium incidit in foramen ferri: alterum vero fuit quod manubrium fecit natare ferrum. 10 Hebraiſmus, in loco peloni & alemoni caſtra erunt, id eſt, In loco illo & illo. Dicunt Hebræi quum nomen proprium loci alicuius aut perſonæ nõ ſuccurrit, aut quum illud exprimere nolunt, licet ſuccurrat, apponunt hæc verba Peloni & alemoni. Sunt enim ſingularis numeri. Non eſt dubiũ quin rex Syriæ expreſſerit nomen proprium loci, in quo caſtrametaturus erat: ſed nomen loci illius non ſuccurrebat hiſtoriographo quum hæc ſcripſit. Conſtituerat rex Syriæ ponere aliquos in inſidijs. 11 illuc deſcenderunt, id eſt, illic caſtrametati ſunt. 12 ſub. exploratores, id eſt, rex fecit periculum an propheta Dei vera diceret. 13 Hebraiſmus, & admonuerat eum: & cauit (ne iret) illuc, non ſemel, neque duabus vicibus. 14 quum ſcilicet reſciſſet ſua conſilia prodita eſſe regi Iſraeli. 15 annon indicabitis mihi. 16 ſubaudi, ab exploratoribus quum reuerſi eſſent. 17 id eſt, exercitus qui conſtabat equitibus & curribus falcatis. 18 vel, Alia. 19 ſubaudi, angelos qui nobis ſunt auxilio. 20 vt ſcilicet eum interrogarent. Videtur tunc Eliſeum fuiſſe egreſſum vrbe. 21 vel, cæcitate. aut, hebetudine oculorum. 22 nempe poſtquam rogatus fuerat ab eis. 23 id eſt, deprehenderunt ſe eſſe inter medios hoſtes. 24 id eſt, magiſter vel domine. 25 Hebraiſmus, nunquid quos cepiſti captiuos gladio tuo & arcu tuo, interficere ſoles? quaſi dicat, ſi hos percuteres, non percuteres homines victos tua opera, ſed opera Dei. 26 ſubaudi, propheta. 27 copiæ (vel, exercitus) Syrorum, id eſt, deſieruntq; ea tempeſtate inuadere terrã Iſraeliticam. Vox (vltra) non excludit totum tempus futurum, ſed hoc dicit, quandiu rex ille vixit, Syri nõ inuaſerunt Terram ſanctam. 28 Exiſtimant doctiores Ben-adad fuiſſe nomẽ commune regum Syriæ, vt Pharao nomen eſt commune regum AEgypti: aut certe multi eo nomine fuerunt. 29 quaſi dicat, Propter obſidionem orta eſt fames magna in Samaria. 30 obſidebat 31 vel, ita vt caput, &c. 32 ſubaudi, nummis. 33 cabus eſt ſexta pars ſati, quæ eſt tertia pars ephi. 34 ſtercoris columbarum. Quidam Hebræorum exiſtimat eos ſtercore columbino vſos eſſe vice ligni ad ignem fouendum. 35 per mœnia. luſtrando ſcilicet vrbem. 36 Hebraiſmus, Ne ſeruet te Dominus, vnde feram opem tibi? quaſi dicat, Diſpereas: quare petis à me cibum, quum ſcias me omni re carere? 37 quaſi dicat, nec triticum, nec vinum habeo, quod tibi dare poſſim: omnia mihi deſunt. 38 id eſt, Quid habes, quare me appellas? 39 vel, dixerat. 40 id eſt, luſtrabat vrbem per mœnia iter faciens. 41 Hebraiſmus, deprehẽditque populus, & ecce ſaccus erat ſuper carnem eius intrinſecus, id eſt, deprehendit regem geſtare cilicium ſub veſte regia. 42 Ita loquuntur Hebræi, quũ genus pœnę non exprimunt. Subaudienda ſunt quædam, cuiuſmodi, Si Eliſeus vellet iuuare oratione populum, poſſet prohibere tantam inediam, in qua mulieres alioqui miſericordes ſuos partus comedunt: quare diſpeream ſi, &c. 43 vel, iuxta illum. 44 ſubaudi, qui pręcideret caput Eliſeo. 45 videtis. 47 Hebraiſmus, filius homicidæ, id eſt, filius Achab homicidæ, cuius conſenſu Nabal eſt occiſus, quaſi dicat, iſte qui imitatur mores paternos. 48 reprimite illum in oſtio: id eſt, repellite eum opera oſtij, nolite ſinere eum ingredi. 49 deſcendebat, quaſi dicat, viderunt ipſi nuntium deſcendentem. 50 ſubaudi, rex, qui anteuertit nuntio quem miſerat. Hic locus oſtendit regem Iudæ protinus mutaſſe ſententiam ſuam, illumque nuntio quem miſerat anteuertiſſe, ita vt illi non licuerit Eliſeo pręcidere ceruices. 51 expectabo, quaſi dicat, nulla eſt ſpes.

## CAP. VII.

Dixit autem Eliſeus, Audite verbum Domini, Hęc 1
dicit Dominus, In tẽpore hoc cras modius ſimilę vno ſtatêre erit, & duo modij hordei ſtatêre vno
in porta Samariæ. ♀Reſpondens vnus de ducibus, ſuper 2
cuius manum rex incumbebat, homini Dei, ait, Si Dominus fecerit etiam cataractas in cælo, nunquid poterit eſſe quod loqueris? Qui ait, Videbis oculis tuis, & inde nõ
comedes. ♀Quatuor ergo viri erant leproſi iuxta introi- 3
tum portæ: qui dixerunt adinuicem, Quid hic eſſe volu-

Eliſeus prædicit Samaritis abundantiam.

Incredulus dux verbo Dei.

## CAP. VII.

*Dixit autem Eliſæus, Audite 1 verbum Domini, ſic dicit Dominus, Cras 2 iuxta hoc tempus ſatum ſimilaginis ſiclo [emetur,] & duo ſata hordei vno ſiclo in porta Samariæ. Reſpondit 3 triarius quidam, 4 à quo pendebat rex, viro Dei, & dixit, Ecce ſi Dominus 5 faceret feneſtras in cælo, num fieret res iſta? [Eliſæus] dixit, En tu videbis [id] oculis tuis, ſed ex eo 6 non comedes. 7 Fuerunt autem quatuor viri leproſi ad 8 oſtium portæ, qui dixerunt inter ſe, Quid hic 9 ſedemus*

*demus donec moriamur? 10 Si ſtatuerimus vrbem hanc ingredi, quandoquidem fames eſt in vrbe, moriemur in ea: ſi verò hic manebimus, itidem moriemur: agite igitur 11 deficiamus ad copias Syrorum: 12 ſi nos vita donabunt, viuemus: ſin interficient, moriemur. Surrexerunt ergo in 13 crepuſculo, vt irent in caſtra Syrorum, & venientes ad prima caſtra Syrorum, ne vir quidem illic erat. (Effecerat enim Dominus vt in caſtris Syrorum audiretur ſtrepitus curruum, ſonitus equorum, [id eſt] ſtrepitus ingentis exercitus, ita vt diceret quiſque ad alium, En rex Iſrael conduxit aduerſum nos reges Hithæorum, & reges Aegyptiorum, vt veniant contra nos. 14 Et ſurgentes fugerũt in 15 crepuſculo, relinquentes tentoria ſua, equos ſuos, aſinos ſuos, [id eſt] caſtra ipſa vt erant, fugeruntque 16 quò voluntas tulit.) Quũ igitur leproſi ad prima caſtra veniſſent, ingreßi tentorium vnũ, comederunt & biberunt, tuleruntque illinc argentum, aurũ, & veſtes, & abeuntes abſconderunt: & reuerſi ingreßi ſunt aliud tentorium, & illinc quoque tulerunt, & abeuntes abſconderunt. Dixerunt autem quiſque ad proximum ſuum, Non rectè facimus, hodie dies eſt fauſti nuntij, 17 & nos dißimulamus, ſi expectauerimus ad auroram vſque, deprehendet nos 18 iniquitas: agite igitur, ingrediamur, & annuntiemus domui regis. Venientes igitur clamauerunt ad cuſtodes portæ ciuitatis, indicaruntque 19 illis dicentes, Venimus in caſtra Syrorum, & ecce ne vir quidem vllus illic erat, nec vox hominis, ſed equi ligati, & aſini 20 ligati, cæterum caſtra ipſa 21 vt erant. 22 Cuſtodes itaque portarũ clamauerunt, & indicauerũt hoc intus domui regis. Rex ergo noctu ſurgens 23 ait ſeruis ſuis, Indicabo vobis quid fecerint nobis Syri, ſciunt quòd fame laboramus: egreßi ergo ſunt è caſtris, vt alicubi in agro ſeſe abſcondant, 24 hoc conſilio, vt nos, ſi vrbem egreßi fuerimus, viuos capiant, vrbemque ipſi occupent. Tum reſpondens vnus ex ſeruis eius, dixit, 25 Accipiantur quinque equi qui reliqui ſunt in vrbe, (26 hi enim tantum efficient quantũ vniuerſa multitudo Iſraelitica, ſi ſeruetur: rurſus perinde erunt vt tota multitudo Iſraelitica, ſi pereunt,) quos mittemus, & 27 explorabimus. Acceperunt ergo 28 equos ad duos currus, quos miſit rex vt ſequerentur caſtra Syrorum, hæc mandans, Ite & explorate. Abeuntes illi ſequuti ſunt eos vſque ad Iordanem, & ecce omnes viæ plenæ erant veſtibus & vaſis, quæ Syri abiecerant 29 in feſtinatione ſua. reuerſi igitur nuntij, nuntiarunt hæc regi. Et egreſſus populus, diripuerunt caſtra Syrorum: tum factum eſt vt ſatum ſimilaginis veniret 30 ſiclo, & duo ſata hordei ſiclo, iuxta verbum Domini. Porrò rex 31 conſtituit triarium illum principem, cuius 32 humeris innitebatur, 33 ad portam, conculcauitque eum populus in porta, & 34 moriebatur, iuxta verbum quod loquutus fuerat vir Dei cum rex deſcenderet ad eum. 35 Factum inquam eſt quemadmodum loquutus erat vir Dei ad regem in hunc modum, Duo ſata hordei ſiclo [vendentur,] & ſimilaginis ſatum ſiclo cras 36 iuxta id tempus in porta Samariæ: 37 Ad quod reſponderat princeps ille viro Dei, & dixerat, Si Dominus faceret feneſtras in cælis, num res illa fieret? Dixeratque ille, En tu videbis oculis tuis, ſed inde non comedes. Factum eſt ergo ei ſic, 38 conculcauitque eum populus in porta, & mortuus eſt.*

4 mus donec moriamur? ♀Siue ingredi voluerimus ciuita-
tem, fame moriemur: ſiue manſerimus hic, moriendum
nobis eſt: venite ergo, & transfugiamus ad caſtra Syriæ:
ſi pepercerint nobis, viuemus: ſi autem occidere volue- B
5 rint, nihilominus moriemur. ♀Surrexerunt ergo veſperi
vt venirent ad caſtra Syriæ. cumque veniſſent ad princi-
6 pium caſtrorum Syriæ, nullum ibidem repererunt. ♀ (Si
quidem Dominus ſonitum〃audiri fecerat in caſtris Syriç,
curruum, & equorum, ˋ& exercitus plurimi: dixe-
runtque adinuicem, Ecce mercede conduxit aduerſum
nos rex Iſrael reges〃 Gethæorum, & Aegyptiorum,
7 & venerunt ſuper nos. ♀ Surrexerunt ergo, & fu-
gerunt in tenebris, & dereliquerunt tentoria ſua, &
equos & aſinos in caſtris, fugeruntque, animas tan-
8 tum ſuas ſaluare cupientes.) ♀ Igitur cum veniſſent
leproſi illi ad principium caſtrorum, ingreſsi ſunt vnum
tabernaculum, & comederunt & biberunt: tuleruntque
inde argentum, & aurum, & veſtes, & abierunt, & ab-
ſconderunt: & rurſum reuerſi ſunt ad aliud tabernaculum,
9 & inde ſimiliter auferentes abſconderunt. ♀ Dixe-
runtque adinuicem, Non rectè facimus: hæc enim C
dies boni nuntij eſt. ſi tacuerimus, & noluerimus nun-
tiare vſque mane, ſceleris arguemur: venite, eamus,
10 & nunciemus in aula regis. ♀ Cumque veniſſent ad
portam ciuitatis, narrauerunt eis, dicentes, Iuimus ad
caſtra Syriæ, & nullum ibidem reperimus hominem,
11 niſi equos, & aſinos alligatos, & fixa tentoria. ♀ Ie-
runt ergo portarij, & nuntiauerunt in palatio regis intrin
12 ſecus. ♀ Qui ſurrexit nocte, & ait ad ſeruos ſuos, Dico
vobis quid fecerint nobis Syri, Sciunt quia fame labora-
mus, & idcirco egreſsi ſunt de caſtris, & latitant in agris,
dicentes, Cum egreſsi fuerint de ciuitate, capiemus eos
13 viuos, & tunc ciuitatem ingredi poterimus. ♀ Reſpon-
dit autem vnus ſeruorum eius, Tollamus quinque equos,
qui remanſerunt in vrbe (quia ipſi tantum ſunt in vniuer-
ſa multitudine Iſrael, alij enim conſumpti ſunt) & mittẽ-
14 tes, explorare poterimus. ♀ Adduxerunt ergo duos equos,
miſitque rex in caſtra Syrorum, dicens, Ite, & videte.
15 ♀ Qui abierunt poſt eos vſque ad Iordanem: ecce autem D
omnis via plena erat veſtibus, & vaſis, quæ proiecerant
Syri cum turbarentur. reuerſique nuntij indicauerunt re-
16 gi. ♀ Et egreſſus populus diripuit caſtra Syriæ: factuſ-
que eſt modius ſimilæ ſtatêre vno, & duo modij hordei
17 ſtatêre vno, iuxta verbum Domini. ♀ Porrò rex ducem
illum, in cuius manu〃incubuerat conſtituit ad portam:
quem conculcauit turba in introitu portæ, & mortuus eſt,
iuxta * quod locutus fuerat vir Dei, quando deſcen-
18 derat rex ad eum. ♀ Factumque eſt ſecundum ſermo-
nem viri Dei, quem dixerat regi, quando ait, Duo mo-
dij hordei ſtatêre vno erunt, & modius ſimilæ ſtatêre
19 vno, hoc eodem tempore cras in porta Samariæ: ♀ Quã-
do reſponderat dux ille viro Dei, & dixerat, Etiam
ſi Dominus fecerit cataractas in cœlo, nunquid po-
terit fieri quod loqueris? Et dixit ei, Videbis ocu-
20 lis tuis, & inde non comedes. ♀ Euenit ergo ei ſicut
prædictum erat, & conculcauit eum populus in porta, &
mortuus eſt.

° audire ſtrepitum curruum. Fugãtur Syri à Deo.

〃 Hethæorum, Sine hominum manu, Dominus ab obſidione & fame liberat Iſraelem.

Leproſi annuntiant prouidentiam Dei Iſraelitis.

Dei ordinationem non agnoſcunt.

Dux qui verbo Dei incredulus fuerat, conculcatur à turba.

〃 incumbebat

* verbum

## SCHOLIA IN CAP. VII.

1 id eſt, quod reuelauit mihi Deus. 2 vel, hoc articulo temporis. 3 id eſt, qui tertius erat à rege. vel, vnus ex ducibus regis. 4 Hebraiſmus, ſuper cuius manum innitebatur rex. 5 ſubaudi, & per illas triticum demitteret, num poſſet eſſe tanta vilitas? quaſi dicat, Etiam ſi Deus demittat de cælo triticum, vt olim manna, non tamen poſſet eſſe tam vile triticum. 6 ſubaudi, ob incredulitatem. 7 Erant. 8 ſubaudi, vrbis, in qua erat habitaculum leproſorum, aut qua ibatur ad caſtra. 9 vel, habitare volumus. 10 Hebraiſmus, Si dixerimus, Eamus in vrbem. 11 vel, transfugiamus. 12 Hebraiſmus, ſi viuificauerint nos viuemus: & ſi mortificauerint, &c. 13 ſubaudi, nocturno, id eſt, prima nocte. 14 Surrexerunt itaque, & fugerunt. 15 ſub. nocturno. 16 Hebraiſmus, pro anima ſua. Chaldæus paraphraſtes, vt ſeruarent animam ſuam, id eſt, vitam. Vel, & fugerunt ſibi, id eſt, fuga ſaluti ſuæ conſuluerunt. 17 quod ſi tacemus, & expectemus donec illuceſcat, 18 Iniquitas pro pœna quæ iniquitati debetur. 19 id eſt, ianitori, & illis qui cum illo erant. 20 ſubaudi, præſepibus. 21 ſubaudi, inſtructa prius. 22 Hebraiſmus, Et clamauit (ſubaudi, vnus ex) ianitoribus, & indicauerunt in aula regis intrinſecus, id eſt, vnus ex ianitoribus clamauit vt excitaret



citaret ianitorem aulæ regiæ, id eſt, ianitores clara voce retulerũt ianitoribus aulæ, qui regi indicarunt rem. 23 ſuſpicans ſcilicet fraudem factam. 24 Hebraiſmus, dicentes, Cum egreſsi fuerint de vrbe, tunc capiemus illos viuos, & in vrbem introibimus. 25 Hebraiſmus, Capiant quæſo quinque ex equis reſiduis qui remãſerunt in ea, ſubaudi, ciuitate, quaſi dicat, Mittantur ex nobis quinque cum quinque equis. Vel vt doctus inter Hebræos interpretatur, Capiant aliquot ex illis quinque equis qui ſoli remanſerunt, &c. 26 Hebraiſmus, (ecce ipſi (ſunt) ſicut omnis multitudo Iſrael quę remanſit in ea: ecce ipſi (ſunt) ſicut vniuerſa multitudo Iſrael quæ iam perijt.) id eſt, ſiquidem illi laborant inedia, & iam pene conſumpti ſunt fame, ſicut vniuerſa multitudo quæ eſt in vrbe, fame pene confecta eſt: & illi quidem propediem morituri ſunt fame, non aliter quàm vniuerſa illa multitudo Iſraelis quæ iam perijt, quaſi dicat, non magnam iacturam faciemus ſi perierint illi equi: nam etiam ſi in vrbe remanſerint, morituri ſunt. 27 ſubaudi, an fictitia ſit fuga. 28 duos equos vectarios. 29 vel, dum trepidantes fugerent. 30 id eſt, pretio ſtateris vnius. 31 præfecerat principem. vel ducem illum. 32 Hebraiſmus, manui, id eſt, cui innitebatur dum incederet. 33 portæ. datiuus verbi præfecerat. Conſtituerat eum ſuper portam qua egrediebatur populus ad diripienda caſtra Syrorum. 34 mortuus eſt. 35 Cum enim loqueretur vir Dei cum rege. 36 hac hora. hoc tempore. 37 Et reſponderat. 38 & conculcauit. Et, pro Id eſt poſitum.

## CAP. VIII.

Prædicenti Eliſeo famẽ ſeptẽ annorum, Sunamitis credula fugit in Aegyptum.

Sup. 4. f.

° vocauit

Eliſeus autem locutus eſt ad mulierem cuius vi- 1
uere fecerat filium, dicens, Surge, vade, tu
& domus tua, & peregrinare vbicunque repe-
reris: 〃 vocabit enim Dominus famem, & veniet
ſuper terram ſeptem annis. ♀ Quæ ſurrexit, & fe- 2
cit iuxta verbum hominis Dei: & vadens cum do-
mo ſua, peregrinata eſt in terra Philiſthijm diebus
multis. ♀ Cumque finiti eſſent anni ſeptem, reuerſa 3
eſt mulier de terra Philiſtijm: & egreſſa eſt vt interpel-
laret regem pro domo ſua & pro agris ſuis. ♀ Rex 4
autem loquebatur cum Giezi puero viri Dei, dicens,
Narra mihi omnia magnalia quæ fecit Eliſeus. ♀ Cum- 5
que ille narraret regi quomodo mortuum ſuſcitaſſet, ap-
paruit mulier cuius viuificauerat filium, clamans ad
regem pro domo ſua, & pro agris ſuis: dixitque Gie-
zi, Domine mi rex, hæc eſt mulier, & hic eſt fi-
lius eius quem ſuſcitauit Eliſeus. ♀ Et interrogauit rex 6
mulierem: quæ narrauit ei ˋvera eſſe. Deditque ei
rex eunuchum vnum, dicens, Reſtitue ei omnia quæ ſua
ſunt, & vniuerſos reditus agrorum à die qua reliquit ter-
ram, vſque ad præſens. ♀ Venit quoque Eliſeus Da- 7
maſcum, & Ben-adad rex Syriæ ægrotabat: nuntiaue-
C runtque ei, dicentes, Venit vir Dei huc. ♀ Et ait rex 8
ad Hazael, Tolle tecum munera, & vade in occurſum
viri Dei, & conſule Dominum per eum, dicens, Si eua-
dere potero de infirmitate mea hac? ♀ Iuit igitur 9
Hazael in occurſum eius, habens ſecum munera, &
omnia bona Damaſci, onera quadraginta camelorum.
cumque ſtetiſſet coram eo, ait, Filius tuus Ben-adad
rex Syriæ, miſit me ad te, dicens, Si ſanari potero de
infirmitate mea hac? ♀ Dixitque ei Eliſeus, Vade, dic 10
ei, Sanaberis. porrò oſtendit mihi Dominus quia mor-
te morietur. ♀ Stetitque cum eo, & conturbatus eſt 11
vſque ad ſuffuſionem vultus: fleuitque vir Dei. ♀ Cui 12
D Hazael ait, Quare dominus meus flet? at ille dixit, Quia
ſcio quæ facturus ſis filijs Iſrael mala, ciuitates eorum
munitas igne ſuccendes, & iuuenes eorum interficies gla-
dio, & paruulos eorum elides, & prægnantes diuides.
♀ Dixitque Hazael, Quid enim ſum ſeruus tuus ca- 13
nis, vt faciam rem iſtam magnam? & ait Eliſeus, O-
ſtendit mihi Dominus te regem Syriæ fore. ♀ Qui 14
cum receſsiſſet ab Eliſeo, venit ad dominum ſuum: qui
ait ei, Quid dixit tibi Eliſeus? at ille reſpondit, Dixit
mihi, Recipies ſanitatem. ♀ Cumque veniſſet dies 15
altera, tulit ſtragulum, & infudit aquam, & expan-
dit ſuper faciem eius: quo mortuo regnauit Hazael
pro eo. ♀ Anno quinto Ioram filij Achab regis Iſ- 16
rael, regnauit Ioram filius Ioſaphat rex Iuda. ♀ Tri- 17
ginta duorum annorum erat cum regnare cœpiſſet, &
E octo annis regnauit in Ieruſalem. ♀ Ambulauitque 18
in vijs regum Iſrael, ſicut ambulauerat domus Achab:
filia enim Achab erat vxor eius: & fecit quod malum
eſt in conſpectu Domini. ♀ Noluit autem Dominus 19
diſperdere Iudam propter Dauid ſeruum ſuum, ſicut pro-

Reuerſæ mulieri traduntur poſſeſsiones propter Eliſeũ. B

Ben-adad ægrotus conſulit Eliſeum.

Flet Eliſeus.

Hazaeli prædicit quæ mala ipſe facturus eſſet Iſraeli.

Hazael ſuffocat Benadad, & pro eo regnat. Regnat Iorã filius Ioſaphat. 2. paralip. 21. b. * & Ioſaphat regis Iuda

4. Reg. 7. b.

*Loquutus eſt autem Eliſæus ad mulierem illam, cuius filium vitæ reſtituerat, hiſce verbis, 1 Surge & vade, tu & domus tua, & peregre commorare vbicunq; cõmorari potes: quoniam 2 vocauit Dominus famem 3 quæ hiſce ſeptem annis veniet ſuper terram. Surrexit itaque mulier illa, & fecit iuxta verbum viri Dei, abijtque tam ipſa quàm domus eius, & peregre commorata eſt in terra Paleſthina ſeptem annis. Quumque exacti eſſent ſeptem anni, reuerſa eſt mulier è terra Paleſthina, egreſſaque 4 vt poſtularet apud regem domum ſuam & agrum ſuum. Rex autem loquutus eſt cum Gehaſi miniſtro viri Dei in hæc verba, Narra quæſo mihi 5 egregie geſta quæcunque fecit Eliſæus. Narrabat ergo ille regi, quomodo vitæ reſtituiſſet mortuum: interim autem mulier cuius filium vitæ reſtituerat, 6 poſtulauit apud regem domum ſuam & agrum ſuum: dixitque Gehaſi, Domine mi rex, hæc eſt mulier, atque hic eſt filius eius quem vitæ reſtituit Eliſæus. Quumque rex interrogaſſet mulierem, recenſebat illa ei: deditque ei rex 7 cubicularium quendam, dicens, 8 Reſtitue ei omnia quæ ſua ſunt, atque cunctos prouentus agri, a die quo dereliquit terram, vſque in præſens [tempus.] Porrò Eliſæus profectus eſt in Damaſcum, ægrotante Bẽ-hadad rege Syriæ: quod nuntiatum eſt regi his verbis, Vir Dei venit huc. Tum dixit rex ad Haſaelem, Tolle in manu tua munus, & vade obuiam viro Dei, vt conſulas Dominum per eum hiſce verbis, Conualituruſne ſum ab hoc morbo meo? Profectus eſt Haſael ei obuiam, accepto munere in manum ſuam, 9 omnique bono Damaſci, onere ſcilicet quod quadraginta [ferrent] cameli: & veniens ſtetit ante eum, dixitque, Filius tuus Ben-hadad rex Syriæ miſit me ad te hiſce mandatis, Conualituruſne ſum ab hac infirmitate mea? Eliſæus dixit ad eum, Vade & dic ei, 10 Certiſſime conualeſces: oſtendit tamen mihi Dominus quod certiſſime moriturus ſit. Porrò vir Dei 11 firmata facie ſua ſtetit 12 donec pudefieret, 13 nã fleuit. Tum dixit Haſael, Quare flet dominus meus? qui reſpondit, Quoniam noui quæ tu facturus ſis mala filijs Iſrael: [nam] munitiones eorũ 14 igne combures, & iuuenes eorum gladio trucidabis, infantes eorum 15 allides, & prægnantes eorum diſſecabis. Dixit ergo Haſael, 16 Quidnam? caniſne eſt ſeruus tuus, vt deſignet ſcelus iſtud tam grande? reſpondit Eliſæus, Dominus oſtendit mihi te futurum regem ſuper Syriam. Abijt itaq; ille ab Eliſæo, & venit ad dominum ſuum. ad quem ille dixit, Quid dixit tibi Eliſæus? reſpondit, Dixit mihi quòd certiſſime :: ſis conualiturus. 17 Poſtero die accepit [Haſael] 18 ſtragulum, & 19 immerſum aquæ expandit ſuper faciem 20 eius 21 vt moreretur: regnauitque Haſael pro eo. Anno quinto Ioram filij Ahab regis Iſraelis, 22 & Ioſaphat regis Iehuda, regnum accepit Ioram filius Ioſaphat regis Iehudæ: trigintaduos annos natus erat 23 quũ inauguraretur regno, regnauitque octo annis Ieroſolymis. Ambulauit in via regum Iſrael, ſicut fecerunt hi qui fuerunt de domo Ahab. nam filia Ahab erat vxor eius, fecitque malum 24 in oculis Domini: 25 ſed Dominus noluit excindere Iehudam propter Dauidem ſeruum ſuum, ſicut promiſerat*

*miſerat ei, quòd daturus eſſet ei 26 lucernam de 27 filijs ſuis cũctis diebus. 28 Eodem tempore defecit Edom, 29 quum eſſet ſub manu Iehuda: 30 nam cõſtituerant ſuper ſe regem. Tranſiuit ergo Ioram 31 Zair, ipſe & omnes 32 currus eius ſecum: conſurgenſque noctu percuſsit Edomæos qui eum circũſederant 33 vna cum principibus curruum, & fugit 34 populus in tentoria ſua. 35 Sic defecit Edom quo minus eſſet ſub poteſtate Iehuda vſque in hunc diem. 36 tunc etiam defecit Libna eodem videlicet tempore. Reliquum geſtorũ Ioram, & omnia quæ fecit, annon hæc ſcripta ſunt in Libro annalium regum Iehuda? Dormiuit itaque Ioram cum patribus ſuis, & ſepultus eſt iuxta patres ſuos in ciuitate Dauidis, regnumque obtinuit pro eo Ahaſias filius eius. Anno duodecimo Ioram filij Ahab regis Iſrael 37 regno inauguratus eſt Ahaſias filius Iorã regis Iehuda: natus erat vigintiduos annos Ahaſias quum 38 regnare cœpiſſet, regnauitque 39 anno vno Ieroſolymis. nomẽ matris eius erat Athalia, quæ fuit 40 filia Amri regis Iſraelis. 41 Ambulauit autem in via domus Ahab, fecitque malum in oculis Domini, ſicut domus Ahab: erat enim 42 affinitate iunctus domui Ahab. Profectus eſt quoque Ioram filius Ahab in bellum contra Haſaelem regẽ Syriæ in Ramoth-Gilead, percuſſeruntq; Syri ipſum Ioram. Reuerſuſque eſt Ioram rex vt mederetur in Ieſreel vulneribus quæ inflixerant Syri ante Ramoth [Gilead,] quum bellum geſſerat contra Haſaelem regem Syriæ, deſcenditque Ahaſias filius Ioram rex Iehuda, vt inuiſeret Ioram filium Ahab in Ieſreel: nam [illic] ægrotabat.*

miſerat ei, vt daret illi lucernam, & filijs eius cunctis
20 diebus. ¶ In diebus illis receſsit Edom, ne eſſet ſub
21 Iuda, & conſtituit ſibi regem. ¶ Venitque Ioram
Seira, & [a] omnis exercitus cum eo: & ſurrexit nocte,
percuſsitque Idumæos qui eum circundederãt, & principes
curruum; populus autem fugit in tabernacula ſua.
22 ¶ Receſsit ergo Edom ne eſſet ſub Iuda, vſque ad
23 diẽm hanc. tunc receſsit & Lobna in tempore illo. ¶ Reliqua
autem ſermonum Ioram, & vniuerſa quæ fecit,
nonne hæc ſcripta ſunt in Libro verborum dierum re-
24 gum Iuda? ¶ Et dormiuit Ioram cum patribus ſuis,
ſepultuſque eſt cum eis in Ciuitate-Dauid, & regnauit
25 Ochozias filius eius pro eo. ¶ Anno duodecimo Ioram
filij Achab regis Iſrael regnauit Ochozias filius Ioram
26 regis Iudæ. ¶ Vigintiduorum annorum erat Ochozias
cũ regnare cœpiſſet, & vno anno regnauit in Ieruſalẽ. no
27 mẽ matris eius Athalia filia Amri regis Iſrael. ¶ Et ambulauit
in vijs domus Achab: & fecit quod malum eſt
coram Domino, ſicut domus Achab: gener enim
28 domus Achab fuit. ¶ Abijt quoque cum Ioram filio
Achab, ad prœliandum contra Hazael regem Syriæ
in Ramoth-Galaad, & vulnerauerunt Syri Ioram.
29 ¶ qui reuerſus eſt vt curaretur, in Iezrahel: quia vulnerauerant
eum Syri in [b] Ramoth præliantem contra Hazael
regem Syriæ. Porrò Ochozias filius Ioram rex Iuda,
deſcendit inuiſere Ioram filium Achab in Iezrahel, quia
ægrotabat ibi.

Edom recedit à Iuda, conſtituto ſibi rege.
[a] omnes currus
F
Lobona.
Mortuo Ioram ſuccedit Ochozias filius impius
2. paral. 22. a.
G
Bellum Iorã & Ochoziæ contra Hazael.
[b] Rama

## SCHOLIA IN CAP. VIII.

1 id eſt, Cito diſcede. 2 id eſt, inuitauit. Metaphora ab ijs qui alios ad conuiuium inuitant. hoc eſt, miſſurus eſt famem. 3 Hebraiſmus, & etiam venit (vel, veniet. Aut, certe ſequutura eſt) in terra ſeptem annis. 4 Hebraiſmus, vt clamaret ad regem pro domo ſua & pro agro ſuo, id eſt, vt conquereretur apud regem quod domum ſuam quam quum ipſa abeſſet, quidam vacuam reperientes, occupaſſent. 5 Hebraiſmus, omnia magnalia, id eſt, res inſignes, hoc eſt miracula. 6 Hebraiſmus, clamauit ad regem pro domo ſua & agro ſuo: 7 Hebraiſmus, eunuchum, id eſt, principem quendam: quia eunuchi magnæ authoritatis erant apud principes. 8 id eſt, Cura reddi ei. 9 id eſt, pretioſioribus quibuſque Damaſceni agri. 10 Hebraiſmus, Viuendo viues, quaſi dicat, dic ei ſi vis quod victurus ſit: eſt tamen moriturus. Quidam Hebræorum ſubaudiunt negationem. Viuendo non viues. 11 ſtatuit vultum ab eo. Statuit, ſubaudi, in altero latere, id eſt, auertit faciem: nam volebat ſe continere à lachrymis, & diſſimulare mœrorem animi ſui. 12 Hebraiſmus, & appoſuit, donec moraretur. ſiue cunctaretur ipſe, id eſt, manus ſuas appoſuit vultui ſuo, & illis vultum texit, diſsimulans triſtitiam aliquandiu, donec erupit in lachrymas. 13 & fleuit. 14 Hebraiſmus, conijcies in ignem. Ordo præpoſterus, pro, conijcies ignem in munitiones eorum. 15 ſubaudi, ad parietem, vel, ad ſolum. 16 Hebraiſmus, Quid enim eſt, ſeruus tuus canis vt faciat hanc rem magnam? Subaudiendum eſt aliquid, cuiuſmodi, Ne dicas hoc ſeruo tuo: quantus enim eſt ſeruus tuus qui non pluris faciendus eſt quàm canis mortuus, ſeruus tuus abiectiſsimus, quod dicis me facturum rem tam grandem? [?] Hebraiſmus, viuendo viues, id eſt, conualeſces. 17 quàm ſcilicet ille redierat. 18 vel, pannum craſſum. 19 Laborabat febre ardentiſsima. hoc igitur fecit vt ardor febris leniretur. 20 vel, ſuam. nam alij referunt ad Ben-adad, qui ipſe rogarit vt daretur ei pannus intinctus in aquam frigidam, quo ipſe vultum ſuum tegeret, vt inueniret refrigerium. Alij ad Haſaelem referunt. Doctus inter Hebræos ait hoc Haſaelem feciſſe de induſtria. Alij, per imprudentiam, quum quereretur rex de calore febris, porrexiſſe pannum humentem. 21 & mortuus eſt: 22 Hebraiſmus, Ioſaphat autem rex Iuda, ſubaudi, mortuus erat. Per parentheſin legendum. 23 Hebraiſmus, quum regnare cœpit. 24 id eſt, ſpectante Domino, quem nihil latet. 25 vel, noluit tamen Dominus. 26 id eſt, ſplendorem regium, dignitatem regiam. 27 id eſt, nepotibus. 28 Hebraiſmus, Eius, id eſt, Eo regnante. 29 Hebraiſmus, de ſub manu Iuda; id eſt, ab imperio Iuda. deſijt eſſe ſubdita regi Iuda. 30 Hebraiſmus, & conſtituerunt. 31 in Seir, ſubaudi, montem. 32 ſubaudi, falcati. 33 vel, & principes curruum; ſubaudi, falcatorum percuſſerunt Idumæos. 34 ſubaudi, Idumæorum. 35 Hebraiſmus, Et defecit (ſubaudi, iterum) Edom de ſub manu Iuda. 36 hac poſteriore ſcilicet defectione. 37 regnare cœpit. 38 hoc fuit viuente patre. 39 ſubaudi, ſolus, ſine ſocio, nempe mortuo patre, & tunc erat XLII annorum. 40 id eſt, neptis. 41 id eſt, Imitatus eſt idololatram familiam Achab. 42 Hebraiſmus, gener, id eſt, duxerat vxorem de familia Achab.

## CAP. IX.

*ELiſæus propheta vocato quodam 1 ex filijs prophetarum, ait illi, 2 Accinge lumbos tuos, & accipe 3 vaſculum illud olearium in manum tuam, & vade in Ramoth-Gilead. Et quum illuc veneris, diſpice illic vbi ſit Iehu filius Ioſaphat filij Nimſi: cæterum ingreſſus, iube vt ſurgat e medio 4 fratrum ſuorum, & introduc eum 5 in abſtruſiſsimum aliquem locum, deinde accipe vaſculum 6 olei, & effũde ſuper caput eius, & dic, Sic ait Dominus, Vnxi te regem ſuper Iſraelem. apertoque oſtio fuge, 7 nec moram nectas. Abijt itaque 8 miniſter prophetæ in Ramoth-Gilead, & quum eſſet ingreſſus, ecce 9 imperatores exercitus conſidebant, & dixit, Habeo aliquid quod tecum*

## CAP. IX.

1 ELiſeus autem prophetes vocauit vnum de filijs
prophetarum, & ait illi, Accinge lumbos
tuos, & tolle lenticulam olei hanc in manu
2 tua, & vade in Ramoth-Galaad. ¶ Cumque veneris
illuc, videbis Iehu filium Ioſaphat filij Namſi: &
ingreſſus ſuſcitabis eum de medio fratrum ſuorum, &
3 introduces in interius cubiculum. ¶ Tenenſque lenticulam
olei, fundes ſuper caput eius, & dices, Hęc dicit
Dominus, Vnxi te regem ſuper Iſrael. aperieſq; oſtiũ,
4 & fugies, & non ibi ſubſiſtes. ¶ Abijt ergo adoleſcens
5 puer prophetę in Ramoth-Galaad, ¶ & ingreſſus eſt illuc:
ecce autẽ principes exercitus ſedebat, & ait, Verbũ mihi
aute

Iehu vngitur in regem Iſrael.
3. Reg. 19. a.
Fuga.



ad te ô princeps. Dixitque Iehu, Ad quem ex omnibus
nobis? at ille dixit, Ad te ô princeps. ¶ Et ſurrexit, & in- 6
greſſus eſt cubiculum: at ille fudit oleum ſuper caput eius,
& ait, Hæc dicit Dominus Deus Iſrael, Vnxi te regem ſu-
per populum Domini Iſrael, ¶ & percuties domum 7
Achab domini tui, & vleiſcar ſanguinem ſeruorum meorum
prophetarum, & ſanguinem omnium ſeruorum Do-
mini de manu Iezabel. ¶ Perdamque omnem domum 8
Achab: & interficiam de domo Achab mingentem ad pa
rietem, & clauſum, & nouiſsimum in Iſrael. ¶ Et dabo 9
domum Achab, ſicut domum Ieroboam filij Nabat, & ſi-
cut domum Baaſa filij Ahia. ¶ Iezabel quoque come- 10
dent canes in agro Iezrahel, nec erit qui ſepeliat eam.
aperuitque oſtium & fugit. ¶ Iehu autem [a] ingreſſus eſt 11
ad ſeruos domini ſui: qui dixerunt ei, Rectene ſunt omnia?
quid venit inſanus iſte ad te? Qui ait eis, Noſtis hominem,
& quid locutus ſit. ¶ At illi reſponderunt, Falſum eſt, 12
ſed magis narra nobis. qui ait eis, Hæc & hæc locutus
eſt mihi: & ait, Hæc dicit Dominus, Vnxi te regem ſuper
Iſrael. ¶ Feſtinauerunt itaq;, & vnuſquiſq; tollens pal- 13
lium ſuum poſuerunt ſub pedibus eius, in ſimilitudinem
tribunalis, & cecinerunt tuba, atque dixerunt, Regnauit
Iehu. ¶ Coniurauit ergo Iehu filius Ioſaphat filij Namſi 14
contra Ioram: porrò Ioram obſederat Ramoth-Galaad,
ipſe & omnis Iſrael contra Hazael regem Syriæ: ¶ Et 15
reuerſus fuerat vt curaretur, in Iezrahel, propter vulnera,
quia percuſſerant eum Syri, prœliantem contra Hazael
regem Syriæ. Dixitque Iehu, Si placet vobis, nemo egre-
diatur profugus de ciuitate, ne vadat, & nũtiet in Iezrahel.
¶ Et aſcendit, & profectus eſt in Iezrahel: Ioram enim 16
ægrotabat ibi, & Ochozias rex Iuda deſcenderat ad viſi-
tandum Ioram. ¶ Igitur ſpeculator qui ſtabat ſuper tur- 17
rim Iezrahel, vidit globum Iehu venientis, & ait, Video
ego globum. dixitque Ioram, Tolle currum, & mitte in
occurſum eorum, & dicat vadens, Rectene ſunt omnia?
¶ Abijt ergo qui aſcenderat currum, in occurſum eius, & 18
ait, Hæc dicit rex, Pacatane ſunt omnia? dixitque Iehu,
Quid tibi & paci? tranſi, & ſequere me. Nuntiauit quoque
ſpeculator, dicens, Venit nuntius ad eos, & non reuerti-
tur. ¶ Miſit etiam currum equorum ſecundum: venitq; 19
ad eos, & ait, Hæc dicit rex, Nunquid pax eſt? & ait Iehu,
Quid tibi & paci? tranſi, & ſequere me. ¶ Nuntiauit aũt 20
ſpeculator, dicens, Venit vſq; ad eos, & non reuertitur: eſt
autem inceſſus quaſi inceſſus Iehu filij Namſi: præceps
enim graditur. ¶ Et ait Ioram, [b] Iungite currum, [c] Iunxe- 21
runtq; currũ eius, & egreſſus eſt Ioram rex Iſrael, & Ocho
zias rex Iuda, ſinguli in curribus ſuis, egreſsiq; ſunt in oc-
curſum Iehu, & inuenerunt eum in agro Naboth Iezraeli-
tæ. ¶ Cumq; vidiſſet Ioram Iehu, dixit, Pax eſt Iehu? at 22
ille reſpondit, Quæ pax? adhuc fornicationes Iezabel ma
tris tuæ, & veneficia eius multa vigent. ¶ Conuertit au- 23
tem Ioram manum ſuam, & fugiens ait ad Ochoziam, Inſi
diæ Ochozia. ¶ Porrò Iehu tetendit arcum manu, & per 24
cuſsit Ioram inter ſcapulas: & egreſſa eſt ſagitta per cor
eius, ſtatimq; corruit in curru ſuo. ¶ Dixitq; Iehu ad Ba- 25
dacer ducẽ, Tolle, proijce eum in agro Naboth Iezraheli-
tæ: memini enim (quando ego & tu ſedentes in curru ſe-
quebamur Achab patrem huius,) quod Dominus onus
hoc leuauerit ſuper eũ, dicens, ¶ Si non pro ſanguine Na- 26
both, & pro ſanguine filiorum eius, quẽ vidi heri, ait Dñs,
reddam tibi in agro iſto, dicit Dominus. Nunc ergo tolle,
& proijce eum in agrum iuxta verbum Domini. ¶ Ocho 27
zias autem rex Iuda videns hoc, fugit per via domus hor-
ti: perſecutuſq; eſt eũ Iehu, & ait, Etiã hunc percutite in
curru ſuo. Et percuſſerunt eum in aſcenſu Gaber qui eſt
iuxta Ieblaam: qui fugit in Mageddo, & mortuus eſt ibi.
¶ Et impoſuerunt eũ ſerui eius ſuper currum ſuum, & tu- 28
lerunt in Ieruſalem: ſepelieruntq; eum in ſepulchro cum
patribus ſuis in Ciuitate-Dauid. ¶ Anno vndecimo 29

B
Iezabel.
3. Reg. 21. f.
Achab.
3. Reg. 15. g.
3. Reg. 16. a.
Iehu conſtituitur rex.
[a] egreſſus
C
Iehu interficit Ioram regem Iſrael, & Ochoziã regem Iuda.
ſupra. 8. g.
D
[b] Iunge
ſingu. nu.
[c] Iunxitque
E
3. Reg. 21. f.
F

*loquar ô 10 imperator. Tũ dixit Iehu, Ad quẽ ex omnibus nobis? qui dixit, Ad te imperator. Et ſurgens ingreſſus eſt 11 in cubiculum, fuditque ille oleum ſuper caput eius, & dixit ad eum, Sic dicit Dominus Deus Iſraelis, 12 Vnxi te regem ſuper populum Domini, nempe ſuper Iſraelem: tu trucidabis domum Ahab domini tui, vt vleiſcar 13 ſanguines ſeruorum meorum prophetarum, & ſanguines cunctorum ſeruorum Domini de manu Iſabelis. 14 Interibit namq; vniuerſa domus Ahab: 15 excindam enim ipſi Ahab mingentem ad parietem, 16 concluſum & derelictum in Iſraele. 17 Ponamq; domum Ahab ſicut domum Ieroboam filij Nebat, & ſicut domum Baaſa filij Ahia. Porrò Iſabelem comedent canes 18 in agro Ieſreel, nec erit qui ſepeliat. & aperuit oſtium & fugit. Iehu verò egreſſus eſt ad ſeruos domini ſui, & dixit [quidam] ei, 19 Rectene res habent? quam ob cauſam ingreſſus eſt ad te 20 væſanus ille? Qui ait eis, Noſtis hominem illum, 21 & quæ ſit loquacitas eius. Dixerunt illi, 22 Mentiris, indica nobis. at ille ait, 23 Sic & ſic loquutus eſt ad me, dicens, Sic ait Dominus, Ego vnxi te regem ſuper Iſraelem. Mox acceperunt quiſq; veſtem ſuam, & poſuerunt 24 ſubter eum 25 ad tumulum quo aſcenderet, clanxeruntq; cornu, & dixerunt, Iehu 26 regnat. Coniurationem itaq; fecit Iehu filius Ioſaphat filij Nimſi cõtra Ioram, 27 (quum Ioram obſideret Ramoth-Gilead ipſe & vniuerſus Iſrael 28 coram Haſaele rege Syriæ: Reuerſuſq; 29 eſſet rex Ioram vt mederetur in Ieſreel vulneribus quæ inflixerant ei Syri, quum dimicaret contra Haſaelem regem Syriæ.) Dixit ergo Iehu, 30 Si vobis cordi eſt, nemo exibit nec euadet 31 ex vrbe, qui vadat & 32 nuntiet in 33 Ieſreel. Aſcendens itaq; Iehu currum, abijt in Ieſreel 34 vbi Ioram decumbebat. Deſcenderat quoque Ahaſias rex Iehuda illuc, vt inuiſeret Ioram. Porro ſpeculator qui ſtabat in turri Ieſreel, vidit 35 globum Iehu incedentem, & dixit, Ego video globum. & ait Ioram, Accipe 36 equitem, & mitte eis obuiam, 37 qui experiatur num rectè habeant res. Profectus eſt itaq; eques obuiam ei, & dixit, Rex quærit, 38 num pax ſit. & dixit Iehu, 39 Quid tibi cum pace? 40 reflecte poſt me. Speculator autem nuntiauit dicens, Nuntius venit vſq; ad illos, nec reuertitur. Miſit igitur alium equitem, qui veniens ad eos ait, Sic dicit rex, Eſtne pax? reſpondit Iehu, Quid tibi & paci? 41 retrocede poſt me. Rurſus nuntiauit ſpeculator, dicens, Venit ad eos venit, nec reuertitur: inceſſus autem eſt vt inceſſus ipſius Iehu filij Nimſi, nam 42 inſane incedit. 43 Dixit Ioram, 44 Iunge equos. & iunxit equos currui ſuo, egreſſuſque Ioram rex Iſrael, & Ahaſias rex Iehuda, quiſq; ſuo curru: exierunt inquam obuiam ipſi Iehu, 45 deprehendentes eum in agro Naboth Ieſreelitæ. Et factum eſt, quum vidiſſet Ioram ipſum Iehu, dixit, 46 Eſtne pax Iehu? qui reſpõdit, 47 Quæ pax, quum adhuc [ſuperſint] Iſabelis matris tuæ artes meretriciæ, & veneficia eius tam multa? Tum Ioram 48 manibus ſuis verſis, fugit, & ſimul ad Ahaſiam dixit, 49 Proditio eſt ô Ahaſia. Iehu autem 50 prehenſo arcu manu ſua, feriſt Ioram inter ſcapulas. 51 vt penetraret ſagitta cor eius, concideretque ipſe incuruus in currum ſuum. Tum dixit [Iehu] ad Bidcar 52 triarium ſuum, Tolle, & deijce eum 53 in partem agri Naboth Ieſreelitæ: 54 memini enim (quum ego & tu 55 ſimul curru vecti ſequeremur Ahab patrem eius) Dominum 56 ſuſtuliſſe onus hoc ſuper eum, quum diceret Dominus, 57 Nimirum ſanguines Naboth, & ſanguines filiorum eius, quos heri vidi, ait Dominus, rependam tibi in prædio iſto. tolle igitur eum, & abijce eum in agrum iuxta verbum Domini. Porrò Ahaſias rex Iehuda hoc videns, fugit 58 per viam domus horti, quem 59 inſequutus Iehu, dixit, Ferite & hunc in quadriga, in 60 cliuo Gur iuxta Ibleam: qui fugiens Megiddo, ibidem defunctus eſt. Serui autem eius 61 vexerunt eum curru Ieroſolyma, ſepelieruntque eum illic cum patribus ſuis in ſepulchro ſuo in ciuitate Dauidis. 62 Anno vndecimo, anno ſcilicet*

*Ioram filij Ahab, 63 regnauerat Ahaſias ſuper Iehudam. Quumq; proficiſceretur Iehu ad Ieſreel, audiuit hoc Iſabel, 64 fucoq; pinxit faciem ſuam, & 65 ornauit caput ſuum, proſpiciens è 66 feneſtra. Et ingrediente Iehu portam, dixit illa, 67 Num proſpere ceſſit hoc Simri, quòd trucidauit herum ſuum? Ille verò ſublata facie ſua verſus feneſtram, dixit, Quis eſt 68 apud me, quis? 69 hoc attenderunt duo vel tres eunuchi, Quibus dixit, Præcipitate eam. & præcipitarunt eam, ita vt de ſanguine eius ſpargeretur ad parietẽ, & 70 ad equos, & 71 conculcauit eam. 72 Ingreſſus verò comedit & bibit, dixitq;, Inuiſite 73 obſecro execratam hanc, & ſepelite eam, quia filia regis eſt. Abeuntes itaq; vt eam ſepelirent, nihil inuenerunt de ea, niſi caluariam, & pedes, atq; 74 volas ambarum manuum. Reuerſi igitur nuntiauerunt ei. qui ait, Verbum Domini hoc eſt, quod loquutus eſt per ſeruum ſuum Eliam Tiſbiten, dicens, In agro Ieſreel comedent canes carnem Iſabelis. Fuit itaq; cadauer Iſabelis quaſi 75 ſtercus ſuper faciem agri in prædio Ieſreel, ita vt nemo dicere poſſet, Hæc eſt Iſabel.*

Ioram filij Achab˜regis Iſrael, regnauit Ochozias ſuper
30 Iudam, ♀ venitq; Iehu in Iezrahel. Porrò Iezabel in-
troitu eius audito, depinxit oculos ſuos ſtibio, & ornauit
31 caput ſuum, & reſpexit per feneſtram ♀ ingredientem Ie-
hu per portam, & ait, Nunquid pax poteſt eſſe Zambri,
32 qui interfecit dominũ ſuum? ♀ Leuauitq; Iehu faciẽ ſuã
ad feneſtram, & ait, Quæ eſt iſta? & inclinauerunt ſe ad eũ
33 duo vel tres eunuchi˜& dixerũt, Hæc eſt illa Iezabel. ♀ At
ille dixit eis, Præcipitate eã deorſum. & præcipitauerunt
eã, aſperſuſq; eſt ſanguine paries, & equorum vngulę con
34 culcauerunt eam. ♀ Cumq; introgreſſus eſſet vt come-
deret, biberetque, ait, Ite, & videte maledictam illam, &
35 ſepelite eã: quia filia regis eſt. ♀ Cumq; iſſent vt ſepelirẽt
eã, non inuenerunt niſi caluariã, & pedes, & ſummas ma-
36 nus. ♀ Reuerſiq; nũtiauerũt ei. & ait Iehu, Sermo Dñi eſt,
quẽ locutus eſt per ſeruũ ſuũ Eliam Thesbiten, dicens, In
37 agro Iezrahel comedẽt canes carnes Iezabel, ♀ & erũt car
nes Iezabel ſicut ſtercus ſuper faciẽ terrę in agro Iezrael,
ita vt prætereuntes dicant, Hæccine eſt illa Iezabel?

Præcipitata Iezabel, moritur. 3.Reg.16.c. G

Comeditur à canibus, iuxta verbum Dei.

2.Reg.21.f.

## SCHOLIA IN CAP. IX.

1 ideſt, ex diſcipulis. 2 ideſt, præpara te itineri, da operam vt eſto eas. hoc enim feſtinationem quandam deſignat. Illud etiam dicit, quod tum rex abeſſet. 3 Hebraiſmus, phialam olei (vel, vnguenti) hanc. vel, huius. Hic locus non intelligitur de vnguento vnctionis, ſed de opobalſamo. nam ſoli reges de tribu Iuda vngebantur vnguento vnctionis. 4 Qui hic fratres dicuntur, paulo inferius principes appellantur, ideſt, è medio collegarum ſuorum. 5 vel, in cubiculum ſecretiſsimum, 6 vel, opobalſami, 7 Hebraiſmus, & nõ expectabis. vt ſcilicet quicquam dicat tibi. 8 Hebraiſmus, puer, puer inquam prophetæ. 9 vel, principes 10 vel, princeps 11 Hebraiſmus, in domum, ideſt, in cubiculum aliquod domus intimum. 12 quaſi dicat, Scito te fore regem hac effuſione balſami. 13 ideſt, cædem. 14 Peribitq; 15 & exterminabo 16 ideſt, tam eos qui receperint ſe in arces munitas, quàm eos qui derelicti fuerint à militibus ob eorum obſcuritatem: hoc eſt tam eos qui poſſunt ſe recipere in arces, quàm eos qui non habent arces quo ſe recipiant. 17 ideſt, Nõ aliter perdã familiam Achab quàm familiam Ieroboam. 18 vbi ſcilicet fuerat occiſus Naboth. 19 Hebraiſmus, Paxne eſt? ideſt, Prædiciſne proſpera? nã prophetæ vt plurimum prædicunt aduerſa. 20 vel, furioſus. Prophetæ interdum habiti pro fatuis: quod cum eſſent acti Spiritu, nec audiebant, nec ſentiebant. 21 & ſermonem eius, ideſt, quid ſoleat dicere, quaſi dicat, quod mihi dixit, parum eſt firmum & ſtabile, nullius momenti rem. 22 vel, Falſum dicis, quaſi dicat, Non dicis quæ dixit. 23 quaſi dicat, Inter alia quæ dixit, hoc quoque dixit. 24 ſubaudi, ſedentem. 25 in faſtigio graduum, ideſt, in ſupremo gradu, in eminentiſsimo & præſtantiſsimo loco. 26 ideſt, deſignatus eſt rex. 27 Hebraiſmus, porro Ioram erat cuſtodiens &c. ideſt, paulo ante hanc coniurationem defenderat ipſam vrbem, quæ tum erat in poteſtate Iſraelis. 28 vel, propter Hazaelem regem 29 erat 30 Hebraiſmus, Si eſt voluntas veſtra, ideſt, Si optatis vt regnem. 31 ſubaudi, Ramoth-Galaad. 32 ſubaudi, quod gerimus. 33 illic enim erat rex. 34 Hebraiſmus, nam Ioram iacebat ægrotus illic. 35 vel, turmam. aut, comitatum 36 curſorem equeſtrem, 37 Hebraiſmus, dicatque, Num eſt pax? ideſt, Pacatane ſunt omnia? 38 ideſt, num pacata ſint omnia. 39 ſubaudi, commune. 40 ideſt, ſequere me à tergo, ſequere me vnà cum comitatu. 41 quaſi dicat, recipe te in comitatum meum. 42 præceps ſolet incedere. Minus recte Chaldæus paraph. quoniam lente incedit. 43 ſubaudi, aurigæ. 44 ſubaudi, currui. 45 Hebraiſmus, inuenientes eum 46 ideſt, Pacatane ſunt omnia? 47 Hebraiſmus, Quæ pax (peruenire poſsit) vſque ad fornicationes Iezabelis matris tuæ, &c. ideſt, Quæ conditio pacis peruenire debeat vſque ad &c. quaſi dicat, neque tu vlla pace dignus es, neque mater tua venefica & perniciosiſsima mulier, quæ non minus nocet quàm mulier quæuis venefica. 48 vertens manum ſuam, ideſt, habenas equorum ſuorum. 49 vel, Inſidiæ ſunt, ſubaudi, paratæ nobis. 50 Hebraiſmus, repleuit manum ſuam arcu, ideſt, adduxit neruum arcus quantum potuit & percuſsit. 51 Hebraiſmus, & egreſſa eſt ſagitta è corde eius, & corruit (ſcilicet mortuus) in curru ſuo. 52 ideſt, tertium à rege, aut alio. vel, ducem, ſiue principem. 53 in hæreditatem 54 memento. Chaldæus tamen paraph. ego recordor 55 (eramus cum) ijs qui equitabant bini (ideſt, ſimul ſiue pariter) poſt Achab &c. ideſt, quum eramus aliquando in comitatu Achab. 56 ideſt, prædixiſſe aduerſum hunc hanc prophetiam. 57 Hebraiſmus, (Non habear poſthac verax) ſi non cædem Naboth & cædem filiorum eius viderim heri, dixit Dominus: itaque reddam &c. ideſt, niſi memor ſim ſanguinis Naboth nuper effuſi: propterea tu in eodem agro interficieris in quo tu eum occidi iuſsiſti. Licet. 3. Reg. 21. nulla fiat mentio cædis filiorum Naboth, hic tamen locus indicat Naboth habuiſſe filios qui etiam interfecti ſunt à Iezabele: alioqui patri mortuo illi ſucceſsiſſent, neque vineam optatam conſecutus fuiſſet Achab. 58 ideſt, per hortos, per viam arboribus conſitam, ideo ſecretiorem. 59 ſubaudi, vſque in Samariam. 60 vel, aſcenſu Gur, qui (aſcenſus eſt) iuxta Iebleam: 61 impoſuerunt eum in currum (vt illum deferrent) in Ieruſalem, 62 vel, Anno autem, id eſt, vndecimo anno Ioram &c. Repetitur hoc, vt intelligamus eum propter ſcelera non diu regnaſſe. 63 regnare cœpit. 64 Alij, & ornauit fuco oculos ſuos. Quidam aiunt vt placeret Iehu. Alij vt dignitatem regiam vſque ad mortem tueretur, ſe ornaſſe. quod doctis magis placet. nam erat iſta ſuperba & arrogantiſsima: itaque quaſi exprobrans hoc dicit. 65 ſubaudi, more regio. 66 qua ſcilicet, poterat conſpicere Iehu intrantem in vrbem. 67 Veniſne pacis ergò, (ô tu qui es alter) Zimri, interfector domini ſui? 68 mecum, ideſt, pro me, quaſi dicat, Quis illic cum illa qui à parte mea ſtet? 69 Hebraiſmus, & reſpexerunt ad eum, ideſt, per feneſtram exhibuerunt ſe videndos, oſtendentes ſe eius partibus fauere. 70 ideſt, ad equum cui inſidebat Iehu, & ad reliquos qui erant in comitatu eius. 71 ſubaudi, Iehu. 72 ſubaudi, palatium, vel vrbem. 73 vel, agedum 74 extremitates 75 vel, fumus, quaſi dicat, inſepultum manſit cadauer.

## CAP. X.

*HAbuit verò Ahab ſeptuaginta filios in Samaria, ſcripſitque Iehu literas, & miſit in Samariam ad primores Ieſreel, ad ſeniores, & ad nutritios*

## CAP. X.

1 ERant aũt Achab ſeptuaginta filij in Samaria: ſcri-
pſit ergo Iehu literas, & miſit in Samariam, ad op-
timates ciuitatis, & ad maiores natu, & ad nutritios
Achab,

Iehu occidit ſeptuaginta filios Achab, & omnẽ domum Achab.



Achab, dicens, ♀ Statim vt acceperitis literas has, (qui 2
habetis filios domini veſtri, & currus & equos, & ciuitates
firmas, & arma,) ♀ Eligite meliorem, & eum qui vobis 3
placuerit de filijs domini veſtri, & eũ ponite ſuper ſolium
patris ſui, & pugnate pro domo domini veſtri. ♀ Timue 4
runt illi vehementer, & dixerunt, Ecce duo reges non po-
tuerunt ſtare coram eo, & quomodo nos valebimus reſi-
ſtere? ♀ Miſerunt ergo præpoſiti domus, & præfecti ci- 5
uitatis, & maiores natu, & nutritij, ad Iehu, dicentes, Serui
tui ſumus, quæcunq; iuſſeris faciemus, nec conſtituemus
B nobis regem: quæcunq; tibi placent fac. ♀ Reſcripſit au 6
tem eis literas ſecundo, dicens, Si mei eſtis, & obeditis mi-
hi, tollite capita filiorum dñi veſtri, & venite ad me hac ea
dem hora cras, in Iezrahel. (porrò filij regis, ſeptuaginta
viri, apud optimates ciuitatis nutriebantur.) ♀ Cùmque 7
veniſſent literæ ad eos, tulerunt filios regis, & occiderunt
ſeptuaginta viros, & poſuerunt capita eorum in cophinis,
& miſerunt ad eum in Iezrahel. ♀ Venit autem nuntius 8
˜ad eum, & indicauit ei, dicens, Attulerunt capita filiorum
regis. qui reſpondit, Ponite ea ad duos aceruos iuxta in-
troitum portæ vſq; mane. ♀ Cumq; diluxiſſet, egreſſus 9
eſt, & ſtans dixit ad omnẽ populum, Iuſti eſtis: ſi ego cõ-
iuraui contra dominum meum, & interfeci eũ, quis percuſ
ſit omnes hos? ♀ Videte ergo nunc quoniam non cecidit 10
de ſermonibus Dñi in terram, quos locutus eſt Dominus
3.Reg.21.g. ſuper domum Achab, & Dñs fecit quod locutus eſt in ma
C nu ſerui ſui Eliæ. ♀ Percuſsit igitur Iehu omnes qui re- 11
liqui erant de domo Achab in Iezrahel, & vniuerſos op-
timates eius, & notos & ſacerdotes, donec non remanerẽt
Occidit & 42. fratres Ochozię regis. ex eo reliquiæ. ♀ Et ſurrexit & venit in Samariam: cũq; 12
veniſſet ad Cameram-paſtorum, in via ♀ Inuenit fratres 13
Ochoziæ regis Iuda, dixitq; ad eos, Quinam eſtis vos? qui
reſponderunt, Fratres Ochoziæ˜regis ſumus, & deſcendi
mus ad ſalutandos filios regis, & filios reginę. ♀ Qui ait, 14
Comprehendite eos viuos. quos cum comprehendiſſent
viuos, iugulauerunt eos in ciſterna iuxta Cameram, qua-
dragintaduos viros, & nõ reliquit ex eis quenquã. ♀ Cũ 15
que abiſſet inde, inuenit Ionadab filiũ Rechab in occur-
ſum ſibi, & benedixit ei & ait˜Iehu ad eum, Nunquid eſt
cor tuum rectum˜cum corde meo, ſicut cor meum cum
Ionadab filius Rechab pius, iũgitur ipſi Iehu ad delendã idololatriam. corde tuo? & ait Ionadab, Eſt. Si eſt, inquit: da˜mihi manũ
D tuam. qui dedit ei manum ſuam: at ille leuauit eum ad ſe in
currum. ♀ Dixitq; ad eum, Veni mecum, & vide zelum 16
meum pro Domino. & impoſitum in curru ſuo, ♀ Du- 17
xit in Samariam: & percuſsit omnes qui reliqui fuerant de
Achab in Samaria, vſq; ad vnum, iuxta verbum Domini
quod locutus eſt per Eliam. ♀ Congregauit ergo Iehu 18
Omnes ſacerdotes baal, aſtutia Iehu inficiũtur. 3.Reg.16.g. omnem populum, & dixit ad eos, Achab coluit baal parũ,
ego autem colã eum amplius. ♀ nunc igitur omnes pro 19
phetas baal, & vniuerſos ſeruos eius, & cunctos ſacerdo-
tes ipſius vocate ad me: nullus ſit qui non veniat: ſacrifi-
cium enim grande eſt mihi baal: quicunque defuerit, non
E viuet. (porrò Iehu faciebat hoc inſidioſe, vt diſperderet
cultores baal.) ♀ Et dixit, Sanctificate diem ſolennem 20
baal. vocauitq;, ♀ Et miſit in vniuerſos terminos Iſrael, 21
& venerunt cuncti ſerui baal: non fuit reſiduus ne vnus
quidem qui non veniret. & ingreſsi ſunt templum baal: &
repleta eſt domus baal, à ſummo vſq; ad ſummum. ♀ Di- 22
xitq; his qui″præerat ſuper veſtes, Proferte veſtimẽta vni
″erant uerſis ſeruis baal. & protulerunt eis veſtes. ♀ Ingreſſuſq; 23
Iehu, & Ionadab filius Rechab templũ baal, ait cultoribus
baal, Perquirite, & videte ne quis forte vobiſcũ ſit de ſeruis
Dñi, ſed vt ſint ſerui baal ſoli. ♀ Ingreſsi ſunt igitur vt face 24
rẽt victimas & holocauſta: Iehu aũt præparauerat ſibi fo-
ris octoginta viros, & dixerat eis, Quicũq; fugerit de homi
nibꝰ his quos ego adduxero in manꝰ veſtras, anima eiꝰ erit
F pro anima illius. ♀ Factũ eſt aũt: cũ cõpletũ eſſet holocau- 25
ſtũ, pręcepit Iehu militibꝰ & ducibꝰ ſuis, Ingredimini, & ꝑcu
tite eos, nulꝰ euadat. ꝑcuſſeruntq; eos in ore gladij, & pro

*Ahab, huiuſmodi mandatis, Mox quũ venerit hæc epiſtola ad vos (penes quos ſunt filij domini veſtri, item currus atq; equi ſunt apud vos, habetis inſuper vrbem munitã & arma,) Diſpicite quis ſit 1 melior & 2 æquior ex filijs domini veſtri, hunc ponite in ſolium patris ſui, & pugnate pro domo domini veſtri. Timuerunt ergo illi admodum vehementer, & dixerũt, Ecce duo reges non potuerunt ſtare coram eo, quomodo nos ſtaremus? Miſit ergo 3 præfectus prætorio, & qui ciuitati præerat, & 4 ſeniores, & nutricij ad Iehu huiuſmodi mandatis, Serui tui ſumus, quidquid mandaueris nobis, faciemus, neque regem eligemus, tu quod tibi bonum videtur, facito. Scripſit ergo ſecundo literas ad eos huiuſmodi verbis, Si mei eſtis, ſique voci meæ vultis obtemperare, tollite capita virorum qui ſunt filij domini veſtri, & venite cras 5 iuxta id tempus ad me in Ieſreel, (erant autẽ filij regis ſeptuaginta viri, erantq; apud magnates vrbis qui eos educabant.) Quumq; epiſtola veniſſet ad eos, tulerunt filios regis, & trucidarunt ſeptuaginta viros, poſueruntque capita eorum in ſportis, & miſerunt ad eum in Ieſreel. Veniens itaq; nuntius, indicauit ei, dicens, 6 Attulerunt capita filiorum regis. qui ait, Ponite ea in duos aceruos in introitu portæ vſq; mane. Mane facto egreſſus eſt, & ſtans dixit ad vniuerſum populum, 7 Vos eſtis iuſti, ecce ego conſpiraui contra dominum meum, occidiq; eum, 8 quis verò illos omnes trucidauit? Hic diſcite, quòd ſermo Domini quem locutus eſt ſuper domum Ahab, 9 non irritus ſit, 10 quãdoquidem Dominus fecit quæ locutus eſt per ſeruum ſuum Eliam. Percuſsit itaq; Iehu omnes qui reliqui erant de domo Ahab in Ieſreel, omnes magnates eius, omnes 11 notos eius, & ſacerdotes eius, ita vt nemo reliquus ei ſupereſſet. Surgens deinde, profectus eſt, & venit in Samariam: 12 erat ibi in itinere caſa paſtoralis, Vbi deprehendit Iehu 13 fratres Ahaſiæ regis Iehuda, aitq;, Qui eſtis vos? & dixerunt, 14 Fratres ſumus Ahaſiæ, deſcendimuſq; vt ſalutemus filios regis, & filios reginæ. Qui ait, Prehendite eos viuos. quos quum cepiſſent viuos, trucidarunt eos iuxta 15 puteum 16 caſæ paſtoralis, nempe quadragintaduos viros, nec fecit quenquam ex eis reliquum. Diſcedens inde, inuenit Ionadab filium Rechab ſibi obuium, ſalutatoque eo, dixit ad eum, 17 Eſtne cor tuum rectum, ſicut cor meum rectum eſt cum corde tuo? reſpondit Ionadab, 18 Omnino eſt. Cedo igitur [inquit,] manum tuam. & præbuit ei manum ſuam. Tum iuſſit eum aſcendere ad ſe in currum, Et dixit, Veni mecum, & vide Zelum meum 19 pro Domino: 20 vexeruntq; eum in curru ſuo. Quumq; veniſſet Samariam, trucidauit omnes qui de Ahab reliqui erant in Samaria, donec deleret 21 eum, iuxta verbum Domini quod loquutus fuerat ad Eliam. Congregans verò Iehu vniuerſum populũ, dixit ad eos, Ahab parum coluit ipſum baal, Iehu aũt 22 auguſtius eum colet: vocate igitur mox ad me omnes prophetas baal, omnes cultores eius, atq; cunctos ſacerdotes eius, ne quiſquam deſit, quoniam magnum eſt mihi ſacrificium [peragendum] ipſi baal: quicunq; igitur defuerit, non viuet. (hoc aũt aſtu fecit Iehu, vt perderet cultores baal.) Dixitq; Iehu, 23 Indicite cœtum ipſi baal: & conuocarunt. Miſit deinde Iehu in omnem Iſraelem, & venerunt omnes cultores baal, nec defuit quiſquam qui non veniret: ingreſsique ſunt phanum baal, & repletum eſt phanum baal 24 vndiq;. Tum dixit ad eum qui præfectus erat ſacris veſtibus, Profer veſtes omnibus cultoribus baal. & protulit eis 25 veſtes. Ingreſſus itaq; Iehu & Ionadab filius Rechab phanum baal, dixit ad cultores baal, Diſpicite & videte ne forte hic ſit inter vos quiſquam ex cultoribus Domini, ſed ſoli cultores ipſius baal. Cumque ingreſſi eſſent vt facerent ſacrificia & holocauſta, 26 collocauit Iehu foris octoginta viros, quibus dixit, Quicunque euaſerit de viris illis quos ego 27 adduxi in manus veſtras, erit anima illius pro anima eius. Quum verò 28 abſoluiſſet ſacrificia holocauſtorum, dixit Iehu ſatellitibus & ducibus, 29 Ingredimini & trucidate eos, ne quis euadat: & percuſſerunt eos gladio, abieceruntque*

[cadauera eorum] 30 ſatellites & duces,& abierunt 31 in ciuitates [alias,vbi erant] templa Baal. Et efferentes ſtatuas ædis Baal, combuſſerunt eas. Confregerunt quoq; ſtatuam Baal, & diruerunt ædem Baal, & fecerunt eam 32 latrinam vſque hodie. Sic deleuit Iehu ipſum Baal de Iſraele, veruntamen à peccatis Ieroboam filij Nebat, qui effecit vt Iſrael ſcelerate ageret, non receßit Iehu quo minus ea ſequeretur, nempe vitulos aureos qui erant in Beth-el & in Dan. Dixit ergo Dñs ad Iehu, Quandoquidem 33 ſtudio quodam rectum feciſti in oculis meis, [&] iuxta omnia quæ fuerunt in corde meo,feciſti domui Ahab, ſedebunt tibi filij ſuper ſolium Iſraelis in quartam vſq; generationem. Ceterum Iehu non obſeruauit vt ambularet in lege Domini Dei Iſraelis toto corde ſuo,nec receßit à peccatis Ieroboam, qui effecit vt ſcelerate ageret Iſrael. Sub id tempus cœpit Dominus 34 truncare Iſraelem, 35 percußitq; eos Haſael in omnibus terminis Iſraelis, A Iordane ad exortum ſolis,omnem terram Gilead,Gaditas,Rubenitas,& qui erãt de Manaſſe,ab Aroer 36 vſq; ad torrentem Arnonem,Gilead nempe & Baſan. Reliquum geſtorum Iehu, & omnia quæ fecit, atque 37 robur eius,annon hæc ſcripta ſunt in Libro annalium Iſrael? Dormiuitq; Iehu cum patribus ſuis,& ſepelierunt eũ in Samaria, & regnauit Iehoahas filius eius pro eo. Porrò dies quibus regnauit Iehu ſuper Iſraelẽ in Samaria,viginti & octo ſunt anni.

iecerunt,milites & duces:& ierunt in ciuitatẽ templi Baal,
26 ♀ Et protulerunt ſtatuam de phano Baal,& combuſſerũt,
27 ♀ Et comminuerunt eam:deſtruxerunt quoq; ædẽ Baal,
28 & fecerunt pro ea latrinas,vſq; in diem hanc. ♀ Deleuit
29 itaq; Iehu Baal de Iſrael. ♀ Veruntamen à peccatis Ieroboam
filij Nabat,qui peccare fecit Iſrael, non receſsit,
nec dereliquit vitulos aureos qui erãt in Beth-el & in Da.
30 ♀ Dixit autem Dñs ad Iehu, Quia ſtudioſe egiſti quod
rectum erat,& placebat in oculis meis, & omnia quæ erãt
in corde meo feciſti contra domum Achab:filij tui vſq; ad
quartam generationem ſedebunt ſuper thronum Iſrael.
31 ♀ Porrò Iehu nõ cuſtodiuit vt ambularet in lege Domini
Dei Iſrael in toto corde ſuo:non enim receſsit à peccatis
32 Ieroboã,qui peccare fecerat Iſrael. ♀ In diebus illis cœpit
Dominus tædere ſuper Iſrael: percuſsitq; eos Hazael
33 in vniuerſis finibus Iſrael, ♀ A Iordane contra Orientalem
plagam, omnem Terram-Galaad & Gad & Ruben
& Manaſſe, ab Aroer quæ eſt ſuper Torrentem-Arnon,
34 & Galaad & Baſan. ♀ Reliqua autem verborum Iehu,
& vniuerſa quæ fecit,& fortitudo eius,nonne hæc ſcripta
35 ſunt in Libro verborum dierũ regũ Iſrael? ♀ Et dormiuit
Iehu cũ patribus ſuis,ſepelieruntq; eũ in Samaria:& reg-
36 nauit Ioachaz filius eius pro eo. ♀ Dies aũt quos regnauit
Iehu ſuper Iſrael,viginti & octo anni ſunt,in Samaria.

Baal cõminuit. Ex eius templo latrinas facit Iehu.

Mercedẽ temporalem dat Deus ipſi Iehu. G Infra.15.c.

Iſrael percutitur ab Hazael.

Iehu moritur. Succedit Ioachaz.

## SCHOLIA IN CAP. X.

1 Vel,præſtantior 2 qui magis placet, ideſt, aptiſsimum regno. Hoc ſerio non dixit Iehu,ſed vt tentaret animos eorum qui erant cum filijs Achab. 3 Hebraiſmus, qui erat ſuper domũ,(ſubaudi,regiam)& ſuper ciuitatem. 4 vel, maiores natu. conſultiſsimi, 5 hoc tempore.hac hora. 6 Nocta hæc capita ſunt allata: quia aũt ea deferebant,portam clauſam inuenerunt. vnde ille qui portæ præerat,miſit qui denuntiaret hoc regi.tẽpeſtiue enim clauduntur portæ vbi res ſunt nouæ. 7 quaſi dicat,Putatis vos eſſe iuſtos,& me iniuſtum qui coniurauerim contra dominũ meũ.Oratio conciſa,deeſt,vt hos non interfeciſtis,ſed Dñs:ſic dominum meum non interfeci,ſed Dñs. 8 quaſi dicat,nõ fui,ſed vos. 9 Hebraiſmus,non cadet,ideſt,nihil erit irritũ;quaſi dicat,certe hoc totũ factũ eſt de voluntate Dñi.Metaphora ab ijs rebus quæ vbi deciderunt,pereunt:vt ſunt micæ,& ea quæ in fluuiũ,aut alio quopiã decidunt,& colligi nequeunt. 10 quodq; Dñs 11 vel, familiares & neceſſarios 12 Hebraiſmus,is aũt erat iuxta domũ ligationis paſtorum quæ erat in via.Domũ ligationis vocat tõſtrinã,in qua ligabantur oues tondẽdæ.Chald.paraph.vocat domũ congregationis, quod illuc coirent paſtores,ouium tondendarũ cauſa. 13 ideſt,nepotes ex fratribus.Vt pater & auus eſt,ita frater & nepos. 14 ideſt, Nepotes. 15 vel, ciſternam 16 Hebraiſmus,domus ligationis, ideſt,tonſtrinæ ouium. 17 ideſt,Amaſne me ex animo vt egò te? 18 Hebraiſmus,Eſt eſt,quaſi dicat,Proculdubio te diligo ex animo. 19 erga Dominum,ideſt,quanta ſim facturus in honorem Domini. 20 & impoſuerunt eum in currũ eius,ideſt,iuuerunt famuli conſcendentem. 21 ideſt,totam eius familiam. :: Baal, appellatiuum eſt nomen,ſignificans idolum in genere. Hic autem,& 3.Reg.16.&.22.pro inſigni illo idolo Sidoniorum accipitur, quod dicitur aliàs Aſtarthe,ſiue Aſthoreth. 22 Hebraiſmus, multum, ideſt,erit plurimum addictus cultui eius. 23 ſubaudi, o ſacerdotes Baal. Iubete vt conſtituto die cultores Baal parati ſint ſacrificij cauſa. 24 Hebraiſmus,ab ore ad os.vel,ab ora ad oram. Metaphora à vaſis quæ replentur aqua aut vino. 25 ideſt, veſtes quibus vti ſolebant qui colebant Baal. 26 collocauerat ſibi 27 venire faciam,quaſi dicat,Qui reliquerit, ſiueritve quempiam abire,is morietur pro eo. 28 ſubaudi,ſummus ſacerdos Baal. 29 vel,Irrumpite. 30 Hebraiſmus,curſores, ideſt, milites leuioris armaturæ. 31 vſq; ad vrbem fani Baal,ideſt,vſque ad vrbem quandam vicinam Samariæ in qua templum habebat Baal. 32 latrinas,ideſt,loca in quibus populus ſolueret aluum. 33 Hebraiſmus, benefeciſti vt faceres quod rectũ eſt &c.ideſt,ſtudioſe feciſti quod &c. 34 vel, præcidere. Authore Domino res Iſraeliticæ fuerunt acciſæ. 35 vel, ſuperauit,ideſt,in omni termino Iſrael expugnauit aliquas vrbes. 36 quę eſt ad torrentẽ 37 ideſt,quæcũq; ſtrenue & fortiter geſsit.

## CAP. XI.

Porrò Athalia mater Ahaſiæ videns quòd mortuus eſſet filius ſuus,ſurrexit & perdidit omne ſemen regium. Tollens autem Iehoſeba filia regis Ioram,ſoror Ahaſiæ, ipſum Ioas filium Ahaſiæ,clàm ſurripit eum è medio filiorũ regis qui 1 occiſi erant, 2 ipſum ſcilicet & nutricem eius 3 in cubiculo lectorum,& abſconderunt eum metu Athaliæ, itaq; non eſt occiſus. Fuit autem 4 apud eam abſconditus in domo Domini ſex annis,regnante Athalia ſuper terrã. Anno deinde ſeptimo miſit Iehoiada,& 5 accerſiuit 6 centuriones 7 vt milites eſſent & celeres:& introductis ijs ad ſe in domũ Domini,iniit cum eis fœdus,iureq; iurando eos 8 adſtringens in domo Domini, 9 oſtendit eis filium regis. Præcepitq; eis,dicens,Hoc eſt quod 10 facere debetis, Tertia pars veſtrũ 11 ingredientur ſabbatho,& 12 excubabũt excubias ædis Dñi. Et tertia pars erit in 13 porta Sur,tertia deinde pars ad portam 14 poſteriorẽ quæ eſt celerum,& cuſtodietis cuſtodiam domus 15 maſſa. Duæ verò partes ex vobis, 16 omnes ſcilicet qui ſabbatho exeunt, 17 obſeruabitis cuſtodiã domus Dñi 18 iuxta regem. Et circundabitis regem circunquaq;,quiſq; habeat arma in manu ſua:quicunq; verò 19 intra ſepta fuerit ingreſſus, trucidetur: vt ſitis cũ rege 20 ſiue fuerit egreſſus ſiue ingreſſus. Fecerunt ergo centuriones iuxta omnia quæ præceperat

1 Athalia verò mater Ochoziæ, videns mortuum
filium ſuum,ſurrexit,& interfecit omne ſemen re
2 gium. ♀ Tollens autem Ioſaba filia regis Iorã,
ſoror Ochoziæ,Ioas filium Ochoziæ,furata eſt eum de me
dio filiorum regis qui interficiebantur, & nutricem eius,
de triclinio:& abſcõdit eum à facie Athaliæ,vt non inter-
3 ficeretur. ♀ Eratq; cum ea ſex annis clàm in domo Domi
ni:porrò Athalia regnauit ſuper terram ″ſeptem annis.
4 ♀ Anno autem ſeptimo miſit Ioiada,& aſſumes centuriones,
& milites introduxit ad ſe in templum Domini,pepigitq;
cum eis fœdus: & adiurans eos in domo Domini,
5 oſtendit eis filium regis. ♀ Et præcepit illis, dicens, Iſte
6 eſt ſermo quẽ facere debetis, ♀ Tertia pars veſtrũ introeat
ſabbatho,& obſeruet excubias domus regis. Tertia autem
pars ſit ad portã ″Seir:& tertia pars ſit ad portam quæ
eſt poſt habitaculum ſcutariorum: & cuſtodietis excu-
7 bias domus Meſſa. ♀ Duę verò partes è vobis,omnes egre
dientes ſabbatho, cuſtodiant excubias domus Dñi circa
8 regem. ♀ Et vallabitis eum habentes arma in manibus
veſtris:ſiquis autem ingreſſus fuerit ſeptum templi,inter-
9 ficiatur:eritiſque cum rege introeunte & egrediente. ♀ Et
fecerunt centuriones iuxta omnia quæ præceperat eis
Ioiada

Athalia interficit omne ſemen regiũ.2.paral.22.d. Ioas filius Ochoziæ, abſcõditur.

2.Para.23.a. Ioas fit rex.

B ″Sur



Ioiada ſacerdos:& aſſumentes ſinguli viros ſuos, qui in-
grediebantur ″ ſabbathum,cum his qui egrediebantur è
ſabbatho, venerunt ad Ioiadam ſacerdotem. ♀ Qui 10
dedit eis haſtas,& arma regis Dauid, quæ erant in do-
mo Domini. ♀ Et ſteterunt ſinguli habentes arma 11
C in manu ſua à parte templi dextera, vſque ad partem
ſiniſtram altaris, & ædis, circum regem. ♀ Produ- 12
xitque filium regis, & poſuit ſuper eum diadema & te-
ſtimonium: feceruntque eum regem, & vnxerunt: &
plaudentes manu,dixerunt,Viuat rex. ♀ Audiuit au- 13
tem Athalia vocem populi currentis: & ingreſſa ad
turbas in templum Domini, ♀ vidit regem ſtantem 14
ſuper tribunal iuxta morem,& cantores & ″ turbas pro-
pe eum,omnemque populum terræ lætantem, & canen-
tem tubis: & ſcidit veſtimenta ſua, clamauitque, Con-
iuratio,coniuratio. ♀ Præcepit autem Ioiada * cen- 15
turionibus qui erant ſuper exercitum,& ait eis, Edu-
cite eam extra ſepta templi, & quicunque eam ſecutus
fuerit,feriatur gladio. Dixerat enim ſacerdos, Non oc-
cidatur in templo Domini. ♀ Impoſueruntque ei 16
manus, & impegerunt eam per viam introitus equo-
rum,iuxta palatium *, & interfecta eſt ibi. ♀ Pepi- 17
D git ergo Ioiada fœdus inter ″ Deum & regem, & inter
populum, vt eſſet populus Domini, & inter regem &
populum. ♀ Ingreſſuſque eſt omnis populus terræ 18
templum Baal, & deſtruxerunt aras eius, & imagines
contriuerunt validè: Mathan quoque ſacerdotem Baal,
occiderunt coram altari. Et poſuit ſacerdos cuſtodias
in domo Domini. ♀ Tulitque centuriones, & Cere- 19
thi & Phelethi legiones, & omnem populum terræ, de-
duxeruntque regem de domo Domini: & venerunt per
viam portæ ſcutariorum in palatium, & ſedit ſuper thro-
num regum. ♀ Lætatuſque eſt omnis populus terræ, 20
& ciuitas conquieuit: Athalia autem occiſa eſt gladio in
domo regis. ♀ Septemque annorum erat Ioas, cum re- 21
gnare cœpiſſet.

″ſabbatho,

Occiditur Athalia. ″tubas

*ſacerdos

*regis

Fœdus in quo Ioas & populus promittũt ſe cõſequuturos Deo, & populus ſe morigerum fore regi.

″ Dominum

Mathã ſacerdos Baal interficit.

Lætitia.

Iehoiada 21 ſacerdos,acceperuntq; ſinguli viros ſuos 22 qui ſabbato ingreſſuri erant,cũ his qui ſabbato 23 exituri erant, & venerunt ad Iehoiada ſacerdotem. Dedit autem 24 ſacerdos centurionibus haſtas & ſcuta regis Dauidis 25 quæ erant in domo Dñi. Steteruntq; 26 celeres,& habuit quiſq; arma ſua in manu ſua, 27 à latere domus dextero,vſq; ad latus domus 28 ſiniſtrum, 29 iuxta altare & templum circum regem, 30 per circuitum. 31 Educens aũt filium regis,impoſuit ei 32 coronam,& [dedit ei] 33 teſtimonium,& regem eum conſtituerunt, 34 vngentes eum,& comploſis manibus dixerunt, 35 Viuat rex. Audiens aũt Athalia 36 vocem currentis populi,ingreſſa eſt ad populũ in templum Dni. Quumq; 37 vidiſſet,ecce rex ſtabat pro more 38 prope colũnam, 39 cãtores vero & tubæ iuxta regem,& cunctus populus terræ lætabatur & clangebat tubis.tum Athalia ſciſſis veſtimentis ſuis, clamauit, 40 Coniuratio,coniuratio. Præcepit ergo Iehoiada ſacerdos centurionibus qui præfecti erant exercitui, & dixit ad eos, Educite eam extra templũ 41 ad ſepta,& ſiquis eam fuerit 42 ſequutus,interficiatur gladio:præceperat enim ſacerdos ne interficeretur in templo Dni. Fecerunt ergo ei 43 ſpatium, 44 & venit in viam per quam equi ingrediebantur in domum regis,& illic eſt interfecta. Pepigit aũt Iehoiada fœdus inter Dñm & inter regem atq; inter populum, 45 vt ſcilicet eſſet populus Domini, 46 deinde & inter regem & populum. Et ingreſſus eſt vniuerſus populus in phanum Baal, & diruerunt illud, altaria quoque eius, & imagines eius 47 fruſtillatim confregerunt. Mathan quoque 48 ſacrificum Baal occiderunt coram altaribus, & poſuit 49 ſacerdos 50 cuſtodiam ſuper domum Domini. Tulit deinde centuriones,duces & ſatellites,atque cunctum populum terræ, & deduxerunt regem de domo Domini, & venerunt per viam portæ 51 ſatellitum ad domum regis,ſeditq; ſuper ſolium regum. Et lætatus eſt cunctus populus terræ, 52 cõquieuitq; ciuitas, 53 interfecta Athalia gladio iuxta domum regis. Iehoas 54 quum regno inauguraretur, natus erat ſeptem annos.

## SCHOLIA IN CAP. XI.

1 Occidebantur. 2 ſubaudi,ex.2.Para.23.& abdidit ipſum &c. 3 quaſi dicat,in aliquo penetrali vbi erant lecti. Locus erat vbi dormiebant ſacerdotes Leuitæ inter appendices templi. 4 cũ ea,ſubaudi,nutrice. 5 vel,aſſumpſit. 6 Hi erant de genere Leuitarum. 7 duces & curſores, ideſt, milites leuis armaturæ. 8 quod ſcilicet conſilia non proderent. 9 non enim ſciebant eum viuere. 10 vel,facturi eſtis. Hic habenda eſt ratio functurorum officio,& defuncturorũ.Qui obituri erant ſuam hebdomadam, nõ fuerunt diuiſi in varias portas:ſed pars eorum conſtituta fuit portæ qua aditus patebat ad regiam,id eſt portæ atrij Septentrionali:pars vero altera dedit operam templo. Qui vero iam functi fuerant ſua hebdomada,diſtributi ſunt in duas claſſes: nam ex ijs alij præfecti ſunt portæ Orientali,alij vero portæ Auſtrali. Omnes igitur ſacerdotes & Leuitæ fuerunt diuiſi in tres partes: qui tamen per vices fungebantur ſuo officio per hebdomadam: vt initio Lucæ dicitur de Zacharia. 11 Hebraiſmus,(eſt)iatraturorum ſabbathum,ideſt, eorum qui functuri ſunt officio ſuo proximo ſabbatho, ſiue proxima hebdomada. 12 ideſt,obſeruabunt portam qua qui habitant in regia,ſolent ingredi in atrium populi: obſeruabunt inquam nequi prodeant è regia, cum rex coronabitur, & illum interficiant. 13 Porta Sur,porta fundamenti dicitur, ideſt, præcipua: maxima porta atrij:initio hæc ſola, poſtea duæ illi additæ, Meridionalis & Aquilonaris. 14 quæ eſt poſt (portam) curſorum, ideſt, militum & ſatellitum. Portam Auſtralem intelligit. Præterea milites eos qui foris cuſtodiebant & cingebant templum, hoc eſt hecal & deuir. 15 à deſertione,ideſt,cauebitis diligenter nequis locum deſerat aſſignatum in ordine. 16 ideſt,omnes qui officio ſuo defuncti fuerint ea hebdomada. Hos,quia minus erant occupati,diuidit in duas turmas. 17 obſeruabunt,vel,cuſtodient. 18 ſuper regẽ,ideſt,cuſtodient diligenter regem quum erit in templo. 19 in ordines ipſos,ideſt,in vos ſic diſpoſitos,in aciẽ ita inſtructam. 20 Hebraiſmus,quum egredietur(tẽplo,)& quũ ingredietur.ſubaudi,templũ. 21 vel,ſummus pontifex. 22 ideſt, qui functuri erant officio ſuo in templo proximo ſabbatho. 23 exierant,ideſt,qui iam defuncti erant ſua hebdomada. 24 põtifex 25 ideſt, quæ conſecrauerat Dauid Dño. 26 vel,curſores 27 ideſt, à latere Meridionali in qua parte erat oſtiũ atrij ſacerdotũ. 28 ideſt,Septẽtrionale. 29 ideſt, circum tẽplum & partem in qua erat magnum altare Salomonis. Chaldæus paraph.per templũ,ſiue domum,intelligit deuir. 30 id eſt,in circuitu regis. 31 ſubaudi,de loco in quo deliteſcebat. 32 qua ſcilicet reges Domus Dauidis coronabantur. 33 ornamentũ,ſubaudi,regium.veſtem regiam. 34 Filij regũ nõ vngebantur,erãt enim vncti in patribus:ſed hunc vnxerunt,quod controuerſia eſſet de regno:Athalia enim volebat regnare.hoc pacto vnctus fuit & Salomon. 35 Chaldæus paraphr. Omnia proſpere ſuccedant huic nouo regi. 36 ſtrepitum militum(&)populi. 37 vel,circũſpicere cœpiſſet, 38 ideſt, in ſolio regio quod erat iuxta columnam quandam inſignem, in quo ſolebant ſedere reges & magnates. 39 principes,vel,magnates. 40 quaſi dicat, Iſti coniurauerunt in me. 41 per medios ordines.ſiue acies.ſubaudi,militũ. 42 ſubaudi,vt ei opituletur. 43 locum,ſubaudi, per acies. 44 quum iret per 45 ideſt,ſe futuros morigeros Domino. 46 Hoc fœdere rex promittebat ſe recturum omni æquitate:populus vero iurabat ſe facturum quæ imperaret. 47 exacte. vel, diligenter 48 principem ſacerdotum 49 vel,pontifex ſummus 50 præfectos 51 vel,militum.ſiue,curſorum 52 vel, pacataque fuit. hoc eſt,ſine tumultu. 53 Athaliam autem iam interfecerant gladio in (introitu)regiæ. 54 quum creatus eſt rex.

## CAP. XII.

Ioas pius,magiſtro Ioiada pio.

ANno ſeptimo Iehu regnauit Ioas: quadra- 1
ginta annis regnauit in Ieruſalem. Nomen
matris eius Sebia, de Ber-ſabee. ♀ Fecitque 2

ANno ſeptimo ipſius Iehu 1 inauguratus eſt Iehoas regno,quadraginta aũt annis regnauit in Ieruſalẽ. Nomẽ matris eius fuit Zibia de Beer-ſeba. Fecit autem

*Iehoas 2 rectũ in oculis Dñi cunctis diebus ſuis quibus eũ 3 di
rexit Iehoiada 4 ſacerdos: attamen excelſa 5 nõ recedebãt: po
pulus enim adhuc 6 immolabat & adolebat in excelſis. Dixit
aũt Iehoas ad ſacerdotes, Omnẽ pecuniam 7 ſanctificatorum
quæ 8 illata eſt in domum Dñi, nempe pecuniam virorũ qui
in cenſum 9 tranſeunt, pecunia animarũ [quam quiſq; dat] pro
æſtimatione ſua, omnẽ pecuniam deniq; 10 quam ſinguli ſpõ-
te conferunt in domũ Dñi, Accipiant ſibi ſacerdotes 11 quiſq;
de noto ſuo, & hi inſtaurent 12 ſarta tecta ædis, vbicunq; inue
nitur aliqua ruina. Factum eſt aũt vt in anno vigeſimotertio
regis Iehoas ſacerdotes 12 ſarta tecta ædis non inſtauraſſent.
Vocans igitur rex Iehoas Iehoiadam pontificem & ſacerdotes,
dixit ad eos, 13 Cur nõ inſtauraſtis ſarta tecta ædis? ne igitur
accipiatis vos pecuniam de 14 notis veſtris, ſed 15 ad ſarta te-
cta ædis conſeruanda date eam. 16 Obſignatum itaq; eſt ſacer
dotibus ne acciperent pecuniã à populo, neq; inſtaurarẽt ſarta te
cta ædis, ſed 17 ſacerdos Iehoiada accepta arcula 18 vnius, in
operculo eius foramen perforauit, poſuitq; eã iuxta arã ad dex
teram 19 vbi ingreſſus eſt in templum Dñi, poſueruntq; illac
ſacerdotes, 20 qui limen obſeruabant, omnem pecuniam quæ
illata erat in ædem Domini. Contigit autem vt quum pecuniã
viderent multã eſſe in arcula, aſcenderet ſcriba regius & ſum
mus ſacerdos, qui numeratam pecuniam inuentam in æde Do
mini, 21 colligarunt, pecuniamq; 22 certam dederunt in ma
nus eorum qui faciebant opus, 23 & eorũ qui inſpectores erãt
ædis Dñi, qui expendebant eam fabris lignarijs, & ſtructori-
bus qui reficiebant ædem Dñi, 24 murarijs quoq; fabris, la-
picidis, & his qui comparabant ligna, & lapidũ ſcalptoribus,
25 quibus conſeruarentur ſarta tecta ædis Dñi. [In ſumma,]
ad omne 26 quod pertinebat ad inſtaurationem tẽpli. Verun
tamen de pecunia illa illata in ædem Dñi non fiebant 27 phia
læ argenteæ, nec muſica inſtrumenta, nec pelues ſparſorij, nec
tubæ: nullum inquam vas neq; aureum neq; argenteum 28 fie-
bat pro templo Domini, 29 Quoniam dabant eam [pecu-
niam] his qui faciebant opus, & qui ea reficiebant ædem Dñi.
Nec ratio exigebatur à viris huiuſmodi, in quorum manus pe
cuniæ illæ datæ erant, vt ipſi darent eam his qui faciebant opus:
nam bona fide 30 agebant. Cæterum 31 pecunia pro delicto,
& pecunia pro peccatis, non inferebatur in ædem Dñi, quòd
ſacerdotũ eſſet. 32 Tunc aſcendit Haſael rex Syriæ, & bellũ
geſſit contra 33 Gath, cepitq; eam, 34 ſtatuitq; apud ſe Ha-
ſael aſcendere contra Ieruſalem. Tum Iehoas rex Iehuda tu-
lit 35 omnia ſanctificata quæ conſecrauerant Ioſaphat, Io-
ram, & Ahaſias patres eius reges Iehuda, 36 quæq; ipſe con-
ſecrauerat, atq; omne aurum quod repertum fuit in theſauris
ædis Domini, & in domo regis, miſitq; Haſaeli regi Syriæ,
& 37 receſsit à Ieruſalem. Reliquum geſtorum Iehoas, &
omnia quæ fecit, annon hæc ſcripta ſunt in libro annalium re-
gum Iehuda? Inſurrexerunt autem ſerui eius, & coniurantes
conſpirarunt, trucidaruntq; Iehoas in 38 Beth-millo, quum
deſcenderet in Silla. 39 Ioſabar filius Simeath, & Iehoſa-
bad filius Somer ſerui eius trucidarunt eum, & mortuus eſt,
ſepelieruntq; eum cum patribus ſuis in ciuitate Dauidis, reg-
nauitque pro eo filius eius Amazias.*

Ioas rectum coram Domino cũctis diebus quibus docuit
3 eum Ioiada ſacerdos. ♀ Veruntamen excelſa non abſtu-
lit: adhuc enim populus immolabat, & adolebat in excel-
4 ſis incenſum. ♀ Dixitq; Ioas ad ſacerdotes, Omnem pe-
cuniam ſanctorum quæ illata fuerit in templum Domini
à prætereuntibus, quæ offertur pro pretio animæ, & quam
ſponte & arbitrio cordis ſui inferunt in templum Domini:
5 ♀ Accipiant illam ſacerdotes iuxta ordinem ſuum, &
inſtaurent ſartatecta domus, ſiquid neceſſarium viderint
6 inſtauratione. ♀ Igitur vſq; ad viceſimumtertium annũ
regis Ioas, non inſtaurauerunt ſacerdotes ſartatecta tẽpli.
7 ♀ Vocauitq; rex Ioas Ioiadam pontificem & ſacerdotes,
dicens eis, Quare ſartatecta non inſtauratis tẽpli? nolite er
go amplius accipere pecuniam iuxta ordinem veſtrũ, ſed
8 ad inſtaurationem templi reddite eam. ♀ Prohibitique
ſunt ſacerdotes vltrà accipere pecuniam à populo, & in-
9 ſtaurare ſartatecta [a] domus. ♀ Et tulit Ioiada pontifex
gazophylacium vnum, aperuitq; foramen deſuper, & po-
ſuit illud iuxta altare ad dextrã ingredientium domũ Dñi,
mittebantq; in eo ſacerdotes qui cuſtodiebant oſtia, omnẽ
10 pecunia quæ deferebatur ad templum Dñi. ♀ Cùmq;
viderent nimiam pecuniam eſſe in gazophylacio, aſcende
bat ſcriba regis & pontifex, effundebantq;, & numerabant
11 pecunia quæ inueniebatur in domo Dñi: ♀ & dabant eã
iuxta numerum atq; menſuram in manu eorum qui præ-
erant cæmentarijs domus Dñi: qui impendebãt eam in fa
bris lignorum, & in cæmẽtarijs ijs qui operabantur in do-
12 mo Dñi, ♀ & ſartatecta faciebant: & in ijs qui cædebant
ſaxa, & vt emerent ligna & lapides qui excidebantur: Ita
vt impleretur inſtauratio domus Dñi in vniuerſis quæ in-
13 digebant expenſa ad muniendã domum. ♀ Veruntamen
non fiebant ex eadẽ pecunia hydriæ templi Dñi, & fuſci-
nulę & thuribula & tubę, & omne vas aureũ & argenteũ,
14 de pecunia quæ inferebatur in templum Dñi. ♀ Ijs enim
qui faciebant opus, dabatur, vt inſtauraretur [*] templum
15 Dñi: ♀ & non fiebat ratio ijs hominibus qui accipiebant
pecuniã vt diſtribuerent eam artificibus, ſed in fide tracta
16 bant eam. ♀ Pecuniam verò pro delicto, & pecuniã pro
peccatis non inferebant in templum Dñi, quia ſacerdotũ
17 erat. ♀ Tunc aſcendit Hazael rex Syriæ, & pugnabat
contra Geth, cepitq; eam: & direxit faciem ſuam vt aſcen-
18 deret in Ieruſalem. ♀ Quamobrem tulit Ioas rex Iuda
omnia ſanctificata, quæ [a] cõſecrauerat Ioſaphat, & Iorã,
& Ochozias patres eius reges Iuda, & quæ ipſe obtulerat:
& vniuerſum [a] argentũ quod inueniri potuit in theſauris tẽ
pli Dñi, & in palatio regis: miſitq; Hazaeli regi Syriæ, &
19 receſsit ab Ieruſalẽ. ♀ Reliqua aũt ſermonũ Ioas, & vni-
uerſa quæ fecit, nõne hæc ſcripta ſunt in Libro verborum
20 dierum regũ Iuda? ♀ Surrexerunt aũt ſerui eius, & coniu
rauerunt inter ſe, percuſſeruntq; Ioas in Domo-mello in
21 deſcenſu Sella. ♀ Ioſachar nãq; filius Semaath, & Iozabad
filius Somer ſerui eius, percuſſerunt eum, & mortuus
eſt: & ſepelierunt eum cũ patribus ſuis in Ciuitate-Dauid,
regnauitque Amaſias filius eius pro eo.

Iubet Ioas ſacerdotes inſtaurare templum.

Ioas, ſacerdotibus non curantibus templum inſtaurari, curat ipſe. B

[a] templi.

C

[*] ex ea

Hazael, accepta grandi pecunia à Ioas, deſiſtit oppugnare Ieruſalem. D

[a] conſecrauerãt

[a] aurum

Ioas interficitur à duobus ſeruis ſuis.

Succedit Amaſias.

## SCHOLIA IN CAP. XII.

1 Regnare cœpit Ioas, 2 ideſt, quod erat gratiſsimum Dño. 3 docuit 4 ſummus pontifex: 5 ideſt, nõ fuerunt ſublata. 6 in honorẽ ſcilicet Dei, quod tamen non erat gratũ ipſi Deo. 7 ideſt, quæ conſecratur Dño. 8 inferri ſolet. 9 Hebraiſmus, tranſeũtis, hominis pecuniam animarũ æſtimationis eius, &c. Pecuniam tranſeuntis, ſiue tranſeuntiũ. ſub. in numerũ, ſiue inter numeratos, ideſt, qui numerantur cũ alijs, hoc eſt qui iã attigerãt viceſimũ annũ. hi dabãt in ſingula capita dimidiũ ſicli, vnde cõparabant victimas quibus fiebat ſacrificium illud iuge & perpetuũ. Vocat pecuniam cenſus quã dabant qui reputabantur inter numeratos. Pecunia hominis animarum æſtimationis eius, ſiue pecunia pretij animarum cuiuſq; hominis, ideſt, pecunia qua quiſq; redimebat ſeipſum. Triplex pecunia inferebatur in templum. Prima eorum qui attigerant viceſimum annum. Secunda, eorum quam quiſque ſoluere tenebatur quum vouiſſet votum Domino ſe daturum quantum æſtimatus eſſet à ſacerdote. Leuit. 27. quæ vota fiebant potiſsimum in periculis. Tertia erat, quæ ex liberalitate Iſraelitarum dabatur. 10 Hebraiſmus, quæ aſcenderit in cor viri inferre &c. 11 ſinguli à familiaribus ſuis, 12 ſciſſuras. rupturas. Iam agebatur annus centeſimus quinquageſimuſquintus ex quo templum fuerat extructũ: vnde aliquibus in locis minari ruinam poterat. Quidam aiunt templum tum fuiſſe lacerum & pene dirutum ab Athalia, & eius filijs: hoſque aiunt quicquid erat pretioſum in domo Domini, detuliſſe in ædem Baal. Vide in Paral. vbi dicitur Athaliam feciſſe rupturas in domo Domini. 13 quaſi dicat, Non recte agitis. Ioas ſuſpectos habuit ſacerdotes, quod non inſtauraſſent rupturas templi: propterea iuſsit in gazophylacium pecuniam inferri. 14 vel, familiaribus. 15 pro rupturis domus, ſubaudi, inſtaurandis. 16 Morem itaque geſſerunt (vel, Conſenſerunt itaque) ſacerdotes 17 pontifex 18 ideſt, cuiuſdam ſacerdotis.



dotis. 19 quum quis ingreditur templum &c. Dextrum templi eſt proprie ea pars templi quæ pertinet ad Auſtrum: vt ſiniſtra pars proprie ea eſt quæ pertinet ad Aquilonem. 20 ideſt, qui habebãt cuſtodiam templi. Alij legunt, qui vaſa cuſtodiebãt, ideſt, ſupellectilem templi. 21 ſubaudi, in faſciculos. 22 ſignatam, vel, numeratam. 23 qui præfecti erant domui Dei. Coniunctio, &, auferenda. dederunt pecuniam in manus operarum, ſiue architectorum qui præfecti erant operi templi. 24 cæmentarijs, ideſt, ijs qui diſponebant lapides. 25 ad inſtaurandas rupturas 26 quod inſumebatur pro domo ad reparandam eam. 27 vel, pateræ. 28 ſubaudi, tunc. 29 vel, Nam. 30 ideſt, diſtribuebant eam pecuniam. 31 ideſt, pecunia quæ ſupererat empta victima pro delicto. Qui vouerant in longinqua regione, aliquid pro peccato, mittebant pecuniam ad vnum ex ſacerdotibus qui victimam emebat: & quod reliquum erat pecuniæ, empta victima, id cedebat in vtilitatem ſacerdotum. 32 Mortuo ſcilicet Ioiada põtifice, quum Ioas credens aulicis, deditus fuit idololatriæ. Ioas interfecit Zachariã filiũ Ioiadæ, quod eum & aulicos carperet ob idololatriã, idq; mortuo Ioiada, vt ſcribitur in Paral. quæ cauſa fuit, nempe idololatria, vt affligeretur. 33 Vrbs erat ſub poteſtate regũ Iuda, quã Dauid ceperat. 34 Hebraiſm[9], & poſuit Hazael faciẽ ſuã, ideſt, cõuertit ſe ea victoria elat[9], vt aſcenderet &c. cœpit adornare profectionẽ in Ieruſalẽ. 35 Omnes conſecrationes. omnia donaria 36 ideſt, omnia donaria ſua. 37 ideſt, deſtitit venire ad oppugnandum Ieruſalem: non enim venit in Ieruſalẽ. Sequenti tamen anno Hazael redijt oppugnatum Ioas: cui quũ occurriſſet, ab eo eſt vulneratus: cùmque in lectica referretur Ieruſalem, coniuratione facta interemptus eſt à ſeruis Hazaelis. 2. Paralip. 24. 38 Non loquitur de campo Millo qui erat in Ieruſalem, ſed aberat ab vrbe. quod vt intelligamus, adijcit, quũ deſcenderet in Silla. quaſi dicat, in Beth-millo qui locus erat in cliuo loci nuncupati Silla: vt intelligatur Beth-millo fuiſſe in edito. 39 Vel vt alij legunt, Iozachar.

## CAP. XIII.

Ioachaz cũ populo Iſrael traditur à Deo in manus Syrorũ.

ANno viceſimotertio Ioas filij Ochoziæ regis Iu- 1
dæ, regnauit Ioachaz filius Iehu ſuper Iſrael in
Samaria, decem & ſeptem annis. ♀ Et fecit ma- 2
lum coram Dño, ſecutuſq; eſt peccata Ieroboam filij Na-
bat, qui peccare fecit Iſrael, & non declinauit ab eis. ♀ Ira 3
tuſq; eſt furor Dñi contra Iſrael, & tradidit eos in manu
Hazael regis Syriæ, & in manu Ben-adad filij Hazael, cũ
ctis diebus. ♀ Deprecatus eſt autem Ioachaz faciẽ Dñi, 4
& audiuit eum Dñs: vidit enim anguſtiam Iſrael, quia at-
triuerat eos rex Syriæ: ♀ (& dedit Dñs ſaluatorem Iſraeli, 5
& liberatus eſt de manu [a] regis Syriæ: habitaueruntq; filij
Iſrael in tabernaculis ſuis ſicut heri & nudiuſtertius. ♀ Ve 6
runtamen non receſſerunt à peccatis domus Ieroboã qui
B peccare fecit Iſrael, ſed in ipſis ambulauerunt: ſiquidem &
lucus permãſit in Samaria.) ♀ Et non ſunt derelicti Ioa 7
chaz de populo, niſi quinquaginta equites, & decem cur-
rus, & decem millia peditũ: interfecerat enim eos rex Sy-
riæ, & redegerat quaſi puluerem in tritura areæ. ♀ Reli 8
qua aũt ſermonũ Ioachaz, & vniuerſa quæ fecit, & forti-
tudo eius, nonne hæc ſcripta ſunt in Libro ſermonum die
rũ regum Iſrael? ♀ Dormiuitq; Ioachaz cum patribus ſuis, 9
& ſepelierunt eum in Samaria: regnauitq; Ioas filius eius
pro eo. ♀ Anno triceſimoſeptimo Ioas regis Iuda regna 10
uit Ioas filius Ioachaz ſuper Iſrael in Samaria ſedecim an
nis. ♀ Et fecit quod malum eſt in conſpectu Dñi: nõ de- 11
clinauit ab omnibus peccatis Ieroboam filij Nabat, qui
peccare fecit Iſrael, ſed in ipſis ambulauit. ♀ Reliqua au 12
tem ſermonũ Ioas, & vniuerſa quæ fecit, & fortitudo eius,
quomodo pugnauerit contra Amaſiam regem Iuda, non
ne hæc ſcripta ſunt in Libro ſermonũ dierũ regum Iſrael?
♀ Et dormiuit Ioas cum patribus ſuis: Ieroboam autem ſe 13
C dit ſuper ſolium eius. porrò Ioas ſepultus eſt in Samaria
cum regibus Iſrael. ♀ Eliſeus autem ægrotabat infirmita 14
te, qua & mortuus eſt: deſcenditq; ad eum Ioas rex Iſrael,
& flebat coram eo, dicebatq;, Pater mi, pater mi, currus Iſ
rael & auriga eius. ♀ Et ait illi Eliſeus, Affer arcum & ſa 15
gittas. cumq; attuliſſet ad eum arcum & ſagittas, ♀ Dixit 16
ad regem Iſrael, Pone manum tuam ſuper arcum. & cum
poſuiſſet ille manum ſuã, ſuperpoſuit Eliſeus manus ſuas
manibus regis, ♀ Et ait, Aperi feneſtrã Orientalem. cũq; 17
aperuiſſet, dixit Eliſeus, Iace ſagittã. & iecit. & ait Eliſeus,
Sagitta ſalutis Domini, & ſagitta ſalutis contra Syriã: per-
cutieſq; Syriã in Aphec, donec conſumas eã. ♀ Et ait, Tol 18
le ſagittas. qui cũ tuliſſet, rurſum dixit ei, Percute iaculo ter
rã. & cũ percuſsiſſet tribus vicibus, & ſtetiſſet, ♀ Iratus eſt 19
vir Dei contra eum, & ait, Si percuſsiſſes quinquies, aut ſe
xies, ſiue ſepties, percuſsiſſes Syriam vſque ad conſumma
D tionem: nunc autem tribus vicibus percuties eam. ♀ Mor 20
tuus eſt ergo Eliſeus, & ſepelierunt eum. latrunculi autem
de Moab venerunt in terram in ipſo anno. ♀ Quidam 21
autem ſepelientes hominem, viderunt latrunculos, &
proiecerunt cadauer in ſepulchro Eliſei, quod cum te-
tigiſſet oſſa Eliſei, reuixit homo, & ſtetit ſuper pedes ſuos.

Orante rege, liberat eos Deus.

Mortuo Ioachaz ſuccedit Ioas filius.

Ioas mortuo regnat Ieroboam.

Eliſeus ægrotus prædicit regi Ioas quoties victor futurus eſſet contra Syros.

Moritur Eliſeus. Ad contactũ oſſium Eliſei, ſuſcitatur mortuus. Eccleſiaſtici. 48. b.

## CAP. XIII.

*ANno viceſimotertio 1 Ioas filij Ahaſiæ regis Iehuda, Iehoahas filius Iehu ſuper Iſraelem in Samaria regnauit decem & ſeptem annis, Deſignauitque malum in oculis Domini incedens poſt peccata Ieroboam filij Nebat, (qui effecit vt ſcelerate ageret Iſrael,) nec deſtitit 2 ab eis. 3 Et iratus furor Domini contra Iſraelitas, tradidit eos in manum Haſael regis Syriæ, & in manũ Benhadad filij Haſaelis 4 cunctis diebus. Precatus eſt ergo Iehoahas faciem Domini, & exaudiuit eum Dominus, quoniã 5 aſpexit afflictionem Iſraelis 6 qua rex Syriæ afflixit eos, (deditq; Dominus Iſraeli 7 ſeruatorem, 8 ne plus iubeſſent manui Syrorum, habitaueruntq; Iſraelitæ 9 in tentorijs ſuis, 10 quemadmodum retro temporibus. Veruntamen non receſſerunt à peccatis domus Ieroboam, qui effecit vt ſcelerate ageret Iſrael, ſed 11 ambularunt in eis. adhæc 12 perſeuerauit lucus in Samaria.) Nam non 13 fecit reliquum ipſi Iehoahas populũ, niſi quinquaginta equites, & decẽ currus, & decem millia peditũ, quandoquidẽ rex Syriæ perdidit eos, 14 & reddidit eos velut puluerẽ exterendo. Reliquum geſtorũ Iehoahas, & quidquid fecit, deinde & 15 robur eius, annon hæc ſcripta ſunt in libro annalium regum Iſrael? Dormiuit ergo Iehoahas cum patribus ſuis, ſepelieruntq; eum in Samaria, & regnauit pro eo Ioas filius eius. Anno triceſimoſeptimo Ioas regis Iehuda regnauit Iehoas filius Iehoahas ſuper Iſraelem in Samaria 16 ſedecim annis. Et deſignauit malum in oculis Domini, [ideſt] non receſsit ab omnibus peccatis Ieroboam filij Nebat, qui effecit vt ſcelerate ageret Iſrael, [ſed] 17 in his ambulauit. Reliquum geſtorum Ioas, & quæcũq; fecit, ac robur eius quo bellum geſsit contra Amaſiam regem Iehuda, annon hæc ſcripta ſunt in libro annalium regum Iſrael? Dormiuit itaq; Ioas cum patribus ſuis, 18 occupauitque Ieroboam ſedem eius, & ſepultus eſt Ioas in Samaria cũ regibus Iſraelis. 19 Porrò Eliſæus laborabat morbo ſuo, quo & mortuus eſt, 20 deſcenditque ad eum Ioas rex Iſrael, & flens corã eo, dixit, 21 Pater mi, pater mi, 22 currus & equites eius. Tum dixit ad eum Eliſæus, Accipe arcum [aliquem] & ſagittas. & accepit ſibi arcum & ſagittas. Dixit ergo ad regem Iſraelis, 23 Dirigito arcum manu tua. direxitque manu ſua: Eliſæus autem 24 poſitis manibus ſuis ſuper manus regis, 25 Ait, Aperi 26 feneſtram Ortum verſus. quumq; aperuiſſet, 27 dixit Eliſæus, Eiaculare. & iaciente eo [ſagittam,] dixit [Eliſæus,] Sagitta 28 ſalutis Domini, & ſagitta ſalutis contra Syros: nam tu percuties Syros in 29 Aphec, donec eos penitus perdas. Rurſus ait, Accipe 30 ſagittas: & quũ caperet, dixit ad regẽ Iſraelis, 31 Feri terrã. ferijtq; ter, & 32 tũ deſtitit. Tũ vir Dei indignatus ei, dixit, 33 Si ferijſſes quinquies aut ſexies, percuſsiſſes Syros ad internecionẽ vſq;: nunc verò ter 34 percuties Syros. Mortuo Eliſæo ſepelierant eum: eodem ipſo anno 35 graſſatores Moabitæ irruerũt in terrã. Contigit aũt, quũ 36 quidã ſepelirent hominẽ, 37 viderentq; globum graſſatorum, vt proijcerent hominem illũ in 38 ſepulchrum Eliſæi, 39 qui deuolutus attigit oſſa Eliſæi, & reuixit, 40 erectus in pedes ſuos.*

*Porro Haſael rex Syriæ afflixit Iſraelitas cunctis diebus Iehoahas, 41 Dominus autem benigne fecit eis, miſertuſq; illorum reſpexit eos, idq; propter fœdus ſuũ cũ Abrahamo, Iſaac & Iacob, neq; voluit eos excindere, neq; abijcere eos 42 à facie ſua vſq; nunc. Mortuus eſt autem Haſael rex Syriæ, regnauitq; Ben-hadad filius eius pro eo. Et 43 verſus Iehoas filius Iehoahas, tulit vrbes de manu Ben-hadad filij Haſaelis, quas ille acceperat de manu Iehoahas patris ſui in bello: nam ter 44 percuſſit eum Ioas, & 45 reſtituit ciuitates Iſraeli.*

22 ♀ Igitur Hazael rex Syriæ afflixit Iſrael cunctis diebus
23 Ioachaz: ♀ & miſertus eſt Dominus eorum, & reuerſus
eſt ad eos propter pactum ſuum quod habebat cũ Abra
ham & Iſaac & Iacob: & noluit diſperdere eos, neq; proij
24 cere penitus, vſq; in præſens tempus. ♀ Mortuus eſt au
tẽ Hazael rex Syriæ, & regnauit Ben-adad filius eius pro
25 eo. ♀ Porrò Ioas filius Ioachaz, tulit vrbes de manu Ben-
adad filij Hazael, quas tulerat de manu Ioachaz patris
ſui iure prælij: tribus vicibus percuſſit eum Ioas, & reddi-
dit ciuitates Iſrael.

Promiſsionum ſuarum memor miſeretur Iſraelis Deus.
Hazael rex Syriæ moritur, regnat Ben-adad pro eo.

## SCHOLIA IN CAP. XIII.

1 Hebraice legitur Ioas & Iehoas pro eodem filio Iehoahas. 2 Hebraiſmus, regnare cœpit Iehoahas filius Iehu ſuper Iſraelem in Samaria: (regnauitq;) decẽ &c. 2 id eſt, ab vllo peccatorũ eius. 3 Proinde iratus &c. id eſt vehementer iratus eſt. 4 toto illo tempore, id eſt, quandiu regnauit Ioachaz. 5 vel, conſyderauit 6 Hebraiſmus, nam affligebat eos rex Syriæ, 7 nempe ſiliũ huius vindicem. Hæc pars verſiculi, deditq; Dominus &c. refertur ad verba præcedẽtia, exaudiuit eum &c. 8 Hebraiſmus, & exierunt de ſub manu Aram. 9 id eſt, in domibus ſuis ruſticis, ſine metu. 10 Hebraiſmus, ſicut heri & nudiuſtertius. 11 Hebraiſmus, in eo ambulauit. In eo, ſubaudi, peccato, id eſt, in ſingulis peccatis Ieroboã ambulauit Iſrael. 12 id eſt, lucum plantatũ in honorẽ Baal, non exciderunt. 13 reliquerat. Verſus reſpondet paulo ſuperiori verſui in quo dicitur, aſpexit afflictionem Iſraelis qua rex Syriæ afflixit eos: Nam &c. 14 Hebraiſmus, poſuerat eos veluti puluerem ad triturandum. vel conculcandũ, id eſt, conculcauit eos veluti lutũ platearum conculcari ſolet. 15 id eſt, egregia eius facinora. 16 ſubaudiendũ, regnauitq;. 17 vel, in eo, ſubaudi, peccato Ieroboã, quaſi dicat, coluit & iuſſit coli vitulos quos erexerat Ieroboã. 18 & Ieroboã ſederat ſuper ſedem &c. vel, iam ſedere cœperat. vnde aiunt eum regnaſſe viuente patre. non enim ait, regnauit mortuo patre. 19 vel, Cum autem Eliſeus ægrotaret infirmitate ſua qua mortuus eſt, deſcendit ad &c. 20 deſcendit, ſubaudi, de regia ſua vt eum inuiſeret. 21 id eſt, Magiſter. Repetitio pertinet ad affectum, quaſi dicat, Domine mi, quare deſeris nos? Apoſiopeſis. 22 id eſt, cuius oratio plus iuuat Iſraelem, quàm currus & equites quos habet, vel, qui oratione plus potes, quàm omnes milites armis ſuis. 23 Hebraiſmus, Equitare facito manum tuam ſuper arcum. & equitare fecit manum ſuam per arcum. id eſt, Superpone manum tuam arcui. & ſuperpoſuit manum ſuam arcui. 24 poſuit manus ſuas ſuper manus regis. vt ſcilicet, ſignum ipſum confirmaret, & prædictionem: vt ſigno iſto doceret prædictionem fore ratam. 25 Dixerat vero, ſubaudi, regi antequam rex impoſuiſſet manum arcui, vel, Et dixit, ſubaudi, Eliſeus cuidam aſtantium. 26 id eſt, feneſtram illam quæ ſpectat ad Orientem, hoc eſt ad Syriam, quæ ad Orientem erat. 27 ſubaudi, regi. 28 vel, ſalutifera Domino. ſubaudi, erit iſta Iſraeli, id eſt, ſignificat Dominum fore auxiliatorem Iſraelitarum contra Syros. 29 Hæc vrbs erat tribus Iuda, in qua Achab vicerat Syros occiſis centum millibus peditum, quaſi dicat, Inſignem cladem acceperunt Syri: ita quoque abs te cædentur. 3. reg. 20. e. 30 ſubaudi, iam tibi oblatas. 31 id eſt, Percute ſagittis terram. 32 poſtquam ſcilicet ter iaculatus eſt. 33 Hebraiſmus, Percutere (debueras.) 34 id eſt, ſuperabis, quaſi dicat, quia forte non credidiſti te toties Syros ſuperaturum quot ſagittas habebas, idcirco vinces eos ſolũ ter. 35 copiæ militares Moab. 36 ipſi (Iſraelitæ) vellent ſepelire quendam, 37 derepente viderunt copias illas (ſubaudi, Moabitarum,) & proiecerunt 38 quaſi dicat, quod forte fortuna erat ſepulchrum Eliſei. 39 Hebraiſmus, & abijt, & tetigit, id eſt, quod cadauer deuenit in fundum, & tetigit &c. 40 & erexit ſeſe. 41 Tandem miſertus eſt Dominus eorũ, id eſt, Iſraelitarũ. 42 id eſt, de terra in qua eius maieſtas habitabat, vel neq; effecit vt exularent, & alio tranſmigrarẽt. 43 vel, reuerſus eſt & tulit. Fortaſſe eã ob rẽ quod cũ patre pugnaſſet cũ Syris, vel, Itaq; cõuerſus eſt, id eſt, direxit aciẽ contra Syros, quaſi dicat, Itaq; motus verbis Eliſei, eduxit exercitũ aduerſus Syros. 44 id eſt, vicit. 45 recepit vrbes Iſraeli, id eſt, quas reſtituit regno Iſraelitico.

## CAP. XIIII.

*ANno ſecũdo Ioas filij Iehoahas regis Iſrael, 1 inauguratus eſt regno Amaſias filius Ioas regis Iehuda. Vigintiquinq; annos fuit natus quũ cœpiſſet regnare, & regnauit vigintinouẽ annis in Ieruſalẽ. nomẽ matris eius Ihoadã 2 de Ieruſalẽ. Is 3 fecit quod rectũ erat in oculis Dñi, 4 at nõ vt Dauid pater eius: iuxta omnia quæ fecerat Ioas pater eius, fecit. Dũtaxat excelſa 5 nõ receſſerãt, [nã] populus adhuc ſacrificabat & adolebat in excelſis. Quũq; regnũ firmatũ eſſet in manu eius, percuſſit ſeruos ſuos qui trucidauerant regẽ patrẽ ſuũ, cæterum filios homicidarũ non interfecit, quẽadmodũ ſcriptum eſt in libro legis Moſis, in quo præcepit Dominus hiſce verbis, Ne interficiantur patres pro filijs, neq; interficiantur filij pro patribus, ſed quiſq; ob peccatum ſuũ moriatur. Is etiã percuſſit Idumæorum decem millia in valle Salis, & 7 obtinuit 8 petram in bello, & vocauit nomen eius 9 Iaktheel vſque in hunc diem. 10 Tunc miſit Amaſias legatos ad Iehoas filiũ Iehoahas filij Iehu regẽ Iſraelis, hiſce mãdatis, Age 11 ſpectemus nos mutuo corã. Tũ miſit Iehoas rex Iſrael ad Amaſiã regẽ Iehuda huiuſmodi reſpõſionẽ, 12 Annon carduus qui eſt in Libano, miſit ad 13 cedrum quæ eſt in Libano huiuſmodi verbis, Da filiã tuã filio meo vxorẽ? & præterijt fera agri quæ in Libano 14 fuit, & cõculcauit 15 carduũ illũ. Cædẽs cecidiſti Edõ, hinc eleuatũ eſt cor tuũ: 16 gloriare itaq;, & mane domi tuæ: 17 cur enim tuo malo præte fers tãtã ferociã, vt cadas tu & Iehuda tecum? Nec obtẽperauit Amaſias: aſcẽdit ergo Iehoas rex Iſrael, & 18 ſeſe mutuo coram ſpectarunt, ipſe & Amaſias rex Iehuda, in Beth-ſemes 19 quæ eſt in Iehuda. Corruit autem Iehuda coram Iſraele, fugeruntque quiſque in tentorium ſuum. Sed & Amaſiam regem Iehuda filium Ioas filij Ahaſiahu, apprehendit Iehoas rex Iſraelis in Beth-ſemes. poſt hæc venit Ieroſolyma, & rupit murum Ieroſolymorum à porta 20 Ephraim vſque ad portam 21 anguli, quadringentis cubitis. Et accepit omne aurum & argentum, omnia vaſa quæ inueniebantur in domo Domini, & in theſauris domus regis, 22 filios quoque obſides, & reuerſus eſt in Samariam. Reliqua geſtorũ Iehoas quæ egit, & 23 fortitudo eius, & qualiter bellum geſſerit cõtra Amaſiã regẽ Iehuda, annõ hæc ſcripta ſunt in libro annaliũ regum Iſrael? Dormiuitq; Iehoas cũ patribus ſuis, & ſepultus eſt in Samaria iuxta reges Iſraelis, regnauitque Ieroboam filius eius pro eo. Vixit autem Amaſias filius Ioas rex Iehuda poſt mortem Iehoas filij Iehoahas regis Iſrael quindecim annis. Reliqua geſtorum Amaſiæ annon hæc ſcripta ſunt in libro annalium regum Iehuda? Fecerunt autem contra eum conſpirationem in Ieruſalem, & quum 24 confugeret Lachis, miſerunt poſt eum in Lachis, & illic trucidarunt eum. Tollenteſque eum ſuper equis, ſepultus eſt in Ieruſalem in ciuitate Dauidis cum patribus ſuis. Vniuerſus itaque populus Iehuda accepit 25 Aſariam (qui natus erat ſedecim annos,) & conſtituerunt eum regem pro Amaſia patre ſuo. Is ædificauit 26 Elath, & reduxit eam ad Iehudam poſteaquam rex dormiſſet cum patribus ſuis. Anno decimoquinto Amaſiæ filij Ioas regis Iehuda, regnauit Ieroboam filius Ioas ſuper Iſraelem in Samaria quadraginta vnum annos. Et deſignauit malum in oculis Domini, nec receſſit ab omnibus peccatis Ieroboam filij Nebat, qui effecit vt ſcelerate ageret Iſrael. Is 27 reſtituit 28 terminum Iſrael, ab eo quo itur Hamath, vſque 29 ad mare ſolitudinis, iuxta ſermonem Domini Dei Iſrael quem loquutus 30 eſt per ſeruum ſuũ Ionam filium Amithai prophetæ, qui fuit de 31 Gath-hepher. Siquidem Dominus 32 viderat afflictionem Iſraelitarum valde 33 acerbam, 34 & quod peſſum iſſent recluſi & derelicti, quodq; nemo eſſet qui auxiliũ ferret Iſraeli. Nec 35 loquutus erat Dñs quod vellet delere nomẽ Iſraelis ſub cælo 36 ideo ſeruauit eos p manũ Ieroboã filij Ioas. Porro reliqua geſtorũ Ieroboã, & omnia quæ fecit, atq; fortitudo eius qua belligeratus eſt, deinde qualiter reſtituerit Iudæ & 37 Iſraeli Damaſcum & Hemath, annõ hæc ſcripta ſunt in libro annaliũ regũ Iſraelis? Dormiuitq; Ieroboam cum patribus ſuis, cum regibus Iſraelis, regnauitq; Zacharias filius eius pro eo.*

1 IN anno ſecundo Ioas filij Ioachaz regis Iſrael regna-
2 uit Amaſias filius Ioas regis Iuda. ♀ Vigintiquin-
que annorum erat cum regnare cœpiſſet: viginti autẽ
& nouem annis regnauit in Ieruſalem. nomẽ * matris eius
3 Ioadan, de Ieruſalem. ♀ Et fecit rectum coram Dño, ve
runtamen non vt Dauid pater eius. iuxta omnia quæ fecit
4 Ioas pater ſuus fecit: ♀ Niſi hoc tantum quòd excelſa nõ
abſtulit: adhuc enim populus ° adolebat & immolabat in-
5 cenſum in excelſis. ♀ Cùmq; obtinuiſſet regnum, per-
cuſſit ſeruos ſuos qui interfecerant regem patrem ſuum:
6 ♀ filios aũt eorum qui occiderant, nõ occidit, iuxta quod
ſcriptũ eſt in libro legis Moyſi, ſicut præcepit Dominus,
dicens, Non morientur patres pro filijs, neq; filij * pro pa
7 tribus: ſed vnuſquiſq; in peccato ſuo morietur. ♀ Ipſe per
cuſſit Edom in Valle-ſalinarum, decem millia, & appre-
hendit Petram in prælio, vocauitque nomen eius ° Iezc-
8 chel, vſque in præſentem diem. ♀ Tunc miſit Amaſias
nuntios ad Ioas filiũ Ioachaz, filij Iehu regis Iſrael, dicẽs,
9 Veni, & videamus nos. ♀ Remiſitque Ioas rex Iſrael ad
Amaſiam regem Iuda, dicens, Carduus Libani miſit ad
cedrum, quæ eſt in Libano, dicens, Da filiam tuam filio
meo vxorem. tranſieruntque beſtiæ ſaltus, quæ ſunt in Li
10 bano, & conculcauerunt carduum. ♀ Percutiens inualui-
ſti ſuper Edõ, & ſubleuauit te cor tuũ: cõtẽtus eſto gloria,
& ſede in domo tua: quare prouocas malũ, vt cadas tu & Iu
11 das tecũ? ♀ Et nõ acquieuit Amaſias: aſcẽditq; Ioas rex Iſ
rael, & viderũt ſe, ipſe & Amaſias rex Iuda in Beth-ſames
12 oppido Iudę. ♀ Percuſſuſq; eſt Iuda corá Iſrael, & fugerũt
13 vnuſquiſq; in tabernacula ſua. ♀ Amaſiam verò regẽ Iuda

Amaſias rex Iuda interficit occiſores patris ſui. 1. para. 25. a.
* autem
° immolabat & adolebat
B
Deut. 24. c. Ezech. 18. c.
* morientur
Amaſias percutit Edõ
° Iectehel,
Capitur à Ioas rege Iſrael.
C
D



filium Ioas filij Ochoziæ, cepit Ioas rex Iſrael in Beth-ſa
mes, & adduxit eum in Ieruſalẽ: & interrupit murũ Ieruſa
lem, à porta Ephraim vſque ad portam anguli, quadrin-
gentis cubitis. ♀ Tulitque omne aurum & argentum, 14
& vniuerſa vaſa quæ inuenta ſunt in domo Domini,
& in theſauris regis, & obſides, & reuerſus eſt in Samariã.
♀ Reliqua autem verborũ Ioas quæ fecit, & fortitudo eius 15
qua pugnauit contra Amaſiam regem Iuda, nonne hæc
ſcripta ſunt in Libro ſermonum dierũ regũ Iſrael? ♀ Dor- 16
miuitque Ioas cũ patribus ſuis, & ſepultus eſt in Samaria
cum regibus Iſrael: & regnauit Ieroboã filius eius pro eo.
♀ Vixit autem Amaſias, filius Ioas, rex Iuda, poſtquã mor 17
tuus eſt Ioas filius Ioachaz regis Iſrael ° vigintiquinq; an-
nis. ♀ Reliqua autem ſermonum Amaſiæ, nonne hæc ſcri- 18
pta ſunt in Libro ſermonum dierum regum Iuda? ♀ Fa- 19
ctaque eſt contra eum coniuratio in Ieruſalem: at ille fu-
git in Lachis. Miſeruntque poſt eum in Lachis, & interfe-
cerunt eum ibi. ♀ Et aſportauerunt in equis, ſepultuſq; eſt 20
in Ieruſalem cum patribus ſuis in Ciuitate-Dauid. ♀ Tulit 21
autem vniuerſus populus Iudæ Azariam annos natum ſe-
decim, & conſtituerũt eum regem pro patre eius Amaſia.
♀ Ipſe ædificauit ° Ailam, & reſtituit eam Iudæ, poſtquam 22
dormiuit rex cũ patrib⁹ ſuis. ♀ Anno quintodecimo Ama- 23
ſiæ filij Ioas regis Iuda, regnauit Ieroboam filius Ioas re
gis Iſrael in Samaria, quadraginta & vno anno: ♀ & fecit 24
quod malum eſt corã Domino. Non receſſit ab omnibus
peccatis Ieroboam filij Nabat, qui peccare fecit Iſrael.
♀ Ipſe reſtituit terminos Iſrael ab introitu Emath, vſq; ad 25
Mare-ſolitudinis, iuxta ſermonẽ Domini Dei Iſrael, quẽ
locutus eſt per ſeruum ſuum Ionã filium Amathi ° prophe
tam qui erat de Geth quæ eſt in ° Opher. ♀ Vidit enim 26
Dominus afflictionem Iſrael amaram nimis, & quod cõ-
ſumpti eſſent vſq; ad clauſos ° carceris & extremos, & nõ
eſſet qui auxiliaretur Iſraeli. ♀ Nec locutus eſt Domi- 27
nus vt deleret nomen Iſrael de ſub cælo, ſed ſalua-
uit eos in manu Ieroboam filij Ioas. ♀ Reliqua autẽ ſer- 28
monum Ieroboam, & vniuerſa quæ fecit, & fortitudo eius
qua præliatus eſt, & quomodo reſtituit Damaſcum, &
Emath Iudæ in Iſrael: nonne hæc ſcripta ſunt in Libro
ſermonum dierum regum Iſrael? ♀ Dormiuitque Iero- 29
boam cum patribus ſuis regibus Iſrael, & regnauit Za-
charias filius eius pro eo.

Diripitur à Ioa templum Domini.
Ioas moritur. E Succedit Ieroboam filius eius
° quindecim
Occiditur Amaſias.
Azarias filius eius conſtituitur rex. 2. para. 26. a. F
° Elath,
Per Ieroboã liberat Deus Iſraelem ab afflictionibus.
° prophetæ
G
° Hepher.
° carcere
Zacharias ſuccedit Ieroboam patri ſuo.
° Zacharias.

## SCHOLIA IN CAP. XIIII.

1 regnare cœpit. 2 id eſt, Ieroſolymitana. 3 id eſt fecit quæ recta erant probante etiam Domino. 4 quaſi dicat, non tamen peruenit ad bonitatem Dauidis aui ſui. 5 vel, non erant ſublata. 7 cepit, ſubaudi, vi bellica. 8 vel, rupem. aut, arcem in vertice cuiuſdam rupis ſitam. 9 ſic appellauit arcem ab eo qui eam expugnauit. 10 parta ſcilicet victoria illa celebri. 11 Hebraiſmus, videamus nos facie. Chaldæus paraphraſtes, veni, & ſtatuto die confligamus, quaſi dicat, Tui diripuerunt vrbes meas, veni igitur confligamus inter nos. Aiunt Amaſiam quum milites Iſrael conduxiſſet, illos adhortante propheta miſſos feciſſe: quare milites indignati, diripuerunt vrbes. ob id motus Amaſias hęc ſcripſit iniuria laceſſitus. 12 Hebraica litera ה, præpoſita voci חוח quę ſignificat carduum, hoc loco non interrogat, nec amplificat rem, ſed diminuit, quaſi dicat, carduus abiectiſſimus omnium qui naſcuntur in Libano. Parabola eſt qua ſe rex Iſrael confert cedro, regem Iuda carduo, beſtias militibus, quaſi dicat, Etiam ſi miſiſſes legationẽ pacis cauſa, non excepiſſem honorifice tuos: nam es abiectiſſimus. 13 Hebraice præponitur voci cedri, ה quod amplificat, quaſi dicat, ad cedrum excellentiſſimam omnium cedrorum. 14 aut, verſatur. 15 quaſi dicat, non es dignus qui à me in amicitiam recipiaris: quomodo ergo me audes ad bellum prouocare? 16 ſubaudi, propter victoriam de Idumæis. per me licebit vt glorieris quantum libebit, modo te domi contineas. 17 Hebraiſmus, ſed quare te immiſcebis in malo, vt cadas, &c. id eſt, quare te conijcere cupis in miſeriã vltro, & in periculum? 18 Hebraiſmus, præbuerunt ſe viſendos facie ad faciem, id eſt, deſcenderunt in certamen ſtatuta die. 19 id eſt, quæ ad tribum Iuda pertinet. Hoc adijcit vt intelligamus regem Iſrael veniſſe obuiam vſque ad regnum alterius. 20 id eſt, per quam intrabant Ephraimitæ. 21 anguli illius, ſubaudi noti. 22 id eſt, filios nobilium qui erant dati obſides regi Iuda. ita Chaldæus paraphraſtes. 23 id eſt, egregia eius facta. 24 facta ſcilicet coniuratione. 25 Qui hic Hazaria dicitur, in Paralip. vocatur Huziah. itaq; hic duo nomina habuit confinia, Conſiliũ Domini, & auxiliũ Dei. 26 .i. Elanon, à qua dicitur Sinus Elanicus. Dauid totã Idumæã tributariã reddiderat, quę tamẽ defecit poſtea à regibus Iuda. 27 Hic quanquã fuerit impius, tamẽ Deo iuuante, liberauit Iſraelem: vnde miſericordia Dei colligitur. 28 .i. totã eã patriã quæ eſt à lacu Aſphaltite, vſq; ad fines Syriæ. 29 .i. ad lacum Aſphaltiten. Hamath eſt in finibus Syriæ, non procul à Damaſco: hæc occupauerant reges Syriæ. 30 vel, fuerat. Hæc prophetia nõ legitur apud Ionã, quod quęcunq; ille prædixit, literis mãdata nõ fuerunt. 31 Hepher addidit ad differentiam Gath quæ eſt in Palæſthina. 32 ſub oculo miſericordię. 33 mutabilẽ .i. quę ſubinde grauior euadebat. Chald. paraph. fortẽ .i. grauẽ. 34 Hebraiſmus, (& nõ erat clauſus, neq; derelictus, neq; erat qui ferret opem Iſraeli.) quaſi dicat, nullus erat qui etiã in loco munitiſſimo, eſſet tutus: neq; pauper aliquis derelictus, cui etiam parcere ſolent milites, &c. 35 id eſt, ſtatuerat. 36 vel, ſed. 37 in Iſraele. Iſrael hoc loco etiam tribum Iuda complectitur. Ieroboam rex Iſrael reſtituit Damaſcum & Hemath tribui Iuda, ita vt eſſent ditionis Iſrael, id eſt, Iudæ, vt antea fuerant.

Manahẽ.
Phacia.
Phacee.
Oſee.

CAP. XV.

*ANno viceſimoſeptimo Ieroboam regis Iſraelis 1 regno inauguratus eſt Aſarias filius Amaſiæ regis Iehuda. Sedecim annos natus erat quum regnum capeſſeret, regnauitque in Ieruſalem quinquaginta duobus annis: nomen matris eius Iecholeia 2 de Ieruſalem. Hic fecit quod rectum erat in oculis Domini, iuxta omnia quæ fecerat Amaſias pater eius. Veruntamen excelſa 3 non recedebant, quin adhuc populus ſacrificaret & adoleret in excelſis. Dominus autem afflixit regem lepra, fuitque leproſus vſque ad diem obitus ſui, habitans in domo 4 libera: cæterum Iothan filius regis præfectus erat 5 prætorio, iuſque dicebat populo terræ. Reliquum geſtorum Aſariæ, & omnia quæ fecit, annon hæc ſcripta ſunt in libro annalium regum Iehuda? Dormiuit itaque Aſarias 6 cum patribus ſuis, ſepelieruntque eum ad patres ſuos in ciuitate Dauidis, regnauitque Iothan filius eius pro eo. Anno triceſimooctauo Aſariæ regis Iehuda, regnauit Zacharias filius Ieroboam ſuper Iſraelem in Samaria ſex menſibus. Et deſignauit malum in oculis Domini, ſicut fecerant patres eius: non receſsit à peccatis Ieroboam filij Nebat, 7 qui occaſio ſcelerate agendi fuit Iſraelitis. Contra hunc coniurauit Sallum filius Iabes, & percutiens eum 8 præſente populo interfecit eum, regnumque loco eius occupauit. Reliquum geſtorum Zachariæ, 9 en hæc ſcripta ſunt in libro annalium regum Iſraelis. Et 10 hoc eſt verbum Domini quod loquutus erat ad Iehu, dicens, Sedebunt tibi filij in ſolio 11 in quartam vſque generationem. & ita factum eſt. Porrò Sallum filius Iabes regnum occupauit anno triceſimonono Aſariæ regis Iehuda, & regnauit 12 menſem dierum in Samaria. Aſcendens verò Menahem filius Gadi de Thirza, venit Samariam, & percuſsit Sallum filium Iabes in Samaria, & interfecit eum, occupauitque regnum pro eo. Reliquum geſtorum Sallum, & coniuratio eius qua coniurauit, ecce hæc ſcripta ſunt in libro annalium regum Iſraelis. Tunc percuſsit Menahem 13 Thipſa, & omnes qui erant in ea, etiam limites eius 14 à Thirza: percuſsit autem eam, eo quòd non 15 aperiebant [ei,] & omnes grauidas eius diſſecuit. Anno triceſimonono Aſariæ regis Iehuda regnauit Menahem filius Gadi ſuper Iſraelem, decem annis 16 in Samaria. Et fecit malum in oculis Domini: non receſsit à peccatis Ieroboam filij Nebat, (qui peccandi occaſio fuit Iſraelitis,) cunctis diebus ſuis. Venit autem Phul rex Aſſur 17 in terram, & dedit Menahem ipſi Phul argenti Mille talenta, 18 vt ei ſuppetias ferret, 19 vt confirmaret regnum in manu eius. 20 Emulgebat autem Menahem hoc argentum ex Iſraele, 21 ex omnibus opulentis, ex ſingulis capitibus quinquaginta ſiclos argenti, quod daret regi Aſſyrio: reuerſuſque eſt rex Aſſyrius, nec manſit illic 22 in terra. Reliquum geſtorum Menahem, & quæcunque fecit, annon hæc ſcripta ſunt in libro annalium regum Iſraelis? Dormiuit itaq; Menahem cum patribus ſuis, & ſucceſsit in regno Pecahia filius eius. Anno quinquageſimo Aſariæ regis Iehuda, regnauit Pecahia filius Menahem ſuper Iſraelem in Samaria duobus annis. Et deſignauit malum coram oculis Domini, non receſsit à peccatis Ieroboam filij Nebat, qui peccandi occaſio fuit Iſraelitis. Coniurauit autem aduerſus eum Pæca filius Romeliæ, qui erat 23 triarius princeps eius, is percuſsit eum in Samaria in 24 palatio ædis regiæ 25 cum Argob & Aria, & cum eo erant quinquaginta viri ex filijs Gileaditarum, 26 & interfecit eum, regnauitque pro eo. Reliqua geſtorum Pecahiæ, & omnia quæ fecit, ecce hæc ſcripta ſunt in libro annalium regum Iſrael. Anno quinquageſimoſecundo Aſariæ regis Iehuda regnauit Pæca filius Romeliæ ſuper Iſraelem in Samaria viginti annis, Et deſignauit malum in oculis Domini: non receſsit à peccatis Ieroboam, qui Iſraelitis occaſio peccandi fuerat. In diebus Pæca*

CAP. XV.

1 ANno viceſimoſeptimo Ieroboam regis Iſrael re-
2 gnauit Azarias filiꝰ Amaſiæ regis Iuda. ⚲ Sede-
cim annorũ erat, cũ regnare cœpiſſet, & quinqua
ginta duobus annis regnauit in Ieruſalem: nomen matris
3 eius Iechelia, de Ieruſalẽ. ⚲ Fecitque quod erat placitũ co-
ram Domino, iuxta omnia quæ fecit Amaſias pater eius.
4 ⚲ Veruntamen excelſa non eſt demolitus: adhuc populus
5 ſacrificabat, & adolebat incenſum in excelſis. ⚲ Percuſsit
autem Dominus regem, & fuit leproſus vſque in diẽ mor-
tis ſuę, & habitabat in domo libera ſeorſum: Ioathã verò
filius regis gubernabat palatiũ, & iudicabat populũ terræ.
6 ⚲ Reliqua autẽ ſermonum Azariæ, & vniuerſa quæ fecit,
nonne hęc ſcripta ſunt in Libro verborum dierum regum
7 Iuda? ⚲ Et dormiuit Azarias cum patribus ſuis: ſepe-
lieruntque eum cum maioribus ſuis in Ciuitate-Dauid,
8 & regnauit Ioatham filius eius pro eo. ⚲ Anno triceſimo-
octauo Azariæ regis Iudæ, regnauit Zacharias filius Ie-
9 roboam ſuper Iſrael in Samaria, ſex menſibus. ⚲ Et
fecit quod malum eſt coram Domino, ſicut fecerant pa-
tres eius: non receſsit à peccatis Ieroboam filij Nabat, qui
10 peccare fecit Iſrael. ⚲ Coniurauit autẽ cõtra eũ Sellum
filius Iabes: percuſsitq; eũ palàm, & interfecit, regnauit-
11 que pro eo. ⚲ Reliqua autem verborũ Zacharię, nonne
hęc ſcripta ſunt in Libro ſermonũ dierum regum Iſrael?
12 ⚲ Iſte eſt ſermo Dñi quẽ locutus eſt ad Iehu, dicens, Filij
tui vſque quartam generationẽ ſedebunt de te ſuper thro-
13 num Iſrael. factumq; eſt ita. ⚲ Sellum filius Iabes regna-
uit triceſimonono anno Azariæ regis Iudæ: regnauit au-
14 tem vno menſe in Samaria. ⚲ Et aſcendit Manahem filius
Gadi de Therſa: venitq; in Samariã, & percuſsit Sellum
filium Iabes in Samaria, & interfecit eum, regnauitq; pro
15 eo. ⚲ Reliqua autem verborum Sellum, & cõiuratio eius
per quam tetendit inſidias: nonne hęc ſcripta ſunt in Li-
16 bro ſermonũ dierũ regũ Iſrael? ⚲ Tunc percuſsit Mana-
hẽ Thapſam, & omnes qui erãt in ea, & terminos eius de
Therſa: noluerãt enim aperire ei: & interfecit omnes prę-
17 gnantes eius, & ſciditeas. ⚲ Anno triceſimonono Azarię
regis Iudæ regnauit Manahem filius Gadi, ſuper Iſrael
18 decem annis in Samaria. ⚲ Fecitque quod erat malũ co-
rã Domino: non receſsit à peccatis Ieroboam filij Nabat,
19 qui peccare fecit Iſrael cunctis diebus eius. ⚲ Veniebat
Phul rex Aſsyorum in ⁰Therſam, & dabat Manahẽ Phul
mille talẽta argenti, vt eſſet ei in auxilium, & firmaret
20 regnum eius. ⚲ Indixitque Manahem argentum ſuper Iſ-
rael cunctis potentibus & diuitibus, vt daret regi Aſſyrio-
rũ, quinquaginta ſiclos argenti per ſingulos: reuerſuſque
21 eſt rex Aſſyriorũ, & non eſt moratus in ⁰Therſa. ⚲ Re-
liqua autem ſermonum Manahem, & vniuerſa quæ fecit,
nonne hæc ſcripta ſunt in Libro ſermonum dierum regũ
22 Iſrael? ⚲ Et dormiuit Manahem cum patribus ſuis: re-
23 gnauitq; Phaceia filius eius pro eo. ⚲ Anno quinquage-
ſimo Azarię regis Iudę regnauit Phaceia filius Manahem
24 ſuper Iſrael in Samaria, biennio: ⚲ & fecit quod erat ma-
lum corã Domino: non receſsit à peccatis Ieroboam filij
25 Nabat, qui peccare fecit Iſrael. ⚲ Coniurauit autẽ aduer-
ſus eum Phacee filius Romeliæ, dux eius, & percuſsit eũ
in Samaria in turre domus regiæ iuxta Argob, & iuxta
⁰Ariph: & cum eo quinquaginta viros de filijs Galaadi-
26 tarum, & interfecit eum, regnauitque pro eo. ⚲ Reli-
qua autem ſermonum Phaceia, & vniuerſa que fecit, non-
ne hæc ſcripta ſunt in Libro ſermonum dierum regum Iſ-
27 rael? ⚲ Anno quinquageſimoſecundo Azariæ regis
Iudæ, regnauit Phacee filius Romeliæ ſuper Iſrael
28 in Samaria, viginti annis. ⚲ Et fecit quod erat
malum coram Domino: non receſsit à peccatis Ieroboam
29 filij Nabat, qui peccare fecit Iſrael. ⚲ In diebus Phacee
regis

Azarias rex Iuda, leproſus.

2. Para. 26. d.

B Moritur Azarias, pro quo regnat Ioatham.

Zacharias occiditur à Sellum.

C Promiſsio facta Iehu, impleta. ſup. 10. f.

Sellum regnat p̃ Zacharia.

Sellum interficitur à Manahẽ

Thapſa ciuitas percutitur.

Prægnãtes occiſæ. D

Manahem rex Iſrael.

⁰ terram.

⁰ terra.

E Mortuo Manahem ſuccedit Phaceia.

Phaceia interficitur à Phacee

⁰ Arieh

F Phacee rex Iſrael.



regis Iſrael venit Theglath-phalaſar rex Aſſur, & cepit
Aion, & Abel domũ-maacha, & Ianoe, & Cedes, & Aſor,
& Galaad, & Galilæam, & vniuerſam terram Nephthali:
& tranſtulit eos in Aſsyrios. ⚲ Coniurauit autẽ, & tetẽdit 30
inſidias Oſee filius Ela contra Phacee filium Romelię, &
percuſsit eum, & interfecit: regnauitq; pro eo viceſimo
anno Ioathã filij Ozię. ⚲ Reliqua autẽ ſermonũ Phacee, & 31
vniuerſa quę fecit, nonne hęc ſcripta ſunt in Libro ſermo-
num dierũ regũ Iſrael? ⚲ Anno ſecũdo Phacee filij Rome 32
liæ regis Iſrael, regnauit Ioatham filius Oziæ regis Iuda.
⚲ Vigintiquinque annorũ erat cum regnare cœpiſſet, & 33
ſedecim annis regnauit in Ieruſalem: nomen matris eius,
Ieruſa filia Sadoc. ⚲ Fecitq; quod erat placitũ corã Domi- 34
no: iuxta omnia quę ⁰fecit Ozias pater ſuus, operatꝰ eſt.
⚲ Verũtamẽ excelſa non abſtulit: adhuc populꝰ immola- 35
bat, & adolebat incenſum in excelſis: ipſe ædificauit portã
domus Domini ſublimiſsimã. ⚲ Reliqua autem ſermonum 36
Ioatham, & vniuerſa quæ fecit, nonne hæc ſcripta ſunt in
Libro verborum dierum regum Iuda? ⚲ (In diebus illis 37
cœpit Dominus mittere in Iudam Raſin regem Syriæ, &
Phacee filium Romeliæ.) ⚲ Et dormiuit Ioatham cum 38
patribus ſuis, ſepultuſque eſt cum eis in Ciuitate-dauid
patris ſui, & regnauit Achaz filius eius pro eo.

Phacee interficitur ab Oſee.

Ioatham rex Iuda. 2 paralipo. 27. a. G

⁰ fecerat

Mortuo Ioathã ſuccedit Achaz.

*regis Iſrael venit Tiglat-pileſer rex Aſſyriorum, & cepit Iiõ, Abel, Beth-maacha, Ianoah, Kædes, Hazor, Gilead, & Galilam, atque vniuerſam terram Naphtali, & trãſtulit eos in Aſſyrios. Et fecit coniurationem Hoſea filius Ela aduerſus Pæca filium Romeliæ, & percutiens eum, interfecit eum, regnauitque ipſe pro eo, anno videlicet viceſimo Iotham filij Vſiæ. Reliquum geſtorum Pæca, & omnia quæ fecit, ecce hæc ſcripta ſunt in libro annalium regum Iſraelis. Anno ſecundo Pæca filij Romeliæ regis Iſrael regnare cœpit Iotham filius Vſiæ regis Iehuda. Vigintiquinque annos fuit natus quum cœpiſſet regnare, & regnauit ſedecem annis Ieroſolymis: nomen matris eius fuit Ieruſa filia Zadoc. Is fecit quod rectum erat in oculis Domini, iuxta omnia quæ fecerat Vſias pater eius, ipſe quoque fecit: Veruntamen excelſa non 27 receſſerant, quin populus adhuc in excelſis 28 ſacrificaret & adoleret. is quoque ædificauit 29 portam domus Domini ſuperiorem. Reliquum geſtorum Iotham, & omnia quæ fecit, annon hæc ſcripta ſunt in libro annaliũ regum Iehuda? (30 Sub idem tempus cœpit Dominus mittere in Iehudam Rezin regem Syriæ, atq; Pæca filiũ Romeliæ.) 31 Dormiuit verò Iotham cum patribus ſuis, & ſepultus eſt iuxta patres ſuos in ciuitate Dauidis patris ſui, regnauitque pro eo filius eius Ahas.*

## SCHOLIA IN CAP. XV.

1 Regnare cœpit. 2 id eſt, Ieroſolymitana. 3 vel, non fuerunt ſublata. 4 liberæ, ſubaudi, habitationis, id eſt, in domo aliqua ſeparata à commercio hominum. 5 vel, palatio. 6 id eſt, quemadmodum & patres eius mortui ſunt. 7 id eſt, qui propoſuit Iſraelitis adorandos vitulos. 8 id eſt, palam, ſiue publice. 9 Hebræi HINNE aduerbio demonſtrandi vtuntur loco affirmandi. 10 quaſi dicat, hæc ita euenerunt, quia ita cap. 10. Dominus per prophetam prædixerat. 11 Hebraiſmus, quarta ni, id eſt, quartæ generationis filij. 12 id eſt, menſem conſtantem ſuis omnibus diebus, hoc eſt integrum menſem, 13 Hæc vrbs non procul diſtabat à Thirſa. 14 nam ager eius vrbis pertinebat vſque ad Thirſa. 15 aperuerat, ſubaudi, portas propoſitis legibus pacis, ſolicitata prius ad pacem. 16 ſubaudi, regnauit. 17 ſubaudi, ſanctam. 18 Hebraiſmus, vt eſſent manus eius cum eo. 19 quaſi dicat, redemit ſuum regnum pecunia, vt tali munere, retinere poſſet ſuum regnum illius fauore. 20 Hebraiſmus, Exire fecit, id eſt, Indixit, aut Exegit eam pecuniam ab Iſraele, & eam imperauit. 21 ab omnibus ſubſtantia potentibus, à ſingulis, &c. 22 id eſt, in ea regione. 23 Vox Hebræa ſignificat eum qui eſt à rege tertiæ dignitatis, accipitur & pro nobili duce. 24 vel, arce, id eſt, in parte munitiſsima totius domus in qua habitabat rex. 25 quaſi dicat, fretus auxilio Argob & Ariæ, quos habuit ſocios coniurationis. 26 vel, cumque interfeciſſet eum, regnauit. 27 id eſt, in eo tantum peccauit quod eo regnante ſacrificabatur in altaribus ſuper quæ nolebat Dominus ſibi ſacrificari. 28 ſacrificabat & adolebat. 29 Intelligendum eſt, de portis atrij, non templi Salomonis: verum quum hæc eſſent contigua, dicuntur templum, quum fit mentio de portis domus Do. Etiam vbi in Actis fit mentio portæ ſpecioſę, non eſt intelligendum de templo, ſed de atrio illo in quo populus orabat, quæ dicitur templi: nam omnia illa, atrium, deuir, & hecal, dicuntur templum. 30 nempe ſub mortem Iotham. vel, Eo mortuo, &c. Parentheſis eſt. Aliquando enim verſus qui poſtponi debet, pręponitur in Sacris libris. 31 Dormierat enim, id eſt, Iam mortuus erat.

CAP. XVI.

ANno decimoſeptimo Phacee filij Romeliæ, re- 1
gnauit Achaz filius Ioathã regis Iuda. ⚲ Viginti 2
annorum erat Achaz cũ regnare cœpiſſet, & ſe-
decim annis regnauit in Ieruſalẽ: non fecit quod erat pla-
citum in cõſpectu Domini Dei ſui, ſicut Dauid pater eius.
⚲ Sed ambulauit in via regum Iſrael: inſuper & filium ſuũ 3
conſecrauit, transferens per ignem ſecundum idôla Gen-
tium, quæ diſsipauit Dominus coram filijs Iſrael. ⚲ Im- 4
molabat quoq; victimas, & adolebat incenſum in excel-
ſis, & in collibus, & ſub omni ligno frondoſo. ⚲ Tũc aſ- 5
cendit Raſin rex Syriæ, & Phacee filius Romeliæ rex Iſ-
rael ⁰ad præliandum in Ieruſalem: cumque obſiderent
Achaz, non valuerunt ſuperare eum. ⚲ In tẽpore illo re- 6
ſtituit Raſin rex Syriæ Ailam Syriæ, & eiecit Iudæos de
Aila: & Idumæi & Syri venerunt in Ailam, & habitaue-
runt ibi vſque in diem hanc. ⚲ Miſit autem Achaz nun- 7
tios ad Theglath-phalaſar regem Aſsyriorum, dicens,
Seruus tuus, & filius tuus ego ſum: aſcende, & ſaluum me
fac de manu regis Syriæ, & de manu regis Iſrael, qui con-
ſurrexerunt aduerſum me. ⚲ Et cum collegiſſet * argen- 8
tum & aurum quod inueniri potuit in domo Domini, &
in theſauris regis, miſit regi Aſsyriorum munera. ⚲ Qui 9
& acquieuit voluntati eius: aſcendit enim rex Aſſyriorum

Achaz idololatra conſecrat filium in igne. 2. paralip. 28. a.

Ieruſalem obſidetur à Raſin & Phacee. Eſa. 7. a.

⁰ in Ieruſalẽ ad pręliandũ: B

Achaz petit auxilium à rege Aſſyriorum.

* Achaz

*ANno decimoſeptimo Pæca filij Romeliæ 1 regno inauguratus eſt Ahas filius Iotham regis Iehuda. Viginti annos fuit natus Ahas quum regnare cœpiſſet, & regnauit ſedecim annis in Ieruſalẽ, & nihil fecit quod rectum eſſet in oculis Domini Dei ſui, quemadmodum [rectũ fecerat] Dauid 2 pater eius, Sed ambulauit in via regũ Iſraelis: 3 quin & filium ſuum traduxit per ignẽ iuxta abominationes Gentium, quas excidit Dñs 4 ante filios Iſrael. Sacrificauit præterea & adoleuit in excelſis & ſuper colles, & ſub omni arbore 5 frondoſa. 6 Tunc aſcendit Rezin rex Syriæ, & Pæca filius Romeliæ rex Iſrael Ieroſolyma, vt bellum gererent & obſiderent Ahas, ſed non potuerunt eum expugnare. Eodem tempore recuperauit Rezin rex Syriæ 7 Elath ipſis Aſſyrijs, & expulit Iudæos ex Elath: quin Syri venientes in 8 Eloth, habitauerunt illic vſque ad hæc tempora. Tum Ahas legatos miſit ad Tiglat-pileſer regem Aſſyriorum hiſce mandatis, 9 Seruus tuus & filius tuus ego ſum, aſcende & aſſere me de manu regis Syriæ, & de manu regis Iſraelis, qui 10 inſurgunt contra me. Tollenſque Ahas argentum & aurum quod inueniebatur in æde Domini, & in theſauris domus regiæ, miſit regi Aſſyriæ 11 munus. obſequutus eſt ergo ei rex Aſſyrius, & aſcendit rex Aſſyrius*

contra

contra Damaſcum: & quum eam cepiſſet, tranſtulit eam 12 in Kir, 13 & interfecit ipſum Rezin. Profectus eſt autem rex Ahas obuiam ipſi Tiglat-pileſer regi Aſſyrio in Damaſcum. illic 14 viſa ara quæ erat in Damaſco, miſit rex Ahas ad Vriam 15 ſacerdotem ſimilitudinem & 16 deformationem illius aræ 17 iuxta omnem fabrefactionem eius. Vrias autem ſacerdos extruxit aram iuxta omnia quæ miſerat rex Ahas ex Damaſco: ſic inquam fecit Vrias ſacerdos, 18 donec veniret rex Ahas ex Damaſco. Veniens itaque rex de Damaſco, vidit aram, & acceſsit rex ad eam, ſacrificauitque in ea. Incendit 19 holocauſtum ſuum, & 20 cibarium ſacrificium ſuum, fudit libamen ſuum, ſparſitque ſanguinem 21 gratulatoriorũ ſacrificiorum ſuorum, 22 iuxta aram. 23 Altare quoque æneum quod 24 coram Domino erat, 25 admouit extra faciem ædis inter 26 altare & inter templum Domini, poſuitque illud ad latus aræ 27 verſus Aquilonem. Et præcipiens rex Ahas ipſi Vriæ 28 ſacerdoti, dixit, In ara 29 magna incende holocauſtum matutinum, & cibarium ſacrificium veſpertinum, holocauſtum quoque regis, & 30 cibarium eius ſacrificium, vna cum 31 holocauſto totius populi 32 terræ, & cum 33 cibario eorum ſacrificio, & cum libaminibus eorum, & omnem ſanguinem holocauſti, atque omnem ſanguinem hoſtiæ ſparges iuxta aram illam: 34 de altari vero æneo ego curabo. Fecit autem Vrias ſacerdos iuxta omnia quæ præceperat ei rex Ahas. Reſecuit etiam rex Ahas 35 abacos machinarum, & amouit ab eis labra, deinde depoſuit 36 lacum à bobus æneis qui erant ſubter ipſum, 37 poſuitque ipſum ſuper pauimentum lapideum. 38 Pulpitum quoque ſabbati, quod 39 ædificauerant 40 in æde, & 41 tranſitum regis 42 exteriorem 43 conuertit ad domum Domini 44 in gratiam regis Aſſyrij. Reliquum geſtorum Ahas quæ fecit, annon hæc ſcripta ſunt in libro annalium regũ Iehudæ? Dormiuitque rex Ahas cum patribus ſuis, & ſepultus eſt iuxta patres ſuos in ciuitate Dauidis, 45 regnoque inauguratus eſt Ezechias filius eius pro eo.

in Damaſcum, & vaſtauit eam: & tranſtulit habi- *Damaſcus vaſtatur.*
10 tatores eius Cyrenen, Raſin autem interfecit. ♀ Per- *Raſin interficitur.*
rexitque rex Achaz in occurſum Theglath-phalaſar
regi Aſſyriorum in Damaſcum. cumque vidiſſet alta-
re Damaſci, miſit rex Achaz ad Vriam ſacerdotem
exemplar eius, & ſimilitudinem iuxta omne opus
11 eius. ♀ Extruxitque Vrias ſacerdos altare: iuxta C
omnia quæ præceperat rex Achaz, de Damaſco, ita fe- *Achaz in gratiã regis Aſſyriorũ, ablato Dei cultu dijs Syriæ ſacrificabat.*
cit ſacerdos Vrias, donec veniret rex Achaz de Damaſ-
12 co. ♀ Cumque veniſſet rex de Damaſco, vidit altare,
& veneratus eſt illud: aſcenditque, & immolauit holo-
13 cauſta, & ſacrificium ſuum, ♀ & libauit libamina, & fu-
dit ſanguinem pacificorum quæ obtulerat ſuper altare.
14 ♀ Porrò altare æreum, quod erat coram Domino, tran-
ſtulit de facie templi, & de loco altaris, & de loco tem-
pli Domini: poſuitque illud ex latere altaris ad Aquilo-
15 nem. ♀ Præcepit quoque rex Achaz Vriæ ſacerdoti, di-
cens, Super altare maius offer holocauſtum matutinum,
& ſacrificium veſpertinum, & holocauſtum regis, & ſa-
crificium eius, & holocauſtũ vniuerſi populi terræ, & ſa- D
crificia eorum, & libamina eorum: & omnem ſanguinem
holocauſti, & vniuerſum ſanguinem victimæ ſuper illud
effundes: altare verò æreum erit paratum ad voluntatem
16 meam. ♀ Fecit igitur Vrias ſacerdos iuxta omnia quæ
17 præceperat rex Achaz. ♀ Tulit autem rex Achaz cæ-
latas baſes, & luterem, qui erat deſuper: & mare de-
poſuit de bobus æreis, qui ſuſtentabant illud, & poſuit
18 ſuper pauimentum ſtratum lapide. ♀ Muſach quoque
ſabbathi, quod ædificauerat in templo: & ingreſſum
regis exterius, conuertit in templum Domini pro-
19 pter regem Aſſyriorum. ♀ Reliqua autem verbo-
rum Achaz ˜ & omnia quæ fecit, nonne hæc ſcri- *Mortuo Achaz, regnat Ezechias.*
20 pta ſunt in Libro ſermonum dierum regum Iuda? ♀ Dor
miuitque Achaz cum patribus ſuis, & ſepultus eſt cum
eis in Ciuitate-Dauid, & regnauit Ezechias filius eius
pro eo.

## SCHOLIA IN CAP. XVI.

1 Regnare cœpit. 2 id eſt, auus. 3 quaſi dicat, ita vt etiam proprium filium ſacrificarit idolis, cremando eum in honorem idoli Moloch. Alij, tranſire fecit per ignem, id eſt, luſtrauit igne, per medios ignes, per medium duorum ignium ſcilicet. In Paralip. legitur filios ſuos, id eſt, vnum ex filijs ſuis. 4 vel, propter, &c. id eſt, vt earum regionem illis daret. 5 vel, viridi. 6 Regnante ſcilicet Achaz, & colente idola. Hoc referetur ad ſuperiora. 7 Hæc vrbs erat in Idumæa, ſubiecta regi Syriæ. Hinc ait Elath reſtitutam Syriæ. 8 Duo nomina eiuſdem vrbis, Elath & Eloth. 9 quaſi dicat, Habeo te pro patre. Cauſa cur relicta fuerit obſidio Ieruſalem. 10 id eſt, aduerſantur mihi, quaſi dicat, hoſtium meorum. 11 vel, pro munere. 12 id eſt, in regionem Cyrenaicam. 13 quaſi dicat, ciuibus pepercit, regem interfecit. 14 eximiam quandã aram intelligit: nam ita veriſimile eſt fuiſſe, quũ eſſet metropolis. Narrat obiter huius impietatẽ. 15 principem ſacerdotum. 16 vel, exemplar. 17 vel, cum omni eius opificio. 18 vel, priuſquam. 19 ſubaudi, matutinũ. Vide paulo infra, vbi dicit, Incende holocauſtum matutinu, &c. Duo ſacrificia quotidie. exod. 29. num. 28. a. 20 oblationem ſuã. i. holocauſtum veſpertinum. 21 pacificorum. 22 Hoc non licebat facere. 23 ſubaudi, Salomonis. 24 id eſt, ante veſtibulũ domus Domini. 25 Hebraiſmus, & appropinquare fecit ante faciem, id eſt, illam ſuam aram poſuit in viciniore loco, quam eá quæ erat ante templum, id eſt, propius conſtituit eam quam eſſet ea quam ædificarat Salomon. 26 ſubaudi, Salomonis 27 Id eſt, ad dexteram introeuntibus in templum. 28 pontifici, 29 id eſt, mea, quantitate vel dignitate maiore. 30 oblationem eius, id eſt, holocauſtum veſpertinum. 31 id eſt, ſacrificio matutino. 32 id eſt, regionis huius. 33 oblatione eius, ſubaudi, veſpertina. 34 Hebraiſmus, altare vero æreum erit meum ad inuiſendum. vel, requirendum, id eſt, mihi ſeruabitur: vt quum venerit mihi in mentem, illic ſacrificem, quaſi dicat in illo Salomonico poſthac nulla ſacrificia fient. 35 limbos baſium, id eſt, peripherias ſiue cincturas illarum baſium, elaboratas à Salomone. intelligit extremitates columnarum quæ velut continebant & apprehendebant conchas ſuperpoſitas. 36 mare. 37 id eſt, ſuperpoſuit baſi lapideæ. 38 Tentorium. Erat tentorium ſabbathi, ſub quod totũ ſabbathũ quieſcebãt qui hebdomada ſua perfuncti erãt, & poſtridie abituri. 39 Actiuũ pro paſsiuo, extructũ erat. 40 .i. in atrio ſacerdotum. 41 ſubaudi, deiecit, vel depoſuit. 42 id eſt, per quem ingredi quiuis poterat regiam, non ingrediendo templum. Regia prius habebat duplicem ingreſſum, externum & internum. 43 ita vt non liceret ingredi domum eius, niſi prius templum adiretur. 44 vel, metu regis Aſſur. Dicitur hoc feciſſe Achaz adulandi cauſa: alij metu, vt ſe in templum conijceret, ſi rex Aſſyriæ regem oppugnaret. 45 regnauitque.

## CAP. XVII.

A 1 Nno duodecimo Ahas regis Iehudæ 2 regnauit Hoſeas filius Ela in Samaria ſuper Iſraelem nouẽ annis. Et deſignauit malum in oculis Domini, ſed non ſicut reges Iſraelis qui fuerunt ante eum. Contra hunc 3 aſcendit Salmanaſar rex Aſſyriorum, factuſque 4 eſt ei Hoſeas ſeruus, & 5 pendit ei 6 tributum. Deprehendit autẽ

## CAP. XVII.

1 ANno duodecimo Achaz regis Iuda, regnauit *Oſee rex Iſrael regi Aſſyriorũ tributarius.*
Oſee filius Ela in Samaria ſuper Iſrael nouẽ an-
2 nis. ♀ Fecitq; malum coram Domino: ſed nõ ſi-
3 cut reges Iſrael qui ante eum fuerunt. ♀ Contra hunc aſ-
cendit Salmanaſar rex Aſſyriorum, & factus eſt ei Oſee
4 ſeruus, redebatque illi tributa. ♀ Cumque deprehendiſſet

rex



rex Aſſyriorum Oſee, quod rebellare nitens, miſiſſet nũ-
tios ad Sua regem AEgypti, ne præſtaret tributa regi Aſ-
ſyriorum ſicut ſingulis annis ſolitus erat, obſedit eum, &
vinctum miſit in carcerem. ♀ Peruagatuſque eſt omnem 5
*Samaria capitur à rege Aſſur inf. 18. c* terram: & aſcendens Samariam, obſedit eam tribus annis.
♀ Anno autem nono Oſee, cepit rex Aſſyriorum Sama- 6
riam, & tranſtulit Iſrael in Aſſyrios: poſuitque eos in
*"Hala,* "Hailam, & in Habor iuxta fluuium Gozan, in ciuitati-
*Cauſa captiuitatis Iſrael, idololatria.* bus Medorum. ♀ Factum eſt enim, cum peccaſſent fi- 7
lij Iſrael Domino Deo ſuo, qui eduxerat eos de Terra-
AEgypti, de manu Pharaonis regis AEgypti, coluerunt
deos alienos. ♀ Et ambulauerunt iuxta ritum Gentium 8
quas conſumpſerat Dominus in conſpectu filiorum Iſ-
*"operuerunt.* rael, & regum Iſrael: quia ſimiliter fecerant. ♀ Et "ir- 9
ritauerunt filij Iſrael verbis non rectis Dominum Deum
ſuum: & ædificauerunt ſibi excelſa in cunctis vrbibus
ſuis à Turre-Cuſtodum vſque ad Ciuitatem-munitam.
♀ Feceruntque ſibi ſtatuas & lucos in omni colle ſubli- 10
mi, & ſubter omne lignum nemoroſum: ♀ Et adole- 11
bant ibi incenſum ſuper aras in morem Gentium quas
tranſtulerat Dominus à facie eorum: feceruntque verba
peſsima irritantes Dominũ, ♀ Et coluerunt immunditias 12
*"præceperat* de quibus "præcepit eis Dominus ne facerent verbum
hoc. ♀ Et teſtificatus eſt Dominus in Iſrael & in Iuda 13
per manum omnium prophetarum & videntium, dicens,
*Iere. 15. b.* C Reuertimini à vijs veſtris peſsimis, & cuſtodite præcepta
mea & ceremonias, iuxta omnem legem quam præcepi
patribus veſtris: & ſicut miſi ad vos in manu ſeruorum
meorum prophetarum. ♀ Qui non audierunt, ſed in- 14
durauerunt ceruicem ſuam iuxta ceruicem patrum ſuo-
rum, qui noluerunt obedire Domino Deo ſuo. ♀ Et 15
abiecerunt legitima eius, & pactum quod pepigit cum
*"teſtificatus* patribus eorum, & teſtificationes quibus "conteſtatus eſt
eos: ſecutique ſunt vanitates, & vane egerunt: & ſecu-
ti ſunt Gentes quæ erant per circuitum eorum, ſuper qui-
bus præceperat Dominus eis vt non facerent ſicut & illæ
*Vituli aurei.* faciebant. ♀ Et dereliquerunt omnia præcepta Domi- 16
ni Dei ſui: feceruntque ſibi conflatiles duos vitulos, &
lucos, & adorauerunt vniuerſam militiam cæli: ſeruie-
*Filios conſecrãt per ignem Diuinationes.* runtque baal, ♀ Et conſecrauerunt filios ſuos, & filias 17
ſuas per ignem: & diuinationibus inſeruiebant & augu-
rijs: & tradiderunt ſe vt facerent malum coram Domino,
vt irritarent eum. ♀ Iratuſque eſt Dominus vehemen- 18
ter Iſraeli, & abſtulit eos à conſpectu ſuo, & non reman-
ſit niſi tribus Iuda tantummodo. ♀ Sed nec ipſe Iuda 19
*"verum* cuſtodiuit mandata Domini Dei ſui: "veruntamen am-
D bulauit in erroribus Iſrael, quos operatus fuerat. ♀ Pro- 20
iecitque Dominus omne ſemen Iſrael, & afflixit eos, &
tradidit eos in manu diripientium, donec proijceret eos
*3. Reg. 12. c.* à facie ſua: ♀ ex eo iam tempore, quo ſciſſus eſt Iſrael 21
à Domo Dauid, & conſtituerunt ſibi regem Ieroboam
*Ieroboam.* filium Nabat: ſeparauit enim Ieroboam Iſrael à Domi-
no, & peccare eos fecit peccatum magnum. ♀ Et am- 22
bulauerunt filij Iſrael in vniuerſis peccatis Ieroboam quæ
fecerat: ˜ & non receſſerunt ab eis, ♀ Vſquequo Domi- 23
*Iere. 15. b.* nus auferret Iſrael à facie ſua, ſicut loquutus fuerat in
manu omniũ ſeruorum ſuorũ prophetarum: tranſlatuſq;
eſt Iſrael de terra ſua in Aſſyrios, vſque in diem hanc.
♀ Adduxit autem rex Aſſyriorum ˜ viros de Babylone, 24
*"Aua,* & de Cutha, & de "Ahaiath, & de Emath, & de Se-
*Aſſyrijs habitãtibus Samariam pro Iſraelitis, immittit Deus leones.* pharuaim: & collocauit eos in ciuitatibus Samariæ pro
filijs Iſrael: qui poſſederunt Samariam, & habitaue-
runt in vrbibus eius. ♀ Cumque ibi habitare cœ- 25
piſſent, non timebant Dominum: & immiſit "eis Do-
*"in eos* minus leones qui interficiebant eos. ♀ Nuntiatumque 26
E eſt regi Aſſyriorum, & dictum, Gentes quas tranſtu-
liſti, & habitare feciſti in ciuitatibus Samariæ, igno-
rant legitima Dei terræ, & immiſit in eos Dominus
leones: & ecce, interficiunt eos, eo quòd ignorent ri-

rex Aſſyrius coniurationem in Hoſea: nam miſerat legatos ad So regem AEgypti, nec pendebat 7 quotannis tributum regi Aſſyrio: 8 obſedit eum rex Aſſyrius, 9 & vinctum eum coniecit in carcerẽ. 10 Aſcenditq; rex contra omnẽ terram, & aſcendens contra Samariam, oppugnauit eam tribus annis. Anno nono Hoſeæ cepit rex Aſſyrius Samariam, & tranſtulit Iſraelem in Aſſyrios, collocans eos in Hala & Habor iuxta fluuium Goſan, & in ciuitatibus Medorum. Nam quum filij Iſrael 11 peccarent Domino Deo ſuo, qui eduxerat eos de terra AEgypti, de manu Pharaonis regis AEgypti, & 12 timerent deos alios, 13 Ambularent inſuper 14 in ceremonijs ſtatutis ac moribus Gentium, quas eiecerat Dominus 15 à facie filiorum Iſrael, [& in inſtitutis] regum Iſraelis quæ ipſi fecerant: Quumq; filij Iſrael 16 clam verſarent animo res prauas contra Dominum Deum ſuum, ita vt ædificarent ſibi excelſa in omnibus ciuitatibus ſuis, 17 ſiue turres eſſent quibus cuſtodes adhibentur, ſiue vrbes munitæ: Erigerent denique ſibi ſtatuas & lucos in omni colle excelſo, & ſubter omnem arborem frondoſam, Adolentes illic ſuffitum in omnibus excelſis ritu Gentium quas Dominus tranſtulerat ante eos. [in ſumma,] deſignarent res peſſimas ad prouocandum Dominum, Seruientes [fœdiſsimis] idolis, de quibus Dominus dixerat eis, Ne committatis 18 rem tam nephariam. 19 Quumque Dominus ſancte obteſtaretur Iſraelem & Iehudam per omnes prophetas, per omnes [inquam] videntes, huiuſmodi verbis, Reuertimini à vijs veſtris malis, & cuſtodite præcepta mea, & inſtituta mea, iuxta omnem legem quam præcepi patribus veſtris, & quam miſi ad vos per ſeruos meos prophetas, 20 Noluerunt audire, ſed indurarunt ceruicem ſuam, quemadmodum patres eorum ceruicem [indurauerant,] qui nunquam crediderunt Domino Deo ſuo. 21 Auerſati enim ſunt ſtatuta eius, & fœdus eius quod pepigerat cum patribus eorum, 22 & cõteſtationes eius, quibus conteſtatus eſt erga illos, ſectantes vanitatem, vnde & ipſi 23 vani facti ſunt, ſectantes Gentes quæ circa ipſos vndique erant, 24 quum Dominus vetuiſſet, ne illarum ritu facerent, 25 Derelinquentes omnia præcepta Domini Dei ſui, facientes ſibi fuſile, [nempe] duos vitulos, facientes & lucum, adorantes cunctam militiam cælorum, ſeruienteſque ipſi baal, 26 Traducentes inſuper filios ſuos & filias ſuas per ignem, 27 vſi diuinationibus & veneficijs, 28 mancipantes ſe ſceleribus perpetrandis in oculis Domini, vt ipſum ad iram prouocarent. Et iratus eſt vehemẽter Dominus contra Iſraelitas, & 29 eiecit eos à facie ſua: nihil reliquum fuit præter 30 ſolam tribum Iehuda. Sed & Iehuda non ſeruauit præcepta Domini Dei ſui, ſed ambulauerunt in 31 moribus & inſtitutis Iſraelitarum, quæ illi fecerant. 32 Faſtidiuit ergo Dominus vniuerſum ſemen Iſraelis, & 33 afflixit eos, tradiditq; eos in manus 34 diripientium, donec abijceret eos 35 à conſpectu ſuo. 36 Abſcidit enim Iſrael à domo Dauidis, & conſtituerunt ſibi regem Ieroboam filium Nebat. 37 abſtraxit autem Ieroboam Iſraelem, quominus ſequeretur Dominum, & fecit eos peccare peccatum grande. Et filij Iſrael ambulauerunt in omnibus peccatis Ieroboam quæ ille 38 fecerat, nec receſſerunt ab eis, Donec [tandem] amoueret Dominus Iſraelem 35 à conſpectu ſuo, quemadmodum minitatus fuerat per omnes ſeruos ſuos prophetas: tranſlatuſque eſt Iſrael de terra ſua in Aſſyrios vſque in hodiernum diem. Præterea adduxit rex Aſſyriorum [homines] de Babel, de Chutta, de Aua, de Hemath, & de Sepharuaim, & 39 collocauit eos in ciuitatibus Samariæ loco filiorum Iſrael: qui 40 poſſederunt Samariam, & habitauerunt in ciuitatibus eius. Factum eſt autem principio quum illic habitare cœpiſſent, vt non timerent Dominum, 41 mitteretque Dominus 42 leones in eos, qui eos occidebant. Dixerunt ergo ad regem Aſſyrium, Gentes illæ quas tranſtuliſti & collocaſti in ciuitatibus Samariæ, non nouerunt 43 ritum deorum huius terræ: & immiſit in eos leones, & en interficiunt eos, eo quòd ignorant ri-

tum

*tum deorum huius terræ. Præcepit ergo rex Aſſyrius hiſce mandatis, Adducite illuc aliquem ex ſacerdotibus quos inde transtuliſtis, 44 qui eant & habitent illic, & 45 doceant eos ritum deorum huius terræ. Venit itaque quidam ex ſacerdotibus quos tranſtulerant de Samaria, & habitauit in Bethel, docebatque eos qualiter 46 timerent Dominum. Fecerunt verò ſingulæ gentes ſibi deos ſuos, & repoſuerunt in templis excelſorum quæ fecerant Samaritæ, ſingulæ gentes in ciuitatibus ſuis in quibus habitabant. Qui ex Babel erant, [ fecerunt ſibi ] 47 Succoth Benath: & viri qui ex Chut venerant, fecerunt 48 Nergal: viri ex Hemath fecerunt 49 Aſima: Auitæ fecerunt 50 Nibhaz & 51 Tharthac, & Sepharuitæ comburebant filios ſuos igne ipſi 52 Adramelech & Anamelech dijs Sepharuaim. Timebant itaque Dominum: & ordinarunt ſibi 53 ex obſcuris hominibus qui inter eos erant ſacerdotes excelſorum, qui illis in phanis excelſorum ſacrificarent. Et Dominum quidem metuebant, deos verò ſuos colebant iuxta ritum Gentium 54 quæ illos illinc tranſtulerant. Vnde etiamnum hodie 55 iuxta priſtinos ritus faciunt, vt neque Dominum 56 timeant, neque ſuos ipſorum ritus & ceremonias obſeruent, neque agant ſecundum legem & præcepta, quæ mandauerat Dominus filijs Iacob, cui nomen dedit Iſraeli. Pepigerat quidem Dominus cum eis fœdus, præceperatque eis dicens, Ne timueritis alios deos, neque adoretis eos, 57 nec colatis eos, neque ſacrificetis eis, Sed Dominum, qui eduxit vos de terra AEgypti magna virtute & brachio extento, hunc timete, hunc adorate, huic ſacrificate. 58 Statuta, iudicia, legem & præcepta quæ præſcripſit vobis, ſeruate, 59 vt faciatis [ ea ] cunctis diebus, 60 neque timueritis deos alios. Inſuper & fœdus quod excidi vobiſcum, ne obliuiſcamini, neque deos alios timueritis, Quin Dominum Deum veſtrum timete, & ipſe liberabit vos de manu omnium inimicorum veſtrorum. At illi non obtemperarunt, ſed iuxta priſtinã conſuetudinẽ ſuã 61 egerunt. Gentes itaque illæ timuerunt Dominum, & ſimul ſeruierunt ſculptilibus ſuis: 62 filij eorum & nepotes eorum haud ſecus fecerunt quàm patres eorum, ſic quoque faciunt in hunc vſque diem.*

27 tum Dei terræ. ¶ Præcepit autem rex Aſſyriorum, dicẽs,
Ducite illuc vnum de ſacerdotibus quos inde captiuos
adduxiſtis, "vt vadat, & habitet cũ eis: & doceat eos legi-
28 tima Dei terræ. ¶ Igitur cũ veniſſet vnus de ſacerdotibus
his qui captiui ducti fuerãt de Samaria, habitauit in Beth-
29 el, & docebat eos quomodo colerent Dominũ. ¶ Et vna-
queq; gens fabricata eſt deũ ſuũ: poſuerũtq; eos in pha-
nis excelſis quæ fecerãt Samaritæ, gens & gens in vrbib⁹
30 ſuis in quib⁹ habitabat. ¶ Viri enim Babylonij fecerũt Soc
coth-benoth: viri autẽ Cuthæi fecerũt Nergel: & viri de
31 Emath fecerũt Aſima. ¶ Porrò Heuæi fecerũt Nabahaz &
Tharthac. Hi autẽ qui erant de Sepharuaim, comburebãt
filios ſuos igni, Adramelech & Anamelech dijs Sephar-
32 uaim. ¶ Et nihilominus colebant Dominum: fecerunt autẽ
ſibi de nouiſsimis ſacerdotes excelſorum, & ponebãt eos
33 in phanis ſublimibus. ¶ Et cũ Dominũ colerent, dijs quoq;
ſuis ſeruiebant iuxta conſuetudinem Gentiũ, de quibus
34 tranſlati fuerant Samariam. ¶ Vſque in præſen-
tem diem morem ſequuntur antiquum: non timent
Dominum, neque cuſtodiunt ceremonias eius, atque
iudicia & legem & mandatum quod præceperat Do-
35 minus filijs Iacob, quem cognominauit Iſrael: ¶ &
percuſſerat cum eis pactum, & mandauerat eis, dicens,
Nolite timere deos alienos, & non adoretis eos, neque
36 colatis eos, & non immoletis eis. ¶ Sed Dominum
Deum veſtrum qui eduxit vos de Terra-AEgypti in for-
titudine magna, & in brachio extento: ipſum timete, &
37 illũ adorate, & ipſi immolate. ¶ Ceremonias quoq;, &
iudicia & legem & mandatũ quod ſcripſit vobis, cuſtodi-
te, vt faciatis cunctis diebus: & non timeatis deos alienos.
38 ¶ Et pactũ quod percuſsit vobiſcum, nolite obliuiſci: nec
39 colatis deos alienos, ¶ Sed Dominum Deum veſtrum ti-
mete, & ipſe eruet vos de manu omnium inimicorum
40 veſtrorum. ¶ Illi verò non audierunt, ſed iuxta conſue-
41 tudinem ſuam priſtinam perpetrabant. ¶ Fuerunt igitur
gentes iſtæ timentes quidem Dominum, ſed nihilomi-
nus & idolis ſuis ſeruientes: nam * filij eorum, & nepo-
tes, ſicut fecerunt patres ſui, ita faciunt vſque in præſen-
tem diem.

" &

Varij Gentium dij.

Socoth-benoth Nergel. Aſima. Nebahaz F Tharthac. Adramelech. Anamelech.

Deo & dæmonibus ſeruiunt.

Gene. 32. f.

G Deus timendus, adorandus, & ei immolãdum.

Pacti Dei memores.

Deo & idolis ſeruiunt.

* &

## SCHOLIA IN CAP. XVII.

1 Hoc intelligitur à rebellione ipſius Oſee contra regem Aſſyrium, excuſo ſcilicet iugo illius. Nam inuaſerat enim rex ille Aſſyriorum anno primo regni eius, ac redegerat eum in poteſtatem ſuam: qui quidẽ erat annus quartus regni Achaz: & ideo non dicitur regnaſſe hic octo annis illis quibus fuit tributarius. 2 regnare cœpit. 3 aſcenderat, id eſt, quarto anno regni Achaz inuaſerat eum, &c. 4 fuerat. 5 pendebat, ſubaudi, vſq; ad octauum annum, quo tempore Scriptura dicit eum non regnaſſe. 6 Hebraiſmus, munus. 7 id eſt, vt quotannis facere ſolebat. Hebraice ad verbum, ſicut anno (præterito, ita) anno (præſenti.) 8 Hebraiſmus, & clauſit, id eſt, coniecit in carcerem. Per anticipationem hæc dicuntur. 9 & ligauit eum in domo carceris, id eſt, in carcere. 10 Iam autem aſcenderat, quaſi dicat, Iam totam patriam ſubegerat cum aſcendit in Samariam. 11 peccaſſent. 12 timuiſſent. vel, venerati eſſent. 13 Ambulaſſent. 14 in ſtatutis Gentium. vel, decretis. 15 id eſt, ſub aduentum. 16 Hebraiſmus, occulte dixiſſent verba quæ nõ erant vera. 17 Hebraiſmus, à turre cuſtodum, vſque ad vrbem præſidij, id eſt, in vrbibus tam magnis, quàm paruis. Turrim intelligit quæ ædificari ſolet in agris ad cuſtodiendos fructus adhuc pendentes, & maxime vuas. 18 Hebraiſmus, hanc rem, id eſt, Ne colatis idola. 19 Hebraiſmus, Tunc teſtatus eſt Dominus cõtra Iſraelem, &c. id eſt, teſtes inuocauit cælum & terram, &c. Vocatis teſtibus admonuit Iudam vt reſipiſceret. 20 Et non ſunt obſequuti. 21 vel, Et contempſerunt. 22 & teſtimonia eius quæ teſtificatus fuerat contra illos, id eſt, vocationes teſtium, hoc eſt admonitiones factas à Deo teſtibus adhibitis. 23 .i. mendaces cultores, falſæ religionis ſectatores. 24 de quibus præceperat illis Dñs. 25 Ac (tandẽ) deſeruerunt. 26 id eſt, Cõburentes liberos ſuos in honorem idolorum ſuorum. 27 Hebraiſmus, & diuinarunt diuinationes, id eſt, fuerunt diuini & augures. 28 Hebraiſmus, & tradiderunt ſeſe vt facerent malum, id eſt, dedita opera malum fecerunt. 29 id eſt, curauit eos transferendos è Terra-ſancta in qua habitabat ipſe, & in qua habebat templũ dicatũ ſuæ maieſtati. 30 Tribuũ etiam Beniamin intelligit quę erat appendix tribus Iudę. 31 ſtatutis Iſrael quę obſeruauerant, id eſt, Eadem fecerunt quæ aliæ decem tribus. 32 Abhorruit. vel, Contemptui habuit. 33 vt ſcilicet admoneret eos ſui peccati. 34 id eſt, hoſtium. 35 id eſt, è terra in qua habebat templũ, in quo colebatur, & præſentiã ſuam exhibebat. 36 ſub. Dominus, id eſt, Detraxit decem tribus de dñio familiæ Dauidis, cui omnes Iſraelitæ parebant. 37 depulit, ſubaudi, de via, quum ſequeretur Dominum. 38 vel, facere ſolebat, ſubaudi, dum viueret. 39 vel, habitare fecit. 40 Forte in eo loco ſementa iecerunt, aut vineas plantarunt. nam vrbs erat euerſa. 41 propterea immiſit. 42 leones immanes. 43 id eſt, quo cultu coli velit Deus eius terræ. 44 & eant, ſubaudi, Aſſyrij cum eo ſacerdote. nã voluit deduci alios in locũ interfectorũ à leonib⁹. 45 doceat, ſub. ille ſacerdos. 46 vel, venerarẽtur. 47 Voces Syriacæ & Chaldaicæ quæ ſignificãt gallinã cum pullis. 48 id eſt, gallum gallinaceum. ſiue, gallinam ſylueſtrem. 49 id eſt, hircum ſylueſtrem, vel lanam. 50 Vox Hebræa quæ canem ſignificat, quod latrare ſoleat, aut iratus exerat dentes. 51 Lingua Syriorum eſt aſinus. 52 Simplices voces Syræ, quarum prior ſignificat mulum, aut pauonem: altera vero equum aut phaſianum. 53 Hebraiſmus, partem ſuorum, id eſt, aliquot è ſuorum numero. 54 quas tranſmigrare fecerant inde, id eſt, Gentilium quos tranſtulerant è Samaria Iſraelitæ. hoc eſt Chananæorum. 55 Hebraiſmus, iuxta prima, id eſt, vt prius faciebant Samaritani, hoc eſt Iſraelitæ, qui priuſquam egrederentur è terra ſua, colebant cum Deo idola. 56 perfecto & vero timore. nam illi ſoli non ſeruiebant. 57 neque. 58 vel, Ceremonias. 59 faciendo. 60 id eſt, neque habebitis alios pro dijs. 61 vel, faciunt. 62 Hebraiſmus, quinetiam filij eorum. vel, ſed & filij, &c.

CAP.



## CAP. XVIII.

ANno tertio Oſee filij Ela regis Iſrael, regnauit 1
Ezechias filius Achaz regis Iuda. ¶ Vigintiquin- 2
que annorum erat cum regnare cœpiſſet: & vi-
ginti nouem annis regnauit in Ieruſalẽ; nomẽ matris eius
"Abiſa filia Zachariæ. ¶ Fecitq; quod erat bonum coram 3
Dño, iuxta omnia quæ fecerat Dauid pater eius. ¶ Ipſe 4
diſsipauit excelſa, & cõtriuit ſtatuas, & ſuccîdit lucos, cõ-
fregitq; ſerpentem æneum, quem fecerat Moyſes: ſiquidẽ
vſque ad illud tempus filij Iſrael adolebant ei incenſum:
vocauitque nomen eius "Noheſtan. ¶ Et in Domino Deo 5
Iſrael ſperauit: itaq; poſt eum non fuit ſimilis ei de cunctis
regibus Iuda, ſed neque in his qui ante eum fuerunt: ¶ & 6
B adhæſit Domino, & non receſſit à veſtigijs eius, fecitque
mandata eius quæ præceperat Dominus Moyſi. ¶ Vnde 7
& erat Dominus cum eo, & in cũctis ad quæ procedebat,
ſapienter ſe agebat. rebellauit quoque contra regem Aſ-
ſyriorum, & non ſeruiuit ei. ¶ Ipſe percuſsit Philiſthæos 8
vſq; ad Gazam, & omnes terminos eorum, à Turre-cuſto
dum vſque ad Ciuitatem-munitam. ¶ Anno quarto regis 9
Ezechiæ, qui erat annus ſeptimus Oſee filij Ela regis Iſ-
rael, aſcendit Salmanaſar rex Aſſyriorum in Samaria, &
oppugnauit eam, ¶ Et cepit. nam poſt annos tres, anno 10
ſexto Ezechiæ, id eſt nono anno Oſee regis Iſrael, capta
eſt Samaria: ¶ & trãſtulit rex Aſſyriorum Iſrael in Aſſy- 11
rios, collocauitque eos in "Haila, & in Habor fluuijs Go
zan in ciuitatibus Medorum: ¶ Quia non audierũt vocẽ 12
Domini Dei ſui, ſed prætergreſsi ſunt pactum eius: om-
C nia quæ præceperat Moyſes ſeruus Domini, non audie-
runt, neque fecerunt. ¶ Anno quartodecimo regis Eze- 13
chię, aſcendit Sẽnacherib rex Aſſyriorũ, ad vniuerſas ci-
uitates Iuda munitas: & cœpit eas. ¶ Tũc miſit Ezechias 14
rex Iuda nuntios ad regem Aſſyriorum in Lachis, dicẽs,
Peccaui, recede à me: & omne quod impoſueris mihi, fe-
ram. Indixit itaque rex Aſſyriorum Ezechiæ regi Iudæ,
trecenta talenta argenti, & triginta talenta auri. ¶ Dedit- 15
que Ezechias omne argentum quod repertum fuerat in
domo Domini, & in theſauris regis. ¶ In tẽpore illo con- 16
fregit Ezechias valuas templi Dni & laminas auri quas
ipſe affixerat, & dedit eas regi Aſſyriorum. ¶ Miſit autem 17
rex Aſſyriorum Tharthan, & Rab-ſaris, & Rab-ſacẽ de
Lachis ad regem Ezechiam cum manu valida, Ieruſalem:
qui cũ aſcendiſſent, venerunt Ieruſalem, & ſteterunt iuxta
D aquæductum piſcinæ ſuperioris, quæ eſt in via Agri-ful-
lonis. ¶ Vocaueruntque regem: egreſſus eſt autem ad eos 18
Eliacim filius Helciæ præpoſitus domus, & Sobna ſcriba,
& Ioahe filius Aſaph, à commentarijs. ¶ Dixitque ad eos 19
Rab-ſaces, Loquimini Ezechiæ, Hæc dicit rex magnus,
rex Aſſyriorum, Quæ eſt iſta fiducia qua niteris? ¶ For- 20
ſitan iniſti conſilium, vt præpares te ad prælium. In quo
confidis, vt audeas rebellare? ¶ An ſperas in baculo arun- 21
dineo atque confracto, AEgypto, ſuper quem ſi incubue-
rit homo, comminutus ingredietur manum eius, & perfo-
rabit eam? Sic eſt Pharao rex AEgypti, omnibus qui cõfi-
dunt in ſe. ¶ Quod ſi dixeritis mihi, In Domino Deo no- 22
E ſtro habemus fiduciam: nonne iſte eſt cuius abſtulit Eze-
chias excelſa & altaria: & præcepit Iudæ & Ieruſalẽ, Ante
altare hoc adorabitis in Ieruſalem? ¶ Nunc igitur tranſite 23
ad dominum meum regem Aſſyriorũ, & dabo vobis duo-
millia equorum, & videte an habere valeatis aſcẽſores eo-
rum. ¶ Et quomodo poteſtis reſiſtere ante vnum ſatrapã, 24
de ſeruis domini mei minimis? An fiduciam habes in AE-
gypto propter currus & equites? ¶ Nũquid ſine Domini 25
voluntate aſcendi ad locum iſtum, vt demolirer eũ? Do-
minus dixit mihi, Aſcẽde ad terram hanc, & demolire eã.
¶ Dixerunt autem Eliacim filius Helciæ, & Sobna "ſcri- 26
ba, & Ioahe, Rab-ſaci, Precamur vt loquaris nobis ſer-
uis tuis Syriacè: ſiquidem intelligimus hanc linguam: &

Regnat Ezechias pius poſt impium Achaz patrem. 2. para. 29. a.

"Abi

Serpens Moyſi æneus confringitur, quẽ adorabat populus. Num. 21. c.

Laus Ezechiæ

"Nehuſtan.

Salmanaſar capta Samaria trãsfert Iſraelem in Aſſyrios. Sup. 17. a.

"Hala,

Ezechias ſe ſubmittit regi Aſſyriorum. 2. paralip. 32. a. eſa. 36. a. eccle. 48. c.

Sennacherib minatur Ezechię

Blaſphemia.

*FActum eſt autẽ 1 anno tertio Hoſeæ filij Ela regis Iſraelis, 2 vt regno inauguraretur Ezechias filius Ahas regis Iehuda. Vigintique annos natus erat quum cœpiſſet regnare, regnauitq; viginti nouẽ annis in Ieruſalẽ. 3 nomẽ matris eius fuit Abi, quæ filia fuit Zachariæ. Fecit autem quod rectum erat in oculis Domini, iuxta omnia quæ fecerat Dauid 4 pater eius. Is ſuſtulit excelſa, confregit ſtatuas, ſuccidit lucos, contriuit denique ſerpentem æneum quem fecerat Moſes: nam adhuc vſque tempora adolebant ei filij Iſraelis, & vocatum fuit nomen eius 5 Nebuſtan. Fiduciam collocauit in Domino Deo Iſraelis: non fuit eius ſimilis [ ante eum nec ] poſt eum in omnibus regibus Iehuda. Adhærebat enim Domino, nec deflexit ab eo, ſeruans præcepta eius quæ mandauit Dominus Moſi. Et fuit Dominus cum eo, 6 vt proſpere ageret in omnibus ad quæ egrediebatur. rebellis fuit regi Aſſyrio, & 7 non ſeruiuit ei. Percuſſit quoque Paleſthinos vſque Gaſa & terminos eius, 8 ſiue turres eſſent quibus cuſtodes adhibentur, ſiue vrbes munitæ. Factum eſt ergo anno quarto regis Ezechiæ (is eſt annus ſeptimus Hoſeæ filij Ela regis Iſrael) vt aſcenderet Salmanaſar rex Aſſyriorum contra Samariam, 9 & oppugnaret eam, 10 Ceperuntque eam, 11 exactis tribus annis: anno ſcilicet ſexto Ezechiæ, qui nonus erat annus Hoſeæ regis Iſraelis, capta eſt Samaria. Tranſtulit autem rex Aſſyrius Iſraelem in Aſſyrios, collocauitque eos in Hala & Habor iuxta fluuium Goſan, & in ciuitates Medorum, Eo quod nõ audierant vocem Domini Dei ſui, ſed tranſgreſſi fuerãt fœdus eius, [ id eſt ] cuncta quæ præcepit Moſes famulus Domini, nec audierant nec fecerant. Anno igitur decimoquarto regis Ezechiæ aſcendit Sanherib rex Aſſyrius contra omnes ciuitates munitas, & cepit eas. 12 Miſitque Ezechias rex Iehuda ad regem Aſſyrium in Lachis huiuſmodi mandatis, 13 peccaui: reuertere à me, & quæcunque mihi impoſueris, feram. Impoſuit ergo rex Aſſyriorum Ezechiæ regi Iehuda trecenta talenta argenti, & auri triginta talenta. 14 Dedit itaque Ezechias omne argentum quod inueniebatur in æde Domini & in theſauris domus regis. Eodem tempore 15 expoliauit Ezechias ianuas templi Domini & 16 poſtes quos obduxerat Ezechias rex Iehuda, & dedit 17 ea regi Aſſyriorum. 18 Tum miſit rex Aſſyrius Thartan, & Rab-ſaris, & Rab-ſaxe de Lachis ad regem Ezechiã cũ exercitu 19 graui contra Ieruſalem: qui aſcendentes venerũt Ieroſolyma. aſcendẽtes 20 autẽ venerunt & conſtiterũt 21 ad aquæductum piſcinæ ſuperioris, qui eſt in 22 via 23 agri fullonis. 24 Et quũ clamaſſẽt ad regẽ, egreſſus eſt ad eos Eliaxĩ filius Hilxiæ, qui erat præfectus 25 prætorio, Sobna ſcriba atq; Ioah filius Aſaph 26 à cõmentarijs. Tum dixit ad eos Rab-ſaxe, Dicite quæſo Ezechiæ, Sic dicit rex magnus, rex nẽpe Aſſyriorũ, 27 Quæ tandem eſt hæc fiducia qua tu fidis? 28 Dicis, Certe verbis labiorũ, at cõſilio & fortitudine [opus erit] gerẽdo bello. quo itaq; nũc cõfidis quod à me 29 defeciſti? 30 An niteris fulcro iſto arundineo 31 cõfracto, nẽpe AEgyptio: cui ſi quiſpiã innixus fuerit, manum eius 32 penetrat, & eã perforat? Talis eſt Pharao rex AEgypti omnibus qui illo nituntur. Quod ſi mihi dixeritis, Nos fidimus Domino Deo noſtro. annon is eſt, cuius excelſa atque aras ſuſtulit Ezechias? & dixit ad Iehudam & ad Ieruſalem, Coram altari iſto adorabitis Ieroſolymis. Sed nunc quæſo, 33 obſides da domino meo regi Aſſyrio, daboque ego tibi equorum duo millia, 34 num tu illis equites imponere poteris? Quomodo ergo 35 retundes faciem vnius ducis vel minimi inter ſeruos domini mei 36 vt fidas AEgyptijs propter currus & equites? 37 Num verò citra conſilium & iuſſum Domini hunc in locum, vt eũ vaſtẽ, aſcendi? quin Dominus dixit ad me, Aſcẽde in hanc terrã, & vaſta eam. Tum dixit Eliaxim filius Hilxiæ, Sobna, & Ioah ad Rab-ſaxe, Loquere quæſo ad ſeruos tuos Syriace, nam 38 callemus nos,*

*nec*

*nec loquaris vobiſcum Iudaicè, 39 vt populus iſte audiat qui in muris eſt. Dixitque ad eos Rab-ſaxe, Num ad dominum tuū & ad te miſit me dominus meus, vt hæc verba loquerer? annon potius ad 40 miſeros iſtos qui in muris excubant, 41 quo minus ſtercora ſua edere, & vrinam ſuam vobiſcum bibere cogantur? Stans itaque Rab-ſaxe, clamauit voce magna Iudaicè, loquutuſque eſt hiſce verbis, Audite verbum regis magni, regis Aſſyrij: Sic dicit rex, Ne imponat vobis Ezechias, quoniam non poterit vos 42 aſſerere de manu mea. 43 Nec eſt vt vos Ezechias fidere iubeat Domino, dicens, Indubie liberabit nos Dominus, ne tradatur vrbs iſta in poteſtatem regis Aſſyrij. Nolite audire Ezechiam, quoniam ſic pollicetur rex Aſſur, 44 Si mihi obſequuti fueritis, vt exeatis ad me, 45 comedet quiſque de vite ſua, & de ficu ſua, & bibet quiſq; aquas putei ſui, Donec veniam & abducam vos ad terram quæ veſtræ terræ ſimilis eſt, terram quæ habet frumentū & vinum, terrā quæ habet panem & vineas, terrā quæ habet 46 oleas, oleū & mel, 47 vt viuatis & non moriamini. 48 ne audiatis Ezechiā, quoniā ſeducit vos quum dicit, Dominus liberabit nos. Num liberando liberauerunt dij Gentium, quiſque terram ſuā de manu regis Aſſyrij? Vbi eſt deus 49 Hamath & Arphad? Vbi eſt deus 50 Sepharuaim, Hena, & Iehuda? potuerūtne iſti liberare Samariam de manu mea? Aut quis eſt ex omnibus dijs 51 nationū, qui regionem ſuam de manu mea aſſerere potuerit, 52 quòd Dominus liberaret Ieruſalem de manu mea? Tacuit autem populus, nec reſponderunt ei verbum: præceptum enim regis erat, qui dixerat, Ne reſpondeatis ei. 53 Venit autem Eliaxim filius Hilxiæ, qui erat præfectus 54 prætorio, Sobna ſcriba, & Ioab filius Aſaph à commentarijs ad Ezechiam, ſciſſis veſtibus, & commemorarunt ei verba Rabſaxe.*

nonloquaris nobis Iudaicè audiēte populo qui eſt ſuper
27 murum. ¶Reſponditq; eis Rab-ſaces, dicēs, Nūquid ad F
dominū tuū, & ad te miſit me dominus meus, vt loquerer
ſermones hos, & non potius ad viros qui ſedent ſuper
murum, vt comedant ſtercora ſua, & bibant vrinam
28 ſuam vobiſcum? ¶Stetit itaque Rab-ſaces, & exclamauit voce magna Iudaicè, & ait, Audite verba regis magni,
29 regis Aſſyriorum. ¶ Hæc dicit rex, Non vos ſeducat
Ezechias: non enim poterit eruere vos de manu mea.
30 ¶ Neque fiduciam vobis tribuat ſuper Dominum, dicēs,
Eruens liberabit nos Dominus, & nō tradetur ciuitas hæc
31 in manu regis Aſſyriorum. ¶ Nolite audire Ezechiam:
hæc enim dicit rex Aſſyriorum, Facite mecum quod vobis eſt vtile, & egredimini ad me: & comedet vnuſquiſque de vinea ſua, & de ficu ſua: & bibetis aquas de ci-
32 ſternis veſtris, ¶Donec veniam, & transferā vos in terram quæ ſimilis eſt terræ veſtræ, in terram fructiferā, & G
fertilem vini, terram panis & vinearum, terrā oliuarum,
& olei ac mellis: & viuetis, & non moriemini. nolite audire Ezechiam, qui vos decipit, dicens, Dominus libe-
33 rabit nos. ¶ Nunquid liberauerunt dij Gentium terram
34 ſuam de manu regis Aſſyriorum? ¶Vbi eſt deus Emath &
Arphad? vbi eſt Deus Sepharuaim, Ana & Aua? nunquid
35 liberauerunt Samariam de manu mea? ¶ Quinam illi ſunt
in vniuerſis dijs terrarum, qui eruerunt regionem ſuam
de manu mea, vt poſsit eruere Dminus Ieruſalē de manu
36 mea? ¶Tacuit itaq; populus, & non reſpōdit ei quicquā:
ſiquidē præceptū regis acceperant vt nō reſpōderent ei.
37 ¶ Venitq; Eliacim filius Helciæ, præpoſitus domus, & Sobna ſcriba, & Ioahe filius Aſaph, à cōmentarijs, ad Ezechiā
ſciſsis veſtibus, & nuntiauerunt ei verba Rabſacis.

Sēnacherib blaſphemus probris afficit Deū viuentem.

## SCHOLIA IN CAP. XVIII.

1 A rebellione ſcilicet eius, id eſt, regni eius liberi. Oſeas XVII annis regnauit: octo annis fuit tributarius: & XII anno regni Achaz exuit iugum. Poſtea regnauit ſex annis. Exinde bellum geſsit in eum rex Aſſyrius tribus annis. 2 vt regnare inciperet. 3 Aſcribitur nomen matris: quia clara erat illis temporibus. 4 id eſt, auus. 5 id eſt, res ænea; vile quoddam æs & contemnendum. diminutiuum eſt quod vim habet contemptus, quaſi dicat, quid putatis eſſe diuinitatis in hoc ſerpente, qui nil aliud eſt quàm æs? 6 Hebraiſmus, in omnibus ad quæ egrediebatur, fœlix erat. vel, prudens, quaſi dicat, prudenter cuncta aggrediebatur. aut, fœliciter cadebant illi omnia quæ aggrediebatur. 7 id eſt, deſijt illi eſſe tributarius. 8 Hebraiſmus, à turre cuſtodum, vſque ad vrbem munitam, quaſi dicat, expugnauit omnes vrbes tam paruas quàm magnas. 9 & obſedit eam, 10 ſubaudi, ipſe & milites eius. 11 in fine trium annorum. 12 Miſit ergo. 13 quum ſcilicet à te defeci. 14 dedit præterea. 15 abſcidit. vel, concidit. Chaldæus paraphraſtes, decorticauit, id eſt, detraxit à valuis laminas quibus ſuperficies valuarum erat obducta. 16 vel, limina quæ obduxerat, ſubaudi, laminis aureis vel argenteis, id eſt, detraxit laminas quibus tecti erant poſtes. 17 id eſt, eas laminas, vt diſcederet ab eo. 18 Miſit autem. Elapſis aliquot annis, poſtquam iterum renuit pendere tributum, venit Sennacherib vſque in Lachis vnde hos miſit. Ex præcedentibus & ſequentibus colligi poteſt Sennacherib inuaſiſſe ter Iudam. 19 vel, numeroſo. 20 inquam. 21 id eſt, ad canalē in quem deriuabatur aqua è piſcina ſuperiore. 22 Viam ſtratam lapidibus intelligit. hoc ſignificat vox Hebræa. 23 Fullones ex aqua piſcinæ lauabant veſtes, vnde nomen loco. Chaldeus paraphraſtes, ait ſolitos fuiſſe fullones ibi expandere pannos madidos. 24 Et quum vocaſſent (ſubaudi, ad colloquium) regem. 25 vel, regiæ. 26 .i. qui præerat monimentis: qui edicta eius & geſta literis mandabat. 27 vel, Quanta. 28 Heb. Dixiſti (apud te,) Certe ſermo labiorum (eſt mihi,) conſilium, & magnanimitas ad (gerēdū) bellū. q.d. Tu ſuperbis nimiū, dixiſti apud te, Facūdia eſt mihi ad cohortādos milites, conſiliū ad ſubitas res, & fortitudo ad ſuſtinendā vtranq; fortunā: putas te his tribus, quæ in imperatore eſſe debēt, poſſe reſiſtere: at falleris. 29 nō ſoluēdo mihi tributū ſcilicet. 30 Nūc ſane ſperaſti (vel, cōfiſus es) ſcipione. vel, baculo. 31 Vox Hebræa nō tantū ſignificat fractum, ſed etiā fragile: vt ellychniū extinctū, q facile extingui poteſt. 32 vel, perforat. q.d. falleris ſi ſperas in Pharaone, qui facile frāgi poteſt, vt arūdo, & vinci. Homines quibus fidimus, ſunt ſimiles fragili arūdini: cuius, quū frāgitur, fragmēta acuta ſolēt lædere innitentē ipſi: ſic homines plus tādē incōmodi nobis afferūt, quā cōmodi. 33 Heb. depoſito pignore certa cū domino meo, (id eſt) cū rege Aſſyrio. 34 ſi poſsis dare ſeſſores ſuper eos .i. qui more ſeſſorū peritorū eos agere poſsint .q.d. Nō poſſes inuenire in regno tuo bis mille equites: quomodo ergo poteris, &c. 35 Heb. reuerti facies .i. quomodo reſiſtere poteris vel minimo ducum, &c. 36 & (tamen) confidis .i. auſus es deficere, quoniam fidebas curribus AEgyptijs. 37 Heb. Et iam (vel, Denique) nunquid ſine Domino, &c .i. ſine mandato Domini. q.d. Non mittor ab alio rege quàm à veſtro Deo qui eſt iratus cōtra vos. 38 intelligimus. 39 Heb. in auribus huius populi .i. audiente populo. 40 Heb. homines qui ſedent ſuper murum .i. qui cuſtodiūt muros. 41 Heb. vt comedāt excremēta ſua, & bibāt aquā pedū ſuorū vobiſcū? Aqua pedū, p vrina, quę mittitur ad pedes. 42 eruere. 43 Et ne vos faciat fidere Ezechias in domino. 44 Heb. Facite mecū benedictionē, & egredimini ad me. Chald. paraph. Pacē recipite, vel leges pacis quas vobis offero, & dedite vos mihi. 45 .q.d. permittā vobis vt libere exire poſsitis vrbe veſtra, & rus cōcedere vuarū cauſa & ficuū. 46 Heb. oleas olei .i. ferētes oleū, hoc eſt frugiferas. 47 & viuetis & nō moriemini. 48 vel, & nolite obſequi Ezechię. 49 q. d. vrbes iſtas expugnaui, nec liberauerūt eas dij earū. 50 Vrbiū nomina aut prouinciarū quas debellauerat Aſſyrius. 51 vel, puinciarū. ſub. quas ſuperaui. 52 .i. vt dicere poſsis quod Dominus eruet, &c. 53 audita ſcilicet oratione Rab-ſacis. 54 regiæ.

## CAP. XIX.

*ET factum eſt, vt rex Ezechias, audito [hoc ſermone,] ſcinderet veſtimēta ſua, & operiret ſe 1 ſacco, ingredereturq; ædē Domini. Miſit interim Eliaxim qui erat præfectus prætorio, Sobnam ſcribam, & ſeniores ſacerdotum indutos ſaccis ad Ieſaiam prophetam filium Amoz,*

1 QVæ cum audiſſet Ezechias rex, ſcidit veſtimenta
ſua, & opertus eſt ſacco, ingreſſuſque eſt do-
2 mum Domini. ¶ Et miſit Eliacim præpoſitum
domus, & Sobnam ſcribam, & ſenes de ſacerdotibus opertos ſaccis, ad Eſaiam prophetā filiū Amos.

Mittit Ezechias nuntios ad Eſaiam, ob Sennacherib. eſa. 37.



¶ Qui dixerunt ei, Hæc dicit Ezechias, Dies tribulatio- 3
nis, & increpationis, & blaſphemiæ dies iſte: venerunt filij vſque ad partum, & vires non habet parturiens. ¶ Si 4
fortè audiat Dominus Deus tuus vniuerſa verba Rab-ſacis, quem miſit rex Aſſyriorum dominus ſuus, vt exprobraret Deum viuentem, & argueret verbis quæ audiuit
Dominus Deus tuus: & fac orationem pro reliquijs quæ
repertę ſunt. ¶ Venerunt ergo ſerui regis Ezechiæ ad E- 5
B ſaiam. ¶Dixitq; eis Eſaias, Hæc dicetis Domino veſtro, 6
Hæc dicit Dominus, Noli timere à facie ſermonum quos
audiſti, quibus blaſphemauerunt pueri regis Aſſyriorum
me. ¶Ecce ego immittam ei ſpiritum, & audiet nuntium, 7
& reuertetur in terram ſuam, & deijciam eū gladio in terra ſua. ¶Reuerſus eſt ergo Rab-ſaces, & inuenit regē Aſ- 8
ſyriorum expugnantem Lobnam: audierat enim quòd receſsiſſet de Lachis. ¶Cumque audiſſet de Tharaca rege 9
AEthiopiæ, dicentes, Ecce, egreſſus eſt vt pugnet aduerſum te: & iret contra eum: miſit nuntios ad Ezechiā, di-
cens, ¶ Hæc dicite Ezechiæ regi Iuda, Non te ſeducat 10
Deus tuus, in quo habes fiduciam: neque dicas, Non tra-
C detur Ieruſalem in manus regis Aſſyriorum. ¶ Tu enim 11
ipſe audiſti quæ fecerunt reges Aſsyriorum vniuerſis terris, quomodo vaſtauerunt eas: num ergo ſolus poteris
liberari? ¶ Nunquid liberauerunt dij Gentium ſingulos, 12
quos vaſtauerūt patres mei, Gozan videlicet, & Haran, &
Reſeph, & filios Eden, qui erāt in Thelaſſar? ¶Vbi eſt rex 13
Emath, & rex Arphad, & rex ciuitatis Sepharuaim, Ana
& Aua? ¶Itaq; cū accepiſſet Ezechias literas de manu nū- 14
tiorum, & legiſſet eas, aſcendit in domum Domini, & expandit eas coram Domino, ¶& orauit in conſpectu eius, 15
dicens, Domine Deus Iſrael, qui ſedes ſuper cherubim,
tu es Deus ſolus regum omnium terræ: tu feciſti cælū &
terrā. ¶Inclina aurem tuam & audi: aperi Domine ocu- 16
D los tuos, & vide, & audi omnia verba Sennacherib, qui
miſit vt exprobraret nobis Deum viuentē. ¶Verè Do- 17
mine diſsipauerunt reges Aſſyriorum gentes, & terras
omniū. ¶ Et miſerunt deos eorum in ignem: non enim 18
erāt dij, ſed opera manuum hominum ex ligno & lapide,
& perdiderūt eos. ¶Nunc igitur Domine Deus noſter, ſal 19
uos nos fac de manu eorum, vt ſciant omnia regna terræ
quia tu es Dominus Deus ſolus. ¶Miſit autem Eſaias 20
filius Amos ad Ezechiam, dicens, Hæc dicit Dominus
Deus Iſrael, Quæ deprecatus es me ſuper Sēnacherib rege Aſſyriorum, audiui. ¶ Iſte eſt ſermo quem locutus eſt 21
Dñs de eo, Spreuit te, & ſubſannauit te virgo filia Sion:
poſt tergum tuum caput mouit, filia Ieruſalem. ¶ Cui 22
exprobraſti, & quem blaſphemaſti? contra quem exalta-
E ſti vocem tuam, & eleuaſti in excelſum oculos tuos? cōtra
Sanctum Iſrael. ¶ Per manum ſeruorum tuorum expro- 23
braſti Domino, & dixiſti, In multitudine curruum meorum aſcendi excelſa montium, in ſummitate Libani, &
ſuccidi ſublimes cedros eius, & electas abietes illius.
Et ingreſſus ſum vſque ad terminos eius, & ſaltum
Carmeli eius ¶ ego ſuccidi. Et bibi aquas alienas, & 24
ſiccaui veſtigijs pedum meorum omnes aquas clauſas.
¶ Nunquid non audiſti quid ab initio fecerim? ex die- 25
bus antiquis plaſmaui illud, & nunc adduxi: eruntque
in ruinam collium compugnantium ciuitates munitæ. ¶ Et qui ſedent in eis, humiles manu: contremue- 26
runt & confuſi ſunt, facti ſunt velut fœnum agri, & virens herba tectorum, quæ arefacta eſt antequam veni-
F ret ad maturitatem. ¶ Habitaculum tuum, & egreſſum 27
tuum, & introitum tuum, & viam tuam ego pręſciui, &
furorem tuum contra me. ¶ Inſaniſti in me, & ſuper- 28
bia tua aſcendit in aures meas: ponam itaque circulum
in naribus tuis, & camum in labijs tuis, & reducam te in
viam per quam veniſti. ¶ Tibi autem Ezechia hoc 29
erit ſignum, Comede hoc anno quæ repereris: in ſecundo autem anno quæ ſponte naſcuntur: porrò in tertio

Promittit Deus victoriam Ezechiæ, & regis Aſſyriæ mortem prædicit.

Blaſphemia Sēnacherib.

Petit Ezechias auxilium contra regem Aſſur vt cognoſcatur Deus Iſrael eſſe Deus ſolus.

Eſaias conſolatur Ezechiam, victoriam nuntians.

Signum futuræ victoriæ.

*qui dicerent ad eum, Sic dicit Ezechias, Hæc dies eſt dies anguſtiæ, correptionis & 2 irritationis, 3 vt quū fœtus ad procinctum partus venit, & parientē vis enitendi deficit. 4 Nimirum audiuit Dominus Deus tuus omnia verba Rab-ſaxe, que rex Aſſyriorū, dñs eius, miſit vt probra iaceret in Deum viuentem, & 5 criminaretur verbis, quæ audiuit Dñs Deus tuus. tu ergo 6 intendes orationem pro reliquijs quæ 7 adhuc ſuperſunt. 8 Venerunt ergo ſerui regis Ezechiæ ad Ieſaiam: Quibus Ieſaias reſpondit, Sic dicetis ad dominum veſtrū, Sic dicit Dominus, Ne timeas propter verba quæ audiuiſti, quibus contra me ſerui regis Aſſyrij contumelioſe loquuti ſunt. Ecce ego 9 mittā in eū ventū, cuius ſonitū protinus vt audierit reuertetur in terrā ſuā: ego verò curabo vt in terra ſua gladio corruat. Rab-ſaxes autē reuerſus, offendebat regē Aſſyriorū oppugnantē Lobnā: reſciuerat enim quod 10 a Lachis [eò] profectus eſſet. Rumor enim erat de Tharhaca rege AEthiopū, quod profectus eſſet ad pugnandū contra eum. 11 qui quum reuerſus eſſet, miſit [alios] legatos ad Ezechiam cum hiſce mandatis, Sic referetis Ezechiæ regi Iehudæ, Ne te ſeducat Deus tuus, quo tu fidis, vt dicas, Ieruſalem nō tradetur in poteſtatē regis Aſſyriorū. Tu enim audiuiſti quænā fecerint reges Aſſyriorū omnibus nationibus eas excindendo, & tu euaderes? Nū liberarūt dij Gentiū eas quas expugnauerunt maiores mei, Goſan, Harā, Rezeph, & filios Edē qui erant in Thalaſſar? Vbi eſt rex Hamath, rex Arphad, rex ciuitatis Sepharuaim, Hena, & Aua? Accepit ergo Ezechias 12 epiſtolā de manu legatorū: & quū legiſſet eam, aſcendit in ædē Domini, & expādit 13 eā Ezechias corā Domino. Orauitque Ezechias corā Domino in hunc modū, Domine Deus Iſraelis, qui 14 cherubim inhabitas, tu ſolus Deus es 15 omnium regnorū terræ: tu enim feciſti cælū & terrā, Præbe Domine aurē tuā & auſculta, aperi oculos tuos & inſpice, & expende verba Sanherib, qui 16 legatione miſſa probra iecit in Deum viuentem. Equidem verum eſſe agnoſco Domine, quòd reges Aſſyrij vaſtauerint Gentes & regiones earum, Quodq; deos eorum igni tradiderint: quandoquidem iſti non erant dij, ſed opus manuum humanarum è ligno aut lapide, vnde & perdiderunt eos. Nunc ergo Domine Deus noſter, ſerua nos quæſo de manu Sanherib, vt cognoſcant omnia regna terræ te ſolum eſſe Dominum Deum. Miſit autem Ieſaias filius Amoz ad Ezechiam [nuntios] cum huiuſmodi mandato, Sic dicit Dominus Deus Iſraelis, Ea quæ orando petiuiſti à me ſuper Sanherib rege Aſſyriorū, 17 audiui. Et hoc eſt verbum quod Dominus contra eum reſpōdet, 18 Contempſit ac ſubſannauit te [ô rex] 19 virgo filia Ziō, poſt te caput 20 mouit filia Ieruſalem. Tu verò cui opprobraſti? cui maledixiſti? in quem 21 edidiſti vocem? 22 contra quē ſuſtuliſti faſtum oculorum tuorum? contra ſanctum Iſraelis. 23 Miſſis enim legatis tuis cōtumelias ieciſti in Dominū, & dixiſti, Copia 24 equitatus mei in iuga montium 25 aſcendam, ad 26 latera videlicet Libani, & 27 ſuccidam excelſa cedrorū eius, 28 electas pinus eius, introibo in habitaculum 29 ſummitatis eius, 30 ad ſaltum agrorum eius cultorum. Ego 31 fodiam, & bibam aquas alienas, & exiccabo plantis pedum meorum omnes 32 riuos qui pro munitione ſunt. 33 Annon audiuiſti quod hoc [negotium] iā olim fecerim, retroque temporibus formauerim illud? iam verò adduco illud, nempe vt vaſtem vrbes munitas, & redigam eas in aceruos & ruinas. Quarum habitatores 34 vt manci trepidabunt, ac erubeſcent, ſimiles erunt gramini agri, oleri viridi, & fœno tectorum, quod antequam 35 enaſcatur, plerunque exaret. Ego 36 conuerſationem tuam, ego profectionem tuam, & reditum tuum noui, æque 37 furorē tuum contra me. Quandoquidem ergo 38 furis contra me, aſcendit 39 ſecura opulentia tua in aures meas, ob id, 40 inferam hamum meum naribus tuis, & lupatum meum in labra tua, quo te retro agam ea via qua veniſti. Et hoc ſit tibi [ô Ezechia] ſignum, Hoc anno comedes 41 repoſita, proximo anno quæ ſponte 42 naſcentur: tertio verò*

*anno 43 ſementē facietis & metetis, vineas quoque plātabitis, & fructū earū edetis. 44 Rurſumq́; in vnū coibit quod euadet de domo Iehuda, iactaq́; deorſum radice quod reliquum eſt fructū ſurſum reddet. Quoniam 45 prodibunt reliquiæ de Ieruſalem, & 46 ſeruati de monte Zion: hæc faciet 47 Zelus Domini exercituum. Propterea 48 ſic promittit Dominus de rege Aſſyriorum, Nequaquam ingredietur in vrbem iſtam, neque 49 ſpiculum hunc iaculabitur, non 50 occurret ei clypeus, neque excitabitur contra eam agger. Ea via qua venit, redibit, & in iſtam vrbem non introibit, dicit Dominus. 51 Propugnabo enim vt ſeruem vrbem iſtam, propter meipſum, & propter Dauid ſeruum meum. Egreſſus itaque eadem nocte angelus Domini, percuſſit in caſtris Aſſyriorum centena octoginta quinque millia: quumque mane ſurgerent, ecce 52 omnes iacebant mortui. Soluit ergo iſthinc, & abijt Sanherib rex Aſſyriorum, & manſit in Niniue. Factum eſt autem, quum aliquando adoraret in æde Niſroch dei ſui, vt Adramælech, & Saræzer filij eius ipſum trucidarent gladio, & confugerent in terrā 53 Ararat, regnaretque Eſarhadon filius eius pro eo.*

anno ſeminate & metite: plantate vineas, & comedite
30 ″fructum earum. ¶ Et quodcunque reliquum fuerit de
domo Iuda, mittet radicem deorſum, & faciet fructū ſur-
31 ſum. ¶ De Ieruſalē quippe egredientur reliquiæ, & quod
ſaluetur de monte Sion: zelus Domini exercituum faciet
32 hoc. ¶ Quam ob rem hæc dicit Dominus de rege Aſſy-
riorū, Non ingredietur vrbem hanc, nec mittet in eam ſa-
gittam, nec occupabit eā clypeus, nec circūdabit eā mu-
33 nitio. ¶ Per viam qua venit, reuertetur: & ciuitatem hanc
34 non ingredietur, dicit Dominus. ¶ Protegamque vrbem
hanc, & ſaluabo eam propter me, & propter Dauid ſeruū
35 meum. ¶ Factum eſt igitur in nocte illa, venit angelus
Domini, & percuſſit in caſtris Aſſyriorum centum octo-
gintaquinque millia. cumque diluculo ſurrexiſſet, vidit
36 omnia corpora mortuorum. ¶ Et recedens abijt, & re-
uerſus eſt Sennacherib rex Aſſyriorum, & manſit in Ni-
37 niue. ¶ Cumq; adoraret in templo Neſroch deum ſuum,
Adramelech & Saraſar filij eius percuſſerūt eum gladio,
fugeruntque in terram Armeniorum, & regnauit Aſar-
haddon filius eius pro eo.

″fructus

G

Angelus Domini occidit exercitum Sennacherib. Tob. 1. d eccle. 48. d. eſa. 37. g. 1. mac. 7. f. 2. mac. 8. e.

Occiditur Sennacherib à filijs ſuis.

## SCHOLIA IN CAP. XIX.

1 Id eſt, veſte viliſsima, qua animi dolorem indicabant Iudæi. 2 blaſphemiæ. vel, conuitij. Dies pro tempore, quaſi dicat, Sumus nunc in maxima anguſtia: quia Sennacherib minatur obſidionem, & inimici noſtri increpant nos propter rebellionem: præterea in Deum probra iactant, dicentes quod Deus non poterit nos eripere de manu regis Aſsyriæ. 3 Hebraiſmus, nam venerūt fœtus vſque ad anguſtias vteri parturientis, & vires non ſunt parturienti. Hac allegoria ſignificauit maximum periculum, & lætalem calamitatem imminere Ieruſalem, quaſi dicat, vix ex hac tribulatione euademus. Vox Hebręa pro qua vertimus, anguſtias vteri parturientis, ſignificat ſellam in qua ſedent parturientes, & os vteri ſeu matricis, ad quod quum peruenit fœtus, multa patitur fœtus ipſe, multumque incommodi. 4 Hebraiſmus, Forte audiet, id eſt, ſigno aliquo declarabit ſe audiſſe. 5 vel, increparet nos. 6 Hebraiſmus, leues orationem, id eſt, ora. 7 Hebraiſmus, inueniuntur. Reliquias appellat duas tribus, Iuda & Beniamin. nam alię decem iam deductæ fuerant in Aſſyriam. 8 Hebraiſmus, Iam autem venerant. vel, Cum veniſſent & dixiſſent ſupradicta, Eſaias dixit illis. 9 Hebraiſmus, poſiturus ſum in eo ſpiritum, & audiet auditum, & reuertetur &c. id eſt, daturus ſum illi voluntatem reuertendi in patriam audito rumore belli quod in eum geret rex AEthiopiæ. 10 vnde ſcilicet miſerat legatos rex Aſſyriæ. 11 Multa ſunt ſubaudienda, cuiuſmodi, Quod quum audiſſet, ſoluta obſidione vertit exercitum in regem AEthiopiæ: quo deuicto, rurſum obſedit Ieruſalem. Reuerſus igitur, miſit, &c. 12 literas. quæ ſcilicet continebant tales blaſphemias. 13 in qua ſcilicet erāt blaſphemiæ. Apud Hebræos, plurale eſt epiſtolas: relatiuum autē eſt ſingulare, vt intelligas vnam ex illis in qua erant blaſphemiæ. Aut dic ſingulare eſſe pro plurali. 14 habitas (ſuper) cherubim. 15 vel, in omnibus regnis. 16 Hebraiſmus, miſit eū vt probra iaceret. Relatiuū ſine antecedēte, miſit eū, ꝓ, miſit legatū. 17 id eſt, exaudiui orationē tuam. 18 Pręterita pro futuris, quia eſt prophetia. Contemnet te, ſubſannabit te. Verba Domini prædicentis futura regi Syriæ eumque alloquentis. 19 Virginem vocat Ieruſalem, quod tum à nullo fuiſſet expugnata. 20 agitabit. quum ſcilicet videbit conatus tuos eſſe irritos, & te abire re infecta. 21 exaltaſti. 22 & eleuaſti in altum oculos tuos? contra ſanctum Iſrael, id eſt, contra Deum quem ſancte colit Iſrael, vel cuius nomen eſt ſanctificatum in Iſrael. Hoc dixit quòd eduxerit eum ex AEgypto. 23 Hebraiſmus, Per legatos tuos, &c. Reſpondet. 24 curruum meorum, ſubaudi, fretus. 25 aſcendi, id eſt, expugnaui vrbes poſitas in iugis montium. Vel per futurum potius, multitudine curruū meorum aſcendam in altitunem montium, id eſt, expugnabo Ieruſalem: quæ erat in loco editiſsimo totius Terræ ſanctæ in monte Moria. 26 Per Libanum intelligit Ieruſalem: & per latera Libani, alias vrbes expugnatas. 27 id eſt, excindam proceres Ieruſalem & optimates. 28 electionem abietum eius, id eſt, electas abietes, hoc eſt nobiliſsimos quoſque. 29 Hebraiſmus, finis eius, id eſt, extremum habitaculum. hoc eſt templum ipſum in quo habitat Dominus eius. 30 & ſaltum campi eius, id eſt, campum eius conſitum arboribus frugiferis. hoc eſt, ſacerdotes eius. Vox Hebræa Charmel, pro qua vertimus campum, ſignificat locum aptum ſementi & ſerendis arboribus. 31 id eſt, fodiendo venam aquarum perquiro in loco ſiticuloſo, quaſi dicat, tantam habeo multitudinem, vt in loco carente aquis, efficiam puteos vnde hauriam aquas antea ignotas & latentes ſub terra ipſa. Nihil eſt mihi impoſsibile. 32 Hebraiſmus, fluuios oppugnationis, id eſt, vrbium obſeſſarū, quaſi dicat, opera militum quos mecum traho, auerto curſus amnium. Alij, traho tantam multitudinem militum, vt aquę fluuij non ſufficiant militibus meis: vnde cogor fodere puteos. 33 Hebraiſmus, Nonne audiuiſti à longo tempore? eam feci. à diebus antiquis? & plaſmaui eam: nunc euenire feci eam, & fuit ad deſtruendum in aceruos deſolatos ciuitates munitas, id eſt, O Sēnacherib nunquid à longo tempore ſiue iam olim audiuiſti ſententiam quam pronuntiarā in Gentes, me perditurum regna partim tuo tempore, partim aliorum regum Aſſyriæ? quod igitur ſtatueram me facturum, adimpleui. nōne inquā audiſti à diebus antiquis quod ſtatuerā facere hoc tempore? illud decretum ego hodie impleui. noli igitur tibi vendicare tot victorias quibus potitus es me duce & authore. Prædictionem illam quam prædixeram per prophetas meos, euenire feci, quæ dicebat fore vt vrbes munitiſsimæ redigerentur in aceruos deſtructos: vt ex illis vrbibus nihil præter aceruos relinqueretur. 34 Hebraiſmus, abbreuiati manu (ſubaudi, facti, id eſt, redditi imbelles) conſternati & pudore ſuffuſi ſunt. 35 euadat in ſegetem, tangitur rubigine, quaſi dicat, non eſt mirum quòd eos viceris, quoniam ademeram illis animum, reddideram eos ſimiles herbæ quæ naſcitur in tectis planis, &c. 36 Hebraiſmus, ſeſsionem tuam, egreſſum tuum & introitum, &c. id eſt, noui quæ conſilia ceperis quum eſſes in patria tua, quot milites eduxeris dum es egreſſus, & introitum tuum in hanc terram noui, quaſi dicat, me neſciente nihil egiſti. 37 vel, bilem tuam, id eſt, noui etiam quomodo interminatus ſis mihi velut idolis. 38 iratus es. vel, concitatiore animo me iniuria affeciſti, 39 tumultus tuus, id eſt, verba tua plena tumultus & arrogantiæ peruenerunt ad me. 40 id eſt, velut hamo iniecto & fræno impoſito reducam te, &c. 41 ſponte nata. Vox Hebræa ſignificat id quod naſcitur ſuperiore anno meſſe facta, nullo poſtea iacto ſemine è granis caducis, quaſi dicat, his duobus annis nulla fiet ſeminatio, & tamen habebitis vnde viuatis. 42 renaſcentur. nulla præcedente meſſe nec ſemente. 43 quaſi dicat, tum aberit metus hoſtilis. 44 Hebraiſmus, Et addet euaſio domus Iuda quæ remaſit, radicem deorſum, & faciet fructum ſurſum, id eſt, Qui è domo Iuda euaſerint & remanſerint in Terra ſancta, agent parte ima altius radices. 45 id eſt multi erunt ſuperſtites ex tribu Iuda & Beniamin in Ieruſalē, & multi euadent de monte Sion ſoluta obſidione. 46 Hebraiſmus, euaſio, id eſt, qui euaſerint, egredientur de monte Siō. 47 vel, nimius amor. ſub. in vos. Magnus ille amor Dei omnipotentis faciet vt ſoluta obſidione libere egrediantur. 48 Heb. dicit. 49 vel, ſagittam. 50 vel, præueniet eam. i. neque milites tecti clypeis eam inuadent. 51 Sed protegam vrbem iſtam & ſeruabo eam. 52 Hebraiſmus, cadauera mortua. 53 id eſt, Armeniorum.

CAP.



## CAP. XX.

AEgrotanti Ezechiæ prædicit Eſaias mortē 2. para. 32. f. eſa. 38. a. eccl. 48. d.

Oratio Ezechię

Ambulare in veritate.

Fletus.

Tempus vitæ Ezechiæ prolōgatur.

*&

B

″Dixit

Signum ſanitatis accipit Ezechias in horoſcopo.

″an

C

Recipit munera à rege Merodach. eſa. 39. a.

″Berodach.

″monſtraret

Increpatur ab Eſaia ob oſtentatos theſauros.

″quæ

Captiuitatē Babylonicā prędicit ei.

D

″tollent,

″Dixitque

Pacem & promiſſum vitæ tēpus XV annorū petit.

Succedit Manaſſes.

IN diebus illis ægrotauit Ezechias vſque ad mortem: 1
& venit ad eum Eſaias filius Amos, propheta, dixitq́;
ei, Hæc dicit Dominus‵ Deus, Pręcipe domui tuæ: mo-
rieris enim tu, & non viues. ¶ Qui conuertit faciem ſuam 2
ad parietem, & orauit Dominū, dicens, ¶ Obſecro Do- 3
mine, memento quæſo quomodo ambulauerim coram te
in veritate, & in corde perfecto, & quod placitum eſt co-
ram te fecerim. fleuit itaque Ezechias fletu magno. ¶ Et 4
antequam egrederetur Eſaias mediam partem atrij, factus
eſt ſermo Domini ad eū, dicens, ¶ Reuertere, & dic Eze- 5
chiæ duci populi mei, Hæc dicit Dominus Deus Dauid
patris tui, Audiui orationem tuam, * vidi lachrymam
tuam: ‵ & ecce, ſanaui te, die tertio aſcendes templum
Domini. ¶ Et addam diebus tuis quindecim annos: ſed & 6
de manu regis Aſsyriorum liberabo te, & ciuitatem hanc,
& protegam vrbem iſtam propter me, & propter Dauid
ſeruum meum. ¶ Dixitque Eſaias, Afferte maſſam fico- 7
rum. Quam cum attuliſſent, & poſuiſſent ſuper hulcus
eius, curatus eſt. ¶ ″Dixerat autem Ezechias ad E- 8
ſaiam, Quod erit ſignū quia Dominus me ſanabit, & quia
aſcenſurus ſum die tertia templum Domini? ¶ Cui ait 9
Eſaias, Hoc erit ſignum à Domino, quòd facturus ſit
Dominus ſermonem quem locutus eſt: Vis vt aſcendat
vmbra decem lineis, ″aut vt reuertatur totidem gradibus?
¶ Et ait Ezechias, Facile eſt vmbram creſcere de- 10
cem lineis: nec hoc volo vt fiat, ſed vt reuertatur re-
trorſum decem gradibus. ¶ Inuocauit itaque Eſaias pro- 11
pheta Dominum, & reduxit vmbram per lineas, quibus
iam deſcenderat in horologio Achaz, retrorſum decem
gradibus. In tempore illo miſit ″ Merodach Baladan
filius Baladā rex Babyloniorū, literas & munera ad Eze-
chiā: audierat enim quòd ægrotaſſet Ezechias. ¶ Lætat″ 12
eſt autem in aduentu eorum Ezechias, & oſtendit eis do-
mum aromatum, & aurum, & argentum, & pigmenta va-
ria, vnguenta quoque, & domum vaſorum ſuorum, &
omnia quæ habere poterat in theſauris ſuis. non fuit ver-
bum quod non ″monſtraſſet eis Ezechias in domo ſua, &
in omni poteſtate ſua. ¶ Venit autem Eſaias propheta 13
ad regem Ezechiam, dixitque ei, Quid dixerunt viri
iſti? aut vnde venerunt ad te? cui ait Ezechias, De ter-
ra longinqua venerunt‵ ad me, de Babylone. ¶ At ille 14
reſpondit, Quid viderunt in domo tua? ait Ezechias,
Omnia ″quæcunque ſunt in domo mea, viderunt: nihil
eſt‵ enim quod non monſtrauerim eis in theſauris meis.
¶ Dixit itaque Eſaias Ezechiæ, Audi ſermonem Domini, 15
Ecce dies venient, & auferentur omnia quæ ſunt in domo 16
tua, & quæ condiderunt patres tui vſque in diem hanc, in
Babylonem: non remanebit quicquam, ait Dominus.
¶ Sed & de filijs tuis qui egredientur ex te, quos gene- 17
rabis ″tollentur, & erunt eunuchi in palatio regis Baby-
lonis. ¶ ″Dixit Ezechias ad Eſaiam, Bonus ſermo Domi- 18
ni, quem locutus es: ſit‵ tantum pax & veritas in die-
bus meis. ¶ Reliqua autem ſermonum Ezechiæ, & om- 19
nis fortitudo eius, & quomodo fecerit piſcinam, & aquę-
ductum, & introduxerit aquas in ciuitatem, nonne hęc
ſcripta ſunt in Libro ſermonum dierum regum Iuda?
¶ Dormiuitque Ezechias cum patribus ſuis, & regnauit 20
Manaſſes filius eius pro eo.

## CAP. XX.

*Q 1 Vodam tempore ægrotabat Ezechias letaliter. veniebat ergo ad eum Ieſaias filius Amoz propheta, & dicebat ad eum, Sic dicit Dominus, 2 Manda domui tuæ: 3 morieris enim & non viues. Vertebat ergo [Ezechias] faciem ſuam 4 ad parietem, & orans ad Dominum, dixit, 5 Memento quæſo Domine quod 6 ambulaui coram te 7 in fide, & integro corde, & quæ tibi placent feci. fleuitque Ezechias 8 magno fletu. Antequam verò Ieſaias egreſſus eſſet medium atrij, factus eſt ſermo Domini ad Ieſaiam in hunc modum, Reuertere, & dicito ad Ezechiam principem populi mei, Sic dicit Dominus Deus Dauid patris tui, Exaudiui precationem tuam, 9 vidi lachrymas tuas, ecce ego te ſanabo, ita vt tertio die aſcenſurus ſis in ædem Domini. Addam ad dies tuos quindecim annos, & de manu regis Aſſyriorum liberabo te & vrbem hanc, & protegam vrbem iſtam 10 propter me, & propter Dauidem ſeruum meum. Et ait Ieſaias, Accipite 11 maſſam ficuum: quam captam poſuerunt ſuper vlcus, & conualuit. 12 Dixit autem Ezechias ad Ieſaiam, Quodnam ſignum erit quòd Dominus ſanaturus ſit me, & quòd ſim tertio die aſcenſurus in ædem Domini? Reſpondit Ieſaias, Hoc erit tibi ſignum à Domino, quod facturus ſit rem iſtam Dominus quam promiſit, Viſne vt vmbra 13 decem gradibus progrediatur, an vt decem gradibus retrogrediatur? Reſpondit Ezechias, Facile ſit 14 vt declinet vmbra decem gradibus: 15 at non vt retrocedat decem gradibus. Clamauit itaque Ieſaias propheta ad Dominum, & 16 retraxit vmbram 17 per gradus quibus deſcenderat in hora Ahas. Eodem tempore miſit Merodach Baladan filius Baladan rex Babyloniæ literas & 18 donarium ad Ezechiam: audierat enim quod ægrotaſſet Ezechias. 19 Et lætatus eſt Ezechias ſuper illis, & oſtendit eis 20 omnes cellas aromatum, 21 argenti, auri, odorum, vnguentorum optimorum, 22 vniuerſum armamentarium ſuum, & quidquid erat in theſauris ſuis: nihil erat quod non oſtenderet eis Ezechias, cum domi ſuæ, tum per omnem regnum ſuum. Venit autem Ieſaias propheta ad regem Ezechiam, dixitque ad eum, Quid 23 dixerunt viri illi? aut vnde venerunt ad te? cui reſpondit Ezechias, 24 De terra longinqua venerunt ad me, à Babylone. Tum ille rurſum dixit, Quid inſpexerunt 25 domi tuæ? reſpondit Ezechias, Quidquid eſt domi meæ inſpexerunt, nihil 26 eſt in theſauris meis quod non oſtenderim eis. Tunc dixit Ieſaias ad Ezechiam, Audi 27 verbum Domini, Ecce venient dies, vt Babylonem auferatur quidquid eſt domi tuæ, & quidquid repoſuerunt patres tui vſque ad hunc diem, nec quidquam fiet reliquum, 28 ait Dominus. Quin & ex 29 filijs tuis qui ex te prodibunt, quoſque generabis, 30 auferent, & erunt 31 eunuchi in aula regis Babylonij. Dixit autem Ezechias ad Ieſaiam, 32 Bene vertat conſilium Domini quod expoſuiſti. & dixit, 33 Modo pacatæ ſint atque tutæ res diebus meis. Reliquum geſtorum Ezechiæ, & 34 omne robur eius, & quòd fecerit piſcinam & aquæductum, introduxeritque aquas in 35 ciuitatem, annon hæc ſcripta ſunt in libro annalium regum Iehuda? Dormiuitq́; Ezechias cum patribus ſuis, & regnauit Manaſſes filius eius pro eo.*

## SCHOLIA IN CAP. XX.

1 nēpe ſub tēpus aduētus regis Aſſyrię. 2 vel, Da mādata. Cōſule rebus tuis domeſticis. Māda domeſticis tuis quę fieri velis te mortuo. Ezechias ęgrotauit duos dies, alterū naturalē, alterū vero artificialem. Secūdo die venit ad ipſum Eſaias, & admonuit eū mortis inſtātis. Eſa. 38. 3 q. d. actū eſt de te, neq́; cōualeſces ex hoc morbo. 4 ſub. lecti. Chald. paraphra. ad parietem templi, verſus templum, vt ſcilicet maiore attentione animi oraret Dominum, auertendo faciem ſuam ab his quæ aſtabant. 5 Hebraiſmus, Obſecro Domine memento quæſo. 6 Ambulare coram Deo, eſt præcepta eius ſeruare. Dedi operam vt præcepta tua facerem. 7 in veritate, id eſt, citra hypocriſin. 8 vt ſcilicet Deus vitam ei prorogaret. 9 id eſt, lachrymæ tuæ fuerunt mihi gratæ. 10 id eſt, ob honorē nominis mei quod Sennacherib ignominia affecit: & ob fœdus quod iniui cū Dauide, vt apparea verax. 11 vel, carycas. Scribūt ficus aridas habere vim excalfaciendi: vnde dura turbercula concoquant, & ſtatim digerunt. Ex carycis fecerunt cataplaſma.

 12 Di-

32 Dixerat autem. Antequā ſcilicet imponeretur cataplaſma. Hęc præcedunt quæ dicta ſunt verſu ſuperiore: vnde vertendum per pluſquam perfectum. 13 id eſt, conficiat decem gradus per quos totidem horæ deſignantur. Chaldæus paraphraſtes, decem horas. Loquitur de horologio per quod ad vmbrā ſolis noſcuntur horæ: cuius lineæ dicuntur M A A L O T H Hebraice, id eſt gradus per quos horæ deſignantur. 14 id eſt, vt declinando conficiat decem gradus: nam talis inclinatio ſequitur motum ſolis. 15 Hebraiſmus (nequaquam id volo,) ſed (volo) vt reuertatur vmbra retrorſus decem gradibus. vel, horis, id eſt, volo reuertatur à decima ad primam lineam: nam aiunt eam tum fuiſſe horam quā vmbilicus præmonſtrabat. Accipio autem decimam horam ab ortu ſolis. nam in his horologijs deſignantur horæ inæquales propter dies longiores: vel, ęquales, vt nos qui à media nocte diem accipimus, illi autem ob ortu ſolis diem naturalem: ob id quidā aiunt diem fuiſſe productā decē horis, alij viginti, alij X X X I I. Doctus inter Hebræos ait decem horis: quia in momento fuit vmbra reducta. Doctioribus vero magis placet æqualem fuiſſe diem cum alijs: nam in horologio erant ſolum duodecim lineæ, quæ tot horas deſignabant. Miraculum fuit vmbram retroceſsiſſe procedente tamen ſole, nec ſecutā eſſe vmbrā motum ſolis. & hæc reductio fuit momentanea: quandiu autem illic ſteterit, neſcimus: vmbra autem poſtea ſequuta eſt motum ſuum poſtquam hoc innotuit regi & eius ſeruis. 16 reduxit, ſubaudi, Dominus. 17 Hebraiſmus, in ſolario in quo deſcenderat, in cochlea (quam fecerat) Achaz, retrorſum decem gradibus, id eſt, in horologio ſolario in quo deſcenderat ſol, ſiue vmbra quam iecerat ſol obiectu vmbilici, quod horologium erat affixum in ſummitate cochleæ quam fecerat Achaz: reduxit inquā retrorſum decem lineis. 18 vel, munera. vt ſcilicet gratularetur ei de valetudine recuperata. 19 Hebraiſmus, Et acquieuit illis Ezechias. Petiuerant enim vt oſtenderet quæ viſu erant digna in domo ſua. In Paralip. legitur, Et gauiſus eſt propter eos, id eſt, propter eorum aduentum. 20 Hebraiſmus, omnem domum deſiderabilium, id eſt, eam partem domus in qua pretioſa quæque erant repoſita. 21 argentum, aurum, & aromata, & oleum bonum, id eſt, vnguenta odorifera, opobalſamum quo vngebantur reges & ſacerdotes. 22 Hebraiſmus, domum inſtrumentorum ſuorum, ſubaudi, bellicorum. 23 vel, dicunt, id eſt, Quid noui afferunt. 24 quaſi dicat, Hi intellexerunt quam clarum ſit regnum meum, propterea venerunt. 25 vel, in regia tua? 26 fuit. 27 id eſt, quod facturus eſt tibi Dominus: ſententiam quam Dominus ob ſuperbiam & oſtentationem opum tulit in te. 28 quaſi dicat, quod dico fore, eueniet: nam illud per me dixit Dominus. 29 id eſt, nepotibus, 30 vel, abducent, ſubaudi, in Babylonem. 31 vel, principes. Sic Chaldæus paraphra. Vox Hebræa ſignificat eunuchū & eum qui fungitur officio eunuchi, id eſt, principē. hoc eſt de primarijs ſeruis regis. 32 Hebraiſmus, Bonus eſt ſermo Domini quem locutus es, quaſi dicat, Faciat Dominus pro arbitratu ſuo, dūmodo ſtatus regni mei ſit ſtabilis. 33 Hebraiſmus, Nonne (ſub. bonus eſt ſermo iſte) ſi pax & veritas futura ſit tempore meo? id eſt, Cur non bonus ſit ſermo Domini, modo fruar pace, & res regni mei ſint futuræ in ſtatu ſtabili? 34 id eſt, quęcunque geſſit ſtrenue. 35 ſubaudi, Ieruſalem.

## C A P. X X I.

*Dvodecim annos natus 1 fuit Manaſſes quū inaugararetur regno, regnauitq; quinquaginta annis in Ieruſalem. nomen matris eius fuit HephZiba. 2 Deſignauit autem quod diſplicuit Domino iuxta abominationes Gentium, quas eiecerat Dominus ante filios Iſrael. Nam 3 verſus extruxit excelſa quæ demolitus fuerat EZechias pater eius, & erexit aras ipſi baal, fecit lucum quemadmodum fecerat Ahab rex Iſraelis, 4 adorauit omnem 5 exercitum cæli, & coluit illa. Ædificauit quoque altaria in æde Domini, de qua dixerat Dominus, 6 In Ieruſalem ponam nomen meum. 7 Extruxit inſuper aras 8 pro omni militia cæli 9 in duobus atrijs domus Domini, traduxit filium ſuum per ignem, 10 vacabat arti ariolandi & augurijs, inſtituit pythones & diuinos, & 11 ingentia mala deſignauit in oculis Domini, 12 vt illum ad iram concitaret. Poſuit 13 ſculptile luci quem fecerat, in domo de qua dixerat Dominus ad Dauidem, & ad Solomonem filium eius, In domo iſta & in Ieruſalem quam elegi ex omnibus tribubus Iſraelis, ponam nomem meum 14 perpetuò. Nec 15 vltra ſinam vt Iſrael emigret ex hac terra quam tradidi patribus eorum, modo cuſtodiant 16 & faciant iuxta omnia quæ præcepi eis, & iuxta vniuerſam legem quā mandauit eis ſeruus meus Moſes. At illi non audierunt: 17 nam ſeduxit eos Manaſſes, vt facerent peiora quàm Gentes quas deleuit Dominus à facie filiorum Iſrael. 18 Et loquutus eſt Dominus per ſeruos ſuos 19 prophetas in hanc ſententiam, Eo quod Manaſſes rex* Iehuda *fecit abominationes iſtas, 20 & in his omnibus malitia ſuperauit Amorrhæos qui ante eum fuerunt, quodque effecit vt Iehuda peccaret idolis ſuis, Idcirco ſic dicit Dominus Deus Iſraelis, Ecce ego 21 adduco 22 malū ſuper Ieruſalem & Iehudā, 23 [tale] vt ei qui illud audierit, ambæ aures eius tinniant. Et extendam ſuper Ieruſalem 24 regulam Samariæ, & 25 pondus domus Ahab, & detergam Ieruſalem, quemadmodum quis 26 patinam detergit, 27 & eam vertit. 28 Deſeram reliquias 29 hæreditatis meæ, & tradam eas in manum hoſtium ipſorum, & patebūt direptioni & depopulationi omnium hoſtium ſuorum, Eo quòd malum deſignarint in oculis meis, & quòd irritauerint me, ab eo die quo egreſſi ſunt patres eorum de Ægypto vſque in hunc diem. Sed & 30 ſanguinis innoxij plurimum fudit Manaſſes, donec impleret Ieruſalem 31 ad ſummum vſque,*

## C A P. X X I.

1 Dvodecim annorum erat Manaſſes cum regnare
cœpiſſet, & quinquagintaquinque annis regnauit in Ieruſalem: nomen matris eius Haphſiba.
Impius Manaſſes inſtaurat idóla. 2. para. 33. a.
2 ♀ Fecitque malum in conſpectu Domini, iuxta idóla Gē-
3 tium, quas deleuit Dominus à facie filiorum Iſrael. ♀ Conuerſuſque eſt, & ædificauit excelſa quæ diſsipauerat Ezechias pater eius: & erexit aras baal, & fecit lucos ſicut fecerat Achab rex Iſrael: & adorauit omnem militiā cæ-
4 li, & coluit eam. ♀ Extruxitque aras in domo Domini, de qua dixit Dominus, In Ieruſalem ponam nomē meum.
5 ♀ Et extruxit altaria vniuerſæ militiæ cæli in duobus a-
2. Reg. 7. b. Duo atria.
6 trijs templi Domini, ♀ & traduxit filium ſuum per ignē: & ariolatus eſt, & obſeruauit auguria, & fecit pythones, & aruſpices multiplicauit, vt faceret malum corā Do-
7 mino, & irritaret eum. ♀ Poſuit quoque idôlum luci
B
quem fecerat, in templo Domini, ſuper quo locutus eſt Dominus ad Dauid, & ad Salomonem filium eius, In templo hoc & in Ieruſalem quā elegi de cunctis tribubus
2. Reg. 7. b. 3. Reg. 8. b.
8 Iſrael, ponam nomen meū in ſempiternū. ♀ Et vltra non faciam commoueri pedem Iſrael de terra quam dedi patribus eorum: ſi * cuſtodierint opere omnia quæ præcepi eis, & vniuerſam legem quam mandauit eis ſeruus meus
* tamen
9 Moyſes. ♀ Illi verò non audierunt: ſed ſeducti ſunt à Manaſſe, vt facerent malum ſuper Gentes quas contri-
10 uit Dominus à facie filiorum Iſrael. ♀ Locutuſq; eſt Dominus in manus ſeruorum ſuorum prophetarum, dicens,
11 ♀ Quia fecit Manaſſes rex Iuda abominationes iſtas peſſimas, ſuper omnia quæ fecerunt Amorrhæi ante eum,
Ierem. 15. a.
12 & peccare fecit etiam Iudam in immunditijs ſuis: ♀ Propterea hęc dicit Dominus Deus Iſrael, Ecce ego inducam mala ſuper Ieruſalem, & Iudam: vt quicunq; audierit, tin-
C
13 niant ambæ aures eius. ♀ Et extendam ſuper Ieruſalem funiculum Samariæ, & pondus domus Achab: & delebo Ieruſalem, ſicut deleri ſolent tabulæ: delens vertam,
14 & ducam crebrius ſtylum ſuper faciē eius. ♀ Dimittā verò reliquias hæreditatis meæ, & tradam eas in manus inimicorum eius: eruntque in vaſtitatem, & in rapinam cun-
15 ctis aduerſarijs ſuis, ♀ Eo quòd fecerint malum corā me, & perſeuerauerint irritantes me, ex die qua egreſsi ſunt
16 patres eorum ex AEgypto, vſque ad hanc diem. ♀ Inſuper & ſanguinem innoxium fudit Manaſſes multū nimis, donec ⁰ impleretur Ieruſalem vſque ad os: abſque
⁰ impleret
peccatis



peccatis ſuis quibus peccare fecit Iudam, vt faceret malū
cora Domino. ♀ Reliqua autem ſermonū Manaſſe, & v- 17
niuerſa quę fecit, & peccatū eius quod peccauit: nóne hęc
Moritur Manaſſes.
ſcripta ſunt in Libro ſermonum dierū regū Iuda? ♀ Dor- 18
miuitq; Manaſſes cū patribus ſuis, & ſepultus eſt in horto domus ſuæ, in horto Oza: & regnauit Amon filius
D
eius pro eo. ♀ Vigintiduorum annorum erat Amon 19
Amon impij patris impius filius regnat pro Manaſſe.
cum regnare cœpiſſet: duobus quoque annis regnauit in Ieruſalem. nomen matris eius Meſſalemeth filia Harus
de ⁰ Ieteba. ♀ Fecitque malum in conſpectu Domini, 20
⁰ Iateba.
ſicut fecerat Manaſſes pater eius. ♀ Et ambulauit in om- 21
ni via per quam ambulauerat pater eius: ſeruiuitque immunditijs, quibus ⁰ ſeruiebat pater eius, & adorauit eas.
⁰ ſeruierat
♀ Et dereliquit Dominum Deum patrum ſuorum, & 22
non ambulauit in via Domini. ♀ Tetenderuntque ei 23
inſidias ſerui ſui, & interfecerunt regem in domo ſua.
♀ Percuſsit autem populus terræ omnes qui coniurauerant 24
A ſeruis interficitur Amon. Ioſias, filius Amon conſtituitur rex.
rant contra regem Amon: & conſtituerunt ſibi regē Ioſiam filium eius pro eo. ♀ Reliqua autem ſermonum 25
Amō quę fecit, nóne hęc ſcripta ſunt in Libro ſermonum
dierum regum Iuda? ♀ Sepelieruntque eum in ſepulchro 26
ſuo, in horto Oza: & regnauit Ioſias filius eius pro eo.

*32 ſupra peccatum quo peccare fecit Iehudam, 33 vt faceret malum in oculis Domini. Reliqua geſtorum Manaſſis, & omnia quæ fecit, & peccatum eius quod peccauit, annon hæc ſcripta ſunt in libro annalium regum Iehuda? Dormiuitque Manaſſes cum patribus ſuis, & ſepultus eſt in horto domus ſuæ, in horto Vſæ, 34 regnoque inauguratus eſt Amon filius eius pro eo. Vigintiduos annos natus erat Amon 35 quum regno fuit inauguratus, & regnauit duobus annis in Ieruſalem: fuitque nomen matris eius, Meſullæmeth filia HaruZ de Iotba. Deſignauit autem malitiam in oculis Domini, ſicut fecerat Manaſſes pater eius. Ambulauitque in omni via in qua ambulauit pater eius, colens idola quæ & pater eius coluerat adorauerat que. Et dereliquit dominum Deum patrum ſuorum, & non ambulauit in via Domini. Conſpirantéſque contra eum ſerui Amon, interfecerunt regem in Domo ſua. Et percuſsit populus 36 terræ omnes qui coniurauerant contra regem Amon, & conſtituit populus terræ regem Ioſiam filium eius pro eo. Reliquum geſtorum Amon quæ fecit, annon hæc ſcripta ſunt in libro annalium regum Iehuda? Sepeliuit autem eum [populus] in ſepulchro ſuo in horto Vſæ, & regnauit Ioſias filius eius pro eo.*

## S C H O L I A I N C A P. X X I.

1 Erat Manaſſes quum regnare cœpit. 2 Hebraiſmus, Et fecit malum in oculis Domini, (id eſt) ſecundum abominationes, id eſt, fecit abominanda non aliter quam Gentes, coluit idola more Gentium. 3 conuerſus eſt & ædificauit, id eſt, iterum ædificauit, ſiue inſtaurauit. 4 adorauerunt que. 5 id eſt, planetas. 6 id eſt, In templo quod extruetur in Ieruſalem, inuocabitur nomē meum, & dicetur templum meum, vocabiturque de nomine meo. 7 Extruxit inquam. 8 id eſt, in honorem non Dei, ſed ſtellarum, ſiue planetarum. 9 Erat atrium ſacerdotum vnum, alterum vero in quo orabat populus. 10 Hebraiſmus, obſeruauit tempora & auguratus eſt, id eſt, ex conſtitutione ſtellarum futura prædixit, & diuinauit. 11 Hebraiſmus, multiplicauit facere malum, id eſt, quàm plurima fecit mala quibus ad iram prouocauit Deum. 12 vel, prouocando eum ad iracundiam. 13 id eſt, lucum ſculptum, ſiue lucum magno artificio ſculptum. Poſuit in domo Domini lucum ſculptilem. 14 id eſt, vt maneat ibi longo tēpore. 15 Heb. addā vt commoueri faciam pedē Iſrael. 16 Heb. faciendo, id eſt, modo ſint ſoliciti facere omnino vt præcepi. 17 vel, ſed errare fecit. 18 vel, Itaque loquutus eſt. 19 hoc intelligūt de Ioele, Nahū, & Malachia. 20 Heb. & peius fecit quā Amorrhæi. 21 pręſens pro futuro, inducā, vel adducturus ſum. 22 .i. afflictionem & calamitatē. 23 .i. immittā tantā calamitatē, vt ſtupidos & attonitos reddat eos qui eam intellexerīt. 24 vel, lineā Samariæ. Chald. para. lineā deſolationis Samariæ. Similitudine vtitur architecti, qui deſignat linea quod demoliturus eſt. q. d. Vt curaui Samariam perdendā, ita etiam perdam Ieruſalem. 25 perpendiculū. ſub. extendam. Metaphora à latomis, quaſi dicat, non aliter perdā Ieruſalem, quā perdidi familiā Achab. 26 vel, ſcutellam. 27 Heb. (quā quū) deterſerit, vertit eam in faciē ſuam. i. inuertit eam. q. d. Repurgabo vrbē veſtram ab hominibus ſceleratis, quos vbi fugauero, inuertam illam vt inuerti ſolet à ruſticis ſcutella repurgata. 28 id eſt, Non iuuabo poſthac. 29 tribum Iuda & Beniamin intelligit. 30 id eſt, quam plurimos innocentes occidit. 31 Hebraiſmus, de ore ad os, id eſt, ad orificium vſque. Chaldæus paraphraſtes, ab extremitate ad extremitatem. Metaphora à vaſis quæ aqua aut alio humore impleri ſolent. 32 præter peccatum, id eſt, idololatriam. 33 vel, faciendo. 34 regnauitque. 35 quando regnare cœpit. 36 id eſt, ipſius regionis.

## C A P. X X I I.

Ioſias pius. 2. par. 34. a.
Octo annorum erat Ioſias cum regnare cœpiſ- 1
ſet, & triginta vno anno regnauit in Ieruſalem.
⁰ Adaia
Nomen matris eius Idida, filia ⁰ Phadaia de Beſecath. ♀ Fecitque quod placitum erat corā Domino, & 2
ambulauit per omnes vias Dauid patris ſui: non declinauit ad dexterā, ſiue ad ſiniſtrā. ♀ Anno autē octauo deci- 3
Ioſiæ cura, in inſtaurando templo.
mo regis Ioſiæ, miſit rex, Saphā filiū ⁰ Aſlia, filij Meſſulā
⁰ Aſalia, (Hebraice.
ſcribā tēpli Domini, dicēs ei, ♀ Vade ad Helciā ſacerdo- 4
tem magnum, vt confletur pecunia quæ illata eſt in templum Domini, quam collegerunt ianitores templi à populo, ♀ Deturque fabris per præpoſitos ⁰ domus Domini: 5
⁰ in domo
qui & diſtribuant eam his qui operantur in templo Do-
B
mini, ad inſtauranda ſartatecta templi: ♀ Lignarijs videlicet & cęmentarijs, & ijs qui interrupta componūt: & vt 6
emantur ligna, & lapides de lapicidinis ad inſtaurandum templum ⁰ Domini. ♀ Veruntamen non ſupputetur eis 7
argentum quod accipiunt, ſed in poteſtate habeant, &
in fide. ♀ Dixit autem Helcias pontifex ad Saphan ſcri- 8
Deuteronomiū rēperitur.
bam, Librum legis reperi in domo Domini. Deditque Helcias volumen Saphan ⁰ ſcribæ, qui & legit illud.
♀ Venit quoque Saphan ſcriba ad regē, & renuntiauit ei 9
quod præceperat, & ait, Conflauerunt ſerui tui pecuniam, quæ reperta eſt in domo Domini: & dederunt vt
⁰ à præfectis.
diſtribueretur fabris ⁰ ac præfectis operum templi Do-
mini, ♀ Narrauit quoque Saphan ſcriba regi, dicens, 10

## C A P. X X I I.

*Octo annos natus fuit* Ioſias *quum 1 regno inaugararetur, regnauitq; triginta annis & vno in Ieruſalem. Nomen matris eius fuit Iedida, quæ filia fuit Adaia de BoZcath. Hic fecit quod rectum erat in oculis Domini, ambulauitque in omni via Dauid patris ſui: non receſsit neque ad dextram neque ad ſiniſtram. Factumq; eſt in anno decimooctauo regis Ioſiæ, vt mitteret rex Saphā filiū AZaliæ filij Meſullam ſcribam 2 in domo Domini huiuſmodi mandato, Aſcende ad Hilkiam ſacerdotem magnum, 3 vt in ſummam redigant pecuniam quæ illata eſt in domum Domini, quam collegerunt cuſtodes liminis, à populo, 4 Dentque eam in manus eorum qui opus faciunt, 5 qui conſtituti ſunt ſuper domum Domini, tradantque eam ijs qui faciunt opus in domo Domini, 6 ad inſtauranda ſarta tecta templi, Fabris nempe [lignarijs,] ſtructoribus, & 7 murarijs, ad cōparandum ligna & lapides ſcalptos, ad 8 inſtaurandum templum. 9 Veruntamen non exigatur ratio ab illis, in quorum manus pecuniæ illæ dantur, ſed bona fide agant. Dixit autem Hilkias ſacerdos ſummus ad Saphan ſcribam, 10 Codicem legis inueni in domo Domini. tradiditque Hilkias codicem ipſi Saphan, vt eum legeret. Veniens autē Saphan ſcriba ad regem, retulit ad regem 11 hoc negotiū, & ait, 12 Ordinarūt ſerui tui pecuniā quæ inuēta eſt tēplo, & tradiderūt eā in manū eorum qui opus faciunt præfectis ædi Domini. Indicauit quoque Saphan ſcriba regi, dicens,*

Hilxia ſacerdos dedit mihi codicem, legitq; in eo Saphā corā rege. Et factum eſt, quū audiſſet rex verba codicis legis, ſcidit veſtimenta ſua. Et mandauit rex ipſi Hilxiæ ſacerdoti, & Ahicam filio Saphan & Achbor filio Michea, & Saphan ſcribæ, atque Aſaiæ miniſtro regio, dicens, Ite, & 13 ſciſcitamini Dominum pro me, pro populo, & pro vniuerſo Iehuda de verbis huius codicis inuenti: quoniam furor Domini magnus ſuccenſus eſt in nos, quod patres noſtri non audierint verba codicis huius, vt facerent iuxta omne illud quod ſcriptum eſt nobis. Abijt itaque Hilxias ſacerdos, & Ahicā, & Achbor, & Saphā, atq; Aſaia ad Huldā prophetiſſam vxorē Sullā filij Ticua, filij Harhā cuſtodis veſtium, quæ habitabat Ieroſolymis 14 in altera parte, & loquuti ſunt cum ea. Quæ dixit ad eos, Sic dixit Dominus Deus Iſraelis, Dicite viro qui vos ad me miſit, Sic dixit Dominus, Ecce ego adduco calamitatem ſuper locum iſtum, & ſuper eos qui eum inhabitant, [nempe] omnia verba huius codicis quem 15 legit rex Iehuda, eo quòd dereliquerunt me, & thus incenderunt dijs alijs, vt irritarent me in omni opere manuum ſuarum, 16 & accendetur furor meus contra locum iſtum, & non extinguetur. Porrò ad regem Iehuda, qui miſit vos vt conſuleretis Dominum, ſic dicetis, Sic dicit Dominus Deus 17 Iſraelis, Quandoquidem propter verba quæ audiſti emollitum eſt cor tuum, & humilis factus es coram Domino, quando audiuiſti quæ minatus ſum contra locum iſtum, & contra habitatores eius, 18 vt fierent in deſolationem & execrationem, & conſcidiſti veſtimenta tua, fleuiſtique coram facie mea, en & ego exaudiui, dicit Dominus. Idcirco ecce ego 19 colligam te ad patres tuos, & tu colligeris ad ſepulchra tua in pace, vt oculi tui non videant vniuerſum malum quod ego adduco ſuper locum iſtum. hi verò hanc reſponſionem retulerunt regi.

Librum dedit mihi Helcias ſacerdos. Quem cum
11 legiſſet Saphan coram rege, ¶ & audiſſet rex ver-
12 ba libri legis Domini, ſcidit veſtimenta ſua. ¶ Et
præcepit Helciæ ſacerdoti, & Ahicam filio Saphan, &
Achobor filio ° Micha, & Saphan ſcribæ, & Aſaiæ ſeruo
13 regis, dicens, ¶ Ite, & conſulite Dominum ſuper me, &
ſuper populo, & ſuper omni Iuda de verbis voluminis
iſtius quod inuentum eſt: magna enim ira Domini ſuc-
cenſa eſt contra nos: quia non audierunt patres noſtri
verba libri huius, vt facerent omne quod ſcriptum eſt no-
14 bis. ¶ Ierunt itaque Helcias ſacerdos, & Ahicam, &
Achobor, & Saphan, Aſaia ad Holdam prophetidem v-
xorem Sellum filij Thecuæ, filij Araas coſtodis veſtium:
quæ habitabat in Ieruſalem, in Secunda: locutique ſunt
15 ad eam. ¶ Et illa reſpondit eis, Hæc dicit Dominus Deus
16 Iſrael, Dicite viro qui miſit vos ad me, ¶ Hæc dicit Do-
minus, Ecce, ego adducam mala ſuper locum iſtum, &
ſuper habitatores eius, omnia verba legis quæ legit rex
17 Iuda: ¶ quia dereliquerunt me, & ſacrificauerunt dijs
alienis, irritantes me in cunctis operibus manuum ſua-
rum: & ſuccendetur indignatio mea in loco hoc, &
18 non extinguetur. ¶ Regi autem Iuda qui miſit vos vt
conſuleretis Dominum, ſic dicetis, Hæc dicit Dominus
19 Deus Iſrael, Pro eo quod audiſti verba voluminis, ¶ &
perterritum eſt cor tuum, & humiliatus es coram Domi-
no, auditis ſermonibus contra locum iſtum, & habitato
res eius, quod videlicet fierent in ſtuporem & in maledi-
ctum: & ſcidiſti veſtimenta tua, & fleuiſti coram me,
20 & ego audiui, ait Dominus: ¶ Idcirco colligam te ad
patres tuos, & colligêris ad ſepulchrum tuum in pace, vt
non videant oculi tui omnia mala quæ introducturus ſum
ſuper locum iſtum.

° Michaia. C

Ioſias conſulit Dominum per Holdā prophetiſſam, de libro Deuteronomij neglecto à patribus.

D

Ioſias credulus verbis Dei, exauditur.

Fletus.

## SCHOLIA IN CAP. XXII.

1 Regnare cœpit. 2 ad domum. 3 Hebraiſmus, vt perficiat, ſubaudi, conflare, id eſt, perfecte & exacte conflet argentum rude & nondum percuſſum. Alij, vt perficiat, id eſt, perfecte exigat argentum ab ęditiuis, &c. 4 Vt ponant eam. 5 id eſt, qui præſunt operi templi. 6 ad inſtaurandas rimas. vel, rupturas. 7 cæmentarijs. 8 roborandum. 9 Hebraiſmus, Tantum non ſupputetur eis argentum quod datur ad manum eorum: nam cum fide facient, id eſt, ne exigatur ab eis ratio datæ pecuniæ: nam eam fideliter diſpenſabunt. 10 ſiue, Librum continentem legem. Hic locus indicat impium Manaſſen ſubſtuliſſe libros ſacros è medio, adeo vt Ioſias non habuerit librum legis ante eum quem inuenit Helcias. 11 Hebraiſmus, rem, id eſt, reſponſum. 12 Conflauerūt. Hic locus oſtendit argentum, rude fuiſſe & non percuſſum. 13 requirite, id eſt, conſulite Dominum. 14 Hebraiſmus, in domo doctrinæ, id eſt, in ea parte vrbis in qua erat gymnaſiū. Locus erat in quo dabatur opera literis nō ſacris, ſed alijs. nā tū nulli erāt libri ſacri Ieroſolymis. Aut eſt nomē vici. 15 vel, curauit legēdū. 16 Aut vacat, &: aut ſic verte, ppterea inquā. 17 Heb. Iſraelis. verba quę audiuiſti. ſub. dū legeretur liber legis, euētura quidē erāt. Nūc ſequitur alius verſus, Verū quia emollitū, &c. 18 .i. quod locus iſte deſolaretur & ſubiaceret diuinæ maledictioni. 19 id eſt, ſepeliā te cum maioribus tuis, & deferent te in ſepulchrum tuum.

## CAP. XXIII.

Qvumque rex 1 miſiſſet, 2 cōgregati ſunt ad eū omnes ſeniores Iehuda & Ieruſalem. Aſcendit autem rex in ædē Dñi, vnà 3 cum omnibus viris Iehuda, & cūctis habitatoribus Ieruſalē, cū ſacerdotibus & cū 4 pphetis & omni populo, à minore ad maiorē vſq;, legitq; audientibus ipſis omnia verba libri fœderis, qui repertus fuerat in æde Domini. Et rex ſtans 5 iuxta columnā, pepigit fœdus coram Domino, 6 nempe vt ambularent poſt Dominum, & obſeruarent præcepta eius, teſtimonia eius, atque ſtatuta eius, toto corde, totaque anima, 7 vt rata haberent verba fœderis huius quæ ſcripta erant in libro illo. 8 ſtabatque vniuerſus populus in fœdus illud. Præcepit inſuper rex Hilxiæ ſacerdoti magno, & ſacerdotibus 9 poſterioris ordinis, atque cuſtodibus liminis, vt efferrent ex templo Domini cuncta vaſa quæ facta fuerant ipſi baal, lucis, & vniuerſæ militiæ cæli, & combuſſit ea extra Ieruſalem in campis Kidron, 10 tulitque puluerem eorum in Beth-el. Aboleuit quoque 11 camurim, quos 12 fundauerant reges Iehuda, vt thura incenderent in excelſis & ciuitatibus Iehuda 13 circumeuntes Ieruſalem: ſimulque eos qui adolebant ipſi Baal, Soli, Lunæ, 14 influētijs,

## CAP. XXIII.

1 ET renuntiauerunt Regi quod dixerat. Qui miſit: &
congregati ſunt ad eum omnes ſenes Iuda & Ieru-
2 ſalem. ¶ Aſcenditque rex templum Domini, &
omnes viri Iuda, vniuerſique qui habitabant in Ieruſalem
cum eo ſacerdotes & prophetæ, & omnis populus à par-
uo vſque ad magnum: legitque cunctis audientibus om-
nia verba libri fœderis, qui inuentus eſt in domo Domi-
3 ni. ¶ Stetitque rex ſuper gradum: & fœdus percuſſit
coram Domino, vt ambularent poſt Dominum, & cu-
ſtodirent præcepta eius, & teſtimonia, & ceremonias in
omni corde, & in tota anima, & ſuſcitarent verba fœde-
ris huius, quæ ſcripta erant in libro illo. acquieuitque po-
4 pulus pacto. ¶ Et præcepit rex Helciæ pontifici, &
ſacerdotibus ſecundi ordinis, & ianitoribus, vt proijce-
rent de templo Domini omnia vaſa quę facta fuerant
baal, & in luco, & vniuerſæ militiæ cæli: & combuſſit
ea foris Ieruſalem in Conualle-cedron, & tulit pul-
5 uerem eorum in Beth-el. ¶ Et deleuit aruſpices quos
poſuerāt reges Iuda ad ſacrificandum in excelſis per ciui-
tates Iuda, & in circuitu Ieruſalem: & eos qui adole-
bant incenſum Baal, & Soli & Lunæ, & duodecim ſignis,
& omni

Ioſias legit Deuteronomiū corā populo. 2. paral. 24. f.

Fœdus percutit cum Domino, cuius cōditio eſt obſeruatio legis.

Demolitur idóla.

Vaſa dicata baal eccle. 49. a

B

Sacerdotes baal.

Sol. Luna.



Lucus.

& omni militiæ cæli. ¶ Et efferri fecit lucum de domo Do 6
mini foras Ieruſalem in Conualle-cedron: & combuſſit
eum ibi, & redegit in puluerem, & proiecit ſuper ſepul-
chra vulgi. ¶ Deſtruxit quoque ædiculas effœminato- 7
rum, quæ erant in domo Domini, pro quibus mulieres te-
xebant quaſi domunculas luci. ¶ Congregauitque om- 8
nes ſacerdotes de ciuitatibus Iuda, & cōtaminauit excel-
ſa, vbi ſacrificabant ſacerdotes, de Gabaa vſque Ber-ſa-
bee: & deſtuxit aras portarū in introitu oſtij Ioſuæ princi
pis ciuitatis, quod erat ad ſiniſtrā portæ ciuitatis. ¶ Ve- 9
runtamen non aſcendebant ſacerdotes excelſorum ad al-
tare Domini in Ieruſalem: ſed tantum comedebant azy-
ma in medio fratrum ſuorum. ¶ Contaminauit quo- 10
que Thopheth, quod eſt in Conualle-filij-Ennom: vt
nemo conſecraret filium ſuum aut filiam per ignem,
Moloch. ¶ Abſtulit quoq; equos quos dederant reges Iu 11
dæ, Soli, in introitu templi Domini, iuxta exedram Na-
than-Melech eunuchi, qui erat in Pharurim: currus au-
tem Solis combuſſit igni. ¶ Altaria quoque quæ erāt 12
ſuper tecta cœnaculi Achaz, quæ fecerant reges Iuda,
& altaria quæ fecerat Manaſſes in duobus atrijs tem-
pli Domini, deſtruxit rex: & cucurrit inde, & diſperſit
cinerem eorum in Torrentem-cedron. ¶ Excelſa quo- 13
que quę erant in Ieruſalem ad dexteram partem Montis
offenſionis, quæ ædificauerat Salomon rex Iſrael, ° Aſta-
roth idolo Sidoniorum, & Chamos offenſioni Moab, &
Melchom abominationi filiorum Ammon, polluit rex.
¶ Et contriuit ſtatuas, & ſuccîdit lucos: repleuitque loca 14
eorum oſſibus mortuorum. ¶ Inſuper & altare quod 15
erat in Beth-el, & excelſum quod fecerat Ieroboam fi-
lius Nabat, qui peccare fecit Iſrael: & altare illud excel-
ſum deſtruxit atque combuſſit, & comminuit in pulue-
rem, ſuccenditque etiam lucum. ¶ Et conuerſus Ioſias, 16
vidit ibi ſepulchra quæ erant in monte: miſitque & tulit
oſſa de ſepulchris, & combuſſit ea ſuper altare, & po-
ſuit illud iuxta verbum Domini quod locutus eſt vir Dei,
qui prædixerat verba hæc. ¶ Et ait, Quis eſt titulus ille 17
quem video? reſponderuntque ei ciues vrbis illius, Se-
pulchrum eſt hominis Dei, qui venit de Iuda, & prædi-
xit verba hæc quæ feciſti ſuper altare Beth-el. ¶ Et ait, 18
Dimittite eum, nemo commoueat oſſa eius. & intacta
manſerunt oſſa illius, cum oſſibus prophetæ qui venerat
de Samaria. ¶ Inſuper & omnia phana excelſorum, 19
quæ erant in ciuitatibus Samariæ, quæ fecerant reges
Iſrael ad irritandum Dominum, abſtulit Ioſias: & fe-
cit eis ſecundum omnia * quæ fecerat in Beth-el. ¶ Et 20
occidit vniuerſos ſacerdotes excelſorum, qui erant
ibi ſuper altaria: & combuſſit oſſa humana ſuper ea:
reuerſuſque eſt Ieruſalem. ¶ Et præcepit omni po- 21
pulo, dicens, Facite phaſe Domino Deo veſtro, ſe-
cundum quod ſcriptum eſt in libro fœderis huius.
¶ Nec enim factum eſt phaſe tale à diebus iudicum, 22
qui iudicauerunt Iſrael, & omnium dierum regum Iſrael,
& regum Iuda, ¶ ſicut in octauodecimo anno regis Io- 23
ſiæ factum eſt phaſe iſtud Domino, in Ieruſalem. ¶ Sed 24
& pythones & ariolos, & figuras idolorum, & immun-
ditias, & abominationes quæ fuerant in terra Iuda, &
Ieruſalem, abſtulit Ioſias: vt ſtatueret verba legis, quę
ſcripta ſunt in libro quem inuenit Helcias ſacerdos in tem
plo Domini. ¶ Similis illi non fuit ante eum rex, qui 25
reuerteretur ad Dominum in omni corde ſuo, & in tota
anima ſua, & in vniuerſa virtute ſua iuxta omnem legem
Moyſi: neque poſt eum ſurrexit ſimilis illi. ¶ Verun- 26
tamen non eſt auerſus Dominus ab ira furoris ſui ma-
gni, quo iratus eſt furor eius contra Iudam: propter
irritationes quibus prouocauerat eum Manaſſes. ¶ Di- 27
xit itaq; Dominus, Etiā Iudam auferam à facie mea, ſicut
abſtuli Iſrael: & proijciam ciuitatem hanc quam ele-
gi, Ieruſalem, & domum de qua dixi, Erit nomen

Excelſa.

C

Thopheth.

Equi & currus Solis.

Altaria idolorum.

Excelſa.

3. Reg. 11. b.

° Aſtoreth

3. Reg. 12. g.

Altare Ieroboā.

D

Oſſa mortuorū.

Oſſa prophetæ Dei ſeruantur. 3. Reg. 13. a.

* opera

Occidit omnes ſacerdotes baal.

E

Celebrat phaſe. 2. par. 35. a. 3. Eſd. 1. a.

Pythones. Arioli.

Laus Ioſiæ. Toto corde cōuerſus ad Deū.

F

Prædicitur hîc euerſio Iuda, de qua Inf. 24. a.

15 & omni militiæ cæli, Eiecit quoque 16 lucum de domo Domini extra Ieruſalem ad torrentem Kidron, & combuſſit eum ibi ad torrentem Kidron, comminuitque in puluerem, & proiecit puluerem eius ſuper ſepulchra 17 filiorum populi. Diruit deinde domos 18 catamitorum quæ erant 19 iuxta domum Domini, 20 vbi mulieres texebant 21 domunculas ipſi luco. Et 22 adduxit omnes ſacerdotes ex ciuitatibus Iehuda, & 23 contaminauit excelſa vbi ſacerdotes adoleuerant, à 24 Geba vſque ad Beer-ſeba, & diruit excelſa 25 portarum, quæ erant ad oſtium portæ Iehoſua præfecti vrbis, quæ ad ſiniſtram erant 26 cuique in porta ciuitatis. Veruntamen 27 non aſcenderant ſacerdotes excelſorum 28 ad aram Domini in Ieruſalem, ſed comedebant placentas infermentatas 29 inter fratres ſuos. Porrò & Tophet prophanauit quod eſt in valle filiorum Hinnon, nequis traduceret filium ſuum aut filiam ſuam per ignem ipſi Moloch. Aboleuit denique equos quos dederant reges Iehuda ſoli in introitu templi Domini, iuxta cœnaculum Nethāmelech 30 eunuchi 31 qui erat in Paruarim: etiam 32 quadrigas ſolis igne combuſſit. Sed & altaria quæ erāt ſuper tectum cœnaculi Ahas, quæ fecerant reges Iehuda, & altaria quæ fecerat Manaſſes in duobus atrijs domus Domini cōfregit rex, & 33 currens inde proiecit puluerem in torrentem Kidron. Excelſa quoq; quæ erant eregione Ieruſalem, [id eſt] ad dexteram montis 34 vaſtationis, quæ 35 ædificauerat Solomō rex Iſraelis ipſi Aſtoreth 36 idolo Zidoniorū, & ipſi Chamos idolo Moab, & ipſi 37 Milchom idolo filiorū Ammon, prophanauit rex. Confregitque ſtatuas, & ſuccidit lucos, & impleuit locum eorum 38 oſſibus humanis. Sed & altare quod erat in 39 Beth-el, & excelſum quod fecerat Ieroboam filius Nebat, qui Iſraelitis occaſio peccandi fuit: altare inquā illud & excelſum confregit, & combuſſit excelſum, comminuitque in puluerem, & ſuccendit luc̄ū. Verſus autem Ioſias 40 vidit ſepulchra quæ illic erant in mōte, mittenſq; tulit oſſa de ſepulchris, & concremauit [ea] ſuper altari, 41 vt prophanaret illud iuxta verbum Domini quod præceperat vir Dei, qui verba illa 42 prædicauerat. Dixit enim, 43 Quæ hæc ſtatua quam ego video? reſponderunt ei ciues 44 vrbis, Sepulchrum eſt viri Dei, qui venit de Iehuda, & 45 prædicauit hæc verba quæ feciſti ſuper arā Beth-el. Qui ait, Sinite eum quieſcere, nemo loco moueat oſſa eius. ita 46 ſeruatæ ſunt oſſa eius cum oſſibus 47 prophetæ, qui de Samaria venerat. Omnes denique domos excelſorum quæ erant in ciuitatibus Samariæ, quas fecerant reges Iſraelis ad irritandum [Dominum] abſtulit Ioſias, fecitque eis 48 quemadmodum fecerat omnibus in Beth-el. Et mactauit cunctos ſacerdotes excelſorum qui erant ibidem ſuper altaribus, atque combuſſit oſſa humana ſuper illis, reuerſuſque eſt Ieroſolyma. Et præcepit rex vniuerſo populo, dicens, Celebrate Paſſah Domino Deo veſtro, ſecundum quod ſcriptum eſt in libro fœderis huius. Nec 49 fuit tale Paſſah à diebus Iudicum qui iudicauerunt Iſraelem, & cunctis diebus regum Iſraelis, atque regum Iehuda. Anno decimo octauo regis Ioſiæ factum eſt Paſſah illud Domino in Ieruſalem. Sed & pythones, magos, 50 idola, atque cunctas abominationes quæ conſpiciebantur in terra Iehuda & in Ieruſalem expurgauit Ioſias, vt 51 rata haberet verba legis quæ ſcripta erant in codice, quem repererat Hilxias ſacerdos in domo Domini. Ante eum non fuit talis rex, qui conuerſus fuerit ad Dominum toto corde ſuo, tota anima ſua, totiſque viribus ſuis, iuxta vniuerſam legem Moſis, nec exortus eſt poſt eum talis. Veruntamen Dominus non eſt auerſus ab æſtu vehementi furoris ſui, quo concitatus erat furor eius aduerſus Iehudam, propter cunctas irritationes quibus prouocauerat eum Manaſſes. Dixitq; Dominus, Iehudam quoque auferam à conſpectu meo, quemadmodum abſtuli Iſraelem, & 52 auerſabor ciuitatem iſtam quam elegeram, nempe Ieruſalem, & ædem de qua dixeram, Nomen

*meũ erit illic. Reliquũ rerũ Ioſiæ, & omnia quæ geſſit, annon hæc ſcripta ſunt in libro annaliũ regũ Iehudæ? In diebus eiꝰ aſcẽdit Pharao Necho rex AEgypti cõtra regẽ Aſſyriorũ ad fluuiũ Euphratẽ, cui dum 53 obuiam proficiſcitur rex Ioſias, 54 eo conſpecto occidit eum in 55 Megiddo. 56 Serui eius deuehentes eum mortuum de Megiddo, 57 vexerunt eum Ieroſolyma, & ſepelierunt eum in ſepulchro ſuo. Porrò populus terræ accepit filium Ioſiæ ipſum Iehoahas, quem vnctũ cõſtituerũt regem pro patre ſuo. Vigintitres annos natus fuit Iehoahas 58 quũ regno inauguraretur, regnauitq; tribus menſibus in Ieruſalẽ. nomẽ matris eius fuit Hamuel, filia fuit Ieremiæ de 59 Libna. Is deſignauit malum in oculis Dñi, iuxta omnia quæ deſignauerãt patres ſui. 60 Vinxit autẽ eũ Pharao Necho in Ribla [quæ erat] in regione Hamath, 61 quod regnũ occupaſſet Ieroſolymis: impoſuit inſuper mulctã ſuper terrã, argẽti centũ talẽta, auri vnũ. Tum cõſtituit Pharao Necho regem ipſum Eliaxim filium Ioſiæ pro Ioſia patre eius, mutauitq; ei nomen Iehoiaxim. Porrò ipſum Iehoahas tulit, qui veniens in AEgyptum, illic moritur. Iehoiaxim autem 62 pẽdit Pharaoni argentum hoc & aurum. 63 indicto tamen ſtipendio regioni, vt daretur pecunia iuxta imperium Pharaonis, à quoque 64 iuxta æſtimationem exigens argentum & aurum, idque ab [vniuerſo] populo terræ, vt daret [hoc] Pharaoni Necho. Vigintiquinque annos natus fuit Iehoiaxim 65 quum inauguraretur regno, regnauitque vndecim annis Ieroſolymis. nomen matris eius fuit Sebuda, quæ fuit filia Pedaia de Ruma. Et is deſignauit 66 malum in oculis Domini, iuxta omnia quæ deſignauerant patres eius.*

28 meum ibi. ¶ Reliqua autem ſermonũ Ioſiæ, & vniuerſa
quæ fecit, nonne hæc ſcripta ſunt in Libro verborũ die-
29 rũ regũ Iuda? ¶ In diebus eius aſcẽdit Pharao ᵃ Nechao
rex AEgypti contra regem Aſſyriorum ad flumen Eu-
phraten: & abijt Ioſias rex ᵇ Iuda in occurſum eius: &
30 occiſus eſt in Mageddo cum vidiſſet eum. ¶ Et por-
tauerunt eum ſerui ſui mortuum de Mageddo: & pertu-
lerunt in Ieruſalem, & ſepelierunt eum in ſepulchro ſuo.
Tulitque populus terræ Ioachaz filium Ioſiæ: & vnxe-
runt eum, & conſtituerunt eum regem pro patre ſuo.
31 ¶ Vigintitrium annorum erat Ioachaz cum regnare cœ-
piſſet, & tribus menſibus regnauit in Ieruſalem: nomen
32 matris eius Amital, filia Ieremiæ de Lobna. ¶ Et fecit G
malum coram Domino, iuxta omnia quæ fecerant pa-
33 tres eius. ¶ Vinxitque eũ Pharao Nechao in ᵃ Rebla-
tha, quæ eſt in terra Emath, ne regnaret in Ieruſalem, &
impoſuit mulctam terræ centum talentis argenti, & ta-
34 lento auri. ¶ Regemque conſtituit Pharao Nechao Elia-
cim filium Ioſiæ, pro Ioſia patre eius: vertitque no-
men eius Ioacim. Porrò Ioachaz tulit, & duxit in AE-
35 gyptũ. ¶ Argentum autem, & aurum dedit Ioacim Pha-
raoni, cum indixiſſet terræ per ſingulos, vt conferretur
iuxta præceptum Pharaonis: & vnumquenque iuxta vi-
res ſuas, exegit, tam argentum quàm aurum de populo
36 terræ: vt daret Pharaoni Nechao. ¶ Vigintiquinque
annorum erat Ioacim cum regnare cœpiſſet: & vndecim
annis regnauit in Ieruſalem: nomen matris eius ᵃ Zebi-
37 da filia Phadaia de Ruma. ¶ Et fecit malum coram Do-
mino iuxta omnia quæ fecerant patres eius.

Occiditur Ioſias 2. paral. 35. a. ᵃ Necho

Succedit filius eius Ioachaz. 2. par. 36. e.

ᵃ Rebla. Capitur Ioachaz à Pharaone.

Subſtituitur Eliacim ſiue Ioacim

ᵃ Zebuda

## SCHOLIA IN CAP. XXIII.

1 Subaudi, nuntios qui conuocarent. 2 Hebraiſmus, & congregauerunt, ſubaudi, illi nuntij. 3 Hoc intelligi debet de maiore parte. 4 Chaldæus paraphraſtes, ſcribis. Aiunt, ſi fuiſſent prophetæ, quod non conſuluiſſent ſerui regis Oldã prophetiſſam. Alij aiunt tum abfuiſſe, ſed conuocatos poſtea à rege. Vnde Chaldæus vertit ſcribæ. 5 iuxta quam ſcilicet ſtare ſolebat rex in templo. Vel, in ſuggeſto. aut ſede. ſiue ſolio. Columnã vocat ſuggeſtum, quod eſſet paululum à terra ſubleuata. 6 Hebraiſmus, vt iret, id eſt, quo pollicebatur ſe ambulaturum poſt Dominum, &c. ſequentia verba leguntur etiam ſingulari numero. 7 Hebraiſmus, vt adimpleret. vel, & impleturum. 8 Hebraiſmus, & ſtetit omnis populus in fœdere, id eſt, perſtitit, vel acquieuit vniuerſus populus in eo fœdere. 9 ſecundi ordinis, ſubaudi, à pontifice. 10 id eſt, iuſsit deferendum cinerem in Beth-el, vt altare ibi extructum pollueret. 11 ſacerdotes, ſubaudi, fanorum: priuauit ſacerdotali dignitate. 12 conſtituerant. 13 Hebraiſmus, & in circuitibus. 14 ſignis, id eſt, Arieti, Tauro, Leoni & reliquis quę ſolent notari in Zodiaco. 15 quaſi dicat, & vt vno verbo dicam, omni militiæ cæleſti. 16 id eſt, ſimulachrum luci ſculpti. 17 .i. vulgi, qui ſcilicet adorauerat lucum illum. 18 vel, ſcortorũ maſculorum. 19 Hebraiſmus, in domo, id eſt, in atrio populi. Nõ ſolũ Hechal vocat templum, ſed etiam atrium populi 20 in quibus &c. Adeo inualuerat cultus luci vt fuerint extructæ ędiculę in tẽplo fœminis quæ texerent cortinas luci, & etiam ſacerdotibus luci quos ſcorta vocat, intelligens de fornicatione ſpiritali. 21 vel, cortinas. 22 accerſiuit. 23 id eſt, polluta declarauit. 24 Hæc erat in tribu Beniamin. 25 id eſt, quæ erant ad portas. 26 ſub. introeunti. 27 ſubaudi, ex eo tempore. Sacerdotes excelſorum erant de Leuitis & veris ſacerdotibus. 28 vt ſcilicet illic ſacrificarent. 29 id eſt, vna cum alijs ſacerdotibus comedebant de oblatis, priuati tamen dignitate ſacrificandi in Ieruſalẽ. 30 vel, principis, 31 quod erat in ſuburbijs. quæ ſcilicet erant Orientem verſus. Equi de quibus hic loquitur, erant inſtar veredorum, quibus curſores equeſtres vtuntur, & illis vehebantur, qui quotidie ſolem Orientem ſalutabant iuſſu regis. 32 Per currus ſolis fortaſſe intelligẽdi ſunt currus quibꝰ vehebãtur cultores eius dũ quotidie illi obuiã procederent. Quidam intelligunt de ſtatuis in quibus erant ſculpti currus. 33 id eſt, quàm citiſsime potuit diſcedens illinc. 34 vel, deſtructionis, id eſt, Oliueti. ita dicitur ob idololatriam quæ illic exercebatur. 35 id eſt, permiſerat extrui. 36 Hebraiſmus, abominationi. 37 Milchom & Molech ſunt nomina eiuſdem idoli. 3. Reg. 11. 38 vt ſcilicet ea magis eſſe polluta ſignificaret. nã contactu cadaueris aut oſſium, ſacra loca contaminabantur. 39 Intelligit eam Beth-el quæ eſt in regno Iſrael. 3. Reg. 13. 40 verba huius verſus poſſunt verti per plusquam perfectũ, viderat, &c. 41 & polluerat. 42 vel, prædixerat. 43 id eſt, Quid ſibi vult hæc. &c. 44 ſubaudi, Beth-el. 45 vel, prædixit 46 liberauerunt, id eſt, effecerunt vt oſſa eius intacta remanerent, hi nempe qui illa regi dixerant. 47 Hic pro pſeudopropheta ponitur. 48 Hebraiſmus, iuxta omnia opera quæ fecerat, id eſt, eadem fecit his quæ fecerat illis quæ erant in Beth-el. 49 ſub. celebratum cum tanta ſanctitate. 50 Hebraiſmus, theraphim. ſunt proprie dij penates. 51 vel, rata eſſe iuberet, id eſt, confirmaret, aut conciliaret robur verbis legis. 52 vel, abominabor. 53 metuens ſcilicet ne aliud agens inuaderet Ieruſalem. 54 ſubaudi, in armis, id eſt, quum intellexiſſet eum paratum eſſe ad pugnandum, Pharao proficiſcebatur in Carcenith vrbem ſitam apud Euphraten, de qua regem Syriæ expulerat rex Aſſyriæ, quàm hic Pharao dum vellet reſtituere regi Syriæ, conſcripſit copias aduerſus regem Aſſyriæ, & tranſiuit per Iudam. Quod neſciens, aut forte diſſimulans ſe ſcire Ioſias, congreſſus eſt cum Pharaone in tribu Iuda, & ab ipſo Pharaone interfectus fuit. 55 Erat vrbs in tribu Iuda. 56 Hebraiſmus, Et impoſuerunt eum in currum ſerui eius mortuum è Megiddo. 57 & peruexerunt. 58 quum regnare cœpit. 59 Erat vrbs Iuda. 60 .i. coniecit eũ in vincula. 61 Duplex eſt lectio apud Hebręos, in regnãdo in Ieruſalẽ. vel, à regnãdo in, &c. i. dũ regnaret, vel ne poſtea regnaret in Ieruſalẽ. 62 .i. effecit vt Pharao reciperet multã indictã. 63 Heb. verũ æſtimare fecit terrã, vt daret pecuniã, &c. q. d. Nõ detrectauit tributũ, ſed cẽſuit facultates habitantiũ in ea regione, vt daret pecuniã. 64 ſub. facultatũ. i. p ratione facultatũ. 65 quũ regnare cœpiſſet. 66 Malũ in hoc genere dicendi, aut cædem ſignificat, aut idololatriam.

## CAP. XXIIII.

*AScendit 1 in diebus eius Nebucad-neẓar rex Babyloniorũ, cui ſeruus eſt factus Iehoiaxim tribus annis, 2 ſed verſus defecit ab eo. Miſit autẽ in eũ Dñs*

1 IN diebus eius aſcendit Nabuchodonoſor rex Baby-
lonis, & factus eſt ei Ioacim ſeruus tribus annis: & rur-
2 ſum rebellauit cõtra eum. ¶ Immiſitque ei Dominus
latrunculos

Ioacim fit ſeruꝰ regi Babylonis.



latrunculos Chaldæorum & latrunculos Syriæ, & latrun-
culos Moab, & latrunculos filiorum Ammon: & immiſit
eos in Iudam, vt diſperderent eum iuxta verbum Domi-
ni quod locutus fuerat per ſeruos ſuos prophetas. ¶ Fa- 3
ctum eſt autem hoc per verbum Domini contra Iudam,
vt auferret eum coram ſe propter peccata Manaſſe vni-
uerſa quæ fecit: ¶ Et propter ſanguinem innoxium 4
quem effudit, & impleuit Ieruſalem cruore innocentium:
& ob hanc rem noluit Dominus propitiari. ¶ Reliqua 5
B autem ſermonum Ioacim, & vniuerſa quæ fecit, nonne
hæc ſcripta ſunt in Libro ſermonum dierum regum Iu-
da? Et dormiuit Ioacim cum patribus ſuis: ¶ & regna- 6
uit Ioachin filius eius pro eo. ¶ Et vltrà non addidit 7
rex AEgypti vt egrederetur de terra ſua: tulerat enim
rex Babylonis à riuo AEgypti, vſque ad fluuium Eu-
phraten omnia quæ fuerant regis AEgypti. ¶ De- 8
cem & octo annorum erat Ioachin cum regnare cœ-
piſſet: & tribus menſibus regnauit in Ieruſalem: nomen
matris eius ᵃ Noheſtha filia Elnathan de Ieruſalem.
¶ Et fecit malum coram Domino, iuxta omnia quæ fe- 9
cerat pater eius. ¶ In tempore illo aſcenderunt ſerui 10
Nabuchodonoſor regis Babylonis in Ieruſalem, & cir-
C cundata eſt vrbs munitionibus. ¶ Venitque Nabucho- 11
donoſor rex Babylonis ad ciuitatem ᵃ cum ſeruis ſuis vt
oppugnarent eam. ¶ Egreſſuſque eſt Ioachin rex 12
Iuda ad regem Babylonis, ipſe & mater eius, & ſerui eius,
& principes eius, & eunuchi eius: & ſuſcepit eum rex Ba-
bylonis anno octauo regni ſui. ¶ Et protulit inde omnes 13
theſauros domus Domini, & theſauros domus regiæ; &
concidit vniuerſa vaſa aurea quæ fecerat Salomon rex
Iſrael in templo Domini iuxta verbum Domini. ¶ Et 14
tranſtulit omnem Ieruſalem, & vniuerſos principes, &
omnes fortes exercitus, decem millia, in captiuitatem, &
omnem artificem & incluſorem: nihilque relictum eſt,
D exceptis pauperibus populi terræ. ¶ Tranſtulit quoque 15
Ioachin in Babylonem, & matrem regis, & vxores eius,
& eunuchos ᵃ regis: & iudices terræ duxit in captiuitatem
de Ieruſalem in Babylonem. ¶ Et omnes viros robuſtos, 16
ſeptem millia, & artifices & incluſores mille, omnes viros
fortes & bellatores: duxitque eos rex Babylonis captiuos
in Babylonem. ¶ Et conſtituit ᵃ Matthatiam patruum 17
eius pro eo: impoſuitque nomen ei Sedeciam. ¶ Viceſi- 18
mum & primum annum ætatis habebat Sedecias cum re-
gnare cœpiſſet, & vndecim annis regnauit in Ieruſalem:
nomen matris eius erat Amital, filia Ieremiæ de Lobna.
¶ Et fecit malum coram Domino, iuxta omnia quæ fece- 19
rat Ioacim. ¶ Iraſcebatur enim Dominus contra Ieru- 20
ſalem & contra Iudam, donec proijceret eos à facie ſua:
receſsitque Sedecias à rege Babylonis.

Moritur. Succedit Ioachin.

ᵃ Nehuſta

Ieruſalẽ obſidetur à Babylonijs. Danie. 1. a.

ᵃ quum ſerui eius oppugnarent Ioachin ſe tradit regi Babyloniorum.

Ioachin transfertur in Babylonẽ. Eſth. 2. a.

ᵃ eius:

Mathanias, qui & Sedecias. Iere. 37. a. & 52. a.

ᵃ Mathaniam

*3 graſſatores Chaldæos, graſſatores Syros, graſſatores Moabitas, & graſſatores ex Ammonitis, quos miſit in Iehudam vt eum perderent, iuxta verbum Domini quod loquutus erat per ſeruos ſuos prophetas. Veruntamen iuxta 4 os Domini hoc factum eſt contra Iehudam, vt tolleret [eum] à facie ſua, cum propter peccata Manaſsis, iuxta omnia quæ deſignauerat, Tum etiam propter ſanguinem innocentem, quem effuderat, 5 repleueratq; Ieruſalem ſanguine innoxio, ideo Dominus noluit 6 propitius eſſe. Reliquum geſtorum Iehoiaxim, & omnia quæ fecit, annon hæc ſcripta ſunt in libro annalium regum Iehudæ? 7 dormiuit itaque Iehoiaxim cum patribus ſuis, & regnauit Iehoiachin filius eius pro eo. Porrò rex AEgypti amplius non 8 egreſſus eſt terram ſuam, quoniam rex Babylonis occupauerat omnia quæ erant regis AEgypti, à fluuio AEgypti, vſque ad fluuium Euphraten. Iehoiachin natus erat decem & octo annos 9 quum cœpiſſet regnare, regnauitq; 10 tribus menſibus Ieroſolymis. nomen matris eius Nehuſta, quæ filia fuit Elnathan de Ieruſalem. Deſignauit & is malum in oculis Domini, iuxta omnia quæ fecerat pater eius. Sub idem tempus aſcenderunt ſerui Nabucad-neẓar regis Babylonij contra Ieruſalem, venitq; ciuitas in obſidionem. Sed & Nabucad-neẓar rex Babel venit contra vrbem, 11 & oppugnabant ſerui eius. 12 Egreſſus eſt ergo Iehoiachin rex Iehudæ ad regem Babylonium, ipſe & mater eius, ſerui eius, principes eius, atque eunuchi eius. & tulit eum rex Babyloniæ anno octauo regni ſui. Et extulit 13 illinc omnes theſauros domus Domini, & theſauros domus regis, & 14 concidit omnia vaſa aurea quæ fecerat Salomon rex Iſraelis in æde Domini, ſicut 15 loquutus fuerat Dominus. Tranſtulit deinde omnem Ieroſolymam, omnes proceres, & omnes heroes fortes, nempe decem millia, 16 in captiuitatem, omnes artifices atque 17 incluſores: nihil fuit reliquum præter 18 inopem plebem terræ. Tranſtulit & Iehoiachin in Babylonem, & matrem regis, vxores regis, eunuchos eius atq; 19 potentes terræ, hos abduxit in captiuitatem de Ieruſalem in Babylonem, Omnes deniq; viros bello aptos, nempe ſeptem millia: item artifices & 17 incluſores mille, & 20 quidquid roboris erat bello aptum duxit rex Babylonis in captiuitatem Babylonem. Conſtituit autem regem rex Babylonis Mathaniam patruum eius pro eo, & mutauit ei nomen Zedekias. Viginti vnum annos natus erat Zedekias 21 quum inauguraretur regno, regnauitq; vndecim annis in Ieruſalem. nomen matris eius fuit Hamital, quæ filia fuit Ieremiæ de Libna. Deſignauit autem malum in oculis Domini iuxta omnia quæ fecerat Iehoiaxim. 22 Etenim iuxta furorem Domini actum eſt contra Ieruſalem & Iehudam, donec proijceret eos à conſpectu ſuo, & rebellis fuit Zedekias aduerſus regem Babylonis.*

## SCHOLIA IN CAP. XXIIII.

1 ideſt, ſub finem tertij anni regni eius, Daniel. 1. a. Vel, Quarto anno ab eo quo regnare cœperat Ioacim, venit Nabuchodonoſor, & expugnauit Ieruſalem. Iere. 25. 2 quaſi dicat, cum Nabuchodonoſor tenuiſſet Ioacim annum vnum in vinculis, poſtea eum reſtituit regno priſtino, tributo pacto quod poſt tres annos negauit. vnde rurſus duxit Nabuchodonoſor copias contra Ieruſalem, & expugnauit eam anno vndecimo Ioacim, quo anno ipſe mortuus eſt dum abduceretur in Ieruſalem, & ſepultura caruit. Iere. 22. 2. Paral. 36. non traditur quòd abductus ſit Babylonem vſque, ſed quod vinxerit Nabuchodonoſor illũ catenis vt abduceret in Chaldæam. nam in ſecunda captiuitate non peruenit in Chaldæam, verum in itinere ipſo mortuus eſt Ioacim. Sic Hebræi. 3 turmas. vel, exercitus 4 vel, ſententiam, ideſt, lata ſententia de ore Domini. Ore ſuo tulerat ſententiam qua prædixerat ſe abducturum Iudam in captiuitatem. 5 repleuerat enim 6 parcere. 7 Hic locus ſimpliciter pertinet ad mortem Ioacim, non etiam ad ſepulturam: quia ſepultura aſinorum ſepultus eſt. Ierem. 23. 8 ſubaudi, vt veniret in Terram-ſanctam. 9 ſubaudi, mortuo patre. Cum attigiſſet octo annos regnare cœpit cum patre ſuo Ioachin, & cum illo decem annos regnauit, quo defuncto tantum tres menſes regnauit. Anni quibus regnant filij cum parentibus, aliquando filijs tribuuntur. 10 ſubaudi, mortuo patre, ideſt, ſolus. 11 quum obſiderent eam ſerui eius. 12 Egredi hic pro dedere ſe ponitur, & in poteſtatem victoris venire. 13 nempe de Ieruſalem. 14 vel, concidit fruſtillatim 15 ideſt, prædixerat per Eſaiam, cap. 20. huius libri. 16 captiuorum, 17 Chaldæus paraph. ianitores, ideſt, cuſtodes vrbis, vel vt ait doctus inter Hebræos, eos qui ſtringebant enſem, hoc eſt milites. Aut potius, incluſores, ſubaudi, caſtrorum, ideſt, peritos caſtrametandi. Vide Ierem. 24. 18 Hebraiſmus, paupertatem populi 19 Hebraiſmus, fortes, ideſt, principes. 20 Hebraiſmus, omnes fortes bellum facientes, ideſt, bello aptos, ſiue bellicoſos. 21 quum cœpiſſet regnare, 22 Hebraiſmus, Nam cum ira Domini, erat (congregatio) in Ieruſalem & Iuda, donec proiecit eos à facie ſua; tum rebellauit &c. ideſt, Nam inuito & ægreferente Domino, congregatio eorum qui euaſerant, nec abducti fuerant in captiuitatem, erat in Ieruſalem & Iuda: donec eiecit eos de Terraſancta in qua erat tem-

plum Domini, in quo facies ipſius Domini erat, ſiue in quo præſentiam ſuam exhibebat: proinde rebellauit Sedecias. hoc eſt, permittente Deo vt rebellaret Sedecias, abducti fuerunt. Verti etiam poteſt, Nam propter iram Domini quæ fuit contra Ieruſalem & Iudam, donec proiecit eos à facie ſua, defecit Sedecias &c. ideſt, Nam tantam iram conceperat Do. contra Ieruſalem, vt permiſerit rebellare Sedeciam, quo fieret vt abducerentur à terra ſua in captiuitatem.

## CAP. XXV.

*ET factum eſt anno nono quum regnaret [Zedekias,] menſe decimo, decima [die] menſis, vt veniret Nebucad-neZar rex Babylonis, ipſe & omnis exercitus eius contra Ieruſalem: is obſedit eam, & 1 excitauit aduerſus eam 2 munitiones per circuitum. Obſeſſaque eſt vrbs vſque in vndecimum annum 3 Zedekiæ regis. Nona 4 menſis inualuit fames in vrbe, [adeo] vt non eſſet cibus populo terræ. 5 Sciſſa igitur vrbe, [fugerunt] noctu omnes viri bellatores, ea via quæ eſt ad portam 6 inter duos muros 7 iuxta hortos regios (Chaldæis vrbem circunſedentibus) 8 abierantq́; verſus campeſtria. 9 Inſequutus autem exercitus Chaldæorum, apprehendit regem [Zedekiam] in campis Iericho, quum vniuerſus exercitus eius 10 diſſipatus eſſet ab eo. Comprehenſum ergo regem, adduxerunt eum in Reblam ad regem Babylonium, 11 vbi iure damnauerunt eum. Porrò filios Zedekiæ trucidarunt in conſpectu eius, & oculos Zedekiæ 12 cæcos reddidit, vinxitque eum duabus catenis, & perduxit eum Babylonem. Menſe quinto, ſeptima 13 die menſis, (is erat annus decimuſnonus regis Nebucad-neZar regis Babyloniæ,) venit Nebuſar-adan præfectus 14 rerum capitalium, ſeruus regis Babyloniæ Ieroſolyma, Et incendit ædem Domini, & domum regis, omnes denique domus Ieroſolymitanas, & cunctas ædes 15 magnificas incendit igne. Muros inſuper Ieroſolymorum qui ambiebant [vrbem,] diruit vniuerſus exercitus Chaldæorum, qui erat 16 cum præfecto rerum capitalium. Qui verò reliqui de populo in vrbe facti erant, quique profugerant ad regem Babylonis, & qui reliqui facti erant ex vulgo, hos inquam trãſportauit Nebuſar-adan præfectus 14 rerum capitalium. 17 Pauperes autem terræ reliquit Nebuſar-adan præfectus 14 capitalium rerum, vt vineas & agros colerent. Porro columnas æreas quæ erant in æde Domini, 18 machinas, & mare æneum quod erat in æde Domini, comminuerunt Chaldæi, & omne 19 æs ex illis tulerunt Babylonem. Lebetes, ſcopas, 20 cultros, cochlearia, & omnia vaſa ænea quibus miniſtrabatur, tulerunt, 21 Receptacula ignis, pelues ſparſorias, 22 quarum alia aurea erant, alia verò argentea, tulit præfectus 14 rerum capitalium. 23 Columnarum ambarum, maris autem vnius, & machinarum, omniumq́; vaſorum illorum quæ fecerat Solomon pro æde Domini, pondus æris rationem ſuperabat. 24 Erat enim columnæ vnius altitudo decem & octo cubitorum: eratque 25 epiſtylium æneum ſuper ipſam, & altitudo epiſtylij trium erat cubitorum: ſuper epiſtylio erat 26 reticulatum opus, & mala punica per ambitum: omnia erant ænea. 27 ad hunc modum erat & altera columna cum reti. Tulit quoque Nebuſar-adan præfectus 14 capitalium rerum Sariam primarium ſacerdotem, & Zephoniam ſacerdotem 28 ſecundum ab eo, treſque cuſtodes 29 liminis. Ex vrbe autem tulit eunuchum vnum, qui erat magiſter militum, & quinq; viros 30 miniſtros regis, qui inueniebantur in vrbe: 31 ſcribam denique exercitus, ex populo terræ in militiam conſcribendi officio præfectum, cum ſexaginta viris de populo terræ inuentis in vrbe. Tulit hos inquam Nebuſar-adan præfectus 14 rerum capitalium, & abduxit eos in Reblam ad regem Babylonis. 32 Et percuſſit eos rex Babylonis & occidit eos in Rebla in terra Hamath: 33 ſic abduxit Iehudam captiuum è terra ſua. Reliquo autem populo, quem reliquum fecit Nebucad-neZar rex Babylonis in terra Iehuda, præfecit Godoliam filium Ahicam filij Saphan. Audientes autem omnes proceres 34 exercitus, ipſi ſcilicet & [35 ceteri] viri, quòd præfeciſſet rex Babylonis Godoliam, venerunt ad Godoliã in MiZpa. 36 Nempe Iſmael filius Nethaniæ,*

## CAP. XXV.

1 FActum eſt autem anno nono regni eius, menſe de- Rebellante Sedecia, Ieruſalẽ obſidetur à Nabuchodonoſor. Iere. 39. a. & 52. a
cimo, decima die menſis, venit Nabuchodonoſor
rex Babylonis, ipſe & omnis exercitus eius in Ieru-
ſalem, & circundederunt eam: & extruxerunt in circuitu
2 eius munitiones. ♀ Et clauſa eſt ciuitas atque vallata,
3 vſque ad vndecimum annum regis Sedeciæ, ♀ Nona
die menſis, præualuitque fames in ciuitate, nec erat pa- Fames.
4 nis populo terræ. ♀ Et interrupta eſt ciuitas: & omnes
viri bellatores nocte fugerunt per viam portæ, quæ eſt
inter duplicem murum ad hortum regis (porrò Chaldæi
obſidebant in circuitu ciuitatem) fugit itaque Sedecias B
5 per viam quæ ducit ad campeſtria ſolitudinis. ♀ Et perſecutus
eſt exercitus Chaldæorum, regem, comprehen-
ditque eum in planitie Iericho: & omnes bellatores qui Sedeciæ capto effodiuntur oculi, & filij occiduntur.
6 erant cum eo, diſperſi ſunt, & reliquerunt eum. ♀ Ap-
prehenſum ergo regem duxerunt ad regem Babylonis
7 in Reblatha: qui locutus eſt cum eo iudicium. ♀ Fi-
lios autem Sedeciæ occidit coram eo, & oculos eius ef-
fodit: vinxitque eum catenis, & abduxit in Babylonem.
8 ♀ Menſe quinto, ſeptima die menſis, (ipſe eſt annus no-
nuſdecimus regis Babylonis) venit Nabuzardan princeps Succenditur Ieruſalem & templum. pſal. 37. b.
9 exercitus, ſeruus regis Babylonis, in Ieruſalem. ♀ Et
ſuccendit domum Domini, & domum regis: & * domos *omnes
10 Ieruſalem, omnemque domum * combuſsit igni. ♀ Et C *magnam
muros Ieruſalem in circuitu deſtruxit omnis exerci-
11 tus Chaldæorum, qui erat cum principe militum. ♀ Re-
liquam autem populi partem, quæ remanſerat in ciui-
tate, & perfugas qui transfugerant ad regem Babylonis,
& reliquum vulgus tranſtulit Nabuzardan princeps
12 militiæ. ♀ Et de pauperibus terræ reliquit vinitores Iere. 27. d.
13 & agricolas. ♀ Columnas autem æreas, quæ erant
in templo Domini, & baſes, & mare æreum quod erat
in domo Domini, confregerunt Chaldæi, & tranſtule-
14 runt æs omne in Babylonem. ♀ Ollas quoque æreas,
& trullas, & tridentes, & ſcyphos, & mortariola, &
omnia vaſa ærea, in quibus miniſtrabant, tulerunt.
15 ♀ Necnon & thuribula, & phialas: quæ aurea, aurea:
16 & quæ argentea, argentea, tulit princeps militiæ: ♀ id
eſt columnas duas, mare vnum, & baſes quas fecerat
*rex Salomon in templo Domini, non erat pondus æris 3. Reg. 7. b. Iere. 52. c. 2. paral. 3. d.
17 omnium vaſorum. ♀ Decem & octo cubitos altitudi-
nis habebat columna vna: & capitellum æreum ſuper ſe
altitudinis trium cubitorum: & retiaculum, & malogra
nata ſuper capitellum columnæ, omnia ærea: ſimilem
18 & columna ſecunda habebat ornatum. ♀ Tulit
quoque princeps militiæ Saraiam ſacerdotem primum,
& Sophoniam ſacerdotem ſecundum, & tres ianitores.
19 ♀ Et de ciuitate eunuchum vnum qui erat præfectus
ſuper bellatores viros: & quinque viros de his qui ſtete-
rant coram rege, quos reperit in ciuitate: & Sopher prin- E
cipem exercitus, qui probabat tyrones de populo ter- *ſexaginta
ræ: & * ſex viros è vulgo, qui inuenti fuerant in ciui-
20 tate. ♀ Quos tollens Nabuzardan princeps militum,
21 duxit ad regem Babylonis in Reblatha. ♀ Percuſ-
ſitque eos rex Babylonis, & interfecit eos in Reblatha
in terra Emath: & tranſlatus eſt Iuda de terra ſua.
22 ♀ Populo autem qui relictus erat in terra Iuda, quem Godolias præfectus ſuper eos qui remanſerant in Ieruſalem, occiditur. Iere. 40. b. c.
dimiſerat Nabuchodonoſor rex Babylonis, præfecit Go-
23 doliam filium Ahicam filij Saphan. ♀ Quod cum audiſ-
ſent omnes duces militum, ipſi & viri qui erant cũ eis, vi-
delicet quòd conſtituiſſet rex Babylonis Godoliam: vene
runt ad Godoliam in Maſpha, Iſmahel filius Nathaniæ, & F
Iohanan



Iohanan filius Caree, & Saraia filius Thanehumet Ne-
tophathites, & Iezonias filius Maachathi, ipſi & ſocij
eorum. ♀ Iurauitque Godolias ipſis & ſocijs eorum, 24
dicens, Nolite timere ſeruire Chaldæis: manete in terra,
& ſeruite regi Babylonis, & bene erit vobis. ♀ Factum 25
eſt autem in menſe ſeptimo, venit Iſmahel filius Natha-
niæ filij Eliſama de ſemine regio, & decem viri cum eo:
percuſſeruntque Godoliam, qui & mortuus eſt: ſed & Iu-
dæos & Chaldæos qui erant cum eo in Maſpha. ♀ Cõ- 26
ſurgenſque omnis populus à paruo vſque ad magnum,
& principes militum venerunt in AEgyptum timentes
Chaldæos. ♀ Factum eſt verò in anno triceſimoſe- 27
ptimo tranſmigrationis Ioachin regis Iudæ, menſe duo-
decimo, viceſimaſeptima die menſis: ſubleuauit Euil-
merodach rex Babylonis anno quo regnare cœpe-
Ioachin eductus è carcere, exaltatur & nutritur à rege Babylonis. rat, caput Ioachin regis Iuda de carcere. ♀ Et locu- 28
tus eſt ei benignè: & poſuit thronum eius ſuper thronum
regum qui erant cum eo in Babylone. ♀ Et mutauit 29
veſtes eius quas habuerat in carcere, & comedebat pa-
nem ſemper in conſpectu eius cunctis diebus vitæ ſuæ.
♀ Annonam quoque conſtituit ei, ſine intermiſsione, 30
quæ & dabatur ei à rege per ſingulos dies omnibus die-
bus vitæ ſuæ.

*Iohanan filius Kareæ, Seraia filius Tanhumet Netophathites, & Iaaſanias 37 filius Maachathi, hi 38 cum militibus ſuis. Iurauitq́; illis Godolias & militibus eorum, & dixit ad eos, Ne metuatis à ſeruis Chaldæorum, habitate in terra, & ſeruite regi Babylonis, & bene erit vobis. Factum eſt aũt menſe ſeptimo, vt veniret Iſmael filius Nethaniæ filij Eliſama de ſemine regio, & decem viri cum eo, qui trucidauerunt Godoliam ita vt moreretur: Iudæos quoque & Chaldæos qui fuerant cum eo in MiZpa. 39 Conſurgenſque omnis populus, à minori ad maximum vſque, cum ducibus exercitus, profecti ſunt in AEgyptum: metuerunt enim à 40 Chaldæis. Factum vero eſt in triceſimoſeptimo anno captiuitatis Iehoiachin regis Iehuda, menſe duodecimo, viceſimaſeptima die 41 menſis, 42 vt Euil-merodach rex Babylonis ipſo anno regni ſui reſtitueret capitis diminutionem Iehoiachin regis Iehudæ, & educeret eum de carcere. Loquutus quoque eſt cum eo 43 humaniter, & conſtituit ſolium eius ſuper ſolium [reliquorum] regum qui 44 cum eo erant in Babylone. Mutauit & veſtes 45 captiuitatis eius. Cibum quoque ſumebat 46 apud eum perpetuo cunctis diebus vitæ eius. 47 Victus quoque perpetuus dabatur ei à rege certo demenſo in ſingulos dies vitæ eius.*

## SCHOLIA IN CAP. XXV.

1 Excitauerunt, vel, extruxerunt, ſubaudi, fabri. 2 turres ligneas, ad tela ſcilicet & ſaxa in vrbem conijcienda. 3 vel, regni Sedeciæ. 4 ſubaudi, quarti. Vide Iere. 39. 5 crebris ſcilicet ictibus arietum. Omittitur verbum, vt intelligamus fugam fuiſſe præcipitem. nam in Ieremia dicitur, fugerunt & exceſſerunt nocte eum diem inſequente. 6 ſubaudi, quæ porta erat inter &c. Hæc porta erat occulta duobus muris. ad hunc modum poſtica vrbium fieri conſueuerunt. Per duos muros, intelligit murum & antemurale. 7 ſubaudi, qui murus erat &c. 8 abijtque per viam ſolitudinis, ideſt, per regionem campeſtrem. 9 Inſequuti ſunt autem exercitus Chaldæorum regem, & aſſecuti ſunt eum 10 ideſt, eo relicto dilapſus eſſet. 11 Hebraiſmus, & loquuti ſunt cum eo iudicium, ideſt, acriter eum increpauerunt quod fidem datam regi violaſſet. 12 vel, excæcauit. 13 Antecedens pro relatiuo, pro, die eiuſdem. 14 Hebraiſmus, laniorum. Chaldæus paraph. militum. Hebræi vocant milites lanios, ob cædem. 15 magnatum 16 cum principe laniorum. 17 Hebraiſmus, De paupertate terræ, ideſt, Ex pauperrimis eius regionis aliquot reliquit &c. 18 baſes, 19 æs eorum, ideſt, vnde illa erant facta, & cõſtabant. 20 pſalteria. 21 vel, acerras, 22 Hebraiſmus, quæ aurea, aurea: quæ argentea, argentea, ideſt, tam aurea quàm argentea tulit. 23 Hebraiſmus, Columnas duas cepit, mare vnum, & baſes quæ fecerat Salomon, nullum erat pondus (certum) omnium illorũ vaſorum, ideſt, immenſum erat pondus. 24 Vt probet fuiſſe pondus æris immenſum, deſcribit columnarum magnitudinẽ. 25 vel, capitellum 26 retiaculum, 27 & ſimilia his erant in altera columna vnà cum retiaculo. 28 vel, ſecundi ordinis, ideſt, vicarium ſummi pontificis. 29 vaſorum, ſubaudi, templi. 30 Hebraiſmus, ex his qui aſpiciebant faciem regis, ideſt, qui regi aſtabant. Hic quinq; enumerantur, quod eſſent nobiliores duobus prætermiſsis. 31 Hebraiſmus, principem militiæ, qui colligere faciebat populum terræ, ideſt, primarium ſcribam militiæ qui conſcribebat exercitum è populo eius regionis. 32 ideſt, Quos percuſsit ad mortem rex Babylonis &c. 33 & demigrauit Iuda de terra ſua, quaſi dicat, atq; ita completa fuit prophetia, & quæ illis interminatus fuerat Deus per prophetas. 34 vel, copiarum, 35 viri, ſubaudi, eorum, ideſt, cum viris ſuis qui erant illis ſubditi. 36 vel, Inter quos. 37 Non eſt nomen propriũ, ſed gentile, ideſt, qui erat de Maacha. 38 vel, cum comitatu ſuo. Hebraicè, cum viris ſuis. 39 ideſt, Confeſtim igitur 40 quod ſcilicet ſcirent regem Babylonis iratum ob cædẽ Godoliæ præfecti. 41 menſis eiuſdem, 42 Hebraiſmus, leuauit Euil-merodach rex Babylonis anno (primo) quo regnare cœpit, caput Ioachin regis Iudæ de domo carceris, ideſt, exemit eum è carcere, & affecit magnis honoribus. 43 Hebraiſmus, bona. ideſt, blande eſt eum alloquutus. 44 ſubaudi, capti. 45 carceris, ideſt, quibus vti ſolebat clauſus in carcere. 46 Hebraiſmus, corã eo, ideſt, in menſa eius. 47 Hebraiſmus, Cibus eius, cibus aſsiduitatis dabatur illi à rege, dabatur inquam ei à rege res cuiuſq; diei in die ſuo, omnibus diebus vitæ eius, ideſt, Cibus quotidianus, ſiue continuus & ſine intermiſsione, qui illi erat neceſſarius in ſingulos dies, dabatur ei à rege quandiu vixit ipſe Ioachin, vel Euil-merodach. Res cuiuſq; diei, ideſt, Cibus & portio. In die ſuo, ideſt, ſuo tempore.

Liber

# Liber Paralipomenon primus: Hebraice, Dibre haiamim.

Hic liber à Græcis dicitur Liber παραλειπομένων, id eſt Liber dereliɛtorum, quòd contineat quædam prætermiſſa in libris Regum. Hebræi verò, DIBRE HAIAMIM inſcribunt, ideſt, Verba dierum: Latine dicas, Diaria, ſiue Annales, aut Liber annalium, quòd annalibus ſit ſimilis. Vnus eſt autem liber apud ipſos, ſed diuiſus à noſtris. In primo agitur de regno Iſrael nondum diuiſo: in ſecundo vero de regno iam diuiſo. Huius libri author ignoratur: & is de quo ſit frequens mentio in libris Regum, non eſt iſte, ſed illius fortaſſe velut epitome. eſt enim breuiſsimus, & totius Sacræ hiſtoriæ compendium. Ponitur ab Hebræis poſt librum Ezræ, quòd exiſtiment illum ſcriptum ab Ezra eo tempore quo populus Iudaicus poſt captiuitatem Babylonicam duce Zorobabele & ſacerdote Ioſia, redierat in Ieruſalem. id quod colligunt ex fine huius libri.

## CAP. I. N.

*ADAM, 1 Seth, Enos, Kenan, Mahalaleel, Iared,* Hanoch, *Metuſala, Lamech, 2 Noe, Sem,* Ham, *&* Iaphet. *Filij Iaphet, 3 Gomer,* Magog, *Madai, Iauan, Thubal,* Maſech, *Thiras. Filij Gomer, 4 Aſkenax, 5 Diphath, & 6 Thogarma. 7* Filij Iauan: *8 Eliſcha, Tharſiſa,* Kithim, *& 9 Dodanim. Filij Ham: 10 Cuſch, Mizraim, Put & Chanaan.* Filij *Cuſch, 11 Seba, Hauila, Sabtha,* Raema, *& Sabthecha. Filij Raema, 12 Seba & Dedan.* Porrò *Cuſch genuit Nimrod: hic cœpit eſſe 13 heros violentus in terra. 14* Mizraim *genuit Ludim, Anamim,* Lehabim, *Naphtuhim, Patruſim, & Chaſluhim, 15 è quibus egreſsi ſunt Paleſthini & Capthorim. Chanaan genuit Zidon primogenitum ſuum, & Heth, & 16 Iebuſæum, Amorrhæum, Girgeſæum, Hiuæum, 17 Arkæum, atque Sinæum. Denique 18 Aruadæum, Zemaræum, & Hamathæum. Filij Sem [ fuerunt ] Elam, 19 Aſſur, Arphachſad, Lud, Aram, VZ, Hul, Gether atque* Maſech. *Arphachſad genuit Salah, Salah genuit 20 Eber.* Porrò *ipſi Eber geniti ſunt duo filij, nomen vnius erat Pæleg, quòd in diebus eius 21 diuiſa fuiſſet terra: nomen verò fratris ſui erat Iaɛtan. 22 Iaɛtan genuit Almodad, Saleph, Hazarmaueth, Iera, Hadoram, Vſal, Dicla, Ebal, Abimael, Seba,* Ophir, *Hauila, & Iobab: hi omnes fuerunt filij* Iaɛtan. *23 Sem, Arphachſad, Salah, Eber,* Pæleg, *Reu, Serug, Nahor, Tharah, Abram, qui & Abraham. Filij Abrahæ, Iſaac &* Iſmael. *Et hæ ſunt generationes eorum. Primogenitus Iſmael, Nebaioth,* Kedar, *Adbeel, Mibſan, Miſma, Duma, Maſa,* Hadad, *Thema, Ietur, Naphis &* Kedma. *Iſti ſunt filij Iſmaelis. Filij autem* Keturæ *24 concubinæ Abrahæ: hæc genuit* Zimran, *Iacſan, Medan, Midian, Iiſbac & Sua. Filij Iacſan [ fuerunt, ] Seba & Dedan. Filij Midian, Epha, Epher, Hanoch, Abida, Eldaah: iſti omnes fuerunt filij* Keturæ. *25 Abraham autem genuit* Iſaac. *porrò filij ipſius* Iſaac, *26 Eſau &* Iſrael. *Filij Eſau,* Eliphas, *Rehuel, Iehus, Iaelam,* Corah. *Filij* Eliphas, *27* Theman, *Omar,* Zephi, *Gaetham, Kenan, 28 Thimna, & Amalec. Filij Rehuelis,*

## CAP. I. V.

1 ADAM, Seth, Enos, ♀ Cai-
2 nan, Malaleel, Iared, ♀ He-
3 noch, Mathuſale, Lamech,
4 ♀ Noe, Sem, Cham, & Ia-
5 pheth. ♀ Filij Iapheth: Go-
mer & Magog & Madai
& Iauan, Thubal, Moſoch,
6 Thiras. ♀ Porrò filij Go-
mer: Aſcenez & Riphath &
7 Thogorma. ♀ Filij au-
tem Iauan: Eliſa & Tharſis, Cethim & Dodanim.
8 ♀ Filij Cham: Chus & Meſraim & Phut & Cha-
9 naan. ♀ Filij autem Chus: Saba & Heuila, Sabatha
& Regma & ſabathacha. Porrò filij Regma: Saba &
10 Dadan. ♀ Chus autem genuit Nemrod: iſte cœpit
11 eſſe potens in terra. ♀ Meſraim verò genuit Lu-
12 dim & Anamim & Laabim & Nephtuim, ♀ Phe-
truſim quoque, & Caſluim, de quibus egreſsi ſunt
13 Philiſthijm & Caphtorim. ♀ Chanaan verò ge-
nuit Sidonem primogenitum ſuum, Hethæum quo-
14 que, ♀ & Iebuſæum & Amorrhæum, & Gerge-
15 ſæum, ♀ Heuæumque, & Aracæum, & "Aſinæum,
16 ♀ Aradium quoque. & Samaræum, & "Hemathæum.
17 ♀ Filij Sem: AElam & Aſſur & Arphaxad & Lud
& Aaram. Filij Aram: Hus & Hul & Gether & "Mes.
18 ♀ Arphaxad autem genuit Sale, qui & ipſe genuit
19 Heber. ♀ Porrò Heber nati ſunt duo filij, nomen vni
Phaleg, quia in diebus eius diuiſa eſt terra: & nomen fra-
20 tris eius Iectan. ♀ Iectan autem genuit Elmodad &
21 Saleph & Aſarmoth & Iare, ♀ Adoram quoque &
22 Vzal & Decla, ♀ Hebal etiam & Abimael & Saba,
23 necnon ♀ & Ophir & Heuila & Iobab. omnes iſti,
24 filij Iectan. ♀ Sem, Arphaxad, Sale, ♀ Heber,
25 Phaleg, Ragau, ♀ Serug, Nachor, Thare, ♀ A-
26 bram, iſte eſt Abraham. ♀ Filij autem Abraham,
27 Iſaac & Iſmahel. ♀ Et hæ generationes eorum. Pri-
28 mogenitus Iſmahelis, Nabaioth & Cedar & Adbeel &
29 Mabſan ♀ & Maſma & Duma, Maſſa, Hadad & The-
30 ma, ♀ "Iachur, Naphis, Cedma. hi ſunt filij Iſmahe-
31 lis. ♀ Filij autem Ceturæ concubinæ Abraham, quos
genuit: Zamrã, Iecſan, Madan, Madian, Ieſboc, & Sue.
32 Porrò filij Iecſan: Saba, & Dadan. Filij autem Dadan: Aſ-
33 ſurim & Latuſsim & Laomim. ♀ Filij autem Madian:
Epha & Epher & Henoch & Abida & Eldaa. omnes hi,
34 filij Ceturæ. ♀ Genuit autem Abraham Iſaac: cuius fue-
35 runt filij Eſau & Iſrael. ♀ Filij Eſau: Eliphaz, Rahuel,
36 Iehus, Ihelõ & Core. ♀ Filij Eliphaz: Theman, Omar,
37 Sephi, Gathã, Cenez, Thamna, Amalec. ♀ Filij Rahuel:

Nahath

Breuis repetitio totius genealogiæ Adã vſq; ad filios Eſau & Iacob. gene.2.b. 4.d.5.b.
Filij Iapheth gen.10.a.
Cham.
Nemrod. gen.10.b.
Philiſthijm,
Filij Chanaan.
B
"Sinæum,
"Hamathæum.
Sem. gen.10. & 11.b.
"Moſoch.
Phaleg.
Iectan.
Filij Abraham gene.11.d.
Filij Iſmahelis gene.25.b.
C
"Ietur,
Gene.25.a.
Iſaac. ge.25.c.
Filij Eſau. gen.36.b.



Nahath, Zara, Sãma, Meza. ♀ Filij Seir: Lotan, Sobal, 38
Sebeon, Aua, Diſon, Eſer, Diſan. ♀ Filij Lotan: Hori, 39
"Ahohimam. ſoror autem Lotan fuit Thamna. ♀ Filij 40
Sobal: Alian & Manahath, & Ebal, Sephi & Onam. Filij
Sebeon: Aia & Ana. Filij Ana: Diſon. ♀ Filij Diſon: Ham- 41
ran, & Eſeban & Iethran & Charan. ♀ Filij Eſer: Balaan 42
& Zauan & Iacan. Filij "Diſan: Hus & Aran. ♀ Iſti ſunt 43
reges qui imperauerunt in Terra-edon, antequam eſſet
rex ſuper filios Iſrael. "Bale filius Beor: & nomen ciuitatis
eius, Denaba. ♀ Mortuus eſt autem "Bale, & regnauit 44
pro eo Iobab filius Zare de Boſra. ♀ Cumq; & Iobab fuiſ- 45
ſet mortuus, regnauit pro eo Huſam de Terra-themano-
rum. ♀ Obijt quoq; & Huſam, & regnauit pro eo Adad 46
filius Badad, qui percuſsit Madian in Terra-moab: & no-
men ciuitatis eius Auith. ♀ Cumq; & Adad fuiſſet mor- 47
tuus, regnauit pro eo Semla de Maſreca. ♀ Sed & Semla 48
mortuus eſt, & regnauit pro eo Saul de Rohoboth, quæ
iuxta amnẽ ſita eſt. ♀ Mortuo quoque Saul, regnauit pro 49
eo Balanam filius Achobor. ♀ Sed & hic mortuus eſt, & 50
regnauit pro eo Adad: cuius vrbis nomen fuit "Phau, & ap
pellata eſt vxor eius Meetabel filia Matred filię Mezaab.
♀ Adad autem mortuo, duces pro regibus in Edom eſſe 51
cœperunt: dux Thamna, dux Alua, dux Ietheth, ♀ dux 52
Oolibama, dux Ela, dux Phinõ, ♀ dux Cenez, dux The 53
mã, dux Mabſar, dux ♀ Magdiel, dux Hirã. hi duces Edõ. 54

"Homam.
"Diſon:
Reges Edom
D
"Bela
"Phal.

*Nahath, Sera, Sama, & Miſa. Porrò filij 29 Seir, Lotan, Sobal, Zibeon, Ana, Diſon, Ezer, & Diſan. Filij verò Lotan, Hori, Homam: ſoror autem Lotan, Thimna. Filij Sobal, Alian, Manahath, Ebal, Sebi, &* Onam. *Filij Zibeon, Aia & Ana. Filij Ana, Diſon.* Filij *Diſon,* Hamran, *AEsban, Ijthran &* Cheran. *Filij Ezer, Bilhan, Saauan, & Iaecan. Filij Diſon, VZ & Aran. Iſti verò ſunt 30 reges qui regnauerunt in terra Edom, antequam regnaret rex aliquis ſuper filios Iſraelis.* Bela *filius Beor: nomenque ciuitatis eius fuit Dinhaba. Mortuo Bela, regnauit pro eo Iobab filius Sera de Bozra. Mortuus autem eſt Iobab, regnauitque pro eo Huſam,* de *terra Themanorum. Et mortuus eſt Huſam, regnauitque pro eo Hadad filius* Bedad, *qui percuſsit Madianitas in terra Moabitarum: nomen ciuitatis eius erat Auith.* Mortuo *Hadad ſucceſsit ei in regno Samla de Maſreca.* Mortuus *quoque Samla, & regnauit pro eo Saul de 31 Rehoboth fluminis. Mortuo Saul, regnauit pro eo Baal-hanan filius Achbor. Mortuus eſt & Baal-hanan, regnauitque pro eo Hadad, cuius vrbis nomen 32 Pahi: nomen verò vxoris eius Mehetabel filia Matred, filij Meſaba.* Mortuo *Hadad, duces facti ſunt in Edom. Dux Thimna, dux Alua, dux Iethet, dux Abolibama, dux Ela, dux Pinon, dux Kenas, dux Theman, dux* Mibzar, *dux* Magdiel, *dux Iram. hi fuerunt duces* Edom.

## SCHOLIA IN CAP. I.

1 Hic nõ ſubauditur genuit, hoc modo, Adã genuit Seth, Seth genuit Enos: ſed apud Hebręos ita partiri debet, Adã, Seth filius eius, Enos filius eius, vt & infra leges. Et quodq; horũ ſi referatur ad ſuperiora, ſignificat filiũ: ſi ad inferiora, patrem. 2 ſubaudi, genuit tres filios, quaſi dicat, Sem, Ham & Iapheth, fuerunt filij Noe. Meminit autem trium filiorum Noe, quanuis non ex omnibus deſcenderit Chriſtus aut Abraham: ſed ad indicandam dignitatem Noe & eius filiorum qui poſt diluuium occupauerunt & repleuerunt tres partes orbis terrarum, Aſiam, Africam, & Europam. Item illi quatuor quaſi in vna & eadem linea ſunt, ſic, Noe, Sem, Ham, & Iapheth, non in diuerſis lineis, vt ſuperiores. & contrario ordine vtitur: nam incipit à Iapheth filijs, quem vltimum poſuerat. 3 Ab hoc Galathæ: à Magog, Scythæ: à Madai, Medi: à Iauan, Iones ſeu Græci: à Thubal, Hiſpani, ſeu Iberi: à Mæſech, Cappadoces: à Thiras, Thraces deſcenderunt. 4 ab hoc Sarmathæ ſeu Germani deſcenderunt. 5 Diphath, per daled legi debet: quanuis in Geneſi legatur per res, Riphath: ab hoc Paphlagones. 6 ab hoc Phryges: noſtro tempore Turciam vocant Iudæi Togharmah. 7 Omiſit filios Magog & Madai: tranſit ad filios Iauan. 8 ab Eliſa, AEoles: à Tharſis, Cilices: nam & Tharſis eſt metropolis Ciliciæ: à kithim, Cypri habitatores deſcenderunt. 9 Rodanim legendum per res: quanuis in Geneſi per daled legatur: ab hoc Rhodij deſcenderunt. 10 ab hoc AEthiopes deſcenderunt: à Miſraim, AEgyptij: à Put, Aphrici. 11 ab hoc Arabes Sabæi, fœlicis Arabiæ incolæ: ab Hauila, Gethuli: à Sabtha, Sabatheni populi. 12 ab hoc ciuitas AEthiopiæ vnde regina Saba: à Dedan, AEthiopes quidam. 13 vel, tyrannus, ideſt, cœpit imperare & regnare in terra in qua degebat, hoc eſt exercere tyrannidem. Nimrod, quem prius omiſerat propter inſignem nequitiam & improbitatem, fuit author condendæ turris Babel. 14 ideſt, Miſraim fuit pater Lydiorum, Libycorum, &c. Sunt populi aut AEgypti, aut AEgypto vicini. 15 ideſt, è quibus orti ſunt, quaſi eſſent colonia eorum, & ab illis ſponte migraſſent. 16 ideſt, Iebuſæos. populus qui habitabat in Ieruſalem. 17 Arac, à quo Araκæi, condidit vrbem in Phœnicia, quam Stephanus vocat Arκen. 18 Aradas, inſula eſt in mari Sidonio. 19 Aſſur iſte Niniuem condidit: à quo Aſſyrij. à Lud, Lydi: ab Arã, Syri, quorum metropolis eſt Damaſcus. ab Vs, illi qui inter Celœſyriam & Iudæam, ſeu Palæſthinam: ab Hul, Armenij: à Iether, Acarnanes: à Maſech, Pœones ſeu Mœones. 20 ab hoc dicti ſunt Ebræi. 21 ideſt, diuiſi fuiſſent habitatores terræ ſecundum diuiſionem linguarum, vt ſcribitur Gen. 11. ideſt, natus eſt tempore quo diuiſio hæc facta eſt, vel Eber, propheta erat qui indidit nomen filio à re quæ euentura erat eius tempore. 22 Filij Iactan, habitauerunt in Oriente, & occupauerunt maiorem partem Indiæ, ſic dictæ à fluuio Indo. 23 Repetitio eſt qua oſtendit per quos deſcenderit Abraham ex Sem. quare cæteris omiſsis interrupta ſeries non eſſet, ſi diceres ſic, Noe, Sem, Arphaxad, Selah, &c. Tam diligenter exponitur genealogia Chriſti, vt ſciamus Chriſtum verum hominem fuiſſe ex poſteritate Adæ natum. 24 Hæc Gene. 25. dicitur vxor. Concubina non ſumitur in malam partem, verum vxorem ſecundariã ſignificat, ideſt ſecundæ notæ ac dignitatis, inferiorem nota & dignitate à prima vxore. Tales aũt ducebantur citra dotem & ſponſalia, duciq; poterant etiam prima viuente, ſed eius conſenſu. erant enim veræ vxores. At אִשָּׁה, erat vxor prima quæ ſolenni apparatu ducebatur cum dote. 25 Abraham inquam genuit. vel, Ian autem Abraham genuerat 26 Eſau, diſsyllabum. 27 Ab hoc Auſtrales Iudææ. 28 An ſit nomen viri, an vero mulieris, nihil certi afferri poteſt. 29 ideſt, Horæi, qui ante Eſau, Idumæam tenuit. 30 Reges, ſunt cum diademate, quo carebant duces. Duces autem proximam regiæ poteſtati dignitatem habebant. 31 Nomen loci. 32 Gene. 36. d. dicitur Pahu.

## CAP. II.

Filij autem Iſrael: Ruben, Simeon, Leui, Iuda, Iſſa- 1
char, & Zabulon, ♀ Dan, Ioſeph, Beniamin, Ne- 2
phthali, Gad & Aſer. ♀ Filij Iuda: Her, Onan, & Se- 3
la. hi tres, nati ſunt ei de filia Sue Chananitide. Fuit autem
Her primogenitus Iuda, malus coram Domino, & occidit
eum. ♀ Thamar aũt nurus eius peperit ei Phares & Za- 4
ra. omnes ergo filij Iuda, quinque. ♀ Filij aũt Phares: Heſ 5
ron & Hamul. ♀ Filij quoq; Zaræ: Zamri & Ethan & 6
Eman, "Chalchal quoq;, & "Darda, ſimul quinque. ♀ Filij 7
Charmi: Achar, qui turbauit Iſrael, & peccauit in furto 8
anathematis. ♀ Filij Ethan: Azarias. ♀ Filij aũt Heſrõ 9
qui nati ſunt ei: Ierameel & Ram & "Calubi. ♀ Porro Rã 10

Filij Iacob. gen.29.g.30. a.35.c.d.
Filij Iudæ. gen.38.a.46. b.inf.4.a.
Matth.1.a.
"Chalchol
"Dara,
Ioſue.7.a.
Heſron.
"Calubai.
Ruth.4.d.
B

## CAP. II.

*Iſti ſunt filij Iſrael, Ruben, Simeon, Leui, Iehuda, Iſaſchar, Zebulon, Dan,* Ioſeph, *Beniamin, Naphtali, Gad & Aſer. Filij Iehuda, Er, Onan & Sela: tres iſti nati ſunt ei ex filia 1 Sua Chananitide. Fuit autem Er primogenitus Iehuda, malus 2 coram Domino, ob id occidit eum.* Porrò *Thamar nurus 3 eius peperit ei* Pærez *& Sara, vt omnes filij Iehuda eſſent quinque. Filij* Pærez, *Hezron & Hamul: filij verò Sara, Simri,* Ethan, Heman, *Chalchal & Dara: omnium fuerunt quinque. Filij Charmi, Achar, qui turbauerat Iſraelem, 4 quum præuaricaretur in herem. Filij verò Ethan, Aſarias. Filij deinde* Hezron *qui nati ſunt ei, Ierahmeel, 5* Ram, *& 6 Chelubai.* Porro *Ram*

genuit

genuit Aminadab. Aminadab genuit Naaſon principem filiorum Iehuda. Naaſon autem genuit Salma, Salma verò genuit Boas, Boas genuit Obed, & Obed genuit Iſai. 7 Iſai genuit primogenitum ſuum Eliab, ſecundum Aminadab, tertium Simea, quartum Nethaneelem, & Raddai quintum, ſextum Ozem, ſeptimum Dauidem. Sorores autem eorum erant Zeruia & Abigail. Filij Zeruia, Abiſai, Ioab, & Aſahel, tres nempe. Porrò Abigail genuit Amaſam, pater autem Amaſæ Iether 8 Iſmaelites. Chaleb autem filius Hezron genuit Aſubam 9 ex vxore, & Ierihoth: ſuntque hi filij 10 eius, Ieſer, Sobab, Ardon. Mortua autem Aſuba duxit Chaleb ipſam 11 Ephrath, quæ peperit ei Hur. Cæterum Hur genuit Vri. Vri autem genuit Bezaleel. 12 Poſtea venit Hezron ad filiam Machir 13 patris Gilead, 14 duxitque eam quum eſſet ipſe natus ſexaginta annos, illaque peperit ei Segub. Segub autem genuit Iair, 15 qui habuit vigintitres ciuitates in terra Gilead. 16 Cepitque Geſur & Aram Iair ab eis: & Kenath quoque & 17 filias eius, oppida ſexaginta. omnes 18 iſti fuerunt filij Machir patris Gilead. Quumque mortuus eſſet Hezron, apud 19 Chaleb Ephrata: vxor Hezron Abia genuit ei Aſſur, 20 patrem Thecoa. Fuerunt autem filij Ierahmeelis primogeniti Hezron, primogenitus Ram, Buna, Oren, Ozem, & Ahia. Obtigit autem ipſi Ierahmeeli vxor alia nomine Athara, quæ fuit mater Onam. Et filij Ram primogeniti Ierahmeelis fuerunt Maaz, Iamin & Eker. Filij autem Onam fuerunt Sammai & Iada: filij Sammai Nadab atque Abiſur. Porrò nomen vxoris Abiſur Abihail, peperitque ei Ahban, & Molid. Filij Nadab, Sæled & Appaim. Mortuuſque eſt Sæled abſque liberis, & filij Appaim Iſhi: & filij Iſhi, Seſan: & filij Seſan, Ahlai. Filij autem Iada fratris 21 Sammai, Iether, & Ionathan: mortuuſque eſt Iether abſque filijs. Porrò filij Ionathan, Peleth & Saſa: hi fuerunt filij Ierahmeelis. 22 Seſan non habuit filios, ſed filias: habuit quoque Seſan ſeruum Aegyptium nomine Iarha. Deditque Seſan filiam ſuam ſeruo ſuo Ierha vxorem, quæ peperit ei Athai. Athai autem genuit Nathan, Nathan genuit Sabad, Sabad genuit Ephal, Ephal genuit Obed. Obed verò genuit Iehu, Iehu genuit Aſariam. Aſarias genuit Halez, Halez genuit Eleaſa. Eleaſa genuit Siſmai, Siſmai genuit Salum. Porrò Salum genuit Iecamiam, Iecamias verò genuit Eliſama. 23 Filij autem Chaleb fratris Ierahmeel, Meſa primogenitus eius, qui 24 pater fuit Siph, & filij Mareſa patris Hebron. Filij Hebron, Cora, Tapua, Rekem, & Samma. Samma genuit Raham patrem Iarcam, Rekem verò genuit Samai. Cæterum filius Samai, Maon: Maon deinde fuit pater Beth-Zur. Porrò Epha concubina Chaleb genuit Haran, Moza & Gaſes: 25 Haran autem genuit Gaſes. Filij autem Iahdai, Regem, Iotham, Geſchan, Pelet, Epha & Saaph. Concubina Chaleb Maacha, de qua genuit Sæber & Thirhana. Peperit quoque eadem Saph 26 patrem Madmana, & Seua 26 patrem Machbena, & 26 patrem 27 Gibea. Filia autem Chaleb fuit Achſa. Iſti fuerunt filij 28 Chaleb filij Hur 29 primogeniti Ephratæ, Sobal pater Kiriath-iearim. Salma 30 pater Beth-lehem, & Hareph pater Beth-gader. Fuerunt quoque ipſi Sobal patri Kiriath-iearim filij, 31 qui videbat dimidium Manahitarum. Familiæ autem Kiriath-iearim ſunt Iethritæ, Haputhitæ, Haſſumathitæ, & Hamiſraitæ, ex quibus 32 egreſſi ſunt Zarathitæ & Eſtaulitæ. Filij Salma, Bethlehemitæ, & Netophatitæ 33 coronæ domus Ioab, & dimidium Manahitarum 34 Zareitarum. Familiæ porrò 35 ſcribarum inhabitantium Iahbez Tirathei, Simathæi, Suchathæi. Hi ſunt Kenæi, venientes ab Hamath patre domus Rechab.

genuit Aminadab. Aminadab autem genuit Nahaſſon
11 principem filiorum Iuda. ♀ Nahaſſon quoque genuit
12 Salma, de quo ortus eſt Booz. ♀ Booz verò genuit O- Filij Iſai.
13 bed, qui & ipſe genuit Iſai. ♀ Iſai autem genuit primoge 1.reg.16.b.
nitum Eliab, ſecundum "Aminadab, tertium Simmaa, 17.b. "Abinadab,
14 ♀ quartum Nathanael, quintum Raddai, ♀ ſextũ Aſom, Filij Saruiæ.
15 ſeptimum Dauid. ♀ quorum ſorores fuerunt, Saruia & Caleb filius
16 Abigail. Filij Saruiæ: Abiſai, Ioab & Aſael, tres. ♀ Abi C Heſron.
17 gail autem genuit Amaſa, cuius pater fuit Iether Iſmaheli
18 tes. ♀ Caleb vero filius Heſron accepit vxorem nomine
Azuba, de qua genuit Ierioth: fueruntq; filij eius Iaſer &
19 Sobab & Ardon. ♀ Cumque mortua fuiſſet Azuba, acce
20 pit vxorem Caleb, Ephratha, quæ peperit ei Hur. ♀ Por-
21 rò Hur genuit Vri: & Vri genuit Beſeleel. ♀ Poſt hæc ingreſſus
eſt Heſron ad filiam Machir patris Galaad, & accepit
eam cum eſſet annorum ſexaginta: quæ peperit ei
22 Segub. ♀ Sed & Segub genuit Iair, & poſſedit viginti tres Iair.
23 ciuitates in Terra-galaad. ♀ Cepitque Geſſur & Aram
oppida Iair, & Canath & viculos eius ſexaginta ciuitatũ.
24 omnes iſti, filij Machir patris Galaad. ♀ Cum autẽ mor-
tuus eſſet Heſrõ, ingreſſus eſt Caleb ad Ephratha: habuit D
quoque Heſron vxorem Abia, quæ peperit ei Ashur pa-
25 trem Thecuæ. ♀ Nati ſunt autem filij Ierameel primo- Ierameel.
geniti Heſron, Ram primogenitus eius, & Buna & Aran,
26 & Aſom & Achia. ♀ Duxit quoq; vxorem alteram Ie-
27 rameel, nomine Atara, quæ fuit mater Onam. ♀ Sed &
filij Ram primogeniti Ierameel, fuerunt Moos, Iamin &
28 Achar. ♀ Onam autem habuit filios Semei & "Iadan: fi- "Iada.
29 lij autem Semei: Nabad & Abiſur. ♀ Nomen verò vxo-
30 ris Abiſur, Abihail quæ peperit* Ahobban, & Molid. ♀ Fi *ei
lij autem Nadab fuerunt Saled, & Apphaim: mortuus eſt
31 autem Saled abſq; liberis. ♀ Filius verò Apphaim, Ieſi:
32 qui Ieſi, genuit Seſan. Porrò Seſan genuit Oholai. ♀ Filij
autem "Iadai fratris Semei: Iether & Ionathan: ſed & Ie- E "Iada
33 ther & mortuus eſt abſq; liberis. ♀ Porrò Ionathan ge-
nuit Phaleth & Ziza. iſti fuerunt filij Ierameel primoge-
34 niti Eſrom. ♀ Seſan autem non habuit filios, ſed filias: &
35 ſeruum Aegyptium, nomine Ieraa. ♀ Deditque ei filiam
36 ſuam vxorem: quæ peperit ei Ethei. ♀ Ethei autem ge-
37 nuit Nathan, & Nathan genuit Zabad, ♀ Zabad quoque
38 genuit Ophlal, & Ophlal genuit Obed. ♀ Obed genuit Ie-
39 hu, Iehu genuit Azariam. ♀ Azarias genuit Helles, &
40 Helles genuit Elaſa. ♀ Elaſa genuit Siſamoi, Siſamoi ge-
41 nuit Sellum. ♀ Sellum genuit "Itamiam, Itamia autẽ ge- "Icamiam,
42 nuit Eliſama. ♀ Filij autem Caleb fratris Ierameel: Meſa Icamia.
primogenitus eius, ipſe eſt pater Ziph: & filij Mareſa pa- F
43 tris Hebron. ♀ Porrò filij Hebron, Core & Taphua & Filij Caleb filij Heſron.
44 Recem & Samma. ♀ Samma autem genuit Raham pa- *autem
45 trem Iercaam, & Recem genuit Sammai. ♀ Filius* Sam-
46 mai, Maon: & Maon pater Beth-ſur. ♀ Epha autem con Epha.
cubina Caleb peperit Haran & Moſa & Gezez: porrò Ha
47 ran genuit Gezez. ♀ Filij autem Iahaddai: Regom & Ioa
48 than & Geſan & Phalet & Epha & Saaph. ♀ Concubi-
49 na Caleb Maacha, peperit Saber & Tharana. ♀ Genuit Maacha.
autem Saaph pater Madmena, Sue patrem Machbena, &
50 patrem Gabaa. Filia verò Caleb, fuit Achſa. ♀ Hi erant Achſa.
filij Caleb, filij Hur primogeniti Ephratha, Sobal pater G
51 Cariath-iarim, ♀ Salma pater Beth-lehem, Hariph pa-
52 ter Beth-gader. ♀ Fuerunt autem filij Sobal patris Ca-
53 riath-iarim, qui videbat dimidium Requietionum. ♀ Et "Phuthei
de cognatione Cariath-iarim, Iethrei & "Aphuthei & Se-
mathei & Maſerei. Ex his egreſſi ſunt Saraitæ & Eſ-
54 thaolitæ. ♀ Filij Salma: Beth-lehem, & Netophathi, co-
ronæ domus Ioab, & dimidium Requietionis Sarai.
55 ♀ Cognationes quoque ſcribarum habitantium in Iabes,
Canentes atque Reſonantes, & In-tabernaculis-commorantes.
Hi ſunt Cinæi, qui venerunt de Calore patris
domus Rechab.

SCO-



## SCHOLIA IN CAP. II.

1 Hic Sua erat pater vxoris Iuda. Filios Iuda potiſsimum recenſet, quod ex eo deſcendit Saluator. 2 ideſt, coram Domino, quem nihil latet. 3 ideſt, Iudæ. 4 vel, quia præuaricatus fuerat in anathemate. Manubiarum ſcilicet Iericho. Ioſue.7. 5 Hic à Matthæo dicitur Aram. 6 Alio nomine dicitur Caleb. 7 Hic enumerantur filij naturales Iſai, qui tantum erant ſeptem: nam octauus erat adoptiuus. 8 Hic erat genere Iſraelita: habitatione vero & incolatu erat Iſmahelita. 9 Iſa, nomen mulieris: vt tres ſint, Azuba, Iſa, & Ierioth. 10 ſcilicet Azubæ. 11 Hæc dedit nomen vrbi Ephrata. 12 Nempe poſtquam iſti geniti fuerunt. 13 ideſt, principis regionis Galaad. 14 ſubaudi, in concubinam, vel in vxorem. 15 ideſt, qui fuit Dominus vigintitrium vrbium quas illi dederunt cognati auiæ eius filiæ Machir. 16 vel, Ceperunt autem Geſſuræi & Aramæi oppida Iair ab illis, ideſt, ſubaudi, filijs Iair incolis earum, quas poſtea recepit Dauid ipſe. 17 ideſt, viculos. 18 iſtæ (ſubaudi, vrbes) fuerunt filiorum. 19 Nomen eſt vrbis à viro & vxore: ea eſt Beth-lehem Ephratha. 20 ideſt, qui poſtea fuit princeps vrbis Thecoa. 21 filij Onam ſcilicet. 22 ideſt, non fuerunt filij viuentes tempore patris: nam vnus nomine Ahalai, ſuprà recenſitus, mortuus eſt ante patrem, quaſi dicat, Mortuus reliquit filias hæredes. 23 Redit ad generationem Caleb fratris Ierahmeel & Ram ſiue Aram filiorum Eſron. 24 ideſt, princeps habitantium in Ziph, & filiorum Mareſa, ideſt, cinerum eius vrbis, & pater, ideſt, princeps Hebron. 25 fuit ergo Haran frater Gazez, & pater alterius Gazez. 26 ideſt, principem. 27 Iſta erat altera ab ea quæ erat in tribu Iuda. 28 alter Caleb fuit filius Hur, primogeniti Ephratha filiæ prioris Caleb filij Eſrom, qui auus erat huius, & hic illius nepos. 29 ideſt, primus filius Hur, fuit Sobal princeps Cariath-iearim. 30 ideſt, princeps ciuium Beth-lehem. 31 vel, qui contemplabatur, ideſt, curam gerebat, ſiue princeps erat dimidij loci qui dicebatur Manahitarum, ideſt, requietionum. Forte à fertilitate agri & amœnitate loci ita dictus. Hic enim videre, ſiue aſpicere & contemplari, principem eſſe ſignificat. nam principis eſt ſuos contemplari. 32 Iſta egreſſio aut ſignificat cognationem, & genus: aut colonias ab iſtis deductas. 33 vel, diademata 34 Aſſorhi. In Aſſorhi erat dimidia pars eorum qui habitabant Manahat. 35 ideſt, iuriſperitorum. hi abſtinebant à vino, vt vides apud Ieremiam.

## CAP. III.

Filij Dauid. 2.reg.3.a.
DAuid verò hos habuit filios, qui ei nati ſunt in He 1
bron: primogenitũ Amnon ex Achinoã Iezrahe
litide: ſecundũ Daniel de Abigail Carmelitide,
♀ Tertiũ Abſalom filium Maacha filię Tholmai regis Geſ 2
ſur, quartum Adoniam filium Aggith, ♀ Quintum Sa- 3
phatiam ex Abital, ſextum Iethraham de Egla vxore ſua.
♀ Sex ergo nati ſunt ei in Hebron, vbi regnauit ſeptem 4
annis & ſex menſibus: triginta autem & tribus annis reg-
2.reg.5.e. B nauit in Ieruſalẽ. ♀ Porrò in Ieruſalem nati ſunt ei filij 5
Simmaa & Sobab, & Nathan, & Salomon, quatuor de
"Beth-ſua "Beth-ſabee filia Ammiel: ♀ Iebaar quoq; & "Eliſua ♀ & 6
"Eliſama Eliphalet & Noge & Nepheg & Iaphia, ♀ necnon 7
Eliſama & Eliada & Eliphelet, nouem. ♀ Omnes hi, 8
Reges Iuda à Salomone, vſq; ad Sedeciam. filij Dauid, abſq; filijs concubinarum: habueruntq; ſoro- 9
rem Thamar. ♀ Filius autem Salomonis, Roboam: cuius 10
Abia filius, genuit Aſa: de hoc quoq; natus eſt Ioſaphat 11
♀ pater Ioram: qui Ioram genuit Ochoziam, ex quo ortus 12
eſt Ioas. ♀ Et huius Amaſias filius, genuit Azariam: por 13
C rò Azariæ filius Ioatham. ♀ Procreauit Achaz patrem 14
Ezechiæ, de quo natus eſt Manaſſes. ♀ Sed & Manaſſes 15
Filij Ioſiæ. genuit Amon patrem Ioſiæ. ♀ Filij autem Ioſiæ fuerũt, 16
primogenitus Iohanan, ſecundus Ioacim, tertius Sedecias,
Matth.1.b. quartus Sellum. ♀ De Ioacim natus eſt Iechonias & Se 17
decias. ♀ Filij Iechoniæ fuerunt, Aſir, Salathiel, ♀ Mel- 18
"Hoſama chiram, Phadaia, Senneſer & Iecemia, "Sama & Nadabia. 19
♀ De Phadaia orti ſunt Zorobabel & Semei. Zorobabel
genuit Moſollam, Hananiam, & Salomith ſororem eorũ:
♀ Haſaban quoq; & Ohol & Barachiam, & Haſadiam, Io- 20
D ſabheſed, quinq;. ♀ Filius autem Hananiæ Phaltias pa- 21
ter Ieſeiæ, cuius filius Raphaia. huius quoq; filius, Arnan,
de quo natus eſt Obdia, cuius filius fuit Sechenias. ♀ Fi- 22
lius Secheniæ, Semeia: cuius filij Hattus & Iegaal & Baria
& Naaria & Saphat, & Seſa, ſex numero. ♀ Filius Naa- 23
riæ, Elioenai & Ezechias & Ezricam, tres. ♀ Filius Elioe 24
nai, Oduia & Eliaſub & Pheleia & Accub & Iohanan &
Dalaia, & Anani, ſeptem.

## CAP. III.

HI fuerunt filij Dauidis, qui nati ſunt ei in Hebron: Amnon primogenitus ex Ahinoam Ieſreelitide, ſecundus erat 1 Daniel ex Abigail Carmelitide. Tertius Abſalom filius Maacha filiæ Thalmai regis 2 Geſſur: quartus Adonias filius Haggith. Quintus Sephatia ex Abital: ſextus Ithream ex 3 Aegla vxore ſua. Sex illi nati ſunt ei in Hebron, regnauitque illic ſeptem annis & ſex menſibus: in Ieruſalem verò regnauit trigintatribus annis. Porrò in Ieruſalem nati ſunt ei iſti, Simeia, Sobab, Nathan, & Solomon, quatuor ex 4 Bath-ſua filia Ammiel: Ibhar quoque & 5 Eliſama, Eliphalet. Noga, Nepheg, Iaphia, Eliſama, Eliada, & Eliphelet, nouem. Omnes filij Dauidis, 6 exceptis filijs concubinarum, eratque Thamar 7 ſoror eorum. Filius autem Solomonis Rehabeam, [8 cuius] filius fuit Abias, & huius filius Aſa, cuius filius Ioſaphat, is habuit filium Ioram, huius filius Ahaſias, deinde Ioas filius illius, huius filius Amaſias, huius filius Aſarias, huius filius 9 Iotham. Huius filius Ahas, huius filius Ezechias, Huius filius Manaſſes, huius filius Amon, huius filius Ioſias. Porrò filij Ioſiæ, primogenitus 10 Iohanan, ſecundus Iehoiakim, tertius Zedekias, & 11 quartus Sellum. Filij autem Iehoiakim, Iechonias filius eius, 12 & Zedekias filius eius. Filij Iechoniæ, Aſſir, 13 & Sealthiel filius eius, 14 Malkiram quoque & Pedaia, Senazar, Iecamia, Hoſama, & Nedabaia. Filij autem Pedaia, 15 Serubabel & Semei. 16 Filius Serubabel, 17 Meſullam, Hanaia, & 18 Selomith ſoror eorum: Haſuba quoque, Ohel, Berechia, Haſadia, & Iuſabeſed, 19 quinque. 20 Filius verò Hananiæ Pelatia & Eſaia: 21 filij Rephaia, filij Arnan, filij Obadiæ, filij Sechaniæ. Filij deinde Sechaniæ, Semaia: & filij Semaia, Hatus, Igeal, Bariah, Nearia & Saphat, 22 ſex. 23 Filius Neariæ, Eliohenai, Hiſkia, Aſricam, tres. Filij autem Eliohenai, Hodias, Eliaſchib, Pelaia, Accub, Iohanan, Delaia, & Anani, ſeptem.

## SCHOLIA IN CAP. III.

1 Iſte dicitur. 2.reg.3.a. Chileab. Matrem dicit fuiſſe Carmelitidem, quod fuiſſet vxor Nabat Carmelitæ. Quæ hoc capite ſcribuntur, propter genealogiam Chriſti præcipue ſcripta ſunt. 2 Hæc non procul aberat à Damaſci Syria. 3 Hæc fuit vxor eius primaria & præcipua. In libris Regum dicitur Michol filia Saul. 4 2.Reg.11. dicitur Bath-ſeba. erat ergo binomia: & illic pater eius dicitur Eliam, hic vero Ammiel. Hic Salomon quartus eſt ex filijs Bath-ſua: ſed tres priores fuerunt filij Vriæ adoptati à Dauide. ſolus autem Salomon fuit vnus & ſolus filius naturalis Dauidis ex Bath-ſua. Prior qui natus eſt ex adulterio, & mortuus eſt die octauo, non recenſetur inter filios Dauid. 5 Eliſama & Eliphelet bis hic repetuntur: quod mirum videri poteſt: nam & hac re offenſi Græci, diſtinxerunt hæc nomina. Reuera fuerunt nouem. Cum enim Dauid vni è filijs ſuis indidiſſet nomen Eliſama, ſtatim poſt natiuitatem eius mortuus eſt: ob id primus poſt illum mortuum natus, eodem vocatus eſt nomine. Idem de Eliphelet dicendum. Hic igitur enumerantur omnes filij mortui ac viuentes: in Regibus, viuentes tantum. 6 Hic non comprehenduntur filij concubinarũ. 7 ex parte patris. nam ſolius Abſalom fuit ſoror vterina. 8 Voces iſtæ quæ ſequuntur, (cuius) vel (huius.) non leguntur Hebraice, ſubaudiendæ tamen. 9 Iotham fuit ex nepotibus Hazariæ, non filius: ſed vox Hebræa B E N, filium ſignificat & nepotem.

10 His

10 Hic dicitur. 4.reg.23. Iohahaz, eratque minor natu ipſo Ieho-iaκim. Primogenitus igitur, dicitur non natiuitate, ſed dignitate: quia adeptus eſt regnum ante fratrem ſuum Iehoiaκim ſiue Elia-κim maiorem natu. Primogeniti nomen duobus modis accipitur, natura, aut dignitate. 11 In libris Regum, lib.4. cap. 23. tribuuntur Ioſiæ tantum tres filij: nam illic omittitur Sellum, quod non ſit aſſecutus dignitatem illam regiam. 12 ideſt, cuius Iechoniæ filius fuit Sedeκias, qui non fuit rex Iſrael. 13 ideſt, cuius Aſſur filius fuit Sealthiel. Iechonias fuit auus Sealthiel, non pater reuera: auus autem dicitur gignere nepotem, quia eius patrem genuit. 14 Hebraiſmus, Et Malchiram &c. Oratio eſt manca: in fine verſus ſubaudiendum, filij eius, Sealthiel ſcilicet. filij fuerunt iſti, nempe Malchiram, Pedaia, &c. 15 Matthæus dicit Salathiel genuiſſe Zorobabelem: hîc verò Zorobabel filius Pedaiæ dicitur. Doctiores dicunt vocem Hebræam B E N, ideſt, filium, pro nepote accipi: & qui patrem genuerit, filium quoque videri genuiſſe. neque dicendum eſt Salathielem & Pedaiam eundem eſſe. 16 Singulare pro plurali, Filij Zorobabel. 17 Alio nomine dicitur Abiud. 18 Hæc fuit ſoror duorum præcedentium, non ſequentium: propterea ſeparauit eam à reliquis. 19 ſubaudi, fuerunt filij Zorobabel. 20 Singulare pro plurali, Filij &c. 21 Enumerat filios cum patribus, aut patres cum filijs, quaſi dicat, Rephaia, Arnan, &c. cum filijs eorum dicuntur filij Hananiæ: nam & nepotes dicuntur filij. 22 comprehenſo ſcilicet patre Semaia. nam quinq; filios eius tantum enumerat, Aut dic nomen vnius eſſe omiſſum. 23 Singulare pro plurali.

## CAP. IIII.

*Filij Iehuda, Pereζ, 1 Heζron, Charmi, Hur & Sobal. Reaia verò filius Sobal genuit Iahath, Iahath genuit Ahumai atque Lahad. & hæ ſunt familiæ Zareathitarum. ∵ Ele pater Etham, Iiſreel, Iiſma, & Iidbas: nomen ſororis eorum Haζlelponi. Penuel pater fuit Gedor, Eſer pater Huſa: & hi filij 2 Hur primogeniti Ephratæ patris Beth-lehem. 3 Aſſur verò pater Tecoe duas habuit vxores, Helea & Naara. Peperitque ei Naara, Ahuζan, Hepher, ⁒ Themni & Ahaſthari. iſti ſunt filij Naara. Filij verò Helea, Zæreth, Ieζohar & Ethnan. 4 Porrò Coζ genuit Anub & Zobeba, & familiam Aharhel filij Harum. Et fuit 5 Iabeζ honorabilior fratribus ſuis: vocauitque mater eius nomen eius Iabeζ, dicens, Quia in dolore peperi eum. Et inuocauit Iabeζ Deum Iſraelis, dicens, 6 Si benedicendo benedixeris mihi, & dilataueris terminum meum, 7 fueritque manus tua mecum, 8 feceriſque me [liberum] à malo, vt non noceat mihi. 9 dedit itaque Deus quæ poſtulauerat. Chelub autem frater Sua genuit Mehir: qui fuit 10 pater Eſthon. 11 Eſthon genuit Beth-rapha, Paſeah, & Thehinna patrem ciuitatis Nahas: hi ſunt viri Recha. Filij autem 12 Kenas, Othniel & Seraia: & filij Othniel, Hathath. Porrò Meonothai genuit Ophram, & Seraia genuit Ioab patrem 13 Geharaſim: 14 fuerunt enim fabri. Filij autem Chaleb, filij 15 Iephune, Iru, Ela, & Naam. ∵ Filij Ela, Kenas. Filij autem Iehalelel, Siph & Sipha, Thiria, & Aſarel. Filij Eſra, Iæther & Mæred, Epher & Ialon: 16 peperitque Miriam & Sammai, atque Iisbah 17 patrem Eſthemoa. Et vxor ⁒ eius Iehudia peperit Iæred patrem Gedor, & Heber patrem Socho, atque Iecuthiel patrem Sanoah: & iſti ſunt filij Bithiah, filiæ Pharaonis, 18 quam duxerat, Mæred. Et filij vxoris 19 Hodia ſororis Naham patris Kehila, Garmi, & Eſthemoa Maachathites. Filij verò Simon, Ammon & Rinna, Ben-hanan & Thilon. filij verò Iiſhi, Zoheth, & Ben-Zoheth. Filij Sela, filij Iehuda, Er ⁑ pater Lecha, & Laada pater Mareſa: & familiæ domus 20 operationis lini in domo Aſbea. Iokim quoque & viri 21 Choζeba, Ioas & Saraph, qui 22 dominati ſunt in Moab, & Iaſubi-lahem: & 23 verba iſta vetera ſunt. Iſti ſunt figuli illi 24 habitantes Netaim & Gedera cum rege in opere eius ibidem commorantes. Filij Simeon, Nemuel, Iamin, Iarib, Zæra & Saul, Sallum filius eius, Mibſam filius eius, & Miſma filius eius. Porrò filij Miſma, Hamuel filius eius, Sachur filius eius, Simei filius eius. Habuit autem Simei ſedecim filios, & ſex filias: fratres autem eius non habuerunt filios multos, 25 ſed & vniuerſa familia eorum non eſt aucta vſque ad [numerum] Iehuda. Habitaueruntque in Berſabea, Molada & 26 Haζar-ſual, in Bilha, in Eζem, in Tholad, in Bethuel, in Horma, in Ziclag, in Beth-marcaboth, in Haζar-ſuſim, in Beth-birei, atque in Sarraim. 27 iſtæ ſunt ciuitates eorum, vſque dum Dauid regnauit. Et villæ eorum, Etham & Ain, Rimmon, Thochen, & Aſan, oppida quinque. Et vniuerſi viculi eorum qui fuerunt circum iſtas ciuitates vſque ad Baal. Hæc 28 eſt habitatio eorum, atque 29 propagatio ipſorum, Meſobab, & Iamlech atque Ioſa filius Amaζiæ. Et Ioel, atque Iehu filius Ioſibia, filij Seraia, filij Aſiel, Et Elioenai, Iaacoba, Ieſohaia, & Aſaia, Adiel, Ieſimeel, & Benaia. Et Siſa filius Siphi, filij Allon, filij Iedaia, filij Simri, filij Semaia. 30 Iſti ſunt 31 inclyti principes per familias ſuas, qui vehementer inſtaurarunt domum patrum ſuorum. 32 Et abierunt dum itur Gedor vſque ad Orientalem plagam vallis, quæſitum paſcua gregi ſuo. Inuenerũt autem pinguia & bona paſcua, 33 & terram vtrinque ſpatioſam, quietam inſuper & felicem: quoniam 34 ex Ham antea illic habitauerant. Veneruntque iſti qui nominatim ſcripti ſunt in diebus Eζechiæ regis Iehuda, & attriuerunt tentoria atque habitacula 35 eorum quæ inuenta ſunt illic, exciderunt que eos vſque in præſentem diem, habitaueruntque ipſi [illic] illorum loco: quod illic eſſent paſcua pro gregibus ſuis. Adhæc profecti ſunt quidam ex eis, nempe filij Simeon ad montem Seir, viri nempe quingenti, 36 quibus præfuerunt Pelatia, Nearia, Rephaia, Vſiel, filij Iiſhi. Percuſſeruntque reliquias quæ euaſerant ex Amalec, & habitauerunt illic in hunc vſque diem.*

## CAP. IIII.

Genealogia filiorum Iuda. ſupra.2.a. gene.38.d.46.b. °cognationes

1 Filij Iuda: Phares, Heſrõ & Charmi & Hur & Sobal.
2 ¶ Raia verò filius Sobal genuit Iahath, de quo nati ſunt Ahumai & Laad. hę° generationes Sarathi.
3 ¶ Iſta quoq; ſtirps Etam: Iezrahel & Ieſema & Iedebos.
4 Nomen quoq; ſororis eorũ, Aſalelphuni. ¶ Phanuel autem pater Gedor, & Ezer pater Hoſa, iſti ſunt filij Hur pri
5 mogeniti Ephratha patris Beth-lehẽ. ¶ Aſſur verò pa-
6 tri Thecuæ erant duæ vxores, Halaa & Naara. ¶ Peperit autem ei Naara, Oozam & Hepher & Themani & A-
7 haſthari. iſti ſunt filij Naara. ¶ Porrò filij Halaa: Sereth,
8 & Sahar & Ethnan. ¶ Cos autem genuit Anob & So-
9 boba, & cognationem Aharehel filij Arum. ¶ Fuit autẽ Iabes inclytus præ fratribus ſuis, & mater eius vocauit no
10 men illius Iabes, dicens, Quia peperi eum in dolore. ¶ Inuocauit verò Iabes Deum Iſrael, dicens, Si benedicens benedixeris mihi, & dilataueris terminos meos, & fuerit manus tua mecũ, & feceris me à malitia non opprimi. & præ-
11 ſtitit Deus quę precatus eſt. ¶ Caleb autem frater Sua,
12 genuit Mahir, qui fuit pater Eſthon. ¶ Porrò Eſthon genuit Beth-rapha & Pheſſe & Tehinna patrẽ vrbis Naas.
13 hi ſunt viri Recha. ¶ Filij autem Cenez: Othoniel & Sa
14 raia. Porrò filij Othoniel, Hathath & Maonathi. ¶ Maonathi genuit Ophra. Saraia autem genuit Ioab patrem
15 Vallis-artificum: ibi quippe artifices erant. ¶ Fi-
16 lij verò Caleb filij Iephone: Hir & Ela & Naham. ¶ °filij quoque Ela: Cenez. Filij quoque Ialeleel: Ziph & Zi-
17 pha, Thiria & Aſrahel. ¶ Et filij Ezra: Iether & Mered & Epher & Ialon, genuitque Mariam & Sammai &
18 Ieſba patrem Eſthamo. ¶ Vxor quoque eius Iudaia, peperit Iared patrem Gedor, & Heber patrem Socho, & Icuthiel patrem Zanoe. hi autem filij Bethiæ filiæ Pha-
19 raonis, quam accepit, Mered. ¶ Et filij vxoris Odaiæ ſororis Naham patris Ceila, Garmi, & Eſthamo qui
20 fuit de Machathi. ¶ Filij quoque Simon: ᵃ Amon & Rimma filius Hanan, & Thilon. & filij Ieſi: Zo-
21 heth & Ben-zoheth. ¶ Filij Sela, filij Iudæ: Her pater Lecha, & Laada pater Mareſa: & cognationes do-
22 mus operantium byſſum in Domo-iuramenti. ¶ Et Qui ſtare fecit ſolem, virique Mendacij, & Securus & Incendens, qui principes fuerunt in Moab, & Qui ᵃ reuerſæ ſunt in Lahem. hæc autem verba vete-
23 ra. ¶ Hi ſunt figuli habitantes in Plantationibus & in ſepibus, apud regem in operibus eius, commora-
24 tique ſunt ibi. ¶ Filij Simeon: Namuel & Iamin, Ia-
25 rib, Zara, Saul. ¶ Sellum filius eius, Mabſam filius eius,
26 Maſma filius eius. ¶ Filij Maſma: Hamuel filius eius,
27 Zachur filius eius, Semei filius eius. ¶ Filij Semei ſedecim, & filiæ ſex: fratres autem eius non habuerunt filios multos, & vniuerſa cognatio non potuit adæqua-
28 re ſummam filiorum Iuda. ¶ Habitauerunt autem
29 in Ber-ſabee & Molada & Haſar-ſuhal, ¶ & in Ba-
30 la, & in Aſom, & in Tholad, ¶ & in Bathuel, & in Hor-
31 ma, & in Siceleg, ¶ & in Beth-marchaboth, & in Haſar-ſuſim, & in Beth-berai, & in Saarim. hę ciuitates eorum vſque ad regem Dauid. ¶ Villæ quoque eorum: 32
Etam & Aen, Remmon & Thochen & Aſan, ciuitates quinque. ¶ Et vniuerſi viculi eorum per circuitum ciui- 33
tatum iſtarum vſque ad Baal. hæc eſt habitatio eorum, & ſedium diſtributio. ¶ Moſobab quoque & Iemlech, & 34
Ioſa filius Amaſiæ, ¶ & Ioel, * Iehu filius Ioſabiæ filij 35
Saraiæ filij Aſiel, ¶ Et Elioenai & Iacoba & Iſuhaia & 36
Aſaia & Adiel & Iſmiel & Banaia. ¶ Ziza quoque filius 37
Sephei filij Allon filij Idaia filij Semri filij Samaia. ¶ Iſti 38
ſunt nominati principes in cognationibus ſuis, & in domo affinitatum ſuarum multiplicati ſunt vehemẽter. ¶ Et 39
profecti ſunt vt ingrederentur in Gador vſque ad Orientem vallis, & vt quærerent paſcua gregibus ſuis. ¶ In- 40
uenerunt que paſcuas huberes & valde bonas, & terram latiſsimam & quietam & fertilem, in qua ante habitauerant de ſtirpe Cham. ¶ Hi ergo venerunt quos ſupra de- 41
ſcripſimus nominatim, in diebus Ezechiæ regis Iuda: & percuſſerunt tabernacula eorum, & habitatores qui inuenti fuerant ibi, & deleuerunt eos vſque in præſentem diem: habitaueruntque pro eis, quoniam huberrimas paſcuas ibidem repererunt. ¶ De filijs quoque Simeon 42
abierunt in montem Seir viri quingenti, habentes principes Phaltiam & Naariam & Raphaiam & Oziel filios Ieſi: ¶ & percuſſerunt reliquias quæ euadere 43
potuerant Amalecitarum, & habitauerunt ibi pro eis vſque ad diem hanc.

Aſſur. B. Iabes. Oratio Iabes. C. Caleb filius Iephone. °filijque. D. ᵃAmnon & Rinna. Filij Sela. gen.38.a. ᵃreuerſi. Genealogia filiorum Simeon. E. gene.46.b. Habitatio eorũ. F. *&. G. Cham ſtirps deleta à filijs Simeon. Amalecitæ percuſsi à filijs Simeon.



## SCHOLIA IN CAP. IIII.

1 Hic fuit filius Perez, non Iudæ. Solus Perez eſt filius, reliqui nepotes. ∵ Hebraiſmus, Et iſtæ ſunt (familiæ) patris, id eſt, principis Ethan. nomen loci. Verti etiam poteſt, Iſti autem ſunt (filij) principis, &c. Pater pro principe etiam in ſequentibus. 2 Hur dicitur hîc primogenitus matris, non patris Caleb: quia ex alia vxore alium habuit primogenitum. Item hic vocatur princeps Beth-lehem, cum fuerit eius filius Salma: ſed principatus filij tribuitur patri. 3 Aſſur filius fuit poſthumus Eſrom ex Abia vxore: cuius filij fuerunt principes Tecoah, non ipſe pater. ⁒ nomina gentis, non autem propria, quaſi dicat, Themaneos & Ahaſthareos. 4 Deſcribit generationem kos, quamuis patrem eius non exprimat, nec antea meminerit. 5 Iabes ſignificat dolorem: à matre ita dictus: à patre autem nominatus fuit Othoniel. Fuit autem clariſsimus, tum quia percuſsit ciuitatem Sephor, vt habetur Iudicũ primo: tum quod doctor fuit inſignis, & dedit nomen vrbi in qua habitabant ſcribæ & legulei, vt ſuprà dictum eſt. 6 id eſt, Si cœptis meis aſpiraueris, & faueris mihi. 7 id eſt, tuleris mihi opem in hoc bello. 8 feceriſque (liberationem) à malo, vt non afficiar dolore, id eſt, liberaueris me à periculo, ne afficiar dolore. Vel ſi ita iungas, & feceris vt non doleam ob malum, id eſt, accepto damno & incommodo. Eſt enim duplex conſtructio apud Hebræos, ſubaudi, faciam talia & talia. nam omittitur votum & promiſſum. 9 Hebraiſmus, & euenire fecit, id eſt, dedit illi talem euentum qualem optabat. 10 id eſt, princeps. 11 Hic Eſthon conditor fuit vrbis Eſthon, cuius principem dixerat Chelub vel Mahir. 12 Hic fuit vitricus Caleb, aut patruus apud quem educatus eſt. 13 id eſt, vallis artificum. Haras, ſignificat artificem ſiue fabrum cuiuſcunque materiæ, ligni, ferri, & cæterarum. Iſte Ioas, non eſt ille Ioas princeps militiæ, cuius ſit mentio in libris Regum. 14 ſubaudi, illic. 15 Hic alio nomine dicitur Eſron. ∵ Plurale pro ſingulari, Filius, quaſi dicat, vnicus. 16 ſubaudi, ea quæ peperit, vxor nempe Caleb, vel potius Ezræ, quaſi diceret eum duas habuiſſe vxores, ex quarum altera ſuſcepit Miriam, &c. 17 id eſt, principem. ⁒ ſubaudi, Caleb. 18 quam duxerat. ſubaudi Caleb in vxorem, ex qua genuit vnicum filium, Mered. 19 Nomen viri. ⁑ id eſt, princeps. 20 vel, opificij. quod opificium exercebatur in domo Aſbea, quaſi dicat, illæ familiæ deſcenderunt à Iuda. 21 Nomen loci, aut vrbis. 22 vel, dominati ſunt Moab. 23 id eſt, iſta nomina ſunt virorum veterum. 24 & qui habitabant inter plantas & ſepes, &c. id eſt, qui verſabantur in hortis cum rege ipſo: propter opus eius, vt opus regium adiuuarent, ibi habitauerunt. Aut locorum ſunt nomina à ſepibus & hortis, vt doctioribus magis placet. Iſti ſunt figuli illi clari qui fuerunt in magno pretio tempore Dauidis, qui propter opus regis habitabant Netaim & Gedera. 25 Hebraiſmus, & omnem familiam ſuam non multiplicauerunt vſque ad filios Iuda. 26 id eſt, vico vulpis. 27 id eſt, hîc habitauerunt vſque ad tempus quo regnauit Dauid, qui eas reſtituit Iudæ. 28 fuit, quaſi dicat, fuit vna habitatio. 29 Hebraiſmus, genealogia eorum ipſis, quaſi dicat, hęc habitatio in genealogia, &c. id eſt, hæc fuit vna habitationum eorum. 30 ſubaudi, ſupradicti iam enumerati à verbis iſtis, Meſobab, & Iãlech, &c. 31 Hebraiſmus, qui venerunt per nomina principes in familijs ſuis, & in domo patrum ſuorũ multiplicati ſunt in multitudinem. Venerunt per nomina principes, id eſt, nominatim deſignati ſunt principes in cognationibꝰ ſuis & domo maiorũ ſuorũ, multiplicatiq; ſunt vehemẽter. 32 Abierũt itaq; (ſub. propter multitudinẽ) ad introitũ Ghedor vſq; ad Orientẽ vallis illius. ſub. inſignis quæ erat iuxta Ghedor. 33 Heb. (terra autem illa erat lata ſpatijs, quieta præterea & tranquilla. (per parentheſin hæc ſunt legenda, Terra in qua ſcilicet inuenerunt paſcuum agrum. 34 Heb. habitatores eius (erant de numero filiorum) Ham qui olim, &c. 35 ſub. filiorum Ham. 36 Hebraiſmus, & erant in capite eorum.

## CAP. V.

Genealogia Ruben Geneſ. 35.d. 49.a. Regnũ datum Iudæ, & ius duplicis portionis ipſi Ioſeph. Gen. 46. b. exod. 6.c. numeri. 26.a Beera.

Filij quoque Ruben primogeniti Iſrael (ipſe quippe 1
fuit primogenitus eius: ſed cum violaſſet thorum patris ſui, data ſunt primogenita eius filijs Ioſeph filij Iſrael, & non eſt ille reputatus in primogenitũ. ¶ Por- 2
rò Iudas qui erat fortiſsimus inter fratres ſuos, de ſtirpe eius principes germinati ſunt: primogenita autem reputata ſunt Ioſeph.) ¶ Filij ergo Ruben primogeniti Iſrael: 3
Enoch & Phallu, Eſron & Charmi. ¶ Filij Ioel: Samaia 4
filius eius, Gog filius eius, Semei filius eius, ¶ Micha fi- 5
lius eius, Reia filius eius, Baal filius eius, ¶ Beera filius eius, 6

## CAP. V.

*Porrò filij Ruben primogeniti Iſraelis: ſunt 1 (is quum eſſet primogenitus, violaſſetque lectum patris ſui, datum eſt ius eius primogenitorum 2 filijs Ioſeph filij Iſraelis: 3 nec tamen iuxta hoc ius primogenitorũ cenſa eſt familia, Quoniam Iehuda 4 præualuit fratribus, & princeps 5 fuit ex hac [tribu,] 6 licet ius primogenituræ [maneret] ipſi Ioſeph.) Filij inquam Ruben primogeniti Iſraelis, Hanoch & Pallu, Heζron & Charmi. Filij Ioel, Semaia filius eius, Gog filius eius, Simei filius eius, Micha filius eius, Reaia filius eius, Baal filius eius, Beera filius eius,*

*quem 7 abduxit 8 Tilgath-pilneeſer rex Aſſyriorum: ii fuit princeps inter Rubenitas. Et fratres eius 9 per familias ſuas, quando 10 genus ſuum cenſebant, erat princeps Iehiel & Zacharias. Porrò Bela filius Aſan, filij Sema, filij Ioel: ipſe habitauit in Aroer vſque ad Nebo & Baalmeon. Ab Oriente quoque habitauit vſque 11 dum venitur in deſertum à fluuio Euphrate: 12 habuerunt enim pecora multa in terra Gilead. Et in diebus Saulis bellum geſſerunt cum 13 Hagaræis, 14 cecideruntque illi in manus eorum, & habitauerunt in tentorijs 15 eorum in vniuerſa ſuperficie Orientalis [plagæ] Gilead. Filij verò Gad 16 eregione eorum habitarunt in terra 17 Baſan vſque ad 18 Salcha. Eratque Ioel caput, & Saphan 19 ſecundus [ab eo,] Ianai verò & Saphat 20 in Baſan. Porrò fratres eorum 21 pro domo patrum ſuorum, Michael, Meſullam, Seba, Iarai, Iacan, Sia atque Eber, ſeptem. Iſti ſunt filij Abihail, filij Huri, filij Iaroah, filij Gilead, filij Michael, filij Ieſiſai, filij Iahdo, filij Buz. 22 Ahi filius Abdiel, filij Guni: 23 princeps fuit domus patrum ſuorum. Habitaueruntque in Gilead [&] in 24 Baſan, & in viculis eius, atque in omnibus ſuburbanis locis Saron, 25 iuxta exitus eorum. Omnes hi recenſiti ſunt per familias ſuas in diebus 26 Iothan regis Iehuda, & in diebus Ieroboam regis Iſraelis. [Fuerunt] autem Rubenitæ, Gaditæ, atque dimidia tribus Manaſſis 28 fortes viri, qui poterant geſtare ſcutum & gladium, & tendere arcum, 29 aſſuetique bellis, [fuerunt inquam] quadragintaquatuor millia, ſeptingenti & ſexaginta 30 bello apti. Bellum quoque geſſerunt cum Hagaræis, 31 Iethur, Naphis, & Nodab. Et 32 adiuti ſunt aduerſum illos, datique ſunt Hagaræi in manus eorum, omneſque 33 qui cum illis erant: quoniam clamauerant ad Deum in bello, exaudiuitque eos, quoniam fiſi ſunt illi. Et 34 ceperunt pecora eorum, & camelos eorum quinquaginta millia, ouium ducenta & quinquaginta millia, aſinorum duo millia, 35 & hominum viuentium centum millia: 36 multi inſuper vulnerati ceciderunt: prælium enim iſtud erat à Deo, habitaueruntque in locis eorum 37 vſque ad tranſmigrationem. Et filij dimidiæ tribus Manaſſis habitauerant in terra à Baſan vſque ad Baal-hermon, & Senir, atque montem Hermon: vehementer [enim] creuerant. Iſtique fuerunt principes 38 domus patrum eorum, Epher & Iiſhi, Eliel, Aſriel, Ieremias, Hodaias atque Iahdiel viri heroes & bellicoſi, adhæc viri 39 inclyti, & principes 38 domus patrum ſuorum. Præuaricatores autem fuerunt aduerſus Deum patrum ſuorum, 40 ſcortantes poſt deos populorum terræ, quos exterminauerat Deus à facie eorum. 41 Excitauit autem Deus Iſraelis ſpiritum Phul regis Aſſyriorum, & ſpiritum Tilgath-pilneſer regis Aſſyrij, qui tranſduxit eos, nempe Rubenitas, Gaditas, & dimidiam tribum Manaſſe, & duxit eos in Hala, Habor, Hara, & ad flumium Goſan vſque in hunc diem.*

quem captiuum duxit Thelgath-phalnaſar rex Aſſyrio-
7 rum, & fuit princeps in tribu Ruben. ¶ Fratres autem
eius & vniuerſa cognatio eius quando numerabantur per
familias ſuas, habuerunt principes Iehiel & Zachariam. B
8 ¶ Porrò Bala filius Azaz, filij Samma, filij Ioel, ipſe
9 habitauit in Aroer vſque ad Nebo & Beel-meõ. ¶ Cõ-
tra Orientalem quoque plagam habitauit vſq; ad introi-
tum eremi & flumen Euphraten. Multum quippe iumen-
10 torum numerum poſsidebant in Terra-Galaad. ¶ In
diebus autem Saul præliati ſunt contra Agarenos, & in-
terfecerunt illos, habitaueruntque pro eis in tabernacu-
lis eorum, in omni plaga quæ reſpicit ad Orientem Ga-
11 laad. ¶ Filij verò Gad eregione eorum habitauerunt in
12 Terra-Baſan vſque Selcha: ¶ Ioel in capite, & Sapham
13 ſecundus: Ianai autem & Saphat in Baſan. ¶ Fratres
verò eorum ſecundum domos cognationum ſuarum, Mi-
chael & Moſollam & Sebe & Iorai & Iachan & Zie &
14 Heber, ſeptem. ¶ Hi filij Abihail, filij Huri, filij Iara, fi-
lij Galaad, filij Michael, filij Ieſeſi, filij Ieddo, filij Buz.
15 ¶ "Fratres quoque filij Abdiel filij Guni," principes do-
16 mus in familijs ſuis. ¶ Et habitauerunt in Galaad & in Ba-
ſan & in viculis eius, & in cunctis ſuburbanis Saron, vſq;
17 ad terminos. ¶ Omnes hi, numerati ſunt in diebus Ioa-
18 than regis Iuda, & in diebus Ieroboam regis Iſrael. ¶ Fi- C
lij Ruben & Gad & dimidiæ tribus Manaſſe, viri bella-
tores, ſcuta portantes, & gladios, & tendentes arcum,
eruditique ad prælia, quadragintaquatuor millia, & ſe-
19 ptingenti ſexaginta procedentes ad pugnam. ¶ Dimi-
cauerunt contra Agarenos: Ituræi verò, & Naphis, &
20 Nodab ¶ præbuerunt eis auxilium. Traditique ſunt
in manus eorum Agareni, & vniuerſi qui fuerant cum eis,
quia Deum inuocauerunt cum præliarentur: & exaudi-
21 uit eos, eo quòd credidiſſent in eum. ¶ Ceperuntque
omnia quæ poſſederant, camelorum quinquaginta mil-
lia, & ouium ducenta quinquaginta millia, & aſinos duo
22 millia, & animas hominum centum millia: ¶ vulne-
rati autem multi corruerunt. fuit enim bellum "Domini: D
habitaueruntque pro eis vſque ad tranſmigrationem.
23 ¶ Filij quoque dimidiæ tribus Manaſſe poſſederunt
terram à finibus Baſan vſque Baal, Hermon & Sanir,
& montem Hermon. ingens quippe numerus erat.
24 ¶ Et hi " fuerant principes domus cognationis eo-
rum, Epher, *Ieſi, & Eliel, & Ezriel, & Ieremia, &
Odoia, & Iediel viri fortiſsimi & potentes, & nominati
25 duces in familijs ſuis. ¶ Reliquerunt autem Deum
patrum ſuorum, & fornicati ſunt poſt deos populo-
26 rum terræ, quos abſtulit Deus coram eis. ¶ Et ſu-
ſcitauit Deus Iſrael ſpiritum Phul regis Aſſyriorum, &
ſpiritum Thelgath-phalnaſar regis Aſſur: & tranſtulit
Ruben & Gad, & dimidiam tribum Manaſſe, & adduxit
eos in Lahela, & in Habor, & Ara, & fluuium Gozan,
vſque ad diem hanc.

Habitatio filiorum Ruben. Agareni interfecti.

Filiorum Gad, habitatio.

" Ahi filius " princeps

Ruben, Gad & Manaſſe filij quales.

Spolia opima.

" Dei:

Filiorum dimidiæ tribus Manaſſe, habitatio.

" fuerunt

* &

Ruben Gad, & dimidia tribus Manaſſe, veniũt in poteſtatem Aſſyriorum, ob idololatriam.

## SCHOLIA IN CAP. V.

1 Hebraiſmus, (ipſe enim (fuit) primogenitus: quum autem contaminaſſet, &c. 2 ſubaudi, quantum ad duplicem portionem, non quantum ad dignitatem. nam primogeniti duplicem portionem accipiebant. Filium Iſraelis vocat, fortaſſe quod eſſet ipſi Iſraeli patri gratus. 3 non tamen vt attribuerentur primogenituræ, id eſt, non tamen vt reputaretur Ioſeph primogenitus, quod ad dignitatem & principatum attinet. 4 fuit fortiſsimus inter fratres ſuos. Geneſ. 49. Non auferetur ſceptrum de Iuda. Et, Te honorabunt fratres tui. Igitur primogenituræ ius, quod ad fructum attinet, erat Ioſeph: quod ad dignitatem, erat ipſius Iudæ. 5 Hebraiſmus, ex eo, ſubaudi, erat egreſsurus, quaſi dicat, illi promiſſum fuit regnum: imo rex ille regum Chriſtus venturus erat ex tribu Iuda. 6 & primogenitura (data fuit) Ipſi Ioſeph. Hic primogenitura pro fructu & duplici portione quæ debebatur primogenito. 7 vel, captiuum duxit. 8 In libris Regum dicitur Tiglath-pileſer. 9 quaſi dicat, per generationes cuiuſque. 10 recenſiti fuerunt per generationes ſuas, id eſt, quando attributi, ſiue deſignati fuerunt generationibus ſuis. 11 ad introitum deſerti. 12 Hebraiſmus, quia pecora eorum multiplicata fuerant. 13 id eſt, cum filijs Agar. 14 id eſt, perierunt manu eorum. 15 ſubaudi, Agarenorum. 16 Quidam Hebræorum interpretatur, iuxta illos. 17 Hæc erat contigua regioni Galaad. 18 hæc erat in Baſan. 19 id eſt, ſecundæ dignitatis à Ioel. Recenſet eos qui inter Gaditas primas obtinebant. 20 quaſi dicat, inter filios Gad qui erant in regione Baſanitide. 21 vel, per domos, id eſt, per familias ſiue cognationes ſuas. Nunc deſcribit ſingularum familiarum principes. 22 Subaudi (&,) Et Ahi. 23 Hebr. (fuerunt) caput in domibus, &c. id eſt, hi principes fuerũt in domibus maiorum ſuorum. 24 Baſan dicitur & metropolis Baſanitidis & tota regio. Hic melius pro metropoli. 25 potius, vſque ad fines eorum. 26 Per contractionem dicitur

Iothan



Iothã. Integrum eſt Ioathan. Vide 4. Reg. 14. 28 Hebraiſmus, ex filijs virtutis, (&) viris portantibus, &c. 29 periti belli. ſiue, artis bellicæ. 30 Hebraiſmus, egredientes ad pugnam, id eſt, parati conſerere manus cum hoſte. 31 Hi fuerunt filij Iſmahelis, quaſi dicat, cum Iethuræis, Maphiſeis, Nodabeis. 32 ſubaudi, à Deo, quaſi dicat, qui virtute diuina ſuperarunt Agarenos. 33 id eſt, qui ſequebantur partes Agarenorum. 34 prædati ſunt. 35 Hebraiſmus, & animarum humanarum. Animæ pro perſonis. 36 Hebraiſmus, nam interfecti multi ceciderunt, quia bellum. 37 id eſt, vſque ad illud tempus quo abducti ſunt à rege Aſſyriorum in captiuitatem. 38 id eſt, familiarum ſuarum. 39 vel, potentes. aut, virtute præditi. 40 vel, fornicando ſectantes deos. 41 quaſi dicat, Mouit iſtum vt pararet expeditionem contra illos. Duo iſti reges non vixerunt eodem tempore: propterea ſeparauit eos.

## CAP VI.

Filij Leui. gen. 46.b. infr. 23.b. Filij Caath. Filij Aaron.

FIlij Leui: Gerſom, Caath, & Merari. ¶ Filij Caath: 1
Amram, Iſaar, Hebron, & Oziel. ¶ Filij Amra: Aarõ, 2
Moyſes & Maria. filij Aaron: Nadab & Abiu, Elea- 3
zar & Ithamar. ¶ Eleazar genuit Phinees, & Phinees ge- 4
nuit Abiſue. ¶ Abiſue verò genuit Bocci, & Bocci genuit 5
Ozi. ¶ Ozi genuit Zaraiam, & Zaraias genuit Meraioth. 6
¶ Porrò Meraioth genuit Amariam, & Amarias genuit 7
Achitob. ¶ Achitob genuit Sadoc, & Sadoc genuit Achi- 8
maas. ¶ Achimaas genuit Azariam, Azarias genuit Ioha- 9
nan. ¶ Iohanan genuit Azariam: ipſe eſt qui ſacerdotio 10
functus eſt in domo, quam ædificauit Salomon in Ieru-
ſalem. ¶ Genuit autem Azarias Amariã, & Amarias genuit 11
Achitob. ¶ Achitob genuit Sadoc, & Sadoc genuit Sellũ. 12
B ¶ Sellum genuit Helciam, & Helcias genuit Azariam. 13
¶ Azarias genuit Saraiã, & Saraias genuit Ioſedec. ¶ Por- 14
rò Ioſedec egreſſus eſt, quando tranſtulit Dominus Iu- 15
dam & Ieruſalẽ per manus Nabuchodonoſor. ¶ Filij ergo 16
Leui: Gerſom, Caath, & Merari. ¶ Et hæc nomina filio- 17
rũ Gerſom: Lobni, & Semei. ¶ Filij Caath: Amrã, & Iſaar,
& Hebro, & Oziel. ¶ Filij Merari: Moholi & Muſi. hę au- 18
tem "generationes Leui ſecundum familias eorum. ¶ Ger- 19
ſom, Lobni filius eius, Iahath filius eius, Zamma filius eiꝰ.
¶ Ioah filius eius, Addo filius eius, Zara filius eius, Iethrai 20
filius eius. ¶ Filij Caath, Aminadab filius eius. Core filius 21
eius, Aſir filius eius. ¶ Elcana filius eius, Abiaſaph filius 22
eius, Aſir filius eius. ¶ Thahath filius eius, Vriel filius eiꝰ, 23
Ozias filius eius. Saul filius eius. ¶ Filij Elcana: Amaſai, & 24
Achimoth. ¶ Et Elcana, filij Elcana, Sophai filius eius, 25
Nahath filius eius, ¶ Eliab filius eius, Ieroham filius eius, 26
Elcana filius eius. ¶ Filij Samuel: primogenitus Vaſ- 27
ſeni, & Abia. ¶ Filij autem Merari, Moholi: Lobni fi- 28
C lius eius, Semei filius eius, Oza filius eius, ¶ Sammaa fi- 29
lius eiꝰ. Haggia filius eius, Aſaia filius eius. ¶ Iſti ſunt quos 30
conſtituit Dauid ſuper cantores domus Domini, ex quo
collocata eſt arca: ¶ & miniſtrabant corã tabernaculo te- 31
ſtimonij, canentes donec ædificaret Salomon domum
Domini in Ieruſalem: ſtabant autem iuxta ordinem ſuũ 32
in miniſterio. ¶ Hi verò ſunt qui aſsiſtebant cum filijs 33
ſuis, de filijs Caath, Heman cantor filius Ioel, filij Sa- 34
muel, ¶ filij Elcana, filij Ieroham, filij Eliel, filij Tho- 35
hu, ¶ Filij Suph, filij Elcana, filij Ioel, filij Mahath, filij 36
Amaſai, ¶ Filij Elcana, filij Iohel, filij Azariæ, filij 37
Sophoniæ, ¶ Filij Thahath, filij Aſir, filij Abiaſaph, fi- 38
lij Core, ¶ Filij Iſaar, filij Caath, filij Leui, filij Iſrael. 39
¶ Et frater eius Aſaph, qui ſtabat à dextris eius, Aſaph 40
filius Barachiæ, filij Samaa, ¶ Filij Michael, filij Baſaiæ, 41
filij Melchiæ, ¶ Filij Athanai, filij Zara, filij Adaia, ¶ fi- 42
D lij Ethã, filij Zãma, filij Semei, ¶ Filij Ieth, filij Gerſõ, fi- 43
lij Leui. ¶ Filij autẽ Merari fratres eorum, ad ſiniſtrã: E- 44
thã filius Cuſi, filij Abdi, filij Maloch, ¶ Filij Haſabię, filij 45
Amaſiæ, filij Helciæ, ¶ Filij Amaſai, filij Boni, filij Somer, 46
¶ Filij Moholi, filij Muſi, filij Merari, filij Leui. ¶ Fratres 47
quoq; eorũ Leuitæ, qui ordinati ſunt in cunctũ miniſteriũ 48
tabernaculi domus "Domini. ¶ Aaron verò, & filij 49
eius adolebant incenſum ſuper altare holocauſti, & ſu-
per altare thymiamatis, in omne opus Sancti ſancto-
rum: & vt precarentur pro Iſrael iuxta omnia quæ præ-
ceperat Moyſes ſeruus Dei. ¶ Hi ſunt autem filij Aaron: 50
Eleazar filius eius, Phinees filius eius, Abiſue filius eius.
¶ Bocci filius eius, Ozi filius eius, Zarahia filius eius. 51

Azarias.

Ioſedec.

Exod. 6. c. Gerſom.

" cognationes

Caath.

Merari.

cantores.

Heman de Caath.

Aſaph de Gerſom.

Ethan de Merari.

Leuitæ.

" Dei.

Aaron.

Filij Aaron.

## CAP. VI.

*FIlij Leui, Gerſom, Cahath & Merari. Filij autem Cahath, Amram, Iizhar, Hebron & Vſiel. Filij Amrã, Aharon & Moſes, atque Maria. filij autem Aharonis Nadab, Abihu, Eleaſar, & Ithamar. Eleaſar verò genuit Pinhas, Pinhas genuit Abiſua. Abiſua genuit Buxi, Buxi genuit Vſi. Vſi autem genuit Seraia, Seraia genuit Meraioth. Meraioth genuit Amariam, Amarias genuit Abitub. Abitub genuit Zadoc, Zadoc genuit Ahimaaz. Ahimaaz genuit Aſariam, Aſarias genuit Iohannan. Iohannan genuit Aſariã: 1 is ſacerdotio functus eſt in domo quam extruxit Solomon in Ieruſalem. Genuit autem Aſarias Amariam, & Amarias genuit Abitub. Abitub genuit Zadoc, Zadoc autẽ genuit Sallũ. Sallũ genuit Hilkiam, Hilkias genuit Aſariam. Aſarias genuit Seraia, Seraia genuit Iehozadec. Iehozadec autem abijt quum Dominus 2 captiuos abduceret Iehuda & Ieruſalem 3 per manum Nebucad-nezar. 4 Filij inquam Leui, 5 Gerſom, Cahath, & Merari. Hæc verò ſunt nomina filiorum Gerſom, Libni & Simei. Filij autem Cahath, Amram, Iizhar, Hebron & Vſiel. Filij Merari, Maheli & Muſi. iſtæ ergo ſunt 6 familiæ Leui 7 iuxta patres eorum. 8 Ipſius Gerſom, Libni filius eius, Zimma filius eius, Ioah filius eius, Iddo filius eius, Sera filius eius, Ieatrai filius eius. Filij ipſius Cahath, Aminadab filius eius, Cora filius eius, Aſsir filius eius, Elcana filius eius, Ebiaſaph filius eius, & Aſsir filius eius. Thahath filius eius, Vliel filius eius, Vſia filius eius, & Saul filius eius. Filij Elcana, Amaſai & Ahimoth. Elcana, filij 9 Elcana, Zophai filius eius, & Nahath filius eius, Eliab filius eius, Ieroham filius eius, Elcana filius eius. 10 Porrò filij Samuelis, primogenitus 11 Vaſni & Abia. Filij Merari, Mahali, huius filius Libni, huius filius Simhi, huius filius Vſa, Huius filius Simha, huius filius Haggia, huius filius Aſaia. Et hi ſunt quos conſtituit Dauid 12 ſuper cantica ædis Domini, poſtquam requiem habuit arca. Miniſtrabant autem 13 coram tabernaculo tentorij conſtitutionis 14 canticis, donec Solomon extrueret ædem Domini Ieroſolymis, ſteteruntque in miniſterio ſuo 15 iuxta ritum eius [præſcriptum.] Hi autem aſsiſtebant cum filijs ſuis, de filijs Cahathitarum, Heman cantor filius Ioel, filij Samuel, filij Elcana, filij Ieroham, filij Eliel, filij Thoa, Filij Zuph, filij Elcana, filij Mahath, filij Amaſai, Filij Elcana, filij Ioel, filij Aſaria, filij Zeponia, Filij Thahath, filij Aſſir, filij Abiaſaph, filij Cora, Filij Iizhar, filij Cahath, filij Leui, filij Iſrael. Et 16 frater eius Aſaph ſtabat ad dexteram eius: & fuit Aſaph filius Berechiæ, filij Simha, Filij Michaelis, filij Baaſeia, filij Malxia, Filij Ethni, filij Særa, filij Adaia, Filij Ethan, filij Sima, filij Simei, Filij Iahath, filij Gerſom, filij Leui. Porrò 17 filij Merari fratres eorum erant ad ſiniſtram, nempe Ethan filius Kiſi, filij Abdi, filij Malluch, Filij Haſabiæ, filij Amaſiæ, filij Hilkiæ, Filij Amzi, filij Bani, filij Samer, Filij Mahli, filij Muſi, filij Merari, filij Leui. Et fratres 18 eorum 19 Leuitæ 20 donatitij ad omne miniſterium tabernaculi ædis Dei. Aharon verò & filij eius adolebãt incenſum ſuper altare holocauſti, atque ſuper altare 21 incenſi, 22 ad omne opus 23 Sãcti ſanctorum, & 24 ad expiandũ pro Iſraelitis, iuxta omnia quæ præceperat Moſes famulus Dei. Iſti autem ſunt filij Aharonis, Eleaſar, cuius filius Pinhas, & huius filius Abiſua, Huius filius Buxi, huius filius Vſi, huius filius Seraia, Huius filiꝰ*



*Meraioth,*

Meraioth, huius filius Amaria, huius filius Abitub, Huius filius Zadoc, huius filius Ahimaas. Et iſte ſunt habitationes eorum per 25 caſtella eorum, 26 atque terminos eorum, filiorum ſcilicet Aharonis 27 per familiam Cahathitarum. nam illis fuit hæc 28 ſors. 29 Dederunt enim eis Hebron in terra Iehuda & ſuburbanos agros eius circum illam. Agrum autem ciuitatis & villas eius dederunt Chaleb filio Iephune. Filijs verò Aharonis dederunt ciuitates refugij, Hebron videlicet, & Libna cum ſuburbanis ſuis: 30 Iathir & Eſtemoa cum ſuburbanis ſuis: 31 Hilen quoque cum ſuburbanis eius, Debir cum ſuburbanis eius, Aſan & ſuburbana eius, Beth-ſemes & ſuburbana eius. De tribu verò Beniamin, Geba cũ ſuburbanis eius, 32 Allemeth cum ſuburbanis eius, Anathoth & ſuburbana eius: omnes ciuitates eorum 33 tredecim ciuitates, per cognationes ſuas. Reliquis filijs Cahath 34 de familia tribus, de dimidia tribu dimidij Manaſſe, in ſorte ciuitates decem. Et 35 filijs Gerſom per familias ſuas, ex tribu Iſaſchar, ex tribu Aſer, ex tribu Naphtali, & ex tribu Manaſſe in Baſan ciuitates tredecim. Et 36 filijs Merari per familias ſuas, ex tribu Ruben, & ex tribu Gad, & ex tribu Sebulon 37 in ſorte duodecim ciuitates. 38 Dederuntque filij Iſrael Leuitis ciuitates & ſuburbana eorum loca. Dederunt inquam per ſortem ex tribu filiorum Iehuda, & ex tribu filiorum Simeon, atque ex tribu filiorum Beniamin ciuitates iſtas 39 quas nominibus vocauerunt. Et his qui erant ex familijs filiorum Cahath, (fuerunt [autem] 40 ciuitates 41 & terminus eorum ex tribu Ephraim.) Dederuntque eis 42 ciuitates refugij, Sechem & ſuburbana eius in monte Ephraim. Geſer & ſuburbana eius, & Iocmeam, & ſuburbana eius, Beth-horon & ſuburbana eius, Et Aialon & ſuburbana eius, Gath-rimmon & ſuburbana eius. Ex dimidia autem tribu Manaſſe, 43 Aner & ſuburbana eius, Bileã & ſuburbana eius pro familia filiorum Cahath, qui reſidui erant. Filijs autem Gerſom ex familia dimidiæ tribus Manaſſe, Golan in Baſan & ſuburbana eius, Aſtharoth & ſuburbana eius. Ex tribu Iſaſchar, Kedes & ſuburbana eius, Dabrath & ſuburbana eius, Et Ramoth & ſuburbana eius, 44 Anen & ſuburbana eius. Ex tribu Aſer, Maſal & ſuburbana eius, Abdon & ſuburbana eius, Et 45 Hucoc & ſuburbana eius, Rehob & ſuburbana eius loca. Ex tribu autem Naphtali, Kedes in Galilea & ſuburbana eius, 46 Hammon & ſuburbana eius, 47 Kiriathaim & ſuburbana eius. Filij verò Merari reſiduis [dederunt] ex tribu Zebulon, Rimmono & ſuburbana eius, Thabor & ſuburbana eius. Et vltra 48 Iordanem Iericho ad Orientem Iordanis ex tribu Ruben, Bezer in deſerto cũ ſuburbanis eius, Iahza cum ſuburbanis eius, Et Kedemoth cum ſuburbanis eius, Mephaath cum ſuburbanis eius. Ex tribu Gad, Ramoth in Gilead cum ſuburbanis eius, Mahanaim cum ſuburbanis eius, Et Heſbon cum ſuburbanis eius, & Iaſer cum ſuburbanis eius.

52 ¶ Meraioth filius eius, Amarias filius eius, Achitob fi-
53 lius eius, ¶ Sadoc filius eius, Achimaas filius eius. ¶ Et — Habitacula filiorum Aaron.
54 hæc habitacula eorum per vicos atque confinia, filiorũ
ſcilicet Aaron, iuxta cognationes Caathitarum: ipſis
55 enim ſorte contigerant. ¶ Dederunt igitur eis Hebron — E
56 in terra Iuda, & ſuburbana eius per circuitum: ¶ agros — Caleb haitatio. ioſ. 21. b.
57 autem ciuitatis, & villas, Caleb filio Iephone. ¶ Porrò fi-
lijs Aaron dederũt ciuitates ad confugiendũ, Hebron &
58 Lobna, & ſuburbana eius, ¶ Iether quoq; & Eſthemo cum — Ciuitates filiorum Aaron.
ſuburbanis ſuis, ſed & Helon & Dabir cũ ſuburbanis ſuis,
59 ¶ Aſan quoq; & Beth-ſemes & ſuburbana earũ. ¶ De tri-
60 bu autem Beniamin: Gabee & ſuburbana eius, & Almath
cum ſuburbanis ſuis, Anathoth quoq; cũ ſuburbanis ſuis.
omnes ciuitates, tredecim, cum ſuburbanis ſuis, per co-
61 gnationes ſuas. ¶ Filijs autem Caath reſiduis de cogna- — Caath.
tione ſua dederunt ex dimidia tribu Manaſſe in poſſeſſio-
62 nem vrbes decẽ. ¶ Porrò filij Gerſom per cognationes ſuas — Gerſom.
de tribu Iſſachar, & de tribu Aſer, & de tribu Nephthali,
63 & de tribu Manaſſe in Baſan, vrbes tredecim. ¶ Filijs au-
tem Merari per cognationes ſuas de tribu Ruben, & de — Merari.
tribu Gad, & de tribu Zabulon, dederunt ſorte ciuita-
64 tes duodecim. ¶ Dederunt quoq; filij Iſrael Leuitis ciui- — F
65 tates, & ſuburbana earũ: ¶ Dederuntq; per ſortẽ, ex tribu
filiorũ Iuda, & ex tribu filiorum Simeon, & ex tribu filio-
rum Beniamin, vrbes has quas vocauerũt nominibus ſuis,
66 ¶ Et his qui erant de cognatione filiorum Caath,
(fueruntq; ciuitates in terminis eorũ de tribu Ephraim.) — Vrbes refugij. ioſ. 21. b.
67 ¶ Dederunt ergo eis vrbes ad confugiendum, Sichem cũ
ſuburbanis ſuis in monte Ephraim: & Gazer cum ſubur- — Caath.
68 banis ſuis, ¶ Iecmaam quoque cum ſuburbanis ſuis, &
69 Beth-horon ſimiliter, ¶ Necnon & [a] Helon cum ſub- — [a] Aialon
70 urbanis ſuis, & Geth-remmon in eundem modum. ¶ Por-
rò ex dimidia tribu Manaſſe, Aner & ſuburbana eius, Ba-
laam & ſuburbana eius: his videlicet qui de cognatione
71 filiorum Caath reliqui erant. ¶ Filijs autem Gerſom de — Gerſom.
cognatione dimidiæ tribus Manaſſe, Gaulon in Baſan, &
72 ſuburbana eius, & Aſtaroth cum ſuburbanis ſuis. ¶ De — G
tribu Iſſachar, Cedes & ſuburbana eius, & Dabereth cum
73 ſuburbanis ſuis, ¶ Ramoth quoque & ſuburbana eius, &
74 Anen cum ſuburbanis ſuis. ¶ De tribu verò Aſer, Maſal
75 cum ſuburbanis ſuis, & Abdon ſimiliter, ¶ [a] Aſach quoque — [a] Hacos
76 & ſuburbana eius, & Roob cum ſuburbanis ſuis. ¶ Por-
rò de tribu Nephthali, Cedes in Galilęa & ſuburbana eius,
Hamon cum ſuburbanis ſuis, & Cariathaim & ſuburbana
77 eius. ¶ Filijs autem Merari reſiduis: de tribu Zabulon, — Merari.
Remmono & ſuburbana eius, & Thabor cum ſuburba-
78 nis ſuis. ¶ Trãs Iordanẽ quoq; ex aduerſo Iericho cõtra
Orientem Iordanis, de tribu Rubẽ, Boſor in ſolitudine cũ
79 ſuburbanis ſuis, & Iaſſa cũ ſuburbanis ſuis, ¶ Cademoth
quoq; & ſuburbana eius, & Mephaath cũ ſuburbanis ſuis.
80 ¶ Necnõ & de tribu Gad, Ramoth in Galaad & ſuburbana
81 eius, & Manaim cum ſuburbanis ſuis, ¶ Sed & Heſebon cũ
ſuburbanis ſuis, & Iezer cum ſuburbanis ſuis.

## SCHOLIA IN CAP. VI.

1 quaſi dicat, iſte eſt qui in priore templo ſtrenue functus eſt officio ſacerdotis: quia reſtitit regi Oſee volenti offerre incenſum in templo Salomonis. 2 vel, tranſtulit, ſubaudi, in Babylonem. 3 id eſt, miniſtro Nabuchodonoſore. 4 Repetit principium capitis: quia à principio ipſo recenſuit tantum genealogiam Caath. 5 Gerſom, in principio capitis ſcribebatur per nun, nunc per mem: quòd hæ literę ſint inter ſe affines. 6 vel, cognationes Leuitarum. Hîc Leui, pro Leuitis ſumitur, nomen eſt gentile, non proprium. 7 Subaudiendum (domus.) iuxta domum patrum ſuorum, id eſt, per familias ſuas. 8 id eſt, Gerſomis filius fuit Libni. 9 Hîc ponitur antecedens pro relatiuo. Elcana, filij eius, ſubaudi, fuerunt qui ſequuntur. Hic Elcana videtur fuiſſe filius Aſsir. 10 Samuel fuit filius Elcanæ. potuit igitur aliquid ſubaudiri, cuiuſmodi, Filius autem eius fuit Samuel. vt poſtea ſequatur, Porro filij Samuelis, &c. 11 In libro Regum dicitur Ioel. 12 Hebraiſmus, rationibus cantici. vel, locis cantici. aut, officijs cantici, id eſt, cantorum, quaſi dicat, Iſti ſunt quos Dauid præfecit cantoribus, poſteaquam poſita eſt arca in tabernaculo quod fecerat illi Dauid. 13 vel, coram tentorio tabernaculi conuentus. Ita dicebatur quòd omnes eò cõuenirent ad colendũ Deum. 14 ſubaudi, diuinis. 15 iuxta morẽ ſuũ, id eſt, pro ratione dignitatis ſuæ, quem morẽ nacti erant tẽpore tabernaculi, quaſi dicat, mãſerũt in eo ordine & ſtatu quẽ nacti erãt tẽpore tabernaculi Dauidis. 16 .i. cognat⁹. nã habuerũt hi duo eũdẽ auũ, nẽpe Leui. 17 .i. Meraritę. 18 ſub. cãtorũ ſupradictorum. 19 ſubaudi, alij. 20 fuerunt traditi. vel deputati. 21 vel,



21 vel, thymiamatis. 22 id eſt, in omni opere, vel officio. 23 Sanctum ſanctorum aliquando accipitur pro adyto, aliquando pro partibus templi in quibus verſabantur ſacerdotes. 24 id eſt, ad reddendum Deum propitium Iſraeli. 25 Vox Hebræa ſignificat domos lapide factas, & domos inſignes. 26 in finibus ſuis. vel terminis. nam regio quælibet eſt certis limitibus & finibus diſtincta. 27 vel, in cognatione. nam Aaron deſcendit ex Caath. 28 ſubaudi, quæ cecidit ſuper vrbes Iuda. nam miſsis ſortibus acquiſitæ fuerunt vrbes filijs Leui. 29 Dederunt itaque, ſubaudi, filij Iſrael filijs Aaron. 30 Additur à Ioſue, & ſuburbana eius. 31 Dicitur à Ioſue Holem. propter affinitatem hiric & holem. 32 Hæc dicitur Almon à Ioſue. 33 Notandum hîc omitti duas vrbes, quum hîc dicit tredecim. Vide Ioſue. 34 Multa ſubaudienda, hoc modo, (dederunt) de cognatione tribus (Leui) de dimidia tribu, (id eſt) de media (parte) Manaſſe, per ſortem. vel, miſsis ſortibus, &c. 35 ſubaudi, dederunt. 36 ſubaudi, dederunt filij Iſrael. 37 vel, ductis ſortibus. 38 Dederunt inquam. 39 quaſi dicat, dederunt vrbes ſupradictas. 40 ſubaudi, aliquot. 41 terminorum eorum, &c. quaſi dicat, habitarunt etiam in tribu Ephraim. Parentheſis eſt. 42 vel, de vrbibus. 43 Hæc vocatur à Ioſue Tahana. 44 A Ioſue dicitur Hen-gannim. 45 Elcath dicitur à Ioſue. 46 Hamath-dor, in Ioſue. 47 Alias dicitur Cartam apud Ioſue. 48 Iordanis iericho dicitur, quia fluit circum Iericho.

## CAP. VII.

Genealogię filiorum Iſſachar. gen. 46. b

Porrò filij Iſſachar: Thola, & Phua, Iaſub & Sime- 1
ron, quatuor. ¶ Filij Thola: Ozi & Raphaia, & 2
Ieriel, & Iemai, & Iebſem, & Samuel, principes
per domos cognationum ſuarum. De ſtirpe Thola viri
fortiſsimi numerati ſunt in diebus Dauid, vigintiduo
millia ſexcenti. ¶ Filij Ozi: Izrahia, de quo nati ſunt 3
Michael, & Obadia, & Ioel, & Ieſia, quinque: omnes
principes. ¶ [a] Cum eis per familias, & populos ſuos, ac- 4 — [a] Cumq́ue
cincti ad prælium, viri fortiſsimi, trigintaſex millia: mul-
B tas enim habuerunt vxores, & filios. ¶ Fratres quo- 5
que eorum per omnem cognationem Iſſachar, robuſtiſ-
ſimi ad pugnandum, octoginta ſeptem millia numerati
ſunt. ¶ Filij Beniamin: Bela, & Bechor, & Iadihel, 6 — Beniamin. gen. 46. c.
tres. ¶ Filij Bela: Eſbõ & Ozi & Oziel & Ierimoth & Vrai, 7
quinque principes familiarum, & ad pugnandum robu-
ſtiſsimi: numerus autem eorum, vigintiduo millia & tri-
gintaquatuor. ¶ Porrò filij Bechor: Zamira, & Ioas, 8
& Eliezer, & Elioenai, & Amri, & Ierimoth, & Abia, & Ana-
thoth, & Almath. omnes hi, filij Bechor. ¶ Numerati 9
ſunt autem per familias ſuas principes cognationum ſua-
C rum ad bella fortiſsimi, viginti millia & ducenti. ¶ Por- 10
rò filij Iadihel: Balan. Filij autem Balan: Iehus, & Ben-
iamin, & Aod, & Chanaana, & Zethan, & Tharſis, Ahi-
ſahar. ¶ Omnes hi, filij Iadihel, principes cognationum 11
ſuarum, viri fortiſsimi decem & ſeptem millia, & ducen-
ti ad prælium procedentes. ¶ Sepham quoque & Ha- 12
pham filij Hir: & Haſim filij Aher. ¶ Filij autem Ne- 13 — Nephthali.
phthali: Iaſiel, & Guni, & Ieſer, & Sellum, filij Bala.
¶ Porrò [a] filius Manaſſe, Eſriel: concubinaque eius 14 — [a] filij Machir.
Syra peperit Machir patrem Galaad. ¶ Machir autem 15
accepit vxorem filijs ſuis Happhim & Sapham: & habuit
ſororem nomine Maacha: nomẽ autẽ ſecundi, Salphaad,
D natæque ſunt Salphaad filiæ. ¶ Et peperit Maacha 16
vxor Machir filium, vocauitque nomen eius Phares: por-
rò nomen fratris eius, Sares: & filij eius, Vlam, & Recem.
¶ Filius autem Vlam, Badan. hi ſunt filij Galaad, filij 17
Machir, filij Manaſſe. ¶ Soror autem eius Regina pepe- 18
rit Virum-decõrum, & Abiezer, & Mohola. ¶ Erant 19
autem filij Semida: Ahin & Sechem, & Leci, & Aniam.
¶ Filij autem Ephraim: Suthala, Bared filius eius, Tha- 20 — Ephraim.
hath filius eius, Elada filius eius, Thahath filius eius, &
E huius filius Zabad, & huius filius Suthala, ¶ & hu- 21
ius filius Ezer & Elad: occiderunt autem eos viri Geth — Occiſi filij Ephraim.
indigenæ, quia deſcenderant vt inuaderent poſſeſsiones
eorum. ¶ Luxit igitur Ephraim pater eorum multis die- 22
bus, & venerunt fratres eius vt conſolarẽtur eum. ¶ In- 23
greſſuſque eſt ad vxorem ſuam: quæ concepit, & pepe-
rit filium, & vocauit nomen eius Beria, eo quòd in malis — Beria.
domus eius ortus eſſet. ¶ Filia autem eius fuit Sara, quæ 24
ædificauit Beth-horon inferiorem & ſuperiorem, &
Ozen-ſara. ¶ Porrò filius eius Rapha, & Reſeph, & Tha- 25
le, de quo natus eſt Thaan, ¶ Qui genuit Laadan: huius 26
quoque filius Ammiud, qui genuit Eliſama, ¶ De quo ortus 27
F eſt Nun, qui habuit filium Ioſũe. ¶ Poſſeſsio autem eorũ 28
& habitatio, Beth-el cum filiabus ſuis, & cõtra Orientem

## CAP. VII.

Filij verò Iſaſchar, Thola, 1 Phua, Iaſib, Simron, quatuor. Et filij Thola, Vſi, Rephaia, Ieriel, Iahmai, Ibſam atque Samuel, 2 capita in familia patrum ſuorum, Thola, viri fortes per generationes ſuas: numerus eorum 3 in diebus Dauidis viginti duo millia & ſexcenti. 4 Filij Vſi, Iiſraia: filij Iiſraia, Michael, Obadia, Ioel, & Iſchia, 5 quinque, omnes principes. Eruntque 6 cum eis in generationibus ſuis, [&] 7 ſecundum familiam patrum ſuorum 8 cunei militares bello apti trigintaſex millia, quòd 9 multiplicaſſent vxores & filios. 10 Fratres quoſiue eorum 11 ſecundum omnes familias Iſaſchar viri fortes erant & milites numero octoginta & ſeptem millia 12 recenſiti in vniuerſum. 13 Beniamin, Bæla, Bæcher, & Iediel, tres. Filij Bæla, Ezbon, Vſi, Vſiel, Ierimoth & Hiri, quinque 14 principes familiæ patrum, 15 virorum fortium recenſitorum per genealogias fuerunt vigintiduo millia trigintaquatuor. Filij verò Bæcher, Semira, Ioas, Elieſer, Elioenai, Omri, Ieremoth, Abia, Anathoth & Alameth. hi omnes filij Bæcher. 16 Numerus autem ſecundum genealogiam generationeſque ſuas, & principes familiarum patrum ſuorum virorum fortium erant viginti millia & ducenti. Porrò filij Iediel, Bilhan: & filij Bilhan, Iehus, Beniamin, Ehud, Chanaena, Setan, Tharſis & Ahiſahar. Omnes iſti fuerunt filij Iediel, principes 17 patrum, & viri 18 bello apti, [quorum erant] decem & ſeptem millia atque ducenti, 19 qui ad bellum proficiſci poterant. 20 Suppim quoque & Huppim filij 21 Hir: & 22 Huſim filij Aher. Filij autem Naphtali Iahziel, Guni, Iezer, & 23 Salum, 24 filij Bilha. 25 Filij Manaſſe, Aſriel quem peperit 26 ipſa: concubina eius 27 Aramia peperit Machir 28 patrem Gilead. Machir autem 29 accepit vxores ipſi Huppim & ipſi Suppim: nomen ſororis eius Maacha: nomen autem ſecũdi Zelophead, habuitq; Zelophead filias. Peperit autem Maacha vxor Machir filium, & nominauit nomen eius Pæres: nomen autẽ fratris eius Sares: filij autem 30 eius Vlam & Rækem. Et filij Vlã, Bedan. & hi ſunt filij Gilead filij Machir, filij Manaſſe. Soror vero 31 eius Molechet peperit Iſ-chud, Abieſer & Mahela. Porrò filij Semida fuerũt Ahian, Sechẽ, Lichi & Aniham. 32 Filij autẽ Ephraim, Sutalah, huius filius Bæred, huius filius Tahath, huius filius Eleada, huius filius Thahath, huius filius Sabad, 33 huius filius Sutela, AEſer, & Elead. & occiderũt eos viri Gath 34 nati in illa terra, eo quod deſcẽderant vt acciperent pecora eorum. Et mœrore affectus eſt Ephraim 35 pater eorum multis diebus, veneruntque 36 fratres eius vt eum conſolarentur. Et quum ingreſſus eſſet ad vxorem ſuam, concepit illa & peperit, & vocauit nomen eius 37 Beria, 38 quòd calamitas hæc contigiſſet domui eius. 39 Filia autem eius fuit Seera, quæ ædificauit Beth-horon inferiorem atque ſuperiorem, & Vſen-ſeera. 40 Huius filius fuit Repha, & Ræſcheph, huius filius Thæla, huius filius Thahan, Huius filius Laedan, huius filius Amihud, huius filius Eliſama, Huius filius Non, huius filius Iehoſua. Poſſeſsio eorum & habitationes ipſorum Beth-el, & vicuti eius, ad Orientem

*Naaran: & ad Occidentem, Gæſer & viculi eius, Sichem & viculi eius, Adeſa & viculi eius. Et 41 ad partes filiorũ Manaſſe, Beth-ſean & viculi eius, Thanaah & viculi eius, Megiddo & viculi eius, Dor & viculi eius: 42 in iſtis habitauerunt filij Ioſeph filij Iſrael. Filij Aſer, Iimna, Iiſua, Iiſuai, & Beria atq; Særa ſoror eorũ. Filij Beria, Heber & Malkiel: is eſt 43 pater Birſaith. Heber autẽ genuit Iaphlet, Somer, Hothã, Suaque ſororem eorũ. Filij Iaphlet, Paſach, Bimhal, Aſuath: iſti ſunt filij Iaphlet. Filij Somer, Ahi, Roga, Iehuba & Arã, 44 Et filius Helem fratris 45 eius, Zophah, Iimna, Sæles & Amal. Porrò filij Zophah, Sua, Harnæpher, Sual, Beri & Iimra, Bæzer, & Hod, Sama, Silſa, Iithran & Beera. Filij verò Iether, Iephune, Piſpa, & Ara. Filij autem Vlla, Ara, Hanniel, & Riſia. Omnes iſti filij Aſer, capita 46 domorum patriarum, 47 clari heroes ac bellatores 48 duces præcipui, 49 qui ſeſe inſinuarunt iuxta genus ſuum apti bello iuxta numerũ ſuum, virorũ nẽpe vigintiſex millia.*

Norã, ad Occidẽtalẽ plagã Gazer & filię eius, Sichẽ quoq;
29 cũ filiabus ſuis, vſq; ad Aſa cũ filiabus eius. ¶ Iuxta filios
quoq; Manaſſe Beth-ſan & filias eiꝰ, Thanach & filias eiꝰ,
Mageddo & filias eiꝰ, Dor & filias eiꝰ: in his habitauerũt filij
30 Ioſeph, filij Iſrael. ¶ Filij Aſer: Iemna, & Ieſua, & Ieſſui, & — Aſer filij Gen. 46.b.
31 Baria, & Sara ſoror eorũ. ¶ Filij autẽ Baria: Heber, & Mel-
32 chiel: ipſe eſt pater Barſaith. ¶ Heber autẽ genuit Iephlat,
33 & Somer, & Hothã, & Suaa ſororem eorũ. ¶ Filij Iephlat: G
34 Phoſech, & Chamaal, & Aſoth: hi filij Iephlat. ¶ Porrò
35 filij Somer: Ahi, & Roaga, & Haba, & Aram. ¶ Filij autẽ
36 Helẽ fratris eius: Supha, & Iemna, & Selles, & Amal. ¶ Fi-
37 lij Supha: Sue, Harnapher, & Sual, & Beri, & Iãra, ¶ Boſor,
38 & Hod, & Sãma, & Saluſa, & Iethrã, & Bera. ¶ Filij Iether:
39 Iephone, & Phaſpha, & Ara. ¶ Filij autẽ Olla: Aree, & Ha
40 niel, & Reſia. ¶ Omnes hi filij Aſer, principes cognationũ,
electi atq; fortiſsimi duces ducũ: numerus autem eorum
ætatis quæ apta eſſet ad bellum, vigintiſex millia.

## SCHOLIA IN CAP. VII.

1 Pro Phua & Iaſib, ſcribitur in Geneſi, Phuna & Iob. Quare quidam dicunt Iaſib eundẽ eſſe cũ Iob. 2 .i. principes familię ſuæ: hoc eſt familię Thola. 3 .i. quum numerauit Dauid populũ. 2. Reg. 24. 4 Plurale pro ſingulari Filius. 5 cõprehenſo patre ſcilicet. 6 ſub. principibus. 7 .i. per familias ſuas. 8 Heb. milites (vel turmæ) prælij .i. milites apti & parati ad bellũ. q.d. generoſi & fortes. 9 .i. habuerũt plurimas vxores, & ex eis genuerũt plurimos liberos 10 .i. Cognati. 11 vel, per omnes, &c. q.d. Omnes Iſchariotæ. 12 Heb. quãdo recẽſiti fuerũt per ſeriem generationis eorũ per omnes, id eſt, per totã cognationẽ ſuã. q.d. comprehenſis omnibus aſcendebant ad numerũ octoginta, &c. 13 ſub. Et filij. 14 .i. principes familiæ ſuæ. 15 Heb. potentes viribus: & quũ fuerũt per ſeriem generationis recenſiti. 16 Heb. Et quum numerati ſunt per ſeriem generationis eorũ, (&) per generationes ſuas, qui erant principes familiæ ſuæ (&) potẽtes virtute .i. viri fortiſsimi. 17 familiarum. 18 Heb. fortes viribus. 19 Heb. egrediẽtes ad militiã in prælium .i. viri militares parati ad præliũ. q.d. viri militares & bellicoſi. 20 In Geneſi, cap. 46, dicitur Muppim. 21 Hic Hir, dicitur Hiri paulo ſuprà in enumeratione filiorũ Bæla. 22 Vertendum, Huſsim fuit filius alius. ſub. à filijs Beniamin: quia fuit ex nepotibus Dan. Locus hic facile intelligitur collatus cum 46. cap. Geneſ. Hebraice legitur (filij) pro (filius.) 23 in Geneſi. 46, dicitur Sillẽ. 24 Hæc verba, filij Bilha, nõ ſunt referenda ad filios Naphthali: ſed ad eũ qui paulo ante dictꝰ eſt eſſe aliꝰ à filijs Beniami, & ad ipſum Naphthali. hos duos eſſe intelligẽdos docet cap. 46. Geneſeos. 25 Plurale pro ſingulari, Filius. aut ſubaudienda præpoſitio, Ex filijs, &c. 26 ſub. quę peperit .i. vxor eius. 27 .i. Syra illa. 28 .i. principẽ, vel patrẽ regionis. nã Machir fuit pater viri qui dicebatur Gilead, ſimulq; princeps regionis Gilead. 29 Sic vertẽdũ ex 27. cap. Numerorũ, qui accepit (ſibi) vxorẽ, (ſororẽ) Huppi & Suppi, &c. 30 ſub. Sares. 31 ſub. Galaad. 32 Filij, ꝓ Filiꝰ. 33 q.d. Sabad habuit tres filios, Sutela, AEſer & Elead. 34 .i. indigenę illius terræ. 35 .i. auus. 36 .i. cognati & cõſanguinei. Habebat fratrẽ maiorẽ ſe natu, nẽpe Manaſſe. Hic verò dicit fratres, ſignificãs nõ illũ fratrẽ ſuũ ſed cognatos. 37 .i. in afflictione & dolore. 38 quod in afflictione fuiſſet (ſub. vxor eius) in domo eius. ſub. Ephraim. 39 .i. Neptis. Per neptẽ, eã intellige quæ nata eſt ex nepotibus, quaſi dicat, Ex tribu Ephraim duxit originẽ mulier clariſsima Seera nomine. 40 q.d. Repha & Reſcheph fuerunt filij eius. 41 id eſt, verſus eam regionem quam inhabitabãt filij Manaſſe. 42 ſub. vrbibus. 43 id eſt, princeps. 44 .i. Filij autem. 45 ſub. ſemer. 46 Heb. domus patrum, id eſt, princeps familiarũ ſuarũ. 47 Heb. potentes viribus. 48 Heb. duces ducũ .i. capita ducum. 49 quumque per generationes eorum fuerũt numerati inter viros militiæ ad bellum, numerus eorum fuit, &c.

## CAP. VIII.

*Beniamin verò genuit 1 Bæla primogenitum ſuum, Aſbel ſecundum, Ahrah tertium, Noah quartum, & Rapha quintum. Fueruntque filij Bæla, Addar, Gera, Abihud, Abiſua, Naaman & Ahoah, Gera, Sephuphan & Huram. Iſti autem ſunt filij Ehud, & hi ſunt capita 2 patrum habitantium in Gæba, & tranſtulerunt 3 eos in Manahath. 4 Et Naaman, Ahia & Gera, is tranſtulit eos: genuitque Vſam & Ahihud, Saharaim quoque genuit in campo Moab, poſteaquam dimiſerat 5 illos, erantque vxores eius Huſim & Baara. Et ſuſtulit ex vxore ſua Hodes, Iobab, Zibiam, Meſam, Malcam, Ieuz, Sachiam atque Mirmam: hi fuerunt filij eius 6 capita patrum. Porrò ex Huſim genuit Abitub & Elpaal. Filij autem Elpaal, Eber, Miſham & Samed: (is ædificauit Ono, Lod & viculos eius) 7 Beria verò & Sema fuerunt præcipui patres habitantium Aialon: ipſi effugarunt habitatores Gath. Et Ahio, Saſac, & Ieremoth, Et Zebadia, Arad, Ader, Et Michael, Iiſpa, Ioha, filij Beria. (8 Et Zebadia, Meſullam, Hiſki, Heber, Et Iiſmerai, Iiſlia & Iobab filij Elpaal.) Et Iakim, Zichri, Zabdi, Et Elienai, Zithai, Eliel, Et Adaia, Beraia, Simrath, filij 9 Simhi. Et Iiſpam, Eber, Eliel, Et Abdon, Zichri, Hanan, Et Hanania, Elam, & Anthothia, Et Iiphdeia, & Pnuel filij Saſac, Et Samſerai, Seharai, Athalia, Et Iareſia, Elia, & Sichri filij Ieroam. Iſti ſunt 10 præcipui patres & principes in familijs ſuis: & iſti habitauerunt Ieroſolymis. In Gibeon autem habitarunt, 11 Abi-Gibeon: & nomen vxoris eius Maacha. Et filius eius primogenitus 12 Abdon:*

1 Beniamin autẽ genuit Bale primogenitũ ſuũ, Aſbel — Genealogia filiorum Beniami gen. 46. c. ſup. 7. b.
2 ſecundum, Ahara tertium, ¶ Nohaa quartum, &
3 Rapha quintum. ¶ Fueruntque filij Bale: Addar,
4 & Gera, & Abiud, ¶ Abiſue quoque, & Naaman, &
5 Ahoe, ¶ ſed & Gera, & Sephuphan, & Huram. ¶ Hi
6 ſunt filij Ahod, principes cognationum habitantium in
7 Gabaa, qui tranſlati ſunt in Manahath. ¶ Naaman autem
8 & Achia, & Gera ipſe tranſtulit eos, & genuit Oza & Ahi-
9 hud. ¶ Porrò Saharaim genuit in regione Moab, poſt-
10 quam dimiſit Huſim & Bara vxores ſuas. ¶ Genuit au-
11 tem de Hodes vxore ſua, Iobab, & Sebia, & Moſa, &
12 Molchõ, ¶ Iehus quoque & Sechia, & Marma. hi ſunt fi-
13 lij eius principes in familijs ſuis. ¶ Mehuſim verò genuit B
14 ᵃAchitob, & Elphaal. ¶ Porrò filij Elphaal: Heber, & Mi- — ᵃ Abitob.
15 ſaã, & Samad: hic ędificauit Ono, & Lod, & filias eius, ¶ Ba
16 ria autem & Sama principes cognationum habitantium
17 in Aialon: hi fugarunt habitatores Geth. ¶ Et Ahio, & Se-
18 ſac, & Ierimoth, ¶ Et Zabadia, & Arod, & Heder, ¶ Mi-
19 chael quoque & Ieſpha, & Ioha filij Baria. ¶ Et Zabadia,
20 & Moſollã, Et Hezeci, & Heber, ¶ Et Ieſamari, & Iezlia,
21 & Iobab filij Elphaal. ¶ Et Iacim, & Zechri, & Zabdi,
22 ¶ Et Elioenai, & Selethai, & Eliel, ¶ Et Adaia, & Baraia,
23 & Samarath filij Semei. ¶ Et Ieſphan, & Heber, & Eliel,
24 ¶ Et Abdon, & Zechri, & Hanan, ¶ Et Hanania, &
25 AElam, & Anathothia, ¶ Et Iephdaia, & Phanuel fi-
26 lij Seſac. ¶ Et Sãſari, & Sohoria, & Otholia, ¶ Et Ierſia,
27 & Elia, & Zechri, filij Ierohã. ¶ Hi patriarchę, & cog- C
28 nationum principes, qui habitauerunt in Ieruſalem. ¶ In
29 Gabaon autẽ habitauerunt Abi-gabaon, & nomen vxoris — Inf. 9. f.
30 eius Maacha. ¶ Filiuſque eius primogenitus Abdon,
&



& Sur, & Cis, & Baal, & Nadab, ¶ Gedor quoq; & Ahio, & 31
Zacher, & Macelloth. ¶ Et Macelloth genuit Samaa: ha- 32
bitaueruntq; ex aduerſo fratrum ſuorum in Ieruſalem cũ
fratribus ſuis. ¶ Ner autem genuit Cis, & Cis genuit Saul: 33 — Nomina generis Saul. 1. reg. 14. g. inf. 9. g.
porrò Saul genuit Ionathan, & Melchi-ſua, & Abinadab,
& Eſbaal. ¶ Filius autem Ionathã, Merib-baal: & Merib- 34
D baal genuit Micha. ¶ Filij Micha, Phithon, & Melech, & 35
Tharaa, ¶ & Ahaz. Et Ahaz genuit Ioada: & Ioada ge- 36
nuit Alamath, & Azmoth, & Zari: porrò Zãri genuit Mo-
ſa, ¶ Et Moſa genuit Banaa, cuiꝰ filius fuit Rapha, de quo 37
ortꝰ eſt Elaſa, qui genuit Aſel. ¶ Porrò Aſel ſex filij fuerũt, 38
his nominibꝰ, Ezricã, Bochru, Iſmahel, Saria, Obdia, & Ha
nã: omnes hi, filij Aſel. ¶ Filij autem Eſec fratris eius, Vlam 39
primogenitꝰ, & Iehus ſecũdus, & Eliphalet tertiꝰ. ¶ Fuerũt- 40
que filij Vlã viri robuſtiſsimi, & magno robore tendentes — filij Vlam.
arcum: & multos habentes filios ac nepotes, vſq; ad centũ
quinquaginta millia. omnes hi, filij Beniamin.

*Zur, Kis, Baal, Nadab, Et Gedor, Ahio & 13 Sachar. Porrò Micloth genuit Simeã, qui & ipſi habitarũt e regione 14 fratrum ſuorum, in Ieruſalẽ cum fratribus ſuis. 15 Ner genuit Kis, Kis genuit Saulem, Saul genuit Iehonathan, Malkiſua, Abinadab & 16 Eſbaal. Filius Iehonathan fuit Merib-baal, Merib-baal genuit Michã. Filij autẽ Michæ, Pithon, Melech, Tharea & Ahas. Ahas genuit Iehoadã, & Iehoada genuit Alameth, & Azameneth atq; Simri: Simri autem genuit Moza. Moza genuit Bineam, cuius filius Rapha, cuius filius Elaſa, cuius filius Azel. Porrò Azel habuit ſex filios, quorũ nomina ſunt Aſricam primogenitus eius, & Iſmael, Searia, Obadia & Hanan: omnes iſti filij Azel. filij autem Eſec fratris eius, Vlam primogenitus eius, Iehus ſecundus, Eliphelet tertius. Fueruntq; filij Vlam viri 17 & heroes fortes, periti ſagittandi, qui genuerunt multos filios & nepotes, 18 eorum centum & quinquaginta. omnes iſti 19 de filijs Beniamin.*

## SCHOLIA IN CAP. VIII.

1 Vt deſcribat generationem Saul, deſcribit generationẽ Bẽiamin. 2 id eſt, familiarum. 3 nempe ciues Gæba. 4 Vacat Et. q.d. Ehud habuit hos filios, Naamã, &c. 5 Relatiuũ maſculinũ eſt apud Hebræos pro fœminino, quod etiã ponitur pro antecedente. Poſteaquã amãdauit illas à ſe, nẽpe Huſim, &c. Habebat duas vxores quas repudiauit ꝓpter cauſas quę tacẽtur. 6 .i. principes familiarum. 7 Heb. Et Beria, & Sema: ipſi principes familiarũ. 8 Hi duo verſus legi debẽt per parentheſin. abſoluit enim filios Elpaal, quos prætermiſerat. 9 Hic paulo ante vocabatur Sema. 10 Heb. capita patrũ (.i. principes familiarũ) per generationes ſuas, (&) principes. ſub. tribus ſuę. hoc eſt pricipes tribus Beniamin. 11 princeps Gibeõ. ſub. cũ vxore ſua & filijs. Vide hęc eadẽ in fine capitis noni ſequẽtis. 12 Primogenitus eſt Abdõ: reliqui ſunt filij Sur. 13 Subaudiẽdũ, & Micloth. vt poſtea ſequatur, Porrò Micloth &c. Id apparet ex fine noni capitis ſequẽtis, in quo hęc eadẽ legũtur, vt dictũ eſt. 14 .i. cognatorum. 15 Dicunt Hebrei Ner vocatum etiam fuiſſe Abiel. Abiel erat proprium nomen eius: Ner autem, vt aiunt, dicebatur quod præluceret alijs. 16 Dicitur in libris Regum Iſboſeth. 17 Hebraiſmus, fortes robore. 18 vel, vſque ad centum, &c. 19 id eſt, de tribu.

## CAP. IX.

De ſacerdotibus Leuitiſque & officijs eorum.

Vniuerſus ergo Iſrael dinumeratꝰ eſt: & ſũma eorũ 1
ſcripta eſt in Libro regũ Iſrael, & Iuda: tranſlatiq;
ſunt in Babylonẽ ꝓpter delictũ ſuũ. ¶ Qui autem 2
habitauerũt primi in poſſeſsionibꝰ, & in vrbibꝰ ſuis: Iſrael,
& ſacerdotes, & Leuitæ, & Nathinęi. ¶ Comorati ſunt in 3
Ieruſalẽ de filijs Iuda, & de filijs Beniamin, de filijs quoq;
Ephraim, & Manaſſe. ¶ Othei filius Ammiud, ᵃfilius Amri, 4 — ᵃ filij
filij Omrai, filij Boni, de filijs Phares filij Iuda. ¶ Et de Siloni: 5
Aſaia primogenitꝰ, & filij eiꝰ. ¶ De filijs autẽ Zara: Iehuel, 6
B & fratres eorũ, ſexcẽti nonaginta. ¶ Porrò de filijs Bẽia- 7
min: Salo filiꝰ Moſollã, filij Oduia, filij Aſana. ¶ Et Iobania fi 8
lius Ierohã: & Ela filius Ozi, filij Mochori: & Moſollã filiꝰ
Saphatię, filij Rahuel, filij Iebanię. ¶ Et fratres eorũ per fa- 9
milias ſuas, nogẽti quinquaginta ſex. omnes hi, principes
cognationũ per domos patrũ ſuorũ. ¶ De ſacerdotibꝰ au- 10
tẽ: Iedaia, Ioiarib, & Iachin: ¶ Azarias quoq; filius Helcię, 11
filij Moſollã, filij Sadoc, filij Maraioth, filij Achitob, põ-
tifex domus Dei. ¶ Porrò Adaias filius Ierohã, filij Phaſ- 12
ſur, filij Melchiæ: & Maaſai filius Adiel, filij Iezra, filij Moſ-
ſollã, filij Moſollamith, filij Emmer. ¶ Fratres quoq; eorũ 13
C principes per familias ſuas, mille ſeptingẽti ſexaginta, for-
tiſsimi robore ad faciẽdũ opꝰ miniſterij in domo Dei. ¶ De 14
Leuitis autẽ: Semeia filius Haſſub filij Ezricã, filij Haſebia
de filijs Merari. ¶ Bacbacar quoq; carpẽtariꝰ, & Galal, & Ma 15
thania filiꝰ Micha, filij Zechri, filij Aſaph. ¶ & Obdia filiꝰ 16
Semeię filij Galal, filij Idithũ: & Barachia filiꝰ Aſa filij Elca
na, qui habitauit in atrijs Netophati. ¶ Ianitores autẽ: Sellũ, 17 — Sellum.
& Accub, & Telmõ, & Ahimã: & frater eorũ Sellũ princeps.
¶ Vſq; ad illud tẽpꝰ, in porta regis ad Orientẽ, obſeruabãt 18
per vices ſuas de filijs Leui. ¶ Sellũ verò filiꝰ Core filij Abia 19
ſaph, filij Core, cũ fratribus ſuis, & domo patris ſui, hi ſunt
Coritę ſuper opera miniſterij, cuſtodes veſtibulorũ taber
D naculi: & familię eorũ per vices caſtrorũ Dñi cuſtodientes
introitũ. ¶ Phinees autẽ filius Eleazari, erat dux eorũ corã 20 — Phinees.
Dño. ¶ Porrò Zacharias filius Moſollamia, ianitor portæ 21 — Zacharias.
tabernaculi teſtimonij. ¶ Omnes hi electi in oſtiarios per 22
portas, ducenti duodecim: & deſcripti in villis proprijs:
quos conſtituerunt Dauid & Samuel vidẽs, in fide ſua ¶ tã 23 — Dauid & Samuel videns quę ordinauerint.
ipſos, quã filios eorũ in oſtijs domus Dñi, & in tabernacu
lo vicibus ſuis. ¶ Per quatuor vẽtos erãt oſtiarij: id eſt ad 24
Orientẽ, & ad Occidentẽ, & ad Aquilonẽ, & ad Auſtrum.

*Omnes itaq; Iſraelitæ 1 iuxta genus cẽſi ſcripti ſunt in libro regũ Iſraelis 2 & Iehuda, trãſlatiq; ſunt in Babylonẽ ꝓpter præuaricationẽ ſuã. 3 Habitatores primi, qui fuerũt in poſſeſsione ſua in ciuitatibus ſuis, 4 Iſraelitæ, ſacerdotes, Leuitæ & Nethinæi. In Ieruſalẽ quidẽ habitarũt 5 ex filijs Iehuda, ex filijs Bẽiamĩ, ex filijs Ephraim & Manaſſe. 6 Vthai filius Amihud, filij Omri, filij Imri, filij Bani, ex filijs Perez filij Iehuda. Et 7 de Siloni, Aſaia primogenitus, & filij eius. Et de filijs Serah, Iehuel atq; fratres eorũ ſexcẽti nonagĩta. De filijs verò Bẽiamĩ, Sallu filius Meſullã filij Hodania, filij Senua. Et Iibneia filius Ierohã, atq; Ela filius Vſi, filij Michri: & Meſullã filiꝰ Sephatiæ filij Rehuel filij Iibniæ. 8 Fratres autẽ eorũ ſecũdũ cognationes ſuas, nõgẽti & quinquagĩta ſex: oẽs iſti viri 9 primarij, patreſq; iuxta domꝰ patrũ ſuorũ. Ex ſacerdotibus quoq; Iedaia, 10 Iehoiarib & Iachĩ. Aſarias filius Hilkiæ, filij Meſullã filij Zadoc, filij Meraioth, filij Ahitub prĩcipis domus Dei. Et Adaia filius Ierohã, 11 filij Phaſhur, filij Malkiæ, & Maaſai filius Adiel filij Iachſera, filij Meſullã, filij Meſillemith, filij Imer. Et 12 fratres eorũ 13 capita domus patrũ ſuorũ mille & ſeptingẽti atq; ſexaginta, 14 viri ſtrenui 15 [in] opere miniſterij domus Dei. 16 Et de Leuitis, Semaia filius Haſub filij Azricã, filij Haſabiæ de filijs Merari. 17 Bacbacar quoq;, & Heres, atq; Galal, ſed & mathania filius Michæ, filij Sichri, filij Aſaph. & 18 Obadia filiꝰ 19 Semaiæ, filij Galal, filij Iedithũ: & Berechia filiꝰ Aſa, filij 20 Elcana, quĩ habitabat 21 in villis Netophati. Porrò ianitores, Sallũ, Accub, Talmõ, & Ahimã, & fratres eorũ, Sallũ 22 præcipuus. Et 23 vſq; huc in porta regis, quæ erat ad Oriẽtẽ, illi ianitores fuerũt 24 ꝑ mãſiones filiorũ Leui. Et Sallũ filius Coræ, filij Ebiaſaph, filij Corah: & fratres 25 eius 26 de domo patris ſui Corahitæ 27 ſup opus miniſterij, cuſtodiẽtes limina tẽtorij: & patres eorũ [erãt] ſuper 28 caſtra Dñi, cuſtodiẽtes 29 introitũ. Et Pĩhas filius Eleaſar dux fuit 30 ſuper eos, [quod] antea Dñs fuerat cũ eo. Porrò Zacharias filius Meſelemiæ excubias agebat ad portã tabernaculi 31 cõſtitutionis. Oẽs iſti 32 clari erãt ad portas & limina, nẽpe ducẽti & duodecĩ, 33 recẽſiti per genealogias ſuas in villis ſuis, quos cõſtituerat Dauid & Samuel vidẽs, 34 ꝓpter fidẽ eorũ. Ipſi igitur & 35 filij eorũ 36 ad portas domꝰ Dñi, & domus 37 tabernaculi 38 ianitores erant per cuſtodias ſuas. 39 Erãt autẽ ianitores illi ad quatuor vẽtos, ad Oriẽtem, ad Occidentem, ad Septentrionem, & ad Meridiem.*

*Et fratres eorum [manebant] in villis ſuis, 40 vt venirent ſeptimo quoq; die ſingulis temporibus cum illis. 41 Erant illi ſub fide 42 quatuor inſignium ianitorum, nempe Leuitæ: qui [conſtituti] erant ſuper 43 gazophylacia, & ſuper theſauros domus Dei. Pernoctabant autem circa domum Dei: nam illis commiſſa erat 44 cuſtodia, erantq; ſuper 45 claues [conſtituti,] vt ſingulis diebus mane aperirent. Quidam ex eis erant 46 ſuper vaſa miniſterij: nam 47 numerata inferebant ea, & 47 numerata exportabant. Quidam deinde erãt cõſtituti ſuper [alia] vaſa, & ſuper omnia vaſa ſãctuarij, [alij] ſuper ſimilã & 48 vinũ, ſuper oleũ & thus, atq; odores. 49 Ex filijs porrò ſacerdotũ quidã cõficiebãt vnguẽta ex odoramẽtis. Cæterũ Mathathias 50 ex leuitis, (qui primogenitus erat Sallũ 51 Coritæ,) 52 bona fide [conſtitutus] erat ſuper ea quæ fiebant in ſartagine. Quidam ex filijs Cahath & 53 de fratribus eorum erant ſuper panes 54 ordinandos, quos ſcilicet 55 pararent per ſingula ſabbata. Porrò iſti cantores 56 præcipui patres Leuitarum erant in 57 exhedris prominentibus, 58 quibus diu noctuq; incumbebat opus. Iſti 59 ſunt præcipui patres Leuitarum, & capita ſecundum generationes ſuas habitantes in Ieruſalem. In Gibeon autem habitauerunt 60 Abi Gibeon, & Iehiel: nomen vxoris eius Maacha. Filius eius primogenitus erat Abdon, Zur, Kis, Baal, Ner, Nadab, Et Gedor, Ahio, Zacharias, Micloth. Porrò Micloth genuit Simeam: qui & ipſi habitauerunt coram fratribus ſuis in Ieruſalem, cum fratribus inquam. Ner genuit Kis, Kis genuit Saulem: Saul genuit Ionathan, Malchiſua, Abinadab, & Esbaal. Filius Ionathan fuit Merib-baal, Merib-baal genuit Michã. Filij Michæ fuerunt Pithon, Melech, & 61 Thaberea. Porrò Ahas genuit 62 Iaara: Iaara genuit Alæmeth, & Azamaueth & Simri: Simri genuit Mozam. Moza genuit Binẽam, cuius filius fuit Rephaia, & huius filius Elaſa, huius filius Azel. Azel verò ſex habuit filios, quorum nomina ſunt, Aſricam primogenitus eius, Iſmael, Saria, Obadia, atque Hanan. 63 hi filij Azel.*

25 ¶ Fratres autem eorum in viculis morabantur, & venie-
26 bant in ſabbathis ſuis de tempore vſq; ad tempus. ¶ His E
quatuor Leuitis creditus erat omnis numerus ianitorum,
& erant ſuper exhedras, & theſauros domus Domini.
27 ¶ Per gyrum quoq; templi Domini morabantur in cu-
ſtodijs ſuis: vt cum tempus fuiſſet, ipſi mane aperirent fo-
28 res. ¶ De horum grege erant & ſuper vaſa miniſterij: ad
29 numerũ enim & inferebãtur vaſa, & efferebantur. ¶ De
ipſis & qui credita habebant vtenſilia ſanctuarij, præerãt
30 ſimilæ, & vino, & oleo, & thuri, & aromatibus. ¶ Filij
autem ſacerdotum vnguenta ex aromatibus conficiebãt.
31 ¶ Et Mathathias Leuites primogenitus Sellum Coritæ,
præfectus erat eorum quæ in ſartagine frigebantur.
32 ¶ Porrò de filijs Caath fratribus eorum, ſuper panes erãt F
propoſitionis, vt ſemper nouos per ſingula ſabbatha pre- Panes propoſitionis.
33 pararent. ¶ Hi ſunt principes cantorum per familias Le-
uitarum, qui in exhedris morabantur, vt die ac nocte iu-
34 giter ſuo miniſterio deſeruirent. ¶ Capita Leuitarum, Sup. 8.c.
35 per familias ſuas principes, manſerunt in Ieruſalẽ. ¶ In
Gabaon aũt commorati ſunt pater Gabaon Iehiel, & no-
36 men vxoris eius Maacha. ¶ Filius primogenitus eius
37 Abdon, & Sur, & Cis, & Baal, & Ner, & Nadab, ¶ Gedor
38 quoque, & Ahio, & Zacharias, & Macelloth. ¶ Porrò Ma G
celloth genuit Samaam: iſti habitauerunt eregione fratrũ Familia Saulis
39 ſuorum in Ieruſalem, cum fratribus ſuis. ¶ Ner autem ge ſup. 8.d
nuit Cis: & Cis genuit Saul: & Saul genuit Ionathan, &
40 Melchi-ſua, & Abinadab, & Eſbaal. ¶ Filius autem Io-
41 nathan, Merib-baal: & Merib-baal genuit Micha. ¶ Por-
rò filij Micha, Phithon & Melech, & Tharaa, & Ahaz.
42 ¶ Ahaz autem genuit Iara: & Iara genuit Alamath, &
43 Azmoth, & Zamri. Zamri autem genuit Moſa: ¶ Moſa
verò genuit Banaa: cuius filius Raphaia, genuit Elaſa: de
44 quo ortus eſt Aſel. ¶ Porrò Aſel ſex filios habuit his no-
minibus, Ezricam, Bochru, Iſmahel, Saria, Obdia, Hanan.
hi ſunt filij Aſel.

## SCHOLIA IN CAP. IX.

1 Recenſiti per ſeriem generationis 2 & Iuda tranſlatus fuit in &c. vel, Iſraelis & Iudæ: (qui Iuda) tranſlatus fuit &c. 3 Caput iſtud conferendum eſt cum vndecimo Eſdræ, aut Nehemiæ, in quo eadem habentur: vnde illuſtrari poterit. Generationem eorum deſcribit qui redierunt è captiuitate Babylonica. 4 id eſt, aliqui ex Iſraele, ex ſacerdotibus, Leuitis, & Nathinæis, quaſi dicat, cũ ſacerdotibus, Leuitis, & Nathinæis, aliquot etiã ex Iſraele. 5 Oſtẽdit quid per Iſraelem intellexerit verſu præcedente, id eſt, aliquot ex filijs Iuda, &c. qui ſcilicet aufugerant quum abducerentur decem tribus. 6 Hi erant de tribu Iuda. 7 ex (filijs) Haſsiloni 8 id eſt, Cognati. 9 Hebraiſmus, capita maiorum, per domos maiorum ſuorum, id eſt, principes familiarum per familias ſuas. 10 In Eſdra, hæc eadem habentur, vbi Ben-ioiarib dicitur, qui hîc Ioiarib: nam erat hic filius Ioiarib. 11 id eſt, nepotis. Nam hîc omittuntur tres inter Ieroham & Paſhur. Vide Nehemiæ cap. 11. 12 id eſt, cognati. 13 id eſt, principes in familijs ſuis. 14 Hebraiſmus, fortes robore, id eſt, viri bellicoſi. 15 vel, (viri) operis. id eſt, qui verſabantur in opere. 16 Pergit explicare ſigillatim quæ poſita ſunt verſu ſecundo huius capitis. 17 Hebraiſmus, Et Bacbacar-hæres. nomen proprium. 18 Hic dicitur Abdah à Nehemia. 19 Nehemias vocat hunc Samnah. 20 Iſte Elcana, non eſt pater Samuelis. 21 id eſt, in vna villarum. 22 Hebraiſmus, caput. 23 vel, hucuſque, ſubaudi, manſerunt, id eſt, præfuerunt illi portæ. Porta regia, hæc vna erat ex portis templi, ſic dicta quod per eam rex templum ingrederetur. 24 in turmis. vel, inter turmas, quaſi dicat, Iſti ex filijs Leui fuerũt ianitores 25 ſub. Sellũ. 26 Heb. per domũ. i. qui erant de familia eius. 27 .i. præfuerunt operi. 28 vel, turmã. 29 ſub. tabernaculi. neminẽ enim ſinebãt ingredi loca illa ſacra preterquã ſacerdotes. 30 Heb. ſuper eos olim: cum (quo) Dominus erat. i. qui erat Deo chariſsimus. 31 vel, cõuentus. ſiue, cõgregationis. 32 electi in ianitores in ipſis liminibus. ſub. tẽpli. 33 Heb. ipſi (erãt) in villis ſuis quũ dinumerati ſunt. vel, per ſeriẽ generationũ recẽſiti ſunt. i. quũ numerus eorũ inuẽtus eſt talis qui iã dictꝰ eſt. 34 in munere (vel officio) ſuo. Vox Hebrea EMVNA, hoc loco accipitur pro officio & munere perpetuo & irreuocabili, fixo & permanẽte. 35 .i. nepotes, ſiue poſteri. 36 ſub. fuerunt conſtituti. 37 id eſt, tabernaculi fœderis ante ædificationem templi. 38 Hebraiſmus, per cuſtodias, id eſt, per vices, quaſi dicat, certo numero erant. 39 id eſt, Manebant in quatuor partibus templi, ſiue tabernaculi, reſpondentibus quatuor partibus orbis. 40 id eſt, vt ſuccederent iſtis in fine ſeptem dierum: quia fungebantur officio ſuo ſeptem diebus. 41 Quia in munere erant. id eſt, Nam fungebantur officio ſuo ita, vna videlicet hebdomada. 42 quatuor potentiſsimi ianitorum erant Leuitæ. Qui præerat omnibus ianitoribus, poterat eſſe ex genere ſacerdotali: qui verò quatuor præerant alijs, erant neceſſario Leuitæ. 43 cubicula. vel, exhedras. 44 ſubaudi, templi per noctem. 45 Hebraiſmus, appertionem in mane & mane, id eſt, præerant apertioni oſtiorum domus Dei, quæ fiebat ſingulis matutinis. 46 id eſt, ſuper inſtrumenta ipſius cultus diuini. 47 Hebraiſmus, in numero, id eſt, ad numerum condebant illa, & ad numerum depromere ſolebant eadem. erat certus numerus vaſorum quæ promebantur & condebantur ad numerum. 48 de quo ſcilicet fiebat libamen. 49 id eſt, Ex ſacerdotibus erant aliquot qui conficiebant vnguenta aromatica. 50 id eſt, qui erat de numero Leuitarum. 51 id eſt, qui erat ex nepotibus Coræ. 52 Hebraiſmus, in munere. vel officio, id eſt, fungebatur officio ad quod ſpectaret videre diligenter & attendere ad ea quæ fiebant in ſartaginibus. 53 id eſt, ex cognatis Leuitarum. 54 propoſitionis. vel, diſpoſitionis, id eſt, præerant panibus ordine diſpoſitis ante arcam fœderis. 55 diſponerent. 56 Hebraiſmus, principes familiarũ per Leuitas, id eſt, in genere Leuitarum. 57 cubiculis immunes, id eſt, alieni ab omni alio officio. 58 Hebraiſmus, quia interdiu & noctu ſuper eos erat (eſſe) in opere, id eſt, ad eos ſpectabat eſſe in ipſo opere muſices, ſiue vacare muſicæ. 59 Hebraiſmus, principes familiarum per Leuitas, per generationes ſuas, principes inquam: iſti inquam habitauerunt, &c. 60 vertendũ, pater (id eſt, princeps) Gabaon, (nomine) Iehiel. ſub. & familiares eius. Aut dic verbum plurale poſitum pro ſingulari habitauit. Hæc ſequentia ad finẽ vſq; capitis ſcripta ſunt ſuprà capite præcedente. 61 Poſt iſtum, addendum Ahas, ex capite nono ſequẽti. 62 Iſte capite octauo dicitur Iehoadam. 63 Hucuſque deſcriptæ ſunt genealogiæ. hinc iam incipiet deſcribere geſta, & præſertim ipſius Dauidis. hic enim primus liber Paralipomenon ſcriptus eſt maximè in laudem Dauidis.

CAP.



## CAP. X.

Pugnãs Saul cõtra Philiſthæos occiditur cũ filijs. 1. reg. 31. a.
PHiliſthijm autem pugnabãt contra Iſrael, fugerũtq; 1
viri Iſrael Palæſthinos, & ceciderunt vulnerati in
monte Gelboe. ¶ Cũque appropinquaſſent Phili- 2
ſthęi perſequẽtes Saul & filios eius, percuſſerũt Ionathã, A
& ᵃAminadab, & Melchi-ſua filios Saul. ¶ Et aggrauatũ 3 ᵃAbinadab,
eſt prælium contra Saul, inueneruntque eum ſagittarij, &
vulnerauerunt iaculis. ¶ Et dixit Saul ad armigerum ſuũ, 4 Saul ſeipſum interficit.
B Euagina gladium tuum, & interfice me: ne fortè veniant
incircũciſi iſti, & illudant mihi. noluit autem armiger eius
hoc facere, timore perterritus: arripuit ergo Saul enſem,
& irruit in eum. ¶ Quod cũ vidiſſet armiger eius, videlicet 5
mortuũ eſſe Saul, irruit etiã ipſe in gladium ſuum, & mor-
tuus eſt. ¶ Interijt ergo Saul, & tres filij eius, & omnis do- 6
mus illius pariter concidit. ¶ Quod cum vidiſſent viri Iſ- 7
rael qui habitabant in campeſtribus, fugerunt: & Saul ac
filijs eius mortuis, dereliquerunt vrbes ſuas, & huc illucq;
C diſperſi ſunt: venerũtq; Philiſthijm, & habitauerunt in eis.
¶ Die igitur altero detrahentes Philiſthijm ſpolia cæſorũ, 8 Philiſthijm ſpoliato Saule, deferunt caput eius in terram ſuam.
inuenerunt Saul, & filios eius iacentes in monte Gelboe.
¶ Cunque ſpoliaſſent eum, & amputaſſent caput, armiſ- 9
que nudaſſent, miſerunt in terram ſuam, vt circunferretur
& oſtẽderetur idolorum tẽplis & populis: ¶ arma autẽ eius 10
cõſecrauerũt in phano dei ſui, & ᵇcorpus affixerũt in tem- ᵇcaput
plo Dagon. ¶ Hoc cum audiſſent viri Iabes-Galaad, om- 11 Galaaditæ ſepeliunt Saulem, & filios ipſius.
nia ſcilicet quæ Philiſthijm fecerant ſuper Saul, ¶ Con- 12
ſurrexerunt ſinguli virorum fortium, & tulerunt cadauera
D Saul & filiorũ eius: attuleruntq; ea in Iabes, & Sepelierũt
oſſa eorũ ſubter quercũ, quę erat in Iabes, & ieiunauerunt 13 Ieiunium.
ſeptẽ diebus. ¶ Mortuus eſt ergo Saul, ꝓpter iniquitates Saul quare occiſus à Deo. 1. Reg. 15. e. 1. Reg. 28. b.
ſuas, eo ꝙ preuaricatus ſit mãdatũ Dñi quod preceperat,
& nõ cuſtodierit illud: ſed inſuper etiã pythoniſſam con- 14
ſuluerit, ¶ Nec ſperauerit in Domino, propter quod in-
terfecit eum, & tranſtulit regnum eius ad Dauid filiũ Iſai.

## CAP. X.

*PAleſthini prælium inierunt cum Iſraelitis, fugeruntq; Iſraelitæ 1 metu Paleſthinorum, 2 ita vt caderẽt vulnerati in monte Gelboa. Inſequuti autem Paleſthini 3 Saulem vrgendo eum & filios eius: trucidarũt Paleſthini Ionathan, Abinadab, atq; Malchiſuam filios Saulis. 4 Inualeſcebat autem prælium contra Saulem, & deprehenderũt eũ iaculatores [hi ſcilicet qui] arcu [valebant,] grauiterq; vulneratus eſt à ſagittarijs. Dixit ergo Saul ad armigerũ ſuũ, Diſtringe gladiũ tuũ, & eo me transfodias: ne præputiati iſti venientes, mihi cũ probro illudãt. armiger autẽ eius nolebat, quoniã metuebat vehemẽter. arrepto igitur gladio Saul, irruit in 5 eũ. Videns ergo armiger eius quod mortuus eſſet Saul, ruit & ipſe in enſem, & moritur. Mortuus eſt itaq; Saul & tres filij eius, & vniuerſa 6 domus eius ſimul cũ eo moriũtur. Quod quũ vidiſſẽt omnes Iſraelitæ qui erãt in valle, quòd fugiſſent, & quòd obijſſent Saul & filij eius, relictis vrbibus ſuis, fugerũt: veneruntq; Paleſthini, & inhabitarunt eas. Contigit verò poſtero die vt venirent Paleſthini ad exuẽdum interfectos, & inuenerunt Saulem & filios eius iacentes in monte Gelboa. Et exuto eo, tulerunt caput eius & arma eius, & miſerunt 7 [ea] in [totam] terram Paleſthinam circunquaque, 8 vt fauſtum illud nuntiũ eſſet idolis eorũ & populo. Poſuerunt deinde arma in phano 9 dei ſui, capite eius ſuſpenſo in 10 phano Dagon. Audientes autem omnes [ciues] 11 Iabes-Gilead quod fecerant Paleſthini ipſi Sauli, Surrexerunt omnes viri fortes, & tulerunt corpus Saulis, & corpora filiorum eius, & intulerunt ea in Iabes, ſepelientes oſſa eorum ſubter 12 quercum illam in Iabes, 13 ieiunanteſque ſeptẽ diebus. Mortuus eſt itaque Saul 14 in tranſgreſsione ſua, qua tranſgreſſus erat contra Dominũ, nempe contra verbum Domini quod nõ cuſtodiuit, 15 & quòd pythonem conſuluit interrogando, Neque 16 requiſiuit Dominum, ob hoc interfecit eũ, tranſtulitque regnum ad Dauidem filium Iſai.*

## SCHOLIA IN CAP. X.

1 Hebraiſmus, à facie. 2 & ceciderunt, ſubaudi, aliquot. 3 Hebraiſmus, poſt Saulem & poſt, &c. 4 quaſi dicat, Pondus autem prælij verſum erat contra Saulem. 5 ſubaudi, gladium. 6 id eſt, viri domus eius, hoc eſt nobiles eius. 7 vel, caput. aut potius nuntios. 8 ad annuntiandum (ſubaudi, victoriam ſacerdotibus) idolorum ſuorum. 9 Vocabatur Aſtaroth. 10 vel, Beth-dagon. vt ſit nomen vrbis, quòd doctioribus magis probatur. nam in Regibus vocatur Bethſan. Aut dicendum Bethſan eſſe nomen vrbis in qua fuerit phanum Dagon: tunc ſic vertes, & caluariam eius affixerunt in fano Dagon in vrbe Bethſan, vt hic locus conueniat loco Regum. 11 Sic dicitur quod ipſa Iabes eſſet in Galaad. 12 De clara & inſigni, notaque quercu loquitur. Vox Hebræa quibuſdam ſignificat vlmum, alijs quercum. Chaldæo paraphraſti caſtaneam. In lib. Regum ponitur dictio quæ ſimpliciter ſignificat arborẽ. 13 more ſcilicet lugentiũ. 14 quaſi dicat, Deus interfecit eũ propter tranſgreſsiones ſuas. 15 vel, pręterea interrogãdo pythonem, conſulendo eũ. ſub. pythonẽ. 16 conſuluit, quaſi dicat, quumque non conſuluiſſet Dominum, interfecit eum.

## CAP. XI.

Vngitur Dauid in regem. 2. reg. 5. a.
COngregatus eſt igitur omnis Iſrael ad Dauid in 1
Hebron, dicens, Os tuũ ſumus & caro tua. ¶ Heri 2
quoq; & nudiuſtertius cum adhuc regnaret Saul,
tu eras qui educebas & introducebas Iſrael: tibi enim di-
xit Dominus Deus tuus, Tu paſces populum meum Iſ-
rael, & tu eris princeps ſuper eum. ¶ Venerunt ergo 3 Paſcere populũ.
omnes maiores natu Iſrael ad regem in Hebron, & inijt
Dauid cum eis fœdus coram Domino: vnxeruntq; eũ
regem ſuper Iſrael, iuxta ſermonem Domini quem locu-
B tus eſt in manu Samuel. ¶ Abijt quoque Dauid, & om- 4 Ieruſalem, quæ & Iebus.
nis Iſrael in Ieruſalem, hæc eſt Iebus, vbi erant Iebuſæi Arx Sion capitur à Dauide.
habitatores Terræ. ¶ Dixeruntque qui habitabant in 5
Iebus ad Dauid, Non ingredieris huc. porrò Dauid ce-
pit arcem Sion, quæ eſt Ciuitas-Dauid, ¶ dixitque, 6
Omnis qui percuſſerit Iebuſæum in primis, erit princeps Iebuſæum percutienti premiũ.
& dux. aſcendit igitur primus Ioab filius Saruiæ, & fa-
ctus eſt princeps. ¶ Habitauit autem Dauid in arce, & 7
idcirco appellata eſt Ciuitas-Dauid. ¶ AEdificauitque 8
vrbem in circuitu à Mello, vſque ad gyrum: Ioab autem
reliqua vrbis extruxit. ¶ Proficiebatque Dauid vadens 9

## CAP. XI.

*COngregati ſunt autem omnes Iſraelitæ ad Dauidem in Hebron, dicentes, Ecce 1 os tuum, & caro tua nos ſumus. Sed & heri & nudiuſtertius, quũ Saul adhuc regnaret, tu 2 educebas & introducebas Iſraelem, aitque Dominus Deus tuus ad te, Tu 3 paſces populum meum, nẽpe Iſraelem, tuq; 4 princeps eris ſuper populum meũ Iſraelem. Venerũt itaque omnes ſeniores Iſraelis ad 5 regẽ in Hebron, pepigitque Dauid fœdus cum eis in Hebron 6 coram Domino, & vnxerunt Dauidem regem ſuper Iſraelem iuxta promiſsionem Domini [factam] 7 per Samuelẽ. Profectus eſt autem Dauid & vniuerſus Iſrael in Ieruſalẽ: ipſa eſt Iebus, 8 habitaruntque illic Iebuſitæ in terra. Dixerunt autem ciues Iebus ad Dauidem, Non ingredieris huc. cepit itaque Dauid arcẽ Zion, 9 quæ ciuitas eſt Dauidis. Dixitq; Dauid, Quicunq; primus percuſſerit Iebuſæũ, is 10 caput erit & princeps. aſcẽdit ergo 11 in primis Ioab filius Zeruia, factuſq; eſt princeps. Et habitauit Dauid in arce, ob hoc vocarunt eam ciuitatẽ Dauidis. 12 AEdificauit autem ciuitatẽ illã 13 per circuitũ à 14 Millo 15 vſq; ad circuitũ, Ioab verò 16 reliquũ vrbis inſtaurauit. 17 Promouit ergo Dauid, & promouendo*

 magnus

*magnus 18 fit, & Dominus exercituũ cũ eo. 19 Hæc ſunt capita heroum quos habuit Dauid, & qui 20 ſtrenue egerunt cum eo 21 in regno eius, & cum vniuerſo Iſraele, vt regem illum conſtituerẽt iuxta verbum Domini ſuper Iſraelem. 22 Et hic numerus eſt heroum quos habuit Dauid, Iaſchabeam filius Hachmoni 23 præſtantiſsimus inter triarios, is 24 excitabat ſemel haſtam ſuam contra trecẽtos vulneratos. Poſt hũc fuit Eleaſar filius 25 Dodo Ahohites (qui erat inter tres 26 heroes.) Hic fuit cum Dauide in Paſ-damim, collectis illic Paleſthinis in prælium, fuitque 27 pars campi plena 28 hordeo, & fugiente populo metu Paleſthinorum, 29 Statuerunt ſe in medium agri, & 30 tutati ſunt eum, percuſſeruntque Paleſthinos. & ſalutem 31 præſtitit Dominus, & quidẽ magnam ſalutem. 32 Deſcenderunt autem tres de triginta principibus 33 ſuper petrã ad Dauidẽ in ſpeluncam Adullam: caſtra autem Paleſthinorum erant in valle Rephaim, Exiſtente tum Dauide 34 in præſidio, & ſtatione Paleſtinorum in Beth-lehem. Accenſus ergo Dauid deſiderio quodam, dixit, Quis potum dabit mihi de aquis 35 ex puteo Beth-lehem qui eſt ad portam? Tum tres illi penetrarunt caſtra Paleſthinorũ, haurientes aquã è fonte Bethlehemitico qui eſt 36 ad illã portam, & tollentes [eam,] attulerunt ad Dauidem: at Dauid noluit eam bibere, ſed 37 libauit eam Domino, dixitque, 38 Procul ſit hoc à me Domino adiuuante, 39 ne committam iſtud. num ego ſanguinem virorum iſtorum biberem 40 cum vitæ ipſorum periculo, 41 qui cum periculo vitæ ſuæ hanc attulerunt? noluit ergo eam bibere. & hæc quidem fecerunt tres illi heroes. Porro Abiſai frater Ioab 42 caput ternarij, is excitauit lanceam ſuam ſuper trecentos 43 vulneratos, & in iſta triade [præcipuum] nomen habuit, Quin 44 in iſta triade inter duos gloria excelluit, fuitque illis princeps: at ad tres [priores] non pertigit. Benaia filius Iehoiada, 45 filius cuiuſdam ſtrenui hominis, 46 inclytus rebus geſtis de CabZeel: is percuſsit 47 duos leones Moab: is ipſe 48 deſcendit, & percuſsit leonem in media 49 fouea, quum eſſet tempus 50 niuis. Et is idem percuſsit AEgyptium quendam, virum 51 monſtroſæ magnitudinis, 52 cubitis erat quinque. habebat autem AEgyptius ille lanceam inſtar liciatorij [quo vtuntur] textores, deſcenditque [Benaia] ad eum 53 cum virga illa, & rapuit lanceam è manu AEgyptij, interficiens eum ſua ipſius lancea. Hæc fecit Benaia filius* Iehoiada, *habuitque [præclarum] nomen inter tres 54 heroes, Quin & 55 inter triginta gloria præcelluit ipſe, tametſi ad 56 tres non pertingeret: hunc conſtituit Dauid 57 vt eſſet audiens ei. 58 Fuerunt & illi heroes fortiſsimi, Aſael frater Ioab, Elhanan filius Dodo de Beth-lehem. Samoth Harodites, HeleZ Pelonites. Ira filius Ikes Iecuites, Abiaſer Anthotites. Sibchai* Huſathites, *Ilai Ahohites. Maharai Netophathites, Heled filius Baana Netophathites. Ithai filius Ribai de Gibeath filiorũ Beniamin, Benaia Pirathonites. Hurai de 59 torrentibus Gaas, Abiel Arbathites. Aſmaueth Baharumites, Eliaba* Saalbonites. *Filij Haſem Giſonites, Ionathan filius Sage Hararites. Ahiam filius Sachar Hararites, Eliphal filius Vr. Hepher Mecheratites, Ahia Pelonites. HeZro Carmelites, Naari filius Aſbai. Ioel frater Nathan, Mibhar filius Hagri.* Zelec *Ammonites, Naharai Berothites armiger Ioabis filij* Zeruiæ. *Ira Iethrites, Gareb Iethrites. Vrias Hithæus, Sabad filius Ahelai. Adina filius Siſa Rubenita, princeps Rubenitarum, & cum eo triginta. Hanan filius Maacha, & Ioſaphat Mithnites. Vſias Aſterathites, Sama & Iehiel filij Hotã 60 Aroerites. Iediheel filius Simri, & Ioha frater eius 61 HatiZites. Eliel 62 Mahauimes, Ieribai atque Ioſauia filij Elnaam, & Iithma Moabites. Eliel & Obed, atque* Iaaſiel *63 MeZobaiatites.*

10 & creſcens, & Dominus exercituum erat cum eo. ♀ Hi
principes virorum fortium Dauid, qui adiuuerunt eum vt
rex fieret ſuper omnem Iſrael iuxta verbum Domini
11 quod locutus eſt ad Iſrael. ♀ Et iſte numerus robuſtorũ
Dauid: Ieſbaam filius Hachamoni princeps inter triginta: iſte leuauit haſtam ſuam ſuper trecentos vulneratos
12 vna vice. ♀ Et poſt eum Eleazar filius Patrui-eius Aho-
13 hites, qui erat inter tres potentes. ♀ iſte fuit cum Dauid in Pheſ-domim, quando Philiſthijm congregati ſunt
ad locum illũ in prælium: & erat ager regionis illius plenus hordeo, fugeratque populus à facie Philiſthinorum.
14 ♀ Hi ſteterunt in medio agri, & defenderunt eum: cumque percuſsiſſent Philiſthæos, dedit Dominus ſalutem
15 magnam populo ſuo. ♀ Deſcenderunt autem tres de triginta principibus ad petram, in qua erat Dauid, ad ſpelũcam Odollam, quando Philiſthijm fuerant caſtrametati
16 in Valle-raphaim. ♀ Porrò Dauid erat in præſidio, & ſta-
17 tio Philiſthinorum in Beth-lehem. ♀ Deſyderauit igitur
Dauid aquã, & dixit, O ſiquis daret mihi aquã de ciſterna
18 Beth-lehem, quę eſt in porta. ♀ Tres ergo iſti per media
caſtra Philiſthinorũ perrexerunt, & hauſerunt aquam de
ciſterna Beth-lehẽ, quę erat in porta, & attulerũt ad Dauid vt biberet: qui noluit, ſed magis libauit illam Domino,
19 ♀ dicens, Abſit vt in conſpectu Dei mei hoc faciam, &
ſanguinem iſtorum virorum bibam: quia in periculo animarum ſuarum attulerunt mihi aquam, & ob hanc cauſam
20 noluit bibere. hæc fecerunt tres robuſtiſsimi. ♀ Abiſai
quoque frater Ioab ipſe erat princeps trium, & ipſe leuauit haſtam ſuam contra trecentos vulneratos, & ipſe erat
21 inter tres nominatiſsimus, ♀ Et inter tres ſecundus inclytus, & princeps eorum: veruntamẽ vſque ad tres primos
22 non peruenerat. ♀ Banaias filius Ioiadæ [a] viri robuſtiſsimi, qui multa opera perpetrarat, de Cabſeel: ipſe percuſſit duos ariel Moab: & ipſe deſcendit, & interfecit leo-
23 nẽ in media ciſterna tempore niuis. ♀ Et ipſe percuſsit virum AEgyptium, cuius ſtatura erat quinque cubitorum,
& habebat lanceam vt liciatorium texentium: deſcendit
igitur ad eum cum virga, & rapuit haſtam quam tenebat
24 manu, & interfecit eum haſta ſua. ♀ Hæc fecit Banaias filius Ioiadæ, qui erat inter tres robuſtos nominatiſsimus,
25 ♀ Inter triginta primus, veruntamen ad tres vſque non
peruenerat: poſuit autem eum Dauid ad auriculam ſuam.
26 ♀ Porrò fortiſsimi viri in exercitu, Ahaſel frater Ioab, &
27 Elchanan filius Patrui-eius de Beth-lehem. ♀ Sammoth
28 Arorites, Helles Phalonites. ♀ Ira filius Acces Thecuites,
29 Abiezer Anathothites. ♀ Sobochai Huſathites, Ilai Aho-
30 hites, ♀ Maharai Netophathites, Heled filius Baana Ne-
31 tophathites. ♀ Ethai filius Ribai de Gabaath filiorũ Ben-
32 iamin, Banaia Pharatonites. ♀ Hurai de Torrente-
33 Gaas, Abiel Arbathites. Azmoth Bauramites, Eliaba
34 Salabonites. ♀ Filij Aſſem Gezonites, Ionathan filius
35 Sage Ararites. ♀ Ahiam filius Sachar Ararites, ♀ Eliphal
36 filius Vr. ♀ Hepher Mecherathites, Ahia Phelonites.
37 ♀ Heſro Carmelites, Naarai filius Azbai. ♀ Ioel frater
38 Nathã, Mibahar filius Hagarai. ♀ Selec Ammonites, Na-
39 harai Berothites armiger Ioab filij Saruię. ♀ Ira Iethręus,
40 Gareb Iethræus. ♀ Vrias Hethæus, Zabad filius Oho-
41 li. ♀ Adina filius Siza Rubenites princeps Rubenitarum,
42 & cum eo triginta. ♀ Hanan filius Maacha, & Ioſaphat
43 Mathanites. ♀ Ozia Aſtarothites, Samma & Iehiel fi-
44 lij Hotham Arorites. ♀ Iedihel filius Samri, & Ioha fra-
45 ter eius Thoſaites. ♀ Eliel Mahumites, & Ieribai &
46 Ioſaia filij Elnaem, & Iethma Moabites. Eliel & Obed, &
Iaſiel de Maſobia.

Deus cũ Dauide
Catalogus fortium Dauid, C
2. reg. 23. a.
Ieſbaam.
Eleazar.
Victoria Deo tribuitur.
D
Dauid ſitiens nõ vult bibere aquã quam principes cũ periculo vitæ hauſerant.
E
Abiſai.
Banaias.
[a] vir robuſtiſsimus,
Gigas à Banaia occiſus.
F
G

SCHOLIA IN CAP. XI.

1 Id eſt, cognati & conſanguinei tui ſumus. 2 ſubaudi, ad bellum, & introducebas in vrbes ſuas milites, quaſi dicat, eras dux belli. 3 vel, paſce, id eſt, rege. 4 vel, princeps eſto. Exponit quid intelligat per paſce, 5 vocat regem antequam vngatur, quia electus erat à Deo in regem. 6 hoc dicit quod id gratum eſſet Domino, qui omnia videt & cognoſcit. 7 Hebraiſmus, per manum



manum Samuelis, id eſt, internuntio Samuele. 8 Hebraiſmus, & ibi (erat) Iebuſæus habitatores terræ illius, id eſt, ibi habitabant Iebuſæi incolæ illius terræ. 9 id eſt, quæ poſtea dicta eſt Ciuitas-Dauidis. 10 id eſt, dux & imperator exercitus mei. 11 vel, in principio, id eſt, primus. 12 AEdificare pro inſtaurare. 13 id eſt, cinxit eam muro. 14 Platea erat inſignis in qua fiebant cœtus & congregationes, & conciones. 15 id eſt, vſque ad finem ipſius circuitus. 16 id eſt, tentoria & tabernacula circum domum regis. 17 vel, profecit. Hebraice, Et abijt Dauid eundo & creſcendo, id eſt, ab eo tempore Dauid creuit authoritate & dignitate. 18 factus eſt. 19 Iſti autem ſunt principes potentium, id eſt, fortium virorum. 20 Hebraiſmus, fortificauerunt ſe, id eſt, qui pro virili adiuuerunt eum. 21 id eſt, in negotio regni. 22 vel, Iſti autem ſunt (vel, fuerunt) de numero potentium. vel, fortium virorum. 23 princeps tertiorum, ſubaudi, à rege. Alia eſt lectio, princeps inter triginta, 24 vel, agitauit, quaſi dicat, hic in vno conflictu lancea ſua aggreſſus eſt trecentos viros quos interfecit. 25 vel, patrui eius. 26 potentes, id eſt, vnus ex tribus fortibus. Tres fuerunt qui dicti ſunt fortes, quod perrupto exercitu Palæſthinorum, attulerint aquam de ciſterna quæ erat in porta vrbis Beth-lehem. 27 Hebraiſmus, poſſeſsio. 28 In libro Regum hic ager dicitur fuiſſe plenus lenticulæ. Doctus inter Hebræos ſic ſoluit hunc locũ, ager ille abundauit hordeo & lenticula. Liber Regum meminit lenticulæ, hîc autem hordei. 29 ſubaudi, ipſe Eleazar & aliquot milites cum eo. 30 eripuerunt eam, ſubaudi, poſſeſsionem. 31 ſubaudi, populo ſuo. 32 Deſcribit aliud egregium facinus Eleazari quod illi commune erat cum alijs duobus. 33 ad rupem, id eſt, ad rupem in qua erat Dauid. 34 id eſt, in arce illa, quò ſe recipere ſolebat perſequente Saule. 35 vel, de ciſterna Beth-lehem quæ, &c. 36 vel, in porta illa, id eſt, in illa eleganti porta, aut munita, in qua erat fortaſſe præſidium Palæſthinorũ. 37 id eſt, coniecit eam in terram, & effudit eam in honorem Domini. 38 Hebraiſmus, Prohibitio fiat mihi à Domino, id eſt, authore Domino. 39 Hebraiſmus, à faciendo iſtud. 40 cum animabus eorum, id eſt, aquam quæ cum vitæ hominum iſtorum periculo allata eſt. 41 Hebraiſmus, quia cum animabus ſuis, &c. 42 id eſt, princeps illorum trium. 43 interfectos, id eſt, quos interfecit. 44 id eſt, virtute æquabat duos ex illis tribus. 45 vel, filij viri virium, id eſt, viri robuſti. 46 Hebraiſmus, & multi operis, id eſt, egregiorum facinorum patratoris. Poteſt referri ad Iehoiadam. 47 vel, duos fortiſsimos Moabitas: 48 ſubaudi, in ciſternam in quam deſcenderat leo quidam ferus. De inſigni quodam leone loquitur. erat fortaſſe hic leo notus, quod magnis incõmodis incolas illius regionis affeciſſet. 49 quam ſcilicet parauerant ad illum decipiendum. 50 ſubaudi, illius magnæ. 51 Hebraiſmus, menſuræ, ſubaudi, magnæ. 52 nempe quinque vlnarum. 53 id eſt, cum ſcipione illo quo ſolitus erat vti. 54 fortes, 55 ex triginta illis ipſe erat inclytus. vel, præ fortibus ac robuſtis ipſe erat inclytus. 56 Illos tres intelligit qui attulerunt aquam Dauidi ſitienti. 57 Hebraiſmus, ad auditum ſuum, id eſt, conſtituit eum ab auriculis: hoc eſt, fuit ipſi Dauid à conſilijs. Ita fere Hebræi. Quidam ex eis, poſuit eum ſuper homines obedientiæ ſuæ, id eſt, præfecit eum hominibus qui parebant ei: nempe ſuper Cerethæos & Pelethæos. hi erant Dauidi à corpore. 58 Hebraiſmus, fortes autem exercituum. ſub. fuerũt. i. Fortes in exercitu. vel, Fortes autẽ viribus fuerũt. 59 Nahale-gaas. 60 id eſt, quorũ vterq; erat Aroerita. vel, Sama & Iehiel filij Hotã Aroeritæ. vt ſit ſingulare pro plurali. 61 vel, Hatizitę. vt ad vtrunq; referatur. 62 Hebraiſmus, (de loco qui dicebatur) Mahauim, 63 Hebraiſmus, (de) Meſobaia.

## CAP. XII.

Qui tranſierint ad Dauid, cum adhuc fugeret Saulem.

HI quoque venerunt ad Dauid in Siceleg, cum ad- 1
huc fugeret Saul filium Cis, Qui erant fortiſsimi
& egregij pugnatores, ♀ tendentes arcũ, & vtra- 2
que manu fundis ſaxa iacientes, & dirigentes ſagittas: de
fratribus Saul ex tribu Beniamin. ♀ Princeps Ahiezer, & 3
Ioas filij Samaa Gabaathites: & Iaziel & Phallet filij Azmoth, & Baracha & Iehu Anathotites. ♀ Samaias quoq; 4
Gabaonites fortiſsimus inter triginta & ſuper triginta. Ieremias & Ieheziel & Iohanan & Iezabad Gaderothites.
♀ Et Eluzai & Ierimuth, & Baalia, & Samaria & Sapha- 5
tia Haruphites. ♀ Elcana & Ieſia & Azareel & Ioezer & 6
B Ieſbaam de Carehim. ♀ Ioela quoque & Zabadia filij Ie- 7
roham de Gedor. ♀ Sed & de Gaddi transfugerunt ad 8
Dauid, cum lateret in deſerto, viri robuſtiſsimi, & pugnatores optimi, tenentes clypeum & haſtam: facies eorum 9
quaſi facies leonis, & veloces quaſi capreæ in montibus. 10
♀ Ezer princeps, Obdias ſecundus, Eliab tertius, ♀ Maſ- 11
mana quartus, Ieremias quintus, ♀ Ethi ſextus, Eliel 12
ſeptimus, ♀ Iohanan octauus, Elzebad nonus, ♀ Ieremias 13
decimus, Machbanai vndecimus. ♀ Hi de filijs Gad prin- 14
cipes exercitus: nouiſsimus, centum militibus præerat,
& maximus mille. ♀ Iſti ſunt qui tranſierunt Iordanem 15
menſe primo, quando inundare conſueuit ſuper ripas
ſuas: & omnes fugauerunt qui morabantur in vallibus ad
C Orientalem plagam & Occidentalem. ♀ Venerunt autẽ 16
& de Beniamin & de Iuda ad præſidium in quo morabatur Dauid. ♀ Egreſſuſque eſt Dauid obuiam eis, & ait, Si 17
pacificè veniſtis ad me vt auxiliemini mihi, cor meũ iũgatur vobis. ſi autem inſidiamini mihi pro aduerſarijs meis,
cum ego iniquitatẽ in manibus non habeam, videat Deus
patrum noſtrorum, & iudicet. ♀ Spiritus verò Domini 18
induit Amaſai principem inter triginta, & ait, Tui ſumus
ô Dauid, & tecũ fili Iſai. Pax, pax tibi, & pax adiutoribus
tuis. te enim adiuuat Deus tuus. Suſcepit ergo eos Dauid,
& conſtituit principes turmæ. ♀ Porrò de Manaſſe tranſ- 19
fugerunt ad Dauid, quando veniebat cum Philiſthijm
aduerſus Saul, vt pugnaret: & non dimicauit cum eis, quia
inito conſilio remiſerunt eum principes Philiſthinorum,
D dicentes, Periculo capitis noſtri reuertetur ad dominum
ſuum Saul. ♀ Quando igitur reuerſus eſt in Siceleg, tranſ- 20
fugerũt ad eum de Manaſſe, Ednas, & Iozabad, & Iedihel,

Pax.
Adiutor Dauidis Deus,
1. Reg. 29. b

*HI venerunt ad Dauidem in Ziclag, 1 quum adhuc concluſus eſſet metu Saulis filij Kis:* Erantque *2 ex heroibus qui auxiliares [ei] fuerũt in rebus bellicis. Inſtructi autem erant arcu, 3 vtraq; valentes manu in lapidibus, & iaculis arcu, 4 de fratribus Saulis, [id eſt] ex Beniamin. 5 Præcipuus erat Ahieſer &* Ioas *filij Semaa Gibeathitæ, Ieſiel atq; Pelet filij Aſmaueth, Beracha & Iehu Anthotites. Iiſmaia Gibeonites 6 fortis inter illos triginta, & 7 ſuper trigĩta: Iirmeia Iahaſiel, Iohanã, & Ioſabad Gederathites. Elhuſi, Ierimoth, Bealia, Semarias, & Sephatias Haruphites. Elcana, Iiſia, Aſreel, Ioæſer, Iaſabeam 8 Hacorhim, Ioela, Sebadia, filij Ieroham de Gedur. De Gaditis quoque 9 ſegregati ſunt quidã ad Dauidẽ 10 [cũ eſſet] in præſidio deſerti, 11 heroes fortes, & viri militares 12 bello apti, 13 inſtructi lancea & conto: quorum facies, leonum facies referebant, & celeritate capreas in montibus. Eſer 14 præcipuus, Obadia ſecundus, Eliab tertius, quartus Maſmana, Ieremias quintus, Athai ſextus, Eliel ſeptimus, Iohanan octauus, Elſabad nonus, Ieremias decimus,* Machbo*nai vndecimus. Hi fuerunt ex filijs Gad principes exercitus, 15 minor ſuper centum, maior ſuper mille. Hi ſunt qui traiecerunt Iordanem menſe primo quum exundaret omnibus ripis ſuis, & fugarunt 16 omnes [habitatores] vallium ad Ortum & ad Occaſum. Venerunt quoque ex filijs Beniamin atque Iehuda ad præſidium Dauidis. Et Dauid obuiam eis egreſſus, 17 reſpondit & dixit ad eos, Si ad 18 ſalutẽ & ad auxilium ferendũ veniſtis ad me, 19 erit & cor meũ vnitum vobiſcum: ſi verò vt circũueniatis me, 20 hoſtibuſq; meis [tradatis.] 21 (qui ſim iniuriæ expers,) inſpiciat Deus patrum noſtrorum, 22 atq; [id] aperte prodat. Tum 23 ſpiritus induit ipſum Amaſai ducẽ 24 inter triginta, [vt diceret,] 25 Tibi ô Dauid, & 26 tecũ [erimus] ô fili Iſai, 27 Pacẽ [optamus,] pacẽ inquã tibi, & pacẽ auxiliaribus tuis: quandoquidẽ & Deus tuus auxilio tibi eſt. Suſcepit ergo eos Dauid, & conſtituit eos 28 capita manipulorũ. 29 Ceciderunt & quidã de Manaſſe ad Dauidẽ, quũ veniret cũ Paleſthinis in præliũ contra Saulẽ, tametſi opem 30 illis non 31 ferrent, quia ſatrapæ Paleſthinorũ 32 conſulto eum remittebant, dicẽtes, [Periculo] capitum noſtrorum 33 deficiet ad dominum ſuum Saulem. Ergo ex Manaſsitis ad eum 34 defecerunt quum proficiſceretur in Ziclag, Adna, Ioſabad, Iediael,*

*Michael,*

*Michael, Ioſabad, Elihu, & Zilthai 35 tribuni Manaßitarum. Et hi opem tulerunt Dauidi contra 36 graſſatores: quandoquidem omnes illi 37 heroes fortes fuerunt, factique ſunt imperatores exercitus. 38 & tum ſingulis diebus veniebant ad Dauidem qui ei ſuppetias ferrent, 39 donec fieret exercitus ingens inſtar exercitus Dei. 40 Atque hic eſt numerus principum 41 qui inſtructi erant ad prælium, quiq; venerunt ad Dauidem in Hebron, vt 42 reducerent regnum Saulis ad eum iuxta imperium Domini. Filiorum Iehuda qui ferebant 43 lanceam & contum, ſex millia & octingenti, accincti armis ad prælium. Filiorum Simeon 44 heroum fortium ad pugnam, ſeptem millia centum. De filijs [tribus] Leui, quatuor millia ſexcenti. Iehoiada quoque 45 princeps [de ſtirpe] Aharonis, & cum eo tria millia ſeptingenti. Et Zadoc iuuenis 46 heros fortis, & domus patris eius 47 principes vigintiduo. De filijs Beniamin 48 fratribus Saulis, tria millia: adhuc enim 49 & vſque ad illud tempus multi ex eis 50 obſeruabant cuſtodiam domus Saulis. Porrò de filijs Ephraim, viginti millia & octingenti 51 heroum fortißimorum, qui inſignes fuerunt 52 in domo patrum ſuorum. Ex dimidia tribu Manaſſe, decem & octo millia [virorum,] qui 53 recenſiti nominibus venerunt ad inaugurandum Dauidem regem. Ex filijs Iſaſchar item ducenti principes gnari 54 temporum, & periti quid faciendum eſſet Iſraeli, à quorum ore omnes fratres eorum 55 [pendebant.] De Zebulon verò quinquaginta millia, eorum qui ad bellum egredi [poterant,] 56 & inſtructi erant omni armorum bellicorum genere, ad congreſſum, idq; haud duplici corde. De Naphtali [venerunt] principes mille, cumq; eis trigintaſeptem millia cum lancea & haſta. Ex Danitis 57 eorum qui inſtructi erant ad bellum, vigintiocto millia, & ſexcenti. De Aſer verò, eorum qui apti erant bello, & 57 inſtructi in aciem, quadraginta millia. Porrò trans Iordanem de Rubenitis, Gaditis, atque dimidia tribu Manaſſe, centum & viginti millia, omni armorum bellicorum genere [inſtructa.] Hi omnes viri bellicoſi & 58 inſtruentes aciem, corde 59 integro venerunt in Hebron, vt conſtituerent Dauidem regem ſuper omnem Iſraelem. quin & cuncti reliqui Iſraelitæ 60 [venerunt] vno corde, vt conſtituerent Dauidem regem. Fueruntq; 61 illic apud Dauidem tribus diebus, edentes & bibentes: 62 præparauerant enim eis 63 fratres eorum. Sed & qui illis vicini erant vſque ad Iſaſchar, Zebulon & Naphtali, afferebant panem aſinis, camelis, mulis & bobus, 64 cibum farinaceum, maſſas 65 ficuum, & ligaturas vuarum paſſarum, vinum & oleum, boues & oues 66 abūde ſatis. erat enim 67 gaudiū in Iſraele.*

& Michael [a] & Ednas & Iozabad, & Eliu, & Salathi, prin
21 cipes [b] militum in Manaſſe. ¶ Hi præbuerunt auxilium [b] millium
Dauid aduerſus latrunculos: omnes enim erant viri for-
22 tiſsimi, & facti ſunt principes in exercitu. ¶ ſed & per
ſingulos dies veniebant ad Dauid ad auxiliandum ei,
vſque dum fieret grandis numerus, quaſi exercitus Dei.
23 ¶ Iſte quoque eſt numerus principum exercitus, qui ve- Numerus eorū
nerunt ad Dauid, cum eſſet in Hebron, vt transferrent qui erant cum
24 regnum Saul ad eum, iuxta verbum Domini. ¶ Filij Dauide vt con
Iuda portantes clypeum & haſtam, ſex millia octin- ſtituerent eum
25 genti expediti ad prælium. ¶ De filijs Simeon virorum regem.
fortiſsimorum ad pugnandum, ſeptem millia centum.
26 ¶ De filijs Leui, quatuor millia ſexcenti. ¶ Ioiada quo- E
27 que princeps de ſtirpe Aaron, & cum eo tria millia ſeptin
28 genti. ¶ Sadoc etiam puer egregiæ indolis, & domus
29 patris eius, principes vigintiduo. ¶ De filijs autem Ben-
iamin fratribus Saul, tria millia. magna enim pars eorum
30 adhuc ſequebatur domum Saul. ¶ Porrò de filijs E-
phraim viginti millia octingenti, fortiſsimi robore, viri
31 nominati in cognationibus ſuis. ¶ Et ex dimidia tribu
Manaſſe, decem & octo millia, ſinguli per nomina ſua
32 venerunt vt conſtituerent regem Dauid. ¶ De filijs
quoque Iſſachar viri eruditi qui nouerant ſingula tem-
pora, ad præcipiendum quid facere deberet Iſrael, prin-
cipes ducenti: omnis autem reliqua tribus, eorum conſi- F
33 lium ſequebatur. ¶ Porrò de Zabulon qui egredieban-
tur ad prælium, & ſtabant in acie inſtructi armis bellicis,
quinquaginta millia venerunt in auxilium, non in corde
34 duplici. ¶ Et de Nephthali, principes mille: & cum
eis inſtructi clypeo & haſta, triginta & ſeptem millia.
35 ¶ De Dan etiam præparati ad prælium, vigintiocto mil-
36 lia ſexcenti. ¶ Et de Aſer egredientes ad pugnam, & in
37 acie prouocantes quadraginta millia. ¶ Trans Iorda-
nem autem de filijs Ruben, & de Gad, & dimidia parte
tribus Manaſſe inſtructi armis bellicis, centum viginti
38 millia. ¶ Omnes iſti viri bellatores expediti ad pugnan- G
dum, corde perfecto venerunt in Hebron, vt conſtitue-
rent regem Dauid ſuper vniuerſum Iſrael: ſed & omnes Numerus exercitus Dauidis
reliqui ex Iſrael, vno corde erant vt rex fieret Dauid. 322822.
39 ¶ Fueruntque ibi apud Dauid tribus diebus comeden-
40 tes & bibentes. præparauerant enim eis fratres ſui. ¶ Sed
& qui iuxta eos erant, vſque ad Iſſachar & Zabulon &
Nephthali, afferebant panes in aſinis, & camelis, & mu-
lis, & bobus ad veſcendum: farinam, palathas, vuam paſ-
ſam, vinum, oleum, boues, arietes ad omnem copiam.
gaudium quippe erat in Iſrael.

## SCHOLIA IN CAP. XII.

1 Id eſt, dum adhuc contineret ſe in Siceleg. 2 Hebraiſmus, inter potentes auxiliatores belli, id eſt, Erant de numero virorum fortium qui ferre ſolebant opem Dauidi in bello. q. d. Hi ſe adiunxerunt ſocios Dauidi in eo prælio cōtra Saulem. 3 id eſt, vtraque manu vtentes in miſsione lapidum funda, & miſsione ſagittarum arcu. q. d. optime mittebant lapides & ſagittas. 4 id eſt, ex contribulibus & cognatis. 5 vel, Princeps 6 vel, fortis inter triginta. ſub. fortiſsimos. 7 id eſt, præerat illis. 8 Coritæ, id eſt, de cognatione Coræ. 9 ſeparauerunt ſeſe. ſub. à Saule, & profugerūt ad &c. 10 vel, ad arcem. ſiue, ad præſidiū. 11 potentes viribus, ſubaudi, bellicis. 12 Hebraiſmus, ad bellum, ſubaudi, gerendum apti. ſiue, ad inſtruēdam aciem. 13 Hebraiſmus, diſponentes clypeum & ſcutum, id eſt, in acie vtentes clypeo & ſcuto. 14 dux, ſubaudi, illorum fuit. 15 Hebraiſmus, vnus (ex illis) pro centum, nempe minimus: & maximus pro mille, id eſt, minimus illorum poterat reſiſtere centum: maximus verò poterat reſiſtere mille. 16 id eſt, omnes qui habitabant in vallibus ad Orientem Iordanis, & ad Occidentem. nihil eos terruit plenus Iordanis: qui circa meſſem non ſolet capi ſuis ripis. Vide Ioſue 3. 17 id eſt, loquutus eſt. 18 pacem, id eſt, pacis cauſa. 19 erit mihi ſuper vos animus in vnum, id eſt, ero vobiſcum eiuſdem animi, eadem erit mihi voluntas quæ vobis. vel, ſit animus meus vobiſcum. q. d. percutiamus ſimul fœdus. 20 Hebraiſmus, propter aduerſarios meos, id eſt, in gratiam aduerſariorum meorum. 21 Hebraiſmus, abſque iniquitate in manibus meis, id eſt, quum nihil inique agam. 22 & arguat. ſiue increpet. 23 ſubaudi, audaciæ. 24 vel, illorum potentium, 25 id eſt, Tecum, ſubaudi, ſumus. 26 id eſt, tibi fauebimus. 27 Hebraiſmus, Pax, pax tibi, (ſubaudi, eſt,) & pax adiutori tuo, id eſt, Multa pax tibi eſt, ſiue ſit. q. d. Res tuæ ſunt in optimo ſtatu, & res eorum qui ſtant à te. 28 Hebraiſmus, inter principes turmæ. ſiue exercitus, ſubaudi, illius qui cum eo erat. Multitudinem eorum qui confugerant ad Dauid, vocat Guedur, id eſt, turmam ſiue exercitum. 29 Transfugerunt. 30 ſubaudi, Palæſthinis. 31 ſubaudi, Dauid, & qui cum eo erant. 32 conſilio inito. 33 transfugiet. ſubaudi, à nobis. 34 transfugerunt. 35 Hebraiſmus, principes millium. 36 turmam illam, ſubaudi, Amalecitarum. loquitur de turma nota & inſigni, nempe ea quæ ſpoliauerat Siceleg. 37 Hebraiſmus, potentes viribus. 38 etenim. 39 id eſt, vſque dum exercitus eius factus eſſet exercitus maximus. 40 Deſcribuntur qui ex ſingulis tribubus defecerunt ad Dauidem. Deſcribuntur autem hic numeri particulares, non vniuerſales. 41 qui lumbos inſtructos armis habebant 42 vel, transferrent. 43 clypeum & haſtā. 44 præditorum viribus, id eſt, fortiſsimorum. 45 ſubaudi, Aaronitarum. 46 potens viribus, (ſubaudi, venit:) & (de) domo &c. 47 ſubaudi, venerunt. 48 id eſt, cognatis & conſanguineis. ſubaudi, venerunt. 49 Hebraiſmus, & ecce. 50 id eſt, ſequebantur partes domus Saulis. 51 potentium viribus, 52 id eſt, in ſuis familijs.



53 deſignati fuerant nominibus, id eſt, qui nomina dederant. 54 vt venirent ad conſtituendum 55 vel, occaſionum, id eſt, ſcientes quo tempore quidque eſſet gerendum, captatis occaſionibus. 55 ſubaudiendum potius, operabantur. 56 Hebraiſmus, diſponentes bellum cum omnibus inſtrumentis belli, & erant ad pugnandum abſque corde & corde, id eſt, in acie pugnantes omnibus armis bellicis: quique parati erant pugnare abſque duplicitate cordis, hoc eſt puro & ſyncero corde. 57 Hebraiſmus, ad diſponendam aciem, id eſt, qui in acie ordinata pugnarent, hoc eſt qui nouerant pugnare in ordine ſuo acie inſtructa. 58 id eſt, ordinem ſuum in acie inſtructa ſeruantes. vel, in acie inſtructa pugnantes. 59 vel, perfecto, id eſt, candido. 60 Hebraiſmus, vnum cor erat (ei) ad conſtituendum &c. q. d. Reliquus populus conſentiebat vt Dauid conſtitueretur rex. 61 ſubaudi, in Hebron. 62 ſub. cibos. 63 id eſt, alij Iſraelitæ. 64 in cibū: (&) farinam. 65 ſiue, carycarum. 66 in magna copia. 67 ſubaudi, magnum.

## CAP. XIII.

Reducitur arca de Cariath-iarim. INijt autem conſilium Dauid cum tribunis & cēturio- 1
nibus, & vniuerſis principibus, ¶ & ait ad omnem 2
cœtum Iſrael, Si placet vobis, & à Domino Deo no-
ſtro [a] egredietur ſermo quem loquor: mittamus ad fratres [a] egreditur (præſ. tem.
noſtros reliquos in vniuerſas regiones Iſrael, & ad ſacer-
dotes & Leuitas qui habitant in ſuburbanis vrbiū, vt con-
gregentur ad nos, ¶ Et reducamus arcam Dei noſtri ad 3
B nos: non enim requiſiuimus eam in diebus Saul. ¶ Et 4
reſpondit vniuerſa multitudo vt ita fieret: placuerat enim
ſermo omni populo. ¶ Congregauit ergo Dauid cun- 5
1. Regum. 6. a. ctum Iſrael à Sihor AEgypti, vſq; dū egrediaris Emath,
vt adduceret arcam Dei de Cariath-iarim. ¶ Et aſcendit 6
Dauid & omnis [b] vir Iſrael ad collem Cariath-iarim, qui
eſt in Iuda, vt afferret inde arcam Domini Dei ſedentis
ſuper cherubim, vbi inuocatum eſt nomen eius. ¶ Impo 7
ſueruntq; arcam Dei ſuper plauſtrum nouum, de domo
C Aminadab: Oza autem, & frater eius minabant plauſtrū.
¶ Porrò Dauid & vniuerſus Iſrael, ludebant coram Deo 8
omni virtute, in canticis & in citharis, & pſalterijs, & tym
panis, & cymbalis, & tubis. ¶ Cum autem perueniſſent 9
ad Aream-chidon, tetendit Oza manum ſuam, vt ſuſten-
taret arcam: bos quippe laſciuiens, paululum inclinauerat
Oza occiſus à Deo, quòd arcā attigiſſet. eam. ¶ Iratus eſt itaque Dominus contra Ozam, & per- 10
cuſsit eum, eo quòd tetigiſſet arcam, & mortuus eſt ibi co
Nume. 4. b. D ram Deo. ¶ Contriſtatuſque eſt Dauid, eo quòd diui- 11
ſiſſet Dominus Ozam: vocauitque locum illum Diuiſio-
Ozæ, vſque in præſentem diem. ¶ Et timuit Deum tūc 12
temporis, dicens, Quomodo poſſum ad me introducere
arcam Dei? ¶ Et ob hanc cauſam non adduxit eam ad 13
ſe, hoc eſt in Ciuitatem-Dauid, ſed auertit in domum
Obed-edom Gethæi. ¶ Manſit ergo arca Dei in domo 14
Obed-edom tribus menſibus: & benedixit Dominus do-
mui eius, & omnibus quæ habebat.

## CAP. XIII.

*DAuid autē iniji conſilium 1 cum tribunis & centurionibus, 2 & cum omnibus principibus. Dixitq; Dauid ad omnem cœtum Iſraelis, Si vobis bonum [videtur] & 3 à Domino Deo noſtro [eſt,] 4 paßim mittemus ad fratres noſtros qui reliqui ſunt in omnibus terris Iſraeliticis (5 & cum his ad ſacerdotes & Leuitas qui ſunt in ciuitatibus ſuis ſuburbanis) vt congregentur ad nos, 6 Reducamuſq; arcam Dei noſtri 7 ad nos: quoniam non requiſiuimus eam 8 à diebus Saulis. Dixerunt autem omnes qui erant in cœtu, 9 vt faceret ſic: nam 10 id videbatur rectum vniuerſo populo. 11 Conuocauit ergo Dauid vniuerſum Iſraelem à 12 Sihor AEgypti, vſque 13 dum venitur Hamath, vt adducerent arcam Dei 14 de Kiriath-iearim. Aſcendit ergo Dauid & omnis domus Iſrael 15 in aſcenſu Kiriath-iearim, quæ eſt in Iehuda, vt 16 illinc transferrent arcam Domini Dei habitantis inter cherubim, 17 vbi nomen [eius] inuocatur. Vexerunt autem arcam Dei ſuper plauſtro nouo de domo Abinadab, 18 Vſa verò & Ahio duxerunt plauſtrū. Porrò Dauid & vniuerſus Iſrael 19 ludebant 20 corā Deo totis viribus, cāticis, citharis, nablis, tympanis, cymbalis atq; tubis. Quumq; veniſſent in 21 aream Chidon, miſit Vſa manum ſuam ad arcā vt 22 teneret eam, (23 declinabant enim boues,) & incanduit furor Domini in Vſam, 24 percuſsitq; eum, quòd miſiſſet manū ſuā in arcam, mortuuſq; eſt ibi 25 coram Deo. Et 26 exæſtuauit Dauid dolore, quòd 27 Dñs dirupiſſet rupturā in Vſa: & 28 vocauit locum eundē 29 Perez Vſæ, in hunc vſque diē. Et timēs Dauid Dominum eodē die, dixit, Quomodo introducerē ad me arcā Dei? & non deduxit Dauid arcā ad ſe, id eſt in ciuitatē Dauidis, ſed abduxit eam ad domū Obed-edom Githæi. Et manſit arca ipſius Dei 30 in domo Obed-edom, nempe in domo eius tribus menſibus: & fortunauit Dominus domum Obed-edom, & omnia quæ habebat.*

## SCHOLIA IN CAP. XIII.

1 Hebraiſmus, cum principibus millium, 2 Hebraiſmus, per omnes principes. q. d. nullo excepto. 3 id eſt, placuerit Domino, ſiue ei rei fauerit quam molimur. 4 Hebraiſmus, diuidemus, mittemus, id eſt, varios ac diuerſos nuntios mittemus. q. d. mittemus nuntios huc & illuc. 5 (cum illis autem (remanſerunt, vel ſunt) ſacerdotes & Leuitæ in vrbibus ſuburbanorum ipſorum. vel, in vrbibus (&) ſuburbanis ſuis. Omnes ſacerdotes ſunt Leuitæ, non contra. non enim omnes Leuitæ ſacerdotes. propterea dicit ſacerdotes & alios Leuitas. 6 Vt reducamus 7 id eſt, in Ieruſalem. 8 tempore &c. Nam ſub Saule fuit capta & deducta in Semes. Vide 1. Reg. 7. 9 id eſt, ita eſſe faciendum. 10 Hebraiſmus, recta (fuit) res in oculis totius populi, id eſt, ſummopere placuit populo. 11 ſubaudi, per nuntios. 12 id eſt, Niger & turbidus. ita dicitur Nilus, quòd aquas turbidas trahere ſoleat. 13 ad introitum 14 de filia Iearim, id eſt, de Gabaa vrbe quæ proxima erat vrbi quæ dicebatur Iearim, & illinc deducta fuit in Gabaa. Forte Gabaa erat ſub ditione Iearim: propterea vocat filiam Iearim. 15 ad Bahala, (id eſt) in filiam Iearim. Filia Iearim aliter dicebatur Bahala, vt videre eſt ex Ioſue cap. 15. & 2. Reg. 6, hæc eadem vrbs dicitur Bahale Iuda. 16 id eſt, ex ea regione. 17 Hebraiſmus, ſuper quam inuocatum eſt nomen. ſubaudi, Domini. 18 Iſti fuerunt fratres Abinadab. 19 id eſt, lætitiam magnam geſtibus corporum præ ſe ferebant. 20 id eſt, ante arcam Dei. 21 2. Reg. 6. a, dicitur Arca Nachon. 22 vel, ſuſtentaret 23 q. d. non incedebant recta via, propterea videbatur arca nutare. Chaldæus paraph. quia inclinari arcam fecerant boues. Interpretes tamen Hebræorum exponunt, quia diſſoluebantur boues, aut viribus deſtituebantur: vel, quia videbantur deſtitui viribus, & non poſſe ferre arcam. hoc dicit, quia Leuitarum erat ferre arcam. 24 id eſt, interfecit. 25 id eſt, coram arca Dei. 26 ægretulit Dauid 27 diuiſiſſet Dominus diuiſionem, id eſt, interemiſſet Deus Vſam, ſeparando animam eius à corpore. 28 ſubaudi, ille qui vocauit. 29 id eſt, diuiſio Vſæ, quaſi dicat, locus in quo Vſa vitam amiſit. 30 Alij ſic, in familia Obed-edom, in domo eius. 31 Hebraiſmus, benedixit &c. quaſi dicat, tota familia vnà cum re domeſtica, bene habuit propter arcam Dei.

## CAP. XIIII.

Hiram mittit ligna & artifices, ad extructionē domus Dauidis. MIſit quoque Hiram rex Tyri nuntios ad Da- 1
uid, & ligna cedrina, & artifices parietū ligno-
rumque: vt ædificarent ei domum. ¶ Cogno 2
uitque Dauid eo quòd confirmaſſet eum Dominus in re-
gem ſuper Iſrael, & ſubleuatum eſt regnum ſuum ſuper

## CAP. XIIII.

*MIſit autem Hiram rex Zor legatos ad Dauidem, ſimulq; ligna cedrina, fabros 1 murarios, & fabros lignarios, ad ædificandum 2 ei domum. Et 3 cognoſcens Dauid quod Dominus confirmaſſet eum regem ſuper Iſraelem, quodq; 4 exaltatum eſſet regnum eius propter populum*

*populum ſuum Iſraelem, Duxit Dauid adhuc vxores in Ieruſalem, & genuit Dauid 5 plures filios & filias. Et hæc ſunt nomina natorum quos habuit in Ieruſalem: Sammua, Sobab, Nathan, & Solomon. Gibhar, Eliſua, Elpalet. Noga, Negeph, Iaphia, Eliſama, 6 Beeliada & Eliphalet. Audientes autem Paleſthini quòd vnctus eſſet Dauid rex ſuper vniuerſum Iſraelem, aſcenderunt cuncti Paleſthini 7 vt quærerent Dauidem. hoc quum audiſſet Dauid, egreſſus eſt ante eos. ( 8 Venerunt ergo Paleſthini, & diffuderunt ſe in valle Rephaim.) Conſuluit igitur Dauid Dominum, dicens, Aſcendamne contra Paleſthinos? tradeſne eos in manum meam? tum Dominus dixit ei, Aſcende, & dabo eos in manus tuas. 9 Aſcendit itaque in 10 Baal-peraZim, & illic 11 percuſsit eos Dauid: & dixit Dauid, 12 Diſsipauit Dominus hoſtes meos per manum meam 13 quemadmodum aquæ diſsipantur: ob hoc vocarunt nomen illius loci Baal-peraZim. Reliquerunt autem illic deos ſuos, dixitq; Dauid 14 vt comburerent eos igni. Rurſum autem quum 15 facerent irruptionem Paleſthini in vallem, Conſuluit & Dauid rurſus Deum. tum dixit ei Deus, Ne aſcendas poſt eos, ſed 16 reflecte ab eis, vt venias ad eos eregione mororum. Quumq; audieris 17 ſonitum inceſſus in apicibus mororum, tum erumpe in prælium: nam [tū] egreſſus erit 18 Deus ante te, vt percutiat caſtra Paleſthinorum. Dauid ergo fecit quemadmodum præceperat ei Deus, & percuſſerunt caſtra Paleſthinorum à Gibeon vſque Gaſra. Celebre itaque factum eſt nomen Dauidis in omnibus illis terris, 19 deditque Dominus pauorem eius ſuper omnes gentes.*

3 populum eius Iſrael. ¶ Accepit quoq; Dauid alias vxo- 2.reg.5.b
4 res in Ieruſalem: genuitque filios & filias. ¶ Et hæc no- Dauidis plures
mina eorum qui nati ſunt *in Ieruſalem: Samua & Sobab, vxores.
5 Nathan & Salomon, ¶ Iebahar, & Eliſua, & Eliphalet, B *ei
6 ¶ Noga quoque, & Napheg, & Iaphia, ¶ Eliſama, &
7 Baal-iada, & Eliphalet. ¶ Audientes autem Philiſthijm David conſulto
8 eo quòd vnctus eſſet Dauid in regem ſuper vniuerſum Domino vincit
Iſrael, aſcenderunt omnes vt quærerent eum: quod cum Philiſthæos.
9 audiſſet Dauid, egreſſus eſt obuiam eis. ¶ ( Porrò Phili- 2.reg.5.c.d.
10 ſthijm veniētes, diffuſi ſunt in Valle-raphaim.) ¶ Conſu-
luitq; Dauid Dominum, dicēs, Si aſcendā ad Philiſthæos, C
& ſi trades eos in manu mea? & dixit ei Dominus, Aſcen-
11 de, & tradam eos in manu tua. ¶ Cumque illi aſcendiſ-
ſent in Baal-pharaſim, percuſsit eos ibi Dauid, & dixit,
Diuiſit Deus inimicos meos per manum meam, ſicut diui
duntur aquæ. & idcirco vocatum eſt nomen illius loci,
12 Baal-pharaſim. ¶ Dereliqueruntque ibi deos ſuos, quos
13 Dauid iuſsit exuri. ¶ Alia autem vice Philiſthijm irrue- Rurſum præ-
14 runt, & diffuſi ſunt in valle. ¶ Conſuluitque rurſum liante Deo, de-
Dauid Deum: & dixit ei Deus, Non aſcendas poſt eos, bellat eos.
recede ab eis, & venies contra illos ex aduerſo pyrorum. D
15 ¶ Cumque audieris ſonitum gradientis in cacumine py-
rorum, tunc egredieris ad bellum. egreſſus eſt enim
16 Deus ante te, vt percutiat caſtra Philiſthijm. ¶ Fecit
ergo Dauid ſicut præceperat ei Deus, & percuſsit caſtra
17 Philiſthinorum, de Gabaon vſque Gazera. ¶ Diuulga-
tumq; eſt nomen Dauid in vniuerſis regionibus, & Domi
nus dedit pauorem eius ſuper omnes gentes.

## SCHOLIA IN CAP. XIIII.

1 Vel, parietum, id eſt, lapidum quibus conſtabant parietes. 2 ſubaudi, Dauidi. 3 agnoſcens 4 eleuatum eſſet ſurſum verſus, id eſt, eleuatum in magnam dignitatem. 5 Hebraiſmus, adhuc 6 Hic dicitur Eliada, 2. Regum.5.b. 7 q.d. vt inuentum regno pellerent. 8 potius, Venerant, & diffuderant &c. vel, palantes irruerant, id eſt, palantes graſſabantur in valle gigantum. 9 Hebraiſmus, Aſcenderunt, ſub. Dauid & milites eius. 10 Hic per anticipationem ſic vocatur locus: nam poſtea imponitur nomen. ſignificat autem idolum diuiſionum. Chaldæus paraphr. planitiem rupturarum. 11 id eſt, interemit. ita Chaldæus paraphr. 12 Diuiſit Deus, id eſt, Fregit & rupit Deus aciem inimicorum meorum mea opera. 13 inſtar rupturæ aquarum. q. d. vt amnis inundans rupto aggere obruit agros vicinos, ſic Dauid oppreſsit exercitum Palæſthinorum. Chaldæus paraphr. per diuiſionem aquarum intellexit vas fictile plenum aqua, ſic, Vt frangi ſolet vas teſtaceum plenum aqua: nempe quo rupto aqua effunditur. 14 & combuſſerunt &c. ſubaudiendum, ſic dixit ſiue præcepit Dauid vt comburerentur, & combuſti ſunt ſecundum præceptum eius. 15 palantes graſſarentur Palæſthini in ea valle, 16 vel, diuerte 17 id eſt, ſtrepitum angelorum incedentium. 18 id eſt, angelus Domini, vt exponit Chaldæus paraphraſtes, nam quod Deus per angelos facit, dicitur id facere. 19 id eſt, fecit vt omnes illæ gentes timerent ſibi à Dauide; reddidit eum formidabilem.

## CAP. XV.

*FEcit autem ſibi domos in ciuitate Dauidis, & parauit locum arcæ Dei, & tetendit ei 1 tentorium. Tunc 2 dixit Dauid, 3 Arca Dei portari non debet niſi à Leuitis: illos enim elegit Dominus vt portent arcam Domini, & miniſtrent ei perpetuo. Et congregauit Dauid vniuerſum Iſraelem Ieroſolyma, vt transferret arcam Domini ad 4 locum ſuum [quem] præparauerat ei. Collegit quoque Dauid filios Aharonis & Leuitas. Ex filijs Cahath 5 [erat] Vriel princeps & 6 fratres eius, centum atque viginti. Ex filijs Merari, Aſaia princeps & fratres eius, ducenti atque viginti. Ex filijs Gerſom, Ioel princeps & fratres eius, cētum & triginta. Ex filijs EliZaphā, Semaia princeps & fratres eius, ducenti. De filijs Hebron, Eliel princeps & fratres eius, octoginta. 7 De filijs Vſiel, Aminadab princeps & fratres eius, centū atque duodecim. Porrò Dauid vocauit Zadoc & Abiathar ſacerdotes, atque Leuitas, Vriel, Aſaiam, Ioel, Semaiam, Eliel atque Aminadab, Et dixit ad eos, Vos qui eſtis 8 præcipui patres inter Leuitas 9 ſanctificate voſipſos atque 10 fratres veſtros, & transferte arcam Domini Dei Iſraelis ad [locum] quem ei præparaui. Quandoquidem enim 11 hoc ab initio non [feciſtis,] 12 rupturam in nobis fecit Dominus Deus noſter, quia non [ſolicite] requiſiuimus 13 eum quemadmodū oportuit. Sanctificati igitur ſunt ſacerdotes & Leuitæ, vt 14 adducerent arcam Domini Dei Iſraelis. Portaruntq; 15 filij Leuitarum arcam Dei, ſicut 16 præ-*

## CAP. XV.

1 FEcit quoque ſibi domos in Ciuitate-Dauid: & ædi- Soli Leuitæ ar-
ficauit locum arcæ Dei, tetenditque ei tabernacu- cam geſtare de-
2 lum. ¶ Tunc dixit Dauid, Illicitum eſt vt à quo- bebant. num.4.
cunque portetur arca Dei, niſi à Leuitis: quos elegit Do- a.b.
minus ad portandum eam, & ad miniſtrandum ſibi, vſque
3 in æternum. ¶ Congregauitque vniuerſum Iſrael in
Ieruſalem, vt afferretur arca *Dei in locum ſuum quem *Domini
4 præparauerat ei. ¶ Necnon & filios Aaron & Leuitas.
5 ¶ De filijs Caath, Vriel princeps fuit: & fratres eius cen-
6 tum viginti. ¶ De filijs Merari, Aſaia princeps: & fra-
7 tres eius ducenti viginti. ¶ De filijs Gerſom, Ioel prin-
8 ceps: & fratres eius centum triginta. ¶ De filijs Eliſa-
9 pham, Semeias princeps: & fratres eius ducenti. ¶ De
filijs Hebron Eliel princeps: & fratres eius octoginta.
10 ¶ De filijs Oziel, Aminadab princeps: & fratres eius cen- B
11 tum duodecim. ¶ Vocauitq; Dauid Sadoc & Abiathar
ſacerdotes, & Leuitas, Vriel, Aſaiam, Ioel, Semeiā, Eliel,
12 & Aminadab. ¶ Et dixit ad eos, Vos qui eſtis principes
familiarum Leuiticarum, ſanctificamini cum fratribus ve-
ſtris, & afferte arcam Domini Dei Iſrael ad locum qui
13 ei præparatus eſt: ¶ ne vt à principio, quia non eratis Suprà.13.d.
præſentes, percuſsit nos Dominus: ſic & nunc fiat, illici-
14 tum quid nobis agentibus. ¶ Sanctificati ſunt ergo Arca reducitur
ſacerdotes & Leuitæ, vt portarent arcam Domini Dei à Leuitis cum
15 Iſrael. ¶ Et tulerunt filij Leui arcam Dei, ſicut præ- canticis.
ceperat



Nume.4.b. ceperat Moyſes iuxta verbum Domini, humeris ſuis, in
vectibus. ¶ Dixitque Dauid principibus Leuitarum vt 16
conſtituerent de fratribus ſuis cantores in organis muſi-
corum, nablis videlicet, & lyris & cymbalis, vt reſonaret
in excelſis ſonitus lætitiæ. ¶ Conſtitueruntque Leui- 17
tas: Heman filium Ioel, & de fratribus eius Aſaph filium
Barachiæ. de filijs verò Merari, fratribus eorum: Ethan
filium Caſaiæ. ¶ Et cum eis fratres eorum, in ſecundo 18
ordine Zachariam & Ben & Iaziel & Semiramoth, &
Iahiel, & Ani, Eliab & Banaiam & Maaſiam & Matha-
C thiam & Eliphalu & Maceniam & Obed-edom & Iehiel,
Cantores, Heman, Aſaph, Ethan. ianitores. ¶ Porrò cantores, Heman, Aſaph, & Ethā. in 19
cymbalis æneis concrepantes: ¶ Zacharias autem & 20
Oziel, & Semiramoth & Iahiel & Ani & Eliab & Maa-
ſias & Banaias in nablis arcana cantabant. ¶ Porrò Ma- 21
thathias & Eliphalu & Macenias & Obed-edom & Ie-
hiel & Ozaziu: in citharis pro octaua canebant epiniciō.
¶ Chonenias autem princeps Leuitarum, prophetiæ 22
præerat, & ad præcinendam melodiam: erat quippe val-
de ſapiens. ¶ Et Barachias & Elcana: ianitores arcæ. 23
¶ Porrò Sebenias & Ioſaphat & Nathanael & Amaſai 24
& Zacharias & Banaias & Eliezer ſacerdotes, clange-
bant tubis coram arca Dei. Et Obed-edom & Iehias erāt
D ianitores arcæ. ¶ Igitur Dauid & *omnes maiores natu 25
Lætitia ingens in reducenda arca. 2.reg.6.c Iſrael & tribuni, ierunt ad deportandam arcam fœderis
Domini de domo Obed-edom cum lætitia. ¶ Cumque 26
adiuuiſſet Deus Leuitas qui portabant arcam *fœderis
Domini, immolabantur ſeptem tauri & ſeptem arietes.
¶ Porrò Dauid erat indutus ſtola byſsina, & vniuerſi 27
Leuitæ qui portabant arcam, cantoreſque, & Chonenias
*etiam princeps prophetiæ inter cantores: Dauid autem *indu-
tus erat ephod lineo. ¶ Vniuerſuſque Iſrael deduce- 28
bant arcam fœderis Domini in iubilo, & ſonitu buccinæ,
& tubis, & cymbalis, & nablis & citharis concrepantes.
¶ Cumque perueniſſet arca fœderis Domini vſque ad 29
Dauid ſaltans deſpicitur à Michol. Ciuitatem-Dauid, Michol filia Saul proſpiciens per fe-
neſtram, vidit regem Dauid ſaltantem atque ludentem,
& deſpexit eum in corde ſuo.

*ceperat Moſes iuxta verbum Domini; humeris ſuis impoſitis vectibus. Præcepit inſuper Dauid 17 principibus Leuitarum, vt conſtituerent de fratribus ſuis qui cantarent inſtrumentis muſicis, nablis ſcilicet, citharis & cymbalis, ſonitum ederent, attollerentq; vocem 18 in lætitia. Conſtituerunt autem Leuitæ ipſum Heman filium Ioel, & de 19 fratribus eius Aſaph filium Berechiæ. & de filijs Merari & fratribus eorum Ethan filium Cuſaia. Et cum eis, fratres eorum 20 ſecundi ordinis, Sachariam 21 filium Iaaſielis, Semiramoth, Iebiel, Vnni, Eliab, Benaia Maaſeia, Mathitia, Eliphale, Micneia, Obed-edom, & Iebiel ianitores. Cantores igitur, Heman, Aſaph, & Ethan 22 reſonabant cymbalis æneis. Sacharias autem, Aſiel, Semiramoth, Iehiel, Vnni, Eliab, Maaſeia, & Benaia, in nablis ſuper 23 alamoth. Porrò Mathitias, Eliphale, Micneia, Obed-edom, Iebiel & Aſaſia [ludebant] citharis 24 ſuper octaua 25 ad incitandum. Kenania princeps erat Leuitarum in 26 latione: ipſe enim 27 moderabatur lationem, quoniam 28 prudens erat. Berechias autem & Elcana 29 erant ianitores arcæ. Et Sebanias, Iehoſaphat, Nethaneel, Amaſai, Sacharias, Benaia & Elieſer ſacerdotes canebant tubis coram arca Dei. Obed-edom & Iebia erant 30 ianitores arcæ. Dauid autem & ſeniores Iſraelis atque tribuni profecti ſunt vt adducerent arcam fœderis Domini de domo Obed-edom cum lætitia. Quumq; Deus 31 adiuuiſſet Leuitas portantes arcam fœderis Domini, 32 immolauerunt ſeptem boues & ſeptem arietes. Porrò Dauid indutus erat 33 linea veſte, 34 omnes quoque Leuitæ portantes arcam, cantores deinde, & Chenania princeps 35 lationis cum cantoribus: 36 ſuper Dauide inſuper ephod erat lineum. Vniuerſi itaque Iſraelitæ deducebant arcam fœderis Domini cum clangore & voce buccinæ atque tubarum, 37 cymbalis, nablis atque citharis 38 concrepantes. Quumq; arca fœderis Domini 39 veniret in ciuitatem Dauidis, Michal filia Saulis proſpiciens per feneſtram, vidit regem Dauidem ſaltantem & 40 ludentem, & deſpexit eum in corde ſuo.*

## SCHOLIA IN CAP. XV.

1 Iſtud fuit aliud ab eo quod fecerat Moſes in deſerto. 2 ſubaudi, apud ſeſe. 3 Hoc dicit quòd deportaſſent arcam plauſtro ex Gabaath, & Oza auſus fuiſſet attingere eam, vnde & mortuus. 4 Intelligit tabernaculum quod præparauerat verſu primo. 5 potius, (collegit) Vriel principem &c. ſic in ſequentibus. 6 id eſt, cognati. 7 q.d. Ex alijs nepotibus Vziel, nempe qui non deſcenderunt ab eo per Eliſaphan. nam Eliſaphan, cuius modo meminerat, fuit filius Vziel. Hîc enumerantur nepotes trium filiorum Leui, Caath, Merari & Gerſom: deinde tranſit ad nepotes filiorum Caath, Eliſaphan, Hebron, & Vziel. 8 principes patrū, id eſt, familiarum. 9 q. d. abſtinete vos ab vxoribus veſtris & ab omnibus inquinamentis. 10 fratres veſtri. ſubaudi, ſanctificent ſeſe. 11 ab initio non adfuiſtis, id eſt, nō portaſtis arcam. 12 q.d. graſſatus eſt in nos, id eſt, interfecit aliquot ex nobis, nempe Ozam 13 vel, illam (ſubaudi, arcam.) rite, id eſt, iuxta ritum qui ſeruari debet. q. d. quia non ſumus proſequuti eam arcam eo honore quo debebamus proſequi. 14 vel, inferrent. ſubaudi, in locum à Dauide præparatum. 15 id eſt, Leuitæ ipſi. modo enim Leuitæ dicuntur, modo filij Leuitarum. 16 Vide Nume.4. vbi præcipit Moſes arcam per Leuitas deportari. 17 nempe Vrieli, &c. 18 vel, in lætitiam, id eſt, in ſignum lætitiæ. 19 id eſt, cognatis Heman. 20 id eſt, ſecundæ ab illis dignitatis. 21 Ben, & Iahaziel, 22 Hebraiſmus, cum cymbalis æreis ad attollendam vocem. 23 Nomen inſtrumenti muſici. 24 id eſt, vnà cum fidibus, cum inſtrumento muſico octo chordarum. Alij dicunt vocem Hebræam, SEMINITH ſpeciem eſſe harmoniæ. 25 ad præualendum. id eſt, ad attollendam vocem ita vt vincantur alij. 26 vel, exaltatione. ſubaudi, vocis. id eſt, principatum tenebat in cantu illo ſublimiore: præerat exaltationi vocis. Poteſt etiam recte verti in prophetia, id eſt, præſcribebat prophetias quas canerent. 27 Hebraiſmus, principatum tenebat in prophetia. vel, præerat exaltationi vocis, 28 vel, intelligens, id eſt, erat peritiſsimus artis muſicæ, vel in prophetijs. 29 id eſt, fungebantur officio ianitorum in deducenda arca. indicat enim eos fuiſſe ianitores in via. 30 Duo illi priores ianitores præcedebant: hi duo poſteriores ſequebantur. aut certe per vices illi fungebantur bini officio ianitorum in via dum arca deduceretur. 31 detrahendo ſcilicet onus arcæ. Hebræi enim dicunt Leuitas tunc non ſenſiſſe vllum onus arcæ: & hoc miraculo excitatos immolaſſe. 32 tunc immolabant 33 ſtola byſsina. 34 ſubaudi, erant induti ſtolis byſsinis. 35 eleuationis vocis cantorum. vel prophetiæ cantorum, id eſt, quam ipſi cantores canebant. ſub. erat indutus ſtola byſsina. 36 id eſt, indutus erat ſuperhumerali lineo. 37 Heb. & cymbalorum. 38 ſonum edentes. 39 veniſſet 40 ſubaudi, præ lætitia, ante arcam.

## CAP. XVI.

Collocata arca, bene precatur populo Dauid. 2.Reg.6.d. ATtulerunt igitur arcam Dei, & conſtituerūt eam 1
in medio tabernaculi quod tetenderat ei Dauid:
& obtulerunt holocauſta & pacifica coram Deo.
¶ Cumque compleſſet Dauid offerens holocauſta & 2
pacifica, benedixit populo in nomine Domini. ¶ Et 3
diuiſit vniuerſis per ſingulos, à viro vſque ad mulierem

## CAP. XVI.

*INtroducta igitur arca Dei, collocarūt eam in medio tentorij quod Dauid pro ea tetēderat, & obtulerunt holocauſta & 1 gratulatoria ſacrificia corā Deo. Quumq; Dauid finē 2 faceret offerendi holocauſta & ſacrificia gratulatoria, bona imprecatus eſt populo 3 in nomine Dñi. Diſtribuit præterea vniuerſis Iſraelitis tam viris quàm mulieribus, cuique 4 libum*

4 libum vnum panis,fruſtum carnis,& 5 pult&. Et conſtituit
ante arcam Domini miniſtros ex Leuitis, qui 6 recolerent,
7 confiterentur, & laudarent Dominum Deum Iſraelis.
Aſaph 8 præcipuus erat: 9 poſt eum Sacharias: 10 Iehiel,Semiramoth,
11 Iehiel, Mathitia, Eliab, Benaias,
Obed-edom,& 12 Iehiel, [hi ludebant] inſtrumentis muſicis
13 nablis, & citharis, Aſaph concrepabat cymbalis.
Benaias,Iahaſiel ſacerdotes iugiter [clangebant] tubis coram
arca fœderis Dei. 14 Hoc autem in primis conſtituit eodem
tempore Dauid, vt per Aſaph & fratres eius laudaretur
Dominus.

Celebrate Dominum,inuocate nomen eius, vulgate inter populos 15 ſtudia eius.

16 Canite ei,pſallite ei, 17 diſſerite de omnibus admirandis geſtis illius.

18 Gloriamini in nomine ſancto eius: lætetur cor eorum qui ſtudioſe inquirunt Dominum.

Quærite Dominum & 19 robur eius, 20 inquirite faciem eius aſsidue.

Memores eſtote admirandorum operum eius quæ patrauit: prodigiorum eius,& iudiciorũ,quæ ore ſuo [pronũtiauit,]

O ſemen Abrahæ ſerui eius,ô filij Iacob electi eius.

Ipſe eſt Dominus Deus noſter,iudicia eius [ſunt] in vniuerſa terra.

Memores eſtote per omne æuum 21 fœderis ſui, & verbi quod 22 præcepit in mille ſecula.

23 Quod 24 excidit cum Abrahamo,& iuriſiurandi ſui 25 cum Iſaac,

Quod confirmauit ipſi Iacob 26 ſtatuto, & Iſraeli 27 fœdere ſempiterno:

Tibi,inquiens, dabo terram Chanaan, 28 funiculum hæreditatis veſtræ:

Quum eſſetis 29 homunculi admodum exiguo numero, & in ea [terra] aduenæ,

Et 30 migrarent ex vna natione in aliam, ex vno regno ad populum alterius [regni:]

Nunquam tamen permiſit vt quiſquam 31 vim illis faceret, quin potius illorum gratia reges 32 caſtigauit:

Ne attigeritis [inquiens] 33 vnctos meos, & 34 prophetis meis nolite quicquam mali facere.

35 Canite Domino omnis terra, 36 euangelizate in dies 37 ſalutem eius:

Enarrate in Gentibus 38 gloriam eius, apud omnes populos 39 ſtupenda opera eius:

Quoniam magnus eſt Dominus, & vehementer laudandus: & is etiam tremendus eſt præ omnibus 40 dijs.

Nam cuncti dij populorum, 41 nihili ſunt, Dominus autem cælos condidit.

42 Celebritas & magnificentia eſt coram ipſo, 43 potentia & hilaritas in loco eius.

Tribuite Domino ô familiæ populorum, tribuite Domino gloriam & potentiam.

Tribuite Domino gloriam [45 quæ reſpondet] nomini ipſius, ferte 46 munus,& venite in cõſpectũ eius:proſternite vos corã Domino 47 in magnifico & ſplendido ſanctuario.

Metuite 48 ab ipſo quotquot habitatis in terra, etiam 49 orbis firmatus eſt, vt nutare nequeat.

50 Lætentur cæli, & geſtiat terra, 51 dicantq; in exteris nationibus,Dominus 52 regnat.

53 Reboet mare & quidquid in eo eſt, 54 exultet ager & 55 quidquid in eo continetur.

Tunc 56 iubilum edent arbores ſyluæ coram Domino, quoniam 57 venit vt iudicet terram.

Celebrate Dominum, 58 quoniam bonus eſt, [&] quoniam 59 bonitas eius perpetua eſt.

Et 60 dicite, Serua nos ô Deus ſalus noſtra: 61 congrega nos,& libera nos ex 62 Gentibus, vt celebremus nomen tuum ſanctum, & 64 gloriemur in laude tua.

65 Laudandus Dominus Deus Iſraelis ab æterno vſque in ſempiternum, 66 & dicat omnis populus, 67 Amen, & laudet Dominum.

68 Dimiſit itaque ibi coram arca fœderis Domini Aſaph & 69 fratres eius,vt coram arca aſsidue miniſtrarent, 70 iuxta eum morem [quem conſtituerat] de die in diem. 71 Cæterum Obed-edom & fratres eorum ſexagintaocto erant: & Obed-edom filius Iedithun, & Hoſa ianitores erant. Zadoc autem 72 ſacerdos & fratres eius ſacerdotes 73 [erant] in conſpectu tabernaculi Domini, in excelſo quod erat in Gibeon, Vt ſacrificarent holocauſta Domino in ara holocauſti,idq; iugiter 74 [&] mane & veſpere, & iuxta omne quod ſcriptum eſt in lege Domini quam præcepit Iſraeli. 75 Erantq; cum eis Heman & Iedithun, & reliqui electi quorum nomina expreſſa ſunt, ad celebrandum Dominum, quòd ſempiterna ſit eius bonitas. 76 Et iuxta eos Heman & Iedithun [canentes] tubis & cymbalis, concentum facientes muſicis inſtrumentis & canticis diuinis, filij verò Iedithun ianitores erant. Et abierunt cunctus populus, quiſque domum ſuam, & verſus eſt Dauid vt bona imprecaretur domui ſuæ.

---

tortam panis, & partem aſſæ carnis bubalæ, & frixam
4 oleo ſimilam. ✝ Conſtituitq́ue coram arca Domini de
Leuitis, qui miniſtrarent: & recordarentur operum eius,
& glorificarent, atque laudarent Dominum Deum Iſ-
5 rael: ✝ Aſaph principem,& ſecundum eius Zachariam.
Porrò Iahiel & Semiramoth & Iehiel & Mathathiam &
Eliab & Banaiã & Obed-edõ,& Iehiel ſuper organa pſal
6 terij & lyras: Aſaph autẽ, vt cymbalis perſonaret. ✝ Ba-
naiam verò & Iaziel ſacerdotes, canere tuba iugiter corã
7 arca fœderis [a]Dñi. ✝ In illo die fecit Dauid principẽ ad
confitendum Domino, Aſaph,& fratres eius,
8 ✝ Confitemini Domino, & inuocate nomen eius: notas
facite in populis adinuentiones eius.
9 ✝ Cantate ei, & pſallite ei: & narrate omnia mirabilia
eius.
10 ✝ Laudate nomen ſanctum eius, lætetur cor quærentium
Dominum.
11 ✝ Quærite Dominum, & virtutem eius: quærite faciem
eius ſemper.
12 ✝ Recordamini mirabilium eius quæ fecit: ſignorum il-
lius, & iudiciorum oris eius.
13 ✝ Semen Iſrael ſerui eius: filij Iacob electi eius.
14 ✝ Ipſe Dominus Deus noſter: in vniuerſa terra iudicia
eius.
15 ✝ Recordamini in ſempiternum pacti eius: ſermonis quẽ
præcepit, in mille generationes,
16 ✝ Quem pepigit cum Abraham: & iuramenti illius cum
Iſaac.
17 ✝ Et conſtituit illud Iacob in præceptum: & Iſrael in pa-
ctum ſempiternum,
18 ✝ Dicens, Tibi dabo Terram-Chanaan, funiculum hære-
ditatis veſtræ.
19 ✝ Cum eſſent pauci numero, parui, & coloni eius:
20 ✝ Et tranſierunt de gente in gentem, & de regno ad popu
lum alterum.
21 ✝ Non dimiſit quenquam calumniari eos: ſed increpauit
pro eis reges,
22 ✝ Nolite tangere chriſtos meos: & in prophetis meis nolite
malignari.
23 ✝ Cantate Domino omnis terra: annũtiate ex die in diem
ſalutare eius:
24 ✝ Narrate in Gentibus gloriam eius: & in cunctis popu-
lis mirabilia eius.
25 ✝ Quia magnus Dominus, & laudabilis nimis: & horribi-
lis ſuper omnes deos.
26 ✝ Omnes enim dij populorum, idôla: Dominus autem
cælos fecit.
27 ✝ Confeſsio & magnificentia coram eo: fortitudo & gau-
dium in loco eius.
28 ✝ Afferte Domino familiæ populorum: afferte Domino
gloriam & imperium.
29 ✝ Date Domino gloriam nomini eius, leuate ſacrificium,
& venite in conſpectu eius: & adorate Dominum in
decore ſancto.
30 ✝ Commoueatur à facie eius omnis terra: ipſe enim fun-
dauit orbem immobilem.
31 ✝ Lætentur cæli, & exultet terra: & dicant in nationibus,
Dominus regnauit.
32 ✝ Tonet mare & plenitudo eius: exultent agri, & omnia
quæ in eis ſunt.
33 ✝ Tunc laudabunt ligna ſaltus coram Domino: quia ve-
nit iudicare terram.
34 ✝ Confitemini Domino, quoniam bonus: quoniã in æter-
num miſericordia eius.
35 ✝ Et dicite, Salua nos Deus ſaluator noſter: & con-
grega nos, & erue de Gentibus, vt confiteamur
nomini ſancto tuo, & exultemus in carminibus
tuis.
36 ✝ Benedictus Dominus Deus Iſrael ab æterno vſque
in æternum: & dicat omnis populus, Amen, & hymnum
[b]Deo.
37 ✝ Dereliquit itaque ibi corã arca fœderis Domini Aſaph
& fratres eius: vt miniſtrarent in conſpectu arcæ iugiter
38 per ſingulos dies, & vices ſuas. ✝ Porrò Obed-edom,
& fratres eius ſexaginta octo: & Obed-edom filium
39 Idithun, & Hoſa conſtituit ianitores: ✝ Sadoc autem
ſacerdotem, & fratres eius ſacerdotes, coram taberna-
40 culo Domini in excelſo quod erat in Gabaon: ✝ Vt
offerrent holocauſta Domino ſuper altare holocauto-
matis iugiter, mane & veſpere, iuxta omnia quæ ſcri-
41 pta ſunt in lege Domini, quam præcepit Iſraeli. ✝ Et
poſt eum Heman & Idithun, & reliquos electos, vnum-
quenque vocabulo ſuo, ad confitendum Domino, Quo-
42 niam in æternum miſericordia eius. ✝ Heman quoque
& Idithun canentes tuba, & quatientes cymbala: & om-
nia muſicorum organa ad canendum [c]Domino: filios au-
43 tem Idithun fecit eſſe portarios. ✝ Reuerſuſque eſt om-
nis populus in domum ſuam: & Dauid, vt benediceret
etiam domui ſuæ.

Conſtituit qui laudent Deum in inſtrumentis muſicis.

[a] Dei.

Laudat Dominum. Pſal. 104. b. Eſa. 12. a.

Laudandus Deus.

B

Quærendus Deus.

Iſraelitæ, populus Dei.

Promiſsiones.

Cuſtodit Deus populum ſuum quem vnxit.

C

Pſal. 95. a

Prædicandus Deus.

Laus Deo.

Exultandum in Deo.

Bonus.

Miſericors.

Orandus ſaluator.

D

[b] Domino.

[c] Deo.



## SCHOLIA IN CAP. XVI.

1 Pacificas hoſtias. Ex his ſacrificijs partem habebat Deus, partem ſacerdos, & partem is qui offerebat. vnde pacifica dicta. 2 feciſſet 3 id eſt, inuocato fauore Dei, quaſi dicat, precatus eſt Deum vt fauore ſingulari proſequeretur populum ſuum. 4 vel, maſſam (ſiue tortam) vnam 5 lagenam, ſubaudi, vini. 6 Heb. narrarent, id eſt, qui prædicarent beneficia Dei erga populũ Iſraeliticum. 7 id eſt, glorificarent. 8 princeps erat, ſubaudi, illorum cantorum. 9 Hebraiſmus, ſecundus eius, id eſt, vicarius. Aſaph erat præcentor, & Zacharias ſuccentor. 10 Scribitur per ain in ſecunda ſyllaba. 11 Per heth ſcribitur in ſecunda. 12 & hoc nomen per ain ſcribitur in ſecunda. Aut duo hîc recenſentur eiuſdem nominis: aut diſtinguendum poſt Obed-edom: vt ſequatur, Iehiel autem &c. quaſi dicat, conſtituit principem cantorum Aſaph & vicarium eius Zachariam & alios. Iehiel autem, ſubaudi, & ſocij eius, id eſt, qui poſt eum enumerantur, nempe Semiramoth, &c. ſonos muſicos edebant cum nablis & citharis. 13 nablorum. erant varia genera nablorũ, parua & magna: propterea ſic loquitur. 14 Hebraiſmus, In illa die tunc dedit Dauid initio ad confitendum Domino per manum Aſaph & fratrum eius. Hic (tunc) expoſitionis gratia ponitur, tunc, id eſt in initio laudum, quaſi dicat, quum primum peruenit arca Dei in tabernaculum quod illi præparauerat Dauid, dedit pſalmum qui ſequitur, ad laudandum Dominum per Aſaph & fratres eius. Vel potius, poſuit Dauid in manu Aſaph & fratrum eius pſalmum ſequentem ad laudandum Deum. 15 opera, id eſt, miracula quæ fecit in gratiam populi ſui narrate in ipſis populis, vt conuertantur ad ipſum 16 quaſi dicat, Canite pſalmos in laudem eius, & pſallite inſtrumentis muſicis. 17 loquimini, id eſt, colloquimini inter vos. 18 vel, Iactate voſipſos. aut, Laudate, quaſi dicat, Exiſtimate vos beatiſsimos qui habeatis Deũ tam propitium. 19 id eſt, arcam Dei, in qua oſtendit potentiam ſuam, vt viſum eſt de Vſa, ſiue Oza qui interfectus eſt. 20 quaſi dicat, venite in eum locum vbi arca Domini collocatã eſt, & ibi eum orate. Videbatur Dominus habitare in arca, quod illic exereret potiſsimum potentiam ſuam. 21 ſubaudi, quod pepigit vobiſcum, aut quod cum illo pepigiſtis. 22 ſubaudi, obſeruandum. 23 ſubaudi, fœdus, 24 pepigit 25 ad Iſaac, quaſi dicat, promiſsionum eius quas interpoſito iureiurando confirmauit in gratiam Iſaac 26 in ſtatutum, quaſi dicat, confirmauit illud in gratiam Iacob, vt ſit ſemper ratum & firmum quemadmodum ſolent eſſe firma & rata ſtatuta & decreta regia. 27 in fœdus ſempiternum. Idem dicit: nam Iacob & Iſrael idem fuit. Dicit promiſsiones Dei fore immutabiles. 28 id eſt, vt ſit funiculus &c. hoc eſt portio. Funiculus pro ſorte & portione ponitur: quod terra Chanaan per funes Iſraelitis diſtributa ſit, vt in Ioſue videmus. 29 homines numeri, pauco (tempore) fuiſtis habitantes in ea. Homines numeri vocat, qui numerari poſſunt, hoc eſt paucos. Vau quod præponitur verbis (fuiſtis habitantes) redundat. 30 ambulauerunt. Mutatio perſonæ pro ambulauiſtis. 31 vel, opprimeret eos. 32 corripuit. vt de Pharaone legimus. 33 id eſt, patriarchas. 34 Hebraiſmus, & in prophetis meis ne malignemini, id eſt, nolite affligere prophetas meos, damno aut incommodo afficientes eos. 35 Inuitat omnes ad laudandum Dominum. Sunt hæc ex pſalmo XCVI. ſecundũ Hebræos, vſque ad verſum cuius initium eſt, Celebrate Dominũ. 36 annuntiate 37 vel, ſalutare, id eſt, auxilium eius ſalutare. vel, ſalutem eius, id eſt, gratiam quam aſſecuti ſunt omnes pij per Chriſtum. 38 id eſt, egregia & eximia opera eius. 39 quæ ſcilicet egit in AEgypto in gratiam populi Iſraelitici. 40 ſubaudi, alijs qui dicuntur dij. 41 idola. Vox Hebræa ſignificat rem nullius momenti. 42 Potentia & decus ſunt &c. id eſt, Potentiſsimus eſt & omni laude digniſsimus. 43 robur 45 nominis eius, quaſi dicat, nolite ſubticere gloriam qua dignum eſt nomẽ eius. 46 vel, ſacrificia, id eſt, venite cum hoſtijs, vt immoletis. 47 Hebraiſmus, in decore ſanctitatis, id eſt, in tabernaculo illo ſancto. 48 Hebraiſmus, à conſpectu eius 49 firmabitur orbis ne commoueatur, id eſt, erit firmus & ſtabilis, pace perpetua fruetur ne commoueatur: nulla procella bellorum, aut aliarum calamitatum agitabitur & quatietur. Ergo timor Domini parit tranquillitatem & animi & corporis. 50 vel, Lætabuntur cæli, & exultabit terra. Cæli, pro incolis cæli, & ſpiritibus cæleſtibus. Terra, incolæ terræ, quaſi dicat, Tunc erit pax in cælo & in terra. 51 vel, dicentq́ue in Gentibus. quæ ſcilicet nunc colunt idola. 52 id eſt, dignus eſt qui regnet per totum orbem terrarum. 53 vel, Tonabit, id eſt, Piſces maris præ lætitia tumultuabuntur. Piſces: homines ſunt. Mare: mundus. 54 vel, lætabitur 55 id eſt, feræ quæ ſunt in eo. 56 pſallent. Sylua, ſiue ſaltus: mundus. Arbores: homines. 57 venturus eſt, id eſt, quia Dominus viſitaturus eſt per gratiam hunc mundum. Hunc locum non intelligunt Hebræi de extremo iudicio. 58 id eſt, propter bonitatem eius. Hæc ex pſalmo centeſimoſexto, ſupputatione Hebræorum. 59 vel, miſericordia eius in ſeculum. 60 freti ſcilicet bonitate & miſericordia eius. 61 ſubaudi, in vnum 62 ſubaudi, quæ colunt alium à vero Deo. 64 id eſt, vt tum demum reputemus nos eſſe fœlices & laude affici quũ nomen tuum glorificabitur & laudabitur. 65 Heb. Benedictus ſit. i. Omnibus laudibus afficiatur. 66 Heb. & dixerũt 67 Veritas (ſit,) & laus (ſit) Domino. q. d. Ita ſit vt dicis, & laus vbiq; ſit Domino. 68 ſub. Dauid 69. i. cognatos. 70 Heb. in re diei in die ſuo. i. faciendo ſingulis diebus quod per ſingulos dies faciendum eſt. 71 Et (reliquit) Obed-edom & fratres eorũ ſexaginta octo: & Obed-edõ filiũ Iedithũ & Hoſa in ianitores. 72 ſacerdotẽ 73 ſubaudiendũ potius, reliquit 74 vel, (id eſt) 75 Et cũ eis (reliquit) Heman & Iedithun, & reſiduum electorum qui expoſiti ſunt nominibus. i. qui erãt magni nominis & famæ. 76 Et cũ eis (inquã reliquit) Hemã & Iedithũ (cum) tubis & cymbalis vt vocẽ ederent (muſicam,) & (cum) inſtrumẽtis cãtici diuini: & filios Iedithun (reliquit) ad portã.

## CAP. XVII.

Non vult Dominus domum ſibi conſtrui à Dauide.

1 CVm autem habitaret Dauid in domo ſua, di-
xit ad Nathan prophetam, Ecce ego habito
in domo cedrina: arca autem fœderis Domini

## CAP. XVII.

COntigit autem quum habitaret Dauid in domo ſua, 1 vt diceret Dauid ad Nathan prophetã, En ego habito in domo 2 cedrina, arca autẽ fœderis Domini 3 ſub

*3 ſub auleis. Dixit ergo Nathan ad Dauidem, Fac quidquid eſt in corde tuo, quoniam Deus 4 tecum eſt. 5 Eadẽ nocte fiebat verbum Dei ad Nathan in hunc modum, Vade & dic ad Dauidem ſeruum meum, Sic ait Dominus, Tu non ædificabis mihi 6 domum illam vt [illic] habitem. Etenim non habitaui in vlla domo ab eo die quo 7 eduxi filios Iſraelis vſque in hunc diem, ſed fui [8 tranſiens] 9 de tentorio in tentorium, & de tabernaculo [in tabernaculum.] 10 In omnibus in quibus ambulaui cum omni Iſraele, num verbum loquutus ſum ad aliquem ex iudicibus Iſraelis, quibus præcepi vt paſcerent populum meum, 11 vt dixiſſem, Quare non extruxiſtis mihi domum cedrinam? Nunc ergo dices ad ſeruum meum nempe Dauidem, Sic dicit Dominus exercituum, Ego tuli te 12 de ſepto 13 quum oues ſequereris, vt eſſes princeps ſuper populum meum Iſrael. Et fui tecum 14 in omnibus quocunque ambulaſti: excidi inſuper omnes hoſtes tuos ante te, feciq; tibi nomen celebre, vt nomen [habent] celeberrimi in terra. 15 Conſtituam quoque locum populo meo Iſraeli, & 16 plantabo eum 17 vt habitet in loco ſuo: neque 18 tumultuabitur amplius: filij quoque iniqui vltra eum non 19 affligent vt antea, Et ab eo tempore quo 20 conſtitueram iudices ſuper populum meum Iſraelem, 21 humiliabo inſuper cunctos hoſtes tuos, & 22 indicabo tibi quòd Dominus ædificaturus eſt tibi domum. Quin & hoc erit, quum exacti fuerint dies tui, 23 vt vadas cum patribus tuis, excitabo ſemen tuum poſt te, quod erit ex filijs tuis, regnumq; eius firmabo. Is extruet mihi domum, & ego confirmabo ſolium eius perpetuò: EGO ERO EI PATER, & ipſe erit mihi filius: 24 bonitatem quoque meam non adimam ei, quemadmodum ademi 25 ab eo qui fuit ante te. Sed firmabo eum in domo mea, atque in regno meo perpetuò, firmumq; erit ſolium eius in ſempiternum. Iuxta omnia hæc verba, & iuxta omnem hanc viſionem, 26 ſic loquutus eſt Nathan ad Dauidem. 27 Ingreſſus itaque Dauid rex 28 ſedit coram Domino, & dixit, Quis ſum ego Domine Deus, & quæ domus mea, 29 quòd me tantopere euehis? Quin hoc tibi parum viſum eſt ô Deus, 30 niſi & porrò in longinquum pollicitationem facias ad domum ſerui tui, & 31 reſpicias me vt reſpici ſolent homines præſtantes Domine Deus. Quid verò vltra addere poteſt Dauid [vt loquatur] ad te, 32 quod accedat ad gloriam ſerui tui? & tu 33 cognouiſti ſeruum tuum. Domine 34 propter ſeruum tuum, & ſecundum cor tuum feciſti omnem hanc 35 magnificentiam, vt notas faceres cunctas 36 magnificentias. Domine non eſt ſimilis tui, neque eſt Deus præter te, iuxta omnia quæ 37 audiuimus auribus noſtris. 38 Quæ verò gens eſt in terra quemadmodum populus tuus Iſrael, cuius Deus iret ſibi redimere 39 populum, vt poneres tibi 40 nomen magnum & tremendum, eijciendo Gentes ante populum tuum quem redemiſti ex ÆGypto? Tu poſuiſti populum tuum, nempe Iſraelem tibi in populum vſque 41 in ſempiternum: & tu Domine 42 fuiſti eorum Deus. Nunc igitur Domine, verbum tuum quod loquutus es de ſeruo tuo, & de domo eius 43 ratum ſit perpetuò, 44 vt facias quod pollicitus es. 45 Ratum inquam fiat, vt magnificetur nomen tuum in ſempiternum, vt dicatur, Dominus exercituum eſt Deus Iſraelis, Deus inquam eſt 46 Iſraelis, domuſq; ſerui tui Dauidis 47 firma erit coram te. Quandoquidem tu Deus meus, 48 indidiſti ſeruo tuo, 49 vt extrueres ei domum: idcirco 50 auſus fuit ſeruus tuus orationem inſtituere in conſpectu tuo. Nunc igitur Domine, 51 tu es ipſe Deus, qui loquutus es de ſeruo tuo bonum hoc. 52 Adijce igitur animum vt benedicas domui ſerui tui, vt perpetuò duret ante faciem tuam: 53 cui enim tu benedixeris Domine, is in æternum benedictus eſt.*

2 ſub pellibus eſt. ♀ Et ait Nathan ad Dauid, Omnia
quæ in corde tuo ſunt fac: Deus enim tecum eſt.
3 ♀ Igitur nocte illa factus eſt ſermo [a]Domini ad Na-
4 than, dicens, ♀ Vade, & loquere Dauid ſeruo meo.
Hæc dicit Dominus, Non ædificabis tu mihi domum
5 ad habitandum. ♀ Neque enim manſi in domo ex
eo tempore quo eduxi Iſrael de Terra-AEgypti vſ-
que ad diem hanc: ſed fui ſemper mutans loca ta-
6 bernaculi, & in tentorio ♀ manens cum omni Iſ-
rael. Nunquid locutus ſum ſaltem vni iudicum Iſrael,
quibus præceperam vt paſcerent populum meum, &
dixi, Quare non ædificaſtis mihi domum cedrinam?
7 ♀ Nunc itaque ſic loquêris ad ſeruum meum Da-
uid, Hæc dicit Dominus exercituum, Ego tuli te,
cum in paſcuis ſequereris gregem: vt eſſes dux po-
8 puli mei Iſrael. ♀ Et fui tecum quocunque perre-
xiſti: & interfeci omnes inimicos tuos coram te,
fecique tibi nomen quaſi vnius magnorum qui ce-
9 lebrantur in terra. ♀ Et dedi locum populo meo
Iſrael: plantabitur, & habitabit in eo, & vltrà non
commouebitur: nec filij iniquitatis atterent eos, ſi-
10 cut à principio, ♀ Ex diebus quibus dedi iudices
populo meo Iſrael, & humiliaui vniuerſos inimi-
cos tuos. annuntio ergo tibi, quòd ædificaturus ſit
11 tibi Dominus domum. ♀ Cumque impleueris dies
tuos vt vadas ad patres tuos, ſuſcitabo ſemen tuum
poſt te, quod erit de filijs tuis: & ſtabiliam re-
12 gnum eius. ♀ Ipſe ædificabit mihi domum, & fir-
13 mabo ſolium eius vſque in æternum. ♀ EGO ERO
EI IN PATREM, & ipſe erit mihi in fi-
lium: & miſericordiam meam non auferam ab eo,
14 ſicut abſtuli ab eo qui ante te fuit. ♀ Et ſtatuam
eum in domo mea, & in regno meo vſque in ſem-
piternum: & thronus eius erit firmiſsimus in perpe-
15 tuum. ♀ Iuxta omnia verba hæc, & iuxta vniuer-
ſam viſionem iſtam, ſic locutus eſt Nathan ad Da-
16 uid. ♀ Cumque veniſſet rex Dauid, & ſediſſet co-
ram Domino, dixit, Quis ego ſum Domine Deus,
17 & quæ domus mea, vt præſtares mihi talia? ♀ Sed
& hoc parum viſum eſt in conſpectu tuo, ideoque
locutus es ſuper domum ſerui tui etiam in futurum:
& feciſti me ſpectabilem ſuper omnes homines Do-
18 mine Deus. ♀ Quid vltrà addere poteſt Dauid,
cum ita glorificaueris ſeruum tuum, & cognoueris
19 eum? ♀ Domine propter famulum tuum iuxta cor
tuum feciſti omnem magnificentiam hanc, & no-
20 ta eſſe voluiſti vniuerſa magnalia. ♀ Domine non
eſt ſimilis tui: & non eſt alius Deus abſque te, ex
21 omnibus quos audiuimus auribus noſtris. ♀ Quis
[a]enim eſt alius vt populus tuus Iſrael, gens vna in
terra, ad quam perrexit Deus vt liberaret, & fa-
ceret populum ſibi, & magnitudine ſua, atque ter-
roribus eijceret nationes à facie eius, quem de AEgy-
22 pto liberarat? ♀ Et poſuiſti populum tuum Iſrael
tibi in populum vſque in æternum, & tu Domine
23 factus es Deus eius. ♀ Nunc igitur Domine, ſermo
quem locutus es famulo tuo, & ſuper domum eius,
confirmetur in perpetuum, & fac ſicut locutus es.
24 ♀ Permaneatque, & magnificetur nomen tuum vſ-
que in ſempiternum: & dicatur, Dominus exer-
cituum Deus Iſrael, & domus Dauid ſerui eius per-
25 manens coram eo. ♀ Tu enim Domine Deus meus
reuelaſti auriculam ſerui tui, vt ædificares ei do-
mum: & idcirco inuenit ſeruus tuus fiduciam vt oret
26 coram te. ♀ Nunc ergo Domine tu es Deus: &
27 locutus es ad ſeruum tuum tanta beneficia. ♀ Et
cœpiſti benedicere domui ſerui tui, vt ſit ſemper co-
ram te: te enim Domine benedicente, benedicta erit
in perpetuum.

2.Reg.7.a. [a]Dei

B Commemoratione beneficiorum, oſtendit Deus ſe omnia omnibus præſtare, & à nemine quicquam accipere.

Promittitur IESVS CHRISTVS qui ædificaturus erat eccleſiam. C

Laudat Dauid benignitatem Dei, ob promiſſum ſibi Chriſtum.

[a]autem D Miſericordia Dei populus Iſrael factus Dei populus.

Orat Dauid Deum vt promiſſiones ſuas præſtet.

Benedictio Dei.

SCHO-



## SCHOLIA IN CAP. XVII.

1 Conſulendo ſcilicet Dominum. 2 quaſi dicat, eleganti. 3 quaſi dicat, in tentorio tecto pellibus. 4 id eſt, fauet tibi & erit adiutor tuus. 5 In illa nocte, id eſt, In ea nocte quæ inſecuta eſt diem qua dixerat illa Dauidi ipſe Nathan. vel, Ea nocte qua Dauidi hæc dixit. 6 quã ſcilicet decreueras ædificare mihi. 7 ſub. ex AEgypto. 8 vel, (ambulans) 9 quaſi dicat, habitaui in tabernaculo non illo quidem fixo & permanente, ſed quod ſubinde locum mutabat. Hîc non ſignificat varietatem tabernaculi, ſed loci in quo erat tabernaculum. 10 In omni (loco) ad quem &c. 11 dicendo, 12 id eſt, à caſa illa paſtorali in qua degebas, quaſi dicat, Perueniſti ad regnum non tuis meritis, ſed ſola mea gratia. 13 Hebraiſmus, depoſt gregem, 14 in omni (loco) 15 Et poſui. vel, deſignaui 16 plantaui, id eſt, dedi ſedes firmas, & fixas. 17 & habitat apud ſe, id eſt, non in regione externa, peregrina & aliena. 18 vel, commouebitur, id eſt, neque alio vltra demigrabit. 19 conſument 20 Hebraiſmus, præcepi vt eſſent iudices 21 humiliaui omnes 22 annuntiaui tibi, Domum ædificabit tibi Dominus. De ſe loquitur in tertia perſona, pro, Dabo tibi familiã numeroſam & magnam. 23 id eſt, vt moriaris. 24 vel, miſericordiam 25 id eſt, à Saule. 26 loquutus fuerat 27 ſub. tentorium. 28 vel, manſit. Dicunt Hebræi ſolitos fuiſſe homines in Scriptura orare ſtantes: vt & angeli dicuntur ſtare dum orant. hîc igitur dicunt aliquos orare ſedentes, alios ſtantes. Doctiores hunc nodum facile diſſoluunt, cum vertunt, & manſit &c. 29 Hebraiſmus, quòd adduxiſti me vſque ad hunc locum? id eſt, quod ad regnum peruenerim? 30 & locutus es ſuper domum ſerui tui in longinquum (tempus,) id eſt, in futurum, quaſi dicat, etiam pollicitus es iam olim ante multa ſecula mihi & poſteritati meæ regnum & Chriſtum ex me oriturum. 31 aſpexiſti me iuxta diſpoſitionẽ hominis, (hominis) inquam excellentiæ, id eſt, excellentis. hoc eſt, præuidiſti me futurum hominem excellentem: iam inde ab initio ô Deus, cognouiſti me fore de ordine virorum præcellentium. 32 propter gloriam &c. id eſt, vt des gloriam ſeruo tuo? quaſi dicat, quem maiorem honorem petere poſſet abs te Dauid ſeruus tuus? Summo enim honore affeciſti illum quum voluiſti filium tuum ſumere carnem de ſanguine ipſius Dauidis. 33 id eſt, noſti gratitudinem animi mei, qui noſti intima cordium. 34 id eſt, vt me afficeres tanto honore, pro voluntate tua & vltro feciſti &c. Alij autem, quia me elegiſti, exponunt, referentes ad electionem. 35 magnitudinem, 36 magnitudines, id eſt, omnia iſta beneficia maxima. 37 ſubaudi, de te. 38 Et quis eſt ſicut populus tuus Iſrael, gens vna, ad quem perrexit Deus 39 id eſt, vt poſtea eſſet populus eius. 40 Hebraiſmus, nomen, magnitudines & mirabilia, 41 Hoc refertur ad Iſraelem ſpiritualem. 42 factus es illis. q. d. affeciſti illum ſummis beneficijs & qualibus Deus afficere ſolet populum ſuum: oſtendiſti te verum eſſe Deum Iſraelis. 43 ſit verum, id eſt, firmum & ſtabile. q. d. ſta promiſsis. 44 faciendo. Expoſitio eſt præcedentis. 45 Et permaneat & magnificetur, id eſt, ſubinde maior fiat fama nominis tui. 46 ſuper Iſraelem. q. d. oſtendit beneficijs ſe eſſe Deum Iſraelis quem ſeruat & fouet. 47 ſit permanẽs. vel ſtabilis & fixa. q. d. permaneat te vidẽte & protegente familia Dauidis ſerui tui. 48 Heb. reuelaſti aurẽ ſerui tui, id eſt, indicaſti mihi ſeruo tuo audienti: dixiſti audiente me ſeruo tuo. Chaldæus paraphra. vertit indicaſti. 49 vt ædificares, id eſt, te ædificaturum familiam, ſiue poſteritatem. q. d. promiſiſti te daturum poſteritatem. De Chriſto intellige. 50 Heb. inuenit ſeruus tuus (ſub. cor ſuũ) vt oraret &c. i. propterea ſeruus tuus orat ex animo corã te. 51 id eſt, tu hoc magnũ beneficiũ vltro cõtuliſti ſeruo tuo. 52 Heb. Nunc autem voluiſti benedicere familiæ &c. Chaldæus paraphr. vertit, cœpiſti benedicere familiæ &c. 53 Hebraiſmus, quia tu Domine benedixiſti (ſub. ſeruo tuo) & benedictus erit in æternũ. vel, benedixiſti familiæ eius, & benedicta erit &c.

## CAP. XVIII.

FActum eſt autem poſt hæc, vt percuteret Dauid 1
Philiſthijm, & humiliaret eos, & tolleret Geth & fi-
lias eius de manu Philiſthijm: ♀ percuteretque 2
Moab, & fierent Moabitæ ſerui Dauid, offerentes ei mu-
nera. ♀ Eo tempore percuſsit Dauid etiã Adarezer re- 3
gem Soba regionis Hemath, quando perrexit vt dilataret
imperium ſuum vſque ad flumen Euphraten. ♀ Cepit 4
ergo Dauid mille quadrigas eius, & ſeptem millia equi-
tum, ac viginti millia virorum peditum: ſubneruauitque
omnes equos curruum, exceptis centum quadrigis quas
reſeruauit ſibi. ♀ Superuenit autem & Syrus Darmaſce- 5
nus, vt auxilium præberet Adarezer regis Soba: ſed & hu
ius percuſsit Dauid vigintiduo millia virorum. ♀ Et po- 6
ſuit milites in Darmaſco, vt Syria quoque ſeruiret ſibi, &
offerret munera. adiuuitque eum Dominus in cunctis ad
quæ perrexerat. ♀ Tulit quoque Dauid pharetras au- 7
reas, quas habuerant ſerui Adarezer: & attulit eas in Ieru
ſalem. ♀ Necnon de Tebath & Chun vrbibus Adarezer 8
æris plurimum, de quo fecit Salomon mare æneum, & co-
lumnas, & vaſa ænea. ♀ Quod cum audiſſet Thou rex 9
Hemath, percuſsiſſe videlicet Dauid omnem exercitum
Adarezer regis Soba, ♀ Miſit Adoram filium ſuum ad 10
regem Dauid, vt poſtularet ab eo pacem, & congratulare
tur ei quòd percuſsiſſet, & expugnaſſet Adarezer: aduer-
ſarius quippe erat Thou Adarezer. ♀ ſed & omnia vaſa 11
aurea, & argentea, & ænea Conſecrauit Dauid rex Domi
no, cum argento & auro quod tulerat ex vniuerſis genti-
bus, tam de Idumæa & Moab, & filijs Ammon, quàm de
Philiſtijm & Amalec. ♀ Abiſai verò filius Saruiæ percuſ- 12
ſit Edom in Valle-ſalinarum, decem & octo millia: ♀ & 13
cõſtituit in Edõ præſidiũ, vt ſeruiret Idumæa Dauid: ſal-
uauitq; Dominus Dauid in cunctis ad quæ perrexerat.
♀ Regnauit ergo Dauid ſuper vniuerſum Iſrael, & facie- 14
bat iudiciũ atq; iuſtitiã cũcto populo ſuo. ♀ Porrò Ioab 15
filius Saruiæ erat ſuper exercitũ, & Ioſaphat filius Ahilud
à cõmẽtarijs. ♀ Sadoc autẽ filius Achitob, & [a]Achi-me- 16
lech filius Abiathar, ſacerdotes: & Suſa, ſcriba. ♀ Ba- 17
naias quoq; filius Ioiadæ ſuper legiones Cerethi & Phele
thi: porrò filij Dauid, primi ad manum regis.

Victi à Dauide Philiſthæi. 2.Reg.8.a.

Moabitæ tributarij.

Adarezer percutitur à Dauide.

B Syria tributaria Dauidi.

Adiutor Dauidis Deus.

C Thou rex Hemath petit à Dauide pacem.

D Idumæa ſeruit Dauidi.

Dauid cuſtoditur à Deo.

[a]Abimelech

*POſt hæc geſta 1 percuſsit Dauid Paleſthinos, & ſubegit eos, cepitq; 2 Gath & 3 filias eius de manu Paleſthinorũ. Percuſsit & Moabitas, & facti ſunt Moabitæ ſerui Dauidi 4 qui penderẽt vectigal. Adhæc percuſsit Dauid Hadaræſer regem Zoba 5 ad Hamath, quum proficiſceretur vt ſtatueret 6 potentiam ſuam ad fluuium Euphraten. Cepit autem Dauid ex eis mille currus, ſeptem millia equitum, atque viginti millia virorum peditum: 7 reddidit præterea Dauid inutiles omnes currus, 8 centum tamen currus ex eis reliquos fecit. Quumq; veniſſet Syria Darmaſci, vt opem ferret Hadaræſer regi Zoba, percuſsit Dauid ex Syris virorum vigintiduo millia. Et conſtituit Dauid [præfectos] in Syria Darmaſci, factiq; ſunt Syri ſerui Dauidi vectigal pendentes. ſeruauit enim Dominus Dauidem in omnibus ad quæ profectus eſt. Porrò Dauid accepit clypeos aureos quos habuerãt ſerui Hadaræſer, & 9 intulit eos Ieroſolyma. De 10 Tibhath verò, & de Chun ciuitatibus Hadaræſer tulit æs admodum multum, de quo Solomon fecit æneum mare, columnas & vaſa ænea. Audiens autem Thohu rex Hamath, quòd Dauid 11 percuſsiſſet omnes copias Hadaræſer regis Zoba, Miſit 12 Hadoram filiũ ſuum ad regem Dauidem, 13 pro ambienda pace, gratulatumq; quòd bello adortus eſſet Hadaræſer, quodq; illum percuſsiſſet: 14 quoniam Thohu hoſtis erat infenſus ipſi Hadaræſer. 15 omnia verò vaſa aurea, argentea, & ærea 16 Dedicauit Dauid rex Domino, cum argento & auro quod tulerat ex omnibus 17 gentibus, nempe de Edom, de Moab, de filijs Ammon, de Paleſthinis & Amalecitis. Porrò 18 Abiſai filius Zeruia percuſsit 19 Edom in Valle ſalis, 20 decem & octo videlicet millia. 21 Conſtituit præterea præfectos in Edõ, factiq; ſunt omnes Edomæi ſerui Dauidi: ſeruauit enim Dominus Dauidẽ in omnibus ad quæ profectus eſt. Regnauitq; Dauid ſuper vniuerſum Iſraelem, dicebatq; ius, & adminiſtrauit iuſtitiam vniuerſo populo ſuo. Porrò Ioab filius Zeruia imperator erat exercitus: Iehoſaphat filius Ahilud erat à commentarijs. Zadoc autem filius Ahitub, & Abimelech filius Abiathar erant 22 ſacerdotes, Saueſa ſcriba. Benaia autẽ filius Iehoiadæ fuit ſuper Chereti & Peleti: & filij Dauidis erant primores 23 ad manum regis.*

 SCHO-

## SCHOLIA IN CAP. XVIII.

1 Id eſt, deuicit. 2 Dicitur & Meteg in Regibus. 3 id eſt, vicos illi ſubditos. 4 Hebraiſmus, afferentes munus, id eſt, pendentes tributum quotannis. 5 ſubaudi, fugientem. 6 terminum ſuum. vel, fines ſuos. vel, vt collocaret præſidium ſuum &c. Voluerat rex iſte prorogare fines ſuos vſque ad regionem conterminam fluuio Euphrati. quanquam relatiuum Hebraicum poteſt referre Dauidem, quod Dauid vellet producere imperium ſuum vſque ad Euphraten. 7 Hebraiſmus, ſubneruauit præterea Dauid 8 id eſt, quadringentos equos ſaluos & integros reliquit. 9 vel, curauit deportandos 10 In Regibus dicitur Betah, tranſpoſita vna litera. 11 id eſt, interemiſſet. 12 Dicitur Ioram in Regibus. 13 Hebraiſmus, vt rogaret eum de pace, id eſt, quomodo valeret. 14 Hebraiſmus, quia vir præliorum Thou erat cum Hadarezer, id eſt, quia ipſe Hadarezer erat vir præliorum Thou, id eſt, aduerſarius ipſi Thou. 15 Hebraiſmus, (& miſit) ad eum omnia vaſa aurea & argentea, & ænea. Vel, (& in manu eius) erant omnis generis vaſa &c. 16 Hebraiſmus, Etiam illa dedicauit &c. 17 ſubaudi, alijs quas bello ſuperauerat. 18 Quia Abiſai vnus fuit ex ducibus Dauidis, propterea quæ illius hic recenſentur præclara facinora, tribuuntur Dauidi. 19 Liber Samuelis meminit Aram, non Edom. conueniunt tamen: nam Idumæi & Aramæi coniunxerant copias. 20 Pſal. 60, hæc victoria tribuitur Ioab. Præterea tantum ponuntur duodecim millia. Doctiores inter Hebræos ita ſoluunt: Primùm congreſſum eſſe aiunt Abiſai vicarium ipſius Ioab, & interfeciſſe ſex millia: deinde ſuperueniſſe ipſum Ioab præfectum militiæ Dauidis, & cæſa fuiſſe adhuc duodecim millia. Itaque tribus poteſt hæc victoria tribui, Dauidi, Ioab, & Abiſai. 21 ſubaudi, Abiſai. 22 ſubaudi, ſummi. 23 id eſt, quorum opera in primis vtebatur rex.

## CAP. XIX.

*Contigit poſthæc vt moreretur rex Ammonitarum Nahas, regnauitq; loco eius Hanon filius eius. Atque Dauid, 1 Beneficentia proſequar Hanonem filium Nahas, quoniam pater eius 2 me quoque proſequutus eſt beneficentia. Miſit itaque Dauid legatos qui conſolarentur eum ſuper patre ſuo. venerunt itaque legati Dauidis in terram Ammonitarum ad Hanonem, vt eum conſolarentur. Dixerunt autem proceres filiorum Ammon ad Hanonem, 3 Num Dauid conſolatores ad te miſit, vt honoret patrem tuum coram te? annon magis venerunt ad te ſerui eius, vt perſcrutentur & explorent terram, ſubuertantq; eam? Tollens igitur Hanon ſeruos Dauidis, raſit eos, & præcidit indumenta eorum 4 partim ad nates vſque, & amandauit eos. Illiq; abierunt. nuntiarunt autem Dauidi de viris illis: qui 5 miſit eis obuiam, (erant enim viri illi magna ignominia affecti,) dixitq; rex, Manete Ierichø, donec 6 repullulet barba veſtra, tum reuertimini. Animaduertentes autem Ammonitæ 7 inuiſos ſe eſſe Dauidi, miſit Hanon & filij Ammon argenti mille talenta, vt conducerent ſibi 8 de Meſopotamia, & de Syria Maacha, atque de Zoba currus & equites, 9 Conducentes ſibi trigintaduo millia curruum, & 10 regem Maacha atque populum eius: qui venientes caſtrametati ſunt ante Medaba: quin & Ammonitæ congregati ſunt de ciuitatibus ſuis, & venerunt ad bellandum. Dauid [hæc] audiens, miſit Ioab atque omnem exercitum ſtrenuorum militum. 11 Egreßiq; Ammonitæ aciem inſtruxerunt 12 ad oſtium portæ: reges verò qui 13 venerant, ſeorſim erant 14 in campo. Videns autem Ioab 15 ſibi imminere prælium & à fronte & à tergo, delegit 16 ex omni iuuentute quæ erat in Iſraele, & inſtruxit aciem contra Syros: 17 Reliquum verò populum tradidit ſub manum Abiſai fratris ſui, inſtructa acie contra Ammonitas. 18 Aitq;, Si fuerint Syri me validiores, 19 opem mihi feres: ſin Ammonitæ tibi præualuerint, adero ego tibi auxilium laturus. Sis ergo fortis, quin & nos ſimus fortes pro populo noſtro, atque pro ciuitatibus 20 Dei noſtri: cæterum Dominus faciat quod ſibi bonum videatur. Acceßit itaque Ioab & populus quem ſecum habebat, vt manus conſereret cum Syris: illi autem conſpecto eo, fugerunt. Porrò Ammonitæ videntes quòd Syri fugiſſent, fugerunt & ipſi à facie Abiſai fratris eius, veneruntq; in 21 ciuitatem, Ioab verò 22 venit Ieroſolyma. Videntes autem Syri ſeſe coram Iſraelitis corruiſſe, mißis legatis eduxerunt Syros qui erant trans 23 fluuium, præcedente eos Sophach, qui erat imperator exercitus Hadaræſer. Hoc quum nuntiatum eſſet Dauidi, congregauit vniuerſum Iſraelem, & traiecto Iordane venit ad eos, & inſtruxit aciem contra eos. quumq; Dauid inſtruxiſſet aciem contra Syros, inierunt & ipſi prælium cum eo. At Syrus fugit à facie Iſraelis, interfecitq; Dauid ex*

## CAP. XIX.

Dauid mittit ſeruos ad conſolandum Hanó. 2.Reg.10.a. Miſericordia Conſolari.

1 Accidit autem vt moreretur Naas rex filiorum
Ammon, & regnaret Hanon filius eius pro
2 eo. ♀ Dixitque Dauid, Faciam miſericordiam
cum Hanon filio Naas: præſtitit enim mihi pater eius
gratiam. Miſitque Dauid nuntios ad conſolandum
eum ſuper morte patris ſui. qui cum perueniſſent in
terram filiorum Ammon, vt conſolarentur Hanon,
3 ♀ dixerunt principes filiorum Ammon ad Hanon, Tu
forſitan putas quòd Dauid honoris cauſa in patrem
tuum, miſerit qui conſolarentur te: nec animaduertis
quòd vt explorent, & inueſtigent, & ſcrutentur
4 terram tuam venerint ad te ſerui eius. ♀ Igitur Hanon
pueros Dauid decaluauit & raſit, & præcîdit tunicas
eorum à natibus vſque ad pedes, & dimiſit eos.
5 ♀ Qui cum abijſſent, & hoc mandaſſent Dauid, miſit
in occurſum eorum (grandem enim contumeliam
ſuſtinuerant) & præcepit vt manerent in Iericho,
donec creſceret barba eorum, & tunc reuerterentur.
6 ♀ Videntes autem filij Ammon quòd iniuriam feciſſent
Dauid, tam Hanon quàm reliquus populus, miſerunt
mille talenta argenti, vt conducerent ſibi de
Meſopotamia, & de Syria Maacha, & de Soba cur-
7 rus & equites. ♀ Conduxeruntque trigintaduo millia
curruum, & regem Maacha cum populo eius. qui cum
veniſſent, caſtrametati ſunt eregione Medaba. filij
quoque Ammon congregati de vrbibus ſuis, venerunt
8 ad bellum. ♀ Quod cum audiſſet Dauid, miſit Ioab
9 & omnem exercitum virorum fortium. ♀ Egreſsique
filij Ammon, direxerunt aciem iuxta portam ciuitatis:
reges autem qui ad auxilium eius venerant, ſe-
10 paratim in agro ſteterunt. ♀ Igitur Ioab intelligens
bellum ex aduerſo & poſt tergum, contra ſe fieri, elegit
viros fortiſsimos de vniuerſo Iſrael, & perrexit con-
11 tra Syrum. ♀ Reliquam autem partem populi dedit
ſub manu Abiſai fratris ſui: & perrexerunt contra filios
12 Ammon. ♀ Dixitque, Si vicerit me Syrus, auxilio eris
mihi: ſi autem ſuperauerint te filij Ammon, ero tibi
13 in præſidium. ♀ Confortare, & agamus viriliter pro
populo noſtro, & pro vrbibus Dei noſtri: Dominus
14 autem quod in conſpectu ſuo bonum eſt faciat. ♀ Perrexit
ergo Ioab, & populus qui cum eo erat, con-
15 tra Syrum ad prælium: & fugauit eos. ♀ Porrò filij
Ammon videntes quòd fugiſſet Syrus, ipſi quoque fugerunt
Abiſai fratrem eius, & ingreſsi ſunt ciuitatem,
16 reuerſuſque eſt etiam Ioab in Ieruſalem. ♀ Videns
autem Syrus quòd cecidiſſet coram Iſrael, miſit nuntios,
& adduxit Syrum qui erat trans Fluuium: Sophach
autem princeps militiæ Adarezer, erat dux eorum.
17 ♀ Quod cum annuntiatum eſſet Dauid, congregauit
vniuerſum Iſrael, & tranſiuit Iordanem, irruitque in
eos, & direxit ex aduerſo aciem, illis contrà pugnan-
18 tibus. ♀ Fugit autem Syrus Iſrael: & interfecit Dauid de
Syris

Ignominia affecti remittuntur. B

Ammonitæ & Syris congregatur contra Dauidem.

C Ammonitæ & Syri vincuntur à Dauide.

Deo omnia committuntur.

faciet.

D

Sophach princeps exercitus Adarezer occiditur à Dauide cum exercitu.



Syri ſerui Dauidis.

Syris ſeptem millia curruum, & quadraginta millia peditum,
& Sophach exercitus principem. ♀ Videntes au- 19
tem ſerui Adarezer ſe ab Iſrael eſſe ſuperatos, transfugerunt
ad Dauid, & ſeruierunt ei: noluitque vltrà Syria auxilium
præbere filijs Ammon.

*Syris 24 ſeptem millia curruũ, & quadraginta millia virorum peditum: trucidauit quoque Sophach imperatorē exercitus. Videntes itaque ſerui Hadaræſer quòd corruiſſent ante Iſraelitas, pace inita cum Dauide, facti ſunt ſerui eius: nec voluit Syrus opem ferre amplius Ammonitis.*

## SCHOLIA IN CAP. XIX.

1 Hebraiſmus, Faciam miſericordiam, id eſt, Colam amicitiam cum Hanone &c. 2 Heb. fecit mecum miſericordiam, id eſt, affecit me multis beneficijs. 3 Hebraiſmus, Nunquid honorat Dauid patrem tuum in oculis tuis, quia miſit ad te conſolatores? q. d. Putaſne Dauidem honore ideo proſequi patrem tuum quod miſit qui conſolentur te ſuper morte patris tui? 4 Hebraiſmus, per medium vſque ad verenda. 5 ſub. legatos, vel nuntios. 6 creuerit 7 quod reddidiſſent ſe abominabiles apud Dauidem, 8 Hebraiſmus, ex Syria duorum fluuiorum, 9 Conduxerunt itaq; 10 id eſt, regē Syriæ Maacha. 11 ſub. è caſtris ſuis. 12 in introitu vrbis: 13 ſub. cum Ammonitis. 14. i. in agro vrbis Medeba. 15 Heb. quòd eſſet facies belli ad eum. ſiue contra eum 16 Hebraiſmus, ex omni electo qui erat &c. 17 id eſt, Reliquam partem exercitus. 18 ſubaudi, Ioab ad Abiſai. 19 Hebraiſmus, eris mihi in ſalutem. Vox Hebræa ſignificat ſalutem, opem etiam & auxilium. 20 id eſt, in quibus colitur Deus noſter. 21 nempe Medeba. 22 vel, reuerſus eſt 23 id eſt, Euphratem. 24 In Regibus legitur, ſeptingentos currus, id eſt, equos ſeptingentarum quadrigarum: expreſsit numerum curruum electorum & excellentium: hic vero exprimitur numerus omnium. Præterea author libri Samuelis omiſit numerum peditum, hic verò numerum equitum.

## CAP. XX.

Rabba vrbs deſtruitur. 2.Reg.10.a.

Factum eſt autem poſt anni circulum, eo tempore 1
quo ſolent reges ad bella procedere, congregauit
Ioab exercitum & robur militiæ, & vaſtauit terram
filiorum Ammon: perrexitque, & obſedit Rabba: porrò
Dauid manebat in Ieruſalem, quando Ioab percuſsit
Rabba, & deſtruxit eam. ♀ Tulit autem Dauid coronã 2
Melchom de capite eius, & inuenit in ea auri pondo talentum,
& pretioſiſsimas gemmas, fecitque ſibi inde diadema:
manubias quoque vrbis plurimas tulit. ♀ Popu- 3
lum autem qui erat in ea, eduxit: & fecit ſuper eos tribulas,
& trahas, & ferrata carpenta tranſire, ita vt diſſecarentur
& contererentur. Sic fecit Dauid cũctis vrbibus filiorum
Ammon: & reuerſus eſt cum omni populo ſuo in Ie-
ruſalem. ♀ Poſt hæc, initum eſt bellum in Gazer aduer- 4
ſum Philiſthæos: in quo percuſsit Sobochai Huſathites,
Saphai, de genere raphaim, & humiliauit eos. ♀ Aliud 5
quoque bellum geſtum eſt aduerſus Philiſthæos, in quo
percuſsit Adeodatus filius Saltus Beth-lehemites fratrem
Goliath Gethæi, cuius haſtæ lignum erat quaſi liciatorium
texentium. ♀ Sed & aliud bellum accidit in Geth, 6
in quo fuit homo longiſsimus, ſenos habens digitos, id eſt
ſimul vigintiquatuor: qui & ipſe de Rapha fuerat ſtirpe
generatus. ♀ Hic blaſphemauit Iſrael: & percuſsit eũ Io- 7
nathan filius Samaa fratris Dauid. Hi ſunt filij Rapha in
Geth, qui ceciderunt in manu Dauid & ſeruorum eius.

B Ammonitarum grauis afflictio.

Philiſthæi vincũtur à Dauide. C 2.Reg.21.d.

Lehemites gigas occiditur.

Lehemitem

D Gigas habens 24 digitos percutitur à Ionathan.

*Factum autem 1 vertente anno ſub id tempus quo ſolent reges egredi, duxit Ioab 2 copias exercitus, & deuaſtauit terram Ammonitarum. veniens autem circunſedit Rabba, manente Dauide Ieroſolymis, Ioab autem 3 percuſſa Rabba ſubruit eam. Porrò Dauid accepit coronam regis eorum de capite eius, & inuenit eam habentem pondus talenti auri, erantq; in ea lapides pretioſi, impoſitaq; fuit capiti Dauidis: quin & prædam valde ingentem è ciuitate 4 aſportauit. Populum verò qui erat in ea, eduxit, & 5 afflixit eos ſerra, & 6 raſtris ferreis, ſerriſq;. Eodem modo 7 fecit Dauid omnibus ciuitatibus filiorum Ammon, reuerſuſq; eſt Dauid & omnis populus Ieroſolyma. Poſt hæc factum eſt vt exurgeret bellum in Gaſer cum Paleſthinis, & percuteret Sibechai Huſathites 8 Sippai, qui erat de filijs 9 rephaim: qui fuerunt ſubacti. Rurſum factum eſt bellum cum Paleſthinis, 10 & percußit Elhanan filius Iair Lahmi fratrem Goliath Gethæum, cuius haſtæ lignum inſtar iugi [erat] quo vtuntur textores. Rurſus factum eſt bellum in Gath, fuitq; [ibi] 11 vir monſtroſa magnitudine, qui habebat digitos 12 ſex & ſex, vigintiquatuor, 13 & hic natus erat ipſi Rapha. Quum autem 14 probra iaceret in Iſraelem, percußit eum Ionathan filius Semeia fratris Dauidis. Hi nati ſunt 15 ipſi Rapha in Gath, cecideruntq; per manum Dauidis, & per manum ſeruorum eius.*

## SCHOLIA IN CAP. XX.

1 Hebraiſmus, tempore conuerſionis anni, id eſt, anno iam reuoluto ab initio belli geſti contra ſocios Ammonitarum. 2 Hebraiſmus, vires, id eſt, exercitum fortiſsimũ. 3 id eſt, expugnata. 4 eduxit, id eſt, deportandam curauit in Ieruſalē. 5 Heb. ſerrauit eos, 6 vel, tribulis. Erant inſtrumenta quæ habebant prominentias quaſdam quibus dilaniabantur & diſſecabantur qui ad ſupplicium illud trahebantur. 7 vel, facere ſolitus erat 8 accuſatiuus eſt caſus. 9 gigantum. non eſt nomē proprium, id eſt, qui erat de prole gigantea. 10 Doctus inter Hebræos ſic exponit hunc verſum, vt conueniat loco, qui eſt apud Samuelem. & percuſsit Elhanan filius Iair qui erat de genere Bethlehemitarum fratrem Goliath Gethæi. Vel ſic, filius Iair cum Bethlehemita (id eſt, cum Dauide qui erat de Bethlehemitis. q. d. adiutus opera Dauidis) fratrē &c. 11 Heb. vir menſuræ. ſub. magnæ. 12 id eſt, ſenos. comprehendit & digitos pedum. 13 & etiam fuit natus ipſius gigantis, id eſt, ipſe quoque fuit de genere giganteo. 14 prouocando ſcilicet ad ſingulare certamen. 15 ex gigantibus in Gath, id eſt, qui habitabãt in Gath. Vel, nati ſunt ipſi gigãti qui habitabãt in Gath.

## CAP. XXI.

Dauid authore diabolo numerat populum. 2.Reg.24.a.

Conſurrexit autem ſatan contra Iſrael: & incitauit 1
Dauid vt numeraret Iſrael. ♀ Dixitque Dauid 2
ad Ioab, & ad principes populi, Ite & numerate
Iſrael à Ber-ſabee, vſq; Dan: & afferte mihi numerum, vt
ſciam. ♀ Reſponditq; Ioab, Augeat Dominus populum 3
ſuũ centuplum, quàm ſunt: nonne domine mi rex, omnes
ſerui tui ſunt? quare hoc quærit Dñs meus, quod in pecca
tũ reputetur Iſraeli? ♀ Sed ſermo regis magis præualuit: 4
egreſſuſq; eſt Ioab, & circuiuit vniuerſum Iſrael: & reuer
ſus eſt Ieruſalē. ♀ Deditq; Dauid in numerũ eorum quos 5
circuierat: & inuentus eſt omnis numerus Iſrael, mille
millia, & centum millia virorum educentium gladium:

*S 1 Vrrexit autē ſatan cōtra Iſraelē, & incitauit Dauidē vt numeraret Iſraelē. 2 Dixitq; Dauid ad Ioab & ad primores populi, Ite, numerate Iſraelē à Beer-ſeba vſq; ad Dan, & 3 afferte mihi vt ſciã numerũ eorũ. Et ait Ioab, Adijciat Dominus ad populum ſuum 4 aliquot centurias, an non domine mi rex 5 hi omnes ſerui ſunt domini mei? cur quærit hoc dominus meus? cur [recidet] 6 hoc delictum in Iſraelem? At 7 regis imperium erga Ioab præualebat. egreſſus ergo Ioab profectus eſt per vniuerſum Iſraelem, redijtq; Ieroſolyma, deditque Ioab 8 numerum & cenſum populi ipſi Dauidi. Fuit autem [ſumma] omnium Iſraelitarum virorum bello aptorum, 9 vndecies centena millia, &*

*de Iehuda quadringenta atque ſeptuaginta millia virorum 10 bello aptorum. Inter hos 11 in cenſum non venerunt Leuitæ & filij Beniamin: 12 abominabatur enim Ioab imperium regis. Diſplicuit autem hæc res oculis Dei, percuſſitq́; Iſraelem. Dixit autem Dauid ad Deum, Inſigniter peccaui, quòd deſignaui hanc rem: 13 transfer igitur quæſo iniquitatem ſerui tui, quoniam vehementer ſtulte egi. Loquutus eſt itaque Dominus ad Gad videntem Dauidis in hanc ſententiam, Vade & loquere ad Dauidem in hæc verba, Sic dicit Dominus, Tria 14 inclinabo ſuper te, ex his tu vnum elige quod faciam tibi. Et veniens Gad ad Dauidem, dixit ad eum, Sic dicit Dominus, 15 Recipe tibi, 16 Aut tribus annis famem, aut vt tribus menſibus deficias metu aduerſariorum tuorum, 17 teq́; apprehendat gladius hoſtium tuorum, 18 aut tribus diebus gladium Domini, & peſtilentiam in terra, & angelum Domini graſſantem per omnes terminos Iſraelis: diſpice igitur quid referam ei qui miſit me. Tum dixit Dauid ad Gad, Supra modum angor: incidam quæſo in manum Domini, (quoniam miſerationes eius vehementer multæ ſunt,) in manum autem hominum non cadam. Miſit igitur Dominus peſtilentiam in Iſraelem, & ceciderunt ex Iſraelitis ſeptuaginta millia virorum. Miſitque Dominus 19 angelum in Ieruſalem vt vaſtaret eam: 20 quumq́; ſic vaſtaret vidit Dominus, & 21 pœnitudine ductus eſt ſuper hoc malo. Dixitq́; ad angelum vaſtantem, Sat iam, remitte manum tuam. angelus autem Domini conſtitit iuxta horreum Arnan Iebuſæi. Sublatis autem oculis ſuis Dauid, vidit angelum Domini ſtantem inter cælum & inter terram, habentem gladium diſtrictum manu ſua, 22 directum contra Ieroſalem, procidit'q́; Dauid & ſeniores ſaccis tecti in facies ſuas. Dixitq́; Dauid ad Deum, Annon ego ſum qui iuſsi numerari populum? ego ipſe ſum qui peccaui, 23 & omnino male egi, oues verò iſtæ quid fecerunt? Domine Deus meus, ſit quæſo manus tua contra me, & contra domum patris mei, in populum autem tuum ne plaga [ſæuiat.] Dixit ergo angelus Domini ad Gad, vt diceret Dauidi vt Dauid aſcenderet, & erigeret aram Domino in horreo Arnan Iebuſæi. 24 Aſcendit ergo Dauid iuxta mandatum ipſius Gad, quod mandauerat ei nomine Domini. Conuerſus autem Arnan, vidit angelum, erantq́; cum eo quatuor filij eius, qui abſconderant ſe, Arnan verò exterebat triticum. Et quum veniſſet Dauid ad Arnan, reſpiciens Arnan vidit Dauidem, & egreſſus de horreo, procidit pronus in terram ipſi Dauidi. Ait ergo Dauid ad Arnan, Da mihi 25 locum horrei in quo extruam aram Domino, daq́; eundem mihi pro pecunia 26 quæ plene ſatisfaciat, vt 27 coerceatur clades à populo. Dixitq́; Arnan ad Dauidem, Cape tibi, & faciat dominus meus rex quod ſibi bonum videbitur: en & boues do in holocauſta, & 28 plauſtrum dentatum in ligna, triticum deinde in ſacrificium 29 cibarium, omnia 30 do. Tum dixit rex Dauid ad Arnan, Haudquaquam: quin emendo emã, idque pecunia 31 quæ plene ſatiſfaciat: non enim rapiam 32 Domino ea quæ tua ſunt, nec ſacrificia holocauſti 33 gratis. Dedit itaque Dauid ipſi Arnan pro loco illo ſiclos auri, pondere ſexcentos. Ædificauitq́; Dauid illic altare Domino, in quo ſacrificauit holocauſta & ſacrificia 34 ſalutaria, & inuocauit Dominum, qui 35 reſpondit ei per ignem de cœlis in ara holocauſti. Et quum loquutus eſſet Dominus ad angelum, reduxit ille gladium ſuum in vaginam ſuam. Eodem tempore quum videret Dauid quòd exaudiſſet eum Dominus in horreo Arnan Iebuſæi, ſacrificauit illic. Porrò tabernaculum Domini quod fecerat Moſes in deſerto, & altare holocauſti, erant tum 36 in colle Gibeon. 37 Ita vt non potuerit Dauid [illò] ire in conſpectum eius vt conſuleret Deum, quòd territus eſſet ob gladium angeli Domini. Et ait Dauid, 38 Hæc eſt domus Domini Dei, & hæc ara ad holocauſtum Iſraelis.*

de Iuda autem quadringenta ſeptuaginta millia bellato-
6 rum. ♀ Nam Leui & Beniamin non numerauit: eo quòd
7 Ioab inuitus exequeretur regis imperium. ♀ Diſplicuit
8 autem Deo quod iuſſum erat: & percuſsit Iſrael. ♀ Di-
xitque Dauid ad Deum, Peccaui nimis vt hoc facerem:
obſecro aufer iniquitatem ſerui tui, quia inſipienter egi.
9 ♀ Et locutus eſt Dominus ad Gad videntem Dauidis, di-
10 cens, ♀ Vade, & loquere ad Dauid, & dic ei, Hæc dicit
Dominus, Trium tibi optionem do: vnum quod volueris
11 elige, & faciam tibi. ♀ Cumque veniſſet Gad ad Dauid,
dixit ei, Hæc dicit Dominus, Elige quod volueris:
12 ♀ Aut tribus annis peſtilentiam*: aut tribus menſibus
te fugere hoſtes tuos, & gladium eorum non poſſe
euadere: aut tribus diebus gladium Domini, & mor-
tem verſari in terra, & angelum Domini interficere
in vniuerſis finibus Iſrael: nunc igitur vide quid
13 reſpondeam ei qui miſit me. ♀ Et dixit Dauid ad
Gad, Ex omni parte me anguſtiæ premunt: ſed me-
lius mihi eſt vt incidam in manus Domini, quia
multæ ſunt miſerationes eius: quàm in manus ho-
14 minum. ♀ Miſit ergo Dominus peſtilentiam in Iſ-
rael: & ceciderunt de Iſrael ſeptuaginta millia viro-
15 rum. ♀ Miſit quoque angelum in Ieruſalem, vt per-
cuteret eam: cumque percuteretur, vidit Dominus,
& miſertus eſt ſuper magnitudine mali. Et impera-
uit angelo qui percutiebat, Sufficit, iam ceſſet ma-
nus tua. Porrò angelus Domini ſtabat iuxta aream
16 Ornan Iebuſæi. ♀ Leuanſque Dauid oculos ſuos,
vidit angelum Domini ſtantem inter cælum & ter-
ram, & euaginatum gladium in manu eius, & ver-
ſum contra Ieruſalem, & ceciderunt tam ipſe, quàm
17 maiores natu veſtiti cilicijs, proni in terram. ♀ Di-
xitque Dauid ad Deum, Nonne ego ſum qui iuſsi
vt numeraretur populus? ego qui peccaui, ego qui
malum feci: iſte grex quid commeruit? Domine Deus
meus vertatur obſecro manus tua in me, & in do-
mum patris mei: populus autem tuus non percutia-
18 tur. ♀ Angelus autem Domini præcepit Gad vt di-
ceret Dauidi vt aſcenderet, extrueretque altare Do-
19 mino Deo in area Ornan Iebuſæi. ♀ Aſcendit ergo
Dauid iuxta ſermonem Gad, quem locutus ei fuerat
20 ex nomine Domini. ♀ Porrò Ornan cum ſuſpexiſſet,
& vidiſſet angelum, quatuorque filij eius cum eo,
abſconderunt ſe: nam eo tempore terebat in area tri-
21 ticum. ♀ Igitur cum veniret Dauid ad Ornan, con-
ſpexit eum Ornan, & proceſsit ei obuiam de area, &
22 adorauit eum pronus in terram. ♀ Dixitque ei Da-
uid, Da mihi locum areæ tuæ, vt ædificem in ea al-
tare Domino: ita vt quantum valet argenti accipias,
23 & ceſſet plaga à populo. ♀ Dixit autem Ornan ad
Dauid, Tolle, & faciat dominus meus rex quodcun-
que ei placet: ſed & boues do in holocauſtum, & tribu-
las in ligna, & triticum in ſacrificium, omnia libens
24 præbebo. ♀ Dixitque ei rex Dauid, Nequaquam ita
fiet, ſed argentum dabo quantum valet: neque enim tibi
auferre debeo, & ſic offerre Domino holocauſta gra-
25 tuita. ♀ Dedit ergo Dauid Ornan, pro loco, ſiclos auri
26 iuſtiſsimi ponderis ſexcentos. ♀ Et ædificauit ibi altare
Domino, obtulitque holocauſta, & pacifica: & inuocauit
Dominum, & exaudiuit eum in igne de cælo ſuper altare
27 holocauſti. ♀ Præcepitque Dominus angelo: & conuer
28 tit gladium ſuum in vaginam. ♀ Protinus ergo Dauid,
videns quòd exaudiſſet eum Dominus in area Ornan
29 Iebuſæi, immolauit ibi victimas. ♀ Tabernaculum au-
tem Domini, quod fecerat Moyſes in deſerto, & altare
holocauſtorum, ea tempeſtate erat in excelſo Gabaon.
30 ♀ Et non præualuit Dauid ire ad altare, vt ibi obſecraret
Deum: nimio enim fuerat timore perterritus, videns
gladium angeli Domini.

Pœnitet Dauidem numeraſſe populum.

B

Ipſi tria pœnarum genera proponuntur.

*famis:

Peſtilentiam elegit.

Septuaginta millia virorum cadunt peſte.

Miſerationes Dei.

C

Dolet Dauid populum ſuum percuti, cum ipſe ſit qui peccauerit.

Ceſſat peſtis oblato à Dauide holocauſto.

Angelo conſpecto terretur Ornan.

D

Gratis non accipit aut vi aufert Dauid quod Deo offerat.

Tabernaculum & altare holocauſtorum in Gabaon. 2.Par.1.a

SCHO-



SCHOLIA IN CAP. XXI.

1 Hebraiſmus, Stetit q.d. Satan aggreſſus eſt Dauidẽ, perſuaſitq́; illi vt &c. 2 vel, Dixit itaque 3 ſub. numerum. 4 Heb. ſicut ſunt, centum vicibus, id eſt, centuplo maiorem reddat quàm ſit. 5 Heb. omnes ſunt domino meo in ſeruos? id eſt, nonne omnes ſunt ſerui tui domine mi? 6 in delictum Iſraeli? id eſt, in damnum & perniciem. 7 id eſt, non potuit Ioab dimouere regem à ſententia. 8 Heb. numerum numeri. Voces Hebrææ idem ſignificant. 9 Heb. mille millia & centum millia. In Samuele ponitur minor numerus: nempe octingenta millia. Dicunt autem Hebræi apud Samuelem deſcriptum eſſe numerum eorum quorum catalogum Ioab Dauidi dedit: hîc autem poni numerum vniuerſi Iſraelis (tribus exceptis tribubus, Leui, Beniamin & Iuda) ſecundum veritatem. q.d. Et fuit vniuerſus Iſrael iuxta veritatem, mille millia &c. In numero tribus Iudæ, maior numerus ponitur in Samuele, quàm hîc: quia hîc (inquiunt Hebræi) non numerantur principes, ſed reliqui armis gerendis apti. Deſunt autem hîc ab illo numero 30000. Præterea in hoc verſu per Iſraelem omnes tribus intelliguntur, præter tres, quæ hîc ponuntur, Leui, Beniamin & Iuda: per Iudam vero, hîc vnicam tribum intelligere oportet. 10 Hebraiſmus, educentium gladium. 11 non ſunt numerati 12 quaſi dicat, animus Ioab abhorrebat ab ea re, inuituſque exequebatur iuſſum regis. 13 id eſt, condona mihi hanc iniquitatem. 14 extendo. vel, extenſurus ſum 15 ſubaudi, vnum ex illis tribus quæ à me tibi proponentur. 16 An (vis vt veniant tibi) tres anni famis, an vt tribus menſibus (ſis) conſumptus à facie &c. In Samuele dicit ſeptem annos famis: quia iam tres præterierant. Vt conſumptus, ſiue oppreſſus, id eſt, vt res tuæ ſint acciſæ ab hoſtibus tuis. 17 id eſt, gladio inimicorum tuorum cadas, ſiue moriaris. 18 an vt tribus diebus (graſſetur, vel ſit) gladius Domini & peſtis in terra, & angelus Domini (ſit) vaſtans in vniuerſo termino Iſrael? &, pro id eſt: Gladius Domini, id eſt peſtis &c. 19 ſubaudi, quendam. 20 quumque pararet vaſtare eam, 21 id eſt, mutauit cõſilium quod ceperat de perdenda vrbe Ieroſolymitana. 22 vel, extentum 23 Heb. & male agendo male egi, 24 ſub. in aream Ornã. erat enim locus ille ſublimis, & in edito magis loco quàm vrbs ipſa. 25 vel, locum areæ. In qua, vel iuxta quam apparuit angelus Domini. 26 Heb. perfecta. vel, plena, id eſt, pretio integro & perfecto. Alij, argento quantum valet, vende mihi. 27 vel, ceſſet 28 vel, tribulas. q.d. dabo tibi inſtrumenta mea ruſtica vnde facias ignem. 29 potius, pacificum, 30 ſiue, paratus ſum dare. 31 plena. vel, perfecta: 32 vel, vt offeram Domino 33 id eſt, de alieno. 34 pacifica, 35 q.d. quum vidiſſet Dauid Deum ignem miſiſſe de cælo qui cõſumpſit holocauſtum, tunc ſciuit ſe eſſe exauditum. 36 in ipſo excelſo (quod erat) in Gabaon, 37 Non potuerat autem Dauid 38 q.d. Hic locus eſt Deo gratus, hîc habitat & hic colitur.

## CAP. XXII.

Dauid præparat neceſſaria ad ædificationem domus Dei.

DIxitque Dauid, Hæc eſt domus Dei, & hoc alta- 1
re in holocauſtum Iſrael. ♀ Et præcepit vt con 2
gregarentur omnes proſelyti de terra Iſrael, &
conſtituit ex eis latomos ad cædendos lapides & polien-
dos, vt ædificaretur domus Dei. ♀ Ferrum quoque plu 3
rimum ad clauos ianuarum, & ad commiſſuras atque
iuncturas præparauit Dauid: & æris pondus innumera-
bile. ♀ Ligna quoque cedrina non poterant æſtimari, 4
quæ Sidonij & Tyrij" deportauerunt ad Dauid. ♀ Et 5
dixit Dauid, Salomon filius meus puer paruulus eſt &
delicatus: domus autem quam ædificare volo Domino,
talis eſſe debet vt in cunctis regionibus nominetur: præ-
parabo ergo ei neceſſaria. & ob hanc cauſam, ante mor-
tem ſuam omnes præparauit impenſas. ♀ Vocauitque 6
Salomonem filium ſuum: & præcepit ei vt ædificaret do-
mum Domino Deo Iſrael. ♀ Dixitque Dauid ad Salo- 7
monem, Fili mi, voluntatis meæ fuit vt ædificarem do-
mum nomini Domini Dei mei. ♀ Sed factus eſt ſermo 8
Domini ad me, dicens, Multum ſanguinem effudiſti, &
plurima bella bellaſti: non poteris ædificare domum no-
mini meo, tanto effuſo ſanguine coram me. ♀ Filius qui 9
naſcetur tibi, erit vir quietiſsimus: faciam enim eum re-
quieſcere ab omnibus inimicis ſuis per circuitum: & ob
hanc cauſam Pacificus vocabitur: & pacem, & otium da-
bo in Iſrael cunctis diebus eius. ♀ Ipſe ædificabit do- 10
mum nomini meo: & ipſe erit mihi in filium, & ego ero
illi in patrem: firmaboque ſolium regni eius ſuper Iſ-
rael in æternum. ♀ Nunc ergo fili mi, ſit Dominus 11
tecum & proſperare, & ædifica domum Domino Deo
tuo, ſicut locutus eſt de te. ♀ " Detque tibi Dominus pru 12
dentiam & ſenſum, vt regere poſsis Iſrael, & cuſtodire
legem Domini Dei tui. ♀ Tunc enim proficere poteris, 13
ſi cuſtodieris mandata, & iudicia quæ præcepit Dominus
Moyſi vt doceret Iſrael: confortare, & viriliter age, ne
timeas, neque paueas. ♀ Ecce ego in paupertate mea 14
præparaui impenſas domus Domini, auri talenta centum
millia, & argenti mille millia talentorum: æris verò
& ferri non eſt pondus, vincitur enim numerus magni-
tudine: ligna & lapides præparaui ad vniuerſa impendia.
D ♀ Habes quoque plurimos artifices, latomos, & cæ- 15
mentarios, artificeſque lignorum, & omnium ar-
tium ad faciendum opus prudentiſsimos. ♀ In auro 16
& argento & ære & ferro, cuius non eſt numerus.
ſurge igitur, & fac, & erit Dominus tecum. ♀ Præcepit 17
quoque Dauid cunctis principibus Iſrael, vt adiuua-
rent Salomonem filium ſuum. ♀ Cernitis, inquiens, 18

"deportauerant

B

Iubet Dauid Salomoni vt ædificet domum Domini.

Cur Dauid templi non potuit ædificare.

Quare Salomõ ſic dicatur.

2.Reg.7.b. Heb.1.a.3.re.5.a.

C

Exhortatur Dauid Salomonẽ vt Deũ timeat.

"Det quoque

*PRæcepit autem Dauid vt congregarentur aduenæ qui erant in terra Iſrael, & conſtituit [eos] latomos qui 1 excinderent lapides politos, ad extruendum ædem Dei. Deinde & ferri multum parauit ipſe Dauid 2 ad ſeras & ianuas portarum & ad iuncturas, adhæc & multum æris ſine pondere. Ligna quoque cedrina innumera: nam adduxerant Zidonij & Tyrij innumera ligna cedrina ad Dauidem. Tum 3 ait Dauid, Filius meus Solomon puer eſt & tener, domus autem ædificanda eſt Domino magnifica, 4 quæ ſublimitatem, nomen [excellens,] decuſq́; habeat in vniuerſis nationibus: 5 apparabo [igitur] nunc ei. præparauit itaque Dauid 6 multa ante mortem ſuam. Vocauit autem Solomonem filium ſuum, præcepitque ei vt extrueret ædem Domino Deo Iſraelis. Aitq́; Dauid ad Solomonem, 7 Ego volui mi fili, ædificare ædem nomini Domini Dei mei, vt apud me ſtatueram. At verbum Domini factum eſt ad me in hanc ſententiam, Fudiſti multum ſanguinis, & prælia magna geſsiſti, non ædificabis nomini meo ædem: ſanguinis enim multum fudiſti in terram 8 coram me. Ecce filius tibi naſcetur, 9 hic vir erit tranquillus: ego enim dabo ei 10 tranquillitatem ab omnibus hoſtibus eius circunquaque: ſiquidem Solomon erit nomen eius: daboq́; pacem & tranquillitatem ſuper Iſraelem in diebus eius. Ille ædificabit domum nomini meo: & 11 is erit mihi filius, egoq́; ero ei pater: & firmabo ſolium regni eius ſuper Iſraelem in ſempiternum. Nunc igitur fili mi, ſit Dominus tecum, 12 vt proſperrime tibi cedat, tu ædificabis ædem Domino Deo tuo, ſicut locutus eſt de te. 13 Quin dabit tibi Dominus intelligentiam & prudentiam, 14 dabitq́; tibi præcepta ad Iſraelem, 15 vt cuſtodias legem Domini Dei tui: Tum proſpere cedet tibi, 16 quum obſeruaueris & feceris ſtatuta & iudicia quæ præcepit Dominus Moſi ad Iſraelem. ſis igitur fortis & robuſtus, ne timeas, ne paueas. En ego 17 pro paupertate mea paraui pro æde Domini auri centum millia talentorum, argenti mille millia talentorum: porrò æris & ferri non eſt pondus, multum enim eſt: ligna quoque & lapides præparaui, quibus tu adijcere [poteris.] Habes iam multos apud te qui opus perficiant, latomos & ſcalptores lapidum, ac fabros lignarios, 18 multos denique qui induſtrij ſunt in omni opere. Auri, argenti, æris & ferri nullus numerus: 19 ſurge & fac, eritq́; Dominus tecum. Præcepit præterea Dauid cunctis proceribus Iſraelis, vt auxilio eſſent filio ſuo Solomoni: Annon [inquit]*

Dominus Deus veſter eſt vobiſcum, & dedit vobis tranquillitatem circunquaque? quandoquidem ſub manum meam tradidit habitatores terræ, & 20 ſubacta eſt terra coram Domino, & coram populo eius. 21 Præbete ergo cor veſtrum & animum veſtrum, vt quæratis Dominum Deum veſtrũ: ſurgite & ædificate ſanctuarium Domini Dei, vt adducatis arcam fœderis Domini, & vaſa 22 Dei ſancta in ædem nomini Domini extructam.

quòd Dominus Deus veſter vobiſcũ ſit, & dederit vobis
requiem per circuitum, & tradiderit omnes inimicos ve-
ſtros in manus veſtras, & ſubiecta ſit terra coram Domi- Corda ad quærendum Dei.
19 no, & corã populo eius. ☞ Præbete igitur corda veſtra &
animas veſtras vt quæratis Dominum Deum veſtrum: &
cõſurgite & ædificate ſanctuariũ Domino Deo: vt intro-
ducatur arca fœderis Domini, & vaſa Domino conſecra- Deo
ta, in domum quæ ædificatur nomini Domini.

## SCHOLIA IN CAP. XXII.

1 Id eſt, vt eruerent è lapicidinis lapides qui poſtea cæderentur & polirentur. Peregrini ſiue proſelyti erant in poſtremo gradu & ordine apud Iſraelitas: idcirco conſtituerant eos in viliore iſto munere. 2 ad clauos, ad oſtia &c. 3 ſubaudi, apud ſeſe, & in animo ſuo. 4 Hebraiſmus, ad excellentiam, ad nomen, & ad honorem &c. id eſt, templum magnificentiſsimum, excellentiſsimum & nominatiſsimum. 5 ſubaudi, neceſſaria. 6 Hebraiſmus, in copia. ſiue abundantia magna. 7 Hebraiſmus, Fuit in corde meo vt ædificarem templum nomini Domini Dei mei. At &c. id eſt, Ego ſtatueram apud me ædificare &c. 8 quaſi dicat, me ſciente & vidente. 9 Heb. hic erit vir quietis, 10 ſiue, requiem 11 q.d. fauebo ei per omnia. 12 Heb. & fœliciter (ſiue, proſpere) agas: & ædifices 13 Veruntamen det 14 detque tibi mandata de Iſraele. vel, vt mandata det tibi de Iſraele, id eſt, vtatur Dominus opera tua quum volet reconciliari Iſraeli. 15 vel, & cuſtodias 16 Heb. ſi cuſtodieris ad faciendum, id eſt, ſi cuſtodieris faciendo. vel, ſi cuſtodieris & feceris 17 Fuit pauper Dauid reſpectu Salomonis. aut hoc dicit modeſtiæ cauſa. 18 Hebraiſmus, & omnem peritum &c. id eſt, omnes peritos in omnibus artibus. 19 q.d. ſine mora aggredere opus. 20 id eſt, iſta terra paret & Domino & populo eius. 21. i. Nunc ergo corde & animo requirite Dominũ. 22 Heb. ſanctitatis Dei, id eſt, conſecrata Deo.

## CAP. XXIII.

DAuid quum ſenio iam eſſet confectus, dierumq; ſatur, præfecit Solomonem filium ſuum regem ſuper Iſraelem. Congregauit itaque omnes proceres Iſraelis ſacerdotes & Leuitas, Et numerati ſunt Leuitæ ab eo qui triginta natus erat annos & ſuprà: fuitque numerus eorum 1 qui per capita & viritim [cenſi erant,] triginta & octo millia fortium virorum. 2 Ex his erunt vigintiquatuor millia qui vrgebunt opus domus Domini: 3 præfectorum autem & iudicum ſex millia. Quatuor millia ianitorum, quatuor millia eorum qui laudabunt Dominum in 4 inſtrumentis, 5 quæ ego feci ad laudandum. Diſtribuit autem eos Dauid in 6 ordines 7 ex filijs Leui, Gerſon, Cahath & Merari. 8 De Gerſonitis, Laedan, & Simei. Filij Laedan, 9 præcipuus Iehiel, Sethan, & Ioel, tres. Filij 10 Simei, Selomith, Haſiel, & Haran, tres: hi fuerunt capita patrum ex Laedan. Filij verò 11 Simei, Iahath, Sina, Ieus & Beria: iſti ſunt filij Simei, nempe quatuor. Fuit autem Iahath 12 præcipuus, & Siſa 13 ſecundus: Ieus verò & Beria 14 non fuerunt aucti liberis, ſed fuerunt 15 iuxta paternam familiam in eodem cenſu. Filij Cahath, Amram, Iizhar, Hebron, & Vſiel: quatuor. Filij Amram, Aharon & Moſes: ſegregatus eſt Aharon 16 vt ſanctis præeſſet in ſancto ſanctorum, ipſe & filij eius in ſempiternum, vt 17 adoleret incenſum coram Domino, miniſtraret ei, atque benediceret nomini eius in ſempiternum. 18 Moſes quoque & filij eius appellati ſunt iuxta tribum Leui. Filij Moſis, Gerſom, & Eliæſer. 19 Filij Gerſum, Sebuel præcipuus. 20 Filij autem Eliæſer fuerunt Rehabia præcipuus, nec fuerunt filij alij ipſi Eliæſer: filiorum autem Rehabia fuerunt ſupra modum plures. 21 Filij Iizhar, Selomith præcipuus. Filij Hebron, Ieria primus, Amaria ſecundus, Iohaſiel tertius, Iecamiam quartus. Filij Vſiel, Micha primus, Ieſia ſecundus. Filij Merari, Mahli & Muſi. filij Mahli, Eleaſar & Kis. Mortuus eſt autem Eleaſar ſine liberis, filias tamen habuit, quas duxerunt filij Kis 22 fratres earum. Filij Muſi, Mahli, Eder & Ieremoth, tres. Hi ſunt filij Leui 23 ſecundum domum patrum ſuorum, 24 capita patrum iuxta officia ſua, & iuxta numerum nominum, & ſecundum capita eorum, qui faciebant opus in miniſterio domus Domini, ab eo qui natus erat 25 viginti annos & ſupra. Dixit enim Dauid, Requiem dedit Dominus populo ſuo Iſraeli, 26 vt habitet in Ieruſalem in ſempiternum. 27 Et etiam Leuitis, ne portent tabernaculum, & omnia vaſa eius pro miniſterio eius. Quoniam 28 iuxta verba Dauidis nouiſsima, 29 erat numerus filiorum

## CAP. XXIII.

1 IGitur Dauid ſenex & plenus dierum, regem con- Dauid ſenex regem conſtituit Salomonẽ.
2 ſtituit Salomonem filium ſuum ſuper Iſrael. ☞ Et
congregauit omnes principes Iſrael, & ſacerdo-
3 tes atque Leuitas. ☞ Numeratique ſunt Leuitæ à
viginti annis, & ſuprà: & inuenta ſunt trigintaocto triginta
4 millia virorum. ☞ Ex his electi ſunt, & diſtributi Numerat Leuitas, & eiſdem officia aſsignat.
in miniſterium Domus Domini vigintiquatuor mil-
lia: præpoſitorum autem & iudicum, ſex millia.
5 ☞ Porrò quatuor millia ianitores: & totidem pſaltes
canentes Domino in organis quæ fecerat ad canen-
6 dum. ☞ Et diſtribuit eos Dauid per vices filiorum Suprà.6.a.
7 Leui, Gerſon videlicet, & Caath, & Merari. ☞ Fi- Gerſon.
8 lij Gerſon: Leedan, & Semei. ☞ Filij Leedan: prin-
9 ceps Iahiel & Zethan, & Ioel, tres. ☞ Filij Semei: B
Salomith & Hoziel & Aran, tres: iſti principes fami-
10 liarum Leedan. ☞ Porrò filij Semei: Leheth, & Zi- Ieheth, Zina,
11 za, & Iaus, & Baria: iſti filij Semei, quatuor. ☞ Erat
autem Leheth prior, Ziza ſecundus: porrò Iaus &
Baria non habuerunt plurimos filios, & idcirco in
12 vna familia vnaque domo computati ſunt. ☞ Filij Caath familia.
Caath: Amram & Iſaar, Hebron & Oziel, quatuor.
13 ☞ Filij Amram, Aaron & Moyſes. ſeparatuſque eſt Exod. 2. a. 6. c.
Aaron vt miniſtraret in ſancto ſanctorum, ipſe & Heb.5.b.
filij eius in ſempiternum, & adoleret incenſum Do-
mino ſecundum ritum ſuum, ac benediceret nomini
14 eius in perpetuum. ☞ Moyſi quoque hominis Dei Moyſi familia.
15 filij annumerati ſunt in tribu Leui. ☞ Filij Moyſi:
16 Gerſom & Eliezer. ☞ Filij Gerſom: Subuel primus. Exod.2.d.
17 ☞ Fuerunt autem filij Eliezer: Rohobia primus: &
non erant Eliezer filij alij. porrò filij Rohobia mul-
18 tiplicati ſunt nimis. ☞ Filij Iſaar: Salomith primus.
19 ☞ Filij Hebron: Ieriau primus, Amarias ſecundus, C
20 Iahaziel tertius, Iecmaam quartus. ☞ Filij Oziel: Mi-
21 cha primus, Ieſia ſecundus. ☞ Filij Merari: Moholi & Merari familia.
22 Muſi. filij Moholi: Eleazar & Cis. ☞ Mortuus eſt au-
tem Eleazar, & non habuit filios, ſed filias: accepe-
23 runtque eas filij Cis fratres earum. ☞ Filij Muſi: Moholi
24 & Eder & Ierimoth, tres. ☞ Hi filij Leui in cognationi-
bus & familijs ſuis, principes per vices, & numerum ca-
pitum ſingulorum qui faciebant opera miniſterij domus
25 Domini à viginti annis, & ſupra. ☞ Dixit enim Dauid,
Requiem dedit Dominus Deus Iſrael populo ſuo, & ha-
26 bitationem Ieruſalem vſque in æternum. ☞ Nec erit
officij Leuitarum vt vltrà portent tabernaculum, & om-
27 nia vaſa eius ad miniſtrandum. ☞ Iuxta præcepta quo-
que Dauid nouiſsima ſupputabitur numerus filiorum
Leui



D Leui à viginti annis & ſupra. ☞ Et erunt ſub manu filiorũ 28
Aaron in cultum domus Domini, in veſtibulis & in ex-
hedris, & in loco purificationis, & in ſanctuario, & in vni-
uerſis operibus miniſterij templi Domini. ☞ Sacerdotes 29 Dei.
autem, ſuper panes propoſitionis, & ad ſimilæ ſacrificiũ,
& ad lagana & azyma & ſartaginem, & ad torrendũ, & ſu- feruẽtem ſimilam,
per omne pondus atque menſurã. ☞ Leuitę verò vt ſtent 30
mane ad confitendum & canendum Domino: ſimiliter-
que ad veſperam, ☞ Tam in oblatione holocauſtorũ Do- 31
mini, quàm in Sabbathis & Calendis & ſolennitatibus re-
liquis iuxta numerum & ceremonias vniuſcuiuſque
rei, iugiter coram Domino. ☞ Et cuſtodiát obſeruationes 32
tabernaculi fœderis, & ritum ſanctuarij, & obſeruationẽ
filiorum Aaron fratrum ſuorum, vt miniſtrent in domo
Domini.

Leui ab eo qui natus erat viginti annos & ſupra. 30 Et illorum ſtatio erat ad iuſſum filiorum Aharonis, pro miniſterio domus Domini, ſuper atria, exhedras, & purificationem 31 in omnibus quæ ſancta erant, & 32 in opere miniſterij domus Dei. Deinde ad panes 33 ordinatos, 34 ſimilam, molam, ad lagana, 35 infermentata in ſartagine, in frixorio, & ad omnem menſuram 36 & cenſum. Et vt 37 ſtarent mane ſingulis diebus ad 38 confitendum atque laudandum Dominum, ſic etiam veſpere, Et ad offerendum cuncta holocauſta Domino ſabbatis, neomenijs, & ſtatis ferijs, numero & ritu qui erat eis [præſcriptus,] idque iugiter, 39 ante conſpectum Domini, vtque obſeruarent cuſtodiam 40 tentorij conſtitutionis, cuſtodiãq; 41 ſanctuarij, & 42 cuſtodiam filiorum Aharonis fratrum ſuorum in miniſterio domus Domini.

## SCHOLIA IN CAP. XXIII.

1 Hebraiſmus, per capita ſua (&) per viros numerando, triginta & octo millia, ſubaudi Leuitarum, quaſi dicat, numeratis ſingulis fuerunt, &c. 2 Subaudienda ſunt aliquot verba, Et dixit Dauid. nam verba ſunt Dauidis iſta, Ex his (ſubaudi Leuitis) erũt &c. 3 præfecti & iudices, idem ſignificant. 4 ſubaudi, muſicis. 5 Qui nihil ſubaudiunt initio præcedentis verſus, rectè vertunt (quæ fecit) per tertiam perſonam, licet ſit primæ, Ex his erant, &c. qui vrgebant, &c. quæ fecit ad laudandum, ſubaudi, Dominũ. 6 Hebraiſmus, diſtributiones. 7 filios Leui, in Gerſon, &c. 8 Hebraiſmus, Gerſonitas, in (familiam) Laedan, &c. Hic alio nomine dicitur Libni, vt ex præcedenti capite ſexto vides. 9 primus. vel, princeps. 10 ſubaudi, filij Laedan. 11 ſubaudi, filij Gerſom. 12 princeps. 13 id eſt, ſecundæ dignitatis. 14 Hebraiſmus, non multiplicauerunt liberos, id eſt, non habuerunt multos liberos. 15 in familiam patris, & in ſupputationem vnicam, quaſi dicat, duæ iſtæ familiæ reputatæ ſunt pro vnica: ex eis facta eſt vnica familia & vnicus catalogus. 16 Hebraiſmus, vt ſanctificaret ſanctum ſanctorum, id eſt, rem ſacroſanctam, vel ſacrificium ſacroſanctum. 17 vel, adolerent. Aaron ſcilicet & filij eius. 18 Hebraiſmus, Moſes autem vir Dei filij eius (id eſt, Moſis autem viri Dei filij) vocati ſunt in tribu Leuitarum, id eſt, æſtimantur de tribu Leuitarum. 19 pro, Filius. 20 Plurale pro ſingulari. 21 plurale pro ſingulari. 22 id eſt, cognati. 23 in domo maiorum ſuorum, id eſt, per familias ſuas. 24 vel, principes familiarum in enumerationibus ſuis in numero nominum per capita ſua, id eſt, numerati per ſingula capita nominatim. 25 Antea dixit, à filio XXX annorum, &c. Dices Leuitas bis fuiſſe enumeratos: primò, à triceſimo anno & ſuprà, ſecundo, à viceſimo anno & ſupra. 26 Hebraiſmus, & habitabit, ſubaudi, Dominus, vel populus, quaſi dicat, non mutabit poſtea populus ſubinde locum quemadmodum antea. 27 Et etiam Leuitarum non erit portare, &c. id eſt, Leuitę poſthac non portabunt tabernaculum, ſicut antea ſolebant. 28 id eſt, iuxta ordinationem. 29 eſt. vel, fuit. Vertere etiam potes ſubaudiendo (viri) hoc modo, viri numeri fuerunt, id eſt, viri numerãdi, hoc eſt Leuitę numerãdi fuerũt à viceſimo, &c. 30 Heb. Quia ſtatio eorũ (erit) ad manũ, &c. i. ad latus. hoc eſt, Quia ſtatio eorũ erit e regione filiorũ, &c. 31 Heb. omnis ſanctitatis. i. omnium vaſorũ ſacrorũ. 32 ſubaudi, erit. & erit in opere. 33 propoſitionis. i. bene ordinatos & diſpoſitos coram Domino. 34 ſimilam in ſacrificium, id eſt, pro ſacrificio faciendo. 35 & in ſartaginem, & in frixam. ſiue toſtam, ſubaudi ſimilam. 36 & quantitatem. Menſuram vocat diſcretorum, Quantitatem verò liquidorum & quantitatem continuorum. Aut menſuram magnam, & minorem menſuram. 37 ſubaudi, in templo. 38 vel, celebrandum. 39 Iſtud (in conſpectu Domini,) pertinet ad illud quod præceſsit, Et vt ſtarent. vel, ſtent. 40 tabernaculi fœderis, 41 ſanctitatis, id eſt, rerum ſacrarũ. 42 id eſt, vt facerent quæ imperarent illis filij Aaron, id eſt, ſacerdotes fratres ipſorum.

## CAP. XXIIII.

Aſsignat Dauid officia filijs Aaron. Leui.10.a.

POrrò filijs Aaron hæ partitiones erant. filij Aaron: 1
Nadab & Abiu & Eleazar & Ithamar. ☞ Mortui ſunt 2
autem Nadab & Abiu ante patrem ſuum abſque li-
beris: ſacerdotioq; functus eſt Eleazar & Ithamar. ☞ Et 3
diuiſit eos Dauid, id eſt Sadoc de filijs Eleazari, & Ahi- &
melech de filijs Ithamar ſecundum vices ſuas & miniſte-
rium. ☞ Inuentique ſunt multo plures filij Eleazar in prin- 4
cipibus viris, quã filij Ithamar. Diuiſit autem eis, hoc eſt
filijs Eleazar principes per familias ſedecim: & filijs Itha-
mar per familias & domos ſuas octo. ☞ Porrò diuiſit v- 5 Sors.
traſque inter ſe & familias ſortibus: erant enim principes
B ſanctuarij, & principes domus Dei tam de filijs Eleazar,
quàm de filijs Ithamar. ☞ Deſcripſitq; eos Semeias filius 6
Nathanael ſcriba Leuites, coram rege & principibus, &
Sadoc ſacerdote, & Ahimelech filio Abiathar, principi-
bus quoque familiarum ſacerdotalium & Leuiticarũ: vnã 7
domum, quæ cæteris præerat, Eleazar: & alteram domũ, 8
quæ ſub ſe habebat cæteros, Ithamar. ☞ Exiuit autem ſors 9
prima Ioiarib, ſecunda Iedei, ☞ tertia Harim, quarta Seo- 10
rim, ☞ quinta Melchia, ſexta Maiman, ☞ ſeptima Accos, 11
octaua Abia, ☞ nona Ieſua, decima Sechenia, ☞ vndeci- 12
ma Eliaſib, duodecima Iacim, ☞ tredecima Hoppha, deci- 13
maquarta Iſbaab, ☞ decimaquinta Belga, decimaſexta 14
Emmer, ☞ decimaſeptima Hezir, ☞ decimaoctaua Aphſes, 15
decimanona Apheceia, viceſima Hezeciel, ☞ viceſima- 16 Phetheia,
C prima Iachin, viceſimaſecunda Gamul, ☞ viceſimatertia 17
Dalaiau, viceſimaquarta Maaziau. ☞ Hæ vices eorum ſe- 18
cundum miniſteria ſua, vt ingrediantur domum Domini 19

## CAP. XXIIII.

FIliorum autem Aharonis hæ ſunt diſtributiones. 1 filij Aharonis, Nadab, Abihu, Eleaſar & Ithamar. Mortuus autem eſt Nadab & Abihu 2 corã patre ſuo, nec habuerũt liberos, 3 functi ergo ſacerdotio ſunt Eleaſar & Ithamar. 4 Diuiſiq; ſunt per Dauidẽ, & 5 erat Zadoc ex filijs Eleaſar, Ahimelech verò ex filijs Ithamar, 6 ſecũdũ officia ſua [&] in miniſterio ſuo. Et inuẽti ſunt 7 filij Eleaſar plures 8 iuxta capita virilĩ, quã filij Ithamar, & 9 diuiſit eos. 10 in filijs Eleaſar [erant] primores 11 iuxta domos patrias ſedecim: & in filijs Ithamar 11 iuxta domos patrũ ſuorũ, octo. 12 Diuiſit autem eos per ſortem 13 hos ab illis: quoniam 14 fuerunt principes ſanctuarij & principes Dei de filijs Eleazar atque de filijs Ithamar, Et deſcripſit eos Semahia filius Nethaneel ſcriba ex tribu Leui, coram rege & principibus, & Zadoc ſacerdote, atque Ahimelech filio Abiathar, & 15 præcipuis patribus, ſacerdotibus atque Leuitis 16 domus patria vna poſſeſſa fuit ab Eleaſar, & altera poſſeſſa ab Ithamar. Egreſſa autem ſors prior pro Iehoiarib, ſecunda ipſi Iedaia, tertia ipſi Harim, quarta pro Seborim, quinta pro Malkia, ſexta pro Mijamin, ſeptima pro Hacoz, octaua pro Abia, nona pro Ieſua, decima pro Sechania, vndecima pro Eliaſib, duodecima pro Iaxim, decimatertia pro Huppa, decimaquarta pro Ieſebead, decimaquĩta pro Bilga, decimaſexta pro Immer, decimaſeptima pro Heſir, decimaoctaua pro Hapizez, decimanona pro Pethahia, viceſima pro Iehezkel, viceſimaprima pro Iachĩ, viceſimaſecũda pro Gamul, viceſimatertia pro Delaia, & viceſimaquarta pro Maaſia. 17 Hæ ſunt ordinatiões eorum iuxta miniſteria ſua, quãdo ingrediebãtur domũ Dñi

*ſecundum ritum eorum, ſub 18 manu Aharonis patris eorum, quemadmodum 19 præceperat ei Dominus Deus Iſraelis. Porrò 20 filij Leui reſidui ſunt, de filijs Amram [fuit] Subael: de filijs Subael, Iedia, De Rehabia: fuitque de filijs Rehabia 21 primus Iſiah. De Izharitis, Selomoth: & de filijs Selomoth, Iahath. 22 Filij Ieria, Amaria ſecundus, Iahaſiel tertius, & Iecameam quartus. 23 Filij Vſiel, Micha: de filijs Micha, Samir. Frater Michæ Iſsia, & de filijs Iſsiæ Zacharias. Filij Merari, Mahli & Muſi. 24 filij Iahzia, Beno. 25 Filij Merari de Iahzia, Beno, Soham, Zaccur & Ibri. 26 de Mahli, Eleaſar, & hic non habuit filios. 27 [De] Kis, Ierameel. Filij autem Muſi, Mahli, Eder, & Ierimoth. Hi ſunt 29 filij Leuitarum iuxta domos patrum ſuorum. Iecerunt & iſti ſortes eregione 30 fratrum ſuorum, filiorum Aharonis coram Dauide rege, & Zadoc & Ahimelech, & 31 præcipuis patribus, ſacerdotibus & Leuitis: 32 præcipui ſcilicet patres eregione fratrum ſuorum minorum.*

& iuxta ritum ſuum ſub manu Aaron patris eorum: ſicut
20 præceperat Dominus Deus Iſrael. ¶ Porrò filiorum Le-
ui, qui reliqui fuerant, de filijs Amram erat Subael: & de
21 filijs Subael, Iehedeia. ¶ De filijs quoq; Rohobiæ prin-
22 ceps Ieſias. ¶ Iſaari verò filius Salemoth: filiuſque Sa-
23 lemoth Iahath, ¶ Filiuſque eius Ieriau primus, Amarias
24 ſecundus, Iahaziel tertius, Iecmaam quartus. ¶ Filius
25 Oziel, Micha: filius Micha, Samir. ¶ Frater Micha, Ie- D
26 ſia: filiuſque Ieſiæ, Zacharias. ¶ Filij Merari: Moho-
27 li & Muſi. filius Oziau: Benno. ¶ Filius quoque Merari:
28 Oziau & Soam & Zacchur & Hebri. ¶ Porrò Moholi fi-
29 lius: Eleazar, qui non habebat liberos. ¶ Filius verò
30 Cis, Ierameel. ¶ Filij Muſi: Moholi, Eder & Ierimoth.
31 iſti filij Leui ſecundum domos familiarum ſuarum. ¶ Mi-
ſeruntque & ipſi ſortes contra fratres ſuos filios Aaron
coram Dauid rege, & Sadoc, & Ahimelech, & principi-
bus familiarum ſacerdotalium & Leuiticarum, tam ma-
iores, quàm minores. omnes ſors æqualiter diuidebat. Sors.

## SCHOLIA IN CAP. XXIIII.

1 Filijs autem Aaronis (id eſt, ſacerdodotibus) fuerunt ſuæ partitiones, id eſt, fuerunt diſtributi in claſſes. 2 id eſt, patre adhuc viuente, 3 quaſi dicat, põtificatus deuolutus fuit ad Ithamar, &c. 4 ſubaudi, in claſſes. 5 id eſt, erat nepos Eleazar, ducebat originem ab Eleazar. 6 in enumeratione ſua, id eſt, in vice ſua, ſiue præfectura. 7 id eſt, nepotes. 8 per capita virorum, id eſt, recenſendo ſingulos. Alij vertunt, in principibus virorum, id eſt, ſi ſpectes viros principes. Verum prior ſententia doctioribus magis placet. 9 Hebraiſmus, diuiſerunt eos. 10 ex filijs. 11 in domo patrum, id eſt, per familias. 12 Diuiſerunt autem, &c. 13 iſtos cum iſtis, id eſt, Filios Eleazar & Ithamar, omnes ſimul collectos partiti ſunt miſsis ſortibus. 14 id eſt, præfuerunt, ſiue præerant rebus ſacris & diuinis. 15 principibus familiarum, ſacerdotum, & Leuitarum. 16 Hebraiſmus, (in) domum patris (id eſt, in familiam) vnam attributam Eleazaro, & (familiam aliam) attributam, attributam inquam ipſi Ithamar, quaſi dicat, in duas familias, nẽpe in familiã Eleazar & familiã Ithamar. 17 Iſti ſunt (quorum) enumeratio (erat) in miniſterio ſuo, vt ingrederentur, &c. Enumerationem vocat præfecturam ſeu epiſcopatum. Verti etiam poteſt, Hæc ſunt (verba) præfecturæ eorũ .i. Hæc eſt præfectura eorum: Hæ ſunt vices eorum. vel, Hęc ſunt verba enumerationis eorum, id eſt, Hæc eſt enumeratio eorum, &c. 18 vel, poteſtate. 19 nam Dominus dederat ei ſacerdotij dignitatem. 20 de filijs Leui qui reliqui erant. 21 princeps. 22 (De) filijs (Banæ fuit) Ieria, ſubaudi, primus. 23 (De) filijs. 24 (de) filijs. 25 q.d. Iahzia qui deſcendebat ex Merari, habuit quatuor filios, Beno, &c. 26 Ex (filijs) Mahli. 27 (Ex filijs) kis. q.d. De filijs kis fuit Ierameel. 29 .i. Leuitę per familias ſuas. 30 .i. cognatorũ. 31 principibus familiarũ. 32 (è) patrib⁹ qui principẽ locũ tenebat, (miſit ſortẽ) cõtra fratrẽ ſuum minorẽ .i. conſtitutum in minore dignitate.

## CAP. XXV.

*SEgregauerunt itaque Dauid & principes exercitus 1 in miniſterium filios Aſaph, Heman, atque Ieduthun, 2 quum prophetarent in citharis, nablis & cymbalis: 3 fuitq; numerus illorum virorum qui [præfecti erant] operi miniſterij, De filijs Aſaph, Zaccur, Ioſeph, Nethania, & Aſarela, 4 [fuerunt] filij Aſaph, qui erãt ipſi Aſaph ad manum prophetanti iuxta regem. De [filijs] Ieduthun: filij Ieduthun, Gedalia, Zeri, Eſaias, Haſabias, Mathitias, 5 ſex 6 ſub manu patris eorum Ieduthun prophetantis in cithara, 7 in confeſsionibus & laudibus Domini. De Hemã: filij Heman, Buxia, Mathania, Vſiel, Sebuel, Ierimoth, Hanania, Hanani, Eliatha, Giddalthi, Romanthi-eſer, Ioſbecaſa, Mallothi, Hothir, & Mahaſioth. Omnes iſti filij erant Heman, qui regis erat videns 8 in verbis diuinis, vt erigeretur cornu. deditque Deus ipſi Heman quatuordecim filios, & tres filias. Et hi omnes 9 erant patri ſuo ad manũ, canentes in domo Domini, in cymbalis, nablis & canorũ, quando miniſterium [exequebantur] in domo Dei, ad iuſſum regis, Aſaph ſcilicet, Ieduthun, & Heman. Et fuit numerus eorum cum fratribus ſuis 10 qui inſtituti erant in canticis Domini, 11 omnium eorum qui [in his] pollebant, ducenti octogintaocto. Et iecerunt ſortes 12 cuſtodiæ vicisſim vt minoris, ſic maioris: vt intelligentis, ſic diſcipuli. Sors prima educta eſt ipſi Aſaph 13 pro Ioſeph: 14 ſecunda pro Gedalia: ipſe & fratres ſui ac filij ſui [erant] duodecim. Tertia pro Zaccur 15 & filijs eius ac fratribus eius duodecim. Quarta pro 16 Izri, filijs eius ac fratribus eius duodecim. Quinta pro Nethania, filijs eius & fratribus eius duodecim. Sexta pro Boxia, filijs eius & fratribus eius duodecim. Septima pro 17 Ieſarela, filijs eius & fratribus eius duodecim. Octaua pro Ieſaia, filijs eius & fratribus eius duodecim. Nona pro Mathania, filijs eius & fratribus eius duodecim.*

1 IGitur Dauid & magiſtratus exercitus ſegregauerunt Ordinantur cãtores, eorumq; vices & ſortes.
in miniſterium filios Aſaph & Heman & Idithun: qui
prophetarent in citharis, & pſalterijs, & cymbalis ſe-
cundum numerum ſuum dedicato ſibi officio ſeruientes.
2 ¶ De filijs Aſaph: Zacchur & Ioſeph & Nathania & Aſaph.
Aſarela: filij Aſaph, ſub manu Aſaph ᵃ prophetantes ᵃ prophetantis
3 iuxta regem. ¶ Porrò Idithun: filij Idithun, Godo- Idithun.
lias, Sori, Ieſeias, & Haſabias, & Mathathias, ſex, ſub
manu patris ſui Idithun, qui in cithara prophetabat ſu-
4 per confitentes & laudantes Dominum. ¶ Heman Heman.
quoque: filij Heman, Bocciau, Mathaniau, Oziel, Su- B
buel, & Ierimoth, Hananias, Hanani, Eliatha, Ged-
delthi, & Romenthi-ezer, & Ieſbacaſſa, Mellothi, O-
5 thir, Mahazioth. ¶ Omnes iſti filij Heman ᵃ videntes re- ᵃ videntis
gis in ſermonibus Dei, vt exaltaret cornu: deditque
6 Deus Heman filios quatuordecim, & filias tres. ¶ Vni-
uerſi ſub manu patris ſui ad cantandum in templo Domi-
ni diſtributi erant, in cymbalis, & pſalterijs, & citharis,
in miniſteria domus ᵃ Domini iuxta regem: Aſaph vide- ᵃ Dei
7 licet, & Idithun & Heman. ¶ Fuit autem numerus eo-
rum cum fratribus ſuis qui erudiebant canticum Domini,
8 cuncti doctores, ducenti octogintaocto. ¶ Miſe-
runtque ſortes per vices ſuas, ex æquo tam maior
9 quàm minor, doctus pariter & indoctus. ¶ Egreſſa-
que eſt ſors prima Ioſeph, qui erat de Aſaph: ſecunda Go- C
10 doliæ, ipſi & filijs eius & fratribus eius duodecim. ¶ Ter-
11 tia Zachur, filijs & fratribus eius duodecim. ¶ Quarta Iſa-
12 ri, filijs & fratrib⁹ eius duodecim. ¶ Quinta Nathanię, filijs
13 & fratribus eius duodecim. ¶ Sexta Bocciau, filijs & fra-
14 tribus eius duodecim. ¶ Septima Iſreela, filijs & fratribus
15 eius duodecim. ¶ Octaua Ieſaiæ, filijs & fratribus ei⁹ duo-
16 decim. ¶ Nona Mathaniæ, filijs & fratribus ei⁹ duodecim.
¶ Decima



¶ Decima Semeiæ, filijs & fratribus eius duodecim. ¶ Vn- 17
D decima Azareel, filijs & fratribus eius duodecim. ¶ Duo- 18
decima Haſabiæ, filijs & fratribus eius duodecim. ¶ Ter- 19
tiadecima Subael, filijs & fratribus eius duodecim. 20
¶ Quartadecima Mathathiæ, filijs & fratribus eius duo- 21
decim. ¶ Quintadecima Ierimoth, filijs & fratribus 22
eius duodecim. ¶ Sextadecima Hananiæ, filijs & fratri- 23
bus eius duodecim. ¶ Septimadecima Ieſbacaſſe, fi- 24
lijs & fratribus eius duodecim. ¶ Octauadecima Ha- 25
nani, filijs & fratribus eius duodecim. ¶ Nonadecima 26
Mellothi, filijs & fratribus eius duodecim. ¶ Viceſima 27
Eliatha, filijs & fratribus eius duodecim. ¶ Viceſima 28
prima Othir, filijs & fratribus eius duodecim. ¶ Vice- 29
ſimaſecunda Geddelthi, filijs & fratribus eius duodecim.
¶ Viceſimatertia Mahazioth, filijs & fratribus eius duo- 30
decim. ¶ Viceſimaquarta Romemthi-ezer, filijs & 31
fratribus eius duodecim.

*Decima pro Simei, filijs eius & fratribus eius duodecim. Vndecima pro 18 Aſreel, filijs eius & fratribus eius duodecim. Duodecima ꝑ Haſabia, filijs eius & fratribus eius duodecim. Decimatertia pro 19 Subael, filijs ei⁹ & fratribus ei⁹ duodecim. Decimaquarta ꝑ Mathitia, filijs eius & fratribus eius duodecĩ. Decimaquita ꝑ Ieremoth, filijs eius & fratribus eius duodecim. Decimaſexta ꝑХанania, filijs ei⁹ & fratribus ei⁹ duodecĩ. Decimaſeptima ꝑ Ioſbecaſſa, filijs eius & fratribus eius duodecĩ. Decimaoctaua ꝑ Hanani, filijs ei⁹ & fratribus eius duodecĩ. Decimanona ꝑ Mallothi, filijs ei⁹ & fratrib⁹ eius duodecim. Viceſima pro Eliatha, filijs eius & fratribus eius duodecim. Viceſimaprima pro Hothir, filijs eius & fratribus eius duodecim. Viceſimaſecunda Giddalthi, filijs eius & fratribus eius duodecim. Viceſimatertia pro Mahaſioth, filijs eius & fratribus eius duodecim. Viceſimaquarta pro 20 Romamthi-eſer, filijs eius & fratribus eius duodecim.*

## SCHOLIA IN CAP. XXV.

1 ſubaudi, domus Domini. hoc enim intelligi debet de miniſterio templi. Hic diſtribuuntur cãtores ſeu muſici in XXIIII claſſes. 2 qui prophetabant, id eſt, qui prophetias canebant in tẽplo Dei. 3 Hebraiſmus, fuit autem numerus eorum, (numerus) virorum operis in miniſterio ſuo, id eſt, hominum diligenter & ſcite fungentium munere ſuo, quaſi dicat, iſti omnes fuerunt muſici peritiſsimi. 4 Hebraiſmus, (fuerunt. vel, erant autem) ſub poteſtate Aſaph qui prophetabat ad imperium regis, id eſt, prophetias canebat de mandato regis. 5 Sex dicit: & tantum quinque enumerauit. Doctiores exiſtimant illum eſſe Simei, qui decimæ claſsi præerat, vt in ſequentibus videbis. 6 ſubaudi, & fuerũt. 7 ad confitendum & laudandum Dominum, id eſt, ad id vt celebrarent & laudarent, &c. 8 in verbis Dei ad exaltandum cornu, quaſi dicat, hic prophetauit de Dauide quod aſſequeretur magnã famam & magnam gloriam. Cornu, in Sacris literis dignitatem & gloriam ſignificat: robur item & vires. acſi dicat, ad exaltandam potentiam & dignitatem regiam. 9 Hebraiſmus, ſub manu patris ſui in cantico (in) domo Domini (canebant) in cymbalis, nablis, & citharis in miniſterium templi Dei, ſub poteſtate (vel, imperio) regis (erant) Aſaph, &c. id eſt, ſub poteſtate patris ſui recitabant prophetias ad cymbala, pſalteria, & citharas, miniſtrãdo templo Dei. hi tres, Aſaph, Ieduthun & Heman præerant omnibus muſicis: rex vero præerat ipſis tribus. 10 Hebraiſmus, doctis cantici (vel in cantico) Domini, id eſt, peritis in canticis quæ pertinebant ad honorem Domini. 11 Hebraiſmus, omnes periti. 12 Hebraiſmus, cuſtodia contra cuſtodiam: paruus fuit ſicut magnus, doctus cum diſcipulo, id eſt, claſsis vna contra aliam miſit ſortem, neque habita fuit vlla ratio aut ætatis, aut eruditionis. 13 id eſt, in gratiam Ioſeph filij Aſaph. 14 quaſi dicat, Gedalia pręfuit ſecundæ claſsi muſicorum, in qua erant duodecim, ſic in ſequentibus intelligendum. 15 (ipſe) filij eius & fratres eius (fuerunt) duodecim. Sic in ſequentibus vertendum. 16 Non eſt nomen proprium. hic autem dicebatur in principio huius capitis Seri. proinde vertendum, pro Iſrita, ſiue ipſi Iſritæ, nempe Seri. 17 Hic in principio capitis dicitur Aſarela. 18 Suprà vocabatur Vziel. 19 Sebuel prius dicebatur. 20 Etymologia eſt, exaltaui auxilium, ſiue opem. Ipſe, filij eius, & cognati eius fuerunt duodecim.

## CAP. XXVI.

Ordinantur ianitores templi: & quæ porta cuique ſit aſſeruanda.

DIuiſiones autem ianitorum. de Coritis Meſelemia, 1
filius Core, de filijs Aſaph. ¶ Filij Meſelemiæ: 2
Zacharias primogenitus, Iadihel ſecundus, Za-
badias tertius, Iathanael quartus, ¶ AElam quintus, Io- 3
hanan ſextus, Elioenai ſeptimus. ¶ Filij autem Obed edo: 4
Semeias primogenitus, Iozabad ſecundus, Ioaha tertius,
Sachar quartus, Nathanael quintus, ¶ Ammiel ſextus, Iſ- 5
ſachar ſeptimus, Phollathi octauus: quia benedixit illi
ᵃ Dominus. ¶ Semeiæ autem filio eius nati ſunt filij, præ- 6 ᵃ Deus.
fecti familiarum ſuarum: erant enim viri fortiſsimi. ¶ Filij 7
ergo Semeiæ: Othni, & Raphael, & Obed, Elzabad, & fra-
tres eius viri fortiſsimi: Eliu quoque, & Samachias. ¶ Om- 8
nes hi, de filijs Obed-edom: ipſi & filij, & fratres eorum
fortiſsimi ad miniſtrandum, ſexagintaduo de Obed-edom.
¶ Porrò Meſelemiæ filij, & fratres eorum robuſtiſsimi, 9
decem & octo. ¶ De Hoſa autem, id eſt de filijs Merari: 10
B Semri princeps, (non enim habuerat primogenitum, &
idcirco poſuerat eum pater eius in principem:) ¶ Helcias 11
ſecundus, Tabelias tertius, Zacharias quartus: omnes hi
filij, & fratres Hoſa, tredecim. ¶ Hi diuiſi ſunt in ianitores, 12
vt ſemper principes cuſtodiarum, ſicut & fratres eorum
miniſtrarent in domo Domini. ¶ Miſſæ ſunt ᵃ ergo ſortes ex 13 ᵃ autem Sortes.
æquo, & paruis & magnis per familias ſuas in vnamquã-
que portarum. ¶ Cecidit ergo ſors Orientalis, Selemiæ: 14
porrò Zachariæ filio eius, viro prudentiſsimo, & erudito,
ſortitò obtigit plaga Septentrionalis. ¶ Odeb-edom verò 15
& filijs eius, ad Auſtrum: in qua parte domus, erat ſenio-
rum concilium. ¶ Sephim, & Hoſa ad Occidentem, iuxta 16
portam quæ ducit ad viam aſcenſionis: cuſtodia contra

*P 1 Artes verò ianitorum. de Coritis, Meſelemia filius Core, ex filijs 2 Aſaph. Porrò Meſelemiæ filij [erant,] Sacharias primogenitus, Iediel ſecundus, Sabadia tertius, Iathniel quartus, Elam quintus, Iehohanan ſextus, & Eliehonai ſeptimus. 3 Filij Obed-edom, Semaia primogenitus, Iehoſabad ſecundus, Ioah tertius, Sachar quartus, Nethaneel quintus, Ammiel ſextus, Iſſachar ſeptimus, Peultai octauus, 4 quoniam benedixit ei Deus. De Semaia quoque filio eius nati ſunt filij 5 habentes dominium in domo patris ſui, erant enim heroes ſtrenui. Filij Semaia, Othni, Raphael, Obed, & Elſabad, 6 fratres eius, filij fortes Elihu & Semachia. Omnes iſti [fuerunt] de filijs Obed-edom, ipſi & filij eorum atq; 7 fratres eorum, viri ſtrenui & fortes 8 in miniſterio, ſexagintaduo de Obed-edom. Filij quoque Meſelemiæ & fratres 9 filij ſtrenui, decem & octo. 10 Filij Hoſa de filijs Merari: Simri 11 præcipuus (licet non fuerit primogenitus, poſuit tamen eum pater eius vt 12 caput eſſet:) Hilkia ſecundus, Tebalia tertius, & Sacharias quartus: omnes filij & 13 fratres Hoſa, tredecim. 14 Ad hos facta eſt diſtributio ianitorum vt eſſent capita heroum 15 qui cuſtodirent eregione fratrum ſuorum, ad miniſtrandum in domo Domini. Et iecerunt ſortes 16 tã paruo quã magno 17 iuxta domũ patrũ ſuorũ pro ſingulis portis. 18 Ceciditque ſors ab Oriẽte ſuper Selemiã, 19 & Sachariã filiũ eius qui conſilio & intelligentia valebat, iecerunt ſortes, exiuitque ſors eius ad Septentrionem. Pro Obed-edom verò ad Meridiem: & pro filijs eius domus 20 Aſuppim. 21 Pro Suppim & Hoſa ad Occidentem cum porta 22 quæ vergit 23 ad ſemitam ſuperiorem, 24 cuſtodia eregione cuſtodia.*

*cuſtodiæ. Ad Orientem 25 Leuitæ ſex, ad Aquilonem 26 interdiu quatuor, ad Meridiem interdiu quatuor, & 27 ad Aſuppim 28 bini & bini. 29 Pro Pharbar ad Occidentem, quatuor 30 in aſcenſu, & duo 29 in Pharbar. 31 Iſti ſunt ordines ianitorum inter filios Iora, & inter filios Merari. Porrò 32 Leuitæ, Abia erat ſuper theſauros domus Dei, & ſuper theſauros 33 ſacrorum. Filij Laedan, filij Gerſunitarum 34 de Laedan 35 præcipui patres, de Laedan inquam, 36 Gerſuni & Iehieli. 37 Filij Iehieli, Zetam & Ioel frater eius [fuerunt] ſuper theſauros domus Domini. De Amramitis quoque, Iizharitis, Hebronitis, & 38 Aſielitis, Sebuel filius Gerſom filij Moſis erat 39 princeps ſuper theſauros. 40 Et fratres eius de Eliezer, cuius filius Rehabia, cuius filius Ieſaia, cuius filius Ioram, cuius filius Sichri, cuius filius Selomith. Iſte Selomith atque fratres eius erant ſuper omnes theſauros 41 ſacrorum, quæ conſecrauerat Dauid rex & 42 præcipui patres, & 43 tribuni, centuriones, & imperatores exercitus, Quæ de bellis ac ſpolijs conſecrauerant 44 ad ſarta tecta domus Domini. Sed & cuncta quæ conſecrauerat Samuel videns, & Saul filius Kis, & Abner filius Ner, atque Ioab filius Zeruia: [&] quicunque aliquid ſanctificauerat, erat hoc ſub poteſtate Selomith & fratrū eius. 45 De Iizhari erat Chenanias, & filij eius 46 operi externo ſuper Iſraelem erant præfecti & iudices. De Hebronitis erant Haſabias & fratres eius 47 filij ſtrenui, mille & ſeptingenti 48 in præfectura Iſraelitarum vltra Iordanem ad Occidentem in omni opere Domini & miniſterio regis. 49 Inter Hebronitas præcipuus erat Iedia, princeps inter Hebronitas 50 iuxta generationes ſuas & patres. anno quadrageſimo regni Dauidis, quæſiti ſunt & inuenti in eis 51 heroes ſtrenui in Iaſer 52 Gilead. Et 53 fratres eius 47 filij ſtrenui, duo millia atque ſeptingenti, 54 patres præcipui quos Dauid rex conſtituit ſuper Rubenitas, Gaditas, & ſuper dimidiam tribum Manaſſe 55 pro omni negotio Dei & negotio regis.*

17 cuſtodiam. ♀ Ad Orientem verò, Leuitæ ſex: & ad
Aquilonem, quatuor per diem: atque ad Meridiem ſimiliter in die, quatuor: & vbi erat concilium, bini & bini.
18 ♀ In cellulis quoque ianitorum ad Occidentem qua- C
19 tuor in via: binique per cellulas. ♀ Hæ ſunt diuiſiones
20 ianitorum filiorum Core & Merari. ♀ Porrò Achias erat
21 ſuper theſauros domus Dei, & vaſa ſanctorum. ♀ Filij
quoque Ledan, filij Gerſonni: de Ledan principes fa-
22 miliarum, Ledan & Gerſonni, Iehieli. ♀ Filij Iehieli:
Zatham, & Ioel "fratres eius ſuper theſauros domus Do-
23 mini, ♀ Amramitis, & Iſaaritis, & Hebronitis & Ozi-
24 helitis. ♀ Subael autem filius Gerſom, filij Moyſi,
25 præpoſitus theſauris. ♀ "Frater quoque eius Eliezer,
cuius filius Rahabia, & huius filius Eſaias, & huius filius
Ioram, huius quoque filius Zechri, & huius filius Sele-
26 mith. ♀ Ipſe Selemith, & fratres eius ſuper theſauros
ſanctorum, quæ ſanctificauit Dauid rex, & principes fa-
miliarum, & tribuni, & centuriones, & duces exerci-
27 tus, ♀ De bellis, & manubijs præliorum, quæ conſecra- D
uerant ad inſtaurationem & ſupellectilem templi Domi-
28 ni. ♀ Hæc autem vniuerſa ſanctificauit Samuel videns,
& Saul filius Cis, & Abner filius Ner, & Ioab filius
Saruiæ: " omneſque ſanctificauerãt ea per manum Se-
29 lemith, & fratrum eius. ♀ Iſaaritis verò præerat Cho-
nenias, & filijs eius ad opera forinſecus ſuper Iſrael ad
30 docendum & iudicandum eos. ♀ Porrò de Hebro-
nitis Haſabias, & fratres eius viri fortiſsimi, mille ſe-
ptingenti præerant Iſraeli trans Iordanem contra Oc-
cidentem, in cunctis operibus Domini, & in mini-
31 ſterium regis. ♀ Hebronitarum autem princeps fuit
Ieria ſecundum familias & cognationes eorum. qua-
drageſimo anno regni Dauid recenſiti ſunt: & inuen-
32 ti ſunt viri fortiſsimi in Iazer Galaad, ♀ Fratreſque
eius robuſtioris ætatis, duo millia ſeptingenti principes
familiarum: præpoſuit autem eos Dauid rex Rubenitis
& Gaditis, & dimidiæ tribui Manaſſe, in omne miniſte-
rium Dei & regis.

Præfecti theſaurorum.
" frater
" Fratres
" omnes qui Iſaaritæ.

## SCHOLIA IN CAP. XXVI.

1 De diſtributionibus. vel vicibus. aut claſsibus. 2 Hic Aſaph, non eſt ille celeberrimus cantor, ſed is qui Eliaſib capite nono dicitur. cõfer locum. 3 Ipſi Obed-edom, ſubaudi, nati ſunt filij aliquot. 4 id eſt, quia fauore & amore ſingulari proſecutus eſt eum. vel, quia eo beneficio affecit eum Dominus. Iſte eſt in cuius domo manſit aliquot dies arca Dei. 5 qui ſimiles fuerunt maioribus ſuis: fuerunt enim viri fortiſsimi. 6 Subaudienda coniũctio, & fratres eius, filij roboris, id eſt, viri fortiſsimi. 7 id eſt, cognati. 8 in miniſterium, quaſi dicat, viri omnes qui iure ac merito erant præficiendi portis, huic miniſterio aptiſsimi. 9 filij roboris, id eſt, præditi viribus. 10 Ipſi autem Hoſa (qui erat) de filijs Merari, ſubaudi, fuerunt filij. 11 princeps (non enim erat, &c. 12 ſubaudi, fratrum ſuorum. 13 id eſt, cognati. 14 Hæ ſunt claſſes (vel vices) ianitorum per principes virorum, id eſt, ex principibus virorum, hoc eſt, ex præcipuis viris. 15 cuſtodiæ. vel, vices. 16 ſicut paruus ſic magnus, id eſt, tam parui, quàm magni. 17 per domos maiorum ſuorum in ſingulas portas, id eſt, vt ſcirent qui quibus ianuis præeſſent. 18 id eſt, Sorte præfuit Selemias portæ Orientali. Hic initio capitis huius dicitur Meſelemias. 19 Zachariæ autem filio eius conſiliario cum intellectu (id eſt, prudentiſsimo & ſapientiſsimo) miſerunt. 20 comitiorum. vel, conciliorum, id eſt, ſorte præfuerunt domui in quam congregati conſultabant ſeniores. 21 vel, Ipſi Suppim & ipſi Hoſa, ſubaudi, egreſſa eſt ſors. 22 Hebraiſmus, emiſsionis, id eſt, qua emittebãtur ſordes, vt nonnulli aiunt. huius meminit Eſaias. Vel, cum porta (nomine) Salexeth. 23 in via ſtrata aſcendente, id eſt, accliui. 24 quaſi dicat, cuſtodiæ ſibi inuicem reſpondebant. 25 quaſi dicat, ianitores qui erant de genere Leuitico, erant ſex. 26 per diem, id eſt, per ſingulos dies. Non autem dicit per diem, vt opponatur nocti. 27 ad domum conciliorum, id eſt, in domo in qua congregabantur ſeniores conſultaturi de negotijs templi. Doctus inter Hebræos exiſtimat duas fuiſſe domos conciliorum. doctiores vnicam. 28 id eſt, duo vno die, & duo die altero. 29 In domo inſtrumentorum, id eſt, In cellula in qua reponebantur inſtrumenta templi, quæ erat ſita ad Occidentem. 30 ad viam illam ſtratam, ſubaudi, aſcendentem, id eſt, accliuem. 31 Hebraiſmus, Iſtæ ſunt diuiſiones ipſorum ianitorum filiorum Coritharum & filiorum Merari, id eſt, ex Corithis & ex Meraritis. 32 (ex) Leuitis. 33 Hebraiſmus, ſanctorum, id eſt, præfuit theſauris oblationum. 34 ipſi Laedan, id eſt, Filij Laedan, hoc eſt filij Gerſonitarum qui ducebant genus à Laedan. Hic Laedan dicitur aliàs Libni. 35 principes familiarum ipſi Laedan, id eſt, ex genere Laedan. 36 Singulare pro plurali, Gerſunitæ & Iehielitæ. 37 id eſt, Iehielitæ inquam, &c. 38 ſubaudi, præfuerunt theſauris domus Domini. Verti etiam poteſt Amramitæ, Iizharitæ, Hebronitæ, & Aſielitæ, ſubaudi, præfuerunt theſauris. 39 id eſt, dux & princeps eorum qui præerant ipſis theſauris. Quidam Hebræorum interpretantur, præfuit vni ex theſauris. 40 Frater autẽ eius (ſubaudi, Gerſon) Eliezer, &c. Vel, De fratribus autẽ eius, Eliezer. Aut, Fratres autem (id eſt, cognati) eius (Sebuel ſcilicet) de ſtirpe Eliezer fuerunt, cuius, &c. 41 ſanctorum. vel, ſanctificationum, id eſt, rerum dedicatarum Deo. 42 principes familiarum. 43 Hebraiſmus, principes millium & centuriarum. 44 ad inſtaurandum domum, &c. Parta victoria conſecrabant Domino aliquid de manubijs ad inſtaurationem templi. 45 De Iiſharitis. vel, De ſtirpe Iiſhar. Is fuit ſecundus filiorum Caath. 46 id eſt, quod fiebat extra vrbem, quaſi dicat præfuerunt Iſraelitis occupatis circa opera ruſtica. 47 Hebraiſmus, filij roboris, id eſt, fortiſsimi viri. 48 in præfecturam, id eſt, præfuerunt Iſraelitis, &c. 49 Hebraiſmus, Iedia (qui erat de ſtirpe) Hebronitarum, fuit, &c. 50 in generationibus ſuis per familias, quaſi dicat, omniũ Hebronitarũ princeps fuit Iedia. 51 fortes viribus 52 ſub. vrbe. 53 id eſt, cognati Iehiiah. 54 principes familiarum. 55 in omni, &c. id eſt, in omni negotio diuino & humano.

CAP



## CAP. XXVII.

De diuiſione populi in duodecim turmas, & præfectis earum.

FIlij autem Iſrael ſecundum numerum ſuum, princi- 1
pes familiarum, tribuni & centuriones, & præfecti,
qui miniſtrabant regi iuxta turmas ſuas, ingredien-
tes & egredientes per ſingulos menſes in anno: viginti-
quatuor millibus ſinguli præerant. ♀ Primæ turmæ in pri- 2
mo menſe Ieſboam præerat filius Zabdiel: & ſub eo vi-
gintiquatuor millia. ♀ De filijs Phares, princeps cuncto- 3
rum principum " in exercitu mẽſe primo. ♀ Secundi mẽ- 4
ſis habebat turmam Dudia Ahohites, & poſt ſe alter no-
mine Macelloth, qui regebat partem exercitus viginti-
quatuor " millium. ♀ Dux quoque turmæ tertiæ in men- 5
ſe tertio, erat Banaias filius Ioiadæ " ſacerdos: & in diui-
ſione ſua viginti quatuor millia. ♀ Ipſe eſt Banaias fortiſ- 6
B ſimus inter triginta. & ſuper triginta, præerat autẽ turmæ
ipſius Amizabad filius eius. ♀ Quartus, menſe quarto, Aza 7
hel frater Ioab, & Zabadias filius eius poſt eũ: & in turma
eius vigintiquatuor millia. ♀ Quintus, menſe quinto, prin- 8
ceps Samaoth Iezerites: & in turma eius vigintiquatuor
millia. ♀ Sextus, menſe ſexto, Hira filius Acces Thecuites: 9
& in turma eius vigintiquatuor millia. ♀ Septimus, menſe 10
ſeptimo, Helles Phallonites de filijs Ephraim: & in tur-
ma eius vigintiquatuor millia. ♀ Octauus, menſe octa- 11
uo, Sobochai Huſathites de ſtirpe Zarahi: & in turma
eius vigintiquatuor millia. ♀ Nonus, menſe nono, Abie- 12
zer Anathothites de filijs Iemini: & in turma eius vigin-
tiquatuor millia. ♀ Decimus, menſe decimo, Marai, & 13
ipſe Netophathites de ſtirpe Zarahi: & in turma eius vi-
gintiquatuor millia. ♀ Vndecimus, menſe vndecimo, 14
Banaias Pharathonites de filijs Ephraim: & in turma eius
vigintiquatuor millia. ♀ Duodecimus, menſe duodeci- 15
mo, Holdai Netophathites de ſtirpe Gothoniel: & in
C turma eius vigintiquatuor millia. ♀ Porrò tribubus præ- 16
erant in Iſrael, Rubenitis, dux Eliezer filius Zechri: Si-
meonitis, dux Saphatias filius Maacha. ♀ Leuitis, Ha- 17
ſabias filius Camuel: Aaronitis, Sadoc. ♀ Iuda, Eliu 18
frater Dauid: Iſſachar, Amri filius Michael. ♀ Zabulo- 19
nitis, Ieſmaias filius Abdiæ: Nephthalitibus, Ierimoth fi-
lius Ozriel. ♀ Filijs Ephraim, Oſee filius Ozaziu: dimi- 20
diæ tribui Manaſſe, Ioel filius Phadaiæ: ♀ Et dimidiæ 21
tribui Manaſſe in Galaad, Iaddo filius Zachariæ: Benia-
min autem, Iaſiel filius Abner. ♀ Dan verò, Ezriel fi- 22
lius Ierohan. hi principes filiorum Iſrael. ♀ Noluit autẽ 23
Dauid numerare eos à viginti annis inferius: quia dixe-
rat Dñs vt multiplicaret Iſrael quaſi ſtellas cæli. ♀ Ioab 24
filius Saruiæ cœperat numerare, nec compleuit: quia ſu-
per hoc ira Dei irruerat in Iſrael: & idcirco numerus eo-
rum qui fuerant recenſiti, non eſt relatus in faſtos regis
Dauid. ♀ Super theſauros autem regis fuit Azmoth fi- 25
D lius Adiel. his autem theſauris qui erant in vrbibus, & in
vicis, & in turribus præſidebat Ionathan filius Oziæ.
♀ Operi autem ruſtico, & agricolis qui exercebant terrã, 26
præerat Ezri filius Chelub. ♀ Vinearumque cultoribus, 27
Semeias " Romathites: cellis autem vinarijs, Zabdias " A-
phonites. ♀ Nam ſuper oliueta & ficeta, quæ erant in 28
campeſtribus, Balanan Gederites: ſuper apothecas autẽ
olei, Ioas. ♀ Porrò armentis quæ paſcebantur in Saron, 29
præpoſitus fuit Setrai Saronites: & ſuper boues in valli-
bus, Saphat filius Adli. ♀ Super camelos verò, Vbil Iſ- 30
mahelites: & ſuper aſinos, Iadias Meronathites. ♀ Super 31
oues quoque Iaziz Agarenus. omnes hi, principes ſub-
ſtantiæ regis Dauid. ♀ Ionathan autem patruus Dauid, 32
conſiliarius, vir prudens & literatus: ipſe & Iahiel filius
Hachamoni, erant cum filijs regis. ♀ Achitophel etiam 33
conſiliarius regis, & Chuſai Arachites amicus regis.
♀ Poſt Achitophel fuit Ioiada filius Banaiæ, & A- 34
biathar: princeps autem exercitus regis erat Ioab.

" exercitus
" millia.
" ſacerdotis:
Sup. 21. a.
Præfecti ſubſtãtiæ Dauidis.
" Ramathites:
" Saphomites.
Officiarij Dauidis.

## CAP. XXVII.

*POrrò 1 filiorum Iſrael iuxta numerum ſuum qui erant 2 capita patrum, tribuni, centuriones & præfecti eorum, qui miniſtrabant regi 3 ordinibus in omnibus negotijs, qui ingrediebantur & egrediebantur per ſingulos menſes in omnibus anni menſibus, 4 ſinguliſque ordinibus erant vigintiquatuor millia. Super 5 ordinem primum pro menſe primo erat Iaſabeam filius Sabdielis, erantque 6 in ordine eius vigintiquatuor millia. De 7 filijs Pærez [erat] 8 princeps ſuper omnes imperatores 9 exercitus pro menſe primo. Super 10 ordinem menſis ſecundi erat Dodai Ahohites, 11 & in ordine illius erat Micloth princeps: & in 12 ordine eius quoque erant vigintiquatuor millia. Imperator 13 exercitus tertij pro menſe tertio, Benaias filius Ioiadæ ſummi ſacerdotis, & in ordine eius vigintiquatuor millia. Is eſt Benaias, 14 heros 15 inter triginta, & ſuper triginta, & 16 in ordine eius erat Ammiſabad filius eius. 17 Quartus pro menſe quarto fuit Aſael frater Ioab, & Sabadia filius eius 18 poſt eum: erantque in ordine eius vigintiquatuor millia. Quintus pro menſe quinto erat princeps Sambud Iiſrahites: & in ordine eius vigintiquatuor millia. Sextus pro mẽſe ſexto Ira filius Ikes Tecoites: & in ordine eius vigintiquatuor millia. Septimus pro mẽſe ſeptimo Holez Pelonites de filijs Ephraim: & in ordine eius vigintiquatuor millia. Octauus pro menſe octauo Sibbechai Huſathites 19 ipſius Sarhi: & in ordine eius vigintiquatuor millia. Nonus pro menſe nono Abiæſer Anathothites 20 ex filijs Gemini: & in ordine eius vigintiquatuor millia. Decimus pro menſe decimo Maharai Netophathites 21 de [ſtirpe] Sarhi: & in ordine eius erant vigintiquatuor millia. Vndecimus pro menſe vndecimo Benaias Pirhathonites de filijs Ephraim: & in ordine eius vigintiquatuor millia. Duodecimus pro menſe duodecimo Heldai Netophathites ex [familia] Othonielis: & in ordine eius vigintiquatuor millia. 22 Erant præterea ſuper tribus Iſraelis: ſuper Rubenitas princeps Eliæſer filius Sichri: ſuper Simeonitas Saphatias filius Maacha. Super Leuitas Haſabias filius Kemuel ſuper Aharonitas Zadoc. Super 23 Iudæos Elihu de fratribus Dauidis. ſuper eos qui erant ex Iſaſchar, Omri filius Michaelis. Super eos qui erant ex Sebulon Iiſmaias filius Obadiæ: ſuper eos qui erant ex Naphtali Ierimoth filius Aſrielis. Super filios Ephraim Hoſeas filius Aſaſiæ: ſuper tribũ dimidiã Manaſſe Ioel filius Pedaiæ. Et ſuper [aliã] dimidiã tribum Manaſſe 24 in Gilead Iddo filius Sachariæ. ſuper eos qui erant ex Beniamin Iaaſiel filius Abner. Super Danitas Aſariel filius Ierohã. iſti ſunt imperatores tribuũ Iſraeliticarũ. Et nõ 25 leuauit Dauid numerũ eorũ ab eo qui natus erat viginti annos & infra, eo quòd Dñs dixerat, Iſraelẽ 26 multiplicandũ vt ſtellas cæli. Cœperat quidẽ Ioab filius Zeruia 27 numerare, at non compleuit: 28 quod ob id indignatio [Dei] veniſſet ſuper Iſraelẽ, nec relatus eſt 29 numerus ad numerũ annaliũ regis Dauidis. Super theſauros regis erat Aſmaueth filius Adielis: & ſuper theſauros agrorũ in ipſis vrbibus, villis atq; caſtellis Ionathã filius Vſiæ. 30 Et ſup eos qui faciebãt opus agrorũ in cultura telluris, erat Eſri filius Kelub. Super vineas verò Simei Ramathæus: & ſuper ea quæ in vineis, id eſt ſuper cellas vinarias, Sabdi Siphmites. Porrò ſuper oleas & 31 ſycomoros quæ erãt in cãpeſtribus, Baal-hanã Gederæus, & ſuper cellas olei Ioas. Sup boues qui paſcebãt in Sarõ, Sitrai Saronites: & ſuper boues qui erãt in vallibus, Saphat filius Adlai. Super camelos Obil Iiſmeelita, & ſuper aſinas Iehedias Meronotites. Sup oues, Iaſis Haggeræ". hi oẽs prĩcipes fuerũt 32 ſup poſſeſsionẽ Dauidis regis. Ionathã autẽ patruus Dauidis 33 vir valens cõſilio & prudẽtia, ſcriba erat, & Iehiel filius Hachmoni erat 34 cũ filijs regis. Ahitophel erat regi à cõſilijs, & Huſai Archites 35 amicus regis. Poſt Ahitophel 36 fuerũt Ioiada fili" Benaiæ, & Abiathar: ĩperator exercitus regis erat Ioab*

SCHO-

## SCHOLIA IN CAP. XXVII.

1 filij Iſrael. Deſcribit turmas quæ ſingulis menſibus ſeruiebant regi. 2 vel, principes familiarum. 3 in omni negotio turmarum quæ, &c. Hebraice legitur diuiſionũ, id eſt, turmarum quæ numerum certum & definitum continebant. Sic in ſequentibus. 4 turma (autem) vna erat vigintiquatuor millium virorum. Vna turma miniſtrabat ſolum menſe vno. 5 turmam primam. 6 in turma eius. 7 .i. nepotibus. 8 Principem intelligit vicarium & ſuppræfectum. nam Iaſabea erat princeps principum: hic autem vicarius eius. 9 exercituum menſis primi. vel, qui erant in ea turma quæ erat attributa menſi primo. 10 turmam autem 11 (hæc) autem eſt turma eius: & Micloth princeps, quaſi dicat, cui ſecunda turma attributa fuit. huiuſque vicarius fuit Mикloth. 12 turma. Sic in omnibus ſequentibus. 13 Vocat exercitum, quam prius appellauit turmam. 14 fortis. 15 id eſt, fuit vnus è triginta illis fortibus & ſtrenuis viris: imo vero illis præfuit. 16 ſuper turmam eius, id eſt, ſub eo præfuit Ammiſabad. 17 In principijs ſequentium repetendum ex præcedentibus, princeps turmæ. vt hic, Princeps autem turmæ quartæ pro, &c. 18 id eſt, vicarius eius. In ſequentibus omittuntur vicarij. 19 de Zarhitis, id eſt, de ſtirpe Zerah. 20 de Beniamitis, id eſt, de tribu Beniamin. 21 de Zarhitis: id eſt, de ſtirpe Zerah. 22 ſubaudi, duces. 23 filios Iuda. 24 id eſt, quæ erat vltra Iordanem. Hic videtur omitti Gaditę, ſed ij nomine Rubenitarum cōprehendũtur. Idem igitur dux Rubenitarum & Gaditarum. 25 accepit. 26 ſe multiplicaturum. 27 ſub. filios Iſrael. 28 & fuit propter hoc ira (Domini) ſuper, &c. 29 ſub. quē Ioab ſupputauerat. 30 q. d. Ruſticis autē operis præfuit Eſri. 31 vel, ficeta. 32 ſubſtãtię. vel, diuitiarũ. 33 erat cõſiliarius, vir prudēs & ſcriba, id eſt, legiſperitus. Alij, vir prudens & literatus. 34 id eſt, pędagogus, docens filios regis. 35 vel, ſocius. 36 ſubaudi, regi à conſilijs.

## CAP. XXVIII.

*Congregauit autem Dauid omnes proceres Iſraelis, [id eſt] principes tribuum, principes 1 ordinũ qui miniſtrabant regi, & tribunos, & centuriones cum principibus omnis ſubſtantiæ & poſſeſsionis Dauidis, 2 filios ſuos cum eunuchis, 3 heroes, & omnes viros ſtrenuos, 4 Ieroſolyma. Surgenſque Dauid rex in pedes ſuos, ait, Audite me fratres mei, & popule mi, Ego 5 ſtatueram corde meo ædificare ædem, vt illic requieſceret arca fœderis Domini, & pro 6 ſcabello pedum Dei noſtri, paraueramque vt ædificarē, Sed Deus dixit mihi, Nõ ædificabis ædem nomini meo: es enim vir bellator, & effudiſti 7 ſanguines. elegitq; me Dominus Deus Iſraelis præ omnibus qui fuerunt in domo patris mei, vt 8 perpetuò rex eſſem ſuper Iſraelem. Siquidem 9 in Iehuda voluit eligere ducem, & in domo Iehuda quidem domum patris mei: 10 inter filios autem patris mei voluit me regem conſtituere ſuper vniuerſum Iſraelem. Porrò ex omnibus filijs meis (nam multos filios dederat mihi Dominus,) elegit Solomonē filium meum, vt is ſederet in ſolio regni Domini ſuper Iſraelem. Dixitque mihi, Solomon filius tuus ipſe ædificabit domum meam & atria mea: nam hunc elegi mihi filium, egoque ero ei pater. Confirmaboque regnum eius perpetuò, 11 ſi gnauiter fecerit præcepta mea atque iudicia mea, vt & 12 hodie. Nunc igitur 13 in oculis omnis Iſraelis, congregationis Domini, & in auribus Dei noſtri, cuſtodite & 14 quærite omnia præcepta Domini Dei veſtri, vt poſsideatis terram bonam, & 15 hæreditatem relinquatis filijs veſtris poſt vos perpetuò. Et tu Solomõ filij mi, cognoſce Deũ 16 patris tui, & cole eum corde 17 integro, 18 animoque beneuolo: Dominus enim ſcrutatur omnium corda, omneque figmentum cogitationum intelligit: ſi ſtudioſe quæſieris eum, inuenietur à te: ſi verò eum dereliqueris, abijciet te perpetuò. Vide ergo, 19 Dominus te elegit vt ædifices domum 20 in ſanctuarium, 21 vt fortis ſis & facias. Dedit autem Dauid filio ſuo Solomoni 22 deformationem porticus, & domiculorum eius, repoſitoriorum eius, cœnaculorum eius, penetralium eius, atque domus 23 propitiationis: 24 Deformationem quoque omnium quæ ſecum habebat in animo pro atrijs domus Domini, & pro omnibus 25 gazophylacijs quæ erant circunquaque, pro theſauris domus Dei, & pro theſauris 26 conſecratorum, 27 Pro ordinibus quoque ſacerdotũ & Leuitarum, & pro cuncto opere miniſterij domus Domini, ſed & pro vniuerſis vaſis 28 cultus domus Domini. 29 Pro auro in pondere, pro auro ad omnia vaſa 30 diuerſorum miniſteriorum: ad omnia 31 vaſa argentum in pondere, ad omnia vaſa 30 diuerſorum miniſteriorum. 32 Pondus auri ad candelabra, aurum quoque ad lucernas eorũ: aurum hoc erat in pondere pro ſingulis candelabris & lucernis 33 eius: argentum quoque in pondere 34 pro candelabro & lucernis eius, vt ſingulorum candelabrorum miniſterium exigebat. Deinde 35 aurum certo pondere ad menſas 36 diſpoſitionis, pro ſingulis ſcilicet menſis: ſic argentum pro menſis argēteis. Item aurum mundum pro fuſcinulis, pro 37 peluibus*

## CAP. XXVIII.

1 Conuocauit igitur Dauid omnes principes Iſ- Dauid hortatur populum & Salomonem filiũ ad ædificationē templi Dei.
rael, duces tribuum, & præpoſitos turmarum,
qui miniſtrabant regi, tribunos quoque & cen-
turiones, & qui præerant ſubſtantiæ, & poſſeſsionibus
regis: filioſque ſuos cum eunuchis, & potentes, & robu-
2 ſtiſsimos quoſque in exercitu Ieruſalem. ♀ Cumque
ſurrexiſſet rex, & ſtetiſſet, ait, Audite me fratres mei, &
populus meus: Cogitaui vt ædificarem domum in qua Frater.
requieſceret arca fœderis Domini, & ſcabellum pedum
Domini Dei noſtri: & ad ædificandum, omnia prępara-
3 ui. ♀ Deus autem dixit mihi, Non ædificabis domum 2.Reg.7.b.
nomini meo, eo quòd ſis vir bellator, & ſanguinem fu-
4 deris. ♀ Sed elegit Dominus Deus Iſrael me de vniuer-
ſa domo patris mei, vt eſſem rex ſuper Iſrael in ſempiter-
num. De Iuda enim elegit principes: porrò de domo
Iuda, domum patris mei: & de filijs patris mei, pla-
cuit ei vt me eligeret regem ſuper cunctum Iſrael.
5 ♀ Sed & de filijs meis (filios enim mihi multos de- Sap.9.b.
dit Dominus) elegit Salomonem filium meum, vt ſede- B
6 ret in throno regni Domini ſuper Iſrael, ♀ Dixitque
mihi, Salomon filius tuus ædificabit domum meam, &
atria mea: ipſum enim elegi mihi in filium, & ego
7 ero ei in patrem. ♀ Et firmabo regnum eius vſque
in æternum, ſi perſeuerauerit facere præcepta mea & iu-
8 dicia, ſicut & hodie. ♀ Nunc ergo coram vniuerſo
cœtu Iſrael audiente Deo noſtro, cuſtodite & perqui-
rite cuncta mandata Domini Dei ᵃ noſtri: vt poſsi- ᵃ veſtri.
deatis Terram bonam, & relinquatis eam filijs veſtris
9 poſt vos vſque in ſempiternum. ♀ Tu autem Sa-
lomon fili mi, ſcito Deum patris tui, & ſerui ei cor-
de perfecto, & animo voluntario. Omnia enim cor- Cor perfectum.
da ſcrutatur Dominus, & vniuerſas mentium cogita- Cordium ſcrutator Deus. pſal.7.
tiones intelligit. Si quæſieris eum, inuenies: ſi autem
10 dereliqueris eum, proijciet te in æternum. ♀ Nunc Quærere Deũ.
ergo quia elegit te Dominus vt ædificares domum ſan-
11 ctuarij, confortare & perfice, ♀ Dedit autem Dauid
Salomoni filio ſuo deſcriptionem porticus, & templi, & Dat deſcriptionē templi, & neceſſaria ad ædificationem.
cellariorum, & cœnaculi, & cubiculorum in adytis, & C
12 domus propitiationis. ♀ Necnon & omnium quę cogita-
uerat atriorum & exhedrarum per circuitum in theſau-
13 ros domus ᵃ Domini & in theſauros ſanctorum. ♀ Diuiſio- ᵃ Dei
numq; ſacerdotalium & Leuiticarum, in omnia opera do
mus Domini, & in vniuerſa vaſa miniſterij templi Do-
14 mini. ♀ Aurum in pondere per ſingula vaſa miniſterij:
argenti quoque pondus pro vaſorum ᵃ & operum diuer- ᵃ ad opera
15 ſitate. ♀ Sed & in candelabra aurea & ad lucernas eorũ, au-
rũ pro mēſura vniuſcuiuſq; cãdelabri & lucernarũ: ſimili-
ter & in candelabra argētea, & in lucernas eorum, pro di-
16 uerſitate mēſuræ, pondus argēti tradidit. ♀ Aurum quoq;
dedit in menſas propoſitionis pro diuerſitate menſarum:
17 ſimiliter & argentum in alias menſas argenteas. ♀ Ad fuſ-
cinulas quoq;, & phialas, & thuribula ex auro puriſsimo, D
& leun-



& leũculos aureos pro qualitate mēſurę põdus diſtribuit,
in leũculũ & leũculũ: ſimiliter & in leones argēteos diuer-
ſum argēti pondus ſeparauit. ♀ Altari autem in quo ado- 18
letur incenſum, aurum puriſsimum dedit: & vt ex ipſo
fieret ſimilitudo quadrigæ cherubim extendentium alas,
Exempla tēpli accepit à Deo Dauid. & velantium arcam fœderis Domini. ♀ Omnia (inquit) 19
venerunt ſcripta manu Domini ad me, vt intelligerem
vniuerſa opera exemplaris. ♀ Dixit quoque Dauid Salo- 20
moni filio ſuo, Viriliter age, & confortare, & fac: ne ti-
meas & ne paueas. Dominus enim Deus meus tecum erit,
& non dimittet te, nec derelinquet donec perficias omne
opus miniſterij domus Domini. ♀ Ecce diuiſiones 21
ſacerdotum & Leuitarum, in omne miniſterium do-
ᵃ Dei mus ᵃ Domini aſsiſtant tibi, & parati ſunt, & nouerunt tam
* facere principes quam populus * omnia præcepta tua.

*ſparſorijs, & 38 dimidiatis fiſtulis, & pro crateris aureis, 39 quenq; ſuo pondere: 40 deinde pro crateris argenteis, quenque ſuo pondere. Pro ara deinde incenſi aurum purificatum 41 pondere, 42 deformationem quoque quadrigæ cherubim aureorum qui expandebant [alas,] velabantque arcam fœderis Domini. 43 Omnia 44 in deformatione ex manu Domini, qui me intelligentem reddidit, 45 in omni opere deformato. Dixit quoque Dauid Solomoni filio ſuo, 46 Age fortiter & ſtrenue, ne timeas, neque animo frangaris: quia Dominus Deus meus 47 tecum eſt: 48 non faciet te remiſſum, neque te deſeret, donec perficias vniuerſum opus miniſterij domus Domini. En 49 ordines ſacerdotum & Leuitarum 50 pro cuncto miniſterio domus Dei [ordinati,] tecum ſunt in omni opere, vnà cum omni qui voluntarius eſt ſapientia & omni miniſterio: deinde & principes & vniuerſus populus 51 ad omnia ea quæ præcipies.*

## SCHOLIA IN CAP. XXVIII.

1 turmarum. 2 & filiorum eius. 3 potentes. 4 ad (congregauit) verbum referendum, Congregauit in Ieruſalem. 5 Hebraiſmus, cum corde meo, ſubaudi, fuit, id eſt, cogitaueram, ſtatueram apud me metipſum. 6 Vocat arcam fœderis ſcabellum pedum Dei, quod ſuper eam ipſe Deus præberet ſe præſentem per miracula. 7 id eſt, magnam vim ſanguinis. 8 id eſt, multo tempore: aut hæc referri debent ad Chriſtum qui fuit de ſtirpe Dauid. 9 de Iuda elegit ducem, & de domo Iuda familiam. 10 Hebraiſmus, & ex filijs patris mei in me bene complacitum eſt ei vt regē conſtitueret me, &c. id eſt, ſingulari fauore & amore proſequutus eſt me. 11 Hebraiſmus, ſi fortiter agat faciēdo, &c. id eſt, ſi pro virili fecerit, &c. 12 ſubaudi, facit. oratio conciſa, quaſi dicat, ſi perſeuerauerit ſeruare legem meam. 13 id eſt, coram Iſraele, & audiente Deo. Subaudiendum hortor vos, aut aliquid ſimile. 14 Hoc verbo tollit ignorantiam illam craſſam. 15 poſsidendã tradatis eam. 16 id eſt, meum qui ſum pater tuus. da operam vt intelligas voluntatem Dei. 17 ſiue, perfecto, quaſi dicat, ne colas idola cum Deo. 18 animoque voluntario: 19 quod Dominus, &c. 20 vel, ſanctuario. ſiue, ipſi ſanctitati, id eſt, arcæ fœderis Domini, quaſi dicat, non vt illic ipſe habitet, ſed vt illic reponatur arca fœderis. 21 eſto fortis, & perfice, id eſt, viriliter age & ædifica domum in honorem Domini. 22 figuram. exemplar. 23 propitiatorij. quo ſcilicet tegebatur arca fœderis. 24 vel, Exemplar, ſubaudi, dedit. 25 exhedris. 26 Hebraiſmus, ſanctitatum. 27 Et (quæ erant in animo eius) de claſsibus (vel, pro claſsibus. ſiue, vicibus) ſacerdotum, &c. 28 vel, miniſterij. 29 (Et dedit) aurum in pondere in aurum, id eſt, pro vaſis aureis templi faciendis. 30 Hebraiſmus, miniſterij & miniſterij, id eſt, ſingulorum miniſteriorũ. 31 ſubaudi, argentea, dedit, &c. 32 (Et dedit aurum) in pondere pro candelabris aureis, & lucernis eorum aureis: (dedit inquam) aurum. 33 id eſt, eorum. 34 id eſt, pro ſingulis candelabris & lucernis eorum. 35 ſubaudi, dedit. 36 id eſt, in quibus ordinabantur & diſponebantur panes propoſitionis. 37 vel, phyalis. 38 Vox Hebræa ſignificat calamos in duas partes ſectos. 39 Hebraiſmus, in pondere in ſingulos crateres. 40 Heb. & in crateres argenteos in pondere in craterem & craterē, ſubaudi, dedit argentum, quaſi dicat, dedit tantum auri & argenti quantum opus erat in ſingula vaſa. 41 id eſt, certo pondere. 42 & pro figura currus, id eſt cherubim, &c. Dominus inſidebat ipſis cherubim, propterea vocat currum, quaſi dicat, & pro conficiendis cherubim quibus inſidebat Dominus. 43 ſubaudi, ſupradicta. 44 ſcriptura (vel ſcripto) manu Domini ſuper me intelligere fecit me, id eſt, omnia iſta Dominus ſcripſit manu ſua & digito ſuo, vt me ea familiarius doceret. 45 omnia inquam opera exēplaris, ſubaudi, docuit me. 46 Hebraiſmus, Confortare & roborare, id eſt, Fortis eſto, & viriliter age: Aggredere opus forti animo. 47 tecũ erit. i. aderit tibi & fauebit. 48 nõ dimittet te. 49 Heb. diuiſiones. i. turmæ ſiue claſſes. 50 (tibi aderunt) in omni miniſterio domus Dei, & tecũ (erũt) in vniuerſo opere (tēpli,) omnes ſpõtanei in ſapientia in, &c. quaſi dicat, omnes adiuuabũt te & ſacerdotes & Leuitæ: ipſi etiam artifices vltro & liberaliter offerēt tibi operas ſuas doctas: qui de arte ſua & induſtria liberales ſunt ad omne opus & miniſterium templi. 51 Hebraiſmus, in omnibus tuis negotijs (tibi aderunt.)

## CAP. XXIX.

ᵃ Deus, Quæ Dauid eiuſque principes obtulerunt in templi ædificationem. *Domino. ᵃ autem

Locutuſque eſt Dauid rex ad omnem eccleſiam, 1
Salomonem filium meum vnum elegit ᵃ Dominus,
adhuc puerum & tenellum: opus enim grande eſt,
neq; enim homini præparatur habitatio, ſed * Deo. ♀ Ego 2
ᵃ enim totis viribus meis pręparaui impenſas domus Do-
mini Dei mei. Aurum ad vaſa aurea, & argentum in ar-
gentea, æs in ænea, ferrum in ferrea, ligna ad lignea: &
lapides onychinos, & quaſi ſtibinos, & diuerſorum colo-
rum, omnemque pretioſum lapidem, & marmor Parium
abundantiſsime. ♀ Et ſuper hæc quæ obtuli in domum 3
Dei mei, de peculio meo aurum & argentum do in tem-
plum Dei mei, exceptis his quæ præparaui in ædem ſan-
ctam. ♀ Tria millia talenta auri de auro Ophir: & ſeptē 4
B millia talentorum argenti probatiſsimi: ad deaurandos
ᵃ vt parietes templi. ♀ ᵃ Et vbicunque opus eſt aurum, de 5
auro: & vbicunque opus eſt argentum, de argento, o-
pera fiant per manus artificum: & ſiquis ſponte offert, im-
pleat manum ſuam hodie, & offerat quod voluerit Domi-
no. ♀ Polliciti ſunt itaque principes familiarum, & pro- 6
ceres tribuum Iſrael, tribuni quoque & centuriones, &
ᵃ Dei principes principum poſſeſsionum regis. ♀ Dederunt-
que in opera domus ᵃ Domini auri talenta quinque millia,
& ſolidos decem millia: argenti talenta decem millia, &

## CAP. XXIX.

*Dixit præterea Dauid rex ad vniuerſum cœtum, Solomonem filiũ meũ vnicum elegit Deus, puer eſt & tener, opus autē arduũ: quoniã ædes illa 1 nõ hominis erit, ſed Domini Dei. Ego quidē quãmaxime potui 2 præparaui pro domo Dei mei, aurũ ad ea quæ aurea eſſe debent, argentum ad ea quæ argentea, æs ad ea quæ ærea, ferrũ ad ea quæ ferrea, lignũ ad ea quæ lignea: ſed & lapides onychinos 3 & [alios] qui inſerantur, lapides rubros, [variaque] pigmenta: deinde omnis [generis] lapides pretioſos, lapideſque marmoreos abunde multos. Præter hæc verò 4 (quòd ſum propenſus animo ad domum Dei mei,) eſt mihi 5 peculiare quoddam aurum & argentum, quod contuli ad domum Dei mei, vltra omnia quæ præparaui pro æde 6 ſanctuarij, Nempe tria millia talentorum auri, auri inquam de Ophir, & ſeptem millia talentorum argenti depurati, 7 ad obducendum parietes domorum. Porrò 8 aurum ad ea quæ aurea eſſe debent, & argentum ad ea quæ argentea, atque pro cuncto opere 9 [tradidi] in manum artificum: 10 & quis hodie ſua ſponte conſecrat manũ ſuã Domino? Principes ergo 11 patrũ, & principes tribuũ Iſraelis, tribuni, centuriones, vnà cum principibus qui præerãt operi regis 12 ſua ſponte obtulerunt, Dederuntq; 13 pro miniſterio domus Dei auri telenta quinque millia, 14 ſolidorum decem millia, argenti talenta decem millia, æris*

*æris decem & octo millia talenta, & ferri centum millia talenta. 15 Apud quencunque verò inuenti ſunt lapides, dederunt [eos] in theſaurum ædis Domini per manum Iehiel Gerſunitæ. Gauiſus quoque eſt populus 16 quùm ſua ſponte tribuerent, quoniam integro ac perfecto corde ſponte ſua dederunt Domino: quin & rex Dauid gauiſus eſt ingenti gaudio. Et gratias egit Dauid Domino in oculis totius cœtus, dixitque Dauid, Benedictus tu Domine Deus Iſraelis patris noſtri à ſeculo vſque in ſeculum: Tua Domine eſt magnificētia, & robur, gloria, victoria, & honor: quoniam omnia quæ ſunt in cœlis & in terra, [tua ſunt:] tuum Domine eſt regnū, 17 tu te extollis ſuper omnia vt ſis caput. Diuitiæ & gloria 18 coram te, & tu dominaris omnibus, in manu tua eſt virtus & robur: 19 in manu inquam tua, ad magnificandum & ad roborandum omnia. Nunc igitur Deus noſter, nos 20 confitemur tibi, & laudamus nomen magnificentiæ tuæ. Quis enim ego ſum, & quis eſt populus meus, 21 vt exprimeremus hăc vim ad libere donandum iſta, quum omnia à te ſint, atque de manu tua ea tribuamus tibi? Siquidē 22 aduenæ ſumus coram te, & inquilini ſicut omnes patres noſtri, veluti vmbra ſunt dies noſtri ſuper terram, neque eſt vt [aliud] expectemus. Domine Deus noſter, omnis hæc copia quam præparauimus vt ædificemus tibi domum nomini ſanctitatis tuæ, è manu tua eſt, 23 tuumque eſt vniuerſum. Et noui ô Deus, quòd tu cor 24 probas, & quòd 25 recti [tibi] placēt: ego quidem in rectitudine cordis mei ſponte obtuli omnia iſta, 26 & populū tuū qui nunc hîc inuentus eſt, vidi 27 contribuere tibi propenſo animo, idque cum gaudio. Domine Deus Abrahæ, Iſaac, Iſraelis, patrum noſtrorum, 28 conſerua iſtud in æternum, figmentum cogitationum cordis populi tui, & dirige cor eorum ad te. Sed & Salomoni filio meo da cor perfectum, vt cuſtodiat præcepta tua, teſtimonia tua, & ſtatuta tua, vt faciat 29 [ea] omnia, 30 ædificetque ædem ad quam ego præparaui. Et ait Dauid ad vniuerſum cœtum, Gratias agite nunc Domino Deo veſtro. Et gratias egerunt tota congregatio Domino Deo patrum ſuorum, & inclinato vertice prociderunt coram Domino & rege. Immolauerunt quoque Domino victimas, obtuleruntque Domino holocauſta 31 poſtero die poſt diem illum, iuuencos mille, arietes mille, oues mille cum libaminibus ſuis: 32 multa ſacrificia [obtulit] vniuerſus Iſrael. Comederunt præterea atque biberunt 33 coram Domino eodem die, idque cum magno gaudio: 34 inaugurarunt que iam ſecundò Solomonem regem filium Dauidis, vngentes eum 35 Domino in principem, & Zadoc 36 in ſacerdotē. Seditq; Solomō in 37 ſolio Dñi rex pro Dauide patre ſuo, & pſpere egit, & obedierunt ei omnes Iſraelitæ. Sed & omnes principes & potētes, cunctiq; filij regis Dauidis dederūt manus ſuas 38 ſub Solomonē regē. Magnificauit autē Dominus Solomonē excellēter in oculis omnium Iſraelitarū, deditq; ei gloriā regni, qualis non fuit vlli regi ante eū in Iſraele. Regnauit itaq; Dauid filius Iſai ſuper omnem Iſraelē, Et dies quibus regnauit ſuper Iſraelē, [fuerunt] quadraginta anni: in Hebron regnauit ſeptē annis, in Ieruſalē verò regnauit trigintatribus. Mortuus eſt itaque in ſenectute bona, 39 ſatur dierū, diuitiarū & gloriæ: & regnauit Solomō filius eius pro eo. Porrò res geſtæ à Dauide rege, priores & poſteriores, en illæ ſcriptæ ſunt in libro annalium Samuelis videntis, atque 40 in rebus Nathan prophetæ, & in rebus Gad videntis, vnà 41 cum vniuerſo regno eius, & potentia eius, atque 42 temporibus quæ tranſierunt ſuper ipſum & ſuper Iſraelem, & ſuper cuncta regna terrarum.*

æris talenta decem & octo millia: ferri quoque centum
8 millia talentorum. ♀ Et apud quencunque inuenti
ſunt lapides, dederunt in theſauros domus Domini, per C
9 manum Iahiel Gerſonitis. ♀ Letatuſque eſt populus,
cum vota * ſponte promitterent: quia corde toto offere- *ſua
bant ea Domino: ſed & Dauid rex lætatus eſt gau-
10 dio magno. ♀ Et benedixit Domino coram vni- Dauidis gratiarum actio, & oratio.
uerſa multitudine: & ait, Benedictus es Domine Deus
11 Iſrael patris noſtri ab æterno in æternum. ♀ Tua eſt
Domine magnificentia, & potentia, & gloria, atque vi-
ctoria, & tibi laus: cuncta enim quæ in cælo ſunt, & in
terra, tua ſunt, tuum Domine regnum, & tu es ſuper om-
12 nes principes. ♀ Tuæ diuitiæ, & tua eſt gloria: tu do-
minaris omnium: in manu tua virtus & potentia, in ma-
13 nu tua magnitudo & imperium omnium. ♀ Nunc igitur D
Deus noſter confitemur tibi, & laudamus nomen tuum
14 inclytum. ♀ Quis ego, & quis populus meus, vt poſ- Deo damus quod ab eo priꝰ accepimus.
ſimus hæc tibi vniuerſa promittere? tua ſunt omnia:
15 & quæ de manu tua accepimus, dedimus tibi. ♀ Pe-
regrini enim ſumus coram te & aduenæ, ſicut omnes
patres noſtri. Dies noſtri quaſi vmbra ſuper terram, Dies noſtri. ſapien. 2. b.
16 & nulla eſt mora. ♀ Domine Deus noſter, omnis
hæc copia quam parauimus vt ædificaretur domus no-
mini ſancto tuo, de manu tua eſt, & tua ſunt omnia.
17 ♀ Scio Deus meus quòd probes corda, & ſim-
plicitatem diligas, vnde & ego in ſimplicitate cordis mei Cor rectum & ſimplex aſpicit Deus.
lætus obtuli vniuerſa hæc: & populum tuum, qui hîc re-
pertus eſt, vidi cum ingenti gaudio tibi offerre donaria. E
18 ♀ Domine Deus Abraham, & Iſaac, & Iſrael patrum no- Petit à Deo Dauid vt perpetuò donet Iſraeli rectam mentem.
ſtrorum, cuſtodi in æternum hanc voluntatem cordis eo-
rum, & ſemper in venerationem tui mens iſta permaneat.
19 ♀ Salomoni quoque filio meo da cor perfectum, vt cu-
ſtodiat mandata tua, teſtimonia tua, & ceremonias tuas,
& faciat vniuerſa: & ædificet ædem, cuius impenſas pa-
20 raui. ♀ Præcepit autem Dauid vniuerſæ eccleſiæ, Be- Vt laudet Deū hortatur Dauid populum.
nedicite Domino Deo" noſtro. Et benedixit omnis eccle- " veſtro.
ſia Domino Deo patrum ſuorum: & inclinauerunt ſe, &
21 adorauerunt " Deum, & deinde regem. ♀ Immolaue- " Dominum,
runtque victimas Domino: & obtulerunt holocauſta die F
ſequenti, tauros mille, arietes mille, agnos mille cum liba-
minibus ſuis, & vniuerſo ritu abundantiſsime in omnē Iſ-
22 rael. ♀ Et comederunt, & biberunt corā Domino in die Comedere & bibere corā Domino in lætitia.
illo cum grandi lætitia. & vnxerunt ſecundò Salomonem Secundò vngitur Salomon. 3. reg. 1. e.
filium Dauid, vnxerunt autem eum Domino in principē,
23 & Sadoc in pontificem. ♀ Seditq; Salomon ſuper ſolium
Domini in regem pro Dauid patre ſuo, & cunctis placuit:
24 & paruit illi omnis Iſrael. ♀ Sed & vniuerſi principes &
potētes, & cuncti filij regis Dauid dederunt manū, & ſub-
25 iecti fuerunt Salomoni regi. ♀ Magnificauit ergo Do-
minus Salomonem ſuper omnem Iſrael: & dedit illi glo- G
26 riam regni, qualem nullus habuit ante eū rex Iſrael. ♀ Igi- Tempus regni Dauidis. 3. reg. 2. c.
27 tur Dauid filius Iſai regnauit ſuper vniuerſum Iſrael. ♀ Et
dies quibus regnauit Iſrael, fuerunt quadraginta anni: in Moritur Dauid cui ſuccedit Salomon.
Hebron regnauit ſeptem annis, & in Ieruſalē annis trigin-
28 tatribus. ♀ Et mortuus eſt in ſenectute bona, plenus dierū,
& diuitijs, & gloria: & regnauit Salomon filius eius pro
29 eo. ♀ Geſta autem Dauid regis priora & nouiſsima ſcri-
ta ſunt in libro Samuelis videntis, & in libro Nathan pro- Libri Nathan & Gad prophetarum.
30 phetæ, atq; in volumine Gad videntis: ♀ vniuerſiq; re-
gni eius & fortitudinis, & temporum quæ tranſierunt ſub
eo, ſiue in Iſrael, ſiue in cunctis regnis terrarum.

## SCHOLIA IN CAP. XXIX.

1 vel, non homini (extruetur,) ſed Domino Deo. 2 ſubaudi, neceſſaria. 3 & gemmas, & lapides fuci, & lapides diuerſorum colorum: &c. Lapides fuci, id eſt, ſimiles fuco. 4 Hebraiſmus, quòd mihi beneplacitum ſit erga, &c. vel, quòd diligam domum, &c. 5 (in) theſauro peculiari. 6 ſanctitatis, id eſt, pro templo Dei ſacroſancto extruendo. 7 vel, ad incruſtandos parietes domuncularum. 8 ſubaudi, daturus ſum. 9 potius, quod eſt in manu, &c. 10 & quis eſt qui liberalitatem exercere velit, vt impleat (ſubaudi, muneribus) manum ſuam hodie Domino? id eſt, quis eſt qui vltro & liberaliter conferre aliquid velit, vt det Domino



Domino illud pro conficiendo tēplo? q. d. ſiquis vltro & ſpōte offerre velit aliquid in opus templi Domini, offerrat. 11 vel, familiarum. 12 vel, liberales ſe exhibuerunt. 13 in opus. 14 vel, drachmarum. Doctiores exiſtimant vocem Hebræam ſignificare genus monetæ argenteæ, nobis ignotæ. 15 Hebraiſmus, Et dederunt theſauro domus Domini quiſque id quod inuentum eſt apud ſe (ex) lapillis pretioſis. 16 quòd. 17 & exaltatio ſuper omnes qui ſunt in caput, id eſt, ſuper omnes principes. 18 ſunt à conſpectu tuo, id eſt, veniunt à te. 19 vel, & in poteſtate tua eſt magnificare & corroborare omnes, quaſi dicat, potes omnes magnos reddere, & eorum magnitudinem conſeruare. 20 id eſt, damus tibi laudem. 21 vt præualeremus virtute ad offerendum ſponte & vltro ſicut hoc, &c. id eſt, vt tantam liberalitatem quanta eſt iſta, oſtendere valeremus. 22 id eſt, tenuis admodum fortunæ. 23 vel, atque adeò tua ſunt omnia. 24 vel, ſcrutaris. 25 Hebraiſmus, rectitudines. 26 nunc ergo. 27 cum gaudio vt liberalitatem exerceret erga te. vel, quum liberalitatem, &c. quaſi dicat, Conſideraui libenter populum paratum offerre tibi vltro munera. 28 Hebraiſmus, cuſtodi cuſtodiam hanc, (id eſt) imaginationem, &c. quaſi dicat, da populo tuo bonam mentem perpetuò. 29 potius ſubaudiendum, alia. 30 vel, & ædificet palatium (vel, templum) illud quod præparaui, id eſt, ad cuius ſtructuram omnia neceſſaria comparaui. 31 Hebraiſmus, in craſtino diei illius. 32 & victimas (alias) quamplurimas pro vniuerſo Iſraele. 33 id eſt, ante arcā fœderis. 34 Hebraiſmus, & regnare fecerunt ſecunda vice, id eſt, ſecundò. 35 .i. in gratiā Domini. 36 ſub. magnū .i. in pontificē. 37 ſoliū Domini vocat Solium Dauidis, quod eum Dominus conſtituerat regē ſuper Iſraelem. 38 ſub Salomone rege .i. paruerunt Salomoni. 39 id eſt, plenus dierum ad ſaturitatem vſque. 40 in verbis, id eſt, in libro. Alij, in hiſtoria Samuelis, & in hiſtoria Nathā, &c. 41 .i. cū omni eius regnādi ratione. 42 id eſt, cum afflictionibus quas ipſe & Iſrael pertulit.

# Secundus liber Paralipomenon: Hebraice, Dibre haiamim.

CAP. I. N.

*CORROBORATVS eſt ergo Solomon filius Dauidis in regno ſuo, fuitque Dominus Deus eius cum eo, & extulit eũ vehementer. Dixitq; Solomon ad vniuerſum Iſraelem, [id eſt] ad tribunos, ad cẽturiones, ad iudices, 2 & ad omnes qui excellentes fuerunt in omni Iſraele, & ad 3 capita patrũ. Abieruntq; Solomon & omnis cœtus cũ eo 4 in excelſum quod erat in Gibeon: nã illic erat tentoriũ 5 cõſtitutionis Dei, quod fecerat Moſes ſeruus Dñi in deſerto. Equidem arcã Dei adduxerat Dauid de Kiriath-iearim 6 ad eũ [locũ] quem parauerat ei Dauid: ipſe enim tetẽderat ei tentoriũ Ieroſolymis. Altare quoq; æneũ quod fecerat Bezaleel filius Vri filij Hur, erat ibi corã tabernaculo Domini, 7 quod quæſiuit Solomon & cœtus. Et aſcẽdit Solomon ibi ad aram æneam in conſpectu Domini, quæ erat 8 coram tentorio conſtitutionis, & ſacrificauit ſuper illam mille holocauſta. Apparuit autem Deus eadem nocte Solomoni, & dixit ad eũ, Poſtula quod tibi dem. Et dixit Solomon Deo, Tu exhibuiſti patri meo Dauidi magnã 9 beneficentiam, conſtituiſtiq; me regem loco eius. 10 Ratũ ergo nũc ſit verbum ô Domine Deus, [quod loquutus es] ad patrem meũ Dauidẽ: quia tu cõſtituiſti me regem ſuper populũ, qui tã multus eſt quàm puluis terræ. Da mihi ergo ſapientiã & ſcientiã, 11 vt egredi & ingredi poſsim corã populo iſto: nam quis 12 iudicaret populũ iſtũ tuũ tam ingentẽ? Et dixit Deus ad Solomonem, Quandoquidem iſtud fuit in corde tuo, vt non poſtulares diuitias, opes & gloriã, neq; animã inimicorũ tuorũ, ſed nec dies multos poſtulares: poſtulares autẽ tibi ſapientiã & ſciẽtiã, vt iudicare poſſes populũ meũ, ſuper quẽ te regẽ conſtitui, Sapientia & ſciẽtia data eſt tibi, diuitias quoque, opes & gloriã dabo tibi, 13 qualis non fuit in regibus qui fuerunt ante te, neque poſt te 14 fiet talis. Venit itaq; Solomon ab excelſo quod erat in Gibeon Ieroſolyma à conſpectu 15 tẽtorij conſtitutionis, & regnauit ſuper Iſraelẽ. Congregauitq; Solomon currus & equites, habuitq; currus mille & quadringẽtos, duodecimq; millia equitũ, quos collocauit in vrbibus curruũ, & 16 cũ rege in Ieruſalem. 17 Aduexit itaq; rex argentũ & aurũ in Ieruſalẽ quaſi lapides: ſic quoq; ligna cedrina 17 aduexit veluti ſycomoros, 18 quorũ magna copia [creſcit] in cãpeſtribus. Porrò 19 equi Solomoni educti ſunt ex AEgypto: nam ſocietas mercatorũ quos habebat rex, accipiebat byſſum per commutationem. 20 Aſcenderunt itaque & exiuerunt ex AEgypto quadriga quæque ſexcentis argenteis, & celes centum & quinquaginta: ſic educebant 21 manibus ſuis omnibus regibus Hithæorum, & regibus Aram.*

CAP. I. V.

1 CONFORTATVS eſt ergo Salo-
mon filius Dauid in regno ſuo, & Domi-
nus* erat cũ eo, & magnificauit eũ in ex-
2 celſum. ¶ Præcepitq; Salomon vniuerſo
Iſraeli, tribunis, & centurionibus, & du-
cibus, & iudicibus omnis Iſrael, & prin-
3 cipibus familiarũ: ¶ Et abijt cũ vniuerſa
multitudine in excelſum Gabaõ, vbi erat tabernaculũ fœ-
deris" Dñi, quod fecit Moyſes famulus" Dei, in ſolitudine.
4 ¶ Arcã autẽ Dei adduxerat Dauid de Cariath-iarim in lo-
cũ quẽ præparauerat ei, & vbi fixerat illi tabernaculũ, hoc
5 eſt in Ieruſalẽ. ¶ Altare quoq; æneũ, quod fabricatus fue-
rat Beſeleel filius Vri filij Hur, ibi erat coram tabernaculo
6 Dñi: quod & requiſiuit Salomõ, & omnis eccleſia. ¶ Aſ-
cenditq; Salomõ ad altare æneũ, corã tabernaculo fœde-
7 ris Domini, & obtulit in eo mille hoſtias. ¶ Ecce autem in
ipſa nocte apparuit ei Deus, dicẽs, Poſtula quod vis, vt dẽ
8 tibi. ¶ Dixitq; Salomon Deo, Tu feciſti cum Dauid patre
meo miſericordiã magnã: & cõſtituiſti me regem pro eo.
9 ¶ Nunc ergo Domine Deus, impleatur ſermo tuus, quem
pollicitus es Dauid patri meo: tu enim me feciſti regẽ ſu-
per populum tuum multũ, qui tã innumerabilis eſt, quàm
10 puluis terræ. ¶ Da mihi ſapientiã & intelligentiã, vt ingre
diar & egrediar coram populo tuo: quis enim poteſt hunc
11 populũ tuum digne, qui tam grandis eſt, iudicare? ¶ Dixit
autem Deus ad Salomonẽ, Quia hoc magis placuit cordi
tuo, & non poſtulaſti diuitias, & ſubſtantiam, & gloriã, ne
que animas eorum qui te oderant, ſed nec dies vitæ plu-
rimos: petiſti autem ſapientiam & ſcientiam, vt iudicare
poſsis populum meum, ſuper quem conſtitui te regem,
12 ¶ Sapientia & ſcientia data ſunt tibi: diuitias autem,
& ſubſtantiam, & gloriam dabo tibi, ita vt nullus in re-
13 gibus nec ante te, nec poſt te fuerit ſimilis tui. ¶ Ve-
nit ergo Salomon ab excelſo Gabaon in Ieruſalem co-
14 ram tabernaculo fœderis, & regnauit ſuper Iſrael. ¶ Con-
gregauitque ſibi currus & equites, & facti ſunt ei mil-
le quadringenti currus, & duodecim millia equitum:
& fecit eos eſſe in vrbibus quadrigarum, & cum rege in
15 Ieruſalem. ¶ Prebuitque rex argentum & aurum in Ie-
ruſalem quaſi lapides, & cedros quaſi ſycomoros, quæ
16 naſcuntur in campeſtribus multitudine magna. ¶ Addu-
cebantur autem ei equi de AEgypto, * de Coa à negotia-
17 toribus regis, qui ibant, & emebant pretio, ¶ quadrigam
equorum ſexcentis argenteis, & equum centum quinqua-
ginta: ſimiliter de vniuerſis regnis" Cethæorum, & à re-
gibus Syriæ emptio celebrabatur.

Oblatio Salomonis in Gabaon. 3. reg. 3. a. *Deus eius

Tabernaculum in Gabaon. " Dei, " Domini, B

Exod. 38. a.

Deus hortatur Salomonem, vt ab ipſo petat quod velit.

C Salomon petit à Deo ſapientiã & ſcientiã ad dirimendas lites populi. 1. paral. 28. b. ſapiẽ. 9. b.

D 3. Reg. 10. d. Numerus curruum & equitũ Salomonis.

Argenti, auri & cedrorum maxima copia Ieroſol. 3. reg. 10. d.

* &

" Hethæorum,

## SCHOLIA IN CAP. I.

1 vel, Confirmatus. 2 & ad omnes duces qui erant ſuper omnem Iſraelem. vel, & omnibus ducibus vniuerſi Iſraelis. 3 principes familiarum. 4 id eſt, ad altare. Hæc vox excelſum, frequẽter in malam partem accipitur. hîc vero in bonam. 5 fœderis. 6 Hebraiſmus, quum præparaſſet ei (locum) Dauid: 7 & requiſiuit illud, ſubaudi, altare æneum, vel tabernaculum: aut eum Dominum. 8 in tentorio fœderis, 9 Hebraiſmus, miſericordiam 10 Firmum. aut, Stabile. 11 id eſt, vt verſari poſsim in populo hoc omni tempore vt regem decet. 12 vel, iudicare poſſet, ſubaudi, ſine tuo fauore & ſumma prudentia. 13 quales (ſubaudi diuitię) non fuerunt. Verti etiam poſſet, id quod non contigit regibus qui fuerunt ante te, neque ijs qui erunt poſt te, continget. 14 erunt ſic, id eſt, non erunt tantæ diuitiæ cuiquam. 15 tabernaculi fœderis. 16 id eſt, ſecum, ſiue apud ſe. 17 Dedit. vel, Poſuit. 18 quę naſcũtur in loco cãpeſtri, in copia. ſiue abũdantia. Iſtud, in abundãtia, refertur ad verbũ pręcedẽs poſuit, vel dedit. q.d. fuit magna abundantia auri & argenti, & cedrorũ. 19 Heb. egreſſus (vel, eductio) equorum qui erãt Salomoni, (erat) ex AEgypto, & tela byſsina: mercatores regis congregationem capere ſolebant pretio. vel, permutatione, id eſt, Salomoni educebantur equi ex AEgypto, & tela byſsina; mercatoreſque regis Salomonis capere ſolebant congregationem equorum & telæ byſsinæ pretio & permutatione aliarum rerum quas ferebant in AEgyptum. 20 Hebraiſmus, Aſcendebãt itaq;, & educebãt de AEgypto currũ pro ſexcẽtis argẽteis, & equũ pro centũ, &c. Per currũ, ſingulas quadrigas intelligit: quemadmodũ & per equũ, ſingulos equos. Quadriga cõtinebat quatuor equos; ea conſtabat ſexcentis nummis argenteis. Singuli igitur equi cõſtabant centũ quinquaginta argẽteis. 21 Hebraiſmus, omnes reges Hethæorũ & reges Syriæ per manũ eorum (.i. opera mercatorũ Salomonis) quadrigas & equos ex AEgypto.

CAP. II.



CAP. II.

DEcreuit autem Salomon ædificare domũ nomini 1
Domini, & palatium ſibi. ¶ Et numerauit ſep- 2
tuaginta millia virorum portantium humeris, &
octoginta millia qui cæderent lapides in montibus, præ-
poſitoſque eorum tria millia ſexcentos. ¶ Miſit quoque 3
ad Hiram regem Tyri, dicens, Sicut egiſti cum Dauid pa-
tre meo, & miſiſti ei ligna cedrina, vt ędificaret ſibi domũ,
in qua & habitauit: ¶ ſic fac mecum vt ædificem domũ 4
nomini Domini Dei mei, vt conſecrem eam ad adolẽ-
dum incenſum coram illo, & fumiganda aromata, & ad
propoſitionem panum ſempiternam, & ad holocautoma-
ta mane & veſpere, ſabbathis quoque, & neomenijs, & ſo-
lennitatibus Domini Dei noſtri in ſempiternum, quæ mã-
B data ſunt Iſraeli. ¶ Domus enim quam ædificare cupio, 5
magna eſt: magnus eſt enim Deus noſter ſuper omnes
deos. ¶ Quis ergo poterit præualere, vt ædificet ei dignã 6
domum? ſi cælum, & cæli cælorum capere eum nequeũt:
quantus ego ſum, vt poſsim ædificare ei domum? ſed ad
hoc tantum, vt adoleatur incenſum coram illo. ¶ Mitte 7
ergo mihi virum eruditum, qui nouerit operari in auro &
argento, ære & ferro, purpura, coccino, & hyacintho,
& qui ſciat ſculpere cælaturas cum his artificibus quos
mecum habeo in Iudæa & Ieruſalẽ, quos præparauit Da-
uid pater meus. ¶ Sed & ligna cedrina mitte mihi, & ar- 8
ceuthina, & pinea de Libano: ſcio enim quòd ſerui tui
nouerint cædere ligna de Libano, & erunt ſerui mei cum
ſeruis tuis, ¶ Vt parentur mihi ligna plurima. domus enim 9
C quam cupio ædificare, magna eſt nimis & inclyta. ¶ Pre- 10
terea operarijs qui cæſuri ſunt ligna, ſeruis tuis dabo in ci-
baria tritici coros viginti millia, & hordei coros totidem,
* olei quoque ſata viginti millia. ¶ Dixit autem Hiram 11
rex Tyri per literas, quas miſerat Salomoni, Quia dile-
xit Dominus populum ſuum, idcirco te regnare fecit ſu-
per eum. ¶ Et addidit, dicẽs, Benedictus Dominus Deus 12
Iſrael, qui fecit cælum & terram, qui dedit Dauid regi fi-
lium ſapientem & eruditum & ſenſatum atque prudentẽ,
vt ædificaret domum Domino, & palatium ſibi. ¶ Miſi 13
ergo tibi virum prudentem & ſcientiſsimum Hiram patrẽ
meum, ¶ Filium mulieris de filiabus Dan: cuius pater fuit 14
Tyrius, qui nouerit operari in auro & argento, ære & fer-
ro, & marmore, & lignis, in purpura quoque & hyacin-
D tho, & byſſo & coccino: & qui ſciat cælare omnem ſcul-
pturam, & adinuenire prudenter quodcunque in opere
neceſſarium eſt cum artificibus tuis, & cũ artificibus do-
mini mei Dauid patris tui. ¶ Triticum ergo, & hordeum, 15
& oleum, & vinum, quæ pollicitus es domine mi, mitte
ſeruis tuis. ¶ Nos autem cædemus ligna de Libano, quot 16
neceſſaria habueris, & applicabimus ea ratibus per
mare in Ioppe: tuum autem erit transferre ea in Ieruſalẽ.
¶ Numerauit igitur Salomõ omnes viros proſelytos qui 17
erant in terra Iſrael, poſt dinumerationem quam dinu-
merauit Dauid pater eius: & inuenti ſunt centum quin-
quaginta tria millia & ſexcenti. ¶ Fecitque ex eis 18
ſeptuaginta millia, qui humeris onera portarent, &
octoginta millia qui lapides de montibus cæderent:
tria autem millia, & ſexcentos præpoſitos operum
populi.

Artifices Salomonis.

Mittit Salomon ad Hiram regẽ Tyri pro lignis & artificibus. 3. reg. 5. a.

Templum ædificatum, vt in eo thus Deo incẽderetur.

* & vini viginti millia metretas,

Hiram promittit ligna Salomoni.

Numerus artificum.

CAP. II.

*STatuit autem [apud ſeſe] Solomon extruere ædem nomini Domini, deinde & 1 domum pro regno ſuo. Numerauitque Solomon ſeptuaginta millia virorum qui baiularent, & octoginta millia virorum 2 cæſorum in monte, & tria millia ac ſexcentos 3 eorum qui illis inſtarent. Miſit itaque Solomon ad Hiram regem Zor hiſce mandatis, Quemadmodum egiſti cum Dauide patre meo, 4 cui miſiſti 5 cedros, ex quibus ædificaret ſibi domum 6 in qua habitaret. En ego 7 extruam ædem nomini Domini Dei mei, quam ei conſecrem, incenſumque adoleam coram eo aromaticum, 8 & vt ordinentur [panes] perpetuò, vtque fiat holocauſtum mane & veſpere, ſabbatis, neomenijs & ſtatis ferijs Domini Dei noſtri, 9 vtque hoc perpetuò ſit in Iſraele. Domus verò quam ego 10 ædificabo magna erit, quia magnus eſt Deus noſter ſupra omnes deos. 11 Quis verò tanta præditus eſt virtute, vt ædificet ei domum, cum 12 cæli, cælorumque cæli illum non comprehendant? quis ſum ego vt ædificem ei domum? 13 ſed ad offerendum incenſum coram eo. Mitte igitur mihi virum 14 induſtrium, qui ſciat operari in auro & argento, in ære & ferro, in purpura, coccino & hyacintho, quique ſciat 15 ſcalpere ſcalpturas, vnà cum 16 ſapientibus qui ſunt mecum in Iehuda & Ieruſalem, 17 quos præparauit pater meus. Mitte quoque mihi ligna cedrina, 18 pinea, & algumim de Libano: ſcio enim ſeruos tuos gnaros eſſe cædendorum lignorũ in Libano, & ecce ſerui mei 19 [erunt] cum ſeruis tuis, Vt præparent mihi ligna multa, quoniam domus quam ego ædifico magna erit & 20 præcipua. Ecce verò pro ſectoribus & cæſoribus lignorum 21 dedi tritici 22 contuſi ſeruis tuis 23 cororum viginti millia, hordei cororum viginti millia, vini batorum viginti millia, & olei batorum viginti millia. Reſpondit autẽ Hiram rex Zor 24 per ſcriptum quod miſit Solomoni, Quandoquidem Dominus dilexit populum ſuum, poſuit te regem ſuper eos. Dixitq; rurſus Hiram, Laudandus Dominus Deus Iſraelis, qui fecit cælum & terram, quique dedit Dauidi regi filium ſapientem, 25 ſcientem, intelligentem & prudentem, qui extruat domum Domino, & 26 domum pro regno ſuo. Mitto igitur virum ſapientem & intelligentia præditum, [quo vſus eſt] pater meus Hiram, Filium mulieris 27 de filiabus Dan, cuius pater fuit 28 Tyrius, qui operari ſcit in auro & argento, in ære & ferro, in lapidibus & lignis, in purpura & hyacintho, in byſſo & coccino, [ſciens quoque] ſcalpere ſcalpturas varias, 29 & ingenioſe excogitare omnis generis opus ingenioſum, quod proponetur ei 30 à ſapientibus tuis, atque à ſapientibus domini mei Dauidis patris tui. Nunc ergo triticum & hordeum, oleum & vinum, de quo dixit dominus meus, mittat ſeruis ſuis. Nos verò ſecabimus ligna in Libano, quotquot tibi neceſſaria fuerint, adducemuſque ea tibi in ratibus 31 per mare ad Iapho, tuque 32 feres ea Ieroſolyma. Et numerauit Solomon omnes viros 33 aduenas qui erant in terra Iſrael, poſt numerum illorum quos numerauerat pater eius, inuentique ſunt centũ & quinquaginta millia, tria millia & ſexcenti. Et fecit ex eis ſeptuaginta millia oneribus ferendis, & octoginta millia qui 34 cæderent in monte, tria deinde millia atque ſexcentos 35 exactores, qui populum ad laborem vrgerent.*

## SCHOLIA IN CAP. II.

1 id eſt, regiã. 2 cædentiũ. ſub. lapides. 3 præpoſitorum ſuper illos. Hîc præpoſitorũ trecenti ponuntur vltra numerũ qui eſt in Regibus. Verum illic omittuntur præpoſiti præpoſitorũ. ita ſoluunt Hebræi. 4 vel, mittendo illi. 5 vel, ligna cedrina. 6 ſub. ſic age mecum. eſt enim locutio imperfecta. 7 ædificaturus ſum. 8 Heb. & vt (diſponam) diſpoſitionem (panum) iugiter. 9 Heb. in æternum hoc eſt ſuper Iſraelem, id eſt, Iſrael tenetur hoc facere perpetuo. q.d. Iſrael tenebitur offerre ſacrificia Domino Deo in ęternum propter beneficia ab eo accepta. 10 vel, ædificaturus ſum. 11 quaſi dicat, Nemo mortalium poterit ædificare illi domum eo dignam. 12 Per cælum, aerem: per cælos cælorum, corpora illa cæleſtia intelligit. 13 ſubaudi, non propterea ædificabo domum illi vt ea comprehendatur Deus ille meus, ſed vt adoleam incenſum aromaticum, &c. id eſt, vt illum colam. Per incenſum, reliqua intelligit quę ſunt in tẽplo. 14 vel, peritum. 15 ſub. in auro, & lapillis pretioſis. 16 vel, induſtrijs artificibus. 17 ſub. artifices. vel, quę aurũ, argentum, &c. 18 abiegna, & pinea. ſiue piceas arbores. Docti inter Hebræos dicunt vocem Hebręam algumim hîc ſignificare corallũ. Verum doctioribus hoc non probatur, quum de Libano loquatur, & corallium in mari naſcatur, poſtea dureſcat in lapidem.

19 vel, (ibunt.) 20 vel, admirabilis. aut, inclyta. 21 vel, daturus ſum. Præteritum pro futuro, decreui dare. 22 id eſt, excuſſi flagellis è ſpicis. 23 Corus, menſura aridorum, continet decies menſuram ephi, quam ephi appellamus, Ezech. 45 Cæterum corus & homer eandem ſignificant menſuram: ephi ter menſuram ſea, quam ſatum appellamus, continet. Bath, eadem menſura eſt quæ ephi. eſt igitur decima pars cori. Verùm bath, liquidorum eſt menſura: epha vero ſiue ephi, aridorum. Continet bath tria ſata. 24 vel, per epiſtolam quam. 25 vel, præditum intellectu. 26 id eſt, regiam. 27 id eſt, cuius mater fuit de tribu Dan. 28 ſubaudi, eius. Iudæus fuit de tribu Nephthali, Tyrius tamen, quòd habitaret in vrbe Tyro. 29 Hebraiſmus, & ad excogitandã omnem cogitationem, quæ, &c. 30 cum ſapiẽtibus. 31 ad mare Iopes. vel, ad portum maris Iopici. 32 vel, de portanda curabis, ſubaudi, ab eo portu. 33 vel, proſelytos. 34 ſubaudi, lapides. 35 vel, præfectos.

## CAP. III.

COEpit itaque Solomon ædificare domum Domini Ieroſolymis in monte Moria, 1 vbi apparuerat [Dominus] Dauidi patri eius, in loco quem parauerat Dauid in 2 horreo Ornan Iebuſæi. Cœpit autem ædificare menſe 3 ſecundo, 4 in ſecundo [inquam] anno quarto regni ſui. 5 Hæc autem ſunt in quibus Solomon edoctus fuit vt ædificaret domum Dei: 6 longitudo cubitorum 7 fuit prima menſura, cubitorum inquam ſexaginta, latitudo verò cubitorum viginti. Porticus quæ erat 8 ante faciem longitudinis, ſecundum latitudinem ædis viginti erat cubitorum: 9 altitudo eius centum & viginti, obduxitque intus auro mũdo. Domum verò maiorem 10 obduxit lignis abiegnis, 11 quæ texit auro 12 bono, & 13 addidit illi palmas & 14 catenas. Operuit præterea 15 ædem lapidibus pretioſis ad decorem: aurum verò erat aurum de 16 Paruaim: obduxit inquam domum, trabes, poſtes, parietes eius & oſtia eius auro, ſculpſitque cherubim in parietibus. Fecit & domum 17 Sanctiſanctorum, cuius longitudo erat in facie 18 latitudinis ædis cubitorum viginti: & latitudo eius erat cubitorum viginti: obduxitque ipſum auro bono, talentis ſcilicet ſexcẽtis. Porrò pondus 19 clauorum habuit quinquaginta ſiclos auri: obduxit & cœnacula auro. Fecit præterea intra ſanctum ſanctorum duos cherubim opere 20 artificioſo, & 21 obduxit eos auro. Longitudo alarum cherubim erat viginti cubitorũ: vna enim ala erat quinque cubitorum, pertingens ad parietem 22 ædis, & altera ala ſimiliter erat quinque cubitorum, pertingens ad 23 alam alterius cherub. Sic ala cherub alterius, quinque erat cubitorum, pertingens ad parietem domus: & ala altera quinque cubitorum, adhærens alæ alterius cherub. Alæ itaque cherubim iſtorum erant extenſæ cubitis viginti: ipſi autem ſtabant pedibus ſuis, erantque facies eorum 24 intro [verſæ.] Fecit quoque 25 velum ex hyacintho, purpura, coccino & byſſo, & 26 induxit ei cherubim. Ante ædem fecit duas columnas longitudine cubitorum triginta quinque: 27 quòd verò obductum fuit capiti eius, cubitorum quinque. Fecit inſuper catenas 28 iuxta rationem, & poſuit 29 in conum columnarum: fecitque mala punica centum, & 30 poſuit in illis catenis. Erexit autem columnas in proſpectu 31 templi, vnam à dextera, alteram à ſiniſtra: vocans nomen dexteræ Iachin, ſiniſtræ Boas.

## CAP. III.

1 ET cœpit Salomon ædificare domum Domini in Ieruſalem, in Monte-moria, qui demonſtratus fuerat Dauid patri eius, in loco quem parauerat Dauid in
Templum ædificatur. 3. reg. 6. a.
2 area Ornan Iebuſęi. ♀ Cœpit autem ædificare menſe ſe-
2. Reg. 24. d. 1. para. 21. d.
3 cũdo, anno quarto regni ſui. ♀ Et hęc ſunt fundamẽta quæ
iecit Salomon, vt ædificaret domum Dei, longitudinis cubitos in mẽſura prima ſexaginta, latitudinis cubitos vigin-
4 ti. ♀ Porticũ verò ante frontẽ, quę tendebatur in longum iuxta menſurã latitudinis domus, cubitorũ viginti: porrò altitudo centũ viginti cubitorũ erat: & deaurauit eã intrin B
5 ſec° auro mũdiſsimo. ♀ Domũ quoq; maiorẽ texit tabulis ligneis abiegnis, & laminas auri obryzi affixit per totũ: ſculpſitq; in ea palmas, & quaſi catenulas ſe inuicẽ cõplectẽ-
6 tes. ♀ Strauit quoq; pauimẽtũ tẽpli pretioſiſsimo marmo-
7 re, decôre multo. ♀ Porrò aurũ erat probatiſsimũ, de cuius laminis texit domũ, & trabes eius, & poſtes, & parietes, &
8 oſtia: & cælauit cherubim in parietibus. ♀ Fecit quoq; domũ Sanctiſanctorũ: lõgitudinẽ iuxta latitudinẽ dom°, cubitorũ viginti: & latitudinẽ ſimiliter viginti cubitorum: &
9 laminis aureis texit eã, quaſi talẽtis ſexcẽtis. ♀ Sed & clauos fecit aureos, ita vt ſinguli claui ſiclos quinquagenos C
10 appenderent: cœnacula quoq; texit auro. ♀ Fecit etiam in domo Sanctiſanctorũ cherubim duos, opere ſtatuario: &
11 texit eos auro. ♀ Alæ cherubim viginti cubitis extẽdebãtur, ita vt vna ala haberet cubitos quinque, & tãgeret parietẽ domus: & altera quinq; cubitos habens, alã tangeret
12 alterius cherub. ♀ Similiter cherub alterius ala, quinq; habebat cubitos, & tãgebat parietẽ: & ala eius altera quinq;
13 cubitorum, alam cherub alterius contingebat. ♀ Igitur alę vtriuſq; cherubim expãſę erãt, & extẽdebãtur per cubitos viginti: ipſi autẽ ſtabat erectis pedib°, & facies eorũ erant D
14 verſæ ad exteriorẽ domũ. ♀ Fecit quoq; velũ ex hyacin- Matth. 27. f.
15 tho, purpura, cocco, & byſſo: & intexuit ei cherubim. ♀ Ante fores etiã tẽpli duas columnas, quæ triginta & quinque cubitos habebant altitudinis: porrò capita earum, quinq; Iere. 52. e. f.
16 cubitorum. ♀ Necnon & quaſi catenulas in oraculo, & ſuperpoſuit eas capitibus columnarum: malogranata etiã
17 centum, quæ catenulis interpoſuit. ♀ Ipſas quoque columnas poſuit in veſtibulo templi, vnam à dextris, & alteram à ſiniſtris: eam quæ à dextris erat, vocauit Iachin: & quæ ad lęuam, ˜ vocauit Booz.

## SCHOLIA IN CAP. III.

1 qui monſtratus fuerat Dauidi. 2 ſiue, area. 3 id eſt, Aprili. 4 ſecunda, ſubaudi, die menſis. 5 Hæ ſunt (dimenſiones quibus) fundatus eſt Salomon ad ædificandum, &c. vel, Hæ ſunt (diſpoſitiones quibus) innixus eſt Salomon quum iaceret fundamenta templi: aut, quibus conſilio (peritorum artificum vſus eſt) dum pararet extruere templum. 6 ſubaudi, templi, vel fundamentorum. 7 erat in menſura (vel, dimenſione) priore. Hæc dicit, quod iacta ſunt fundamenta hecal & deuir, quaſi dicat, quando deſcripſerunt prima fundamenta, non ſeparauerunt adytum ſiue oraculum à templo, id eſt hecal: ſed poſtea ſeparauerunt, ac poſtea dederunt dimenſionem, templo ſuam, & oraculo ſuam: vna deſignatione deſignarunt primum fundamenta duarum primarum partium templi, nempe hecal & deuir, quæ fuerunt ſexaginta cubitorum. Cæterum ex LX illis cubitis, XX oraculo, & XL templo attributi ſunt. Templi longitudo ſpectatur ab Occidente ad Orientem: & latitudo à Septentrione ad Meridiem. 8 vel, ante longitudinem ipſam. 9 ſubaudi, à fundamento vſque ad ſummam partem. In Regibus loquitur de altitudine vſque ad primum tabulatum. 10 vel, texit. Templum tres habebat partes, Vlam, hecal, & deuir. Vlam, porticus erat, ſeu veſtibulum: Hecal, templum proprie dictum: Deuir autem, oraculum ſeu adytum, ſiue ſancta ſanctorum. Domum maiorem intelligit hecal: quia longitudine ſuperabat reliquas duas partes, veſtibulum & oraculum. 11 ſubaudi, ligna abiegna. ſiue, quas tabulas abiegnas. 12 vel, optimo. 13 Hebraiſmus, aſcendere fecit ſuper illud, ſubaudi, aurũ .i. inſculpſit illi auro. 14 nam palmæ illæ erant iunctæ opere catenato. 15 ſubaudi, illam maiorem. 16 Numero duali dicitur apud Hebræos. 17 Hebraiſmus, ſanctitatis ſanctitatum. 18 id eſt, quæ reſpondebat latitudini domus magnæ, id eſt tẽpli. 19 quibus ſcilicet erat opus ad obducendos parietes auro. 20 puerorum, id eſt, inſtar adoleſcentulorum. 21 texerunt, ſubaudi, artifices Salomonis. 22 id eſt, ipſius oraculi. 23 Nota hîc nomine alarum comprehendi etiam corpus ipſorum Cherubim. 24 id eſt, in domum: aſpiciebant partem illam internam ſancti ſanctorum. In libris Regum legitur, Facies vnius verſa erat in faciem alterius. Hîc vero, Facies eorum verſa, ſubaudi, erat in domum. quod ita intelligendum eſt quaſi diceret, Facies eorum non erant verſæ ad oſtium templi, ſed ad parietes illos qui erant in lateribus. nam cherub qui erat in parte dextra, videbatur reſpicere parietem lateris ſiniſtri: & contrà, cherub qui erat in parte ſiniſtra, reſpiciebat parietem lateris dextri. Concordant igitur loci. 25 id eſt, propitiatorium. Hebraice capporeth, & parocheth. 26 Hebraiſmus, aſcendere fecit, id eſt, aſſuit, ſiue adiecit ipſi velo aliquot cherubim. 27 Hebraiſmus, capitellum vero quod erat in capite eius, id eſt, quod impoſitum erat ſummitati & vertici ſingularum columnarum. Hoc loco, huius libri author loquitur de longitudine ambarum columnarum ſimul, verùm de longitudine apparente, non autem de vera longitudine. Ea autem vera harum columnarum longitudo ſcribitur in Regibus, vbi hæ columnæ dicuntur habuiſſe ſingulæ decem & octo cubitos in longitudine. Hîc verò ambabus tribuuntur tantum trigintaquinq; cubiti: propterea quod ſingulæ videbantur habere tantum ſeptemdecim cubitos & ſemis. nam ſingularum columnarum dimidium cubiti abſcondebatur in capitello. Conuenit igitur hic locus cum Regibus. 28 Hebraiſmus, (ſicut) in adyto, quaſi dicat, In capitellis fecit catenas quales erant in oraculo. 29 ſuper caput. vel, capitello. 30 quaſi dicat, illa malogranata incluſit illis catenulis. Duo ordines erant malogranatorum: & in ſingulis ordinibus erant centum. Idcirco in Regibus numerantur ducenta malogranata in ſingulis capitellis. 31 id eſt, hecal, aliàs dicitur domus magna.



## CAP. IIII.

Fabricatio altaris holocauſti. 3. reg. 7. c. d. e.
FEcit quoque altare ęneum viginti cubitorum longi- 1
tudinis, & viginti cubitorum latitudinis, & decem
Mare fuſile.
cubitorum altitudinis. ♀ Mare etiam ˜ æneum fuſi- 2
le decem cubitis à labio vſque ad labium, rotundum per
circuitum: quinque cubitos habebat altitudinis, & funi-
culus triginta cubitorum ambiebat gyrum eius. ♀ Simili- 3
tudo quoq; boum erat ſubter illud: & decem cubitis quę-
* aluum
dam extrinſecus cælaturæ, quaſi duobus verſibus ″labium maris circuibant. Boues autem erant fuſiles.
Boues XII fuſiles.
♀ Et ipſum mare ſuper duodecim boues impoſitum erat, 4
quorum tres reſpiciebant ad Aquilonẽ, & alij tres ad Occidentem: porrò tres alij Meridiem, & tres qui reliqui
B erant, Orientem, habentes mare ſuperpoſitum: poſteriora autem boum erant intrinſecus ſub mari. ♀ Porrò va- 5
ſtitas eius habebat menſuram palmi, & labium illius erat
quaſi labium calicis, vel repandi lilij: capiebatque tria
Conchę decem
millia metretas. ♀ Fecit quoque conchas decem: & po- 6
ſuit quinque à dextris, & quinque à ſiniſtris, vt lauarent
in eis omnia quæ in holocauſtum oblaturi erant: porrò in
Cãdelabra decẽ
mari ſacerdotes lauabantur. ♀ Fecit autem & candelabra 7
* iuſſa erant
aurea decem, ſecundum ſpeciem qua ″ iuſſerat fieri: &
poſuit ea in templo, quinque à dextris, & quinque à ſi-
Menſæ decem.
niſtris. ♀ Necnon & menſas decem: & poſuit eas in tem- 8
Phialę centum.
plo, quinque à dextris, & quinq; à ſiniſtris: phialas quo-
Atriũ ſacerdotũ
que aureas centum. ♀ Fecit etiam atrium ſacerdotum, & 9
Baſilica. C
baſilicam grandem: & oſtia in baſilica, quæ texit ære.
♀ Porrò mare poſuit in latere dextro contra Orientẽ ad 10
Meridiem. ♀ Fecit autem Hiram lebetes, & creagras, & 11
phialas: & compleuit omne opus regis in domo Dei:
♀ Hoc eſt, columnas duas: & epiſtylia, & capita, & qua- 12
ſi quædam retiacula, quæ capita tegerent ſuper epiſtylia.
♀ Malogranata quoque quadringenta, & retiacula duo. 13
ita vt bini ordines malogranatorum ſingulis retiaculis iũ-
gerentur, quæ protegerent epiſtylia, & capita columnarũ. 14
♀ Baſes etiã fecit & cõchas, quas ſuperpoſuit baſib°. ♀ Mare 15
vnũ, boues quoq; duodecim ſub mari. ♀ Et lebetes, & crea 16
gras, & phialas. Omnia vaſa fecit Salomoni Hiram pater
D eius in domo Domini ex ære mundiſsimo. ♀ In regione 17
Iordanis fudit ea rex in argilloſa terra inter Socoth, &
Saredatha. ♀ Erat autem multitudo vaſorum innumera- 18
Altare thymiamatis aureum.
bilis, ita vt ignoraretur pondus æris. ♀ Fecitq; Salomon 19
omnia vaſa domus Dei, & altare aureum: & menſas, &
ſuper eas panes propoſitionis. ♀ Candelabra quoque 20
cum lucernis ſuis vt lucerent ante oraculum iuxta ritum,
ex auro puriſsimo: ♀ Et florentia quædam, & lucernas, 21
& forcipes aureos. omnia de auro mundiſsimo facta ſunt.
* Thymiateria
♀ ″ Thymiamateria quoque, & thuribula, & phialas, & 22
mortariola ex auro puriſsimo. & oſtia cælauit templi in-
* Sanctoſanctorum:
terioris, id eſt in ″ Sanctaſanctorũ: & oſtia templi forin-
* in domum
ſecus aurea. Sicque completum eſt omne opus quod fecit
Salomon ″ in domo Domini.

## CAP. IIII.

ET fecit altare æneũ, cuius longitudo erat viginti cubitorum, latitudo eius viginti cubitorũ, altitudo verò eius cubitorum decem. Fecit quoque mare fuſum, habens decem cubitos 1 à labio ſuo ad labiũ ſuum, rotundũ circunquaque: altitudo eius quinque cubitorũ, & linea triginta cubitorum cingebat ipſum per ambitum. 2 Effigies quoque boum erat ſubter ipſum per ambitum 3 qui ambiebant ipſum, decem cubitis circumibant mare per ambitum. duo ordines erant boum fuſi 4 in fuſura eius. Stabat ſuper duodecim boues, tres vertebant faciem ad Septentrionem, tres reſpiciebant ad Occidentem, tres verſi erant ad Meridiem, & tres reſpiciebant ad Orientem, eratque mare illis ſupra impoſitum: 5 poſteriora autem eorum omnia erant introrſus. Craſsities eius palmum habebat, & labium eius 6 erat fabrefactum vt labium crateris germinante lilio, capiebatque batorum 7 tria millia. Fecit inſuper decem 8 labra, & poſuit quinque à dextra, & quinque à ſiniſtra, vt lauarent & abluerent in eis 9 opus holocauſti, mare autem vt in eo lauarent ſacerdotes. Fecit quoque decem aurea candelabra 10 iuxta normam eorum, & poſuit 11 in templum, quinque à dextris, & quinque à ſiniſtris. Fecit deinde decem mẽſas, poſuitque in templum, quinque à dextris, & quinque à ſiniſtris: fecit 12 pelues quoque ſparſorias aureas centum. Fecit & atrium ſacerdotum, & atrium magnum, addens 13 atrio ianuas, ianuaſque eorum obduxit ære. Porrò mare poſuit à latere dextro ad Orientem, ex aduerſo Meridiei. Fecit quoque Hiram lebetes, ſcopas, & pelues ſparſorias, abſoluitq; Hiram opus quod fecerat regi Solomoni 14 in æde Dei. 15 Columnas duas, 16 & epiſtylia rotunda cum coronamentis ſuper 17 capita columnarum duarum, & reticula duo ad tegendum 18 epiſtylia duo rotunda, & coronamenta quæ erãt ſuper capita columnarũ. Mala punica quadringenta in duobus 19 retibus, duos nempe ordines malorũ punicorum 20 vnicuique reti, vt tegerent duo 21 epiſtylia & coronamẽta quæ erant in ſummitate columnarum. Fecit & 22 machinas, 23 poſuitque labra ſuper machinas. Mare vnum, & boues duodecim ſubter ipſum. Lebetes quoque & ſcopas, 24 fuſcinulas, & omnia inſtrumenta eorũ fecit Hiram pater 25 eius regi Solomoni pro æde Domini ex ære purificato. In 26 campis planis ad Iordanem fudit ea rex, 27 in argilla denſa inter Succoth & Zeredatha. Fecit Solomon vaſa iſta omnia, 28 eaque multa admodum: non potuit enim 29 pondus æris inueſtigari. Fecit inquã Solomon omnia vaſa quæ [pertinebant] ad domum Dei, & aram auream, menſas, & ſuper eas panes 30 facierum. Candelabra quoque, & lucernas eorũ [ex] auro puro, 31 vt lucerent pro more coram adyto. Et 32 florulenta, 33 lucernæque, atque emunctoria aurea erant, idque ex perfectiſsimo auro. 34 Falces quoque & pelues ſparſorij, & cochlearia, 35 ignis receptacula ex auro puro. 36 oſtiũ quoque ædis & fores eius interiores, [quæ erant] Sanctiſanctorum, & fores 37 ædis baſilicæ aureæ.

## SCHOLIA IN CAP. IIII.

1 id eſt, à labro ad labrum, quaſi dicat, linea dimetiens partem vaſis illius ſuperiorem habebat decem cubitos. 2 id eſt, Tubercula quædam efformata in ſpeciem boum, hoc eſt prę ſe ferentia capita boum. intelligit tubercula per quæ educebantur aquæ è mari ipſo. 3 circundantium illud (mare) per decem cubitos, (&) circundantium mare per circuitum. Quidam exponunt (per decem cubitos) hoc modo, decem figuræ, ſiue ſimilitudines boum erant in ſingulis cubitis, id eſt, in ſingulis cubitis erant decem capita boū. nam periſpheria erat triginta cubitorum: cæterum habebat trecēta capita boum: quo fit vt ſinguli cubiti habeant decem capita boum. 4 in fuſione illius, ſubaudi, maris, quaſi dicat, boues illi non erant appoſititij, ſed fuſi & efformati vnà cū ipſo mari. 5 quaſi dicat, anteriores tantum partes eorum conſpiciebantur: poſteriores latebant. 6 Hebraiſmus, erat ſicut opus labri calicis (&) floris lilij, id eſt, labrum eius erat inſtar calicis & floris lilij. 7 3. Reg. 7, ponuntur tantum duo millia. Dicendum hic addi quod prætermiſſum videbatur in libris Regum. ea enim eſt mēs authoris huius libri. 8 conchas. 9 id eſt, victimam quæ offerenda erat pro holocauſto. 10 ſecundum ritum ſuum, id eſt, ea ratione qua fieri debebant. 11 in templo, id eſt, in hecal. 12 vel, phialas. aut, crateres. 13 ſubaudi, magno. 14 vel, pro æde Domini. 15 ſubaudi, Fecit inquam opus illud, nempe columnas. 16 & hemiſphæria illa, & capitella, id eſt, hemiſphæria capitellorum. 17 faſtigium. 18 duo hemiſphæria capitellorum. 19 reticulis. ſiue, retiaculis. 20 Hebraiſmus, in reticulo vno, 21 hemiſphęria capitellorū. 22 baſes. 23 & cōchas poſuit ſuper illas baſes. 24 vel, tridētes. 25 nēpe regis Salomonis. Hic relatiuū pręcedit ſuū antecedens. Vocat autem patrē Salomonis quòd eum Salomō reuerebatur, & ſingulari honore ꝓſequebatur. 26 vel, cāpeſtribus ad Iordanē. 27 Dicūt quidā hæc magna vaſa facta fuiſſe ſine modulis. q. d. fudit hęc magna vaſa foſſis intra terrā factis. 28 Heb. in copia valde: 29 ſub. quod erat Salomoni. 30 .i. ꝓpoſitionis, hoc eſt qui ponebātur ante oraculū coram facie Dei. 31 Hebraiſmus, vt accenderent (vel ardere facerent) illas ſecundum morem ante ipſum oraculum. 32 Hebraiſmus, florem. ſingulare pro plurali, flores, ſubaudi, liliorum. 33 Hebraiſmus, & lucernas (ſub. fecit) & forcipes (ex) auro: ipſum (aurum) erat perfectiones auri. i. ipſum autē aurū erat perfectiſsimum & puriſsimū. 34 (Fecit) & pſalteria & pelues. vel phialas. Vaſa erant quibus fundebatur ſanguis. 35 vel, acerras. 36 Hebraiſmus, & introitus domus fores eius. Phraſis Hebraica, pro, & fecit ianuas ſeu fores introitus eius interiores, &c. 37 quæ erant in templo, (ex) auro, ſubaudi, puro.

## CAP. V.

*ABſolutum eſt itaque vniuerſum opus quod fecit Solomon 1 in æde Domini, intulitque Solomon ea quæ conſecrauerat Dauid pater eius, 2 vnà cum argento & auro, atque omnibus vaſis, & poſuit ea in theſauris domus Dei. Tunc conuocauit Solomon ſeniores Iſraelis, & omnia capita tribuum, 3 & præcipuos patres filiorum Iſraelis Ieroſolyma, vt adducerent 4 arcam fœderis Domini de ciuitate Dauidis, ea eſt Zion. Congregati igitur ſunt ad regem omnes viri Iſraelitæ 5 in ſolennitate, 6 nempe menſe ſeptimo. Veneruntq; omnes ſeniores Iſraelis, portaueruntque Leuitæ arcam. 7 Deduxerunt autem arcam & tentorium 8 cōſtitutionis, atque cuncta vaſa ſancta quæ fuerant in 9 tentorio, & deduxerunt ea ſacerdotes 10 Leuitici. Rex autem Solomon & omnis cœtus Iſraelitarū, qui conuenerant ad ipſum corā arca, ſacrificarūt oues & boues, qui præ multitudine nec narrari nec numerari poſſent. Intuleruntq; ſacerdotes arcā fœderis Domini 11 in locum ſuū, in adytum ædis intra Sanctum ſanctorū ſub alas cherubim. Expandebant autē cherubim 12 alas duas ſuper locū arcæ, operueruntq; cherubim ſuperne tā arcam quàm 13 vectes eius. Effecerunt quoq; vt 14 prominerēt vectes, vt viderentur capita vectiū 15 de arca ante adytū, 16 foris autē non videbantur, 17 fueruntq; ibi in hunc vſque diem. In arca nihil erat niſi duæ tabulæ quas repoſuerat Moſes [huc] in Horeb, 18 quas exciderat Dominus cum filijs Iſrael, quum exirent ipſi ex AEgypto. Et factum eſt quū egrederentur ſacerdotes ex 19 ſanctuario, (ſiquidē omnes ſacerdotes qui inueniebantur, 20 ſanctificati erāt, 21 nec erat vt ſeruarent ordines. 22 Leuitæ quoq; & cantores vniuerſi 23 ſub Aſaph, Heman, & Iedithun, vnà cum filijs eorū & fratribus eorū, induti byſſo, 24 in cymbalis, & nablis, & 25 canoris [pſallētes] ſtantes ad Orientē 26 aræ, & 27 iuxta eos ſacerdotes cētum & viginti canentes tubis. 28 Quumque ſic pariter tubis clangerent cantarentque, & perſonaret vox eorū vnà in laude & confeſsione Domini, extollerentque vocem cum tubis & cymbalis, alijſque muſicis inſtrumentis: quumque laudarent Dominum quòd bonus, & quòd bonitas eius perpetua eſſet,) impleta eſt domus 29 nube, domus nempe Dei, Nec poterant ſacerdotes ſtare ad miniſtrandum propter nubem: nam 30 gloria Domini domum Dei impleuerat.*

## CAP. V.

1 INtulit igitur Salomō omnia quę vouerat Dauid pater
ſuus, argentū & aurū, & vniuerſa vaſa poſuit in theſau-
2 ris domus Dei. ¶ Poſt quę cōgregauit maiores natu Iſ-
rael, & cūctos principes tribuū, & capita familiarū de filijs
Iſrael, in Ieruſalem: vt adducerent arcā fœderis Domini
3 de Ciuitate-Dauid, quę eſt in Sion. ¶ Venerūt itaq; ad re-
4 gem omnes viri Iſrael in die ſolēni menſis ſeptimi. ¶ Cū-
que veniſſent cūcti ſeniorū Iſrael, portauerūt Leuitę arcā,
5 ¶ & intulerūt eā, & omnē paraturā tabernaculi. Porrò va-
ſa ſanctuarij, quæ erāt in tabernaculo, portauerūt ſacerdo-
6 tes cū Leuitis. ¶ Rex autē Salomō, & vniuerſus cœtus Iſ-
rael, & omnes qui fuerūt congregati ante arcā, immolabāt
arietes & boues abſq; vllo numero: tanta enim erat multi-
7 tudo victimarū. ¶ Et intulerunt ſacerdotes arcam fœderis
Domini in locū ſuū, id eſt ad oraculū tēpli, in Sancta ſan-
8 ctorū ſubter alas cherubim: ¶ Ita vt cherubim expāderēt
alas ſuas ſuper locum in quo poſita erat arca, & ipſam
9 arcam tegerent cum vectibus ſuis. ¶ Vectium autem
quibus portabatur arca, quia paululum longiores erant,
capita parebant ante oraculū: ſi verò quis paululū fuiſſet
extrinſecus, eos videre non poterat. Fuit itaq; arca ibi vſ-
10 que in præſentem diem. ¶ Nihilque erat aliud in arca niſi
duę tabulę lapideę, quas poſuerat Moyſes in Horeb, quā-
do legē dedit Dominus filijs Iſrael egrediētibus ex AE-
11 gypto. ¶ Egreſsis autē ſacerdotibus de ſanctuario (omnes
enim ſacerdotes qui ibi potuerāt inueniri, ſanctificati ſunt:
nec adhuc in illo tēpore vices, & miniſteriorū ordo inter
12 eos diuiſus erat: ¶ Tā Leuitę, quā cātores, id eſt & qui ſub
Aſaph erāt, & qui ſub Hemā, & qui ſub Idithū, filij, & fra-
tres eorū veſtiti byſsinis, cymbalis, & pſalterijs, & citharis
concrepabant, ſtantes ad Orientalē plagā altaris, & cū eis
13 [a] cātores centū viginti canētes tubis. ¶ Igitur cūctis pari-
ter, & tubis, & voce, & cymbalis, & organis, & diuerſi ge-
neris muſicorū concinētibus, & vocē in ſublime tollētibus,
lōge ſonitus audiebatur: ita vt cū Dominū laudare cœpiſ-
ſent, & dicere, Cōfitemini Domino quoniā bonus, quoniā
in ęternū miſericordia eius:) impleretur domus Dei nube,
14 ¶ Ne poſſent ſacerdotes ſtare & miniſtrare propter cali-
ginem. compleuerat enim gloria Domini domum Dei.

Salomon infert quæ dicauerat pater in templū Dei, & arcam in locum ſuum, 3. reg. 7. g. & a.

Arca infertur in Sancta-ſanctorum. B

C

Quid in arca.

D

[a] ſacerdotes

Bonus & miſericors Deus. Gloria Domini templum replet

## SCHOLIA IN CAP. V.

1 vel, pro domo Domini. 2 & argentum & aurum & omnia vaſa dedit, id eſt, poſuit. 3 Hebraiſmus, & principes maiorum, id eſt, familiarū. 4 Arcā fœderis vocat, quod in ea eſſent tabulæ quibus continebatur fœdus quod Dominus inierat cū Iſraelitis. 5 ſub. dedicationis. 6 q. d. quod feſtum celebratur menſe Septēbri, qui ſeptimus eſt. Olim September, primus menſis erat. Sed poſt egreſſum ex AEgypto, fuit September ſeptimus, nam cœpit Martius dici primus: à quo ſeptimus eſt September. 7 ſubaudi, de Sion. 8 fœderis. 9 Hic de tentorio, ſiue tabernaculo loquitur quod fecerat Moſes in deſerto. 10 (&) Leuitæ. Subaudiendum fuit (&,) vt liquet ex libro Regum. nam ſacerdotes tulerunt arcam, & Leuitæ tabernaculum & vaſa ſacra.





11 in locum ſuum, (id eſt) in adytum ipſius ædis, (hoc eſt) in Sanctum, &c. 12 nempe, vnus vnam, alter alteram. 13 id eſt, partem vectium productam. 14 ſubaudi, verſus frontem & ingreſſum oraculi. 15 vel, ab arca. 16 id eſt, extra oraculum. 17 ſub. vectes 18 quibus pepigerat fœdus Dominus cum, &c. vel, quādo pepigit, &c. Paulus ad Heb. ſcribit in ea fuiſſe virgam Aaronis, manna, & tabulas. Hebræi dicunt in arca tunc fuiſſe tantum fragmenta tabularum: virgam autem aut manna, cum trāsferretur arca, fuiſſe adēpta. 19 ſancto ſanctorum. 20 id eſt, præparauerant ſeſe vt miniſtrarent. 21 nec licebat, (tunc) obſeruare vices. vel ordinem miniſteriorum. 22 Negatio repeti debet, Neque ſeruauerunt ſuum ordinem Leuitæ cantores, id eſt, qui fungebantur officio cantorum. 23 nempe Aſaph, &c. 24 cum cymbalis. 25 citharis. 26 in qua ſcilicet ſacrificabant Deo victimas. 27 cum illis. 28 Hebraiſmus, Et fuerunt tanquam vnus tuba canentes & ore canētes, vt ederent vocem vnam (id eſt, conſentientem) laudando & confitendo Domino, cum attollerent vocem cum tubis, & cymbalis & organis muſicis, quum laudarēt Dominum, (dicētes,) Quoniā bonus, quoniā in ſeculū miſericordia eius. Hic finis eſt parentheſis, quæ cœpit, ſiquidem omnes, &c. 29 ſiue, vapore. aut, caligine. Hæc præſentiam Domini ſignificabant, & fauorem. 30 Præſentiam numinis vocat gloriam Domini.

## CAP. VI.

Salomon benedicit congregationi. 3. reg. 8. b.

TVnc Salomon ait, Dominus pollicitus eſt vt habi- 1
taret in caligine: ¶ Ego autem ædificaui domum 2
nomini eius, vt habitaret ibi in perpetuum. ¶ Et 3
conuertit rex faciem ſuam, & benedixit vniuerſę multitu-
dini Iſrael (nam omnis turba ſtabat intenta) Et ait,
¶ Benedictus Dominus Deus Iſrael, qui quod locutus eſt 4
Dauid patri meo, opere compleuit, dicens, ¶ A die qua e- 5
duxi populū meū de Terra-AEgypti, non elegi ciuitatē
de cūctis tribubus Iſrael vt ædificaretur in ea domus no-
mini meo: neque elegi quēquam aliū virum, vt eſſet dux
in populo meo Iſrael: ¶ Sed elegi Ieruſalem vt ſit nomen 6
meum in ea, & elegi Dauid, vt conſtituerem eum ſuper
populum meum Iſrael. ¶ Cumque fuiſſet voluntatis Da- 7
uid patris mei, vt ædificaret domum nomini Domini Dei
Iſrael, ¶ dixit Dominus ad eū, Quia hęc fuit voluntas tua, 8
vt ædificares domum nomini meo, bene quidē feciſti hu-
iuſcemodi habere volūtatē: ¶ Sed non tu ædificabis mi- 9
hi domum, veruntamen filius tuus qui egredietur de lum-
bis tuis, ipſe ædificabit domum nomini meo. ¶ Comple- 10
uit ergo Dominus ſermonem ſuum, quem locutus fuerat:
& ego ſurrexi pro Dauid patre meo, & ſedi ſuper thronū
Iſrael, ſicut locutus eſt Dñs: & ędificaui domū nomini Do-
mini Dei Iſrael. ¶ Et poſui in ea arcam, in qua eſt pactum 11
Domini quod pepigit cum filijs Iſrael. ¶ Stetit ergo co- 12
ram altari Domini ex aduerſo vniuerſæ multitudinis Iſ-
rael, & extendit manus ſuas. ¶ (Siquidem fecerat Sa- 13
lomon baſim æneam, & poſuerat eam in medio baſilicæ,
habentem quinque cubitos longitudinis, & quinque * la-
titudinis, & tres cubitos altitudinis:) ſtetitque ſuper eam:
& deinceps flexis genibus contra vniuerſam multitudi-
nem Iſrael, & palmis in cælum leuatis, ¶ Ait, Domine 14
Deus Iſrael, non eſt ſimilis tui Deus in cælo & in terra:
qui cuſtodis pactum & miſericordiam cum ſeruis tuis qui
ambulant coram te in toto corde ſuo. ¶ Qui præſtitiſti 15
ſeruo tuo Dauid patri meo quæcunque locutus fueras ei:
& quæ ore promiſeras, opere compleſti, ſicut & præſens
tempus probat. ¶ Nunc ergo Domine Deus Iſrael, im- 16
ple ſeruo tuo patri meo Dauid quæcunque locutus es, di-
cens, Non deficiet ex te vir corā me, qui ſedeat ſuper thro-
num Iſrael: ita tamen ſi cuſtodierint filij tui [a] vias meas,
& ambulauerint in lege mea, ſicut & tu ambulaſti coram
me. ¶ Et nunc Domine Deus Iſrael, firmetur ſermo tuus 17
quem locutus es ſeruo tuo Dauid. ¶ (Ergone credibile eſt 18
vt habitet Deus cum hominibus ſuper terram? ſi cælum
& cæli cælorum non te capiunt: quanto magis domus
iſta quā ædificaui?) ¶ Sed ad hoc tantum facta eſt, vt re- 19
ſpicias orationem ſerui tui, & obſecrationem eius Domi-
ne Deus meus: & audias preces quas [a] fudit famulus tuus
coram te: ¶ Vt aperias oculos tuos ſuper domum 20
iſtam diebus ac noctibus, ſuper locum in quo polli-
citus es vt [a] inuocetur nomen tuum: ¶ & exaudires 21
orationem quam ſeruus tuus orat in eo, & exaudias
preces famuli tui, & populi tui Iſrael. Quicunque ora-
uerit in loco iſto, exaudi de habitaculo tuo, id eſt
de cælis, & propitiare. ¶ Si peccauerit quiſpiam 22
in proximum ſuum, & iurare contra eum paratus venerit,
ſeque maledicto conſtrinxerit coram altari in domo iſta:

Gratias agit Deo quòd promiſsionem Dauidi factam compleuerit.

B

Baſis ænea. Baſilica. * cubitos

Oratio Salomonis vt exaudiantur orantes in templo. 2. macu. 2. b.

C

[a] viam ſuam,

[a] fundit

D

[a] inuocaretur

Iuramentum.

## CAP. VI.

*TVnc ait Solomon, Dominus 2 dixit ſe habitaturū in caligine. Et ego ædificaui domum 3 habitationem 4 tibi, & habitaculum vt habites [illic] perpetuo. Et verſa facie ſua rex, 5 collaudauit, bonaque imprecatus eſt vniuerſæ congregationi Iſraelis (totaque congregatio Iſraelis 6 ſtetit,) Dixitque, Laudandus Dominus Deus Iſraelis, qui ore ſuo loquutus eſt ad Dauidem patrem meum, manuq; ſua 7 exequutus eſt, dicens, Ab eo die quo eduxi populum meū de terra AEgypti, non elegi vllam ciuitatē ex cūctis tribubus Iſraelis, ad ædificandū [in ea] domū, vbi eſſet 8 nomē meū, nec elegi virū qui eſſet princeps ſuper populū meū Iſrael. Ieruſalē verò elegi, vt ſit nomen meū illic, & Dauidē elegi vt 9 eſſet ſuper populū meum Iſrael. Etenim Dauid pater meus corde ſuo cōceperat, extruere ſcilicet ædē nomini Domini Dei Iſraelis: ſed Dominus dixit ad Dauidem patrē meū, Quandoquidē ſtatueras in corde tuo ædificare ædem nomini meo, bene quidē feciſti quòd hoc corde tuo ſtatueras, Attamē tu non extrues ædem, ſed filius tuus qui egredietur ex lumbis tuis, is ædificabit ædem nomini meo. 10 Confirmauit itaque Dominus verbum ſuum quod loquutus eſt, & ſurrexi ego pro Dauide patre meo, & ſedi in ſolio Iſraelis, quemadmodum 11 loquutus eſt Dominus, 12 ædificauique domum nomini Domini Dei Iſraelis. Et poſui illuc arcam in qua eſt fœdus Domini quod pepigit cum filijs Iſrael. Conſtitit autem ante aram Domini, 13 coram vniuerſo cœtu Iſraelis, & expandit manus ſuas (Quoniam fecerat Solomon 14 labrum æneum, poſueratque illud in medio 15 atrij, cuius longitudo quinque erat cubitorum, & latitudo eius quinque cubitorum, & altitudo eius tres cubitos habebat) 16 ad illud ſtabat & incuruabat ſe ſuper genua ſua 17 in conſpectu totius cœtus Iſraelis, & expanſis manibus in cælum, Dixit, Domine Deus Iſrael, non eſt tui ſimilis ô Deus, neque in cælo, neque in terra, qui cuſtodis pactum & 18 bonitatem ſeruis tuis ambulantibus coram te toto corde ſuo, Qui ſeruaſti ſeruo tuo Dauidi patri meo quæ pollicitus es ei: quæ loquutus es ore tuo, manu tua præſtitiſti, vt [teſtatur] hæc dies. Nunc igitur Domine Deus Iſraelis, ſerua Dauidi ſeruo tuo patri meo quæ pollicitus es ei hiſce verbis, Non excindetur tibi vir 19 coram me qui ſedeat in ſolio Iſraelis, ſi modo filij tui obſeruauerint viam meam, vt ambulent in lege mea, quemadmodum tu ambulaſti coram me, Nunc ergo, ô Domine Deus Iſraelis, 20 ratum ſit verbum tuum quòd loquutus es ad ſeruum tuum Dauidem. 21 (Itane vere Deus habitat cum homine in terra? en cæli, cælique cælorum te non capiunt, quanto minus ædes iſta quam ædificaui?) 22 At tu reſpicies ad orationē ſerui tui, & ad precationem eius Domine Deus meus, vt audias 23 votum & orationem quam ſeruus tuus orat corā te, Vt ſint oculi tui aperti ad domum iſtam die ac nocte, ad locum ſcilicet hunc 24 de quo dixiſti, Erit nomen meū illic, vt audias orationem quam ſeruus tuus orat in loco iſto. Exaudies quoque precationem ſerui tui, & populi tui Iſrael, 25 quum orauerint in loco iſto, exaudieſque tu de loco habitationis tuæ 26 de cælis: 27 neque exaudies tantum, ſed propitius eris. 28 Quum peccauerit quiſpiam aduerſus proximum ſuum, 29 ſuſceperitque ſuper ſe iuramentum quo ſeſe obſtringit, veneritq; iuramentū coram 30 ara tua in hac domo,*

*Tu 31 audies de cælo, 32 facies, atque ius dices ſeruis tuis, 33 vt rependas impio, dando ſcilicet 34 viã eius in caput eius, vtq; iuſtum pronunties iuſtũ, dando ſcilicet ei iuxta iuſtitiam eius. Quumque corruerit populus tuus Iſrael coram hoſte, eo quòd peccauerint in te, reuerſi autem fuerint, & laudauerint nomẽ tuum, 35 orauerint & precati fuerint corã te in domo iſta, Tu exaudies de cælis, & 36 propitius eris peccato populi tui Iſrael, & 37 reduces eos in terram quam dediſti eis & patribus eorũ. Quum 38 cælũ fuerit clauſum, ita vt non ſint pluuiæ, eo quòd in te peccauerint: ſi precati fuerint 39 in loco iſto, 40 confeſſiq; fuerint nomini tuo, reuerſi ſcilicet à peccatis ſuis, 41 quandoquidem eos affligis: Tu exaudies in cælis, propitiuſque eris peccato ſeruorum tuorum 42 atque populi tui Iſrael, 43 quoniam diriges eos in viã bonam vt in ea ambulent, dabiſq; pluuiam ſuper terrã tuam quam hæreditatem dediſti populo tuo. Porrò ſi fames fuerit in terra, aut peſtilentia, aut ſi fuerit 44 robigo, 45 aurigo, locuſta, aut brucus ſi fuerit, aut ſi hoſtis eius eum obſederit 46 in terra portarũ ſuarũ: [in ſumma,] quæcũque tandẽ afflictio, aut quicunque morbus [inciderit,] Omnẽ orationẽ omnemq; ſupplicationem quæ facta fuerit à quocunq; homine, & ab vniuerſo populo tuo Iſrael, ( vt quiſq; cognorit afflictionem 47 & morbũ ſuũ corde ſuo,) ſi expãderit manus ſuas 48 ad domũ iſtam, Tu exaudies de cælis, de loco ſcilicet habitationis tuæ, propitiuſq; eris, & dabis vnicuique iuxta omnes vias ſuas, quandoquidem tu cor eius noſti, (tu enim ſolus nouiſti cor filiorũ hominũ,) 49 Vt ſcilicet timeant te, 50 vt ambulent in vijs tuis cũctis diebus quibus viuũt in ſuperficie terræ quã dediſti patribus noſtris. Sed & alienum qui non eſt de populo tuo Iſrael, qui 51 venerit è longinqua regione propter nomen tuum magnum, manũ tuam robuſtam, & brachiũ tuũ extentum, venerint inquam & orauerint in domo iſta, Tu exaudies de cælis, de habitaculo mãſionis tuæ, & facies iuxta omnia pro quibus alienigena ille ad te clamauerit: vt cognoſcãt vniuerſi populi terræ 52 nomẽ tuũ, & timeant te quemadmodũ populus tuus Iſrael, 53 ſciantq; quòd nomẽ tuum inuocatum eſt ſuper domum iſtã quã ædificaui. Si egreſſus fuerit populus tuus ad bellũ cõtra hoſtes ſuos, ea ſcilicet via qua tu eos 54 mittis, orauerintque ad te 55 verſus vrbem hanc quam tu elegiſti, verſus domum quam ædificaui nomini tuo, Tu de cælis exaudies orationem eorum & ſupplicationem eorum, 56 aſſereſque eos. Si peccauerint in te ( quandoquidem non eſt homo qui non peccet,) & iratus fueris contra eos, tradideriſque eos coram hoſtibus, vt abducant eos qui eos ceperunt in terram hoſtium, ſiue id procul fuerit, ſiue prope, 57 Reuocauerintque ad cor ſuum in terra in quam captiui 58 ſunt abducti, ſi inquam reſipuerint, ſupplicauerintque tibi in terra 59 eorum qui eos captiuos abduxerunt, dixerintque, Peccauimus, peruerſe egimus, impie fecimus, Conuerſique fuerint ad te toto corde ſuo, totoque animo ſuo, in terra captiuitatis ſuæ 60 vbi captos eos tenent, orauerint verſus terram ſuam quam dediſti patribus eorum, verſus ciuitatem quam elegiſti, & verſus ædem quam extruxi nomini tuo, Tu exaudies de cælis de habitaculo firmo manſionis tuæ, orationem eorum atque ſupplicationem eorum, & ius 61 reddes eis, propitiuſque eris populo tuo qui peccauerunt contra te. Nunc ergo, ô Deus meus, ſint oculi tui aperti, & aures tuæ intentæ ad orationem [ quæ ſit ] in loco iſto. 62 Nunc exurge Domine Deus in requiem tuam, tu & arca 63 fortitudinis tuæ: 64 ſacerdotes tui, ô Domine Deus, induantur ſalute, & 65 boni tui gaudeant 66 bono. Domine Deus 67 ne auertas faciem vncti tui, recordare 68 bonitatum ſerui tui Dauidis.*

23 ¶ Tu audies de cælo, & facies iudicium ſeruorum tuo-
rum, ita vt reddas iniquo viam ſuam in caput proprium,
& vlciſcaris iuſtum, retribuens ei ſecundum iuſtitiam
24 ſuam. ¶ Si ſuperatus fuerit populus tuus Iſrael ab ini- Bellum.
micis ( peccabunt enim tibi ) & conuerſi egerint pœ-
nitentiam, & obſecrauerint nomen tuum, & fuerint de-
25 precati * in loco iſto. ¶ Tu exaudies de cælo, & *te
propitiare peccato populi tui Iſrael, & reduc eos in ter-
26 ram quam dediſti eis, & patribus eorum. ¶ Si clauſo Pluuia.
cælo pluuia non fluxerit propter peccata populi tui, & E
deprecati te fuerint in loco iſto, & confeſſi nomini tuo, &
27 conuerſi à peccatis ſuis, cum eos afflixeris, ¶ Exaudi
de cælo Domine, & dimitte peccata ſeruis tuis & popu-
li tui Iſrael, & doce eos viam bonam per quam ingredian- Doctor Deus
tur, & da pluuiam terræ quam dediſti populo tuo ad poſ-
28 ſidendum. ¶ Fames ſi orta fuerit in terra, & peſtilentia, Fames.
ærugo & aurugo, & locuſta, & bruchus: & hoſtes va- Peſtilentia.
ſtatis regionibus, portas obſederint ciuitatis, omniſque Inf. 20.b.
29 plaga, & infirmitas preſſerit: ¶ Siquis de populo tuo
Iſrael fuerit deprecatus, cognoſcens plagam, & infirmi-
tatem ſuam, & expanderit manus ſuas in domo hac:
30 ¶ Tu exaudies de cælo de ſublimi ſcilicet habitaculo tuo,
& propitiare, & redde vnicuique ſecundum vias ſuas
quas noſti eum habere in corde ſuo: ( tu enim ſolus noſti Corda ſolus
31 corda filiorum hominum.) ¶ Vt timeant te, & ambu- Deus nouit.
lent in vijs tuis cunctis diebus quibus viuunt ſuper faciem F
32 terræ quam dediſti patribus noſtris. ¶ Externum quo- Alienigena.
que qui non eſt de populo tuo Iſrael, ſi venerit de terra
longinqua, propter nomen tuum magnum, & propter
manum tuam robuſtam, & brachiũ tuum extentum, &
33 adorauerit in loco iſto: ¶ Tu exaudies de cælo firmiſ-
ſimo habitaculo tuo, & facies cuncta pro quibus inuoca-
uerit te ille peregrinus: vt ſciant omnes populi terræ no-
men tuum, & timeant te ſicut populus tuus Iſrael, & co-
gnoſcant quia nomen tuum inuocatum eſt ſuper domũ
34 hanc quam ædificaui nomini tuo. ¶ Si egreſſus fuerit Bellatores orãtes victoriam.
populus tuus ad bellum contra aduerſarios ſuos per viam
in qua miſeris eos, adorabunt te contra viam in qua
ciuitas hæc eſt quam elegiſti, & domus quam ædi-
35 ficaui nomini tuo: ¶ ⁰ Vt exaudias de cælo preces ⁰Tu exaudies
36 eorum, & obſecrationem, & vlciſcaris. ¶ Si autem Peccatores omnes. 3.reg.8.e.
peccauerint tibi ( neque enim eſt homo qui non peccet) eccle.7.c.1.Iohan.1.d.
& iratus fueris eis, & tradideris hoſtibus, & capti-
uos duxerint eos in terram longinquam vel certe quæ iu- G
37 xta eſt: ¶ Et conuerſi in corde ſuo in terra ad quam
captiui ducti fuerant, egerint pœnitentiam, & depreca-
ti te fuerint in terra captiuitatis ſuæ, dicentes, Peccauimus,
38 inique fecimus, iniuſte egimus: ¶ Et reuerſi fuerint ad
te in toto corde ſuo, & in tota anima ſua, in terra capti-
uitatis ſuæ ad quam ducti ſunt, adorabunt te contra viam
terræ ſuæ quam dediſti patribus eorum, & vrbis
quam elegiſti, & domus quam ædificaui nomini ⁰Tu exaudies
39 tuo: ¶ ⁰ Vt exaudias de cælo, hoc eſt de firmo habi-
taculo tuo preces eorum, & facias iudicium, & di-
40 mittas populo tuo quamuis peccatori. ¶ Tu es enim
Deus meus, aperiantur quæſo oculi tui, & aures
tuæ intentæ ſint ad orationem quæ fit in loco iſto. Pſal.131.c.
41 ¶ Nunc igitur conſurge Domine Deus in requiem
tuam, tu & arca fortitudinis tuæ: ſacerdotes tui
Domine Deus induantur ſalutem, & ſancti tui læ- Salus.
42 tentur in bonis. ¶ Domine Deus meus ne ⁰ auer- ⁰auertas
ſeris faciem chriſti tui: memento miſericordiarum Miſericordia.
Dauid ſerui tui.

## SCHOLIA IN CAP. VI.

1 quum ſcilicet deprehendit Deum eſſe præſentem, quaſi dicat, Nunc cognoui Deum eſſe præſentem, ſuaque præſentia oſtẽdit me ſibi rem gratam feciſſe. Præſentẽ autẽ ſcio, nã video templũ plenum caligine, in qua dixerat præſentem ſeſe exhibiturũ. 2 vel, dixerat. 3 habitaculi. habitationis. 4 Mutatio perſonæ. 5 benedixit. 6 ſtabat. vel, ſtans erat. 7 adimpleuit.



8 id eſt, gloria mea, authoritas, maieſtas, miſericordia, & cætera huiuſmodi. 9 ſubaudi, dux 10 vel, Adimpleuit 11 dixerat 12 ædificaboque 13 exaduerſo totius cœtus 14 ſuggeſtum inſtar conchæ 15 ſubaudi, magni. 16 ſtetit inquam ſuper illud, & cecidit 17 exaduerſo 18 miſericordiam. quam ſupple pollicitus es. 19 à conſpectu meo 20 vel, ſtabile. firmũ, id eſt, verum. 21 Verumne eſt quod habitaturus ſit Deus 22 Et reſpicias 23 clamorem 24 vbi dixiſti te poſiturum nomen tuum illic, id eſt, vbi pollicitus es te poſiturum gloriam nominis tui. 25 quam orabunt 26 vel, nimirum de cælis: 27 exaudias inquam, & propitius ſis, id eſt, condona illis ſua peccata. 28 id eſt, Siquis iniuria affecerit alterum retinendo ſcilicet quæ eius ſunt, aut denegando depoſitum, aut faciendo aliquid ſimile. 29 Hebraiſmus, & detulerit (ſubaudi, proximus) illi iuſiurandum ita vt faciat eum iurare, veneritque (vir) iuramenti 30 Solebant Iudæi iurare ante altare Dei. 31 ſubaudi, preces iuſtorum. 32 ſubaudi, iudicium. 33 reddendo. vel, & reuerti facias in improbum. ſubaudi, ius propriũ. 34 id eſt, iniquitatem, vel pœnam. 35 ſubaudi, illi qui remanſerint in Ieruſalem. 36 id eſt, remittes peccatum populo. 37 ſubaudi, qui abducti fuerint in captiuitatem. 38 Cælum dicitur clauſum quãdo non demittit pluuiam tempore ſuo. Scipſum declarat quum dicit, ita vt non ſint pluuiæ. 39 vel, verſus locum iſtum, 40 id eſt, laudibus extulerint nomen tuum. 41 quum eos afflixeris. Chaldæus paraphraſtes, quod receperis orationem eorũ exaudiens eos. 42 id eſt populi &c. 43 quum docueris eos viam bonam per quam ambulent, 44 ariditas, quæ accidit quando ſegetes & herbæ exſiccantur nimio æſtu. 45 robigo, 46 id eſt, in propria regione. 47 & dolorem ſuum, 48 vel, verſus 49 ſubaudi, Exaudies inquam. 50 vel, ambulando 51 ſubaudi, ad templum tuũ. 52 id eſt, gloriam nominis tui. 53 id eſt, ſciant hanc ædem eſſe tuam. 54 emiſeris, quaſi dicat, idque fecerint conſulto te. 55 id eſt, verſa facie ad vrbem &c. 56 Hebraiſmus, & facias iudicium eorum. ſubaudi, de inimicis ipſorum, id eſt, vlciſcaris eos, & da eis victoriam de inimicis ipſorum. 57 ſubaudi, peccata ſua. 58 fuerint 59 Hebraiſmus, captiuitatis ſuæ, 60 ad quam captiuos eos abduxerint, 61 ſubaudi, de ijs qui abduxerint eos captiuos. 62 Hic ponitur cauſa quare Salomon ædificauerit templum. 63 id eſt, per quam oſtendiſti fortitudinem tuam. 64 id eſt, fer opem ſacerdotibus tuis. 65 miſericordes tui, id eſt, qui à te beneficia acceperunt & expectant. 66 id eſt, bonis quibus eos affeceris. 67 quaſi dicat, ne committas vt patiar à te repulſam. 68 vel, miſericordiarum.

## CAP. VII.

Ignis deuorat ſacrificium in dedicatione templi. 2.Mach.2.c.

CVmque cõpleſſet Salomon fundens preces, ignis 1
deſcendit de cælo, & deuorauit holocauſta & vi-
ctimas: & maieſtas Domini impleuit domum.
¶ Nec poterant ſacerdotes ingredi templum Domini, eo 2
quòd impleſſet maieſtas Domini tẽplum Domini. ¶ Sed 3
& omnes filij Iſrael videbant deſcẽdentem ignem, & glo-
riam Domini ſuper domum: & corruentes proni in terrã
ſuper pauimentum ſtratum lapide, adorauerunt: & lauda-
Bonus & miſericors Deus. uerunt Dominum, Quoniam bonus, quoniam in ſeculum
miſericordia eius. ¶ Rex autem, & omnis populus im- 4
3.Reg.8.g. molabant victimas coram Domino. ¶ Mactauit igitur 5
rex Salomon hoſtias, boum vigintiduo millia, arietũ cen-
tum viginti millia: & dedicauit domum Dei rex & vniuer
ſus populus. ¶ Sacerdotes autem ſtabant in officijs ſuis: 6
& Leuitæ in organis carminum Domini, quæ fecit Dauid
Miſericordia Dei. rex ad laudandum Dominum, Quoniam in æternum mi-
ſericordia eius, hymnos Dauid canentes per manus ſuas:
B porrò ſacerdotes canebant tubis ante eos, cunctuſque Iſ-
raël ſtabat. ¶ Sanctificauit quoque Salomon medium 7
atrij ante templum Domini: obtulerat enim ibi holocau-
ſta & adipes pacificorum: quia altare æneum quod fece-
rat, non poterat ſuſtinere holocauſta & ſacrificia & adi-
Fit ingens ſolennitas. pes pacificorum. ¶ Fecit ergo Salomon ſolennitatem 8
in tempore illo ſeptem diebus, & omnis Iſrael cũ eo, eccle
ſia magna valde, ab introitu Emath vſque ad Torrẽtem
AEgypti. ¶ Fecitque die octauo collectam, eo quòd 9
dedicaſſet altare ſeptem diebus, & ſolennitatem celebraſ-
ſet diebus ſeptem. ¶ Igitur in die viceſimotertio menſis 10
ſeptimi, dimiſit populos ad tabernacula ſua, lætantes atq;
gaudentes ſuper bono quod fecerat Dominus Dauidi, &
3.Reg.9.a. Salomoni, & Iſraeli populo ſuo. ¶ Compleuitque Salo- 11
mon domum Domini, & domum regis, & omnia quæ diſ-
poſuerat in corde ſuo vt faceret in domo Domini, & in
C domo ſua, & proſperatus eſt. ¶ Apparuit autem ei Do- 12
Exaudit Dominus orationem Salomonis. minus nocte, & ait, Audiui orationem tuam, & elegi locũ
iſtum mihi in domum ſacrificij. ¶ Si clauſero cælum, & 13
Pluuia. pluuia non fluxerit, & mandauero & præcepero locuſtæ
Locuſta. vt deuoret terram, & miſero peſtilentiam in populum
Peſtilentia. meum: ¶ Conuerſus autem populus meus, ſuper quos 14
inuocatum eſt nomen meum, deprecatus me fuerit, & ex-
Pœnitentia. quiſierit faciem meam, & egerit pœnitentiam à vijs ſuis
peſſimis: & ego exaudiam de cælo, & propitius ero pecca
Sanare terram. tis eorum, & ſanabo terrã eorum. ¶ Oculi quoque mei 15
erunt aperti, & aures meæ erectæ ad orationem eius qui
in loco iſto orauerit. ¶ Elegi enim, & ſanctificaui locum 16
iſtum, vt ſit nomen meum ibi in ſempiternum, & perma-
neant oculi mei, & cor meum ibi cunctis diebus. ¶ Tu 17
quoque ſi ambulaueris coram me, ſicut ambulauit Dauid

*QVumq; Solomon finem feciſſet orandi, ille 1 ignis deſcendit de cælis, & deuorauit holocauſtum & victimas, & gloria Domini impleuit domum illam, Nec poterant ſacerdotes ingredi domum Domini, quia impleuerat 2 gloria Domini domum Domini. Omnes autem filij Iſrael videntes deſcendere ignem, & gloriam Domini ſuper domum illam, prociderunt faciebus in terram ſuper pauimentum, & 3 adorarunt, confitentes Domino quòd bonus eſſet, & 4 bonitas eius perpetua. Rex autem & cunctus populus ſacrificabant victimas coram Domino. Sacrificauitq; rex Solomon victimam vigintiduorum millium boum, & centum atque viginti millium ouium, & 5 initiarunt domum Dei rex & cunctus populus, ſacerdotes verò ſtabant in 6 cuſtodijs ſuis, 7 atque Leuitæ habebant inſtrumenta muſica Domini quæ fecerat Dauid rex ad confitendum Domino 8 quòd bonitas eius perpetua eſſet, quum laudaret Dauid per manum eorum. porrò ſacerdotes clangebant tubis e regione ipſorum aſtantibus omnibus Iſraelitis. Sanctificauit præterea Solomon medium atrij quod erat ante ædem Domini, 10 fecerat enim ibi holocauſta & adipes 11 pacificorum, eo quòd altare æneum quod fecerat Solomon, capere non poſſet holocauſta, ſacrificium cibarium & adipes. Fecit ergo eodem tempore Solomon 12 feſtum diem ſeptem diebus, & omnes Iſraelitæ cum eo, cœtus magnus, 13 ab eo quo itur in Hemath vſque ad torrentem AEgypti. 14 Octauo die fecerunt 15 concionem: quia 16 initiationem aræ fecerunt ſeptem diebus, & diem 17 feſtum ſeptem diebus. 18 In die verò viceſimatertia menſis ſeptimi 19 dimiſit populum in tentoria ſua, lætantes & hilari corde, pro vniuerſis beneficijs quæ contulerat Dominus 20 Dauidi, Salomoni & Iſraeli populo ſuo. Quumq; Solomon abſoluiſſet ædem Domini, & domum 21 regis, vniuerſumq; quod in mentẽ venit Solomoni vt faceret in æde Domini & in domo ſua, idq; proſpere, Viſus eſt Dominus Solomoni noctu, & dixit ei, Exaudiui orationem tuã, & elegi mihi locum iſtũ, vt ſit domus in qua ſacrificetur. Si 22 conſtrinxero 23 cælũ vt non ſit pluuia, & ſi mandauero locuſtæ vt abſumat terram, aut ſi miſero peſtilentiam in populum meum, Humiliatiq; fuerint hi qui ſunt 24 populus meus ſuper quos inuocatur nomen meum, precatiq; fuerint, & 25 requiſierint faciem meam, & conuerſi fuerint à vijs ſuis malis, tunc ego exaudiam de cælis, 26 propitiuſq; ero peccatis eorum, ſanaboq; terram eorum. Erunt igitur 27 oculi mei aperti, & aures meæ intentæ ad orationem quæ fit in loco iſto. Nunc itaq; elegi & 28 ſanctificaui domum iſtam, vt illic ſit 29 nomen meum in æternum, eruntq; ibi oculi mei & cor meum cunctis diebus. Et tu ſi ambulaueris coram me quemadmodum ambulauit Dauid*

*pater tuus, 30 & feceris omnia quæ præcepi tibi, cuſtodieriſq; ſtatuta mea & iudicia mea, Confirmabo ſolium regni tui, quemadmodum 31 excidi cum Dauide patre tuo, hiſce conditionibus, 32 Non ſuccidetur tibi vir imperans in Iſraele. Quòd ſi vos auerſi fueritis, & dereliqueritis ſtatuta mea & præcepta mea quæ propoſui vobis, atque abeuntes colueritis deos alios, & eos adoraueritis, Euellam eos de terra mea quam dedi eis, & domum iſtam quam 33 ſanctificaui nomini meo, abijciam à facie mea, ponamq; eam vt ſit prouerbium & fabula apud cunctos populos. Et ſuper hanc domum quæ 34 excelſa fuit, obſtupeſcet quicunque præterierit, dicetq;, Quam ob cauſam fecit Dominus ſic huic terræ, atque huic domui? Et reſpondebitur, Eo quòd dereliquerunt Dominum Deum patrum ſuorum, qui eduxit eos è terra Ægypti, & apprehenderunt deos alios, adorauerunt eos, & coluerunt eos, idcirco induxit ſuper eos malum iſtud.*

pater tuus, & feceris iuxta omnia quæ præcepi tibi, & iu-
18 ſtitias meas, iudiciaque ſeruaueris: ¶ Suſcitabo thronũ D
regni tui, ſicut pollicitus ſum Dauid patri tuo, dicẽs, Non
auferetur de ſtirpe tua vir, qui non ſit princeps in Iſrael.
19 ¶ Si autem auerſi fueritis, & dereliqueritis iuſtitias meas, Conuerti ad
& præcepta mea quæ propoſui vobis, & abeuntes ſerule- idola.
20 ritis dijs alienis, & adoraueritis eos: ¶ Euellam vos de
terra mea quam dedi vobis, & domum hanc quam ſancti-
ficaui nomini meo, proijciam à facie mea, & tradam eam
21 in parabolam, & in exemplũ cunctis populis. ¶ Et domus
iſta erit in prouerbiũ vniuerſis trãſeuntibus: & dicent ſtu-
pẽtes, Quare fecit Dominus ſic terrę huic, & domui huic?
22 ¶ Reſpondebuntque, Quia dereliquerunt Dominũ Deũ
patrũ ſuorũ, qui eduxit eos de Terra-Ægypti, & appre-
henderunt deos alienos, & adorauerunt eos, & coluerunt:
idcirco venerunt ſuper eos vniuerſa hæc mala.

## SCHOLIA IN CAP. VII.

1 Per ignem frequenter Deus oſtendit præſentiam & fauorem ſuum. 2 Per gloriam Domini intelligit ſignum gloriæ Domini, id eſt, nubem. 3 ſubaudi, Dominum. 4 vel, miſericordia 5 dedicauerunt 6 id eſt, officijs. 7 & Leuitæ (ſubaudi, ſtabant) cum organis cantici Domini, id eſt, cum inſtrumentis muſicis dicatis Domino. 8 ſubaudi, dicentes, quod &c. 10 vel, ſacrificauit enim 11 id eſt, ſacrificiorum quæ dicebantur pacifica. 12 id eſt, ſolennitatem tabernaculorum, ſolennitatem illam quæ celebrabatur eo tempore, nempe ſeptimo menſe Septembri. 13 Hebraiſmus, ab introitu &c. quaſi dicat, congregati ſunt ex vniuerſa Terra ſancta in Ieruſalem. Deſcribit hîc duos terminos Terræ ſanctæ, Septentrionalem & Meridionalem. 14 A primo ſcilicet die feſti tabernaculorum qui fuerat XV dies Septembris. Octauo die poſt primum diem feſti tabernaculorum, congregabatur vniuerſus populus, in quo non licebat exercere officia vilia. Septem diebus manebant in tabernaculis, octauo coibant omnes ad audiendum verba Dei. 15 collectam, id eſt, feſtum in quo congregabatur populus. 16 dedicationem altaris, ſubaudi, illius ænei. Duo feſta celebrarunt ſine interuallo, dedicationem ſeptem diebus, quorum primus fuit octauus menſis ſeptimi. Et protinus feſtum tabernaculorum ſeptem diebus, quorum primus fuit XV eiuſdem menſis: & octauo die proxime ſequente, id eſt XXIII collectam, id eſt, feſtum congregationis. 17 ſubaudi, tabernaculorum. 18 In libris Regum dicitur quòd XXII die data fuerit poteſtas abeundi in domos ſuas: & hîc dicitur quòd eo die celebratum fuit feſtum quod collectam vocat. Quidam Hebræorum aiunt XXII die datam fuiſſe copiam abeundi à Salomone, ſed neminem abijſſe ante XXIII diem: dicuntque in libris Regum poſitam eſſe diem qua data eſt abeundi poteſtas: hîc vero diem ſequentem, qua ſe receperunt in ædes ſuas. Alij aiunt authorem huius libri loqui de ijs qui habitabant procul à Ieruſalem, qui remanſerint, quòd non liceret eo die feſto tantum itineris facere. In libris autem Regum locum intelligi de ijs qui non ita procul à Ieruſalem habitarẽt, quin ipſis liceret etiã die ipſo feſto ſeſe recipere in domos ſuas. 19 id eſt, remiſit in domos ſuas. 20 quaſi dicat, quia videbant promiſsionem Dauidi factam de Salomone rege Iſraelis futuro, qui & ædificaturus erat templũ, adimpletam. 21 id eſt, ſuam. 22 vel, clauſero 23 id eſt, aerem. 24 id eſt, populus meus qui appellatur de nomine meo. 25 id eſt, implorauerint opem meam. 26 quaſi dicat, condonatis illorum peccatis, dabo pluuiam tempore ſuo, auferam locuſtas & peſtem illam. 27 Per oculos prouidentiam ſuam intelligit. 28 id eſt, ſanctam reddidi, igni è cœlo miſſo. 29 id eſt, gloria nominis mei. 30 & pro id eſt poſitum. 31 pepigi, id eſt, ſicut percuſſo fœdere promiſi. 32 id eſt, Non deerit vir de genere tuo qui dominetur Iſraeli. 33 vel, dedicaui. igni ſcilicet miſſo de cęlo ſuper holocauſta. 34. i. magni nominis.

## CAP. VIII.

*P 1 Oſt viginti annos, quum Solomon ædificaſſet domum Domini & domum ſuam, contigit vt Solomon extrueret ciuitates illas quas dederat Hiram 2 Solomoni, collocaretq; in eas filios Iſrael. Et abiens Solomon in Hamath Zoba, 3 inſtaurauit eam, ædificauitq; Thadmor in deſerto, & cunctas ciuitates 4 quæ erant in Hamath ædificauit vt eſſent repoſitoria. Sed & Beth-horon ſuperiorem ædificauit, atque Beth-horon inferiorem ciuitates munitas muris, portis & vectibus. Balaath quoque & omnia oppida quæ erant repoſitoria quæ Solomon habebat, etiam omnes ciuitates curruum, & ciuitates equitum: quidquid denique pro voto ſuo Solomon ædificare voluit in Ieruſalem, 5 in Libano, & in vniuerſa terra imperij ſui. Omni denique populo qui reliquus fuit ex Hithæis, Amorrhæis, Phereſæis, Hiuæis, Iebuſæis, qui non fuerunt Iſraelitæ, [ Sed ] de filijs eorum qui reliqui facti ſunt in terra poſt eos, quos filij Iſrael non perdiderunt, 6 his Solomon tributum ac ſeruitutem imperauit in hunc vſque diem. 7 Porrò ex filijs Iſrael (quos Solomon non redegit in ſeruitutem & opus ſuum,) fuerunt milites qui belligerabant, 8 duces triarij eius, & principes curruum eius, atque 9 equites eius. Et hi 10 præfecti erant quos habuit Solomon, 11 quinquaginta & ducenti præerant populo. Transtulit quoque filiam Pharaonis ex ciuitate Dauidis in domum quam ei ædificauerat: dixit enim, Non habitabit vxor mea in domo Dauidis regis Iſraelis: 12 nam ſacroſancta ſunt illa ad quæ venit arca Domini. Tum obtulit Solomon holocauſta Domino ſuper aram*

## CAP. VIII.

1 EXpletis autem viginti annis poſtquam ædificauit Ædificat Salo-
2 Salomon domum Domini & domum ſuam: ¶ ci- mon ciuitates
uitates quas dederat Hiram Salomoni, ædificauit, quas dederat
3 & habitare ibi fecit filios Iſrael. ¶ Abijt quoque in Hiram.
4 Emath Suba, & obtinuit eam. ¶ Et ædificauit Palmiram 3. Reg. 9. b.
in deſerto, & alias ciuitates munitiſsimas ædificauit in
5 Emath. ¶ Extruxitque Beth-horon ſuperiorẽ, & Beth-
horon inferiorem, ciuitates muratas habentes portas &
6 vectes & ſeras: ¶ Balaath etiam & omnes vrbes firmiſsi
mas, quę fuerunt Salomonis, cunctaſque vrbes quadriga-
rum, & vrbes equitum, omnia [a]quæcũq; voluit, fecit rex [a]quæ
Salomon atque diſpoſuit, ædificauit in Ieruſalem & in B
7 Libano, & in vniuerſa terra poteſtatis ſuæ. ¶ Omnem Populi facti Sa-
populũ qui derelictus fuerat de Hethæis, & Amorrhæis, lomoni tributa-
& Pherezæis, & Heuæis, & Iebuſæis, qui non erant de ſtir rij.
8 pe Iſrael, ¶ De filijs eorum, & de poſteris quos non in-
terfecerant filij Iſrael, ſubiugauit Salomon in tributarios,
9 vſque in diem hanc. ¶ Porrò de filijs Iſrael non poſuit
vt ſeruirent operibus regis: ipſi enim erant viri bellatores,
& duces primi & principes quadrigarum & equitũ eius.
10 ¶ Omnes autem principes exercitus regis Salomonis fue
runt ducenti quinquaginta, qui erudiebant populum.
11 ¶ Filiam verò Pharaonis tranſtulit de Ciuitate-Dauid in
domum quam ædificauerat ei. dixit enim rex, Non ha-
bitabit vxor mea in domo Dauid regis Iſrael, eo quòd
ſanctificata ſit: quia ingreſſa eſt in eam arca Domini.
12 ¶ Tunc obtulit Salomõ holocauſta Domino ſuper altare C
Domini,



Domini, quod extruxerat ante porticũ, ¶ Vt per ſingu- 13
los dies offerretur in eo iuxta præceptum Moyſi, in ſab-
bathis, & in Calendis, & in feſtis diebus ter per annum, id
eſt in Solẽnitate azymorum & Solennitate hebdomada-
rum, & in Solennitate tabernaculorum. ¶ Et conſtituit 14
iuxta diſpoſitionem Dauid patris ſui officia ſacerdotum
in miniſterijs ſuis: & Leuitas in ordine ſuo, vt laudarent,
& miniſtrarent coram ſacerdotibus iuxta ritum vniuſcu-
iuſque diei: & ianitores in diuiſionibus ſuis per portam &
D portam: ſic enim præceperat Dauid homo Dei. ¶ Nec 15
Dauid, homo Dei. prætergreſsi ſunt de mãdatis regis tam ſacerdotes, quàm
Leuitæ, ex omnibus quæ præceperat, & in cuſtodijs the-
ſaurorum. ¶ Omnes impenſas præparatas habuit Salo- 16
mon, ex eo die quo fundauit domum Domini, vſque in
diem quo perfecit eam. ¶ Tunc abijt Salomõ in Aſion- 17
gaber & in Ailath ad oram Maris-rubri, quæ eſt in Ter-
ra-Edom. ¶ Miſit [a]ergo ei Hiram per manus ſeruorum 18
[a]autem Mittit Salomõ in Ophir. ſuorum naues, & nautas gnaros maris, & abierunt cum
ſeruis Salomonis in Ophir: tuleruntque inde quadrin-
genta quinquaginta talenta auri, & attulerunt ad regem
Salomonem.

*Domini quam extruxerat ante porticum, 13 Singulis diebus ſacrificans iuxta præceptum Moſis, ſabbatis, nouilunijs, & ſtatis ferijs, ter ſcilicet in anno, nempe in feſto die infermentatorum, in feſto die hebdomadum, & in feſto die tabernaculorum. Et conſtituit iuxta ordinationem Dauidis patris ſui 14 ordines ſacerdotum, vt ſuo officio [ inuigilarent, ] Leuitas ad ſuas cuſtodias, ad laudandum & miniſtrandum coram ſacerdotibus, 15 vt quæque dies [ expoſtulabat, ] & ianitores in ſuis ordinibus ad ſingulas portas: ſic enim erat præceptum Dauidis viri Dei. Nec receſſerunt à præcepto regis 16 de ſacerdotibus & Leuitis, ad omnem rem & theſauros. Nam omne 17 opus Solomonis paratum erat à die quando fundata eſt domus Domini, vſque ad abſolutionem eius, 18 quando abſoluta eſt domus Domini. Tũc profectus eſt Solomõ in Ezion-gaber, & in Eloth in litore maris in terra Edom. Miſerat enim ei Hiram per manum ſeruorum ſuorum naues, & famulos qui gnari erant maris, 19 veneruntq; cum ſeruis Solomonis in Ophir, & tulerunt illinc auri talenta 20 quadringenta & quinquaginta, & aduexerũt ad regem Solomonem.*

## SCHOLIA IN CAP. VIII.

1 Vel, In fine viginti annorum quibus (ſubaudi, annis) ædificauit Salomon &c. Septem annis ædificauit Salomon templum, & XIII domum ſuam. 2 In libris Regum dicitur Salomon dediſſe vrbes XX ipſi Hiram: hîc contrà. Dicunt interpretes Salomonem dediſſe viginti vrbes ipſi Hiram, & viciſsim Hiram dediſſe ipſi Salomoni in patria ſua XX vrbes, quo pax inter ipſos eſſet ſtabilior & firmior. 3 præualuit illi, id eſt, expugnauit illam. 4 theſaurorum quas ædificauit (Salomon in regione) Hamath. Vrbem theſaurorum dicit in qua aſſeruabantur neceſſaria ad prælia & bella gerenda. 5 id eſt, in ſaltu Libani in qua erat regia æſtiua. nec vertendum eſt in monte Libani. 6 Heb. hos Salomõ aſcendere fecit in tributum, id eſt, tributarios fecit. 7 Heb. (Fuerunt) autem de filijs Iſrael ques non dedit Salomon in ſeruos in opere ſuo: ipſi enim erant &c. In opere ſuo, id eſt, ædificatione templi & regiæ. Non exegit operas à filijs Iſrael: nam vſus eſt illis ad militiam, & non ad opus illud vile. 8 Heb. & principes ducum eius, 9 equitum 10 Heb. principes præfectorum 11 Enumerantur plures in Regibus, nempe 550. ſed illic omnes enumerantur, hîc tantum præcipui. 12 Heb. nam ſanctitas ſunt, quia ingreſſa eſt in illa &c. id eſt, ſanctificata & conſecrata ſunt, &c. 13 Heb. Et in re diei, in die ſuo vt offerrent. ſub. ſacrificia, id eſt, Vt iuxta ritum cuiuſque diei offerrent holocauſta. 14 Hebraiſmus, diuiſiones, id eſt, claſſes, vices. 15 Hebraiſmus, in re diei in die ſuo, id eſt, in his quæ ſingulis diebus fieri debebant. vel, ſecundum ritum & morem vniuſcuiuſque diei. 16 ſubaudi, quod erat de &c. 17 id eſt, impenſa operis. 18 Rectius, perfecta (igitur) fuit domus Domini. 19 ieruntque 20 Plura ſunt hîc talenta, quàm in libris Regum: nam hîc, 450: illic vero 420. Dicũt librum Regum non habuiſſe rationem triginta talentorum quæ inſumpta fuerant in neceſſaria nauis.

## CAP. IX.

Regina Saba vẽnit ad audiendam ſapiẽtiam Salomonis. 3. Reg. 10. a. Matth. 12. d. Luc. 11. d.

REgina quoque Saba cum audiſſet famam Salomo 1
nis, vẽnit vt tentaret eum in ænigmatibus, in Ieru
ſalem: cum magnis opibus & camelis, qui porta-
bant aromata & auri plurimum, gemmaſque pretioſas.
cùmq; veniſſet ad Salomonem, locuta eſt ei quæcunque
erant in corde ſuo. ¶ Et expoſuit ei Salomõ omnia quæ 2
propoſuerat: nec quicquam fuit quod non perſpicuum ei
fecerit. ¶ Quæ poſtquam vidit, ſapientiam ſcilicet Salo 3
monis, & domum quam ædificauerat, ¶ Necnon & ci- 4
baria menſæ eius, & habitacula ſeruorum, & officia mini-
ſtrorum eius & veſtimenta eorum, pincernas quoque &
veſtes eorum, & victimas quas immolabat in domo Do-
B mini: non erat præ ſtupore vltrà in ea ſpiritus. ¶ dixitq; 5
ad regem, Verus eſt ſermo quem audieram in terra mea
de virtutibus & ſapientia tua. ¶ Non credebam narran- 6
tibus, donec ipſa veniſſem, & vidiſſent oculi mei: & pro-
baſſem vix medietatem ſapientiæ tuæ mihi fuiſſe narra-
tam: viciſti famã virtutibus tuis. ¶ Beati viri tui, & beati 7
ſerui tui, hi qui aſsiſtunt coram te omni tempore, & au-
diunt ſapientiam tuam. ¶ Sit Dominus Deus tuus bene- 8
Regem ſapientem dat Deus populo à ſe dilecto. dictus, qui voluit te ordinare ſuper thronum ſuum regem
Domini Dei tui. quia diligit Deus Iſrael, & vult ſeruare
eum in æternum: idcirco poſuit te ſuper eum regem, vt fa
cias iudicia atque iuſtitiã. ¶ Dedit autem regi centum 9
viginti talenta auri, & aromata multa nimis, & gemmas
pretioſiſsimas: non fuerunt aromata talia, vt hæc quę de-
C dit regina Saba regi Salomoni. ¶ Sed & ſerui Hiram 10
Regina Saba dat Salomoni munera. cum ſeruis Salomonis attulerunt aurum de Ophir, & li-
gna thyina, & gemmas pretioſiſsimas. ¶ De quibus 11

## CAP. IX.

*REgina quoque Saba audita fama Solomonis, venit Ieroſolyma 1 vt tentaret Solomonẽ acutis quæſtionibus, [venit inquam] exercitu valde magno, cum camelis portantibus odores, & aurum in copia, lapideſq; pretioſos. venienſq; ad Solomonem, loquuta eſt cum eo quidquid fuit in corde eius. 2 Solomon autem enarrauit ei omnia verba eius, 3 nihil omnino abſconditum fuit Solomoni quod ei non explicaret. Videns igitur regina Saba ſapientiam Solomonis, & 4 domum quam extruxerat, Sed & cibum menſæ eius, & 5 habitationem ſeruorum eius, & 6 ſtationem miniſtrorum eius, & veſtes eorum, & 7 potũ eius, & 8 veſtes eorum, & 9 cœnaculũ eius per quod aſcẽdebat in domũ Domini, non erat amplius ſpiritus in ea, dixitq; ad regẽ, 10 Vera fuit fama quã audiui in terra mea de rebus tuis, atq; de ſapientia tua, Nec fidẽ habui verbis 11 eorũ, donec venirẽ, viderentq; oculi mei, & ecce ne dimidiũ quidẽ 12 excellentis ſapientiæ tuæ mihi nuntiatum eſt, tu 13 addis famæ quã audieram. Beati viri tui, & beati ſerui tui illi, qui ſtant corã te ſemper, & audiunt 14 ſapientiã tuam: Sit Dominus Deus tuus 15 laudãdus, 16 qui te fauore complexus eſt, vt poneret te ſuper ſolium ſuũ, vt eſſes rex Domini Dei tui, eo quòd Deus tuus dilexit Iſraelem, vt 17 firmaret eum perpetuò, deditq; te regem ſuper eos, vt adminiſtres ius & iuſtitiam. Dedit præterea regi centum & viginti talenta auri, & odoramentorum magnam vim, lapides quoque pretioſos: huiuſmodi odores quales attulerat regina Saba regi Solomoni, 18 non fuerunt. Adhæc ſerui Hiram & ſerui Solomonis, qui 19 afferebant aurum ex Ophir, aduexerunt quoque ligna 20 algumim, & lapides pretioſos. Et*

fecit

*ſecit rex ex lignis algumim 21 gradus in æde Domini atque in ædibus regijs, & citharas, & nabla pro cantoribus: nec 22 antea viſa ſunt illis ſimilia in terra Iehuda. Porrò rex Solomon dedit reginæ Saba quodcunque pro voto ſuo expetiſſet, 23 præter id quod ipſa attulerat ad regem. verſa igitur abijt in regionem ſuam cum ſeruis ſuis. Iam pondus auri quod 24 venit Solomoni ſingulis annis, fuit ſexcena & ſexagenaſex talenta auri, 25 Excepto eo quod [ accepit ] à mercatoribus & negotiatoribus quæ ipſi afferebant. ſed & omnes reges Arabiæ, & præfecti prouinciarum 26 aduexerunt aurum & argentum Solomoni. Fecit quoque Solomon 27 ducentas haſtas ex auro ductili: ſingulæ haſtæ habebant 28 ſexcenas [ minas ] auri ductilis: Et trecenta ſcuta ex auro 29 ductili, 30 trecenas [minas] auri ſingulis ſcutis, repoſuitq́; 31 ea rex in domo ſaltus Libani. Fecit deinde rex ſolium magnum eburneum, obduxitq́; illud auro mundo: Et ſolio ſex gradus, & aureum 32 ſcabellum 33 quæ ſolio affixa erant: 34 reclinatoria quoque vtrinque eo loco vbi ſedebatur, & bini leones ſtantes 35 pone reclinatoria. Duodeni inſuper leones ſtabant illic ſuper ſex gradus vtrinque. huiuſmodi factum non fuit in omnibus regnis. Omnia pocula regis Solomonis aurea erant, & omnia vaſa ſaltus Libani ex auro erant puro: temporibus Solomonis argentum nihili 36 penſum erat. Siquidem 37 claſſis regis ibat in mari cum ſeruis Hiram: ternis annis ſemel 38 veniebat claſſis marina afferens aurum, argentum, ebur, ſimias atque pauones. Et præcelluit Solomon rex omnes reges 39 nationum opibus & ſapientia. Et vniuerſi reges 40 terræ 41 quærebant vultum Solomonis, vt audirent 42 ſapientiam eius quam dederat Deus in cor eius. Et hi quidem afferebant quiſque munus ſuum, nempe vaſa argentea, vaſa aurea, veſtes, arma, odores, equos & mulos, 43 idq́; ſingulis annis. Habuit præterea Solomon 44 quatuor millia 45 ſeptorum pro equis 46 & curribus, & duodecim millia 47 equitum, quos collocauit in ciuitates curruum, & 48 cum rege in Ieruſalem. Imperitauit autem ſuper omnes reges, à 49 fluuio ipſo vſque ad terram Paleſthinorum, & ad limitem AEgypti. Et aduexit rex argentum ipſum in Ieruſalem vt lapides, & cedros, aduexit inquam vt ſycomoros 50 quæ in planitie abundant. Educebant quoque equos ex AEgypto Solomoni, atque ex omnibus regionibus. Reliquum geſtorum Solomonis priorum & poſteriorum, annon hæc ſcripta ſunt in 51 ſermonibus Nathan prophetæ, & in prophetia Ahiæ Silonitæ, atque in viſionibus Iedo videntis contra Ieroboam filium Nebat? Regnauitq́; Solomon in Ieruſalem ſuper omnem Iſraelem quadraginta annis. Dormiuitq́; Solomon cum patribus ſuis, ſepelieruntq́; eum in ciuitate Dauidis patris ſui, regnauitq́; pro eo Rehabeam filius eius.*

fecit rex, de lignis ſcilicet thyinis, gradus in domo Domi-
ni & in domo regia: citharas quoque & pſalteria cantori-
12 bus: nunquam viſa ſunt in Terra-Iuda ligna talia. ♀ Rex — Salomon dat reginæ Saba munera.
autem Salomon dedit reginæ Saba cuncta quæ voluit, &
quæ poſtulauit, & multo plura quàm attulerat ad eum:
13 quæ reuerſa, abijt in terram ſuam cum ſeruis ſuis. ♀ Erat — Pondus auri Salomonis annuum.
autem pondus auri quod afferebatur Salomoni per ſingu
14 los annos, ſexcenta ſexagintaſex talenta auri: ♀ Exce- D
pta ea ſumma quam legati diuerſarum gentium, & nego-
tiatores afferre conſueuerant, omneſque reges Arabiæ,
& ſatrapæ terrarum, qui comportabant aurum & argen-
15 tum Salomoni. ♀ Fecit igitur rex Salomon ducentas ha
ſtas aureas de ſumma ſexcentorum aureorum, qui in ſin-
16 gulis haſtis expendebantur. ♀ Trecenta quoque ſcuta — 300 ſcuta aurea.
aurea trecentorum aureorum quibus tegebantur ſingula
ſcuta: poſuitque ea rex in armamentario, quod erat conſi-
17 tum nemore. ♀ Fecit quoque rex ſolium eburneũ gran-
18 de: & veſtiuit illud auro mundiſsimo. ♀ Sex quoq; gra- E
dus, quibus aſcendebatur ad ſolium: & ſcabellum aureũ,
& brachiola duo altrinſecus, & duos leones ſtantes iuxta
19 brachiola: ♀ ſed & alios duodecim leunculos ſtantes ſu-
per ſex gradus ex vtraque parte. non fuit tale ſolium in
20 vniuerſis regnis. ♀ Omnia quoque vaſa conuiuij regis — Vaſa aurea.
erant aurea: & vaſa domus ſaltus Libani ex auro puriſsi-
mo. argentum enim in diebus illis pro nihilo reputabatur. — Argentum tempore Salomonis nihili fiebat.
21 ♀ Siquidem naues regis ibant in Tharſis cum ſeruis Hi-
ram, ſemel in annis tribus: & deferebant inde aurũ & ar-
22 gentum, & ebur, & ſimias, & pauos. ♀ Magnificatus eſt
igitur Salomõ ſuper omnes reges terræ prę diuitijs & glo
23 ria. ♀ Omneſq; reges terrarũ deſyderabant videre faciẽ F
Salomonis: vt audirẽt ſapientiã quã dederat Deus in cor-
24 de eius. ♀ Et deferebãt ei munera, vaſa argentea & au-
rea, & veſtes, & arma, & aromata, equos & mulos, per ſin-
25 gulos annos. ♀ Habuit quoq; Salomõ quadraginta mil- — Equi & equites Salomonis.
lia equorũ in ſtabulis: & curruũ, equitũq́; duodecim mil-
lia: conſtituitq́; eos in vrbibus quadrigarũ, & vbi erat rex
26 in Ieruſalẽ. ♀ Exercuit etiã poteſtatẽ ſuper cũctos reges
à flumine Euphrâte vſq; ad terrã Philiſthinorũ, & vſq; ad
27 terminos AEgypti. ♀ Tantáq; copiã præbuit argẽti in Ie G
ruſalẽ quaſi lapidũ: & cedrorũ tantã multitudinem velut
28 ſycomororũ quę gignũtur in cãpeſtribus. ♀ Adduceban-
29 tur autẽ ei equi de AEgypto, cũctiſq́; regionibus. ♀ Reli-
qua autẽ opera Salomonis priorũ & nouiſsimorũ ſcripta
ſunt in verbis Nathan prophetæ, & in libris Ahiæ Siloni-
tis, in viſione quoque Addo videntis, cõtra Ieroboam fi-
30 lium Nabat. ♀ Regnauit autẽ Salomon in Ieruſalem ſu- — Moritur Salomon, cui ſuccedit Roboam.
31 per omnẽ Iſrael quadraginta annis. ♀ Dormiuitq́; cum
patribus ſuis: & ſepelierunt eum in Ciuitate-Dauid: re-
gnauitque Roboam filius eius pro eo.

## SCHOLIA IN CAP. IX.

1 Id eſt, vt periculum faceret propoſitis ænigmatibus an ſapientia reſponderet famæ illius. 2 id eſt, Salomon ſoluit omnia ænigmata quæ illa propoſuerat. 3 q. d. facile ſoluit omnes quæſtiones quas regina Saba illi propoſuerat. 4 Singulare pro plurali: intelligit enim & ædem ſacram & regiam. 5 vel ordines 6 ſedes. q. d. & ordinem quo ſedebant in menſa regis ſerui eius. 7 id eſt, ſtatum pincernarum eius. 8 nam alius ornatus erat pincernarum & aliorum miniſtrorum menſæ. 9 vel, aſcenſum eius per quem &c. id eſt, viam per quam &c. Non procul diſtabat regia à templo Domini. 10 Hebraiſ. Veritas eſt ſermo ille quem &c. 11 ſubaudi, qui ea mihi narrabant. 12 Heb. multitudinis 13 addidiſti &c. q. d. ſuperaſti famam quam audiui de te in patria mea. 14 id eſt, verba ſapientiæ tuæ. 15 Heb. benedictus, id eſt, Laudibus efferatur. 16 Heb. cui bene complacitum eſt in te, id eſt, qui te ſingulari amore proſequutus eſt. 17 vel, permanere faceret. De Iſraele ſpirituali loquitur. 18 ſubaudi, poſtea. 19 aduexerãt. ſub. claſſe. 20 vel vt in Regibus legitur, almugim. Hebræi dicũt ſignificare corallium. Alij melius, dicunt ſignificare ebenum. Intellige igitur hic tabulas ebeni. ebenus enim fuit in maximo pretio. 21 Doctiores interpretantur laquearia, vel ornamenta columnarum. nam vox Hebræa ab exaltando dicitur. In libris Regum, fulcra. Meſilloth igitur ſunt illa additamenta quæ apponuntur laquearibus aut columnis ornamenti cauſa. q. d. operuit columnas aut laquearia ebeno. 22 id eſt, ante aduentum reginæ Saba talia inſtrumenta muſica nõ ſunt viſa. 23 Doctus inter Hebræos multa verba ſubaudit in Regibus, hoc modo, præter id quod rex Salomõ dedit illi reginæ vice & loco eorum quæ attulerat ad eum & dederat regina ipſa. 24 redibat ad Salomonem 25 Heb. Præter id quod viri mercatores & negotiatores afferebant. Mercatores, tharim Hebraice dicti, quod diligenter attendant negotijs ſuis. Negotiatores verò ſoharim, ita dicti à circumeundo, quod negotiorum cauſa ſoleant circumire terras. 26 adducebant 27 ducenta ſcuta 28 ſexcentos (nummos) 29 vel, tractili. ſiue, flexili, 30 Heb. trecenti (nummi) aurei aſcendebant ſuper clypeum vnũ, id eſt, inſumebantur in ſingulos clypeos. In libris Regum dicitur, tres minæ inſumebantur in ſingulos clypeos. Hîc verò, trecenti aurei &c. Illic igitur libra ſeu mina capitur pro centum aureis: ſiue centum aurei valent libram vnam. nam & ipſe Chaldæus paraph. vertit librim, id eſt, libram. 31 eos, ſubaudi, clypeos. 32 Vox Hebræa proprie ſignificat baſim quandam accliuem quo res ſuperpoſita



perpoſita ſit ſublimior. 33 Hebraiſmus, ipſi ſolio: tenentia. hoc pertinet ad gradus & ſcabellum, quaſi dicat, & gradus & ſcabellum adhærebant throno: ſiue, quæ omnia adhærebant ipſi ſolio. 34 vel, ſuſtentacula manuum 35 iuxta fulcra illa. ſiue ſuſtentacula. 36 reputabatur. 37 Hebraiſmus, naues (erant) regi euntes in Tharſis 38 venire ſolebant naues Tharſis afferentes. Doctus inter Hebræos in libris Regum vertit pro Tharſis, Africam. hoc autem intelligitur non de illa parte Africæ quæ reſpondet Europæ, & alluitur mari Mediterraneo, ſed de illa quæ eſt verſus Meridiem, alluiturque mari Oceano. 39 terræ. ſubaudi, illius. 40 ſubaudi, illius. 41 id eſt, inuiſebant Salomonem. magno deſyderio tenebantur & ſtudio inuiſendi Salomonem. 42 id eſt, verba eius plena ſapientiæ. 43 Hebraiſmus, rem anni in anno, ſubaudi, ſuo. 44 In libris Regum dicuntur fuiſſe Salomoni quadraginta millia: hîc tantum quatuor. Verùm illic loquitur de equis qui erant in ſtabulis: hîc tantum de ſtabulis. Illic legendum eſt, equorum. ſub. in ſtabulis. Erant 4000 millia ſtabulorum: in ſingulis ſtabulis decem equi, qui ſummatim aſcendebant ad 40000. 45 ſtabulorũ. 46 Currus dicuntur omnia animalia quibus vehuntur homines: dicuntur etiam equi trahentes. 47 id eſt, qui artem agendorum equorum probe norunt. 48 id eſt, apud ſe. 49 Per excellentiam Euphrates dicitur. 50 quæ (naſcuntur) in campania ipſa, in abundantia. Loquitur de campania quadam celebri & nota prope Ieruſalem. 51 libris.

## CAP. X.

Roboam conſtituitur rex.
ᵍconſtitueret
Populus petit ſibi remitti de tributo indicto à Salomone.

PRofectus eſt autem Roboam in Sichem: illuc enim 1
cunctus Iſrael conuenerat, vt″ conſtituerent eum
regem. ♀ Quod cum audiſſet Ieroboam filius Na 2
bat, qui erat in AEgypto (fugerat quippe illuc ante Salo-
monem) ſtatim reuerſus eſt. ♀ Vocaueruntque eum, & 3
vênit cum vniuerſo Iſrael, & locuti ſunt ad Roboam, di-
centes, ♀ Pater tuus duriſsimo iugo nos preſsit: tu le- 4
uiora impera patre tuo, qui nobis impoſuit grauem ſerui-
tutem, & paululum de onere ſubleua, vt ſeruiamus tibi.
♀ Qui ait, Poſt tres dies reuertimini ad me. cumque abijſ- 5
B ſet populus, ♀ Inijt conſilium cum ſenibus qui ſteterant 6
coram patre eius Salomone, dum adhuc viueret, dicens,
Conſilium ſenum.
Quid datis conſilij, vt reſpondeam populo? ♀ Qui dixe 7
runt ei, Si placueris populo huic, & linieris eos verbis cle-
mentibus, ſeruient tibi omni tempore. ♀ At ille reliquit 8
conſilium ſenum, & cum iuuenibus tractare cœpit, qui
cum eo nutriti fuerant, & erant in comitatu illius. ♀ Di- 9
Conſilium iuuenum.
xitque ad eos, Quid vobis videtur? vel reſpondere quid
debeo populo huic, qui dixit mihi, Subleua iugum quod
impoſuit nobis pater tuus? ♀ At illi reſponderunt ᵏvt iu- 10
uenes, & nutriti cum eo in delitijs, atque dixerunt, Sic
C loquêris populo qui dixit tibi, Pater tuus aggrauauit iu-
gum noſtrum, tu ſubleua: & ſic reſpondebis ei, Minimus
digitus meus groſsior eſt lũbis patris mei. ♀ Pater meus 11
impoſuit vobis graue iugum, & ego maius pondus appo-
nam: pater meus cecîdit vos flagellis, ego verò cædam
Relicto conſilio ſeniorum reſpondet populo dura, volente Deo.
vos ſcorpionibus. ♀ Vênit ergo Ieroboam, & vniuerſus 12
populus ad Roboam die tertio, ſicut præceperat eis.
♀ Reſponditque rex dura, derelicto conſilio ſeniorum, 13
♀ Locutuſque eſt iuxta iuuenum voluntatem, Pater 14
meus graue vobis impoſuit iugum, quod ego grauius fa-
ciam: pater meus cecîdit vos flagellis, ego verò cædam
vos ſcorpionibus. ♀ Et non acquieuit populi precibus: 15
D erat enim voluntatis Dei, vt compleretur ſermo eius,
quem locutus fuerat per manum Ahiæ Silonitis ad Iero-
boam filium Nabat. ♀ Populus autem vniuerſus rege 16
duriora dicente, ſic locutus eſt ad eum, Non eſt nobis
pars in Dauid, neque hæreditas in filio Iſai. Reuertere in
Sciſsio regni Iſrael.
tabernacula tua Iſrael, tu autem paſce domum tuam Da-
uid. & abijt Iſrael in tabernacula ſua. ♀ Super filios au- 17
tem Iſrael, qui habitabant in ciuitatibus Iuda, regnauit
Aduram lapidatur.
Roboam. ♀ Miſitque rex Roboam Aduram, qui præ- 18
erat tributis, & lapidauerunt eum filij Iſrael, & mortuus
eſt: porrò rex Roboam currum feſtinauit aſcendere, &
fugit in Ieruſalem. ♀ Receſsitque Iſrael à domo Dauid 19
vſque ad diem hanc.

*A 1 Bijt autẽ Rehabeam in Sechem: in Sechem enim conuenerant omnes Iſraelitæ, 2 vt eum regno inaugurarent. Et factũ eſt, quum Ieroboã filius Nebat, 3 qui fuit in AEgypto, [hoc] audiſſet, (fugerat enim metu regis Solomonis,) reuerſus eſt Ieroboã ex AEgypto. 4 Mittentes ergo acciuerũt eum: venitq́; Ieroboã & omnes Iſraelitæ, & loquuti ſunt ad Rehabeã in hæc verba, Pater tuus 5 aggrauauit iugum noſtrum, tu igitur remitte aliquid de prædura illa ſeruitute, & de iugo illo graui quibus nos preſſit pater tuus, tibiq́; ſeruiemus. Qui ait ad eos, Intra triduum reuertimini ad me. abijt itaq; populus. Rex autẽ Rehabeã inijt conſiliũ cum ſenibus, qui corã Solomone patre ſuo quum adhuc viueret, 6 miniſtrauerãt, & ait, Quid cõſulitis vos quod reſpondeã huic populo? Et loquuti ſunt ad eum, dicentes, Si [hodie] comem te præſtiteris huic populo, 7 moremq́; eis geſſeris, loquutuſq́; fueris ad eos verba lenia, tũc inſeruient tibi cũctis diebus. At is derelicto conſilio ſeniorũ quod ei dederãt, inijt cõſiliũ cum iuuenibus qui cũ eo adoleuerãt, 8 quiq́; corã eo ſtabãt, Aitq́; ad eos, Quid vos cõſulitis quod reſpõdeamus huic populo, qui loquuti ſunt ad me, dicentes, 9 Remitte quidpiã de iugo quod poſuit pater tuus ſuper nos? Tũ iuuenes qui cũ eo adoleuerant loquuti ſunt ad eũ hiſce verbis, Sic dices ad populũ qui loquuti ſunt ad te hæc verba, Pater tuus 10 aggrauauit iugum noſtrũ, tu ergo 11 remitte quidpiam [de iugo] noſtro: ſic dices ad eos, 12 Exiguum meũ craſſius erit lumbis patris mei. Pater itaque meus preſſit vos iugo graui, ego verò adijciam iugo veſtro: pater meus caſtigauit vos flagellis, ego autem [ caſtigabo vos ] flagris aculeatis. Venit itaque Ieroboam & vniuerſus populus ad Rehabeam die tertio, ſicut rex loquutus fuerat, dicens, Reuertimini ad me die tertio. Et reſpondit illis rex aſpere, reliquitq́; rex Rehabeam conſilium ſenum, Loquutus eſt autem ad eos iuxta conſilium iuuenum, dicens, Pater meus aggrauauit iugum veſtrum, ego verò adijciam illi: pater meus caſtigauit vos flagellis, ego autem [ caſtigabo vos ] flagris aculeatis. Neque auſcultauit rex populo, quoniam fuit 13 reuolutio à Deo, vt 14 confirmaret Dominus verbum ſuum, quod loquutus fuerat miniſterio Ahiæ Silonitæ ad Ieroboam filium Nebat. Quumq́; vniuerſi Iſraelitæ vidiſſent quòd rex non adquieuiſſet eis, reſpondit populus regi hiſce verbis, Quæ 15 pars nobis in Dauide? 16 non eſt hæreditas in filio Iſai: 17 ad tentoria tua ô Iſrael, 18 prouide itaque domui tuæ Dauid. & abijt vniuerſus Iſrael in tentoria ſua. Super filios autem Iſrael qui habitabant in ciuitatibus Iehuda, regnauit Rehabeam. Miſit autem rex Rehabeam Hadoram, qui erat [ conſtitutus ] ſuper vectigal, quem Iſraelitæ lapidibus obruerunt ita vt moreretur: Rehabeam autem rex 19 ſategit, vt conſcenſo curru fugeret Ieroſolyma. Defecerunt itaque Iſraelitæ à domo Dauidis vſque in hunc diem.*

## SCHOLIA IN CAP. X.

1 Subaudi, mortuo patre ſuo. Hîc dicit nunc primum conſtitutum regem, quum præcedenti verſu dixerit regnaſſe: ſed ordo rerum geſtarum non eſt quærendus in literis Sacris. 2 ad conſtituendum eum regem. 3 (ipſe autem (erat) in AEgypto quò fugerat propter Salomonem regem) tunc reuerſus eſt &c. Obſerua parenthesin. 4 ſub. legatos. 5 q. d. oppreſsit nos iugo ſeruitutis duro. Reuera iugum impoſitum à Salomone fuerat lene, imò & leniſsimum: & tamen queritur populus. quod certe diuino conſilio factum eſt, qui voluit diuidere regnum Iſraeliticum propter peccata. 6 Hebraiſmus, aſtiterant. vt ſcilicet eſſent illi à conſilijs. 7 fauoreque & beneuolentia eos affeceris. vel, ſi beneuolum te illis præſtiteris, 8 q. d. qui erant illi ab auribus, à cõſilio, & poculis.

9 vel,

9 vel, Minue. Subleua 10 vel, impoſuit nobis iugum grauiſsimum, 11 Hebraiſmus, ſubleua à nobis, ſubaudi, iugum. 12 Hebraiſmus, Minimus (digitorum meorum) craſsior euaſit &c. vel, Minimum (membrorum meorum) craſsius euaſit, quaſi dicat, Virium & facultatum mearum cum viribus & facultatibus patris mei, nulla eſt comparatio. ego enim ſum illo multo fortior. 13 cauſa, ſubaudi, eius rei. q. d. Deus fuit author huius rei. 14 vel, adimpleret 15 ſiue, portio. q. d. Quid ad nos pertinet regnum Dauidis? 16 nec 17 ſub. diſcede. 18 vel, vide domum tuam ô Dauid, id eſt, familiam tuam. q. d. vide quantus ſit numerus hominum quibus imperas, poſthac non tot imperabis ô Dauid, id eſt, ô nepos Dauidis. nam omnes nepotes Dauidis, dicti ſunt Dauid. Etiã Meſsias ipſe dictus eſt Dauid hac ratione. 19 Heb. roborauit ſeſe, id eſt, reſumpto animo conſcendit currum aliquem inſignem.

## CAP. XI.

*Qvumq; veniſſet Rehabeam Ieroſolyma, congregauit domum Iehuda & Beniamin, centum videlicet & octoginta millia electorum qui bellum gerere poterant, vt pugnaret 1 contra Iſraelitas, & reduceret regnum ad Rehabeam. Et factum eſt verbum Domini ad Semeiam virum Dei in hanc ſententiam, Dic ad Rehabeam filium Solomonis regem Iehuda, & ad omnes Iſraelitas qui ſunt in Iehuda & Beniamin, hæc verba, Sic dicit Dominus, Ne aſcendatis, neque pugnetis contra fratres veſtros, reuertimini quiſque domum ſuam, quoniam à me facta eſt hæc res. audierunt ergo verba Domini, & reuerſi ſunt, quo minus proficiſcerentur contra Ieroboam. Manſit autem Rehabeam Ieroſolymis, ædificauitq; ciuitates 2 munitas in Iehuda. Aedificauit [inquam] Beth-lehem, & Etam atque Tecoam. Beth-Zur, Socho, Adullam. Gath, Mareſam, Ziph, Adoraim, Lachis, Aſeca. Zarea, Aialon, & Hebron, quæ [erant] in Iehuda & Beniamin, ciuitates munitas. Roborauit quoque 3 præſidia, & collocauit in ea duces & 4 theſauros ciborum, vinum quoque & oleum, & in omnibus ciuitatibus ſcuta & lanceas, & roborauit eas ſupra modum, erantq; ſub eo Iehuda & Beniamin. Sacerdotes quoque & Leuitæ qui erant in vniuerſo Iſraele 5 collegerunt ſe ad illum ex omni termino eorum. 6 Relinquebant enim 7 Leuitæ ſuburbanos ſuos agros atque poſſeſsiones ſuas, 8 conceſſeruntq; ad Iehuda & Ieruſalem. 9 abiecerat enim eos Ieroboam & filij eius, ne ſacerdotio fungerentur coram Domino. Conſtituitq; ſibi ſacerdotes pro excelſis, & pro dæmonijs, & pro vitulis quos fecerat. Sequuti quoque ſunt ipſos [Leuitas] ex omnibus tribubus Iſraelis, hi ſcilicet qui dederant cor ſuum 10 vt quærerent Dominum Deum Iſraelis, venientes in Ieruſalem, vt ſacrificarent Domino Deo patrum ſuorum. 11 Roborauerunt itaque regnum Iehuda, & confirmauerunt Rehabeam filium Solomonis tres annos. quoniam ambulauerunt in via Dauidis & Solomonis tribus annis. Duxit autem ſibi Rehabeam vxorem Mahalath filiam Ierimoth, filij Dauidis, [&] Abihail filiam Eliab, filij Iſai, quæ peperit ei filios, ipſum Iehus, & Semariam, & Saham. Poſt illam duxit Maacham filiam Abſolom, quæ peperit ei Abiam, Athai, Siſam & Selomith. Dilexit autem Rehabeam Maacham filiam Abſolom ſupra omnes vxores & concubinas ſuas: quoniam decem & octo duxerat vxores, & ſexaginta concubinas, genuitq; vigintiocto filios, & ſexaginta filias. Et conſtituit Rehabeam Abiam 12 filium Maacham, vt caput eſſet & princeps inter fratres ſuos, 13 vtque regno præeſſet. 14 Prudenter itaque egit, erupitq; præ omnibus filijs ſuis in omnibus terris Iehuda & Beniamin, in omnibus vrbibus munitis, & dedit eis commeatum in copia, & 15 petijt multas vxores.*

## CAP. XI.

1 Factum eſt autẽ, quum audiſſet omnis Iſrael quòd reuerſus eſſet Ieroboam, miſerunt & vocauerunt eum congregato cœtu: & conſtituerunt eum regẽ ſuper omnem Iſrael, nec ſecutus eſt quiſpiã domũ Dauid præter tribum Iuda ſolam. Venit autem Roboam in Ieruſalem, & conuocauit vniuerſam domum Iuda & Beniamin, centum octoginta millia electorum, atque bellantiũ, vt dimicaret contra Iſrael, & conuerteret ad ſe regnum

(Roboam contra Ieroboam pugnaturus, à Domino per Semeiam admonetur vt incœpto deſiſtat. 2. Reg. 12. e.)

2 ſuũ. ¶ Factuſq; eſt ſermo Domini ad Semeiam hominẽ
3 Dei, dicens, ¶ Loquere ad Roboam filiũ Salomonis regem Iuda, & ad vniuerſum Iſrael qui eſt in Iuda & Benia
4 min, ¶ Hæc dicit Dominus, Non aſcẽdetis, neq; pugnabitis cõtra fratres veſtros: reuertatur vnuſquiſque in domum ſuam, quia mea hoc geſtum eſt voluntate. qui cum audiſſent ſermonem Domini, reuerſi ſunt, nec perrexerũt

(Voluntate Dei diuiſum regnũ Iſrael. B)

5 contra Ieroboam. ¶ Habitauit autẽ Roboam in Ieruſa-
6 lem, & ædificauit ciuitates muratas in Iuda. ¶ Extruxit-
7 que Beth-lehem, & Etam, & Thecue. ¶ Beth-ſur quo-
8 que, & Socho, & Odollam. ¶ necnon & Geth, & Mare-
9 ſa, & Ziph: ¶ ſed & Adurã, & Lachis, & Azeca. ¶ Saraa
10 quoque, & Aialon, & Hebron, quæ erãt in Iuda & Benia-
11 min, ciuitates munitiſsimas. ¶ Cumq; clauſiſſet eas muris, poſuit in eis principes, ciborũq; horrea, hoc eſt olei &
12 vini. ¶ Sed & in ſingulis vrbibus fecit armamentaria ſcutorũ & haſtarũ: firmauitq; eas ſumma diligẽtia, & impera
13 uit ſuper Iudam, & Beniamin. ¶ Sacerdotes autẽ & Leuitæ qui erant in vniuerſo Iſrael, venerũt ad eum de cun-
14 ctis ſedibus ſuis, ¶ relinquẽtes ſuburbana, & poſſeſsiones ſuas, & tranſeuntes ad Iudã, & Ieruſalem: eo quòd abieciſſet eos Ieroboam, & poſteri eius, ne ſacerdotio Domi-
15 ni fungerentur. ¶ Qui cõſtituit ſibi ſacerdotes excelſorũ,
16 & dæmoniorũ, vitulorũque quos fecerat. ¶ Sed & de cunctis tribubus Iſrael, quicũque dederant cor ſuũ vt quærerent Dominũ Deũ Iſrael, venerũt in Ieruſalem ad immo-
17 landũ victimas ſuas corã Domino Deo patrũ ſuorũ. ¶ Et roborauerũt regnũ Iuda: & cõfirmauerũt Roboã filiũ Salomonis per tres annos: ambulauerũt enim in vijs Dauid
18 & Salomonis, annis tantũ tribus. ¶ Duxit autẽ Roboã vxorem Mahalath, filiam Ierimoth filij Dauid: Abihail
19 quoque filiã Eliab filij Iſai, ¶ quæ peperit ei filios Ieus,
20 & Somoriã, & Zoom. ¶ Poſt hãc quoq; accepit Maacha filiã Abſalõ, quæ peperit ei Abia, & Ethai, & Ziza, & Sa-
21 lomith. ¶ Amauit autẽ Roboã Maacha filiã Abſalõ ſuper omnes vxores ſuas, & cõcubinas: nã vxores decẽ & octo duxerat, cõcubinas autẽ ſexaginta: & genuit vigintiocto
22 filios, & ſexaginta filias. ¶ Cõſtituit verò in capite, Abiã filiũ Maacha ducẽ ſuper omnes fratres ſuos: ipſum enim
23 regẽ facere cogitabat, ¶ quia ſapientior fuit, & potẽtior ſuper omnes filios eius, & in cunctis finibus Iuda, & Beniamin, & in vniuerſis ciuitatibus muratis: præbuitque eis eſcas plurimas, & multas petiuit vxores.

(Ciuitates à Roboam ædificatę. — C Roboam imperat ſuper Iudam & Beniamin. — Ieroboam conſtituit ſacerdotes dæmoniorũ. Quærere Dominum. — D — Vxores aliquot Roboam. — Vxores Roboã 18, & concubinæ 60.)

## SCHOLIA IN CAP. XI.

1 Id eſt, cum alijs decem tribubus. 2 in munitionem, id eſt, vt eſſent munitioni. 3 munitiones, id eſt, vrbes illas munitas. 4 vel, horrea, 5 Hebraiſmus, aſtiterunt apud eum 6 Reliquerant 7 Hîc Leuitarum nomine comprehenduntur & ſacerdotes & Leuitæ: quia omnes ſacerdotes erant Leuitæ, & non contra. 8 conceſſerantque. ſiue, abierant 9 vel, repulerat 10 id eſt, qui tenebantur religione veri Dei. 11 quaſi dicat, Hac ratione factum eſt vt regnum Roboam ſtaret firmum tribus annis. 12 id eſt, filium ſuum ex Maacha. 13 Hebraiſmus, quia (ſubaudi, deſyderabat) conſtituere eum regem. 14 Hebraiſmus, Et docuit eum, diuiſitque ex omnibus &c. id eſt, docendũ curauit eum, & inſtituendum, & ſeparauit &c. hoc eſt, diſtribuit reliquos filios ſuos per omnes prouincias Iuda & Beniamin. 15 q. d. hic habuit multitudinem vxorum.

CAP. XII.



## CAP. XII.

(Tradit Dominus Iudam in manus Seſac quod eum dereliquiſſet.)

Cvmque roboratum fuiſſet regnum Roboam & 1
confortatum, dereliquit legem Domini, & omnis
Iſrael cum eo. ¶ Anno autem quinto regni Ro 2
boam aſcendit Seſac rex AEgypti in Ieruſalem (quia pec
cauerant Domino) ¶ Cum mille ducentis curribus, & 3
ſexaginta millibus equitũ: nec erat numerus vulgi quod
venerat cum eo ex AEgypto, Libyes ſcilicet, & Troglo-
dytæ, & AEthiopes. ¶ Cepitque ciuitates munitiſsimas 4
in Iuda, & venit vſque in Ieruſalem. ¶ Semeias autem 5
propheta ingreſſus eſt ad Roboam, & principes Iuda, qui
congregati fuerant in Ieruſalem, fugientes Seſac: dixit-
que ad eos, Hæc dicit Dominus, Vos reliquiſtis me, &
ego reliqui vos in manu Seſac. ¶ Conſternatique princi 6
pes Iſrael, & rex, dixerunt, Iuſtus eſt Dominus. ¶ Cum- 7
que vidiſſet Dominus quòd humiliati eſſent, factus eſt
ſermo Domini ad Semeiam, dicens, Quia humiliati ſunt,
non diſperdam eos: daboque eis pauxillum auxilij, &
non ſtillabit furor meus ſuper Ieruſalem per manum Se-
ſac. ¶ Veruntamen ſeruient ei: vt ſciant diſtantiam ſer- 8
uitutis meæ, & ſeruitutis regni terrarum. ¶ Receſsit ita- 9
que Seſac rex AEgypti ab Ieruſalem, ſublatis theſauris
domus Domini, & domus regis, omniaque ſecum tulit:
& clypeos aureos quos fecerat Salomon, ¶ pro quibus 10
fecit rex æneos, & tradidit illos principibus ſcutariorum
qui cuſtodiebant veſtibulum palatij. ¶ Cumque introi- 11
ret rex domum [a]Dei, veniebant ſcutarij, & tollebant eos:
iterumque referebant eos ad armamentariũ ſuum. ¶ Ve- 12
runtamen quia humiliati ſunt, auerſa eſt ab eis ira Domi-
ni, nec deleti ſunt penitus: ſiquidem in Iuda inuenta ſunt
opera bona. ¶ Confortatus eſt ergo rex Roboam in Ie- 13
ruſalem, atque regnauit: quadraginta autem & vnius anni
erat cum regnare cœpiſſet: & decem & ſeptem annis re-
gnauit in Ieruſalem, vrbe quam elegit Dominus vt con-
firmaret nomen ſuum ibi de cunctis tribubus Iſrael: no-
men autem matris eius Naama Ammanitis. ¶ [b]Fecitque 14
malum, & non præparauit cor ſuum vt quæreret Domi-
num. ¶ Opera verò Roboam prima & nouiſsima ſcri- 15
pta ſunt in libris Semeiæ prophetæ, & Addo videntis, &
diligenter expoſita: pugnaueruntque aduerſum ſe Ro-
boam & Ieroboam cunctis diebus. ¶ Et dormiuit Ro- 16
boam cum patribus ſuis: ſepultuſque eſt in Ciuitate-Da-
uid: & regnauit Abia filius eius pro eo.

(Semeias commonefacit populum peccati. B — Humiliatio populi auertit irã Dei. — Quare Iſrael ſeruierit Seſac regi. Seſac diripit domum Dei. C — [a]Domini, — 3. Reg. 14. f. — D — [b]Fecit autem Cor non quærens Deum. — Moritur Roboam, cui ſuccedit Abia.)

## CAP. XII.

*Factum eſt autem 1 quum Rehabeam ordinaſſet regnum, roboraſſetq; illud, quòd derelinqueret legem Domini, omniſq; Iſrael cum eo. Anno ergo quinto regis Rehabeam aſcendit Seſac rex AEgypti contra Ieruſalem, (eo quòd præuaricati eſſent contra Dominum) Cum mille & ducentis curribus, cumq; ſexaginta millibus equitum: porrò populi qui venerant cum eo ex AEgypto, non fuit numerus, 2 Lubim, Suxijm & AEthiopes. Ceperunt autem vrbes illas munitas in Iehuda, perueneruntq; vſque ad Ieruſalem. Venit itaque Semaia propheta ad Rehabeam & ad principes Iehuda, qui collecti erant intra Ieruſalem metu Seſac, dixitq; ad eos, Sic ait Dominus, Vos dereliquiſtis me, & ego vos quoque dereliqui in manu Seſac. 3 Submiſsi ergo facti principes Iſraelis & rex dixerũt, Iuſtus eſt Dominus. Cumque videret Dominus eos eſſe factos ſubmiſſos, fit verbum Domini ad Semaiam in hanc ſententiam, 4 Submiſsi ſunt, non ergo perdam eos, ſed 5 vtcũque ſeruabo eos, nec 6 conflabitur furor meus cõtra Ieruſalẽ per manũ Seſac. Serui tamen eius erũt vt experiantur quid ſit mihi ſeruire, & quid ſeruire regnis 7 nationũ. Aſcendit ergo Seſac rex AEgypti Ieroſolyma, accepitq; theſauros domus Domini, & theſauros domus regis, omnia tulit: accepit & ſcuta aurea quæ Solomon fecerat. Fecitq; rex Rehabeam illorum loco ſcuta chalybea, & commiſit [ea] manibus principum qui 8 curſoribus præerant, qui cuſtodiebant introitũ domus regis. 9 Quotieſcũque rex introiuit domũ Domini, venerũt celeres & tulerũt ea, referebantq; ea in cõclaue 10 celerum. Quumq; ſubmiſsior factus eſſet, auerſa eſt ira Domini ab eo, vt non perderet eum 11 in vniuerſum: 12 etenim in Iehuda res bonæ erãt. Corroboratus itaq; rex Rehabeã, regnauit in Ieruſalẽ: fuit autẽ Rehabeam natus quadragintavnũ annos quũ 13 inauguraretur regno, regnauitq; decẽ & ſeptẽ annis in Ieruſalẽ ciuitate quam elegit Dominus, vt collocaret illic nomẽ ſuũ præ cũctis tribubus Iſraelis. nomen matris eius erat Naama quæ fuit Ammonitis. Deſignauit autẽ malum, eo quòd nõ præpararet cor ſuũ vt ſtudioſe quæreret Dominum. Et res Rehabeam priores & poſteriores, annon hæ ſcriptæ ſunt in ſermonibus Semaiæ prophetæ, & Iddo videntis, 14 dum recenſent generationũ ſeriem? fuerunt etiam bella inter Rehabeam & Ieroboam cunctis diebus. Dormiuit autem Rehabeam cum patribus ſuis, & ſepultus eſt in ciuitate Dauidis: regnauitq; eius loco filius eius Abia.*

## SCHOLIA IN CAP. XII.

1 Quum confirmaſſet (ſub. Dominus) regnum Roboam, 2 id eſt, Libyci, Troglodytæ, & AEthiopes. 3 vel, Humiliati. q. d. Quum agnouiſſent peccata ſua. 4 q. d. Agnouerunt culpam, & reſipuerunt. 5 breui 6 effundetur. ſub. diu, vel vltra. 7 vel, prouinciarum, ſubaudi, aliarum. 8 Hîc loquitur de curſoribus qui erant à corpore regis: quòd pedibus ſequerentur regem, ſic dicti. 9 Heb. Erat autem, ex quo ibat rex (in) domũ Domini, veniebant curſores illi, & geſtabant &c. 10 curſorum. 11 Heb. ad conſumptionem: 12 Heb. & etiam in Iuda fuerunt res bonæ, id eſt, fœlices & proſperæ. q. d. res quoque Iuda bene ſe habuerunt. Iſtud pendet ab eo quod dictum eſt, auerſa eſt ira &c. 13 regnare cœpit, 14 vel, dum generationum ſeries texitur? vel recenſetur?

## CAP. XIII.

(Abia pugnat contra Ieroboã.)

Anno octauodecimo regis Ieroboam, regnauit 1
Abia ſuper Iudam. ¶ Tribus annis regnauit in 2
Ieruſalem: (nomenque matris eius Michaia, filia
Vriel de Gabaa:) & erat bellum inter Abiam & Ieroboã.
¶ Cumque iniſſet Abia certamen, & haberet bellicoſiſ- 3
ſimos viros, & electorum [a]quadraginta millia: Ieroboam
[b]conſtruxit econtrà aciem [c]octoginta millia virorum, qui
& ipſi electi erant, & ad bella fortiſsimi. ¶ Stetit ergo 4
Abia ſuper montem Semerõ, qui erat in Ephraim, & ait,
Audi Ieroboam, & omnis Iſrael, ¶ Num ignoratis quòd 5
Dominus Deus Iſrael dederit regnũ Dauid ſuper Iſrael
in ſempiternum, ipſi & filijs eius in pactum ſalis? ¶ Et 6
ſurrexit Ieroboam filius Nabat, ſeruus Salomonis filij Da
uid: & rebellauit contra dominum ſuum. ¶ Congrega- 7
tique ſunt ad eum viri vaniſsimi, & filij belial: & præua-

(3. Regum. 15. a. [a]quadringenta [b]inſtruxit [c]octingenta — Abia dehortatur exercitum Ieroboam à bello contra ſe, qui Deum ducem haberet, quem abieciſſent. 3. reg. 11. e. — B)

## CAP. XIII.

*Anno decimooctauo regis Ieroboam, regnum accepit Abia ſuper Iehudam, regnauitq; tribus annis in Ieruſalem: (fuit nomen matris eius Michaia, quæ fuit filia Vriel de Gibea:) fuitq; bellum inter Abiam & Ieroboã. 1 Congregauit autẽ Abia ad præliũ viros ſtrenuos & heroes aptos ad bellũ, [nempe] quadringenta millia electorũ virorũ: Ieroboã autẽ inſtruxit aciẽ cõtra eum cũ octingentis millibus virorũ electorum qui erant ſtrenui & fortes. Et conſurgens Abia 2 [aſcẽdit] mõtẽ Zemaraim, qui eſt in mõtibus Ephraim, & dixit, Audite me Ieroboã & omnis Iſrael, 3 An vobis eſt ignotũ, Dominũ Deũ Iſraelis dediſſe regnum ipſi Dauidi ſuper Iſraelitas, idq; perpetuò, ei & 4 filijs eius 5 fœdere ſalis? Surrexit autẽ Ieroboam filius Nebat ſeruus Solomonis filij Dauidis, & rebellauit contra dominum ſuum: ad hunc conglobati ſunt viri 6 perditi filij 7 belial, & 8 inualuerunt*

*luerunt contra Rehabeam filium Solomonis, 9 quum Rehabeam eſſet puer & 10 tenero corde, 11 qui coram illis ſe tueri non poſſet. Nunc ergo 12 dicitis vos, 13 fortiores vos eſſe contra regnum Domini, quod eſt in manu filiorum Dauidis: & veſtrum quidem magna copia eſt, habetiſq; vobiſcum vitulos aureos, [ deos ſcilicet ] quos vobis fecit Ieroboam. Annon expuliſtis ſacerdotes Domini, 14 filios ſcilicet Aharonis, & 15 Leuitas, & feciſtis vobis ſacerdotes [ aliquot ] quemadmodum & 16 gentes nationum, 17 vt quicunque venit & conſecrat manum ſuam iuuenco filio bouis, [ & ] ſeptem arietibus, fiat ſacerdos eorum qui non ſunt dij? Nos 18 verò ſumus Domini Dei noſtri, & hunc non deſeruimus, & ſacerdotes qui miniſtrant coram Domino, filij ſunt Aharonis, & Leuitæ 19 in ipſo opere. Qui incendunt Domino holocauſta 20 ſingulis [ diebus ] mane & veſpere, deinde incenſum aromaticum [ adolent, ] ordinantq; 21 panes 22 menſæ mundæ, & candelabrum aureum [ aptant ] cum lucernis eius, vt ardeant ſemper 23 in veſpera: quoniam nos obſeruamus 24 obſeruationes Domini Dei noſtri, 25 quas vos dereliquiſtis. Et ecce nobiſcum Deus, 26 caput, & ſacerdotes, 27 & tubæ, & claſsicum, 28 vt inſonet contra vos. 29 ô filij Iſrael ne pugnetis contra Dominum Deum patrum veſtrorum: nam id non proſpere vobis cedet. Ieroboam autem circunduxit inſidias, 30 vt veniret poſt eos: 31 fuerunt itaque 32 ante Iehudam inſidiæ, & eos à tergo 33 eius. Et quum circunſpexiſſent Iudæi, ecce [ imminebat ] eis prælium à fronte & a tergo, clamabantq; ad Dominum, & ſacerdotes 34 clangebant tubis. Et 35 claſsicum cecinerunt Iudæi: quumq; ſic 36 claſsicum canerent Iudæi, contigit vt Deus funderet Ieroboam & omnem Iſraelem coram Abia & Iehuda. Fugeruntq; filij Iſrael coram Iehuda, & tradidit eos Dominus in manum eorum. Et cædebant eos Abia & populus eius cæde magna, & ceciderunt vulnerati ex Iſraele virorum electorum quingenta millia. Afflicti igitur ſunt filij Iſrael illo tempore, 37 inualueruntq; filij Iehuda, eo quòd innixi eſſent ſuper Dominum Deum patrum ſuorum. Et perſequutus eſt Abia Ieroboam, & cepit ciuitates eius, Beth-el & viculos eius, Ieſanam & vicos eius, Ephraim & vicos eius. Nec retinuit Ieroboam amplius robur in diebus Abiæ. percuſsitq; eum Dominus, & mortuus eſt. 38 Abia autem corroboratus eſt, & duxit vxores quatuordecim, genuitq; vigintiduos filios, & ſedecim filias. Reliquum geſtorum Abiæ, 39 viæ eius, verbaq; eius ſcripta ſunt in hiſtoria Iddo prophetæ.*

luerunt contra Roboam filiũ Salomonis: porrò Roboam
8 erat rudis, & corde pauido, nec potuit reſiſtere eis. ¶ Nũc
ergo vos dicitis quòd reſiſtere poſsitis regno Domini,
quod poſsidet per filios Dauid: habetiſque grandem po-
puli multitudinem, atque vitulos aureos quos fecit vobis
9 Ieroboam in deos. ¶ Et eieciſtis ſacerdotes Domini, fi-
lios Aaron, atque Leuitas: & feciſtis vobis ſacerdotes ſi-
cut omnes populi terrarum: quicunque venerit, & initia-
uerit manum ſuam in tauro de bobus, & in arietibus ſe-
10 ptem, fit ſacerdos eorum qui non ſunt dij. ¶ Noſter au-
tem Dominus, Deus eſt, quem non relinquimus: ſa-
cerdoteſque miniſtrant Domino de filijs Aaron: & Le-
11 uitæ ſunt in ordine ſuo. ¶ Holocauſta quoque offerunt
Domino per ſingulos dies mane & veſpere: & thymiama
iuxta legis præcepta confectum, & proponuntur panes
in menſa mundiſsima, eſtque apud nos candelabrum au-
reum, & lucernæ eius, vt accendantur ſemper ad veſpe-
ram: nos quippe cuſtodimus præcepta Domini Dei no-
12 ſtri, quem vos reliquiſtis. ¶ Ergo in exercitu noſtro dux
Deus eſt, & ſacerdotes eius, qui clangunt tubis, & reſo-
nant contra vos: filij Iſrael nolite pugnare contra Do-
minum Deum patrum veſtrorum, quia non vobis expe-
13 dit. ¶ Hæc illo loquente, Ieroboam retro moliebatur
inſidias: cumque ex aduerſo hoſtium ſtaret, ignorantem
14 Iudam ſuo ambiebat exercitu. ¶ Reſpicienſque Iudas,
vidit inſtare bellum ex aduerſo & poſt tergum, & clama-
uit ad Dominum: ac ſacerdotes tubis canere cœperunt.
15 ¶ Omneſq; viri Iuda vociferati ſunt: & ecce, illis claman-
tibus perterruit Deus Ieroboam, & omnem Iſrael qui
16 ſtabat ex aduerſo Abia & Iuda. ¶ Fugeruntque filij Iſ-
17 rael Iudam, & tradidit eos Deus in manu eorum. ¶ Per-
cuſsit ergo eos Abia, & populus eius plaga magna: &
corruerunt vulnerati ex Iſrael "quinquaginta millia viro-
18 rum fortium. ¶ Humiliatique ſunt filij Iſrael in tempo-
re illo: & vehementiſsime confortati filij Iuda, eo quòd
19 ſperaſſent in Domino Deo patrum ſuorum. ¶ Perſecu-
tus eſt autem Abia fugientem Ieroboam: & cepit ciuita-
tes eius, Beth-el & filias eius: & Ieſana cum filiabus ſuis:
20 Ephron quoque & filias eius. ¶ Nec valuit vltrà reſi-
ſtere Ieroboam in diebus Abia: quẽ percuſsit Dominus,
21 & mortuus eſt. ¶ Igitur Abia, confortato imperio ſuo,
accepit vxores quatuordecim: procreauitque vigintiduos
22 filios, & ſedecim filias. ¶ Reliqua autem ſermonum
Abia, viarumque & operũ eius, ſcripta ſunt diligentiſsime
in libro Addo prophetæ.

Sacerdotes Ieroboam, quales, 3. Reg. 12. g.

C

Orantibus militibus Abiæ, Deus percutit exercitum Ieroboam.

D

Abia ſperans in Domino, victor euadit.

"quingenta

Ieroboam occiſus à Deo.

Abiæ vxores XIIII.

## SCHOLIA IN CAP. XIII.

1 Hebraiſmus, Inſtruxit autẽ Abia aciem (illam) cum exercitu potentiũ in bello, nẽpe quadringentis millibus &c. id eſt, Aciẽ illam quam congregauerat vt reſiſteret ipſi Ieroboam, ordinauit cum exercitu militum ſtrenuorum & bellicoſorum, cum exercitu inquam nempe quadringentis millibus virorum electorum. Hic non comprehendit impedimenta: nam de electis tantum loquitur. 2 Heb. è monte Semaraim, id eſt, è cacumine montis. Aſcendit in faſtigium montis Semaraim, qui eſt vnum ex iugis Ephraim, & inde habuit orationem. 3 Annon veſtrum eſt ſcire, 4 vel, poſteris eius 5 id eſt, fœdere firmo & inuiolabili: quod ſal arceat corruptionem: aut quod ſal ſoleat adhiberi ſacrificijs. q.d. fœdere percuſſo adhibitis ceremonijs fieri ſolitis in percutiẽdo fœdere. Apud Hebræos non feriebatur fœdus ſine ſale, id eſt ſine ſacrificio. nam non fiebant ſacrificia apud illos ſine ſale. Porro mactatis victimis percutiebantur fœdera non tantum apud Iudæos, ſed & apud Gentes. 6 Hebraiſmus, nihili. vel, vacui, ſiue inanes: otioſi & inutiles. REKIM Hebraice, vnde raca, Matth. 5. 7 iniquitatis, id eſt, homines ſceleſti. 8 corroborauerunt ſeſe, id eſt, totis viribus reſtiterunt ipſi Roboam. 9 vel, Roboam autem erat iuuenis. ſub. animo. Reuera non erat iuuenis ætate: imbellem deſcribit nomine iuuenis. 10 id eſt, imbellis. 11 Hebraiſmus, & non corroborauit ſeſe coram illis, id eſt, non reſtitit illis forti animo. 12 ſubaudi, in cordibus veſtris. 13 Hebraiſmus, roborare vos coram regno &c. id eſt, ſtatuitis magno animo reſiſtere regno Domini. Regnũ Domini vocat regnum Iuda, quòd eius regni author fuerit Dominus. 14 id eſt, nepotes, ſiue poſteros &c. 15 Leuitæ qui erant de genere Aaron, dicebantur ſacerdotes. Alij verò Leuitæ qui non erant de poſteris Aaronis, nomine tantum Leuitarum cenſebantur. 16 populi terrarum? ſiue, regionum, ſub. aliarum, id eſt, alienarum nationum quæ ſcilicet colunt deos alienos. 17 Heb. quicũq; venerit vt impleat (vel, cõſecret) manũ ſuã iuuenco filio bouis, (&) ſeptẽ arietibus, erit (.i. fieri ſolet) ſacerdos ijs qui nõ ſunt dij. 18 Heb. autẽ, Dominus Deus noſter. Phraſis Hebraica, pro, Dominus autẽ eſt Deus noſter. vel, Nobis autẽ Dominus eſt Deus, 19 q. d. adhuc quotidie ſacrificant, & immolãt victimas Domino, fungentes omnes officio ſuo in tẽplo. 20 Heb. mane mane, & veſperi veſperi, 21 ſub. propoſitionis. 22 ſuper mẽſam mũdam. 23 Heb. in veſpera & veſpera. i. ſingulis veſperis. 24 cuſtodiã. i. ceremonias. 25 at vos deſeruiſtis illum. ſub. quia expuliſtis ſacerdotes eius, nec obſeruatis ceremonias eius. 26 in caput. q. d. eſt nobis pro duce. vel, præcipuum locum apud nos obtinet, deinde ſacerdotes eius. 27 Heb. & tubæ vociferationis. vel clãgoris. i. quibus clangere ſolent Leuitæ. 28 vt iubilẽt (vel, inſonent) contra vos. i. vt clangore ſuo pugnam in vos accendant. 29 q. d. ſumus ex eodem patre, nempe Iſraele. 30 id eſt, vt eos à tergo adoriretur. 31 ſubaudi, milites Ieroboam qui erant in ea acie. 32 id eſt, à fronte Iudæorum. 33 eorum. ſub. filiorum Iuda. 34 q.d. hortabãtur clangore tubarum filios Iuda vt eſſent bono animo. 35 vociferati ſunt. ſub. conflictũ ſcilicet & pugnã, initio pugnæ, de more antiquorum. Fit autem hæc vociferatio initio pugnæ vt terreantur hoſtes. 36 vociferarentur 37 vel, fortioreſque facti ſunt 38 q. d. Confirmato itaque regno Abias duxit &c. 39 id eſt, mores.

CAP. XIIII.



## CAP. XIIII.

Moritur Abia: cui ſuccedit Aſa. 3. Reg. 15. b.

Aſa ſubuertit excelſa, præcipiens Iudæ vt quæreret Dominum.

'autem

*Domini

DOrmiuit autem Abia cum patribus ſuis, & ſepe- 1
lierunt eum in Ciuitate-Dauid: regnauitque Aſa
filius eius pro eo, in cuius diebus quieuit terra
annis decem. ¶ Fecit ' ergo Aſa quod bonum & placitũ 2
erat in conſpectu * Dei ſui, ¶ Et ſubuertit altaria pere- 3
grini cultus, & excelſa, & confregit ſtatuas, lucoſque ſuc-
cîdit. ¶ Et præcepit Iudæ vt quæreret Dominum Deũ 4
patrum ſuorum, & faceret legem, & vniuerſa mandata.
¶ Et abſtulit de cunctis vrbibus Iuda aras & phana, & re- 5
gnauit in pace. ¶ AEdificauit quoque vrbes munitas in 6
Iuda, quia quietus erat, & nulla temporibus eius bella ſur-
B rexerant, pacem Domino largiente. ¶ Dixit autem Iu- 7
dæ, AEdificemus ciuitates iſtas, & vallemus muris, & ro-
boremus turribus, & portis, & ſeris: donec à bellis quieta
ſunt omnia, eo quòd quæſierimus Dominum Deum pa-
trum noſtrorum, & dederit nobis pacem per gyrum. ædifi
cauerunt igitur, & nullum in extruendo impedimentum
fuit. ¶ Habuit autem Aſa in exercitu ſuo portantiũ ſcuta 8
& haſtas, de Iuda trecenta millia: de Beniamin verò ſcu-
tariorum & ſagittariorum, ducenta octoginta millia: "om-
neſque iſti viri fortiſsimi. ¶ Egreſſus eſt autem cõtra eos 9
Zara AEthiops cum exercitu ſuo, decies centena millia,
& curribus trecentis: & venit vſque Mareſa. ¶ Porrò Aſa 10
perrexit obuiam ei, & inſtruxit aciem ad bellũ in Valle-
Sephatha, quæ eſt iuxta Mareſa. ¶ Et inuocauit Domi- 11
num Deum, & ait, Domine non eſt apud te vlla diſtan-
tia, vtrum in paucis auxilieris, an in pluribus: adiuua nos
Domine Deus noſter, in te enim, & in tuo nomine haben
D tes fiduciam venimus contra hanc multitudinem. Domi-
ne, Deus noſter tu es, non præualeat contra te homo.
¶ Exterruit itaque Dominus AEthiopes coram Aſa & Iu 12
da: fugerũtque AEthiopes. ¶ Et perſecutus eſt eos Aſa, 13
& populus qui cum eo erat, vſque Gerara: & ruerunt AE-
thiopes vſque ad internecionem, quia Domino cædente
contriti ſunt, & exercitu illius præliante: tulerunt ergo
ſpolia multa. ¶ Et percuſſerunt ciuitates omnes per cir- 14
cuitum Geraræ: grandis quippe cunctos terror inuaſerat:
& diripuerũt vrbes, & multã prædã aſportauerũt. ¶ Sed 15
& caulas ouium deſtruentes, tulerũt pecorũ infinitã mul-
titudinem, & camelorũ: reuerſiq; ſunt in Ieruſalem.

Pax, quærentibus Deum.

Exercitus Aſa.

"omnes iſti

Zara rex AEthiopum inuadit Aſa.

Oratio Aſa plena fiduciæ. 1. Reg. 14. a.

Domino præſtante vincit AEthiopes.

Terret Deus aduerſarios.

## CAP. XIIII.

*D 1 Ormiuit autem Abia cum patribus ſuis, & ſepelierunt eum in ciuitate Dauidis, regnauitq; Aſa. filius eius pro eo, & tranquilla fuit terra decem annis. Fecit autem Aſa quod bonum & rectum fuit in oculis Domini Dei ſui, Abſtulit enim altaria 2 aliena & excelſa, confregit ſtatuas, & ſuccîdit lucos. Et dixit ad Iehudam, vt inquirerent Dominum Deum patrum ſuorum, facerentq; legem & præcepta. Abſtulit præterea de omnibus vrbibus Iehuda excelſa & 3 ſimulachra, fuitq; regnum tranquillum 4 coram eo. AEdificauit autem vrbes munitas in Iehuda, eo quòd pacem haberet terra, nec eſſet contra eum bellum in illis diebus: ſiquidem Dominus dederat ei requiem. 5 Dixit igitur ad Iehudam, AEdificemus ciuitates iſtas, & circunducamus muros, turres, portas, & vectes: 6 ſupereſt enim nobis terra, eo quòd quæſierimus Dominum Deum noſtrum: quæſiuimus, & ille dedit nobis requiem circunquaque. ædificauerunt ergo, & proſpere eis ceſsit. Habuit quoque Aſa exercitum 7 qui ferebat ſcuta & haſtas, & de Iehuda [ virorum ] trecenta millia, & de Beniamin qui portabant ſcuta, & tendebant arcus, ducenta & octoginta millia: hi omnes viri erant ſtrenui. 8 Egreſſuſq; eſt contra eos Sara 9 AEthiops cum exercitu mille millium, & trecentis curribus, & peruenit in Mareſa. Exiuit & Aſa contra eum, & aciem inſtruxerunt in valle Zephatha 10 ad Mareſa. Clamauit autem Aſa ad Dominum Deum ſuum, & dixit, Domine, 11 nihil [ refert ] apud te auxilium feras vel multis, vel his quibus non eſt robur: fer opem nobis ô Domine Deus noſter, quoniam te nitimur, & in tuo nomine aggredimur multitudinem iſtam, 12 tu es Dominus Deus noſter, ne præualeat 13 tecum mortalis. Fudit itaque Dominus AEthiopes 14 coram Aſa & coram Iehuda, fugerũtq; AEthiopes, Quos inſequutus eſt Aſa & populus qui cum eo erat, vſque in Gerar, corrueruntq; AEthiopes ita vt 15 nullus ex eis viuus ſupereſſet, quoniam 16 confracti ſunt 17 corã Domino & corã exercitu eius: tuleruntq; prædã valde ingentẽ. Percuſſerunt itaque omnes ciuitates circum Gerar, quoniã 18 pauor Domini erat ſuper eos, diripueruntq; omnes vrbes, 19 eratq; præda magna in eis. Percuſſerunt etiam tentoria pecorum, & abduxerunt oues multas, & camelos, reuerſiq; ſunt Ieroſolyma.*

## SCHOLIA IN CAP. XIIII.

1 Id eſt, Poſt mortem appoſitus eſt maioribus ſuis. 2 Heb. alieni, ſubaudi, dei, id eſt, quæ extructa erant in honorem idolorũ. 3 ſub. ſolis. nam tum ſolem colebant, & in eius honorem ſimulachra erigebant. 4 id eſt, eo regnante. q.d. hinc factum eſt vt imperauerit regno pacatiſsimo. 5 Iam autem dixerat. ſic vertendũ. 6 Heb. (quum) adhuc noſtra eſt terra, id eſt, quum adhuc imperiũ huius regionis ſit penes nos. vel, adhuc ea eſt (nempe) terra nobiſcum, id eſt, in poteſtate noſtra. 7 q.d. inſtructum clypeis & haſtis. 8 ſub. è patria ſua. 9 ille AEthiops, id eſt, rex AEgypti. 10 vel, quæ erat iuxta Mareſa. 11 Heb. nõ eſt apud te (differẽtia) inter magnũ (.i. fortẽ) & eum cui nõ eſt robur, ad ferẽdã opẽ. i. ſine vlla differẽtia ferre ſoles opẽ & potenti & infirmo: & is cui tuleris opem, tandẽ vincet. q.d. ſumus multo inferiores numero, ſed tua ope freti, ſuperabimus. 12 vel, ô Domine, tu es 13 vel, aduerſum te. q.d. illi fidũt viribus humanis, nos autẽ auxilio diuino: proinde faue nobis. 14. i. pugnãte Aſa. 15 Heb. nõ eſſet ipſis vita. i. ceciderunt vſq; ad internecionẽ multi. 16 capti eſſent 17. i. pugnãte Dño & exercitu eius. 18. i. terruerat eos Deus. 19 He. quãdoquidẽ erat.

## CAP. XV.

Azarias propheta prædicit regnum Iſrael futurum abſque Deo vero, ſacerdote doctore & lege.

AZarias autẽ filius Oded, facto in ſe Spiritu Dei, 1
¶ Egreſſus eſt in occurſum Aſa, & dixit ei, Audi- 2
te me Aſa, & omnis Iuda & Beniamin, Dñs vo-
biſcũ: quia fuiſtis cũ eo. Si quæſieritis eũ, inuenietis: ſi au-
tem dereliqueritis eũ, derelinquet vos. ¶ Tranſibũt autẽ 3
multi dies in Iſrael abſq; Deo vero, & abſque ſacerdote,
"abſque doctore, & abſque lege. ¶ Cumq; reuerſi fuerint 4
in anguſtia ſua, " & clamauerint ad Dominũ Deũ Iſrael,
& quæſierint eum, reperiẽt eum. ¶ In tẽpore illo nõ erit 5
pax egrediẽti & ingrediẽti: ſed terrores vndique in cũctis
B habitatoribus terrarũ. ¶ pugnabit enim gens contra gen- 6
tem, & ciuitas contra ciuitatem: quia Dominus conturba-
bit eos in omni anguſtia. ¶ Vos ergo confortamini, & nõ 7
diſſoluãtur manus veſtræ: erit enim merces operi veſtro.

Bella & terrores à Deo, non quærentibus eum.

Merces.

## CAP. XV.

*F Vitq; 1 Spiritus Dei ſuper 2 Aſariam filiũ Oded, Qui egreſſus obuiam Aſa, dixit ad eum, Audite me Aſa & omnis Iehuda atque Beniamin, Dominus vobiſcum 3 eſt, ſi vos fueritis cum eo: & ſi quæſieritis eum, inuenietur vobis: ſi verò reliqueritis eum, relinquet & vos. 4 Et quidem multis diebus in Iſraele non [ quæſierunt ] Deum verum, non ſacerdotem docentem, non legem. 5 Quum verò in anguſtijs ſuis conuerſi eſſent ad Dominum Deum Iſraelis, 6 quærerentq; eum, inuentus eſt ab eis. Et tẽporibus illis 7 nõ erat pax neque exeunti neque ingrediẽti, 8 ſed tumultus ingentes ſuper omnes habitatores 9 terrarum, & 10 conteritur gens à gente, & vrbs ab vrbe, quoniã Dominus 11 cõmouet eos omnis generis calamitatibus. Vos igitur eſtote fortes, ne remiſſæ fiant manus veſtræ: eſt enim merces 12 operi veſtro.*

*Quum ergo Aſa verba iſta atque prophetiam 13 Oded prophetæ audiſſet, 14 confortatus eſt, & 15 aboleuit abominanda idola ex omni terra Iehuda & Beniamin, atque ex omnibus ciuitatibus quas ceperat in monte Ephraim. Et inſtaurauit altare Domini quod erat ante porticum Domini. Congregauit quoque omnem Iehudam & Beniamin, aduenas cum eis ex Ephraim, & Manaſſe, & Simeone: nam multi ex Iſraelitis defecerunt ad eum, videntes quod Dominus Deus eius eſſet cum eo. Congregati itaque ſunt in Ieruſalem menſe tertio, anno decimoquinto regni Aſæ, immolaueruntq; Domino eodem die de ſpolijs quæ adduxerant boum ſeptingenta, & ouium ſeptem millia. Inieruntq; fœdus illud, [nempe] vt quærerent Dominum Deum patrum ſuorum in toto corde ſuo, & in tota anima ſua: Et quicunque non quæreret Dominum Deum Iſraelis, interficeretur, ſiue paruus eſſet ſiue magnus, vir vel mulier. Et 16 iurauerunt Domino voce magna, atque cum iubilo, clangentes tubis & buccinis. De huiuſmodi iuramento omnes Iudæi lætati ſunt, nam toto corde ſuo iurauerant, & quæſierant [eum] tota voluntate, 17 inuentuſq; eſt ab eis, 18 & dedit eis Dominus requiem circunquaque. Sed & Maacham matrem Aſæ regis hanc 19 amouit ne eſſet domina, 20 quæ fecerat Miplæzeth in luco, & excidit Aſa 21 Miplæzeth eius, comminuit & combuſſit in torrente Kidron. Nec tamen receſſerant 22 excelſa: veruntamen cor Aſæ integrum fuit quamdiu vixit. Intulit præterea ea quæ pater ſuus conſecrauerat, & quæ ipſe conſecrauerat in domum Dei, argentum ſcilicet & aurum atque vaſa. Nec 23 fuit bellum vſque ad trigeſimumquintum annum regni Aſæ.*

8 ¶ Quod cum audiſſet Aſa, verba ſcilicet, & prophetiam
Azariæ filij Oded prophetæ, confortatus eſt, & abſtulit
idôla de omni terra Iuda, & de Beniamin, & ex vrbibus
quas ceperat, mõtis Ephraim: & dedicauit altare Domini
9 quod erat ante porticũ Domini. ¶ Congregauitq; vniuer
ſum Iudã & Beniamin, & aduenas cũ eis de Ephraim, &
de Manaſſe, & de Simeõ: plures enim ad eum confugerãt
ex Iſrael: videntes quòd Dominus Deus illius eſſet cum
10 eo. ¶ Cumq; veniſſent in Ieruſalẽ mẽſe tertio, anno deci-
11 moquinto regni Aſa, ¶ immolauerũt Domino in die illa
de manubijs & præda quã adduxerant, boues ſeptingen-
12 tos, & arietes ſeptẽ millia. ¶ Et intrauit ex more ad corro
borandũ fœdus, vt quærerent Dominum Deum patrum
13 ſuorũ in toto corde, & in tota anima ſua. ¶ Siquis autem,
inquit, non quæſierit Dominum Deum Iſrael, moriatur, à
minimo vſque ad maximum, à viro vſque ad mulierem.
14 ¶ Iurauerũtque Domino voce magna in iubilo, & in clan
15 gore tubæ, & in ſonitu buccinarum ¶ omnes qui erant in
Iuda, cum execratione: in omni enim corde ſuo iurauerunt, & in tota voluntate quæſierunt eum, & inuenerunt:
16 præſtititq; eis Dñs requiẽ per circuitũ. ¶ Sed & Maacha
matrẽ Aſa regis ex auguſto depoſuit imperio, eo quòd fe
ciſſet in luco ſimulachrũ Priapi: quod omne contriuit, &
in fruſta comminuens combuſſit in Torrente-cedron.
17 ¶ Excelſa autem derelicta ſunt in Iſrael: attamen cor Aſa
18 erat perfectũ cũctis diebus eius. ¶ Eaq; quæ vouerat pa-
ter ſuus, & ipſe, intulit in domũ Domini: argentum & au-
19 rum, vaſorumque diuerſam ſupellectilem. ¶ Bellum verò
non fuit vſque ad "tricesimum annum regni Aſa.

Aſa aufert idôla, ad quem confugiunt multi ex Iſraele, quod Deus cum eo eſſet.

C

Iurat populus ſe Deum quæſiturum ex toto corde.

D

Maacham auiã ſuam imperio priuat Aſa, quod idola coleret.

"tricesimum quintum

## SCHOLIA IN CAP. XV.

1 Sub. propheticus, id eſt, Afflatus eſt Spiritu prophetico. 2 Iſtum paulo poſt vocabit Oded. erat enim binomius. Hîc autẽ vocat Azariam, vt Oded filium intelligamus, non patrem. vterq; enim dicebatur Oded. 3 erit, cum fueritis cum eo, id eſt, feret vobis auxilium, quum non deſerueritis illum. 4 Hebraiſmus, Dies autem multi (fuerunt) Iſraeli abſque Deo veritatis, & abſque ſacerdote monente, & abſque lege. q. d. Iſrael longo tempore fuit ſine cultu veri Dei, ſine lege, & ſine ſacerdote docente legem. Semper fuit lex Moſis, at non eam docebant ſacerdotes. 5 vel, Reuerſus eſt autem (Iſrael) quum eſſet illi tribulatio illa &c. Loquitur de tribulatione certa, nota, & inſigni. q. d. quum fuit afflictus prædicta illa tribulatione, quæ fuit ſub Zera rege AEthiopiæ paulo ante commemorata. Quidam dicunt præterita poni pro futuris, de captiuitate Babylonica intelligentes: minus tamen rectè. 6 requiſieruntque eum, & inuentus &c. 7 id eſt, non erat tutum egredi vrbe ſua, aut in eam redire, hoc eſt iter capeſſere. 8 quia 9 vel, illarum prouinciarũ. 10 contritæ ſunt 11 conturbauit 12 Opus illorum vocat fiduciam quam habebant in Deum. q. d. opus veſtrũ non erit ſine mercede & præmio. 13 Hunc prius vocauit Azariã. 14 vel, fortificatus, id eſt, cœpit eſſe bono ac forti animo. 15 Heb. abſtulit abominationes ipſas 16 id eſt, vouerunt Domino, interpoſito iureiurando. 17 id eſt, exaudiuit eos, tulit illis opem quã implorauerant 18 q. d. hac ratione vixerunt in ſumma pace & tranquillitate. 19 Exemplum & indicium ſummæ integritatis Aſæ. 20 Heb. quia fecerat luco (vel in luco) idolũ. aut ſimulachrũ. Hebræi dicunt fuiſſe idolum Priapi, quos ſequũtur Latini. 21. i. idolũ ipſius Maacha. 22 Quidã Hebræorũ hoc intelligit de excelſis priuatis, nam publica ſuſtulerat Aſa. 23 ſub. à bello illo AEthiopico.

## CAP. XVI.

*ANno trigeſimoſexto regni Aſæ, aſcendit Baaſa rex Iſraelis contra Iehudam, & 1 ædificauit Rama, ne permitteret quẽquã vel egredi, vel ingredi ad Aſam regem Iehuda. Et protulit Aſa argentũ & aurũ ex theſauris ædis Domini & domus regiæ: & miſit ad Ben-hadad regem Syriæ 2 in Darmaſcum hiſce mandatis, 3 Fœdus eſt inter me & inter te: inter patrem meum, & inter patrem tuum: en 4 miſi ad te argentum & aurum, vt 5 venias & irritum facias fœdus tuum quod habes cum Baaſa rege Iſraelis, vt is à me recedat. Et acquieuit Ben-hadad regi Aſæ, miſitq; imperatores exercituũ quos habuit ad ciuitates Iſraeliticas, atque hi percuſſerunt Iion, Dan, & Abel-maim atque 6 munitiora oppida Naphtali. Quumq; audiſſet Baaſa, deſtitit ab extructione Rama, intermiſitq; opus ſuum. Aſa autem rex accepit vniuerſum Iehuda, & tulerunt 7 lapides de Rama atque ligna eius quibus ædificare volebat Baaſa, ædificauitq; cum illis Gæba & Mizba. Sub id temporis venit Hanani videns ad Aſam regem Iehudæ, & dixit ad eum, Quandoquidem 8 fiſus es regi Syriæ, nec innixus es Domino Deo tuo, 9 ideo euaſit exercitus regis Syriæ manum tuam. Annon 10 AEthiopes & 11 Lubim habebant 12 validiſſimum exercitũ in curribus & valde multis equitibus:*

## CAP. XVI.

1 ANno autẽ triceſimoſexto regni eius aſcẽdit Baaſa
rex Iſrael in Iudam, & muro circundabat Rama,
vt nullus tutè poſſet egredi & ingredi de regno
2 Aſa. ¶ Protulit autem Aſa argentum & aurum de theſau
ris domus Domini, & de theſauris regijs: miſitq; ad Benadad regem Syriæ, qui habitabat in Darmaſco, dicens,
3 ¶ Fœdus inter me & te eſt, pater quoque meus & pater
tuus habuere concordiam: quam ob rem miſi tibi argentũ
& aurum, vt rupto fœdere quod habes cum Baaſa rege
4 Iſrael, facias eum à me recedere. ¶ Quo comperto Benadad miſit principes exercituum ſuorum ad vrbes Iſrael:
qui percuſſerunt Ahion, & Dan, & Abel-maim, & vni-
5 uerſas vrbes Nephthali muratas. ¶ Quod cum audiſſet
Baaſa, deſijt ædificare Rama, & intermiſit opus ſuum.
6 ¶ Porrò Aſa rex aſſumpſit vniuerſum Iudam, & tulerunt
lapides de Rama, & ligna quæ ædificationi præparaue-
7 rat Baaſa: ædificauitque ex eis Gabaa & Maſpha. ¶ In
tempore illo venit Hanani propheta ad Aſam regem Iuda, & dixit ei, Quia habuiſti fiduciam in rege Syriæ, &
non in Domino Deo tuo: idcirco euaſit Syriæ regis exer-
8 citus de manu tua. ¶ Nonne AEthiopes & Libyes multo
plures erant quadrigis & equitibus, & multitudine nimia:
quos

Aſa, metu Baaſa regis Iſrael init fœdus cum Bẽadad rege Syriæ.

B

Ben-adad percutit vrbes Iſraelis.

Arguitur Aſa, quod hominibus, non Deo fidat.

C

Suprà. 14. c. 1. Mac. 9. a.



quos cum in Domino crediſſes, tradidit in manu tua?
¶ Oculi enim Domini contẽplantur vniuerſam terram, & 9
præbent fortitudinem his qui corde perfecto credunt in
eum. Stultè igitur egiſti, & propter hoc "etiã ex præſenti
tẽpore aduerſum te bella cõſurgent. ¶ Iratuſq; Aſa ad- 10
uerſus videntem, iuſſit eum mitti in neruum: valde quippe ſuper hoc fuerat indignatus: & interfecit de populo in
D tempore illo plurimos. ¶ Opera autem Aſa prima & no 11
uiſſima ſcripta ſunt in Libro regum Iuda & Iſrael. ¶ AE- 12
grotauit etiam Aſa anno triceſimonono regni ſui, dolore
pedũ vehementiſſimo, & nec in infirmitate ſua quæſiuit
Dominum, ſed magis in medicorum arte confiſus eſt.
¶ Dormiuitq; cũ patribus ſuis: & mortuus eſt anno qua- 13
drageſimoprimo regni ſui. ¶ Et ſepelierunt eum in ſepul 14
chro ſuo quod foderat ſibi in Ciuitate-Dauid: poſueruntque eum ſuper lectũ ſuum plenũ aromatibus & vnguẽtis
meretricijs, quæ erant pigmentariorum arte confecta, &
combuſſerunt ſuper eum ambitione nimia.

Cor perfectum cum Deo, & fidei. Iohan. 7. f. Prophetam arguentem eum incarcerat Aſa.

AEgrotans Aſa, fidit ſolis medicis.

Mortuus comburitur Aſa cũ ingenti põpa.

*ſed quoniam nitebaris Domino, tradidit ille eos in manum tuam? Nam oculi Domini 13 diſcurrunt per vniuerſum orbem, 14 vt roboret hos qui erga eum ſunt integro corde. Stulte egiſti in hoc, quoniam 15 porrò bella contra te erunt. Et iratus Aſa contra videntem, tradidit eum in carcerem: erat enim ſecum 16 hac de re commotus. oppreſſit etiam Aſa eodem tempore quoſdam è populo. Et ecce res geſtæ Aſæ 17 priores & poſteriores ſcriptæ ſunt in libro regum Iehuda & Iſrael. AEgrotauit autem Aſa anno regni ſui trigeſimonono 18 pedibus ſuis, 19 donec morbus ſuus valde increſceret, 20 & in morbo ſuo non quæſiuit Dominum, ſed medicos. Dormiuit ergo Aſa cum patribus ſuis, mortuuſq; eſt anno regni ſui quadrageſimoprimo. Et ſepelierunt eum 21 in ſepulchris eius, quæ pro ſe exciderat in ciuitate Dauidis, & poſuerunt eum in lecticam quam 22 odoribus delicatiſſimis & peregrinis arte pigmentaria conditis 23 impleuerat, & 24 buſtum ei fecerunt, idq; magna admodum combuſtione.*

## SCHOLIA IN CAP. XVI.

1 Id eſt, muniuit, cinxit muro & foſſa. 2 id eſt, qui tum habitabat in Damaſco. 3 q. d. Fuit magna concordia ſemper inter me & te. 4 vel, mitto 5 vadas 6 horrea vrbium Nephthali, id eſt, omnes vrbes munitas tribus Nephthali. 7 quos ſcilicet conuexerãt in Rama vt eam munirent. 8 vel, innixus es 9 q. d. non tantum viciſſes regem Iſrael, ſed etiam exercitum regis Syriæ. 10 ſubaudi, illi à te deuicti. 11 id eſt, Libyes. 12 Heb. in multitudine, id eſt, multum & copioſum. 13 id eſt, explorant vniuerſam terram. q. d. nihil eum latet. 14 vt oſtendat potentiam ſuam apud eos (vel cum ijs) qui &c. id eſt, vt oſtendat ſe potentem ac fortem cum ijs qui illi perfecto corde credunt. 15 ex hoc tempore 16 id eſt, ob eam prophetiam. 17 id eſt, quæ geſſit initio regni ſui & in fine. 18 Hoc eſt, Laborauit podagra. Hebræi de tumore pedum intelligunt. 19 Hebraiſmus, vſque ſurſum, id eſt, vſque ad ſummam partem corporis graſſatus eſt morbus. 20 Hebraiſmus, & tamen in &c. vel, & etiam in &c. 21 id eſt, in vno ſepulchrorum ipſius. Fortaſſe quia erat magnum ſepulchrum, vocat ſepulchra numero plurali. q. d. in ſepulchro illo ampliſſimo, & multorum cadauerum capaci. 22 aromatibus & odoramẽtis confectis pigmentario opere 23 Singulare pro plurali. Quod Latini in multis locutionibus dicere ſolent per tertiam perſonam pluralem, ſubaudientes dictionem homines, aut ſimilem, Hebræi efferunt per tertiam ſingularem: vt hîc, repleuerat, pro repleuerant. 24 Hebraiſmus, combuſtionem.

## CAP. XVII.

REgnauit autem Ioſaphat filius eius pro eo, & inualuit contra Iſrael. ¶ Conſtituitque militum nu- 2
meros in cunctis vrbibus Iuda, quæ erant vallatæ
muris: præſidiaque diſpoſuit in terra Iuda, & in ciuitatibus Ephraim quas ceperat Aſa pater eius. ¶ Et fuit Domi 3
nus cum Ioſaphat, quia ambulauit in vijs Dauid patris
ſui primis: & nõ ſperauit in baalim, ¶ Sed in Deo patris 4
ſui, & perrexit in præceptis illius, & non iuxta peccata
Iſrael. ¶ Confirmauitque Dominus regnũ in manu eius: 5
& dedit omnis Iuda munera Ioſaphat: factæque ſunt ei
B infinitæ diuitiæ, & multa gloria. ¶ Cumque ſumpſiſſet 6
cor eius audaciam propter vias Domini, etiam excelſa &
lucos de Iuda abſtulit. ¶ Tertio autẽ anno regni ſui miſit 7
de principibus ſuis Ben-hail, & Obdiam, & Zachariam,
& Nathanael, & Michæam, vt docerent in ciuitatibus
Iuda. ¶ Et cum eis Leuitas, Semeiam, & Nathaniam, & 8
Zabadiam, Aſahel quoque & Semiramoth & Ionathan,
Adoniamque & Tobiam & Thob-adoniam Leuitas: &
cum eis Eliſama & Ioram ſacerdotes: ¶ Docebantque 9
populum in Iuda, habentes librum legis Domini: & circuibant cunctas vrbes Iuda, atque erudiebant populum.
C ¶ Itaque factus eſt pauor Domini ſuper omnia regna ter 10
rarum quæ erant per gyrum Iuda: nec audebant bellare
contra Ioſaphat. ¶ Sed & Philiſthæi, Ioſaphat munera 11
deferebant, & vectigal argenti. Arabes quoque adducebant pecora arietum, ſeptem millia ſeptingentos, &
hircos totidem. ¶ Creuit ergo Ioſaphat, & magnifica- 12
tus eſt vſque in ſublime: atque ædificauit in Iuda domos ad inſtar turrium, vrbeſque muratas. ¶ Et multa 13
opera "patrauit in vrbibus Iuda: viri quoque bellatores,
& robuſti erant in Ieruſalem, ¶ quorum iſte numerus 14
per domos atque familias ſingulorum. In Iuda "principes
exercitus, Ednas dux, & cum eo "robuſtiſſimorum viri

Aſæ ſuccedit Ioſaphat.

Ioſaphat fidit Deo.

Ioſaphat mittit prædicatores per vniuerſum Iudam, habentes librũ legis.

"parauit

"principes "robuſtiſſimi

## CAP. XVII.

*REgnauit autem Ioſaphat filius eius pro eo, & 1 inualuit contra Iſraelem, Et poſuit exercitum in omnibus ciuitatibus Iehuda munitis, & in terra Iehuda 2 præfectos collocauit: ſic in ciuitatibus Ephraim quas ceperat pater eius Aſa. Fuit ergo Dominus cum Ioſaphat, quoniam 3 ambulauit in vijs Dauidis patris ſui primis, nec quæſiuit 4 baalim, Sed Deum patris ſui quæſiuit, & in præceptis eius ambulauit, & 5 non iuxta opera Iſraelis. Firmauitq; Dominus regnum in manu eius, & dederunt omnes Iudæi munera ipſi Ioſaphat ita vt haberet inſigniter opes & gloriam. 6 Extulit cor ſuum in vijs Domini, inſuper amouit excelſa & lucos ex Iehuda. Anno tertio regni ſui miſit proceres ſuos, [nempe] Ben-hail, Obadiam, Sachariam, Nethaneel, Micheam, vt 7 docerent in ciuitatibus Iehuda, Et cum eis Leuitas, Semeiam, Nethaniam, Sebadiam, Aſahelem, Semiramoth, Ionathan, Adoniam, Tobiam, & Tobadoniam Leuitas, & cum eis Eliſama & Iehoram ſacerdotes, 8 Qui docuerunt in Iehuda, habebantq; ſecum librum legis Domini. circumierunt autem per omnes ciuitates Iehuda, & docuerunt populum. Irruit ergo pauor Domini ſuper omnia regna nationum quæ circunquaque erant Iehuda, ita vt non belligerarent contra Ioſaphat. 9 Attulerunt & de Paleſthinis munera & 10 pondera argenti ipſi Ioſaphat. Arabes quoque adducebant ei pecudes, [nempe] arietum ſeptem millia & ſeptingentos, & hircorum ſeptem millia & ſeptingentos. Promouit itaque Ioſaphat & creuit in immenſum, & ædificauit in Iehuda arces & vrbes 11 ad repoſitoria. 12 Fecit præclara opera in vrbibus Iehuda, & habuit 13 milites fortiſſimos heroes in Ieruſalem. 14 Porrò iſtæ ſunt præfecturæ eorum ſecundum domos patrum ſuorum. In Iehuda tribuni [fuerunt] Adna princeps, & cũ eo 15 heroes fortiſſimi*

*tur centum mille. 16 Ad manum eius fuit Iehohanan princeps, & cum eo ducenta & octoginta millia. Ad manum quoque eius Amaſias filius Sichri, qui ſponte ſe Domino dederat, & cum eo ducenta millia heroũ fortiũ. Ex filijs Beniamin fortiſſimus heros Eliada, & cũ eo armatorũ arcu & clypeo ducẽta millia. Ad manũ eius Iehoſabad, cumq; eo centum & octoginta millia 17 eorũ qui expediti erãt ad militiã. Iſti miniſtri erant regis, præter eos quos collocauerat rex in ciuitatibus munitis per totam Iudæam.*

15 trecenta millia. ♀ Poſt hunc Iohanan princeps, & cum D
16 eo ducenta octoginta millia. ♀ Poſt illum quoque Amaſias filius Zechri, conſecratus Domino, & cum eo ducen-
17 ta millia virorum fortium. ♀ Hunc ſequebatur robuſtus ad prælia Eliada, & cum eo tenentium arcum & clypeum
18 ducenta millia. ♀ Poſt iſtum etiam, Iozabad: & cum eo
19 centum octoginta millia expeditorũ militum. ♀ Hi omnes erant ad manum regis, exceptis alijs quos poſuerat in vrbibus muratis, in vniuerſo Iuda.

## SCHOLIA IN CAP. XVII.

1 Heb. fortificauit ſe, id eſt, robur ac vires ſuas oſtẽdit contra Iſraelem: hoc eſt, viribus vicit Iſraelem. 2 præſidia 3 q.d. imitatus eſt Dauidem patrem ſuum, præſertim in ea ætate qua pie & ſancte vixit. 4 idola.i. non implorauit auxiliũ idolorum. Requirere, eſt opem implorare. 5 q.d. Iſraelitæ erant idololatræ, hic verò coluit Deũ verum. 6 Heb. Et exaltatũ eſt cor eius in &c.i. nihil habuit prius quàm vt obſeruaret præcepta Dñi. 7 ſub. populum legẽ Dei. 8 Docuerũt itaq;. ſub. populũ, legẽ Domini ex libro quem ſecum habebant. 9 vel, Adducebant 10 Heb. argentum tributi. vel vectigalis, id eſt, pro vectigali. 11 Heb. theſaurorum, id eſt, vrbes munitas, quod in vrbibus huiuſmodi ſolent reponi theſauri & quæ pertinent ad munitionem vrbis. 12 Heb. Et opus multum fuit illi in &c. q. d. Et vrbes Iuda magno ſtudio ac ſumptu muniuit. 13 Hebr. homines belli, potentes viribus &c. id eſt milites peritiſsimos rei militaris, & fortiſsimos. 14 Hebr. Iſte autem eſt numerus eorum. ſiue ſingulorum. Deſcribit numerum eorum militum fortium. 15 Hebraiſ. potentes viribus 16 id eſt, Iuxta eum, proximus ab eo. 17 id eſt, militum leuis armaturæ.

## CAP. XVIII.

*QVumq; Ioſaphat abundaret opibus & gloria, 1 affinitate iunctus eſt ipſi Ahab. Expletis autem [ aliquot ] annis, 2 deſcendit ad Ahab in Samariam, mactauitq; 3 ei Ahab multas oues & boues, ſimulq; populo quem ſecum habuit, 4 perſuaſitq; illi vt [cum eo] aſcenderet in 5 Ramoth-Gilead. Ait enim Ahab rex Iſrael ad Ioſaphat regem Iehuda, Viſne mecum proficiſci in Ramoth 6 Gilead? reſpondit ei, 7 Quemadmodum ego, ſic & tu: quemadmodum populus tuus, populus meus, tecumq; [proficiſcemur] in bellum. Dixit inſuper Ioſaphat ad regem Iſraelis, Conſule quæſo hodie 8 verbum Domini. Congregans ergo rex Iſraelis prophetas, quadringentos nempe viros, dixit ad eos, Proficiſcemurne in bellum contra Ramoth-Gilead, an omittam? Illi dixerunt, Aſcende: 9 nam tradet Deus in manum regis. 10 Dixit autem Ioſaphat, Eſtne 11 adhuc hic propheta Domini, vt ab eo queramus? Reſpondit rex Iſraelis ipſi Ioſaphat, Eſt adhuc vir quidam per quẽ Dominum poſſemus interrogare: at ego odio eum proſequor, quoniam nihil boni 12 mihi prophetat, ſed cunctis diebus ſuis 13 malũ: is eſt Micheas filius Iemla. Dixitq; Ioſaphat, Ne loquatur rex ſic. Vocauit itaque rex Iſrael 14 cubicularium quendam, & dixit, Confeſtim accerſe Micheam filium Iemla. Cæterum rex Iſraelis, & Ioſaphat rex Iehuda ſedebant vterque in ſolio ſuo, induti 15 veſtibus, ſedebant autem in area 16 iuxta oſtium portæ Samariæ, omneſq; prophetæ vaticinabantur coram eis. Fecerat autem Zedekias filius Chnaana ſibi 17 cornua ferrea, & aiebat, Sic dicit Dominus, 18 Iſtis feries tu Syros, donec eos in vniuerſum perdas. Ad hunc modum omnes prophetæ vaticinabantur, dicentes, Aſcende in Ramoth-Gilead, 19 & fœliciter ages, 20 tradet Dominus in manum regis. Porrò nuntius qui vocatũ ierat Micheam, loquutus eſt ad eum, dicens, En vaticinia prophetarum vno ore fauſta [ 21 prædictũ ] regi: ſit itaque quæſo ſermo tuus 22 conſonus illorum ſermonibus, vt & tu fauſta loquaris. Micheas dixit, Viuit Dominus, quodcunque dixerit Dominus Deus ad me, hoc loquar. Et quum veniſſet ad regẽ, dixit rex ad eum, Proficiſcemurne Michea, bellaturi contra Ramoth Gilead, an omittemus? is verò dixit, 23 Aſcẽdite: res proſpere cedet vobis, 24 tradentur in manũ veſtram. Dixitq; ad eum rex, 25 Quoties te iureiurãdo adigã in nomine Domini, ne loquaris ad me niſi veritatem? Tum dixit [ Micheas, ] 26 Vidi vniuerſum Iſraelem diſpenſum 27 in montibus veluti oues quibus nõ eſt paſtor, 28 dixitq; Dominus, Illi non habent dominũ: reuertatur quiſque domũ ſuã incolumis. Ait ergo rex Iſrael ad Ioſaphat, Annon dixeram tibi, Is nihil boni vaticinatur mihi, ſed malum duntaxat? Tum dixit [Micheas,] 29 Audite ergo verbum Domini, Vidi Dominum ſedentem in ſolio ſuo, & omnis exercitus cælorum ſtabat ad dextera eius, & ad ſiniſtram eius: dicebatq; Dominus,*

## CAP. XVIII.

Ioſaphat affinitate coniungitur Achab. 3. Reg. 22. a.

1 FVit ergo Ioſaphat diues & inclytus multum, & affi-
2 nitate coniunctus eſt Achab. ♀ Deſcenditq; poſt
annos ad eum in Samariam: ad cuius aduentum ma
ctauit Achab arietes, & boues plurimos ipſi & populo
qui venerant cum eo: perſuaſitque illi vt aſcenderet in
3 Ramoth-Galaad. ♀ Dixitque Achab rex Iſrael ad Io-
ſaphat regem Iuda, Veni mecum in Ramoth-Galaad. cui
ille reſpondit, Vt ego, & tu: ſicut populus tuus, ſic & popu
4 lus meus, tecumque erimus in bello. ♀ Dixit Ioſaphat
ad regem Iſrael, Conſule obſecro, impræſentiarum ſermo
5 nem Domini. ♀ Congregauit igitur rex Iſrael prophe-
tarum quadringentos viros, & dixit ad eos, In Ramoth-
Galaad ad bellandum ire debemus, an quieſcere? At illi,
6 Aſcende, inquiunt, & tradet Deus in manu regis. ♀ Di-
xitque Ioſaphat, Nunquid non eſt hîc prophetes Domi-
7 ni, vt ab illo etiam requiramus? ♀ Et ait rex Iſrael ad
Ioſaphat, Eſt vir vnus à quo poſſumus quærere Domini
voluntatem: ſed ego odi eum, quia non prophetat mihi
bonum, ſed malum omni tempore: eſt autem Michæas fi-
lius Iemla. Dixitque Ioſaphat, Ne loquaris rex hoc mo-
8 do. ♀ Vocauit ergo rex Iſrael vnũ de eunuchis, & dixit
9 ei, Voca cito Michæam filiũ Iemla. ♀ Porrò rex Iſrael,
& Ioſaphat rex Iuda vterque ſedebant in ſolio ſuo, veſtiti
cultu regio. ſedebant autem in area iuxta portam Sama-
10 riæ, omneſque prophetæ vaticinabantur coram eis. ♀ Se-
decias verò filius Chanaana fecit ſibi cornua ferrea, &
ait, Hæc dicit Dominus, His ventilabis Syriã, donec con-
11 teras eam. ♀ Omneſque prophetæ ſimiliter propheta-
bant, atque dicebant, Aſcẽde in Ramoth-Galaad, & pro-
12 ſperaberis, & tradet eos Dominus in manu regis. ♀ Nun-
tius autẽ qui ierat ad vocandũ Michæam, ait illi, En, verba
omniũ prophetarũ vno ore bona regi annuntiant: quæſo
ergo te vt & ſermo tuus ab eis non diſſentiat, loquariſque
13 proſpera. ♀ Cui reſpodit Michæas, Viuit Dominus, quia
14 quodcunque dixerit mihi Deus meus, hoc loquar. ♀ Ve-
nit ergo ad regẽ. Cui rex ait, Michæa, ire debemus in Ra-
moth-Galaad ad bellandum, an quieſcere? cui ille reſpon
dit, Aſcendite: cuncta enim proſpera euenient, & traden-
15 tur hoſtes in manus veſtras. ♀ Dixitque rex, Iterum,
atque iterum te adiuro, vt mihi no loquaris, niſi quod ve-
16 rum eſt in nomine Domini. ♀ At ille ait, Vidi vniuerſum
Iſrael diſperſum in montibus, ſicut oues abſque paſtore:
& dixit Dominus, Non habent iſti dominos: reuertatur
17 vnuſquiſque in domum ſuam in pace. ♀ Et ait rex Iſ-
rael ad Ioſaphat, Nonne dixi tibi quòd non propheta-
ret iſte mihi quicquam boni, ſed ea quæ mala ſunt?
18 ♀ At ille, Idcirco, ait, audite verbum Domini, Vidi Do-
minum ſedentem in ſolio ſuo, & omnem exercitum cæli
19 aſſiſtentem ei à dextris & à ſiniſtris. ♀ Et dixit Dominus,
Quis

Ioſaphat cum Achab aſcendit ad bellum.

B

400 pſeudoprophetæ.

Ioſaphat requirit verbum Dei.

Micheas ſolus Dei propheta, accerſitur.

C

Propheta Dei, verbum Dei loquitur.

D

Ironia Michææ & imitatio pſeudoprophetarũ.

Adiurare.

Prædicit populum diſpergendum, & Achab occidendum.



Quis decipiet Achab regem Iſrael, vt aſcendat & corruat
E in Ramoth-Galaad? Cumque diceret vnus hoc modo, &
alter alio: ♀ proceſsit ſpiritus, & ſtetit coram Domino, 20
& ait, Ego decipiam eum, Cui Dominus, In quo, inquit,
decipies? ♀ At ille reſpondit, Egrediar, & ero ſpiritus 21
mendax in ore omnium prophetarum eius. dixitque Do-
minus, Decipies, & præualebis: egredere, & fac ita.
♀ Nunc igitur, ecce Dominus dedit ſpiritum mendacij in 22
ore omnium prophetarum tuorum: & Dominus locutus
eſt de te mala. ♀ Acceſsit autem Sedecias filius Chanaa- 23
na, & percuſsit Michææ maxillam, & ait, Per quam viam
tranſiuit Spiritus Domini à me, vt loqueretur tibi? ♀ Di- 24
xitque Michæas, Tu ipſe videbis in die illo, quando in-
greſſus fueris cubiculum de cubiculo, vt abſcondaris.
F ♀ Præcepit autem rex Iſrael, dicens, Tollite Michæam, 25
& ducite eum ad Ammon principem ciuitatis, & ad Ioas
filium * Amelech. ♀ Et dicetis, Hæc dicit rex, Mittite 26
hunc in carcerem, & date ei panis modicum & aquæ pau
xillum: donec reuertar in pace. ♀ Dixitque Michæas, 27
Si reuerſus fueris in pace, non eſt locutus Dominus in me.
& ait, Audite omnes populi. ♀ Igitur aſcenderunt rex 28
Iſrael, & Ioſaphat rex Iuda, in Ramoth-Galaad. ♀ Di- 29
xitque rex Iſrael ad Ioſaphat, Mutabo habitum, & ſic ad
pugnam vadam: tu autem induere veſtibus tuis. Mutato-
que rex Iſrael habitu, venit ad bellum. ♀ Rex autem 30
Syriæ præceperat ducibus equitatus ſui, dicens, Ne pu-
G gnetis contra minimum, aut contra maximum, niſi con-
tra ſolum regem Iſrael. ♀ Itaque cum vidiſſent princi- 31
pes equitatus Ioſaphat, dixerunt, Rex Iſrael eſt iſte. &
circundederunt eum dimicantes: at ille clamauit ad Do-
minum, & auxiliatus eſt ei, atque auertit eos ab illo.
♀ Cum enim vidiſſent duces equitatus quòd non eſſet 32
rex Iſrael, reliquerunt eum. ♀ Accidit autem vt vnus è 33
populo ſagittam in incertum iaceret, & percuteret regem
Iſrael inter ceruicem & ſcapulas: at ille aurigæ ſuo ait,
Conuerte manum tuam, & educ me de acie, quia vulne-
ratus ſum. ♀ Et finita eſt pugna in die illo: porrò rex Iſ- 34
rael ſtabat in curru ſuo contra Syros vſque ad veſperam,
& mortuus eſt occidente ſole.

Percutitur Michæas à pſeudopropheta.

* Hammelech. i. regis.

Michæas incarceratur.

Conatur Achab euitare voluntatem Dei, ſuo conſilio.

Ioſaphat clamat ad Dominum, qui ab illo hoſtes auertit.

Percuſſus Achab moritur iuxta verbum Dei.

*Quis 30 perſuadebit Ahab regem Iſraelis, vt aſcendat & corruat in Ramoth-Gilead? 31 Quumq; alius aliud dixiſſet, egrediebatur ſpiritus quidam, qui ſtans coram Domino, dixit, Ego 32 perſuadebo ei. aitq; Dominus ad eum, 33 Qua in re? Qui dixit, Egrediar, eroq; ſpiritus mendax in ore omnium prophetarum eius. dixit ergo, 34 Perſuadebis, ſimulq; efficies: 35 egredere, & fac ſic: & nunc, en Dominus dedit ſpiritum mendacem in os iſtorum tuorum prophetarum, 36 loquutuſq; eſt Dominus ſuper te malum. Accedens autem Zedekias filius Chnaana, percuſſit Micheam in maxillam, & dixit, Quanam via receſſit Spiritus Domini à me, vt tibi loqueretur? Et ait Micheas, En tu videbis ipſo eodem die, quando è penetrali in penetrale 37 fugeris, vt abſcondaris. Ait autem rex Iſraelis, Tollite Micheam, & 38 reducite eum ad Amon præfectum ciuitatis, & ad Ioas filium regis: Diceti ſq;, Sic ait rex, Ponite hunc in carcerem, & 39 date ei cibum, panem ſcilicet & aquam, (vt ſolet afflictis,) donec ego incolumis reuerſus fuero. Tum ait Micheas, Si reuerſus fueris incolumis & ſaluus, 40 Dominus non eſt loquutus per me. ſimulq; dixit, 41 Audite omnes populi. Aſcendit itaque rex Iſraelis, & Ioſaphat rex Iehuda, in Ramoth-Gilead, Dixitq; rex Iſraelis ad ipſum Ioſaphat, 42 Mutandus eſt habitus, & 43 eundum in prælium: tu verò indue veſtimenta tua. immutauitq; habitum rex Iſraelis, & 44 ingreſſus eſt prælium. Porrò rex Syriæ præceperat ducibus curruum, quos penes ſe habebat, dicẽs, Ne conſeratis manus neque cum magno, neque cum paruo, 45 præter quàm cum ſolo rege Iſraelis. Quum autem duces curruum viderent ipſum Ioſaphat, dixerunt, Is eſt rex Iſraelis: & conceſſerunt ad eum vt 46 pugnarent. tum 47 clamauit Ioſaphat, & Dominus auxiliabatur ei, 48 abegitq; illos Deus ab eo. Quumq; duces curruum vidiſſent quòd non eſſet rex Iſraelis, diuerterunt ab eo. Quidam autem 49 intendens arcum quam maxime potuit, ferijt regem Iſraelis inter iuncturas [thoracis,] & inter loricam. is autem dixit aurigæ, Verſa manu tua, educ me 50 ex caſtris, quoniam vulneratus ſum. 51 Deſijt itaque prælium eo ipſo die. porrò rex Iſraelis 52 ſuffultus ſtabat in curru 53 prope Syros vſque ad veſperam, & mortuus eſt ſole occidente.*

## SCHOLIA IN CAP. XVIII.

1 Nam filius ipſius Ioſaphat factus eſt gener Achab regis Iſraelis. 2 ſub. de Ieruſalem. 3 id eſt, in gratiã eius. 4 vel, illexitque eum 5 Hæc erat in tribu Gad: occupata autem fuerat à rege Syriæ. 6 id eſt, quæ eſt in regione Galaaditide? 7 .i. Nulla eſt differentia inter me & te, eiuſdem ſumus voluntatis, vtere opera mea vt tua, & populo meo vt tuo. 8 id eſt, voluntatem. q.d. Paratus ſum tecum proficiſci ſi ita Domino videatur. 9 Heb. & dabit 10 ſub. ad Achab. 11 hîc propheta (vllus) Domino vltra vt requiramus ab eo? vel per eum? id eſt, à quo interrogare poſsimus voluntatem Domini? 12 Heb. de me 13 Heb. in malum. q. d. infauſta ſemper vaticinatus eſt de me. 14 Heb. eunuchum. Olim cubicularij regum ſemper erant eunuchi. hinc factum eſt vt eunuchi dicantur quicunque ſunt à cubiculo regis: licet reipſa non ſint eunuchi. 15 ſub. regijs. 16 ad introitum 17 ſub. quæ impoſuit capiti ſuo. Olim prædicebant vates futura, non tantum verbis, ſed etiam ſignis, vt hîc facit falſus propheta. 18 ſubaudi, cornibus. 19 Heb. & proſperare. i. proſpere tibi cedet. 20 ſub. eam vrbem. 21 vel, (pollicentur) 22 ſicut vnius ex illis, & loquaris bonum. q.d. loquere ſimilia ijs quæ prædixerunt prophetæ illi, nempe fœlicia ac fauſta regi. 23 Hæc ironice dicuntur à propheta: propterea non eſt vſus formula illa verorum prophetarũ, Hæc dicit Dominus. 24 ſub. Syri. 25. i. Quoties te ſines adiurari per nomen Do. vt non loquaris &c. 26 ſub. animo 27 vicinis ſcilicet ipſi Ramoth-Gilead. erat enim ea regio montoſa. 28 ſubaudi, mihi 29 q.d. Quia rex non acquieſcit verbis meis quæ vera ſunt, audite ſermonem meum qui eſt à Domino. 30 decipiet 31 Heb. dixitque, Iſte dicebat ſic, & iſte dicebat ſic. &. In hoc, Dixitque, ſub. Micheas: verba ſunt authoris huius libri. Verba autẽ Micheæ ſunt iſta, Iſte dicebat &c. 32 decipiã eum. 33 vel, Quo pacto? 34 Imponas, & etiã præualeas: 35 ſub. à me. 36 at locutus eſt &c. q.d. pollicentur illi omnia tibi fauſta: at Dominus infauſta omnia pollicetur. 37 ingredieris. q.d. ſubinde mutabis cubiculũ, neque locũ ſecurum inuenies vbi quieſcas. 38 Hoc dicit quod aut euocatus fuerat è carcere, aut carceres erant extra vrbẽ. 39 Heb. facite vt edat panem afflictionis & aquam afflictionis. Chaldæus paraph. in libris Regum refert ad paucitatẽ cibi & potus. q.d. date illi parum panis & aquæ. 40 q. d. ſum falſus propheta. 41 q. d. Vos qui auditis quæ dico, eſtote memores horũ verborum quæ dico. 42 Mutabo habitũ meũ. 43 ingrediar 44 ingreſsi ſunt. rex ſcilicet Iſrael, & rex Iuda. 45 Hebraiſmus, ſed (pugnabitis) cum ſolo rege Iſraelis. q. d. tota vis belli feratur in vnum regem Iſrael. 46 ſubaudi, cum eo. 47 id eſt, implorauit opem diuinam. 48 Hebraiſmus, perſuaſitque illis, id eſt, incitauit illos Dominus vt recederẽt ab eo. 49 traxit arcũ in ſimplicitate ſua, &c. i. attracto neruo arcu ſagittã emiſit non animo feriendi illum. 50 de prælio, 51 Et aſcendit conflictus, id eſt, creuit, ſiue inualuit prælium. q.d. commiſſum fuit atrox prælium. 52 tenebat ſe rectum. vel, ſtabat rectus. diſsimulans vulnus quod acceperat. 53 eregione Syrorum.

## CAP. XIX.

Ioſaphat increpatur à propheta Iehu, quòd auxiliũ præſtiterit impio Achab.

REuerſus eſt autem Ioſaphat rex Iuda in domum 1
ſuam pacifice, in Ieruſalem. ♀ Cui occurrit Iehu 2
filius Hanani videns, & ait ad eum, Impio præbes
auxiliũ, & his qui oderunt Dominum amicitia iungeris:

*REuerſus eſt autem Ioſaphat rex Iehuda incolumis domũ ſuam in Ieruſalẽ: Egreſſuſq; obuiã ei Iehu filius Hanani vidẽs, dixit regi Ioſaphat, 1 Tune impio auxiliũ ferre, & diligere eos [voluiſti] qui dominũ oderũt?*

 2 ob hanc

*2 ob hanc rem[venit] ſuper te indignatio à Domino. Veruntamen 3 res bonæ inuentæ ſunt in te, quoniam excidiſti lucos de terra, & præparaſti cor tuum vt quæreres Deum. 4 Habitauit itaque Ioſaphat Ieroſolymis, conuerſuſq; egreſſus eſt 5 ad populum à Beer-ſeba vſque ad montem Ephraim, 6 reduxitq; eos ad Dominum Deum patrum ſuorum. Conſtituitq; iudices in terra in omnibus ciuitatibus Iehuda munitis, idque oppidatim. Aitq; ad iudices, Diſpicite 7 quid agatis, 8 non enim homini iudicabitis, ſed Domino, 9 qui vobiſcum eſt in cauſis quas iudicatis, ſit ergo metus Domini vobiſcum: 10 cauti ergo ſitis & ſatagite: quoniam non eſt 11 vlla peruerſitas apud Dominum Deum noſtrum, vt vel perſonas ſuſcipiat, vel munera recipiat. Sed & Ieroſolymis 12 conſtituit Ioſaphat 13 ipſi Iſraeli quoſdam ex Leuitis & ſacerdotibus, & ex præcipuis patribus ad iudicium Domini, & ad lites, qui habitarent Ieroſolymis. Præcepit autem illis huiuſmodi mandatis, Sic facietis 14 in timore Domini, 15 in veritate & 16 candido corde. Quæcunque cauſa venerit ad vos, de fratribus veſtris habitantibus 17 in ciuitatibus ſuis, 18 inter ſanguinem & ſanguinem, inter legem & præceptum, [inter] 19 ſtatuta & 20 iudicia, 21 moneatis eos 22 ne delinquant contra Dominum, [23 ne] ira [Domini] veniat ſuper vos, & ſuper fratres veſtros: hoc ſi feceritis, non delinquetis. Et ecce 24 habetis vobiſcum Amariam ſummum ſacerdotem in omni negotio 25 Domini: adhæc Sebadiam filium Iſmaelis principem domus Iehuda in omnibus negotijs regis, [habetis] denique Leuitas 26 executores coram vobis: fortes igitur eſtote, & 27 ſatagite, Eritq; Dominus 28 cum eo qui bene [egerit.]*

& idcirco iram quidem Domini merebaris: ♀ ſed bo- Fides.
3 na opera inuenta ſunt in te, eo quòd abſtuleris lu- Opera.
cos de terra Iuda, & præparaueris cor tuum vt requi-
4 reres Dominum Deum patrum tuorum. ♀ Habita-
uit ergo Ioſaphat in Ieruſalem: rurſumque egreſſus Reuocat populum ad Deum.
eſt ad populum de Ber-ſabee vſque ad mõtem Ephraim, B
& reuocauit eos ad Dominum Deum patrum ſuorum.
5 ♀ Conſtituitque iudices terræ in cunctis ciuitatibus Iuda
6 munitis, per ſingula loca, ♀ Et præcipiens iudicibus, Exhortatio ad iudices.
Videte, ait, quid faciatis: non enim hominis exercetis iudi
cium, ſed Domini: & quodcunque iudicaueritis, in vos
7 redundabit. ♀ Sit timor Domini vobiſcum: & cum di-
ligentia cuncta facite: non eſt enim apud Dominum Deut.10.d.
Deum noſtrum iniquitas, nec perſonarum acceptio, nec Roman.2.b.
8 cupido munerum. ♀ In Ieruſalem quoque conſtituit Io- Gal.2.b.
ſaphat Leuitas & ſacerdotes, & principes familiarum ex Epheſ.6.b.
Iſrael, vt iudicium & cauſam Domini iudicarent habita- C Coloſſ.3.d. Actor.10.d.
9 toribus eius. ♀ Præcepitque eis, dicens, Sic agetis in ti- 1.Petri.1.c.
10 more Domini fideliter, & corde perfecto, ♀ Omnem Eiuſdem exhortatio ad Leuitas.
cauſam quæ venerit ad vos fratrum veſtrorum qui habi-
tant in vrbibus ſuis, inter cognationẽ & cognationẽ, vbi-
cunque quæſtio eſt de lege, de mandato, de ceremonijs,
de iuſtificationibus: oſtendite eis, vt non peccent in Do- D
minũ, & ne veniat ira ſuper vos & ſuper fratres veſtros:
11 ſic ergo agẽtes nõ peccabitis. ♀ Amarias autẽ ſacerdos &
põtifex veſter, in his quæ ad Deũ pertinent, præſidebit:
porrò Zabadias filius Iſmahel, qui eſt dux in domo Iuda,
ſuper ea opera erit quæ ad regis officium pertinẽt: habe-
tiſq; magiſtros Leuitas coram vobis, cõfortamini, & agite
diligenter: Et erit Dominus vobiſcum in bonis. cum bonis.

## SCHOLIA IN CAP. XIX.

1 Vel, (Licetne tibi) ferre opem impio, & (an) eos qui Dominum odio habent, (debuiſti) diligere? 2 & ob id ſuper te ira à conſpectu Domini. q.d. ob idque merueras iram Domini. 3 q.d. propter benefacta effugiſti iram, nempe quod excideris &c. 4 vel, Seditque. ſub. aliquantiſper. 5 (vt ambularet) per populum. fortaſſe quem offenderat malo exemplo. vel, per populũ cui præerat. q.d. peragrauit totam regionem ſibi ſubditam. 6 vel reuocauit. ſub. opera ſacerdotum & Leuitarum. fortaſſe peccauerunt ipſius exemplo. 7 vel, quid facturi ſitis. 8 id eſt, non vices hominis iudicando geretis, ſed Dei. q.d. vos eſtis vicarij Dei, non hominum. 9 Heb. & vobiſcum eſt in negotio iudicij. vel iudiciali. Hoc dicit ne exiſtiment iniuſti iudices Deum latere quid iudicent, ipſe enim teſtis eſt, videns iudicia. 10 obſeruate (vel, cuſtodite. ſub. iuſtitiã, vel legem,) & facite, ſub. iudicium, id eſt, iudicate ſecundum leges: hoc eſt, iuſte iudicate. 11 Heb. iniquitas & acceptio perſonarum & ſuſceptio muneris. q.d. nam Deus noſter abhorret ab iniquitate, ab acceptione perſonarum, & à receptione munerum, quibus corrumpi ſolent iudices. 12 ſub. iudices. 13 Heb. de Leuitis & ſacerdotibus, & de patriarchis Iſrael (vel, de principibus familiarum Iſraelis) propter iudicium Domini & propter cauſam, reuerſique ſunt in Ieruſalem. Propter iudicium &c. id eſt, vt quaſi vicarij Domini cognoſcerent & iudicarent lites &c. 14 q. d. timebitis Dominum, & in timore Domini reddetis iura fratribus veſtris. 15 id eſt, fideliter. 16 q.d. vos ita iudicabitis ore, quemadmodum ſentitis corde. 17 id eſt, in alijs vrbibus à Ieroſolymis. prouocabant enim ad iudices Ieroſolymitanos. 18 q.d. quum fuerit controuerſia de ratione cædis, id eſt, cædeſne fuerit voluntaria, an fortuita. 19 vel, ceremonias 20 ſub. eam iudicabitis. 21 monebitis. ſub. vt caueant poſtea à litibus. 22 & non peccabunt, ſubaudi, poſtea. 23 Heb. & (non) erit ira ſuper &c. i. non iraſcetur Dominus &c. 24 Amarias ſacerdos magnus (vel primarius erit) ſuper vos, id eſt, præerit vobis. 25 id eſt, quod pertinet ad rem diuinam. 26 præfectos. vel, magiſtros, id eſt, erunt præfecti veſtri. hoc eſt, iudicabũt de negotijs veſtris leuioribus. non enim omnes cauſæ Ieroſolymitarum agebantur ab illis iudicibus Ieroſolymitanis, ſed tantum grauiores. Cauſæ ciuium cognoſcebantur à Leuitis, cauſæ autẽ regiæ, à Zebadia. 27 facite. q. d. fungimini veſtro officio, generoſo ac forti animo. 28 Heb. cum bono, id eſt, cum bonis. q.d. aderit vobis Dominus: mercede digna vos donabit. Sic rectius. Quidam Hebræorum ſic, aderit ei qui fecerit bonum, id eſt, iuſtitiam.

## CAP. XX.

*Contigit poſt hæc vt proficiſcerentur Moabitæ & Ammonitæ, 1 cumq; eis alij ex Ammonitis contra Ioſaphat in prælium. Venerunt ergo qui nuntiarent ipſi Ioſaphat huiuſmodi verbis, Venit contra te ingens exercitus 2 tranſmarinorum & 3 Syrorum, & ecce ipſi ſunt in HaZaZon-thamar, 4 quæ eſt En-gadi. Metuit ergo Ioſaphat, 5 & propoſuit quærere Dominum, indixitq; ieiunium vniuerſo Iehuda. Congregati etiam ſunt qui erant in Iehuda, vt 6 quærerent à Domino, quin & ex omnibus ciuitatibus Iehuda 7 venerunt 8 interrogare Dominum. Stetit itaque Ioſaphat in cœtu 9 Iehuda & Ieruſalem 10 in æde Domini 11 ante atrium nouum, Et ait, Domine Deus patrum noſtrorum, annon tu es Deus in cælis? annon tu imperitas in omnibus regnis Gentium? an non in manu tua robur eſt & potentia, 12 nec eſt qui ſe contra te ſtatuat? Annon tu Deus noſter expuliſti 13 habitatores huius terræ coram populo tuo Iſrael, dediſtiq; eam ſemini*

## CAP. XX.

1 POſt hæc congregati ſunt filij Moab, & filij Ammõ, Ammon & Moab inſurgũt cõtra Ioſaphat.
& cum eis de Ammonitis, ad Ioſaphat, vt pugnarẽt
2 contra eum. ♀ Veneruntque nuntij, & indicaue-
runt Ioſaphat, dicentes, Venit contra te multitudo magna
de his locis quæ trans mare ſunt, & de Syria, & ecce conſi
3 ſtunt in Aſaſon-thamar, quæ eſt En-gaddi. ♀ Ioſaphat Ioſaphat implorat auxiliũ Dei cum oratione & ieiunio.
autem timore perterritus, totum ſe contulit ad rogan-
dum Dominum: & prædicauit ieiunium vniuerſo Iuda.
4 ♀ Congregatuſque eſt Iudas ad deprecandum Domi-
num: ſed & omnes de vrbibus ſuis venerunt ad obſecran- Oratio Ioſaphat.
5 dum eum. ♀ Cumque ſtetiſſet Ioſaphat in medio cœtu
Iudæ, & Ieruſalem, in domo Domini ante atrium nouũ,
6 ♀ Ait, Domine Deus patrum noſtrorũ, tu es Deus in cæ-
lo, & dominaris cunctis regnis Gentium: in manu tua eſt B
fortitudo & potentia, nec quiſquam tibi poteſt reſiſtere.
7 ♀ Nonne tu Deus noſter interfeciſti omnes habitatores
terræ huius corã populo tuo Iſrael, & dediſti eam ſemini
Abraham



Abraham amici tui in ſempiternum? ♀ Habitaueruntque 8
in ea, & extruxerunt in illa ſanctuarium nomini tuo, dicẽ
Suprà.6.c. tes, ♀ Si irruerint ſuper nos mala, gladius iudicij, peſti- 9
lentia, & fames, ſtabimus coram domo hac in conſpectu
tuo, in qua inuocatum eſt nomen tuum: & clamabimus ad
te in tribulationibus noſtris, & exaudies nos, ſaluoſque
facies. ♀ Nunc igitur ecce filij Ammon, & Moab, & mõs 10
Deut.2.a. Seir, per quos non conceſsiſti Iſrael vt tranſirent quando
egrediebantur de AEgypto, ſed declinauerunt ab eis, &
non interfecerunt illos: ♀ econtrario agunt, & nituntur 11
eijcere nos de poſſeſsione quam tradidiſti nobis. ♀ Deus 12
noſter, ergo non iudicabis eos? in nobis quidem non eſt
Ioſaphat propriæ virtuti diffidens, ſoli Deo fidit. tanta fortitudo, vt poſsimus huic multitudini reſiſtere,
quæ irruit ſuper nos. Sed cum ignoremus quid agere de-
beamus, hoc ſolum habemus reſidui, vt oculos noſtros di
C rigamus ad te. ♀ Omnis verò Iuda ſtabat coram Domi- 13
no cum paruulis, & vxoribus, & liberis ſuis. ♀ Erat autem 14
Iahaziel filius Zachariæ, filij Banaiæ, filij Iehiel, filij Ma
Iahaziel propheta promittit auxiliũ à Deo. thaniæ, Leuites de filijs Aſaph, ſuper quem factus eſt Spi
ritus Domini in medio turbæ, ♀ Et ait, Attendite omnis 15
Iuda, & qui habitatis in Ieruſalem, & tu rex Ioſaphat: hæc
dicit Dominus vobis, Nolite timere, nec paueatis hanc
multitudinem: nõ eſt enim veſtra pugna, ſed Dei. ♀ Cras 16
deſcendetis contra eos: aſcenſuri enim ſunt per cliuum
nomine Sis, & inuenietis illos in ſummitate torrentis, qui
eſt contra ſolitudinem Ieruel. ♀ Non enim eritis vos 17
qui dimicabitis, ſed tantummodo confidenter ſtate, & vi-
debitis auxilium Domini ſuper vos, ô Iuda, & Ieruſalem:
D nolite timere, nec paueatis, cras egrediemini contra
egrediminii (imperat. eos, & Dominus erit vobiſcum. ♀ Ioſaphat ergo, & Iu- 18
da, & omnes habitatores Ieruſalem ceciderunt proni in
terram coram Domino, & adorauerunt eum. ♀ Porrò 19
Leuitæ de filijs Caath, & de filijs Core laudabant Domi-
num Deum Iſrael voce magna, in excelſum. ♀ Cumque 20
mane ſurrexiſſent, egreſsi ſunt per deſertum Thecua:
profectiſque eis, ſtans Ioſaphat in medio eorum, dixit,
Dei promiſsionibus credendum. Audite me viri Iuda, & omnes habitatores Ieruſalem:
Credite in Domino Deo veſtro, & ſecuri eritis: credite
prophetis eius, & cuncta euenient proſpera. ♀ Dedit- 21
que conſilium populo, & ſtatuit cantores Domini, vt lau-
Laudem canunt Deo in prælio, & vincunt. darent eum in turmis ſuis, & antecederent exercitum, ac
voce conſona dicerent, Confitemini Domino quoniam
in æternum miſericordia eius. ♀ Cumque cœpiſſent lau 22
E des canere, vertit Dominus inſidias eorum in ſemetipſos,
Ammõ, Moab, & Seir mutuis ſe conficiunt vulneribus. filiorum ſcilicet Ammon, & Moab, & montis Seir, qui
egreſsi fuerant vt pugnarent contra Iudam, & percuſsi
ſunt. ♀ Namque filij Ammon, & Moab conſurrexerunt 23
aduerſum habitatores montis Seir, vt interficerent, & de-
lerent eos: cumque hoc opere perpetraſſent, etiam in ſe-
metipſos verſi, mutuis concidêre vulneribus. ♀ Porrò 24
ſpeculam Iuda cum veniſſet ad ſpeluncam quæ reſpicit ſolitudinẽ,
vidit procul omnem latè regionem plenam cadaueribus,
nec ſupereſſe quenquam qui necem potuiſſet euadere.
Ioſaphat cum ſuis conuertitur ad ſpolia. ♀ Venit ergo Ioſaphat, & omnis populus cum eo ad de- 25
trahenda ſpolia mortuorum: inueneruntque inter cadaue
ra, variã ſupellectilem, veſtes quoque, & vaſa pretioſiſſi-
ma: & diripuerunt, ita vt omnia portare non poſſent, nec
per tres dies ſpolia auferre præ prædæ magnitudine.
F ♀ Die autem quarto cõgregati ſunt in Valle-benedictio- 26
nis: etenim quoniam ibi benedixerant Domino, vocaue-
Vallis-benedictionis. runt locum illum Vallis-benedictionis, vſque in præſen-
Gaudium de inimicis. tem diem. ♀ Reuerſuſque eſt omnis vir Iuda, & habita- 27
tores Ieruſalem, & Ioſaphat ante eos in Ieruſalẽ, cũ læti-
Gratiarũ actio de victoria. tia magna, eo quòd dediſſet eis Dominus gaudiũ de ini-
micis ſuis. ♀ Ingreſsique ſunt in Ieruſalẽ cũ pſalterijs, & 28
citharis, & tubis in domũ Domini. ♀ Irruit autem pauor 29
Dei Domini ſuper vniuerſa regna terrarũ, cũ audiſſent quòd
Timor Dei contra inimicos. pugnaſſet Dominus cõtra inimicos Iſrael. ♀ Quieuitque 30
regnũ Ioſaphat, & præbuit ei Deus pacem per circuitum.

*Abrahæ amici tui perpetuo? 14 Qui habitarunt in ea, ædificaueruntq; tibi in ea ſanctuarium nomini tuo, dicentes, Si irruerit ſuper nos malum, gladius 15 vindicans, peſtilentia aut fames, ſtabimus in conſpectu domus iſtius & coram te, (ſiquidem 16 nomen tuum eſt in domo iſta,) 17 & clamabimus ad te de tribulatione noſtra, tu verò exaudies & opem feres. Nunc ergo ecce Ammonitæ & Moabitæ & 18 mons Seir, (per quos non permiſiſti tranſire Iſraelitas quum venirent de terra AEgypti, ſed diuerterunt ab eis, & 19 non deleuerunt eos,) En illi rependunt nobis, vt venientes exturbent nos de poſſeſſione tua, quam nobis poſsidendam dediſti. Deus noſter, annon iudicabis eos? in nobis quidem non eſt robur contra tam ingentem multitudinem quæ venit contra nos, 20 ignoramus quid nobis ſit faciendum, 21 ſed ad te ſunt oculi noſtri. Omnis autem Iehuda ſtabat 22 coram Domino, vnà cum pube ſua, vxoribus ſuis, & liberis ſuis. Erat autem [ibi] Iahaſiel filius Sachariæ, filij Benaiæ, filij Iehiel, filij Mathaniæ Leuita de 23 filijs Aſaph, ſuper quem venit Spiritus Domini in medio cœtu. Qui dixit, Aduertite omnis Iehuda, & habitatores Ieruſalem, & tu rex Ioſaphat, ſic dicit Dominus vobis, Vos ne timueritis, neque animo frangamini metu huius tantæ multitudinis: non enim veſtrum 24 eſt prælium, ſed Dei, Cras 25 deſcendite contra eos, en ipſi 26 aſcendunt per cliuum 27 ZiZ, inuenietis eos in fine torrentis ante deſertum Ieruel. 28 Nec eſt vt vos pugnetis in hoc [prælio:] conſiſtite, ſtate, & videte 29 ſalutem Domini vobiſcum, ô Iehuda & Ieruſalem: nolite timere, neque animo frangi, cras exite contra eos, & Dominus erit vobiſcum. 30 Inclinauit ergo Ioſaphat facie [ſua] terram verſus, ſed & omnis Iehuda, & habitatores Ieruſalem prociderunt ante Dominum, adorantes Dominum. Surrexerunt autem Leuitæ 31 de filijs Cahathitarum, 32 atque de filijs Corhitarum, vt laudarent Dominum Deum Iſraelis 33 magna voce, idq; celebriter. Quumq; mane ſurrexiſſent, egreſſi ſunt in deſertum Thecoa: & illis egredientibus 34 ſtetit Ioſaphat, & ait, Audite me Iehuda & habitatores Ieruſalem, Credite in Dominum Deum veſtrum, 35 & fides ſeruabitur vobis: 36 credite prophetis eius & 37 proſpere vobis cedet. Conſilio autem inito cum populo, collocauit quoſdam qui cantarent Domino, & laudarent 38 magnificentiam ſanctitatis, 39 egrederenturq; ante armatum exercitum, & dicerent, 40 Confitemini Domino, quoniam 41 bonitas eius eſt perpetua. Eo verò tempore quo 42 inciperent canticum & laudem, 43 excitauit Dominus eos qui erant in inſidijs ſuper Ammonitas, Moabitas & habitatores montis Seir, qui venerant contra Iehudam, ita vt 44 ſeſe mutuo proſternerẽt. Nam Ammonitæ & Moabitæ 45 ſteterunt contra habitatores montis Seir, vt perderent ac delerent 46 eos. 47 quumq; in vniuerſum perdidiſſent habitatores Seir, iuuit quiſque proximum ſuum 48 ad [mutuum] interitum. Venit autem Iehuda ad MiZpe 49 deſerti, reſpexeruntq; ad multitudinem, & ecce illi iacebant mortui in terra, nec vllus euaſerat. 50 Veniens ergo Ioſaphat & populus eius vt diriperent ſpolia eorum, inuenerunt in eis multum 51 ſupellectilis & veſtium, inſuper & vaſa delectabilia quæ diripiebant ſibi, 52 vt ferre non poſſent: tribus diebus ſpolia 53 diſtribuebant, multa enim erant. Quarto deinde die congregati ſunt in vallem 54 gratiarum actionis: quoniam illic gratias egerunt Domino, atque hac de cauſa vocarunt nomen eius loci Vallis gratiarum actionis vſque in hunc diem. Porrò omnis Iehuda & viri Ieroſolymitæ (55 cum capite ſuo Ioſaphat) verſi ſunt vt redirent Ieroſolyma cum gaudio: nam Dominus exhilarauerat eos 56 de hoſtibus ſuis. Venerunt ergo Ieroſolyma cum nablis, citharis & buccinis ad ædem Domini. 57 Venitq; pauor Dei ſuper omnia regna nationum, quum audiſſent Dominum pugnaſſe contra hoſtes Iſraelis. Tranquillum itaque fuit regnum Ioſaphat, & dedit ei Deus eius tranquillitatem 58 circunquaque.*

*59 Et regnauit Ioſaphat ſuper Iehudā: trigintaquinq; annos natus erat quū 60 inauguraretur regno: & regnauit vigintiquinque annos in Ieruſalem: Aſuba fuit nomē matris ſuæ, quæ fuit filia Silhi. Et inceſsit in via Aſæ patris ſui, nec declinauit 61 ab eo faciens 62 quod rectum erat in oculis Domini. Veruntamē nō receſſerāt excelſa, & populus adhuc nō præparauerat cor ſuū ad Deū patrum ſuorū. Reliqua geſtorū Ioſaphat & 63 priora & poſtrema, en ea ſcripta ſunt in 64 rebus Iehu filij Hanani, 65 qui trāſtulit [ea] in librū regū Iſrael. Poſt hæc ſocietatē inijt Ioſaphat rex Iehuda cum Ahaſia rege Iſrael, qui impietati ſtuduit: in hoc verò conuenit cum eo, vt pararent 66 naues quæ irent 67 in mari, & fecerunt naues in 68 Ezion-gaber. Prophetauit autem Elieſer filius Dodaua de Mareſa contra Ioſaphat hiſce verbis, Eo quòd ſocietatem iniſti cum Ahaſia, 69 diſiecit Dominus opera tua: confractæq; ſunt 70 naues, neque 71 potuerunt 72 venire in mare.*

31 ¶ Regnauit igitur Ioſaphat ſuper Iudam, & erat triginta- G
quinque annorum cum regnare cœpiſſet: viginti autē &
quinque annis regnauit in Ieruſalē: & nomen matris eius
32 Azuba filia Selahi. ¶ Et ambulauit in via patris ſui Aſa,
nec declinauit ab ea, faciens quæ placita erant corā Do-
33 mino. ¶ Verūtamen excelſa non abſtulit, & adhuc popu- Excelſa non ablata.
lus non direxerat cor ſuum ad Dominum Deum patrum
34 ſuorum. ¶ Reliqua autem geſtorum Ioſaphat priorum
& nouiſsimorum, ſcripta ſunt in verbis Iehu filij Hanani,
35 quæ digeſsit in Libro regū Iſrael. ¶ Poſt hæc inijt ami-
citias Ioſaphat rex Iuda cum Ochozia rege Iſrael, cuius
36 opera fuerunt impijſsima: ¶ & particeps fuit vt faceret
naues quæ irent in Tharſis: fecerūtque claſſem in Aſion-
37 gaber. ¶ Prophetauit autē Eliezer filius Dodau de Ma-
reſa ad Ioſaphat, dicens, Quia habuiſti fœdus cū Ocho-
zia, percuſsit Dominus opera tua, cōtritæque ſunt naues,
nec potuerunt ire in Tharſis.

Init Ioſaphat amicitias cum Ochozia, propter quod reprehenditur. Prophetare.

## SCHOLIA IN CAP. XX.

1 Quaſi dicat, & cum eis qui mentiti ſunt ſe Ammonitas. Quidam Hebræorum intelligit de Amalecitis qui habitu & lingua mentiti ſunt ſe eſſe Ammonitas. 2 Hoc intelligitur de mari mortuo. q. d. de locis quæ ſita ſunt vltra mare mortuum. 3 Heb. de Syria. q. d. de trans mare mortuum, id eſt de Syria. Syria enim ſeparabatur à terra ſancta mari mortuo. 4 vel, quæ poſtea dicta eſt 5 Heb. & dedit Ioſaphat faciem ſuam (.i. conuertit ſeſe) vt cōſuleret Do. q. d. cum timuiſſet, implorauit opem diuinam. 6 vel, peterent, ſubaudi, petitionem, id eſt, vt rogarent Dominū vt auerteret iram ſuam ab eis. 7 ſub. in Ieruſalem. 8 vt precarentur. vel, rogarent 9 id eſt, virorum Iuda & virorum Ieruſalem: hoc eſt eorum qui habitabant in tribu Iuda, & eorū qui habitabant in Ieruſalem. 10 Omnia ædificia quæ adiecta erant templo, dicebantur templum Domini: quoniam dicitur in ſolennitatibus veniſſe omnes Iudæos Ieruſalem in templum, & illic oraſſe. hoc intelligitur de appendicibus & adiectis ædificijs ipſi templo: quæ omnia cenſebantur templi nomine. alioqui nunquam fuiſſet capax ipſum templum tantæ multitudinis. Porro reges non orabant in ipſo templo. 11 Omnes docti ignorant quodnam fuerit atrium illud nouum: colligunt tamen illud tum fuiſſe notum admodum propter ה articulum appoſitum. 12. i. nemini licet tibi reſiſtere. 13 incolas 14 Habitarunt itaque 15 Heb. iudicij, id eſt, iudicio Dei iuſto immiſſus propter ſcelera populi. i. bellum. 16. i. hîc præſentiam tuam exhibes: & hîc inuocari ſolet nomen tuum. 17 q. d. cū fuerimus in tribulatione, implorabimus opem tuam, & tunc &c. 18. i. habitantes in monte Seir, hoc eſt Idumæi. 19 ſub. quemadmodum alios deleuerunt. 20 nec ſcimus 21 vel, niſi quod ad te &c. i. à te pendemus & à te auxiliū noſtrū expectamus. 22. i. corā tēplo Dei. 23. i. nepotibus. 24 potius, erit. q. d. vos non pugnabitis cōtra multitudinē iſtam, ſed Deus. 25 Hoc dicit quòd Ieruſalem eſſet in loco altiſsimo. 26 aſcenſuri ſunt 27. i. floris. nomen loci, qui quamobrē ita diceretur ignoramus. 28 Non enim veſtrū eſt pugnare &c. q. d. Non intererit veſtra pugnare. Non erit veſtrū officiū pugnare, tantum ſpectatores eritis. 29. i. qua ratione Deus vos ſeruaturus eſt. 30 Heb. Incuruauit ergo ſeſe Ioſaphat in nares verſus terrā, 31. i. qui erant de nepotibus &c. 32 Heb. & de &c. Hîc &, pro id eſt poſitū. Corah enim fuit nepos ipſius Cahath, vt ſuprà, 1. Paralip. 6. 33 Heb. in excelſum. i. voce quamaltiſsima. 34 more eius ſcilicet qui habet orationem 35 & eſtote fideles. ita quidam Hebræorum. Alij & eſtote fortes & corroboramini. 36 Alludit ad Iaaziel qui prædixit hanc victoriā. 37 q. d. reportabitis victoriam 38 Hebraiſmus, (cum) in decore ſanctitatis. Cælum vocat decus ſanctitatis, intelligens ſedem Dei elegantiſsimam. 39 dum egrederentur (ſubaudi, Iudæi & Ieroſolymitani) coram armato milite. Subaudiendum verbum præcedens canerent: qui inquam canerent coram armatis militibus. 40 vel, Celebrate Dominum. vel, Laudem & gloriam date Domino, 41 vel, miſericordia. q. d. quia nunquam ſubtrahit miſericordiam ſuam ab ijs qui inuocant eum ex animo. 42 cœperunt (ſubaudi, Leuitæ laudare Dominum) cum clamore & laude, 43 Heb. poſuit Dominus inſidiantes (id eſt, qui inſidiarentur) filijs Ammon Moabitas & habitatores montis Seir, &c. hoc eſt fecit vt filij Ammon ex inſidijs adorirentur Moabitas &c. 44 vel, mutuis vulneribus ſeſe confoderent. 45 id eſt, inſurrexerunt. 46 ſub. incolas montis Seir. 47 Heb. cum autem ipſi finem feciſſent (ſub. præliandi) contra habitatores &c. 48 ad internecionem. q. d. confoderunt ſeſe mutuis vulneribus. 49 vel, (quæ eſt in) deſerto, 50 ſub. ad locum in quo iacebant cadauera Moabitarū &c. 51 Heb. diuitiarū, & cadauera & vaſa deſyderiorū. i. cadauera onuſta ſupellectile deſyderabili, hoc eſt rebus pretioſis vt annulis, & ſimilibus. Intelligit omnē illū ornatū pretioſum quo ſolēt ſæpe inſigniri milites. 52 Heb. abſque pōdere. i. ita vt nullū eſſet pōdus certū neq; certus numerus. 53 Heb. diripiebāt. q. d. nō potuerūt vno die diripere, tam multa erant &c. 54 Heb. benedictionis: ibi enim benedixerūt 55 Heb. Ioſaphat autē erat in capite eorū. i. inter eos primas tenebat. 56 id eſt, de victoria quā reportabāt de inimicis ſuis cæſis. 57 id eſt, Timuerunt Deum quotquot habitabant in regionibus vicinis. 58 quaſi dicat, vicinæ gentes poſtea non vexarunt Ioſaphat bellis. 59 Regnauit itaque 60 regnare cœpit: 61 vel, ab ea, ſubaudi, via. 62 id eſt, quod gratum & acceptum erat Domino. 63 id eſt, quæ geſta ſunt initio regni eius & ſub finem eiuſdem. 64 vel, geſtis. aut, hiſtoria 65 Heb. qui aſcendere factus eſt ſuper &c. i. qui inſcriptus eſt in libro &c. quaſi dicat, De hoc Iehu facta fuit mentio in libro Regum Iſrael. 66 ſub. aliquot. 67 Tharſis. Chaldæus paraph. vertit Africam, intelligēs Africam Meridionalem, quaſi dicat, quæ naues irent in Ophir quæ eſt in Tharſis, id eſt, in Africa. 68 Nomen loci aut vrbis quæ ſita erat ad litus Maris rubri. 69 vel, deſtruxit, quaſi dicat, Dominus irrita faciet quæ moliris. 70 ſubaudi, aliquot. 71 ſubaudi, reliquæ. 72 nauigare in Tharſis.

## CAP. XXI.

*Dormiuit autem Ioſaphat cū patribus ſuis, ſepultuſq; eſt ad patres ſuos in ciuitate Dauidis, 1 regnoq; inauguratus eſt pro eo Iorā filius eius. Habuit autem fratres qui filij erāt Ioſaphat, nēpe Aſariā, Iehielē, Sachariā, Aſariā, Michaelē, & Sephatiā: hi omnes filij fuerūt ipſius Ioſaphat regis 2 Iſrael. 3 Dederatq; 4 eis pater eorū multa munera auri & argēti, deinde 5 delicata quædā, & ciuitates munitas in Iehuda: regnū autē dederat ipſi Iorā, nā ille erat primogenitus. 6 Inſurrexit autē Iorā aduerſus regnū patris ſui, & quū inualuiſſet, occidit omnes fratres ſuos gladio, ſimulq; [quoſdā] ex principibus Iſraelis. Cū 7 inauguraretur regno nat⁹ erat trigintaduos annos, regnauitq; octo annis 8 in Ieruſalē. Ambulauit in via regū Iſraelis, ſicut fecerat dom⁹ Ahabis, nā habebat filiā Ahabis vxorē, deſignauitq; malū in oculis*

1 Dormiuit autē Ioſaphat cū patribus ſuis, & ſepul- Moritur Ioſaphat.
tus eſt cū eis in Ciuitate-Dauid: regnauitq; Iorā
2 filius eius pro eo. ¶ Qui habuit fratres filios Ioſa- Filij Ioſaphat.
phat Azariā, & Iahiel, & Zachariā & Azariā, & Michael,
3 & Saphatiā: omnes hi filij Ioſaphat regis Iuda. ¶ Deditq;
eis pater ſuus multa munera argēti, & auri, & ᵃpenſationes ᵃpenſitationes
cū ciuitatibus munitiſsimis in Iuda, regnū autem tradidit
4 Ioram, eo quòd eſſet primogenitus. ¶ Surrexit autē Iorā Regnat Ioram.
ſuper regnum patris ſui: cumq; ſe cōfirmaſſet, occîdit om- Occidit fratres.
nes fratres ſuos gladio, & quoſdam de principibus ᵇ Iuda. ᵇIſrael.
5 ¶ Trigintaduorū annorū erat Iorā cū regnare cœpiſſet:
6 & octo annis regnauit in Ieruſalem. ¶ Ambulauitque in B
vijs regum Iſrael, ſicut egerat domus Achab: filia quip- Vxor Ioram abducit eum ad idôla.
pe Achab erat vxor eius: & fecit malum in conſpectu
Domini.



Domini. ¶ Noluit autem Dominus diſperdere domum 7
Dauid propter pactum quod inierat cum eo: & quia pro
miſerat vt daret ei lucernam, & filijs eius omni tempore.
2. Reg. 7. b. Edom rebellis Iudæ, ꝑcutitur.
¶ In diebus illius rebellauit Edō, ne eſſet ſubditus Iudæ, 8
& conſtituit ſibi regem. ¶ Cumque tranſiſſet Ioram cum 9
principibus ſuis, & cuncto equitatu qui erat ſecum, ſurre-
xit nocte, & percuſsit Edom qui ſe circundederat, & om-
nes duces equitatus eius. ¶ Attamē rebellauit Edom, ne eſ- 10
Lobna rebellis Iudæ.
ſet ſub ditione Iuda, vſque ad hanc diem: eo tempore &
Lobna receſsit, ne eſſet ſub manu illius. Dereliquerat enim
Dominum Deum patrum ſuorum, ¶ inſuper & excelſa fa- 11
C bricatus eſt in vrbibus Iuda, & fornicari fecit habitatores
Eliſeus qui hoc loco Elias dicitur, miſsis literis ad Ioram, prædicit ei interitū, & quare.
Ieruſalem, & præuaricari Iudam. ¶ Allatæ ſunt autē ei li- 12
teræ ab Elia propheta, in quibus ſcriptum erat, Hæc dicit
Dominus Deus Dauid patris tui, Quoniam non ambula-
ſti in vijs Ioſaphat patris tui, & in vijs Aſa regis Iuda,
¶ Sed inceſsiſti per iter regū Iſrael, & fornicari feciſti Iu- 13
dam, & habitatores Ieruſalem, imitatus fornicationem do-
mus Achab: inſuper & fratres tuos, domum patris tui, me-
liores te, occidiſti: ¶ Ecce Dominus percutiet te plaga ma- 14
gna cum populo tuo, & filijs, & vxoribus tuis, vniuerſaq;
ſubſtantia tua. ¶ tu autem ægrotabis peſsimo lāgore vteri 15
tui, donec egrediantur vitalia tua paulatim per ſingulos
Deus concitat Philiſthinos cōtra Ioram.
dies. ¶ Suſcitauit ergo Dominus contra Ioram ſpiritum 16
Philiſthinorum, & Arabū, qui confines ſunt AEthiopibus.
D ¶ Et aſcenderunt in terrā Iuda, & vaſtauerunt eam: diri- 17
puerūtque cunctam ſubſtantiam quæ inuenta eſt in do-
mo regis, inſuper & filios eius, & vxores: nec remāſit ei fi
Ioram alui languore interit.
lius, niſi Ioachaz, qui minimus natu erat. ¶ Et ſuper hæc 18
omnia percuſsit eū Dominus alui lāgore inſanabili. ¶ Cū- 19
que diei ſuccederet dies, & temporum ſpatia voluerentur,
duorum annorum expletus eſt circulus: & ſic longa con-
ſumptus tabe, ita vt egereret etiā viſcera ſua, langore pari-
ter, & vita caruit. Mortuuſque eſt in infirmitate peſsima,
& non fecit ei populus ſecundum morem combuſtionis,
exequias, ſicut fecerat maioribus eius. ¶ Triginta duorū 20
annorum fuit, cum regnare cœpiſſet: & octo annis regna-
uit in Ieruſalem. Ambulauitq; non recte, & ſepelierūt eū
in Ciuitate-Dauid: veruntamen non in ſepulchro regum.

*Domini. Noluit autem Dominus vaſtare domum Dauidis, propter fœdus quod inierat cum Dauide, 9 & quòd promiſerat ſe daturum 10 lucernam illi & filijs eius cunctis diebus. In diebus eius defecit Edom, ne ſubeſſet ſub manu Iehuda, conſtitueruntque ſuper ſe regem. 11 Tranſiuit itaq; Ioram cum principibus ſuis, habuitque ſecum omnes currus ſuos, factumque eſt vt noctu conſurgeret & percuteret Edomæū qui eū circunſederat, ſimulq; principes currūū. Defecit itaque Edom ne eſſet ſub manu Iehuda vſque in hunc diem. quin & Libna eodem tempore defecit, ne eſſet ſub manu 12 eius, 13 dereliquerat enim [Ioram] Dominum Deum patrū ſuorum. Fecit etiam excelſa in 14 ciuitatibus Iehuda, & 15 fecit ſcortari habitatores Ieruſalē, & 16 ſeduxit Iehudā. Venit autem ad eū 17 ſcriptum quoddā ab Elia propheta in hāc ſentētiam, Sic dicit Dominus Deus Dauidis patris tui, Quādoquidem non ambulaſti in vijs Ioſaphat patris tui, & in vijs Aſæ regis Iehuda, Sed ambulaſti in via regum Iſraelis, effeciſtique vt ſcortarētur Iehuda & habitatores Ieruſalem iuxta ſcortationes domus Ahabis: inſuper & fratres tuos (18 domum patris tui, qui te meliores fuerunt, occidiſti, Ecce Dominus percutiet plaga magna populum tuum, filios tuos, & vxores tuas, & cunctam ſubſtantiam tuam. Porrò te [percutiet] doloribus magnis [id eſt] morbo viſcerum tuorū, donec effluant viſcera tua 19 præ dolore qui in dies [creſcet.] Excitauit ergo Dn̄s cōtra Iorā 20 ſpiritū Paleſthinorū & Arabū qui [erāt] ad 21 latus AEthiopū. Qui aſcēdentes 22 in Iehudā, 23 peruaſerunt eam, & 24 captiua abduxerūt omnē ſubſtantiā quæ inueniebatur in domo regis, filios quoq; eius & vxores eius, & nō eſt relictus ei filius, niſi 25 Iehoahas, qui inter filios eius minimus natu erat. Poſt hæc omnia ferijt eū Dominus in viſceribus eius morbo incurabili. Factū autē eſt poſt 26 dies aliquot, 27 quū tempus eſſet exactū poſt finem annorum duorum, effluxerunt viſcera eius 28 in ipſo morbo eius, mortuuſque eſt peſsimis morbis, nec fecerunt ei 29 buſtum quemadmodum buſta fecerant patribus ſuis. Trigintaduos [annos] natus erat quum cœpiſſet regnare, 30 regnauitque Ieroſolymis octo annis, 31 vixitque illaudate, ſepelierunt tamen eum in ciuitate Dauidis, ſed non in ſepulchris 32 regum.*

## SCHOLIA IN CAP. XXI.

1 Cœpitque regnare. 2 Iſrael, aliquando pro tribubus omnibus accipitur: propterea rex Iuda dicebatur rex Iſrael, quaſi dicat regis filiorum Iſrael, nempe tribus Iuda & Beniamin. 3 Dedit ergo. 4 nempe fratribus Ioram. 5 res pretioſas. Vox Hebræa ſignificat rem pretioſam, ſiue aurea ea ſit, ſiue argentea, aut ex alia materia. 6 Hebraiſmus, Surrexit autem Ioram ſuper regnum patris ſui, & corroborauit ſeſe, & interfecit, &c. quaſi dicat, Cum autem regnum obtinuiſſet interfecit, &c. 7 regnare cœpit. 8 ſubaudi, & ſuper totum regnum Iuda. 9 Hebraiſmus, ſed vt (faceret) quemadmodum promiſerat. 10 id eſt, regiam dignitatem claram & illuſtrem. 11 ſubaudi, ad Idumæos. 12 ſubaudi, Ioræ. 13 quòd deſeruiſſet. 14 montibus. 15 quaſi dicat, fuit cauſa idololatriæ omnibus habitantibus Ieruſalem. 16 impulit vt caderet Iuda, ſubaudi, labens iam ac nutās. Metaphora ab eo qui iamiam lapſurus eſt & impellitur, quaſi dicat, Impulit Iudæos ad idololatriam, alioqui iam pronos ad cultum idolorum. 17 vel, epiſtola quædam. 18 Per appoſitionem dictum. 19 præ illo morbo diebus poſt dies, id eſt in dies, ſiue quotidie. 20 id eſt, animos. 21 locum. vel, terminum, id eſt, qui erant finitimi & vicini AEthiopibus. 22 vel, contra regionem Iuda. 23 irruperunt in eam, id eſt, irruptione facta ingreſsi ſunt eam. 24 diripuerunt. prædati ſunt. 25 Hic Iehoaaz fuit trinomius: nam poſtea vocabitur Ahazias ſiue Ochozias, initio cap. ſequent. tertiò vocatur Azarias, verſu. 5, cap. etiam ſequent. 26 vel, multos dies. aut poſt aliquot annos. 27 Hebraiſmus, & ſecundum tempus egrediendi finis ille, &c. id eſt, ſecundum tempus quo egreſſus eſt ſiue aduenit finis, &c. quaſi dicat, quum aduenit finis duorum annorum poſtremorum vitæ ipſius Ioram. 28 id eſt, præ ęgritudine. 29 rogum. 30 Fuit rex XXVIII annos: ſed eo adhuc viuente regnum adminiſtrauit filius eius Ochozias annis viginti, vt dicitur initio cap. ſeq. 31 & abijt ſine deſiderio, id eſt, vixit inglorius, ſine vllo honore: nam ab eo tempore quo deſtitutus fuit à Domino, fuit priuatus omni honore & dignitate. 32 ſubaudi, Iuda.

## CAP. XXII.

Ochozias Ioræ ſuccedit. 4. reg. 8. f.
Conſtituerunt autem habitatores Ieruſalē Ocho- 1
ziam filium eius minimum, regem pro eo: omnes
enim maiores natu, qui ante eum fuerant, interfe-
cerant latrones Arabum, qui irruerant in caſtra: regnauit-
que Ochozias filius Iorā regis Iuda. ¶ Quadraginta duo- 2
rum annorum erat Ochozias cum regnare cœpiſſet, &
vno anno regnauit in Ieruſalem: & nomen matris eius
Ochozias impius.
Athalia filia Amri. ¶ Sed & ipſe ingreſſus eſt per vias do- 3
B mus Achab: mater enim eius impulit eum vt impie ageret.

*Ciues autem Ieroſolymitani 1 inaugurarūt regē Ahaſiam filium eius natu minorē loco eius, quoniā 2 graſſatores qui venerant cum Arabibus 3 bellādi cauſa, occiderant 4 omnes maiores natu. Regnum itaque obtinuit Ahaſias filius Ioram regis Iehuda. Quadragintaduos annos natus erat Ahaſias quum cœpiſſet regnare, regnauitque 5 anno vno Ieroſolymis. Nomen matris eius fuit Athalia filia Amri. Et hic ambulauit in vijs domus Ahab, nam mater eius conſultrix ei fuit vt impie ageret.*

*Deſignauit igitur malum in oculis Domini, quemadmodum domus Ahabis, nam illi conſultores ei fuerunt poſt mortem patris ſui ad perditionem eius. Quin ipſe iuxta eorum conſilia ambulauit: profectuſque eſt cum Ioram filio Ahab regis Iſraelitici in prælium contra Haſaelem regem Syriæ in Ramoth-Gilead: & percuſſerunt Syri ipſum Ioram. Reuerſuſque eſt vt 6 ſanaretur in Ieſreel, quoniam vulnera habuit quæ 7 inflixerant ei in Rama, quum pugnaret cum Haſaele rege Syrorum. Deſcendit autem 8 Aſarias filius Ioram 9 regis Iehuda, vt inuiſeret Ioram filium Ahabis in Ieſreel: ibi enim ægrotabat. 10 Erat autem hoc à Deo, vt conculcaretur Ahaſias, dum veniret ad Ioram. nam cum veniſſet, ipſe egreſſus eſt cum Ioram obuiam Iehu filio Nimſi, quem vnxerat Dominus, vt excinderet domũ Ahab. Factũ eſt ergo quum Iehu 11 iudicium exequeretur contra domũ Ahab, vt deprehenderet primores Iehuda 12 atque filios fratrum Ahaſiæ, qui miniſtrabant Ahaſiæ, & interficeret eos. Quæſiuit & Ahaſiam, 13 qui ſeſe abſconderat in Samaria, quem captum adduxerũt ad Iehu, interfecerunt eum atque ſepelierunt eum: dixerunt enim, Filius Ioſaphat is eſt, qui quæſiuerat Dominum in toto corde ſuo: 14 nec erat domui Ahaſiæ robur vt retineret regnum. Porrò Athalia mater Ahaſiæ videns quòd mortuus eſſet filius ſuus, ſurrexit, & perdidit omne ſemen regiũ in domo Iehuda: tulit autem Iehoſabeath filia regis ipſum Ioas filium Ahaſiæ, & clam ſurripuit eum è medio filiorum regis qui 15 occiſi erant, repoſuitque eum & nutricem eius 16 in cubiculo lectorum, & abſcondit eum Iehoſabeath filia regis Iorã vxor Iehoiadæ 17 ſacerdotis, 18 & ſoror Ahaſiæ metu Athaliæ, vt non occideret eum. Fuit itaque cum 19 eis in 20 domo Dei abſcõditus ſex annis. Athalia autẽ regnabat 21 in terra.*

4 ℣ Fecit igitur malum in conſpectu Domini, ſicut do-
mus Achab: ipſi enim fuerunt ei conſiliarij poſt mortem
5 patris ſui, in interitum eius. ℣ Ambulauitque in conſi-
lijs eorum. & perrexit cum Ioram filio Achab rege Iſ-
rael, in bellum contra Hazael regem Syriæ in Ra-
6 moth-Galaad: vulneraueruntque Syri Ioram. ℣ Qui
reuerſus eſt vt curaretur in Iezrahel: multas enim pla-
gas acceperat in ſupradicto certamine. Igitur Ocho-
zias filius Ioram rex Iuda, deſcendit vt inuiſeret Io-
7 ram filium Achab, in Iezrahel ægrotantem. ℣ Voluntatis
quippe fuit Dei aduerſus Ochoziã, vt veniret ad Ioram:
& cum veniſſet, ^ & egrederetur cum eo aduerſum Iehu
filium Namſi, quem vnxit Dominus, vt deleret domum
8 Achab. ℣ Cum ergo euerteret Iehu domum Achab,
inuenit principes Iuda, & filios fratrum Ochoziæ,
9 qui miniſtrabant ei, & interfecit illos. ℣ Ipſum quoque
perquirens Ochoziam, comprehendit latitantem in Sa-
maria: adductumque ad ſe, occîdit: & ſepelierunt eum,
eo quòd eſſet filius Ioſaphat, qui quæſierat Dominum in
toto corde ſuo. nec erat vltra ſpes aliqua vt de ſtirpe quis
10 regnaret Ochoziæ. ℣ ſiquidem Athalia mater eius vi-
dens quòd mortuus eſſet filius ſuus, ſurrexit, & interfe-
11 cit omnem ſtirpem regiam domus ″Ioram. ℣ Porrò Io-
ſabeth filia regis tulit Ioas filium Ochoziæ, & furata eſt
eum de medio filiorum regis, cum interficerentur: ab-
ſconditq́; eum cum nutrice ſua in cubiculo lectulorũ. Io-
ſabeth autem quæ abſconderat eum, erat filia regis Iorã,
vxor Ioïadæ pontificis, ſoror Ochoziæ: & idcirco Atha-
12 lia non interfecit eũ. ℣ Fuit ergo cum eis in domo Dei ab-
ſconditus ſex annis, quibus regnanit Athalia ſuper Terrã.

Bellum Ochoziæ & Iorã cõtra Hazael regem Syriæ.
C
Voluntate Dei Iehu Ochoziã occidit.
D
Athalia mater Ochoziæ occidit ſemen regiũ. 4. reg. 11. a.
″Iuda.
Ioas filius Ochoziæ abſcõditur.

## SCHOLIA IN CAP. XXII.

1 Regem conſtituerunt. 2 exercitus ille. vel, turma illa, ſubaudi, Palæſthinorum. 3 Hebraiſmus, ad caſtra illa, ſubaudi, quæ obſederant Ieruſalem. 4 Hebraiſmus, præcedentes. ſiue, qui iſtum præceſſerant. 5 ſubaudi, mortuo patre. Oritur hic magna controuerſia. nam in fine præcedentis capitis Ioram dicitur natus fuiſſe XXXII annos quũ regnare cœpit, & regnaſſe VIII annis: qui omnes in vnum collecti aſcendunt ad XL annos tantum. Hic autem Ochozias dicitur fuiſſe natus XLII annos cum regnare cœpit. quare filius videretur antiquior patre. Item 4. Reg. 8, natus dicitur fuiſſe annos duos & viginti cum regnare cœpit Ochozias: hic autem XLII. ſed quæ author huius libri dicit, intelligenda ſunt de adminiſtratione regni quam accepit ipſe Ochozias patre mortuo: & quæ in libro Regum, de adminiſtratione regni quam accepit viuente patre. regnum autem patre viuente adminiſtrauit XX annis. atque ob id in fine præcedentis capitis dicitur Ioram fuiſſe inglorius. Iorã autem pater, rex fuit XXVIII annis. 6 curaret ſeſe. 7 ſubaudi, Syri. 8 Hîc vocat Azariam, quem in principio capitis appellat Ahaziam, ſiue Ochoziam. 9 vel, rex Iuda. 10 Porro à Deo fuit conculcatio Ochoziæ vt veniret, &c. Per conculcationem intelligit mortem & interitum. 11 vel, diſceptaret. 12 (filij autem fratrum Ochoziæ tunc miniſtrabant ipſi Ochoziæ) & interfecit eos. Obſeruanda eſt iſta parentheſis. 13 Hebraiſmus, & comprehenderunt eum (is autem deliteſcebat in Samaria) & adduxerunt. 14 & non erat familiæ Ochoziç vt retinere poſset virtutem ad obtinendum regnũ. quaſi dicat, qui ſuperſtites fuerunt de familia Ochoziç non potuerunt occupare regiam dignitatem. 15 morti dabantur. 16 id eſt, vbi dormiebant ſacerdotes & Leuitæ qui fungebantur ſuo officio. 17 ſubaudi, ſummi, id eſt, pontificis. 18 Hebraiſmus, (ipſa enim erat ſoror Ochoziæ) 19 ſubaudi, ſacerdotibus. relatiuũ pro antecedente. 20 Per domum Dei intelligit etiam appendices domus Dei, exhedræ & cellulæ. 21 ſubaudi, Iuda.

## CAP. XXIII.

*SEptimo deinde anno Iehoiada ſumpto animo, aſſumpſit centuriones, Aſariam filium Ieroham, & Iſmaelem filium Iehohanan, Aſariam filium Obed, Maaſiam filium Adaiæ, & Eliſaphat filium Sichri, ſecum 2 in fœdus. Circumeuntes verò Iehudam, congregauerunt 3 Leuitas ex cunctis vrbibus Iehuda, & 4 præcipuos patres 5 Iſraelis, & venerunt Ieroſolyma. Vniuerſus autem cœtus in domo Dei fœdus pepigit cum 6 rege: 7 dixitque ad eos, Ecce filius regis 8 regnabit, 9 ſicut loquutus eſt Dominus de filijs Dauidis. Hoc ergo eſt quod facere debetis, Tertia pars veſtrum 10 ingredientur ſabbato ad ſacerdotes & Leuitas, & cuſtodes portarum & liminum: Tertia deinde pars [erit] 11 in domo regis, & tertia pars ad 12 portam fundamenti, omnis denique populus erit in atrijs ædis Domini. Nemo autem ingrediatur ædem Domini, niſi ſacerdotes & qui 13 miniſtrant Leuitis, hi ingredientur, quia ſancti ſunt: omnis autem populus 14 obſeruabit cuſtodiam Domini. Et circundabunt Leuitæ regem circunquaque, & habebit quiſque arma ſua in manu ſua: quicunque venerit in ædem, trucidetur: & hi ſint cum rege dum ingredietur & dum egredietur.* Fecerunt autem Leuitæ & omnis Iehuda iuxta omnia quæ præceperat Iehoiada ſacerdos, aſſumpſeruntque quiſque viros ſuos 15 qui ſabbato ingrediebantur, cum his qui ſabbato egrediebantur: 16 quia non diſſoluit ſacerdos Iehoiada 17 ordines. Dedit præterea Iehoiada 18 ſacerdos centurionibus haſtas, clypeos, & ſcuta quæ fuerant regis Dauidis, 19 fuerantque in domo Dei. Et collocauit cunctum populum, 20 vt quiſque haberet gladium in manu ſua, à latere templi dextro, vſque ad latus templi ſiniſtrum iuxta altare & 21 templum, vt regem circunquaque circunſtarent. Tum 22 eduxerunt filium regis, & impoſuerunt ei coronã, & [dederunt] ei 23 teſtimonium, & regem eum conſtituerunt, vnxeruntque eum Iehoiada & filij eius, dicentes, Viuat rex. Audiens autem Athalia vocem currentis populi, & eorum qui laudabant regem, venit ad populũ in ædem Domini. Quumque circunſpexiſſet, ecce rex ſtabat 24 ad columnam ſuam 25 in introitu, 26 cantores verò & tubæ iuxta regem, & cunctus populus terræ lætabatur, & clangebant buccinis, & concinebant muſicis inſtrumentis 27 docentes laudare: Athalia autem conſcidit veſtimenta ſua, dixitque, 28 Coniuratio, coniuratio. 29 Et egreſſus Iehoiada ſacerdos ad centuriones qui erant copijs præfecti, dixit ad eos, Educite eam 30 extra ædem ad ſepta: ſequis eam 31 ſiquitur, trucidetur gladio: præceperat enim ſacerdos, Ne interfeceritis eam in æde Domini. 32 Fecerunt ergo ei ſpatium vtrinque, & venit ad portam per quam equi ingrediebatur in domum regis, illic interfecerunt eam. Pepigit autem Iehoiada fœdus inter ſe & inter cunctum populum, interque regem 33 vt eſſent populus Domini. Deinde ingreſſus eſt vniuerſus populus in phanum baal, & demoliti ſunt illud, aras quoque eius, & imagines eius confregerunt, ſed & Mathan ſacrificum baal coram altaribus trucidarunt. Conſtituit deinde Iehoiada 34 officia domui Domini ſub manu ſacerdotum & Leuitarum, quemadmodum diſtribuerat Dauid in æde Domini, 35 qui ſacrificarent holocauſta Domino, ſicut ſcriptum eſt in lege Moſis, cum gaudio & cantico, iuxta ordinationem Dauidis. Conſtituit quoque ianitores iuxta portas domus Domini, nequis ingrederetur qui quacunq́; ratione immundus eſſet. Accepit præterea centuriones & inſignes quoſq́;, & qui in populo aliquid dominij habuerunt, & cunctum populum terræ, & deduxit regem de domo Domini, & venientes in medium portæ ſuperioris domus regis, collocauerunt regem ſuper ſolium regni. Et lætatus eſt cunctus populus terræ, & vrbs quieuit, 36 poſtquam Athaliam gladio occiderunt.*

## CAP. XXIII.

1 ANno autẽ ſeptimo confortatus Ioiada, aſſumpſit
cẽturiones, Azariã videlicet filiũ ″Ierobohã, & Iſ
mahel filiũ Iohanã, Azariã quoq́; filiũ Obed, &
Maaſiã filiũ Adaię, & Eliſaphat filiũ Zechri: & inijt cũ eis
2 fœdus. ℣ Qui circumeuntes Iudam, congregauerunt Le-
uitas de cũctis vrbibus Iuda, & principes familiarũ Iſrael:
3 veneruntq́; in Ieruſalem. ℣ Inijt ergo omnis multitudo
pactũ in domo Dei cum rege: dixitq́; ad eos Ioiada, Ecce
4 filius regis regnabit, ſicut locutus eſt Dominus ſuper filios
5 Dauid. ℣ Iſte eſt *ſermo quem facietis, ℣ Tertia pars ve-
ſtrum qui veniunt ad Sabbathũ, ſacerdotum, & Leuitarũ,
& ianitorum erit in portis: Tertia verò pars ad domũ re-
gis: & tertia ad portã quę appellatur Fũdamẽti: omne ve-
6 rò reliquũ vulgus ſit in atrijs domus Domini. ℣ Nec quiſ-
piã alius ingrediatur domũ Dñi, niſi ſacerdotes, & qui mi
niſtrãt de Leuitis: ipſi tantũmodo ingrediãtur, quia ſancti
ficati ſunt: & omne reliquũ vulgus obſeruet cuſtodias Do-
7 mini. ℣ Leuitæ autem circundent regem, habentes
ſinguli arma ſua: (& ſiquis alius ingreſſus fuerit tem-
plum, interficiatur) ſintque cum rege & intrante & egre-
diente.

Ioas filius Ochoziæ vngitur in regem. 4. reg. 11. a.
″Ieroham.
*ergo
B



diente. ℣ Fecerunt ergo Leuitæ, & vniuerſus Iuda iuxta 8
omnia quæ præceperat Ioiada pontifex: & aſſumpſerunt
ſinguli viros qui ſub ſe erant, & veniebant per ordinem
ſabbathi, cum his qui impleuerant ſabbathum, & ″egreſsi
erant, ſiquidem Ioiada pontifex non dimiſerat abire tur-
mas, quæ ſibi per ſingulas hebdomadas ſuccedere conſue
uerant. ℣ Deditq́; Ioiada ſacerdos centurionibus lanceas, 9
clypeoſque & peltas regis Dauid, quas conſecrauerat in
domo ″Domini. ℣ Conſtituitque omnem populum tenẽ- 10
tium pugiones à parte templi dextra, vſque ad partem
templi ſiniſtram, coram altari, & templo, per circuitũ re-
gis. ℣ Et eduxerunt filium regis, & impoſuerunt ei diade- 11
ma, & teſtimonium, ^ dederuntque in manu eius tenendã
legem: & conſtituerunt eum regem: vnxit quoque illum
Ioiada pontifex, & filij eius: imprecatique ſunt ei, atque
dixerunt, Viuat rex. ℣ Quod cum audiſſet Athalia, vocẽ 12
ſcilicet currentium atque laudantium regem, ingreſſa eſt
ad populum in templum Domini. ℣ Cumque vidiſſet re- 13
gem ſtantem ſuper gradum in introitu, & principes tur-
maſque circa eum, omnemque populum terræ gaudentẽ,
atque clangentem tubis, & diuerſi generis organis conci-
nentem, vocemque laudantium, ſcidit veſtimenta ſua, &
ait, Inſidiæ, inſidiæ. ℣ Egreſſus autem Ioiada pontifex ad 14
centuriones & principes exercitus, dixit eis, Educite illam
extra ſepta templi, & interficiatur foris gladio. præcepitq́;
ſacerdos ne occideretur in domo Domini. ℣ Et impoſue- 15
runt ceruicibus eius manus: cumque intraſſet portã equo-
rum domus regis, interfecerunt eam ibi. ℣ Pepigit autem 16
Ioiada fœdus inter ſe, vniuerſumque populum & regem,
vt eſſet populus Domini. ℣ Itaq; ingreſſus eſt omnis po- 17
pulus domum baal, & deſtruxerunt eam: & altaria ac ſi-
mulachra illius confregerunt: Mathan quoque ſacerdotẽ
baal interfecerunt ante aras. ℣ Conſtituit autem Ioiada 18
præpoſitos in domo Domini, ſub manibus ſacerdotum &
Leuitarum, quos diſtribuit Dauid in domo Domini: vt of-
ferrent holocauſta Domino, ſicut ſcriptũ eſt in lege Moy-
ſi, in gaudio & canticis, iuxta diſpoſitionem Dauid. ℣ Cõ- 19
ſtituit quoque ianitores in portis domus Domini, vt non
ingrederetur eam immundus in omni re. ℣ Aſſumpſitq́; 20
centuriones & fortiſsimos viros ac principes populi, &
omne vulgus terræ, & fecerunt deſcendere regem de do-
mo Domini, & introire per medium portæ ſuperioris in
domum regis, & collocauerunt eum in ſolio regali. ℣ Lę- 21
tatuſque eſt omnis populus Terræ, & vrbs quieuit: porrò
Athalia interfecta eſt gladio.

″egreſſuri
″Dei.
C
Athalia iuſſu Ioiadæ pontificis interficitur.
Deſtruit populus domũ baal.
D

## SCHOLIA IN CAP. XXIII.

1 ſubaudi, ab imperio Athaliæ, vel à morte Ochoziæ. 2 quaſi dicat, & inijt cum illis fœdus. 3 Nomine Leuitarum hîc ſacerdotes & Leuitas intelligit. 4 principes familiarum. 5 Hîc Iſrael pro Iudæ tribu accipitur, non pro decem tribubus. 6 ſubaudi, Ioas. 7 iam autem dixerat (ſubaudi, Iehoiada) illis. priuſquã ſcilicet fœdus iniſſent cum rege. ordo rerum geſtarum non ſemper ſeruatur in Scriptura. 8 id eſt, regnet. 9 id eſt, ſicut promiſit Dominus nepotibus Dauid. 10 qui venitis (vt fungamini officio veſtro) hebdomada (ſequenti,) ex ſacerdotibus & Leuitis, (erit) in ianitores, &c. id eſt, præerunt portæ Meridionali atrij in quo populus orabat. 11 ne ſcilicet aliqui veniant de domo regis in auxiliũ, quaſi dicat, Tertia pars præerit portæ regiæ. 12 intelligit portam præcipuam, nempe Orientalem. 13 Hebraiſmus, miniſtrant (ſubaudi, ſacerdotibus,) nempe Leuitæ. vel, & qui miniſtrant ex Leuitis, id eſt, niſi etiam Leuitę qui miniſtrant ſacerdotibus. 14 vel, obſeruent, id eſt, fungantur ſuo officio in atrio illo magno. 15 venientes ad ſabbathum, &c. id eſt, qui functuri erant officio ſuo ea hebdomada, cum ijs qui defuncti erant officio ſuo hebdomada prę terita. 16 non enim dimiſerat. 17 vel, claſſes. hi erant diſtributi in duas claſſes tantum: nempe in eos qui functi erant ſuo officio, & qui proxima hebdomada functuri erant. 18 ſiue, pontifex. 19 erantque. 20 (vnuſquiſque autem habebat gladiũ ſuum in manu ſua) per parentheſin legendum. 21 adytum, ſiue ſanctum ſanctorum intelligit. 22 ſub. è loco in quo deliteſcebat in cubiculo lectorũ. 23 ornamẽtũ. ſub. regium. i. veſtes regias. 24 vel, in gradu ſuo, id eſt, in ſede ſua. 25 id eſt, iuxta columnã quandã quę erat in introitu tẽpli, vbi erat ſedes regia. 26 vel, prĩcipes. 27 & qui ſciebãt. aut erãt periti laudãdi Deũ. ſub. inſtrumentis muſicis. 28 ſub. cõtra me facta eſt. 29 Et educẽs Ioiada põtifex, principes cẽturiarũ præfectos exercitus, dixit &c. 30 Vertendum, ad locũ qui eſt extra ſepta. 31 ſecutus fuerit. 32 Heb. Impoſuerunt itaque illi manus, & ingreſſa eſt introitũ portæ domus regis. i. regiæ. 33 i. percuſſo fœdere declararunt ſe fore perpetuo ſeruos Dei. 34 præfecturas. magiſtratus. 35 vt offerrent. Talis debet eſſe ordo, vt offerrent cum gaudio & cantibus muſicis holocauſta, &c. per manus. id eſt, ſecũdũ diſpoſitionem Dauidis. 36 Hebraiſmus, Athaliam autem.

## CAP. XXIIII.

SEptem annorum erat Ioas cum regnare cœpiſſet: & 1
quadraginta annis regnauit in Ieruſalem: nomẽ ma-
tris eius Sebia de Ber-ſabee. ℣ Fecitque quod bonum 2

Ioas pręceptore Ioiada legẽ ſeruat. 4. reg. 12. a.

## CAP. XXIIII.

*SEptem annos erat natus Ioas quum regnum caperet, regnauitq́; quadraginta annis Ieroſolymis: nomen matris eius fuit Zibia de Beer-ſaba. Fecit autem Ioas rectum in*

*in oculis Domini, donec Iehoiada ſacerdos viueret. Accepit autem Iehoiada ei duas vxores, genuitque filios & filias. Poſt hæc contigit 1 vt Ioas corde volueret de inſtauratione ædis Domini. Congregauitque ſacerdotes & Leuitas, & dixit ad eos, 2 Exite ad ciuitates Iehuda, & congregate ex omni Iſraele pecuniam, vt inſtauretur quotannis domus Dei veſtri, & vos accelerate hoc negotium. at Leuitæ non accelerabant. Vocans ergo rex Iehoiadam ſummum [ſacerdotem,] dixit ei, Cur non perquiris à Leuitis, vt 3 inferant à Iehuda & Ieruſalem in tentoriū teſtimonij 4 vectigal, quod [cōſtituit] Moſes ſeruus Domini, 5 & cōgregatio Iſraelis? (Athalia enim impia [mulier] & filij eius diruperant ædem Dei, quin & omnia quæ erant conſecrata pro æde Domini, impenderant 6 ipſis baalim:) 7 præcepitque rex vt facerent arculam, quam poſuerunt foris ad portam ædis Domini. Euulgarunt autem voce [præconis] in Iehuda & Ieruſalem, vt afferrent Domino 8 vectigal, quod Moſes ſeruus Dei [9 conſtituerat] Iſraeli in deſerto. Et lætati ſunt cuncti principes atque omnis populus, & 10 afferentes iniecerunt in arculam donec 11 impleretur. Quumque veniret tempus vt ferrent arculam ad 12 officia regis 13 per manum Leuitarum, (nempe quum viderent pecuniam eſſe multā,) 14 venit ſcriba regis, & qui cōſtitutus erat à ſummo ſacerdote, qui euacuata arcula 15 tulerunt eam, & reportarunt eam in locum ſuum, idque fecerunt 16 ſuo quoque die, collegeruntque pecuniam multam, Quam dedit rex & Iehoiada ſacerdos facientibus opus miniſterij in domo Domini, qui conduxerunt latomos & artifices, qui reficerent ædē Dñi: fabros quoq; ferrarios & ærarios, qui inſtaurarēt ædē Dñi. Et hi operarij fecerūt opus, aſcenditq; 17 operis diſpoſitio per illorū manus, qui collocarūt domū Dei. 18 iuxta præparationē ſuā, eamq; firmarūt. Quumq; abſoluiſſent, reliquū pecuniæ afferebāt ad regē & Iehoiadā, qui fecit ex ea vaſa ædi Domini, vaſa 19 miniſterij, 20 phialas, cochlearia, vaſa aurea & argētea, ſacrificabantq; holocauſta in æde Dñi iugiter 21 cūctis diebus Ioiadæ. Senuit autem Iehoiada, 22 ſaturque dierum mortuus eſt, fuit autem dum moreretur natus annos centum & triginta. Et ſepelierunt eum in ciuitate Dauidis 23 iuxta reges, quoniam benefecerat Iſraeli, & 24 cum Deo & domo eius. Mortuo Iehoiada, venerunt principes Iehuda, & inclinarunt ſe regi, 25 audiuitque eos rex. Et 26 deſerentes domum Domini Dei patrum ſuorum, ſeruierunt lucis & idolis, factaque eſt indignatio [Dei] ſuper Iehudam & Ieruſalem propter 27 hanc culpam eorum. Miſitque ad eos prophetas, qui eos reducerent ad Dominum, qui 28 obteſtati ſunt eos, 29 ſed auribus non perceperunt. 30 Induit autem Spiritus Dei Sachariam filium Iehoiadæ ſacerdotis, qui ſtans 31 in populo ait ad eos, Sic dicit Deus, Cur 32 tranſgreſsi eſtis vos præcepta Domini? non cedet vobis pſpere: quādoquidē enim vos dereliquiſtis Dominū, derelinquet & vos. Illi antē cōſpiratione contra eū facta, lapidibus eum obruerunt, iubente hoc rege, in atrio ædis Domini: Neque recordatus eſt Ioas rex 33 beneficentiæ eius qua eum affecerat Iehoiada pater eius, 34 quin filium eius occideret. dixit autem ille in morte ſua, 35 Dominus inſpiciat & inquirat. 36 vertente anno aſcendit contra eum exercitus Syriæ, veneruntque contra Iehudam & Ieruſalem, & perdiderunt de populo omnes primores populi, & omnia ſpolia eorum miſerunt regi Darmaſci. 37 Venerat autem exercitus Syrorum cum paucis hominibus, tradiditque Dominus in manum eorum exercitum validiſsimum, quòd Dominum Deum patrum ſuorum deſeruiſſent: cum Ioas quoque iudicium 38 exequuti ſunt. Abeuntibus autem illis ab eo, reliquerunt eum in langoribus multis, conſpirarúntque contra eum ſerui ſui propter ſanguines 39 filiorum Iehoiadæ ſacerdotis, & trucidarunt eum in lecto ſuo ita vt moreretur, ſepelieruntque eum in ciuitate Dauidis, nec ſepelierunt eum in ſepulchris regum. Iſti verò ſunt qui contra eum coniurarunt. Sabad filius Simeath Ammonites, &*

3 eſt corā Domino cunctis diebus Ioiadæ ſacerdotis. ☿ Ac-
cepit autem ei Ioiada vxores duas, è quibus genuit filios
4 & filias. ☿ Poſt quæ placuit Ioas vt inſtauraret domū Do-
5 mini. ☿ Cōgregauitque ſacerdotes & Leuitas, & dixit eis,
Egredimini ad ciuitates Iuda, & colligite de vniuerſo Iſ-
rael pecuniam ad ſartatecta templi Dei ″noſtri, per ſingu-
los annos, feſtinatoq; hoc facite: porrò Leuitæ egere ne-
6 gligentius. ☿ Vocauitque rex Ioiadam principem, & di-
xit ei, Quare tibi non fuit curæ vt cogeres Leuitas infer-
re de Iuda & de Ieruſalem pecuniam quæ conſtituta eſt à
Moyſe ſeruo Domini, vt inferret eam omnis multitudo Iſ-
7 rael in tabernaculū teſtimonij? ☿ Athalia enim impijſsi-
ma, & filij eius ″deſtruxerūt domū Dei, & de vniuerſis quę
ſanctificata fuerāt in tēplo Domini, ″ornauerunt phanum
8 baalim. ☿ pręcepit ergo rex, & fecerunt arcā: poſuerūtq;
9 eā iuxta portā ˣDomini forinſecus. ☿ Et prędicatū eſt in
Iuda & Ieruſalē vt deferrēt ſinguli pretiū Domino, quod
cōſtituit Moyſes ſeruus Dei ſuper omnē Iſrael, in deſerto.
10 ☿ Lætatiq; ſunt cūcti principes & omnis populus: & in-
greſsi contulerūt in arcā ˋDomini, atq; miſerūt, ita vt im-
11 pleretur. ☿ Cumq; tēpus eſſet vt deferrēt arcā corā rege
per manus Leuitarū (videbāt enim multā pecuniā) ingre-
diebatur ſcriba regis, & quē primus ſacerdos cōſtituerat:
effundebātq; pecuniā quę erat in arca: porrò arcā reporta-
tabāt ad locū ſuū: ſicque faciebāt per ſingulos dies, & cō-
12 gregata eſt infinita pecunia. ☿ Quā dederūt rex & Ioia-
da his qui pręerāt operibus domus Domini: at illi condu-
cebāt ex ea cæſores lapidū, & artifices operū ſingulorū,
vt inſtaurarent domū Domini: fabros quoq; ferri & æris:
13 vt quod cadere cœperat, fulciretur. ☿ Egeruntq; hi qui
operabātur induſtriè, & obducebatur parietū cicatrix per
manus eorū: ac ſuſcitauerūt domum ″Domini in ſtatū pri-
14 ſtinū, & firmiter eā ſtare fecerūt. ☿ Cūq; cōpleſſent om-
nia opera, detulerūt corā rege & Ioiada reliquam partem
pecuniæ: de qua facta ſunt vaſa templi in miniſterium ad
holocauſta, phialæ quoq;, & cætera vaſa aurea & argen-
tea: & offerebātur holocauſta in domo Domini iugiter
15 cunctis diebus Ioiadæ. ☿ Senuit autem Ioiada plenus die-
16 rum, & mortuus eſt cum eſſet centū triginta annorū: ☿ Se-
pelieruntq; eū in Ciuitate-Dauid cū regibus, eo quòd fe-
17 ciſſet bonū cū Iſrael, & cū domo eius. ☿ Poſtquā autem
obijt Ioiada, ingreſsi ſunt principes Iuda, & adorauerunt
18 regē: qui delinitus obſequijs eorū, acquieuit eis. ☿ Et dereli
querunt tēplū Domini Dei patrū ſuorū, ſeruierūtq; lucis
& ſculptilibus: & facta eſt ira ˋDomini contra Iudā & Ie-
19 ruſalē propter hoc peccatū. ☿ Mittebatq; eis pphetas, vt
reuerterētur ad Dominū: quos proteſtātes, illi audire no-
20 lebant. ☿ Spiritus itaque Dei induit Zachariā filiū Ioiadæ
ſacerdotē: & ſtetit in conſpectu populi, & dixit eis, Hæc
dicit Dominus Deus, Quare tranſgredimini præceptum
Domini, quod vobis non proderit: & dereliquiſtis Domi-
21 nū, vt derelinqueret vos? ☿ Qui congregati aduerſus eum,
22 miſerūt lapides iuxta regis imperiū, in atrio dom⁹ Dñi. ☿ Et
non eſt recordatus Ioas rex, miſericordię quā fecerat Io-
iada pater illius ſecum, ſed interfecit filiū eius. qui cū mo-
23 reretur, ait, Videat Domin⁹ & requirat. ☿ Cumq; euolutus
eſſet annus, aſcendit contra eum exercitus Syriæ: venitq;
in Iudā & Ieruſalem, & interfecit cūctos principes popu-
li, atque vniuerſam prædam miſerunt regi in Darmaſcum.
24 ☿ Et certe cum permodicus veniſſet numerus Syrorum,
tradidit Dominus in manibus eorum infinitam multitu-
dinem: eo quòd dereliquiſſent Dominum Deum patrum
ſuorum: in Ioas quoque ignominioſa exercuere iudi-
25 cia. ☿ Et abeuntes dimiſerunt eum in langoribus ma-
gnis: ſurrexerunt autē contra eū ſerui ſui, in vltionem ſan
guinis ˋZachariæ filij Ioiadæ ſacerdotis, & occiderunt eū
in lectulo ſuo, & mortuus eſt: ſepelieruntque eum in
26 Ciuitate-Dauid, ſed non in ſepulchris regum. ☿ Inſi-
diati verò ſunt ei Zabad filius Semaath Ammanitidis, &
Iozabad

Ioas inſtaurat templum Domini. ″ veſtri, B

″ deſtruxerāt ″ ornauerant ˣ domus

C Exod. 30. b.

D ″ Dei

E Moritur Ioiada, quo mortuo declinat Ioas ad idololatriam.

Iuſſu Ioas interficitur Zacharias propheta à F Deo miſſus.

Matth. 23. d. Syri numero pauci vincunt Iudam, eo quod Dominum reliquiſſet.

G

Ioas interimitur à ſeruis ſuis.



Iozabad filius Semarith Moabitidis. ☿ Porrò filij eius, ac 27
ſumma pecuniæ quæ adunata fuerat ſub eo, & inſtauratio
domus Dei ſcripta ſunt diligentius in libro regum: ″ re-
gnauit autem Amaſias filius eius pro eo.

″ regnauitque

*Iehoſabad filius Simrith Moabites. 40 Porrò de filijs eius & ingenti vectigali contra eum, deque fundatione domus Dei, en ſcripta ſunt ea in inuentario libri regum: regnauit autem loco eius Amazias filius eius.*

## SCHOLIA IN CAP. XXIIII.

1 Hebraiſmus, vt fuerit cum corde Ioas. 2 quaſi dicat, Relictis Ieroſolymis concedite in vrbes Iuda. 3 vel, afferant. 4 munus. donum. vel, oblationem. 5 & (à) congregatione Iſraelis? 6 idolis, quaſi dicat, ijs omnibus quæ erant dicata tēplo Dei, abuſi erant in cultum idolorum. 7 Subaudienda quædam Hebraicè, dixit igitur rex vt facerent arcam, (& fecerunt arcam vnā) ſubaudi, ad recipiendam pecuniam illam. 8 munus. vel, oblationem. 9 Vide Exod. 30. 10 ſubaudi, pecuniam, vel munus. 11 cōtummaſſent, quaſi dicat, donec omnes ad vnum pecuniam conſtitutam coniecissent in arculam. 12 magiſtratum. vel, præfectū regium. 13 id eſt, iuſſu ſacerdotum & Leuitarum. 14 tunc veniebat. 15 referebant eam, & reportabant. 16 vel, de die in diē, quaſi dicat, ſic facere ſolebant quoties arcula erat plena. 17 Hebraiſmus, medicina ſuper opus manibus illorum, id eſt, opera eorum ruinæ templi fuerunt inſtauratæ. Metaphora tracta à corporibus quæ medicina curantur. 18 in diſpoſitione ſua, id eſt, reſtituerunt in priſtinum ſtatum. 19 id eſt, quibus miniſtrabatur. 20 mortariola. 21 quaſi dicat, quandiu iſte pontifex pius vixit, populus Iudaicus coluit Dominum. 22 vel, plenuſque, id eſt, cum vixiſſet ad ſatietatem vſque. 23 cum ipſis regibus. 24 id eſt, fuerat pius in Deum & in templum. 25 id eſt, obtemperauit eis. hoc declaratur ſequente verſu. 26 ſubaudi, rex & principes. 27 iſtud peccatum. 28 id eſt, teſtes inuocarunt cælum & terram contra eos. 29 & non auſcultauerunt eis. 30 id eſt, Actus autem fuit Spiritu Dei Zacharias. 31 Hebraiſmus, deſuper populum, id eſt, in loco editiore quàm populus, quaſi dicat, aſcendit in ſuggeſtum vt declamaret in mores regis & principum eius. 32 tranſgredimini. 33 vel, miſericordiæ. 34 ſed interfecit filium eius. 35 vel, Videbit Dominus, & requiret, ſubaudi, cædem meam de manu veſtra, id eſt, ſumet ex vobis ſupplicium propter cædem hanc factam, vt fit prophetia. 36 In reuolutione anni, ſubaudi, vnius, vel illius, id eſt, Anno autem reuoluto. 37 Hebraiſmus, Quia cum paucitate hominum (id eſt, cum paucis hominibus) venerat exercitus Syriæ, & Dominus dedit in manu eorum exercitum in multitudine valde, id eſt, quammaximum. 38 exercuerunt, id eſt Syri varijs ſupplicijs illum affecerunt. 39 Hic numerus pluralis pro ſingulari, quaſi dicat, ob cædem filij Ioiada, nempe Zachariæ. aut aliquid ſubaudiri debet hoc modo, ob cædem vnius è filijs Ioiada. aut certe vtitur numero plurali, quod hic eſſet vice multorum filiorum ſuo patri. 40 Hebraiſmus, Filij autem eius, & (quomodo) multiplicatum fuerit vectigal illud (ſub. Moſis) apud eū. vel propter eū, id eſt, eo authore. fuit enī Ioas author eius muneris. aut, Filij autē eius, quodq; multiplicatū, &c. De dando dimidio ſiclo ordinato à Moſe loquitur, quem iſte Ioas ſæpius exegit. Vide paulo ſupra.

## CAP. XXV.

Amaſias nō malus, regnat pro Ioas patre ſuo. 4. reg. 14. a. ″ Ioadan

VIgintiquinq; annorum erat Amaſias cum regna 1
re cœpiſſet, & vigintinouē annis regnauit in Ie-
ruſalem: nomen matris eius ″ Ioadan de Ieruſalē.
☿ Fecitque bonum in conſpectu Domini, veruntamen 2
non in corde perfecto. ☿ Cumque roboratum ſibi vide- 3
ret imperium, iugulauit ſeruos qui occiderant regem pa-
trem ſuum. ☿ Sed filios eorum non interfecit, ſicut ſcrip- 4
tum eſt in Libro legis Moyſi, vbi præcepit Dominus, di-
cens, Non occidentur patres pro filijs, neque filij pro
patribus ſuis: ſed vnuſquiſque in ſuo peccato morietur.
☿ Congregauit igitur Amaſias Iudam, & conſtituit eos 5
per familias, tribunoſque & centuriones in vniuerſo Iuda
& Beniamin: & recenſuit à viginti annis ſurſum, inuenit-
que ″ triginta millia iuuenum qui egrederentur ad pugnā,
& tenerent haſtam & clypeum. ☿ Mercede quoque con- 6
duxit de Iſrael centum millia robuſtorum, centum talē-
tis argenti. ☿ Venit autem homo Dei ad illum, & ait, O 7
rex, ne egrediatur tecum exercitus Iſrael: non eſt enim
Dominus cū Iſrael, & cunctis filijs Ephraim. ☿ Quòd ſi 8
putas in robore exercitus bella conſiſtere: ſuperari te fa-
ciet Deus ab hoſtibus: Dei quippe eſt & adiuuare, & in fu
gā conuertere. ☿ Dixitq; Amaſias ad hominē Dei, Quid 9
ergo fiet de cētum talētis quę dedi militibus Iſrael? & re-
ſpodit ei homo Dei, Habet Dominus vnde tibi dare poſsit
multo his plura. ☿ Separauitq; Amaſias exercitum qui 10
venerat ad eū ex Ephraim, vt reuerteretur in locū ſuū: at
illi contra Iudam vehemēter irati, reuerſi ſunt in regionem
ſuā. ☿ Porrò Amaſias confidēter ″ eduxit populū ſuum, & 11
abijt in Vallē-ſalinarū, percuſsitq; filios Seir, decem mil-
lia. ☿ Et alia decem millia virorum ceperunt filij Iuda, 12
& adduxerunt ad præruptum cuiuſdam petræ, præcipi-
tauerunt que eos de ſummo in præceps, qui vniuerſi cre-
puerunt. ☿ At ille exercitus quem remiſerat Amaſias, ne 13
ſecum iret ad prælium, diffuſus eſt in ciuitatibus Iuda, à
Samaria vſque ad Beth-horon, & interfectis tribus milli-
bus, diripuit prædam magnam. ☿ Amaſias ″ quoque 14
poſt cædem Idumęorum, & allatos deos filiorum Seir,
ſtatuit illos in deos ſibi, & adorabat eos, & illis adolebat
incenſum. ☿ Quam ob rem iratus Dominus contra Ama- 15
ſiam, miſit ad illum prophetam, qui diceret ei, Cur ado-

Deut. 24. c. 4. g. 4. b. ezech. 8. c.

Amaſias cōgregat exercitū B ″ trecenta

Monetur Amaſias, ne viribus humanis ſidat.

C

Percutit Amaſias Idumæos. ″ duxit

D

″ verò Amaſias adorat deos Idumęorū Corripitur à Domino.

## CAP. XXV.

*AMAZIAS quum 1 regno inauguraretur natus erat viginti quinque annos, regnauitque Ieroſolymis annis vigintinouem: nomen matris eius fuit Iehoadan de Ieruſalem. is fecit quod rectum erat in oculis Domini, ſed non integro corde. 2 Quum enim regnum eius iam firmatum eſſet, interfecit ſeruos ſuos qui trucidarāt regem patrem ſuum: Filios autem eorum non interfecit: 3 quia ſic ſcriptum eſt in lege in libro Moſis, vbi præcepit Dominus in hanc ſententiā, Nō morientur patres propter filios, nec filij morientur propter patres, ſed vnuſquiſque morietur 4 in peccato ſuo. Congregauit autem Amazias Iehudam, & conſtituit eos 5 iuxta domos patrias, tribunos & centuriones per vniuerſum Iehudam & Beniamin. & recenſuit eos ab eo qui natus erat viginti annos & ſuprà, inuenitque eorum trecenta millia 6 electorum & qui bello apti erant, quicque ferre potuerunt haſtā & clypeum. De Iſraele quoque conduxit virorum fortium centum millia, idque centum talentis argenti. Venit autem ad eū vir Dei, dicens, Ne proficiſcatur tecum ô rex, exercitus Iſraelis, quia Dominus 7 non eſt cū Iſraele, [nempe] cum omnibus filijs Ephraim. 8 Quod ſi 9 profectus fueris in prælium ſtrenue agendo, præcipitabit te Deus coram hoſte: quoniam 10 in Deo eſt robur vel vt opē ferat, vel vt proſternat. Dixit autem Amazias viro Dei, Quid verò 11 fiet cum centum talentis quæ dedi exercitui Iſraelitico? reſpondit vir Dei, 12 Habet Dominus vt det tibi his plura. 13 Separauit igitur Amazias turmam militum quæ venerat ad eum de Ephraim, vt abirent in locum ſuum, & 14 æſtuauit naſus eorum vehemēter cōtra Iehudā, reuerſiq; ſunt ad locū ſuū 15 in æſtu naſi. Amazias verò 16 corroboratus, duxit populū ſuū, & profectus eſt in vallē Salis, percuſsitq; de filijs Seir decem millia. Deinde ceperunt filij Iehuda virorū decē millia, & adduxerūt eos in verticē cuiuſdam rupis, deiecerūtq; eos è vertice rupis, 17 diſsilieruntq; omnes. Porrò 18 milites quos remiſerat Amazias ne proficiſcerentur cū eo in prælīū, irruerūt in ciuitates Iehuda, à Samaria vſq; ad Beth-horō, & pcuſſerūt ex eis tria millia, diripuerūtq; ingentem præda. Quū verò Amazias rediſſet à cæde Edumæorū, 19 adduxit quoq; deos filiorū Seir, cōſtituitq; eos ſibi deos, procubuitq; ante eos, & adolebat eis. Irritatus eſt autem furor Domini contra Amaziam, miſitque ad eum prophetam qui diceret ei, Cur 20 quæ-*

*ſiuiſti*

*ſuiſti deos populi, qui non eripuerunt populum ſuum de manu tua? Contigit autem quum loqueretur 21 ipſe ad eum, vt diceret ei, 22 Num conſtituerunt te conſiliarium regi? 23 ceſſa tibi, cur enim te 24 cædant? propheta verò 25 ceſſans dixit, Scio quod conſilium inierit Deus vt perdat te quòd hoc feciſti, neque acquieniſti conſilio meo. Amazias verò rex Iehuda conſilio inito miſit ad Ioas filium Iehoahas filij Iehu regem Iſraelis huiuſmodi mãdata, Age ſpectemus nos mutuo corã. Tum miſit Ioas rex Iſraelis ad Amaziam regem Iehuda huiuſmodi mandata, 26 Carduus qui eſt in Libano miſit ad cedrũ quæ eſt in Libano, dicens, Da filiam tuam filio meo vxorem, & præterijt fera quæ erat in Libano, & conculcauit carduum: 27 dicis, En 28 tu percuſſiſti Edom, & extollit te cor tuum 29 vt glorietur: mane igitur domi tuæ, cur 30 prouocas malum, vt tu cadas & Iehuda tecum? At Amazias non audiuit, quoniam à Deo erat, vt traderet eos in manum [hoſtis,] eo quòd 31 quæſierant deos Edom. Aſcendit itaque Ioas rex Iſraelis, 32 & ſeſe mutuo coram ſpectarunt, ipſe & Amazias rex Iehuda in Beth-ſemes quæ eſt in Iehuda. Corruit autem Iehuda coram Iſraele, & fugerunt quiſque in tentorium ſuum. Amaziam verò regem Iehuda filium Ioas filij Iehoahas apprehendit Ioas rex Iſraelis in Beth-ſemes, & introduxit eum in Ieruſalem, & dirupit murum Ieruſalem à porta Ephraim vſque ad portam 33 anguli quadringentis cubitis. 34 Omne quoque aurum & argentum & omnia vaſa quæ inueniebantur in domo Dei 35 apud Obed-edom, & theſauros domus regis, & 36 filios obſidum 37 reduxit in Samariam. Vixit autem Amazias filius Ioas rex Iehuda poſt mortem Ioas filij Iehoahas regis Iſraelis, quindecim annis. Reliquũ geſtorum Amaziæ priora & poſtrema, annon hæc ſcripta ſunt in libro regum Iehuda & Iſraelis? Ab eo tempore autem quo defecit Amazias à Domino, conſpirarunt contra eum conſpirationem in Ieruſalem: quumque is 38 fugiſſet in Lachis, miſerunt poſt eum in Lachis, & interfecerunt eũ illic, Vexeruntque eum equis, & ſepelierunt eum cum patribus ſuis in 39 ciuitate Iehuda.*

raſti deos qui non liberauerunt populum ſuum de manu E
16 tua? ¶ Cumque hæc ille loqueretur, reſpondit ei,
Num conſiliarius regis es? quieſce, ne interficiam te.
diſcedéſque propheta, Scio, inquit, quòd cogitauerit Deus occidere te, * qui & feciſti hoc malum, (*quia Voluntate Dei traditur Amaſias in manus hoſtium.)
17 & inſuper non acquieuiſti conſilio meo. ¶ Igitur
Amaſias rex Iuda inito peſsimo conſilio, miſit ad Ioas
filium Ioachaz filij Iehu regem Iſrael, dicens, Ve-
18 ni, videamus nos mutuo. ¶ At ille remiſit nuntios, dicens, Carduus qui eſt in Libano miſit ad
cedrum Libani, dicens, Da filiam tuam filio meo vxorem: & ecce, beſtiæ quæ erant in ſylua Libani tranſ-
19 ierunt, & conculcauerunt carduum. ¶ Dixiſti, F
Percuſsi Edom: & idcirco erigitur cor tuum in ſuperbiam,
ſede in domo tua, cur malum aduerſum te prouocas, vt
20 cadas & tu & Iudas tecum? ¶ Noluit *audire Amaſias, (*autem)
eo quòd Domini eſſet voluntas vt traderetur in manus
21 hoſtium propter deos Edom. ¶ Aſcendit igitur Ioas rex
Iſrael, & mutuos ſibi præbuere conſpectus: Amaſias au-
22 tem rex Iuda erat in Beth-ſames Iudæ. ¶ Corruitque Iudas coram Iſrael, & fugit in tabernacula ſua.
23 ¶ Porrò Amaſiam regem Iuda filium Ioas filij Ioachaz, cepit Ioas rex Iſrael in Beth-ſames, & adduxit in
Ieruſalem: deſtruxitque murum eius à porta Ephraim vſque ad portam anguli, quadringentis cubi- G
24 tis. ¶ Omne quoque aurum, & argentum, & vniuerſa vaſa quæ repererat in domo Dei, & apud Obed-edom,
in theſauris etiam domus regiæ, necnon & filios obſi-
25 dum reduxit in Samariam. ¶ Vixit autem Amaſias filius
Ioas rex Iuda, poſtquam mortuus eſt Ioas filius Ioachaz
26 rex Iſrael, quindecim annis. ¶ Reliqua autem ſermonum Amaſiæ priorum & nouiſsimorum ſcripta ſunt in
27 Libro regum Iuda & Iſrael. ¶ Qui poſtquam receſsit
à Domino, tetenderunt ei inſidias in Ieruſalem. Cumque
fugiſſet * Lachis, miſerunt & interfecerunt eum ibi. (*In) (Occiditur Amaſias.)
28 ¶ Reportanteſque ſuper equos, ſepelierunt eum cum
patribus ſuis in Ciuitate-Dauid.

## SCHOLIA IN CAP. XXV.

1 Regnare cœpit. 2 id eſt, Quum regno ſuo pacifice poti-retur. 3 vel, ſed (fecit) iuxta id quod, &c. 4 vel, propter peccatum ſuum. 5 id eſt, per familias. 6 Hebraiſmus, egredientiũ ad pugnam, (&) tenentium lanceam & ſcutum, quaſi dicat, aptorum ad militiam, & geſtantiũ lanceas & ſcuta. 7 ideſt, nõ fauet Iſraeli, nempe filijs Ephraim. 8 ſubaudi, nolis mihi credere. 9 Hebraiſmus, veni tu, fac, fortis eſto in conflictu ipſo, (vel ad cõfligendum, tamen) cadere te faciet. 10 quaſi dicat, Deus poteſt adiuuare quem vult, & contrà, perdere quem vult. 11 agendum eſt de centum, &c. 12 Hebraiſmus, Eſt (in poteſtate) Domini dare, &c. 13 id eſt, Miſsos fecit externos milites. 14 vel, iratus eſt furor, id eſt, excanduerũt. Ira apparet potiſsimum in nare: propterea ita dicitur Hebraicè. 15 vel, in ira furoris, id eſt, valde irati. 16 .i. quum cœpiſſet eſſe animo forti & fidenti. 17 ruptiq; ſunt. id eſt, omnium corpora fuerunt violata & rupta. 18 Hebraiſmus, filij illius turmæ quam, &c. 19 vel, tunc adduxit. 20 conſuluiſti deos iſtius populi. 21 ſub. prophetæ. 22 quaſi dicat, non. Hîc rex de ſe in tertia perſona loquitur. 23 id eſt, diſcede, ſiue abi. 24 ſubaudi, ſatellites regij, quaſi dicat, deſine, vel dabis pœnas. 25 recedens. 26 vel, Spina quæ. 27 dixiſti, ſubaudi, in corde tuo. 28 quaſi dicat, reportaui victoriam de Idumæis. 29 vt magnum honorem ambires. vel, vt magno honore te dignum putares. 30 Hebraiſmus, contendes (vel, rixaberis, ſubaudi, mecum) in malum. 31 conſuluiſſent. 32 & præbuerũt ſeſe videndos de facie, id eſt, deſcenderunt in certamen. 33 Doctus inter Hebræos dicit ita dici quod præbeat ſeſe viſendam in duabus partibus. 34 ſubaudi, cepit. 35 id eſt, apud vnum ex nepotibus Obed-edom, qui præfuerat theſauris. 36 filios pignorũ .i. filios oppigneratos. Chaldæus paraphraſtes, in Regibus vertit filios principum, ſiue magnatũ, ita etiã exponit doctus inter Hebræos. 37 & reuerſus eſt in, &c. 38 ſubaudi, intellecta conſpiratione. 39 Hîc ciuitatem Dauid, vocat vrbem Iuda, per excellentiam.

## CAP. XXVI.

*ACceperunt autem omnis Iehuda 1 Vſiam, qui natus erat ſedecim annos, & conſtituerunt eum regem loco patris ſui Amaziæ. Is ædificauit 2 Eloth, & reduxit eam ad Iehudam poſt quam dormiuit rex cum patribus ſuis. Quum 3 regno inaugurarietur Vſias, natus erat ſedecim annos, regnauitque Ieroſolymis quinquagintaduobus annis: nomen matris eius fuit Iecholia de Ieruſalem. Fecit autem quod rectum erat in oculis Domini, iuxta omnia quæ fecit Amazias pater eius. 4 Et factum eſt vt quæreret Deum in diebus Zachariæ, 5 qui intelligens erat in videndo Deum, & in iſtis diebus in quibus quærebat Dominum, dedit ei Deus proſperum ſucceſſum. Nam egreſſus pugnauit contra Paleſthinos, & rupit murum Gath, atque murum Iabniæ, & murũ Azoti, & ædificauit ciuitates in Azoto, & in Paleſthina. Contulit quoq; ei Deus auxiliũ aduerſus Paleſthinos, & cõtra Arabes habitãtes in Gur-baal & Hamennim. Dederũt etiã Ammonitæ munus Vſiæ, & diuulgatũ eſt nomen eius donec veniret 6 ad AEgyptũ vſq;: nam 7 ſupra modum fortiter egit. AEdificauit quoque Vſias turres in Ieruſalem iuxta portã anguli, & iuxta portam vallis, & iuxta angulos, & 8 firmauit eas. AEdificauit turres in deſerto, & 9 effodit puteos multos, quia habuit pecora multa tam in vallibus quàm in planis locis: agricolas & vinitores non ſolum in montibus, ſed & locis planis fertilibus: ſtudioſus enim fuit agriculturæ. Habuit quoque Vſias copias quæ belligerabant, & quæ turmatim in prælium egrediebantur iuxta numerum 10 præfecturæ eorum, ſub manu Iehiel ſcribæ, & Maaſiæ præfecti, & ſub manu Hananiæ qui erat ex principibus regis. Omnis numerus 11 præcipuorum patrum 12 & fortiſsimorum heroum duo millia ſexcenti. Et ſub manu eorũ fuit exercitus militaris trecentorum millium, atque ſeptẽ millũ & quingentorũ qui belligerabãt 13 ſtrenua virtute, vt auxilio eſſent regi cõtra hoſtes. Præparauit quoq; eis Vſias omni ſcilicet exercitui clypeos, haſtas, galeas, loricas, arcus & 14 fundas pro lapidibus. Et fecit in Ieruſalẽ 15 ingenioſe excogitata quędã tormenta aut machinas, quæ eſſent in turribus & 16 mœnijs ad eiaculandũ ſagittas & lapides magnos. exijt ergo nomen eius ad remota [loca,] 17 eo quòd mirifice ſibi auxilia parauit, donec fortiſsimus fieret. 18 At in fortitudine ſua elatũ eſt cor eius, donec [19 omnia] perderet: nã tranſgreſſus eſt contra Dominũ Deum ſuum, ingreſſus 20 in templũ Domini, vt adoleret ſuffitum in ara incenſi. Ingreſſus eſt autem poſt eum Aſarias ſacerdos, cumq; eo 21 ſacerdotes Domini, [nempe] 22 virorum ſtrenuorum octoginta. Steteruntque iuxta Vſiam regem, & dixerunt ad eum, 23 Non [licet] tibi ô Vſia, 24 vt ſuffitum facias Domino, ſed ſacerdotum [eſt] qui 25 filij ſunt Aharonis, qui conſecrati ſunt ad adolendũ: egredere igitur ex ſanctuario: tranſgreſſus enim es, quod tibi ad gloriam non [cedet] 26 à Domino Deo. Iratus ergo Vſias, (habuit autem in manu ſua incenſum vt illud adoleret,) & 27 in hac ira ſua contra ſacerdotes exorta eſt lepra in fronte eius coram ſacerdotibus in domo Domini iuxta aram incenſi. Et reſpexit eum Aſarias ſummus ſacerdos & omnes ſacerdotes, & ecce 28 leproſus erat fronte ſua, & 29 deturbarunt eum ex illo loco, 30 compulſuſq; vt egrederetur: quoniã Dominus percuſſerat eum. Fuit itaq; Vſias rex leproſus vſque ad diem mortis ſuæ, habitauitque in domo 31 libera, leproſus, quia 32 ſecluſus erat à domo Domini. porrò Iothã filius eius erat ſuper domum regis, ius dicens populo terræ. Reliquum geſtorum Vſiæ priora & poſteriora, ſcripſit Ieſaias filius Amoz, propheta. Dormiuitq; Vſias cum patribus ſuis, & ſepelierunt eum cum patribus ſuis in agro 33 ſepulturæ, qui [paratus erat] regibus. dixerunt enim, Leproſus eſt. & regnauit Iothã filius eius loco ipſius.*

## CAP. XXVI.

1 OMnis autem populus Iuda, filium eius Oziam annorum ſedecim, conſtituit regem pro (Ozias pius cõſtituitur rex pro Amaſia. 4. reg. 14. e.)
2 Amaſia patre ſuo. ¶ Ipſe ædificauit Ailath, &
reſtituit eam ditioni Iudæ, poſtquam dormiuit rex
3 cum patribus ſuis. ¶ Sedecim annorum erat Ozias
cum regnare cœpiſſet, & quinquagintaduobus annis regnauit in Ieruſalem: nomen matris eius Iechelia de Ieruſalem.
4 ¶ Fecitque quod erat rectum in
oculis Domini, iuxta omnia quæ fecerat Amaſias pa-
5 ter eius. ¶ Et exquiſiuit * Dominum in diebus Zachariæ (*Deum)
intelligentis & videntis Deũ: cumq; requireret Dominũ, (Quærere Deũ.)
6 direxit eum in omnibus ¶ Denique egreſſus eſt, & pugnauit contra Philiſthijm, & deſtruxit murum Geth, & (Pugnat contra Philiſthijm.)
murum



murum Iabniæ, murumq́ue Azoti: ædificauit quoque oppida in Azoto, & * Philiſthijm. ¶ Et adiuuit eum Deus (*in)
7 contra Philiſthijm, & contra Arabes qui habitabant in
B Gur-baal, & contra Ammonitas. ¶ Appendebantque 8
Ammonitæ munera Oziæ: & diuulgatum eſt nomen eius
vſque ad introitum AEgypti, propter crebras victorias.
¶ * AEdificauit quoq; Ozias turres in Ieruſalẽ ſuper por- 9 (*AEdificauitque)
tam anguli, & ſuper portam vallis, & reliquas, in eodẽ muri latere, firmauitq; eas. ¶ Extruxit etiã turres in ſolitu- 10
dine, & effodit ciſternas plurimas, eo q͏ haberet multa pecora tam in cãpeſtribus, quàm in eremi vaſtitate: vineas (Ozias agriculturæ deditus. Exercitus Oziæ.)
quoq; habuit & vinitores in mõtibus, & in Carmelo: erat
quippe homo agriculturæ deditus. ¶ Fuit autem exerci- 11
tus bellatorũ eius, qui procedebant ad prælia ſub manu
Iehiel ſcribæ, Maaſiæq; doctoris, & ſub manu Hananiæ
qui erat de ducibus regis. ¶ Omniſq; numerus principũ 12
per familias, virorũ fortium, duorum millium ſexcentorum. ¶ Et ſub eis vniuerſus exercitus trecentorũ & ſeptẽ 13
millium quingentorũ: qui erant apti ad bella, & pro rege
contra aduerſarios dimicabant. ¶ Præparauit quoq; eis 14
C Ozias, id eſt cuncto exercitui, clypeos & haſtas & galeas
& loricas, arcuſq; & fundas ad iaciendos lapides. ¶ Et fe- 15
cit in Ieruſalẽ diuerſi generis machinas, quas in turribus
collocauit, & in angulis murorũ, vt mitterẽt ſagittas, & ſaxa grandia, egreſſumq́; eſt nomen eius procul, eo q͏ auxiliaretur ei Dominus, & corroboraſſet illum. ¶ Sed cum 16 (Ozias contra Dei præcepta vſurpans officium ſacerdotũ percutitur lepra.)
roboratus eſſet, eleuatum eſt cor eius in interitum ſuũ, &
neglexit Dominum Deum ſuum, ingreſſuſq; templũ Domini, adolere voluit incenſum ſuper altare thymiamatis.
¶ Statimq; ingreſſus poſt eum Azarias ſacerdos, & cũ eo 17 (A ſacerdotibus corripitur rex.)
ſacerdotes Domini octoginta, viri fortiſsimi, ¶ Reſtiterũt 18
regi, atque dixerunt, Non eſt tui officij Ozia, vt adoleas
incenſum Domino: ſed ſacerdotũ, hoc eſt filiorũ Aaron,
qui cõſecrati ſunt ad huiuſcemodi miniſterium: egredere
de ſanctuario, ne contẽpſeris: quia nõ reputabitur tibi in
D gloriã hoc à Domino Deo. ¶ Iratuſq; Ozias & tenens in 19
manu thuribulũ vt adoleret incenſum, minabatur ſacerdotibus: ſtatimq; orta eſt lepra in fronte eius coram ſacerdotibus, in domo Domini ſuper altare thymiamatis. ¶ Cũq; 20
reſpexiſſet eum Azarias pontifex, & omnes reliqui ſacerdotes: viderunt lepram in fronte eius, & feſtinatò expulerunt eum: ſed & ipſe perterritus accelerauit egredi, eo q͏
ſenſiſſet ilico plagam Domini. ¶ Fuit igitur Ozias rex le- 21 (4. Reg. 15. a.)
proſus vſque ad diem mortis ſuæ, & habitauit in domo ſeparata plenus lepra, ob quam eiectus fuerat de domo Domini. porrò Ioathã filius eius rexit domum regis, & * iudicauit populum terræ. ¶ Reliqua autem ſermonum Oziæ 22 (Ioatham filius Oziæ.) (*iudicabat)
priorum & nouiſsimorũ ſcripſit Eſaias filius Amos, propheta. ¶ Dormiuitq; Ozias cum patribus ſuis, & ſepelie- 23 (Moritur Ozias.)
runt eum in agro regalium ſepulchrorum, eo quòd eſſet
leproſus: regnauitque Ioatham filius eius pro eo.

## SCHOLIA IN CAP. XXVI.

1 Hic vocatur in Regibus Azarias. 2 Ciuitas ad mare Rubrum, vnde ſinus Elaniticus. 3 regnare cœpiſſet. 4 Hebr. Et fuit in conſulendo Deo. q. d. totus in hoc fuit occupatus vt conſuleret Dominum. 5 Hebr. intelligentis in viſionibus Dei. i. periti in videndis viſionibus diuinis. 6 Hebr. ad introitum AEgypti. 7 Hebr. fortificatus eſt vſque in excelſum. i. fortiter egit ſupramodum. 8 muniuit. 9 vel, excidit ciſternas multas. 10 Hebra. numerationis ſuæ. i. quo quiſque recenſitus fuerat. 11 principum familiarum. 12 ex fortibus robore, vel, fortiũ robore 13 Hebra. cum potentia roboris. 14 vel, lapides fundarum. 15 Hebr. machinas (appoſitiuè) cogitationẽ cogitantis. i. arte doctiſsimi opificis factas. 16 angulis. 17 Heb. ad iuuandum ſemetipſum. i. ad comparandas vires quibus iuuaretur. 18 vel, Cum autem fortificatus eſt, exaltatum eſt cor eius. 19 potius ſubaudiendum (ſeſe, vel, mores ſuos) 20 .i. ſecundam partẽ templi vbi erat altare thymiamatis. 21 ſub. aliquot. 22 Heb. filiorum roboris. 23 Hebr. Non ad te. ſub. pertinet. 24 adolere thus. 25 id eſt, nepotes. 26 vel, apud Dominum Deum. 27 id eſt, quum iraſceretur ſacerdotibus. 28 Hebr. lepra erat in fronte eius. 29 Hebraiſmus, feſtinare fecerunt eum, id eſt, feſtinanter egredi coëgerunt eum, hoc eſt extruſerunt eum. 30 ipſe quoque feſtinauit egredi. 31 id eſt, ſeparata ab alijs domibus. 32 exciſus. 33 vel, ſepulchrorum regiorum. Non ſepultus fuit in ſepulchris regijs, ſed in agro vbi erant regia illa ſepulchra.

## * CAP. XXVII.

1 VIgintiquinque annorum erat Ioatham cum regnare cœpiſſet, & ſedecim annis regnauit in Ieruſalem: nomen matris eius Ieruſa filia Sadoc. (Regnat pius Ioatham filius Oziæ. 4. Reg. 15. g.)

## CAP. XXVII.

*IOtham quum 1 regno inaugararetur natus erat viginti quinque annos, regnauitque ſedecim annis Ieroſolymis: nomen matris eius erat Ieruſa, quæ filia fuit Zadoc.*

Fecit au-

*Fecit autem quod rectum erat in oculis Domini, iuxta omnia quæ fecerat pater eius Vſias, excepto quòd non ingreſſus eſt templum Domini: populus quoque adhuc 2 peruerſe agebat. Is ædificauit portam domus Domini 3 ſuperiorem, 4 & in muri prepugnaculis multa ædificauit. Ædificauit præterea ciuitates in montanis Iehuda, & in 5 nemoribus extruxit 6 arces & turres. Is etiam bellum geſsit cum rege Ammonitarum, quibus etiam ſuperior factus eſt, ita vt darent ei Ammonitæ eodem anno centum talenta argenti, & decem mille coros tritici, atque hordei 7 decem mille. hæc tribuerunt ei Ammonitæ, & deinceps anno ſecundo & tertio. Roboratus eſt ergo Iotham, quoniam 8 præparauit vias ſuas coram Domino Deo ſuo. Reliquum geſtorum Iotham, & omnia bella eius, & viæ eius, ecce hæc ſcripta ſunt in libro regum Iſraelis & Iehuda. 9 Vigintiquinque annos natus erat quum regnare cœpiſſet, & regnauit ſedecim annis Ieroſolymis. Et dormiuit Iotham cum patribus ſuis, & ſepelierunt eum in ciuitate Dauidis, & regnauit Ahas filius eius pro eo.*

2 ¶ Fecitque quod rectum erat coram Domino iuxta om-
nia quæ fecerat Ozias pater ſuus: excepto quòd non eſt
ingreſſus templum Domini: & adhuc populus delinque-
3 bat. ¶ Ipſe ædificauit portam domus Domini excelſam: B
4 & in muro Ophel multa conſtruxit. ¶ Vrbes quoque
ædificauit in montibus Iuda: & in ſaltibus caſtella, & tur-
5 res. ¶ Ipſe pugnauit contra regem filiorum Ammon,
Vincit Ammonitas.
& vicit eos: dederuntque ei filij Ammon in tempore
illo centum talenta argenti, & decem millia coros tri- C
tici, ac totidem coros hordei: hæc ei præbuerunt filij
6 Ammon in anno ſecundo & tertio. ¶ Corroboratuſ-
Dirigere vias in conſpectu Dei.
que eſt Ioatham, eo quòd direxiſſet vias ſuas coram
7 Domino Deo ſuo. ¶ Reliqua autem ſermonum Ioa-
tham, & omnes pugnæ eius, & opera, ſcripta ſunt in
8 Libro regum Iſrael & Iuda. ¶ Vigintiquinque anno- D
rum erat cum regnare cœpiſſet, & ſedecim annis regna-
9 uit in Ieruſalem. ¶ Dormiuitque Ioatham cum patri-
Mortuo Ioathã, ſuccedit Achaz.
bus ſuis, & ſepelierũt eum in Ciuitate-Dauid: & regnauit
Achaz filius eius pro eo.

## SCHOLIA IN CAP. XXVII.

1 Regnare cœpit 2 Heb. corruperat vias ſuas, id eſt, erat corruptis moribus. 3 altiſsimam. Hæc erat porta Orientalis. 4 & in muro turris, ſubaudi, eius quæ Ophel ab altitudine dicitur. 5 ſaltibus amœnis 6 vel, palatia. ſiue, ædes ſumptuoſas, 7 ſub. coros. 8 vel, direxit, id eſt, inculpate vixit coram Deo. 9 Repetit quæ dixerat in principio capitis.

## CAP. XXVIII.

*AHas natus erat viginti annos quum 1 regno inaugurar etur, regnauitq́; ſedecim annis Ieroſolymis, nec fecit quod rectum erat in oculis Domini quemadmodum Dauid pater eius. Ambulauit enim in vijs regum Iſraelis, & etiam fecit fuſilia 2 baalim. Is etiam adoleuit incenſum in valle Hinnam, & 3 concremauit filios ſuos igne, iuxta abominationes Gentium quas eiecerat Dominus ante filios Iſrael. Sacrificauit quoque & adoleuit in excelſis, & in collibus, atque ſub omni arbore 4 frondoſa. Tradidit ergo eum Dominus in manum regis Syrorum qui percuſſerunt eum, 5 & duxerunt ab eo multos captiuos, duxeruntq́; Darmaſcum: traditus quoque eſt in manum regis Iſraelitici, qui percuſſit eum cæde magna. Occidit enim Paca filius Romeliæ in Iehuda vno die [ virorum ] centum & viginti millia, 6 qui omnes ſtrenui [ fuerant ] bellatores, eo quòd deſeruiſſent Dominum Deum patrum ſuorum. Occidit deinde Sichri 7 heros fortis Ephraita Maaſiam filium regis, & Aſricam præfectum prætorio: & Elcana, qui ſecundus erat à rege. Ceperunt quoque filij Iſrael de fratribus ſuis ducenta millia mulierum, filiorum & filiarum, 8 diripueruntq́; eis multam prædam, & aduexerunt prædam in Samariam. Fuit autem illic propheta Domini, cui nomen erat Oded, qui egreſſus in conſpectum exercitus introeuntis Samariam, dixit ad eos, En Dominus Deus patrum veſtrorum 9 in furore [ quo concitus eſt ] aduerſus Iehudam, tradidit eos in manus veſtras, quos in ira occidiſtis, [ 10 quæ res ] ad cælum vſque peruenit. Quin inſuper ſtatuiſtis ſubijcere vobis Iehudam & Ieruſalem, vt ſerui ſint & ancillæ, 11 annon obnoxios culpæ vos redditis apud Dominum Deũ veſtrum? Audite ergo me, & remittite captiuos quos cepiſtis de fratribus veſtris: quoniam Dominus iratus eſt vobis. Surrexerunt ergo viri de primoribus filiorũ Ephraim, Aſarias filius Iehohanan, Berechias filius Meſillemoth, Ezechias filius Sallum, & Amaſa filius Hadlai aduerſus eos qui è militia veniebant. Et dixerunt ad eos, Ne introducatis 12 captiuos huc: 13 nam ſtatuitis nobis culpam obtrudere coram Domino, vt adijciatis ad peccatum noſtrum & ad culpam noſtram, 14 quum alioqui ſatis delicti ſit nobis, & atrox ira contra Iſraelem. Dimiſit igitur 15 exercitus captiuos & prædam coram principibus & toto cœtu. Et ſurrexerunt viri 16 nominibus expreſſi, & apprehenſis captiuis, veſtierunt eos qui nudi inter eos erant ex ſpolijs, veſtierunt inquam eos, & induerunt eos calceos: cibum & potum dederunt eis, deinde vnxerunt eos, & duxerunt aſinis eos omnes qui 17 debiles erant, & 18 introduxerunt Iereho ciuitatem palmarum ad fratres eorum, reuerſiq́; ſunt ipſi in Samariam. Sub id tempus 19 miſit rex Ahas 20 ad reges Aſſur, vt ei auxilio eſſent, 21 Venerunt enim rurſus Edomei, & ſtragem fecerunt in Iehuda, abduxeruntq́; captiuos, ſed & Paleſthini irruperunt in ciuitates campeſtres, & 22 ad Meridiem Iehuda, ceperuntq́; Beth-ſemes & Aialon, & Gederoth, atque Socho & viculos eius, Thimna & viculos eius, Gimzo & viculos eius, habitaueruntq́; ibi. Humiliauerat enim Dominus ipſum Iehuda propter Ahas regem 23 Iſrael, quoniam 24 denudauerat Iehudam, & tranſgreſſione tranſgreſſus erat aduerſus Dominum. 25 Venit autem contra eum Thilgaltpilneſer rex Aſſyrius, qui eum 26 obſedit, nec 27 roborauit eum, 28 Tametſi Ahas partem de æde Domini, deq́; domo regis & principum dederit regi Aſſyrio, non tamen tulit ei auxilium. 29 Porrò rex ipſe Ahas eo tempore quo eſſet in anguſtijs addidit & hoc, vt tranſgrederetur contra Dominum, ſacrificauit namque dijs Darmaſci, qui eum 30 percuſſerant, & dixit, Quandoquidem dij regum Syriæ auxilium eis ferunt, ſacrificabo & ego eis, vt & mihi opem ferant: quum tamen hi ei & toti Iſraeli 31 offendiculo fuerint. Collegit quoque Ahas vaſa domus Dei, & 32 comminuit vaſa domus Dei, 33 clauſit oſtia domus Domini: & fecit ſibi altaria Ieroſolymis in omni angulo. Sed & in ſingulis vrbibus Iehuda fecit 34 excelſa ad adolendum dijs alijs, irritans Dominum Deum patrum ſuorum. Reliquum rerum eius, & omnes viæ eius priores & poſteriores, ecce hæc ſcripta ſunt in libro regum Iehuda & Iſrael. Dormiuitq́; Ahas cum patribus ſuis, & ſepelierunt eum 35 in ciuitate Ieruſalem: non autem intulerunt eum in ſepulchra regum Iſrael, regnauitq́; pro eo Ezechias filius eius.*

1 VIginti annorum erat Achaz cum regnare cœpiſ-
Impietatis Achaz regis Iuda. 4. reg. 16. a.
ſet: & ſedecim annis regnauit in Ieruſalem: non
fecit rectũ in conſpectu Domini ſicut Dauid pa-
2 ter eius. ¶ Sed ambulauit in vijs regum Iſrael, inſuper &
3 ſtatuas fudit baalim. ¶ Ipſe eſt qui adoleuit incenſum in
Valle-ben-ennom: & luſtrauit filios ſuos in igne iuxta ri-
tum Gentium, quas interfecit Dominus in aduentu filio-
4 rum Iſrael. ¶ Sacrificabat quoque, & thymiama ſuccen-
debat in excelſis, & in collibus, & ſub omni ligno frõdo-
5 ſo. ¶ Tradiditq́; eum Dominus Deus eius in manus re-
Traditur in manus regis Syriæ.
gis Syriæ, qui percuſsit eum, magnamq́; prædam cepit de
eius imperio, & adduxit in Darmaſcum: manibus quoque
6 regis Iſrael traditus eſt, & percuſſus plaga grãdi. ¶ Occi-
Phacee occidit bellatores Iudæ.
ditq́; Phacee filius Romeliæ, de Iuda centũ viginti millia
in die vno, omnes viros bellatores: eo quòd reliquiſſent
7 Dominũ Deum patrũ ſuorum. ¶ Eodem tempore occidit
Iſraelitæ vaſtãt tribum Iudæ.
Zechri vir potens ex Ephraim, Maaſiam filium regis, &
Ezricã ducẽ domus eius, Elcanam quoque ſecũdũ à rege.
8 ¶ Ceperũtque filij Iſrael de fratribus ſuis ducenta millia
mulierũ, puerorũ, & puellarum, & infinitã prædam: pertu
9 leruntq́; eam in Samariam. ¶ Ea tempeſtate erat ibi pro- B
Oded propheta arguit filios Iſrael crudelitatis in Iudam.
pheta Domini, nomine Oded: qui egreſſus obuiam exer-
citui veniẽti in Samariam, dixit eis, Ecce iratus Dominus
Deus patrum veſtrorum contra Iudam, tradidit eos in ma
nibus veſtris, & occidiſtis eos atrociter, ita vt ad cælum
10 pertingeret veſtra crudelitas. ¶ Inſuper filios Iuda, & Ie-
ruſalẽ vultis vobis ſubijcere in ſeruos & ancillas, quod ne-
quaquam facto opus eſt: peccaſtis enim ſuper hoc Domi-
11 no Deo veſtro. ¶ Sed audite conſiliũ meum, & reducite
captiuos quos adduxiſtis de fratribus veſtris: quia mag-
12 nus furor Domini imminet vobis. ¶ Steterunt itaque viri
de principibus filiorum Ephraim, Azarias filius Iohanan,
Barachias filius Moſollamoth, Ezechias filius Sellum, &
*Amaſias filius Hadali, contra eos qui veniebant de præ-
*Amaſa
13 lio, ¶ Et dixerunt eis, Non introducetis huc captiuos, ne
peccemus Dño. quare vultis adijcere ſuper peccata no-
ſtra, & vetera cumulare delicta? grãde quippe peccatum
14 eſt, & ira furoris Domini imminet ſuper Iſrael. ¶ Dimiſe-
Remittit Iſrael captiuos Iudæ.
runtque viri Iſrael bellatores prædam, & vniuerſa quæ
15 ceperant corã principibus & omni multitudine. ¶ Stete- C
runtque viri quos ſuprà memorauimus: & apprehendẽtes
captiuos,



captiuos, omneſque qui nudi erant, veſtierunt de ſpolijs,
cumque veſtiſſent eos, & calceaſſent, & refeciſſent cibo
ac potu, vnxiſſentque propter laborem, & adhibuiſſent
eis curam: quicunque ambulare non poterant, & erant im
becillo corpore, impoſuerunt eos iumentis, & adduxerũt
*Iericho Ciuitatem-palmarum ad fratres eorum, ipſique
*Iere
reuerſi ſunt in Samariam. ¶ Tempore illo miſit rex 16
Iuda affligitur ab Idumæis & Philiſthæis propter impietates regis ſui.
Achaz ad regem Aſſyriorum, poſtulans auxilium. ¶ Ve- 17
neruntque Idumæi, & percuſſerunt multos ex Iuda, &
ceperunt prædam magnam. ¶ Philiſthijm quoque dif- 18
fuſi ſunt per vrbes campeſtres, & ad Meridiem Iudæ: ce-
peruntque Beth-ſames, & Aialon, & Gaderoth, Socho
quoque, & Thamnan, & Gamzo cum viculis ſuis: & ha-
bitauerũt in eis. ¶ Humiliauerat enim Dominus Iudam 19
propter Achaz regem Iuda, eo quòd nudaſſet eum auxi-
lio, & contemptui habuiſſet Dominum. ¶ Adduxitque 20
D contra eum Thelgath-phalnaſar regem Aſſyriorum, qui
& affiixit eum, & nullo reſiſtente vaſtauit. ¶ Igitur 21
Achaz ſpoliata domo Domini, & domo regum, ac princi
pum, dedit regi Aſſyriorum munera: & tamen nihil ei
profuit. ¶ Inſuper & tempore anguſtiæ ſuæ auxit con- 22
temptum in Dominum, ipſe per ſe rex Achaz. ¶ Immo 23
Immolat Achaz dijs Darmaſci, fruſtra ſperans auxiliũ ab eis.
lauit dijs Darmaſci victimas, percuſſoribus ſuis, & dixit,
Dij regum Syriæ auxiliantur eis, quos ego placabo ho-
ſtijs, & aderunt mihi. cum econtrario ipſi fuerint ruinæ ei,
& vniuerſo Iſrael. ¶ Direptis itaque Achaz omnibus va- 24
ſis Domus Dei, atque cõfractis, clauſit ianuas tẽpli *Dei:
*Domini
& fecit ſibi altaria in vniuerſis angulis Ieruſalem. ¶ In 25
omnibus quoque vrbibus Iuda extruxit aras ad creman-
dum thus, atque ad iracundiã prouocauit Dominũ Deum
patrum ſuorum. ¶ Reliqua autem ſermonum eius, & om- 26
nium operum ſuorum priorum, & nouiſsimorum ſcripta
ſunt in Libro regum Iuda & Iſrael. ¶ Dormiuitq́; Achaz 27
Moritur Achaz.
cũ patribus ſuis, & ſepelierunt eum in ciuitate Ieruſalem:
neque enim receperunt eum in ſepulchra regum Iſrael.
Regnauitque Ezechias filius eius pro eo.

## SCHOLIA IN CAP. XXVIII.

1 Regnare inciperet. 2 idolis. quæ dicebantur baalim. Numero ſingulari vnumquodque illorum dicebatur baal. 3 vel, luſtrauit 4 virente. vel, viridi. Per hoc intelligit lucos in quibus ſacrificabant Iudæi idolis. 5 Hebraiſmus, & captiuauerunt ab eo captiuitatem magnam, 6 omnes (autem erant) filij roboris, id eſt, robuſtiſsimi, quaſi dicat, præter impedimenta belli. 7 Hebr. fortis Ephraim, id eſt, fortiſsimus inter Iſraelitas, qui erat magnæ authoritatis apud Ephraim. 8 diripuerunt inſuper 9 vel, propter iram, id eſt, quòd Iudæis eſſet iratus, quaſi dicat, vos non debetis vobis arrogare victoriam, ſed Deo illam tribuite. 10 vel, (qui furor) q.d. in furore veſtro maximo eos occidiſtis: res ea, maxima eſt, cuius extremum vſque ad cælum peruenit. 11 Hebraiſmus, nonne verè vos vobiſcum delicta (quædam ſunt) contra &c. q. d. peccauerunt filij Iuda, & vos quoque peccauiſtis. Illi victi ſunt propter ſua peccata: videte ne idem vobis eueniat: nam non caretis culpa. Nonne vos eſtis (ſub. tales) vt vobiſcum ſint peccata? 12 captiuitatem illam, id eſt, filios Iuda captiuos. 13 Heb. nam in delictũ contra Dominum ſuper nos. (ſubaudi, erit.) vos ſtatuiſtis (ſub. illos adducere in Samariam,) vt addatis 14 Heb. quia multum eſt delictum noſtrum, & ira furoris (Domini) ſuper Iſraelem. 15 Heb. miles armatus 16 id eſt, prædicti. 17 vel, vacilantes. aut, nutantes 18 deduxerunt (eos vſq; ad) Iericho ciuitatem palmarũ iuxta fratres ſuos, &c. Ciuitatem palmarum vocat in qua erant palmæ excellentes. 19 ſubaudi, legatos. 20 id eſt, ad vnum è regibus. 21 Heb. Et præterea Idumæi venerunt. ſub. contra regem Iuda. 22 id eſt, in vrbes Meridionales Iudæ. 23 Hic Iſrael capitur pro omnibus tribubus: & regem Iuda vocat regem Iſraelis. 24 ceſſare fecerat in Iuda, id eſt, auocauerat populum in Iuda à cultu veri Dei. Alij minus rectè, nudauerat populũ. ſub. bonis operibus. 25 Venit itaque ad eum, id eſt, vt ei ferret opem: erat enim oppreſſus bellis. 26 oppreſsit. vel, affecit angoribus, id eſt, fuit illi oneri, reduxitque eum ad ſummam penuriam pecuniæ: nam exhauſit eam totam. Doctus inter Hebræos, intranſitiue exponit, & affectus eſt doloribus & angoribus. 27 vel, fortificauit. q. d. nec reſtituere potuit illi vrbes quas Palæſthini ceperunt. 28 Diuiſit enim Ahas domum (.i. opes domus) Domini, & domum regis, & principũ, & dedit. ſub. illam pecuniam. 29 Heb. Tempore autem quo afflixerunt eum (vel doloribus & anguſtijs affectus eſt) addidit præuaricari in Dominum. ipſe eſt rex Achaz. ſub. de quo talia loquimur. 30 ſub. opinione ſua; nam ita ſibi perſuadebat. 31 vel, ruinæ 32 confregit 33 nequis ſcilicet ingreſſus adoraret Dominum. 34 altaria 35 in ipſa vrbe, nempe Ieruſalem.

## CAP. XXIX.

Impio Achaz ſuccedit pius Ezechias. 4. reg. 18. a.
IGitur Ezechias regnare cœpit, cum vigintiquinque 1
eſſet annorum, & vigintinouem annis regnauit in Ie-
ruſalem: Nomen matris eius Abia, filia Zachariæ.
¶ Fecitque quod erat placitum in conſpectu Domini, 2
*Ipſe
Inſtaurat templum Dei.
iuxta omnia quæ fecerat Dauid pater eius. ¶ *Ipſo 3
Oratio Ezechiæ ad Leuitas, qua docet populum affligi, propter neglectum Dei cultum.
anno & menſe primo regni ſui aperuit valuas domus
Domini, & inſtaurauit eas. ¶ Adduxitque ſacerdotes, 4
atque Leuitas, & cõgregauit eos in plateam Orientalem.
¶ Dixitque ad eos, Audite me Leuitæ, & ſanctificamini, 5

*EZechias quum 1 regno inaugurar etur natus erat vigintiquinque annos, regnauitque vigintinouem annis Ieroſolymis. Nomen matris eius erat Abia, quæ erat filia Zachariæ. Is fecit quod rectum erat in oculis Domini, iuxta omnia quæ fecerat Dauid 2 pater eius. Ipſe regni ſui anno primo menſe primo aperuit oſtia domus Domini, & reparauit ea. Et introduxit ſacerdotes & Leuitas, colligens eos in 3 plateam Orientalem. Dixitq́; ad eos, Audite me 4 Leuitæ, & ſanctificamini*

*5 nunc, atque ſanctificate ædem Domini Dei patrum veſtrorum, & efferte de ſanctuario 6 immunditiam: Nam patres noſtri tranſgreßi ſunt, & malum deſignarunt in oculis Domini Dei noſtri, deſeruerunt eum, & auerterunt facies ſuas à tabernaculo Domini, & præbuerunt [ei] tergum. Quin & oſtia veſtibuli clauſerunt, & extinxerunt lucernas, incenſum non adoleuerunt, nec holocauſtum ſacrificarunt in ſanctuario, Deo Iſraelis: hinc venit ira Domini ſuper Iehudam & Ieruſalem, ita vt traderet eos commouendos & vexandos, vtque ſtupori & ſibilo ſint quemadmodum cernitis oculis veſtris. Et ecce patres noſtri corruerunt 7 gladio, filij noſtri, filiæ noſtræ, atque vxores noſtræ hanc ob cauſam in captiuitatem [ 8 abductæ ſunt.] Nunc igitur [ 9 conſtitui ] in corde meo pangere 10 fœdus cum Domino Deo Iſraelis, vt auertat à nobis iram furoris ſui. Filij mei, 11 nolite molles eſſe, quia vos elegit Dominus vt ſtetis ante conſpectum eius, & miniſtretis ei, vt ſitis eius miniſtri, & qui adoleant incenſum. Surrexerunt igitur Leuitæ, nempe Mahath filius Amaſai, Ioel filius Aſariæ, de filijs Cahathitarum: de filijs verò Merari, Kis filius Abdi, & Aſarias filius Iehalelel: de filijs denique Gerſonitarum, Ioah filius Zimma, & Edem filius Ioah: De filijs quoque 12 Eliſaphan, Simri & Iehiel: de filijs Aſaph, Zacharias & Mathanias: De filijs Heman, Iehiel, & Simei: de filijs Ieduthun, Semaia & Vſiel: Hi congregauerunt 13 fratres ſuos, & ſanctificauerunt ſe, veneruntq́; iuxta præceptum regis, & 14 verba Domini, vt mundarent domum Domini. Ingreßi autem ſacerdotes interiora ædis Domini vt eam mundarent, extulerunt omnem immunditiam, quam inuenerunt in templo Domini, in atrium domus Domini, quam receperunt Leuitæ vt efferrent foras ad torrentem Kidron. Cœperunt autem prima menſis primi ſanctificare, octauo verò die menſis illius venerunt ad porticum Domini, ſanctificaueruntq́; ædem Domini diebus octo, die autem decimaſexta menſis primi perfecerunt. Introgreßi autem ad regem Ezechiam, dixerunt, Mundauimus totam domum Domini, altare holocauſti, & omnia vaſa eius, atque menſam 15 diſpoſitionis, & omnia vaſa eius, Sed & cuncta vaſa quæ 16 dimiſit rex Ahas in regno ſuo, quum eſſet 17 præuaricatus, præparauimus & ſanctificauimus, & ecce ea ſunt coram ara Domini. Conſurgens ergo ſummo mane rex Ezechias, congregauit principes vrbis, & aſcendit in ædem Domini. Adduxerunt autem iuuencos ſeptem, arietes ſeptem, oues ſeptem, atque hircos ex capris ſeptem in ſacrificium pro peccato, pro regno, pro ſanctuario, & pro Iehuda: dixitq́; ad ſacerdotes filios Aharonis, vt 18 ſacrificarent in ara Domini. 19 Et mactantes boues illos, ſacerdotes exceperunt ſanguinem, & ſparſerunt ſuper aram: ſic & arietes mactantes ſparſerunt ſanguinem ſuper aram: mactantes denique agnos, ſparſerunt ſanguinem ſuper aram: Quumq́; adduxiſſent hircos pro peccato coram rege & multitudine, impoſuerunt eis manus ſuas: Mactanteſq́; eos ſacerdotes, 20 expiauerunt ſanguine eorum altare, vt reconciliarent totum Iſraelem: quia pro omni Iſraele iuſsit rex fieri holocauſtum, & ſacrificium peccati. Conſtituit præterea Leuitas in domo Domini cum cymbalis, & nablis, atque citharis, iuxta præceptum Dauidis & Gad videntis regis, atque Nathan prophetæ: 21 nam hoc [ fuit ] præceptum illud per manum Domini, & per manum prophetarum eius. 22 Steteruntque Leuitæ 23 cum inſtrumentis Dauidis, & ſacerdotes cum tubis. Iuſsit autem Ezechias ſacrificare holocauſtum in ara: 24 & ſub idem tempus quo cœpit holocauſtum, cœpit & canticum 25 Domini 26 & tubæ, atque inſtrumenta Dauidis regis Iſrael. Vniuerſus verò cœtus 27 procidebat, 28 canebant alij cantica, alij clangebant tubis, idq́; totum [durabat] donec abſolueretur holocauſtum. Quumq́; finem 29 facerent 30 ſacrificandi, proni inclinarunt & rex & omnes qui aderant cum eo, & 31 adorarunt.*

mundate domum Domini Dei patrum ͤnoſtrorum, & au-
6 ferte omnem immunditiam de ſanctuario. ¶ Peccaue-
runt patres noſtri, & fecerunt malum in conſpectu Do-
mini Dei noſtri, derelinquentes eum: auerterunt facies
ſuas à tabernaculo Domini, & præbuerunt dorſum.
7 ¶ Clauſerunt oſtia quæ erant in porticu, & extinxerunt B
lucernas: incenſumque non adoleuerunt, & holocauſta
8 non obtulerunt in ſanctuario Deo Iſrael. ¶ Concitatus
eſt itaque furor Domini ſuper Iudam & Ieruſalem: tra-
diditque eos in commotionem, & in interitum, & in ſibi-
9 lum, ſicut ipſi cernitis oculis veſtris. ¶ En, corruerunt pa
tres noſtri gladijs: filij noſtri, & filiæ noſtræ, & coniuges
10 captiuæ ductæ ſunt propter hoc ſcelus. ¶ Nunc ergo
placet mihi vt ineamus fœdus cum Domino Deo Iſrael,
11 & auertet à nobis furorem iræ ſuæ. ¶ Filij mei nolite
negligere: vos elegit Dominus vt ſtetis coram eo, & mi-
niſtretis illi, colatiſque eum, & cremetis ei incenſum.
12 ¶ Surrexerũt ergo Leuitæ: Mahath filius Amaſai, & Ioel
filius Azariæ, de filijs Caath: Porrò de filijs Merari, Cis C
filius Abdi, & Azarias filius Ialaleel: de filijs autem Ger-
13 ſon, Ioah filius Zemma, & Eden filius Ioah: ¶ At verò,
de filijs Eliſaphan, Samri & Iahiel: de filijs quoq; Aſaph,
14 Zacharias & Mathanias: ¶ Necnon de filijs Heman,
Iahiel & Semei: ſed & de filijs Idithun, Semeias & Oziel.
15 ¶ Congregaueruntque fratres ſuos, & ſanctificati ſunt, &
ingreſsi ſunt iuxta mandatum regis & imperium Domi-
16 ni, vt expiarent domum Dei. ¶ Sacerdotes quoque in-
greſsi templum Domini, vt ſanctificarent illud, extulerũt
omnem immunditiam, quam intro repererant in veſtibu-
lo domus Domini: quam tulerunt Leuitæ, & aſportaue-
17 runt ad Torrentem-cedron foras. ¶ Cœperunt autem
prima die menſis primi mundare, & in die octauo eiuſ- D
dem menſis ingreſsi ſunt porticum ͤdomus templi Domi
ni: expiaueruntque templum diebus octo, & in die ſex-
tadecima menſis eiuſdem, quod cœperant impleuerunt.
18 ¶ Ingreſsi quoque ſunt ad Ezechiam regem, & dixerunt
ei, Sanctificauimus omnem domum Domini, & altare ho
locauſti, vaſaque eius, necnon & menſam propoſitionis
19 cum omnibus vaſis ſuis, ¶ Cunctamque templi ſupelle-
ctilem quam pollueratrex Achaz in regno ſuo, poſtquam
præuaricatus eſt: & ecce expoſita ſunt omnia coram al-
20 tari Domini. ¶ Conſurgenſque diluculo Ezechias rex,
adunauit omnes principes ciuitatis, & aſcendit in domum
21 Domini: ¶ obtuleruntque ſimul tauros ſeptem, & arietes
ſeptem, agnos ſeptem, & hircos ſeptem pro peccato, pro
regno, pro ſanctuario, pro Iuda: dixitque ſacerdotibus fi-
22 lijs Aaron vt offerrent ſuper altare Domini. ¶ Mactaue- E
runt igitur tauros, & ſuſceperunt ſanguinem ſacerdotes,
& fuderunt illum ſuper altare: mactauerunt etiam arie-
tes, & illorum ſanguinem ſuper altare fuderunt: ͤ immola
23 uerunt agnos, & fuderunt ſuper altare ſanguinem: ¶ Ap-
plicuerunt hircos pro peccato coram rege, & vniuerſa
24 multitudine: impoſueruntque manus ſuas ſuper eos: ¶ Et
immolauerunt illos, ſacerdotes, & aſperſerunt ſangui-
nem eorum ͤ coram altari pro piaculo vniuerſi Iſraelis:
pro omni quippe Iſrael præceperat rex vt holocauſtum
25 fieret, & pro peccato. ¶ Conſtituit quoque Leuitas in
domo Domini cum cymbalis & pſalterijs, & citharis ſe-
cundum diſpoſitionem Dauid ͤregis, & Gad videntis, &
Nathan prophetæ: ſiquidem Domini præceptum fuit per F
26 manum prophetarum eius. ¶ Steteruntque Leuitæ tenen
27 tes organa Dauid, & ſacerdotes tubas. ¶ Et iuſsit Eze-
chias vt offerrent holocauſta ſuper altare: cumque offer-
rentur holocauſta, cœperunt laudes canere Domino, &
clangere tubis, atq; in diuerſis organis quæ Dauid rex Iſ-
28 rael repererat, cõcrepare. ¶ Omni autem turba adorãte,
cantores, & ij qui tenebãt tubas, erãt in officio ſuo, donec
29 cõpleretur holocauſtum. ¶ Cumque finita eſſet oblatio,
incuruatus eſt rex, & omnes qui erãt cũ eo, & adorauerũt.
¶ Præce-

ͤveſtrorum,

Leuitæ & ſacerdotes mundant domum Dei.

Ezechias cum principibus ciuitatis aſcendit in templum ſacrificaturus.

ͤimmolaueruntque

Canunt Deo laudes.



Hymni Dauidis & Aſaph videntis.

ͤeum

Laudes.

Numerus holocauſtorum.

ͤſeptuaginta,

ͤDei

¶ Præcepitque Ezechias, & principes Leuitis, vt lauda- 30
rent Dominum ſermonibus Dauid & Aſaph videntis: qui
laudauerunt ͤDeum magna lętitia, & incuruato genu ado
rauerunt. ¶ Ezechias autem etiam hæc addidit, Imple- 31
G ſtis manus veſtras Domino, accedite, & offerte victimas,
& laudes in domo Domini. Obtulit ergo vniuerſa multi-
tudo hoſtias, & laudes, & holocauſta mente deuota.
¶ Porrò numerus holocauſtorum quæ obtulit multitudo, 32
hic fuit, Tauros ͤſexaginta, arietes centum, agnos ducen-
tos. ¶ Sanctificaueruntque Domino boues ſexcentos, 33
& oues tria millia. ¶ Sacerdotes verò pauci erant, nec 34
poterant ſufficere vt pelles holocauſtorum detraherent:
vnde & Leuitæ fratres eorum adiuuerunt eos, donec im-
pleretur opus, & ſanctificarentur antiſtites: Leuitæ quip-
pe faciliori ritu ſanctificantur, quàm ſacerdotes. ¶ Fue- 35
runt ergo holocauſta plurima, adipes pacificorum, & liba
mina holocauſtorum: & completus eſt cultus domus Do
mini. ¶ Lætatuſque eſt Ezechias, & omnis populus, eo 36
quòd miniſterium ͤ Domini eſſet expletum. derepente
quippe hoc fieri placuerat.

*Dixit ergo rex Ezechias, & principes ad Leuitas, vt laudarent Dominum iuxta verba Dauidis & Aſaph videntis, 32 Et illi laudarunt donec gaudium [fieret,] & inclinantes adorarunt. Ezechias 33 reſpondens, dixit, Nunc cõſecraſtis manum veſtram Domino, adeſte ergo, & inferte ſacrificia & gratiarumactiones in domum Domini. 34 adduxitq; cœtus ſacrificia & gratiarumactiones, 35 & holocauſta etiã quicunque liberali erant corde. Fuit autem numerus holocauſtorum quæ adduxerant multitudo, boues ſeptuaginta, arietes centum, oues ducentæ, quæ omnia erant pro holocauſto Domini. Porrò ſanctificatorũ erant boues ſexcẽti, & ouiũ tria millia. Iam ſacerdotes pauciores erant, quàm qui poſſent omniũ holocauſtorũ detrahere pelles, at fratres eorũ Leuitæ opem tulerunt illis donec opus perficerent, & 36 donec ſanctificarent ſe ſacerdotes, nam Leuitæ maiorem cordis 37 integritatẽ habuerunt ad ſe ſanctificandũ quàm ſacerdotes. Fuerũt & holocauſtorũ ingẽs copia, cum adipibus pacificorũ & libaminibus holocauſti, & præparatum eſt miniſterium domus Domini. Lætatus eſt itaq; Ezechias & omnis populus, quòd Deus populum 38 præpararit, & quòd res ilico perfecta erat.*

## SCHOLIA IN CAP. XXIX.

1 Regnare cœpit 2 id eſt, anus. 3 Platea erat in Ieruſalem quæ ſpectabat Orientem. 4 Hoc nomine comprehendit & ſacerdotes. 5 quaſi dicat, mortuo iam Achaz ſub quo cultus Dei fuit ſuppreſſus. 6 idola intelligit præſertim, & ea quibus ſacerdotes idolorum vtebantur in idolorum cultu. 7 vel, in gladium illum, id eſt, in bellis illis, de quibus meminit capite præcedente. 8 Alij ſubaudiunt, ceciderunt in eam captiuitatem. cuius ſcilicet meminit capite præcedente. 9 Hebraiſmus, (eſt) cum corde meo 10 ſubaudi, aliquod. 11 ne erretis. vel, nolite peccare per ignorantiam, 12. Iſte Eliſaphan fuit ex nepotibus Caath vt vides 1. Paralip. 6. 13 id eſt, alios Leuitas. 14 in (vel, de) rebus Domini. Alij, cum verbis Domini, 15 id eſt, in qua diſponebantur panes propoſitionis. 16 neglexit (repudiauit) rex Achaz tempore regni ſui, 17 ſubaudi, in Dominum. 18 vel, offerrent, ſubaudi, illa animalia. 19 Mactantes itaque 20 expiando ſparſerunt ſanguinem eorum ſuper altare, ad expiandum 21 id eſt, quia illud præceptum, fuit à Domino & prophetis eius traditum. Hebræi ſic exponunt, quia præceptum illud, (quod datum eſt) per manum prophetarum Dei, eſt præceptum datum per manum Dei, quaſi dicat, præcepta quæ traduntur per prophetas Dei, ſunt à Domino Deo. 22 ſubaudi, in domo Dei. 23 id eſt, cum inſtrumentis muſicis à Dauide inuentis. 24 tempore autem quo 25 id eſt, quo canere cœperunt Domino. 26 & (cum) tubis, & per manus inſtrumentorum (muſicorum) 27 vel, adorabat, ſubaudi, Dominum. 28 Heb. & (dominus) cantici, cantabat: & (dominus) tubarum, clangebat tubis, id eſt, cantores canebant, & tubicines tubis canebant. 29 feciſſent 30 offerendi, ſubaudi, holocauſta. 31 ſubaudi, Dominum. 32 Laudauerunt itaque Dominum vſque ad lætitiam, quaſi dicat, cum magna animi lætitia. 33 alloquens, ſubaudi, illos. 34 adduxit itaque 35 Heb. & omnis liberalis corde (adduxit) holocauſta. q. d. quotquot erant animo liberali, adduxerunt victimas quæ cremarentur in holocauſtũ. 36 id eſt, donec alij ſacerdotes qui nondũ erant ſanctificati, ſanctificarẽtur. 37 vel, rectitudinem &c. q. d. Leuitæ erant proniores ad ſanctificandum ſeipſos, quàm ſacerdotes. 38 Heb. præparaſſet, quia derepẽte fuerat ea res. i. quod dediſſet gratiam populo vt cito perficeretur res tota.

## CAP. XXX.

Phaſe iuſſu Ezechiæ celebratur.

ͤnecdum congregatus erat

Exhortatio ad Iſraelem vt reuertatur ad Deum.

Manus tradere Deo.

MIſit quoque Ezechias ad omnem Iſrael & Iu- 1
dam: ſcripſitque epiſtolas ad Ephraim & Ma-
naſſen vt venirent ad domum Domini in Ieru
ſalem, & facerẽt phaſe Domino Deo Iſrael. ¶ Inito ergo 2
conſilio regis, & principum, & vniuerſi cœtus Ieruſalem,
decreuerunt vt facerẽt phaſe menſe ſecũdo. ¶ Non enim 3
occurrerant facere in tẽpore ſuo: quia ſacerdotes qui poſ-
ſent ſufficere, ſanctificati non fuerant, & populus ͤnõdum
cõgregatus fuerat in Ieruſalem. ¶ Placuitque ſermo regi 4
& omni multitudini. ¶ Et decreuerunt vt mitterent nun- 5
tios in vniuerſum Iſrael de Ber-ſabee vſq; Dan, vt veni-
rent & facerent phaſe Domino Deo Iſrael, in Ieruſalem:
multi enim non fecerant ſicut lege præſcriptũ eſt. ¶ Per- 6
rexeruntque curſores cum epiſtolis ex regis imperio, &
principum eius, in vniuerſum Iſrael & Iudam iuxta id
quod rex iuſſerat, prædicantes, Filij Iſrael reuertimini ad
Dominum Deum Abraham, & Iſaac, & Iſrael: & reuerte-
B tur ad reliquias quæ effugerunt manus regis Aſſyriorum.
¶ Nolite fieri ſicut patres veſtri & fratres qui receſſerunt 7
à Domino Deo patrũ ſuorum, & tradidit eos in interitũ,
vt ipſi cernitis. ¶ Nolite indurare ceruices veſtras, ſicut 8
patres veſtri, tradite manus ͤveſtras Domino, & venite
ad ſanctuarium eius quod ſanctificauit in æternũ: ſeruite
Domino Deo patrum veſtrorum, & auertetur à vobis ira
furoris eius. ¶ Si enim vos reuerſi fueritis ad Domi- 9
num, fratres veſtri, & filij habebunt miſericordiam co-
ram dominis ſuis qui illos duxerũt captiuos, & reuertẽtur

*MIſit præterea Ezechias ad vniuerſum Iſraelem & Iehudam, & ſcripſit epiſtolas ad Ephraim & Manaſſe, vt venirent Ieroſolyma in ædem Domini, 2 & facerent Pæſa Domino Deo 3 Iſraelis. 4 Et iniit rex conſilium cum principibus ſuis, atque vniuerſo cœtu in Ieruſalem, vt facerẽt Pæſa in menſe ſecũdo, non enim tunc temporis facere poterãt, eo quòd ſacerdotes nõ eſſent ſatis ſanctificati, neque populus congregatus in Ieruſalem. Placuit hæc res in oculis regis, & in oculis totius multitudinis. Et conſtituerunt rem, 5 vt edita voce diuulgaretur per omnẽ Iſraelem, à Beer-ſeba vſque Dan, vt venientes facerent Pæſa Domino Deo Iſraelis in Ieruſalem, quia 6 non ſatis fecerant iuxta præſcriptũ. Abierunt ergo curſores cum epiſtolis quas [acceperant] à manu regis & principum eius per vniuerſum Iſraelem & Iehudã, & iuxta præceptũ regis dicebãt, Filij Iſrael, reuertimini ad Dominum Deum Abrahæ, Iſaac & Iſraelis, ipſeq; reuertetur ad reliquias quæ reſiduæ vobis ſunt de manu regum Aſſur. Nolite eſſe ſicut patres veſtri, & ſicut fratres veſtri, qui tranſgreßi ſunt contra Dominum Deum patrum ſuorum, & tradidit eos 7 in deſolationem quemadmodum vos cernitis. Nunc itaque ne 8 induretis ceruicem veſtram ſicut patres veſtri, 9 date manum Domino, & venite in ſanctuarium eius, quod ſanctificauit in æternum, & ſeruite Domino Deo veſtro, 10 vt recedat à vobis ira furoris ſui. Si enim reuerſi fueritis ad Dominum, fratres veſtri & filij veſtri 11 miſerationes [ inuenient ] coram illis qui eos captiuos tenent, 12 reuerteturq́;*

*in terram iſtam, quoniam clemens & miſericors eſt Dominus Deus veſter, nec auertet 13 faciem à vobis, ſi ad eum fueritis conuerſi. Tranſibant itaq; curſores de ciuitate in ciuitatem in terra Ephraim & Manaſſe vſque ad Zebulon, at iſti deridebant eos & ſubſannabant eos. Veruntamen viri quidam ex Aſer, Manaſſe atq; Zebulon ſubmiſsiores facti, venerũt Ierosolyma. In Iehuda quoq; fuit 14 manus Dei vt daret eis cor vnũ, ad exequendum 15 præceptum regis & principũ iuxta verbũ Domini. 16 Et congregati ſunt in Ieruſalem populus multus, vt facerent ſolennitatem aZymorũ in menſe ſecundo, 17 aderatq; cœtus maximus. Et 18 ſurgentes abſtulerũt altaria quæ erãt in Ieruſalem, & 19 cuncta vaſa quibus adolebatur, tulerunt, & abiecerunt ea in torrentem Kidron. Et mactarunt Pæſa quartadecima 20 menſis ſecundi, & ſacerdotes & Leuitæ 21 cũ verecundia ſe ſanctificarunt, & intulerũt in ædẽ Domini holocauſta, Stabant quoque in ſtationibus ſuis, iuxta ritũ ſuum, iuxta legem Moſis viri Dei, [&] ſacerdotes ſpargebant ſanguinẽ [acceptum] à manu Leuitarum. Multi enim erãt in cœtu qui nõ erãt ſanctificati, & Leuitæ [inſiſtebant] mactationi Pæſa 22 pro omni eo qui nõ erat mũdus, vt ſanctificarẽt 23 [eum] Domino. Multi enim ex populo, & plures ex Ephraim, Manaſſe, Iſaſchar & Zebulon 24 nõ fuerũt purificati, qui tamen Pæſa comederunt, 25 non ſecundũ præſcriptũ, 26 quoniã EZechias orauit pro eis hiſce verbis, Dominus qui bonus eſt 27 expiabit omnẽ qui cor ſuũ præparauit ad quærendũ Deum, Dominũ inquã Deum patrũ ſuorũ, etiamſi non ſit mundatus iuxta purificationẽ 28 ſanctuarij. Et Dominus exaudiuit EZechiam, 29 ſanauitq; populum. Fecerũt itaque filij Iſrael qui præſentes erant in Ieruſalem ſolẽnitatem aZymorũ ſeptem diebus cum magno gaudio, & laudabãt Dominũ ſingulis diebus, Leuitæ & ſacerdotes 30 inſtrumentis potentiam Domini [canebant.] 31 Loquutuſq; eſt EZechias in cor omniũ Leuitarum 32 qui cordati erant, qui recte ſentiebant de Domino, 33 vt ederent ſtata iſta ſolennitate ſeptem diebus, 34 offerrentq; ſacrificia gratulatoria, & laudarent Dominũ Deum patrum ſuorum. Inito autem conſilio vniuerſus cœtus [ſtatuit] vt & 35 poſteriores ſeptẽ dies facerent, 36 quod & fecerunt, idq; cum gaudio, Quoniam EZechias rex Iehuda [ſeorſim ex munificentia] dedit cœtui mille iuuencos, & ſeptẽ millia ouiũ, quin & principes 37 ſepararũt pro multitudine iuuencos mille, & ouium decẽ millia, 38 & multi ſacerdotum ſanctificati ſunt. Et lætata eſt vniuerſa congregatio Iehuda, ſacerdotes & Leuitæ, inſuper & vniuerſa congregatio quæ ex Iſraele venerat: ſed & aduenæ qui venerant de terra Iſrael, & qui habitabant in Iehuda. Factaq; eſt lætitia magna in Ieruſalem, quoniam à diebus Solomonis filij Dauidis regis Iſraelis non fuit 39 tale [gaudium] in Ieruſalem. Et ſurgentes ſacerdotes [atque] Leuitæ bona imprecati ſunt populo, 40 auditaq; eſt vox eorum, & oratio eorũ peruenit 41 ad firmum habitaculum ſanctitatis eius in cælum.*

in terram hanc: pius enim & clemens eſt Dominus Deus
veſter, & non auertet faciem ſuam à vobis, ſi reuerſi fue-
10 ritis ad eum. ♀ Igitur curſores pergebant velociter de
ciuitate in ciuitatem per terram Ephraim & Manaſſe,
vſque ad Zabulon, illis irridentibus & ſubſannantibus
11 eos. ♀ Attamen quidam viri ex Aſer & Manaſſe & Za-
12 bulon acquieſcentes conſilio, venerunt Ieruſalem. ♀ In
Iuda verò facta eſt manus [a] Domini, vt daret eis cor vnũ
vt facerent iuxta præceptum regis & principũ, verbum
13 Domini. ♀ Congregatique ſunt in Ieruſalem populi mul
ti, vt facerent Solennitatem Azymorum in menſe ſecun-
14 do. ♀ Et ſurgentes deſtruxerunt altaria quæ erant in Ie-
ruſalem: atq; vniuerſa in quibus idolis adolebatur incen-
15 ſum ſubuertẽtes, proiecerunt in Torrentẽ-cedron. ♀ Im-
molauerunt autẽ phaſe quartadecima die mẽſis ſecundi.
ſacerdotes quoque, atq; Leuitæ tandẽ ſanctificati obtule
16 runt holocauſta in domo Domini. ♀ Steterũtq; in ordine
ſuo iuxta diſpoſitionẽ & legẽ Moyſi hominis Dei: ſacer-
dotes verò ſuſcipiebant effundendum ſanguinẽ de mani-
17 bus Leuitarum. ♀ Eo quòd multa turba ſanctificata non
eſſet: & idcirco immolarẽt Leuitæ phaſe his qui nõ occur
18 rerant ſanctificari Domino. ♀ Magna etiã pars populi de
Ephraim & Manaſſe & Iſſachar & Zabulon, quæ ſanctifi
cata nõ fuerat, comẽdit phaſe, nõ iuxta quod ſcriptũ eſt:
& orauit pro eis Ezechias, dicẽs, Dominus bonus propitia
19 bitur ♀ cũctis qui in toto corde requirunt Dominũ Deum
patrũ ſuorũ: & non imputabit eis quòd minus ſanctificati
20 ſunt. ♀ Quẽ exaudiuit Dominus, & placatus eſt populo.
21 ♀ Feceruntque filij Iſrael qui inuenti ſunt in Ieruſalem,
Solennitatem azymorum ſeptẽ diebus in lætitia magna,
laudantes Dominum per ſingulos dies, Leuitæ quoque &
22 ſacerdotes per organa, quæ ſuo officio congruebant. ♀ Et
locutus eſt Ezechias ad cor omnium Leuitarum qui habe
bant intelligentiam bonam ſuper Domino: & comede-
runt ſeptem diebus Solennitatis immolantes victimas pa-
cificorum, & laudantes Dominum Deum patrum ſuorũ.
23 ♀ Placuitque vniuerſæ multitudini vt celebrarent etiam
alios dies ſeptem: quod & fecerunt cum ingenti gaudio.
24 ♀ Ezechias [b] autem rex Iuda præbuerat multitudini mille
tauros, & ſeptem millia ouium: principes verò dederant
populo tauros mille, & oues decem millia: ſanctificata eſt
25 ergo ſacerdotum plurima multitudo. ♀ Et hilaritate per-
fuſa omnis turba Iuda tam ſacerdotum & Leuitarũ, quàm
vniuerſæ frequentiæ quæ venerat ex Iſrael: proſelyto-
26 rum quoque de terra Iſrael, & habitantium in Iuda. ♀ Fa-
ctaque eſt grandis celebritas in Ieruſalem, qualis à diebus
Salomonis filij Dauid regis Iſrael in ea vrbe non fuerat.
27 ♀ Surrexerunt autem ſacerdotes atque Leuitæ benedicen
tes populo: & exaudita eſt vox eorum, peruenitque ora-
tio in habitaculum ſanctum cæli.

Irrident Iſraelitæ exhortãtem regem vt ad Deum conuerterentur.

[a] Dei, Cor conuertit Deus.

Congregantur populi multi ad celebrandũ phaſe.

C

Ezechias orat pro populo non ſanctificato.

D

[b] enim

Benedicunt Leuitæ populo.

SCHOLIA IN CAP. XXX.

1 Ezechias quũ rex ſolius Iudæ eſſet, inuitauit tamen etiam Iſraelitas vt paſcha celebrarent ſimul. 2 ad celebrandum paſcha 3 Hîc Iſrael, pro omnibus tribubus capitur. 4 Conſilium autem inierat rex 5 Heb. vt tranſire facerent vocem. ſub. præconis. i. vt voce præconis promulgarent. 6 non multo (iam) tẽpore fecerant (ſub. paſcha.) ſicut ſcriptũ erat. 7 vel, in ſtuporẽ. i. fecit vt omnes mirarentur calamitatẽ eorũ, ac miſeriã miſerarentur. 8 Metaphora à bobus iugum detrectantibus & non obtemperantibus. 9 In ſignum ſcilicet obedientiæ. q. d. parete. 10 & recedet 11 Hebr. (erunt) in miſerationẽ. i. miſericordiã conſequentur. 12 vt reuertantur 13. i. fauorem. 14 Manus pro fauore & gratia Dei qui nos reddit aptos operibus bonis. q. d. Iudã quoque ſuo fauore & gratia proſequutus eſt Deus. 15 nẽpe, vt celebrarent paſcha. 16 Congregati ſunt itaq; 17 vel, (in) cœtu quãmaximo. 18 Surgere, magnam alacritatẽ ſignificat. q. d. magna animi alacritate remouerunt altaria extructa in honorẽ idolorũ. 19 omnes aras in quibus &c. 20 Quia fuerant præpediti mẽſe primo, idcirco diſtulerant feſtum in ſecundũ menſem. 21 vel, pudore ſuffuſi. pudebat enim eos ſuæ negligentiæ, quũ viderent populum tam alacrẽ. 22 Qui nõ mundauerãt ſe, abſtinebãt ab immolatione agni paſchalis, & pro ijs immolabãt Leuitæ. 23 (eas) ſub. victimas. i. vt pie & ſancte offerrent eas Domino. Ordo eſt, Leuitæ inſiſtebãt vel præerãt mactationi, vt ſanctificarent eas Domino. 24 non mundauerãt ſeſe, 25 vel, non agendo iuxta id quod ſcriptũ eſt, 26 vel, ſed 27 ſit propitius omni qui 28 ſanctitatis. vel, ſanctã, quã ſcilicet inſtituit Moſes. q. d. ſi ſpectes animũ, erãt mundi: ſi ritũ & ceremonias, nõ item. Dominus reſpicit internã munditiẽ. 29 ſub. ab impuritate ſua. i. pro mũdo & purificato habuit eum. 30 cum inſtrumẽtis fortitudinis, Dominum. ſub. laudabant. Inſtrumẽta fortitudinis vocat tubas quarũ ſonitus erat vehemẽtior. 31 id eſt, Allocutus eſt eos lenibus verbis. 32 Heb. intelligentiũ intelligentiã bonã Domino. i. qui in arte muſica erant peritiſsimi. Per intellectũ bonũ intelligit hîc peritiã. q. d. qui docte cõcinebant pſalmos in honorem Domini. 33 Heb. comederũt itaque celebritatẽ. i. hoſtias illius ſolennitatis. 34 immolantes ſacrificia pacifica, & gratias agentes Domino Deo 35 vel, alios, id eſt, vt celebrarent feſtũ ſeptẽ alijs diebus. 36 & fecerunt ſeptem dies. ſub. alios, id eſt, celebrarunt feſtum ſeptem diebus. 37 obtulerunt (.i. tradiderunt) ipſi cœtui 38 iam autem ſanctificauerant ſeſe ſacerdotes in magna copia. i. quamplurimi, vt ſatis eſſe poſſent ad immolandas victimas. 39 tale quippiam 40 exaudiuitque (Dominus) vocem eorum, 41. i. in ſacrum habitaculũ Dei. hîc relatiuum loco antecedentis, hoc eſt in cælum ipſum.

CAP. XXXI.



CAP. XXXI.

CVmque hæc fuiſſent rite celebrata, egreſſus eſt 1
omnis Iſrael, qui inuentus fuerat in vrbibus Iu-
da, & fregerunt ſimulachra, ſucciderũtque lucos,
demoliti ſunt excelſa, & altaria deſtruxerunt: non ſo-
lum de vniuerſo Iuda & Beniamin, ſed & de Ephraim
quoque & Manaſſe, donec penitus euerterent: reuer-
ſique ſunt omnes filij Iſrael in poſſeſsiones & ciuitates
ſuas. ♀ Ezechias autem conſtituit turmas ſacerdotales, 2
& Leuiticas per diuiſiones ſuas. vnumquenque in offi-
cio proprio, tam ſacerdotum videlicet, quàm Leuita-
rum, ad holocauſta & pacifica, vt miniſtrarent & con-
fiterentur canerentque in portis caſtrorum Domini.
♀ Pars autem regis [c] eorum erat, vt de propria eius ſub- 3
ſtantia offerretur holocauſtum mane ſemper & veſpe-
re, Sabbathis quoque, & Calendis, & Solennitatibus
cæteris, ſicut ſcriptum eſt in lege [a] Moyſi. ♀ Præcepit 4
etiam populo habitantium Ieruſalem, vt darent par-
tes ſacerdotibus & Leuitis, vt poſſent vacare legi Do-
mini. ♀ Quod cum percrebruiſſet in auribus multitu- 5
dinis, plurimas obtulêre primitias filij Iſrael, frumenti,
vini, & olei, mellis quoque: & omnium quæ gignit hu-
mus decimas obtulerunt. ♀ Sed & filij Iſrael & Iuda, 6
qui habitabant in vrbibus Iuda, obtulerũt decimas boum
& ouium, decimaſque ſanctorum quæ vouerant Domino
Deo ſuo: atque vniuerſa portantes, fecerunt aceruos plu-
rimos. ♀ Menſe tertio cœperunt aceruorum iacere fun- 7
damenta, & menſe ſeptimo compleuerunt eos. ♀ Cum- 8
que ingreſsi fuiſſent Ezechias & principes eius, viderunt
aceruos, & benedixerunt Dõmino ac populo Iſrael.
♀ Interrogauitque Ezechias ſacerdotes & Leuitas cur ita 9
iacerent acerui. ♀ Reſpondit illi Azarias ſacerdos pri- 10
mus de ſtirpe Sadoc, dicens, Ex quo cœperunt offerri pri
mitiæ in domo Domini, comedimus, & ſaturati ſumus,
C & remanſerunt plurima: eo quòd benedixerit Dominus
populo ſuo: reliquiarum autem copia eſt iſta, quam cer-
nis. ♀ Præcepit igitur Ezechias vt præpararent horrea 11
in domo Domini. Quod cum feciſſent, ♀ intulerunt 12
tam primitias quàm decimas, & quæcunque vouerant,
fideliter. Fuit autem præfectus eorum Chonenias Leuita,
& Semei frater eius, ſecundus, ♀ Poſt quem Iahiel, & 13
Azazias, & Nahath, & Aſael, & Ierimoth, Iozabad quo-
que & Eliel, & Ieſmachias, & Mahath, & Banaias, præ-
poſiti ſub manibus Choneniæ & Semei fratris eius, ex
imperio Ezechiæ regis & Azariæ pontificis domus Dei,
ad quos omnia [c] pertinebant. ♀ Core verò filius Iemna 14
Leuites, & ianitor Orientalis portæ, præpoſitus erat ijs
quæ ſponte offerebantur [a] Domino, primitijſque & con-
ſecratis in Sanctaſanctorum. ♀ Et ſub cura eius Eden 15
& Beniamin, Ieſue & Semeias, Amarias quoque & Se-
chenias, in ciuitatibus ſacerdotum: vt fideliter diſtribue-
D rent fatribus ſuis partes, minoribus atque maioribus:
♀ Exceptis maribus ab annis tribus & ſuprà, cunctis qui 16
ingrediebantur templum Domini, & quicquid per ſingu-
los dies [a] conducebant in miniſterio atque obſeruationi-
bus iuxta diuiſiones ſuas: ♀ ſacerdotibus per familias, 17
& Leuitis à viceſimo anno & ſuprà, per ordines & tur-
mas ſuas, ♀ vniuerſæq; multitudini tam vxoribus quàm 18
liberis eorum vtriuſque ſexus, fideliter cibi de his
quæ ſanctificata fuerant præbebantur: ♀ Sed & filio- 19
rum Aaron per agros, & ſuburbana vrbium ſingula-
rum diſpoſiti erant viri, qui partes diſtribuerent vni-
uerſo ſexui maſculino, de ſacerdotibus & Leuitis. ♀ [a] Fe- 20
cit ergo Ezechias vniuerſa quæ diximus in omni Iu-
da: operatuſque eſt bonum & rectum, & verum co-
ram Domino Deo ſuo ♀ in vniuerſa cultura miniſterij 21
domus [a] Domini, iuxta legem & ceremonias, volens
requirere Deum ſuum in toto corde ſuo: fecitque &
proſperatus eſt.

Celebrato phaſe, populus ſimulachra, lucos, & excelſa demolitur.

Ezechias ſacerdotes conſtituit & Leuitas.

Confiteri & laudare Deum.

[a] Domini. Sacerdotibus dari iubet decimas vt verbo Dei liberius vacent.

B

Decimarũ ingens multitudo.

[a] Deo,

[a] conducebat

[a] Fecitque Ezechias toto corde quærens Deum proſperatur.

[a] Dei,

CAP. XXXI.

*QVumq; hæc omnia 1 abſoluta eſſent, egreſsi ſunt omnes Iſraelitæ qui præſentes fuerant 2 ex ciuitatibus Iehuda, & confregerunt ſtatuas, demoliti ſunt lucos, & diruerunt excelſa atque altaria per totam [terram] Iehuda & Beniamin, in Ephraim quoque & Manaſſe, donec omnia 3 abolerent. tum reuerſi ſunt omnes filij Iſrael, 4 quiſque ad poſſeſsionem ſuam & ciuitates ſuas. Porrò EZechias conſtituit 5 ordines ſacerdotum & Leuitarum 6 ad ordines ſuos quemque pro officio ſuo & ſacerdotes & Leuitas. [nempe vt ſacrificarent] holocauſtum, 7 gratulatoria ſacrificia, vt miniſtrarent, vt 8 confiterentur & 9 laudarent 10 in portis caſtrorum Domini. Portio verò regis de ſubſtantia eius 11 erant quotidiana holocauſta mane & veſpere, item 12 holocauſta pro ſabbatis, neomenijs & ſtatis ferijs, vt ſcriptum eſt in lege Domini. Præcepit etiam populo qui habitabat Ieroſolymis, vt darent partem ſacerdotibus & Leuitis, vt 13 tenaces eſſent in lege Domini. 14 Quumq; hoc verbum [regis] diuulgatum eſſet, auxerunt filij Iſrael primitias frumenti, vini, olei, mellis, & omnis prouentus agri: ſed & 15 cunctas decimas attulerunt, idq; affatim. Filij quoque Iſrael & Iehuda, qui habitabant in ciuitatibus Iehuda, etiam ipſi decimas boum & ouium, atque decimas ſanctas quæ erant conſecratæ Domino Deo ſuo attulerunt, 16 & dederunt plures aceruos. Menſe tertio cœperunt 17 [dare] aceruos vt fundamentum iacerent, & ſeptimo menſe abſoluerunt. 18 Venientes autem EZechias & principes viderunt aceruos, & 19 gratias egerunt Domino & populo eius Iſrael. 20 Interrogauit etiam EZechias à ſacerdotibus & Leuitis 21 de aceruis. Cui reſpondens Aſarias ſacerdos ſummus, de domo Zadoc, ait, 22 Quando cœptum eſt afferri dona in domum Domini, 23 comeſtum eſt ad ſatietatem vſque, multumq; ſuperfuit, quoniam Dominus benedixit populo ſuo, 24 vt reliqua ſit tanta copia. Iuſsit autem EZechias vt pararent 25 cellas in æde Domini, & præparauerunt. Bona igitur fide intulerunt primitias & decimas, & quæ erant conſecrata, conſtitutuſq; eſt ſuper ea Chonanias Leuita, & Semei frater eius 26 ſecundus: 27 Et Iehiel, Aſaſia, Nahath, Aſael, Ierimoth, Ioſabad, Eliel, Iſmachias, Mahath, & Benaias, præfecti erant 28 per Chonaniam & Semeiam fratrem eius iuſſu EZechiæ regis: 29 Aſarias autem princeps erat in domo Domini. Core autem filius Iimna Leuita ianitor 30 ad Ortum, erat [conſtitutus] 31 ſuper ea quæ ſponte offerebantur Deo, & 32 ſuper ſeparata dona Domini, & ſuper ſancta ſanctorum. 33 Ad illius manum erant Eden, Miniamin, Ieſua, Semaia, Amarias, & Sechanias, in ciuitatibus ſacerdotum 34 ſub fide [conſtituti,] vt darent fratribus ſuis 35 iuxta ordines, vt maiori, ita & minori: 36 Exceptis quos recenſuerat in maribus ab eo qui natus erat tres annos & ſuprà, omni ſcilicet qui ingrediebatur domum Domini, iuxta demenſum cuiuſque diei: 37 pro miniſterio eorum, pro cuſtodijs eorum, & pro ordinibus eorum: Et 38 his qui inter ſacerdotes reputati erant per domos patrum ſuorum, & Leuitis, ab eo qui natus erat annos viginti & ſuprà, 39 per cuſtodias ſuas & ordines ſuos: Deinde 40 his qui in pube eorum cenſebantur, vxoribus quoque eorum, filijs & filiabus eorum, 41 pro omni multitudine: nam fide illorum 42 ſanctificabantur ſancta: Filijs quoque Aharonis ſacerdotibus qui erant in agris ſuburbanis ciuitatum ſuarum, per ſingulas ciuitates, viri qui expreſsi ſunt 43 nominatim, vt darent portiones omni mari in ſacerdotibus, 44 & omnibus qui cenſi erant inter Leuitas. Ad hunc modum fecit EZechias in omni Iehuda: fecitq; quod 45 bonum, rectum & verum erat coram Domino Deo ſuo. In omni opere quod cœpit in miniſterio domus Dei, & in lege & 46 præceptis, quærebat Deum ſuum, fecitq; [illud] toto corde: & proſpere ceſsit.*

## SCHOLIA IN CAP. XXXI.

1 Perfeciſſent, 2 in ciuitatibus 3 Hebraice ad verbum, compleſſent. vel, abſoluiſſent. 4 Ordo inuerſus, pro, in vrbes ſuas, nempe quiſque in poſſeſſionem ſuam. 5 Hebraiſmus, diuiſiones, id eſt, vices, ordines. 6 ſecundum diuiſiones ſuas. vel ordines ſuos 7 pacifica 8 gratias agerent 9 ſubaudi, Dominum. 10 id eſt, in templo quo omnes Iudæi conueniebant. Deſcribitur hic miniſterium ſacerdotum & Leuitarum. 11 potius, erat ad offerendum 12 (ad) holocauſta 13 Hebraiſmus, fortificarent ſeſe, id eſt, vt alacrius fungerentur ſuo officio, implerentque legem Domini. 14 Hebraiſmus, Quum autem multiplicata fuiſſet res iſta. vel multiplicatus fuiſſet ſermo iſte, &c. 15 vel, omnium 16 Hebr. & poſuerunt aceruos aceruos, id eſt, fecerunt plurimos aceruos ex illis. 17 Hebraiſmus, fundare aceruos illos, id eſt, iecerunt prima fundamenta illorum aceruorum: hoc eſt, cœperunt facere illos aceruos decimarum in victum ſacerdotum & Leuitarũ. 18 ſubaudi, in templum. 19 Hebraiſmus, benedixerunt. Benedicere Domino, eſt gratias illi agere. Benedicere autem populo, eſt omnia proſpera & fœlicia illi precari. 20 Interrogauit itaque 21 id eſt, qua ratione factum eſſet vt tot acerui primitiarum & decimarum haberentur illic. 22 vel, Ex quo cœperunt. aut cœpit. ſubaudi, populus. 23 vel, comedimus & ſaturati ſumus, & reliquimus, ſubaudi, nos ſacerdotes. Tria ſunt infinitiua, Hebraice, pro indicatiuis. 24 Heb. & multitudini huic reſiduæ. Ad populum refertur. Quidam Hebræorum minus recte ad inanimata referunt, quum exponunt benedixit reliquis his frugibus. 25 vel, horrea. exhedras. ſiue, gazophylacia 26 id eſt, ſecundæ dignitatis ab illo: hoc eſt, vicarius eius. 27 Iehiel autem, 28 Hebraiſmus, de manu Chononiæ & Semeiæ fratris eius, id eſt, erant inſtituti à Chonenia &c. 29 & Azariæ ducis ædis &c. Quem hic vocat ducem domus Dei, ſuprà appellauit ſacerdotem ſummum. 30 vel, ad Orientem, id eſt, qui præerat portæ Orientali. 31 Heb. ſuper liberalitates Dei, 32 Heb. vt daret (vel diſtribueret) oblationes Domini, & ſancta ſanctorum, id eſt, & ea quæ Deo erant conſecrata & dicata. 33 id eſt, In poteſtate illius, & illi ſubditus. 34 cum fide, id eſt, homines ſpectatæ fidei. 35 vel, per turmas, ſiue diuiſiones, & vices, 36 Hic verſus ex ſuperiore pendet, & ex Hebræo ſic vertendus, inuerſo paulum ordine, Rem diei in die ſuo (id eſt, portionem quotidianam) omni ingredienti in domum, præter progeniem eorum in maribus (.i. ſexus maſculini) ab eo qui natus erat tres annos & ſupra. 37 vel, propter miniſterium, (aut, in miniſterium) eorum, in ceremonijs (vel obſeruationibus) ſuis, (&) in turmis (vel diuiſionibus) ſuis: 38 Subaudiendum verbum (vt diſtribuerent inquam) progeniei ſacerdotum per familias ſuas, & Leuitarum, 39 vel, in obſeruationibus ſuis & in turmis ſuis: 40 Hebraiſmus, progeniei in omnibus paruulis eorum, &c. 41 Hebraiſmus, omni cœtui. vel, id eſt omni cœtui, 42 ſanctificabant ſeſe ſanctificatione ſancta, quaſi dicat, dependebant ab illis. 43 nominibus, id eſt, ſuprà nominati. 44 & omni progeniei in Leuitis. 45 Bonum, reſpicit Ezechiam: Rectum, ſacerdotes: Veritas, Deum, quaſi dicat, recte ſe geſſit erga Deum & proximum. 46 præcepto, vt requireret Deum ſuum: ex toto corde fecit, &c.

## CAP. XXXII.

*POſt illa geſta 1 & fidem illam, venit Sanherib rex Aſſyriorum: & ingreſſus Iehudam, caſtrametatus eſt aduerſus ciuitates munitas, 2 ſtatuitq; illas abruptas ſibi [vendicare.] Videns ergo Ezechias quòd Sanherib veniſſet, 3 & ſtatuiſſet etiam ipſi Ieruſalem bellum inferre, Iniјt conſilium cum principibus ſuis & cum 4 heroibus ſuis, vt obturarent aquas fontium, qui extra vrbem erant: & hi 5 auxilio ei fuerunt. Congregatus 6 enim eſt multus populus, & obſtruxerunt omnes fontes, ſimulq; torrentem qui inundat in medio 7 terræ, dicentes, 8 Cur venirent reges Aſſyriæ, & inuenirent aquas multas? 9 Roboratus itaque [Ezechias,] 10 ædificauit omnes muros ruptos, 11 & excitauit [munitiones] ſuper turres, 12 aliumq; murum foris, 13 roborauitq; Millo in ciuitate Dauidis: fecit quoque multa tela & clypeos. Conſtituit præterea imperatores ſuper populum qui bellum gererent, congregauitq; eos ad ſe in platea 14 portæ ciuitatis, 15 loquutuſq; eſt in cor eorum huiuſmodi verbis, Fortes eſtote, & 16 agite ſtrenue: ne timueritis, neque animo frangamini metu Aſſyrij regis, aut metu totius multitudinis quæ cum eo eſt, 17 apud nos enim plures ſunt quàm cum illo. Cum illo eſt 18 brachium carneum, nobiſcum autem, Dominus Deus noſter, vt auxilietur nobis, & pugnet noſtras pugnas. populus ergo nixus eſt verbis Ezechiæ regis Iehuda. Poſt hæc miſit Sanherib rex Aſſyriorum legatos ſuos Ieroſolyma, (19 nam ipſe oppugnabat Lachis, cumq; eo quidquid roboris habebat,) ad Ezechiam regem Iehuda, & ad omnem Iehuda, qui fuerunt Ieroſolymis, huiuſmodi mandatis, Sic dicit Sanherib rex Aſſyriorum, Quò nitimini vos, qui habitatis in obſeſſa Ieruſalem? An verò Ezechias 20 vobis perſuadet vt tradatis vos morti, fame & ſiti, his [nempe] ſermonibus, Dominus Deus noſter liberabit nos de manu regis Aſſur? Annon Ezechias is eſt qui abſtulit excelſa 21 eius atque aras eius, & ait ad Iehudam & Ieruſalem, dicens, 22 Duntaxat coram [hac] vna ara adorabitis, & ſuper hanc incenſum adolebitis? An ignoratis quid ego fecerim & patres mei, omnibus populis 23 terrarum? Potueruntne, 24 etiamſi maxime ſe poſſe exiſtimarint, dij Gentium terrarum liberare terram eorum de manu mea? Quis verò eſt ex omnibus dijs Gentium illarum quas exciderunt patres mei, qui liberare potuerit populum ſuum de manu mea, 25 quòd Deus veſter poſſit vos liberare de manu mea?*

1 POſt quæ & huiuſcemodi veritatem, venit Senna-
cherib rex Aſſyriorum: & ingreſſus Iudam, obſe-
2 dit ciuitates munitas, volens eas capere. ¶ Quod cũ
vidiſſet Ezechias, veniſſe ſcilicet Sennacherib, & totum
3 belli impetum verti contra Ieruſalem, ¶ Inito cum prin-
cipibus conſilio, viriſque fortiſsimis, vt obturarent capita
fontium qui erant extra vrbem, & hoc omnium decer-
4 nente ſententia, ¶ Congregauit plurimam multitudinẽ,
& obturauerunt cunctos fontes, & riuum qui "fluebant in
medio terræ, dicentes, Ne veniant reges Aſſyriorum, &
5 inueniant aquarum abundantiam. ¶ AEdificauit quo-
que agens induſtriè omnem murum qui fuerat diſsipa-
tus, & extruxit turres deſuper, & forinſecus alterum mu-
rum: inſtaurauitque Mello in Ciuitate-Dauid, & fecit
6 vniuerſi generis armaturam & clypeos. ¶ Conſtituit-
que principes bellatorum in exercitu. Et conuocauit
vniuerſos in platea portæ ciuitatis, ac locutus eſt ad cor
7 eorum, dicens, ¶ Viriliter agite, & confortamini: no-
lite timere, nec paueatis regem Aſſyriorum, & vniuer-
ſam multitudinem quæ eſt cum eo: multo enim plures
8 nobiſcum ſunt, quàm cum illo. ¶ Cum illo enim eſt
brachium carneum, nobiſcum Dominus Deus noſter
qui auxiliator eſt noſter, pugnatque pro nobis. confor-
tatuſque eſt populus huiuſcemodi verbis Ezechiæ re-
9 gis Iuda. ¶ Quæ poſtquam geſta ſunt, miſit Senna-
cherib rex Aſſyriorum ſeruos ſuos in Ieruſalem (ipſe
enim cum vniuerſo exercitu obſidebat Lachis) ad Eze-
chiam regem Iuda, & ad omnem populum qui erat in
10 vrbe, dicens, ¶ Hæc dicit Sennacherib rex Aſſyrio-
rum, In quo habentes fiduciam, ſedetis obſeſsi in Ieru-
11 ſalem? ¶ Num Ezechias decepit vos, vt tradat morti in
fame & ſiti, affirmans quòd Dominus Deus veſter libe-
12 ret vos de manu regis Aſſyriorum? ¶ Nunquid non iſte
eſt Ezechias qui deſtruxit excelſa illius, & altaria, &
præcepit Iudæ & Ieruſalem, dicens, Coram altari vno
13 adorabitis, & in ipſo comburetis incenſum? ¶ An igno-
ratis quæ ego fecerim, & patres mei cunctis terrarum po-
pulis? nunquid præualuerunt dij Gentium, omniumque
14 terrarum liberare regionem ſuam de manu mea? ¶ Quis
eſt de vniuerſis dijs Gentium, quas vaſtauerunt patres
mei, qui potuerit eruere populum ſuum de manu mea,
vt poſsit etiam Deus veſter eruere vos de hac manu?
¶ Non

Sennacherib inuadit Iudam. 4. Reg. 18. c. Eſa. 36. a.

"fluebat

B Ezechias paratis omnibus in aduerſarios, adhortatur populum ad fiduciam in Deũ.

Sennacherib per nuntios conatur auertere populum à fiducia in Deũ. C

Blaſphemia Sennacherib.



D ¶ Non vos ergo decipiat Ezechias, nec vana perſuaſio- 15
ne deludat, neque credatis ei. Si enim nullus potuit Deus
cunctarum Gentium atque "regionum liberare populum
ſuum de manu mea, & de manu patrum meorum, conſe-
quenter nec Deus veſter poterit eruere vos de hac manu
mea. ¶ Sed & alia multa locuti ſunt ſerui eius contra Do 16
minum Deum, & contra Ezechiam ſeruum eius. ¶ epiſto 17
las quoque ſcripſit plenas blaſphemiæ in Dominũ Deum
Iſrael, & locutus eſt aduerſum eum, Sicut dij Gentium cæ
terarum non potuerunt liberare populum ſuum de manu
mea, ſic & Deus Ezechiæ eruere non poterit populum
ſuum de manu iſta. ¶ Inſuper & clamore magno, lingua 18
Iudaica, contra populum qui ſedebat in muris Ieruſalem,
E perſonabat, vt terreret eos, & caperet ciuitatem. ¶ Locu- 19
tuſque eſt contra Deum "Iſrael ſicut aduerſum deos popu
lorum terræ, opera manuum hominum. ¶ Oraueruntigi 20
tur Ezechias rex, & Eſaias filius Amos prophetes, aduer-
ſum hanc blaſphemiam, ac vociferati ſunt vſque in cælũ.
¶ Et miſit Dominus angelum ſuum qui percuſsit omnem 21
virum robuſtum, & bellatorem, & principem exercitus
regis Aſſyriorum. Reuerſuſque eſt cum ignominia in ter-
ram ſuam. Cumque ingreſſus eſſet domum Dei ſui, filij
qui egreſsi fuerant de vtero eius, interfecerunt eũ gladio.
¶ Saluauitque Dominus Ezechiam & habitatores Ieruſa- 22
lem, de manu Sennacherib regis Aſſyriorum, & de manu
omnium, & præſtitit ei quietem per circuitum. ¶ Multi 23
etiam deferebant hoſtias, & ſacrificia Domino in Ieruſa-
F lem, & munera Ezechiæ regi Iuda: qui exaltatus eſt poſt
hæc coram cunctis gentibus. ¶ In diebus illis ægrotauit 24
Ezechias vſque ad mortem, & orauit Dominum: exaudi-
uitque eum, & dedit ei ſignum. ¶ Sed non iuxta beneficia 25
quæ acceperat, retribuit, quia eleuatum eſt cor eius: & fa-
cta eſt contra eum ira, & contra Iudam & Ieruſalẽ. ¶ Hu 26
miliatuſque eſt poſtea, eo quòd exaltatũ fuiſſet cor eius,
tam ipſe, quàm habitatores Ieruſalem: & idcirco non ve-
nit ſuper eos ira Domini in diebus Ezechiæ. ¶ Fuit autem 27
Ezechias diues, & inclytus valde, & theſauros ſibi pluri-
mos congregauit argenti & auri & lapidis pretioſi, aroma
tum, & armorum vniuerſi generis, & vaſorum magni pre
tij. ¶ Apothecas quoque frumenti, vini, & olei, & præſe- 28
pia omnium iumentorum, caulaſque pecorum, ¶ & vrbes 29
ſex ædificauit ſibi. habebat quippe greges ouiũ & armẽ-
G torum innumerabiles, eo quòd dediſſet ei "Dominus ſub-
ſtantiam multam nimis. ¶ Ipſe eſt Ezechias qui obthura- 30
uit ſuperiorem fontẽ aquarum Gihon, & auertit eas ſub-
ter ad Occidentẽ Vrbis-Dauid: in omnibus operibus ſuis
fecit proſpere quæ voluit. ¶ Attamen in legatione princi 31
pum Babylonis, qui miſsi fuerant ad eum, vt interrogarẽt
de portento quod acciderat ſuper terram, dereliquit eum
Deus vt tentaretur, & nota fierent omnia quæ erãt in cor-
de eius. ¶ Reliqua autem ſermonum Ezechiæ, & miſeri- 32
cordiarum eius ſcripta ſunt in viſione Eſaiæ filij Amos,
prophetæ, & in Libro regũ Iuda & Iſrael. ¶ Dormiuitq; 33
Ezechias cum patribus ſuis, & ſepelierunt eum ſuper ſe-
pulchra filiorum Dauid: & celebrauit eius exequias vni-
uerſus Iuda, & omnes habitatores Ieruſalem: regnauitq;
Manaſſes filius eius pro eo.

"regnorum

"Ieruſalem

Oratio Ezechiæ & Eſaiæ.

Angelus Aſſyrios percutit.

Sennacherib à filijs ſuis occiditur.

AEgrotat Ezechias. 4. Regũ 20. a. Eſa. 38. a. Ezechias ingratus in Deum.

Diues Ezechias.

"Deus

Derelictus à Deo Ezechias tentatuſque, & quare.

Mortuo Ezechia, regnat Manaſſes.

*25 Ne ergo ſeducat vos Ezechias, 26 neq; lactet vos ſic, ne credatis ei: 27 quoniam nullus eſt Deus cuiuſcunque nationis aut regni, qui potuerit aſſerere populum ſuum de manu mea, & de manu maiorum meorum, quanto minus Deus veſter 28 aſſerere poterit vos de manu mea? Et alia quædam loquuti ſunt legati eius contra Dominum Deum, atque contra Ezechiam ſeruum eius. Adhæc ſcripſit epiſtolas, in quibus blaſphemauit Dominum Deum Iſraelis, 29 loquutuſq; eſt contra eum, dicens, Sicut dij Gentium 30 terrarum non potuerunt liberare populum ſuum de manu mea, ſic Deus Ezechiæ non 31 aſſeret populum ſuum de manu mea. Clamauerunt etiam voce magna Iudaicè contra populum Ieroſolymitanum qui in muris [excubabant,] vt terrerent eos, pauidoſq; redderent, ſicq; vrbem caperent. Loquutiq; ſunt contra Deum Ieruſalem, ſicut contra deos populorum 32 terræ, qui erant opus manuum hominum. Orauit ergo Ezechias rex & Ieſaias filius Amoz propheta gratia huius rei, & 33 clamauerunt in cælum. Miſit autem Dominus angelum, & perdidit 34 omnes heroes bellatores, duces & principes in caſtris regis Aſſyrij, reuerſuſq; eſt ipſe cum ignominia in regionem ſuam: & ingreſſus eſt phanum Dei ſui, vbi eum proſtrauerunt gladio 35 hi qui de viſceribus eius exierant. Seruauit itaque Dominus Ezechiam, & ciues Ieroſolymitanos à manu Sanherib regis Aſſyrij, & à manu 36 omnium, & 37 tutatus eſt eos circunquaque. Multi 38 etiam attulerunt Ieroſolyma munera Domino, dona quoque pretioſa ipſi Ezechiæ regi Iehuda, & 39 euectus eſt poſt hæc coram omnibus [illis] gentibus. 40 Quodam verò tempore ægrotabat Ezechias 41 letaliter, & orauit ad Dominum, qui loquutus 42 ei, dedit 43 prodigium: at Ezechias non rependit 44 iuxta hoc quod ei impenſum erat, quin potius elatum eſt cor eius, ita vt 45 indignatio excitaretur contra Iehuda & Ieruſalem. Veruntamen ſubmiſsior factus eſt Ezechias 46 quum elatum fuiſſet cor eius, ipſe videlicet & ciues Ieroſolymitani, 47 vt non veniret ſuper eos indignatio Domini in diebus Ezechiæ. Erat autem Ezechias opulentus, cui etiam acceſsit inſignis gloria, 48 parauerat enim ſibi theſauros argenti, auri, lapidum pretioſorum, 49 odorum, clypeorum, omniumq; vaſorum 50 ex quibus voluptas capitur. 51 Repoſitoria inſuper ad prouentum frumenti, vini & olei, 52 ſepta quoque pro omnis generis pecoribus, & ſepta pro gregibus. Parauit quoque ſibi ciuitates, & pecudes, & boues, eoſq; multos, quoniam Deus dederat ei ſubſtantiam valde multam. Is Ezechias obſtruxit 54 ſcaturigines aquarum Gihon ſuperioris, & direxit eas deorſum ad Occidentem ciuitatis Dauidis, & proſpere ceſsit Ezechiæ in omni opere ſuo. 55 Quumq; principes Babylonis miſiſſent ad eum oratores interrogatum de portento quod fuerat in terra, dereliquit eum Deus, vt tentaret eum, 56 notumq; fieret quidquid fuit in corde eius. Reliquum rerum Ezechiæ, & 57 beneficentiæ eius, en hæc ſcripta ſunt in prophetia Ieſaiæ filij Amoz prophetæ, in libro regum Iehuda & Iſraelis. Dormiuit itaque Ezechias cum patribus ſuis, & ſepelierunt eum in inſignioribus ſepulchris filiorum Dauidis, gloriam ei exhibentes in morte ſua omnis Iehuda & ciues Ieroſolymitani, regnauitq; Manaſſes filius eius pro eo.*

## SCHOLIA IN CAP. XXXII.

1 Et veritatem iſtam, quaſi dicat, His geſtis quæ veriſsima ſunt. 2 Hebraiſmus, dixitque illas perrumpere ſibi, id eſt, ſtatuit eas capere ſibi, ruptis muris. 3 Hebraiſmus, & facies eius eſſet ad bellum contra Ieruſalem, id eſt, & vidiſſet Sennacherib venientem recta vt oppugnaret Ieruſalem. 4 Hebraiſmus, fortibus 5 ſubaudi, in obturandis illis aquis. 6 itaque. 7 vel, regionis, 8 quaſi dicat, Quare committemus vt quum venerint reges Aſſyriæ, inueniant aquas multas? 9 id eſt, Bono & forti animo præditus. 10 id eſt, inſtaurauit. 11 Hebraiſmus, & aſcendere fecit (ſubaudi, medelam) ſuper turres, id eſt, turres dirutas inſtaurauit. 12 quaſi dicat, & altero muro cinxit vrbem, quæ iam erat mœnibus cincta. 13 id eſt, inſtaurauit. vel, & muniuit plateam illam quæ dicebatur Millo quæ erat iuxta vrbem Dauidis, id eſt, Sion. Nam Millo erat platea intra vrbem iuxta mœnia. 14 id eſt, quæ adiacebat portæ vrbis. 15 q.d. allocutus eſt eos blãdis verbis, conſolans eos. 16 confortamini: 17 q.d. trahit ſecum magnũ exercitum hominũ: at fauebit nobis longe maior exercitus angelorum: aderit nobis longe maior exercitus quàm qui eſt cum illo. 18 id eſt, homines quorum vires ſunt imbecilles. 19 Heb. ipſe autem erat iuxta Lachis, & vniuerſum regnum eius cum eo. i. vniuerſus

populus regni eius cum eo. q. d. obſidebat Lachis ingenti exercitu. 20 imponit vobis. Verbum Hebraicum hic ſignificat ſuadendo decipere. Proprie ſignificat ſuadere, ſiue perſuadere. 21 ſub. Dei quo nitimini. Vtitur hic Sennacherib falſis pro veris, vt probet quod vult. neque enim ſuſtulerat Ezechias altaria Dei, ſed tantum idolorum. 22 Heb. Coram altari (hoc) vnico 23 vel, regionum? ſubaudi, ab Aſſyrijs deuictarum. 24 Hebr. valendo, ∴ (vt dicatis) quod Deus. vel, vt Deus 25 Nunc ergo, ne 26 Hebraiſ. neque perſuadeat vobis ſicut hoc, id eſt, tale quidpiam. 27 Heb. ſi non potuit vllus Deus omnium Gentium & regnorum eripere 28 eripere 29 dicendo contra eum ad hunc modum, 30 vel, regionum, ſubaudi, à maioribus meis deuictarũ. 31 eripiet 32 id eſt, eius regionis in qua colebantur ea idola. 33 vel, vociferati ſunt ad Deum. 34 Heb. omnem potentem viribus, id eſt, fortiſſimos quoſque. 35 id eſt, filij eius. 36 ſub. aliorum. 37 Hebraiſ. deduxit eos à circuitu eorum, quaſi dicat, ſua miſericordia ita ſeruauit eos, vt non timerent ſibi ab ijs qui erant in circuitu eorum. 38 autem 39 Heb. factus eſt (& exiſtimatus) maximus 40 In tempore illo 41 vel, vſque ad mortem, 42 ſub. Domino, id eſt, precatus Dominum vt ſcilicet daret ei ſignum. 43 vel, ſignum. ſiue, portentum: 44 iuxta retributionem ſuper ipſum. i. beneficiorum acceptorum à Domino non eſt recordatus Ezechias, quamuis in eum multa contuliſſet Dominus. 45 ſub. Dei. 46 Hebraiſmus, in ſuperbia cordis ſui, id eſt, poſtea quam ſuperbiuit, vel ſubmiſſior factus eſt à ſuperbia cordis ſui. 47 & non venit 48 & fecit 49 vel, aromatum. 50 Heb. deſyderij, id eſt, omnis ſupellectilis pretioſæ. 51 vel, Apothecas. aut, Horrea, ſubaudi, fecit ſibi. 52 Heb. præſepia (aut, ſtabula) omni beſtiæ & beſtiæ, & ordines præſepibus, id eſt, fecerat ſtabula in quibus habebat varia animalia: & ea ſtabula diſpoſuerat & collocarat certo quodam ordine. 54 exitum aquarum fontis Gihon ſuperiorem, & recta deduxit eas ſubter &c. Gihon, nomen eſt fontis qui non procul aberat ab vrbe Ieruſalem. 55 Heb. Et ſic propter legatos (vel interpretes,) principum Babylonis qui miſerant (illos) ad eum vt quærerent portentum quod factum fuerat in ea regione, ſubaudi, propter Ezechiam. vel, quod dicebatur factum fuiſſe in illa regione, &c. 56 Hebraiſmus, vt ſciret, ſubaudi, Deus &c. vel, vt omnes ſcirent quid haberet in animo. 57 vel, miſericordiæ.

## CAP. XXXIII.

*DVodecim annos natus erat Manaſſes quum regnare cœpiſſet, regnauitq; annis quinquagintaquinque Ieroſolymis. Deſignauit autem malum in oculis Domini iuxta abominandas res Gentium, quas eiecerat Dominus ante filios Iſraelis. Reædificauit enim excelſa quæ diruerat Ezechias pater eius, & excitauit aras baalim, & fecit lucos, adorauit omnem militiam cælorum, & coluit eam. 1 Extruxit deinde aras in æde Domini, 2 quum tamen Dominus dixiſſet, In Ieruſalem erit nomen meum perpetuò. Aedificauit quoque altaria vniuerſæ 3 militiæ cælorum in duobus atrijs ædis Domini, Et traduxit filios ſuos per ignem in valle filiorum Hinnom: 4 erat mathematicus, veneficus, maleficus, pythonem conſulebat, magiam exercebat. [In ſumma,] multa mala deſignauit in oculis Domini, quibus eum irritabat. Poſuit inſuper ſculptile ſimulachrum quod fecerat in ædem 5 Dei, 6 quum tamen Deus dixiſſet ad Dauidem & ad Solomonem filium eius, In æde iſta & in Ieruſalem, quam elegi præ omnibus tribubus Iſraelis, ponam nomen meum in æternum, Nec vltra auferam pedem Iſraelis de terra quam conſtitui patribus veſtris, modo obſeruent & faciant cuncta quæ præcepi eis 7 in vniuerſa lege, ritibus atque iudicijs per Moſen. Manaſſes itaque in errorem abduxit Iehudam & ciues Ieroſolymitanos, 8 vt malitia Gentes ſuperarent, quas deleuit Dominus ante filios Iſraelis. 9 Loquutus eſt autem Dominus ad Manaſſen, & ad populum eius, at non attenderunt: adduxit igitur Dominus contra eos principes exercitus regis Aſſyriorum, qui 10 ceperunt Manaſſen compedibus, vinxeruntq; eum catenis duabus, ducentes eum in Babyloniam. Quum verò in anguſtias adductus eſſet, precatus eſt faciem Domini Dei ſui, admodum ſubmiſſus factus in conſpectu Dei patrum ſuorum. Quumq; oraſſet eum, exauditus eſt: exaudiuit enim ſupplicationem eius, & reduxit eum Ieroſolyma in regnum ſuum. tum cognouit Manaſſes quòd Dominus eſſet Deus. 11 Poſt hac ædificauit murum exteriorem ciuitati Dauidis, ad Occidentem Gihon in valle, 12 & vbi itur ad portam piſcium, 13 & circum Ophel, & valde altum fecit 14 eum: poſuit quoque duces exercitus in omnibus ciuitatibus munitis per Iehudam. Abſtulit etiam deos alienos, & ſimulachra ex æde Domini, & cuncta altaria quæ extruxerat in monte ædis Domini, & in Ieruſalem, proiecitq; extra ciuitatem. Reparauit item altare Domini, & immolauit ſuper ipſum ſacrificia pacificorum & gratiarumactionis: præcepitq; ipſi Iehuda, 15 vt ſeruirent Domino Deo Iſraelis. Verumtamen populus adhuc ſacrificabat in excelſis, 16 licet Domino Deo ſuo. Reliquum geſtorum Manaſſis, & oratio eius ad Deum ſuum, & ſermones videntium qui ad eum ſunt loquuti in nomine Domini Dei Iſraelis, en hæc ſcripta ſunt in rebus regum Iſraelis.*

## CAP. XXXIII.

1 DVodecim annorum erat Manaſſes cum regnare
cœpiſſet: & quinquagintaquinque annis regna-
2 uit in Ieruſalem. ♀ Fecit autem malum coram
Domino, iuxta abominationes Gentium, quas ſubuertit
3 Dominus coram filijs Iſrael. ♀ Et conuerſus, inſtaurauit
excelſa quæ demolitus fuerat Ezechias pater eius: cõſtru
xitque aras baalim, & fecit lucos: & adorauit omnem mi-
4 litiam cæli, & coluit eam. ♀ AEdificauit quoque altaria in
domo Domini, de qua dixerat Dominus, In Ieruſalem
5 erit nomen meum in æternum. ♀ AEdificauit autem ea
cuncto exercitui cæli, in duobus atrijs domus Domini.
6 ♀ Tranſireque fecit filios ſuos per ignem, in Valle-ben-
ennom: obſeruabat ſomnia, ſectabatur auguria, maleficis
artibus inſeruiebat: habebat ſecum magos & incãtatores:
Multaque mala operatus eſt coram Domino, vt irritaret
7 eum. ♀ Sculptile quoque, & conflatile ſignum poſuit in
domo "Domini, de qua locutus eſt Dominus ad Dauid, &
ad Salomonem filium eius, dicens, In domo hac, & in Ie-
ruſalem quam elegi de cunctis tribubus Iſrael, ponam no
8 men meum in ſempiternum. ♀ Et mouere non faciam pe-
dem Iſrael de terra quam tradidi patribus eorum: ita dun
taxat ſi cuſtodierint facere quæ præcepi eis, cunctamque
legem, & ceremonias atque iudicia "quæ mandaui per ma
9 num Moyſi. ♀ Igitur Manaſſes ſeduxit Iudam & habita-
tores Ieruſalem, vt facerent malum ſuper omnes Gentes
10 quas ſubuerterat Dominus à facie filiorum Iſrael. ♀ Lo-
cutuſque eſt Dominus ad eum, & ad populum illius: &
11 attendere noluerunt. ♀ Idcirco ſuperinduxit eis princi-
pes exercitus regis Aſſyriorum: ceperuntque Manaſſen,
& vinctum catenis, atque compedibus duxerunt in Baby
12 lonem. ♀ Qui poſtquam coanguſtatus eſt, orauit Domi-
num Deum ſuum: & egit pœnitentiam valde coram Deo
13 patrum ſuorum. ♀ Deprecatuſque eſt eum, & obſecra-
uit intente: & exaudiuit orationem eius, reduxitque eum
Ieruſalem in regnum ſuum. & cognouit Manaſſes quòd
14 Dominus, ipſe eſſet Deus. ♀ Poſt hæc ædificauit murum
extra Ciuitatem-Dauid, ad Occidentem Gihon, in con-
ualle: ab introitu portæ piſcium per circuitum vſque ad
Ophel, & exaltauit illum vehementer: conſtituitque prin
15 cipes exercitus in cunctis ciuitatibus Iuda munitis. ♀ Et
abſtulit deos alienos, & ſimulachrum de domo Domini:
aras quoque quas fecerat in monte domus Domini, & in
16 Ieruſalem: & proiecit omnia extra vrbem. ♀ Porrò inſtau
rauit altare Domini, & immolauit ſuper illud victimas,
& pacifica, & laudem: præcepitque Iudæ vt ſeruiret Do-
17 mino Deo Iſrael. ♀ Attamen adhuc populus immola-
18 bat in excelſis Domino Deo ſuo. ♀ Reliqua autẽ geſto-
rum Manaſſæ: & obſecratio eius ad Deum ſuum: verba
quoque videntium qui loquebãtur ad eum in nomine Do
mini Dei Iſrael, continentur in ſermonibus regum Iſrael.
♀ Oratio

4. Reg. 21. a. Manaſſes inſtaurat excelſa quæ demolitus fuerat Ezechias.

2. Reg. 7. b. Duo atria.

B

"Dei,

2. Reg. 7. b.

3. Reg. 8. b.

Manaſſes ducitur captiuus in Babylonem, & quare.

Afflictus Manaſſes, ſine intermiſſione orãs exauditur.

C

Immolat Manaſſes victimas & laudes.

Seruire Deo



D ♀ Oratio quoque eius & exauditio, & cuncta peccata, 19
atque contemptus, loca etiam in quibus ædificauit excel-
ſa, & fecit lucos, & ſtatuas antequam ageret pœniten-
tiam, ſcripta ſunt in Sermonibus Hozai. ♀ Dormiuit 20
ergo Manaſſes cum patribus ſuis, & ſepelierunt eum in
domo ſua: regnauitque pro eo filius eius Amon. ♀ Vi- 21
gintiduorum annorum erat * cum regnare cœpiſſet: &
duobus annis regnauit in Ieruſalem. ♀ Fecitque malum 22
in conſpectu Domini, ſicut fecerat Manaſſes pater eius:
& cunctis idolis quæ Manaſſes fuerat fabricatus, immo-
lauit, atque ſeruiuit. ♀ Et non eſt reueritus faciem Do- 23
mini, ſicut reueritus eſt Manaſſes pater eius: & multo ma-
iora deliquit. ♀ Cumque coniuraſſent aduerſus eum ſer 24
ui ſui, interfecerunt eum in domo ſua. ♀ Porrò reliqua 25
populi multitudo, cæſis ijs qui Amon percuſſerant, con-
ſtituit regem Ioſiam filium eius pro eo.

Oratio Manaſſæ.

Mortuo Manaſſe, regnat Amon impius.

Amon

Interficitur à ſeruis ſuis. Ioſias conſtituitur rex.

*Oratio quoque eius, & quomodo exauditus ſit, omnia peccata eius, tranſgreſſio eius, loca in quibus ædificauerat excelſa, & lucos conſtituerat atque ſimulachra antequam ſe ſubmitteret, en iſta ſcripta ſunt 17 in verbis videntium. Dormiuit autẽ Manaſſes cum patribus ſuis, ſepelieruntq; eum 18 in domo ſua, & regnauit Amõ filius eius pro eo. Natus erat Amõ vigintiduos annos quũ 19 regno eſſet inauguratus, regnauitq; duobus annis Ieroſolymis. Deſignauit autẽ malum in oculis Dñi, quẽadmodũ deſignauerat pater eius: nã omnibus ſculptilibus quæ fecerat pater eius, ſacrificauit Amon, & coluit ea. Sed nõ eſt ſubmiſſior factus 20 in cõſpectu Domini ſicut Manaſſes pater eius ſubmiſſus factus fuerat; quin Amon iſte 21 auxit delictũ. Cõſpirarũt autẽ aduerſus eum ſerui eius, interfeceruntq; eum in domo ſua, populus autẽ terræ percuſſerunt omnes illos qui conſpirauerant cõtra regem Amon, & conſtituerunt regẽ idem populus terræ Ioſiam filium eius pro eo.*

## SCHOLIA IN CAP. XXXIII.

1 Subaudi, in honorem idolorum. 2 de qua dixerat Dominus, 3 Multitudinem ſtellarum intelligit per militiam cæli. 4 obſeruabat tẽpora, augurabatur, & diuinationi vacabat. 5 vel eſt ſingulare pro plurali. 6 de qua dixerat Deus 7 id eſt vniuerſam legem & ſtatuta & iudicia per Moſen. q. d. modo diligenter adimpleuerint omnia quæ præcepi illis per Moſen: omnia inquam quæ præcepi illis, id eſt vniuerſam legem & ſtatuta & iudicia. 8 Heb. vt facerent malum præ Gentibus, 9 ſub. per prophetas. 10. i. captum Manaſſen conſtrinxerunt compedibus. 11 nempe quum redijt ad cor, & reliquit cultum idolorum. 12 vel, qua itur ad portam piſcium. Ita dicebatur quòd per eam inferrentur piſces; aut ad eam venderentur piſces. 13 Hebraiſmus, & circundedit (ſubaudi, muro arcem dictam) Ophel. Arx erat magna & inſignis in Ieruſalem. 14 ſubaudi, murum. Relatiuum ſine antecedente. 15 ſubaudi, poſtea, relictis idolis. 16 duntaxat 17 id eſt, in commentarijs prophetarum. vel, in verbis Hoſai. vt ſit nomen propriũ prophetæ illius temporis, aut alterius viri. 18 id eſt, in regia, ſiue in horto regiæ: quia fuerat impius rex, non fuit ſepultus cum alijs regibus. 19 regnare cœpit, 20 à conſpectu 21 multiplicauit delictum, id eſt, multa ſcelera patrauit.

## CAP. XXXIIII.

OCto annorum erat Ioſias cũ regnare cœpiſſet: 1
& triginta & vno anno regnauit in Ieruſalem.
♀ Fecitque quod erat rectum in conſpectu Do- 2
mini, & ambulauit in vijs Dauid patris ſui: non declinauit
neque ad dexteram, neque ad ſiniſtrã. ♀ Octauo autem 3
anno regni ſui, cum adhuc eſſet puer, cœpit quærere Deũ
patris ſui Dauid: & duodecimo anno poſtquam regnare
cœperat, mundauit Iudã & Ieruſalẽ ab excelſis, & lucis,
ſimulachriſq;, & ſculptilibus. ♀ Deſtruxeruntq; corã eo 4
aras baalim: & ſimulachra quæ ſuperpoſita fuerant, demo
liti ſunt: lucos etiã, & ſculptilia ſuccidit atq; cõminuit: &
ſuper "cumulos eorũ qui eis immolare cõſueuerant, frag-
B menta diſperſit. ♀ Oſſa præterea ſacerdotũ combuſſit in 5
altaribus idolorũ, mundauitq; Iudam & Ieruſalem. ♀ Sed 6
& in vrbibus Manaſſæ, & Ephraim, & Simeõ vſq; Neph-
thali cũcta ſubuertit. ♀ Cumque altaria diſsipaſſet, & lu- 7
cos, & ſculptilia contriuiſſet in fruſta, cũctaque delubra
demolitus eſſet de vniuerſa terra Iſrael, reuerſus eſt in Ie-
ruſalem. ♀ Igitur anno octauodecimo regni ſui, mundata 8
iam terra, & templo Domini, miſit Saphan filiũ Eſeliæ, &
Maaſiam principem ciuitatis, & Ioha filium Ioachaz, à
commentarijs: vt inſtaurarent domum Domini Dei ſui.
♀ Qui venerũt ad Helciam ſacerdotẽ magnum, "accepta- 9
que ab eo pecunia, quæ illata fuerat in domum Domini,
C & quã cõgregauerant Leuitæ & ianitores de Manaſſe, &
Ephraim, & vniuerſis reliquijs Iſrael, ab omni quoque Iu
da, & Beniamin, & habitatoribus Ieruſalem, ♀ tradide- 10
runt in manibus eorũ qui præerant operarijs in domo Do
mini, vt inſtaurarent templũ, & infirma quæque ſarcirent.
♀ At illi dederunt eam artificibus, & cæmentarijs: vt eme 11
rent lapides de lapicidinis, & ligna ad commiſſuras ædifi-
cij, & ad contignationem domorũ, quas deſtruxerant re-
ges Iuda. ♀ Qui fideliter cuncta faciebant. Erant autem 12
præpoſiti operantium, Iahath & Abdias de filijs Merari:
Zacharias & Moſollam de filijs Caath: qui vrgebãt opus:
omnes Leuitæ ſcientes organis canere. ♀ Super eos verò, 13
qui ad diuerſos vſus onera portabant, erant ſcribæ & ma-
D giſtri de Leuitis, ianitores. ♀ Cumque efferrẽt pecuniam 14

Ioſias pius. 4. Reg. 22. a.

Ioſias quærens Deum, idola ſubuertit.

"tumulos

Iubet inſtaurari templum Domini.

"acceptamque ab eo pecuniã,

## CAP. XXXIIII.

*OCto annos natus erat Ioſias quum inciperet regnare, regnauitq; in Ieruſalem annis trigintaunum. Is rectum fecit in oculis Domini, & inceſſit in vijs Dauidis patris ſui: 1 non receſſit neque ad dexterã, neque ad ſiniſtram. Octauo anno regni ſui, quum adhuc puer eſſet, cœpit quærere Deum Dauidis patris ſui: anno verò 2 duodecimo cœpit expurgare Iehudam & Ieruſalem ab excelſis, lucis, ſculptilibus & fuſilibus. Dirueruntq; 3 coram eo altaria 4 baalim, 5 & ſimulachra quæ ſuperiori ætate ſuper illa fuerunt, demolitus eſt: lucos etiam, & ſculptilia, & fuſilia contriuit atque comminuit, & 6 ſparſit ſuper ſepulchra eorum qui ſacrificauerant eis. Oſſa quoque 7 ſacerdotum combuſſit 8 in altaribus eorũ, & mũdauit 9 Iehudã & Ieruſalẽ. Idẽ [fecit] in ciuitatibus Manaſſe, Ephraim, & Simeon vſq; in Naphtali in 10 deſolatis locis eorũ circũquaq;. Diruit itaq; altaria atq; lucos, & ſculptilia cõminuit & cõtriuit, cunctaq; 11 ſimulachra cõfregit per vniuerſam terram Iſraelis, reuerſuſq; eſt Ieroſolyma. Regni ſui anno duodeuigeſimo quum expurgaſſet terrã atq; ædẽ, miſit Saphan filiũ Azaliæ, & Maaſiã præfectũ vrbis, & Ioah filiũ Ioahas 12 à memoria, vt inſtaurarẽt ædẽ Domini Dei ſui. Venientesq; ad Hilkiam ſacerdotẽ magnũ, 13 dederũt pecuniã quæ illata fuerat in ædem Dei, quã collegerãt Leuitæ cuſtodes liminis de manu 14 Manaſſe & Ephraim, atq; ab vniuerſis reliquijs Iſraelis, & ab omni Iehuda ac Beniamin, reuerſiq; 15 ſunt Ieroſolyma: Dederũt [inquã] 16 in manũ eorũ qui faciundo operi in æde Domini inſpectores cõſtituti erant, qui dederũt eam facientibus opus, laborantibus in æde Dñi, 17 inſtaurãtibus ſarta tecta ædis: Dederũt inquã 18 artificibus & ſtructoribus: vt cõpararent lapides exciſos, & ligna 19 ad cõpages & axes domorũ, quas vaſtauerãt reges Iehuda. Viri autẽ huiuſmodi, 20 faciebant opus bona fide: præpoſitiq; eis erant Iahath, Obadias Leuitæ, de 21 filijs Merari: Zacharias & Meſullam, de filijs Cahathitarum: ∴ qui ſolicitarent opus: 22 ſed & Leuitæ omnes qui eruditi erant in inſtrumentis muſicis. 23 Super baiulos verò & 24 ſolicitatores omnium qui opus faciebant, & ſingula miniſteria, ex Leuitis erant quidam & ſcribis, ex præfectis & ianitoribus. Quumque 25 efferrent pecuniam*

illatã in ædem Domini, inuenit Hilkias ſacerdos librum legis Domini, [ 26 qui datus erat ] 27 miniſterio Moſis. 28 Reſpondens autem Hilkias, dixit Saphan ſcribæ, Librum legis inueni in æde Domini, deditque Hilkias librum ipſi Saphan, Saphan verò portauit librum ad regem: referens ſimul ad regem 29 negotium hiſce verbis, Quidquid datum eſt in manum ſeruorum tuorum, ipſi perſiciunt. 30 Conflabant autem pecuniam inuentam 31 in æde Domini, dederuntque eã in manum 32 inſpectorum, inque manum facientium opus. Indicauit præterea Saphan ſcriba regi, dicens, Librum dedit mihi Hilkias ſacerdos. legitque in eo Saphan coram rege. Quum verò rex audiſſet verba legis, diſcidit veſtimenta ſua. Præcepitque rex Hilkiæ, & Ahicam filio Saphan, atq; Abdon filio Michææ, & Saphan ſcribæ, & Aſaiæ ſeruo 33 regis, huiuſmodi mandatis, Ite, conſulite Dominum pro me, & pro reliquijs 34 Iſraelis & Iehuda, ſuper verbis libri qui eſt inuentus: quoniam magnus eſt furor Domini, qui conflatus eſt contra nos, eo quod patres noſtri non cuſtodierunt verbum Domini, vt agerent iuxta omnia quæ ſcripta ſunt in libro iſto. Abijt itaque Hilkias 35 & quibus rex [ mandauerat ] ad Huldam prophetiſſam, vxorem Sallum filij Tochath, filij Haſra cuſtodis 36 veſtium. ( habitabat 37 enim illa Ieroſolymis 38 in ſecunda [ parte, ] ) & loquuti ſunt ad eam 39 ad hunc modum. Dixit autem illa, Sic dicit Dominus Deus Iſraelis, Dicite viro qui miſit vos ad me, Sic dicit Dominus, Ecce ego 40 adduco malum ſuper locum iſtum, & ſuper habitatores illius omnes maledictiones, quæ ſunt ſcriptæ in libro quem legerunt coram rege Iehuda, Eo quòd dereliquerũt me, & adoleuerunt dijs alijs, vt me prouocarent in cunctis operibus manuum ſuarum: vnde & furor meus 41 ſtillabit ſuper locum iſtum, nec 42 reſidebit. Ad regem autem Iehuda qui miſit vos ad conſulendum Dominum, ſic dicetis inquam ad eum, Sic dicit Dominus Deus Iſraelis, 43 Quandoquidem [ propter ] verba quæ audiſti, cor tuum molle eſt factum, & ſubmiſsior factus es in conſpectu Dei, quum 44 audiuiſti 45 verba eius ſuper locum iſtum, & ſuper habitatores eius: ſubmiſsior factus es [ inquam ] coram me, & diſcidiſti veſtimenta tua, atque fleuiſti in conſpectu meo, 46 audiui & ego, dicit Dominus. Ecce ego 47 colligam te ad patres tuos, colligeriſque 48 intra ſepulchra tua 49 in pace, nec videbunt oculi tui 50 omne malum quod ego 51 induco ſuper locum iſtum, atque ſuper habitatores eius. illi ergo retulerunt regi 52 ſermonem. 53 Miſit ergo rex & congregauit omnes ſeniores in Iehuda & Ieruſalem, 54 Aſcenditque rex in ædem Domini, ſimulque omnes viri Iehuda & ciues Ieroſolymitani: 55 ſed & ſacerdotes & Leuitæ, & omnis populus à maiore ad minorem vſque, & legit in auribus eorum omnia verba libri fœderis huius inuenti in æde Domini, Stetitque rex in ſtatione ſua, & pepigit fœdus coram Domino, 56 vt ambularent poſt Dominum, 57 vtque cuſtodirent præcepta eius, teſtimonia eius, & ſtatuta eius in toto corde ſuo, atque in tota anima ſua, 58 & facerent verba fœderis huius, quæ ſcripta ſunt in libro iſto. 59 Fecit etiã ſtare [ pacto, ] quicunque Ieroſolymis & in Beniamin erant: & fecerunt habitatores Ieroſolymitani 60 fœdus Dei, Dei [ inquam ] patrum ſuorum. Abſtulit quoque Ioſias 61 omnes abominationes ex omnibus terris filiorum Iſraelis, & 62 tranſtulit cunctos quos repererat in Iſraele, 63 vt ſeruirent Domino Deo ſuo: nec receſſerunt à Domino Deo patrum ſuorum cunctis diebus eius.

quæ illata fuerat in templum Domini, reperit Helcias
ſacerdos librum legis Domini, ˜ qui datus fuerat per
15 manum Moyſi. ♀ Et ait ad Saphan ſcribam, Li-
brum legis inueni in domo Domini: & tradidit ei.
16 ♀ At ille intulit volumen ad regem & nuntiauit ei, di-
cens, Omnia quæ dediſti in manu ſeruorum tuorum,
17 ecce complentur. ♀ Argentum quòd repertum eſt
in domo Domini, conflauerunt: datumque eſt præ-
18 fectis artificum, & diuerſa opera fabricantium. ♀ Præ-
terea tradidit mihi Helcias ſacerdos hunc librum.
19 Quem cum rege præſente recitaſſet, ♀ audiſſetque
20 ille verba legis, ſcidit veſtimenta ſua: ♀ & præce-
pit Helciæ, & Ahicam filio Saphan, & Abdon filio Mi-
cha, Saphan quoque ſcribæ, & Aſaæ ſeruo regis, dicens,
21 ♀ Ite, & orate Dominum pro me, & pro reliquijs Iſ-
rael & Iuda, ſuper vniuerſis ſermonibus libri iſtius qui re-
pertus eſt: magnus enim furor Domini ſtillauit ſuper
nos, eo quòd non cuſtodierint patres noſtri verba
Domini, vt facerent omnia quæ ſcripta ſunt in iſto
22 volumine. ♀ Abijt ergo Helcias, & hi qui ſimul à
rege miſsi fuerant, ad Oldam prophetidem, vxorem Sel-
lum filij Thecuath, filij Haſra cuſtodis veſtium: quæ ha-
bitabat in Ieruſalem in Secunda: & locuti ſunt ei verba
23 quæ ſuprà narrauimus. ♀ At illa reſpondit eis, Hæc di-
cit Dominus Deus Iſrael, Dicite viro qui miſit vos ad me,
24 ♀ Hæc dicit Dominus, Ecce, ego inducam mala ſuper
locum iſtum, & ſuper habitatores eius, cunctaque male-
dicta quæ ſcripta ſunt in libro hoc, quem legerũt corã re-
25 ge Iuda. ♀ Quia dereliquerũt me, & ſacrificauerunt dijs
alienis, vt me ad iracundiam prouocarent in cunctis ope-
ribus manuum ſuarum: idcirco ſtillabit furor meus ſuper
26 locum iſtum, & non extinguetur. ♀ Ad regem autem
Iuda, qui miſit vos pro Domino deprecando, ſic loqui-
mini, Hæc dicit Dominus Deus Iſrael, Quoniam audiſti
27 verba voluminis, ♀ atque emollitum eſt cor tuum, &
humiliatus es in conſpectu ″Domini ſuper his quæ dicta
ſunt contra locum hunc, & habitatores Ieruſalem, reueri-
tuſque faciem meam, ſcidiſti veſtimenta tua, & fleuiſti co-
28 ram me: ego quoque exaudiui te, dicit Dominus. ♀ Iam
enim colligam te ad patres tuos, & inferêris in ſepulchrũ
tuum in pace: nec videbunt oculi tui omne malum quod
ego inducturus ſum ſuper locum iſtum, & ſuper habitato-
29 res eius. retulerunt itaque regi cuncta quæ dixerat. ♀ At
ille conuocatis vniuerſis maioribus natu Iuda, & Ieruſalẽ,
30 ♀ Aſcendit in domũ Domini, vnaque omnes viri Iuda &
habitatores Ieruſalem, ſacerdotes & Leuitæ, & cunctus
populus à minimo vſque ad maximum. Quibus audien-
tibus in domo Domini, legit rex omnia verba voluminis.
31 ♀ Et ſtans in tribunali ſuo, percuſsit fœdus corã Domino,
vt ambularet poſt eum, & cuſtodiret præcepta, & teſti-
monia, & iuſtificationes eius in toto corde ſuo, & in tota
anima ſua, faceretque quæ ſcripta ſunt in volumine illo
32 quod legerat. ♀ Adiurauit quoque ſuper hoc omnes qui
reperti fuerant in Ieruſalem & Beniamin: & fecerunt ha-
bitatores Ieruſalem iuxta pactum Domini Dei patrum
33 ſuorum. ♀ Abſtulit ergo Ioſias cunctas abominationes
de vniuerſis regionibus filiorum Iſrael: & fecit omnes qui
reſidui erant in Iſrael, ſeruire Domino Deo ſuo. Cun-
ctis diebus ˜ vitæ eius non receſſerunt à Domino Deo
patrum ſuorum.

Deuteronomiũ reperitur in tẽplo.

Saphan affert ꝑ ſum ad regem.

Rex audito Deuteronomio magno terrore concuſſus, conſulit Deum per prophetam.

E

Oldæ prophetidis reſponſio.

F

″ Dei

Fletus regis.

Ioſias legit Deuteronomiũ coram omni populo. 4.reg.23.a.

G

Percutit fœdus corã Domino.

## SCHOLIA IN CAP. XXXIIII.

1 ſubaudi, à vijs Dauidis. 2 ſubaudi regni ſui, id eſt, quum iam attigiſſet viceſimum annum. 3 id eſt, eo ſpectante. 4 idolorum. 5 & ſimulachrorum factorum in honorem ſolis, quæ ſuperpoſita erant illis ( altaribus, ) 6 ſubaudi, illa. 7 ſubaudi, qui coluerant idola illa. 8 ſuper aras eorum, ſubaudi ſimulachrorum, vt ſic illas contaminaret. nam id contaminabatur quod cadauer attigiſſet. 9 id eſt, regionem, vel vrbes Iuda. 10 malleis ſuis. 11 ſimulachra in honorem ſolis. 12 à commentarijs. 13 Helcias ſcilicet & miniſtri eius. 14 Hîc pro tribubus ponũtur. 15 erãt. 16 Hebraiſmus, in manum facientium opus ( id eſt, architectorum ) qui præpoſiti erant in domo Do. 17 ad ſarciendas ruinas, & ad inſtaurandum templum ipſum: 18 id eſt, fabris ferrarijs & fabris lignarijs. 19 ad commiſſuras faciendas, & ad compingendas domos, &c. Per commiſſuras intelligit ea quæ fiunt commiſsis



lignis & cõpoſitis, quaſi dicat, ad opera lignea tradiderũt ligna. 20 operabãtur cũ fide (vel fideliter) in ipſo opere. ſub. tẽpli. 21 id eſt, nepotibus. ∷ qui exigebant operas: 22 (ex) Leuitis omnis intelligens in inſtrumentis cantici, id eſt, omnes periti ac docti organorum, ſeu inſtrumentorum muſicorum pulſandorum. 23 (Erant) & ſuper baiulos. 24 qui vrgebant omnes qui faciebant opus in ſingulis miniſterijs: è Leuitis autem (erant) ſcribæ & præfecti & ianitores. 25 vel, depromerent. 26 ſubaudiendum potius, (latæ) 27 Hebraiſmus, in manu. 28 Locutus eſt autem Helcias, dicens ad Saphan ſcribam. 29 vel, reſponſum. 30 vel, Curarunt autem fundendam. 31 ſubaudi, quæ inuenta fuerat. 32 conſtitutorum, id eſt, eorum qui erant præpoſiti. 33 id eſt, ſuo. Antecedens pro relatiuo. 34 Per Iſraelem, decem tantum tribus intelligit. 35 Hebraiſmus, & qui (erant) regis, id eſt, miniſtri regis. 36 ſubaudi, ſacerdotalium: vel vt alij volunt, regiarum. 37 autem. 38 Hebraiſmus, in ſchola. vel, in loco ſecũdæ dignitatis à templo: quo loco dabatur opera eruditioni & diſciplinæ. Chaldæus paraphraſtes, in domo diſciplinæ. 39 id eſt, talia quæ dicta ſunt. 40 vel, adducturus ſum. 41 liquefactus eſt. 42 vel, extinguetur. 43 Hebraiſmus, (nempe) verba quæ audies, (ſubaudi, o rex,) Propterea quod cor tuum, &c. Prius alloquebatur eos qui miſsi erant à rege: deinde conuertit orationem ſuam ad regem, &c. 44 audiſtes. 45 id eſt, comminationem. 46 ſubaudi, orationem tuam. 47 ſubaudi, morte. 48 id eſt, ad vnum è ſepulchris tuis. Vel vtitur plurali, propter magnitudinem ſepulchri. 49 quaſi dicat, antequam adducam afflictionem illam quam adducturus ſum. 50 id eſt, vllam afflictionem, ſiue aliquid calamitatis eius magnæ quam ego, &c. 51 adducturus ſum. 52 vel, reſponſum, ſubaudi, prophetiſſæ. 53 ſubaudi, nuntios. 54 Aſcendit itaque. 55 Hebraiſmus, & ſacerdotes. Aut redundat &, aut pro id eſt poſitum eſt. 56 id eſt de ambulando poſt Dominum, ſiue de adimplendo legem Domini. vel vt ambularet. 57 deque cuſtodiendo. vel, vt cuſtodiret. 58 vt faceret. 59 Heb. Et ſtatuit. vel ſtare fecit, ſubaudi, in loco ſuo, aut in ſtatione. 60 iuxta fœdus. 61 ſubaudi, quæ remanſerant. 62 ſubiugauit. vel, ſubiecit & coegit quotquot inuenit in terra Iſrael, quaſi dicat, non tantum Iudæos, ſed etiam quotquot inuenti ſunt in Iſraele, coegit ſeruire Deo, &c. 63 ſeruire.

## CAP. XXXV.

Ioſias celebrat Phaſe. 4.reg.23.e.3.eſdr.1.a.

FEcit autem Ioſias in Ieruſalem Phaſe Domino, quod 1
immolatum eſt quartadecima die mẽſis primi. ♀ Et 2
conſtituit ſacerdotes in officijs ſuis: hortatuſque eſt
eos vt miniſtrarent in domo Domini. ♀ Leuitis quoque, 3
ad quorum eruditionem omnis Iſrael ſanctificabatur Do-
mino, locutus eſt, Ponite arcam in ſanctuario templi, quod
ædificauit Salomon filius Dauid rex Iſrael: nequaquam
enim eam vltra portabitis: nunc ″ergo miniſtrate Domi-
no Deo veſtro, & populo eius Iſrael: ♀ Et præparate vos 4
per domos & cognationes veſtras in diuiſionibus ſingu-
lorum, ſicut præcepit Dauid rex Iſrael, & deſcripſit Salo-
mon filius eius: ♀ Et miniſtrate in ſanctuario ˜ eius per 5
familias turmaſque Leuiticas. ♀ & ſanctificati immolate 6
Phaſe: fratres etiam veſtros, vt poſsint iuxta verba quæ
locutus eſt Dominus in manu Moyſi facere, præparate.
♀ Dedit præterea Ioſias omni populo qui ˜ ibi fuerat in- 7
uentus in ſolennitate Phaſe, agnos & hœdos de gregibus,
& reliqui pecoris triginta millia, boum quoque tria millia:
hæc de regis vniuerſa ſubſtantia. ♀ Duces quoque eius 8
ſponte quod vouerant, obtulerunt, tam populo, quam
ſacerdotibus & Leuitis. Porrò Helcias & Zacharias &
Iahiel principes domus ″ Domini, dederunt ſacerdotibus
ad faciendum phaſe, pecora commixtim duo millia ſex-
centa, & boues trecentos. ♀ Chonenias autem, & Semeias 9
etiam, & Nathanael fratres eius: necnon Haſabias, &
Iehiel, & Ioſabad principes Leuitarum, dederunt cæteris
Leuitis ad celebrandum phaſe quinque millia pecorum, &
boues quingentos. ♀ Præparatumque eſt miniſterium, 10
& ſteterunt ſacerdotes in officio ſuo: Leuitæ quoque in
turmis iuxta regis imperium. ♀ Et immolatum eſt phaſe: 11
aſperſeruntque ſacerdotes manu ſua ſanguinem: & Leui-
tæ detraxerunt pelles holocauſtorum: ♀ Et ſeparaue- 12
runt ea vt darent per domos & familias ſingulorum, &
offerrentur Domino, ſicut ſcriptum eſt in libro Moyſi, de
bobus quoque fecerunt ſimiliter. ♀ Et aſſauerunt phaſe 13
ſuper ignem, iuxta quod in lege ſcriptum eſt: pacificas ve-
rò hoſtias coxerunt in lebetibus, & cacabis, & ollis: & fe-
ſtinatò diſtribuerunt vniuerſæ plebi. ♀ Sibi autem, & ſa- 14
cerdotibus poſtea parauerunt. nam in oblatione holocau-
ſtorum & adipum, vſque ad noctem ſacerdotes fuerunt
occupati: vnde Leuitæ ſibi, & ſacerdotibus filijs Aaron
parauerunt nouiſsimis. ♀ Porrò cantores filij Aſaph 15
ſtabant in ordine ſuo, iuxta præceptum Dauid, & Aſaph,
& Heman, & Idithun ″prophetarum regis ˜ Dauid. Iani-
tores verò per portas ſingulas obſeruabant, ita vt nec pũ-
cto quidem diſcederent à miniſterio: quam ob rem &
fratres eorum Leuitæ parauerunt eis cibos. ♀ Omnis 16
igitur cultura Domini rite completa eſt in die illa, vt face-
rent phaſe, & offerrent holocauſta ſuper altare Domini,
iuxta præceptum regis Ioſiæ. ♀ Feceruntque filij Iſrael 17

″ autem

B

″ Dei

C

″ prophetę

FEcit autem Ioſias Ieroſolymis Pæſa Domino, mactaruntque Pæſa decimaquarta menſis primi. Et conſtituit ſacerdotes in cuſtodijs ſuis, confirmauitq; eos in miniſterio ædis Domini. Ait autem ad Leuitas, qui erudiebãt omnem Iſraelem, quique ſancti erant Domino, Ponite arcam ſanctitatis in domo quam ædificauit Solomon filius Dauidis rex Iſraelis, 1 ne [ ſit ] vobis onus in humeris: nunc [ ergo ] ſeruite 2 Domino Deo veſtro, & 3 populo eius Iſraelitico. Præparate [ vos ] ſecundum domos patrum veſtrorum 4 in ordinibus veſtris, iuxta præſcriptum Dauidis regis Iſraelis, & ſecundum ſcriptum Solomonis filij eius. State 5 in ſanctitate ſecundum 6 diſtinctionem domus patrum, 7 iuxta fratres veſtros filios populi, 8 in ordine domus patrum Leuitarum, immolate Pæſa, ſanctificamini atque præparate fratres veſtros, vt 9 faciant iuxta verbum Domini 10 per Moſen. 11 Segregauit autem [ ex munificentia ] Ioſias filijs populi oues, agnos & hædos caprarum, omnia 12 ad Pæſa, pro omni eo qui præſens erat, numero triginta millia, boum autem tria millia, 13 atque de ſubſtantia regis. Principes quoque eius 14 ſponte populo & ſacerdotibus atque Leuitis 15 ſegregauerunt: 16 Hilkias, Zacharias atque Iehiel principes ædis Dei, dederũt ſacerdotibus ad paſchales hoſtias duo millia & ſexcenta [ pecudum, ] boues verò trecentos. Chonanias autem & Semaias & Nethaneel fratres eius, atque Haſabias, Iehiel, & Ioſabad principes Leuitarum 17 ſegregauerunt pro Leuitis hoſtias paſchales [ pecudum ] quinque millia, & quingentos boues. 18 Parato itaque miniſterio, ſteterunt ſacerdotes in ſtatione ſua. Leuitæ quoque in ſuis ordinibus iuxta mandatũ regis. Et immolauerunt 19 Pæſa, & ſparſerunt ſacerdotes [ ſanguinem acceptum ] 20 de manu Leuitarum, Leuitæ verò 21 expoliabant. 22 Suſtulerunt autem holocauſtum, vt darent ea 23 ordinibus ſecundum domos patrum 24 ex filijs populi, 25 adducerentque Domino quemadmodum ſcriptum eſt in libro Moſis, 26 eodem modo cum bobus. 27 Coxerunt quoque 28 Pæſa igne iuxta morem, 29 quæ verò ſanctificata fuerunt, coxerunt in ollis, ahenis & caldarijs, & feſtinatò [ diſtribuerunt ] omnibus 30 filijs populi, 31 Deinde parauerunt ſibi & ſacerdotibus, nam ſacerdotes, 32 filij ſcilicet Aharonis, in ſacrificandis holocauſtis & adipibus [ occupati erant ] ad noctem vſque, 33 parauerunt ergo Leuitæ ſibi & ſacerdotibus filijs Aharonis. Cantores denique filij Aſaph erant in ſtatione ſua iuxta præceptum Dauidis, Aſaph, Heman & Iedùthun 34 videntis regis. Et ianitores erant ad ſingulas portas, nec licebat eis recedere de miniſterio ſuo; quoniam fratres eorum Leuitæ 35 parauerunt eis. Paratum itaque eſt omne miniſterium Domini in die illa, vt facerent Pæſa, & ſacrificarent holocauſta ſuper aram Domini, iuxta præceptum regis Ioſiæ. Fecerunt ergo filij Iſrael qui

præſentes

*præſentes erant Pæſa tẽpore illo, & feſtum diem azymorum ſeptem diebus. Et non eſt factum tale Pæſa in Iſraele, à diebus Samuelis prophetæ, quin nullus regum Iſraelis tale Pæſa fecerat quale fecit Ioſias, & ſacerdotes, & Leuitæ, & omnis Iehuda ac Iſrael qui 36 præſentes erant, vnà cum ciuibus Ieroſolymitanis. Anno decimooctauo regni Ioſiæ 37 factum eſt Pæſa illud. Poſt omnia iſta quum Ioſias præparaſſet 38 domum, aſcendit Necho rex AEgypti, vt bellum gereret in 39 Charchemis ad Euphratem, egreſſuſque eſt Ioſias obuiam ei. 40 Qui mittens ad eum legatos, ait, 41 Quid negotij mihi tecum eſt rex Iehuda? 42 ne ſis hodie contra te, 43 nam contra domum bellum meum, & Deus dixit vt feſtinarem, 44 caue tibi à Deo, qui mihi adeſt, ne te perdat. At non reflexit Ioſias faciem ſuam ab eo, quin potius prælio eum adgreſſurus mutauit habitum: nec obtemperauit ſermonibus Necho 46 ex ore Dei, & profectus eſt cum eo pugnaturus in campo Megiddo. Iaculatores autem petierunt regem Ioſiam ſagitta, dixitque rex ſeruis ſuis, 47 Transferte me, quoniam vehementer ſaucius ſum. Tranſtulerunt igitur eum ſerui ſui de 48 curru, & impoſuerunt eum currui ſecundo quem habebat, vexeruntque eum Ieroſolyma: mortuus autem eſt & ſepultus 49 in ſepulchris patrum ſuorum, omniſque Iehuda & Ieruſalem 50 luxerunt Ioſiam. 51 Compoſuit autem Ieremias lugubre carmen de Ioſia, quod cecinerunt omnes cantores & cantatrices in lamentationibus ſuis propter Ioſiam vſque hodie: 52 quin & morem hunc inſtituerunt in Iſraele, Et ſcripta ſunt 53 hæc 54 in lamentationibus. Reliquum rerum Ioſiæ, & 55 beneficentiæ eius, ſecundum quod ſcriptum eſt in lege Domini, Verba quoque eius tum priora tum poſteriora, ecce hæc ſcripta ſunt in libro regum Iſraelis & Iehuda.*

qui reperti fuerant ibi, phaſe in tempore illo, & Solen-
18 nitatem azymorum ſeptem diebus. ♀ Non fuit phaſe
ſimile huic in Iſrael, à diebus Samuelis prophetæ: ſed
nec quiſquam de cunctis regibus Iſrael fecit phaſe ſicut
Ioſias, ſacerdotibus, & Leuitis, & omni Iudæ, & Iſ-
rael qui repertus fuerat, & habitantibus in Ieruſalem.
19 ♀ Octauodecimo anno regni Ioſiæ, hoc phaſe celebra-
20 tum eſt. ♀ Poſtquam inſtaurauerat Ioſias templum,
aſcendit Nechao rex AEgypti ad pugnandum in Char-
camis iuxta Euphraten: & proceſsit in occurſum eius Io-
21 ſias. ♀ At ille miſsis ad eum nuntijs, ait, Quid mihi & ti-
bi eſt rex Iuda? non aduerſum te hodie venio, ſed con-
tra aliam pugno domum, ad quam me Deus feſtinatò ire
præcepit: deſine aduerſum Deum facere, qui mecum eſt,
22 ne interficiat te. ♀ Noluit Ioſias reuerti, ſed præparauit
contra eum bellum: nec acquieuit ſermonibus Nechao
ex ore Dei: verum perrexit vt dimicaret in campo Mag-
23 geddo. ♀ Ibique vulneratus à ſagittarijs, dixit pueris
ſuis, Educite me de prælio, quia oppidò vulneratus ſum.
24 ♀ Qui tranſtulerunt eum de curru in alterum cur-
rum, qui ſequebatur eum more regio: & aſportauerunt
eum in Ieruſalem, mortuuſque eſt: & ſepultus in mauſo-
leo patrum ſuorum: & vniuerſus Iuda & Ieruſalem luxe-
25 runt eum ♀ Ieremias maxime: cuius omnes cantores at-
que cantatrices, vſque in præſentem diem lamenta-
tiones ſuper Ioſiam replicant, & quaſi lex obtinuit in
26 Iſrael: Ecce ſcriptum fertur in lamentationibus. ♀ Re-
liqua autem ſermonum Ioſiæ & miſericordiarum eius,
27 quæ lege præcepta ſunt Domini, ♀ Opera quoque
illius prima & nouiſsima, ſcripta ſunt in Libro regum
° Iuda & Iſrael.

Ioſias nolens acquieſcere Nechao regi verba Dei loquenti, vulneratus interit. 4. reg. 23. f.

D

Zacha. 12. d.

Populus luget Ioſiam.

° Iſrael & Iuda.

## SCHOLIA IN CAP. XXXV.

1 non (erit) vobis onus in humeris, ſubaudi, veſtris, quaſi dicat, poſthac non erit vobis ferenda humeris, vt antea. 2 ſubaudi, canticis. 3 ſubaudi, mactando victimas oblatas ab eo. 4 vel, iuxta claſſes veſtras. 5 in ſanctuario. vel ſtatione ſancta. 6 claſſes (vel diuiſiones) familiarum. 7 fratrum veſtrorum filiorum populi. Alij minus recte vertunt, fratribus veſtris filijs populi. 8 (& ſecundum) diuiſionem *domus patris*, id eſt, familiæ, &c. 9 vel, faciatis. 10 ſubaudi, datum. 11 Obtulit. 12 id eſt, in victimas paſchales. 13 iſta, ſubaudi, omnia, data fuerunt de opibus regis. 14 Hebraiſmus, cum liberalitate, id eſt, libere & vltro. 15 obtulerunt. vel, largiti ſunt: 16 Deſcribit particulariter quæ dixerat in genere. 17 largiti ſunt (vel, obtulerunt) Leuitis pro victimis paſchalibus. 18 id eſt, Præparatis ijs quæ erãt neceſſaria ad celebritatẽ paſchę. 19 vel, agnũ paſchalẽ, id eſt, victimas paſchales. ſingulare pro plurali. 20 Leuitæ enim mactabant victimas, & ſanguinem excipiebant: quem deinde tradebant ſacerdotibus ipſum ſparſuris ſuper altare. 21 detrahebant pelles, ſubaudi, victimarum quas offerebant ſacerdotes. 22 Abſoluerunt autem (illa de) holocauſto, vt, &c. Remouerunt inquit illa, id eſt, pecudes, agnos, &c. hoc eſt, Non obtulerũt in holocauſtũ pecudes, agnos, hœdos, & boues quos populo dederant Ioſias & principes. non autem vult ſignificare, in hac celebritate ceſſaſſe holocauſtum, vt patebit paulo poſt. 23 vel, claſſibus. 24 filiorum. 25 offerrentque, ſubaudi, ſacrificia. 26 & ſic (fecerunt) de bobus, quaſi dicat, non fecerunt de bobus holocauſta, ſed eos tradiderũt populo. 27 Aſſauerunt. Vox Hebræa, in omnibus Sacræ ſcripturæ locis ſignificat elixare præterquàm hîc, vbi aſſare ſignificat. 28 id eſt, agnos paſchales. 29 id eſt, hoſtias conſecratas Deo. 30 id eſt, plebeijs. 31 quaſi dicat, poſteaquam aſſauerunt agnos paſchales, & alias victimas coxerunt aqua, parauerũt ſibi eſcam. 32 id eſt, nepotes. 33 ſubaudi, eſcam. 34 vel, prophetæ. 35 parabant, ſubaudi, cibos. 36 ſubaudi, Ieroſolymis. 37 id eſt, celebrata eſt celebritas illa paſchalis. 38 id eſt, templũ Domini. 39 Hæc vrbs non procul ſita ab Euphrate, erat Aſſyriorũ, in quam pugnaturus erat Necho. Verebatur autem Ioſias ne Necho per Iudęam iter faciens, ipſam occuparet. 40 ſubaudi, Pharao Necho. 41 Hebraiſmus, Quid mihi & tibi, &c. quaſi dicat, Quid mihi in hac re commune eſt tecum? non tranſeo per regionem tuã vt tibi inferam bellum. 42 nequaquam contra te hodie, ſubaudi, dimicaturus ſum. Hebraice legitur, non contra te, teipſum hodie. 43 Hebraiſmus, ſed contra familiam belli mei, id eſt, mihi inimicã, contra quam bellum gero. 44 deſine. deſiſte, quaſi dicat, non gero bellum aduerſum te. Præterea vide ne reſiſtere velis Deo, à quo mittor contra regem Aſſyriorum: noli reſiſtere Deo qui mecum eſt. 46 id eſt, quæ profecta erant ex ore Dei. 47 vel, Educite me, ſubaudi, hinc. 48 ſubaudi, illo de quo pugnabat. 49 id eſt, in ſepulchro ſumptuoſiſſimo & pulcherrimo. vel, in vno ſepulchrorum. 50 vel, lugebant. ſiue, erant in luctu magno propter Ioſiam. 51 Hebraiſmus, Et lamentatus eſt Ieremias propter Ioſiam: dixeruntque omnes cantores & cantatrices in lamentationibus ſuis ſuper Ioſiam, id eſt, meminerunt Ioſiæ. 52 Hebraiſmus, & verterunt illas (lamentationes) in ſtatutum. vel conſuetudinem, &c. quaſi dicat, mos fuit poſtea eas lamentationes cantu celebrare. 53 id eſt, ea verba lamentationum. 54 in (libro) lamentationum. 55 vel, miſericordiæ. Intelligit beneficia quæ contulit in ſubditos ſuos & alios, iuxta id quod ſcriptum eſt in lege Domini.

## CAP. XXXVI.

*TVlit autem populus terræ Iehoahas filium Ioſiæ, conſtitueruntque eum regem pro patre ſuo in Ieruſalem. Vigintitres annos natus erat Iehoahas quum cœpiſſet regnare, & regnauit 1 tribus mẽſibus Ieroſolymis, quem [regno] mouit rex AEgypti 2 in Ieruſalem, & impoſuit mulctã ſuper terram, argenti centum talenta, & auri vnum. Conſtituit autem rex AEgypti ipſum Eliaxim fratrem 3 eius regem ſuper Iehudam & 4 Ieruſalem, mutauitque ei nomẽ Iehoiaxim, Ioahas autem fratrem eius, tulit Necho, & duxit eum in AEgyptum. Iehoiaxim quum 5 regno inauguraretur natus erat vigintiquinque annos, regnauitque Ieroſolymis annis vndecim, & deſignauit malum in oculis Domini Dei ſui. Aſcendit ergo contra eum Nebucad-nezar rex Babylonis, vinxitque eum catenis duabus, vt duceret eum in Babylonẽ. 6 De vaſis quoque ædis Domini intulit Nebucad-nezar in Babylonem, & repoſuit ea in phano ſuo in Babylone. Porrò reliqua geſta Iehoiaxim, & 7 abominationes quas fecit, quodque 8 in eo inuentum eſt, ecce hæc ſcripta ſunt in libro regum Iſraelis & Iehuda, regnauitque Iehoiachin filius eius pro eo, 9 Octo annos erat natus Iehoiachin quum 10 inauguraretur regno: 11 regnauitque tribus menſibus & decem diebus in Ieruſalem, & deſignauit malum in oculis Domini. 12 Vertente anno miſit rex Nebucad-nezar, & duxit eũ in Babylonẽ, 13 vnà cum deſiderabilibus vaſis domus Domini, conſtituitque Zedexiam 14 fratrẽ eius regẽ ſuper Iehudam & Ieruſalẽ. Erat autẽ Zedexias quum 15 regno inauguraretur, natus vigintivnum annos, regnauitque 16 in Ieruſalem vndecim annis. Et 17 deſignauit malũ in oculis Dñi Dei ſui, 18 nec ſeſe ſubmiſit coram Ieremia propheta [qui loquebatur] ex ore Dei. Quin & aduerſus regem Nebucad-nezar rebellis fuit, 19 qui eũ ſacramento Dei adegerat: ſed ille indurauit ceruicem ſuam, & 20 obſtinauit cor ſuum, vt nõ reuerteretur ad Dominum Deum Iſraelis. Sed & omnes 21 principes, ſacerdotes, & populus ipſe auxerunt præuaricationem, præuaricantes iuxta cunctas abominationes Gentium, & inquinantes domum Domini, quam 22 ſanctificauerat in Ieruſalem. Miſit autem Dominus Deus patrum eorum 23 ad eos mane ſurgendo & nuntios ſuos mittẽdo: quoniam parcere [cupiebat] populo ſuo, atque habitaculo ſuo. At illi ſubſannabant 24 nuntios Dei, & contemnebant verba eius, illudentes prophetis eius, donec aſcenderet furor Domini aduerſus populum ſuum, 25 & donec nullum eſſet remedium. Adduxit enim contra eos regem Chaldæorum, qui occidit iuuenes eorum gladio 26 in domo ſanctuarij eorum, & non pepercit vlli iuueni, nec virgini, nec ſeni, nec decrepito, omnes 27 tradidit in manus eius. Omnia denique vaſa domus Dei, magna & parua, theſauros domus Domini, theſauroſque regis 28 & principum eius: omnia tulit Babylonem. Et combuſſerunt domum Dei, atq; confregerunt murum Ieruſalem, & 29 omnia palatia eius combuſſerunt igne, 30 vaſtatis omnibus vaſis eius deſyderabilibus. Quod reliquũ fuit à gladio, tranſtulit Babylonem, factiq; ſunt 31 ei & filijs eius, ſerui, 32 vſque dum Perſa potiebatur regno: Vt impleretur verbum Domini 33 in ore Ieremiæ, donec 34 placitum eſſet terræ in ſabbatis ſuis: cunctis enim annis deſolationis quietẽ egit, 35 donec implerentur ſeptuaginta 36 anni. 37 Anno autem primo Cyri regis Perſarum, 38 quum conſummatũ eſſet verbum Domini [prolatum] per os Ieremiæ, excitauit Dominus 39 ſpiritum Cyri regis Perſarum, 40 qui edictum diuulgauit per totum regnum ſuum, 41 idque ſcripto, in hãc ſentẽtiam, Sic dicit Cyrus 42 rex Perſarum, Omnia regna 43 terræ dedit mihi Dominus Deus cælorum, & ipſe 44 commiſit mihi vt ædificem ei 45 ædem in Ieruſalem quæ eſt in Iehuda: 46 quicunque ergo in vobis eſt de vniuerſo populo eius, 47 ſit Dominus Deus cum eo, 48 atque aſcendat.*

## CAP. XXXVI.

1 TVlit ergo populus terræ, Ioachaz filium Ioſiæ:
& conſtituit regem pro patre ſuo in Ieruſalem.
2 ♀ Vigintitrium annorum erat Ioachaz cum re-
gnare cœpiſſet: & tribus menſibus regnauit in Ieruſa-
3 lem. ♀ Amouit autem eum rex AEgypti cum veniſſet in
Ieruſalem, & condemnauit terram centum talẽtis argenti,
4 & talento auri. ♀ Conſtituitque pro eo regẽ, Eliacim fratrẽ
eius, ſuper Iudam & Ieruſalem: & vertit nomen eius Ioa-
cim.

Succedit Ioachaz, qui ducitur in AEgyptũ 4. reg. 23. f.

Dimouetur è regno.

Cõſtituitur Eliacim qui & Ioacim. mat. 1. b.



cim. ipſum verò Ioachaz tulit ſecum, & abduxit in AE-
gyptum. ♀ Vingintiquinque annorum erat Ioacim cũ 5
regnare cœpiſſet, & vndecim annis regnauit in Ieruſalem:
fecitque malum coram Domino Deo ſuo. ♀ Contra 6
hunc aſcendit Nabuchodonoſor rex Chaldęorũ: & vin-
ctum catenis duxit in Babylonem. ♀ Ad quam & vaſa 7
Domini tranſtulit, & poſuit ea in templo ſuo. ♀ Reliqua 8
autem verborum Ioacim, & abominationum eius quas o-
peratus eſt, & quæ ″inuenta ſunt in eo, continentur in Li-
bro regum Iuda & Iſrael. regnauit autem Ioachin filius
eius pro eo. ♀ Octo annorum erat Ioachin cum regnare 9
cœpiſſet: & tribus menſibus, ac decem diebus regnauit
in Ieruſalem, fecitque malũ in conſpectu Domini. ♀ Cũ- 10
que anni circulus volueretur, miſit Nabuchodonoſor rex
nuntios, qui & adduxerunt eum in Babylonem, aſpor-
tatis ſimul pretioſiſsimis vaſis domus Domini. regem ve-
rò conſtituit Sedeciam ″patruum eius ſuper Iudam & Ie-
ruſalem. ♀ Viginti & vnius anni erat Sedecias cum re- 11
gnare cœpiſſet: & vndecim annis regnauit in Ieruſalem.
♀ Fecitque malum in oculis Domini Dei ſui: nec erubuit fa 12
ciem Ieremiæ prophetæ loquentis ad ſe ex ore Domini.
♀ A rege quoque Nabuchodonoſor receſsit, qui adiura- 13
uerat eum per Deum: & indurauit ceruicem ſuam & cor,
vt non reuerteretur ad Dominum Deum Iſrael. ♀ Sed & 14
vniuerſi principes ſacerdotum, & populus, præuaricati
ſunt inique iuxta vniuerſas abominationes Gentium: &
polluerunt domum Domini, quam ſanctificauerat ſibi in
Ieruſalem. ♀ Mittebat autem Dominus Deus patrum 15
ſuorum ad illos, per manum nuntiorum ſuorum, de nocte
conſurgens, & quotidie commonens: eo quòd parceret
populo & habitaculo ſuo. ♀ At illi ſubſannabant nuntios 16
Dei, & paruipendebant ſermones eius, illudebantque
prophetis: donec aſcenderet furor Domini in popu-
lum eius, & eſſet nulla curatio. ♀ Adduxit enim ſuper 17
eos regem Chaldæorum, & interfecit iuuenes eorũ gla-
dio in domo ſanctuarij ſui: non eſt miſertus adoleſcentis,
& virginis, & ſenis, nec decrepiti quidem: ſed omnes tra-
didit in manibus eius. ♀ Vniuerſaque vaſa domus Do- 18
mini tàm maiora, quàm minora, & theſauros templi, &
regis, & principum, tranſtulit in Babylonem. ♀ Incẽ- 19
derunt hoſtes domum Dei, deſtruxeruntque murum Ie-
ruſalem: vniuerſas turres combuſſerunt, & quicquid pre-
tioſum fuerat, demoliti ſunt. ♀ Siquis euaſerat gladium, 20
ductus in Babylonem ſeruiuit regi & filijs eius, donec im-
peraret rex Perſarum. ♀ ″Et compleretur ſermo Do- 21
mini ex ore Ieremiæ: & celebraret terra ſabbatha ſua: cũ-
ctis enim diebus deſolationis egit ſabbathum, vſque dum
complerentur ſeptuaginta anni. ♀ Anno autem primo 22
Cyri regis Perſarum, ad explendum ſermonem Domini,
quem locutus fuerat per os Ieremiæ, ſuſcitauit Dominus
ſpiritum Cyri regis Perſarum: qui iuſsit prædicari in vni-
uerſo regno ſuo, etiam per ſcripturam, dicens, ♀ Hæc 23
dicit Cyrus rex Perſarum, Omnia regna terræ dedit mi-
hi Dominus Deus cæli: & ipſe præcepit mihi vt ædifica-
rem ei domum in Ieruſalem, quæ eſt in Iudæa: quis ex
vobis eſt in omni populo eius? ſit Dominus Deus ſuus
cum eo, & aſcendat.

B

Abducitur in Babylonem.

° inuentæ

Ioachin abducto in Babylonem ſurrogatur Sedecias. 4. reg. 24. d. Iere. 37. a.

° fratrem

Iere. 38. a.

C

Deum ſollicite monentem per nuntios contẽnit populus.

Ieruſalem & tẽplum deſtruuntur, & populus ducitur in Babylonem.

D

° Vt

Cyrus remittit populum in Ieruſalem. Ierem. 25. c. & 29. c. 1. Eſd. 1. a.

## SCHOLIA IN CAP. XXXVI.

1 Tertio menſe à morte Ioſiæ rex Necho potitus eſt vrbe Ieruſalem: non mirum igitur ſi Ioahas dicitur regnaſſe tantũ tribus menſibus: nam captus eſt à Necho. 2 Vel ſubaudiendũ aliquid cuiuſmodi, ne regnaret in Ieruſalem. Aut In Ieruſalem, ſignificat, quum potitus eſſet vrbe Ieroſolymitana, quum iam eſſet in Ieruſalem. 3 ſubaudi, Ioahas. 4 Addidit Ieruſalem, quòd eſſet præcipua ſedes regni. 5 regnare cœpiſſet. 6 id eſt, De ſupellectile. 7 cultum idolorum & defectionem à vero Deo intelligit. 8 vel, ſuper eum, id eſt, in corpore eius, quum iam mortuus eſſet. Intelligunt ſtigmata quædam impreſſa corpori eius, qualia imprimere ſolent impoſtores hominibus credulis & ſuperſtitioſis. ſolebant ſibi imprimere notas idolorum quibus ſeruiebant. Sic etiam Iudæi noſtri temporis ſolent ſibi quædam imprimere. 9 Capite 24, quarti Regum, dicitur iſtum natum fuiſſe annos octodecim, quum regnare cœpiſſet. Doctiores Hebræi, dicunt Iehoiachin regnaſſe cum patre decem annos: & ſine patre, id eſt, mortuo patre ſolum tres menſes. Natus igitur erat octodecim annos quũ regnare cœpiſſet ſolus, vt dicitur in libris Regum. tantum illic non adduntur decem dies quos hîc author adiecit, tum quòd tam pauco tempore hic rex regnaſſet mortuo patre, tum quod id prætermiſ-

ſum

ſum eſſet in Regibus. 10 regnare cœpiſſet, ſubaudi, cum patre. 11 ſubaudi, poſt mortem patris. 12 In reuolutione anni. vel, Poſt reuolutionem illius anni: reuoluto anno à captiuitate Iehoiachin. 13 id eſt, vnà cum pretioſiſsima ſupellectile templi, quæ habebatur in maximo pretio. 14 id eſt, patruum eius, vt eſt in regibus. Late enim patet fratris ſignificatio apud Hebræos. 15 regnare inciperet. 16 id eſt, ſuper Iudam & Beniamin. 17 Hoc de idololatria intelligendū. 18 quaſi dicat, non egit pœnitentiā adhortante eum & admonente Ieremia verbis Domini. 19 qui eū adiurauerat per Deum, quaſi dicat, qui pollicitus erat ipſi Nabuchodonoſor ſe ei ſeruaturum fidem interpoſito iureiurando. 20 Hebraiſmus, fortificauit. 21 principes ſacerdotum. 22 præſentia ſua ſcilicet, & ſignis, prodigijſque. nam illic Dominus oſtendebat ſigna præſentiæ ſuæ. 23 Hebraiſmus, per manum nuntiorū ſuorum mane ſurgendo & mittendo, id eſt, quotidie exhortando & admonēdo eos per prophetas ſuos quos mittebat ad eos. Metaphora à diligenti patrefamilias. 24 id eſt, prophetas 25 Hebraiſmus, ita vt non eſſet curatio, id eſt, donec aſcenderet furor Dei incurabilis. 26 id eſt, in templo ſuo. nam templum polluerant, propterea in eo cæſi fuerunt. 27 ſub. Deus. 28 ſubaudi ex verſu præcedenti, poſuit in manu eius. vel, & intulit omnia vaſa domus Domini, &c. omnia inquam illa intulit in Babylonē. 29 id eſt, omnes ædes magnificas ac ſumptuoſas quæ in ea erant. 30 Hebraiſmus, & omnia vaſa deſyderiorum eius, ad delendum, id eſt, omnem ſupellectilem eius pretioſam cōbuſſerunt, ita vt deſerent & perderent omnia. 31 ſubaudi, regi Chaldæorum. Relatiuū pro antecedente. 32 Hebraiſmus, donec regnauit regnum Perſidis, id eſt, donec regnum Chaldæoruum tranſlatum fuit ad Perſas. Cyrus enim Perſarum rex inuaſit & obtinuit illud regnum Babylonicū. 33 vel, per os, ſubaudi, pronunciatum: nam prædixerat Dominus per Ieremiam fore, vt populus Iſrael ſeruiret ſeruitutem apud Babylonios. 34 perficeret terra (ſubaudi, Iuda) ſabbatha ſua: (id eſt, ſeceſsiones ſuas:) omnibus diebus quibus deſolata fuit, quieuit. Terra quandiu eſt deſerta dicitur ceſſare, feriari & facere ſabbatha ſua. 35 vt implerentur. 36 ſubaudi, captiuitatis, ſeu tranſmigrationis in Babylonem. 37 id eſt, quo Cyrus regnauit apud Chaldæos. 38 vt perficeretur. 39 id eſt, cor, animum. 40 Hebraiſmus, & tranſire fecit vocem, ſubaudi, præconis. 41 Hebraiſmus, & etiam per ſcripturam. ſiue diplomata. 42 quaſi dicat, & nunc imperator Babylonis, quia nuper inuaſerat regnū Babylonicum, ideo hic retinuit nomen dignitatis priſtinæ, nempe, Rex Perſarum. 43 ſubaudi, huius. 44 præcepit. 45 ſubaudi, aliquam. 46 Hebraice legitur interrogatiue, quis eſt ex vobis, (id eſt) ex vniuerſo populo eius, &c. 47 cum quo ſit Dominus eius, id eſt, quem incitet, ſiue moneat, vt reuertatur: ſubaudi, veniat. 48 ſubaudi, in Ieruſalem, quaſi dicat, facio illi poteſtatem vt aſcendat. Vide hunc finem initio. 1. lib. Eſdr.

## Oratio Manaſſæ regis Iuda, cum captus teneretur in Babylone.

DOmine omnipotens Deus patrum noſtrorum, Abraham, & Iſaac, & Iacob, & ſeminis eorum iuſti, qui feciſti cælum & terram cum omni ornatu eorum, qui ligaſti mare verbo præcepti tui, qui concluſiſti abyſſum, & ſignaſti eam terribili & laudabili nomine tuo, quem omnia pauent, & tremunt à vultu virtutis tuæ: quia importabilis eſt magnificentia gloriæ tuæ, & inſuſtentabilis ira comminationis tuæ ſuper peccatores: immenſa verò & ininueſtigabilis miſericordia promiſsionis tuæ: quoniam tu es Dominus, altiſsimus, benignus, longanimis, & multum miſericors, & pœnitens ſuper [a] malitias hominum: Tu Domine, ſecundum multitudinem bonitatis tuæ promiſiſti pœnitentiam, & remiſſionem ijs qui peccauerunt tibi, & multitudine miſerationum tuarum decreuiſti pœnitentiam peccatoribus, in ſalutem: Tu igitur Domine Deus iuſtorum; non poſuiſti pœnitentiam iuſtis, Abraham, & Iſaac, & Iacob, ijs qui tibi non peccauerunt: ſed poſuiſti pœnitentiam propter me peccatorem: quoniam peccaui ſuper numerum arenæ maris: multiplicatæ ſunt iniquitates meæ Domine, multiplicatæ ſunt iniquitates meæ, & non ſum dignus intueri & aſpicere altitudinem cæli, præ multitudine iniquitatum mearum: incuruatus ſum multo vinculo ferreo, vt non poſsim attollere caput meum, & non eſt reſpiratio mihi: quia excitaui iracundiam tuam, & malum coram te feci: non feci voluntatem tuam, & mandata tua non cuſtodiui: ſtatui abominationes & multiplicaui offenſiones: Et nunc flecto genu cordis mei, precans à te bonitatē. Peccaui Domine, peccaui, & iniquitates meas agnoſco. Quare peto rogans te, remitte mihi Domine, remitte mihi: & ne ſimul perdas me cum iniquitatibus meis: neque in æternum, iratus, reſerues mala mihi, neque damnes me in intima terræ loca: quia tu es Deus, Deus inquam pœnitentium: & in me oſtendes omnem bonitatem tuam: quia indignum ſaluabis me ſecundum magnam miſericordiam tuam, & laudabo te ſemper, omnibus diebus vitæ meæ: quoniam te laudat omnis virtus cælorum, & tibi eſt gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

[a] id eſt afflictiones

Eſdræ



# Eſdræ liber primus.

## CAP. I. V.

Cyrus à Deo inſpirat⁹ remittit populum in Ieruſalē ad ædificandum templum. Iere. 25. c. & 29. c. 2. par. 36. d. 3. Eſdræ. 2. a. — B

IN ANNO primo Cyri regis Per- 1
ſarum, vt compleretur verbum Do-
mini ex ore Ieremiæ, ſuſcitauit Domi-
nus ſpiritum Cyri regis Perſarum: &
traduxit vocem in omni regno ſuo,
etiam per ſcripturam, dicens, Hæc 2
dicit Cyrus rex Perſarum, Omnia re-
gna terræ dedit mihi Dominus Deus cæli, & ipſe præce-
pit mihi vt ædificarem ei domum in Ieruſalem, quæ eſt in
Iudæa. Quis eſt in vobis de vniuerſo populo eius? Sit 3
[a] Dominus illius cum ipſo. Aſcendat in Ieruſalem quæ eſt
in Iudæa, & ædificet domum Domini Dei Iſrael (ipſe
eſt Deus) qui eſt in Ieruſalem. Et omnes reliqui in 4
cunctis locis vbicumque habitant, adiuuent eum viri de
loco ſuo, argento & auro, & ſubſtantia, & pecoribus, ex-
cepto quod voluntarie offerunt templo Dei, quod eſt in
Ieruſalem. Et ſurrexerunt principes patrum de Iuda 5
& Beniamin, & ſacerdotes & Leuitæ, & omnis cuius Deus
ſuſcitauit ſpiritum, vt aſcenderet ad ædificandum templū
Domini, quod erat in Ieruſalem: Vniuerſique qui 6
erant in circuitu, adiuuerunt manus eorum in vaſis argen-
teis & aureis, in ſubſtantia & iumentis, in ſupellectili,
exceptis his quæ ſponte obtulerant. Rex quoq; Cy- 7
rus protulit vaſa templi Domini, quæ tulerat Nabucho-
donoſor de Ieruſalem, & poſuerat ea in templo Dei ſui.
Protulit autem ea Cyrus rex Perſarū per manum Mi- 8
thridatis filij Gazabar, & annumerauit ea Saſſabaſar prin
cipi Iudæ. Et hic eſt numerus eorū, Phialæ aureæ tri- 9
ginta, phialæ argēteæ mille, cultri viginti nouem, Scy- 10
phi aurei triginta, ſcyphi argentei ſecundi, quadringen-
ti decem: vaſa alia mille. Omnia vaſa aurea & argen- 11
tea, quinque millia quadringenta: vniuerſa tulit Saſſaba-
ſar cum his qui aſcendebant de tranſmigratione Babylo-
nis in Ieruſalem.

[a] Deus

Aſcendunt ad ædificationē templi, quorū Deus corda mouit. — C

Reddit Cyrus vaſa templi quæ abſtulerat Nabuchodonoſor. — D

## CAP. I. N.

ANNO primo 1 Cyri regis Perſarum (2 vt perficeretur verbum Domini 3 ex ore Ieremiæ,) excitauit Dominus 4 ſpiritum Cyri regis Perſarum, 5 ita vt diuulgari faceret vocem in toto regno ſuo, 6 idque ſcripto in hanc ſententiam, Sic dicit Cyrus rex Perſarū, Omnia regna terræ dedit mihi Dominus Deus cæli, ipſeque 7 mandauit mihi vt 8 ædificetur ei ædes in Ieruſalem quæ eſt in Iehuda. Quicunque ergo ex vobis ex omni populo eius [fuerit,] 9 ſit Deus eius cum eo, aſcendatque Ieroſolyma quæ eſt in Iehuda, & 10 ædificet ædem Domini Dei Iſraelis, 11 (ipſe eſt Deus) 12 qui eſt in Ieruſalem. Et omnis qui 13 reliquus fuerit in omnibus locis in quibus 14 commoratus incola fuit, 15 ſuccurrant illi 16 homines loci eius argento, auro, 17 ſupellectile, & iumentis, 18 cum munere ſpontaneo ad ædem Dei quæ eſt in Ieruſalem. Surrexerunt ergo 19 capita patrū Iehuda & Bēiamin, ſacerdotes quoq; & Leuitæ, & oēs quorū ſpiritū Deus excitarat vt aſcenderēt, 20 & ædificarēt ædē Dñi quæ erat in Ieruſalem. Omnes præterea 21 qui circū eos erant, 22 corroborarūt manus eorum vaſis argēteis & aureis, 23 ſupellectile, 24 iumentis atq; 25 muneribus, præter id quod ſponte quiſq; offerebat. Rex inſuper Cyrus deprōpſit vaſa ædis Dñi, quæ 26 auexerat Nabucad-neZar Ieroſolymis, poſueratq; ea in phanum Dei ſui: Deprompſit ea [inquam] Cyrus rex Perſarum 27 ad manū Mithridatis, qui fuit à theſauris, qui 28 numerauit ea ipſi SesbaZar primario Iehuda. Erat autē hic numerus eorū, Phialarū aurearū triginta: phialarum argentearū mille: cultrorū vndeuiginti: 29 Peluium aurearū triginta: peluiū argentearū alterius formæ, quadringentæ decē: aliorū vaſorū, mille. Omniū [in ſumma] vaſorū aureorum & argenteorum erant quinque millia & quadringēta. [hæc] omnia 30 auexit 31 SesbaZar 32 vnà cum his qui captiui fuerant, & aſcendebant è Babylone Ieroſolyma.

## SCHOLIA IN CAP. I.

1. Vide finem 2. libri Paralip. 1 Is Cyrus eſt qui primus deuicto Aſtiage tranſtulit regnum Medorum ad Perſas. Agit de reductione populi Iſraelitici in patriam ſub ipſo Cyro rege Perſarū. Primo igitur anno quo Cyrus regnare cœpit in Babylone ſuper Chaldæos, qui antea regnabat in Perſide. 2 dum compleretur, id eſt, quando incipiebat compleri prophetia Domini dicta per Ieremiam. tunc enim cœpit Dominus viſitare populum ſuum. 3 ſubaudi, quod exierat. Vide Ierem. 29. 4 id eſt, voluntatem. 5 Hebraiſmus, & tranſire fecit, id eſt, voce præconis ſignificauit in toto imperio ſuo Babylonico. 6 Hebraiſmus, & etiam ſcripto, id eſt, ſcriptis literis, quaſi dicat, idem quoque ſignificauit miſsis literis. 7 Quidam Hebræorum pro conſtituit accipit. 8 ædificem ei ædem. 9 vel, cum quo ſit Deus, aſcendat, id eſt, qui ab eo incitetur & impellatur, vt reuertatur in Ieruſalem, aſcendat, quaſi dicat, per me illi licet reuerti, do illi facultatem reuertendi. 10 vel, inſtauret. 11 quaſi dicat, qui eſt verus ille ac ſolus Deus. 12 quæ, ſubaudi, ædes, eſt vel erat, aut extruetur in Ieruſalem. 13 vel, remanſerit, id eſt, cogetur remanere propter inopiam rerum neceſſariarū. 14 peregrinatur, id eſt, eſt aduena & peregrinus. 15 vel, dono donent eum. 16 id eſt, conciues eius. Per homines loci, ſiue conciues, noſtri intelligunt Gentes: Hebræi verò Iudæos qui decreuerant remanere in Chaldæa. neminem enim cogebat Cyrus abire. 17 vel, ſubſtantia. ſiue, omnibus diuitijs. 18 .i. cū eo quod ſponte offerent. Hoc eſt, præter id quod liberaliter conciues illi mittent per manus illorum pro inſtaurando templo, quaſi dicat, non tantum permitto vobis reditum in patriam, ſed etiam vt diſcedatis cum muneribus amplis. 19 id eſt, qui in tribubus illis erant primæ authoritatis ac dignitatis. 20 ad inſtaurandum. 21 id eſt, vicini eorum. 22 vel, firmauerunt, id eſt, omnes vicini eorum ornarunt eos donis ac muneribus: ab eis acceperunt multa dona ac munera. 23 opibus. 24 vel, pecoribus. 25 rebus pretioſis. 26 vel, extulerat Nabuchodonoſor de Ieruſalem. 27 per manum, id eſt, opera. 28 id eſt, numero reddidit. 29 Crateres aurei triginta: crateres argentei ſecundi, id eſt, alij ab illis. Vel, Cochlearia aurea, &c. Vaſa alia. à ſupradictis ſcilicet. Hoc verſu & præcedēte intelligit de magnis vaſis tēpli tantū, vt ait quidam Hebræorū. 30 vel, extulit. aut, exportauit. 31 Vox Chaldæa. ita vocabatur Zorobabel apud Chaldæos. 32 Heb. quū aſcendere faceret captiuitatē è Babel in Ieruſalē, id eſt, quando qui tranſmigrauerunt in Babylonem, ſummo deſyderio, ſummaque diligentia, atq; animi alacritate aſcenderunt vt reuerterentur in Ieruſalem. Vox Hebræa ſignificat ſtudium quoddam, in coniug. 2.

## CAP. II.

Numerus reuertentium è captiuitāte. 2. Eſdræ. 7. b. 3. eſdr. 5. a.

HI ſunt autem prouinciæ filij, qui aſcēderūt de ca- 1
ptiuitate quam trāſtulerat Nabuchodonoſor rex
Babylonis in Babylonem, & reuerſi ſunt in Ieru-
ſalem [b] & Iudæam, vnuſquiſque in ciuitatem ſuam. Qui 2
venerunt cum Zorobabel, Ieſua, Nehemia, Saraia, Ra-
helaia, Mardochai, Belſan, Meſphar, Beguai, Rehum,

[b] Iudam.

## CAP. II.

HI autem filij ſunt 1 prouinciæ, qui aſcēderunt de captiuitate 2 tranſmigrationis, quos tranſtulerat Nebucad-neZar rex Babylonis in Babylonem, & reuerſi ſunt Ieroſolyma & in Iehuda, quiſque in ciuitatem ſuam. Qui venerunt 3 cum Serobabele, Ieſu, Nehemia, Seraia, Reeleia, 4 Mardochæo, Bilſan, Miſpar, Biguai, Rehū, Baana.

*Baana. Numerus virorũ populi Iſraelis: 5 Filiorũ Pareos duo millia, centũ & ſeptuagintaduo. Filiorũ Saphatiæ trecẽti ſeptuagintaduo. Filiorũ Arah ſeptingẽti ſeptuaginta quinq;. Filiorũ 6 ducis Moab, 7 de filijs Ieſua & Ioab duo millia octingẽti & duodecim. Filiorũ Elã mille ducẽti quinquagintaquatuor. Filiorũ Sathu nongẽti quadragintaquinq;. Filiorum Sachai ſeptingẽti & ſexaginta. Filiorũ Bani ſexcẽti quadragintaduo. Filiorũ Bebai, ſexcẽti viginti tres. Filiorũ Aſgad, mille ducẽti & vigintiduo. Filiorũ Adonicã, ſexcẽti & ſexagintaſex. Filiorũ Bicuai duo millia quinquagintaſex. Filiorũ Adin quadringẽti & quinquagintaquatuor. Filiorũ Ater 8 de Ezechia, nonagintaocto. Filiorũ Bezai, trecẽti vigĩtitres. Filiorũ Iorã centũ & duodecim. Filiorũ Haſchũ, ducẽti & vigintitres. Filiorũ Gibbar, nonagintaquinq;. 9 Filiorũ Beth-lehẽ, centũ & vigintitres. Virorum Netopha, quinquagintaſex. Virorũ Anathoth, centum & vigintiocto. Filiorum Aſmaueth, quadragintaduo. Filiorũ 10 Kiriath-arim, Kephira & Beeroth, ſeptingẽti & quadragintatres. Filiorũ Harama & Gaba, ſexcẽti & vigintivnus. Virorũ Michmas, centũ & viginti duo. Virorũ Beth-el & Haai, ducẽti & vigintitres. Filiorum 11 Nebo, quinquagintaduo. Filiorũ Magbis, centũ & quinquagintaſex. Filiorũ Elã 12 alterius, mille ducẽti & quinquagintaquatuor. Filiorũ Harim, trecẽti & viginti. Filiorũ Led, Halid & Ono, ſeptingẽti & vigintiquinq;. Filiorũ 13 Iericho, trecẽti & quadragintaquinq;. Filiorũ Sanaa, tria millia ſexcẽti & triginta. 14 Sacerdotes filiorũ Iedaia 15 de domo Ieſua, nõgenti & ſeptuagintatres. Filiorũ Immer mille quinquagintaduo. Filiorum Paſhur, mille ducẽti & quadraginta ſeptem. Filiorum Harim, mille decem & ſeptẽ. Leuitæ: Filiorum Ieſua & Cadmiel 16 de filijs Hodauiæ, ſeptuagintaquatuor. Cantores: Filiorũ Aſaph, centũ & vigintiocto. Filij Ianitorũ: Filij Sallũ, filij Ater, filij Talmon, filij Axub, filij Hatita, filij Sobai: omnes hi centũ trigintanouem. 17 Nethinæi: filij Ziba, filij Haſupha, filij Tabbaoth. Filij Keros, filij Siaha, filij Padõ. Filij Lebana, filij Hagaba, filij Acub. Filij Hagab, filij Salmai, filij Hanã. Filij Giddel, filij Gahar, filij Reaia. Filij Rezin, filij Necoda, filij Gaſam. Filij Vſa, filij Paſeah, filij Beſai. Filij Aſna, filij Meanim. Filij Nephuſim, filij Bacbuc, filij Hacupa. Filij Harhur, filij Bazluth, filij Mehira. Filij Harſcha. Filij Barcõ, filij Siſera, filij Themath. Filij Nezia, filij Hatipha, 18 filij ſeruorũ Solomonis: filij Sotai, filij ⁙ Sophereth, filij Peruda. Filij Iaala, filij Darcõ, filij Giddel. Filij Sephatia, filij Hattil, filij Pochereth, Hazbaim, filij Ami. omniũ Nethinæorũ & filiorũ ſeruorũ Solomonis, trecẽti & nonagintaduo. Iſti verò aſcenderũt de Thel-melah, & de Thel-harſa, Cherub, Addan & Immer, & nõ poterant indicare familiã patrũ ſuorum, atq; 19 ſemen ſuum, ex Iſraelene eſſent. Filij Delaia, filij Tobia, filij Necoda, ſexcenti & quinquagintaduo. Et de filijs ſacerdotũ: filij Habaia, filij Hacoz, filij Barſillai, qui duxit de filiabus Barſillai Gileaditæ vxorẽ, vocatuſq; eſt 20 iuxta nomẽ earum. Hi quæſierunt ſcriptum 21 ſuum, vt ſeſe in familiam [aliquã] insererent, at non ſunt 22 inuenti, ideo reiecti ſunt à ſacerdotio. Dixitq; 23 Hathirſchata eis, ne ederent 24 de Sancto ſanctorũ, donec 25 ſacerdos ſtaret cũ vrim, & thũmim. 26 Vniuerſæ multitudinis ad vnũ vſq;, quadraginta duo millia, trecenti & ſexaginta, Præter ſeruos eorũ & ancillas eorũ, quorũ erãt ſeptẽ millia, trecẽti & trigintaſeptẽ: erantq; eis cantores & cãtatrices ducẽti. Equi eorũ ſeptingenti & triginta ſex: muli eorum ducenti & quadraginta quinq;. Cameli eorũ quadringenti trigintaquinque: aſinorũ ſex millia, ſeptingenti & viginti. Et ex 27 præcipuis patribus quũ veniſſent ad ædẽ Domini quæ erat Ieroſolymis, 28 liberales ſe exhibuerũt pro domo Dei, vt 29 collocarent eam ſuper baſi ſua. 30 Pro viribus ſuis dederunt ad theſaurũ 31 operis, aureariũ drachmarum vnũ & ſexaginta millia, & argenti minas quinquies mille, & veſtes ſacerdotales centum. 32 Cõſederuntq; ſacerdotes illi, & Leuitæ, & 33 quidã ex populo, cantores, & ianitores, atque Nethinæi 34 in ciuitatibus ſuis, & cunctus Iſrael in vrbibus ſuis.*

Baana. Numerus virorũ populi Iſrael: ¶ Filij Pharos duo millia centum ſuptuagintaduo. ¶ Filij Sephatia, trecenti ſeptuagintaduo. ¶ Filij Area, ſeptingenti ſeptuagintaquinque. ¶ Filij Phahath-moab, filiorum Ioſue Ioab duo millia octingenti duodecim. ¶ Filij AElã, mille ducenti quinquagintaquatuor. ¶ Filij Zethua, nongenti quadragintaquinque. ¶ Filij Zachai, ſeptingenti ſexaginta. ¶ Filij Bani, ſexcenti quadragintaduo. ¶ Filij Bebai, ſexcenti vigintitres. ¶ Filij Azgad, mille ducenti vigintiduo. ¶ Filij Adonicam, ſexcenti ſexagintaſex. ¶ Filij Beguai, duo millia quinquaginta ſex. ¶ Filij Adin, quadringenti quinquagintaquatuor. ¶ Filij Ater, qui erant ex Ezechia, nonagintaocto. ¶ Filij Beſai, trecenti vigintitres. ¶ Filij Iora, centum duodecim. ¶ Filij Haſum, ducenti vigintitres. ¶ Filij Gebbar, "nongentiquinque. ¶ Filij Beth-lehem, centum vigintitres. ¶ Viri Netupha, quinquagintaſex. ¶ Viri Anathoth, centum vigintiocto. ¶ Filij Azmaueth, quadragintaduo. ¶ Filij Cariath-iarim, Cephira, & Beroth, ſeptingenti quadragintatres. ¶ Filij Rama & Gabaa, ſexcenti vigintivnus. ¶ Viri Machmas, centum vigintiduo. ¶ Viri Beth-el & Hai, ducenti vigintitres. ¶ Filij Nebo, quinquagintaduo. ¶ Filij Megbis, centum quinquagintaſex. ¶ Filij AElam alterius, mille ducenti quinquagintaquatuor. ¶ Filij Harim, trecenti viginti. ¶ Filij Lod-hadid & Ono, ſeptingenti vigintiquinque. ¶ Filij Iericho, trecenti quadragintaquinque. ¶ Filij Senaa, tria millia ſexcenti triginta. ¶ Sacerdotes: filij Iadaia in domo Ieſue, nongẽti ſeptuagintatres. ¶ Filij Emmer, mille quinquagintaduo. ¶ Filij Pheshur, mille ducenti quadragintaſeptem. ¶ Filij Harim, mille decem & ſeptem. ¶ Leuitæ: Filij Ieſue & Cedmiel filiorum Odouiæ ſeptuagintaquatuor. ¶ Cantores: Filij Aſaph, centum vigintiocto. ¶ Filij Ianitorũ: Filij Sellũ, filij Ater, filij Telmon, filij Accub, filij Hatita, filij Sobai: vniuerſi cẽtũ trigintanouẽ. ¶ Nathinæi: filij Siha, filij Haſupha, filij Tabbaoth. ¶ Filij Ceros, filij Siaa, filij Phadõ, ¶ Filij Lebana, filij Hagaba, filij Accub, ¶ Filij Hagab, filij Sẽlai, filij Hanã, ¶ filij Gaddel, Filij Gaher, filij Raaia, ¶ Filij Raſin, filij Necoda, filij Gazan, ¶ Filij Aza, filij Phaſea, filij Beſee, ¶ Filij Aſena, filij Munim, Filij Nephuſim, ¶ filij Bacbuc, filij Hacupha, Filij Harhur, ¶ filij Besluth, filij Mahida, Filij Harſa, ¶ Filij Bercos, filij Siſara, filij Thema, ¶ Filij Naſia, filij Hatipha, ¶ filij ſeruorũ Salomonis, filij Sotai, filij Sophereth, filij Pharuda, ¶ Filij Iala, filij Dercõ, filij Geddel, ¶ filij Saphatia, filij Hatil, filij Phochereth, qui erãt de Aſebaim filij Ami. ¶ oẽs Nathinæi, & filij ſeruorũ Salomonis, trecenti nonagintaduo. ¶ Et hi qui aſcẽderũt de Thel-mela, Thel-harſa, Cherub, & Adõ, & Emer: & nõ potuerũt indicare domũ patrũ ſuorũ & ſemẽ ſuũ, vtrũ ex Iſrael eſſẽt. ¶ Filij Dalaia, filij Tobia, filij Necoda, ſexcẽtiquinquagintaduo. ¶ Et de filijs ſacerdotũ: filij Hobia, filij Accos, filij Berzellai, qui accepit de filiab⁹ Berzellai Galaaditis, vxorẽ, & vocatus eſt nomine eorũ. ¶ Hi quęſierũt ſcripturã genealogię ſuę, & non inuenerũt, & eiecti ſunt de ſacerdotio. ¶ Et dixit Atherſatha eis vt nõ comederẽt de Sancto ſãctorũ, donec ſurgeret ſacerdos doctus atq; pfectus. ¶ Omnis multitudo quaſi vir vn⁹, quadragintaduo millia trecẽti ſexaginta: ¶ Exceptis ſeruis eorũ & ancillis, qui erãt ſeptẽ millia trecẽti trigintaſeptẽ: & in ipſis cãtores atq; cãtatrices ducẽti. ¶ Equi eorũ "ſexcẽti trigintaſex. muli eorũ, ducẽti quadragintaquinq;. ¶ Cameli eorũ, quadringẽti trigintaquinq;. aſini eorũ, ſex millia ſeptingẽti viginti. ¶ Et de principib⁹ patrũ cũ ingrederẽtur tẽplũ Dñi qđ eſt in Ieruſalẽ, ſpõte obtulerũt in domũ Dei ad extruendã eã in loco ſuo. ¶ Secundũ vires ſuas dederũt impenſas operis, auri ſolidos "quadraginta millia & mille, argenti mnas quinque millia, & veſtes ſacerdotales centum. ¶ Habitauerunt ergo ſacerdotes, & Leuitæ, & de populo, & cãtores, & ianitores, ¶ & Nathinæi in vrbibus ſuis, vniuerſuſque Iſrael in ciuitatibus ſuis.

B

"nonaginta quinque.

Sacerdotes.

Leuitæ.

Cantores.

Ianitores.

C

Nathinæi.

Genealogiæ.

D

"Septingenti

"Sexaginta

SCHO-



SCHOLIA IN CAP. II.

1 id eſt, qui diu habitauerunt in Chaldæa. Vel, qui nati ſiue orti erant regione Iſrael. ſignificat enim aut incolatum, aut natiuitatem. Vide Nehemiæ caput. VII. 2 id eſt, eorum qui demigrauerant in Babylonem, quos, &c. 3 id eſt, ducibus Zorobabele, &c. 4 Quidam dicunt hunc fuiſſe patruum Eſther. alij aliũ eſſe aſſerunt. 5 Quoties hæc dictio. בני id eſt, filij, iungitur cũ nominibus proprijs virorum, ſignificat natiuitatem: quando vero cum nominibus locorum, ſignificat habitationem. Prius enim ſignificat filios, nepotes, poſteros. Poſterius: homines, ciues, incolas. 6 Pahat-moab. Nomen proprium viri. 7 id eſt, qui erant ex filijs, ſiue ex nepotibus Ieſua, &c. vel qui originem ducebant, aut genus ſuum referebant ad, &c. Ieſua ille & Ioab fuerunt ſuo tempore viri inſignes & clariſsimi. 8 vel, ipſi Ezechiæ, id eſt, qui erant ex nepotibus Ezechiæ viri cuiuſdam clariſsimi, qui quidem erat illorum auus, vt ſuprà, verſu ſexto. 9 id eſt, Virorum, ſiue ciuium & incolarum. Nomina ſunt locorum quæ ſequuntur. 10 Nomina locorum. 11 Nomina ſunt virorum. 12 ſubaudi, à ſuprà enumerato. totidem enim fuerunt filij alterius. 13 Nomina locorum. 14 id eſt, Sequitur catalogus ſacerdotum qui reuerſi ſunt de Babylone in Ieruſalem. Prius enim recenſuit filios Iuda & Beniamin: nunc tranſit ad filios Leui, incipiens à ſacerdotibus. 15 id eſt, qui erant de familia Ieſua, viri inſignis & clariſsimi. 16 filiorum Hodauiæ. vt ſupra verſu ſexto. 17 Ita dicti quaſi dati ſiue donati aut ordinati, id eſt, conſecrati miniſterio templi. Ipſi enim traxerunt originem à Gabaonitis: fueruntque conſtituti primum à Ioſue, deinde à Dauide, in hoc ſcilicet vt cæderent ligna, & cõportarent aquam in vſum ſacrificiorum. 18 Hi erant à reparationibus ſiue inſtauratione templi, fueruntque annumerati cum Nathinæis. ⁙ Videtur potius eſſe cognomen ita inditum vel ab euẽtu quodam, quàm nomen proprium viri: aut eſt nomen mulieris, matris ſcilicet illorum. 19 vel, genus. 20 vel, de nomine. 21 Hebraiſmus, eorum qui per genealogias deſcripti erant. vel, quorum genealogia deſcripta erat, id eſt, diligenter ſcrutati ſunt catalogũ genealogiæ ſuæ. 22 ſubaudi, in eo catalogo. 23 Hattirſatha, erat nomen officij, aut dignitatis apud Chaldæos, vel nomen viri cuiuſdam apud Iudæos, puta Nehemiæ. 24 de ſanctitate ſanctitatum, id eſt, de ſacroſanctis ſacerdotum eſcis. 25 Hic obiter prędicit aduẽtum Chriſti qui fuit plenus ſapientia, & qui peccatum nõ fecit. Per Vrim enim quod ſonat lumina, ſignificatur perfecta ſcientia ſiue ſapientia. Et per Thummim, integritas vitæ ſiue inculpata vita, quaſi dicat, donec adueniat vnus qui dignus ſit geſtare Vrim & Thummim, ſicut tempore primi templi. ea enim poſuerat Moſes in ipſo rationali. 26 Hebraiſmus, Omnis congregatio tanquam (vir) vnus, id eſt, ſimul, ſiue in vnum collecta. 27 Hebraiſmus, principibus patrum. 28 id eſt, ſponte ſua, liberaliter & non coacte obtulerunt de opibus ſuis munera ac dona in domum Dei. 29 vel, erigerent, id eſt, vt inſtaurarent eam à fundamentis ipſis. 30 Intelligit de tota congregatione vnà cum principibus, & ijs qui de regno Cyri ſponte obtulerant de opibus ſuis. 31 id eſt, templi. 32 Habitauerunt itaq; 33 id eſt, pars aliqua populi, ſiue aliquot ex plebe. 34 ſubaudi, ſinguli in, &c.

## CAP. III.

Ioſue & Zorobabel ædificant altare. 3. Eſd. 5. e.

IAmque venerat menſis ſeptimus, & erant filij Iſrael in 1
ciuitatibus ſuis: congregatus eſt ergo populus quaſi
vir vnus in Ieruſalem. ¶ Et ſurrexit Ioſue filius Io- 2
ſedec, & fratres eius ſacerdotes, & Zorobabel filius Salathiel,
& fratres eius: & ædificauerunt altare Dei Iſrael, vt
offerrent in eo holocautomata, ſicut ſcriptum eſt in lege
Moyſi viri Dei. ¶ Collocauerunt autem altare Dei ſu- 3
per baſes ſuas, deterrentibus eos per circuitum populis
terrarum: & obtulerunt ſuper illud holocauſtum Domi-

Celebratur ſolennitas tabernaculorum.

no mane & veſpere. ¶ Feceruntque Solennitatem taber- 4
naculorum, ſicut ſcriptum eſt: & holocauſtum diebus ſingulis
per ordinem ſecundum præceptum, opus diei in

B

ſuo. ¶ Et poſt hæc holocauſtum iuge, tam in Calendis, 5
quàm in vniuerſis Solẽnitatibus Domini quæ erant conſecratæ,
& in omnibus in quibus vltro offerebatur munus

Inſtauratur templum.

Domino. ¶ A primo die menſis ſeptimi cœperunt of- 6
ferre holocauſtum Domino: porrò templum "Dei non-
dum fundatum erat. ¶ Dederunt autem pecunias lato- 7
mis & cæmentarijs: cibum quoque, & potum, & oleum
Sidonijs, Tyrijſque, vt deferrent ligna cedrina de Libano
ad mare Ioppen, iuxta quod præceperat Cyrus rex
Perſarum eis. ¶ Anno autem ſecundo aduentus eorum 8
ad templum Dei in Ieruſalem, menſe ſecundo, cœperunt

"Dominĩ

C

Zorobabel filius Salathiel, & Ioſue filius Ioſedec, & reliqui
de fratribus eorum ſacerdotes, & Leuitæ, & omnes qui
venerant de captiuitate in Ieruſalem: & conſtituerũt Leuitas
à viginti annis, & ſupra, vt vrgerent opus Domini.
¶ Stetitque Ioſue & filij eius & fratres eius, Cedmiel, 9
& filij eius, & filij Iuda, quaſi vir vnus, vt inſtarent ſu-
per eos qui faciebant opus in templo Dei: filij Henadad,
filij eorum, & fratres eorum Leuitæ. ¶ Fundato igitur 10
à cæmentarijs templo Domini, ſteterunt ſacerdotes in
ornatu ſuo cum tubis: & Leuitæ filij Aſaph in cym-

Laus & gratiarum actio populi ob fundatũ templum.

balis, vt laudarent Deum per manus Dauid regis Iſ-
rael. ¶ Et concinebant in hymnis, & confeſsione 11
Domino, Quoniam bonus, quoniam in æternum miſe-

D

ricordia eius ſuper Iſrael. omnis quoque populus vociferabatur
clamore magno in laudando Dominum, eo
quòd fundatum eſſet templum Domini. ¶ Plurimi etiam 12
de ſacerdotibus & Leuitis & principes patrum, & ſenio-
res qui viderant templum prius cum fundatum eſſet, &
hoc templum in oculis eorũ, flebant voce magna: & multi

*QVumque iam 1 appeteret 2 ſeptimus menſis, eſſentque filij Iſraelis in ciuitatibus, congregatus eſt populus 3 ad vnum vſque Ieroſolymis. Tum ſurrexit Ieſua filius Iozadec, & fratres eius ſacerdotes, atque Serobabel 4 filius Sealtielis, & fratres eius, & extruxerunt altare Dei Iſraelis, 5 vt ſacrificarent in eo holocauſta, ſicut ſcriptum eſt in lege Moſis viri Dei. Firmarunt autem altare illud ſuper baſes ſuas, 6 quoniam terror populorum nationũ erat ſuper eos: & ſacrificarunt in eo holocauſta Dño, holocauſta [inquam] matutina & veſpertina. Celebrarunt etiã diem feſtum tabernaculorũ ſicut ſcriptũ eſt, & holocauſta ſingulis diebus 7 pro numero & ritu & pro demenſo cuiuſq; diei. 8 Deinde & holocauſtum iuge, 9 & in neomenijs, & in ſingulis ſtatis ferijs Domino conſecratis, & in omnibus quæ ſponte & liberaliter offerebant Domino. 10 A primo die menſis ſeptimi cœperunt ſacrificare holocauſta Domino, 11 templo Domini nondum fundato. Dederunt autem pecuniam 12 latomis & artificibus, cibum, potum, & oleum Zidonijs & Tyrijs, vt adducerẽt ligna cedrina, de Libano 13 ad mare Iapho, 14 quemadmodum Cyrus rex Perſarum eis indulſerat. Anno autem ſecundo 15 quum veniſſent ad ædẽ Dei in Ieruſalem, menſe ſecundo cœperunt Serubabel filius Sealtielis, & Ieſua filius Iozedec, & reliqui fratres eorũ ſacerdotes & Leuitæ, atque omnes qui venerant 16 ex captiuitate Ieroſolyma, & conſtituerunt Leuitas qui erant nati viginti annos & plus, vt 17 vrgerent opus ædis Domini. Stetit ergo Ieſua & filij eius atque fratres eius, Cadmiel quoque & filij eius, filij Iehuda 18 ad vnum vſque, 19 vrgentes eos qui faciebant opus in æde Dei: [&] filij Henadad, [&] filij eorum, atque fratres eorũ Leuitæ. Quumq; ſtructores fundamenta iacerẽt templi Domini, ſtatuerunt ſacerdotes [aliquot] indutos cũ tubis, & Leuitas filios Aſaph cũ cymbalis 20 laudantes Dominum, 21 quemadmodum cõſtituerat Dauid rex Iſrael. 22 Viciſsim itaque canebant in laude & confeſsionibus Domini, 23 [nempe] quod bonus eſſet, & quòd 24 in æternum beneficentia eius ſuper Iſraelem. porrò vniuerſus populus vociferabatur iubilo magno 25 laudando Dominum ⁙ quòd fundaretur ædes Domini. Multi quoque ex ſacerdotibus & Leuitis, atque præcipuis patribus & 26 ſenioribus, qui viderant domum priorem, quum iſta domus coram oculis eorum fundaretur, flebant voce magna: multi contrà*

O vocem

*vocem extollebant cum iubilo 27 & gaudio : Ita vt populus non poſſet diſcernere vocem 28 iubili & gaudij a voce fletus populi : nam populus iubilum ingentem edebat, ita vt vox procul audiretur.*

13 vociferantes in lætitia, eleuabant vocem. ¶ Nec poterat quiſquam agnoſcere vocem clamoris lætantium, & vocem fletus populi : commixtim enim populus vociferabatur clamore magno, & vox audiebatur procul.

## SCHOLIA IN CAP. III.

1 aduenisset. 2 Is eſt menſis Iiſri qui reſpondet partim noſtro Septembri, partim Octobri. 3 Hebraiſmus, tanquam vir vnus 4 non natura, ſed educatione. educauerat enim eum Sealthiel patruus ſuus. erat itaq; pater ipſius nutritius. 5 id eſt, vt cum oblatione holocauſtorum precarentur Dominum. 6 (id) enim (fecerunt) ob timorem (qui erat) ſuper eos à populis terrarum, id eſt, præ timore quo tenebantur ob vicinos hoſtes populos. 7 Hebraiſmus, in numero, ſecundum conſuetudinem operis diei in die ſuo, id eſt, ſeruata ratione numeri victimarum, pro ratione & dignitate dierum. alia enim erant ſacrificia in ſolennitatibus, quàm in alijs diebus. 8 id eſt, Poſt feſtum tabernaculorum, fecerunt, ſiue obtulerunt holocauſtum. 9 & (holocauſtum) neomeniarũ, & (holocauſtum) omnium aliarum ſolennitatum Domini ſanctificatarũ, & (holocauſtum) omnium qui ſponte offerrebant ſpõtaneum (vel munus liberale) Domino. Solennitates Domini ſanctificatas vocat in honorem Domini inſtitutas & conſecratas. 10 quaſi dicat, Non ſolum cœperunt à feſto illo tabernaculorum, ſed à primo die menſis. 11 quaſi dicat, attamen nondum iacta erant fundamenta templi Domini. 12 vel, fabris lignariis. 13 id eſt, ad portam maris Ioppe, quod erat proximum ipſi Ieruſalem. 14 Hebraiſmus, ſecundum voluntatem Cyri regis Perſarũ ſuper eos. 15 ex quo venerant. 16 ſub. illa Babylonica. 17 præeſſent operi tẽpli. ſub. inſtaurandi. 18 Hebr. tanquã (vir) vnus. i. ſimul. 19 vt præeſſent facientibus. 20 ad laudandũ. 21 Heb. per manus Dauidis regis, &c. i. recitando ac decantãdo pſalmos Dauidis. 22 Canebant itaq; laudãdo Dominũ, & confitẽdo Domino, (dicentes,) 23 Heb. Quoniã bonus, quoniã, &c. Principiũ eſt Pſalmi 117, ſecundũ LXX: ſecundũ Hebræos vero, 118. 24 ſub. appareat, vel permaneat. 25 .i. dum decãtarent pſalmum illum in honorem Domini. ⁚⁚ vel, quod iacta eſſent fundamenta ædis. 26 id eſt, qui iam erant prouecta ętate. 27 præ lętitia : 28 Hebraiſmus, clamoris lætitiæ, id eſt, vociferationis. quæ erat index letitię animi.

## CAP. IIII.

*AVdiuerunt autem hoſtes Iehuda & Beniamin, quod 1 hi qui ex captiuitate redierant, ædificarẽt templum Domino Deo Iſraelis. Et accedentes ad Serubabelẽ & ad 2 præcipuos patres, dixerunt ad eos, 3 AEdificabimus vobiſcum: 4 quæremus enim perinde ac vos Deum veſtrum, & 5 ſacrificamus ei à diebus Eſar-haddon regis Aſſyrij, qui nos huc 6 tranſtulit. Dixit ergo eis Serubabel atque Ieſua, & reliqui præcipui patres Iſraelis, 7 Non conuenit vt vos nobiſcum ædificetis ædem Deo noſtro : ſed 8 nos ſimul ædificabimus Domino Deo Iſraelis, quemadmodum præcepit nobis rex Cyrus, 9 rex Perſarum. Factum ergo eſt vt populus illius regionis 10 infirmarent manus populi Iehuda, & 11 deterrerent eos ab ædificando. Conduxerunt inſuper contra eos 12 conſultores, 13 qui irritum faciebant conſilium eorum cunctis diebus Cyri regis Perſarum, vſque ad regnum Darij regis Perſarum. Et in regno Aſueri, initio regni eius, ſcripſerunt 14 accuſationem contra habitantes in Iehuda & Ieruſalem. 15 In diebus verò Artaxerſis ſcripſit 16 biſlam, Mithridates, Tabeel, 17 & reliqui eius conſilij ad Artaxerſem regem Perſarum: eratque ſcriptura 18 exemplaris ſcripta Syriace, & 19 explicatio quoque Syriaca. Rehum 20 author epiſtolæ, & Simſai ſcriba, ſcripſerunt epiſtolam quandam 21 de Ieruſalem, ad Artaxerſem regem 22 iſto tenore, Tunc Rehum 20 author epiſtolæ & Simſai ſcriba, & reliqui 23 complices eorum, 24 Dinæi, Apharſathchæi, Tarpelæi, Apharſæi, Archauæi, Babylonij, Suſanechæi, Dehauæ, 25 Elamitæ, Et reliqui populi quos tranſtulit 26 Aſnapar magnus & 27 glorioſus, & 28 collocauit illos in ciuitatibus Samariæ, 29 vnà cũ alijs qui ſunt trans flumen & vltra. ⁚⁚ Hoc eſt exemplar epiſtolæ quam miſerunt 30 ad Artaxerſem regem, Serui tui, viri [ſcilicet] trans flumen 31 & vltra. Notum ſit regi, quòd Iudæi qui aſcenderunt à te ad nos, venerunt in Ieruſalem vrbem rebellem & peſſimam: quam ædificant, & 32 muros eius è fundamentis ducunt, & fundamenta 33 iaciunt. Nunc igitur notũ ſit regi, ſi ciuitas iſta reædificatur, & muri eius fuerint inſtaurati, 34 munus, tributũ & vectigal minime dabũt: 35 idq; regijs penſionibus incõmodabit. Nũc ergo 36 quũ hæc omnia præſentia ſunt, tẽplũ omnino deſtruximus, 37 neq; potuimus ignominiã regis diutius videre, & idcirco miſimus, & regi indicauimus, Vt 38 inquirat in libro hiſtoriarum patrum tuorum, & inuenies in libro hiſtoriarum, cognoſceſque vrbem hanc rebellem eſſe, & incommodantem regibus & prouincijs, quodque in ea vrbe 39 retro temporibus fuerunt, qui ad defectionem ſolicitarunt : quam ob cauſam & vrbs hæc vaſtata eſt.*

## CAP. IIII.

1 AVdierunt autem hoſtes Iudæ & Beniamin, quia
filij captiuitatis ædificarent templum Domino
2 Deo Iſrael. ¶ Et accedentes ad Zorobabel, & ad
principes patrum, dixerunt eis, AEdificemus vobiſcum,
quia ita vt vos, quærimus Deum veſtrum : ᵃecce nos immolauimus victimas à diebus Aſor-haddã regis Aſſur, qui
3 adduxit nos huc. ¶ Et dixit eis Zorobabel, & Ioſũe, &
reliqui principes patrum Iſrael, Non eſt vobis & nobis vt
ædificemus domum Deo noſtro : ſed nos ipſi ſoli ædificabimus * Deo noſtro, ſicut præcepit nobis Cyrus rex Per-
4 ſarum. ¶ Factũ eſt igitur vt populus terræ impediret ma-
5 nus populi Iudæ, & turbaret eos in ædificando. ¶ Conduxerunt autem aduerſus eos conſiliatores, vt deſtruerent
conſilium eorum omnibus diebus Cyri regis Perſarum, &
6 vſque ad regnum Darij regis Perſarum. ¶ In regno autem Aſſueri ipſe eſt Artaxerxes, in principio regni eius
ſcripſerunt accuſationem aduerſus habitatores Iudæ &
7 Ieruſalem. ¶ Et in diebus Artaxerxis ſcripſit beſelam Mithridates, & Tabeel, & reliqui qui erant in conſilio eorum, ad Artaxerxem regem Perſarum. epiſtola autem accuſationis ſcripta erat Syriace, & legebatur ſer-
8 mone Syro. ¶ Reum Beel-teem, & Samſai ſcriba ſcripſerunt epiſtolam vnam de Ieruſalem Artaxerxi regi, hu-
9 iuſcemodi, ¶ REVM BEEL-TEEM, & Samſai ſcriba, & reliqui conſiliatores eorum, Dinæi, & Apharſathachæi, Terphalæi, Apharſæi, Erchuæi, Babylonij, Su-
10 ſanechæi, Dieui, & AElamitæ, ¶ Et cæteri de gentibus quas tranſtulit Aſenaphar magnus & glorioſus, & habitare eas fecit in ciuitatibus Samariæ, & in reliquis regioni-
11 bus trans Flumen in pace: ¶ (Hoc eſt exemplar epiſtolæ, quam miſerunt ad eum) Artaxerxi regi, ſerui tui, viri
12 qui ſunt trans Fluuium, ſalutem dicunt. ¶ Notum ſit regi quia Iudæi qui aſcenderunt à te ad nos, venerũt in Ieruſalem ciuitatem rebellem & peſſimam : quam ædificant ex-
13 truentes muros eius, & parietes componentes. ¶ Nunc igitur notum ſit regi quia ſi ciuitas illa ædificata fuerit, & muri eius inſtaurati, tributum, & vectigal, & annuos reditus non dabunt, & vſque ad reges hæc noxa perue-
14 niet. ¶ Nos autem memores ſalis quod in palatio comedimus : & quia læſiones regis videre nefas ducimus: id-
15 circo miſimus & nuntiauimus regi, ¶ vt recenſeas in libris hiſtoriarum patrum tuorum, & inuenies ſcriptum in cõmentarijs, & ſcies quoniam vrbs illa, vrbs rebellis eſt, & nocens regibus & prouincijs, & bellaᵃ concitantur in ea ex diebus antiquis : quã ob rẽ & ciuitas ipſa deſtructa eſt.
¶ Nuntia-

Impeditur ædificatio templi. 3. eſdræ. 5. g.

ᵃ & nos ſacrificauimus

* Domino

3. Eſdræ. 2. d.

B

Reum Beel-teem & Samſai epiſtola ad regẽ Artaxerxem.

C

ᵃ concitans.



¶ Nuntiamus nos regi quoniam ſi ciuitas illa ædificata
16 fuerit, & muri ipſius inſtaurati, poſſeſsionem trans Flu-
17 uium non habebis. ¶ Verbum miſit rex ad Reum Beel-teem, & Samſai ſcribam, & ad reliquos qui erant in conſilio eorum habitatores Samariæ, & cæteris trans Flu-
18 uium, ſalutem dicens & pacem. ¶ ᵃACCVSATIONEM quam miſiſtis ad nos, manifeſtè lecta eſt coram
19 me. ¶ & à me præceptum eſt, & recenſuerunt, inueneruntque quoniam ciuitas illa à diebus antiquis aduerſum reges rebellat, & ſeditiones & prælia concitantur in ea.
20 ¶ Nam & reges fortiſsimi fuerunt in Ieruſalem : qui & dominati ſunt omni regioni quæ trans Fluuium eſt. tribu-
21 tum quoque, & vectigal, & redditus accipiebant. ¶ Nunc ergo audite ſententiam, Prohibeatis viros illos, vt vrbs
22 illa non ędificetur, donec ſi forte à me iuſſum fuerit. ¶ Videte ne negligenter hoc impleatis, & paulatim creſcat
23 malum contra reges. ¶ Itaque exemplum edicti Artaxerxis regis lectum eſt coram Reum Beel-teem & Samſai ſcriba, & conſiliarijs eorum : & abierunt feſtini in Ieruſalem ad Iudæos, & prohibuerunt eos in brachio & ro-
24 bore. ¶ Tunc intermiſſum eſt opus domusᵃ Domini in Ieruſalem, & non fiebat vſque ad annum ſecundum regni Darij regis Perſarum.

ᵃ ACCVSATIO

D

ᵃ Dei

*Inſuper & hoc indicamus regi, ſi vrbs hæc fuerit reædificata, & muri 40 ex fundamentis refecti, 41 nullam partem vltra flumen habebis. Miſit autem rex 42 mandatum ad Rehum qui erat 20 à commentarijs, Simſai ſcribam, atque 43 reliquos eiuſdem conſilij qui habitabant 44 in Samaria, & ad reliquos qui erant trans fluuium, 45 Pacem 46 & longæuitatem, EPISTOLA quam ad nos miſiſtis, explicata eſt lectaque coram me. 47 Datum eſt autem à me decretum, & inquiſierunt atque inuenerunt, quod ciuitas iſta 39 retro temporibus ſeſe eleuauit contra reges, quodque in ea rebellio & defectio 48 facta eſt. Ad hæc, fuerunt in Ieruſalem reges præpotentes, 49 qui imperium obtinuerunt in omni [regione] transfluuiana, datumque eſt illis tributum, ſtipendium & vectigal. Interponite ergo 50 mandatum, vt viri iſti ceſſent, neque vrbs iſta reædificetur, donec à me 51 mandetur. 52 Cauti eſtote, vt iſtud fiat: cur enim 53 [hinc] naſceretur damnum quod regibus incommodaret? 54 Mox vt exemplar epiſtolæ Artaxerſis regis lectum eſt coram Rehum & Simſai ſcriba, atque 55 alijs eiuſdem conſilij complicibus, abierunt feſtinanter Ieroſolyma ad Iudæos, & impedierunt eos 56 brachio & vi. Tum 57 impeditum eſt opus ædis Dei in Ieruſalem, 58 ceſſatumque eſt vſque ad ſecundum annum regni Darij regis Perſarum.*

## SCHOLIA IN CAP. IIII.

1 Hebraiſmus, filij tranſmigrationis, id eſt, qui tranſmigrauerant in Babylonem, & illinc redierant iubente ac permittente Cyro rege Perſarum. 2 Hebraiſmus, capita patrum. 3 vel, AEdificemus, ſubaudi, templum Domino. 4 id eſt, colemus Deum veſtrum vt vos facitis. Id non dicebant ex animo : ſed vt imponerent illis, & hac ratione impedirent illos, & auerterent ab ædificatione templi. 5 ſacrificauimus. 6 poſteaquam ſcilicet abductę fuiſſent decem tribus in Aſsyriam per Salmanaſar. 7 Hebraiſmus, Nihil vobis & nobis, id eſt, nobiſcum, ſubaudi, commune eſt, quaſi dicat, Vos eſtis idololatræ, nos autem colimus Deum verum. 8 ſubaudi, Iudæi, nos omnes vnanimi conſenſu. 9 id eſt, qui antequam eſſecutus eſſet regnum Babylonicum, rex erat Perſarum. 10 diſſoluerent, id eſt, debiles ac remiſſas redderent, quaſi dicat, adimebant animos : conabantur ac ſtudebant auertere eos ab ædificatione. 11 turbarent eos, ne ædificarent. 12 vel, conſiliarios (quoſdam) id eſt, mittebant qui conſulerent vt deſiſterent ab incepto. 13 vt diſsiparent, vel diſſoluerent, id eſt, vt diſſuaderent illis ne ædificarent. 14 Hebraiſmus, ſcripturam, ſubaudi, odij, id eſt, epiſtolam plenam odij & inimicitiarum. 15 id eſt, Nam tempore Artaxerxis. is eſt Aſſuerus. Artaxerxes, Perſicum eſt nomen. Alij dicunt hunc fuiſſe Cambyſem filium Cyri. 16 in pace, id eſt, tempore pacis, hoc eſt, necdum odio detecto ac patefacto. 17 Hebraiſmus, & reſiduum ſocietatum eius, ſubaudi, Mithridatis. Societates vocat turmas. 18 (eius) epiſtolæ. 19 expoſita (vel, explicata) Syriace, quaſi dicat, epiſtola illa ſcripta erat literis & ſermone Chaldæis. 20 Hebraiſmus, magiſter ſapientiæ, id eſt, qui erat à conſilijs. 21 contra. 22 vel, ad hunc modum. 23 ſocij. 24 Nomina ſunt populorum qui adhibiti ſunt in conſilium contra Iudæos. 25 Chald. Helmaiæ. ſiue, Helmæi. forte, Elamitę. 26 id eſt, Sẽnacherib. 27 vel, inclytus, 28 id eſt, adduxit in locum decẽ tribuum. fuerat enim antea ſedes decem tribuum. 29 & reliqui populi qui habitant trans flumen & Cheheneth. Nomen eſt gentis, ſiue populi. Flumen vocat Euphraten, per excellentiam. Euphrates ſeparabat terram Iſrael à ditione Babylonica : dicebanturque populi iſti qui tunc habitabant in vrbibus Samariæ, habitare trans Euphraten reſpectu Babyloniorum. ⁚⁚ ſubaudi, ſcripſerunt ad regem. 30 Chald. ad eum, nempe ad Artaxerxem. 31 & Cheheneth, ſubaudi, ſalutem tibi dicunt. 32 vel, murorum fundamenta iecerunt. 33 Chald. Hebraiſmus, conſuerunt, id eſt, compegerunt. 34 tributum, vectigal, & redditus annuos, &c. Alij pro vectigali, cenſum vertunt qui dabatur pro ſingulis capitibus. Redditus annuos intelligit doctus inter Hebræos illa munera quæ dari ſolent regibus in aduentu ipſorum, aut quando iter faciũt per aliquam regionem. 35 Chald. & tributum regum lædes, id eſt, imminues, ſi id permiſeris. vel, lædet, ſubaudi, hæc vrbs, ſi inſtaurata fuerit. 36 Chal. propterea quod deſtructionem templi, ſubaudi, quod erat in Ieruſalem, id eſt, fuimus cauſa quod templũ deſtructum ſit. Verti etiam poteſt, propterea quod ſale palatij ſaliti ſumus, id eſt, quod ſal è palatio allatum comedimus, id eſt, quod in palatio educati fuimus. 37 Chal. & contemptum regis nõ eſt pulchrum nobis, &c. id eſt, non decet neque conuenit nobis. 38 ſubaudi, aliquis mandante ac iubente rege. 39 Chald. à diebus ſeculi, id eſt, ab omni æuo. 40 extructi fuerint. 41 Chald. ob id, portio quæ eſt in (regione quæ eſt) trans fluuium, non erit tibi, id eſt, nullam hæreditatem ſiue poſſeſsionem habiturus es in regione quæ eſt vltra Euphraten, id eſt, in Iſraele, quam Euphrates ſeparat ab imperio Babylonico. 42 Chald. verbum, id eſt, reſponſum 43 ſocios eorum. 44 id eſt, in vrbibus prouinciæ Samariæ. 45 id eſt, miſit epiſtolam qua dicebat illis ſalutem. 46 & Cheheth, id eſt, & ad populum qui dicebatur Cheheth. per contractionẽ. Paulo ſuperius integre ponitur, Cheheneth. 47 vel, Lata eſt à me ſententia, quaſi dicat, ego ſtatui ac decreui quod legerentur hiſtoriæ. 48 fit. vel, fieri ſolet. 49 Chal. fuerunt domini omniũ qui habitabãt (vel, omni regioni quę eſt) vltra flumẽ, tributũq;, vectigal & redditus annuus dabatur illis. 50 ſtatutũ vt ceſſare faciãt homines iſtos. i. ſtatuite vel decernite vt, &c. 51 præceptũ poſitũ ſit. vel, decretũ, ſiue ſtatutũ. ſub. aliud. i. donec à me aliter ſtatutum fuerit. 52 Chald. Cauete vt errorem faciatis. vel, cõmittatis .i. Videte ne erretis. 53 Chal. accreſcet deſtructio in perniciẽ regũ? i. quare veſtra culpa, ſi id permittatis, damnũ accreſcet regibus? 54 Chal. Tunc ex quo. i. Cũ primũ autẽ. 55 ſocijs eorũ. vel, ſocietate. 56 robore, id eſt, vi & armis. 57 ceſſauit. 58 intermiſſum eſt inquam.

## CAP. V.

1 PRophetauerunt autẽ Aggæus propheta, & Zacharias filius Addo, prophetãtes ad Iudæos qui erant in
2 Iuda & Ieruſalem, in nomine Dei Iſrael. ¶ Tũc ſurrexerũt Zorobabel filius Salatiel, & Ioſũe filius Ioſedec:
& cœperunt ædificare templum Dei in Ieruſalem, & cum
3 eis prophetæ Dei adiuuantes eos. ¶ In ipſo autem tempore venit ad eos Thathanai qui erat dux trans Flumen,
& Stharbuzanai, & cõſiliarij eorũ: ſicq; dixerunt eis, Quis
dedit vobis cõſilium vt domũ hanc ædificaretis, & muros

Adhortatione Aggæi & Zachariæ reædificatur templum 3. Eſd. 6. a. Dux Thathanai conatur inhibere ædificationem, ſed fruſtra.

## CAP. V.

*PRophetauit autẽ Haggæus propheta, & Zacharias ⁚⁚ filius Iddo, qui fuerũt prophetæ ad Iudæos in Iudæa & Ieruſalẽ, in nomine Dei Iſraelis [1 prophetantes] eis. Tum 2 ſurrexerunt Serubabel filius Sealtielis, & Ieſua filius Iozadac, & cæperũt ædificare ædem Dei in Ieruſalẽ, erantq; cum eis prophetæ Dei, [eos] 3 fulcientes, Eodẽ tẽpore venit ad eos Thathanai, qui 4 præfectus erat trans fluuiũ, & præfectus militum, atq; complices eorum, & ſic dixerũt ad eos, Quis dedit vobis 5 mandatum hanc domum ædificandi, muroſque*

*eius à fundamentis reficiendi? Tum 6 iuxta tenorem diximus eis 7 quæ eſſent nomina virorum qui hoc ædificium reficerent. Atqui oculus Dei eorum 8 fuit ſuper ſeniores Iudæorum, 9 vt non potuerint eos impedire, 10 donec cauſa perueniret ad Darium, tum & [ipſi Iudæi] per epiſtolã reſponderunt de hac re. Porrò exemplar epiſtolæ quam miſit Thathnai præfectus vltra flumen, & 4 dux militum compliceſq; eius Arphaſechæi, qui erant trans fluuium, ad Darium regem, 11 Et intra hoc ſcripta erat cauſa quam miſerunt ad eum, DARIO REGI, Pax 12 integra. Notum ſit regi quòd profecti ſumus ad prouinciam Iudæorum, ad domũ Dei magni, quæ ædificatur lapidibus 13 ingentibus, 14 trabes quoque ponuntur in parietibus, opuſq; ipſum fit mira celeritate, & feliciter ſuccedit per manus eorum. Tunc interrogauimus ſenes 15 illorum, & hunc in modum diximus ad eos, Quis dedit vobis mandatum reædificandi hanc domũ, & muros iſtos ex fundamentis reficiendi? Sed & nomina eorum interrogauimus ab eis: vt indicaremus tibi, & vt ſcriberemus nomina virorum qui capita ſunt inter eos. Hi verò hoc modo reſponderunt, dicentes, Nos ſumus ſerui illius, qui Deus eſt cæli & terræ: & ædificamus domum quæ extructa retro temporibus 16 erat ante multos annos, quam 17 rex Iſraelis magnus ædificauerat & 18 fundauerat. 19 Quandoquidem verò patres noſtri irritarunt Deum cæli, tradidit eos in manum Nabuchodonoſoris regis Babylonici & 20 Chaldæorum: qui ædem hanc deuaſtauit, & populum eius tranſtulit captiuum in Babylonem. Atqui anno primo Cyri regis Babylonis rex Cyrus poſuit edictum 21 de hac domo Dei vt reædificaretur. Quin & vaſa templi Dei aurea & argentea, quæ Nabuchodonoſor ſuſtulerat è templo Ieroſolymitano, & abduxerat ea in phanum quod erat in Babylone, ea protulit Cyrus rex de phano Babylonis: quæ tradita ſunt ei, cui nomen Seſbaſar, quem 22 ducem conſtituerat, Dixitq; ad eum, Tolle vaſa iſta, & abi, atque repone ea in templo quod eſt Ieroſolymis: domuſq; Dei ædificatur 23 in baſi ſua. Venit ergo tum Seſbaſar iſte, & iecit fundamenta ædis Dei quæ eſt in Ieruſalem: 24 abq; eodem tempore vſque in præſens ædificatur, neque dum abſoluta eſt. Nunc itaque 25 ſi regi videtur, perquiratur 26 in repoſitorio theſaurorum regis, quod eſt iſthic in Babylone, ſit ne hoc a rege Cyro conſtitutum, decretum, 27 vt reædificetur ædes Dei in Ieruſalem, atque de hac re animum regis nobis mittat.*

4 eius inſtauraretis? ♀ Ad quod reſpondimus eis, quæ eſ-
ſent nomina hominum authorum ædificationis illius.
5 ♀ Oculus autem Dei eorum factus eſt ſuper ſenes Iudæo- Oculus Dei.
rum, & non potuerunt inhibere eos. Placuitque vt res ad
Darium referretur, & tunc ſatiſfacerent aduerſus accuſa- B
6 tionem illam. ♀ Exemplar epiſtolæ quam miſit Tha-
thanai dux regionis trans Flumen, & Sthar-buzanai, &
conſiliatores eius Arphaſachæi qui erant trans Flumen,
7 ad Darium regem. ♀ Sermo, quem miſerant ei, ſic ſcri-
8 ptus erat, DARIO REGI, pax omnis. ♀ Notum
ſit regi iſſe nos ad Iudæam prouinciam, ad domum Dei
magni: quæ ædificatur lapide impolito, & ligna ponun-
tur in parietibus: opuſque illud diligenter extruitur, &
9 creſcit in manibus eorum. ♀ Interrogauimus ergo ſenes
illos, & ita diximus eis, Quis dedit vobis poteſtatem vt
domum hanc ædificaretis, & muros hos inſtauraretis?
10 ♀ Sed & nomina eorum quæſiuimus ab eis, vt nuntiare- C
mus tibi: ſcripſimuſque nomina eorum virorum, qui ſunt
11 principes in eis. ♀ Huiuſcemodi autem ſermonem re-
ſponderunt nobis, dicentes, Nos ſumus ſerui Dei, cæli &
terræ, & ædificamus templum quod erat extructum ante
hos annos multos: quodque rex Iſrael magnus ædifica-
12 uerat & extruxerat. ♀ Poſtquam autem ad iracundiam
prouocauerunt patres noſtri Deum cæli, tradidit eos in
manus Nabuchodonoſor regis Babylonis Chaldæi: do-
mum quoque hanc deſtruxit, & populum eius tranſtulit
13 in Babylonem. ♀ Anno autem primo Cyri regis Baby-
lonis, Cyrus rex propoſuit edictum vt domus Dei ædi-
14 ficaretur. ♀ Nam & vaſa templi Dei aurea & argentea, D
quæ Nabuchodonoſor tulerat de templo, quod erat in
Ieruſalem, & aſportauerat ea in templum Babylonis, pro-
tulit Cyrus rex de templo Babylonis, & data ſunt Saſſa-
15 baſar vocabulo, quem & principem conſtituit. ♀ Di-
xitque ei, Hæc vaſa tolle, & vade: & pone ea in templo,
quod eſt in Ieruſalem: & domus Dei ædificetur in loco
16 ſuo. ♀ Tunc itaque Saſſabaſar ille venit, & poſuit fun-
damenta templi Dei in Ieruſalem, & ex eo tẽpore vſque
17 nunc ædificatur, & necdum completum eſt. ♀ Nunc er-
go ſi videtur regi bonum, recenſeat in bibliotheca regis,
quæ eſt in Babylone, vtrumnam à Cyro rege iuſſum fue-
rit vt ædificaretur domus Dei in Ieruſalem, & voluntatem
regis ſuper hac re mittat ad nos.

Epiſtola Thathanai ad Darium regẽ: qua eum conſulit ſuper ędificatione templi.

## SCHOLIA IN CAP. V.

V.i.nepos. 1 Chald. ſuper eos.i.qui erat cum eis. afflabantur enim ſpiritu Dei. Alij, quod inuocatum erat ſuper eos. 2 moti ſcilicet adhortationibus prophetarum. 3 adiuuantes, 4 dux (vel, prorex) eorum qui habitabant vltra flumen (.i. Euphraten,) & Setharboznai & ſocij 5 vel, decretum. ſiue ſtatutum.i. Cuius poteſtate ac edicto freti ædificatis hoc templum? Aut, permiſsione cuius inſtauratis templum &c. 6 adhuc 7 Quæ ſunt nomina virorum qui hoc ædificium ædificant. Verba ſunt Thathanai & ſociorum eius. Inducit enim author libri eos adhuc loquẽtes. 8 erat. Per oculum, prouidentiam & fauorem Dei intelligit. 9 q.d. Thathanai & ſocij eius non potuerũt efficere vt illi intermitterẽt opus tantiſper dum negotium referretur ad Darium. 10 tantiſper dum 11 Chald. (Verbum miſerunt ad eum,) & iuxta hoc ſcriptum erat in medio eius, id eſt, Epiſtolam enim miſerunt ad eum & ſic erat ſcriptum in ea. 12 Chald. omnis, quaſi dicat, Dario regi ſalutem plurimam dicunt &c. 13 marmoreis, 14 ligna.l. parietes teguntur tabulis ligneis, hoc eſt, cedrinis. 15 vel, illos, 16 Hebr. fuerat ante hos multos annos. vel, multis annis antea, 17 ſub. Salomon. 18 vel, perfecerat aut, conſummauerat. 19 Veruntamen ex quo. vel, Sed poſteaquam. 20 Chald. Chaldæi.i. qui regnabat in Chaldæa. 21 vt domum Dei hanc ædificarent, ſubaudi, Iudæi. 22 ſubaudi, tranſmigrationis.i. eorum qui de captiuitate Babylonica reuertebantur in Ieruſalem ac Iudæam. 23 in loco ſuo, id eſt, vbi antea fuerat. 24 & ex eo tempore 25 Chald. ſi regi bonum eſt, id eſt, ſi videatur, & ei placuerit, 26 Chald. in domo theſaurorum. Olim duplices fuerunt bibliothecæ: aliæ erant in quibus reſeruabãtur libri, qui ſpectabãt ad eruditionẽ: aliæ vero in quibus reponere ſolebant libros qui ſpectabãt ad rem nũmariam. etiã alij ſunt libri rationũ, & alij libri ſapientiæ ac philoſophiæ. Hic autem loquitur de libris rationum. 27 vel, de reædificanda Ieruſalem.

## CAP. VI.

*TVm 1 conſtituit Darius rex mandatum, 2 vt quærerent in bibliotheca, in eo loco vbi theſauros reponebant in Babylone, inuentumq; eſt in 3 Ahmatha, in arce quæ eſt in regione Medorum, volumen quoddam, in quo ſic memoriæ proditum erat, ANNO PRIMO Cyri regis conſtituit Cyrus rex 4 decretum de templo Dei in Ieruſalem, vt domus 5 in loco vbi ſacrificent ædificetur, 6 & fundamenta eius perficiãtur, altitudine ſexaginta cubitorum,*

1 TVnc Darius rex præcepit: & recẽſuerũt in biblio-
2 theca librorũ, qui erant repoſiti in Babylone: ♀ &
inuentum eſt in Ecbatanis, quod eſt caſtrũ in Me-
dena prouincia, volumen vnum, taliſq; ſcriptus erat in eo
3 commentarius, ♀ ANNO PRIMO Cyri regis,
Cyrus rex decreuit vt domus Dei ædificaretur, quæ eſt
in Ieruſalem, in loco vbi[a] immolant hoſtias, & vt ponant
fundamenta ſupportãtia altitudinem cubitorũ ſexaginta,
& latitu-

Darius Cyri decretum de templo extruendo inueniens, iubet & ipſe templum extrui. 3. eſd. 6. e.
[a] immolent



& latitudinem cubitorum ſexaginta, ♀ ordines de la- 4
pidibus impolitis tres, & ſic ordines de lignis nouis:
ſumptus autem de domo regis dabuntur. ♀ Sed & 5
vaſa templi Dei aurea & argentea, quæ Nabuchodo-
noſor tulerat de templo Ieruſalem, & attulerat ea in Ba-
bylonem, reddantur, & referantur in templum in Ieru-
ſalem in locum ſuum, quæ & poſita ſunt in templo Dei.
♀ Nunc ergo Thathanai dux regionis quæ eſt trans Flu- 6
men, Sthar-buzanai, & cõſiliarij veſtri Apharſachæi, qui
B eſtis trans Flumen, procul recedite ab illis, ♀ & dimit- 7
tite fieri templum Dei illud à duce Iudæorum & à ſenio-
ribus eorum, &[a] domus Dei illa ædificetur in loco ſuo.
♀ Sed & à me præceptum eſt quid oporteat fieri à preſ- 8
byteris Iudæorum illis, vt ædificetur domus Dei, ſcilicet
vt de arca regis, id eſt de tributis quæ dantur de regione
trans Flumen ſtudioſe ſumptus dentur viris illis, ne im-
pediatur opus. ♀ Quod ſi neceſſe fuerit, & vitulos, & 9
agnos, & hœdos in holocauſtum Deo cæli, frumentum,
ſal, vinum, & oleum, ſecundum ritum ſacerdotum qui
ſunt in Ieruſalem, detur eis per ſingulos dies: ne ſit
in aliquo querimonia. ♀ Et offerant oblationes Deo 10
cæli, orentque pro vita regis, & filiorum eius. ♀ A 11
me ergo poſitum eſt decretum, Vt omnis homo qui hanc
mutauerit iuſsionem, tollatur lignum de domo ipſius, &
erigatur, & configatur in eo: domus autem eius publi-
C cetur. ♀ Deus autem qui habitare fecit nomen ſuum ibi, 12
diſsipet omnia regna, & populum qui extenderit ma-
num ſuam vt repugnet, & diſsipet domum Dei illam,
quæ eſt in Ieruſalem. Ego Darius ſtatui decretum,
quod ſtudioſe impleri volo. ♀ Igitur Thathanai dux 13
regionis trans Flumen, & Sthar-buzanai, & conſiliarij
eius, ſecundum quod præceperat Darius rex, ſic dili-
genter executi ſunt. ♀ Seniores autem Iudæorum ædifi- 14
cabant, & proſperabantur iuxta prophetiam Aggæi pro-
phetæ, & Zachariæ filij Addo: & ædificauerunt & con-
ſtruxerũt, iubente Deo Iſrael, & iubẽte Cyro & Dario,
& Artaxerxe regibus Perſarum: ♀ Et compleuerunt do- 15
mum Dei iſtam, vſque ad diem tertium menſis Adar, qui
eſt annus ſextus regni Darij regis. ♀ Fecerunt autem 16
filij Iſrael ſacerdotes & Leuitæ, & reliqui filiorum tranſ-
migrationis, dedicationem domus Dei in gaudio. ♀ Et 17
D obtulerunt in dedicatione domus Dei, vitulos centum,
arietes ducentos, agnos quadringentos, hircos caprarum
pro peccato totius Iſrael, duodecim, iuxta numerum
tribuum Iſrael. ♀ Et ſtatuerunt ſacerdotes in ordini- 18
bus ſuis, & Leuitas in vicibus ſuis ſuper opera Dei in
Ieruſalem, ſicut ſcriptum eſt in libro Moyſi. ♀ Fece- 19
runt autem filij Iſrael tranſmigrationis, Paſcha, quar-
tadecima die menſis primi. ♀ purificati enim fuerant 20
ſacerdotes & Leuitæ quaſi vnus: omnes mundi ad im-
molandum paſcha vniuerſis filijs tranſmigrationis, &
fratribus ſuis ſacerdotibus, & ſibi. ♀ Et comederunt fi- 21
lij Iſrael qui reuerſi fuerant de tranſmigratione, & omnes
qui ſe ſeparauerant à coinquinatione Gentium terræ ad
eos, vt quærerent Dominum Deum Iſrael. ♀ Et fece- 22
runt ſolennitatem azymorum ſeptem diebus, in lætitia:
quoniam lætificauerat eos Dominus, & conuerterat cor
regis Aſſur ad eos, vt adiuuaret manus eorum in opere
domus Domini Dei Iſrael.

[a] domum Dei illam ædificent

Templum abſoluitur. 3. eſdr. 7. a.

Dedicatur templum.

Numeros. 3. b. 8. b.

Celebratur paſcha.

Cor Aſſur conuerſum à Deo in auxilium Iſraelis.

*& latitudine ſexaginta cubitorum. 7 Ordines lapidum ingentium tres, 8 ordo verò lignorum 9 vnus: & 10 quidquid deeſt, ex domo regis ſuppeditetur. Sed & vaſa templi Dei aurea & argentea, quæ auexerat Nabuchodonoſor de templo quod fuit Ieroſolymis, intuleratque ea Babylonem, 11 reſtituantur, 12 inſeranturque in templum Ieroſolymitanum in locum ſuum, 13 collocatoque ea in ædem Dei. Nunc itaque tu Thathnai 14 præfectus trans fluuium, tuque imperator exercitus & complices horum, vos Apharſechæi qui eſtis trans fluuium, procul abſiſtite 15 iſthinc. Relinquite 16 opus ædis Dei huius, 17 præfectus Iudæorum, ſeneſque ipſi Iudæorum ædificent ædem illam Dei in loco ſuo. A me conſtitutum eſt decretum, 18 quid faciatis cum ſenioribus Iudæorum illis in ædificando ædem illam Dei, [nempe] vt de facultatibus regis, quas habet ex tributo trans flumen, 19 diligentiſsime expenſæ ſuppeditentur viris iſtis, 20 nec quiſquam impediat. Et quidquid neceſſarium fuerit, ſiue vituli ſint, ſiue arietes, ſiue agni ad holocauſta Deo cæli, frumentum, ſal, vinum, & oleum iuxta quod dixerint ſacerdotes qui ſunt Ieroſolymis, hæc dentur eis 21 ſuo quoque die demenſum ſuum, idque abſque vlla cunctatione, Vt [habeant vnde] offerant 22 ſuaueolentia Deo cæli, vtque orent pro vita regis & filiorum eius. Eſt præterea & à me tale conſtitutum decretũ, vt quicunque mortaliũ hoc editum mutarit, 23 tollatur trabs de domo eius, in quam erectam ſuſpendatur: inſuper & domus eius huius rei gratia in ſterquilinium redigatur. Deus quoque, qui nomen ſuum illic collocauit, extirpet omnem regem & populum, qui manum ſuam admolitus fuerit, vt vel mutet vel lædat domum iſtam Dei quæ eſt Ieroſolymis. Ego Darius hoc edictum ſtatui, vt 24 diligenter & exacte fiat. Tum Tathnai præfectus regionis transfluuianæ, imperator exercitus, & cæteri complices eorum, mox 25 vt Darius rex huiuſmodi miſerat, exacte ſunt exequuti. Seniores ergo Iudæorum ædificabant, & proſpere illis ſucceſsit 26 per prophetiam Haggæi prophetæ, & Zachariæ filij Iddo, ædificabant inquam, 27 fundamentum iacientes ex decreto Dei Iſraelis, & ex decreto Cyri & Darij, (28 qui & Artaxerſes,) regis Perſarum. Abſoluta eſt autem ædes iſta 29 die tertio menſis Adar, 30 anno ſexto regni Darij regis. Fecerant itaque filij Iſrael, ſacerdotes & Leuitæ, reliquique qui ex captiuitate redierant, 31 initiationem ædis Dei huius cum gaudio. Obtulerũtq; ad 31 initiationem domus Dei huius iuuencos centũ, arietes ducentos, agnos quadringentos, & 32 hircos caprarũ 33 pro expiatione totius Iſraelis duodecim, iuxta numerum tribuũ Iſraelis. Et ſacerdotes ſtatuerunt in 34 ordinibus ſuis, & Leuitas in ſuis partitionibus 35 pro miniſterio Dei qui [colitur] in Ieruſalem, quemadmodum ſcriptũ erat in libro Moſis. Celebrarunt quoq; qui ex captiuitate redierant Pæſa in 36 quartadecima menſis primi. nam & ſacerdotes & Leuitæ mundati erant, erantque omnes 37 pariter puri. mactarunt itaque 38 Pæſa omnibus qui è captiuitate redierãt, & fratribus ſuis ſacerdotibus, & ſibipſis. Comederunt ergo filij Iſraelis qui è captiuitate redierãt, & quicunq; 39 ſegregatus erat ab immũditia Gentiũ terræ, [veneratq;] ad eos, vt quæreret Dominum Deum Iſraelis. Et fecerunt ſolennitatem azymorum ſeptem diebus in gaudio, quãdoquidem exhilarauerat eos Dominus, 40 conuerteratq; cor regis Aſſur ad eos vt confortaret manus eorum in opere ædis Dei, Dei videlicet Iſraelis.*

## SCHOLIA IN CAP. VI.

1 vel, fecit Darius rex edictũ. ſub. vt requirerẽt an ita res haberet. 2 Chald. & quæſiuerũt in domo librorũ theſaurorũ qui poſiti erant ibi in Babylone.i. in bibliotheca, vbi theſauros reponere ſolebant, &c. 3 in ſcrinio. 4 Alij incipiunt hîc decretum, hoc modo, Domus Dei quæ eſt in Ieruſalem, domus, inquam ædificetur. vel, ædificabitur. 5 Chald. quæ eſt locus in quo immolant Victimas. vel, quæ erit locus in quo immolabunt hoſtias. 6 & parietes eius colligarentur. Alij legũt, fundamẽta eius contingantur. vel, contingẽtur. 7 Parietes ex lapidib[9] marmoreis, &c. vel, Ordines. ſub. parietũ, ſint, vel, erũt ex, &c. 8 paries verò è lignis nouis. vel, recẽtibus. In libris Regũ dicitur, è tabulis cedrinis. 9 vel, interior: 10 ſumptus. vel, expẽſa. q.d. Permitto vt tẽplũ Ieroſolymitanũ inſtauretur, idque ſũptu proprio. 11 reſtituant. ſub. miniſtri ac ſerui regis qui illa cuſtodiũt. 12 proficiſcãturq;. ſub. vaſa illa.i. referãtur. 13 Mutat perſonam, & conuertit ſermonem ad Zorobabelem. 14 prorex eorũ qui ſunt trans flumen, Setharboznai, & ſocij eorum, id eſt, veſtri.

25 id eſt ab Ieruſalem vbi ædificatur templum, quaſi dicat; nolite eſſe inpedimento ijs qui ædificant templum Dei in Ieruſalem. 26 ſubaudi, (vt fiat) opus, &c. 17 ſubaudi, ſinite inquam vt præfectus. 18 de eo quod facturi eſtis, id eſt, quid vos facere velim. 19 feſtinanter ſumptus (vel redditus) detur. 20 Chald. ne faciant ceſſare, ſubaudi, eos qui ædificant templum. 21 per ſingulos dies, ita vt nullus ſit error. Solebant hæc omnia adhiberi & cōmiſceri ſacrificijs, oblationibus, & libaminibus. 22 ſuſtimenta. 23 Chald. diruatur lignum, id eſt, diruendo extrahantur ligna. 24 feſtinanter. ſiue, celeriter. 25 Chald. iuxta id quod miſerat Darius rex, ſic illud, &c. 26 ſecundum prophetiā. vel, in prophetia Aggæi, &c. per quos Dominus iuſſerat ac mandauerat vt inſtaurarent templum. 27 perficientes illud. 28 vel, & Artaxerxis. Dicunt hunc Artaxerxem fuiſſe filium Darij: & tempore illius abſoluta fuiſſe quæcunque pertinebant ad ornatum templi. 29 Chald. vſque ad diem tertium, &c. Non fuit abſoluta vſque ad, &c. Menſis Adar eſt duodecimus, qui reſpondet partim noſtro Februario, partim Martio. 30 qui erat annus ſextus 31 dedicationem. 32 ſub. filios. 33 Chald. pro peccato, pro toto Iſrael, id eſt, in ſacrificiū pro peccato. 34 vel, diuiſionibus. Fecerunt ex ſacerdotibus diuerſas claſſes iuxta quas viciſſim agerent rem ſacrā Deo in templo: ſimiliter & ex Leuitis, vt ipſi per vices ſuas miniſtrarent in templo ipſo. 35 Chald. ſuper opus Dei quod (faciendum erat) in, &c. 36 ſubaudi die. 37 Hebraiſmus, tanquam vnus. 38 id eſt, agnum paſchalem. 39 vel, ſeparauerat ſeſe, id eſt, qui de infidelitate Gentium conuerſi erant ad fidem, id eſt, proſelyti. 40 id eſt, reddiderat illum eis propitium qui antea erat animo infenſo in eos. Meminit autem hic regis Aſſyriorum, quod tunc qui rex Perſarum, etiam rex erat Aſſyriorum. at rex Aſſyriorum abduxerat decem tribus captiuas.

## CAP. VII.

*Poſt hæc geſta [erat] in ∴ regno Artaxerſis regis Perſarū 1 Eſras filius Seraiæ, filij Aſariæ, filij Hilciæ, Filij Sallum, filij Zadoc, filij Abitub, Filij Amariæ, filij Aſariæ, filij Meraioth, filij Serabeia, Filij Vſi, filij Buxi, Filij Abiſua, filij Pinhas, filij Eleaſari, filij Aharonis ſacerdotis ſummi. Hic Eſras aſcendit de Babylone, idemque ſcriba erat 2 promptus in lege Moſis, quam dederat Dominus Deus Iſraeli. Huic rex dedit (3 quandoquidem manus Domini Dei ſui erat cum eo,) quidquid ipſe petebat. 4 Aſcenderuntque de filijs Iſraelis, de ſacerdotibus & Leuitis, cantoribus, ianitoribus & Nethinæis in Ieruſalem, anno ſeptimo Artaxerſis regis. Venit autem Ieroſolyma menſe quinto, 5 ſeptimo anno regis. Prima enim [die] menſis primi inchoatus eſt 6 aſcenſus è Babylone, & prima [die] menſis quinti venit Ieroſolyma, 7 quandoquidem manus Dei ſui bona erat cum eo. Siquidem Eſras parauerat cor ſuum vt inquireret legem Domini, & vt [eam] faceret, vtque doceret in Iſraele 8 ceremonias & iudicium. Hoc eſt autem exemplar 9 ſcripti quod dedit Artaxerſes Eſræ ſacerdoti & ſcribæ, ſcribæ [inquam] verborum & præceptorum Domini, atque ſtatutorum eius in Iſraele. ARTAXERSES rex regum Eſræ ſacerdoti & ſcribæ legis Dei cæli, 10 incolumitatem & diuturnitatem. Conſtitutum eſt à me decretum, vt quicunque ſponte voluerit in regno meo de populo Iſrael, ſacerdotibus & Leuitis, proficiſci Ieroſolyma, is tecum proficiſcatur, Eo quòd tu à rege, & ſeptem conſiliarijs eius 11 miſſus ſis, 12 vt inuiſas Iehudam & Ieruſalem in lege Dei tui quæ eſt in manu tua: Et vt [tecum] feras argentum & aurum quod rex & conſiliarij eius ſponte offerunt Deo Iſraelis, cuius domicilium eſt in Ieruſalem. Omne inſuper argentum & aurum quod inueneris in vniuerſa prouincia Babyloniorum, cum his quæ populus ſponte dederit, quæque ſponte obtulerint ſacerdotes ad ædem Dei ſui quæ eſt in Ieruſalem, Vt ea pecunia celeriter coemas iuuencos, arietes & agnos, deinde 13 cibaria eorum ſacrificia, & eorum libamina, & 14 afferas ea ad aram domus Dei 15 veſtri, quæ eſt Ieroſolymis. De reliquo argenti & auri agite quod tibi & fratribus tuis viſum fuerit, iuxta voluntatem Dei veſtri. Et 16 vaſa quæ tradita ſunt tibi ad cultum ædis Dei tui, reſtitue in conſpectum Dei in Ieruſalem. Porrò reliquum quod neceſſarium fuerit pro æde Dei tui, quod tibi expendendum 17 acciderit, 18 expendas è theſauris regis. Equidem à me Artaxerſe rege edictum promulgatum eſt ad omnes qui theſauris præfecti ſunt trans flumium, vt quidquid poſtulauerit à vobis Eſras ſacerdos 19 ſcriba legis Dei cæli, ilico fiat; Vſque ad argenti talenta centum, & vſque ad tritici coros centum, ad vini batos centum, & vſque ad olei batos centum, 20 ſal verò ne ſcribatur. Et quidquid denique eſt quod præceptum eſt à Deo cæli, fiat diligenter 21 domui Dei cæli, 22 ne iraſcatur ſuper regnum, regem & filios eius. Et id quoque vobis notum facimus, ne 23 vobis ſumatis authoritatem imperādi eis tributum, 24 ſtipendium aut vectigal omnibus inquam ſacerdotibus, Leuitis, cantoribus, ianitoribus, Nethinæis atque miniſtris ædis Dei huius. Et tu Eſra pro ſapientia Dei tui, 25 quæ eſt in manu tua, ex me [conſtitue] iudices & 26 cauſidicos, 27 qui iudicent vniuerſum populum transfluuianum, omnes eos qui nouerunt leges Dei tui: qui verò non nouerunt, eos 28 doceatis. Quicunque autem 29 facere voluerit legem Dei tui, atque legem regis, 30 de hoc ilico fiat iudicium, ſiue ad mortem, ſiue ad eradicationem, ſiue vt facultatibus multetur, ſiue vt vinciatur. Laudandus Dominus Deus patrum noſtrorum, qui indidit 31 hoc cordi regis, vt ornaret ædem Domini quæ eſt Ieroſolymis: Quique inclinauit ad me 32 beneficentiam coram rege, conſiliarijs eius, atque cunctis principibus 33 & heroibus regis. porrò ego corroboratus ſum, 34 quandoquidem manus Domini Dei fuit mecum, & congregaui de Iſrael 35 præcipuos quoſque qui 36 aſcenderent mecum.*

Eſdras edicto regis Artaxerxis ſumptis comitibus aſcendit Ieruſalem. Eſd. 8.a.

1 Poſt hæc autē verba in regno Artaxerxis regis Per-
2 ſarum, Eſdras filius Saraiæ, filij Azariæ, filij Helciæ,
3 ♀ Filij Sellum, filij Sadoc, filij Achitob, ♀ Filij Ama-
4 riæ, filij Azariæ, filij Maraioth, ♀ filij Zarahiæ, filij Ozi,
5 filij Bocci, ♀ filij Abiſue, filij Phinees, filij Eleazar, filij
6 Aaron ſacerdotis ab initio. ♀ Ipſe Eſdras aſcendit de Ba-
bylone, & ipſe ſcriba velox in lege Moyſi, quā Dominus
Deus dedit Iſraeli: & dedit ei rex ſecūdum manū Domini
7 Dei eius ſuper eum, omnem petitionē eius. ♀ Et aſcende-
runt de filijs Iſrael, & de filijs ſacerdotū, & de filijs Leuita
rum, & de cantoribus, & de ianitoribus, & de Nathinæis
8 in Ieruſalem anno ſeptimo Artaxerxis regis. ♀ Et vene-
runt in Ieruſalem menſe quinto, ipſe eſt annus ſeptimus
9 regis. ♀ Quia in primo die menſis primi cœpit aſcende-
re de Babylone, & in primo die menſis quinti venit in Ie-
10 ruſalem, iuxta manum Dei ſui bonā ſuper ſe. ♀ Eſdras au-
tem parauit cor ſuū, vt inueſtigaret legem Domini, & fa-
11 ceret & doceret in Iſrael præceptum & iudicium. ♀ Hoc
eſt autem exemplar epiſtolæ edicti, quod dedit rex Ar-
taxerxes Eſdræ ſacerdoti, ſcribæ erudito in ſermoni-
bus & præceptis Domini, & ceremonijs eius in Iſrael.
12 ♀ ARTAXERXES rex regum Eſdræ ſacerdoti,
13 ſcribæ legis Dei cæli doctiſsimo, ſalutē. ♀ A me decretum
eſt, vt cuicunque placuerit in regno meo de populo Iſrael,
& de ſacerdotibus eius, & de Leuitis ire in Ieruſalem, te-
14 cum vadat. ♀ A facie enim regis, & ſeptem cōſiliatorum
eius miſſus es, vt viſites Iudæam & Ieruſalem in lege Dei
15 tui, quæ eſt in manu tua: ♀ & vt feras argentum & aurū
quod rex & conſiliatores eius ſponte obtulerunt Deo Iſ-
16 rael, cuius in Ieruſalem tabernaculū eſt. ♀ Et omne argē-
tum & aurum quodcunque inueneris in vniuerſa prouin-
cia Babylonis, & populus offerre voluerit, & de ſacer-
dotibus qui ſponte obtulerint domui Dei ſui, quæ eſt in
17 Ieruſalem, ♀ libere accipe, Et ſtudioſe eme de hac pe-
cunia vitulos, arietes, agnos, & ſacrificia & libamina
eorum, & offer ea ſuper altare templi Dei veſtri quod eſt
18 in Ieruſalem. ♀ Sed & ſi quid tibi & fratribus tuis placue-
rit de reliquo argento & auro vt faciatis, iuxta volunta-
19 tem Dei veſtri facite. ♀ Vaſa quoque quæ dantur tibi
in miniſterium domus Dei tui, trade in conſpectu Dei
20 in Ieruſalem. ♀ Sed & cætera quibus opus fuerit in do-
mum Dei tui quantumcunque neceſſe eſt vt expendas,
21 dabis de theſauro, & de fiſco regis, ♀ & à me. Ego Ar-
taxerxes rex ſtatui atque decreui omnibus cuſtodibus
arcæ publicæ, qui ſunt trans Flumen, vt quodcunq; pe-
tierit à vobis Eſdras ſacerdos, ſcriba legis Dei cæli, abſq;
22 mora detis, ♀ Vſque ad argenti talenta centum, & vſque
ad frumenti coros centum, & vſq; ad vini batos centū, &
vſq; ad batos olei centum, ſal verò abſq; menſura. ♀ Om-
23 ne quod ad ritum Dei cæli pertinet, tribuatur diligēter
in domo Dei cæli: ne forte iraſcatur cōtra regnū regis, &
24 filiorū eius. ♀ Vobis quoq; notum facimus de vniuerſis ſa
cerdotibus & Leuitis, & cātoribus & ianitorib⁹, Nathinæis,
& miniſtris domus Dei huius, vt vectigal & tributum, &
annonas non habeatis poteſtatem imponendi ſuper eos.
♀ Tu autem Eſdra ſecundum ſapientiam Dei tui, quæ eſt 25
in manu tua, conſtitue iudices & præſides, vt iudicēt om-
ni populo qui eſt trans flumen, his videlicet qui nouerunt
legem Dei tui, ſed & imperitos docete libere. ♀ Et om- 26
nis qui non fecerit legem Dei tui, & legem regis diligēter,
iudicium erit de eo, ſiue in mortem, ſiue in exilium, ſiue
in condemnationem ſubſtantiæ eius, vel certe in carcerē.
♀ Benedictus Dominus Deus patrum noſtrorū, qui de- 27
dit hoc in corde regis vt glorificaret domum Domini quæ
eſt in Ieruſalem, ♀ Et in me inclinauit miſericordiam 28
ſuam coram rege & conſiliatoribus eius, & vniuerſis prin
cipibus regis potentibus: & ego confortatus manu Do-
mini Dei mei quæ erat in me, congregaui de Iſrael prin-
cipes qui aſcenderent mecum.

Eſdras doctor legis.
Edictum Artaxerxis.
Gratias agit Deo Eſdras.

B C D



## SCHOLIA IN CAP. VII.

∴ Hebræi dicunt omnes reges Perſarum vocatos fuiſſe Arthaſaſtha, id eſt Artaxerxes. 1 Hic deſcribitur genealogia Eſdræ, quæ aſcendit vſque ad Aaronem primum illum ac ſummum & præcipuum ſacerdotem, à quo ille deſcendit. 2 vel, velox, id eſt, legiſperitus, ſiue legiſdoctor doctiſsimus, exercitatiſsimus in lege Dei. hi enim ſcribæ dicebantur, quod officium eorum eſſet deſcribendi legem. Qui Matth. 22. & Luc. 10 legiſperitus, ſiue doctor legis, idem Marc. 12, dicitur ſcriba. 3 Hebraiſmus, iuxta manum Domini Dei ſui ſuper eum, id eſt, pro magno illo fauore quo proſequebatur Deus ipſum Eſdram, prout fauit illi Deus 4 ſubaudi vnà cum eo aliquot. 5 Hebraiſmus, ipſe eſt annus ſeptimus regis, ſubaudi, ipſius Darij. 6 id eſt, profectionis ac reditus. 7 Hebraiſmus, iuxta manum Dei ſui bonam ſuper eum, id eſt, per gratiam, &c. 8 Hebraiſmus, præceptum & iudicium, id eſt præcepta iudicialia. 9 vel, epiſtolæ quam. 10 conſummato, & ipſi Cheheneth, ſubaudi, ſalutem plurimam dicit, id eſt, doctiſsimo, & omnibus numeris abſoluto 11 vel, mitteris. 12 vt inquiras in Iudæam & Ieruſalem propter legem, &c. id eſt, in incolas Iudææ an ſeruent legem quam habes in promptu. 13 oblationes eorū. 14 vel, offeras ſuper aram. 15 id eſt, qui tibi communis eſt cum popularibus tuis. 16 id eſt, vaſa quæ concredita ſunt fidei tuæ vt cedant in vſum templi Dei tui, depone coram Deo in Ieruſalem. vel, coram Deo Ieruſalem, id eſt, ciuium Ieruſalem, qui colitur in Ieruſalem. 17 conuenerit. 18 quaſi dicat, cape omnia ex theſauris regis. 19 vel, (&) ſcriba, id eſt, doctor. 20 Hebraiſmus, & ſal quod non ſcriptum eſt. vel, ſalis quantum non eſt ſcriptum, id eſt ſalis menſuram non præſcriptam, ſed quantum volet. 21 vel, in domo, id eſt, in tēplo. 22 Hebraiſmus, cur enim (cōmittemus) vt ſit ira Dei, &c. vel, Cur enim erit. &c. 23 Heb. præfectus (vllus) imponat, quaſi dicat, nolo quempiam eſſe qui poſsit imponere illis &c. 24 vectigal & redditum annuum cuiquam ex ſacerdotibus, &c. quaſi dicat, volo eos omnes eſſe immunes. 25 id eſt, quam habes in promptu. 26 vel, præſides. 27 vel, vt iudicent. 28 vel, docebitis. 29 nō fecerit. 30 .i. volo vt moriatur, aut mittatur in exiliū, vel multetur multa pecuniaria, aut retrudatur in carcerē, pro modo peccati. 31 ſimile. vel, tale quidpiā. 32 miſericordiā. i. qui me reddidit gratioſum regi. 33 Hebraiſmus, regis potētibus. 34 Heb. iuxta manū Domini Dei ſuper me .i. Tūc cœpi eſſe forti animo, pro gratia & fauore quo me proſequebatur De⁹ me⁹, &c. 35 Heb. principes. ſub. familiarū. 36 ſub. de Babylone in Ieruſalem.

## CAP. VIII.

Qui cum Eſdra aſcenderint Ieroſolymam. 2. Eſd. 8. a.

Hi ſunt ergo principes familiarum & genealogia 1
eorum qui aſcēderunt mecū in regno Artaxerxis
regis, de Babylone. ♀ De filijs Phinees, Gerſom. 2
De filijs Ithamar, Daniel. De filijs Dauid, Hattus. ♀ De 3
filijs Secheniæ, & de filijs Pharos, Zacharias. & cū eo nu-
merati ſunt viri centū quinquaginta. ♀ De filjs Phahath- 4
moab, Elioenai filius Zarehe, & cum eo ducēti viri. ♀ De 5
filijs Secheniæ, filius Ezechiel. & cum eo trecenti viri.
♀ De filijs Adan, Abed filius Ionathan. & cū eo quinqua- 6
ginta viri. ♀ De filijs Alā, Iſaias filius Athaliæ: & cū eo ſe- 7
ptuaginta viri. ♀ De filijs Saphatiæ, Zebedia fili⁹ Michael. 8
B & cum eo octoginta viri. ♀ De filijs Ioab, Obedia filius 9
Iahiel: & cum eo ducenti decem & octo viri. ♀ De 10
filijs Selomith, filius Ioſphiæ. & cum eo centum ſexagin-
ta viri. ♀ De filijs Bebai, Zacharias filius Bebai. & cum eo 11
viginti octo viri. ♀ De filijs Azgad, Iohanan filius Ecce- 12
tan. & cum eo centum & decem viri. ♀ De filijs Adoni- 13
cam, qui erant nouiſsimi, & hæc nomina eorū, Eliphelet,
& Iehiel, & Samaias: & cum eis ſexaginta viri. ♀ De fi- 14
lijs Begui, Vthai, & Zachur: & cum eis ſeptuaginta viri.
♀ Congregaui autem eos ad fluuium qui decurrit ad 15
Ahaua, & manſimus ibi tribus diebus: quæſiuique in po-
pulo, & in ſacerdotibus de filijs Leui, & non inueni ibi.
C ♀ Itaq; miſi Eliezer, & Ariel, & Semeiam, & Elnathan, & 16
Iarib, & alterum Elnathan, & Nathan, & Zachariam, &
Moſollam principes: & Ioiarib, & Elnathan ſapientes.
♀ Et miſi eos ad Eddo, qui eſt primus in Chaſphiæ loco: & 17
poſui in ore eorum verba quæ loquerentur ad Eddo, &
fratres eius Nathinæos in loco Chaſphiæ, vt adduce-
rent nobis miniſtros domus Dei noſtri. ♀ Et adduxerunt 18

*Hi autem ſunt 1 præcipui patres eorum, 2 & qui genealogiam ſuam indicarunt, qui aſcenderunt mecum, 3 in regno Artaxerſis regis, de Babylone: Ex filijs Pinhas, Gerſom: de filijs Ithamar, Daniel: de filijs Dauidis, Hattus. De filijs Sechaniæ, 4 de filijs Pharos, Zacharias, & cum eo 5 qui recenſiti ſunt, virorum centum quinquaginta. De filijs 6 Ducis Moab, Eliehoenai filius Zerahiæ, & cum eo viri ducenti. De filijs Sechaniæ, filius 7 Iaheſiel, & cum eo trecenti viri. De filijs Adin, Ebed filius Ionathan, & cum eo quinquaginta viri. De filijs Elam, Eſaias filius Athaliæ, & cum eo ſeptuaginta viri. De filijs Sephatiæ, Sabadias filius Michaelis, & cum eo octoginta viri. De filijs Ioab, Obadias filius Iehiel, & cum eo ducenti decem & octo viri. De filijs Selomith, filius Ioſiphia, & cum eo centum & ſexaginta viri. De filijs Bebai, Zacharias filius Bebai, & cum eo vigintiocto viri. De filijs Aſgad, Iohanan filius Haxatan, & cum eo centum & decem viri. De filijs Adonixam, qui erant 8 nouiſsimi, quorum nomina hæc ſunt, Eliphelet, Iehiel & Semeia, cumque eis viri ſexaginta: De filijs Biguai, Vthai, & Sabud, & cum eo ſeptuaginta viri. Congregaui autem eos ad fluuium 9 qui venit ad Ahaua, manſimuſque illic tribus diebus. quumque conſiderarem populum atque ſacerdotes, 11 de filijs Leui nullum ibi reperi. 12 Miſi igitur ad Elieſer, Arielē, Semeiā, Elnathā, Iarib, Elnathā, Nathā, & ad Sachariā & Meſullā primores, deinde & ad Ioiarib, & Elnathā prudētes. Et dedi eis mandatū ad Iddo 13 primorē in loco Caſpio. 14 poſuique in os eorum verba quæ loquerentur ad Iddo, [& ad] 15 fratres eius Nethinæos in loco Caſpio, vt adducerent ad nos miniſtros ædis Dei noſtri. Et adduxerunt*

nobis (16 vt manus Dei noſtri bona erat ſuper nos) virum 17 intelligentem de 18 filijs Mahali, filij Leui, filij Iſraelis, & Serebiam, filios eius atque fratres eius decem & octo, Sed & Haſabiam, & cum eo Eſaiam de filijs Merari, fratres eius & filios eorum viginti. Et de Nethinæis, quos inſtituerat Dauid & principes, vt miniſtrarent Leuitis, Nethinæos ducentos viginti, qui omnes 19 expreſſi erant nominibus. Indixi quoque illic ieiunium ad fluuium Ahaua, vt 20 affligeremus nos coram Deo noſtro, & 21 inquireremus ab eo viam rectam, nobis, pubi noſtræ, & 22 omnibus rebus noſtris. Pudait enim me poſtulare à rege exercitum & equites, qui tutarentur nos ab hoſtibus in itinere. nam ſic dixeramus regi, 23 Manus Dei noſtri eſt ſuper omnes qui quærunt eum 24 in ſimplicitate: potentia verò & furor eius contra omnes qui derelinquunt eum. Ieiunauimus itaque, & 25 inquiſiuimus à Deo noſtro hac de re, & 26 exaudiuit nos. Tum ſeparaui 27 de principibus ſacerdotum duodecim, Serebiam, Haſabiam, & decem cum eis de fratribus eorum: 28 Appendique eis 29 argentum, & aurum, 30 & vaſa thruma ædis Dei noſtri, 31 quæ ſeparatim contribuerunt rex, conſiliarij eius, & principes eius, vniuerſuſque Iſrael, 32 qui tum inuenti erant: 33 Et appendi in manum eorum argenti talenta ſexcenta & quinquaginta, vaſorum argenteorum 34 centum talenta, auri centū talenta. 35 pelues aureas viginti, 36 habentes ſolidos millenos, & vaſa 37 ænea auricoloria elegātia duo, expetibilia vt aurum. Dixiq; ad eos, Vos eſtis 38 conſecrati Domino: 39 & vaſa quoque ſanctificata ſunt, aurum & argentum iſtud 40 ſponte data ſunt Domino Deo patrū veſtrorum. 41 Vigilate & cuſtodite, quouſque 42 appenderitis corā præcipuis ſacerdotibus, Leuitis, & 43 præcipuis patribus Iſraelis in Ieruſalem, in 44 gaZophylacijs ædis Domini. Acceperūt itaque ſacerdotes illi & 45 Leuitæ pondus argenti & auri, 46 atq; vaſa, vt 47 ferrent Ieroſolyma in ædem Dei noſtri. Profecti autem ſumus de flumine Ahaua, duodecima menſis primi, vt iremus Ieroſolyma: 48 manuſque Dei noſtri fuit ſuper nos, & eripuit nos de manu hoſtium & inſidiatorū in itinere. Quumque veniſſemus Ieroſolyma, manſimus ibi tribus diebus: Die verò quarto 49 appenſum eſt argentum & aurū, atque vaſa illa in æde Dei noſtri per manum Meremoth filij Vriæ ſacerdotis: eratque cum eo Eleaſarus filius Pinhas: atque cum illis [erant] Ioſabad filius Ieſuæ, & Noadia filius Binnui Leuitæ. 50 Iuxta numerum & pondus omnium ſcriptum eſt vniuerſum illud pondus eodem tempore. Porrò hi qui de captiuitate 51 redierant, obtulerunt holocauſta Deo Iſraelis, iuuencos duodecim pro vniuerſo Iſraele, arietes nonagintaſex, oues ſeptuagintaſeptem, hircos pro peccato, duodecim, 52 omnia in holocauſtum Domini. Dederunt autem edicta regis ſatrapis 53 regis atque præfectis, qui erant trans 54 fluuium, qui 55 ſuſceperunt populum & domum Dei.

nobis per manum Dei noſtri bonam ſuper nos, virum do-
ctiſsimum de filijs Moholi filij Leui, filij Iſrael, & Sara-
19 biam & filios eius, & fratres eius decem & octo: ¶ &
Haſabiam, & cum eo Iſaiam de filijs Merari, fratreſque D
20 eius, & filios eius viginti. ¶ Et de Nathinæis quos dede-
rat Dauid, & principes ad miniſteria Leuitarum, Nathi-
næos ducentos viginti. omnes hi ſuis nominibus voca-
21 bantur. ¶ Et prædicaui ibi ieiunium iuxta fluuium Aha-
ua, vt affligeremur coram Domino Deo noſtro, & pe-
teremus ab eo viam rectam nobis & filijs noſtris, vniuer-
22 ſæque ſubſtantiæ noſtræ. ¶ Erubui enim petere regem
auxilium & equites, qui defenderent nos ab inimico in
via. quia dixeramus regi, Manus Dei noſtri eſt ſuper
omnes qui quærunt eum in bonitate: & imperium eius &
fortitudo eius, & furor ſuper omnes qui derelinquunt E
23 eum. ¶ Ieiunauimus autem, & rogauimus Deum no-
24 ſtrum pro hoc, & euenit nobis proſpere. ¶ Et ſeparaui
de principibus ſacerdotum duodecim, Sarabiam, & Ha-
25 ſabiam, & cum eis de fratribus eorum decem: ¶ Appen-
dique eis argentum & aurum, & vaſa conſecrata domus
Dei noſtri, quæ obtulerat rex & conſiliatores eius, &
principes eius, vniuerſuſque Iſrael eorum qui inuenti
26 fuerant: ¶ & appendi in manibus eorum argenti ta-
lenta ſexcenta quinquaginta, & vaſa argentea centū, auri
27 centum talenta: ¶ & crateres aureos viginti, qui ha-
bebant ſolidos millenos: & vaſa æris fulgentis optimi F
28 duo, pulchra vt aurum. ¶ Et dixi eis, Vos ſancti Do-
mini, & vaſa ſancta, & argentum & aurum quod ſponte
29 oblatum eſt Domino Deo patrum nostrorum: ¶ Vi-
gilate & cuſtodite, donec appendatis coram principibus
ſacerdotum, & Leuitarum, & ducibus familiarum Iſrael
30 in Ieruſalem, in thesaurum domus Domini. ¶ Suſce-
perunt autem ſacerdotes & Leuitæ pondus argēti, & auri,
& vaſorum, vt deferrent Ieruſalem in domum Dei noſtri.
31 ¶ Promouimus ergo à flumine Ahaua, duodecimo die
menſis primi, vt pergeremus Ieruſalem: & manus Dei
noſtri fuit ſuper nos, & liberauit nos de manu inimici &
32 inſidiatoris in via. ¶ Et venimus Ieruſalem, & manſi-
33 mus ibi tribus diebus: ¶ Die autem quarta appenſum eſt G
argentum, & aurum, & vaſa in domo Dei noſtri per ma-
num Meremoth filij Vriæ ſacerdotis: & cum eo Eleazar
filius Phinees: cumq; eis Iozabed filius Ioſue, & Noadaia
34 filius Bennoi Leuitæ. ¶ Iuxta numerum & pondus om-
nium, deſcriptumq; eſt omne pondus in tempore illo.
35 ¶ Sed & qui venerant de captiuitate filij tranſmigratio-
nis, obtulerunt holocautomata Deo Iſrael, vitulos duode-
cim pro omni populo Iſrael, arietes nonagintaſex, agnos
ſeptuagintaſeptem, hircos pro peccato, duodecim. omnia
36 in holocauſtum Domino. ¶ Dederunt autem edicta re-
gis ſatrapis qui erant de conſpectu regis & ducibus trans
flumen, & eleuauerunt populum & domum Dei.

Nathinæi.

Prædicato ieiunio orant à Deo viam ſuā dirigi.

vestrorum:

theſauris

Deus dux itineris Eſdræ.

deſcriptū eſt

## SCHOLIA IN CAP. VIII.

1 Hebraiſmus, principes patrum, id eſt, principes familiarum. 2 & (hæc eſt) genealogia illorum. 3 id eſt, regnante Artaxerxe. 4 ſubaudi, qui erat. 5 Hebraiſmus, genealogia maſculorum, &c. id eſt, qui dux erat, & ſecum ducebat turmam 150. virorum inſignium & egregiorum. 6 Pahath-moab. 7 Subticet nomen proprium illius. 8 id eſt, qui poſtremo loco ſequuti ſunt Eſdram. 9 id eſt, incurrit, influit, & exoneratur in Ahaua. 11 ſubaudi, qui non erant ſacerdotes. 12 vel, Miſi igitur Eliezer, Arielem. &c. 13 Hebraiſmus, caput (ſiue, principem) in Chaſiphiah loco, id eſt, qui præerat loco illi fortiſsimo & munitiſsimo, & fortaſſe inexpugnabili. 14 id eſt, dictaui illis quę loquerentur. Ponere aliquid in ore alicuius, pro Admonere aliquē eorum quæ dicturus ſit. 15 fratrem eius Nethinim in Chaſiphiah. 16 Hebraiſmus ſecundum manum Dei noſtri bonam, &c. id eſt, pro fauore Dei noſtri erga nos. quo nos proſequebatur. 17 Hebraiſmus, intellectus, id eſt, ſapientiſsimum ac prudentiſsimum. 18 id eſt, nepotibus qui priores redierunt è Babylone. 19 deſignati, ſiue expoſiti. 20 id eſt, hac ratione teſtaremur nos peccatores eſſe, & peccaſſe in Dominum. 21 vt quæreremus, &c. id eſt, & peteremus ab eo vt oſtenderet nobis viam rectā. 22 vel, vniuerſæ ſubſtantiæ noſtræ. 23 quaſi dicat, ſolet Deus noſter tueri ac protegere quotquot requirunt eum: & oſtendere fortitudinem ſuam, & furorem ſuum contra omnes qui deficiunt ab ipſo. 24 Hebraiſmus, in bonum. vel, in bonitate. 25 id eſt, fecimus petitionem noſtram ad Deum noſtrum vt oſtenderet nobis viam rectam. 26 vel, placatus (vel, exoratus) eſt nobis. 27 id eſt, ex ijs qui inter ſacerdotes primas tenebant. 28 id eſt, Appenſum tradidi. Tradidi in pondere. 29 Intellige, tam rude quàm ſignatum. 30 & vaſa illa oblationem, &c. id eſt, quæ mihi concredita fuerant, appoſitiue oblationē domus ſiue tēpli, &c. 31 quā obtulerunt. 32 id eſt, qui erāt, ſubaudi, in Babylone. 33 Appēdi inquā. 34 Quidā Hebręorū ſic exponūt, vt vaſa argētea fuerint centū, & vas vnūquodq; appēderet vnū talentū. q.d. vaſa argētea centū, totidē talentorū. Alij dicūt omnia ſimul vaſa argentea appendiſſe centum talenta, &c. 35 vel, & cochlearia aurea. 36 drachmarum mille. 37 Hebraiſmus, æris fulgentis boni, id eſt, æris fului, coloris auri pretioſi & probati. 38 Heb. ſanctitas Domini, & vaſa illa ſanctitas, 39 Heb. i. ſunt dicata ac conſecrata Domino. q.d. Par eſt ergo vt rem cōſecratam Deo curetis deferendam in templum ſuum. 40 vel, liberaliter 41 q.d. Ego committo illa fidei veſtræ. 42. i. in pondere tribueritis ac reddideritis & depoſueritis. 43 Heb. principibus familiarum 44 vel, exhedris 45 qui ſcilicet adiuncti erant illis ſacerdotibus. 46 vel, atque vaſorum. 47 vel, deferenda curarent 48. i. gratia, fauor, auxilium. q.d. Deus noſter auxiliatus eſt nobis. 49 id eſt, in pondere redditum 50 In numero & pondere per omnia, & deſcriptum fuit 51 ſub. Babylonica cum Eſdra. Hebraice, venientes de captiuitate filij tranſmigrationis. Filios tranſmigrationis vocat eos qui tranſmigrauerant in Babylonem, vnde poſtea vnà cum Eſdra reuerſi erant. 52 ſubaudi, illa obtulerunt. 53 id eſt, eius. 54 ſub. Euphraten. 55 exaltauerunt. i. ſatrapæ regis & duces illi fauerunt quàm maxime populo & templo Dei ſui ſingulari fauore proſequuti ſunt.



## CAP. IX.

AEgrè fert Eſdras quod populus Iſraeliticus cōnubia inierit cum Gentibus. 3. eſd. 8. e.

POſtquam autem hæc completa ſunt, acceſſerunt ad 1
me principes, dicentes, Non eſt ſeparatus populus
Iſrael & ſacerdotes & Leuitæ, à populis terrarum,
& de abominationibus eorum, Chananæi videlicet, &
Hethæi, & Pherezæi, & Iebuſæi, & Ammonitarum, &
Moabitarum, & AEgyptiorum, & Amorrhæorum. ¶ tu- 2
lerunt enim de filiabus eorum ſibi, & filijs ſuis: & commi-
ſcuerunt ſemen ſanctum cum populis terrarum. Manus
etiam principum & magiſtratuum fuit in tranſgreſsione
hac, prima. ¶ Cumque audiſſem ſermonem iſtum, ſcidi 3
pallium meum & tunicam, & euelli capillos capitis mei
& barbæ, & ſedi mœrens. ¶ Conuenerunt autem ad me 4
omnes qui timebant verbū Dei Iſrael, pro tranſgreſsione
B eorum qui de captiuitate venerant: & ego ſedebam tri-
ſtis, vſque ad ſacrificium veſpertinum. ¶ Et in ſacrificio 5
veſpertino ſurrexi de afflictione mea, & ſciſſo pallio &
tunica, curuaui genua mea, & expandi manus meas ad
Dominum Deum meum, ¶ Et dixi, Deus meus confun- 6
dor & erubeſco leuare faciem meam ad te: quoniam ini-
quitates noſtræ multiplicatæ ſunt ſuper caput noſtrum,
& delicta noſtra creuerunt vſque ad cælum, ¶ A die- 7
bus patrum noſtrorum. ſed & nos ipſi peccauimus gra-
uiter vſque ad diem hanc, & in iniquitatibus noſtris tra-
diti ſumus ipſi & reges noſtri & ſacerdotes noſtri in ma-
num regum terrarum, & in gladium, & in captiuitatem,
& in rapinam, & in confuſionem vultus, ſicut & die hac.
¶ Et nunc quaſi parum & ad momentum facta eſt de- 8
C precatio noſtra apud Dominum Deum noſtrum, vt di-
mitterentur nobis reliquiæ, & daretur nobis pax illius in
loco ſancto eius, & illuminaret oculos noſtros Deus no-
ſter: & daret nobis vitam modicam in ſeruitutem no-
ſtram: ¶ Quia ſerui ſumus, & in ſeruitute noſtra non 9
dereliquit nos Deus noſter: & inclinauit ſuper nos mi-
ſericordiam coram rege Perſarum, vt daret nobis vitam,
& ſublimaret domum Dei noſtri, & extrueret ſolitudi-
nes eius, & daret nobis ſpem in Iuda & Ieruſalem. ¶ Et 10
nunc quid dicemus Domine Deus noſter poſt hęc? Quia
dereliquimus mandata tua, ¶ Quæ præcepiſti in manu 11
ſeruorum tuorum prophetarum, dicens, Terra ad quam
vos ingredimini vt poſsideatis eam, terra immunda eſt
iuxta immunditiam populorum, cæterarumque terra-
rum, abominationibus eorum qui repleuerunt eam ab
ore vſque ad os in coinquinatione ſua. ¶ Nunc ergo 12
D filias veſtras ne detis filijs eorum, & filias eorum ne
accipiatis filijs veſtris: & non quæratis pacem eorum,
& proſperitatem eorum vſque in æternum: vt confor-
temini, & comedatis quæ bona ſunt terræ, & hæredes
habeatis filios veſtros vſque in ſeculum. ¶ Et poſt om- 13
nia quæ venerunt ſuper nos in operibus noſtris peſsi-
mis, & in delicto noſtro magno, quia tu Deus noſter li-
beraſti nos de iniquitate noſtra, & dediſti nobis ſalutem
ſicut eſt hodie, ¶ vt non conuerteremur, & irrita face- 14
remus mandata tua, neque matrimonia iungeremus cum
populis abominationum iſtarum: Nunquid iratus es
nobis vſque ad conſummationem, ne dimitteres nobis
reliquias ad ſalutem? ¶ Domine Deus Iſrael iuſtus es 15
tu: quoniam derelicti ſumus, qui ſaluaremur ſicut die hac.
Ecce coram te ſumus in delicto noſtro. non enim ſtari
poteſt coram te ſuper hoc.

Oratio Eſdræ confitentis peccata ſua & populi.

pro

ad

paxillus

in ſeruitute noſtra:

ſepem

Deut. 7. a.

## CAP. IX.

QVum hæc eſſent abſoluta, acceſſerunt ad me principes, dicentes, 1 Populus Iſrael, ſacerdotes & Leuitæ nō ſunt ſeparati a populis 2 nationū, 3 [quin] iuxta earum abominationes [fecerunt,] nempe Chananæorum, Hithæorum, PherZæorum, Iebuſæorum, Ammonitarum, Moabitarum, AEgyptiorum, & Amorrhæorum. Duxerunt enim ſibi & filijs ſuis de filiabus eorum: & commixtum eſt ſemen ſanctum cum populis 4 nationum, & 5 manus quidem principum & magiſtratuum prima fuit in hac præuaricatione. Quum verò audiſſem hāc rem, diſcidi veſtem meam, & chlamydem meā, euulſi 6 crines capitis mei atque barbæ meæ, ſediq; 7 deſolatus: Congregati ſunt itaque ad me omnes qui formidarūt ad verba Dei Iſraelis, ob tranſgreſſionem 8 eorum qui captiui fuerant, ſediq; ego 9 deſolatus 10 vſque ad ſacrificium veſpertinum. Et 11 in ſacrificio veſpertino ſurrexi ab afflictione mea, 12 cum ſciſſura veſtis meæ atque pallij mei, flexi genua mea, expandiq; manus meas ad Dominum Deum meū, Et dixi, Mi Deus, pudore ſuffundor, & erubeſco faciem meam attollere ad te Deus meus: quoniam iniquitates noſtræ caput noſtrum tranſcendunt, & delictum noſtrum increuit 13 ad cælos vſque, 14 A diebus patrum noſtrorum ſumus in magna culpa in hunc vſque diē: & in iniquitatibus noſtris traditi ſumus nos, reges noſtri & ſacerdotes noſtri in poteſtatem regum nationum, in gladium, in captiuitatem, in 15 deſpectionem, & vt pudefieremus facie, vt hæc dies [teſtatur.] 16 Et nunc quidem 17 non adeo pridem ſubita miſeratione dignatus eſt nos Dominus Deus noſter, 18 vt reliquas faceret nobis reliquias quaſdam: & vt daret nobis 19 clauum 20 in loco ſuo ſancto: vt illuminaret oculos 21 noſtros Deus noſter: vtq; daret nobis vel 22 modicā reſpirationem in ſeruitute noſtra, Serui enim ſumus nos, & in ſeruitute noſtra non deſeruit nos Deus noſter: ſed inclinauit ſuper nos 23 beneficentiam in cōſpectu regum Perſarum, vt daret nobis 24 viuificationem ad erigendum ædem Dei noſtri, & ad inſtaurandum 25 vaſtitates eius: & vt daret nobis 26 murum in Iehuda & Ieruſalem. Quid verò nunc poſt hæc dicemus Deus noſter? 27 Quandoquidem deſeruimus mandata tua, Quæ mandaſti 28 per manum ſeruorum tuorum prophetarū, dicens, Terra quam vos ingredimini vt eam poſſideatis, terra eſt immunda, propter impuritatem populorum regionum: propter abominationes inquam eorū, 29 quibus impuritatibus ſuis eam impleuerunt ad ſummum vſque: ne ergo elocetis filias veſtras filijs eorum, neque filias eorum nuptui tradatis filijs veſtris: 30 neque quæratis pacem eorū, aut bonum eorum perpetuò: vt 31 roboremini, & comedatis bonum terræ: vtque illam hæreditate capiatis filijs veſtris in æternum. Poſteaquam verò omnia illa ſuper nos venerunt propter opera noſtra mala, & propter ingentia delicta noſtra, (32 tu tamen ô Deus noſter pepercisti, ne [nos] deprimeres ob iniquitates noſtras: quin dediſti nobis 33 reliquias, quemadmodum hoc [declarat,]) 34 Num ergo relabi nos [conueniebat] vt irrita faceremus præcepta tua, & affinitatem contraheremus cum populis abominationum illarum? Annon [merito] 35 iraſcēris contra nos, donec [nos] conſumas, ita vt neque reliquiæ [ſuperſint,] nec qui euadant? Domine Deus Iſraelis, tu iuſtus es, 36 quoniam relictæ ſunt nobis reliquiæ quædam, id quod hodierna dies [declarat,] ecce nos ſumus coram te 37 in delictis noſtris, 38 & ob id nē conſiſtere quidem poterimus in conſpectu tuo.

## SCHOLIA IN CAP. IX.

1 Intellige plebem & vulgum. 2 id eſt, aliarũ regionum ac prouinciarum, hoc eſt, Chananæorum & infidelium. 3 Heb. in abominationibus eorum, id eſt, opera eorum mala ſimilia ſunt operibus Chananæorum. eadem faciunt quæ facere ſolebant Chananæi, &c. 4 id eſt, terrarum infidelium. Mulieres illæ alliciebant & pertrahebant viros ſuos ad cultum deorum alienorũ. 5 id eſt, principes quidem & magiſtratus, omnium primi cœperunt hoc facto tranſgredi legem Dei, & præuaricari in eam. 6 de pilis, id eſt, partem pilorum 7 vel, ſtupens. aut, attonitus. ſub. præ admiratione. q. d. ſciſsione veſtimentorum meorum &c. volui oſtendere ac teſtari dolorem cordis mei, & zelum quem habebam ob trangreſsionem legis Dei. 8 Hebraiſ. tranſmigrationis, id eſt, eorum qui tranſmigrauerant in Babylonem, vnde tamen poſtea redierant duce Zorobabele 9 ſtupens. vel, attonitus 10 id eſt, vſque ad tempus quo offerri ſolet ſacrificium veſpertinum. 11 id eſt, tempore ſacrificij veſpertini. 12 cumque ſcidiſſem veſtem meam & tunicam meam, 13 id eſt, adeo creuerunt vt pertingant cælum ipſum. 14 q. d. Non ſolum hoc tempore cœpimus peccare in Deum &c. 15 rapinam, 16 q. d. Cum magna & multa eſſent peccata noſtra. 17 Heb. iuxta paruum (vel modicum) momentũ, facta eſt ſuper nos miſericordia à Domino Deo noſtro, id eſt, ſubito ac repente miſertus eſt Dominus Deus noſter &c. 18 Hebr. vt relinqueret nobis (homines) euaſionis, id eſt, vt ex nobis aliquot euaderent, ſeruarentur ac liberarentur: 19 vel, paxillum, id eſt, ſedes certas, fixas, ſtabiles, ac permanentes. ſolent enim qui certas & quietas ſedes incolunt, paxillos in parietibus figere & ex illis dependere veſtes & cætera huiuſmodi. 20 id eſt, in Iudæa, vel Ieruſalem, aut templo, 21 id eſt, animi noſtri ac mentis noſtræ: hoc eſt. vt oſtenderet nobis iuſtitiam ſuam ac miſericordiam, & ita agnoſceremus peccata noſtra, ac tandem reſipiſceremus. 22 Heb. modicum vitæ, id eſt, reſpirationis, refrigerij, & ſolatij. 23 miſericordiam 24 vel, vitam, id eſt, vt ſineret nos viuere, & aliquantulum reſpirare: vt in hac vita noſtra (ſiue) nobis viuentibus, extrueretur ac erigeretur templum &c. 25 vel ruinas 26 ſepem, id eſt, vt tuti incoleremus Iudæam & Ieruſalem citra iniuriam hoſtium. ſolent enim ſepes arcere feras ab agris. 27 vel, Quum dereliquerimus 28 q. d. non potuimus ignorare. 29 Hebr. quibus repleuerũt eam ab ore vſq; ad os iniquitate ſua. Metaphora à vaſe quod plenum eſt ad labra vſque. 30 id eſt, ne curetis ſalutem. 31 id eſt, fortiores illis ſitis. vt fortiores facti, poſsitis illis reſiſtere. 32 Parentheſis eſt, (quia tu Deus noſter prohibuiſti ne eſſemus deorſum ob &c. i. cohibuiſti iram tuam: hoc eſt, non puniuiſti nos pró ratione peccatorum noſtrorum. 33 Heb. euaſionem ſecundũ hoc, id eſt, talem, hoc eſt qualis nunc apparet, Finis eſt parentheſis. 34 Heb. Nunquid conuertemur ad diſsipandũ. vel, Reuertemurne vt diſsipemus. Iungitur verbis præcedentibus, Poſteaquam &c. 35 ſub. ſi hæc fecerimus. 36 Hebr. quum reſidui ſumus euaſio. vel, euaſionis. ſub. (filij) ſecũdum diem hanc. q. d. multi quidem ex nobis perierunt, idque iuſto Dei iudicio: aliquot tamen ſeruati ſunt magna ipſius Dei noſtri miſericordia, vt hodie apparet. 37 id eſt, peccatores. 38 Heb. nõ enim eſt ſtare corã te cõtra hoc. i. nõ licet nobis conſiſtere in conſpectu tuo contra hoc. q. d. nõ ſunt in nobis vires, ſiue bona opera, vt poſsimus reſiſtere tibi, & quibus tegere poſsimus hanc noſtram tranſgreſsionem ac præuaricationem.

## CAP. X.

*QVum ergo Eſras oraret, fleſq; 1 confiteretur, 2 & proſtratus iaceret ante ædem Dei, congregati ſunt ad eum ex Iſraelitis cœtus valde magnus virorum, mulierum & puerorum: quoniam populus 3 fleuit magno fletu. 4 Reſpondens autem Sechanias filius Iehiel de 5 filijs Elam, dixit ad Eſram, Nos præuaricati ſumus contra Deum noſtrum, quòd 6 collocauimus [nobis] vxores exteras de populis terræ: at 7 ſpes eſt Iſraeli, quòd ad hanc rem attinet. 8 feriemus [enim] iam fœdus cum Deo noſtro, & 9 eijciemus cunctas 10 vxores, 11 cumq; ipſis & prolem iuxta conſilium Domini, & eorum qui trement ad præcepta Dei noſtri, fiatq; iuxta legem. 12 Surge, quoniam hoc negotium 13 tibi [incumbit,] noſq; tibi 14 aderimus, 15 fortis ergo ſis, & [rem] aggredere. Surrexit itaque Eſras, & 16 ſacramento adegit principes, 17 ſacerdotes, Leuitas & vniuerſum Iſraelem, 18 vt agerent iuxta hoc verbum: & iurarunt. Surrexit itaque Eſras 19 ante ædem Dei, & ingreſſus eſt in cameram Iehohanan filij Eliaſib: quumq; illuc eſſet ingreſſus, nec panem comedit, nec aquam bibit, 20 quòd mæſtus eſſet ob tranſgreſsionem eorum qui è captiuitate redierant. Proclamarunt autem 21 voce per Iehudam & Ieruſalem, 22 vt congregarentur Ieroſolymis cuncti qui abducti fuerant: Quicunque verò non veniret intra triduum, iuxta conſilium principum atque ſeniorum, 23 publicaretur vniuerſa ſubſtantia eius, ipſeq; ſepararetur à cœtu eorum qui è captiuitate redierunt. Congregati ſunt itaque omnes viri Iehuda & Beniamin Ieroſolymis intra tres illos dies, menſe nono, viceſima menſis: ſederuntq; vniuerſus populus in platea domus Dei, trementes hac de re, & propter 24 pluuias. Surgens autem Eſras ſacerdos, dixit ad eos, Vos præuaricati eſtis, 25 collocaſtiſq; [vobis] vxores exteras, vt 26 adijceretis delicto Iſraelis. Nunc igitur date laudem Domino Deo patrum veſtrorum, & facite voluntatem eius, & ſeparemini à populis terræ, atque ab vxoribus exteris. Reſponderunt autem cuncta multitudo, & dixerunt voce magna, 27 Omnino quemadmodum loquutus es ad nos, faciemus: At populus multus eſt, & tempus pluuium, nec poteſt [populus] ſtare in platea foris: ad hæc, opus hoc non eſt diei vnius aut duorum. 28 nam hac re multum peccauimus. 29 Præficiantur quæſo principes noſtri vice totius cœtus: & quicunque eſt in ciuitatibus noſtris, qui 30 collocauit vxores exteras, veniat is præfinitis temporibus,*

## CAP. X.

1 SIc ergo orante Eſdra, & implorante ᵃDeum, & flente, & iacente ante templum Dei, collectus eſt ad eum de Iſrael cœtus grandis nimis virorum & mulierum & puerorum: & fleuit populus fletu multo.
2 ℣ Et reſpondit Sechenias filius Iehiel de filijs AElam, & dixit Eſdræ, Nos præuaricati ſumus in Deum noſtrum, & duximus vxores alienigenas de populis ter-
3 ræ: & nunc ſi eſt pœnitentia in Iſrael ſuper hoc, ℣ percutiamus fœdus cum ᵇDomino Deo noſtro, vt proijciamus vniuerſas vxores, & eos qui de his nati ſunt, iuxta voluntatem Domini, & eorum qui ᵃtenent præ-
4 ceptum Domini Dei noſtri: ſecundum legem fiat. ℣ Surge, tuum eſt diſcernere, noſque erimus tecum: con-
5 fortare, & fac. ℣ Surrexit ergo Eſdras, & adiurauit principes ſacerdotum & Leuitarum, & omnem Iſrael,
6 vt facerent ſecundum verbum hoc: & iurauerunt. ℣ Et ſurrexit Eſdras ante domum Dei, & abijt ad cubiculum Iohanan filij Eliaſib, & ingreſſus eſt illuc: panem non comedit, & aquam non bibit: lugebat enim
7 tranſgreſsionem eorum qui venerant de captiuitate. ℣ Et B miſſa eſt vox in Iuda & in Ieruſalem omnibus filijs tranſ-
8 migrationis, vt congregarentur in Ieruſalem: ℣ Et omnis qui non venerit in tribus diebus iuxta conſilium principum & ſeniorum, auferetur vniuerſa ſubſtantia
9 eius, & ipſe abijcietur de cœtu tranſmigrationis. ℣ Conuenerunt igitur omnes viri Iuda & Beniamin in Ieruſalem tribus diebus, ipſe eſt menſis nonus, viceſima die menſis: & ſedit omnis populus in platea do-
10 mus Dei, trementes pro peccato & pluuijs. ℣ Et ſurrexit Eſdras ſacerdos, & dixit ad eos, Vos tranſgreſſi eſtis, & duxiſtis vxores alienigenas, vt adderetis ſu-
11 per delictum Iſrael. ℣ Et nunc date confeſsionem Domino Deo patrum veſtrorum, & facite placitum eius: & ſeparamini à populis terræ, & ab vxoribus alienige-
12 nis. ℣ Et reſpondit vniuerſa multitudo: dixitque voce
13 magna, Iuxta verbum tuum ad nos, ſic fiat. ℣ Veruntamen quia populus multus eſt, & tempus pluuiæ, & non ſuſtinemus ſtare foris, & opus non eſt diei vnius vel duorum (vehementer quippe peccauimus in
14 ſermone iſto) ℣ conſtituantur principes in vniuerſa multitudine: & omnes in ciuitatibus noſtris qui duxerunt vxores alienigenas, veniant in temporibus ſtatutis, C & cum

Populum peccati pœnitet, & vxores alienigenas à ſe abijcit. 3. Eſd. 8. g. ᵇeo,

ᵃtiment

3. Eſd. 9. e.

Confeſsiò Deo.



& cum his ſeniores per ciuitatem & ciuitatem, & iudices eius, donec auertatur ira Dei noſtri à nobis ſuper peccato
hoc. ℣ Igitur Ionathan filius Azahel, & Iaazia filius 15
Thecuæ ſteterunt ſuper hoc, & Meſollam & Sebethai
Leuites adiuuerunt eos: ℣ feceruntque ſic filij tranſmi- 16
grationis. Et abierunt Eſdras ſacerdos, & viri principes
familiarum in domos patrum ſuorum, & omnes per nomina ſua: & ſederunt in die primo menſis decimi, vt quæ-
rerent rem. ℣ Et conſummati ſunt omnes viri qui ᵃduxe- 17
runt vxores alienigenas, vſque ad diem primam menſis
primi. ℣ Et inuenti ſunt de filijs ſacerdotum, qui duxe- 18
rant vxores alienigenas. De filijs Ioſue filij Ioſedec, &
fratres eius, Maaſia & Eliezer, & Iarib & Godolia: ℣ Et 19
dederunt manus ſuas vt eijcerent vxores ſuas, & pro de-
licto ſuo arietem de ouibus offerrent. ℣ Et de filijs Em- 20
mer, Hanani & Zebedia. ℣ Et de filijs Harim, Maaſia 21
& Elia & Semeia, & Iehiel & Ozias. ℣ Et de filijs Pheſ- 22
hur, Elioenai, Maaſia, Iſmahel, Nathanael, Iozabed &
Elaſa. ℣ Et de filijs Leuitarum, Iozabed & Semei & Ce- 23
laia, (ipſe eſt Calita. Phathaia, Iuda & Eliezer.) ℣ Et de 24
D cantoribus, Eliaſib. Et de ianitoribus, Sellum & Telem &
Vri. ℣ Et ex Iſrael, de filijs Pharos, Remeia & Iezia & 25
Melchia & Miamin & Eliezer & Melchia & Banea. ℣ Et 26
de filijs AElam, Mathania, Zacharias & Iehiel & Abdi & 27
Ierimoth & Elia. ℣ Et de filijs Zethua, Elioenai, Eliaſib, 28
Mathania & Ierimuth & Zabad & Aziza. ℣ Et de filijs 29
Bebai, Iohanã, Hanania, Zabbai, Athalai. ℣ Et de filijs 30
Bani, Moſollam & Melluch & Adaia, Iaſub & Saal & 31
Ramoth. ℣ Et de filijs Phahath-moab, Edna & Cha- 32
lal, Bananias & Maaſias, Mathanias, Beſeleel, Bennui & 33
Manaſſe. ℣ Et de filijs Herem, Eliezer, Ieſue, Melchias, 34
Semeias, Simeõ, ℣ Beniamin, Maloch, Samarias. ℣ Et 35
de filijs Haſom, Mathanai, Mathatha, Zabad, Eliphelet, 36
Iermai, Manaſſe, Semei. ℣ De filijs Bani, Maadi, Am- 37
ram & Vel, ℣ Baneas & Badaias, Cheliau, ℣ Vania, 38
Marimuth & Eliaſib, ℣ Mathanias, Mathanai, & Iaſi, & 39
℣ Bani & Bennui, Semei ℣ & Salmias & Nathã & Adaias, 40
℣ & Mechnedebai, Siſai, Sarai, ℣ Ezrel, & Selemiau, 41
Semeria, ℣ Sellum, Amaria, Ioſeph. ℣ De filijs Nebo, 42
Iehiel, Mathathias, Zabad, Zabina, Ieddu, & Ioal, & Ba- 43
naia. ℣ Omnes hi acceperant vxores, alienigenas, & fue- 44
runt ex eis mulieres quæ pepererant filios.

ᵃduxerant

*ſuntq; cũ eis ſeniores cuiuſlibet ciuitatis atque iudices 31 eius; quouſque 32 auertant furorem iræ Dei noſtri à nobis, 33 quantum ad hoc negotium attinet. Præfecti ſunt autem huic negotio Ionathan filius Aſahelis, & Iahſia filius Thicua: quibus auxilio erant Meſullam & Sabbetai Leuites. Fecerunt ergo ſic qui è captiuitate redierãt, & ſeparati ſunt Eſras ſacerdos, & viri, 34 præcipui ſcilicet patres, 35 iuxta domos patrum ſuorum, quiſque 36 nomine [ſuo,] 37 ſederuntq; die prima menſis decimi, vt 38 inquirerent rem ipſam. Exequuti autem ſunt [negotiũ hoc] cum omnibus viris qui 30 collocauerant [ſibi] vxores exteras, 39 vſque ad diem primum menſis primi. Et deprehenſi ſunt de filijs ſacerdotum qui [ſibi] collocauerant vxores exteras. De filijs Ieſua filij Ioſedec, & 40 de fratribus eius, Maeſia & Elieſer: Iarib atque Gedalia. Et 41 dederunt manus ſuas vt eijcerent vxores ſuas, & 42 expiarent delictum ſuum ariete ouium. Et 43 de filijs Immer Honani & Sebadia. De filijs Harim, Maaſias & Elias, Semaias, Iehie & Vſias. De filijs Paſhur, Elioenai, Maeſia, Iſmael, Nethaneel, Ioſabad, Eleaſa. De Leuitis autem Ioſabad, Simei, Kelaia, (44 qui & Kelita) Petahia, Iehuda atque Elieſer: Et de cantoribus, Eliaſib. & de ianitoribus, Sallum & Tælem atque Vri. 45 Ex Iſraele. de filijs Pharhos, Ramia, Ieſia, Malkia, Miamin, Eleaſar, Malkia, atque Benaia. De filijs Elam, Mathania, Zacharias, Iehiel, Abdi, Ierimoth & Elias. De filijs Zatthu, Elioenai, Eliaſib, Mathanias, Ierimoth, Sabad, Aſiſa. Et de filijs Bebai, Iehohanan, Hanania, Sabai & Athlai. De filijs Bani, Meſullam, Malluch, Adaia, Iaſub, Seal & Ieramoth. De filijs 46 ducis Moab, Adna, & Chelal, Benaia, Maeſia, Mathania, BeZaleel, Binnui & Manaſſe. Filij verò Harim, Elieſer, Iiſia, Malkia, Semahia & Simeon, Beniamin, Malluch, & Semaria: De filijs Haſum, Mathenai, Mathatha, Sabad, Eliphelet, Ieremai, Manaſſe & Semei: De filijs Bani, Maedai, Amram, & Vel, Benaia, Bedia, & Chelubu, Vania, Meremoth, Eliaſib, Mathania, Mathenai & Iaeſai, Bani, Binnui, & Semei, Selemia, Nathan, & Adaia, Machnadbai, Saſai, & Sarai, Aſreel, Selemia & Semaria, Sallum, Amaria, & Ioſeph. De filijs Nebo, Iehiel, Mathatias, Sabad, Sebina, Iaddai, Ioel & Benaia. Omnes iſti duxerant vxores exteras, & 47 ex his quædam erant quæ liberos pepererant.*

## SCHOLIA IN CAP. X.

1 Vel, fateretur, ſubaudi, peccata ſua & populi. 2 vel, deprimens ſeſe. vel, demittens, ſubaudi, in terrã. 3 vel, flebat 4 Locutus autem 5 id eſt, nepotibus 6 vel, duximus 7 Hebr. nunc autem eſt ſpes Iſraeli ſuper hoc, id eſt, Nunc autem adhuc eſt ſpei aliquid Iſraeli conuertendi ſe ad Dominum, & reſipiſcendi. q. d. Nos quidem peccatores ſumus, at Deus noſter miſericors eſt. 8 Hebraiſmus, Et nunc (nunc ergo) feriamus 9 abijciamus. q. d. reſipiſcamus abijciendo 10 ſubaudi, alienigenas. 11 Hebraiſ. & natos ex eis, id eſt, liberos earum. 12 iacebat enim humi. 13 ad te pertinet, id eſt, tuum eſt id facere. 14 id eſt, feremus tibi opem. 15 q. d. Forti animo aggredere rem ipſam. His verbis vtuntur Hebræi ad exhortationem. 16 vel, adiurauit 17 ſacerdotum & Leuitarum 18 id eſt, vt ſic facerent. 19 Hebraiſmus, à conſpectu templi 20 vel, Mœrebat enim 21 ſubaudi, præconis, id eſt, Voce præconis ſignificarunt &c. 22 Hebraiſmus, omnibus filijs tranſmigrationis vt congregarent ſeſe in Ieruſalem. 23 perderetur 24 erat enim tunc tempus pluuioſum. 25 vel, duxiſtiſque 26 id eſt, vt delicta Iſrael auctiora ac maiora redderetis. 27 Hebr. Sic ſecundum verbum tuum, ſuper (ad) nos eſt vt faciamus, id eſt, ita vt dicis debemus ſiue tenemur facere. 28 Hebraiſmus, quia multiplicauimus tranſgredi in hac re, id eſt, quamplurimi ſumus qui tranſgreſsi ſumus præceptum Domini in hac re. 29 Hebr. Stent obſecro principes noſtri in vniuerſo cœtu, id eſt, præficiantur principes noſtri vniuerſo cœtui. 30 duxit 31 earũ, 32 potius, auerti faciamus 33 vſque ad hanc rem, id eſt, pœnitentiam noſtram. Quidam Hebræorum vertit hoc ordine, Adhuc ſtent principes noſtri in hac re, id eſt, cognoſcant de hoc negotio, donec &c. 34 Hebraiſmus, principes patrum, 35 id eſt, per familias ſuas, 36 per nomina (ſua). id eſt, nominatim 37 id eſt, cœperunt ſedere 38 id eſt, cognoſcerent de hoc negotio. 39 quaſi dicat, perſtiterunt in hoc negotio per tres menſes, nempe à prima die menſis decimi, vſque ad initium menſis primi. 40 fratrum eius, 41 id eſt, tunc eiecerunt vxores ſuas alienigenas &c. 42 Hebraiſmus, & delinquentes venerunt cum ariete pecorum pro delicto ſuo. vel, & (dederunt) qui deliquerant, arietem ouium (vel, gregis. i. captum è grege) in expiationẽ delicti, quod ſcilicet admiſerant in ducendis vxoribus alienigenis. 43 ſub. inuẽti ſunt 44. i. qui alio nomine dicitur kelita. 45. i. de plebe, ſiue plebeis 46 Heb. Pahahath-moab 47 Heb. & erãt ex eis (aliquot quibus erant) vxores (alienigenæ,) & (illæ) poſuerãt liberos. i. iam procreauerant liberos qui eiecti fuerũt vnà cũ matribus. Alij exponũt, & expoſuerũt filios ſuos. i. expoſuerant eos arbitrio ac volũtati iudicũ vt eijcerent eos aut retinerent.

# Liber Nehemiæ, qui & Eſdræ ſecundus dicitur.

## CAP. I. N.

VERBA Nehemiæ filij Hachaliæ. & factũ eſt in menſe 2 Kiſleu, 3 anno viceſimo, 4 fui ego in Suſan arce, 5 venitq; Hanani vnus ex 6 fratribus meis, ipſe 7 & viri de Iehuda, quos interrogaui de Iudæis 8 qui reliqui erant ex captiuitate, & de Ieruſalem. Dixerunt autem mihi, Qui reliqui ſunt 9 relicti de captiuis, ſunt ibi per prouinciam in afflictione magna, & in opprobrio: ad hæc, eſt murus Ieruſalem interruptus, & portæ eius exuſtæ igne. Et factum eſt quum hæc audiſſem, 10 ſedi 11 & fleui, & mœſtus [aliquot] diebus: ieiunaui, & oraui coram Deo cæli, & dixi, Obſecro Domine Deus cæli, 12 Deus magne, & terribilis, ſeruans fœderis & beneficentiæ his qui te diligunt, & mandata tua obſeruant, ſit quæſo auris tua attenta, & oculi tui aperti, vt audias orationem ſerui tui, quã ego oro coram te hodie, die noctuq; pro filijs Iſraelis ſeruis tuis, & confiteor peccata filiorum Iſraelis quæ peccauimus contra te, quin ego & domus patris mei 13 peccauimus. 14 Omnino diſſoluti ſumus tibi, neque cuſtodiuimus præcepta, ceremonias & iudicia quæ 15 præcepiſti Moſi ſeruo tuo. Memineris quæſo 16 verbi quod mandaſti Moyſi ſeruo tuo, dicens, Vos quum 17 perfide egetis, ego diſpergam vos inter Gentes: quòd ſi reuerſi fueritis ad me, & cuſtodieritis præcepta mea, feceritiſq; ea, etiamſi 18 propulſi fueritis vſque ad extremitatem cælorum, illinc congregabo eos, & adducam eos ad locum quem elegi, vt ibi collocem 19 nomen meum. Et illi quidem ſerui tui ſunt, & populus tuus, quem redemiſti virtute tua magna, & manu tua valida. Obſecro Domine, ſit quæſo auris tua intenta ad orationem ſerui tui, & ad precationem ſeruorum tuorum, qui cupiunt timere nomen tuum: & 20 proſpere age hodie quæſo, cum ſeruo tuo, & fac vt miſericordiam inueniat coram viro illo. equidem ego eram regi à poculis.

## CAP. I. V.

1 VERBA Nehemiæ filij Hechcliæ, &
factum eſt in menſe Caſleu, anno vi-
ceſimo, & ego eram in Suſis caſtro.
2 ¶ Et venit Hanani vnus de fratribus
meis, ipſe, & viri* Iuda: & Interrogaui
eos de Iudæis qui remanſerant, & ſu-
3 pererant de captiuitate, & Ieruſalem. ¶ Et dixerunt mi-
hi, Qui remanſerunt, & derelicti ſunt de captiuitate ibi
in prouincia, in afflictione magna ſunt, & in oppro-
brio: & murus Ieruſalem diſsipatus eſt, & portæ eius
4 combuſtæ ſunt igni. ¶ Cumque audiſſem verba huiuſ-
cemodi, ſedi, & fleui, & luxi diebus multis: & ieiunabam,
5 & orabam ante faciem Dei cæli. ¶ Et dixi, Quæſo Do-
mine Deus cæli fortis, magne atque terribilis, qui cuſto-
dis pactum, & miſericordiam cum his qui te diligunt, &
6 cuſtodiunt mandata tua, ¶ Fiant aures tuæ auſcultantes,
& oculi tui aperti, vt audias orationem ſerui tui, quam
ego oro coram te hodie, nocte & die pro filijs Iſrael ſer-
uis tuis: & confiteor pro peccatis filiorum Iſrael, quibus
peccauerũt tibi: & ego, & domus patris mei peccauimus,
7 ¶ vanitate ſeducti ſumus, & non cuſtodiuimus mãdatum
tuum, & ceremonias, & iudicia quæ præcepiſti Moyſi
8 famulo tuo. ¶ Memento verbi quod mandaſti Moyſi
ſeruo tuo, dicens, Cum transgreſsi fueritis, ego* diſperdam
9 vos in populos. ¶ & ſi reuertamini ad me, & cuſtodiatis
præcepta mea, & faciatis ea: etiam ſi abducti fueritis ad
extrema cæli, inde congregabo vos, & reducam in locum
10 quem elegi, vt habitaret nomen meum ibi. ¶ Et ipſi ſer-
ui tui, & populus tuus, quos redemiſti in fortitudine tua
11 magna, & in manu tua valida. ¶ Obſecro Domine, ſit au-
ris tua attendens ad orationem ſerui tui, & ad orationem
ſeruorum tuorum, qui volunt timere nomen tuum: & di-
rige ſeruum tuum hodie: & da ei miſericordiam ante virũ
hunc. ego enim eram pincerna regis.

Nehemias pincerna regis Artaxerxis, pro populo afflicto qui de Ieruſalem ſupererat, Deum orat.

*ex

B

Ieiunium & oratio.

Daniel. 9. a.

Promiſsio cuſtodientibus præcepta.

C

*diſpergam

D

Reuertentium ad ſe, & peccata agnoſcentiũ, miſeretur Deus.

### SCHOLIA IN CAP. I.

1 Id eſt, Sequũtur ſermones vel geſta 2 is eſt mẽſis nonus, Nouember. 3 ſubaudi, regni Artaxerxis. Hebræi dicunt fuiſſe Darium. 4 eram, id eſt, quum eſſem in Suſis regia, vel palatio. 5 ſub. in Suſan 6 id eſt, ſocijs, ſiue ſodalibus, Iudæis. 7 ſubaudi, aliquot. q.d. vnà cum aliquot comitibus. Venit inquam è Iudæa, refertur ad initium verſus. 8 Heb. euaſionis, qui remanſerant de captiuitate, (ſub. Babylonica,) & de Ieruſalem, id eſt, de rebus ac ſtatu Iudæorum qui euaſerant & ſalui redierant in Terram ſanctã, & de ſtatu vrbis Ieruſalem. 9 qui remanſerunt de captiuitate ibi in ipſa prouincia, ſunt in malo magno. Prouinciam Iudæam dicit. 10 ſub. humi, vel in cinere, more lugentium. 11 id eſt, deploraui miſeriam ac calamitatem fratrum. 12 vel, fortis, magne 13 ſub. tibi. 14 Hebr. Perdendo perdidimus tibi. ſub. præcepta tua. nam qui peccant, videntur perdere ſiue corrumpere præcepta ac mandata. Tibi inquit, id eſt in dedecus tuum. Vertere potes, corrũpendo corrupimus. Hic pro peccare accipiendum eſt verbum Hebraicum, Peccando peccauimus &c. 15 id eſt, quæ tradidiſti ac præcepiſti nobis per Moſen &c. 16 vel, eius rei quam 17 transgredie-mini. ſub. præcepta mea. Hebraice legitur, transgrediemini, ego vero &c. q.d. vt veſtrum eſt, & vobis peculiare præuaricari in me, & transgredi præcepta mea: ita meum eſt, meaque intereſt vos punire & affligere. 18 Heb. fuerit expulſio veſtra in extremo cæli. Singulare pro plurali, Si fuerint expulſi veſtri. i. ſiqui à patria veſtra eiecti fuerint in regionem remotiſsimam, & quæ videatur contingere cælum ipſum. nam finitor, ſiue horizon noſtri hemiſpherij, videtur contingere eam regionem quam terminat. 19 id eſt, gloriam nominis mei. 20 ſucceſſum da proſperum hodie ſeruo tuo. & da eum in miſericordias coram viro iſto, ſubaudi, Artaxerxe, id eſt, fac vt eius miſereatur vir iſte. Finis eſt orationis: quæ quidem plena eſt pietatis, & ſanctæ eruditionis. Sequentia pertinent ad caput ſequens, Ego autem eram pincerna regis &c. id eſt, eram à poculis regijs.

## CAP. II.

CONtigit ergo in menſe Niſſan, viceſimo anno Artaxerſis regis, 1 vt vinum eſſet ante eum, egoq; leuato 2 vino præberẽ illud regi, neque fuerã [antea] triſtis coram eo. Tum dixit rex ad me, Cur triſtis eſt vultus tuus, quum non ægrotes? 3 non poteſt id fieri quin corde habeas quod doleat. ego verò vehementer 4 timui, Dixiq; ad regem, Rex viuat 5 in æternum: quur verò vultus meus triſtis non eſſet, quum vrbs 6 domus ſepulchrorum patrum meorum vaſtatæ ſint, portæ verò eius 7 igni exuſtæ? Tum ait rex ad me, Quid ergo tu 8 poſtulas? (ego [interim] orabam ad Deum cæli.) Reſpondi ego regi, Si placet regi, ſique ſeruus tuus gratiam nanciſcitur in conſpectu tuo, [peto] vt mittas me in Iudæam ad ciuitatem ſepulchrorum patrum meorum, vt illam ædificem. Dixit ergo rex ad me ſedente penes eum vxore, 9 Quantum temporis ſumet ſibi profectio tua? aut quando tandem redibis? placuit ergo regi, & dimiſit me, & conſtitui ei certum 10 tempus: Dixiq; regi, Si viſum fuerit regi, 11 dentur mihi literæ ad duces qui ſunt vltra fluuium, qui me tranſducant donec veniam in Iudæam. Deinde & 12 epiſtola ad Aſaph cuſtodem regij 13 ſaltus, vt det mihi ligna 14 pro tignis ad portas 15 palatij 16 quod eſt iuxta templum, & ad 17 muros ciuitatis, atque pro domo 18 ad quã venio. 19 dedit ergo rex mihi 20 iuxta manum Dei mei, quæ bona erat erga me. Quum autem venirem ad præfectos trans fluuium, dedi illis epiſtolas regis, 21 miſerat autem rex mecum imperatores exercitus & equites. Quumq; audiſſet Sanballat Horonites, & Tobias 22 ſeruus ille Ammonites, admodum diſplicuit eis, quòd veniſſet 23 homo 24 qui ſtuderet commodis Iſraelitarum. Veni ergo Ieroſolyma, & manſi illic tres dies: Surrexiq; noctu ego, & viri pauci mecum, nec vlli hominum indicaui quid Deus meus indidiſſet cordi meo vt facerem 25 Ieroſolymis: ne iumentum quidem mecum erat, niſi iumentum cui inſidebam. Egreſſus autem portam 26 vallis noctu 27 coram Fonte draconum, ad portam ſterquilinij, conſyderaui muros Ieruſalem qui rupti erant, & portas quæ igne erant conſumptæ: Tranſiui ad portam fontis atque 28 piſcinam regis, neque locus erat iumento ſubter me vt tranſiret. Aſcendi autem noctu per torrentem, & [rurſus] conſyderabam murum ipſum: reuerſuſq; veni per portam vallis, & 29 redij. Porrò magiſtratus 30 neſciebant quò ego abijſſem, aut quid 31 facerem: imò nec Iudæis, nec ſacerdotibus, nec nobilibus, nec magiſtratibus, nec reliquis 32 qui opus faciebant, hactenus indicaueram. Dixi ergo ad eos, Vos videtis calamitatẽ in qua ſumus, quomodo Ieruſalem vaſtata ſit, & portæ eius igni exuſtæ: adeſte igitur, & ædificemus murũ Ieruſalem, ne vltra ſimus probro. Indicaui præterea eis 33 manum Dei mei quòd hæc bona eſſet erga me, ſimiliter & verba regis quæ dixerat mihi. illi autem dixerunt, 34 Surgamus igitur, & ædificemus. roborauerunt q; manus ſuas 35 ad bonum. Audiens autem Sanballat Horonites, & Tobias ſeruus ille Ammonites, & Gæſem Arabs, ſubſannarunt nos, & illuſerunt nobis, dicentes, Quæ eſt hæc res quam vos facitis? annon aduerſus regem paratis defectionem? Ego verò reſpondens illis dixi ad eos, Deus cæli 36 dat nobis proſperum ſucceſſum, 37 & nos ſerui eius conſurgentes 38 ædificamus: vobis autem non eſt 39 pars, 40 neque ius, neque memoria in Ieruſalem.

## CAP. II.

1 FActum eſt autem in menſe Niſan, anno viceſimo
Artaxerxis regis, & vinum erat ante eum, & leuaui
vinum, & dedi regi: & eram quaſi languidus ante fa-
2 ciem eius. ¶ Dixitque mihi rex, Quare vultus tuus tri-
ſtis eſt, cum te ægrotum non videam? non eſt hoc fruſtra:
ſed malum neſcio quod in corde tuo eſt. & timui valde, ac
3 nimis: ¶ Et dixi regi, Rex in æternum viue: quare non
mœreat vultus meus, quia ciuitas domus ſepulchrorum
patris mei deſerta eſt, Et portæ eius combuſtæ ſunt igni?

Nehemias impetratis literis à rege Artaxerxe, venit Ieroſolymam.



¶ Et ait mihi rex, Pro qua re poſtulas? Et oraui Deum 4
cæli: ¶ Et dixi ad regem, Si videtur regi bonum, & ſi 5
placet ſeruus tuus ante faciem tuam, vt mittas me in Iu-
dæam ad ciuitatem ſepulchri patris mei, & ædificabo
B eam. ¶ Dixitque mihi rex, & regina quæ ſedebat iuxta 6
eum, Vſque ad quod tempus erit iter tuum, & quando
reuerteris? & placuit ante vultum regis, & miſit me: &
conſtitui ei tempus. ¶ Et dixi regi, Si regi videtur bo- 7
num, epiſtolas det mihi ad duces regionis trans Flumen,
vt traducant me, donec veniam in Iudæam: ¶ Et epiſto- 8
lam ad Aſaph cuſtodem ſaltus regis, vt det mihi ligna, vt
tegere poſsim portas templi, turres domus, & muros ci-
uitatis, & domum quam ingreſſus fuero. & dedit mihi rex
iuxta manum Dei mei bonam mecum. ¶ Et veni ad du- 9
ces regionis trans Flumen, dedique eis epiſtolas regis.
miſerat autem rex mecum principes militum, & equites.
¶ Et audierunt Sanaballat Horonites, & Tobias ſeruus 10
Ammanites: & contriſtati ſunt afflictione magna, quòd
C veniſſet homo qui quæreret proſperitatẽ filiorum Iſrael.
¶ Et veni Ieruſalem, & eram ibi tribus diebus: ¶ Et ſur- 11
rexi nocte ego, & viri pauci mecum, & non indicaui cui- 12
quam quid* Dominus dediſſet in corde meo vt facerem
in Ieruſalem: & iumentum non erat mecum, niſi animal
cui ſedebam. ¶ Et ingreſſus ſum per portam vallis no- 13
cte, & ante fontem draconis, & ad portam ſtercoris: &
conſyderabam murum Ieruſalem diſsipatum, & portas
eius conſumptas igni. ¶ Et tranſiui ad portam fontis, & 14
ad aquæductum regis, & non erat locus iumento cui ſe-
debam, vt tranſiret. ¶ Et aſcendi per torrentem nocte, 15
& conſyderabam murum: & reuerſus veni ad portam
vallis, & redij. ¶ Magiſtratus autem neſciebant quò 16
abijſſem, aut quid ego facerem: ſed & Iudæis & ſacerdo-
tibus, & optimatibus, & magiſtratibus, & reliquis qui fa-
D ciebant opus, vſque ad id loci nihil indicaueram. ¶ Et 17
dixi eis, Vos noſtis afflictionem in qua ſumus, quia Ieru-
ſalem deſerta eſt, & portæ eius conſumptæ ſunt igni: ve-
nite, & ædificemus muros Ieruſalem, & non ſimus vltrà
opprobrium. ¶ Et indicaui eis manum Dei mei quòd eſ- 18
ſet bona mecum, & verba regis quæ locutus eſſet mihi: &
aio, Surgamus, & ædificemus. Et confortatæ ſunt manus
eorum in bono. ¶ Audierunt autem Sanaballat Horo- 19
nites, & Tobias ſeruus Ammanites, & Goſem Arabs: &
ſubſannauerunt nos, & deſpexerunt, dixeruntque, Quæ
eſt hæc res quam facitis? nunquid contra regem vos re-
bellatis? ¶ Et reddidi eis ſermonem, dixique ad eos, 20
Deus cæli ipſe nos iuuat, & nos ſerui eius ſumus: ſurga-
mus, & ædificemus: vobis autem non eſt pars, & iuſtitia,
& memoria in Ieruſalem.

Oratio.

Manus Dei bona.

*Deus meus

Nehemias conſyderat ruinas vrbis.

Ædificant muros Ieruſalem.

### SCHOLIA IN CAP. II.

1 Quidam Hebræorum exponit, attulerunt vinum. 2 id eſt, calice vini pleno. 3 Heb. non eſt hoc niſi malũ cordis, id eſt, malitia animi. 4 ne ſcilicet rex quidpiam mali ac ſiniſtri de me ſuſpicaretur. 5 id eſt, quam diutiſsime. 6. i. locus, per appoſitionem dictũ. ciuitas in qua ſunt ſepulti maiores mei. 7 q.d. magno illo incendio quo expugnata quum flagrabat, fuit. 8 ſub. à me. 9 Heb. Vſquequo erit iter tuum? i. Quantum temporis inſumes in eo itinere faciẽdo. 10 ſub. aliquod quo reuerſurus eram. 11 dent mihi (ſcribæ regis) literas 12 epiſtolam. ſub. dent. 13 vel, paradiſi 14 Heb. ad contignandum portas. Vox Hebræa ſignificat componere tigna ſiue trabes. Templum quidem extructũ erat, ſed appendices templi nondum erant extructæ. Ad extruendas portas palatij quæ &c. 15 vel, domus, id eſt, templi Dei. 16 quæ erant domui, 17 murum. i. ad portas muri quo cingitur mons Sion, in quo extructum eſt templum. 18 quam ingreſſus fuero. i. in qua habitẽ cum illuc peruenero. 19 ſub. epiſtolas. 20. i. pro fauore magno quo proſequebatur me Deus meus. 21. i. mandauerat vt mitterentur. ſub. qui me tutò deducerent. 22 q.d. ſeruus ille peſsimus qui erat de genere filiorum Ammon. 23 aliquis 24 Hebr. vt requireret bonum filijs Iſrael. 25 vel, ipſi Ieruſalem: 26 ſub. Ioſaphat. i. per quam ibatur ad vallem Ioſaphat. 27. i. ad locum qui erat eregione Fontis draconum. 28 vel, aquæductum 29 potius pertinet ad ſequentia, hoc modo, cumque reuerſus fuiſſem, magiſtratus &c. 30 neſcierunt, vel, non cognouerunt 31 feciſſem: 32. i. qui operabãtur in reparatione murorũ, 33. i. magnũ illũ fauorem quo Deus meus me proſequutus fuerat. 34 q.d. Sine vlla mora inſtauremus. tũc cœperũt eſſe bono & forti animo. 35 in bono. i. propter bonũ ipſum. propter magnũ illũ Dei fauorem erga ſe. Aut reſpicit beneficentiã ſiue beneficiũ regis. hoc eſt, quũ intellexiſſent Deũ & regẽ ſibi fauere. 36 vel, dabit 37 vel, nos ergo 38 ædificabimus. i. ſine vlla mora inſtaurabimus muros ciuitatis noſtræ. 39 vel, portio. q.d. hæc ſtructura nihil pertinet ad vos quũ ſitis Samaritani & alieni à religione noſtra. 40. i. neq; meritũ vllũ. q.d. Nũquã vos benemeriti eſtis de Ieruſalẽ & nullã memoriam veſtri relinquetis in ea.

## CAP. III.

ET ſurrexit Eliaſib ſacerdos magnus: & fratres 1
eius ſacerdotes: & ædificauerunt portam gregis:
ipſi ſanctificauerunt eam, & ſtatuerunt valuas eius,

Catalogus eorũ qui muros ædificarunt.

## CAP. III.

SVrrexit autem Eliaſib ſacerdos magnus atque 1 fratres eius ſacerdotes, & ædificauerunt portam 2 gregis: hi 3 ſanctificauerunt eam, & collocarunt oſtia eius,

& vſque

*& vſque ad turrim 4 Mea ſanctificarunt eam, & vſque ad turrim Hananeel: Et 5 ad manum eius ædificauerunt 6 viri Iereho: & ad manũ eius ædificauit Sachur filius Imri. Portam autem piſcium ædificauerunt filij 7 Senaa, qui & 8 trabes eius poſuerunt, & collocauerunt oſtia eius, ſeras eius, & repagula eius: Ad manum eorum 9 firmauit Meremoth filius Vriæ filij Hacoz: & ad manum illorum 9 ædificauit Meſullam filius Berechiæ filij Meſeſabeel: ad illorum manus 9 firmauit Zadoc filius Baana: Ad quorum manum ædificauerunt Thecoitæ: 10 magnates verò eorũ non 11 inſeruerunt collum ſuum in opus 12 domini ſui. Portam verò 13 veterem inſtaurarunt Ioiada filius Paſea, & Meſullam filius Beſodiæ: hi poſuerunt trabes eius & collocarunt oſtia eius, ſeras eius, atque vectes eius: Ad illorum manum ædificauit Melatia Gibeonites, & Iadon Meronotites 14 viri Gibeon & Mizpa, 15 pro Kiſſe præfecto trans fluuium: Ad illorum manum ædificauit Vſiel filius Harhaia 16 ex metallarijs: ad cuius manum ædificabat Hananias filius 17 Harakahim: & 18 reliquerunt Ieruſalem vſque ad murum latum: Porrò ad manum iſtorum ædificauit Rephaia filius Hur, primarius 19 dimidiæ partis Ieruſalem: Et iuxta illorum manum ædificauit Iedaia filius Harummaph, & iuxta domum eius: ad illius manum ædificauit Hattus filius Haſabnia. Alteram 20 partem inſtaurauit Malkia filius Harim & Haſſub filius 21 ducis Moab, atque turrim 22 Tanurim: Ad manum huius 23 ædificauit Sallum filius 24 Haloheſch primarius dimidiæ 25 partis Ieruſalem, ipſe & filiæ eius. Portam 26 vallis reparauit Hanun & habitatores Sanoah: ipſi ædificauerunt eam, & collocarunt oſtia eius, ſeras eius, & vectes eius, & mille cubitos in muro vſque ad portam 27 ſtercoris. Portam verò ſtercoris reparauit Malkia filius Rechab princeps 28 collegij Beth-carem: ipſe inſtaurauit eam, & poſuit valuas eius, ſeras eius, atque vectes eius. Portam fontis reparauit Sallum filius Calhoſe, primarius 28 collegij Mizpa: is inquam ædificauit eam, contexit eam, collocauit oſtia eius, ſeras eius, & vectes eius: ſed & murum piſcinæ 29 Selah verſus hortum regis, & vſque ad gradus deſcendentes à ciuitate Dauidis. Poſt eum ædificauit Nehemias filius Aſbuk, primarius 30 dimidij collegij Beth-Zur, vſque ad [locum] è regione 31 ſepulchrorum Dauidis, & vſque ad piſcinam factam, & vſque ad 32 domum fortium. Poſt hunc ædificauerunt Leuitæ, Rehum filius Bani. & ad eius manum ædificabat Haſabia primarius 28 collegij Keila in 33 collegio ſuo. Poſt hunc ædificabant fratres eorũ Bauai filius Henadad, primarius 34 collegij Kehila: Et ad huius manum ædificabat Eſer filius Ieſua, princeps Mizpa, partem alteram è regione 35 aſcenſus armamentarij angularis. Poſt hunc 36 indignatione quadam motus ædificauit Baruch filius Sachai alteram partem ab angulo vſque ad oſtium domus Eliaſib ſacerdotis magni. Poſt hunc ædificauit Meremoth filius Vriæ, filius 37 Hakoz 38 menſuram ſecundam ab oſtio domus Eliaſib, vſque ad finẽ domus Eliaſib. Poſt illum ædificauerunt ſacerdotes, 39 viri planitiei. Et 40 poſt illũ 41 ædificabat Beniamin & Haſſub 42 contra domum ſuam: poſt hunc ædificauit Aſarias filius Maaſiæ filij Ananiæ iuxta domum ſuam: Poſt hunc ædificabat Binnui filius Henadad 43 menſuram ſecundam à domo Aſariæ vſque ad angulum & vſque ad 44 flexuram. Palal deinde filius Vſai 45 à conſpectu anguli & turris prominentis à domo regis 46 ſuperiori, quæ erat iuxta atrium carceris: poſt eum Pedaias filius Pareos. Porrò Nethinæi [qui] habitabant in munitione, [inſtaurauerunt] 47 vſque ad proſpectum portæ aquarum ad Orientem, & turrim prominentem. Poſt illum ædificabant Tecoitæ alteram 48 menſuram 49 à proſpectu turris magnæ prominentis, vſque ad murum 50 munimenti. Porrò à porta equorum ædificabant ſacerdotes, quiſque è regione domus ſuæ. 51 Poſt illum ædificabat Zadoc filius Immer è regione domus ſuæ: & poſt eum ædificauit Semeias filius Sechaniæ cuſtos portæ*

& vſque ad turrim centum cubitorum ſanctificauerunt
eam, vſque ad turrim Hananeel. Et iuxta eum ædificaue-
2 runt viri Iericho, ¶ & iuxta″ eos ædificauit Zacchur ″eum
3 filius Amri. ¶ Portam autem piſcium ædificauerunt filij
Aſnaa: ipſi texerunt eam, & ſtatuerunt valuas eius, & ſe-
ras, & vectes. Et iuxta eos ædificauit Marimuth filius
4 Vriæ, filij Accus. ¶ Et iuxta″ eum ædificauit Moſollam ″eos
filius Barachiæ, filij Meſezebel: & iuxta eos ædificauit B
5 Sadoc filius Baana: ¶ Et iuxta eos ædificauerunt The-
cueni: optimates autem eorum: non ſuppoſuerunt colla
6 ſua in opere Domini Dei ſui. ¶ Et portam veterem ædi
ficauerunt Ioiada filius Phaſea, & Moſollam filius Beſo-
dia: ipſi texerunt eam, & ſtatuerunt valuas eius, & ſeras
7 & vectes: ¶ Et iuxta eos ædificauerunt Meltias Gabao-
nites, & Iadon Meronathites, viri de Gabaon & Maſpha,
8 pro duce qui erat in regione trans Flumen: ¶ Et iuxta
eum ædificauit Eziel filius Araia aurifex: & iuxta eum
ædificauit Ananias filius pigmentarij: & dimiſerunt Ieru-
9 ſalem vſq; ad murũ plateæ latioris: ¶ Et iuxta eum ædi- C
10 ficauit Raphaia filius Hur, princeps vici Ieruſalem: ¶ Et
iuxta″ eum ædificauit Iedaia filius Haromaph contra do- ″eos
mum ſuam: & iuxta eum ædificauit Hattus filius Haſebo-
11 niæ. ¶ Mediam partẽ vici ædificauit Melchias filius He-
rem, & Haſub filius Phahath-moab, & turrim furnorum.
12 ¶ Et iuxta″ eos ædificauit Sellum filius Alohes princeps ″eum
13 mediæ partis vici Ieruſalem, ipſe & filiæ eius. ¶ Et por-
tam vallis ædificauit Hanum, & habitatores Zanoe: ipſi
ædificauerunt eam, & ſtatuerunt valuas eius, & ſeras &
vectes, & mille cubitos in muro, vſque ad portam ſterqui
14 linij. ¶ Et portam ſterquilinij ædificauit Melchias filius
Rechab, princeps vici Beth-acharã: ipſe ædificauit eam, D
15 & ſtatuit valuas eius, & ſeras & vectes. ¶ Et portam fon
tis ędificauit Sellum filius Cholhoza, princeps pagi Maſ-
pha: ipſe ædificauit eam, & texit, & ſtatuit valuas eius, &
ſeras, & vectes, & muros piſcinæ″ Siloe in hortum regis, & ″Sela
vſque ad gradus qui deſcendunt de Ciuitate-Dauid.
16 ¶ Poſt eum ædificauit Nehemias filius Azboc princeps
dimidiæ partis vici Beth-ſur, vſque contra ſepulchrum
Dauid, & vſque ad piſcinam quæ grandi opere conſtru-
17 cta eſt, & vſque ad Domum fortium. ¶ Poſt eum ædifi-
cauerunt Leuitæ, Rehum filius Benni: poſt″ eos ædifica- ″eum
uit Haſebias princeps dimidiæ partis vici Ceilæ in vico
18 ſuo. ¶ Poſt eum ædificauerunt fratres eorum Bauai fi-
19 lius Henadad, princeps dimidiæ partis Ceilæ. ¶ Et ædi- E
ficauit iuxta eum Azer filius Ioſue, princeps Maſpha men
ſuram ſecundam, contra aſcenſum firmiſsimi anguli.
20 ¶ Poſt eum in monte ædificauit Baruch filius Zachai
menſuram ſecundam, ab angulo vſque ad portam domus
21 Eliaſib ſacerdotis magni: ¶ Poſt eum ædificauit Meri-
muth filius Vriæ filij″ Hattus menſuram ſecundam, à por- ″Haccus
ta domus Eliaſib, donec extenderetur domus Eliaſib:
22 ¶ Et poſt eum ædificauerunt ſacerdotes viri de campe-
23 ſtribus Iordanis. ¶ Poſt″ eos ædificauit Ben-iamin & ″eum
Haſub contra domum ſuam: & poſt″ eos ædificauit Aza- ″eum
rias filius Maaſiæ filij Ananiæ contra domum ſuam:
24 ¶ Poſt eum ædificauit Bennui filius Henadad menſu-
ram ſecundam, à domo Azariæ vſque ad flexuram, & F
25 vſque ad angulum. ¶ Poſt eum ædificauit Phalel filius
Ozi contra flexuram, & turrim quæ eminet de domo
regis excelſa, id eſt in atrio carceris: poſt eum Pha-
26 daia filius Pharos. ¶ Nathinæi autem habitabant in
Ophel, vſque contra portam aquarum, ad orientem, &
27 turrim quæ prominebat. ¶ Poſt″ eos ædificauerunt ″eum
Thecueni menſuram ſecundam e regione, à turre magna
28 & eminenti vſque ad murum templi. ¶ Surſum au-
tem″ ad portam equorum ædificauerunt ſacerdotes, ″à porta
29 vnuſquiſque contra domum ſuam: ¶ Poſt eos ædifi-
cauit Sadoc filius Emmer contra domum ſuam. & poſt
eum ædificauit Semaia filius Secheniæ, cuſtos portæ G
Orientalis.



Orientalis. ¶ Poſt eum ædificauit Hanania filius Sele- 30
miæ, & Hanum filius Seleph ſextus menſuram ſecũdam:
poſt eum ædificauit Moſollam filius Barachiæ, cõtra ga-
zophylacium ſuum: ¶ Poſt eum ædificauit Melchias fi- 31
lius aurificis, vſque ad domum Nathinæorum, &″ ſcuta ″ſcruta
vendentium contra portam iudicialem, & vſque ad cœ-
naculum anguli. ¶ Et″ inter cœnaculum anguli in porta 32 ″vſque ad
gregis ædificauerunt″ artifices & negotiatores. ″aurifices

*Orientalis. Poſt hunc ædificauit Hanania filius Selemiæ, & Hanum filius Zalaph 52 ſextus, 53 menſuram alteram. poſt eum ædificauit Meſchulam filius Berechiæ e regione 54 cameræ ſuæ: poſt illum ædificauit Malkia filius 55 aurifabri vſque ad domum Nethinæorum & negotiatorum, cõtra portam Miphcad vſque ad 56 cœnaculum anguli flexi: Inter cœnaculum verò anguli flexi vſque ad portam gregis ædificauerunt 57 aurifabri & negotiatores.*

## SCHOLIA IN CAP. III.

1 Id eſt, qui erant de eadem familia aut tribu, aut ſocij & ſodales eius. Hoc capite deſcribitur quomodo & quo ordine murus Ieruſalem inſtauratus ſit, & à quibus. 2 Forte per hanc portam ingrediebantur greges in vrbem. 3 id eſt, inſignem & clarã ædificio reddiderunt. Alij vertunt, apparauerunt 4 id eſt, centũ. 5 id eſt, iuxta eum. 6 ciues Iericho intelligit. 7 potius eſt cognomẽ ſiue agnomen quàm nomen proprium: quod tamen pro nomine proprio ponitur. 8 vel, tigna eius appoſuerunt. i. tignis ac trabibus contexerunt eam. 9 Heb. fortificauit. ſub. murum. 10 Heb. fortes. i. præclariſsimi & inſigniores eorum. Quidam Hebræorum interpretatur diuites eorum. i. qui inter eos ditiores erant. 11 Heb. adduxerunt. vel, immiſerunt. ſub. in iugum. 12. i. præfecti ſui, qui ſcilicet præfectus fuerat toti familiæ in inſtauratione muri vrbis, hoc eſt non paruerunt Domino ac præfecto ſuo mandanti ac præcipienti vt laborarent in inſtauratione muri. Metaphora à bobus & alijs iumentis qui colla ſua in iugum inſerunt vt laborent in agro. 13 veteris. vel, antiquæ. ſub. piſcinæ: cuius ſcilicet meminit Eſaias cap. 22. 14. i. ciues Gabaon, 15 pro ſolio ducis trans flumen. vel, vſque ad ſolium ducis regionis ſitæ trans Euphraten. 16 (qui erat de familia) Sorphim. i. aurificum, ſiue conflatorum. nomen eſt familiæ. 17. i. aromatariorum. ſiue pigmentariorum. nomen eſt familiæ. 18 fortificauerunt. vel, inſtaurauerunt 19 Ieruſalem diſtributa erat in regiones vt Roma quoque olim: quarum dimidiæ parti iſte præfectus erat. 20 ſub. muri, quæ proxima erat illi quæ iam inſtaurata erat ab Hattus. 21 Pakath-moab 22. i. furnorum, ſiue clibanorum. Nomen turris. 23 inſtaurauit, ſubaudi, murum. 24 Cognomen potius quàm nomen proprium, ſignificatque incantatorem. 25 vel, regionis 26 ſub. Ioſaphat. 27 vel, ſterquilinij. 28 regionis. vel, vici 29 ſignificat hortum arborum pomiferarum: ab extenſione, quod huc atque illuc extendat ramos ſuos ſiue propagines ſuas fructiferas. 30 dimidiæ regionis. vel, dimidij vici 31 Nomen loci. 32 Loci etiam nomen. 33 in regione ſua; 34 Hebraiſ. dimidiæ regionis 35 Huloth-haneſec. i. aſcenſus ſiue gradus armorum. Fortaſſe in eo reponebantur arma. 36. i. iratus in ſeipſum quòd nondum inſtauraſſet murum. 37 potius eſt cognomen quam nomen proprium, ponitur tamen pro nomine proprio. 38. i. aliam portionem 39. i. qui habitabant in planitie, ſiue in campeſtribus Iordanis: habebant tamen etiam domos in vrbe Ieruſalem. 40. i. poſt vltimum ſacerdotum illorum, ſiue ex ſacerdotibus illis. 41 inſtaurauit 42 vel, e regione domus ſuæ. 43. i. portionem alteram 44 ſub. illam inſignẽ. Poſterior iſta particula ponitur per expoſitionẽ, quod nomen illud ſit generalius. 45 (inſtaurauit) à loco qui erat e regione illius anguli, ſiue flexuræ 46 altæ ſiue altiſsimæ. 47 vel, vſque e regione portæ 48 vel, portionem 49 e regione illius 50 arcis, id eſt, quo cingebatur arx illa. 51. i. poſt vltimum illorum. 52 filiorũ eius ſcilicet: habuerat enim Salaph multos filios, quorum ille erat ſextus 53. i. portionem alterã quæ proxima erat ei quã inſtaurauerat Hanania. 54 cubiculi ſui 55 conflatoris. Cognomẽ eſt, non nomen proprium. 56 Nomen loci. 57. i. ij qui cognomine dicebantur aurifices & negotiatores.

## CAP. IIII.

Sanaballat & Tobias murorũ ædificationem prohibent.

FActum eſt autẽ, cum audiſſet Sanaballat quòd ædi 1
ficaremus murum, iratus eſt valde: & motus nimis
ſubſannauit Iudæos, ¶ Et dixit coram fratribus 2
ſuis, & frequentia Samaritanorum, Quid Iudæi faciunt
imbecilles? num dimittent eos gentes? Num ſacrificabũt,
& complebunt in vna die? Nunquid ædificare poterunt
lapides de aceruis pulueris, qui combuſti ſunt? ¶ Sed & 3
Tobias Ammanites proximus eius, ait, AEdificent: ſi aſcẽ
derit vulpes, tranſiliet murum eorum lapideum. Et dixit
Nehemias, ¶ Audi Deus noſter, quia facti ſumus deſpe- 4
ctui: conuerte opprobrium ſuper caput eorum, & da eos
in deſpectionem in terra captiuitatis. ¶ Ne operias ini- 5
quitatem eorum, & peccatum eorum coram facie tua non
B deleatur: quia irriſerunt ædificantes. ¶ Itaque ædifica- 6
uimus murum, & coniunximus totum vſque ad partem
dimidiam: & prouocatum eſt cor populi ad operandum.
¶ Factum eſt autem, cum audiſſet Sanaballat, & Tobias, 7
& Arabes, &″ Ammanitæ, & Azotij, quòd obducta eſſet
cicatrix muri Ieruſalem, & quòd cœpiſſent interrupta
concludi, irati ſunt nimis. ¶ Et congregati ſunt omnes 8
pariter vt venirent, & pugnarent contra Ieruſalem, & mo
lirentur inſidias. ¶ Et orauimus Deum noſtrum, & po- 9
ſuimus cuſtodes ſuper murum die ac nocte contra eos.
¶ Dixit autem Iudas, Debilitata eſt fortitudo portantis, 10
& humus nimia eſt, & nos non poterimus ædificare mu-
rum. ¶ Et dixerunt hoſtes noſtri, Neſciant & ignorent, 11
C donec veniamus in medium eorum, & interficiamus eos,
& ceſſare faciamus opus. ¶ Factum eſt autem venienti- 12
bus Iudæis qui habitabant iuxta eos, & dicentibus nobis
per decẽ vices, ex omnibus locis quibus venerant ad nos,
¶ ſtatui in loco poſt murum per circuitum populum in 13
ordinem cum gladijs ſuis, & lanceis, & arcubus. ¶ Et 14
perſpexi atq; ſurrexi: & aio ad optimates & magiſtratus,
& ad reliquam partẽ vulgi, Nolite timere à facie eorum.

Oratio Nehemiæ contra inimicos.

″Ammonitæ

Oratio.

Armati ædificant muros Ieruſalem.

*QVum verò audiſſet Sanballat quòd ædificaremus murum, iram mouit ei, vehemẽterq; indignatus eſt: ſubſannans ergo Iudæos, Dixit coram fratribus ſuis & militibus Samariæ: 1 ſic autem dixit. Quid faciunt 2 imbecilles Iudæi? 3 num permittetur [hoc] eis? num ſacrificabunt? num [4 vno] die perficiẽt? num lapides ex aceruis pulueris qui combuſti ſunt 5 excitabunt? Erat autem Tobias Ammonites 6 penes eum, & ait, 7 AEdificent ſanè: vulpes aſcendet, & murum eorum lapideum dirumpet. Audi Deus noſter, 8 deſpecti enim ſumus: tu repende 9 opprobrium eorum in caput eorum, & fac eos 10 deſpectos in terra captiuitatis eorum. 11 Ne operias iniquitatem eorũ, & peccatum eorum corã facie tua 12 non deleatur: quia ad indignationẽ irritarunt ædificãtes ipſos. AEdificauimus itaque murũ, & 13 colligatus eſt totus murus vſque ad dimidiã partem eius, & populus animũ habuit ad ædificandum. Factum verò eſt quum audiſſet Sanballat, & 14 Tobia, & Arabes, Ammonitæ & Azotij quòd 15 murus Ieroſolymitanus reparatus eſſet, quòd cœpiſſent interruptiones 16 obſtrui, vehementer irati ſunt. Conſpirarunt itaq; pariter omnes, vt proficiſcerẽtur & oppugnarent Ieroſolyma, 17 negotiumq; 18 ei faceſſerent. At nos 19 orauimus ad Deũ noſtrũ, & 20 cõſtituimus cuſtodiã cõtra eos, die noctuq; 21 propter eos. 22 Dixit autẽ Iehuda, Robur baiulorũ elãguit, interim 23 plurimũ ruderis eſt, vt nõ poſsimus ædificare 24 in muro. Ad hæc, dixerunt hoſtes noſtri, 25 Neſciãt neq; videant, donec venerimus inter eos, & interfecerimus eos, effecerimuſq; vt ceſſet opus. Contigit quoque vt veniẽtes Iudæi qui iuxta illos habitabãt, dicerent nobis 26 decies, 27 ex omnibus locis ex quibus ad nos diuerterẽt. Cõſtitui ergo ab 28 inferioribus locis poſt murum 29 in loca munitiora, collocaui inquam populum per familias cum gladijs ſuis, cum lanceis ſuis, atque arcubus ſuis. Quumq; 30 vidiſſem, ſurrexi, & dixi ad nobiles & ad 31 magnates, & ad reliquũ populum, Ne timueritis ab illis:*

memine-

*memineritis potius domini magni, & 32 terribilis, pugnateq́; pro fratribus veſtris, filijs veſtris, filiabus veſtris, vxoribus veſtris, atque domibus veſtris. Quum verò audiſſent hoſtes noſtri 33 rem nobis cognitam eſſe, irritum fecit Deus conſilium eorum, noſq́; omnes reuerſi ſumus ad murum, quiſque ad opus ſuum. Ab eodem die pars iuuenum opus faciebant, pars eorum tenebant lanceas, ſcuta, arcus & loricas: principes verò [erant] 34 poſt vniuerſam domum Iehuda. Porrò qui murum extruebant & baiulatores, ac qui onera imponebant, altera manu ſua opus faciebant, altera verò telum tenebant. Et ædificantium ſinguli accincti erant gladijs ſuis ſuper lumbos ſuos, ſimulq́; ædificabant: 35 clangor verò tubæ penes me erat. Dixi autem ad nobiles & ad 36 magnates reliquumq́; populum, Opus hoc ingens eſt & amplum, nos verò ſuper muro diſperſi ſumus longius quiſque ab alio. Quocunque ergo loco ſonitum cornu audieritis, illuc congregemini ad nos, & Deus noſter pugnabit pro nobis. 37 Nos operi inſiſtemus, cæterum pars illorum lanceas tenebit ab aſcenſu auroræ, donec ſtellæ oriantur. Tum quoque dixi ad populum, Quiſque cum puero ſuo pernoctet in medio [vrbis] Ieroſolymæ, vt noctu ſint nobis excubiæ, interdiu autem 38 in opus. Porrò ego, fratres mei, pueri mei, viriq́; 39 qui excubabant retro me, nos [inquam] veſtes noſtras non exuebamus, 40 ne meiendi quidem gratia.*

Domini magni & terribilis memẽtote, & pugnate pro fra
tribus veſtris, filijs veſtris, & filiabus veſtris & vxoribus
15 veſtris & domibus veſtris. ♀ Factũ eſt autẽ, cũ audiſſent
inimici noſtri nuntiatũ eſſe nobis, diſsipauit Deus conſi-
lium eorũ. Et reuerſi ſumus omnes ad muros, vnuſquiſq;
16 ad opus ſuum. ♀ Et factum eſt à die illa, media pars iuue-
num eorũ faciebat opus, & media parata erat ad bellũ: &
lanceæ, & ſcuta, & arcus, & loricę: & principes poſt eos in
17 omni domo Iuda ♀ ædificantiũ "muros, & portantiũ one- "in muro,
ra, & imponentium: vna manu ſua faciebat opus, & altera D
18 tenebat gladiũ. ♀ ædificãtiũ enim vnuſquiſq; gladio erat
accinctus renes. Et ædificabãt, & clangebãt buccina iuxta
19 me. ♀ Et dixi ad optimates, & ad magiſtratus, & ad reli-
quam partem vulgi, Opus grande eſt & latum, & nos ſe-
20 parati ſumus in muro procul alter ab altero. ♀ In loco
quocunque audieritis clangorem tubæ, illuc cõcurrite ad
21 nos. Deus noſter pugnabit pro nobis. ♀ Et nos ipſi facia-
mus opus: & media pars noſtrum teneat lanceas ab aſcẽſu
22 auroræ, donec egrediantur aſtra. ♀ In tempore quoque
illo dixi populo, Vnuſquiſq; cum puero ſuo maneat in me
dio Ieruſalem, & ſint "vobis vices per noctem, & diem, ad "nobis
23 operandum. ♀ Ego autem & fratres mei & pueri mei, &
cuſtodes qui erant poſt me, non deponebamus veſtimẽta
noſtra: vnuſquiſque tantum nudabatur ad baptiſmum.

## SCHOLIA IN CAP. IIII.

1 Vel, dixit inquam, 2 q. d. fruſtra laborant & perdunt operam. 3 Heb. num fortificabuntur? num ſuppetent illis vires ad abſoluendum opus illud? num offerent hoſtias in dedicatione vt ſolebant? 4 potius ſubaudiendum, illa. i. num perficere poterunt die illa qua ſtatuerunt ſe perfecturos opus illud? 5 Heb. viuificabunt? i. reſtituent in priſtinum ſtatum? 6 vel, iuxta 7 Hebraiſ. Etiam quod ipſi ædificant, ſi aſcenderit vulpes (aliqua,) diruet murum lapideum eorum. Antecedens pro relatiuo, ſi aſcenderit vulpes murum, diruet illum. 8 quòd deſpectui 9 vel, ignominiam 10 prædam. i. abeant in captiuitatem, & diripiantur bona eorum. 11 q. d. verſetur tibi ſemper ob oculos. 12. i. habe illud ſemper ante oculos vt ſemper memineris eius. 13 vel, compactus 14 ſub. ſeruus ille Ammonites. 15 Heb. quòd aſcendiſſet malagma (ſiue emplaſtrum, aut medicina) ſuper muros Ieruſalem. i. quod inſtaurati ac reparati eſſent muri. Metaphora à chirurgis qui impoſito malagmate ſiue emplaſtro vulnera curant, quæ dum coeunt, ſanantur: ita muri cum obthurantur, inſtaurantur, & videntur ſanari. 16 vel, obthurari. i. coniungi, 17 Heb. erroremq́ue. i. redderent eos palatos & errantes ac vagantes: ſiue inopes conſilij & neſcientes quid facturi eſſent 18 Refert relatiuum iſtud Nehemiam, vel populum Ieroſolymitanum. 19 ego ſcilicet & principes populi. Plebs enim deſpondebat animũ, & deſperabat de viribus. 20 vel, collocauimus cuſtodes iuxta &c. vel, ſuper eos. 21 Hebraiſmus, à facie eorum. ſub. qui laborabant in inſtauratione templi. 22 id eſt, Dixerunt autem Iudæi. 23 Hebraiſ. & puluis multus. i. calx cum arena ex qua fit intritum, comportanda ad murum ipſum. 24 murum ipſum. 25 ſubaudi, quid eis moliamur, neque videant nos, 26. i. frequenter. Numerus certus pro incerto. 27 In omnibus locis vnde reuertemini, (volunt venire) ad nos. i. ad vos. non enim ſeparant ſeſe iſti ab alijs Iudæis. i. volunt adoriri imprudentes ac incautos, & nil tale cogitantes. Vnde reuertemini, tempore ſcilicet quo cibus capi ſolet. vel, ſub noctem. 28 inferioribus (partibus) loci. 29 Heb. in excelſis. i. in ipſis ſummitatibus ſaxorum. 30 ſub. aciem inſtructam 31 vel, magiſtratus, 32. i. qui cuiuis metum ac terrorem incutere poteſt. 33 id eſt, eorum inſidias eſſe nobis detectas 34. i. vrgebant eos vt diligentius operarentur. vel, præerant illis. 35 qui vero clangebat tuba, (erat) apud me. 36 magiſtratus, 37 Nos interim faciebamus opus, & media pars eorum tenebat lanceas, ab aſcenſu auroræ vſque ad exitum ſtellarum, id eſt, vſque dum apparere inciperent ſtellæ. Videntur enim antea eſſe in cubiculis ſiue thalamis in quibus deliteſcant. Hoc eſt, ab aurora vſque ad noctem. 38. i. noctu cuſtodiant nos, & interdiu operẽtur in muro. 39 Hebr. cuſtodes qui erant poſt me. i. qui ſequebantur me. 40 Heb. cuiuſque depoſitio (veſtium erat ad) aquas expiatorias ſcilicet, id eſt, quiſque exuebat veſtes ſuas tantum quum vellet ſeſe emundare & ſanctificare. Vel, cuiuſque enſis (erat in manu ſua etiam ad) aquas. illas expiatorias ſcilicet, id eſt, quando ibat ad aquas illas, hoc eſt, quum vellet ſeſe &c.

## CAP. V.

*ORtus autem eſt ingens clamor populi & vxorum eius contra fratres ſuos Iudæos. Erant enim qui dicerent, Filiorum noſtrorum, filiarum noſtrarum, noſtrumq́; plures ſunt: frumentum ergo 1 accipere [cogimur,] vt comedamus & viuamus. Erant deinde qui dicerent, Agros noſtros, vineas noſtras, & domos noſtras 2 oppignorauimus, vt in fame frumentum acciperemus. Erant poſtremo qui dicerent, Mutuo accepimus pecuniam, vt tributum regi [penderemus,] ſuper agros noſtros & vineas noſtras, Et ecce 3 caro noſtra eſt ſicut caro fratrum noſtrorum, & filij noſtri ſicut filij eorum, & ecce 4 in ſeruitutem redegerunt nos, filios noſtros & filias noſtras vt ſeruiant: ſuntq́; quædam ex filiabus noſtris ſeruituti ſubiectæ, 5 neque ſuppetit nobis facultas: deinde & agros noſtros & vineta noſtra alij habent. Doluit hoc mihi vehementer quum audirem clamorem eorũ, & huiuſmodi verba: Et 6 conſilium cepi in corde meo, obiurgauiq́; magnates & proceres, dixiq́; ad eos, 7 Vos imponitis onus quiſque ſuper fratrem ſuum. 8 indixi etiam eis magna comitia: Dixiq́; ad eos, Nos redemimus fratres noſtros*

1 ET factus eſt clamor populi & vxorũ eius magnus, Populus laborans fame, vſuris cogitat viuere.
2 aduerſus fratres ſuos Iudæos. ♀ Et erant qui dice-
rent, Filij noſtri & filiæ noſtræ multæ ſunt nimis:
accipiamus pro pretio eorum frumentum, & comeda-
3 mus, & viuamus. ♀ Et erant qui dicerent, Agros noſtros,
& vineas, & domos noſtras opponamus: & accipiamus
4 frumentum in fame. ♀ Et alij dicebant, Mutuo ſuma-
mus pecunias in tributa regis, demuſque agros noſtros
5 & vineas: ♀ Et nunc ſicut carnes fratrum noſtrorum,
ſic carnes noſtræ ſunt: & ſicut filij eorum, ita & filij no-
ſtri. ecce nos ſubiugamus filios noſtros, & filias noſtras
in ſeruitutem, & de filiabus noſtris ſunt famulæ, nec ha-
bemus vnde poſsint redimi, & agros noſtros & vineas no
6 ſtras alij poſsident. ♀ Et iratus ſum nimis, cum audiſſem B
7 clamorem eorum ſecundum verba hæc: ♀ Cogitauitq́ue
cor meum*, & increpaui optimates & magiſtratus, & *mecum
dixi eis, Vſuraſne ſinguli à fratribus veſtris exiga-
tis? Et congregaui aduerſum eos concionem magnam, Nehemias vſuras prohibet.
8 ♀ Et dixi eis, Nos, vt ſcitis, redemimus fratres noſtros
Iudæos



Iudæos qui venditi fuerant Gentibus, ſecundum poſsibi-
"vendetis "veſtros, litatem noſtram: & vos igitur "vendite fratres "noſtros, &
redimemus eos? & ſiluerunt, nec inuenerunt quid reſpon-
derent. ♀ Dixiq́; ad eos, Non eſt bona res quam facitis, 9
quare non in timore Dei noſtri ambulatis, ne exprobre-
tur à Gentibus inimicis noſtris? ♀ Et ego & fratres mei & 10
pueri mei, commodauimus plurimis pecuniam & frumen
tum: non repetamus in commune iſtud, æs alienum conce
damus quod debetur nobis. ♀ Reddite eis hodie agros 11
ſuos, & vineas ſuas, & oliueta ſua, & domos ſuas: quin po-
tius & centeſimam pecuniæ, frumenti, vini & olei, quam
exigere ſoletis ab eis, date pro illis. ♀ Et dixerunt, Red- 12
C demus, & ab eis nihil quæremus: ſicq́; faciemus vt loque-
ris. & vocaui ſacerdotes, & adiuraui eos, vt facerent iuxta
quod dixeram. ♀ Inſuper excuſsi ſinum meum, & dixi, 13
Sic excutiat Deus omnem virũ qui nõ compleuerit verbũ
iſtud, de domo ſua & de laboribus ſuis: ſic excutiatur, &
vacuus fiat. & dixit vniuerſa multitudo, Amen: & laudaue
"Dominum. runt "Deum. Fecit ergo populus ſicut erat dictũ. ♀ A die 14
autem illa qua præceperat rex mihi vt eſſem dux in terra
Iuda, ab anno viceſimo vſque ad annũ triceſimũ ſecundũ
Artaxerxis regis, per annos duodecim, ego & fratres mei
Dux Nehemias, aliena nõ rapit, ſua non repetit ne affligat populum, & nõ habentibus dat victum. annonas quæ ducibus debebantur, nõ comedimus. ♀ Du- 15
ces autẽ primi, qui "fuerunt ante me, grauauerunt populũ,
& acceperunt ab eis in pane, & vino, & pecunia quotidie
ſiclos quadraginta: ſed & miniſtri eorum depreſſerant po
pulum: ego autem nõ feci ita, propter timorẽ Dei: ♀ quin 16
D potius in opere muri ædificaui, & agrum non emi, & om-
"fuerant nes pueri mei congregati ad opus erant. ♀ Iudæi quoque 17
& magiſtratus centum quinquaginta viri, & qui veniebãt
ad nos de Gentibus quæ in circuitu noſtro ſunt, in menſa
mea erant. ♀ Parabatur autẽ mihi per dies ſingulos bos 18
vnus, arietes ſex electi, exceptis volatilibus: & inter dies
decem vina diuerſa, & alia multa tribuebam: inſuper &
annonas ducatus mei non quæſiui. valde enim attenua-
tus erat populus. ♀ Memento mei Deus meus in bonũ 19
ſecundum omnia quæ feci populo huic.

*Iudæos, qui venditi fuerant Gentibus, 9 quantum quidem potuimus, & vos [iterum] vendetis 10 fratres veſtros 11 qui à nobis redempti ſunt? illi verò tacuerunt, nec inuenerunt quid reſponderent. Et dixit [Nehemias,] Quod vos agitis, non eſt bonũ: annon in timore Dei noſtri 12 ambularetis, 13 propter probrum Gentium quæ nos oderũt? Et ego, & fratres mei, atque pueri mei, commodato 14 damus eis pecunias & frumentum, remittamus quæſo 15 hæc onera. Reſtituite quæſo eis hodie agros ſuos, vineas ſuas, oliueta ſua, & domos ſuas, & centeſimam pecuniæ & frumẽti, vini & olei, quam [per vſuram] ab eis exigitis. Tum illi dixerunt, Reſtituemus, nec ab eis exigemus: faciemus quemadmodum 16 dixiſti. aduocaui autem ſacerdotes, iuramentoq́; illos adegi vt facerent 17 iuxta verbum iſtud. Ad hæc excuſsi 18 gremium meum, & dixi, Sic excutiat Deus omnem virum qui non 19 ratum habuerit verbum iſtud, 20 de domo ſua, 21 & de labore ſuo, vt ſic excuſſus ſit & vacuus. dixitq́; tota concio, Amen: laudaueruntq́; Dominum: & fecit populus iuxta verbum iſtud. Quin ab ea die, qua me 22 conſtituit vt dux eorum eſſem in terra Iehuda, ab anno viceſimo vſque ad annum triceſimum ſecundum Artaxerſis regis, annis nempe duodecim, ego 23 cum fratribus meis cibum 24 præfecto [debitum] non comedi. Priores autem duces qui ante me fuerant, 25 grauarunt populum, acceperuntq́; ab eis 26 panem & vinum, 27 tandem etiam argenti quadraginta ſiclos: quin & pueri eorũ tyrannidem exercuerũt in populũ: ego verò ſic non feci propter timorẽ Dei. Inſuper 28 & hunc murum operando inſtauraui, nec agrum 29 emimus: ſed cuncti pueri mei congregati ſunt ibi 30 ad opus. Porrò Iudæi & magiſtratus centũ & quinquaginta viri, & qui veniebant ad nos ex gentibus quæ circum nos ſunt, 31 [edebant] in menſa mea. [Hinc factum eſt,] vt ſingulis diebus pararetur bos vnus, oues 32 electæ ſex: ſed & aues parabantur mihi: decimo quoque die 33 dabatur omnibus vinum affatim: nec tamen hac in re panem præſidi [debitum] exegi: nam 34 aggrauata erat ſeruitus illa ſuper populum iſtum. Memineris mei Deus meus 35 ad bonum, 36 quodcunque feci populo huic.*

## SCHOLIA IN CAP. V.

1 Sub. pretio. 2 damus pignori vt accipiamus frumẽtum in fame. Damus, id eſt, parati ſumus dare. 3 q. d. nos & illi eadem caro ſumus, id eſt, ex eodem genere: ipſi tamen aſpernantur carnem ſuam, & nullam rationem noſtri habent, neque volunt ſubuenire inopiæ ac neceſsitati noſtræ. 4 ſubijcimus, id eſt, ſubijcere cogimur præ inopia. 5 Hebraiſmus, neque eſt virtus in manibus noſtris, ſubaudi, ad redimendum, id eſt, non licet nobis illas opibus redimere, quas nullas habemus. 6 Hebraiſmus, conſilium inijt cor meum in me, id eſt, capto apud memetipſum conſilio contendi, &c. 7 Vſuram vnuſquiſque à fratribus veſtris accipitis. 8 Heb. & poſui contra eos congregationem magnam. Vt ſcilicet viſa tanta multitudine, puderet eos ſcelerum ſuorum. 9 vel, pro virili noſtra, 10 id eſt, illos 11 Heb. & vendentur nobis? 12 vel, ambulare debetis, 13 id eſt, ne male audiamus apud Gentes quæ oderunt nos 14 dedimus 15 vel, vſuram hanc. aut, debitum hoc. 16 tu dicis. 17 vel, vt dictum eſt. 18 ſinum. i. oram ſiue fimbriã veſtis meæ. 19 vel, compleuerit 20 Refertur ad excutiat. 21 id eſt, de opibus ac facultatibus quas opere ſuo peperit. 22 ſub. rex Artaxerxes. 23 Hebraiſ. & fratres mei 24 id eſt, qui ſolitus erat præberi ducibus. 25. i. graue onus vel tributum impoſuerunt populo. 26 Heb. pro pane & vino. ſub. ſummam quandã. 27 Heb. poſt. 28 Heb. in opere muri huius inſtauraui. ſub. quidpiã. 29 ſub. à pauperibus. 30 defendendo ſcilicet eos qui operabantur. vel, operantes & ipſi. 31 q. d. nihilominus tamen cogebar facere magnas expenſas. 32. i. pingues: quòd eligantur quæ pinguiores ſunt. 33 (excipiebam eos) cum omni (genere) vini in magna copia. Alijs enim diebus dabatur vinum mẽſura certa. 34 grauis erat 35. i. vt benefacias mihi. 36 Heb. ſecundum omnia quæ feci &c.

## CAP. VI.

Rurſus impeditur ædificatio. FActum eſt autẽ, cum audiſſet Sanaballat, & Tobias, 1
& Goſſem Arabs, & cæteri inimici noſtri, quòd ædi
ficaſſem ego murũ, & non eſſet in ipſo reſidua in-
terruptio (vſq; ad tempus autem illud valuas non poſuerã
in portis) ♀ miſerũt Sanaballat, & Goſſem Arabs ad me, 2
"viculis dicentes, Veni, & percutiamus fœdus pariter in "vitulis
in Campo-ono. ipſi autem cogitabant vt facerent mihi
malum. ♀ Miſi ergo ad eos nuntios, dicens, Opus grãde 3
ego facio, & non poſſum deſcendere: ne fortè negligatur,
cum venero, & deſcendero ad vos. ♀ Miſerunt autem ad 4
me ſecundum verbum hoc per quatuor vices: & reſpon-
di eis iuxta ſermonem priorem. ♀ Et miſit ad me Sana- 5
ballat iuxta verbum prius quinta vice puerum ſuum, &
B epiſtolam habebat in manu ſua ♀ ſcriptam hoc modo, 6

*FActum eſt præterea quum auditum eſſet à Sanballat & Tobia, à Gæſem Arabe, reliquiſq́; hoſtibus noſtris, quòd murum ædificaſſem, ita vt nulla in eo ſupereſſet ruptura, (licet ad hoc vſque tempus valuas nondum collocauiſſem in portis,) miſit Sanballat & Gæſem 1 ad me huiuſmodi mandatis, Veni, & 2 conſultabimus inter nos in viculis [qui ſunt] in planitie Ono. hi autem moliebantur me afficere malo. Ego igitur miſi nuntios ad eos, qui dicerent, Opus ingens ego facio, nec potero 3 deſcendere: cur enim 4 interquieſceret opus? [quod fieret,] ſi remitterem, & ad vos deſcenderem. Ad hunc modum quater ad me miſerunt: ego verò eis iuxta hunc modum reſpondi. Tum rurſum miſit ad me Sanballat quintò puerum ſuum eiſdem verbis, qui epiſtolam apertam habebat in manu ſua, In qua ſcriptum erat,*

*AVDITVM EST in Gentibus, atque Gæſem hoc dixit, te cum Iudæis defectionem meditari, & in hoc te extruere murum, vt rex eorum fias: [ 5 & alia ] in hanc ſententiã: Ad hæc inſtitueris prophetas, qui prædicent de te in Ieruſalem, dicentes, 6 Rex eſt in Iehuda: nunc verò huiuſmodi ſermones apud regem audientur: veni igitur, vt inter nos conſultemus. Tum 7 miſi ad eum, dicens, Non eſt factum ſecundum verba iſta quæ tu dicis: quin tu ea ex corde tuo comminiſceris. Omnes enim 8 terrebant nos, dicentes, 9 Diſſoluantur manus eorũ ab opere ipſo, 10 ne abſoluatur. nunc igitur [ 11 ô Deus, ] corrobora manum meam. Ego quoque veni in domũ Semaiæ filij Delaiæ, filij Mehetabel, qui erat 12 clauſus, & dixit, 13 Conueniamus ad domum Dei in medio templi. claudamuſq́; oſtia templi: quoniam veniunt vt te occidant, atque 14 noctu venient te interfecturi. Tum reſpondi, Num vir qualis ego ſum fugiet? num quiſpiam qualis ego ſum, templum ingredietur vt vitam tueatur? nequaquam ingrediar. Tum cognoui quòd Deus non miſiſſet eum, 15 vt ad me prophetaret: ſed quòd Tobias & Sanballat mercede eum conduxerant: 16 Atque in hoc erat conductus iſte, vt territus id facerem, peccaremq́;, 17 vt famam [de me] malam haberent, 18 quam mihi probro obijcerent. Memineris ô Deus meus, Tobiæ & Sanballat, quemadmodum illa fecerint, ſed & 19 Noadiæ propheteſſæ, & reliquorũ prophetarũ, qui 20 me terruerunt. Abſolutus eſt itaque murus vigeſimaquinta [die] 21 Elul, 22 poſt quinquageſimum ſecundum diem. Poſtquam verò 23 audiſſent omnes hoſtes noſtri, 24 vidiſſentq́; omnes gentes quæ circum nos erant, cadebant valde in oculis ſuis, cognoueruntq́; à Deo factum eſſe opus hoc. Etiam eiſdem temporibus 25 illuſtres quidam in Iehuda 26 frequenter miſſitabant epiſtolas ſuas ad Tobiam, & rurſum à Tobia 27 volitabant ad iſtos. Nam multi in Iehuda 28 confœderati ei erant, quòd gener eſſet Sechaniæ filij Arah: deinde & filius eius Iehohan duxerat filiam Meſullam filij Berechiæ. Quin & 29 bonitatem eius coram me prædicabant, & rurſus verba mea 30 foris ſpargebant apud eum, vt mitteret Tobias epiſtolas ad me terrendum.*

IN GENTIBVS auditũ eſt, & Goſſem dixit, quòd  Epiſtola Sanaballat ad Nehemiam.
tu, & Iudæi cogitetis rebellare: & propterea ædifices mu-
rum, & leuare te velis ſuper eos, regem: propter quam
7 cauſam ♀ & prophetas poſueris qui prædicent de te in
Ieruſalem, dicentes, Rex in Iudæa eſt: Auditurus eſt rex
verba hæc: idcirco nunc veni, vt ineamus conſilium pa-  Reſponſio Nehemiæ.
8 riter. ♀ Et miſi ad eos, dicens, Non eſt factum ſecũdum
verba hæc quæ tu loqueris: de corde enim tuo tu compo-
9 nis hæc. ♀ Omnes enim hi terrebant nos, cogitantes
quòd ceſſarent manus noſtræ ab opere, & quieſceremus.
10 quam ob cauſam magis confortaui manus meas: ♀ Et  C
ingreſſus ſum domum Semaiæ filij Dalaiæ filij Meta-  Nehemias non deterretur ab opere propter pſeudoprophetas.
beel ſecretò. qui ait, Tractemus nobiſcum in domo Dei
in medio templi, & claudamus portas ædis: quia ven-
turi ſunt vt interficiant te, & nocte venturi ſunt ad oc-
11 cidendum te. ♀ Et dixi, Num quiſquam ſimilis mei fu-
git? & quis vt ego, ingredietur templum, & viuet? non
12 ingrediar. ♀ Et intellexi quòd Deus non miſiſſet eum:
ſed quaſi vaticinans locutus eſſet ad me, & Tobias &
13 Sanaballat conduxiſſent eum. ♀ Acceperat enim pre-
tium, vt territus facerem, & peccarem, & haberent ma-
14 lum quod exprobrarent mihi. ♀ Memento mei ″Domi-  ″Deus
ne pro Tobia & Sanaballat, iuxta opera eorum talia:
ſed & Noadiæ prophetæ, & cæterorum prophetarum
15 qui terrebant me. ♀ Completus eſt autem murus vice-  D
ſimoquinto die menſis Elul, quinquagintaduobus die-
16 bus. ♀ Factum eſt ergo cum audiſſent omnes inimici
noſtri, vt timerent vniuerſæ gentes quæ erant in circuitu
noſtro, & conciderent intra ſemetipſos, & ſcirent quòd à
17 ″Domino factum eſſet opus hoc. ♀ Sed & in diebus il-  ″Deo
lis multæ optimatum Iudæorum epiſtolæ mittebantur ad
18 Tobiam, & à Tobia veniebant ad eos. ♀ Multi enim
erant in Iudæa habentes iuramẽtum eius, quia gener erat
Secheniæ filij Area: & Iohanan filius eius acceperat filiã
19 Moſollam filij Barachiæ. ♀ Sed & laudabant eum co-
ram me, & verba mea nuntiabant ei: & Tobias mittebat
epiſtolas vt terreret me.

## SCHOLIA IN CAP. VI.

1 Sub. & alij. 2 conueniamus pariter. 3 ſub. ad vos. Ieruſalem ſita erat in loco eminentiore: propterea deſcendere dicit. 4 intermittetur opus ipſum, quum deſeram illud vt deſcendã ad vos? 5 Heb. iuxta verba hæc. quæ ſcilicet narrantur inter Gentes. Quidam Hebræorũ iungit hæc verba cum principio verſus, In qua ſcriptum erat iuxta hæc verba. 6 q.d. Iam habemus regẽ præter Artaxerxem 7 ſub. puerum, vel epiſtolam 8 vel, terrent. ſub. Gentes. Quidam Hebræorũ vertit, (vos) terretis nos, &c. 9 Debilitabuntur. i. Debiles factæ deſiſtent 10 & nõ fiet, 11 Ex ingenti affectu incidit in orationem ad Deum. Hebræi ſubaudiunt ô Sanballat, hoc modo, Confirma manus meas ô Sanballat confortando me ad opus ipſum, non deterrendo. q.d. Tu potius cohortare me ad opus quam deterrendo auoces me ab eo 12 ſub. in domo ſua. i. qui continebat ſe domi. Vel qui abſtinebat ſe ab omnibus voluptatibus & delicijs vt ſolent prophetæ. Narrat Nehemias alias inſidias quas ſibi parauerant hoſtes per prophetas. 13. i. Recipiamus nos in &c. vel, Confugiamus ad &c. 14 hac nocte 15 ſed prophetiam illam locutus erat aduerſum me, Tobiaſq́; &c. 16 Heb. (Hæc inquam dicebat) propterea quòd mercede conductus erat, vt timerẽ & facerẽ ſic. i. vt metu ac timore incuſſo cogerer id facere quod dicebat. 17 Heb. eſſetq́; illis ad nomẽ malũ. ſub. aduerſum me. i. haberẽt quod mihi tãquã crimẽ, impingere poſſent. 18 Heb. vt probris me afficerẽt. Cum ſcilicet me, illorum metu aufugiſſe cognoſcerẽt. 19 Nomẽ mulieris quæ etiã ſibi prophetæ nomẽ ſumebat. 20. i. terrore conati ſunt auocare me ab opere ipſo. 21 Menſis eſt qui partim noſtro Auguſto reſpondet, partim Septembri. 22 vel, quinquageſimoſecundo die: Poſtquam ſcilicet miſit Sanballat epiſtolam illam ad Nehemiam. 23 ſubaudi, murum eſſe perfectum. 24 timuerunt omnes gentes quæ circum nos habitabant, & conciderunt &c. i. humiliati ſunt valde. q. d. exiſtimauerunt ſe iacturam magnam feciſſe nominis ſui & rerum ſuarum. 25 vel, optimates 26 Heb. multiplicabant epiſtolas ſuas euntes ad &c. 27 veniebãt. ſub. epiſtolæ. 28 Heb. habebant iuramentum eius, 29 vel, benefacta. ſiue, munificentias 30 Heb. referebant ei, quòd ſcilicet miſiſſet &c. i. quòd epiſtolas quaſdam miſiſſet Tobias, vt eo mihi metum ac terrorem incutiente deſiſterem ab inſtauratione muri.

## CAP. VII.

*ET factum eſt poſtquã extructus eſſet murus, collocaui & 1 oſtia, & conſtituti ſunt ianitores, cantores atque Leuitæ. Tũ præcepi Hanani fratri meo, & Hananiæ principi 2 arcis 3 Ieroſolymitanæ, (erat enim is vir 4 fidelis & Dei, præ multis, metuens,) dixi inquã ad eos, Ne aperiantur portæ Ieruſalem donec ſol incaluerit, 5 donec verò ſteterint [in excubijs,] claudantur portæ firmenturq́;: 6 erant enim conſtitutæ cuſtodiæ ex ciuibus Ieroſolymitanis, quiſque [ſcilicet] in cuſtodia ſua, & quiſque è regione domus ſuæ. 7 Nam ciuitas vtrinque ampla erat & magna, populuſq́; paucus in ea, & domus non erant extructæ. Dedit inſuper Deus meus in cor meum, vt conuocarem optimates,*

## CAP. VII.

1 POſtquam autem ædificatus eſt murus, & poſui val-  Extructo muro applicantur cuſtodes per Nehemiam. eccleſiaſt. 49. d.
uas, & recenſui ianitores, & cantores, & Leuitas:
2 ♀ præcepi Hanani fratri meo, & Hananiæ principi
domus de Ieruſalem (ipſe enim quaſi vir verax & timens
3 Deum plus cæteris videbatur) ♀ & dixi eis, Non ape-
riantur portæ Ieruſalem vſque ad calorem ſolis. Cumq́ue
adhuc aſsiſterent, clauſæ portæ ſunt, & oppilatæ: &
poſui cuſtodes de habitatoribus Ieruſalem, ſingulos per
4 vices ſuas, & vnumquenque contra domum ſuam. ♀ Ci-
uitas autem erat lata nimis & grandis, & populus paruus  Numeratur populus è captiuitate reuerſus. 1. eſd. 2. a.
5 in medio eius, & non erant domus ædificatæ. ♀ Deus
autem dedit in corde meo, & congregaui optimates,
& magi-



& magiſtratus & vulgus, vt recenſerem eos: & inueni li-
B brum cenſus eorum qui aſcenderant primum, & inuen-
tum eſt ſcriptum in eo. ♀ Iſti filij prouinciæ, qui aſcen- 6
derunt de captiuitate migrantium, quos tranſtulerat Na-
buchodonoſor rex Babylonis, & reuerſi ſunt in Ieruſa-
lem, & in Iudæam, vnuſquiſque in ciuitatem ſuam. ♀ Qui 7
ᵃvenerunt ᵃvenerant cum Zorobabel, Ioſue, Nehemias, Azarias,
Raamias, Nahamani, Mardochæus, Belſan, Meſpharath,
Begoai, Nahum, Baana. Numerus virorum populi Iſrael,
♀ Filij Pharos, duo millia centum ſeptuagintaduo. 8
♀ Filij Saphatia, trecenti ſeptuagintaduo. ♀ Filij Area, 9
ſexcenti quinquagintaduo. ♀ Filij Phahath-moab filio- 10
rum Ioſue & Ioab, duo millia octingenti decem & octo. 11
ᵃducenti C ♀ Filij AElam, mille ″octingenti quinquagintaquatuor: 12
ᵃoctingenti ♀ Filij Zethua ″nongenti quadragintaquinque. ♀ Filij 13
Zachai, ſeptingenti ſexaginta. ♀ Filij Bannui, ſexcenti 14
quadragintaocto. ♀ Filij Bebai, ſexcenti vigintiocto. 15
♀ Filij Azgad, duo millia trecenti vigintiduo. ♀ Filij 16
Adonicam, ſexcenti ſexaginta ſeptem. ♀ Filij Beguai, 17
duo millia ſexaginta ſeptem. ♀ Filij Adin, ſexcenti quin 18
ᵃnonaginta. quagintaquinque. ♀ Filij Ater, filij Hezeciæ, ″nongen- 19
tiocto. ♀ Filij Haſem, trecenti vigintiocto. ♀ Filij Beſai, 20
trecenti vigintiquatuor. ♀ Filij Hareph, centũ duodecim. 21
♀ Filij Gabaon, nonagintaquinque. ♀ Filij Beth-lehem 22
& Netupha, centum octogintaocto. ♀ Viri Anathoth, 23
centum vigintiocto. ♀ Viri Beth-azmoth, quadraginta- 24
duo. ♀ Viri Cariath-iarim, Cephira, & Beroth, ſeptingẽti 25
ᵃGeba, (Hebraice. quadragintatres. ♀ Viri Ramà & ″Nebo, ſexcenti viginti 26
D vnus. ♀ Viri Machmas, centũ vigintiduo. ♀ Viri Beth-el 27
& Hai, centũ vigintitres. ♀ Viri Nebo alterius, quinqua- 28
gintaduo: ♀ Viri AElam alterius, mille ducenti quinqua- 29
gintaquatuor. ♀ Filij Harem, trecenti viginti. ♀ Filij Ie- 30
richo, trecenti quadragintaquinque. ♀ Filij Lod-hadid 31
& Ono, ſeptingenti viginti vnus, ♀ Filij Senaa, tria mil- 32
lia nongenti triginta. ♀ Sacerdotes. Filij Idaia in domo 33
Ieſua, nongenti ſeptuagintatres. ♀ Filij Emmer, mille 34
quinquagintaduo. ♀ Filij Phaſhur, mille ducẽti quadra- 35
gintaſeptem. ♀ Filij Arem, mille decẽ & ſeptem. ♀ Le- 36
uitæ. Filij Ioſue & Cedmiel filiorum Oduiæ, ſeptuagin- 37
taquatuor. ♀ Cantores. Filij Aſaph, centum quadra- 38
gintaocto. ♀ Ianitores. Filij Sellum, filij Ater, filij Tel- 39
mon, filij Accub, filij Hatita, filij Sobai. centum triginta- 40
E octo. ♀ Nathinæi. Filij Soha, filij Haſupha, filij Teb- 41
baoth, ♀ filij Ceros, filij Siaa, filij Phadon. ♀ filij Le- 42
bana, filij Hagaba, filij Selmai. ♀ filij Hanan, filij Ged- 43
del, filij Gaher, ♀ filij Raaia, filij Raſin, filij Necoda, 44
♀ filij Gezem, filij Aza, filij Phaſea, ♀ filij Beſai, filij Mu- 45
nim, filij Nephuſsim, ♀ filij Bacbuc, filij Hacupha, filij 46
Harhur, ♀ filij Beſloth, filij Mahida, filij Harſa, ♀ filij Ber 47
cos, filij Siſara, filij Thema, ♀ filij Naſia, filij Hatipha, 48
♀ filij ſeruorum Salomonis, filij Sotai, filij Sopheret, filij 49
Pharida, ♀ filij Iahala, filij Darcon, filij Ieddel, ♀ filij Sa- 50
phatia, filij Hatil, filij Phocheret, qui erat ortus ex Sa- 51
baim filio Amon. ♀ Omnes Nathinæi, & filij ſeruorũ Sa- 52
lomonis, trecenti nonagintaduo. ♀ Hi ſunt autẽ qui aſcẽ 53
derũt de Thelmela, Thel-harſa, Cherub, Addon, & Em- 54
mer: & non potuerunt indicare domũ patrum ſuorum, & 55
ſemen ſuum, vtrum ex Iſrael eſſent. ♀ Filij Dalaia, filij 56
F Tobia, filij Necoda, ſexcẽti quadragintaduo. ♀ Et de ſa- 57
cerdotibus, filij Habia, filij Accos, filij Berzellai, qui acce- 58
pit de filiabus Berzellai Galaaditis vxorem: & vocatus eſt 59
nomine eorum. ♀ Hi quæſierunt ſcripturam ſuam in cen 60
ſu, & non inuenerunt: & eiecti ſunt de ſacerdotio. ♀ Di- 61
xitq́ue Atherſatha eis vt non manducarent de ſanctis ſan 62
ctorũ, donec ſtaret ſacerdos doctus & eruditus. ♀ Omnis 63
ᵃtrecenti multitudo quaſi vir vnus quadragintaduo millia ″ſex- 64
centi ſexaginta: ♀ Abſque ſeruis & ancillis eorum, qui 65
erant ſeptem millia trecenti trigintaſeptem: & inter eos 66
cantores, & cantatrices, ducenti quadragintaquinque. 67

*8 magnates, & populũ, 9 vt familias ſuas indicarẽt, inueniq́; librũ 10 proſapiæ eorũ qui primum aſcẽderant, inueniq́; in eo ſcriptũ, Hi ſunt filij 11 prouinciæ, qui aſcẽderunt de captiuitate trãſmigrationis, quos tranſtulerat Nabuchodonoſor rex Babylonis, & reuerſi ſunt Ieroſolyma & in Iehudam, quiſq́; in ciuitatẽ ſuã. Qui venerunt cum Serubabele, Ieſua, Nehemias, 12 Aſarias, Raamias, Nahamani, Mardochai, Bilſan, 13 Miſpereth, Biguai, 14 Nehum, Baana. Numerus virorũ populi Iſrael. Filiorũ Pharos, duo millia, centũ & ſeptuagintaduo. Filiorũ Sephatiæ, trecẽti & ſeptuagintaduo. Filiorum Arah, ſexcẽti & quinquagintaduo. Filiorũ 15 ducis Moab, filiorum Ieſua & Ioab, duo millia octingenti, decem & octo. Filiorũ Elam, mille ducẽti & quinquagintaquatuor. Filiorũ Zathu, octingenti quadraginta quinque. Filiorum Sachai, ſeptingenti & ſexaginta. Filiorum Binnui, ſexcenti quadragintaocto. Filiorum Bebai, ſexcenti vigintiocto. Filiorum Aſgad, duo millia trecenti & vigintiduo. Filiorum Adonicam, ſexcenti & ſexagintaſeptem. Filiorum Biguai, duo millia ſexcenti & ſeptem. Filiorum Adin, ſexcenti & quinquagintaquinque. Filiorum Ater ex 16 Hiſkia, nonagintaocto. Filiorum Haſum, trecenti vigintiocto. Filiorum Bezai, trecenti vigintiquatuor: Filiorum Hariph, centum & duodecim. 17 Filiorum Gibeon, nonagintaquinque. Virorum Bethlehem & Netopha, centum & octogintaduo: Virorum Anathoth, centũ & vigintiocto. Virorum Beth-aſmaueth, quadragintaduo. Virorũ Kiriath-Iearim, Kephira & Beeroth, ſeptingenti & quadragintatres: Virorum Rama & Geba, ſexcenti & vigintivnus. Virorum Michmas, centum & vigintiduo. Virorum Bethel & Hai, centum vigintitres. Virorũ Nebo 18 alterius, quinquagintaduo. Filiorũ 19 Elam alterius, mille ducenti & quinquagintaquatuor. Filiorum Harim, trecenti & viginti. Filiorum Iericho, trecenti & quadragintaquinque: Filiorum Lod, Hadid, & Ono, ſeptingenti & vigintivnus. Filiorum Senaa, tria millia nongenti & triginta. 20 Sacerdotes. Filiorum Iedaiæ de domo Ieſua, nongenti & ſeptuagintatres. Filiorum Immer, mille & quinquagintaduo. Filiorum Paſhur, mille ducenti & quadragintaſeptem. Filiorum Harim, mille atque decem & ſeptem. Leuitæ. Filiorum Ieſua ex Cadmiel, & ex filijs 21 Hodua, ſeptuagintaquatuor. Cantores. Filiorum Aſaph, centum & quadragintaocto. Ianitores. Filij Sallum, filij Ater, filij Talmon, filij Accub, filij Hatita, filij Sobai: [omnium illorum] centum trigintaocto. Nethinæi. Filij Ziha, filij Haſupha, filij Tabaoth. Filij Keros, filij Sia, filij Padon. Filij Lebana, filij Hagaba, filij Salmai. Filij Hanan, filij Giddel, filij Gabar. Filij Rehaia, filij Rezin, filij Necoda. Filij Gaſam, filij Vſſa, filij Paſeah. Filij Beſai, filij Meunim, filij Nephuſim. Filij Bacbuc, filij Hacupha, filij Harhur. Filij Bazlith, filij Mehida, filij Harſa. Filij Barcos, filij Siſera, filij Thamah. Filij Nezia, filij Hatipha. Filij ſeruorum Solomonis filij Sotai filij Sophereth, filij Pherida. Filij Iaala, filij Darcon, filij Giddel, filij Sephatia, filij Hattil, filij Pochereth Zebaim, filij Amon. Omnium Nethinæorum & filiorum ſeruorum Solomonis, trecenti & nonagintaduo. Iſti vero [ſunt] qui aſcenderunt de Thel-mela, Thel-harſa, Cherub, Addo & Immer: & non potuerunt indicare domum patrum ſuorum, atque 22 ſemen ſuũ, an ſcilicet ex Iſraele eſſent. Filij Delaiæ, filij Tobiæ, filij Necoda, ſexcẽti & quadragintaduo. Et de ſacerdotibus, filij 23 Habaia, filij Hacoz, filij Barſil, qui duxit vxorem de filiabus Barſillai Gileaditæ, & vocatus eſt nomine earũ. Illi quæſiuerunt 24 ſcripturã ſuam & lineam generationis, ſed non ſunt 25 inuenti: ideo 26 repudiati ſunt à ſacerdotio. Dixitq́; ad eos 27 Hathirſatha, ne comederent de 28 ſancto ſanctorũ, donec 29 conſurgeret ſacerdos 30 in Vrim & Thummim. Totius igitur multitudinis ad vnum vſque, quadragintaduo millia, trecẽti & ſexaginta. Præter ſeruos eorũ atq; ancillas eorũ: quorum fuerunt ſeptem millia, trecenti trigintaſeptem. fuerunt & inter eos cantores & cantatrices, [nempe] ducenti & quadragintaquinque.*

*Equi eorum erant ſeptingenti trigintaſex: & muli eorum ducenti quadragintaquinque. Cameli, quadringenti trigintaquinque: aſinorum ſex millia ſeptingenti & viginti.*

68 ♀ Equi eorum, ſeptingenti trigintaſex: muli eorum, du-
69 centi quadragintaquinque. ♀ Cameli eorum, quadrin-
genti trigintaquinque: aſini, ſex millia ſeptingẽti viginti.

Hucuſque refertur quid in commentario ſcriptum fuerit: exin Nehemiæ hiſtoria texitur.

*Pars autem præcipuorum 31 patrum dederunt pro opere, Hathirſatha dedit in 32 theſaurum auri 33 ſolidos mille, 34 pelues quinquaginta, tunicas ſacerdotales quingentas & triginta. Et 35 ex præcipuis patribus dederunt pro theſauro operis, auri 33 ſolidos, viginti mille, & argẽti minas bis mille ducentas. Quod autem reliqui ex populo dederunt, auri 36 ſolidi viginti mille, & argenti minæ bis mille, & tunicæ ſacerdotales ſexagintaſeptem. Habitaueruntq; ſacerdotes & Leuitæ, ianitores, cantores, & ex populo, Nethinæi quoque & omnis Iſrael in ciuitatibus ſuis: acceſsitq;, menſis ſeptimus, & filij Iſrael erant in 37 ciuitatibus ſuis.*

70 ♀ Nonnulli autem de principibus familiarum dederunt G
in opus, Atherſatha dedit in theſaurum, auri drachmas
mille, phialas quinquaginta, tunicas ſacerdotales quin-
71 gentas triginta. ♀ Et de principibus familiarum dede-
runt in theſaurum operis, auri drachmas viginti millia, &
72 argenti mnas duo millia ducentas. ♀ Et quod dedit re-
liquus populus, auri drachmas viginti millia, & argenti
mnas duo millia, & tunicas ſacerdotales ſexagintaſeptẽ.
73 ♀ Habitauerunt autem ſacerdotes & Leuitæ, & ianitores
& cantores, & reliquum vulgus, & Nathinæi, & omnis
Iſrael in ciuitatibus ſuis.

## SCHOLIA IN CAP. VII.

1 Valuas. ſub. portarum, 2 vel, palatij. ſub. regis 3 de Ieruſalem. i. de portis Ieruſalem claudendis & aperiendis ſuo tempore. Alij, de cuſtodiendis portis Ieruſalem. 4 verax 5 & adhuc ipſis (cuſtodibus) ſtantibus (in portis) claudent fores, & tenebunt. vel, claudant fores & apprehendant, ſubaudi, valuas illas, donec ſcilicet vectibus clauſerint eas. 6 Hebraiſmus, & ſtatui cuſtodias habitatores Ieruſalem, quenque &c. id eſt, conſtitui circum Ieruſalem cuſtodes habitatores eius, quenque eregione, ſiue exaduerſo domus ſuæ. 7 Heb. Ciuitas autem ipſa lata erat locis, (vel, ſpatijs) & ingens, populus verò 8 vel, magiſtratus. 9 Heb. vt recenſerentur ſecundum ſeriem generationis. 10 generationis. Liber iſte generationis non eſt ille qui deſcriptus eſt Eſdræ. ca. 2, ſed ſcriptus fuit aliquotannis poſt eum. non enim conueniunt inter ſe in aliquot numeris particularibus filiorum, quòd ſucceſſu temporis, multi aucti fuerint liberis, alij orbati. 11 id eſt, regionis Iudææ. Reliqua omnia require in libro Eſdræ ca. 2. 12 Iſti dicuntur in Eſdra, Seraia & Rehelaia 13 in Eſdra, Miſpar, 14 In Eſdra, Rehum. 15 Pahath-moab 16 id eſt, qui erat de domo & familia Hiſkia. 17 id eſt, Ciuium, ſiue incolarum. ſic in ſequentibus. 18 erant enim duæ vrbes eiuſdem nominis. 19 Nomen eſt vrbis, aut vici. 20 id eſt, Sequuntur ſacerdotes. vel, Filij ſacerdotum. Aut, nomina ſacerdotum. Siue, Sequitur numerus &c. Sic infrà de Leuitis, Cantoribus, Ianitoribus, Nathinæis. 21 In Eſdra, Hodaniæ. 22. i. genus ſuum vnde ducebant originem. 23 vel, Hobaia, 24. i. librũ in quo deſcripti erant hi qui per ſeriẽ generationũ recẽſiti erant. Vel, librũ eorum qui per ſeriem &c. 25 ſub. in eo libro. vel, ne vnus quidem eorũ fuit inuẽtus in ea ſcriptura, ſiue in eo libro. Verti etiã poteſt, & nõ eſt inuẽta. ſub. ea ſcriptura. 26 eiecti. i. priuati fuerunt dignitate ſacerdotali. 27. i. Nehemias, qui ita dictus eſt ſermone Chaldæo. ponitur enim vice cognominis. aut eſt nomen magiſtratus, ſiue dignitatis apud Chaldæos. Hebræi aiunt ita dictũ fuiſſe, quod licuerit ei bibere de vino Gentiliũ, quòd eſſet pincerna regis Artaxerxis. 28. i. de cibis ſacerdotũ qui ſacroſancti erant. 29 vel, veniret 30 vel, cum Vrim &c. Per Vrim, quod ſonat lumen, ſiue lumina, ſignificatur ſapientia: & per Thummim, quod perfectionẽ ſignificat, ſiue perfectiones, integritas vitæ denotatur. Neceſſario autem locus ille intelligitur de Chriſto: nam Vrim & Thummim, quæ Moſes poſuerat in Rationali, non fuerunt in ſecundo templo, hoc eſt, non fuerunt poſtea poſita. 31 vel, familiarũ 32 operis ſcilicet 33 drachmas 34 vel, crateras 35 vel, (aliquot) ex principibus familiarum 36 drachmarum viginti millia, 37 Vide reliqua in Eſdra.

## CAP. VIII.

*CONgregatus eſt autem vniuerſus populus 1 ad vnum vſque in plateam, quæ erat ante portam aquarum, & dixerunt ad Eſram 2 ſcribam vt afferret librum legis Moſis, quam præceperat Dominus Iſraeli. Attulit ergo ſacerdos Eſra 3 legem coram multitudine [quæ erat] ex viris & mulieribus, & 4 quicunque intelligentes erant vt audirent, in prima menſis ſeptimi. Et legit in eo 5 in platea quæ erat ante portam aquarum, à luce [matutina] vſque ad meridiem, in conſpectu virorum & mulierum 6 intelligentium: erantq; aures totius populi [intentæ] 7 in librum legis. Et ſtetit Eſras ſcriba ſuper 8 turriculam ligneam, quam 9 ad hanc rem fecerant: ſtetitq; penes eum Mathathias, Sema, Anaia, Vrias, Hilkias, & Maaſias, ad dexteram eius: ad leuam verò eius Pedaia, Miſael, Malkia, Haſum, Haſbaddana, Zacharias, & Meſullam. Et aperuit Eſras ſcriba librũ in conſpectu totius populi, (eminebat enim ſupra vniuerſum populum:) quumq; illum aperuiſſet, 10 ſtetit vniuerſus populus. Et laudauit Eſra Dominum Deum magnum: reſponditq; cunctus populus, Amen, amen: 11 ſublatiſq; manibus ſuis, inclinatoq; vertice & facie terram verſus adorarant Dominum. Porrò Ieſua, Bani, Serebia, Iamin, Accub, Sabethai, Hodia, Maaſia, Kelita, Aſaria, Ioſabad, Hanan, Pelaia, atque Leuitæ 12 docebant populum in lege, & populus erat in ſtatione ſua. Et legerunt in libro, [id eſt] in lege Dei 13 luculenter, explicantes ſenſum, & erudientes inter legendum. Dixit autem Nehemias (qui & Hathirſchatha, & Eſras ſacerdos ac ſcriba, & Leuitæ (qui 14 erudiebant populum,) ad omnem populum, Dies [hodiernus] 15 ſanctus eſt Domino Deo veſtro: ne ergo luctu voſipſos conficiatis, neque fleatis, (flebat enim omnis populus quum audirent verba legis:) Dixit ergo ad eos,*

1 ET venerat menſis ſeptimus: filij autem Iſrael erant
in ciuitatibus ſuis. Congregatuſque eſt omnis po-
pulus quaſi vir vnus ad plateam, quæ eſt ante por-
tam aquarum, & dixerunt Eſdræ ſcribæ vt afferret librum
2 legis Moyſi, quam præceperat Dominus Iſraeli. ♀ Attulit
ergo Eſdras ſacerdos legem coram multitudine virorum
& mulierum, cunctiſque qui poterant intelligere, in die
3 prima menſis ſeptimi. ♀ Et legit in eo aperte in platea,
quæ erat ante portam aquarum, de mane vſque ad mediã
diem, in conſpectu virorum, & mulierum, & ſapientiũ: &
4 aures omnis populi erant erectæ ad librum. ♀ Stetit au-
tem Eſdras ſcriba ſuper gradum ligneum, quem fecerat ad
loquendum: & ſteterunt iuxta eum Mathathias, & Se- B
meia, & Ania, & Vria, & Helcia, & Maaſia, ad dextram
eius: & ad ſiniſtrã, Phadaia, Miſael, & Melchia, & Haſum,
5 & Haſbadana, Zacharia, & Moſollã. ♀ Et aperuit Eſdras
librum coram omni populo: ſuper vniuerſum quippe po-
pulum eminebat. Et cum aperuiſſet eum, ſtetit omnis po-
6 pulus. ♀ Et benedixit Eſdras Domino Deo "voce magna:
& reſpondit omnis populus, Amen, amen: eleuans manus
ſuas, & incuruati ſunt, & adorauerunt "Deum proni in ter
7 ram. ♀ Porrò Ioſue, & Bani & Serebia, Iamin, Accub,
Sebthai, Odia, Maaſia, Celita, Azarias, Iozabed, Hanan,
Phalaia, Leuitæ, ſilentium faciebant in populo ad audien
8 dam legem: populus autẽ ſtabat in gradu ſuo. ♀ Et lege-
runt in libro legis Dei diſtinctè, & apertè ad intelligẽdũ:
9 & intellexerũt cũ legeretur. ♀ Dixit autẽ Nehemias (ipſe
eſt Atherſatha) & Eſdras ſacerdos & ſcriba, & Leuitæ in-
terpretãtes vniuerſo populo, Dies ſanctificatus eſt Domi
no Deo "noſtro, nolite lugere, & nolite flere. Flebat enim
10 omnis populus, cum audiret verba legis. ♀ Et dixit eis,
Ite,

Populo congregato, legit Eſdras legem, ſcribæ officiũ præſtans.

"magno:

"Dominum

C Contriſtatũ populum ob auditam legẽ, conſolatur Nehemias.

"veſtro,



Ite, comedite pinguia, & bibite mulſum, & mittite partes
"his qui non præparauerunt ſibi: quia ſanctus dies Domi-
ni eſt, & nolite contriſtari. gaudium etenim Domini eſt,
fortitudo "noſtra. ♀ Leuitæ autem ſilentium faciebant in 11
omni populo, dicentes, Tacete, quia dies ſanctus eſt, &
nolite dolere. ♀ Abijt itaq; omnis populus, vt comede- 12
ret, & biberet, & mitteret partes, & faceret lætitiã magnã:
quia intellexerant verba quæ docuerat eos. ♀ Et in die 13
ſecũdo cõgregati ſunt principes familiarũ vniuerſi popu-
li, ſacerdotes & Leuitæ ad Eſdram ſcribã, vt interpretare-
tur eis verba legis. ♀ Et inuenerunt ſcriptum in lege, præ- 14
cepiſſe Dominũ in manu Moyſi, vt habitent filij Iſrael in
D tabernaculis, in die ſolenni, menſe ſeptimo: ♀ & vt prædi 15
cent, & diuulgent vocem in vniuerſis vrbibus ſuis, & in
Ieruſalẽ, dicentes, Egredimini in montẽ, & afferte frõdes
oliuæ, & frondes ligni pulcherrimi, frõdes myrti, & ramos
palmarũ, & frondes ligni nemoroſi, vt fiant tabernacula,
ſicut ſcriptũ eſt. ♀ Et egreſſus eſt "omnis populus, & attu 16
lerunt. Feceruntq; ſibi tabernacula vnuſquiſq; in domate
ſuo, & in atrijs ſuis, & in atrijs domus Dei, & in platea por
tæ aquarum, & in platea portæ Ephraim. ♀ Fecit ergo 17
vniuerſa eccleſia eorum qui redierant de captiuitate, ta-
bernacula, & habitauerunt in tabernaculis: non enim fece
rant à diebus Ioſue filij Nun taliter filij Iſrael, vſque ad
diem illum: & fuit lætitia magna nimis. ♀ Legit autem 18
"Eſdras in libro legis Dei per dies ſingulos, à die primo
vſque ad diem nouiſsimum. & fecerũt ſolennitatẽ ſeptem
diebus, & in die octauo collectam iuxta ritum.

"ei qui non præparauit

"veſtra.

Lætitia in Iſrael, cognita Dei voluntate per legem. Iuſſu Eſdræ celebrat populus feſtum tabernaculorum.

Legitur liber legis.

*Ite & 16 comedite pinguia, & bibite dulcia, & mittite partes ei cui nihil eſt paratum: dies enim [hodiernus] ſanctus eſt Domino noſtro: neque doleatis: nam gaudium Domini 17 eſt robur Veſtrum. Porrò Leuitæ compeſcebant omnem populum, dicentes, Silete, quoniam dies iſte ſanctus eſt; nolite ergo triſtes eſſe. Abijt itaque cunctus populus, vt comederet & biberet, & mitteret partes, & faceret gaudium magnum: intellexerant enim verba quæ 18 manifeſtauerant eis. Poſtero die rurſus collecta ſunt capita 19 patrum totius populi, ſacerdotes & Leuitæ ad Eſram ſcribam, 20 vt erudiret [eos] in verbis legis. Inueneruntq; ſcriptum in lege quam Dominus præceperat per manũ Moſis, vt filij Iſraelis 21 ſedeant in tentorijs in ſolennitate menſis ſeptimi. 22 Et vt diuulgent edita voce per cunctas ciuitates ſuas, & per Ieruſalem, dicentes, Egredimini in montem, & afferte frondes oleæ, & frondes ligni 23 pinguis, frondes 24 hadas, frondes palmarum, & frondes denſæ arboris, 25 vt fiant tentoria ſicut ſcriptum eſt. Exierunt itaque populi & attulerunt, feceruntq; ſibi tabernacula, vnuſquiſque ſuper tectum ſuum, & in atrijs ſuis, atque in atrijs domus Dei, & in platea portæ aquarum, & in platea portæ Ephraim. Fecerunt ergo omnis multitudo eorum qui reuerſi fuerant ex captiuitate, tabernacula, ſederuntq; 26 ſub tabernaculis: quoniam non fecerant 27 ſic à diebus Ioſue filij Nun, filij Iſraelis, vſque in illum diem, fuitq; gaudium admodum magnum. Legit præterea [Eſras] in libro legis Dei ſingulis diebus, à die primo vſque ad diem vltimum; & fecerunt feſtum diem ſeptem diebus: octauo die 28 erat concio pro more.*

## SCHOLIA IN CAP. VIII.

1 Heb. tanquam vir vnus (.i. ſimul) in platea. 2 vel, legiſperitum. Nomen doctrinæ eſt ac eruditionis. 3. i. librum legis 4 & omni intelligente audiendo. i. omnibus qui iam per ætatem audita intelligere ac percipere poterant. Vox Hebræa hic non indicat ſcientiam aut eruditionem, ſed ætatem. pertinet enim hæc particula ad iuniores, ſuperior vero ad eos qui erant prouectioris ætatis. 5 Ante plateam. Innuit ſuggeſtum fuiſſe collocatum, non in meditulio plateæ, ſed in extremitate quadam, vnde tamen facile ab omnibus conſpici poterat. 6 & intelligentium. i. eorum qui (vt iam dictum eſt) per ætatem audita intelligere poterant. 7 id eſt, ad ea quæ ex libro legebantur. 8 ſuggeſtum vocat turrim, quod præſeferret figuram turris, eſſetque figuræ orbicularis. 9 i. vnde legere poſſent in libro legis audiente populo. 10 id eſt, coniecit ſe in pedes honoris cauſa, ſiue erectus ſtetit 11 Hebr. cum eleuatione manuum ſuarum, 12 Hebr. intelligere faciebant populum legem. i. attendere faciebant legi. 13 explicite, (vel, diſtincte) & appoſuerunt intellectum, & intellexerunt ſcripturam. i. aduerterũt animum, & intellexerunt quod legebatur. 14 Hebr. intelligere faciebant. i. attendere faciebant ad legem, vel legi. 15 Declarat Nehemias vniuerſo populo diem illam ſanctificatam eſſe atque conſecratam Domino. q. d. Agite hodie feſtum cum gaudio & lætitia. 16 q. d. comedite eſcas pingues & opiparas, & mittite portiones ijs qui nullas habent eſcas paratas. 17 id eſt, Diuino gaudio efficiemini fortiores animis & alacriores. 18 vel, docuerant ipſos. 19 vel, familiarum 20 Hebr. & ad intelligendum, id eſt, vt audirent & intelligerent. Vacat &. 21 ſederent, id eſt, celebrandum eſſe feſtum tabernaculorum menſe ſeptimo. 22 Hebr. Et audiri facerent, tranſireque vocem. i. vt voce præconis promulgarent in omnibus vrbibus ſuis. Quidam Hebræorum vertit, Præceperunt ergo, vt ſignificarent &c. 23 Per lignum pingue quidam intelligunt balſamum, alij pinum, alij cedrum. 24 Quidam dicunt vocem iſtam Hebræam ſignificare ſpeciem myrti fortaſſe quam Plinius vocat exoticam: quam aſſerit varijs frondium ordinibus conſtare. 25 vt faciatis 26 vel, in ipſis tabernaculis: 27 id eſt, talia tabernacula 28 (fecerunt) collectam iuxta ritum. Collectam, non à collectione pecuniæ, ſed à congregatione populi in vnum: id eſt concionem, ſiue feſtiuitatem celeberrimam.

## CAP. IX.

IN die autem viceſimoquarto menſis huius conuene- 1
runt filij Iſrael in Ieiunio, & in ſaccis, & humus ſuper
eos. ♀ Et ſeparatum eſt ſemen filiorum Iſrael ab om- 2
ni filio alienigena: & ſteterunt, & confitebantur peccata
ſua, & iniquitates patrum ſuorum. ♀ Et conſurrexerunt 3
ad ſtandum: & legerunt in volumine legis Domini Dei
ſui, quater in die, & quater confitebantur, & adorabãt Do
minum Deum ſuum. ♀ Surrexerunt autem ſuper gradum 4
Leuitarum Ioſue, & Bani, & Cedmiel, Sabania, Bonni, Sa-
rebias, Bani, & Chanani: & clamauerunt voce magna ad
Dominũ Deũ ſuũ. ♀ Et dixerunt Leuitæ Ioſue & Ced- 5
miel, Bonni, Haſebnia, Serebia, Odaia, Sebnia, Phathahia.
Surgite, benedicite Domino Deo "noſtro ab æterno vſq;
in æternum: & benedicant nomini gloriæ tuæ excelſo in
omni benedictione & laude. ♀ Tu ipſe Domine, ſolus tu 6
feciſti cælum, & cælum cælorum, & omnem exercitum
eorum: terram, & vniuerſa quæ in ea ſunt: maria, & omnia
quæ in eis ſunt: & tu viuificas omnia hæc, & exercitus
cæli te adorat. "Et dixit Eſdras, ♀ Tu ipſe "Domine Deus, 7

Populus pœnitens, vxores alienigenas abijcit. 3. eſdræ. 9. c. Confeſsio peccati.

"veſtro

Laudat & benedicit Deum Nehemias. B Beneficia Dei erga Iſraelem.

"Dominus

*RVrſum die viceſimaquarta huius mẽſis cõgregati ſunt filij Iſrael 1 in ieiunio, & in ſaccis, puluerẽq; ſuper ſe [habebãt.] Separatiq; ſunt qui erãt de ſemine Iſraelis, à cũctis filijs extraneis, & 2 ſtantes confeſsionẽ fecerũt de peccatis ſuis, & iniquitatibus patrũ ſuorũ. Et 3 ſurrexerunt in ſtationibus ſuis: legeruntq; in libro legis Domini Dei ſui quater per diẽ, quaterq; 4 confitebatur & adorabant Dominum Deum ſuum. Et 5 ſurrexit ſuper 6 gradum Leuitarũ Ieſua, & Bani, Cadmiel & Sebania, Bunni & Serebia, Bani & Chenani: clamaueruntq; voce magna ad Dominum Deũ ſuũ. Et dixerũt Leuitæ, [nẽpe] Ieſua & Cadmiel, Bani & Haſabnia, Serebia & Hodia, Sebania & Pethahia, 7 Surgite & laudate Dominũ Deũ veſtrũ à ſeculo vſq; in ſeculũ: & 8 benedicãt nomini 9 maieſtatis tuæ 10 quod exaltatũ eſt ſuper omnẽ benedictionẽ & laudẽ. Tu ſolus es 11 Dñs, tu feciſti cœlũ, & 12 cœlos cœlorum, atque omnẽ exercitum eorum: terram & omnia quæ ſunt ſuper eam: maria & quidquid in eis eſt: & tu 13 viuificas iſta omnia: ſed & exercitus cœlorum te adorat. Tu es 14 Dominus 15 Deus,*

qui elegiſti Abram, & eduxiſti eum ex Vr Chaldæorum, & impoſuiſti ei nomen 16 Abraham: Inueniſtiq; cor eius fidele coram te, 17 vt ferires cum eo fœdus, vt dares ei terram Chananæorum, Hithæorum, Amorræorum, Pheriſæorum, Iebuſæorum, & Girgeſæorum, vt traderes inquam [eam] ſemini eius, & 18 rata feciſti verba tua: quoniã iuſtus es tu. 19 Vidiſti quoque afflictionem patrum noſtrorum in AEgypto, clamoremq; eorum audiſti iuxta mare 20 carectoſum. Ediſti inſuper ſigna & portenta in Pharaone & in cunctis ſeruis eius, atq; in omni populo terræ eius, tu enim noueras quàm 21 petulanter cum eis agerent, feciſtiq; tibi nomen, quemadmodum hæc dies [teſtatur.] Diſſecuiſti mare ante faciem eorum, vt tranſirent per medium maris in ſicco, perſequutores autem eorum deieciſti in profundum, veluti quum lapis [deyci tur] in 22 validiſsimas aquas. Sed & per columnã nubis duxiſti eos interdiu, & per columnam igneam noctu, vt illuſtrares eis viam in qua 23 incedebant. Deſcendiſti in montem Sinai, loquens cum eis è cælo, & dediſti eis 24 iudicia recta, & leges veras, ceremonias, & bona præcepta. 25 Oſtendiſti eis ſabbatum tuum ſanctum, & præcepiſti eis mãdata, 26 ceremonias, & leges per manum Moſis ſerui tui. Dediſti inſuper eis panem è cælo 27 in fame eorum, & aquam eduxiſti eis de petra in ſiti eorum: & promiſiſti eis vt ingrederentur & poſsiderent terram hanc, pro qua 28 leuaſti manum tuam vt dares illis. Ipſi vero & patres noſtri 29 petulanter egerunt, & indurarunt 30 ceruicem ſuã, nec audierunt præcepta tua. Quin audire renuerunt, neque memores fuerunt mirabilium tuorum quæ feciſti cum eis: ſed indurauerunt ceruicem ſuam, & 31 elegerunt ducem, vt reuerterentur in ſeruitutem ſuam in 32 contumacia ſua. ſed tu ô Deus propitiationum, clemẽs, miſericors, 33 longanimis, & multæ beneficentiæ, non deſeruiſti eos. Sed & quum fabricaſſent ſibi vitulum fuſilem, dixiſſentq;, Iſti ſunt dij tui qui eduxerunt te de terra AEgypti, & deſignaſſent ingentes blaſphemias, Tu 34 in miſerationibus tuis multis non dereliquiſti eos in deſerto: [nam] columna nubis interdiu non receſsit ab eis, 35 quo minus dirigeret eos in via: nec columna ignis noctu, 36 quo minus luceret eis, in via per quam incedebant. Spiritum quoque tuum bonum dediſti ad erudiendum eos: nec Man tuum prohibuiſti ab ore eorum, quin & aquam dediſti eis, vt ſitim ſuam [reſtinguerent.] Aluiſti eos in deſerto quadraginta annos, vt nihil eis deeſſet: veſtimenta eorum non ſunt vetuſtate detrita, nec 37 intumuerunt pedes eorum. Dediſti eis inſuper regna & populos: & diuiſiſti eos 38 per terminos, vt poſsiderent terram Sihon, & terram regis Heſbon, & terram Og regis Baſan. Filios eorum multiplicaſti vt ſtellas celi, & introduxiſti eos in terram, de qua dixeras patribus eorum, quòd eſſent ingreſſuri & occupaturi. Ingreſsi itaque ſunt filij, & poſſederunt terram, & tu ſubieciſti in conſpectu eorum habitatores terræ, Chananæos, & tradidiſti eos in manum eorũ vnà cum regibus eorum & populis 39 terræ, vt facerent cum eis pro voto ſuo. Ceperunt vrbes munitas & humum pinguem, poſſederuntq; domos omni bono plenas, 40 puteos exciſos, vineas, oliueta, arbores frugiferas, [idque] in copia: comederunt & ſaturi, adeoq; pingues facti, 41 delicate vixerunt in iſta tua magna bonitate. Illi autem 42 rebelles facti defecerunt à te, & abiecerunt legem tuam poſt tergum ſuum, & occiderunt prophetas tuos, qui eos 43 obteſtantes, conabantur eos ad te reducere. [In ſumma] 44 inſigniter [te] irritarunt. Tu igitur tradidiſti eos in poteſtatem hoſtium ſuorum, qui eos preſſerunt: & in tempore preſſuræ ſuæ clamauerunt ad te, tuq; eos è cælo exaudiſti, & in miſerationibus tuis multis dediſti eis ſeruatores, qui eos 45 aſſeruerunt de manu hoſtium ſuorum. Quumque [data eſſet] eis requies, rurſus malum deſignarunt in conſpectu tuo: tu igitur dereliquiſti eos in manu hoſtium ſuorum, qui tyrannidem in eos exercuerunt: quumq; iterum conuerſi ad te clamarent, exaudiſti eos de cælo, liberaſtique eos iuxta miſerationes tuas, [idque] multis temporibus. 46 Et obteſtatus es eos,

qui elegiſti Abram, & eduxiſti eum de Igne-Chaldæorũ: Gene. 11. d.
8 & poſuiſti nomen eius Abraham. ¶ Et inueniſti cor eius
fidele corã te, & percuſsiſti cum eo fœdus, vt dares ei terram Chananæi, Hethæi, & Heuæi, & Amorrhæi, & Pherezæi, & Iebuſæi, & Gergeſæi, vt dares ſemini eius: & im-
9 pleſti verba tua, quoniam iuſtus es. ¶ Et vidiſti afflictionem patrum noſtrorum in AEgypto: clamoremque eorũ
10 audiſti ſuper Mare rubrum. ¶ Et dediſti ſigna atque portenta in Pharaone, & in vniuerſis ſeruis eius, & in omni populo terræ illius: cognouiſti enim quia ſuperbe egerãt
11 contra eos: & feciſti tibi nomen, ſicut & in hac die. ¶ Et mare diuiſiſti ante eos, & tranſierũt per medium maris in ſicco: perſecutores autẽ eorũ proieciſti in profundũ, quaſi
12 lapidem in aquas validas. ¶ Et in columna nubis ductor eorum fuiſti per diem, & in columna ignis per noctem: vt C
13 appareret eis via per quam ingrediebantur. ¶ Ad montẽ quoque Sinai deſcendiſti, & locutus es cum eis de cælo: & dediſti eis iudicia recta, & legem veritatis, ceremonias,
14 & præcepta bona. ¶ Et ſabbathum ſanctificatum tuum oſtendiſti eis, & mandata, & ceremonias, & legẽ præcepi-
15 ſti eis in manu Moyſi ſerui tui. ¶ Panem quoque de cælo dediſti eis in fame eorum, & aquam de petra eduxiſti eis ſitientibus: & dixiſti eis vt ingrederentur & poſsiderent terram ſuper quam leuaſti manum tuam vt traderes eis.

Ingratitudo & peccatum populi.

16 ¶ Ipſi verò, & patres noſtri ſuperbe egerunt, & indurauerunt
17 runt ceruices ſuas, & non audierunt mandata tua. ¶ Et noluerunt audire: & non ſunt recordati mirabilium tuorũ quæ feceras eis: & indurauerunt ceruices ſuas, & dederũt caput vt conuerterentur ad ſeruitutem ſuam, quaſi per contentionem. tu autem Deus propitius, clemens, & miſe D
ricors, longanimis, & multæ miſerationis non dereliquiſti
18 eos. ¶ Et quidem cum feciſſent ſibi vitulum cõflatilem,
& dixiſſent, Iſte eſt Deus tuus, qui eduxit te de AEgy-

Miſericordia Dei, & beneficia in populum Iſraelem, & ipſius Iſraelis rebellio.

19 pto: feceruntque blaſphemias magnas: ¶ Tu autem in miſericordijs tuis multis non dimiſiſti eos in deſerto: columna nubis non receſsit ab eis per diem, vt duceret eos in viam: & columna ignis per noctem, vt oſtenderet eis

Spiritus Dei, doctor.

20 iter per quod ingrederentur. ¶ Et Spiritum tuum bonũ dediſti qui doceret eos, & manna tuum non prohibuiſti
21 ab ore eorum, & aquam dediſti eis in ſiti. ¶ Quadraginta annis pauiſti eos in deſerto, nihilque eis defuit: veſtimenta eorum non inueterauerunt, & pedes eorum non
22 ſunt attriti. ¶ Et dediſti eis regna & populos: & partitus es eis ſortes: & poſſederunt terram Sehon, & terram regis
23 Heſebon, & terram Og regis Baſan. ¶ Et multiplicaſti filios eorum ſicut ſtellas cæli, & adduxiſti eos ad terram de qua dixeras patribus eorum vt ingrederentur & poſsi-
24 derent. ¶ Et venerunt filij, & poſſederunt terram, & hu E
miliaſti coram eis habitatores terræ, Chananæos, & dediſti eos in manu eorum, & reges eorum, & populos terræ,
25 vt facerent eis ſicut placebat illis. ¶ Ceperunt itaque vrbes munitas & humum pinguem, & poſſederunt domos plenas cunctis bonis: ciſternas ab *eis fabricatas, vi- *alijs
neas, & oliueta, & ligna pomifera multa: & comederũt, & ſaturati ſunt, & impinguati ſunt, & abundauerunt deli-
26 cijs in bonitate tua magna. ¶ Prouocauerunt autem te ad iracundiam, & receſſerunt à te, & proiecerunt legem tuam poſt terga ſua: & Prophetas tuos occiderunt, qui conteſtabantur eos vt reuerterentur ad te: feceruntque
27 blaſphemias grandes. ¶ Et dediſti eos in manum hoſtiũ ſuorum, & afflixerunt eos: & in tempore tribulationis ſuæ clamauerunt ad te, & tu de cælo audiſti, & ſecundum miſerationes tuas multas dediſti eis ſaluatores, qui
28 ſaluarent eos de manu hoſtium ſuorum. ¶ Cumque re- F
quieuiſſent, reuerſi ſunt vt facerent malum in conſpectu tuo: & dereliquiſti eos in manu inimicorum ſuorum, & poſſederunt eos. Conuerſique ſunt, & clamauerunt ad te: tu autem de cælo exaudiſti, & liberaſti eos in miſeri-
29 cordijs tuis, multis temporibus. ¶ Et conteſtatus es eos,
vt reuer-



vt reuerterentur ad legem tuã: ipſi verò ſuperbe egerunt, & non audierunt mandata tua, & in iudicijs tuis peccauerunt, quæ faciet homo, & viuet in eis: & dederunt humerũ recedentem, & ceruicem ſuam indurauerũt, nec audierũt.
¶ Et protraxiſti ſuper eos annos multos, & conteſtatus es 30
eos in Spiritu tuo per manũ prophetarum tuorum: & non audierũt, & tradidiſti eos in manum populorũ terrarum.
¶ In miſericordijs autem tuis plurimis non feciſti eos in 31
conſumptionem, nec dereliquiſti eos, quoniam Deus miſerationum, & clemẽs es tu. ¶ Nunc itaque Deus noſter 32
magne, fortis & terribilis, cuſtodiens pactum & miſericordiam, ne auertas à facie tua omnem laborem qui inuenit nos, reges noſtros, & principes noſtros, & ſacerdotes no-
G ſtros, & prophetas noſtros, & patres noſtros, & omnem populum tuum à diebus regis Aſſur, vſque in diem hanc.

Iuſtus Deus & verax. Confeſsio.

¶ Et tu iuſtus es in omnibus quæ venerũt ſuper nos: quia 33
veritatem feciſti nobis, nos autem impie egimus. ¶ Re- 34
ges noſtri, principes noſtri, ſacerdotes noſtri, & patres noſtri non fecerunt legem tuam, & non attenderunt mandata tua, & teſtimonia tua quæ teſtificatus es in eis. ¶ Et 35
ipſi in regnis ſuis bonis, & in bonitate tua multa quam dederas eis, & in terra latiſsima & pingui quam tradideras in conſpectu eorum, non ſeruierunt tibi, nec reuerſi ſunt à ſtudijs ſuis peſsimis. ¶ Ecce noſipſi hodie ſerui ſumus, 36
& terra quam dediſti patribus noſtris vt comederẽt panẽ eius & quæ bona ſunt eius, & noſipſi ſerui ſumus in ea.
¶ Et fruges eius multiplicantur regibus, quos poſuiſti ſu- 37
per nos propter peccata noſtra, & corporibus noſtris dominantur, & iumentis noſtris ſecundum voluntatẽ ſuam,

Percutit populus fœdus cum Domino.

& in tribulatione magna ſumus. ¶ Super omnibus ergo 38
his noſipſi percutimus fœdus, & ſcribimus, & ſignãt principes noſtri, Leuitæ noſtri, & ſacerdotes noſtri.

vt reduceres eos ad legem tuam, ipſi autem ſuperbe egerunt, nec audierunt præcepta tua, ſed peccarunt in iudicia tua, 47 in quibus homo, ſi faceret ea, viueret: prebueruntq; humerum [ſuum] 48 rebellem, & indurarunt ceruicem ſuam, 49 ne audirent. 50 Diſtuliſti etiam cum eis annis multis, obteſtans eos ſpiritu tuo per manum prophetarum tuorum: ſed non auſcultarant, ideo tradidiſti eos in manum populorum nationum. At pro tua ingenti miſeratione non perdidiſti eos totos, neque dereliquiſti eos, quòd Deus es clemens & miſericors. Nunc igitur Deus noſter, Deus magne, fortis & tremende, qui ſeruas fœdus & 51 benignitatem, 52 ne ſit vulgaris in conſpectu tuo omnis hæc calamitas, quæ deprehendit & nos & reges noſtros, principes noſtros, ſacerdotes noſtros, prophetas noſtros, patres noſtros, & cunctum populum tuum, à diebus 53 regum Aſſyriacorum, in præſentem vſque diem. Equidem tu iuſtus es in omni eo quod accidit nobis: quoniam 54 fideliter egiſti, nos autem impie egimus. Reges noſtri, principes noſtri, ſacerdotes noſtri, & patres noſtri non fecerunt legem tuam, neque attenderunt præcepta tua, & teſtimonia tua quæ conteſtatus es eis. Et ipſi in regno ſuo, 55 & in bonitate tua magna quam exhibuiſti eis, & in terra lata atque fertili quam dediſti coram eis, non ſeruierant tibi, neque auerſi ſunt 56 à ſtudijs ſuis peſsimis. En nos hodie ſerui ſumus, & terra quam dediſti patribus noſtris, vt ederent fructum eius & bona eius, ecce nos ſerui ſumus in ea. Hæc prouentum ſuum 57 regibus multum edit, quos poſuiſti ſuper nos propter peccata noſtra, qui dominantur in corpora noſtra, in pecora noſtra pro ſua libidine, 58 vt ſimus in magnis anguſtijs. 59 Atque in his omnibus ferimus [fœdus] firmum, & ſcribimus. 60 idque obſignatum [per] principes noſtros, Leuitas noſtros, & ſacerdotes noſtros.

## SCHOLIA IN CAP. IX.

1 Id eſt, ieiuni & induti cilicijs. Notabis quòd feſtum tabernaculorum celebrabatur decimaquinta die, menſis ſeptimi. & collecta, viceſimaſecunda eiuſdem. Separauerunt igitur ſeſe filij Iſrael ab alienigenis viceſima tertia die, & viceſimaquarta conuenerunt ieiuni &c. 2 ſub. coram Domino. 3 id eſt, manſerunt in loco ſuo ſtantes. 4 confeſsi ſunt (ſubaudi, peccata ſua,) & adorauerunt 5 id eſt, ſtetit 6 id eſt, ſuggeſtum in quo ſtare ſolebant Leuitæ. ſtabant enim in loco altiore quam populus. hoc eſt, erecti ſteterunt &c. 7 Verbum eſt vice aduerbij hortandi: particula hortantis aliquem ad opus. q. d. agite, rumpite moras. Solebant tamẽ ſtare cum orabant. 8 Conuertit ſermonem ad Deum. q. d. Dicite coram eo omnes &c. 9 gloriæ tuæ. i. nomini tuo glorioſo. 10 & (ſit) exaltatum, ſub. nomen. vel, exalteris. 11 vel, ô Domine, 12 Hebræi quidam per cælum intelligunt firmamentum: & per cælum cæli, ſiue cælos cælorum ſphæras cæleſtes. Chriſtiani vero per cælum, firmamentum & ſphæras illas cæleſtes: & per cælos cælorum, cælũ empyreum, in quo ſcilicet ſunt ſpiritus cæleſtes. Et per vniuerſum exercitum eorum, Hebræi intelligunt vniuerſam multitudinem ſtellarum. Chriſtiani vero multitudinem tam ſtellarum quàm ſpirituum cæleſtium. 13. q. d. quòd ſtant, mouentur, & viuunt, hoc habent à te. 14 ô Domine 15 ſub. ille verus 16 Abram ſignificat excelſum: Abraham verò patrem magnæ multitudinis. i. multarũ gentium. quaſi אב רב המון componitur enim ex vno integro & duobus corruptis. 17 & percuſsiſti cũ eo fœdus illud 18 cõfirmaſti, impleſti. i. ſtetiſti promiſsis. 19. i. conſideraſti 20 Vel, iuncoſum. Heb. Suph. 21 ſuperbe 22. i. profundas 23 ingrederentur. ſiue ambularent. 24 Per iudicia, intelligunt iudicialia: per leges, moralia, ſiue quæ pertinent ad mores: & per ſtatuta, ceremonialia: Præcepta autem eſt nomen generale. 25 vel, indicaſti, aut notum feciſti, id eſt, docuiſti. 26 ſtatuta vel, ritus, 27 id eſt, quũ ipſi eſurirent, 28 more ſcilicet iurantis 29 ſuperbe 30 vel, ceruices ſuas, id eſt, fuerunt rebelles, inobedientes, & contumaces. Metaphora ab equis qui nolunt obedire ſeſſoribus, & alijs animantibus. 31 Heb. poſuerunt caput (ſuum) vt &c. id eſt, conuerſi ſunt vt reuerterentur in AEgyptum. 32 vel, rebellione 33 vel, tarde ad iram, 34 vel, per miſericordias tuas multas, id eſt, infinitas. 35 vt duceret eos 36 vt illuſtrares (ſiue illuminares) viam per quam ambulaturi erant. 37 ſub. longinquitate itineris 38 ad angulum. ſiue in angulos, id eſt, diſperſiſti eos in varias partes orbis aduentante Iſraele, ad cuius aduentum illi aufugerunt. 39 ſub. eius 40 vel, ciſternas exciſas. 41 Heb. delicijs affluxerunt propter bonitatem tuam magnam. 42 Hebraiſmus, ad iracundiam prouocantes te, rebelles fuerunt tibi, 43 Hebr. qui teſtificabantur contra eos vt conuerterent eos ad te, id eſt, qui admonebant eos teſtibus adhibitis, vt conuerterent eos. Solebant prophetæ quum admonerent populum, inuocare teſtes cælum & terram, & alios. 44 Hebraiſ. fecerunt conuitia grandia. 45 ſeruauerunt 46 vel, teſtificatus es contra eos. i. admonuiſti eos quaſi adhibitis teſtibus, ac conuocatis. 47 quæ faciens homo, viueret per ea: 48 Hebr. recedentem. vel, refugum, id eſt, fugientem onus. hoc eſt, ſubtraxerunt humeros ſuos ab onere, more ferarum & animalium indomitorum, 49 Heb. & non audierunt. & pro id eſt, poſitum. 50. i. ſuſtinuiſti ac expectaſti eos multo tempore num reuerterentur ac reſipiſcerent, 51 miſericordiam, 52 ne parua res ſit, id eſt, ne tibi videatur res parua, noli parui pendere 53 qui ſcilicet captiuas abduxerunt decem tribus 54 veritatem feciſti. i. merito & iuſte nos afflixiſti. 55 id eſt, in bonis & opibus illis ingentibus 56 ab operibus 57. i. in gratiam & vtilitatem regum externorum 58 & ſumus in tribulatione maxima. q. d. in ſumma, tribulationem magnam ſuſtinemus. Commendat iuſtitiam Dei, & damnat iniuſtitiam hominum. 59 Et tamen &c. i. Quãuis magnã hanc tribulationem patiamur, nos percutimus, vel, percuſsimus fœdus fidelitatis, hoc eſt de ſeruãda fidelitate cum Deo noſtro, & ſcribimus, vel, ſcripſimus fœdus illud in libello: vel ſcripſimus libellum obligatoriũ: & in libello illo obſignato ſunt principes noſtri &c. i. deſcripta ſunt nomina principũ noſtrorum. q. d. adiecerũt ſigna ſua nominibus ſuis, ſignaueruntque libellum illũ. 60 Heb. & in (libello) illo obſignato (ſunt) principes noſtri, Leuitę noſtri, & ſacerdotes noſtri.

## CAP. X.

Signatores fœderis.

SIgnatores autem fuerunt, Nehemias, Atherſatha 1
filius Hachelai, & Sedecias, ¶ Saraias, Azarias, 2
Ieremias, ¶ Pheſhur, Amarias, Melchias, ¶ Hattus, 3 4

## CAP. X.

ATque hi [dati] ſunt ad obſignãdũ, Nehemias Hathirſatha, filius Hachaliæ & Zedekias. Seraias, Aſarias, Ieremias. Paſhur, Amaria, Malkija. Hattus,

 Sebania,

*Sebania, Malluch. Harim, Meremoth, Obadias. Daniel, Ginthon, Baruch. Meſullã, Abia, Miiamin. Maaſias, Bilgai, & Semabia. hi ſacerdotes. Leuitæ verò Ieſua filius Aſanias, Binnui: 2 de filijs Henadat, Kadmiel. Et fratres eorũ, Sechania, Hodia, Kelita, Pelaia, Hanan. Micha, Rehob, Haſabia. Sachur, Serebia, Sebania. Hodia, Bani & Beninu. Capita autẽ populi fuerunt, Parhos 3 dux Moab, Elam, Satu, Bani. Bunni, Aſgad, Bebai. Adonia, Bigai, Adin. Ater, Ezechias, Aſur. Hodia, Haſum, Bezai. Hariph, Anathoth, Nebai. Magpias, Meſullam, Heſir. Meſeſabeel, Zadoc, Iaddua. Pelatia, Hanan, Anaia. Hoſea, Hanania, Haſſub. Halohes, Pilha, Sobec. Rehum, Haſabna, Maaſia. Abia, Hanan, Anan. Malluch, Harim atque Baana, Et reliqui de populo, ſacerdotibus, Leuitis, ianitoribus, cãtoribus & Nethinæis, & 4 quicũque erat ſeparatus à Gentibus nationum ad legem Dei, vxores eorum, filij eorum, & filiæ eorũ, & 5 quicunque intelligentia valebat, Hi 6 ratum habebãt cum fratribus ſuis optimatibus ſuis, 7 veniebantq; in execrationem & iuramentum, 8 vt ambularent in lege Dei, quæ data erat per manum Moſis ſerui Dei, & cuſtodirent atque facerent cuncta præcepta Domini Dei noſtri, & iudicia eius, atque ſtatuta eius, Et quòd non elocaremus filias noſtras populis terræ, neq; 9 duceremus filias eorum filijs noſtris. Ad hæc ſi 10 populi terræ afferrẽt merces aut venale quid in die ſabbati ad vendendum, 11 ne acciperemus ab eis in ſabbato & in die ſancto. Deinde 12 vt remiſſionem faceremus ſeptimo anno in omnis generis oneribus, 13 Item vt conſtitueremus ſuper nos præcepta, vt imponeretur nobis ſingulis annis tertia pars ſicli pro miniſterio domus Dei noſtri, Pro panibus qui 14 ordinantur, pro iugi ſacrificio, pro holocauſto iugi, 15 [in] ſabbatis, neomenijs & ſtatis ferijs, pro ſanctificatis & hoſtia pro peccato ad expiandum Iſraelem, & [ad] omne opus domus Dei noſtri. Iecimus & ſortes ſacerdotes, Leuitæ & populus 16 de adductione lignorum, vt inferrentur in domũ Dei noſtri, iuxta domos patrum noſtrorum, temporibus cõſtitutis ſingulis annis, 17 ad cremandũ in altari Domini Dei noſtri, quemadmodum ſcriptum eſt in lege, Vtq; afferremus 18 primitiuos fructus telluris noſtræ, primitiuos [ſcilicet] fructus omnium fructuum cuiuſcunque arboris, [idq;] ſingulis annis, in domum Domini. Primogenita quoque filiorum noſtrorũ, & pecorum noſtrorum, ſicut ſcriptum eſt in lege, primogenita boum noſtrorum, & ouium noſtrarum, vt ea [ſcilicet] inferremus in domum Dei noſtri pro ſacerdotibus miniſtrantibus in domo Dei noſtri. Primitiua quoq; 19 eſculentorum noſtrorum, & munificarum ſeparationũ noſtrarum, fructũ cunctæ arboris, vinum & oleum afferremus ſacerdotibus in 20 penuaria domus Dei noſtri, & decimas telluris noſtræ Leuitis, vt Leuitæ decimas haberent in omnibus vrbibus in quibus opus noſtrum exercemus. 21 Et vt ſacerdos filius Aharonis cum Leuitis partem habeat in decimis Leuiticis: & Leuitæ ipſi 22 adducent decimam partem decimæ in domũ Dei noſtri, 23 in penuaria & gazophylacia. Quoniam in penuaria 24 inferre debent filij Iſrael & filij Leui 25 munificum donum quod ſeparant de frumento, vino & oleo, vbi vaſa ſunt ſanctuarij & ſacerdotes miniſtrantes, ianitores & cantores, 26 ne derelinquamus ædem Dei noſtri.*

5 Sebenia, Melluch, ¶ Harem, Merimuth, Obdias, ¶ Da-
6 niel, Genthon, Baruch, ¶ Moſollam, Abia, Miamin,
7 ¶ Maazia, Belgai, Semaia: hi ſacerdotes. ¶ Porrò Leuitę,
8 Ioſũe filius Azaniæ, Bennui de filijs Henadad, Cedmiel:
9 ¶ & fratres eorũ, Sebenia, Odaia, Celita, Phalaia, Hanan,
10 ¶ Micha, Rohob, Haſebia, ¶ Zachur, Serebia, Sabania,
11 ¶ Odaia, Bani, Baninu. ¶ Capita populi, Pharos, Pha-
12 hath-moab, Aelam, Zethu, Bani, ¶ Bonni, Azgad, Bebai,
13 ¶ Adonia, Begoai, Adin, ¶ Ater, Hezecia, Azur, ¶ Odaia,
14 Haſum, Beſai, ¶ Hareph, Anathoh, Nebai, ¶ Megphias,
15 Moſollam, Hazir, ¶ Meſizabel, Sadoc, Ieddua, ¶ Pheltia,
16 Hanã, Anaia, ¶ Oſee, Hanania, Haſub, ¶ Alohes, Phalea, B
17 Sobec, ¶ Rehũ, Maaſia, ¶ Echaia, Hanan, Anan, ¶ Mel-
18 luch, Harã, Baana, ¶ Et reliqui de populo, ſacerdotes, Le-
19 uitæ, ianitores, & cantores, Nathinæi, & omnes qui ſe ſe-
20 parauerunt de populis terrarũ ad legem Dei, vxores eo-
21 rum, filij eorũ, & filiæ eorũ, * omnes qui poterant ſapere *&
22 ¶ ſpondentes pro fratribus ſuis, optimates eorũ, & qui ve- Quid populus
23 niebant ad pollicendũ & iurandum vt ambularent in lege in fœdere Deo
24 ªDomini, quã dederat in manu Moyſi ſerui ªſui, vt facerẽt promiſerit. ª Dei,
25 & cuſtodirent vniuerſa mandata Domini Dei noſtri, & ª Dei,
26 iudicia eius & ceremonias eius, ¶ Et vt nõ daremus filias
27 noſtras populo terræ, & filias eorum non acciperemus fi-
28 lijs noſtris. ¶ Populi quoque terræ, qui important vena-
29 lia, & omnia ad vſum, per diem ſabbathi vt vendant, non
30 accipiemus ab eis in ſabbatho, & in die ſanctificato. Et
31 demittemus annũ ſeptimũ, & exactionẽ vniuerſæ manus.
32 ¶ Et ſtatuemus ſuper nos præcepta, vt demus tertiã partẽ C
33 ſicli per annum ad opus domus Dei noſtri, ¶ Ad panes
propoſitionis, & ad ſacrificiũ ſempiternum, & in holocau
ſtum ſempiternum in ſabbathis, in calendis, in ſolennitati-
bus, & in ſanctificatis, & pro peccato: vt exoretur pro Iſ-
34 rael, & in omnem vſum domus Dei noſtri. ¶ Sortes ergo
miſimus ſuper oblationẽ lignorum inter ſacerdotes, & 
Leuitas, & populum, vt inferrentur in domum Dei noſtri
per domos patrum noſtrorũ, per tempora, à temporibus
anni vſque ad annum: vt arderent ſuper altare Domini
35 Dei noſtri, ſicut ſcriptũ eſt in lege Moyſi. ¶ Et vt afferre-
mus primogenita terræ noſtræ, & primitiua vniuerſi fru-
36 ctus omnis ligni ab anno in annũ, in domo Domini. ¶ Et
primitiua filiorũ noſtrorum, & pecorum noſtrorum, ſicut
ſcriptum eſt in lege: & primitiua boum noſtrorum, & D
ouium noſtrarum, vt ªofferantur in domo Dei noſtri, ſa- ª offerrentur
37 cerdotibus qui miniſtrant in domo Dei noſtri. ¶ Et pri-
mitias ciborum noſtrorum & libaminum noſtrorum, &
poma omnis ligni, vindemiæ quoque, & olei afferemus
ſacerdotibus ad gazophylacium Dei noſtri, & decimam
partẽ terræ noſtræ Leuitis: ipſi Leuitæ decimas accipient
38 ex omnibus ciuitatibus operum noſtrorum. ¶ Erit autem
ſacerdos filius Aaron cum Leuitis in decimis Leuitarum,
& Leuitæ offerent decimam partem decimæ ſuæ in do-
39 mo Dei noſtri, ¶ ad gazophylacium in domo theſauri.
Ad gazophylacium enim deportabunt filij Iſrael, & filij
Leui primitias frumẽti, vini & olei: & ibi erunt vaſa Do-
mini ſanctificata, & ſacerdotes, & cantores, & ianitores, &
miniſtri, & non dimittemus domum Dei noſtri.

SCHOLIA IN CAP. X.

1 Heb. Et inter ſignatos illos fuerũt &c. q. d. nomina autem eorũ qui deſcripti ſunt in libello illo, hæc ſunt 2. i. nepotibus 3 Pahath-moab. 4. i. qui relictis populis alienigenis conuerſi fuerant ad Deum, hoc eſt proſelyti. 5. Hebr. (in ſumma) omnis ſciens & cognoſcens, id eſt, quotquot præditi erãt cognitione & intellectu. 6 Heb. Apprehẽderũt. vel, Amplexati ſunt. i. approbauerũt libellũ illũ obſignatũ. 7 veneruntq; 8 ad ambulandũ. i. execrati ſunt & iurauerunt, ſiue promiſerunt iuramento adhibito, ſe ambulaturos 9 acciperemus 10. i. infideles 11 quòd non acciperemus. i. emeremus 12 Heb. & quòd dimitteremus annũ ſeptimum, & exactionẽ vniuerſæ manus. i. quòd anno ſeptimo nihil colligeremus, neque coleremus terram, ſed relinqueremus pauperibus quicquid terra ipſa eo anno ſpõte ac vltro proferret: dimitteremus præterea omnia debita. 13 Et ſtatuimus ſuper nos præcepta vt imponerẽt nobis tertiam partem ſicli eo anno in opus &c. i. Recepimus nos daturos ac ſoluturos hoc anno vltra ſummam, tertiam partem ſicli pro neceſſarijs templi. 14 Hebr. diſpoſitionis. i. propoſitionum, 15 (in) ſabbatha, & nouilunia, & ſolennitates, & ad ſancta, & in ſacrificia. &c. In ſabbatha, id eſt, in omne quod fieri ſolet ſabbathis. 16 vel, ſuper oblationem lignorũ, 17. i. ad fouendum ignẽ illum cæleſtem qui erat in altari. 18 Primitias terræ intelligunt Hebræi manipulum & duos panes. 19 paſtarum (vel, conſperſionum) noſtrarum, & oblationũ noſtrarũ, 20 vel, gazophylacia 21 Aderit autẽ ſacerdos filius Aaronis cum Leuitis quando decimã accipient Leuitæ. i. capient decimas vnà cũ eis. 22 offerent 23 ad cubicula (vel, gazophylacia) in domo theſauri. Cubicula erãt in templo. 24 Heb. afferent 25 primitias frumẽti, vini & olei, & ibi erũt vaſa 26 Heb. & non dimittemus domum. i. cultum templi.

CAP. XI.



CAP. XI.

Qui inſtaurata Ieruſalem habitauerint in ea.

HAbitauerunt autem principes populi in Ieruſa- 1
lem: reliqua verò plebs miſit ſortem, vt ªtolleret ª tollerent
vnam partem de decem qui habitaturi eſſent in
Ieruſalem ciuitate ſancta, nouem verò partes in ciuitati-
bus. ¶ Benedixit autem populus omnibus viris qui ſe 2
ſponte obtulerant vt habitarent in Ieruſalem. ¶ Hi ſunt 3
itaque principes prouintiæ qui habitauerũt in Ieruſalem,
& in ciuitatibus Iuda, Habitauit autem vnuſquiſq; in poſ-
ſeſsione ſua, in vrbibus ſuis, Iſrael, ſacerdotes, Leuitę, Na-
thinæi, & filij ſeruorum Salomonis. ¶ Et in Ieruſalem 4
habitauerunt de filijs Iuda, & de filijs Ben-iamin. de filijs
Iuda, Athaias filius Aziam, filij Zachariæ, filij Amariæ, fi-
lij Saphatiæ, filij Malaleel. de filijs Phares, ¶ Maaſia fi- 5
lius Baruch, filius Chol-hoza, filius Haia, filius Adaia,
filius Ioiarib, filius Zachariæ, filius Silonitis. ¶ omnes 6
hi, filij Phares, qui habitauerunt in Ieruſalem, quadringẽ-
ti ſexaginta ªnouem viri fortes. ¶ Hi ſunt autẽ filij Ben- 7 ª octo
B Iamin: Sellu filius Moſollam, filius Ioed, filius Phadaia, fi-
lius Colaia, filius Maſia, filius Etheel, filius Iſaia, ¶ Et 8
poſt eum Gebbai, Sellai: nongẽti vigintiocto. ¶ Et Ioel 9
filius Zechri præpoſitus eorum, & Iudas filius Senua ſu-
per ciuitatem ſecũdus. ¶ Et de ſacerdotibus, Idaia filius 10
Ioarib, Iachin, ¶ Saraia filius Helciæ, filius Moſollam, 11
filius Sadoc, filius Meraioth, filius Achitob ªprinceps do- ª princeps
mus Dei. ¶ Et fratres eorum facientes opera templi: 12
octingenti vigintiduo. & Adaia filius Ieroham, filius Phe
lelia, filius Amſi, filius Zachariæ, filius Pheſhur, filius Mel
chiæ, ¶ & fratres eius principes patrum: ducenti qua- 13
dragintaduo. Et Amaſſai filius Azreel, filius Ahazi, filius
Moſollamoth, filius Emmer. ¶ Et fratres eorum poten- 14
tes nimis: centum vigintiocto. & præpoſitus eorum Zab-
diel filius potentium. ¶ Et de Leuitis Semeia filius Ha- 15
C ſub, filius Azaricam, filius Haſabia, filius Boni: ¶ Et Sa- 16
bathai, & Iozabed, ſuper omnia opera quæ erant forinſe-
cus in domo Dei, à principibus Leuitarum. ¶ Et Matha- 17
nia filius Micha, filius Zebedei, filius Aſaph princeps ad
laudandum, & ad confitendum in oratione, & Becbecia
ſecundus de fratribus eius, & Abda filius Sammua, filius
Galal, filius Idithun. ¶ omnes Leuitæ in ciuitate ſancta, 18
ducẽti octoginta quatuor. ¶ Et ianitores, Accub, Thel- 19
mon, & fratres eorum, qui cuſtodiebant oſtia: centum ſe-
ptuagintaduo. ¶ Et reliqui ex Iſrael ſacerdotes & Le- 20
uitæ in vniuerſis ciuitatibus Iuda, vnuſquiſque in poſſeſ-
ſione ſua. ¶ Et Nathinæi qui habitabant in Ophel, & 21
Siaha, & Gaſpha de Nathinæis. ¶ Et epiſcopus Leui- 22
tarum in Ieruſalem, Azzi filius Bani, filius Haſabiæ, filius
Mathaniæ, filius Michæ. De filijs Aſaph, cantores in mi-
niſterio domus Dei. ¶ Præceptum quippe regis ſuper 23
eos erat, & ordo in cantoribus per dies ſingulos. ¶ Et 24
D Phathahia filius Meſezebel de filijs Zara filij Iuda in ma-
nu regis, iuxta omne verbum populi. ¶ Et in domibus 25
per omnes regiones eorum, de filijs Iuda habitauerunt in
Cariath-arbe & in filiabus eius, & in Dibon & in filiabus
eius, & in Cabſeel & in viculis eius, ¶ & in Ieſue, & in 26
Molada, & in Beth-phalet, ¶ & in Haſerſual. Et in Ber- 27
ſabee, & in filiabus eius, & in ¶ Siceleg, & in Mochona, 28
& in filiabus eius. ¶ Et in Remmon, & in Saraa, & in Ie- 29
rimuth, ¶ Zanoa, Odollam & in villis earũ, Lachis & 30
in regionibus eius, Azeca & in filiabus eius. Et manſerunt 31
in Ber-ſabee vſque ad Vallem-Ennom. ¶ Filij autem 32
Ben-iamin, à Geba, Mechmas, & Hai, & Beth-el, & filia- 33
bus eius: ¶ Anathoth, Nob, Anania, ¶ Aſor, Rama, Ge- 34
thaim, ¶ Hadid, Seboim, & Neballat, ¶ * & Ono-valle- 35 * Lod,
artificum. ¶ Et de Leuitis portiones Iudæ & Beniamin. 36

*HAbitauerunt autem principes populi in Ieruſalem: reliquus autem populus proiecit ſortem, 1 vt decimus quiſque habitaret in Ieruſalem ciuitate ſancta, nouem autem [alias] partes in oppidis. 2 Laudabatq; populus omnes viros qui ſe ſpontaneos præbuerunt vt habitarent in Ieruſalem. Iſti autem ſunt primores prouinciæ qui habitauerunt in Ieruſalem, & in [alijs] ciuitatibus Iuda, quiſque in poſſeſſione ſua & in ciuitatibus ſuis Iſraelitæ, ſacerdotes, Leuitæ, Nethinæi, & 3 filij ſeruorum Solomonis. In Ieruſalem habitauerunt 4 de filijs Iuda, de filijs Beniamin. de filijs Iuda, Athaia filius Vſiæ, filij Sachariæ, filij Amariæ, filij Sephatiæ, filij Mahalaleel, 5 de filijs Parez. Maaſia filius Baruch, filij 6 Chalhoſe, filij Haſaiæ, filij Adaiæ, filij Ioiarib, filij Sachariæ, 7 filij Silonitæ. Hi omnes filij erant Parez, habitantes in Ieruſalem, eorum quadringenti ſexagintaocto 8 fortes viri. Iſti autem ſunt filij Beniamin, Sallu filius Meſullam, filij Ioed, filij Pedaiæ, filij Kolaiæ, filij Maaſiæ, filij Ithiel, filij Eſaiæ, Et poſt eum Gabai, Sallai, nongenti & vigintiocto. Ioel verò filius Sichri præfectus erat illis, & Iudas filius 9 Haſnua 10 erat [præfectus] ſuper alteram partem vrbis. De ſacerdotibus, Iedaia filius Ioſarib, Iachin. Seraia filius Hilkiæ, filij Meſullam, filij Zadoc filij Meraioth, filij Ahitub princeps domus Dei. Et fratres eorum facientes opus domus, octingenti & viginti duo. & Adaia filius Ieroham filij Pelalia, filij Amzi, filij Zachariæ, filij Paſour, filij Malchia. Et fratres eorum 11 præcipui patres, quorum erant ducenti & quadragintaduo. Amaſſai autem filius Aſreel, filij Ahſai, filij Meſilemoth, filij Immer. Et fratres eorum 12 heroes fortes, centum & vigintiocto: ſuper hos præfectus erat Sabdiel filius 13 magnatum. De Leuitis Semaias filius Haſub, filij Aſricam, filij Haſabiæ, filij Buni: Et Sabethai, Ioſabad, erant ſuper opus 14 externum domus Dei ex capitibus Leuitarum. Mathanias filius Micha, filij Sabdi, filij Aſaph, 15 præcipuus erat qui præibat in confeſſione & oratione. Et Bacbuxia 16 ſecundus ex fratribus ſuis, & Abda filius Sammua filij Galal, filij Iedithun. Omnium Leuitarum in ciuitate ſancta, ducenti octogintaquatuor. Ianitores autem, Accub, Talmon & fratres eorum 17 cuſtodes pro portis, centum & ſeptuagintaduo. Reliquorum autem Iſraelitarum, ſacerdotum & Leuitarum in cunctis oppidis Iudæ, quiſque erat in hæreditate ſua. Porrò Nethinæi habitabant in 18 Ophel, & Ziba ac Gipſa erant ſuper Nethinæos. Præfectus Leuitarum in Ieruſalem erat Vſi filius Bani, filij Haſabiæ, filij Mathaniæ, filij Micha. De filijs Aſaph, cantores 19 è regione operis domus Dei. [Erat] enim præceptum regis 20 de illis, & firma [conſtitutio] de cantoribus, cuique diei ſuum demenſum. Adhæc erat Pethahia filius Meſeſabeel 21 de filijs Særa, filij Iuda, 22 ad manum regis in omni negotio quod cum populo [agendum erat.] 23 Et ad villas & agros eorum, de filijs Iuda habitauerunt in Kiriath Arbe & viculis eius, & in Dibon & viculis eius, in Iecabzeel & Viculis eius, In Ieſua, in Molada, & in Beth-Palet. In 24 villa Sual, in Beer-ſeba atque viculis eius, in Ziclag & Mechona atque in viculis eius. In En Rimon, in Zorha, in Iarmuth, In Zanoah, Adullam & villis eius in Lachis & agris eius, in Aſeca & viculis eius, habitaruntq; à Beerſeba vſque ad vallem Hinnom. Et filij Beniamin 25 à Gæba, Michmas, Aia, Bethel & 26 filiæ eius, 27 Anathoth, Nob, Anania. Hazor, Rama, Hithaim. Hadid, Zeboim, Neballad. Lod & 28 Onoualle artificum. 29 Leuitæ vero habebant poſſeſſionem tam in Iuda quàm in Beniamin.*

SCHOLIA IN CAP. XI.

1 Heb. vt adducerent vnum è decem ad habitandũ. 2 Heb. Benedixitque ipſe populus omnibus viris qui ſponte ſua ſeſe obtulerunt 3. i. nepotes 4. i. aliquot ex hominibus tribus Iudæ. 5 id eſt, qui erat ex nepotibus Phares. 6 Cognomentum vice nominis proprij, 7 id eſt, qui cognomento dicebatur Silonites, quòd eſſet è Silo. 8 hoc eſt, bellicoſi, aut potius animum reſpicit. 9 vel,

Senua. Aut eſt nomen mulieris, aut cognomentum viri quod ponitur vice nominis proprij. 10 Hebr. ſuper ciuitatem ſecundus. dignitate ſcilicet à principe. vicarius principis. 11 principes patrum.i.familiarum. 12 Hebraiſ. potentes robore.i.viri bellicoſi. 13. i.vnius ex magnatibus, hoc eſt magnis & claris viris. 14 hoc eſt, quod fiebat extra templum. 15 Principis, (qui) initio (pſalmi) confitebatur, ſiue laudabat in oratione.i.principis muſicorum, qui pſallendo primus laudare ſolebat Dominum tempore orationis publicæ.q.d.qui princeps erat muſicorum & præcentor. 16 ſub. ab Aſaph. 17 vel, qui cuſtodiebant portas, 18 arce.ſub.illa notiſsima quæ erat in Ieruſalem. 19 ſuper opus.i.præerant reparationibus templi 20 Heb.ſuper eos: & fidelitas ſuper cantores (erat) res diei in die ſuo. Ordo, & res diei in die ſuo, (erat) fidelitas ſuper cantores.i.Rex enim præceperat illis, & fidebat eis de curandis tẽplo neceſſarijs: & quæ quotidie neceſſaria erant, cantoribus i, ſis erant concredita. Vel, fidelitas ſuper cantores erat, vt proferret pecuniã è theſauro regio pro his quę quotidie neceſſaria erãt in tẽplo. 21 (qui erat) de filijs 22.i.cuius opera vtebatur rex in omni re pro qua cõuenire ſolebat populũ. 23 Et in villis, viculis ſuis habitauerũt pars filiorũ.aliquot ex filijs. 24 Haſer Sual, 25 (habitauerũt) à Geba in Michmas, 26 viculis eius 27 In Hanathoth, 28 Heb. Ono ghe habaraſim.nomẽ loci. 29 Heb. Et de Leuitis (in) diuiſionibus Iuda à Beniamin.i. Aliquot autẽ ex Leuitis habitauerũt in cõfinio terræ Iuda & Bẽiamin, ea parte qua diuiditur terra Iuda à terra Bẽiamin.

## CAP. XII.

*Isti ſunt ſacerdotes & Leuitæ qui 1 aſcenderant cum Serubabele filio Sealtielis, & Ieſua: Seraia, Ieremias & Eſras. Amaria, Malluch, Hattus. Sechania, Rehum, Meremoth. Iddo, Ginthoi, Abia. 2 Mejamin, Maadia, Bilga. Semaia, Ioiarib, Iedaia. Sallu, Amoc, Hilkia & Iedaia. iſti fuerunt præcipui ſacerdotes & fratres eorum in diebus Ieſua. Leuitæ vero, Ieſua, Binnui, Cadmiel, Serebia, Iehuda, Mathania ſuper 3 laudes ipſe & fratres eius. Bacbukia & Hunni fratres eorum è regione ipſorum ad Cuſtodias. Ieſua autem genuit Ioiakim, Ioiakim genuit Eliaſib, & Eliaſib genuit Ioiada. Ioiada genuit Ionathan, Ionathan genuit Iadua. In diebus Ioiakim fuerunt hi ſacerdotes capita patrum: 4 ipſi Seraia, Meraia: ipſi Ieremiæ, Hanania: ipſi Eſræ, Meſullam: ipſi Amariæ, Iehohanan. Ipſi Melichu, Ionathan: ipſi Sebaniæ, Ioſeph. Ipſi Harim, Adna: ipſi Meraioth, Helcai. Ipſi Iddo, Zacharias: ipſi Ginthon, Meſullam. Ipſi Abiæ, Sichri: ipſi Miniamin & Moadia, 5 Piltai. Ipſi Bilga, Sammua: ipſi Semaiæ, Iehonathan. Ipſi Ioiarib, Mathenai: ipſi Iedaiæ, Vſi. Ipſi Sallai, Callai: ipſi Amoc, Eber. Ipſi Hilkiæ, Haſabia: ipſi Iedaia, Nethaneel. Porrò Leuitæ in diebus Eliaſib, Ioiada, Iohanã, & Iaddua 6 conſcripti præcipui patres & ſacerdotes ad regnum Darij Perſæ. Filij Leui 7 præcipui patres conſcripti in libro Annalium, & ad tempora Iohanan filij Eliaſib. Capita Leuitarum, Haſabia, Serebia, & Ieſua filius Cadmiel, & fratres eorum è regione ipſorum ad laudandum & confitendum iuxta præceptum Dauidis viri dei, 8 cuſtodia è regione cuſtodiæ. Mathania, Bacbukia, Obadia, Meſullam, Talmon, Acub, 9 obſeruantes portas, cuſtodia [eorum] erat pro liminibus portarum. Hi fuerunt in diebus Ioiakim filij Ieſua, filij Iozadac, & in diebus Nehemiæ præfecti, atque Eſræ ſacerdotis & ſcribæ. Et in dedicatione muri Ieruſalem 10 quæſiuerunt Leuitas de omnibus locis ſuis, vt adducerent eos Ieroſolyma, vt facerent dedicationem, & gaudium, 11 in gratiarum actione & cantico, in cymbalis, nablis & citharis. Congregatiq; ſunt 12 filij cantorum, 13 & ex planitie circum Ieruſalem, & ex villis Netophati, Sed & de 14 domo Gilgal, & de regionibus Gæba atque Aſmaueth: nam cantores extruxerant ſibi villas circum Ieruſalem. Purificati etiam ſunt ſacerdotes & Leuitæ, & purificarunt etiam populum, portas & muros. Tum adduxi principes Iuda ſuper murum, & conſtitui duos magnos [choros] laudantium, 15 euntes ad dexteram ſuper murum verſus portam 16 ſterquilinij. Poſt eos 17 ibat Hoſaia & pars principum Iuda, Aſaria quoque, Eſras & Meſullam, Iuda & Beniamin, Semeia & Ieremia. Et de filijs ſacerdotum cum tubis, Sacharias filius Ionathan, filij Semaiæ, filij Mathaniæ, filij Michaiæ, filij Sacur, filij Aſaph. Et fratres 18 eius Semaia, Aſreel, Milelai, Gilelai, Maai, Nethaneel, Iehuda atque Hanani cum inſtrumentis muſicis 19 Dauidis viri Dei, & 20 Eſræ ſcribæ ante eos. Iuxta portam fontis aſcenderunt è regione ipſorum per gradus 21 ciuitatis Dauidis in aſcenſu muri, ſuperne 22 ad domum Dauidis, vſque ad portam aquarum ad Orientem. Alter iam cœtus laudantium ibat ex aduerſo quem ego ſequebar, 23 & pars populi ſuper murum, 24 vltra turrim furnorũ vſque ad murũ latiorem, Et vltra portam*

## CAP. XII.

Numerantur ſacerdotes & Leuitæ qui cum Zorobabel venerunt Ieruſalem.

1 HI ſunt autem ſacerdotes & Leuitæ qui aſcende-
runt cum Zorobabel filio Salathiel, & Ioſue: Sa-
2 raia, Ieremias, Eſdras, ♀ Amaria, Melluch, Hat-
3 tus, ♀ Sebenias, Rehum, Merimuth, ♀ Addo, Genthon,
4 Abia, ♀ Miamin, Madia, Belga, ♀ Semeia, & Ioiarib,
5 Idaia, Sellũ, Amoc, Helcias, ♀ Idaia. Iſti principes ſacer-
6 dotũ, & fratres eorũ in diebus Ioſue. ♀ Porrò Leuitæ, Ie-
7 ſua, Bẽnui, Cedmiel, Sarebia, Iuda, Mathanias, ſuper hym
8 nos ipſi & fratres eorũ: ♀ & Becbecia atq; Hanni, & fra-
9 tres eorũ vnuſquiſq; in officio ſuo. ♀ Ioſue autem genuit
10 Ioacim, & Ioacim genuit Eliaſib, & Eliaſib genuit Ioiada,
11 ♀ & Ioiada genuit Ionathan, & Ionathan genuit Ieddoa.
12 ♀ In diebus autẽ Ioacim erãt ſacerdotes & principes fa-
13 miliarũ: Saraiæ, Maraia: Ieremiæ, Hanania: ♀ Eſdræ, Mo-
14 ſollam: Amariæ, Iohanan: ♀ Milicho, Ionathan: Sebeniæ,
15 Ioſeph: ♀ Haram, Edna, Maraioth, Helci: ♀ Adaię, Zacha
16 ria: Genthon, Moſollã: ♀ Abiæ, Zechri: Miamin & Moa-
17 diæ, Phelti: ♀ Belgæ, Sammua: Semaiæ, Ionathan: ♀ Io-
18 iarib, Mathanai: Iodaiæ, Azzi: ♀ Sellai, Celai: Amoc, He- B
19 ber: ♀ Helciæ, Haſebia: Idaiæ, Nathanael. ♀ Leuitæ in
20 diebus Eliaſib, & Ioiada, & Iohanã, & Ieddoa ſcripti prin
21 cipes familiarũ, & ſacerdotes in regno Darij Perſæ. ♀ Fi-
22 lij Leui principes familiarũ, ſcripti in Libro Verborũ die-
23 rum, & vſque ad dies Ionathan filij Eliaſib. ♀ Et princi-
24 pes Leuitarum, Haſebia, Serebia & Ieſue filius Cedmiel:
& fratres eorum per vices ſuas, vt laudarent & confiteren
tur iuxta præceptum Dauid viri Dei, & obſeruarẽt æquè
25 per ordinẽ. ♀ Mathania, & Becbecia, Obedia, Moſollam,
Telmon, Accub, cuſtodes portarum & veſtibulorum ante
26 portas. ♀ Hi in diebus Ioacim filij Ioſue, filij Ioſedec, &
in diebus Nehemiæ ducis, & Eſdræ ſacerdotis ſcribæque.
27 ♀ In dedicatione autem muri Ieruſalem requiſierunt Le-
uitas de omnibus locis ſuis, vt adducerent eos in Ieruſa-
lem, & facerent dedicationem & lætitiam in actione gra-
tiarum, & cantico, & in cymbalis, pſalterijs, & citharis.
28 ♀ Congregati ſunt autem filij cantorum, de campeſtri-
29 bus circa Ieruſalem, & de villis Netuphati, ♀ Et de domo
Galgal, & de regionibus Geba & Azmaueth: quoniam
villas ædificauerunt ſibi cantores in circuitu Ieruſalem.
30 ♀ Et mundati ſunt ſacerdotes & Leuitæ, & mundauerunt C
31 populũ, & portas, & murũ. ♀ Aſcendere autẽ feci princi-
pes Iuda ſuper murum, & ſtatui duos magnos choros lau-
dantiũ. Et ierunt ad dexterã ſuper murũ ad portã ſterqui-
32 linij. ♀ Et iuit poſt eos Oſaias, & media pars principum
33 Iuda, ♀ & Azarias, Eſdras, & Moſollã, Iuda, & Bẽ-iamin,
34 & Semeia, & Ieremias. ♀ Et de filijs ſacerdotũ in tubis Za
charias filius Ionathã, filius Semeię, filius Mathaniæ, filius
35 Michaiæ, filius Zechur, filius Aſaph, ♀ Et fratres eius Se-
meia & Azareel, Malalai, Galalai, Maai, Nathanael, & Iu-
da, & Hanani, in vaſis cãtici Dauid viri Dei: & Eſdras ſcri
36 ba ante eos ♀ In porta Fontis. & cõtra eos aſcenderũt in
gradibus ciuitatis Dauid in aſcẽſu muri ſuper domũ Da-
37 uid, & vſq; ad portã Aquarũ ad Orientẽ. ♀ Et chorus ſe-
cundus gratias referentium ibat ex aduerſo, & ego poſt
eum, & media pars populi ſuper murum & ſuper turrim
38 furnorũ, & vſq; ad murum latiſsimũ, ♀ Et ſuper portam
Ephraim,

Dedicatur murus.



Ephraim, & ſuper portam antiquam, & ſuper portam pi-
ſcium & turrim Hananeel, & turrim Emath, & vſque por-
tam gregis: & ſteterunt in porta cuſtodiæ, ♀ Steterũtque 39
duo chori laudantiũ in domo Dei, & ego, & dimidia pars
magiſtratuum mecum. ♀ Et ſacerdotes, Eliacim, Maaſia, 40
D Miamin, Michea, Elioenai, Zacharia, Hanania in tubis,
♀ Et Maaſia, & Semeia, & Eleazar, & Azzi, & Iohanan, 41
& Melchia, & AElam, & Ezer. & clare cecinerunt canto-
res, & Iezraia præpoſitus: ♀ Et immolauerunt in die illa 42
victimas magnas, & lætati ſunt: Deus enim lætificauerat
eos lętitia magna. Sed & vxores eorũ & liberi gauiſi ſunt,
& audita eſt lætitia Ieruſalem procul. ♀ Recenſuerunt 43
quoque in die illa viros ſuper gazophylacia theſauri, ad
libamina, & ad primitias, & ad decimas, vt introferrẽt per
eos principes ciuitatis in decôre gratiarum actiones, ſa-
cerdotes & Leuitas: quia lætificatus eſt Iuda, in ſacerdo-
tibus, & Leuitis aſtantibus. ♀ Et cuſtodierunt obſerua- 44
tionem Dei ſui, & obſeruationem expiationis, & canto-
res, & Ianitores iuxta præceptum Dauid, & Salomonis fi-
lij eius. ♀ Quia in diebus Dauid & Aſaph ab exordio 45
erant principes conſtituti cantorum in carmine laudan-
tium, & confitentium Deo. ♀ Et omnis Iſrael in diebus 46
Zorobabel, & in diebus Nehemiæ dabant partes canto-
ribus, & ianitoribus per dies ſingulos, & ſanctificabant
Leuitas: & Leuitæ ſanctificabant filios Aaron.

Recenſentur cuſtodes theſaurorum.

actionis,

*Ephraim, & ad portam 25 veterem, & ad portam piſcium, & turrim Hananeel, & turrim Mea, vſque ad portam gregum: & conſtiterunt ad portam cuſtodiæ. Steterunt itaque duo chori laudantium in domo Dei, & ego, & pars magnatum mecum. Sacerdotes quoque, Eliakim, Maaſia, Miniamin, Michaia, Elioenai, Sacharia, & Hanania cum tubis. Et Maaſia, Semaia, Eleaſar, Vſi, Iehohanan, Malkia, Elam & Aſer, & cantores 26 reſonauerunt, quibus erat præfectus Izrahias. Obtulerunt ergo eodem die magna ſacrificia, & lætati ſunt: quoniam Deus exhilararat eos magna lætitia: ſed & mulieres & pueri gauiſi ſunt, audituma; eſt procul gaudium Ieroſolymorum. Conſtituti ſunt denique illo die viri ſuper 27 gazophylatia ad munifica dona, ad primitias & decimas, quas inferebant in ea ex agris ciuitatum, portiones [ſcilicet] legales 28 ſacerdotibus & Leuitis. quoniam gaudium Iehudæ fuit 29 ſacerdotibus & Leuitis qui ſtabant. Et obſeruabant cuſtodiam Dei ſui, & cuſtodiam 30 puram, cantores & ianitores: ſecundum præceptum Dauidis & Solomonis filij eius. Quoniam temporibus Dauidis & Aſaph 31 retro temporibus [conſtituti fuerãt] qui cantarẽt canticũ laudis & 32 confeſsionũ Deo. Et omnes Iſraelitæ in diebus Serubabelis atque temporibus Nehemiæ partes dabant cantoribus & ianitoribus 33 quoque die ſuum demenſum, 34 & ſanctificabant Leuitas, Leuitæ verò ſanctificabant filios Aharonis.*

## SCHOLIA IN CAP. XII.

1 Sub.è Babylone 2 Is erat ſummus ſacerdos. 3 vel, laudationes. Præerat laudibus diuinis, id eſt, præcentor. 4 in (cuſtodia) Seraia (erat) Meraia, id eſt, in claſſe Seraiæ, aut vice Seraiæ erat Meraia, princeps familiarum. Sic infra. 5 Hic erat duarum claſſium: vel, ſubticetur nomen eius qui erat in priori claſſe. 6 ſcripti (fuerunt) principes familiarum 7 principes familiarum (ſunt vel fuerunt) in libro verborum dierũ, vſque ad dies 8 id eſt, viciſsim. ſiue per vices. 9 Heb. (erant) cuſtodes & ianitores in cuſtodia ſua in liminibus portarum. ſub. templi. 10 vel, accerſierunt 11 Heb. in confeſsione, id eſt, laudibus diuinis 12 id eſt, cantores, 13 aut &, vacat: aut ſic vertendum, & (venerunt) de planitie (quæ eſt) circum &c. 14 Beth-hagilgal, 15 & progreſsiones. ſiue progreſſus. aut proceſsiones, ſub. primi chori, progreſſæ ſunt ad dexteram &c. q.d. quorum alterum iuſsi procedere ad dexteram &c. 17 vel ambulauit. ſiue, profectus eſt 18 ſub. Zachariæ 19 id eſt, quibus vtebatur Dauid in canendis pſalmis. 20 Eſdra ſcriba (erat) antè eos, id eſt, præcedebat. 21 id eſt, montis Sion 22 Hebr. è domo 23 id eſt, vnà cum altera parte populi &c. Chorus ille ſecundus progreſſus eſt ordine oppoſito ab eo qui deſcriptus fuit capite tertio. 24 à turri 25 veteris. vel, antiquæ. ſubaudi, piſcinæ. 26 Heb. audire fecerũt, id eſt, clare cecinerunt, 27 vel, cubicula (vt eſſent) in theſauros oblationum primitiarum & decimarum, id eſt, in quibus reponerentur oblationes &c. 28 id eſt, quæ pertinebant ad ſacerdotes &c. 29 ſuper ſacerdotibus &c. 30 purificationis, 31 ab exordio 32 vel, laudationum. 33 Heb. rem diei in die ſuo, id eſt, quotidie. 34 id eſt, populus ipſe dabat Leuitis decimas ſacras, quæ dicatæ & cõſecratæ erant Deo (id enim hic ſignificat ſanctificare aliquem, id eſt, dare illi rem aliquam ſacram: cuiuſmodi ſunt decimæ) & Leuitæ dabant filijs Aaronis, id eſt, ſacerdotibus, decimas, nempe decimam ex decima.

## CAP. XIII.

Iuxta legem ſeparantur alienigenæ. Deut.23.a.

IN die autem illo lectum eſt in volumine Moyſi au- 1
diente populo: & inuentum eſt ſcriptum in eo, quòd
non debeant introire Ammonites & Moabites in eccle
ſiam Dei, vſque in æternum: ♀ Eo quòd non occurrerint 2
filijs Iſrael cum pane & aqua: & conduxerint aduerſum
eos Balaam ad maledicendum eis: & conuertit Deus no-
ſter maledictionem in benedictionem. ♀ Factum eſt au- 3
tem, cum audiſſent legem, ſeparauerunt omnem alienige-
nam ab Iſrael. ♀ Et ſuper hoc erat Eliaſib ſacerdos qui 4
fuerat præpoſitus in gazophylacio domus Dei noſtri, &
proximus Tobiæ. ♀ Fecit ergo ſibi gazophylaciũ gran- 5
de, & ibi erant ante eum reponentes munera, & thus, &
vaſa, & decimam frumenti, vini & olei, partes Leuitarum,
& cantorum, & ianitorum, & primitias ſacerdotales. ♀ In 6
omnibus autem his non fui in Ieruſalem: quia anno trice-
ſimoſecundo Artaxerxis regis Babylonis veni ad regem:
& in fine dierum rogaui regem. ♀ Et veni in Ieruſalem, 7
& intellexi malum, quod fecerat Eliaſib Tobiæ vt face-
B ret ei theſaurum in veſtibulis domus Dei. ♀ Et malum 8
mihi viſum eſt valde. Et proieci vaſa domus Tobiæ foras
de gazophylacio, ♀ Præcepique, & emundauerunt ga- 9
zophylacium: & retuli ibi vaſa domus Dei, ſacrificium &
thus. ♀ Et cognoui quod partes Leuitarũ non fuiſſent datæ: 10
& fugiſſet vnuſquiſq; in regionẽ ſuã de Leuitis, & cãtori-
bus, & de his qui miniſtrabãt: ♀ Et egi cauſam aduerſum 11
magiſtratus, & dixi, Quare dereliquimus domum Dei?
Et congregaui eos, & feci ſtare in ſtationibus ſuis. ♀ Et 12

Dantur Leuitis partes.

## CAP. XIII.

*Eodem die lectum eſt in libro Moſis audiente populo, & inuentum eſt ſcriptum in eo, quòd Ammonites & Moabites 1 non ingredi debeant in cœtum Dei perpetuò: Quòd non 2 anteuertiſſent filios Iſraelis pane & aqua, quin [populus ille] conduxit aduerſus 3 eum Bileam, vt execraretur 4 [Iſraelem.] verũ Deus noſter 5 vertit execrationem iſtam in benedictionem. Factum ergo eſt quum illi audiſſent legem, ſepararunt omnem 6 commixtionem ex Iſraele. 7 Ante verò iſtud Eliaſib 8 ſacerdos 9 poſitus erat in camera domus Dei noſtri, qui propinquus fuit ipſi 10 Tobiæ. Et fecit ei 11 cameram magnam, vbi antea reponebant ſacrificia cibaria, thus, 12 vaſa, decimas frumenti & vini & olei, 13 quæ ex præcepto, erant Leuitarum, cantorum atque ianitorum, item 14 Thruma ſacerdotum. 15 In his autem omnibus non 16 fui Ieroſolymis, quia anno triceſimoſecundo Artaxerſis regis Babylonis veni ad regẽ, 17 & poſt dies exactos 18 reuocatus ſum à rege. Rediens autẽ Ieroſolyma, intellexi malum quod deſignauerat Eliaſib propter Tobiã, [nẽpe] quòd feciſſet ei camerã in atrijs domus Dei. Et 19 doluit mihi vehementer, eieciq; omnia vaſa domus Tobiæ foras ex camera, Præcepiq; vt mundarent cameras, & reſtitui illuc vaſa domus Dei, vnà cum ſacrificio cibario & thure. Reſciui inſuper quòd partes Leuitarum non fuerant 20 datæ, & quod Leuitarum & cantorum, qui facere debebant 21 opus, quiſque fugiſſet in agrum ſuum. Increpans ergo magiſtratus, dixi, Cur derelinquitur domus Dei? 22 congregauiq; eos, & 23 collocaui eos in gradum ſuum: & omnis*

omnis Iehuda adduxit decimas frumenti, vini & olei in repoſitoria. Conſtitui autẽ ſuper theſauros, Selemiam ſacerdotem, & Zadoc ſcribam, & Pedaiam de Leuitis: & ad manũ eorum Hanan filium Sachur, filij Mathaniæ: fidi enim habiti ſunt: in horum poteſtate erat diſtribuere partes fratribus ſuis. Memineris mei ô Deus meus hanc ob rem, nec ſinas aboleri 24 beneficentiã meam, quam exhibui in domo Dei mei, & in 25 obſeruantijs eius. Sub idẽ tẽpus vidi 26 Iudæos calcantes in torcularibus in ſabbato, & ingerẽtes manipulos [frugum], onerantesq; aſinos, ingerentes denique die ſabbati in [vrbem] Ieruſalẽ vinũ, vuas, ficus: [breuiter] omne onus: 27 quos ego [grauiter] obteſtatus ſum eodem ipſo die quo vendebant ipſi victũ. Tyrij quoque habitabant in ea, qui inferebant piſces, & omnis generis merces, & vendebant Ieroſolymis filijs Iehuda in ſabbato. Tum obiurgaui optimates Iehuda, & dixi ad eos, Quæ eſt hæc res mala quam deſignatis, prophanantes diem ſabbati? Annon idem fecerunt patres veſtri, & adduxit Deus noſter omne malum illud ſuper nos, & ſuper ciuitatem iſtã? vos autẽ adijcitis iram ſuper Iſraelem, quũ prophanatis ſabbatum. Contigit deinde vt 28 incidentibus vmbris in portis Ieruſalem ante ſabbatum, iuberem oſtia claudere: nec iuſſi reſerare ea vſque poſt ſabbatum: conſtitui præterea ex pueris meis quoſdã pro portis, ne inferretur onus die ſabbati. Pernoctarunt itaque negotiatores, & qui omnia venalia venum exponebant, extra Ieruſalem ſemel atque iterum. 29 Obteſtatus igitur eos, dixi eis, Cur vos pernoctatis ante mœnia? ſi denuo feceritis, iniiciam vobis manus. ab eo tempore non venerunt in ſabbato. Dixi quoque ad Leuitas vt ſe purificarẽt, & venientes cuſtodirent portas ad ſanctificandum diem ſabbati. etiã 30 huius memineris erga me Deus meus, & parce mihi ſecundum multitudinem 31 beneficẽtiæ tuæ. Vidi præterea in diebus illis Iudæos, qui 32 collocauerant [ſibi] vxores Aſoticas, Ammoniticas & Moabiticas: Quorum filij loquebantur partim Aſotice, nec Iudaice loqui norant, ſed 33 lingua populi ac populi. Obiurgaui igitur eos, & execratus ſum eos, percuſſiq; quoſdam ex eis, & depilaui eos, iureq; iurando aſtrinxi eos 34 per Deum, Ne [inquam,] dederitis filias veſtras filijs eorum, nec duxeritis ex filiabus eorũ filijs veſtris & vobis. Annon Solomon rex Iſraelis in illis peccauit? quum tamen in multis gentibus non eſſet rex ei ſimilis, nempe qui dilectus erat Deo ſuo, & quem conſtituerat Deus regem ſuper cunctũ Iſraelem, nihilo tamen ſecius exteræ mulieres in peccatum pertraxerunt. 35 An verò vobis hoc nunquam eſt auditu, vt vniuerſum iſtud tam grande malum deſignetis, & præuaricemini contra Deum noſtrum ducẽdo vxores alienigenas? De filijs porrò Ioiadæ filij Eliaſib ſummi ſacerdotis quidam gener factus eſt ipſi Sanballat Horonitæ, quem ego à me fugaui. Memineris eorum ô Deus meus, qui polluunt ſacerdotium atque pactum ſacerdotij & Leuitarum. Purificaui igitur eos ab omnibus extraneis, & conſtitui cuſtodias ſacerdotum & Leuitarum, quenque in ſuo opere: 36 Et pro adductione lignorum temporibus cõſtitutis: ſic pro primitijs. memento mei Deus meus 37 ad bonum.

omnis Iuda apportabat decimam frumenti, vini & olei in
13 horrea. ¶ Et cõſtituimus ſuper horrea Selemiam ſacerdo
tem, & Sadoc ſcribã, & Phadaiam de Leuitis, & iuxta eos
Hanan filiũ Zachur, filiũ Mathaniæ: quoniam fideles cõ-
probati ſunt, & ipſis creditæ ſunt partes fratrum ſuorum.
14 ¶ Memento mei Deus meus pro hoc, & ne deleas miſera-
tiones meas quas feci in domo Dei mei, & in ceremonijs
15 eius. ¶ In diebus illis vidi in Iuda calcantes torcularia in
Sabbatho, portantes aceruos, & onerantes ſuper aſinos
vinũ, & vuas, & ficus, & omne onus, & inferentes in Ieru-
ſalem die Sabbathi. Et conteſtatus ſum vt in die qua ven-
16 dere liceret, venderẽt. ¶ Et Tyrij habitauerunt in ea, in-
ferentes piſces, & omnia venalia: & vendebant in Sabba-
17 this filijs Iuda & Ieruſalem: ¶ & obiurgaui optimates
Iuda, & dixi eis, Quæ eſt hæc res mala quam vos facitis,
18 & prophanatis diẽ Sabbathi? ¶ Nunquid nõ hæc fecerũt
patres "noſtri, & adduxit Deus noſter ſuper nos omne ma
lum hoc, & ſuper ciuitatẽ hanc? Et vos additis iracũdiam
19 ſuper Iſrael violando Sabbathum. ¶ Factum eſt autem,
cum quieuiſſent portæ Ieruſalem in die Sabbathi, dixi: &
clauſerunt ianuas, & præcepi vt non aperirent eas vſque
poſt Sabbathum: & de pueris meis conſtitui ſuper portas,
20 vt nullus inferret onus in die Sabbathi. ¶ Et manſerunt
negotiatores, & vendentes vniuerſa venalia, foris Ieruſa-
21 lem ſemel & bis. ¶ Et conteſtatus ſum eos, & dixi eis,
Quare manetis ex aduerſo muri? ſi ſecundò hoc feceritis,
manum mittam in vos. itaque ex tempore illo non vene-
22 runt in Sabbatho. ¶ "Dixique Leuitis vt mundarentur,
& venirent ad cuſtodiẽdas portas, & ſanctificandam diẽ
Sabbathi. & pro hoc ergo memento mei Deus meus, &
parce mihi ſecundũ multitudinẽ miſerationum tuarum.
23 ¶ Sed & in diebus illis vidi Iudæos ducẽtes vxores Azo-
24 tidas, Ammonitidas, & Moabitidas. ¶ Et filij eorum ex
media parte loquebantur Azotice, & neſciebant loqui Iu-
25 daice, & loquebantur iuxta linguã populi & populi. ¶ Et
obiurgaui eos, & maledixi. & cecidi ex eis viros, & decal-
uaui eos, & adiuraui in Deo vt non darent filias ſuas filijs
eorum, & non acciperent de filiabus eorum filijs ſuis, &
26 ſibimetipſis, dicens, ¶ Nunquid non in huiuſcemodi re
peccauit Salomon rex Iſrael? & certe in gentibus multis
non erat rex ſimilis ei: & dilectus Deo ſuo erat, & poſuit
eum Deus regem ſuper omnem Iſrael: & ipſum ergo du-
27 xerunt ad peccatum mulieres alienigenæ. ¶ Nunquid &
nos inobedientes faciemus omne malum grande hoc, vt
præuaricemur in Deo noſtro, & ducamus vxores peregri
28 nas? ¶ De filijs autẽ Ioiada filij Eliaſib ſacerdotis magni,
29 gener erat Sanaballat Horonites, quẽ fugaui à me. ¶ Re-
cordare Domine Deus meus aduerſum eos qui polluunt
30 ſacerdotiũ, iuſq; ſacerdotale & Leuiticũ. ¶ Igitur mũdaui
eos ab omnibus alienigenis: & conſtitui ordines ſacerdo-
31 tum, & Leuitarũ, vnumquenque in miniſterio ſuo: ¶ & in
oblatione lignorum in temporibus conſtitutis, & in primi
tijs. memento mei Deus meus in bonum. Amen.

Nehemias reprehendit trãſgreſſores ſabbathi. C

" veſtri,

" Dixi quoque

D

Increpat Iudæos ducentes vxores alienigenas.

3. Reg. 3. b.

3. Reg. 11. a.

## SCHOLIA IN CAP. XIII.

1 Id eſt, non debeant recipi & admitti inter filios Iſrael. 2 veniſſent obuiam filijs Iſraelis cum pane &c. qui ſcilicet offerri ſolet hoſpitibus laſsis. 3 ſub. Iſraelem 4 Heb. eum, nẽpe Iſraelẽ. 5 q.d. qui venerat vt malediceret, cœpit benedicere, ita volente ac diſponente Deo. 6 id eſt, omnes alienigenas qui ſe immiſcuerãt Iſraelitis. 7. i. ante hanc ſeparationem 8 ſub. ille magnus. i. ſummus pontifex 9 præpoſitus fuerat cubiculo domus. i. ædis 10 ſub. hoſti Iudæorum. 11 cubiculum magnum. Sic infra vertendum. 12 ſub. illa quibus opus erat in templo. 13 Heb. præceptũ Leuitarum. &c. i. quas Deus præceperat dari Leuitis &c. 14 oblationem 15. i. Dum autẽ hæc fierent. q.d. totum hoc factum eſt me abſente 16 eram 17 Heb. & in fine dierũ. i. exacto anno vno: quod annus integer ac cõpletus cõſtet omnibus ſuis diebus. 18 Heb. poſtulaui à rege. i. magnis precibus egi cũ rege vt daret mihi facultatem reuertẽdi in Ieruſalẽ. hoc eſt, vt liceret mihi per eum reuerti in Ieruſalem. Propterea voce paſſiua vtitur Hebraice. 19 Heb. diſplicuit 20 ſub. ab Iſraelitis iuxta præceptũ Dei. 21 ſub. Dei in tẽplo. i. cultũ diuinũ 22 ſub. cãtores & Leuitas. 23. i. reſtitui eos in locũ ſuũ in quo fuerãt antea. 24 Heb. miſericordias meas quas 25 ceremonijs 26 in Iudæa 27 Heb. & teſtificatus ſum die qua vendebãt eſcas. i. adhibitis teſtibus admonui eos die qua vendebãt eſcas, ne quoquo pacto id facerẽt. 28 Heb. cũ obtenebratæ eſſent portæ. i. iam appetẽte ac imminẽte ſabbatho: quod quidẽ incipiebat à veſpera in occaſum ſolis. His indicat quanta ſolicitudine ac diligentia curauerit ſeruãdum ſabbathũ. 29. i. teſtes vocaui & acceſſiui contra eos, hoc eſt adhibitis teſtibus interminatus ſum 30 ob id quoq; 31 miſericordiæ 32 duxerãt (ſibi) 33. i. ſermone ſingulorũ populorũ. 34 ſub. in hũc modũ. 35 Heb. Et vobis nũquid morẽ geremus. 36. i. Et conſtitui ordines in oblatione lignorũ, ad fouẽdũ cęleſtẽ illũ ignẽ perpetuũ, qui perpetuo ardebat in altari. 37. i. poſtea mihi benefacias.

Liber



# Liber Eſdræ tertius, qui inter apocrypha ponitur.

## CAP. I. V.

4. Reg. 23. e. 2. par. 35. a.

ET fecit Ioſias Paſcha in Ieroſolymis 1
Domino, & immolauit phaſe quarta-
decima luna primi menſis, ¶ ſtatuens 2
ſacerdotes per vices dierum ſtolis ami-
ctos in templo Domini: ¶ & dixit Le- 3
uitis ſacris ſeruis Iſrael, vt ſanctificarẽt
ſe Domino in poſitione ſanctæ arcæ
Domini, in domo, quam ædificauit Salomon filius Dauid
rex. ¶ Non erit vobis tollere ſuper humeros eam. Et 4
nunc deſeruite Domino veſtro, & curam agite gentis il-
lius Iſrael, ex parte ſecundum pagos & tribus veſtras,
¶ ſecundum ſcripturam Dauid regis Iſrael, & ſecundum 5
magnificentiam Salomonis filij eius, omnes in templo, &
ſecundum particulam principatus paternam veſtram eo-
rum qui ſtant in conſpectu fratrum filiorum Iſrael. ¶ Im- 6
molate paſcha, & ſacrificia parate fratribus veſtris, &
facite ſecundum præceptum Domini, quod datum eſt
B Moyſi. ¶ Et donauit Ioſias in plebem quæ inuenta eſt, 7
ouium, agnorum, & hœdorum, & caprarum triginta mil-
lia, vitulos tria millia. ¶ hæc de regalibus data ſunt ſe- 8
cundum promiſsionem populo: & ſacerdotibus in pa-
ſcha, oues numero duo millia, ac vituli centum. ¶ Et Ie- 9
chonias, & Semeias, & Nathanael fratres, & Haſabias,
& Oziel, & Coraba in Phaſe, oues quinque millia, vitu-
los quingentos. ¶ Et hæc cum fierent eleganter, ſtete- 10
runt ſacerdotes & Leuitæ, habentes azyma per tribus.
¶ Et ſecundum partes principatus patrum, in conſpectu 11
populi offerebant Domino, ſecundum ea quæ in libro
Moyſi ſcripta ſunt: ¶ & aſſauerunt phaſe igni prout 12
oportebat: & hoſtias coxerunt in "emolis, & in ollis cum
beneuolentia: ¶ & attulerunt omnibus qui erant ex ple- 13
be: & poſt hæc parauerunt ſibi & ſacerdotibus. ¶ Sacer- 14
dotes enim offerebant adipes, vſque dum finita eſſet ho-
ra: & Leuitæ parauerunt ſibi, & fratribus ſuis filijs Aa-
C ron. ¶ Et ſacri cantores filij Aſaph erant per ordinem 15
ſecundum præceptum Dauid, & Aſaph, & Zacharias, &
Ieddimus, qui erat à rege. ¶ Et oſtiarij per ſingulas ia- 16
nuas, ita vt non præuaricaretur vnuſquiſque ſuam: fra-
tres enim illorum parauerunt illis. ¶ Et conſummata 17
ſunt quæ pertinebant ad ſacrificium Domini. ¶ In illa 18
die egerunt phaſe, & offerebant hoſtias ſuper Domini
ſacrificium, ſecundum præceptum regis Ioſiæ. ¶ Et ege- 19
runt filij Iſrael, qui inuenti ſunt in tempore illo, phaſe:
& diem feſtum azymorum per dies ſeptem: ¶ & non 20
eſt celebratum phaſe tale in Iſrael, à temporibus Samuel
prophetæ: ¶ & omnes reges Iſrael non celebrauerunt 21
tale paſcha, quale egit Ioſias, & ſacerdotes, & Leuitæ,
& Iudæi, & omnis Iſrael, qui inuenti ſunt in commora-
tione Ieroſolymis. ¶ Octauodecimo anno, regnante 22
Ioſia, celebratum eſt phaſe. ¶ Et directa ſunt opera Io- 23
ſiæ in conſpectu Domini ſui in corde pleno metuentis:
¶ & quæ circa illum quidem conſcripta ſunt in priſtinis 24
temporibus de eis qui peccauerunt, quique irreligioſi fue
D runt in Dominum præ omni gente, & qui non quæſie-
runt verba Domini ſuper Iſrael. ¶ Et poſt omnem actũ 25
hunc Ioſiæ, aſcendit Pharao rex AEgypti, veniens in
Charcamis ab itinere ſuper Euphratem, & exijt obuiam
illi Ioſias. ¶ Et miſit rex AEgypti ad Ioſiam, dicens, 26
Quid mihi & tibi eſt rex Iudæ? ¶ Non ſum miſſus à 27
Domino vt pugnem contra te: ſuper Euphratem enim
bellum meum eſt: feſtinans deſcende. ¶ Et non eſt re- 28
uerſus Ioſias ſuper currũ: ſed expugnare eum conabatur,

" amulis, vt. 3. reg. 7. f

## CAP. I. N.

CVM Ioſias agitaret 1 paſcha Domino Ieroſolymis, cõſtitutiſq;, & iuxta quotidianas functionũ vices adornatis in templo Domini ſacerdotibus, 2 paſcha quartadecima luna menſis primi immolaret, iuſsit Leuitas ſacrorũ Iſraeliticorũ miniſtros conſecrare ſe Domino, ad ſacrã eius arcã in tẽplo, quod Dauidis filius rex Solomõ ædificarat, collocandã. Non erit, ait, cur eam veſtris geſtetis humeris, ſed iam inde Dominũ Deũ noſtrũ colite, populoq; eius Iſraelitico date operã. Comparate autẽ vos ſecũdũ familias & tribus veſtras, iuxta præſcriptũ Dauidis regis Iſraelitici, & magnificã deſcriptionẽ filij eius Solomonis, inq; templo prout quæque familiarũ veſtrarum Leuiticarũ primatum ſortita eſt, in cõſpectu fratrũ veſtrorũ Iſraelitarũ ſtantes ordine 3 paſcha immolate, victimaſq; parate ipſis, & 4 paſcha iuxta præceptũ Domini Moſi datũ obite. Donauit autẽ Ioſias populo, quam frequẽs aderat, agnorũ & hædorũ triginta millia, triaq; millia vitulorũ, quæ de 5 pecuarijs regijs ex pollicito data fuerũt populo, ſacerdotibus & Leuitis. Largiti ſunt itẽ Helcias, Zacharias, & 6 Iehiel ædiles tẽpli, ad obeundũ paſcha, ſacerdotibus ouiũ duo millia ſexingentas cũ vitulis trecentis. Iechonias inſuper, Schamaias & Nathanael frater, & 7 Haſchabias, & Ieiel, & Iozabad tribuni largiti ſunt ad celebrãdũ paſcha Leuitis, ouiũ quinq; millia, & vitulos 8 quingẽtos. Dũ hæc gerebãtur elegãter ſtabãt ſacerdotes & Leuitæ ſecũdum tribus, & eum quẽ quiſq; ſortitus erat à patribus primatũ, tenẽtes in cõſpectu populi panes azymos, quos Dño ſecundũ præſcriptũ libri Moſaici cõſecrarãt. 9 Et hæc ita matutino tẽpore. Torrebãt autẽ igni paſcha, vt par erat, victimas vero lixabãt in ahenis & lebetibus 10 odore gratiſsimo, totiq; cœtui deferebant. Poſt hæc itẽ ſibi, & prognatis Aarone ſacerdotibus fratribus ſuis dapẽ apparabãt. Sacerdotes enim adolebãt adipes, donec tẽpus opportunũ exijſſet: Leuitæq; ſibi, ſacerdotibuſq; prognatis Aarone fratribus ſuis dapẽ parabãt. Et ſacri cãtores poſteri Aſaph ſuũ munus obibãt ordine, prout erat ipſis à Dauide cõſtitutũ, nẽpe Aſaph, 11 Zacharias, & 12 Ieduthũ à rege deſignatus. Oſtiariorũ autẽ pro ſingulis portis excubantiũ nõ licebat vlli vicẽ ſuã deſerere: fratres enim illorũ Leuitæ dapẽ ipſis apparabãt. Quæ igitur pertinebãt ad ſacrificiũ Dñi, paſchate agitando, victimiſq; ad arã Dei immolãdis die illo cõſummata ſunt ſecundũ mãdatũ regis Ioſiæ. Et egerũt Iſraelitæ, quàm frequẽtes aderant paſcha, diẽq; feſtũ azymorũ per ſeptẽ dies: nec tale paſcha celebratũ eſt in Iſrael iam inde à tẽporibus Samuelis prophetæ. Neq; vero tale paſcha celebrauerũt vlli reges Iſraelitici, quale Ioſias egit, & ſacerdotes ac Leuitæ, Iudæi & Iſraelitæ omnes, quàm tum numeroſi Ieroſolymis cõmorabãtur. Octauodecimo anno regni Ioſiæ celebratũ eſt hoc paſcha, recteq; conformata fuerũt inſtituta Ioſiæ in conſpectu Dñi ſui, quippe ex animo pleno pietatis. Cæterũ hiſtoria rerũ ipſi cõiunctarum eſt in priſcorũ ſeculorũ annalibus cõſcripta de ijs qui peccauerũt, & impietate in Dñm ſuperarũt omnes gentes & regna, 13 eaq; quibus offenderũt ipſum ſtudia, adeo vt oracula Dei inualeſcerẽt aduerſus Iſraelẽ. Et poſt omnẽ hunc actũ Ioſiæ accidit vt rex AEgypti Pharao profectus bellũ moueret aduerſus Carchamym, quæ eſt ad Euphratẽ: cũq; obuiã illi proceſsiſſet Ioſias, miſit ad eum rex AEgypti qui dicerent, Quid tibi rei mecũ eſt rex Iudææ? Nequaquam aduerſus te à Domino Deo miſſus ſum, ſed bellũ ad Euphratem eſt mihi, iamq; adeo mecum facit Dominus, idemq; citabundus mecum properat: à me tibi tempera, neque obſiſtas illi. Non tamen auertit ſe Ioſias ad currũ ſuum, ſed parabat prælio decernere

non

*non acquieſcans reſponſis ex oraculo Domini Ieremiæ prophetæ, & pugnam cum eo commiſit in campo Megeddo: cumq́; 14 deſcendiſſent ad regem Ioſiam principes, ſeruis ſuis, Auferte me, clamat, è prælio: nam grauiter ſauciatus ſum. protinuſq́; eum ex acie ſerui eius ſuſtulerunt. & cum aſcendiſſet currum ſuum ſecundarium, reuectus Ieroſolymam, vitam cum morte commutauit: & ſepultus eſt in paterno ſepulchro. Per totam itaque Iudæam luctus ſecutus eſt Ioſiam, & defleuit eum Ieremias etiam propheta, proceresq́; vnà cum vxoribus lamentati ſunt eum ad hunc vſque diem: tradituſq́; adeò mos eſt hoc faciendi perpetuus in omne genus Iſraeliticum. Verum hæc annalibus regum Iudaicorum perſcripta ſunt, quid rerum ſingillatim patratum ſit ab Ioſia, quæ fuerit eius gloria, quanta demum ad legem Domini dexteritas ingenij. Ipſius autem antefacta, & quæ nunc commemorauimus, prodita ſunt annalibus regum Iſraeliticorum & Iudaicorum. Porrò populares aſſumptum IoachaZ Ioſiæ filium, regem loco patris ſui declarauerunt, vigintitres annos habentem. Is tribus menſibus regnauit in Iudæa & Ieroſolymis, vſque dum ei regnum Ieroſolymitanum abrogauit rex Ægypti, populoq́; talentis argenti centum, vnoque auri multato, regem Iudææ & Ieroſolymæ conſtituit Ioaxim fratrem ipſius, qui in vincula coniecit magiſtratus, ipſe vero Zaracen fratrem eius comprehenſum 15 abduxit in Ægyptum. Cæterum annos vigintiquinque natus erat Ioaxim cum regnum Iudaicum & Ieroſolymitanum adeptus eſt, & impie ſe geßit erga Dominum, adortuſq́; eſt eum bello NabuchodonoZor rex Babylonis, & catenis conſtrictum Babylonem abduxit, ſacrorumq́; vaſorum Domini ablatam partem in templo ſuo Babyloni collocauit. Verum huius hiſtoria, impuritas, & ignominia regum annalibus perſcripta eſt. Succeßit autem in regnum ei Ioachin filius. Etenim octodecim iam annos habebat, cum rex conſtitueretur. Regnauit autem menſes tres & decem dies Ieroſolymis, & impie ſe geßit erga Dominum, exactoq́; anno mißis copijs tranſtulit eum NabuchodonoZor Babylonem vnà cum ſacris vaſis Domini, & conſtituit Zedechiam regem Iudææ & Ieroſolymæ vigintiunum annos natum, qui regnauit annis vndecim, & grauiter offendit Dominum, nec reueritus eſt ſermones ab Ieremia propheta ex oraculo Domini pronunciatos, ſed iureiurando adactus in verba regis NabuchodonoZoris defecit perfide, & obdurata ceruice, obfirmatoq́; animo ſuo leges Domini Dei Iſraelitici violauit. Adhæc principes populi ſacerdotumq́; inique multa perpetrauerunt, exceſſeruntque genus omne impuritatis omnium gentium, templumque Domini ſacroſanctum Ieroſolymis profanauerunt. Et miſit Deus maiorum ipſorum legatum ſuum per quem reuocaret eos, propterea quòd parceret illis, atque tabernaculo ſuo. At illi ridere legatos eius, & quoties loqueretur Dominus, prophetis eius illudere, donec ira commotus in populum ſuum propter impia facta, mandaret conſurgere in eum reges Chaldæorum, qui iuuenes eorum per loca templo ſuo ſacroſancto circumiecta gladio trucidauerunt. Non pepercere iuueni, non virgini, non ſeni, non adoleſcenti, ſed vniuerſi traditi ſunt in manus illorum. Omnia vero ſacra vaſa Domini magna ſimul & parua, inſtrumentaq́; arcæ Dei, ac ſublatos theſauros regios Babylonem aſportauere: templum Domini ſuccenderunt, muros Ieroſolymæ demoliti ſunt, ignem intulerunt turribus eorum, omnibuſque ornamentis vrbis conficiendo peſſundatis, ſuperſtites gladio Babylonem abduxerunt, vbi regi ſeruierunt, & filijs ipſius, vſque dum regnum occuparent Perſæ, vt impleretur quod Dominus per os Ieremiæ prædixerat: vſque dum terra ſuauiter acquieuiſſet in ſabbathis ſuis, egiſſetq́; ſabbathum omni tempore vaſtitatis ſuæ, vſque ad exactos annos ſeptuaginta.*

29 non attendens verbum prophetæ ex ore Domini: ꝰ ſed
conſtituit ad eum bellum in campo Mageddo. Et de-
30 ſcenderunt principes ad regem Ioſiam. ꝰ Et dixit rex
pueris ſuis, Amouete me à prælio: infirmatus ſum enim
valde. Et ſtatim amouerunt eum pueri ipſius de acie.
31 ꝰ Et aſcendit ſuper currum ſecundarium ſuum: & per-
ueniens Ieroſolymam, vita functus eſt: & ſepultus eſt in
32 paterno ſepulchro. ꝰ Et in tota Iudæa lugebant Io-
ſiam: & qui præſidebant, cum vxoribus lamentabãt eum
vſque in hunc diem. Et datum eſt hoc fieri ſemper in
33 omne genus Iſrael. ꝰ Hæc autem præſcripta ſunt in li-
bro hiſtoriarum regum Iudæ: & ſingula geſta actus Io-
ſiæ, & eius gloria, & intellectus eius in lege Domini: E
quæque geſta ſunt ab eo, & quæ non ſcripta ſunt in li-
34 bro regum Iſrael & Iudæ. ꝰ Et aſſumentes, qui erant
ex gente Iechoniam filium Ioſiæ, conſtituerunt regem
pro Ioſia patre ſuo, cum eſſet annorum trigintatrium.
35 ꝰ Et regnauit ſuper Iſrael menſibus tribus. Et amouit
36 eum rex Ægypti, ne regnaret in Ieroſolymis: ꝰ &
multauit gentem argenti talenta centum, & auri talen-
37 tum vnum. ꝰ Et conſtituit rex Ægypti Ioacim fra-
38 trem ipſius, regem Iudæ & Ieruſalem: ꝰ & alligauit
magiſtratus Ioacim, & Zaracelem fratrem ſuum, &
39 apprehendens reduxit in Ægyptum. ꝰ Annorum erat
Ioacim vigintiquinque, cum regnare cœpiſſet in terra
Iuda & Ieruſalem: & fecit malum in conſpectu Do-
40 mini. ꝰ Poſt hunc autem aſcendit Nabuchodonoſor
rex Babylonis, & alligans eum in æreo vinculo, per-
41 duxit in Babyloniam: ꝰ & ſacra vaſa Domini accepit
Nabuchodonoſor, & tulit, & conſecrauit in templo
42 ſuo in Babylonia. ꝰ Nam de immunditia illius, & irre-
43 ligioſitate ſcriptum eſt in libro temporum regum. ꝰ Et F
regnauit Ioachin filius eius pro eo. Cum autem conſti-
44 tutus eſſet rex, erat annorum decem & octo. ꝰ Re-
gnauit autem menſes tres, & dies decem in Ieruſalem,
45 & fecit malum in conſpectu Domini: ꝰ & poſt annum
mittens Nabuchodonoſor, tranſmigrauit eum in Ba-
46 byloniam ſimul cum ſacris vaſis Domini. ꝰ Et con-
ſtituit Sedeciam regem Iuda, & Ieruſalem, cum eſſet
annorum viginti vnius. regnauit autem annis vndecim.
47 ꝰ Et fecit malum in conſpectu Domini, & non eſt ve-
ritus à verbis quæ dicta ſunt ab Ieremia propheta ex ore Iere.38.
48 Domini: ꝰ & adiuratus à rege Nabuchodonoſor, per-
iurans diſceſſit: & indurata ceruice ſua, & corde ſuo,
49 tranſgreſſus eſt legitima Domini Dei Iſrael. ꝰ Et du-
ces populi Domini multa inique geſſerunt, & impie
egerunt ſuper omnes immunditias gentium: & pollue-
runt templum Domini, quod ſanctum erat in Ieroſoly-
50 mis. ꝰ Et miſit Deus patrum ipſorum per angelum
ſuum reuocare eos, propter quod parceret illis, & taber-
51 naculo ſuo. ꝰ Ipſi verò ſubſannabant in angelis ſuis:
& qua die locutus eſt Dominus, erant illudentes pro- G
52 phetis eius. ꝰ Qui vſque ad iracundiam concitatus eſt
ſuper gentem ſuam, propter irreligioſitatem ſuam: &
53 præcepit aſcendere reges Chaldæorum. ꝰ Hi occide-
runt iuuenes eorum in gladio, in circuitu ſancti tem-
pli eorum, & non pepercerunt iuueni, & ſeni, & virgi-
54 ni, & adoleſcenti: ꝰ ſed omnes traditi ſunt in manus
ipſorum: & omnia ſacra vaſa Domini, & regales apo-
55 thecas reſumentes, tulerunt in Babyloniam: ꝰ & in-
cenderunt domum Domini, & demolierunt muros Ie-
56 ruſalem: & turres eius incenderunt igne, ꝰ & con-
ſummauerunt omnia honorifica eius, & ad nihilum re-
degerunt, & reliquos à gladio duxerunt in Babylo-
57 nem. ꝰ Et erant ſerui illius vſque dum regnarent Perſæ Iere.25.a.
58 in repletione verbi Domini in ore Ieremiæ: ꝰ quouſque & 29.c.
benigne ageret terra ſabbatha ſua, omni tempore de-
ſertionis ſuæ ſabbathizauit in applicatione annorum
ſeptuagintaſeptem.





## SCHOLIA IN CAP. I.

1 Id eſt, diem feſtum paſchatis. 2 id eſt, agnum paſchalem. 3 id eſt, agnum paſchalem. 4 id eſt, Solenne paſchatis. 5 vel, fiſco regio 6 ὁ ὕηλος 7 ὁ σαβίας, καὶ ὁ κιῆλος, καὶ ἰωρδμ. aliàs, Choraba. 8 aliàs, ſeptingentos. 9 רבן לבקר & item vitulos ſcilicet offerentes, alij legerunt, לבקר 10 בצל חות, id eſt, in cacabis. Septuaginta à צלח, id eſt, gratioſus fuit. 11 ὁ Ζαχαρίας. 12 Aliàs, ἰεδδινὲς 13 vel, eaque quibus offenderunt eum per cultum rerum ſenſibilium. 14 ירדו videntur legiſſe Septuaginta pro ירו, id eſt, iaculati ſunt. 15 Septuaginta tamen habent ἀνήγαγεν ἐξ αἰγύπτου. Sed haud dubiè mendoſè.

## CAP. II.

d. REgnante Cyro rege Perſarum in conſummatione 1
verbi Domini in ore Ieremiæ, ꝰ ſuſcitauit Do- 2
minus ſpiritum Cyri regis Perſarum, & prædica-
uit in toto regno ſuo ſimul per ſcripturam, ꝰ dicẽs, Hæc 3
dicit Cyrus rex Perſarum, Me conſtituit regem orbi ter-
rarum Dominus Iſrael, Dominus excelſus, ꝰ & ſigni- 4
ficauit mihi ædificare domum ſibi in Ieruſalem, quæ eſt
in Iudæa. ꝰ Siquis eſt ex genere veſtro, dominus ipſius 5
aſcendat cum eo in Ieruſalem. ꝰ Quotquot ergo circa 6
loca habitant, adiuuent eos qui ſunt in loco ipſo, in auro
& argento, ꝰ in dationibus cum equis & iumentis, cum- 7
que alijs quæ ſecundum vota apponuntur in ædem Do-
mini quæ eſt in Ieruſalem. ꝰ Et ſtantes principes tri- 8
buum, pagorum, & Iudææ ex tribu Beniamin, & ſacer-
dotes, & Leuitæ, quos excitauit Dominus aſcendere, &
ædificare domum Domini, quæ eſt in Ieruſalem, & qui
erant in circuitu eorum, ꝰ adiuuerunt in omni auro & 9
B argento eius, & iumentis, & votis compluribus multi
quorum ſenſus excitatus eſt. ꝰ Et Cyrus rex protulit 10
vaſa ſacra Domini, quæ tranſtulit Nabuchodonoſor rex
Babylonis ex Ieruſalem, & conſecrauit ea idolo ſuo. ꝰ & 11
proferens ea Cyrus rex Perſarum, tradidit Mithridato,
qui erat ſuper theſauros ipſius. ꝰ Per hunc autem tra- 12
dita ſunt Salmanaſaro præſidi Iudææ. ꝰ Horum autem 13
hic numerus: Libatoria argentea duo millia quadringen-
ta, athiſcæ argenteæ triginta: phialæ aureæ triginta, item
argenteæ, duo millia quadringentæ, & alia vaſa mille.
ꝰ omnia autem vaſa aurea & argentea, quinque millia 14
octingẽta ſexaginta. ꝰ Et enumerata ſunt Salmanaſaro 15
1.Eſd.4.a. ſimul cum his qui ex captiuitate Babyloniæ venerant in
Ieroſolymam. ꝰ In Artaxerxis autem regis Perſarum 16
temporibus ſcripſerunt ei de his qui habitabant in Iudæa
& Ieruſalem, Balſamus, & Mithridatus, & Sabellius, &
Rathimus, Balthemus, Samelius ſcriba, & reliqui habi-
C tantes in Samaria, & cæteris locis, ſubiectam epiſtolam
regi Artaxerxi. ꝰ DOMINE, pueri tui Rathimus 17
ab accidentibus, & Sabellius ſcriba, & reliqui curiæ tuæ
iudices in Cœleſyria & Phœnice. ꝰ Et nunc notum ſit 18
Domino regi quoniam Iudæi qui aſcenderunt à vobis ad
nos, venientes in Ieruſalem ciuitatem refugam & peſſi-
mam, ædificant furnos eius, & ſtatuũt muros, & templum
ſuſcitant. ꝰ Quòd ſi ciuitas iſta, & muri conſummati fue 19
rint, non tantum tributa non ſuſtinebunt pendere, ſed etiã
regibus reſiſtent. ꝰ Et quia id agitur circa templum, re- 20
ctè haberi arbitrati ſumus non deſpicere hoc ipſum: ꝰ ſed 21
notum facere Domino regi, vt ſi videbitur, rex, quæratur
in libris patrum tuorum, ꝰ & inuenies in admonitioni- 22
bus ſcripta de his, & ſcies quoniam ciuitas iſta fuit refu-
ga, & reges & ciuitates concutiens, ꝰ & Iudæi refu- 23
gæ, & prælia committentes in ea ab æterno: ob quam
D cauſam ciuitas iſta deſerta eſt. ꝰ Nunc ergo notum faci- 24
mus domine rex, quoniam ſi ciuitas hæc ædificata fuerit,
& huius muri erecti fuerint, deſcenſus tibi non erit in
Cœleſyriam & Phœnicem. ꝰ Tunc ſcripſit rex Rathi- 25
mo, qui ſcribebat accidentia, & Balthemo, & Sabellio
ſcribæ, & cæteris conſtitutis, & habitantibus in Syria &
Phœnice, ea quæ ſubiecta ſunt. ꝰ LEGI epiſtolam 26
quam miſiſtis mihi. Præcepi ergo inquiri, & inuentum
eſt quoniam ciuitas illa eſt ab æuo regibus reſiſtens,

## CAP. II.

*ANno primo Cyri Perſarum regis præſtaturus quod prædixerat per os Ieremiæ Dominus, excitauit animum eiuſdem regis Perſarum Cyri, vt edictum in toto regno ſuo publicaret, ſcriptis ſimul etiam in hæc verba diplomatibus, Hæc edicit Perſarum rex Cyrus, Regem me conſtituit orbi Dominus Iſraeliticus, Dominus celſißimus: mandauitq́; mihi templũ ſibi Ieroſolymæ, quæ eſt in Iudæa, ædificandũ. Si quis eſt itaque veſtrum de gente ipſius, adſit illi Dominus ille, dominus ipſius, & Ieroſolymam, quæ eſt in Iudæa, profectus, templum Domino Iſraelitico ædificet. Hic eſt ille Dominus, qui tabernaculum habuit Ieroſolymis. Quotquot igitur hinc inde habitant, adiuuent eos incolæ cuiuſque loci tam auro & argento, quàm donarijs, equis, iumentis, ſimul & alijs rebus in templo Domini Ieroſolymitano ex voto dedicandis. Tum principes tribuum & familiarum Beniamin cum ſacerdotibus & Leuitis, omneſq́; adeò quorum excitauit Dominus animum coorti ſunt in profectionem, ad ædificandum templum Domini Ieroſolymitanum: & vicini circum populi ferebant opem omni ratione, argento, auro, equis, iumentis, & votiuis donarijs compluribus multorum, quibus ea mens iniecta fuerat. Rex quoque Cyrus protulit ſacra vaſa Domini, quæ NabuchodonoZor tranſtulerat Ieroſolymis, & in delubro ſuo collocarat: ea inquam, prolata Cyrus rex Perſarum Mithridati tribuno ærarij ſui tradidit, ab eoq́; rurſum 1 Saſſabaſſaro præſidi Iudææ commendata fuerunt, quorũ hic erat numerus: Crateres argentei libaminibus dicati, mille, & item mille aurei: pelues ſacrificæ argenteæ vigintinouẽ: phialæ aureæ triginta, argentearum verò 2 duo millia quadringentæ & decem, aliaq́; vaſa mille. In vniuerſum autẽ vaſorum tam aureorum quàm argenteorum quinque millia, quadringenta ſexagintanouem perlata fuerunt, & à Saſſabaſſaro vna cum ijs qui Babylone Ieroſolymam redierunt è captiuitate, reportata. Porrò Artaxerxi, quibus Perſarum rex erat tẽporibus, Biſchlemus, Mithridates, Tabel, Rahumus, Beelteemus, & ſcriba 3 Semellius, eorũq́; collegæ cæteri tam Samariæ quàm aliorum locorum incolæ ſubiectam hanc ſcripſerũt epiſtolam. REGI Artaxerxi Domino ſerui tui, Rahumus à commentarijs, & ſcriba Semellius, tum reliqui eiuſdem curiæ collegæ ipſorum, ac iudices in Cœleſyria Phœniciaq́;. Iam nunc Dominus rex certum habeto Iudæos iſtinc ad nos profectos, vbi venerunt Ieroſolymam in ciuitatem illam perfidam & malitioſam, & ædificare fora, & muros inſtaurare, templũq́; reſtituere. Quod ſi hæc vrbs ædificata fuerit, muriq́; conſummati, nequaquam ſuſtinebunt tributum pendere, ſed regibus reſiſtent etiam. Et quia feruet opus circa templum, recte factũ arbitramur, rem talem non neglexiſſe, ſed Domino noſtro regi declaraſſe, vt ſi videatur tibi, quæratur in maiorum tuorum annalibus. Etenim inuenies in monumentis de his ſcripta quædam, & cognoſces rebellatricem fuiſſe ciuitatem illam, grauem regibus ac ciuitatibus: ipſos quoque Iudæos perfidos bellis conflandis in ea deditos iam inde ab æuo: quam ob cauſam & vrbs illa deuaſtata eſt. Nunc ergo ſignificamus tibi Domine rex, ſi vrbs hæc reſtituta fuerit, muriq́; eius inſtaurati, non datũ iri tibi poſthac in Cœleſyriã ac Phœniciã reditionẽ. Tũc reſcripſit rex Rahumo à cõmẽtarijs, & Beelteemo, tum ſcribæ Semellio, cæteriſq́; collegis eiuſdẽ ordinis, & incolis Samariæ, Syriæ Phœniciæq́;, quæ ſubſequuntur, EPISTOLAM quã mihi miſiſtis legi, cũq́; decreuiſſem vt res inquireretur, inuentũ eſt ciuitatẽ illã iã inde ab æuo aduerſari regibus,*

*regibus, & populum eius rebellionum ac bellorum eſſe ſtudioſum, regeſq; potentes ac prægraues fuiſſe Ieroſolymis in Cœleſyriam & Phœniciam tributis exigendis dominatos. Nunc ergo præcipiendum putaui, vt vrbis ædificatione prohibeatur ille populus, & prouideatur vt ne quid fiat his amplius, neque procedat vlterius ad obturbandum regibus malitia. Tunc recitatis ijs quæ à rege Artaxerxe ſcripta fuerant, Rahumus & ſcriba Semellius, hiſq; cooptati collegæ cum conſcendiſſent, Ieroſolymam feſtinarunt cum equitatu & agmine frequenti, ædificiumq; cœperunt prohibere: inhibitaq; eſt ædificatio templi Ieroſolymitani vſque ad annum ſecundum regni Darij regis Perſarum.*

27 ♀ & homines refugæ, & prælia in ea efficientes, & reges
fortiſsimi erant in Ieruſalem dominãtes, & tributa exigen
28 tes à Cœleſyria & Phœnice. ♀ Nunc ergo præcepi pro-
hibere homines illos ædificare ciuitatẽ, & prohibere ne-
29 quid vltra hæc fiat: ♀ ſed nec procedant in plurimum,
ex quo ſunt malitiæ, ita vt regibus moleſtia importetur.
30 ♀ Tunc recitatis his quæ à rege Artaxerxe ſcripta fuerãt,
Rathimus, & Sabellius ſcriba, & qui cum his conſtituti
erant iungentes feſtinanter venerunt in Ieruſalem cum
31 equitatu, & turba, & agmine: ♀ cœperuntque ædifican-
tes prohibere: & vacabant ab ædificatione templi in Ieru-
ſalem, vſque ſecundo anno regni Darij regis Perſarum.

## SCHOLIA IN CAP. II.

1 ששבצר 1.Eſd.1. 2 משנים 1.Eſd.1. 3 1.Eſd.1. שמשי Vnde Græcè Semeſius, & corruptius Semellius.

## CAP. III.

*REgnum autem adeptus Darius, celebrauit conuiuium magnum popularibus ſuis omnibus, & vernaculis, ac magiſtratibus Mediæ & Perſidis, præfectis, imperatoribus, & inferioribus à ſe præſidibus omnibus, ab India vſque ad Æthiopiam, per centum vigintiſeptem prouincias. Hi cum cibo potuq; ſatiati reuerterentur, rex quoque Darius ſe recepit in ſuum cubiculum, & dormiuit donec expergiſceretur. Tum tres iuuenes ſatellites cuſtodes regij corporis dixerunt alius alij, Proponamus quiſque noſtrum dictum aliquod eximium: vt cuiuſnam viſa fuerit oratio cæteris ſapientior, donet eum rex Darius muneribus ac præmijs ampliſsimis, vt induatur purpura, bibat ex auro, in auro dormiat, infrenatis auro bigis vehatur, & cum cidari byſsina, colloq; torquatus, ſecundus à Dario propter ſapientiam ſuam ſedeat, cognatuſq; Darij vocetur. Tum ſcriptum ſinguli dictum ſuum cum conſignaſſent, ceruicali Darij regis ſuppoſuere. Etenim dicebant, Cum experrectus fuerit rex, hæc ei ſchedula dabitur: & quem quidem iudicarit rex & tres principes Perſidis, de dicto ſuo ſapientiſsimum, ei præmium palmæ dabitur, quo ſcriptum eſt modo. Scripſit autem vnus, Potentiſsima res eſt vinum. Alter ſcripſit, Rex eſt res potentiſsima. Tertius ſcripſit, Res potentiſsima ſunt mulieres: ante omnia verò vincit veritas. Cumq; ſurrexiſſet rex, ſumptoſq; codicillos ei exhibuiſſent, legit eos: miſitque conuocatum omnes Perſidis & Mediæ proceres, præfectos, imperatores, præſides, conſules. Cumq; pro concilio ſediſſet, lecta coram illis ſchedula, Vocate, inquit, iuuenes ipſos, vt ſua dicta ipſi nobis ediſſerant. Vt ergo vocati introierunt, dixit illis, Diſſerite nobis de ſcriptis his. Tum cœpit primus qui de potentia vini dixerat, & ita locutus eſt, Quantopere præualet, ô viri, vinum omnibus qui bibunt illud, hominibus! Errorem enim offundit menti: regiſq; & pupilli, ſerui & liberi, pauperis atque diuitis vniuſmodi reddit animum, omniumq; adeo voluntatem conuertit in oblectamenta conuiualia, & hilaritatem, vt nemo meminerit vllius moleſtiæ, aut æris alieni. Siquidem diuitijs implet animos omnium, vt nemo rationem habeat aut regis aut præfecti: & facit 1 vt talentis enunciemus omnia. Præterea non meminere, qui adhibuerunt, amicos amicis & fratribus præſtare ſe, ſed non multo poſt diſtringunt gladios: cæterum vino liberati non recordantur quæ geſſerint. Annon igitur, ô viri, præcellit virtute vinum, quod vim affert talia perpetrandi? Ita locutus conticuit.*

## CAP. III.

1 REx Darius fecit cœnam magnam omnibus verna-
culis ſuis, & omnibus magiſtratibus Medię & Per-
2 ſidis, ♀ & omnibus purpuratis, & prætoribus, &
conſulibus, & præfectis ſub illo ab India vſque Aethio-
3 piam, centum vigintiſeptem prouincijs. ♀ Et cum mandu
caſſent & bibiſſent, & ſatiati reuerterẽtur, tũc Darius rex
aſcendit in cubiculum ſuũ, & dormiuit, & expergefactus
4 eſt. ♀ Tunc illi tres iuuenes corporis cuſtodes, qui cuſto
5 diebant corpus regis dixerunt alter alteri, ♀ Dicamus
vnuſquiſque noſtrum ſermonem qui præcellat: & cuiuſ-
cunque apparuerit ſermo ſapientior alterius, dabit illi rex
6 Darius dona magna, ♀ purpura cooperiri, & in auro bi- B
bere, & ſuper aurum dormire, & currum aureo fræno, &
7 cydarim byſſinam, & torquem circa collum: ♀ & ſecũdo
loco ſedebit à Dario propter ſapientiam ſuam, & cogna-
8 tus Darij vocabitur. ♀ Tunc ſcribentes ſinguli ſuũ ver-
bum ſignauerunt, & poſuerũt ſubtus ceruical Darij regis,
9 ♀ & dixerunt, Cumq́ue ſurrexerit rex, dabimus illi ſcri-
pta noſtra: & quodcunque iudicauerit rex è tribus, & ma-
giſtratus Perſidis, quoniã verbum eius ſapientius eſt, ipſi
10 dabitur victoria ſicut ſcriptum eſt. ♀ Vnus ſcripſit, Forte
11 eſt vinum. ♀ Alius ſcripſit, Fortior eſt rex. ♀ Tertius C
12 ſcripſit, Fortiores ſunt mulieres: ſuper omnia autem vin-
13 cit veritas. ♀ Et cum ſurrexiſſet rex, acceperunt ſcripta
14 ſua, & dederunt illi, & legit. ♀ Et mittens vocauit omnes
magiſtratus Perſarũ, & Medos, & purpuratos, & præto-
15 res, & præfectos: ♀ & ſederunt in concilio: & lecta ſunt
16 ſcripta corã ipſis. ♀ Et dixit, Vocate adoleſcentes, & ipſi
17 indicabũt verba ſua. Et vocati ſunt, & introierunt. ♀ Et
dixit illis, Indicate nobis de his quæ ſcripta ſunt. Et cœpit
18 prior, qui dixerat de fortitudine vini, ♀ & dixit, Viri,
quàm præualet vinũ omnibus hominibus qui bibũt illud? D
19 ſeducit mentẽ. ♀ Iteq́; regis & orphani facit mentẽ vanã.
20 Item ſerui ac liberi, pauperis ac diuitis, ♀ & omnẽ mentẽ
conuertit in ſecuritatẽ & iucunditatẽ, & nõ meminit om-
21 nem triſtitiam & debitũ, ♀ & omnia præcordia facit ho-
neſta, & non meminit regẽ, nec magiſtratũ, & omnia per
22 talenta loqui facit. ♀ Et non meminerunt, cum biberũt,
amicitiam, nec fraternitatẽ: ſed non multum pòſt, ſumunt
23 gladios: ♀ & cũ à vino merſerint & ſurrexerint, non me-
24 minerunt quæ geſſerunt. ♀ O viri, num præcellit vinũ?
quis ſic cogitat facere? Et tacuit hoc dicto.

## SCHOLIA IN CAP. III.

1 Ideſt, vt omnia vocemus ad talentorũ ſummam, & mera crepemus talenta, quaſi ditiſsimi quales nobis videmur per ebrietatem, aliàs. facit vt quis æquo pondere loquatur omnia, id eſt citra diſcrimen, & pari pondere. aliàs, cum pondere, id eſt grandiloqua, & quaſi ταλαγ-τιᾶια. aliàs, omnia cum pondere & molimine propter linguæ grauitatem. Sed primus ſenſus optime videtur quadrare.

CAP. IIII.



## CAP. IIII.

ET inchoauit ſequens dicere, qui dixit de fortitu- 1
dine regis, ♀ O viri, num præcellunt homines, 2
qui terram & mare obtinent, & omnia quæ in eis
ſunt? ♀ Rex autem ſuper omnia præcellit, & domina- 3
tur eorum: & omne quodcunque dixerit illis, faciunt.
♀ Et ſi miſerit illos ad bellatores, vadunt, & demoliunt 4
montes, & muros, & turres. ♀ Iugulantur, & iugulant. 5
& regis verbum non prætereunt. nam ſi vicerint, affe-
runt regi omnia quæcunque prædati fuerint. ♀ Simi- 6
liter & alij omnes, & quotquot non militant, nec pu-
gnant, ſed colunt terram: rurſum cum fuerint metentes,
afferunt tributa regi: ♀ & ipſe vnus ſolus ſi dixerit, 7
Occidite, occidunt: dixerit, Remittite, remittunt: ♀ di- 8
xerit, Percutite, percutiunt: dixerit, Exterminate, ex-
terminant: dixerit, AEdificate, ædificant: ♀ dixerit, 9
Excidite, excidunt: dixerit, Plantate, plantant: ♀ & om- 10
nis plebs, & virtutes eum obaudiunt, & ſuper hoc ipſe
B recumbit, & bibit, & dormit. ♀ Hi autem cuſtodiunt in 11
circuitu eum, & non poſſunt ire ſinguli, & facere opera
ſua, ſed in dicto obaudientes ſunt ei. ♀ Viri, quomodo 12
non præcellit rex, qui ſic diffamatur? Et tacuit. ♀ Ter- 13
tius qui dixerat de mulieribus & veritate, (hic eſt Zoro-
babel,) cœpit loqui. ♀ Viri, non magnus rex, & multi 14
homines, nec vinum præcellit. Quis eſt ergo, qui domi-
natur eorum? ♀ Nonne mulieres genuerunt regem, & 15
omnem populum, qui dominatur mari & terræ: ♀ & ex 16
illis nati ſunt, & ipſæ educauerunt eos qui plantauerunt
vineas ex quibus vinum fit? ♀ Et ipſæ faciunt ſtolas om- 17
nium hominum, & ipſæ faciunt gloriam hominibus, &
non poſſunt homines ſeparari à mulieribus. ♀ Si con- 18
gregauerint aurum & argentum, & omnem rem ſpe-
cioſam, & viderint mulierem vnam bono habitu & bo-
na ſpecie, ♀ omnia hæc relinquentes in eam inten- 19
dunt, & aperto ore conſpiciunt, & eam alliciunt ma-
gis quàm aurum & argentum, & omnem rem pretio-
ſam. ♀ Homo patrem ſuum relinquit qui enutrijt illum, 20
& ſuam regionem, & ad mulierem ſe coniungit. ♀ Et 21
C cum muliere remittit animam: & neque patrem memi-
nit, neque matrem, neque regionem. ♀ Et hinc opor- 22
tet vos ſcire, quoniam mulieres dominantur veſtri.
Nonne doletis? ♀ Et accipit homo gladium ſuum: & 23
vadit in viam facere furta, & homicidia, & mare naui-
gare & flumina, ♀ & leonem videt, & in tenebris in- 24
greditur: & cum furtum fecerit, & fraudes, & rapinas,
amabili ſuæ affert. ♀ Et iterum, diligit homo vxorem 25
ſuam magis, quàm patrem aut matrem. ♀ Et multi de- 26
mentes facti ſunt propter vxores ſuas: & ſerui facti
ſunt propter illas, ♀ & multi perierunt & iugulati ſunt, 27
& peccauerunt propter mulieres. ♀ Et nunc credite 28
mihi, quia magnus eſt rex in poteſtate ſua: quoniam
omnes regiones verentur tangere eum. ♀ Videbam ta- 29
men Apemen filiam Bezacis mirifici concubinam regis,
ſedentem iuxta regem ad dexteram, ♀ & auferentem 30
diadema de capite eius, & imponentem ſibi, & palmis
cædebat regem de ſiniſtra manu. ♀ Et ſuper hæc aper- 31
to ore intuebatur eam: & ſi arriſerit ei, ridet. nam ſi
D indignata ei fuerit, blanditur, donec reconcilietur in
gratiam. ♀ O viri, cur non ſunt fortiores mulieres? Ma- 32
gna eſt terra, & excelſum eſt cælum: quis iſta agit? ♀ Et 33
tunc rex, & purpurati intuebantur in alterutrum. Et in-
choauit loqui de veritate. ♀ O viri, nonne fortes ſunt 34
mulieres? Magna eſt terra, & excelſum eſt cælum:
& velox curſus ſolis conuertit in gyro cælum in locum
ſuum in vna die. ♀ Nonne magnificus eſt qui hæc facit, 35
& veritas magna, & fortior præ omnibus? ♀ Omnis 36
terra veritatem inuocat, cælum etiam ipſam benedicit,
& omnia opera mouentur & tremunt eam, & non eſt cum
ea quicquam iniquum. ♀ Vinum iniquum, iniquus rex, 37

## CAP. IIII.

*ET orſus eſt loqui ſecundus, cuius erat dictum de regia potentia, Nonne, ô viri, eximia potentia eſt hominum, cum terram mareq; teneant, cunctaq; his comprehenſa? Atqui rex longe eſt potentior, vt qui dominetur illis & imperet omnibus, & quæcũque præceperit eis, exequuntur. Si quibus edixerit vt bellum inferant alij alijs, faciunt: ſi miſerit eos in hoſtes, eunt, demoliuntur montes, muros & turres, trucidant, & trucidantur, nec regis excedunt imperium. Quod ſi vicerint, omnia regi tam quæ præda parta ſunt, quàm alia quæuis deferunt. Etſi qui non militant, neque belligerant, ſed exercent agriculturam, hi rurſum, cum quod ſeminarant meſſuerint, regi ferunt: & alij compellentes alios, vectigal pendunt eidem, quamuis ipſe ſit vnicus. Si iuſsit occidere, occidunt: ſi dimittere, dimittunt: iuſsit ferire, feriunt: iuſsit deuaſtare, deuaſtant: iuſsit ædificare, ædificant: iuſsit excindere, excindunt: iuſsit plantare, plantant: omniſq; populus, & poteſtates eius, vnum audiunt. Ad hæc autem ipſe recumbit, edit, bibit, & dormit: illi vero circa eum agunt vndique cuſtodiam, nec poteſtatem habet diſcedendi quiſquam, reſq; ſuas agendi, quo minus dicto ſit audiens. Quid eſt, ô viri, cur non ſit rex potentiſsimus, cui tanta præſtatur obedientia? Cumque tacuiſſet hic, tertius inde qui de mulieribus & veritate propoſuerat, (is autem erat Zorobabel,) loqui cœpit. O viri, nequaquam magni regis, aut multorum hominũ, vini ve ſuprema eſt potentia. Quid igitur ſuperius eſt, aut dominatur illis? nonne mulieres? Mulieres regem ipſum, omnemq; populum qui terra mariq; dominatur, genuerunt. Ex his nati ſunt, & ab ipſis educati ijdem illi plantatores vinearum, è quibus vinum gignitur. Hæ veſtes hominum conficiunt, hæ decus hominibus conciliant, nec poſſunt homines carere mulieribus. Quod ſi qui congeſſerint aurum aut argentum, aut quicquid eſt rerum conſpicuarum, nonne mulieris vnius pulchritudine formaq; præſtantis amore capti, relictis his omnibus, ora conuertunt in eam, & hiantes reſpiciunt? omneſq; eam exoptant magis quàm vel aurum, vel argentum, aut quicquam rerum elegantium? Relinquit homo patrem ſuum qui enutriuit ipſum, & 1 proprium ſolum, & ad vxorem ſuam adhæreſcit. Cum vxore vitam ponit, & nec patris, nec matris, neque patriæ deſiderio tangitur. Vel hinc cognoſcatis dominari vobis mulieres. Nonne laboratis & molimini, omniaq; datis & defertis mulieribus? Quid? quòd homo in viam accepto gladio ſuo, ad latrocinia furtaq; perpetranda, aut ad mare fluminaq; nauiganda, progreditur, aut in conſpectum leonis it, aut per tenebras ambulat? deinde furando, rapiendo, compilandoq; parta aſportat ad amicam, adeoq; vxorem ſuam magis quàm patrem aut matrem homo diligit. Iamq; ex aſpectu mulierum dementes facti ſunt multi, aut propter eaſdem in ſeruitutem redacti ſunt: perierunt item, lapſi ſunt, & peccauerunt mulierum cauſa plurimi. Quapropter nunc mihi credite. Nonne rex poteſtate ſua magnus eſt? nonne omnes terræ reformidant eum tangere? Atqui ſpectabam hunc ipſum, & Apamen 2 Bartaci illius admirãdi filiam pellicem regiam, ſedentem ad dexteram eius, & auferentem diadema de capite regio, ſibiq; imponentem, atque etiam feriebat regem ſiniſtra: ille vero ſuper his contemplabatur eam ore hianti. Si arriſerit ei, ridet: ſin indignata fuerit, blanditur eidem, vt ſibi reconcilietur. Quid eſt, ô viri, cur mulieres non ſint præpotentes, cum deſignent talia? Tum rex & proceres alius alium intuebantur. Porrò autem aggreſſus eſt de veritate dicere, Nonne, ô viri, præpotentes ſunt mulieres, ingens autem terra, cælum excelſum, & ſol curſu rapidus? nam in orbe cæli vertitur, rurſumq; recurrit vno die in locum priſtinum. nonne qui facit hæc magnus eſt? Atqui maior eſt veritas, & ante omnia potentiſsima. Veritatem 3 prædicat vniuerſus orbis, cælum etiam ipſam celebrat, omniſq; rerum natura exhorreſcit eam, & tremiſcit: nec 4 vitioſi quicquam illi coniunctum eſt. 5 Vitioſum eſt vinum, vitioſus rex,*

*vitioſæ mulieres, vitioſa omnis hominum progenies, vitioſaq; opera ipſorum omnia, nec eſt in eis 6 integritas, vitioq; adeò ſuo peribunt: veritas autem manet & viget in æternum, viuit, & in omne ſeculum exuperat, neque eſt apud ipſam reſpectus perſonarum aut diſcrimen, ſed quæ iuſta ſunt peragit, ab omni iniuſtitia & improbitate ſibi temperans. Facta eius nemo non approbat, neque eſt vlla in iudicio eius iniquitas. Ipſa denique & virtus eſt, & regnum, & poteſtas, & maieſtas omnium ſeculorum. Perbeatus eſt Deus veritatis. His dictis cum conticuiſſet, conclamauit vniuerſus populus, & pronunciauit, Ingens eſt veritas, & potentiſſima. Tum rex dixit illi, Pete ſiquid vis amplius etiam quàm quæ ſcripta ſunt, & tibi dabimus: propterea quòd repertus es cæteris ſapientior, & ſedebis mihi proximus, cognatuſq; meus vocaberis. Tum ille regi, Memento, inquit, voti illius, quod eodem, quo regnum adeptus es, die nuncupaſti pro ædificandis Ieroſolymis, proq; vaſis quæ indidem ablata fuerant, remittendis, quæ Cyrus excepit (cum de excindenda Babylone vota feciſſet,) & illuc ſe remiſſurum nuncupauit. Vouiſti enim ædificaturum te templum illud quod incenderunt Idumæi, cum Iudæa à Chaldæis deuaſtata eſt. Nunc igitur hoc eſt quod abs te poſtulo Domine rex, & contendo: hæc eſt illa quam abs te peto magnificentia: oro, inquam, vt votum ſoluas, quod te regi cæli redditurum ore tuo vouiſti. Ibi tum exurrexit Darius rex, & oſculatus eſt illum: ſcripſitq; in gratiam eius ad omnes diſpenſatores, præſides, imperatores & præfectos epiſtolas, vt & eum & omnes ad ædificandam Ieroſolymam cum eo proficiſcentes deducerent. Epiſtolas item omnibus præſidibus in Cœleſyria, in Phœnicia, & in Libano ſcripſit, vt curarent ligna cedrina tranſportanda à Libano Ieroſolymam, & eum ad ædificandam vrbem adiutarent. Præterea libellum dedit immunitatis ergò Iudæis omnibus è regno in Iudæam proficiſcentibus, ne quiſquam poteſtatem gerens, præſes, præfectus, aut diſpenſator ad fores eorum 7 accederet, ſed tota quam poſſiderent regio immunis ipſis eſſet, vtque Idumæi caſtellis Iudæorum quæ inſidebant, decederent. In ſtructuram quoque templi vt tribuerentur vicena in ſingulos annos talenta, vſque dum perædificaretur, & ad ſacrificanda ſuper aram holocauſta ſingulis diebus (quibus immolandi ſeptenadena præceptum habebant,) alia in ſingulos annos dena talenta. Ad hæc vt omnes ad vrbem condendam è Babylonia proficiſcentes libertatem haberent tam ipſi, quàm ipſorum progenies, & item ſacerdotes omnes qui proficiſcerentur. Perſcripſit autem & ſumptum, ſacrumq; ſacris obeundis veſtitum Leuitis, donec templum abſolueretur, & Ieroſolyma extrueretur, ſuppeditandum. Cuſtodiam inſuper vrbis agentibus penſiones & ſtipendia conſtituit, & omnia vaſa quæ Cyrus Babylone extulerat, miſſa fecit: atque adeo quæcunque Cyrus edixerat, ipſe quoque præſtanda mandauit, & Ieroſolymam amittenda. Egreſſus ergo iuuenis, ſublata in cælum facie, Ieroſolymam verſus, regem cæli ſalutauit his verbis, Abs te victoria, abs te ſapientia, & abs te gloria proficiſcitur: ego vero ſeruus tuus ſum. Tu prædicandus es, qui ſapientiam mihi contuliſti. Itaque tibi gratias ago Domine Deus patrum noſtrorum. Cumq; ſumptis epiſtolis profectus veniſſet Babylonem, & nuncium fratribus ſuis attuliſſet omnibus, laudauerunt illi Deum maiorum ſuorum, quòd dediſſet ipſis miſſionem & laxamentum ad proficiſcendum, & Ieroſolymam ac templum de nomine ipſius percelebratum ædificandum: atque exultabundi cantibus & lætitia dies ſeptem conſumpſerunt.*

iniquæ mulieres, iniqui omnes filij hominum, & iniqua
illorum omnia opera, & non eſt in ipſis veritas, & in ſua
38 iniquitate peribunt: ¶ & veritas manet, & inualeſcit in
39 æternum, & viuit, & obtinet in ſecula ſeculorum. ¶ Nec E
eſt apud eam accipere perſonas, neque differentias: ſed
quæ iuſta ſunt facit omnibus, iniuſtis ac malignis, & om-
40 nes benignantur in operibus eius. ¶ Et non eſt in iudi-
cio eius iniquum, ſed fortitudo, & regnum, & poteſtas, &
maieſtas omnium æuorum. Benedictus Deus veritatis,
41 ¶ Et deſijt loquendo. Et omnes populi clamauerunt, &
42 dixerunt, Magna eſt veritas, & præualet. ¶ Tunc rex
ait illi, Pete, ſiquid vis amplius, quàm quæ ſcripta ſunt, &
dabo tibi, ſecundum quod inuentus es ſapientior proxi-
mis, & proximus mihi ſedebis, & cognatus meus vocabe-
43 ris. ¶ Tunc ait regi, Memor eſto voti tui, quod vouiſti,
44 ædificare Ieruſalem, in die qua regnum accepiſti: ¶ &
omnia vaſa quæ accepta ſunt ex Ieruſalem, remittere,
quæ ſeparauit Cyrus, quando mactauit Babyloniam, &
45 voluit remittere ea ibi. ¶ Et tu vouiſti ædificare tem-
plum, quod incenderunt Idumæi, quando exterminata
46 eſt Iudæa à Chaldæis. ¶ Et nunc hoc eſt quod poſtulo
Domine, & quod peto, hoc eſt maieſtas quod à te poſtu- F
lo, vt facias votum quod vouiſti regi cæli ex ore tuo.
47 ¶ Tunc ſurgens Darius rex, oſculatus eſt illum: & ſcripſit
epiſtolam ad omnes diſpenſatores, & præfectos, & pur-
puratos, vt deducerent eum, & eos qui cum illo erant,
48 omnes aſcendentes ædificare Ieruſalem. ¶ Et omnibus
præfectis qui erant in Syria, & Phœnice, & Libano ſcri-
pſit epiſtolas, vt traherent ligna cedrina à Libano in Ieru
49 ſalem, vt ædificarent cum eis ciuitatem. ¶ Et ſcripſit
omnibus Iudæis qui aſcendebant à regno in Iudæam pro
libertate, omnem potentem, & magiſtratum, & præfe-
50 ctum non ſuperuenire ad ianuas ipſorum, ¶ & omnem
regionem quam obtinuerant immunem eſſe eis, & Idu-
51 mæi relinquant caſtella quæ obtinent Iudæorum, ¶ &
in ſtructuram templi dare per ſingulos annos talenta
52 viginti, vſque dum perædificaretur: ¶ & ſuper ſacra-
rium holocautomata vſtulare quotidie, ſicut habent præ-
ceptum: alia talenta decem offerre per ſingulos annos,
53 ¶ & omnibus qui procedunt à Babylonia condere ciui-
tatem: vt eſſet libertas tam ipſis quàm filijs eorum, &
54 omnibus ſacerdotibus qui præcedunt. ¶ Scripſit autem
& quantitatem, & ſacram ſtolam iuſsit dari in qua deſer- G
55 uirent: ¶ & Leuitis ſcripſit dare præcepta, vſque in
diem qua conſummabitur domus, & Ieruſalem extrue-
56 tur: ¶ & omnibus cuſtodientibus ciuitatem, ſcripſit dari
57 ei ſortes & ſtipendia. ¶ Et dimiſit omnia vaſa quæcun-
que ſeparauerat Cyrus à Babylonia: & omnia quæcũque
dixit Cyrus, & ipſe præcepit fieri, & mitti Ieruſalem.
58 ¶ Et cum proceſsiſſet ille adoleſcens, eleuans faciem in
59 Ieruſalem, benedixit regem cæli, ¶ & dixit, Abs te eſt
victoria, & abs te eſt ſapientia & claritas. Et ego ſeruus
60 tuus ſum. ¶ Benedictus es, qui dediſti mihi ſapien-
tiam, & tibi confitebor Domine Deus patrum noſtrorum.
61 ¶ Et accepit epiſtolas, & profectus eſt in Babyloniam.
Et venit, & nuntiauit fratribus ſuis omnibus qui fuerunt
62 in Babylonia: ¶ & benedixerunt Deum patrum ſuorũ,
63 quoniam dedit illis remiſsionem & refrigerium, ¶ vt
aſcenderent & ædificarent Ieruſalem, & templum vbi
nominatum eſt nomen eius in ipſo: & exultauerunt cum
muſicis & lætitia diebus ſeptem.

## SCHOLIA IN CAP. IIII.

1 Vel, patriam ſuam. 2 Aliàs, Bezacis. 3 vel, inuocat. 4 vel, iniqui. 5 חבל, habet Ioſephus Heb. 1. Vanum. 6 vel, veritas. 7 Scilicet, exigendi (vectigalis cauſa.

## CAP. V.

*His rebus actis, delecti fuerunt in profectionem principes familiarum paternarum, iuxta tribus ſuas cum vxoribus, filijs & filiabus, ſeruis & ancillis,*

## CAP. V.

1 Poſt hæc autem electi ſunt, vt aſcenderent principes 1.Eſd.2.a.
pagorum per domos, & tribus ſuas, & vxores illo-
rum, & filij & filiæ eorũ, & ſerui & ancillæ ipſorum,
& pecora



& pecora eorum. ¶ Et Darius rex miſit vnà cum eis 2
equites mille, donec deducerent eos in Ieruſalem cum
pace, & cum muſicis, & cum tympanis & tibijs: ¶ & 3
omnes fratres erant ludentes, & fecit eos aſcendere ſimul
cum eis. ¶ Et hæc ſunt nomina virorum, qui aſcende- 4
runt per pagos ſuos in tribus, & in partem principatus
ipſorum. ¶ Sacerdotes: Filij Phinees, filij Aaron, Ieſus 5
filius Ioſedec, Ioacim filius Zorobabel filij Salathiel de
domo Dauid, ex progenie Phares, de tribu Iuda, ¶ qui 6
locutus eſt ſub Dario rege Perſarum ſermones mirificos
in ſecundo anno regni ipſius menſe Niſan primo. ¶ Sunt 7
autem hi, qui aſcenderunt ex Iudæa de captiuitate tranſ-
migrationis, quos tranſmigrauit Nabuchodonoſor rex
Babyloniæ in Babylonem, & reuerſus eſt in Ieruſalem.
¶ Et requiſiuit partem Iudææ vnuſquiſque in ciuitatem 8
ſuam, qui venerunt cum Zorobabel & Ieſu, Nehemias,
Areores, Elimeo, Emmanio, Mardocheo, Beelſuro,
Mechpſatochor, Olioro, Emonia vnus de principibus
eorum. ¶ Et numerus à gentilibus eorum, ex præpoſi- 9
tis eorum. Filij Phares, duo millia centum ſeptuagin-
taduo. ¶ Filij Ares, tria millia centum quinquaginta- 10
ſeptem. ¶ Filij Phœmo, centum quadragintaduo. In 11
filijs Ieſu & Ioabes, mille trecentiduo. ¶ Filij Demu, 12
B duo millia quadringenti ſeptuaginta. Filij Choraba,
ducentiquinque. Filij Banica, centum ſexagintaocto.
¶ Filij Bebech, quadringentitres. Filij Archad, qua- 13
dringenti vigintiſeptem. ¶ Filij Chan, trigintaſeptem. 14
Filij Zoroar, duo millia ſexagintaſeptem. Filij Adin,
quadringenti ſexaginta vnus. ¶ Filij Aderectis, cen- 15
tumocto. Filij Ciaſo & Zelas, centumſeptem. Filij Azo-
roc, quadringenti trigintanouem. ¶ Filij Iedarbone, 16
centum triginta duo. Filij Ananiæ, centumtriginta. Filij
Aſoni, nonaginta. ¶ Filij Marſar, quadringenti vigin- 17
tiduo. Filij Zabarus, nonagintaquinque. Filij Sepoie-
mon, centum vigintitres. ¶ Filij Nepopas, quinqua- 18
gintaquinque. Filij Hechanatus, centum quinquagin-
taocto. Filij Cebethamus, centum trigintaduo. ¶ Filij 19
Crearpatros, qui Enocadies, & Modiæ, quadringenti
vigintitres: qui ex Gramas & Gabea, centum viginti
vnus: ¶ qui ex Beſſelon, & Ceagge, ſexagintaquinque: 20
qui ex Baſtaro, centum vigintiduo. ¶ Qui ex Beche- 21
nobes, quinquagintaquinque. Filij Liptis, centum quin-
quagintaquinque. Filij Labonni, trecenti quinquaginta
ſeptem. ¶ Filij Sichem, trecenti ſeptuaginta. Filij Sua- 22
don, & Cliomus, trecenti ſeptuaginta octo. ¶ Filij Eri- 23
cus, duo millia centum quadragintaquinque. Filij Anaas,
trecenti ſeptuaginta. Sacerdotes. ¶ Filij Ieddus, filij 24
C Euther, filij Eliaſib, trecenti ſeptuagintaduo. Filij Eme-
rus, ducenti quinquagintaduo. ¶ Filij Phaſurij, tre- 25
centi quinquagintaſeptem. Filij Caree, ducenti viginti-
ſeptem. ¶ Leuitæ. Filij Ieſu in Caduhel, & Bamis, & 26
Serebias, & Edias, ſeptuagintaquatuor. omnis nume-
rus à duodecimo anno, triginta millia quadringentiſe-
xagintaduo. ¶ Filij, & filiæ, & vxores, omnis com- 27
putatio, quadraginta millia ducenti quadragintaduo.
¶ Filij ſacerdotum, qui pſallebant in templo. Filij Aſaph, 28
centum vigintiocto. ¶ Oſtiarij verò. Filij Eſmenni. Filij 29
Azer. Filij Amon, Filij accuba, Topa filij Tobi. Omnes
centum trigintanouem. ¶ Sacerdotes ſeruientes in tem- 30
plo. Filij Sel, filij Gaſpha, filij Tobloch, filij Cariæ,
filij Su, filij Hellu, filij Labana, filij Armacha, filij Ac-
cub, filij Vtha, filij Cetha, filij Aggab, filij Obai, filij
Anani, filij Canna, filij Geddu, ¶ filij An, filij Radin, 31
filij Deſanon, filij Nachoba, filij Caſeba, filij Gaze,
filij Ozui, filij Sinone, filij Attre, filij Haſtem, filij
Aſiana, filij Manei, filij Naſiſsim, filij Accuſu, filij Agi-
ſta, filij Azui, filij Fauon, filij Phaſalon, ¶ filij Meedda, 32
filij Phuſa, filij Caree, filij Barcus, filij Saree, filij
Coeſi, filij Naſith, filij Agiſti, filij Pedon. ¶ Salomon filij 33

*ac iumentis ſuis: miſitq; vnà cum eis Darius mille equites, quibus commendauit deducendos illos, donec eos tuto reſtituiſſent Ieroſolymam, cum cantibus, tympanis & tibijs: omnes enim fratres ipſorum ludebant. Sacerdotes prognati Phinees filio Aaronis. Ieſus filius Ioſedec Saraia prognati. Et Ioachim filius Zorobabelis Salathiele nati de genere Dauidico, ex progenie Phares, tribulis autem Iudæ: qui ſub Dario rege Perſarum ſermones ſapientes habuit, anno regni eius ſecundo, menſe primo Niſan. Hi ſunt autem Iudæi reduces ab exilio captiuitatis, quos Babylonem deduxerat Nabuchodonozor rex Babylonis, vnde reuerſi ſunt Hieroſolymam & in reliquam Iudæam, in ſuam quiſque ciuitatem profecti cum Zorobabele & Ieſu, cum Neemia & 1 Zacharia, Reeſaia, Enenio, Mardochæo, Belſano, Miſpharaſo, Reelia, Rehumo, & Baana ducibus ſuis. Numerus gentilium, & duces eorũ. Prognatorum Phareos, duo millia centum ſeptuagintaduo. Prognati Schaphatia 2 trecenti ſeptuagintaduo. Prognati Areh, ſeptingenti quinquaginta 3 ſeptem. Prognatorum Phahathmoab, [cum prognatis Ieſchuaioab,] duo millia octingenti duodecim. Prognati Eilam, mille ducenti quinquagintaquatuor. Prognati Zathui, noningenti quadragintaquinque. Prognati Corbe, ſeptingentiquinque. Prognati Bani, ſexingenti quadraginta ∴ octo. Prognati Bibai, ſexingenti vigintitres. Prognatorum 4 Azgad, ⁊ tria millia ducenti vigintiduo. Prognati Adonicam, ſexingenti ſexaginta 5 ſeptem. Prognatorum 6 Bagoi, duo millia ſexagintaſex. Prognati 7 Adin, quadringenti quinquagintaquatuor. Prognati Aterihezecia, nonaginta 8 octo. Prognati Ceilam, & Azeta, ſexagintaſeptem. Prognati 9 Azuran, quadringenti trigintaduo. Prognati Anania, centum. Vnus prognatorum Arom. Prognati Bazai, trecenti viginti ⁑ tres. Prognati Arſiphurith, centum & duo. Prognatorum Meterus, tria millia quinque. Oriundi ex Bethlehem, centum vigintitres. Oriundi ex Netophah, quinquaginta * quinque. Oriundi ex Anathoth, 10 centum vigintiocto. Oriundi ex Bethſchamos, quadragintaduo. Oriundi ex Cariathiarim, vigintiquinque. Oriundi ex Chaphirah & Beroth, ſeptingenti quadragintatres. Oriundi ex Pirah, ſeptingenti. 11 Oriundi ex Chadias, & Ammidioi, quadringenti vigintiduo. Oriundi ex Haramah, & Gabaa, ſexingenti vigintivnus. Oriundi ex " Macamos centum vigintiduo. Oriundi ex 12 Bethel, quinquagintaduo. Oriundi ex 13 Nebo, centum quinquagintaſex. Oriundi ∴ Calamolao, & Ono, ſeptingenti vigintiquinque. Oriundi Ierecho, trecenti quadragintaquinque. Oriundorum 14 Sanaah, tria millia trecenti triginta. Sacerdotes. Ab Iedaia Ieſu prognato in filios 15 Sanaſib propagati noningenti ſeptuaginta ⁊ duo. Prognati 16 Emer, mille quinquagintaduo. Prognati 17 Phaſchhur, ⁑ mille quadragintaſeptem. Prognati 18 Charim, mille ſeptemdecim. Leuitæ. Prognati Ieſchue, & Cadmiel, & Banna, & Suia, ſeptuagintaquatuor filij. Cantores ſacri. Prognati Aſaph, " centum quadragintaocto. Oſtiarij. Prognati Schalum. Prognati 19 Ater. Prognati Talmon. Prognati 20 Acub. Prognati Hateta. Prognati 21 Schobi. Vniuerſi centum trigintanouem. 22 Sacrorum miniſtri. Prognati Zeba, prognati Haſchupha, prognati Tabaoth, prognati Ceros, prognati 23 Sua, prognati 24 Phaleu, prognati Labana, prognati Hagaba, prognati 25 Acub, prognati Vta, prognati Cetab, prognati Hagab, prognati 26 Sibai, prognati Hanan, prognati 27 Cathua, prognati, 28 Geddar, prognati 29 Raia, prognati 30 Daiſan, prognati 31 Ne.oda, prognati Chaſeba, prognati 32 Gazema, prognati 33 Azia, prognati 34 Phinees, prognati 35 Aſara, prognati 36 Baſtai, prognati Aſanah, prognati Meunim, prognati Naphiſim, prognati 37 Bacubuc, prognati Hacupha, prognati Harhur, prognati 38 Pharacim, prognati Baraloth, prognati Mebida, prognati 39 Cutha, prognati Chareſcha, prognati 40 Barcus, prognati 41 Aſerar, prognati Thomoth, prognati 42 Nazib, prognati Hatipha. Prognati 43 ſeruis Salomonis.*

N. | V.

*Prognati 44 HaZophoreth, prognati Phatuda, prognati 45 Icelah, prognati 46 LoZon, prognati 47 Giddael, prognati Staphelia, prognati Agia, prognati Phacareth, prognati 48 Zabin, prognati 49 Sarothie, prognati 50 Maſias, prognati 51 Gar, prognati Addus, prognati Subah, prognati 52 Apherra, prognati 53 Barodis, prognati 54 Sabat, prognati 55 Allom. Vniuerſi verò miniſtri ſacrorum, prognatiq; ſeruis Salomonis, treceti ſeptuagintaduo. Hi ſunt qui aſcenderunt à 56 Thelmelah, & Thelharſiba, quorum dux erat 57 Charaathalar, & Aalar: nec poterant familiã aut genus ſuũ quod ab Iſraele ducerẽt, edere. Prognati 58 Dalaia Tubia nato, prognati Necoda, ſexingenti quinquagintaduo. Et è ſacerdotibus, qui ſacerdotio fungebãtur, 59 nec authorẽ habuerunt, prognati 60 Hobia, prognati HacoZ, prognati 61 Addus, qui duxit Augiam vxorẽ è filiabus BarZillai, & ipſius nomine vocatus eſt. Hi quæſita generis ſui aſsignatione in catalogo, nec inuẽta, ſacrificando ſummoti ſunt: & interdixit illis Nehemias & 62 Hatharias, ne ſacris participarent, donec exiſteret pontifex inſtructus 63 doctrina & veritate. Ceterũ vniuerſi oriundi ab Iſrael, à duodecim annos natis & ephebis, cõſtituebãt quadraginta millia, præter ſeruos & ancillas: duo millia trecẽti ſexaginta ſerui iſtorũ, & ancillarum ſeptẽ millia trecẽtæ quadragintaſeptẽ: cantores & pſaltriæ, ducenti quadragintaquinque: & equi ſeptingenti trigintaſex. Muli, ducẽti quadragintaquinque: aſinorum ⁘ quinq; millia quingẽti vigintiquinque. Porrò è proceribus familiarũ fuerũt qui cum veniſſent ad templũ Dei Ieroſolymitanũ, vouerẽt ſe templum illud ſuo loco extructuros pro ſuis quiſq; viribus, & in ſanctũ theſaurũ operis erogaturos mille minas auri, & argenti minarum quinque millia, centumq; veſtes ſacerdotales. Deinde ſacerdotes & Leuitæ ac populares tam Ieroſolymis, quàm in reliqua regione, atq; etiam ſacri cantores, & oſtiarij, omneſq; Iſraelitæ ſedes in oppidis ſuis accepere. Inſtante vero mẽſe ſeptimo, cũ iam Iſraelitæ ſua ſinguli poſsiderẽt, cõueniſſentq; vnanimes in atriũ, quod erat 64 ante portã orientalem, coorti Ieſus filius IoZadec, & fratres eius ſacerdotes, vnàq; Zorobabel filius Salathielis, & fratres eius, altare Dei Iſraelitici holocauſtis ſuper eo immolãdis parauerũt, ſecũdũ ea quæ in libro Moſis viri illius diuini ſunt imperata. Et quãuis conueniretur aduerſum eos ex alijs gẽtibus terræ, quòd inimicitias haberẽt cũ eis, omneſq; gentes terræ vim in eos facerent: arã tamen loco ſuo erigebãt, & immolabant hoſtias ſuo tẽpore, holocauſtaq; Domino tam matutina quàm veſpertina: etiã agitabant ſcenopegia ſolenne, vt lege præceptũ eſt, ſacrificiaq; quotidie, vt conſuerat, atq; inſuper ſacrificia perennia, immolationeſq; ſabbathis, calendis & ſolennibus omnibus ſacratis. Porrò quicũque vouerãt Deo votũ, à calendis ſeptimi menſis cœperunt ei ſacrificia facere, quãuis templum eius 65 nõdum eſſet extructum: pecuniã autẽ lapicidis & fabris 66 attribuerunt, tum cibaria, & potionẽ, carraq; Sidonijs & Tyrijs, vt è Libano materiã cedrinã ratibus in portũ Ioppes tranſportatã aduehetent, ſecundũ edictũ ipſis à Cyro Perſarũ rege perſcriptũ. Secũdo demũ anno, ⁒ poſtquã venit ad tẽplum Dei Ieroſolymitanũ menſe ſecũdo, Zorobabel filius Salathielis, & Ieſus filius IoZedec cum fratribus ſuis, ſacerdoteſq; & Leuitæ, omneſq; adeo Ieroſolymam è captiuitate reuerſi cœperunt fundamenta ædis Dei iacere, calendis ſecundi menſis anni ſecundi, quàm in Iudæam & Ieroſolymam peruenerant: & Leuitas ab anno ætatis viceſimo operi Domini præfecerunt. Inſtabant ergo Ieſus cum filijs & fratribus, & Cadmiel 67 frater, filijq; Madiabun, & Iodæ illius Heliadune nati cum filijs & fratribus, vno animo Leuitæ omnes 68 cientes opus, & ad ædis Dei fabricationem incumbentes. Cumque iam extruerent ædem Domini opifices, ſacerdotes ſtolati ſtabant cum inſtrumentis muſicis & tubis: & item Leuitæ oriundi ab Aſaph tenentes cymbala, & decantantes Dominum, deq; more Dauidis regis Iſraelitici prædicantes. Siquidem voces iactabant cum carminibus ei gratulantes, Quippe bonitas eius & gloria per omnem Iſraelem perpetua.*

eius filij Aſophot, filij Phazida, filij Celi, filij Dedon, filij D
34 Gaddahel, filij Sephegi, ♀ filij Aggia, filij Sachareth, filij
Sabathen, filij Caroneth, filij Malſith, filij Amæ, filij Sa-
ſus, filij Addus, filij Suba, filij Eura, filij Rahotis, filij
35 Phaſphat, filij Malmon. ♀ omnes ſacro ſeruientes &
36 pueri Salomonis, quadringenti octogintaduo. ♀ Hi ſunt
filij qui aſcenderunt à Thel-mela, Thel-harſa: principes
37 eorum, Carmellam, & Careth: ♀ & non poterant edi-
cere ciuitates ſuas & progenies ſuas, quemadmodum ſint
38 ex Iſrael. Filij Dalari, filij Tubal, filij Nechodaici. ♀ ex
ſacerdotibus, qui fungebantur ſacerdotio, & non ſunt
inuenti, filij Obia, filij Achiſos, filij Addin, qui accepit 1.Eſd.2.e.
39 vxorem ex filiabus Phargeleu: ♀ & vocati ſunt nomine
eius. & horum quæſita eſt generis ſcriptura in pædatura,
& non eſt inuenta, & prohibiti ſunt ſacerdotio fungi.
40 ♀ Et dixit illis Nehemias & Aſtharas, Ne participentur
ſancta, donec exurgat pontifex doctus in oſtenſionem
41 & veritatem. ♀ Omnis autem Iſrael erat, exceptis ſer-
uis & ancillis, quadragintaduo millia trecenti quadra-
42 ginta. ♀ Serui horum & ancillæ, ſeptem millia trecenti
triginta ſeptem. Cantores & cantatrices, ducenti ſexa-
43 gintaquinque. ♀ Cameli, quadringentitrigintaquinque. E
Equi, ſeptem millia trigintaſex. Muli, ducenta millia
quadragintaquinque. Subiugalia, quinque millia vigin-
44 tiquinque. ♀ Et de præpoſitis ipſis per pagos, dum ve-
nirent in templum Dei, quod erat in Ieruſalem, innouare
& ſuſcitare templum in loco ſuo, ſecundum ſuam vir-
45 tutem: ♀ & dari in templum *theſaurum operum ſa- *theſaurorum
crum auri mnas duodecim millia, & mnas argenti quin-
46 que millia, & ſtolas ſacerdotales centum. ♀ Et habita-
uerunt ſacerdotes & Leuitæ, & qui exierant de plebe in
Ieruſalem & in regione: & ſacri cantores, & oſtiarij,
47 & omnis Iſrael in regionibus ſuis. ♀ Inſtante autem 1.Eſdr.3.a.
ſeptimo menſe, cumque eſſent filij Iſrael vnuſquiſque
in ſuis rebus, conuenerunt vnanimes in atrium, quod
48 erat ante ianuam orientalem. ♀ Et ſtantes Ieſus filius
Ioſedec, & fratres eius ſacerdotes, & Zorobabel filius
49 Salathiel, & huius fratres, parauerunt altare, ♀ vt offer-
rent ſuper illud holocautomata, ſecundum quæ in libro
50 Moyſi hominis Dei ſcripta ſunt. ♀ Et conuenerunt ibi
ex alijs nationibus terræ, & erexerunt ſacrarium in loco
ſuo omnes gentes terræ: & offerebant hoſtias, & holo- F
51 cautomata Domino matutina. ♀ Et egerunt ſcenope- Leuit.23.f.
giam, & diem ſolennem, ſicut præceptum eſt in lege: &
52 ſacrificia quotidie, ſicut oportebat: ♀ & poſt hæc obla-
tiones inſtitutas, & hoſtias ſabbathorum, & neomenia-
53 rum, & dierum ſolennium omnium ſanctificatorum. ♀ Et 1.Eſdr.3.b.
quotquot vouebant Domino à neomenia ſeptimi men-
ſis, cœperunt hoſtias offerre Deo, & templum Domini
54 nondum erat ædificatum. ♀ Et dederunt pecuniam la-
55 pidarijs & fabris, & potum & pabula cum gaudio. ♀ Et
dederunt carra Sidonijs & Tyrijs, vt tranſueherent illis
de Libano trabes cedrinas, & facerent rates in Ioppe
portu, ſecundum decretum quod ſcriptum erat eis à
56 Cyro rege Perſarum. ♀ Et in ſecundo anno venientes
in templum Dei in Ieruſalem, menſe ſecundo inchoa- Eccl.49.b.c.
uit Zorobabel filius Salathiel, & Ioſue filius Ioſedec,
& fratres ipſorum, & ſacerdotes & Leuitæ, & omnes
57 qui venerant de captiuitate in Ieruſalem: ♀ & funda-
uerunt templum Dei nouilunio ſecundi menſis ſecundi
58 anni, cum veniſſent in Iudæam & Ieruſalem. ♀ Et ſta-
tuerunt Leuitas à viginti annis, ſuper opera Domini: &
ſtetit Ieſus & filius eius, & fratres omnes Leuitæ con-
ſpirantes, & executores legis, facientes opera in domo
59 Domini. ♀ Et ſteterunt ſacerdotes habentes ſtolas cum
60 tubis: & Leuitæ filij Aſaph, habentes cymbala, ♀ col-
laudantes Dominum, & benedicentes ſecundum Dauid 1.Para.17.b.
61 regem Iſrael. ♀ Et cantabant canticum Domino, quo-
niam dulcedo eius, & honor in ſecula ſuper omnẽ Iſrael.
♀ Et



G ♀ Et omnis populus tuba cecinerunt, & proclamauerunt 62
voce magna, collaudantes Dominum in ſuſcitatione do-
mus Domini. ♀ Et venerunt ex ſacerdotibus & Leuitis, 63
& præſidentibus ſecundum pagos ſenioribus, qui vide-
rant priſtinam domum: ♀ & ad huius ædificationem 64
cum clamore & planctu magno, & multi cum tubis &
gaudio magno: ♀ intantum vt populus non audiret tu- 65
bas propter planctum populi. Turba enim erat tubis
1.Eſdr.4.a. canens magnificè, ita vt longe audiretur. ♀ Et audierunt 66
inimici tribus Iudæ, & Beniamin: & venerunt ſcire quæ
eſſet vox tubarum. ♀ Et cognouerunt, Quoniam qui 67
erant ex captiuitate ædificant templum Domino Deo
Iſrael. ♀ Et accedentes ad Zorobabel & Ieſum, præpo- 68
ſitos pagorum, dixerunt eis, Ædificabimus vnà vobi-
ſcum: ♀ ſimiliter enim audiuimus Dominum veſtrum, 69
& ipſi pariter incedimus à diebus Aſbazareth regis Aſſy
riorum, qui tranſmigrauit nos huc. ♀ Et dixit illis Zo- 70
robabel, & Ieſus, & principes pagorum Iſrael, ♀ Non 71
eſt nobis & vobis ædificare domum Dei noſtri. nos enim
1.Eſdr.7.a. ſoli ædificabimus Domino Iſrael ſecundum ea quæ præ-
cepit nobis Cyrus rex Perſarum. ♀ Gentes autem terræ 72
incumbentes his qui ſunt in Iudæa, & leuantes opus ædi-
ficationis & inſidias, & populos adducentes, prohibe-
bant eos ædificare, ♀ & aggreſſuras exercentes impe- 73
dierunt, ne conſummaretur ædificium omni tempore vitę
Cyri regis, & protraxerunt ſtructuram per biennium
vſque ad Darij regnum.

*Omnis autem populus tubis canebat, & clamitabat magna voce decantando laudes Domini propter extructionem ædis ipſius. Et veniebant è ſacerdotibus & Leuitis, ac proceribus familiarum ipſorum, qui priſtinum templum viderant ætate prouectiores ad ædificationem huius, cum fletu magnaq; lamentatione, multiq; cum tibijs ac ingenti clamore lætabundi, adeò vt populus præ lamentis illis tubas exaudire non poſſet, alioqui turba erat ingens tuba canentium, quæ procul audiretur. Quare cum ſonitum accepiſſent hoſtes tribuum Iuda & Beniamin, veniſſentq; exploratum, quidnam ſibi vox ea tubarum vellet, vbi compererunt manumiſſos è captiuitate ædem ædificare Domino Deo Iſraelitico, aditis Zorobabele, Ieſu, & familiarum proceribus, Vnà vobiſcum, inquiunt, ædificabimus. ſimiliter enim atque vos auſcultamus Domino 69 veſtro, & ipſi ſacrificamus iam inde à tẽporibus 70 AſcaZareth regis Aſſyriorum, qui nos huc deduxit. Quibus reſpondit Zorobabel, Ieſus, & proceres familiarum Iſraeliticarum. Non conuenit nobis vobiſcum ad ædem Domino deo noſtro ædificandam. Nos enim ædificabimus ſoli Domino Iſraelitico, prout Cyrus Perſarum rex nobis imperauit. At incolæ terræ languidos reddebant Iudæos, & oppugnantes eos arcebant ædificando: tum inſidias, factiones atque coitiones moliendo, quo minus ædificium abſolueretur obſtabant per omne tempus vitæ Cyri regis. Itaque per biennium prohibiti ſunt ædificatione vſque ad regnum Darij.*

## SCHOLIA IN CAP. V.

1 Eſd.2.Saraia, Reelaia, 2 Aliàs, τετρακόσιοι 3 Aliàs, ϛ. ⁘ Neem.7.octo.2.Eſd.2.duo. 4 Quod Latina vetera mendoſe habent Archad, Græc. σαδας ⁒ 1.Eſd.2.1221. Neem.7.2322. 5 Neem.7.ſeptẽ.1.Eſd.2.ſex. 6 Græci legerunt בגרי pro בגרי 7 ου Genitiui eſt terminatio in Græco. 8 Ita rectius Latina, quàm δύο. 9 Interpres vetus Azoroc, 439 filij Iedarbone, 132. ☩ Sic 1.Eſd.2. Sed Neem.cap.7.quatuor.* 1.Eſd.2.ſex. 10 Mendoſum eſt ρνη, pro ρκη 11 Lat.vet. Qui Enoca dies & Modiæ. ⁎ 1.Eſdr.1. מכמס Græcus mendoſe habet μακαλων 12 L X X.ad Græcam terminationẽ detorſere. 13 Quod alij mendoſe Ecnobes. ⁘ 1.Eſd.2.aliter, & hinc in Latinis veteribus ponuntur quæ deſunt in Græcis. 14 Aliàs, ἀννιας. 15 Aliàs, Eliaſib. ⁒ 1.Eſdr.2.tres. 16 Sic rectius vetus interpr. 17 Sic correctius vetus interp. ☩ 1.Eſd.2.1247. 18 καρημ lego, חרם ⁎ ita Neem.7.1.Eſd.2.128. 19 Ita rectius, vt vetus interp. aliàs, ἰαδλα. 20 Ita correctius vetus interpres. 21 Propior ita recto vetus interp. 22 נתנים 23 סיעא 24 Aliàs, Hellu. 25 Ita rectius vetus interp. 26 Vetus interpres Obai. 27 Vetus interpres Canna. 28 Heb. גדל 29 ראיה. Mẽdoſe eſt tranſpoſitum, ἀιρου. 30 Vetus interp. Deſana. 31 Ita emendatius ſecundum Latinũ veſtigium. 32 גזם 33 עזא 34 Vetus interpres Sinone. 35 Aliàs, Attre. 36 Aliàs, Haſtem. 37 Pro quo corrupte vetus interpres Accuſu. 38 Vetus interpres Fauon. 39 Aliàs, Phuſa. 40 Ita emendatius Latina vetera. 41 סיסרא, 42 נציח, 43 φασελων. 44 Cui propior vetus interp. quàm quod in Græco. 45 יעלה 46 דרקון vnde Latina & Græca corrupta videntur. 47 Vnde corruptũ quod eſt in Latino 48 צבים 49 Latin. Charoneth 50 Aliàs, Maſith. 51 Aliàs, Ame, Saſus. 52 Aliàs, Eura. 53 Aliàs, Rahotis. 54 Aliàs, Phaſphat. 55 Aliàs, Malmon. 56 Ita emẽdatius, quàm vt Greca. 57 Aliàs, Carmellam, & Careth. 58 Ita emẽdatius iuxta veteris interpretationis veſtigiũ. 59 Nec inuenti ſunt. 60 חביה 61 Aliàs, Addin. 62 התרשתא 63 i. qui doctrina & veritate genus eorũ edoceret עד עמד כהן לאורים ולתמים Ita.1.Eſd.2.vel, pōtifex Vrim & Thummim gerens, quod videtur fuiſſe inſigne quoddam in pectorali hoc titulo qui ſacerdotes admoneret officij ſui, quorum in primis eſt doctrinam & veritatem Dei edocere. Et quia hoc quod erat in ſacerdote præcipuum indicabat, ideo per ſynecdochen aliquandó ponitur pro ipſo põtifice habitu põtificali inſtructo, vt 1. Reg.28. aliquãdo pro toto habitu pontificali in quo cõſulere Dominum iuſsi ſunt, vt Num.27. Deut.33. Cui etiam ſanctimoniam tribuebant, quòd Deus eo habitu conſultus potiſsimum reſponderet, propter inſtitutum ſuum. Quare.1.Reg.30. Dauid Ephod requirit. ⁘ 1.Eſdr.2.6720. 64 περὶ τοῦ. 65 οὕτω. 66 ἰδόντων. ⁒ לבואם אל בית 67 1.eſd.3. נגיר 68 vel, opifices vrgentes, quod 1.Eſdr.3. על עשה המלאכה 69 ὑμῶν. 70 1.Eſd.4. אסר חדן

## CAP. VI.

1.Eſdr.5.a. Nehe.5.
IN ſecundo autem anno regni Darij prophetauit Ag- 1
gæus, & Zacharias filius Addin, prophetæ apud Iu-
dæam & Ieruſalem in nomine Dei Iſrael ſuper eos.
♀ Tũc ſtans Zorobabel filius Salathiel, & Ieſus filius Io- 2
ſedec, inchoauerũt ædificare domũ Dñi, quæ eſt in Ieruſa
lem: ♀ cũ adeſſent eis prophetæ Dñi, & adiuuarẽt eos. In 3
ipſo tempore venit ad illos Siſennes ſubregulus Syriæ, &
Phœnicis, & Satrabuzanes, & ſodales eius, ♀ & dixerunt 4
eis, Quo pręcipiẽte vobis domũ hãc ædificatis, & tectum
iſtud, & alia omnia perficitis? Et qui ſunt ſtructores qui
hæc ędificãt? ♀ Et habuerũt gratiã viſitatione facta ſuper 5
eos, qui erãt ex captiuitate à Domino ſeniores Iudæorũ,

## CAP. VI.

*ANno vero ſecũdo regni Darij, Aggæo & Zacharia, qui filius erat Addo, prophetis 1 fata ſua Iudæis & incolis Iudææ ac Ieroſolymæ, nomine Dñi Dei Iſraelitici vaticinãtibus, eo, inquã, tẽpore Zorobabel Salathiele natus, & Ieſus filius Ioſedec extruere cœperũt ædẽ Dñi Ieroſolymitanã, adiungẽtibus ſe prophetis Dñi, & eos adiuuantibus. Eodem tẽpore preſto fuerũt eis Siſennes præfectus Syriæ Phœniciæq;, & SathrabuZanes cũ collegis ſuis, & eos interrogauerunt, Cuiuſnã decreto freti templũ hoc ædificatis? & ſtructuram hanc reliquaq; omnia molimini? aut qui ſunt opifices iſta perpetrantes? Gratiam tamen ſeniores Iudæorum conſecuti ſunt à Domino, (qui reduces è captiuitate reſpiciebat,)*

## N.

*vt non prohiberentur ædificatione, donec ad Darium de ipſis relatum fuiſſet, & renunciatum. Exemplum epiſtolæ ad Darium ſcriptæ, & miſſæ. SISENNES præfectus Syriæ & Phœniciæ, & Sathrabuzanes, ac collegæ in Syria Phœniciaque præſides, regi Dario ſalutē. Omnino notū eſto domino noſtro regi, nos Iudææ fines ingreſſos, vbi Ieroſolymā vrbē peruenimus, deprehendiſſe obnoxios captiuitati ſeniores Iudæorum in eadem vrbe Ieroſolyma condentes ædem Domino magnam & nouam politis lapidibus pretioſis, tignaque iam iniuncta parietibus, atque opera ipſa maturari inſtanter, & negotium rectè ſuccedere ſub manus ipſis ſumma cum magnificentia diligentiaque perficiendum. Cumque interrogaſſemus ſeniores his verbis, Cuiuſnam iuſſu ædificatis ædem hanc, aut hæc opera ſtatuitis? Cum, inquam, ſciſcitati eſſemus viros his rebus authores tibi ſignificandi, ſcribendique cauſa, & nomina ducum ab ipſis deſcribenda popoſciſſemus, illi nobis in hæc verba reſponderunt, Nos creatoris cæli terræque Domini ſerui ſumus. Cum autem conditum fuiſſet templum multis antehac annis à rege Iſraelitico magno & præpotente, & eſſet cōſummatum, cœleſtis Dominus Iſraelis patres noſtros, quia peccatis exacerbarunt ipſum, tradidit in manus Nabuchodonozoris regis Babyloniæ Chaldæorum: qui templum hoc demoliti concremauerunt, & populum captiuum abduxerunt Babylonem. Cyrus autem rex anno primo quàm regnum obtinuit in Babylonia regione, diplomata dedit vt templum hoc ædificaretur, ſacraque vaſa tam aurea quàm argentea, quæ de templo Ieroſolymitano Nabuchodonoſor abſtulerat, & collocarat in delubro ſuo, ea rurſus inde rex idem Cyrus extulit è delubro illo Babylonico. Fuerunt autem attributa Zorobabeli & 2 Sanabaſſaro præfecto, cum mandatis vt eadem aſportata vaſa in templo Ieroſolymitano reponeret, in templo inquam Domini ſuo loco reſtituendo. Tum Sanabaſſarus ille cum huc adueniſſet, fundamenta iecit ædis Domini Ieroſolymitanæ: quæ cum ex illo ædificetur vſque adhuc, nondum eſt conſummationem conſecuta. Nunc ergo ſi regi videtur, inquiratur in regijs Cyri bibliothecis: & ſi inueniatur decreto Cyri regis cœptam eſſe ſtructuram ædis Domini Ieroſolymitanæ, regique domino noſtro videatur, de his nobis renunciet. Tum rex Darius præcepit vt inquireretur in regijs bibliothecis quæ ſunt in Babylonia: & inuentum eſt in 3 Ecbathanis vrbe, quæ eſt in regione Media, volumen vnum, in quo hæc erant memoriæ prodita: Cyrus rex anno regni ſui primo mandauit ædem Domini Ieroſolymis, vbi igni perenni ſacrificetur, ædificandam: cuius altitudo ſit cubitorum ſexaginta, totidemque cubitorum latitudo, cum domicilijs è lapide polito tribus, & vno ex indigena nouoque ligno domicilio: Vtque de domo Cyri regis tribuantur impendia: & ſacra ædis Domini vaſa, tam aurea quàm argentea, quæ templo Ieroſolymitano Nabuchodonoſor extulit, & aſportauit Babylonem, vt reſtituta in idem templum Ieroſolymitanum, quo collocata fuerunt loco reponantur. Iniunxit autem curam agēdam Siſennæ præfecto Syriæ & Phœniciæ, ac Sathrabuzanæ, collegiſque & delegatis per Syriam Phœniciamque præſidibus, vt loco abſtineant: ſinant autem Zorobabelem ſeruum Domini & præfectum Iudææ, ſenatumque Iudæorum ædem illam Domini eo in loco extruere. Porrò autem ego præcipiendum putaui, vt perficiatur ædificium, & auxilium accuretur ferendum reducibus à captiuitate Iudæis, donec ædes Domini fuerit abſoluta. Præterea ex tributo Cœleſyriæ & Phœniciæ ſtipendium diligenter præbendum iiſdem hominibus & præfecto Zorobabeli in ſacra facienda Domino, in tauros, in arietes, in agnos: itemque frumenti, ſalis, vini & olei annua continua, prout ſacerdotes Ieroſolymitani renunciarint inſumi quotidie citra controuerſiam, vt Deo ſummo pro rege & liberis eius ferantur libamina, & pro vita eorum ſupplicetur. Ad hæc ſancitum eſt, vt quicunque trāſgreſſi fuerint aliquid ſupradictorum aut ſcriptorum, aut etiam minuerint, vt lignum tollatur è poſſeſſionibus eorum, in quo ſuſpendantur, bonaque ipſorum regi addicantur.*

## V.

6 ♀ & non ſunt impediti ædificare, donec ſignificaretur
7 Dario de omnibus iſtis, & reſponſum acciperetur. ♀ Ex-
emplum epiſtolæ quàm miſerunt Dario. SISENNES
ſubregulus Syriæ, & Phœnicis, & Satrabuzanes, & ſo-
dales eius in Syria & Phœnice præſides, regi Dario ſa-
8 lutem. ♀ Omnia nota ſint Domino regi, quod cum ve-
niſſemus in regionem Iudææ, & introiſſemus in Ieruſalē,
9 inuenimus ædificantes domū Dei magnam, ♀ & templū B
ex lapidibus politis, & magnis & pretioſis materijs in
10 parietibus: ♀ & opera illa inſtanter fieri, & ſuffragare,
& proſperare in manibus eorū, & in omni gloria quàm di-
11 ligentiſsime perfici. ♀ Tunc interrogauimus ſeniores,
dicentes, Quo permittente vobis ędificatis domum iſtam,
12 & opera hæc fundatis? ♀ Ideo autem interrogauimus
eos, vt notum faceremus tibi homines & præpoſitos: &
nominum ſcripturam præpoſitorum poſtulauimus illos.
13 ♀ At illi reſponderunt nobis, dicentes, Nos ſumus ſerui
14 Domini, qui fecit cælum & terram: ♀ & ædificabatur 3.Reg.6.a.
hæc domus ante annos iſtos multos à rege Iſrael magno
15 & fortiſsimo, & conſummata eſt. ♀ Et quoniam patres
noſtri exacerbantes erant, & peccauerunt in Deum Iſ- 4.Reg.14.25.
rael, tradidit eos in manus Nabuchodonoſor regis Baby-
16 loniæ, regis Chaldæorum: ♀ & domū iſtam demolientes
incenderunt, & populum captiuum duxerunt in Babylo-
17 nem. ♀ In primo anno regnante Cyro rege Babyloniæ, 1.Eſd.5.c.
18 ſcripſit Cyrus rex domum hanc ædificare: ♀ & illa ſacra
vaſa aurea & argentea quæ extulerat Nabuchodonoſor
de domo quæ eſt in Ieruſalem, & conſecrauerat ea in ſuo
templo, rurſus protulit ea Cyrus rex de templo. quod erat
in Babylonia, & tradita ſunt Zorobabel, & Salmanaſa-
19 ro ſubregulo: ♀ & præceptum eſt eis vt offerrent hæc C
vaſa, & reponerent in templo, quod erat in Ieruſalem,
20 & ipſum templum Dei ædificare in loco ſuo. ♀ Tunc
Salmanaſarus ſubiecit fundamenta domus Domini, quæ
eſt in Ieruſalem: & exinde vſque nunc ædificatur, & non
21 accepit conſummationem. ♀ Nunc ergo ſi iudicatur à te
ô rex, perquiratur in regalibus bibliothecis Cyri regis
22 quæ ſunt in Babylonia: ♀ & ſi inuentum fuerit conſilio
Cyri regis cœptam eſſe ſtructuram domus Domini, quæ
eſt in Ieruſalem, & iudicatur à domino rege noſtro, ſcri-
23 bat de his nobis. ♀ Tunc Darius rex præcepit inquiri in bi 1.Eſd.6.a.
bliothecis: & inuentus eſt in Ecbathanis oppido, quod eſt 3.Eſdræ.4.e.
in Media regione, locus vnus in quo ſcripta erant iſta,
24 ♀ ANNO PRIMO regnante Cyro rex Cyrus præ-
cepit domum Domini quæ eſt in Ieruſalem ædificare, vbi
25 incendebant igni aſsiduo: ♀ cuius altitudo ſit cubitorum
decem, & latitudo cubitorum ſexaginta, quadratum la-
pidibus politis tribus, & meniano ligneo eiuſdem regio-
nis, & meniano vno nouo: & impedia dari de domo Cyri
26 regis: ♀ & ſacra vaſa domus Domini tam aurea quàm
argentea, quæ extulit Nabuchodonoſor in domum Do-
mini, quæ eſt in Ieruſalem, vbi erant poſita, vt ponantur
27 illic. ♀ Et præcepit curam agere Siſennem ſubregulū Sy- D
riæ, & Phœnicis, & Satrabuzanem, & ſodales eius, & qui
ordinati erant in Syria & Phœnice præſides, vt abſtine-
28 rent ſe ab eodem loco. ♀ Et ego quoque præcepi in to-
tum ędificare: & proſpexi, vt adiuuent eos qui ſunt ex ca-
ptiuitate Iudæorum, donec conſummetur templum ædis
29 Domini: ♀ & à vexatione tributorū Cœleſyriæ & Phœ-
nicis, diligenter quantitatem dari his hominibus ad ſacri
ficium Domini, Zorobabel præfecto, ad tauros, & arietes,
30 & agnos: ♀ ſimiliter autem & frumentū, & ſal, & vinū, &
oleum inſtanter per ſingulos annos, prout ſacerdotes qui
ſunt in Ieruſalē, dictauerūt conſumi quotidie ſine vlla di-
31 latione, ♀ vt offerātur libationes ſummo Deo pro rege &
32 pueris eius, & orent pro ipſorum vita: ♀ & denuntietur,
vt quicunque tranſgreſsi fuerint aliquid ex his quæ ſcri-
pta ſunt, aut ſpreuerint, accipiatur lignum de ſuis pro-
prijs, & ſuſpendantur, & bona ipſorum regi aſcribantur.

♀ Propterea



♀ Propterea & Dominus, cuius nomen inuocatum eſt ibi, 33
extermi net omnem regem & gentem, qui manum ſuam
extenderit prohibere, aut male tractare domum Domini
illam quæ eſt in Ieruſalem. ♀ Ego Darius rex decreui 34
quàm diligentiſsime ſecundum hæc fieri.

*Proindeque adeò Dominus ille, cuius eſt illic nomen percelebratum, aboleat omnem regem aut populum, qui manum ſuam ad prohibendum aut affligendum ædem illam Domini Ieroſolymitanam protenderit. Hæc ego rex Darius decreui, vt ſecundum ea exactè procuretur.*

### SCHOLIA IN CAP. VI.

1 Super eos. 2 1.Eſd.5. eſt Schaſchbazar. 3 באחמתא 1.Eſdr.6.

### CAP. VII.

1.Eſdr.6.c.
TVnc Siſennes ſubregulus Cœleſyrię & Phœnicis, 1
& Satrabuzanes, & ſodales obſecuti his quę à Da-
rio rege erant decreta, ♀ inſiſtebant ſacroſanctis 2
operibus diligentiſsime, cooperantes cum ſenioribus Iu-
dæorum principibus Syriæ, ♀ & proſperata ſunt ſacro- 3
ſancta opera, prophetātibus Aggęo & Zacharia prophe-
tis. ♀ Et conſummauerunt omnia per pręceptum Domini 4
Dei Iſrael, & ex conſilio Cyri, & Darij, & Artaxerxis re-
B gis Perſarum. ♀ Et conſummata eſt domus noſtra vſque 5
ad tertiam & viceſimam diē menſis Adar, ſexto anno Da
rij regis. ♀ Et fecerunt filij Iſrael, & ſacerdotes & Leuitę, 6
& cæteri qui erant ex captiuitate, qui appoſiti ſunt, ſecū-
dum ea quæ ſcripta ſunt in libro Moyſi. ♀ Et obtulerunt 7
in dedicationē templi Domini, tauros centum, arietes du-
cētos, agnos quadringētos, ♀ & hœdos pro peccatis vni- 8
uerſi Iſrael, duodecim, ſecundum numerum tribuum Iſ-
C rael. ♀ Et ſteterunt ſacerdotes & Leuitæ amicti ſtolis per 9
tribus ſuper omnia opera Domini Dei Iſrael ſecundum li
brum Moyſi, & oſtiarij per ſingulas ianuas. ♀ Et egerunt 10
filij Iſrael cū his qui erant ex captiuitate illud phaſe quar
ta decima luna menſis primi, quando ſanctificati ſunt ſa-
cerdotes & Leuitæ. ♀ Omnes filij captiuitatis non ſunt ſi- 11
mul ſanctificati, quia Leuitę omnes ſimul ſanctificati ſūt.
♀ Et immolauerunt phaſe vniuerſi filij captiuitatis, & fra- 12
D tribus ſuis ſacerdotibus, & ſibimetipſis. ♀ Et manducaue- 13
runt filij Iſrael, qui erant ex captiuitate omnes qui remā-
ſerant ab omnibus execrationibus gentium terræ quærē-
tes Dominum, ♀ & celebrauerunt diem feſtum azymo- 14
rum ſeptem diebus epulātes in conſpectu Domini: ♀ quo 15
niam conuertit conſilium regis Aſſyriorum in eos, confor
tare manus eorum ad opera Domini Dei Iſrael.

### CAP. VII.

*TVm Siſennes præfectus Cœleſyriæ Phœniciæque, & Sathrabuzanes ac collegæ mandata regis Darij perſequentes, ſacris inſtabant operibus, ſenioribus ſacerdotum ædilibuſque templi ferentes auxilium. Et ſuccedebant opera ſacra prophetico munere fungētibus Aggæo & Zacharia vatibus, & ad finem perducta ſunt iuxta mandatum Dñi Dei Iſraelitici, & decretum Cyri, Darij & Artaxerxis regū Perſicorū, vſq; ad ſextum annum regis Darij, quo tēplum illud ſacroſanctum conſummatum eſt, tertia & viceſima die menſis Adar, anno ſexto Darij regis. Fecerunt autem poſteri Iſraelis tam ſacerdotes ac Leuitæ, quàm reliqui reduces è captiuitate ſocij ſecundum præcepta libri Moſaici, & cōſecrarunt in dedicationem templi Dominici tauros centum, ducentos arietes, agnos quadringentos, & pro peccatis totius populi Iſraelitici hædos duodecim, pro numero duodecim tribuum Iſraeliticarum, ſacerdotibus & Leuitis adornatis iuxta tribus, ſtantibus in opere Domini Dei Iſraelitici ſecundum præſcriptum libri Moſaici, itemque pro ſingulis portis oſtiarijs. Et egerunt Iſraelitæ reduces à captiuitate 1 paſcha die menſis primi quartadecima, quando luſtrati ſunt ſacerdotes & Leuitæ vnà cum omnibus ab exilio reducibus. Nam luſtrabantur, & immolabant 2 paſcha omnibus reuerſis è captiuitate, vnaque cum omnibus luſtrabantur, & mactabant paſcha omnibus tam fratribus ſuis ſacerdotibus, quàm ſibimetipſis. Epulati ſunt itaq; Iſraelitæ ab exilio reduces omnes abalienati à piaculis gentium terræ, Dominique ſectatores, & celebrauerunt diem feſtum azymorum ſeptem diebus lætabundi in conſpectu Domini, quòd conſilium regis Aſſyrici erga eos inclinaſſet, vt eis ad manus operibus Domini Dei Iſraelitici admouendas author eſſet.*

### SCHOLIA IN CAP. VII.

1 Id eſt, ſolenne paſchatis. 2 id eſt, hoſtiam paſchatis.

### CAP. VIII.

1.Eſdr.7.a
ET poſt hūc regnāte Artaxerxe Perſarum rege ac-
ceſsit Eſdras filius Azariæ, filij Helciæ, filij Solome,
♀ filij Sadoc, filij Achitob, filij Ameri, filij Azahel, 2
filij Bocci, filij Abiſue, filij Phinees, filij Eleazari, filij Aarō
primi ſacerdotis: ♀ hic Eſdras aſcendit de Babylonia, cum 3
eſſet ſcriba & ingenioſus in lege Moyſi, quæ data eſt à Do
mino Deo Iſrael docere & facere. ♀ Et dedit ei rex gloriā, 4
quòd inueniſſet gratiā in omni dignitate & deſyderio in
cōſpectu eius. ♀ Et aſcenderūt ſimul cum ipſo ex filijs Iſ- 5
rael, & ſacerdotibus, & Leuitis, & ſacris cātoribus templi,
& oſtiarijs, & ſeruis tēpli in Ieruſalē. ♀ Anno ſeptimo re- 6
gnante Artaxerxe in quinto menſe, (hic annus ſeptimus
eſt regni,) exeuntes de Babylonia nouilunio quinti men-
ſis, ♀ venerunt Ieroſolymam iuxta præceptum illius ſe- 7
cūdum proſperitatem itineris à Domino ipſorum datam
eis. ♀ In his enim Eſdras magnam diſciplinam obtinebat, 8
ne prætermitteret quicquam eorum, quæ eſſent ex lege
Domini & præceptis, & docendo vniuerſum Iſrael om-
nem iuſtitiam & iudicium. ♀ Accedentes autem, qui 9
ſcribebant ſcripta Artaxerxis regis, tradiderunt ſcriptum
quod obuenerat ab Artaxerxe rege ad Eſdram ſacerdotē,
& lectorem legis Domini, cuius exēplum ſubiectum eſt.

### CAP. VIII.

*POſt hæc peracta regnante Artaxerxe rege Perſarum, aduenit Eſdras, natus Saraia filio Azariæ, filij Helciæ, filij Schalum, filij Zadoc, filij Achitob, filij Amariæ, filij 1 Azariæ, filij Merioth, filij Zachariæ, filij * Sauia, filij Bocci, filij Abiſchua, filij Phinees, filij Eleazar, filij Aaronis primi ſacerdotis. Hic Eſdras aſcendit è Babylone, ſcriba ingenioſus in lege Moyſis, quæ data eſt à Deo Iſraelitico: & ornauit eum rex honoribus, vt qui gratia apud ipſum in omnibus poſtulatis ſuis valuiſſet. Aſcenderunt autem vnà cum eo è poſteris Iſraelis tam ſacerdotes & Leuitæ, quàm oſtiarij & miniſtri ſacrorum Ieroſolymam, anno ſeptimo regni Artaxerxis, [2 perueneruntque Ieroſolymam] menſe quinto, eodem anno ſeptimo regni. Nam profecti Babylone noua luna primi menſis, [noua luna quinti] Ieroſolymam pro dato ſibi à Domino ſucceſſu itineris peruenere. 3 Etenim Eſdras hic magna pollebat ſcientia, vt nihil prætermitteret eorum quæ eſſent inſtituenda ex lege præceptiſque Domini, vtque omnem Iſraelem ritus omnes & iura edoceret. Huic Eſdræ ſacerdoti, ac profeſſori legis Dominicæ ſcriptum diploma Artaxerxis regis oblatum eſt, cuius ſubiectum eſt exemplum.*

REX Artaxerxes Eſdræ ſacerdoti, legiſq; Dominicæ profeſſori ſalutem. Ego adductus officijs humanitatis, ſtatuendam putaui, vt quiuis ex gente Iudæorum ſacerdotes & Leuitæ, qui eſſent in regno noſtro, quibuſq; ita gratum foret, vnà tecum proficiſcerentur in terram Iſraeliticam. Si quibus igitur eſt animus, vt mihi & ſeptem amicis meis conſiliarijs placuit, vnà conſurgant in profectionem: vt ſecundum ea quæ lex Domini continet, procurent res Iudaicas & Ieroſolymitanas. Ferant autem Ieroſolymam Domino Iſraelitico munera, quæ ego & amici voto nuncupauimus, & aurum atque argentum omne quod in terra Babylonica comparari potuerit, Domino ferant Ieroſolymam, & quod donarijs populi collatum fuerit, in templum Domini dei ſui Ieroſolymitanum: vt tam aurum quàm argentum cogatur in tauros, in arietes, in agnos, & his ſimilia, ad hoſtias Domino Ieroſolymis ad aram eiuſdem Domini dei eorum immolandas. Ad hæc omnia quæcunque tu cum fratribus tuis tam auro quàm argento effecta volueris, pro voluntate Dei tui perficito, ſacraq; vaſa Domini in vſum templi Dei tui quod eſt Ieroſolymis, tibi data ibidem coram deo tuo collocato. Itemq; reliqua, quæcunque tibi venerint in mentem, ad templum Dei tui neceſſaria de regali theſauro ſuppeditabis. Etenim ego rex Artaxerxes quæſtoribus Syriæ Phœniciæque præcepi, vt quæcunque petitum miſerit Eſdras ſacerdos, legiſq; ſummi Dei profeſſor, ea diligenter ipſi vſque ad talenta argenti centum tribuant, ſimiliter autem & vſque ad frumenti coros centum, viniq; metretas totidem. Et alia verò large omnia ſecundum legem diuinam ſummo Deo peragantur: vt ne contrahatur offenſio regno regis & filiorum eius. Porrò autem vobis denunciatum eſto, vt ne vllis ſacerdotibus, Leuitis, ſacris cantoribus, oſtiarijs, ſacrorum miniſtris, aut huic templo nauantibus operam vllis vllum tributum aut vectigalis genus aliud irrogetur, neque poteſtatem quiſquam habeat his quicquam imponendi. Tu vero Eſdra pro diuina ſapientia, iudices deſigna & arbitros, qui ius dicant in tota Syria Phœniciaq;, legis Dei tui peritos omnes: imperitiores autem doceto, vt quicunque legem diuinam aut regiam violarint, ſedulo plectantur ſiue morte, ſiue cruciatu, ſiue multa pecuniaria, ſiue 4 abductione. Tum Eſdras ſcriba, Gratulor, inquit, ſoli Domino Deo patrum meorum, qui hanc iniecit regi mentem, vt gloria ornaret ædem ipſius Ieroſolymitanam, & honorem mihi apud regem conſiliarioſq;, amicos omnes & proceres eius tribuit, vnde ope Domini dei mei fretus audacior euaderem: tum autem qui congregaui viros ex gente Iſraelitica, qui 5 mecum proficiſcerentur. Hi ſunt autem proceres familiarum iuxta ſuum quiſque primatum, qui mecum Babylone profecti ſunt, tempore regni regis Artaxerxis. E prognatis Phinees, Gerſom: è prognatis Ithamar, * Gamael: è prognatis Dauid 6 Hettus, filius Secheniah: è prognatis 7 Phoros, Zacharias, & cum eo deſcripti viri centum quinquaginta: è prognatis 8 Pahat Moab Elihoenai filius Zarachiæ, & cum eo viri ducenti: è prognatis Zathoe, Secheniah filius IehZiel, & cum eo viri trecẽti: è prognatis Adin, Obed filius Ionathan, & cum eo viri ducenti quinquaginta: è prognatis Elam, Ieſaias filius 9 Gotholiæ, & cum eo viri ſeptuaginta: è prognatis Saphatiah, "Zaraiah filius Michael, & cum eo viri 10 octoginta: è prognatis Ioab, Obadiah filius 11 Iehhiel, & cum eo viri ducẽti duodecim: 12 è prognatis Banidah, Salomith filius Ioſaphiæ, & cum eo viri centum ſexaginta: è prognatis 13 Babi, Zacharias filius Bebai, & cum eo viri vigintiocto: è prognatis AZgad, Iohanan filius 14 Haccatan, & cum eo viri centum & decem: è prognatis Adonicam, poſtremi, quorum hæc ſunt nomina, Eliphalat, Ieiel, 15 Semaias, & cum ipſis viri ſeptuaginta: è prognatis 16 Bagoi, Vthi filius 17 Iſtacuri, & cũ eo viri ſeptuaginta. Hos congregaui ad fluuiũ 18 Theran dictum, vbi poſitis tẽtorijs triduũ morati ſumus, dum eos recognoſcebam. Cum autem è progenie ſacerdotum ac Leuitarum nullos illic inueniſſem, miſi accerſitũ (qui ecce & venerunt) EleaZarum,



10 ♀ REX Artaxerxes Eſdræ ſacerdoti & lectori legis Do
11 mini, ſalutem. ♀ Humanior ego iudicans in beneficijs,
præcepi eis qui deſyderant ex gente Iudæorum ſua ſpon
te, & ex ſacerdotibus, & Leuitis, qui ſunt in regno meo,
12 comitari tecum in Ieruſalem. ♀ Siqui ergo cupiunt ire
tecum, conueniant, & proficiſcantur ſicut placuit mihi &
13 ſeptẽ amicis meis conſiliarijs: ♀ vt viſitent ea quæ agun B
tur ſecundum Iudæam & Ieruſalem, obſeruantes ſicut ha
14 bes in lege Domini, ♀ & ferant munera Domino Deo
Iſrael, quæ voui ego & amici, Ieruſalem, & omne aurum
& argentum, quod inuentum fuerit in regione Babylonia
15 Domino in Ieruſalem cum illo, ♀ quod eſt donatum
pro ipſa gente in templum Domini eorum quod eſt in
Ieruſalem: vt colligatur hoc aurum & argentum ad tau-
ros, & arietes, & agnos, & hœdos, & quæ his ſunt con-
16 gruentia, ♀ vt offerant hoſtias Domino ſuper altare
17 Domini ipſorum quod eſt in Ieruſalem. ♀ Et omnia
quæcunque volueris cum fratribus tuis facere auro & ar-
gento, perfice pro voluntate tua ſecundum præceptum
18 Domini Dei tui: ♀ & ſacroſancta vaſa, quæ data ſunt
tibi ad opera domus Domini Dei tui, quæ eſt in Ieruſa-
19 lem, ♀ & cætera quæcunque tibi ſubuenerint ad opera
20 templi Dei tui, dabis de regali gazophylacio: ♀ cum
volueris, fratribus tuis facere auro & argento, perfice ſe-
21 cundum voluntatem Domini. ♀ Et ego quidẽ rex Arta
xerxes, præcepi cuſtodibus theſaurorum Syriæ & Phœ-
nicis, vt quæcunque ſcripſerit Eſdras ſacerdos, & lector
legis Domini, diligenter detur ei vſque ad argenti talenta
22 centum, ſimiliter & auri: ♀ & vſque ad frumenti modios
centum, & vini amphoras centum, & alia quæcũque abun
23 dant ſine taxatione. ♀ Omnia ſecundum legẽ Dei fiant
Deo altiſsimo: ne forte exurgat ira in regno regis, & filij,
24 & filiorum eius. ♀ Vobis autem dicitur, vt omnibus ſa-
cerdotibus, & Leuitis, & ſacris cantoribus, & ſeruis tem-
25 pli, & ſcribis templi huius ♀ nullum tributum, neque
vlla alia indictio irrogetur, nec habeat quiſquam poteſta-
26 tem obijcere eis quicquam. ♀ Tu autem Eſdra ſecũdum C
ſapientiam Dei conſtitue iudices & arbitros in tota Syria
& Phœnice: & omnes qui legem Dei tui non nouerunt,
27 doce: ♀ vt quotquot tranſgreſsi fuerint legem, diligen-
ter plectantur ſiue morte, ſiue cruciatu, ſiue etiam pecu-
28 niæ multatione vel abductione. ♀ Et dixit Eſdras ſcri-
ba, Benedictus Deus patrum noſtrorum, qui dedit hanc
voluntatem in cor regis, clarificare domum ſuam quæ eſt
29 in Ieruſalem: ♀ & me honorificauit in conſpectu regis,
30 & conſiliariorum, & amicorũ, & purpuratorum eius: ♀ &
ego conſtans animo factus ſum ſecundum opitulationem
Domini Dei mei, & congregaui ex Iſrael viros, vt ſimul
31 aſcenderent mecum. ♀ Et hi ſunt præpoſiti ſecundum 1.Eſd.8.a.
ſuas patrias, & principatus portionales eorum qui mecum
32 aſcenderunt de Babylonia in regno Artaxerxis. ♀ Et ex
filijs Phares, Gerſomus: ex filijs Siemarith, Amenus: filio-
33 rum Dauid, Acchus filius Scecíliæ: ♀ ex filijs Phares, Za-
charias, & cum eo reuerſi ſunt viri centum quinquaginta:
34 ♀ ex filijs ductoris Moabilionis Zaraci, & cum ipſo viri
35 ducẽti quinquaginta: ♀ ex filijs Zachues, Iechonias Ze-
36 choeli, & cum ipſo viri ducenti quinquaginta: ♀ ex filijs
37 Sala, Maaſias Gotholiæ, & cũ ipſo viri ſeptuaginta: ♀ ex
filijs Saphatiæ, Zarias Micheli, & cũ ipſo viri octoginta:
38 ♀ ex filijs Iob, Abdias Icheli, & cũ ipſo viri ducẽti duode
39 cim: ♀ ex filijs Baniæ, Salimoth, filius Ioſaphiæ, & cũ ipſo
40 viri centũ ſexaginta: ♀ ex filijs Beer, Zacharias Bebei, &
41 cum ipſo viri ducentiocto: ♀ ex filijs Ezead, Iohannes
42 Eccetan, & cũ ipſo viri centum decẽ: ♀ ex filijs Adonicã
ipſis poſtremis, & hęc ſunt nomina eorũ, Eliphalam, filius
43 Gebel, & Semeias, & cum ipſo viri ſeptuaginta. ♀ Et con-
gregaui eos ad fluuium qui dicitur Thia, & metati fui- D
44 mus illic triduo, & recognoui eos. ♀ Et ex filijs ſacerdo- 1.Eſd.8.b.
45 tum & Leuitarũ non inueni illic. ♀ Et miſi ad Eleazarum,
& Eccelon,



& Eccelon, & Maſman, & Malohan, & Enaathan, & Sa-
mea, & Ioribum, Nathan, Enuagan, Zachariam, & Moſo-
lamum ipſos ductores & peritos: ♀ & dixi eis vt venirent 46
ad Loddeum, qui erat apud locũ gazophylacij. ♀ Et man 47
daui eis vt dicerent Loddeo & fratribus eius, & illis qui
erant in gazophylacio, vt mitterent nobis eos qui ſacerdo
tio fungerentur in domo Domini Dei noſtri, ♀ & adduxe 48
runt nobis ſecundũ manum validam Domini Dei noſtri
viros peritos: ex filijs Moholi, filij Leui, filij Iſrael, Sebe-
bian, & filios & fratres, qui erant decẽ & octo: ♀ Aſbiam 49
& Amin ex filijs filiorũ Chananæi, & filij eorum viri vi-
ginti. ♀ Et ex his qui templo ſeruiebant, quos dedit Da- 50
uid, & ipſi principes ad operationẽ Leuitis tẽplo ſeruien-
tiũ ducenti viginti. Omnia nomina ſignificata ſunt in ſcri
1.Eſd.8.c. pturis. ♀ Et voui illic ieiuniũ iuuenibus in conſpectu Dei, 51
vt quærerem ab eo bonũ iter nobis, & qui nobiſcũ erant,
& filijs, & pecoribus propter inſidias. ♀ Erubui enim pe- 52
tere à rege pedites & equites in comitatu, tutelæ gratia
contra aduerſarios noſtros. ♀ Diximus enim regi, quoniã 53
virtus Domini erit cum eis qui inquirũt eum in omni affe
ctu. ♀ Et iterũ deprecati ſumus Dominũ Deum noſtrum 54
ſecundũ hæc: quẽ & propitiũ habuimus, & cõpotes facti
ſumus Deo noſtro. ♀ Et ſeparaui ex plebis præpoſitis, & 55
ſacerdotibus tẽpli viros duodecim, & Sedebiã, & Aſannã,
& cum eis ex fratribus eorũ viros decem. ♀ & appẽdi eis 56
aurum & argentũ & vaſa ſacerdotalia domus Dei noſtri,
E quæ donauerat rex, & conſiliarij eius, & principes, & om-
nis Iſrael. ♀ Et cum appendiſſem, tradidi argenti talenta 57
centũ quinquaginta, & vaſa argentea talentorũ centũ, &
auri talenta centum, ♀ & vaſorum aureorum ſepties vi- 58
ginti, & vaſa ærea de bono æramento ſplendentia, duode
cim, auri ſpeciẽ reddentia: ♀ & dixi eis, & vos ſancti eſtis 59
Domino, & vaſa ſunt ſancta, & aurũ, & argentũ votũ eſt
Domino Deo patrũ noſtrorum. ♀ Vigilate & cuſtodite, 60
donec tradatis ex plebis præpoſitis, & ſacerdotibus, & Le
uitis, & principibus ciuitatũ Iſrael in Ieruſalem, in paſto-
phorio domus Dei noſtri. ♀ Et hi qui ſuſceperũt ſacerdo- 61
tes & Leuitæ aurum & argentũ & vaſa, intulerunt in Ieru
ſalem in templum Domini. ♀ Et promouimus à fluuio 62
1.Eſd.8.d. Thia, die duodecima menſis primi, vſquequo introiuimus
in Ieruſalem. ♀ Et cũ factus fuiſſet tertius dies, quarta au- 63
tem die ponderatũ aurũ, & argentum traditũ eſt in domo
Domini Dei noſtri Marimoth filio Iori ſacerdoti: ♀ & cũ 64
ipſo erat Eleazar filius Phinees: & erant cum ipſis Ioſadus
filius Ieſu, & Medias, & Banni filius Leuitæ, ad numerũ,
& ad põdus vniuerſa. ♀ Et ſcriptũ eſt pondus ipſorũ eadẽ 65
hora. ♀ Qui autem venerunt ex captiuitate, obtulerunt 66
ſacrificiũ Domino Deo Iſrael, tauros duodecim pro om-
ni Iſrael, arietes octoginta ſex, ♀ agnos ſeptuaginta duos, 67
hircos pro peccato duodecim, & pro ſalute vaccas duode
cim, omnia in ſacrificiũ Domini. ♀ Et relegerũt præcepta 68
regis regalibus diſpenſatoribus, & ſubregulis Cœleſyriæ,
& Phœnicis: & honorificauerunt gentẽ, & templum Do-
F mini. ♀ Et conſummatis his acceſſerunt ad me præpoſiti, 69
1.Eſd.9.a. dicentes, Non ſegregauerunt genus Iſrael, & principes, &
ſacerdotes, & Leuitæ, ♀ & alienigenæ gentes, & nationes 70
terræ immunditias ſuas à Chananæis & Hethæis & Phe-
rezæis, & Iebuſæis & Moabitis & AEgyptijs & Idumæis:
♀ coniuncti enim ſunt filiabus eorum & ipſi, & filij eorũ: 71
& miſtum eſt ſemen ſanctum alienigenis gentibus terræ:
& participes erãt præpoſiti, & magiſtratus iniquitatis eius
ab initio ipſius regni. ♀ Et mox vt audiui iſta, conſcidi 72
veſtimenta & ſacram tunicam: & lacerans capillos capitis
& barbam, ſedi dolens & mœſtus. ♀ Et conuenerũt quot- 73
quot tunc mouebãtur in verbo Domini Dei Iſrael ad me
lugentem ſuper iniquitatem iſtam: & ſedebam triſtis vſq;
ad ſacrificium veſpertinum. ♀ Et conſurgens à ieiunio, 74
conſciſſa habens veſtimenta & ſacram tunicam, ingenicu
lans, & extẽdens manus ad Dominum, ♀ dicebã, Domine 75

Maaſman, Alnathan, Samaian, Ioribum, Nathan, Elnathan, Zachariam, & 19 Moſollam, proceres & rerum peritos. Hos ego iuſsi conferre ſe ad 20 Addæum principem in loco 21 GaZophylacij, cum mandatis quæ referrent ad Addæum & fratres eius, & eos qui eſſent in loco illo GaZophylacij, vt mitterent ad nos, qui in æde Domini noſtri fungerentur ſacerdotio. Adduxerunt itaque nobis, * quæ eſt manus Domini noſtri potentia, viros peritos, è prognatis Mohli filio Leui filij Iſraelis Serebiam cũ filijs ſuis & fratribus numero decem & octo: & Haſebiam atque 7. Annon cum Ieſaia fratre è filijs Chananei, quorum filij viri viginti: è ſacrorum autem miniſtris, quos Dauid conſtituerat, qui præibant ad opus Leuiticum, ſacrorum, inquam, miniſtros ducentos & viginti, deſcriptione nominatim omnium celebrata. Ibi tum ieiunium coram domino Deo noſtro ex voto indixi iuuenibus, vt iter inoffenſum ab eo nobis comitantibuſq; nos liberis noſtris & iumentis peterent. Verebar enim petere à rege pedites, aut equites, aut comitatum, quo ab infeſtantibus nos tuti eſſemus. Dixeramus enim regi virtutem Domini noſtri affore ſectatoribus ipſius ad omnia recte conſtituenda. Rurſum itaque ſuper his Domino ſupplicauimus: & nacti ſumus propitium. Cumq; ſelegiſſem è tribunis & ſacerdotibus viros duodecim, nempe Serebiam & Haſabiam, & cum eis viros è fratribus ipſorum decem: appendi illis argentum & aurum, ſacraq; vaſa ædis Domini noſtri, tum donaria regis ac conſiliariorum eius, & procerum, populiq; Iſraelitici vniuerſi. His, inquam, appenſa talenta argenti ſexingenta quinquaginta attribui, & vaſa argentea centum talentorum, auriq; centum talenta cum viginti vaſis aureis: tum ex ære præſtanti inſtar auri ſplendentia duodecim: & verbis inſuper adieci, Vos conſecrati eſtis Domino, & item vaſa ſacroſancta, aurumq; hoc & argentum Domino patrum noſtrorum voto dicatum eſt. Ergo Vigilate, & cuſtodiam agite donec ea tribunis ſacerdotum & Leuitarum, familiarumq; Iſraeliticarum proceribus Hieroſolymis ad exhedras ædis Dei noſtri reſtitueritis: & ſacerdotes ac Leuitæ receptum idem argentum & aurum, atque vaſa Hieroſolymis in templum Domini intulerint. Cum verò à fluuio Thera mouiſſemus die menſis primi duodecima, Hieroſolymam peruenimus, potente manu Domini nos protegente. Nam ab ingreſſu itineris Dominus nos conſeruauit ab omni hoſte, & venimus Hieroſolymam. Cumque tertium ibi conſumpſiſſemus diem, quarto iam die argentum & aurum appenſum in æde Domini noſtri 22 Marimoth filio Vriæ ſacerdoti attributum eſt, ſimul & EleaZaro filio Phinehes, ac collegis IoZabad filio Ieſu, & Noediæ Bannui filio 23 Leuitis: ad numerum, inquam, & pondus vniuerſa eodemq; tempore pondus eorum omne deſcriptum eſt. Porrò reduces à captiuitate victimas obtulere Domino Deo Iſraelitico, pro vniuerſo Iſraele, tauros duodecim, arietes nonagintaſex, agnos ſeptuaginta duos, hircoſq; piaculares duodecim, omnia Domino ſacrificanda. Cumque mandata regia regijs diſpenſatoribus & præfectis Cœleſyriæ Phœniciæq; obtuliſſent, factum eſt vt illi honorem populo temploq; Dei exhiberent. His peractis adierunt me proceres his verbis, Nec principes gentis Iſraeliticæ, nec ſacerdotes, nec Leuitæ ab alienigenis terræ populis, aut ab impuritatibus gentium Chananæorum, Hettæorum, PhereZæorum, Iebuſæorum, Moabitarum, AEgyptiorum, Idumæorumq; abſtinuere. Cum filiabus enim iſtorum iunxere connubia tam ipſi quàm eorundem filij, & ſemen ſanctum alienigenis terræ populis permixtum eſt: culpæq; huius participes facti ſunt ipſi principes & proceres iam inde ab huiuſce rei primordio. Hæc ſimul ac intellexi, cum veſtimentis ſacraq; tunica conſciſſa, crines capitis barbæq; vellicans ſederem cogitabundus ac mærens, conuenerunt ad me ſuper hoc piaculo lugentem quicunque verbo Domini Dei Iſraelitici permouebãtur. Cum verò mæſtus vſque ad ſacrificium veſpertinum ſediſſem 24 à ieiunio conſurrexi, ſciſſaq; gerens veſtimenta, ſacramq; tunicã, ſummiſsis genibus, manus ad Dominũ tendẽs, Vereor, inquam,

*inquam, & erubeſco conſpectum tuum Domine, quia peccata noſtra exuperauerunt capita noſtra, & inſcitia noſtrorum iam inde à temporibus maiorum noſtrorum ad cælum vſque pertigit, grauiq; adeò in culpa ſumus etiam hodie. Etenim ob peccata tam noſtra quàm patrum noſtrorum, ad cædem, captiuitatem, & prædam vnà cum fratribus, cum regibus, & cum ſacerdotibus noſtris, regibus terræ ignominioſè vſque ad hodiernum diem ſumus expoſiti. Nunc tamen veniam aliquatenus abs te Domine conſecuti ſumus, vt ſupereſſet nobis radix & nomen in ſacroſancto loco tuo, vtiq; denuo nobis affulgeret lux in æde Domini Dei noſtri, & alimenta nobis præberentur tempore ſeruitutis noſtræ. Nam ſeruientes, abs te Deo noſtro non fuimus deſerti, ſed reddidiſti nos apud reges Perſarum gratioſos, vt nobis alimenta tribuerent, temploq; Domini noſtri decernerent honorem, tum vt inſtauraretur deſerta Zion, ſedeſq; ſtabilis in Iudæa & Hieroſolymis nobis concederetur. Iam verò cum hæc nobis obtigerint, quid dicemus? Nam violauimus præcepta tua, quæ nobis per interpretes ſeruos tuos prophetas tradidiſti, dicens, Terra in quam poßidendam proficiſcimini terra eſt contaminata impuritate gentium terræ alienigenarum, quæ eam ſua fœditate repleuerunt. Quapropter filias eorum ne iungatis matrimonio filijs veſtris, nec filias veſtras filijs ipſorum nuptui collocetis: adeoq; ne pacem quidem habere cum ipſis curetis vllo tempore, vt confirmati opima terra fruamini, eamq; filijs veſtris hæreditate perpetua tradatis. Ergo omnes hi caſus propter improba facinora, grauiaq; peccata noſtra nobis euenerunt. Tu enim Domine alleuaſti peccata noſtra, & talem nobis dediſti propaginem: nos autem rurſum ad violandam legem tuam iter refleximus admiſcendo nos impuritati gentiū terræ. Nonne potuiſſes iraſci nobis vt perderes nos adeò vt neque radix, neque ſemen, neque nomen nobis ſuperſtes eſſet? Verax es, ô Domine Iſraelitice: nam reliqua radix eſt etiam hodie. Ecce nunc in conſpectu tuo ſumus cum ſceleribus noſtris, neque enim poſſumus ſubſtare iam coram te cum hac cauſa. Hæc cum Eſdras precabundus & flens atque proſtratus humi ante templum teſtaretur, congregata eſt ad eum Hieroſolymitana turba perquàm frequens virorum fœminarum & puerorū: ingens enim erat ploratus multitudinis. Tum proclamās Sechonias Iehiele natus Iſraelita, Nos, inquit, Eſdra in Dominum Deum peccauimus, vt vxores alienigenas è gentibus terræ domum duximus, & nunc 25 ſuſpenſus eſt omnis populus Iſraeliticus. Domino igitur nos hoc obſtringamus iureiurando, repudiaturos nos omnes, quas ex alienigenis duximus, vxores noſtras, vnà cum liberis earum, ſi tibi videatur, & omnibus legi Dei obtemperantibus. Exurge & rem perage. Nam tuum hoc munus eſt, & nos tibi aderimus: tu te fortem præbeto. Exurrexit ergo Eſdras, & iureiurando adegit principes ſacerdotum ac Leuitarum, totiuſq; Iſraelis, ſecundum hæc eſſe facturos: & iuſiurandum dederunt.*

76 confuſus ſum, & reueritus ſum ante faciē tuam. ¶ Peccata 1.Eſd.9.b.
enim noſtra multiplicata ſunt ſuper capita noſtra, & ini-
77 quitates noſtræ exaltatæ ſunt vſq; ad cælum: ¶ quoniam
à temporibus patrū noſtrorum ſumus in magno peccato Deut. 28.
78 vſq; ad diē hunc. ¶ Et propter peccata noſtra, & patrum
noſtrorū ſumus traditi cum fratribus noſtris, & cum ſacer
dotibus noſtris regibus terræ in gladiū & captiuitatem, &
deprædationem cum cōfuſione vſq; in hodiernum diem.
79 ¶ Et nunc quantū eſt hoc quod cōtigit nobis miſericordia
abs te domine Deus, & relinque nobis radicem, & nomen
80 in locū ſanctificationis tuæ, ¶ detegere luminare noſtrū
in domo Domini Dei noſtri, dare nobis cibū in omni tem
81 pore ſeruitutis noſtræ. ¶ Et cum ſeruiremus, non fuimus
derelicti à Domino Deo noſtro: ſed conſtituit nos in gra-
82 tia, ponens nobis reges Perſarū dare cibū, ¶ & clarificare
templum Domini Dei noſtri, & ædificare deſerta Sion,
83 dare nobis ſtabilitatem in Iudæa & Ieruſalem. ¶ Et nunc G
quid dicimus Domine habentes hæc? Tranſgreſsi enim
ſumus præcepta tua, quæ dediſti in manus puerorū tuorū
84 prophetarū, ¶ dicēs, Quoniā terra, in quā introiſtis poſ- Deute.7.a. 22.d.
ſidere hæreditatem eius, terra polluta eſt coinquinationi-
bus alienigenarum terræ, & immunditiæ illorum repleue
85 runt eam totam immunditia ſua. ¶ Et nunc filias veſtras
non cōiungetis filijs eorū, & filias eorū non accipietis fi-
86 lijs veſtris, ¶ & non inquiretis pacē habere cum illis om-
ni tempore, vt inualeſcentes manducetis optima terræ, &
87 hæreditatē diſtribuatis filijs veſtris vſq; in æuum. ¶ Et
quæ contingunt nobis, omnia ſunt propter opera noſtra
88 maligna, & magna peccata noſtra. ¶ Et dediſti nobis talē
radicē, & rurſum reuerſi ſumus trāſgredi legitima tua, vti
cōmiſceremur immunditiæ alienigenarū gentium terræ
89 huius. ¶ Nonne iraſcēris nobis perdere nos, quoad vſq;
90 non relinquatur radix & nomē noſtrū? ¶ Domine Deus
Iſrael verax es. Derelicta eſt enim radix vſque in hodier
91 num diem. ¶ Ecce, nunc ſumus in conſpectu tuo in iniqui
tatibus noſtris. Non eſt enim adhuc ſtare ante te in his.
92 ¶ Et cū adorādo cōfiteretur Eſdras flens, humi proſtratus 1.Eſdr.10.a.
ante templum, cōgregati ſunt ante eum ex Ieruſalem tur-
ba magna valde, viri & mulieres & iuuenes & iuuenculæ.
93 Fletus enim erat magnus in ipſa multitudine. ¶ Et cum
clamaſſet, Iechonias Ieheli ex filijs Iſrael, dixit Eſdræ,
Nos in Dominum peccauimus, quòd collocauimus nobis
in matrimonium mulieres alienigenas ex gentibus terræ.
94 ¶ Et nūc es ſuper omnē Iſrael. In his ergo ſit iuſiurandū
à Domino expellere omnes vxores noſtras quæ ex alie-
95 nigenis ſunt, cū filijs earū. ¶ Sicut tibi decretū eſt à ma-
96 ioribus ſecundū legē Domini exurgens explica. ¶ Ad te
97 enim ſpectat negotiū, & nos tecū ſumus. viriliter fac. ¶ Et
exurgens Eſdras adiurauit principes ſacerdotum & Leui-
tas, & omnem Iſrael facere ſecundum hæc: & iurauerunt.

## SCHOLIA IN CAP. VIII.

1 ἐξίου mendoſe, pro ἐζερίου. * עזרי 2 Corruptum ita Græcum contextum reſtituimus ex Hebræo 1. Eſd. 7. 3 Ratio cur vnà cum eo aſcēderint ſacerdotes, &c. 4 Scilicet in neruum. 5 vel, mecum aſcenderent. ⁘ 1. Eſd. 8. Daniel. 6 Græcè λεπτως, mendoſe λ pro χ. 7 פעירש 8 Ita rectius iuxta veterem interp. Pahath, id eſt dux. 9 עתליח ″ 1. Eſdr. 8. זבריח 10 11 Vt vetus interpres rectius. 12 Vetus interp. ex filijs Baniæ. 13 בבי quod aliàs, Bebai, aliàs, Bibai, aliàs, Babi. 14 הקטן 15 Vt rectius vetus interpr. 16 בגוי 17 וזכוך videtur legiſſe יזבוך 18 Vetus interpr. Thia. 19 משלם 20 אדר 21 בכספיא * vel, pro potentia manus Domini noſtri. ⁒ Vetus interpr. Amin. 22 Ita rectius iuxta Veterem interpr. 23 L X X. male diuulſerunt hanc dictionē à priori cōmate, vt apparet 1. Eſd. 8. 24 מצום à ieiunio, vel potius ab afflictione. 25 ἐπάναις quod 1. Eſd. 9. e. ישׁ מקוה לישראל .i. expectatione ſuſpēſus eſt quid fiat, & quomodo peccatū hoc corrigatur.

## CAP. IX.

*Porrò Eſdras Poſtquā ab atrio templi exurrexit, cōtulit ſe in exhedram Iohanan filij Eliaſib, ibiq; moratus eſt, nec 1 panē guſtans, nec aquā bibens, quòd ſuper grauibus populi criminibus lugeret. Cumq; indictus eſſet publicè*

## CAP. IX.

1 ET exurgens Eſdras ab ante atrium templi, abijt in 1.Eſdr.10.a.
2 paſtophorium Ionathæ filij Naſabi: ¶ & hoſpitatus illic non guſtauit panem, nec aquam bibit ſu-
3 per iniquitatem multitudinis. ¶ Et facta eſt prædicatio in omni



in omni Iudæa, & in Ieruſalem omnibus qui erant ex ca-
ptiuitate in Ieruſalem cōgregati, ¶ vt quicunq; nō occur 4
rerit biduo vel triduo diei ſecūdū iudiciū aſsidētiū ſenio-
rum, tollerētur facultates ſuæ, & ipſe alienus iudicaretur à
multitudine captiuitatis. ¶ Et cōgregati ſunt omnes qui 5
erāt ex tribu Iuda, & Ben-iamin in tribus diebus in Ieruſa
lem. hic menſis eſt nonus, dies mēſis viceſimus. ¶ Et ſedit 6
omnis multitudo in area tēpli tremētes propter hyemem
præſentē. ¶ Et exurgens Eſdras dixit illis, Vos inique fe- 7
ciſtis collocātes vobis in matrimoniū vxores alienigenas,
vt adderetis ad peccata Iſrael. ¶ Et nūc date confeſsionē, 8
B & magnificentiā Domino Deo patrū noſtrorū: ¶ & per- 9
ficite voluntatē ipſius, & diſcedite à gentibus terræ, & ab
vxoribus alienigenis. ¶ Et clamauit omnis multitudo, & 10
dixerūt voce magna, Sicut dixiſti, faciemus. ¶ ſed quoniā 11
multitudo magna eſt, & tēpus hybernū, & non poſſumus
inſubſidiati ſtare: & hoc opus nō eſt nobis vnius diei, ne-
que bidui: multū enim in his peccauimus: ¶ ſtent præpo 12
ſiti multitudinis, & omnes qui nobiſcū inhabitāt, & quot-
quot habēt vxores apud ſe alienigenas, ¶ & aſsiſtāt acce 13
pto tēpore ex omni loco presbyteri, & iudices, vſquequo
ſoluāt irā Dñi negotij huius. ¶ Ionathas autē filius Ezeli, 14
& Ozias Thecā ſuſceperunt ſecundū hæc: & Boſoramus,
& Leuis, & Sabbathæus ſimul cooperati ſunt cū illis. ¶ Et 15
ſteterūt ſecundū hæc omnia vniuerſi qui erāt ex captiui-
C tate. ¶ Et elegit ſibi viros Eſdras ſacerdos principes ma- 16
gnos de patribus eorū ſecundum nomina: & conſederunt
nouilunio menſis decimi examinare negotiū iſtud. ¶ Et 17
determinatū eſt de viris qui habebāt vxores alienigenas,
vſq; ad neomeniam primi menſis: ¶ & inuenti ſunt ex ſa- 18
cerdotibus permiſti qui habebant alienigenas vxores.
1.Eſd.10.d. ¶ Ex filijs Ieſu filij Ioſedec, & fratribus eius, Maſeas, & 19
Eliozerus, & Ioribus, & Ioadeus, ¶ & iniecerūt manus vt 20
expellerēt vxores ſuas, & ad litandū in exoratione arietē
pro ignorātia ſua. ¶ & ex filijs Semmeri, Maſeas & Eſſes 21
& Ieelech Azarias. ¶ & ex filijs Foſere, Limoſias, Hilmae 22
nis, & Nathanee, Iuſsio, Reddus, & Talſas. ¶ & ex Leui- 23
tis, Iorabdus, & Semeis, & Coinis, & Calitas, & Facteas, &
Coluas, & Elionas. ¶ & ex ſacris cātoribus, Eliaſib, Zac- 24
carus. ¶ & ex oſtiarijs, Salumus, & Tolbanes. ¶ & ex 25
2.Eſd.vlt. Iſrael: ex filijs Foro, Ozi, & Remias & Geddias & Mel- 26
chias & Michelus, Eleazarus & Iammebias & Bannas.
¶ & ex filijs Iolaman, Chamas & Zacharias & Iezrelus 27
D & Ioddius & Erimoth & Helias. ¶ & ex filijs Zathoim, 28
Eliadas & Liaſumus, Zochias & Larimoth & Zabdis &
Tebedias. ¶ & ex filijs Zebes, Iohānes & Amanias & Zab- 29
dias & Emēs. ¶ & ex filijs Bāni: Olamus & Maluchus & 30
Ieddeus & Iaſub & Azabus & Ierimoth. ¶ & ex filijs Ad- 31
din, Naathus & Mooſias & Caleus & Raanas, Maaſeas,
Mathathias & Beſeel & Bonus & Manaſſes. ¶ & ex filijs 32
Nuae: Noneas & Afeas & Melchias & Sameas & Simon,
Ben-iamin & Malchus & Marras. ¶ & ex filijs Aſom, 33
Carianeus, Mathathias & Bannus & Eliphalach & Ma-
naſſes & Semei. ¶ & ex filijs Banni, Ieremias & Moadias 34
& Abramus & Iohel & Baneas & Pelias & Ionas & Mari-
moth & Eliaſib & Mathaneus & Eliaſis & Orizas &
Dielus & Semedius & Zambris & Ioſephus. ¶ & ex filijs 35
Nobei, Idelus & Mathathias Sabadus & Zecheda, Sedmi
B & Ieſſei, Baneas. ¶ omnes iſti coniunxerunt ſibi vxores 36
alienigenas, & dimiſerunt eas cum filijs. ¶ Et inhabitaue- 37
runt ſacerdotes & Leuitæ: & qui erant ex Iſrael in Ieruſa-
lem, & in tota vna regione nouilunio menſis ſeptimi. Et
2.Eſd.8.a. erant filij Iſrael in cōmorationibus ſuis. ¶ Et congregata 38
eſt omnis multitudo ſimul in aream, quæ eſt ab oriente
portæ ſacræ: ¶ & dixerunt Eſdræ pontifici, & lectori, vt 39
afferret legem Moyſi, quæ tradita eſt à Domino Deo
Iſrael. ¶ Et attulit Eſdras pontifex legem omni multitu- 40
dini eorū à viro vſque ad mulierē, & omnibus ſacerdoti-
bus audire legem nouilunio menſis ſeptimi. ¶ Et legebat 41

*in tota Iudæa & Hieroſolymis omnibus à captiuitate reducibus conuentus Hieroſolymam, & quicunque intra biduum aut triduum præſto non eſſent, iuxta primorum ſenum ſanctionem, illorum iumenta conſecrarentur, ipſiq; ſegregarentur à commercio reducum à captiuitate, congregati ſunt Hieroſolymam omnes tribules Iudæ & Beniamin intra triduum die viceſima noni menſis, & vniuerſa multitudo conſedit in area templi tremens propter vrgentem hyemem. Ibi cum exurrexiſſet Eſdras, allocutus eſt eos, Cum vos nefas admiſeritis, eo quòd vxores duxeritis alienigenas, Iſraelem peccatis reddentes auctiorem, iam nunc confeßione tribuite gloriam Domino Deo patrum noſtrorum, & voluntati eius obtemperantes voſipſos à gentibus terræ, vxoribuſq; alienigenis ſegregate. Tum exclamauit vniuerſa multitudo, & magna voce, Sic, inquit, vt monuiſti, faciemus. ſed cum multitudo frequens ſit, & tempeſtas hyemalis, nec ſub dio ſtare valeamus, præſertim cum non ſit hoc nobis vnius aut duorum dierum opus, (nam latè patet noſtrum hac in re peccatum,) conſtituantur qui præſint multitudini: & quicunque è noſtris contubernijs vxores habent alienigenas, capto tempore præſto ſint vnà cum loci cuiuſque ſenioribus & iudicibus, donec placetur nobis ira Domini ſuper hoc præcepto. Suſceperunt itaque munus hoc Ionathan Aſabelis filius, & 2 IahZias filius Thecuæ, adminiſtros ſe præbentibus Moſolla, Leui, & Sabbathai, reduceſq; adeò à captiuitate ſe geſſerunt ſecundum hæc omnia. Eſdras verò ſacerdos viros ſibi cooptauit primarios è patribus ipſorum nominatim omnes, qui tum noua luna menſis decimi inquiſitioni huius negotij conſediſſent. cauſæ virorum vxores alienigenas habentium noua luna primi menſis ad exitum perductæ ſunt. Inuenti ſunt autem è ſacerdotibus qui ſibi alienigenas vxores adiunxerant. E prognatis Ieſu filio IoZedec, & fratribus, 3 Maſeias, EliaZer, Iorib, & Ioadaius. Hi vxores ſuas repudiare, 4 erroremq; ſuum arietibus expiare aggreßi ſunt. E prognatis Enimer, Hanani, Zabdiah, 5 Eanes, Sameias, 6 Iereel, AZarias. E prognatis Phaſhur, Elionai, Maaſias, Ieſmael, Nathanael, ⁘ Ocidelus, & Alaſab. E Leuitis autem, IoZabad, Semei, Colias, (is eſt Calitas,) Patheias, Iohudas, & 7 Ionas. E ſacris cantoribus, 8 Eliaſib, & Bacchurus. Ex oſtiarijs, Sallum, & Tolbanes. Ex Iſraelitis: è prognatis Phoros, Remias, Eddias, Melchias, 9 Maelus, EleaZar, 10 Aſibias, Banaias. E prognatis Elam, Mathanias, Zacharias, Iehiel, Ieremoth, & 11 Helias. At è prognatis 12 Zathoe, Eliadas, 13 Eliſib, Mothonias, Iarimoth, Zabad, & 14 Sardaius. E prognatis Bebai, Iohanan, & Hananias, & 15 Ioſabadus, & Ematheu. E prognatis Bani, 16 Olamus, Maluch, Iedaias, Iaſub, 17 Iaſael, & Ieremoth. Et è prognatis Addin, Naathus, & Mooſias, 18 Laccunus, & Banaias, & Mathanias, & BeZelel, & Bānui, & Manaſſes. E prognatis 19 Annas, Elionas, Aſeas, Melchias, Sammaias, Simō Choſameos. Et è prognatis Haſam, Mathanias, Mathathias, 20 Bannaias, Eliphalath, Manaſſes, Semei. E prognatis 21 Banni, Ieremias, 22 Moadi, 23 Amram, Iuel, Banaias, Bedias, 24 Ionias, Marimoth, Eliaſib, Mathnias, Mathanai, Eliaſis, Bannui, Elialei, Samei, Selemias, Nathanias. Et è prognatis OZora, Seſi, EZrel, AZael, Samaros, Zambis, Ioſeph. Et è prognatis 25 Nobe, Mathithias, Zabad, Idei, Iuel, Banaias. Omnes iſti adiunxere ſibi vxores alienigenas, & eaſdem vnà cum liberis repudiauere. Iam autem ſacerdotes & Leuitæ, & Iſraelitæ Ieroſolymis, & in ea regione habitabant noua luna menſis ſeptimi, domiciliaq; ſua incolebant, cum vnanimis conuenit omnis multitudo in aream ad portam templi, quæ eſt obuerſa Orienti: & Eſdram ſacerdotem & recitatorem ad legem Moyſis à Domino Deo Iſraelitico traditam proferendam inuitauit. Protulit igitur Eſdras pontifex legem noua luna ſeptimi menſis, vt legem audiret vniuerſus cœtus tam virorum quàm fœminarum, & omnes ſacerdotes. & recitauit*

eam

*eam in prima ad ſacrã portam area, à prima luce vſq; ad meridiẽ corã viris & mulieribus, vniuerſa multitudine animũ ad legem attendente, Stabat autem Eſdras ſacerdos & recitator legis in præparato ſuggeſtu ligneo, & aſtabant ei Mathathias 26 Sanus, Ananias, Azarias, Vrias, Ezechias & 27 Balaſamus à dextera: à ſiniſtra verò Phadaias, 28 Miſael, Malachias, 29 Aotaſuphos, Nabarias: & Eſdras aſſumpto libro legis coram multitudine, (primus enim ſedebat honorificè in cõſpectu omnium, omnibus rectis inter explicandam legem ſtantibus,) Eſdras, inquam, gratulabatur Domino Deo ſummo, Deo exercituum omnipotenti vniuerſa multitudine Amen acclamante. Et ſublatis in cælum manibus, procumbentes humi Dominum adorabant Ieſus, 30 Bani, Sarebias, Iaminus, Acub, Sabathai, Hudaias, Maaſaias, Calita, Azarias, Iozabad, Hanan & 31 Philaias Leuitæ, & ediſſerebant legem Domini, quæ recitata fuerant interim illuſtrantes. Porrò Hatharſates Eſdram pontificem ac recitatorem, omneſque Leuitas populum docentes ſic eſt allocutus, Cum hic dies Domino conſecratus ſit, omnes autem dum legem audierunt, lachrymis ſe dediderint, digreſſi cibos lautiores ſumite, & potui dulciori indulgentes fercula non habentibus miſsitate. Nam Domino ſacer eſt hic dies, vt ne mæſti ſitis: Dominus enim illuſtrabit vos. Eadem hæc omnia Leuitæ quoque populum hortabantur dictitantes, Dies hic ſacer eſt Domino, ne mæreatis. Itaque diſceſſerunt omnes vt cibum & potum ſumerent, & gaudia celebrarent, fercula non habentibus per ſummam lætitiam miſsitantes. Adhuc enim erant imbuti ſermonibus, quibus inſtituti fuerant, & in cætu detenti.*

in area, quę eſt ante ſacrã portã templi à prima luce vſque
ad veſperam corã viris & mulieribus. Et dederunt omnes
42 ſenſum ad legẽ. ¶Et ſtetit Eſdras ſacerdos, & lector legis
43 ſuper ligneũ tribunal, quod fabricatũ erat, ¶ & ſteterũt ad F
eũ Mathathias, & Samus, Ananias, Azarias, Vrias, Eze-
44 chias & Balſamus ad dexterã: ¶& ad ſiniſtrã Faldeus, Mi
ſael, Malachias, Abuſthas, Sabus, Nabadias & Zacharias.
45 ¶ Et aſſumpſit Eſdras librũ corã omni multitudine: (prę-
46 ſidebat enim in gloria in cõſpectu omniũ.) ¶ Et cũ abſol-
uiſſet legẽ, oẽs erecti ſteterũt: & benedixit Eſdras Domi-
47 nũ Deũ altiſsimũ, Deũ Sabaoth omnipotentẽ. ¶Et reſpõ-
dit omnis populus, Amẽ. Et eleuatis ſurſum manibus pro-
48 cidẽtes in terrã, adorauerũt Dominũ: ¶Ieſus & Banaeus &
Sarebias & Iaddimus & Accub⁹ & Sabbathęus, & Calithes
49 & Azarias & Iorad⁹ & Ananias & Philias Leuitæ, ¶qui do
cebãt legẽ Dñi, & in multitudine legebãt legẽ Dñi, & pſe-
50 rebãt ſinguli eos, q intelligebãt lectionẽ. ¶Et dixit Atha- G
rathes Eſdræ pontifici, & lectori, & Leuitis qui docebant
51 multitudinẽ, ¶dicẽs, Dies hic ſanctus eſt Domino. Et oẽs
52 flebãt, cũ audiſſent legẽ. ¶Et dixit Eſdras, Digreſsi ergo 1. Eſdr. 8. c.
mãducate pinguiſsima quæque, & bibite dulciſsima quæ-
53 que, & mittite munera his qui nõ habẽt. ¶Sãctus enim eſt
hic dies Domini, & nolite mœſti eſſe. Domin⁹ enim clari-
54 ficabit vos. ¶Et Leuitæ denũtiabant in publico omnibus,
55 dicẽtes, Dies hic ſanctus eſt, nolite mœſti eſſe. ¶ Et abie-
rũt oẽs mãducare, & bibere, & epulari, & dare munera his
q nõ habebãt, vt epularẽtur. Magnificè enim ſunt exaltati
56 verbis qbus edocti ſunt. ¶Et cõgregati ſunt vniuerſi in Ie
ruſalẽ celebrare lętitiã, ſecũdũ teſtamẽtũ Dñi Dei Iſrael.

## SCHOLIA IN CAP. IX.

1 Vel cibum iuxta Hebræos. לחם 2 Ita rectius iuxta veterem interpr. 3 Ita rectius vetus interpres. 4 ἀγνοίας lego. 5 Vetus interpr. Eſſes. 6 & Ieelech. ⁚ 1. Eſdr. vlt. Iozadab. 7 Vetus interpr. Elionas, & 1. Eſdr. vlt. אליעזר. 8 Ita rectius vetus interpr. 9 Vetus interpr. Mimelus. 10 & Iammebias. 11 Ita rectius vetus interpr. 12 Ita rectius vetus interpr. 13 אלישיב 14 Vetus interpr. Tebedias. 15 Vetus interp. Zabdias & Emẽs. 16 משלם 17 ישאל 18 Vetus interp. Caleus בלל 19 Vetus interp. Nuae. 1. Eſ. 10. חרם 20 Ita rectius iuxta veterẽ interp. 21. 22. 23. 24. Hic multa rectius iuxta veterẽ interp. quãuis corruptã & illam. 25 Græcè mendoſum eſt ἴθμα. Rectius vetus interpr. 26 שמע 27 מעשיה. 28 Ita rectius iuxta veterẽ interp. 29 Vetus interp. Abuſthas, Sabus, Nabadias, & Zacharias. 30 Vetus interp. Banaeus. 31 Ita rectius vetus interpr.

Liber



# Liber Eſdræ quartus, qui inter apocrypha ponitur.

## CAP. I. V.

1 Eſdr. 7. a. LIBER Eſdræ prophetæ ſecundus, fi- 1
lij Sarei, filij Azarei, filij Helciæ, filij
Sadaniæ, filij Sadoch, filij Achitob,
¶ filij Achiæ, filij Phinees, filij Heli, fi- 2
lij Ameriæ, filij Aſiei, filij Marimoth,
filij Arna, filij Oziæ, filij Borith, filij
Abiſei, filij Phinees, filij Eleazar, ¶ fi- 3
lij Aaron ex tribu Leui, qui fuit captiuus in regione Me-
dorum, in regno Artaxerxis regis Perſarum. ¶ Et factum 4
eſt verbum Domini ad me, dicens, ¶ Vade, & nuntia po- 5
Eſa. 58. a. pulo meo facinora ipſorum, & filijs eorum iniquitates,
quas in me admiſerunt, vt nuntient filijs filiorum: ¶ quia 6
peccata parentum ipſorum in illis creuerunt. Obliti enim
mei ſacrificauerunt dijs alienis. ¶ Nonne ego eduxi eos 7
de Terra-AEgypti de domo ſeruitutis? Ipſi autem irrita-
uerunt me, & conſilia mea ſpreuerunt. ¶ Tu autem ex- 8
cute comam capitis tui, & proijce omnia mala ſuper illos:
B quoniam non obedierunt legi meæ. Populus autem eſt
indiſciplinatus. ¶ Vſquequo eos ſuſtinebo, quibus tanta 9
beneficia contuli? ¶ Reges multos propter eos ſubuerti, 10
Exod. 14. f. Pharaonem cum pueris ſuis, & omnem exercitũ eius per-
Num. 21. d. cuſſi. ¶Omnes gentes à facie eorum perdidi, & in oriente 11
Ioſ. 8. 10. 12. prouinciarum duarum populos Tyri & Sidonis diſsipa-
ui, & omnes aduerſarios eorum interfeci. ¶ Tu verò lo- 12
Exod. 14. f. quere ad eos, dicens, Hæc dicit Dominus: ¶Nempe ego 13
Exod. 3. b. vos per mare tranſmeaui, & plateas vobis initio munitas
Exod. 13. d. exhibui: ducem vobis dedi Moyſen, & Aaron ſacerdotem:
¶ lucem vobis per columnam ignis præſtiti, & magna mi 14
rabilia feci in vobis: vos autem mei obliti eſtis, dicit Do-
Exod. 16. d. minus. ¶Hæc dicit Dominus omnipotens: Coturnix vo- 15
Pſal. 105. bis in ſigno fuit, caſtra vobis ad tutelam dedi, & illic mur-
muraſtis: ¶& non triumphaſtis in nomine meo de perdi- 16
tione inimicorum veſtrorum, ſed adhuc nunc vſque mur-
muraſtis. ¶Vbi ſunt beneficia, quæ præſtiti vobis? Non- 17
ne in deſerto cum eſuriretis, proclamaſtis ad me, ¶dicen- 18
tes, Vt quid nos in deſertum iſtud adduxiſti interficere
Num. 14. a. nos? melius nobis fuerat ſeruire AEgyptijs, quàm mori in
deſerto hoc. ¶Ego dolui gemitus veſtros, & dedi vobis 19
C manna in eſcam. Panem angelorum manducaſtis. ¶Non- 20
Sap. 16. e. ne cum ſitiretis, petram excidi, & fluxerunt aquæ in ſatu-
Num. 20. b. ritate? Propter æſtus folijs arborum vos texi. ¶ Diuiſi 21
vobis terras pingues: Chananæos, & Pherezæos, & Phili-
Eſa. 5. b. ſthæos à facie veſtra proieci: quid faciam vobis adhuc? di-
Exod. 15. d. cit Dominus. ¶Hæc dicit Dominus omnipotens: In de- 22
ſerto cum eſſetis in flumine Amorrhæo ſitientes, & blaſ-
phemantes nomen meum, ¶non ignem vobis pro blaſ- 23
phemijs dedi, ſed mittens lignum in aquam, dulce feci
Exod. 32. b. flumen. ¶Quid tibi faciã Iacob? Noluiſti obedire Iuda. 24
Transferã me ad alias gentes, & dabo eis nomen meũ, vt
cuſtodiant legitima mea. ¶Quoniam me dereliquiſtis, & 25
ego vos derelinquam. Petentibus vobis à me miſericor-
Eſa. 1. d. diam, non miſerebor. ¶Quando inuocabitis me, ego non 26
exaudiam vos. Maculaſtis enim manus veſtras ſanguine,
& pedes veſtri impigri ſunt ad committenda homicidia.
¶ Non quaſi me dereliquiſtis, ſed voſipſos dicit Dominus. 27
¶ Hæc dicit Dominus omnipotens, Nonne ego vos ro- 28
gaui, vt pater filios, & vt mater filias, & vt nutrix paruu-
los ſuos, ¶ vt eſſetis mihi in populum, & ego vobis in 29
Mat. 23. b. Deum: & vos mihi in filios, & ego vobis in patrem? ¶Ita 30
D vos collegi, vt gallina pullos ſuos ſub alas ſuas. Modo
Eſa. 66. a. autẽ quid faciã vobis? Proijciam vos à facie mea. ¶ Obla- 31
Oſee. 2. a. tionem cum mihi attuleritis, auertam facem meã à vobis.

## CAP. I. N.

*LIBER ſecundus Eſdræ prophetæ, filij Saraiæ, filij Azariæ, filij Helciæ, filij Sadaniæ, filij Zadoc, filij Abhitob, filij Achiæ, filij Phinees, filij Heli, filij Ameriæ, filij Aſiei, filij 1 Marimoth, filij Arna, filij Oziæ, filij 2 Borith, filij Abiſei, filij Phinees, filij Eleazar, filij Aaron, ex tribu Leui, qui fuit captiuus in Media regione, in regno Artaxerxis regis Perſarum. Editum eſt mihi oraculum Domini his verbis, Abi, & declara populo meo facinora ſua, & filijs eius ſcelera quæ in me commiſerunt, vt narrent ea nepotibus, quia peccata parentum ipſorum in ipſis adaucta ſunt. Obliti enim mei ſacrificauerunt dijs alienis. Nõne ego eduxi eos è terra AEgypti, è domicilio ſeruitutis? Ipſi autem irritauerunt me, & conſilia mea ſpreuerunt. Tu igitur excute comam capitis tui, & omne genus malorum ſuper illos proijce, quoniã legi meæ non paruerunt, ſed populus ſunt contumax. Quandiu ferã eos, quibus tanta contuli beneficia? Reges multos ſubuerti propter eos: cecidi Pharaonem cum ſeruis ſuis, & omnem eiuſdem exercitum: omnes gentes è conſpectu eorum profligaui, & 3 in Oriente duarum prouinciarum populos Tyri & Sidonis diſsipaui, omneſque hoſtes eorum interfeci. Tu ergo alloquere eos, dicens, Hæc ait Dominus, Nempe ego vos traduxi per mare, & 4 viam vobis initio tutam exhibui: ducem vobis dedi Moſen, & Aaron ſacerdotem: lucem vobis præſtiti per columnam igneam, & magna inter vos edidi miracula; vos autem mei obliti eſtis, ait Dominus. Hæc dicit Dominus omnipotens, Coturnix vobis ſigno fuit, caſtra vobis dedi præſidio: ibi verò fremuiſtis, nec meo nomine triumphaſtis de interitu inimicorum veſtrorum, ſed adhuc vſque fremuiſtis. Vbi ſunt beneficia quæ præſtiti vobis? Nonne in deſerto cum eſurientes ad me vociferati eſſetis dictitantes, Cur nos in deſertum hoc induxiſti perimendos? præſtiterat nobis ſeruijſſe AEgyptijs, quàm in hoc deſerto mortem oppetere: ego dolui gemitus veſtros, & manna dedi vobis eſui, panemque angelorum eſitauiſtis? Nonne cum ſitiretis, excidi petram, & profluxerunt aquæ ad ſatietatem? Ab æſtu folijs arborum protexi vos, terraſque vobis opimas diſtribui, Chananæos, Pherezæos & Philiſtæos è conſpectu veſtro profligaui: quid faciam vobis amplius? ait Dominus. Hæc dicit Dominus omnipotens, In deſerto cum eſſetis ad flumen, 5 Amorrhæum ſitientes & obtrectantes numen meum, non rependi vobis ignem pro obtrectationibus, ſed merſo in aquam ligno dulce flumen effeci. Quid tibi faciam Iacob? Obedire noluiſti Iuda. Transferam me ad gentes alias, quibus committam nomen meum, vt ſeruent leges meas. Quoniam me dereliquiſtis, ego quoque derelinquam vos. Petentibus à me veniam vobis, non dabo: cum inuocabitis me, ego vos non exaudiam. Fœdaſtis enim ſanguine manus veſtras, & impigri ſunt pedes veſtri ad homicidia committenda. Tametſi non deſeruiſtis me, ſed voſipſos, ait Dominus. Hæc dicit Dominus omnipotens, Nonne ego vos rogaui vt pater filios, vt mater filias, & vt nutrix puerulos ſuos, vt eſſetis mihi populus, ſicut ego vobis Deus? & vos mihi loco filiorum, ſicut ego vobis loco patris? Ita vos collegi, vt gallina pullos ſuos ſub alas. Porrò autem quid faciam vobis? Proijciam vos à conſpectu meo. Cum mihi munera attuleritis, auertam faciem meam à vobis.*

Dies

*Dies enim feſtos veſtros, neomenias, & circunciſiones repudiaui. Ego miſi ſeruos meos prophetas ad vos, quos abreptos interfeciſtis, & laniaſtis corpora eorum. Horum ſanguinem ego vindicabo ait Dominus. Hæc dicit Dominus omnipotens, Domus veſtra deſerta eſt. Proijciam vos, ſicut ventus ſtipulam nec filij ſobolem propagabunt: quoniam neglexerunt mandatum meũ, & quod inuiſum eſt mihi perpetrauerunt. Tradam domos veſtras populo venturo, & qui cum me non audiant, credant: cum eis miracula non ediderim, exequantur quæ præcepi: cum prophetas non viderint, ſcelera ſua deteſtentur. Teſtatam volo populi venturi gratiam, cuius pueruli exultant lætabundi, qui me corporeis oculis non vident, ſed animo credunt quæ locutus ſum. Nunc ergo frater aſpice, quanta gloria, & contemplare populum ab Oriente venientem, cui dabo ductores Abraham, Iſaac, Iacob, Oſee, Amos, Micheam, Ioel, Abdiam, Ionam, Naum, Habacuc, Sophoniam, Aggæum, Zachariam & Malachiam, qui & angelus Domini vocatus eſt.*

Dies enim feſtos veſtros, & neomenias & circunciſiones
32 repudiaui. ¶ Ego miſi pueros meos prophetas ad vos,
quos acceptos interfeciſtis, & laniaſtis corpora eorũ, quo-
33 rum ſanguinem exquiram, dicit Dominus. ¶ Hæc dicit
Dominus omnipotens, Domus veſtra deſerta eſt. Proijciã
34 vos ſicut ventus ſtipulam, ¶ & filij procreationem non
facient: quoniam mandatum meum neglexerunt, & quod
35 malũ eſt corã me, fecerũt. ¶ Tradã domos veſtras populo
venienti, qui me non audientes credunt: quibus ſigna non
36 oſtendi, facient quæ præcepi. ¶ Prophetas non viderunt,
37 & memorabuntur inquitatum eorũ. ¶ Teſtor populi ve-
nientis gratiam cuius paruuli exultant cum lætitia, me
non videntes oculis carnalibus, ſed ſpiritu credentes quæ
38 dixi. ¶ & nunc frater aſpice, quæ gloria: & vide populũ
39 venientem ab oriente, ¶ quibus dabo ducatum Abraham,
Iſaac, & Iacob, & Oſee, & Amos, & Micheæ, & Ioel, & Ab-
40 dię, & Ionę, ¶ & Naum, & Habacuc, Sophonię, Aggęi, Za
chariæ, & Malachiæ, qui & angelus Domini vocatus eſt. Malac.2.a.

SCHOLIA IN CAP. I.

1 Al. Marioth. 2 Al. Bocci, filij Abiſchua. 3 Quid ñ. in Orientem? 4 plateas. 5 מרחה corruptum videtur. Significat autẽ Marah Exod. 15. locum vbi Iſraelitæ præ amaritudine aquarum ſitim paſsi ſunt.

CAP. II.

*HAEc dixit Dominus, Ego eduxi populum iſtum è ſeruitute, & ad eum mandata dedi ſeruis meis prophetis quos audire noluerunt, & conſilia mea ſunt aſpernati. Mater quæ generauit eos, dicit illis, Ite filij, quia ego vidua ſum & derelicta. Educaui vos cum lætitia, & cũ luctu triſtitiaq; amiſi vos, quoniam peccaſtis in Dominum Deum veſtrum & quod diſplicet ipſi perpetrauiſtis. Nunc igitur quid faciã vobis? Ego vidua ſum & derelicta: ite filij, & veniam à Domino petite. Ego vero te pater teſtor de matre filiorum, qui teſtamentum meum ſeruare noluerunt, vt exponas eos ad ignominiam, & matrem eorum ad direptionem, ne genus eorum propagetur. Diſpergantur in gentes nomina eorum, deleantur de terra, quoniam ſacramentum meum ſpreuerunt. Væ tibi Aſsyria, quoniam penes te latebram præbes iniuſtis. Memoria repete gens improba, quomodo animaduerterim in Sodomam & Gomorram, quarum terra iacet in gleboſo bitumine, aggeribuſque cinerum. Ita multabo eos qui me non audierunt, ait Dominus omnipotens. Hæc dicit Dominus Eſdræ, Nuncia populo meo, me daturum eis regnum Ieroſolymæ, quod daturus eram Iſraeli, mihique gloriam ex ipſis comparaturum, æternaque daturum eis tabernacula quæ illis præparaueram. Lignum vitale redolens vnguentum, præſto erit his: non laborabunt, nec fatigabuntur. Ite, & accipietis. Rogate vobis ad paucos redigi dies qui in mora ſunt: iam paratum eſt vobis regnum: vigilate. Conteſtare cœlum & terram: nam aboleui malum, & creaui bonum, quia viuo ego, ait Dominus. Amplectere filios tuos mater: educa illos cum lætitia, inſtar colũbæ confirma pedes eorum, quoniam te elegi, dicit Dominus. Et reſuſcitabo defunctos de locis ſuis & de monumentis educam illos: quoniam agnoui nomen meum in Iſrael. Ne quid timeas mater filiorum, quoniam te elegi, dicit Dominus. Mittam tibi auxilio ſeruos meos Eſaiam & Ieremiam, ex quorum conſilio conſecraui, & paraui tibi arbores duodecim varijs granatas fructibus, totidemque fontes fluentes lacte & melle, & mõtes immenſos ſeptẽ ferentes roſas & lilia, quibus filios tuos exhilarabo. Ius dicito viduæ, cauſam pupilli iudicato, eroga in egenum, orbum tuere, veſti nudum, cura confractum & infirmum, claudum ne irriſeris, mancum tutare, & admitte cæcum in conſpectum meæ claritatis. Serua iuuenem & ſenem intra muros tuos, defunctos inuentos conſigna ſepulchro, & dabo tibi primam in reſuſcitatione mea ſeſsionẽ. Manedum, & interquieſce mi populus, quia veniet requies tua. Nutri*

CAP. II.

1 HAEc dicit Dominus, Ego eduxi populũ iſtũ de
ſeruitute, quibus mandata dedi per pueros meos
prophetas quos audire noluerũt, ſed irrita fecerũt
2 mea conſilia. ¶ Mater quę eos generauit, dicit illis, Ite filij,
3 quia ego vidua ſum & derelicta. ¶ Educaui vos cũ lętitia,
& amiſi vos cũ luctu & triſtitia, quoniã peccaſtis coram
Domino Deo veſtro, & quod malũ eſt coram eo feciſtis.
4 ¶ Modo autẽ quid faciã vobis? Ego vidua ſum & dereli-
5 cta: ite filij, & petite à Dño miſericordiã. ¶ Ego autẽ te pa
ter teſtẽ inuoco ſuper matrẽ filiorũ, qui noluerũt teſtamẽ-
6 tũ meũ ſeruare, ¶ vt des eis confuſionẽ, & matrẽ eorũ in
7 direptionẽ, ne generatio eorũ fiat. ¶ Diſpergãtur in gẽtes
nomina eorũ, deleantur à terra: quoniã ſpreuerũt ſacramẽ
8 tũ meũ. ¶ Væ tibi Aſſur, qui abſcondis iniquos penes te.
Gens mala, memorare quid fecerim Sodomæ & Gomor- Gene.19.c.
9 rhę, ¶ quorũ terra iacet in piceis glebis & aggeribꝰ cinerũ.
ſic dabo eos, qui me nõ audierunt, dicit Dominns omni-
10 potẽs. ¶ Hæc dicit Dominus ad Eſdrã, Nũtia populo meo,
quoniã dabo eis regnũ Ieruſalẽ, quod daturus erã Iſrael.
11 ¶ Et ſumã mihi gloriã illorũ, & dabo eis tabernacula æter
12 na, quæ præparaueram illis. ¶ Lignũ vitæ erit illis in odore B
13 vnguenti, & nõ laborabũt, neq; fatigabũtur. ¶ Ite, & acci-
pietis. Rogate vobis dies paucos, vt immorẽtur. Iã para-
14 tũ eſt vobis regnũ: vigilate. ¶ Teſtare cælũ & terrã. Con-
triui enim malũ, & creaui bonũ, quia viuo ego dicit Domi
15 nus. ¶ Mater amplectere filios tuos, educa illos cũ lætitia.
Sicut columba cõfirma pedes eorum: quoniam te elegi
16 dicit Dominus. ¶ Et reſuſcitabo mortuos de locis ſuis, &
de monumentis educã illos: quoniã cognoui nomen meũ
17 in Iſrael. ¶ Noli timere mater filiorum, quoniam te elegi
18 dicit Dominus. ¶ Mittam tibi adiutorium pueros meos
Iſaiam & Ieremiam, ad quorum conſilium ſanctificaui,
& paraui tibi arbores duodecim grauatas varijs fructibus, Exod.15.
19 ¶ & totidem fontes fluentes lac & mel, & montes immen
ſos ſeptem, habentes roſam & lilium, in quibus gaudio
20 implebo filios tuos. ¶ Viduam iuſtifica, pupillo iu-
21 dica, egenti da, orphanum tuere, nudum veſti, ¶ con-
fractum & debilem cura, claudum irridere noli, tutare
mancum, & cæcum ad viſionem claritatis meæ admit-
22 te. ¶ Senem & iuuenem intra muros tuos ſerua: ¶ mor- Tobiæ.10.d.
23 tuos vbi inueneris ſignans commenda ſepulchro, & dabo
24 tibi primam ſeſsionem in reſurrectione mea. ¶ Pauſa &
25 quieſce populus meus, quia veniet requies tua. ¶ Nutrix
bona



bona nutri filios tuos, confirma pedes eorũ. ¶ Seruos quos 26
tibi dedi, nemo ex eis interiet: eos ego enim requiram de
C numero tuo. ¶ Noli fatigari. Cum enim venerit dies preſ- 27
ſuræ & anguſtię, alij plorabunt & triſtes erunt: tu autẽ hi-
laris & copioſa eris. ¶ Zelabunt gentes, & nil aduerſus te 28
poterunt, dicit Dominus. ¶ Manus meæ tegent te, ne filij 29
tui gehennam videant. ¶ Iucundare mater cum filis tuis, 30
quia ego te eripiam, dicit Dominus. ¶ Filios tuos dormiẽ- 31
tes memorare, quoniam ego eos educam de lateribus ter-
ræ, & miſericordiam cum illis faciam: quoniam miſericors
ſum, dicit Dominus omnipotẽs. ¶ Amplectere natos tuos 32
vſq; dum venio, & præſtem illis miſericordiam: quoniam
exuberant fontes mei, & gratia mea non deficiet. ¶ Ego 33
Eſdras præceptum accepi à Domino in monte Oreb, vt
irem ad Iſrael: ad quos cum venirem, reprobauerunt
me, & reſpuerunt mandatũ Domini. ¶ Ideoq; vobis dico 34
gentes, quæ auditis & intelligitis, Expectate paſtorẽ ve-
ſtrum, requiem æternitatis dabit vobis: quonia in proxi-
mo eſt ille qui in fine ſeculi adueniet. ¶ Parati eſtote ad 35
præmia regni, quia lux perpetua lucebit vobis per æter-
nitatem temporis. ¶ Fugite vmbram ſeculi huius: accipite 36
iucunditatẽ gloriæ veſtræ. Ego teſtor palàm ſaluatorem
D meũ. ¶ Commendatũ donum accipite & iucũdamini, gra- 37
tias agentes ei qui vos ad cæleſtia regna vocauit. ¶ Sur- 38
gite, & ſtate, & videte numerũ ſignatorũ in cõuiuio Do-
mini. ¶ Qui ſe de vmbra ſeculi tranſtulerunt, ſplẽdidas tu- 39
nicas à Domino acceperũt. ¶ Recipe Sion numerũ tuũ, 40
& conclude candidatos tuos qui legẽ Domini cõpleue-
rũt. ¶ Filiorũ tuorũ quos optabas plenus eſt numerus. Ro 41
ga imperiũ Domini, vt ſanctificetur populus tuus qui vo-
Apo.7.c. catus eſt ab initio. ¶ Ego Eſdras vidi in monte Siõ turbam 42
magnã, quã numerare non potui, & omnes cãticis collau-
dabant Dominũ. ¶ Et in medio eorũ erat iuuenis ſtatura 43
celſus, eminẽtior omnibus illis, & ſingulis eorũ capitibus
imponebat coronas, & magis exaltabatur. Ego autẽ mi
raculo tenebar. ¶ Tunc interrogaui angelũ, & dixi, Qui 44
ſunt hi Domine? ¶ Qui reſpondens, dixit mihi, Hi ſunt qui 45
mortalẽ tunicã depoſuerunt, & immortalẽ ſumpſerunt, &
confeſsi ſunt nomen Dei. Modo coronantur, & accipiunt
palmas. ¶ Et dixi angelo, Ille iuuenis quis eſt, qui eis coro- 46
nas imponit, & palmas in manus tradit? ¶ Et reſpondens 47
dixit mihi, Ipſe eſt filius Dei, quem in ſeculo confeſsi ſunt:
ego autẽ magnificare eos cœpi, qui fortiter pro nomine
Domini ſteterũt. ¶ Tũc dixit mihi angelus, vade annũtia 48
populo meo, qualia & quãta mirabilia Domini Dei vidiſti.

*filios tuos bona nutrix, confirma pedes eorum. Seruorũ quos tibi dedi, nemo interibit: nam ego eos de numero tuorum requiram. Ne fatigeris: cũ enim venerit dies difficultatis & anguſtiarum, alij plorabunt, & mærebunt: tu autem hilareſces, & copijs afflues. Inuidebunt gentes, nec quicquam valebunt aduerſus te, ait Dominus. Manus meæ te protegent, ne filij tui gehennam videant. Lætare mater cum filijs tuis, quia ego ero liberator tuus, ait Dominus. Memento filiorum tuorum dormientium, quoniam ego eos educam è lateribus terræ, & clementer agam cum illis: quoniam miſericors ſum, dicit Dominus omnipotens. Amplectere natos tuos vſque dum veniam, & præſtem illis miſericordiam: quoniam fontes mei exuberant, & gratia mea non deficiet. Ego Eſdras mandatum accepi à Domino in monte Oreb, vt irem ad Iſraelitas, qui me, cum veniſſem, reiecerunt, mandatumque Domini reſpuerunt. Itaque vobis dico gentes quæ auditis & intelligitis. Expectare paſtorem veſtrum, qui dabit vobis æternam requiem: quoniam in propinquo eſt ille venturus finiente ſeculo. Parati eſtote ad præmia regni, quia lux perpetua lucebit vobis per æuum ſempiternum. Vmbram huius mundi fugite, percipite gloriæ veſtræ iucunditatem. Ego ſeruatorem meum palam teſtor. Commendatum donum accipite, & lætamini, gratias agentes ei qui vos ad regna cæleſtia vocauit. Surgite, ſtate, & videte numerum ſignatorum in conuiuio Domini, qui ſe auerterunt ab vmbra mundi, & ſplendidas à Domino tunicas acceperunt. Recipe Sion numerum tuum, & circunclude candidatos tuos, qui legem Domini compleuerunt. Plenus filiorum tuorum, quos exoptabas, eſt numerus. Roga numen Domini, vt conſecretur populus tuus, qui vocatus eſt ab initio. Ego Eſdras vidi in monte Sion turbam magnam & innumerabilem, quæ omnis decantabat Dominum. In medio autem eius erat iuuenis proceritate ſtaturæ ſupereminens omnes alios, qui coronas imponebat capitibus ſingulorum, ipſe cæteris excelſior: ego autem tenebar admiratione. Tum interrogaui angelum, & dixi, Qui ſunt hi domine? Qui reſpondens, mihi, Hi ſunt, inquit, qui depoſita mortali tunica, immortalem aſſumpſerunt, nomenque Dei profeſsi ſunt. Ij nunc coronantur, & palmas accipiunt. Rurſum rogaui angelum, Quis eſt ille iuuenis qui coronas imponit eis, & palmas tradit in manus? Et reſpondens mihi, Is eſt, inquit, filius Dei, quem in mundo profeſsi ſunt: ego autem cœpi eos magni facere, qui fortiter ſtetiſſent pro nomine Domini. Tum mihi angelus, Vade, ait, annuntia populo meo, qualia & quanta Domini Dei miracula videris.*

CAP. III.

ANno triceſimo ruinę ciuitatis eram in Babylone, 1
& conturbatus ſum ſuper cubiculo meo recũbẽs,
& cogitationes meæ aſcendebant ſuper cor meũ:
¶ quoniã vidi deſertionẽ Sion, & abundantiã eorũ qui ha 2
bitabãt in Babylone, ¶ & ventilatus eſt ſpiritus meus val- 3
de, & cœpi loqui ad altiſsimum verba timorata, ¶ & dixi, 4
O dominator Domine, tu dixiſti ab initio, quando plan-
taſti terrã, & hoc ſolus, & imperaſti populo, ¶ & dediſti 5
Adam corpus mortuũ: ſed & ipſum figmentũ manuũ tua-
Gene.2.b. rum erat, & inſufflaſti in eum ſpiritũ vitæ, & factus eſt vi-
uens corã te, ¶ & induxiſti eum in paradiſo, quẽ plãtaue- 6
rat dextera tua antequam terra aduentaret, ¶ Et huic mã- 7
daſti diligere viã tuã, & præteriuit eam, & ſtatim inſtitui-
ſti in eo mortẽ, & in nationibus eius, & natæ ſunt gẽtes, &
tribus, & populi, & cognationes quarũ non eſt numerus.
Gene.6.b. ¶ Et ambulauit vnaquæq; gens in voluntate ſua, & mira 8
B agebant corã te, & ſpernebant præcepta tua. ¶ Iterũ autẽ 9
Gen.7.b. in tempore induxiſti diluuiũ ſuper inhabitantes ſeculũ, &
perdidiſti eos. ¶ Et factum eſt in vnoquoque eorum, ſicut 10
1.Pet.3.d. Adæ mori, ſic his diluuiũ: ¶ Dereliquiſti autẽ vnũ ex his 11
Noe cũ domo ſua, & ex eo iuſti omnes. ¶ Et factũ eſt, cum 12

CAP. III.

*ANno ab excidio vrbis triceſimo, cum eſſem Babyloni conturbatus recũbebam ſuper cubili meo, & cogitationes ſubibant animũ meũ, quod viderẽ vaſtationẽ Zion, & abundãtiam incolarũ Babylonis, & valde agitabar animo. Tũ religioſis verbis affari cœpi altiſsimum, O rex dominator, inquã, Domine, tu præcepiſti ab initio cum fundaſſes terram, atque adeò ſolus, & imperaſti populo, cum dediſſes Adamo corpus inanimum, ipſum quoque manuum tuarũ opificium: cumque ſpiritum ei vitalem inſflauiſſes, & coram te vitam adeptum in paradiſum dextera tua antequam terra prodiret, conſitum induxiſſes: huic, inquam, vt viam tuam obſeruaret mandauiſti. Verum cum eam præteriiſſet, mortem protinus irrogaſti illi, ſimul & eiuſdem progeniei. Inde natæ ſunt gentes, nationes, populi, & innumeræ cognationes. Cum autem vnaquæque gens ſuam ſequeretur libidinem, committerentque mira coram te, præceptaque tua ſpernerent, ſuperinducto rurſum ſuo tempore diluuio, habitatores orbis deleuiſti: & accidit quod mortalitate Adamo, hoc ſingulis iſtorum diluuio. Vnum tamen reliquum feciſti Noe cum domo ſua, vnde nati ſunt omnes iuſti. Accidit autem cum multiplicari cœpiſſent*

*cœpiſſent incolæ orbis, creſceretque numerus liberorum, populorum, & multarum gentium, vt prior illorum impietas, poſteriore horum repetita ſuperaretur. Euenit igitur, cum iniuſtè agerent coram te, vt ſeligeres tibi virum ex illis, cui nomen erat Abraham. Eum dilexiſti, tuamque voluntatem indicauiſti ſoli: conſtituiſti cum eo pactum æternum, pollicitus ei te ſemen eius nunquam derelicturum. Cumque dediſſes ei Iſaac, rurſumque Iſaac dediſſes Iacob & Eſau: delegiſti tibi Iacob, & Eſau reieciſti: & excreuit Iacob in numerum ingentem. Porrò poſtquam eductum ex AEgypto ſemen eius, in montem Sina perduxiſti, ibi ſummiſiſti cælos, defixiſti terram, orbem commouiſti, concuſsiſti profunda, mundum conturbaſti & tranſijt maieſtas tua per quatuor portas igneas cum terræmotu, vento & rigore, vt dares legem ſeminis Iacob, & progeniei Iſraelis quod diligenter curaret. Non tamen exemiſti eis animum malitioſum, vt lex tua fructum ab eis impetraret. Nam animo malitioſo præditus Adã ſuperatus eſt & victus, & omnes ex eo prognati: & perſedit infirmitas coniuncta legi ad cor populi cum malitia radicis, defecitque quod bonum eſt, & relictum eſt malum. Interim lapſa ſunt tempora, ceſſeruntque anni, donec excitaſti tibi ſeruum nomine Dauid, cui mandauiſti vrbem nomini tuo ædificandam, in qua tibi thure muneribuſq; ſupplicaretur. Quod vbi factum eſt annis multis, incolæ vrbis ſtudium Adam & omnis nationis ipſius imitati defecerunt, vt qui animo præditi forent & ipſi malitioſo: quamobrem ciuitatem tuam in manus inimicorum tuorum tradidiſti. Sed nunquid meliora ſequuntur incolæ Babylonis, vt ideo Sioni dominentur? Equidem poſtquam veni huc, & impia facta vidi innumera, (nam delinquentes multos animaduerti hunc iam annum triceſimum,) deſpondi animum: quoniam vidi quomodo toleres eos peccantes, & parcas impie agentibus, cum populum tuum perdideris conſeruatis inimicis tuis, nec ſignificaris. Equidem non inuenio quomodo poſsit hæc expediri ratio. Nunquid meliora ſunt facta Babylonis quã Sionis? anne alia gens agnouit te præter Iſraeliticam? aut quæ nationes fidem habuerunt teſtificationibus tuis, ſicut Iacob? Non comparuit merces harum, nec labor fructum adeptus eſt. Permeaui enim gentes, & peragraui, vndique florere eas, nec mandatorum tuorum meminiſſe. Nunc ergo ſtatera ponderato ſcelera noſtra & incolarum mundi, nec inuenietur mentio tui, niſi inter Iſraelitas. Aut quando non peccauerunt in conſpectu tuo qui terram habitãt? aut quæ gens adeo mandata tua ſeruauit? Hos quidem mandata tua ſeruaſſe nominatim comperies: gentes autem nõ item.*

## CAP. IIII.

*TVm reſpondit angelus ad me miſſus, cui nomen erat Vriel, & dixit, Supra modum effuſæ ſunt vires animi tui in hoc mundo, dum rationes altiſsimi cogitas comprehendere. Verum, inquam, mi Domine. Et reſpondens mihi, Tres, inquit, vias miſſus ſum vt oſtendam tibi, & vt tibi proponam tres ſimilitudines: è quibus ſi vnam mihi expediueris, ego quoque tibi commonſtrabo viam quam cupis exploratam, & docebo te vnde nam ſit animus malitioſus. Et ego, Loquere, inquam, mi Domine. Tum ille, Vade, inquit, examina mihi pondus ignis, aut flatum venti metire mihi, aut reuoca mihi diem elapſam. Et reſpondens ego, Quis, inquam, mortalium præſtare poſsit quod à me requiris ſuper his? Rurſus ille, Si te, inquit, interrogarem dicens, 1 Quanta domicilia ſint in meditulio maris, aut quantæ in principio profundi ſcaturigines, aut quantæ venæ ſuper cæleſte ſolum, aut qui ſint termini paradiſi, diceres mihi fortaſsis, In profundum non deſcendi, nec ad inferos adhuc, nec in cælum aſcendi vnquam. nunc autem non interrogaui te, niſi de igne, & vento, diéque quem tranſmiſiſti, à quibus abeſſe non potes, nec tamen illa mihi expediuiſti. Præterea dixit mihi, Tu quæ tua ſunt, quæ tecum ado-*

cœpiſſent multiplicari, qui habitabant ſuper terrã, & mul
tiplicauerunt filios, & populos, & gentes multas: & cœ-
13 perunt iteratò impietatem facere plus quàm priores. ¶Et
factũ eſt, cũ iniquitatẽ facerent coram te, elegiſti tibi virũ — Gen.12.15.
14 ex his cui nomen erat Abraham. ¶Et dilexiſti eum, & de-
15 monſtraſti ei ſoli voluntatẽ tuã: ¶& diſpoſuiſti ei teſtamẽ
tum ęternũ, & dixiſti ei vt non vnquã derelinqueres ſemẽ — Gen.21.a.
16 ei⁹. Et dediſti ei Iſaac: & Iſaac dediſti Iacob & Eſau, † ¶Et — Roma.9.b.
ſegregaſti tibi Iacob, Eſau autẽ ſeparaſti. Et factus eſt Ia- — † Gen.25.e.
17 cob in multitudine magna. ¶Et factũ eſt cũ educeres ſe-
18 mẽ eius ex AEgypto, adduxiſti ſuper montẽ Sina. ¶Et in- — Exod.19.
clinaſti cælos, & ſtatuiſti terrã, & cõmouiſti orbem, & tre- — Deut.4.b.
19 mere feciſti abyſſos, & cõturbaſti ſeculũ, ¶& tranſijt glo- — C
ria tua portas quatuor ignis & terræmotus, & ſpiritus &
gelu, vt dares ſemini Iacob legẽ, & generationi Iſrael di-
20 ligentiã. ¶Et nõ abſtuliſti ab eis cor malignũ, vt faceret — Gene.3.a.
21 lex tua in eis fructũ. ¶Cor enim malignũ, baiulãs primus
Adã traſgreſſus & vict⁹ eſt, ſed & oẽs qui de eo nati ſunt.
22 ¶Et facta eſt permanẽs infirmitas, & lex cũ corde popu-
li, cũ malignitate radicis: & diſceſsit quod bonũ eſt, & mã-
23 ſit malignũ. ¶Et trãſierũt tẽpora, & finiti ſunt anni: & ſuſ — 1.Reg.16.c.
24 citaſti tibi ſeruũ nomine Dauid, ¶& dixiſti ei ædificare ci — 2.Reg.5.a.
uitatẽ nominis tui, & offerre tibi in eadẽ thus & oblatioẽs. — ᵍ deliquerunt
25 ¶Et factũ eſt hoc annis multis, &ᵍ dereliquerunt qui habi
26 tabãt ciuitatẽ, ¶in omnibus faciẽtes ſicut fecit Adã & oẽs
generationes eius. vtebantur enim & ipſi corde maligno.
27 ¶Et tradidiſti ciuitatẽ tuã in manib⁹ inimicorũ tuorũ. ¶Nũ
28 quid meliora faciũt, qui habitãt Babylonẽ: & propter hoc — D
29 dominabitur Sion. ¶Factũ eſt, cũ veniſſem huc, & vidiſ-
ſem impietates, quarum nõ eſt numerus: & delinquẽtes
multos vidit anima mea hoc triceſimo anno, & exceſsit
30 cor meũ: ¶quoniã vidi quomodo ſuſtines eos peccantes,
& peperciſti impie agẽtibus, & pdidiſti populũ tuũ, & cõ
31 ſeruaſti inimicos tuos, & non ſignificaſti. ¶Nihil memini
quomodo debeat derelinqui via hęc. Nunquid meliora fa
32 cit Babylõ, q̃ Siõ? ¶aut alia gẽs cognouit te pter Iſrael? aut
33 quę tribus crediderũt teſtamẽtis tuis ſicut Iacob? ¶Qua- — Iere.10.d.
rũ merces nõ cõparuit, neq; labor fructificauit. Pertranſ-
iens enim ptranſiui in gẽtibus, & vidi abũdãtes eas, & nõ
34 memorãtes mandatorũ tuorũ. ¶Nũc ergo põdera in ſta-
tera noſtras iniquitates, & eorũ q habitãt in ſeculo: & nõ
35 inuenietur nomẽ tuũ, niſi in Iſrael. ¶Aut quando nõ pec-
cauerunt in cõſpectu tuo, qui habitant terrã? aut quæ gẽs
36 ſic obſeruauit mãdata tua? ¶Hos quidẽ per nomina inue-
nies ſeruaſſe mandata tua: gentes autem non inuenies.

## CAP. IIII.

1 ET reſpõdit ad me angelus qui miſſus eſt ad me, cui
2 nomẽ Vriel, ¶& dixit mihi, Excedens exceſsit cor
tuum in ſeculo hoc, & cõprehendere cogitas viam
3 altiſsimi. ¶Et dixi, Ita Domine meus. Et reſpondit mihi,
& dixit, Tres vias miſſus ſum oſtendere tibi, & tres ſimili
4 tudines proponere corã te: ¶de quibus mihi ſi renuncia-
ueris vnam ex his, & ego tibi demonſtrabo viã quam de-
5 ſyderas videre, & docebo te vnde ſit cor malignum. ¶Et
dixi, Loquere Domine meus. Et dixit ad me, Vade, pon-
dera mihi ignis pondus, aut menſura mihi flatum venti,
6 aut reuoca mihi diem quæ præterijt. ¶Et reſpondi, & dixi,
Quis natorum poterit facere, vt me interroges de his?
7 ¶Et dixit ad me, Si eſſem interrogans te, dicens, Quantæ
habitationes ſunt in corde maris, aut quantę venæ ſunt
in principio abyſsi, aut quantæ venæ ſunt ſuper firma-
8 mentum, aut qui ſunt exitus paradiſi, ¶diceres mihi for-
taſsis, In abyſſum non deſcendi, neque in infernum ad-
9 huc, neque in cælum vnquam aſcendi. ¶Nunc autẽ non
interrogaui te niſi de igne, & vento, & die, per quẽ tranſ-
iſti, & à quibus ſeparari nõ potes: & nõ reſpondiſti mihi
10 de eis. ¶Et dixit mihi, Tu quæ tua ſunt, tecum coado-
leſcentia,



leſcentia, nõ potes cognoſcere: ¶& quomodo poterit vas 11
tuũ capere altiſsimi viã, & iã exterius corrupto ſeculo in-
telligere corruptionẽ euidentẽ in facie mea? ¶Et dixi illi, 12
Melius erat nos nõ eſſe, quã adhuc viuẽtes viuere in im-
pietatib⁹, & pati, & nõ intelligere de quare. ¶Et reſpõdit 13
B ad me, & dixit, Proficiſcens profectus ſum ad ſyluã ligno — Iudic.9.a. 4.Para.25.c.
rum cãpi, & cogitauerunt cogitationẽ, & dixerũt, ¶Ve- 14
nite, & eamus, & faciamus ad mare bellũ, vt recedat corã
nobis, & faciamus nobis alias ſyluas. ¶Et ſimiliter fluctus 15
maris & ipſi cogitauerunt cogitationẽ, & dixerũt, Venite
aſcendentes, debellemus ſyluas cãpi, vt & ibi conſumme-
mus nobiſmetipſis aliã regionem. ¶Et factus eſt cogitatus 16
ſyluæ in vanum. venit enim ignis, & cõſumpſit ea. ¶Si- 17
militer & cogitatus fluctuum maris. ſtetit enim arena, &
prohibuit eos. ¶Si enim eſſes iudex horum, quẽ inciperes 18
iuſtificare, aut quem condemnare? ¶Et reſpondi, & dixi, 19
Vtriq; vanã cogitationẽ cogitauerũt. terra enim data eſt
ſyluæ, & mari locus portare fluctus ſuos. ¶Et reſpõdit ad 20
me, & dixit, Bene tu iudicaſti: & quare non iudicaſti tibi-
metipſi? ¶Quemadmodum enim terra ſyluæ data eſt, & 21 — Eſa.55.e. Ioan.3.e. 2.Cor.2.b.
mare fluctibus ſuis: ſic qui ſuper terrã inhabitãt, quæ ſunt
ſuper terram intelligere ſolummodo poſſunt: & qui ſuper
cælos, quę ſuper altitudinem cælorum. ¶Et reſpondi, & 22
dixi, Deprecor te Domine, vt mihi detur ſenſus intelligẽ-
di. ¶non enim volui interrogare de ſuperioribus tuis: 23
ſed de his quæ pertranſeũt per nos quotidie, propter quid
Iſrael datus in opprobrium gentibus: quẽ dilexiſti popu-
lum, datus eſt tribubus impijs, & lex patrum noſtrorũ in
interitũ deducta eſt, & diſpoſitiones ſcriptæ nuſquã ſunt:
¶& pertranſiuimus de ſeculo, vt locuſtæ, & vita noſtra 24
ſtupor & pauor: & nec digni ſumus miſericordiam conſe-
C qui. ¶Sed quid faciet nomini ſuo quod inuocatum eſt ſu- 25
per nos? Et de his interrogaui. ¶Et reſpondit ad me, & 26
dixit, Si fueris plurimum ſcrutatus, frequenter miraberis:
quoniam feſtinans feſtinat ſeculum pertranſire, ¶& non 27
capit portare quæ in futuris tẽporibus iuſtis repromiſſa
ſunt: quoniam plenum iniuſtitia eſt ſeculum hoc & infir-
mitatibus. ¶De quibus autem interrogas, dicam: ſemina- 28
tum enim eſt malum, & necdum venit deſtructio ipſius.
¶Si ergo non inuerſum fuerit quod ſeminatum eſt: & diſ- 29
ceſſerit locus vbi ſeminatum eſt malum, non veniet vbi
ſeminatum eſt bonum. ¶Quoniam gramen ſeminis ma- 30
li ſeminatum eſt in corde Adam ab initio: & quantum
impietatis generauit vſque nunc, & generat vſque cum
veniat area? ¶AEſtima autem apud te gramen mali ſe- 31
minis, quantum fructũ impietatis generauit: ¶quãdo ſe- 32
catæ fuerint ſpicę, quarũ nõ eſt numerus, quã magnã areã
incipiẽt facere? ¶Et reſpondi, & dixi, Quomodo, & quã- 33
do hęc? Quare modici & mali anni noſtri? ¶Et reſpondit 34
ad me, & dixit mihi, Nõ feſtines tu ſup altiſsimũ. Tu enim
feſtinas inaniter eſſe ſuper ipſum. nã exceſſus tuus multus.
¶Nõne de his interrogauerũt animę iuſtorũ in prõptua- 35
rijs ſuis dicẽtes, Vſquequo ſpero ſic? & quãdo veniet fruct⁹
areę mercedis noſtrę? ¶Et reſpõdit ad ea Ieremiel archã- 36
gel⁹, & dixit, Quãdo impletus fuerit numer⁹ ſeminũ in vo-
bis, qm̃ in ſtatera põderauit ſeculũ, ¶& mẽſura mẽſurauit 37
tẽpora, & numero numerauit tẽpora, & non cõmouit, nec
D excitauit vſquedũ impleatur pdicta mẽſura? ¶Et reſpõdi, 38
& dixi, O Dominator Dñe, ſed & nos oẽs pleni ſum⁹ im-
pietate. ¶Et ne forte ppter nos nõ impleãtur iuſtorũ areę, 39
ppter peccata inhabitãtiũ ſuper terrã. ¶Et reſpõdit ad me, 40
& dixit, Vade, & interroga pręgnãtẽ, ſi quãdo impleuerit
nouẽ menſes ſuos, adhuc poterit matrix eius retinere par-
tũ in ſemetipſa. ¶Et dixi, Nõ poteſt, Dñe. Et dixit ad me, 41
In inferno prõptuaria animarum matrici aſsimilata ſunt.
¶Quẽadmodũ enim illa feſtinat quę parit, effugere neceſ 42
ſitatẽ part⁹, ſic & hęc feſtinat reddere ea quę cõmẽdata ſũt.
¶Ab initio tibi demõſtrabitur de his quæ cõcupiſcis vide- 43
re. ¶Et reſpondi, & dixi, Si inueni gratiã ante oculos tuos, 44

*leſcunt, cognoſcere non potes, quomodo ergo poſsit vas tuum capere rationes altiſsimi, aut corrupto iam extrinſecus mundo intelligere patentem conſpectui meo corruptionẽ? Cui ego, Præſtiterat nobis non eſſe, quã in impietate viuere ſuperſtites, & affligi, nec quam obrem intelligere. Reſpondit ille mihi, ac dixit, Iter faciens perueni ad ſyluam campeſtrem, cuius arbores inibant conſilium & aiebant, Venite, profectæ inferamus bellum mari, vt cedat nobis, & alias nobis ſyluas conſtituamus. Similiter autem fluctus maris conſilium ceperunt, ac dixerunt, Adeſte, aſcendamus, & debellemus ſyluas campi, vt & ibi vaſtatam nobiſmetipſis aliam regionem occupemus. Porrò cecidit ad irritum conſilium ſyluæ. exortus eſt enim ignis, & cõſumpſit eam. Similiter & conſilium fluctuum maris. obſtitit enim arena, & inhibuit eos. Quòd ſi fores iudex horum, ſecundum vtrum iudicares, aut vtrum condemnares? Tum reſpondens ego, Vtique vanum, inquam, conſilium inierunt. Terra enim ſyluæ deputata eſt, & mari locus quo fluctus ſuos ſuſtineat. Reſpondens ille mihi, Bene, inquit, iudicaſti: ſed cur non ita iudicium facis de temetipſo? Quemadmodum enim terra ſyluæ aſsignata eſt, & mare fluctibus ſuis, ita qui terram habitant, quæ terrena ſunt intelligere tantum poſſunt: & cælites quæ ſuper altitudinem cælorum. Et reſpondi, ac dixi, Precor abs te domine mihi dari indicium intelligens. Non enim illa tua ſuperiora putaui ſciſcitanda, ſed ea quæ geruntur apud nos quotidie, quapropter Iſraelitæ expoſiti ſint ad opprobrium gentibus: cur dilectus tibi populus obiectus ſit impijs nationibus: cur lex maiorum noſtrorum adducta ſit in abolitionem, & præſcripti ritus interciderint, cur iactemur in orbe more locuſtarum in vita noſtra pauidi & meticuloſi: nec digni iudicemur qui cõſequamur miſericordiam. Sed quid faciet nomini ſuo, quo nos cenſemur? Hæc ego ſciſcitatus ſum. Reſpondens ille mihi, Quò plura ſcrutatus fueris, inquit, eo crebrior te capiet admiratio: quoniam feſtinatò properat effugere mundus, nec capere ſuſtinet quæ in futurum tempus promiſſa ſunt iuſtis: quoniam plenus eſt iniuſtitia mundus hic, & infirmitate. Cæterum vt exponam ea quæ ſciſcitaris, Seminatum quidem eſt malum, ſed nondum venit eius interitus. Niſi ergo euerſum fuerit quod ſeminatum eſt: & abolitus ſit locus vbi ſatum eſt malum, non ſuccedet quod bono conſitum eſt. Nam granum mali ſeminis iactum eſt in corde Adam ab initio, & quantum impietatis generauit vſque adhuc, & vſque dum acceſſerit meſsis, generabit? AEſtima autem apud te granum mali ſeminis, quàm multum impietatis fructum attulerit: cumque reſecandi culmi fuerint innumeri, quàm ſit ampla meſsis apparanda. Tum reſpondens ego dixi, Quomodo, aut quandonam hæc? Cur pauci ſunt, & infelices anni noſtri? Et reſpondit ille mihi, ac dixit, Ne contendas ſupra altiſsimum: nam fruſtra conaris ſuperare ipſum, quamuis ſit vehemens tua contentio. Nonne hæc eadem ſciſcitati ſunt animi iuſtorum in penetralibus ſuis, cum dicerent, Quouſq; tandẽ ſpe tali ducor, aut quando obueniet nobis fructus metendæ mercedis noſtræ? Et reſpondit ad ea Ieremiel archangelus his verbis, Cũ completus fuerit numerus ſeminum in vobis. Quoniam ſtatera ponderatum eſt æuum, menſura temporum inita eſt, numero determinata ſunt ſecula, nec commouebuntur, aut percellentur vſq; dum impleatur ſupradicta menſura. Et reſpõdẽs ego, O Dominator, inquã, Dñe, atqui nos omnes pleni ſumus impietate, vt forte propter nos non impleatur meſsis iuſtorũ, propter peccata terram habitantiũ. Rurſum reſpondit ille mihi, ac dixit, Vade & interroga prægnantem, an impletis nouẽ menſibus ſuis, adhuc poſsit matrix eius retinere partum in ſemetipſa. Et ego, Non poteſt, inquam, Domine. At ille, Apud inferos, inquit, animarum promptuaria ſunt matrici ſimilia. Quẽadmodum enim feſtinat parturiens pariendi neceſsitatẽ euadere, ſic & illa properant reddere quæ ſibi commendata ſunt. Ab initio tibi demonſtrabuntur quæ cupis cognoſcere. Cui reſpondi & dixi, Si hac apud te gratia valeo,*

*& ſi fieri poteſt, aut ego ſum idoneus, indica mihi, vtrum plus quàm præterierit futuri maneat, aut plura præterierint quàm ſint futura. Quid præterierit, ſcio: quid autem futurũ ſit, ignoro. Tum ille, Conſiſte, inquit, ad dexteram, & 1 ſimulachrum interpres tibi commonſtrabo. Cumque conſtitiſſem, ſpectaui: & ecce fornax ardens tranſijt coram me: porro autem cum eſſet præterlapſa flamma, ſpectabam, & ecce fumus ſuperabat. Poſtea præterijt coram me nubes imbre grauida, quæ demiſit pluuiam impetu multam: cum autem procella pluuiæ tranſijſſet ſubſecutæ ſunt eam guttæ. Tum ille, Ratiocinare tecum, inquit: ſicut effuſior eſt pluuia quàm guttæ, & ignis quàm fumus, ita exuperare præterlapſam portionem. Superabant autẽ guttæ & fumus, cum rogaui ac dixi, Cenſen me vitam vſque ad illa tempora producturum, aut quid futurum eſt illis temporibus? Reſpondens ille mihi, dixit, 2 Præſagitiones eorum de quibus me interrogas ex parte poſſum tibi dicere: de vita vero tua non ſum miſſus vt dicam tibi, nec habeo cognitum.*

45 & ſi poſsibile eſt, & ſi idoneus ſum, ¶ demonſtra mihi, ſi
pluſquã præteritum ſit habet venire, aut plura pertranſie-
46 runt ſupra quàm futurũ eſt. ¶ Quid pertranſiuit, ſcio: quid
47 autẽ futurũ ſit, ignoro. ¶ Et dixit ad me, Sta ſuper dexterã
partem, & demonſtrabo tibi interpretationem ſimilitudi-
48 nis. ¶ Et ſteti, & vidi: & ecce fornax ardens tranſijt coram
me. & factum eſt, cum tranſiret flamma, vidi: & ecce ſu-
49 perauit fumus. ¶ Poſt hęc tranſijt corã me nubes plena aquę,
& immiſit pluuiã impetu multam. & cum tranſiſſet impe-
50 tus pluuiæ, ſuperauerũt in ea guttæ. ¶ Et dixit ad me, Co-
gita tibi: ſicut creſcit pluuia amplius quàm guttæ, & ignis
quàm fumus, ſic ſuperabundauit quæ tranſiuit menſura.
51 Superauerunt autem guttæ, & fumus: ¶ & oraui, & dixi,
Putas viuo vſq; in diebus illis? vel quid erit in diebus illis?
52 ¶ Reſpondit ad me, & dixit, De ſignis, de quibus me in-
terrogas, ex parte poſſum tibi dicere: de vita autem tua
non ſum miſſus dicere tibi: ſed neſcio.

## SCHOLIA IN CAP. IIII.

1 vel, interpretationem typicam, ideſt, typicam interrogatæ rei declarationem.
2 מופתים indicia, vaticinia ſeu prædictiones.

## CAP. V.

*DE præſagitionibus autẽ: ecce tempora venient, quibus qui terrã incolunt 1 magnis copijs circumuenientur, & occultabitur via veritatis, orbis laborabit ſterilitate fidei, & multiplicabitur iniuſtitia ſupra quã nunc vides, aut olim audiuiſti: eritque cum impoſito veſtigio quam nunc vides regnum obtinere regionem videre liceat deſertã. Quod ſi tibi viuere dederit altiſsimus, videbis vt poſt tertiam tubam lumen recipiat ſubito ſol noctu, & luna ter interdiu. Sanguis ſtillabit de ligno, & lapis mittet vocem ſuam, populique commouebuntur. Regnabit quem non ſperant incolæ terræ, volucres loca commutabunt. Mare Sodomiticum piſces eijciet, & ſonitum edet noctu multis incognitum: ſonitum autem eius omnes audient. Dehiſcent multa loca, & ignis frequenter emicabit. Feræ locum mutabunt, & mulieres menſtruales monſtra parient. In dulcibus aquis inuenientur ſalſæ, & omnes amici inter ſe pugnabunt. Tunc abſcondet ſe ſenſus, & intellectus recedet in penetrale ſuum: quæretur à multis, nec inuenietur: & multiplicabitur iniuſtitia & incontinentia ſuper terram. Interrogabit regio proximam ſibi, & dicet, Num per te tranſijt iuſtifica iuſtitia? Illa verò negabit. Et accidet illo tempore vt ſperent homines, nec impetrent: laborent, nec inſtituta ipſorum ſuccedant. Has eloqui tibi prædictiones permiſſum eſt mihi. quòd ſi oraueris denuo & plorauerìs vt modò, ſeptemq; dies ieiunio tranſegeris, rurſum his audies maiora. Tum experrectus ſum, & corpus meum valde inhorruit, labeſcebatque animus meus, ac deficiebat: ſuſtentabat autem me cum acceßiſſet angelus qui mecum loquebatur: is confirmauit me, & erexit in pedes. Porrò nocte inſecuta venit ad me Salathiel dux populi, & interrogauit me, Vbi fuiſti? aut cur es vultu triſti? An neſcis commiſſos eſſe tibi in regione peregrinitatis ſuæ Iſraelitas? Exurge ergo, & ſume cibum, nec derelinquas nos vt paſtor gregem ſuum 2 inter manus luporum truculentorum. Cui ego, Recede à me, nec acceſſeris ad me cominus. Hoc vbi dictum audiuit, receſsit à me: ego vero dies ſeptem tranſegi ieiunio lamentans & plorans, ſicut mihi mandarat Vriel angelus. Accidit autem vt exactis ſeptem diebus, perquàm moleſtæ denuo eſſent animo meo cogitationes. Tum deintegro inceſsit mentem meam cupido ratiocinandi: iterumque cœpi verba facere coram altiſsimo, & dicere, Dominator Domine, ex omni ſylua terræ, & omnibus eius arboribus vnam tibi vineam elegiſti: ex omni terra orbis optaſti tibi foueam vnam: & ex omnibus floribus eius, vnum tibi lilium deſumpſiſti: ex omni profundo maris repleſti tibi riuum vnum.*

## CAP. V.

1 DE ſignis autem: ecce dies venient, in quibus ap-
prehendẽtur qui inhabitãt terram in cenſu mul-
to: & abſcõdetur veritatis via: & ſterilis erit à fi-
2 de regio: ¶ & multiplicabitur iniuſtitia ſuper hãc qua ipſe Mat. 24. a.
3 tu vides, & ſuper qua audiſti olim: ¶ & erit impoſito veſti
gio quã nunc vides regnare regionẽ, & videbũt ea deſer-
4 ta. ¶ Si autẽ tibi dederit altiſsimus viuere, videbis poſt ter-
5 tiã tubã, ¶ & relucеſcet ſubito ſol noctu, & luna ter in die:
& de ligno ſanguis ſtillabit, & lapis dabit vocem ſuã, & po
6 puli comouebuntur: ¶ & regnabit, quẽ nõ ſperat qui inha-
7 bitãt ſuper terrã, & volatilia comigrationẽ faciẽt: ¶ & ma-
re Sodomiticũ piſces reijciet, & dabit vocẽ noctu, quã nõ
8 nouerãt multi. omnes autem audiẽt vocẽ eius. ¶ & chaos
fiet per loca multa, & ignis frequenter remittetur: & beſtię
agreſtes trãſmigrabunt, & mulieres menſtruatæ parient
9 monſtra: ¶ & in dulcibus aquis ſalſæ inuenietur, & amici
omnes ſemetipſos expugnabũt: & abſcõdetur tũc ſenſus,
10 & intellectus ſeparabitur in promptuariũ ſuũ: ¶ & quæ-
retur à multis, & nõ inuenietur: & multiplicabitur iniuſti-
11 tia, & incõtinentia ſuper terrã. ¶ Et interrogabit regio pro-
ximã ſuã, & dicet, Nunquid per te pertrãſijt iuſtitia iuſtum
12 faciẽs? Et hoc negabit. ¶ Et erit in illo tẽpore, & ſperabũt
homines, & non impetrabũt: laborabũt, & nõ dirigẽtur vię
13 corũ. ¶ Hæc ſigna dicere tibi permiſſum eſt mihi. & ſi ora-
ueris iterum & plorаueris, ſicut & nunc, & ieiunaueris ſe-
14 ptem diebus, audies iterato horum maiora. ¶ Et euigila-
ui, & corpus meum horruit valde: & anima mea labora- B
15 uit, vt deficeret: ¶ & tenuit me qui venit angelus, qui lo-
quebatur in me, & confortauit me, & ſtatuit me ſuper pe-
16 des. ¶ Et factũ eſt in nocte ſecũda, & venit ad me Sala-
thiel dux populi, & dixit mihi, Vbi eras? & quare vult⁹ tu⁹
17 triſtis? ¶ An neſcis, quoniã tibi creditus eſt Iſrael in regio-
18 ne trãſmigrationis eorũ? ¶ Exurge ergo & guſta panem, &
nõ derelinquas nos, ſicut paſtor gregem ſuũ in manib⁹ lu-
19 porũ malignorũ. ¶ Et dixi ei, Vade à me, & non appropies
20 ad me. Et audiuit, vt dixi: & receſsit à me. ¶ & ego ieiu-
naui dieb⁹ ſeptẽ vlulãs & plorãs, ſicut mihi mãdauit Vriel
21 angelus. ¶ Et factum eſt poſt dies ſeptem, & iterum cogi-
22 tationes cordis mei moleſtæ erant mihi valde: ¶ & reſum-
pſit anima mea ſpiritum intellectus, & iterum cœpi loqui
23 coram altiſsimo ſermones, ¶ & dixi, Dominator Domine,
ex omni ſylua terræ, & omnibus arboribus eius, elegiſti
24 vineam vnicam: ¶ & ex omni terra orbis, elegiſti tibi fo-
ueam vnam: & ex omnibus floribus orbis, elegiſti tibi liliũ
25 vnũ: ¶ & ex omnibus abyſsis maris, repleſti tibi riuũ vnũ:
& ex



& ex omnibus ædificatis ciuitatibus, ſanctificaſti tibimet-
ipſi Siõ: ¶ & ex omnibus creatis volatilibus, nominaſti ti- 26
bi colũbã vnã: & ex omnib⁹ plaſmatis pecorib⁹, prouidiſti
tibi ouẽ vnã: ¶ & ex omnibus multiplicatis populis, acqui 27
ſiuiſti tibi populũ vnũ, & ab omnibus probatã legẽ dona-
ſti huic, quẽ deſideraſti populo. ¶ Et nũc Domine, vt quid 28
C tradidiſti vnũ pluribus? Et præparaſti ſuper vnã radicem
alias, & diſperdidiſti vnicũ tuũ in multis: ¶ & cõculcaue- 29
runt eũ, qui contradicebant ſponſionibus tuis, quiq; tuis te-
ſtamentis nõ credebãt. ¶ Et ſi odiẽs odiſti populum tuum, 30
tuis manibus debet caſtigari. ¶ Et factũ eſt, cũ locutus eſ- 31
ſem ſermones, & miſſus eſt angelus ad me, qui antè vene-
rat ad me præterita nocte, ¶ & dixit mihi, Audi me, & in- 32
ſtruã te: & intende mihi, & adijciam coram te. ¶ Et dixi, 33
Loquere Domine mi. Et dixit ad me, Valde tu in exceſ
ſu mentis factus es pro Iſrael: an plus dilexiſti eũ, quã qui
eum fecit? ¶ Et dixi ad eum, Non Domine, ſed dolens lo- 34
cutus ſum. Torquent enim me renes mei per omnẽ horã,
quærentem apprehendere ſemitã altiſsimi, & inueſtigare
partem iudicij eius. ¶ Et dixit ad me, Non potes. Et dixi, 35
Quare Domine? Ad quid naſcebar, aut quare non fiebat
matrix matris meæ mihi ſepulchrũ, vt non viderem labo-
rẽ Iacob, & defatigationẽ generis Iſrael? ¶ Et dixit ad me, 36
Numera mihi quæ necdũ venerãt, & collige mihi diſper-
ſas guttas, & reuirida mihi aridos flores, ¶ & aperi mihi 37
clauſa promptuaria, & produc mihi incluſos in eis flatus:
demonſtra mihi vocis imaginem, & tunc oſtendam tibi
laborem, quẽ rogas videre. ¶ Et dixi, Dominator Domine, 38
quis enim eſt qui poteſt hęc ſcire, niſi qui cum hominibus
habitationem non habet? ¶ Ego autem inſipiens: & quo- 39
modo potero dicere de his, quibus me interrogaſti? ¶ Et 40
dixit ad me, Quo modo non potes facere vnũ de his quæ
dicta ſunt, ſic non poteris inuenire iudicium meum, aut in
D fine charitatem, quam populo promiſi. ¶ Et dixi, Sed ecce 41
Domine, tu prope es his qui in finẽ ſunt: & quid facient,
qui ante me fuerũt, aut nos, aut hi qui poſt nos? ¶ Et dixit 42
ad me, Coronę aſsimilabo iudicium meũ. Sicut nõ nouiſsi
morum tarditas, ſic nec priorum velocitas. ¶ Et reſpondi, 43
& dixi, Nec poteras facere eos qui facti ſunt, & qui ſunt &
qui futuri ſunt, in vnũ, vt celeri⁹ iudiciũ tuũ oſtẽdas? ¶ Et re 44
ſpõdit ad me, & dixit, Nõ poteſt feſtinare creatura ſuper
creatorẽ, nec ſuſtinere ſeculũ eos qui in eo creãdi ſunt, in
vnũ. ¶ Et dixi, Quomodo dixiſti ſeruo tuo, quoniã viuifi- 45
cãs viuificaſti à te creatã creatura in vnum, & ſuſtinebat
creatura, poterit & nunc portare præſentes in vnũ. ¶ Et 46
dixit ad me, Interroga matricem mulieris, & dices ad eã,
Et ſi paris, quare per tẽpus? Roga ergo eã, vt det decẽ in
vnũ. ¶ Et dixi, Nõ vtiq; poterit, ſed ſecũdum tempus. ¶ Et 47
dixit ad me, Et ego dedi matricem terræ his qui ſeminati 48
ſunt ſuper eam per tempus. ¶ Quemadmodum enim in- 49
fans non parit ea, quę ſenum ſunt, ſic ego diſpoſui à me
creatũ ſeculum. ¶ Et interrogaui, & dixi, Cum iam de- 50
deris mihi viam, loquar coram te: nam mater noſtra, de
qua dixiſti mihi, adhuc iuuenis eſt, iam ſenectuti appro-
pinquat. ¶ Et reſpondit ad me, & dixit, Interroga eam 51
quæ parit, & dicet tibi. ¶ Dices enim ei, Quare quos pe- 52
periſti, nũc nõ ſunt ſimiles his qui ante te, ſed minores ſta-
tura? ¶ Et dicet tibi & ipſa, Alij ſunt qui in iuuentute 53
virtutis nati ſunt: & alij qui ſub tempore ſenectutis defi-
ciente matrice ſunt nati. ¶ Conſidera ergo & tu, quoniã 54
minori ſtatura eſtis præ his qui ante vos: ¶ & qui poſt 55
vos, minori quàm vos, quaſi iam ſeneſcentes creaturæ, &
fortitudinem iuuentutis prætereuntes. Et dixi, Rogo Do-
mine, ſi inueni gratiam ante oculos tuos, demonſtra ſeruo
tuo per quem viſites creaturam tuam.

*& ex omnibus ædificatis vrbibus Sion tibimetipſi conſecraſti: vnam tibi nominaſti columbam ex omnibus creatis volucribus: & ex omnibus formatis pecoribus ouem vnam tibi deſignaſti: vnum tibi populum comparaſti ex omni populorum multitudine, & probatam omnibus legem huic præoptatæ genti dediſti. At nunc Domine cur vnum pluribus tradidiſti? conſtituiſti ſuper vnam radicem alias, & diſperdidiſti vnicum tuum in multos. Conculcauerunt eum qui contradicunt pollicitationibus tuis, & qui teſtificationibus tuis non credunt. Quòd ſi adeò proſequebaris odio populum tuum, tuis debebat manibus caſtigari. Hæc cum ſermonibus agitauiſſem, miſſus ad me angelus, qui ante mihi præſto fuerat nocte præterita, Audi me, inquit, vt inſtruam te: & attende vt te doceam pluribus. Tum ego, Loquere, inquam, mi domine. Et ille, Supra modum animo commouêris, inquit, propter Iſraelem. num charior eſt tibi quam creatori ſuo? Cui reſpondi, Non Domine: ſed præ dolore locutus ſum. Diſcruciantur enim viſcera mea continuò, dum contendo comprehendere conſilium altiſsimi, & partem iudicij eius inueſtigare. Tum ille, Non poteris, inquit. Cui ego, Cur inquam, Domine? Quorſum natus ſum? aut cur non fuit mihi vterus matris meæ ſepulchrum, ne viderem laborem Iacob, aut langorem generis Iſraelitici? Rurſum ille, Numera, inquit, mihi quæ nondum euenerunt, aut diſperſas guttas mihi collige, aut fac aridi flores mihi reuireſcant: aperi mihi clauſa penetralia, & produc incluſos in eis ventos: cõmonſtra mihi vocis imaginem, & ediſſeram tibi quod rogas, & laboras cognoſcere. Cui ego, Quis enim poteſt hæc ſcire dominator, ô Domine, niſi qui cum hominibus non habitet? Ego verò cum ſim inſipiens, quomodonam potero dicere de his, quæ à me petiuiſti? Reſpondit ille mihi, Sicut non potes præſtare vnum eorum quæ dicta ſunt, ita non poteris iudicium meum, aut vltimam quam populo promiſi benignitatem inueſtigare. Rurſum ego, Tibi verò ecce Domine, inquam præſto ſunt vltima: quid tandem fiet ijs qui anteceſſerunt me, aut nobis, aut poſteris noſtris? Et dixit ille mihi, Circulo iudicium meum libet aſsimilare. vt nulla eſt 3 poſteriorum tarditas, ita nulla priorum velocitas. Tum reſpondi ego, ac dixi, Annon poteras eos qui fuerunt, qui ſunt, & qui futuri ſunt vnà producere, vt celerius iudicium tuum oſtenderes? Et reſpondens mihi, Non poteſt, inquit, quod creatur præcurrere creatori, nec mũdus vniuerſos in eo creandos capere. Et dixi, Quo modo docuiſti ſeruum tuũ te vegetatorem in vitam produxiſſe ſimul creatum abs te opificiũ, ipſumq; ſuſtinuiſſe, ita poſſet & nunc præſentes vniuerſos capere. Et ille, Interroga, inquit, vterum mulieris his verbis, Cur vteris tractu tẽporis ad pariendum? aut roga eundem, vt edat denos vno partu. Reſpondi, Non vtique poterit, ſed temporis interuallis. Tum dixit mihi, Ego quoque diuiſi temporibus vterum terræ ſeminibus ſuperiniectis. Vt enim infans non parit ea quæ ſenum ſunt, ita ego creatum à me tempus diſpoſui. Rurſum interrogaui, & dixi, Cum iam indicaris mihi viam, pergam loqui coram te, Num mater noſtra quam dixiſti mihi adhuc eſſe iuuenem, propinquat ſenectuti? Reſpõdens ille mihi, Interroga, inquit, parientem, vt dicat tibi. Rogabis autem eam, Quare quos peperiſti nuper, non ſunt natis ante te ſimiles, ſed ſtatura humiliores? & dicet illa tibi, Alij in vigente iuuentute nati ſunt: alij ſub tempus ſenectutis vtero deficiente procreati. Ergo conſidera tu quoq; humiliori eſſe ſtatura vos ijs qui vos anteceſſerunt: & rurſum poſteros veſtros quam vos breuiori, vtpote ſeneſcentibus rebus creatis, vigoremque iuuentutis prætereuntibus. Et dixi, Rogo domine, ſi hanc in conſpectu tuo nanciſcor gratiam, declara ſeruo tuo, per quem opificium tuum 4 viſites.*

## SCHOLIA IN CAP. V.

1 ideſt, magno numero, vel magnis diuitijs.
2 ideſt, inter manus eorum qui truculentia lupi ſunt.
3 אחרונים 4 vel, adminiſtres: vel, cui opificij tui committas inſpectionem.

# N.

## CAP. VI.

ET dixit ille mihi, Ab origine orbis terrarum, & antequam termini mundi conſtituerentur, antequam flarent concurſus ventorum, antequam reboarent ſonitus tonitruum, antequam coruſca micarent fulgura, antequam fundamenta paradiſi confirmarentur, antequam decori flores apparerent, antequam mobiles virtutes ſtabilirentur, antequam innumerabilia colligerentur agmina angelorum, antequam extolleretur ſublimitas aeris, antequam menſuræ cælorum nominarentur, antequam æſtuarent camini in Sion, antequam præſentes anni inueſtigarentur, antequam eorum qui nunc peccant abalienarentur ſtudia, conſignarenturque qui theſaurum fidei comparauerunt, tum hæc cogitaui, & facta ſunt per me ſolum, nec per alium: eadem per me, nec per alium abſoluenda. Cui reſpondens ego, Quæ, inquam, erit ſeparatio temporum? aut quando prioris finis, aut conſequentis initium? Et ille, Ab Abraham, inquit, vſque ad Iſaac: cum ex eo nati eſſent Iacob & Eſau, manus Iacob tenebat ab initio calcaneum Eſau. Finis enim huius æui Eſau, & initium ſequentis Iacob. Hominis manus inter calcaneum & manum. Aliud ne ſciſciteris Edra. Rurſum ego, O Dominator, inquam, Domine, ſi qua ſum tecum in gratia, abſoluas obſecro ſeruo tuo declarare prædictiones tuas, quarum partem mihi ſignificaſti nocte ſuperiori. Tum reſpondens ille mihi, Surge, inquit, in pedes tuos, & audi vocem ſonitus pleniſſimam. Præbebitur autem ſpecies terræmotus, nec tamen cõmouebitur locus in quo conſtiteris. Ideo dum loquitur, ne expaueas: quoniam de fine ſermo, & de fundamento terræ intelligitur, ideoque inter ſermonem de ipſis contremiſcit & commouetur: ſcit enim ſe tandem eſſe commutandum. His auditis cum exurrexiſſem in pedes meos, auſcultaui, & ecce vox loquebatur cuius ſonus erat ſimilis ſonitui aquarum multarum, & dicebat, Ecce tempora veniunt, & erit cum aduentabo ad inquirendum inhabitatores terræ. Cum autẽ incipiam in eos, qui iniuſti ſua iniuſtitia pernicioſi fuerunt, quærere, & cum afflictio Sion fuerit impleta: ſeculumque deſignabitur quod vergat ad interitum, hæc ſigna edam. Libri aperientur in conſpectu cæli vniuerſis inſpectantibus: infantes anniculi ſuis loquentur vocibus: prægnantes abortiuos parient fœtus trimeſtres aut quadrimeſtres, & viuent ſuſcitati. Tum loca ſeminibus conſita ſubito apparebunt deſtituta, plenaque promptuaria repente vacua deprehendentur, & tuba clangore canet: qua audita, mox omnes expaueſcant. Accidet autem illo tempore, vt belligerent amici cum amicis vt inimicis, & expaueſcat terra cum ipſis: ſcaturigines fontium ſubſiſtent, & tribus horis nõ manabunt. Porrò quicquid ſuperfuerit ex omnibus iſtis quæ prædixi tibi, is ſeruabitur, & videbit [1] ſalutẽ meã, & finẽ ſeculi veſtri. Videbũt, inquã, qui recepti ſunt homines, qui ex quo nati ſunt, mortem non guſtauerũt. Tũ mutabitur animus inhabitantium, & ad aliã ſententiam cõuertetur. Delebitur enim malũ, & dolus extinguetur: florebit autẽ fides, corruptela ſuccumbet, & emerget veritas quæ tanto tempore fructu caruit. Cum autem hæc mihi dicerentur, ecce paulatim reſpectabã ad ipſum corã quo conſtiterã, qui dixit mihi, Veni vt tibi tẽpus futuræ noctis ſignificarẽ. Si ergo precatus denuo fueris, & iterũ ieiunio trãſegeris ſeptẽ dies, alia tibi renũtiabo his maiora [2] per diem quã audiui. Exaudita eſt enim vox tua ab altiſſimo. nã vidit ille potens recta facta tua, & pudicitiã quã à iuuentute conſeruaſti, perſpexit: propterea miſit me vt hæc omnia tibi declararẽ & eloquerer. Fac præſenti ſis animo, necquicquã timeas, neq; te præcipites in vanã priorũ ſeculorũ reputationẽ, vt ne magis quã [3] poſteriora tempora feſtines. Poſt hæc fleui denuo, & ieiunio ſimiliter ſeptẽ dies peregi, vt tres hebdomadas mihi præſcriptas complerem. Accidit autẽ octaua nocte, vt animus meus rurſum perturbaretur, & ſermonẽ inſtituerẽ coram altiſſimo. Inflammabar enim ſtudio magno, & anxius eram animo: itaque dixi, In prima creatione diſertis verbis locutus es, ô Domine, primo die, cum præciperes,

# V.

## CAP. VI.

1 ET dixit ad me, Initio terreni orbis, & antequã ſtarẽt
exitus ſeculi, & antequã ſpirarẽt cõuentiones vẽto
2 rũ, ¶ & antequã ſonarẽt voces tonitruũ, & antequã
ſplenderẽt nitores coruſcationũ, & antequã cõfirmarẽtur
3 fundamẽta paradiſi, ¶ & antequã viderẽtur decori flores,
& antequã cõfirmarentur motæ virtutes, & antequã col-
4 ligerentur innumerabiles militiæ angelorũ, ¶ & antequã
extollerẽtur altitudines aeris, & antequam nominarentur
menſuræ firmamentorũ, & antequã æſtuarent camini in
5 Sion, ¶ & antequã inueſtigarẽtur præſentes anni, & ante-
quã abalienarẽtur eorũ qui nunc peccant adinuentiones,
6 & conſignati eſſent qui fidẽ theſaurizauerunt, ¶ tunc co-
gitaui, & facta ſunt per me ſolum, & non per aliũ: & finis
7 per me, & nõ per aliũ. ¶ Et reſpõdi, & dixi, Quæ erit ſepa
ratio tẽporũ? aut quando prioris finis, & ſequẽtis initium?
8 ¶ Et dixit ad me, Ab Abraham vſq; ad Iſaac: quãdo nati
ſunt ab eo Iacob & Eſau, manus Iacob tenebat ab initio Geno.25.c.
9 calcaneum Eſau: ¶ finis enim huius ſeculi Eſau, & princi-
10 piũ ſequẽtis Iacob. ¶ Hominis manus inter calcaneum &
11 manum. Aliud noli quærere Eſdra. ¶ Et reſpõdi, & dixi, O
Dominator Domine, ſi inueni gratiam ante oculos tuos,
12 ¶ oro vt demõſtres ſeruo tuo finẽ ſignorũ tuorũ, quorum
13 partẽ mihi demõſtraſti nocte præcedẽti. ¶ Et reſpondit, &
dixit ad me, Surge ſuper pedes tuos, & audi vocẽ pleniſſi-
14 mã ſonitus. ¶ Et erit ſicut cõmotio, nec cõmouebitur locꝰ,
15 in quo ſtes ſup eũ. ¶ Ideo cũ loqtur, tu nõ expaueas: quo
16 niã de fine verbũ & fundamentũ terræ intelligitur: ¶ quo- B
niã de ipſis ſermo tremiſcit & cõmouetur. ſcit enim quo-
17 niã finẽ eorũ oportet cõmutari. ¶ Et factũ eſt, cum audiſ-
ſem, ſurrexi ſuper pedes meos: & audiui, & ecce vox lo-
18 quẽs, & ſonus eius ſicut ſonus aquarũ multarũ, ¶ & dixit,
Ecce dies veniũt, & erit quãdo appropinquare incipiã, vt
19 viſitẽ habitãtes in terra: ¶ & quãdo inquirere incipiam ab
eis qui iniuſtè nocuerunt iniuſtitia ſua, & quãdo ſuppleta
20 fuerit humilitas Siõ. ¶ & cũ ſuperſignabitur ſeculũ quod
incipiet pertrãſire, hæc ſigna faciã, Libri aperiẽtur ante fa
21 ciẽ firmamẽti, & omnes videbũt ſimul: ¶ & anniculi infan
tes loquẽtur vocibus ſuis: & prægnãtes immaturos pariẽt
infantes triũ & quatuor menſiũ, & viuẽt, & ſuſcitabũtur.
22 ¶ Et ſubito apparebunt ſeminata loca nõ ſeminata, & ple
23 na prõptuaria ſubito inueniẽtur vacua: ¶ & tuba canet cũ
24 ſono, quã cũ omnes audierint, ſubito expaueſcẽt. ¶ Et erit
in illo tẽpore, debellabũt amici amicos vt inimici, & expa
ueſcet terra cũ his: & venæ fontiũ ſtabũt, & nõ decurrent
25 in horis tribus. ¶ & erit, omnis qui derelictꝰ fuerit ex om-
nibus iſtis quibus prędixi tibi, ipſe ſaluabitur, & videbit ſa
26 lutare meũ, & finem ſeculi veſtri. ¶ Et videbũt qui recepti
ſunt homines, qui mortẽ nõ guſtauerunt à natiuitate ſua,
& mutabitur cor inhabitantiũ, & cõuertetur in ſenſũ aliũ.
27 ¶ Delebitur enim malũ, & extinguetur dolus. ¶ Florebit
28 autẽ fides, & vincetur corruptela, & oſtẽdetur veritas quę
29 ſine fructu fuit diebus tãtis. ¶ Et factũ eſt cum loqueretur
mihi, & ecce paulatim intuebar ſuper eũ ante quẽ ſtabam,
30 ¶ & dixit ad me hæc, Veni tibi oſtẽdere tẽpus vẽturę no-
31 ctis. ¶ Si ergo iterũ rogaueris, & iterũ ieiunaueris ſeptem
diebus, iterũ tibi renũtiabo horũ maiora per diẽ quã au- C
32 diui. ¶ Audita eſt enim vox tua apud Altiſſimum. Vidit
enim fortis directionẽ tuã, & prouidit pudicitiã, quã à iu-
33 uẽtute tua habuiſti: ¶ & propter hoc miſit me demõſtrare
34 tibi hęc omnia, & dicere tibi, Confide, & noli timere, ¶ &
noli feſtinare cũ prioribus tẽporibus cogitare vana, vt nõ
35 properes à nouiſſimis tẽporibus. ¶ Et factũ eſt poſt hęc, &
fleui iterũ: & ſimiliter ieiunaui ſeptẽ diebꝰ, vt ſuppleã tres
36 hebdomadas, quę dictę ſũt mihi. ¶ Et factũ eſt in octaua
nocte, & cor meũ turbabatur iterato in me, & cœpi loqui
37 coram Altiſſimo. ¶ Inflammabatur enim ſpiritus meus
38 valde, & anima mea anxiabatur, ¶ & dixi, O Domine, lo-
quens loquutus es ab initio creaturæ in primo die, dicens,
Fiat



Gene.1.a. Fiat cælum & terra: & tuum verbum opus perfectũ. ¶ Et 39
erat tunc ſpiritus, & tenebræ circunferebãtur, & ſilentiũ,
ſonus vocis hominis nondum erat abs te. ¶ Tunc dixiſti 40
de theſauris tuis proferri lumẽ luminoſum, quo appareret
opus tuũ. ¶ Et die ſecundo creaſti ſpiritũ firmamẽti, & im- 41
peraſti ei vt diuideret & diuiſionem faceret inter aquas, vt
pars quędã ſurſum recederet, pars verò deorſum maneret.
¶ Et tertia die imperaſti aquis congregari in ſeptima par- 42
te terræ: ſex verò partes ſiccaſti & conſeruaſti, vt ex his
ſint coram te miniſtrantia ſeminata à Deo, & culta. ¶ Ver 43
bum enim tuũ proceſſit, & opus ſtatim fiebat. ¶ Proceſſit 44
enim ſubito fructus multitudinis immenſus, & concupiſ-
centiæ guſtus multiformes, & flores colore immutabili, &
odores odoramenti inueſtigabilis. & die tertia hæc facta
D ſunt. ¶ Quarta autẽ die imperaſti fieri ſolis ſplẽdorẽ, lunæ 45
Deut.4.c. lumẽ, ſtellarũ diſpoſitionẽ: ¶ & imperaſti eis, vt deſeruirẽt 46
Gene.1.c. futuro plaſmato homini. ¶ Quinto autem die dixiſti ſep- 47
timę parti, vbi erat aqua congregata, vt procrearet anima
lia, & volatilia, & piſces: & ita fiebat. ¶ aqua muta, & ſine 48
anima quę Dei nutu iubebantur, animalia faciebat, vt ex
hoc mirabilia tua nationes enarrent. ¶ Et tunc conſeruaſti 49
duas animas: nomen vni vocaſti Henoch, & nomen ſecũ-
dæ vocaſti Leuiathan, ¶ & ſeparaſti ea ab alterutro. Non 50
enim poterat ſeptima pars, vbi erat aqua congregata, ca-
pere ea. ¶ Et dediſti Henoch vnam partẽ quæ ſiccata eſt 51
tertio die, vt habitet in ea: vbi ſunt montes mille. ¶ Leuia- 52
than autem dediſti ſeptimã partẽ humidã, & ſeruaſti eã,
vt fiat in deuorationẽ quibꝰ vis, & quãdo vis. ¶ Sexto au- 53
tem die imperaſti terræ, vt crearet corã te iumenta, & be-
ſtias, & reptilia: ¶ & ſuper his Adam, quem cõſtituiſti du- 54
cem ſuper omnibus factis quæ feciſti, & ex eo educimur
nos omnes, quemq; elegiſti populũ. ¶ Hæc autem omnia 55
dixi coram te Domine, quia propter nos creaſti ſeculum:
¶ reſiduas autem gentes ab Adã natas dixiſti eas nil eſſe, 56
& quoniã ſaliuę aſſimilatę ſunt, & quaſi ſtillicidiũ de vaſe
ſimilaſti abundantiã eorum. ¶ Et nũc Domine, ecce, iſtę 57
gentes quæ in nihilum deputatæ ſunt, cœperunt domi-
nari noſtri, & deuorare: ¶ nos autem populꝰ tuus, quẽ vo- 58
caſti primogenitũ vnigenitũ æmulatorẽ tuũ, traditi ſumus
in manibus eorũ: ¶ & ſi propter nos creatũ eſt ſeculũ, qua 59
re non hæreditatẽ poſſidemus cũ ſeculo? Vſquequo hæc?

Fiat cælum & terra: & opus conſequutum eſt imperium tuum. Erat autem tunc ſpiritus circumfuſæque tenebræ, ac ſilentium, necdum vocis humanæ ſonus erat abs te creatus. Tunc iuſſiſti de cellis tuis prodire lumen prælucidum, quod opus tuum illuſtraret. Die ſecundo ſpiritum cæli creaſti, & imperaſti vt intercedens aquas intercluderet: vt parte ſurſum abeunte, pars infra ſubſideret. Tertia verò die aquas in ſeptimam terræ partem confluere iuſſiſti: ſex verò partes cum ſiccaſſes, reſeruaſti, vt ex eis eſſent quæ tibi miniſtrarent conſitæ diuinitus & cultæ. Nam ſimul ac verbum tuum prolatum fuerat, protinus opus ipſum agebatur. Siquidem exorta eſt ſubito copia immenſa fructuum, & oblectamenta palati multiformia, tum flores colore perenni, & odoramenta miris modis fragrantia. Et hæc quidem die tertia facta ſunt. Porrò die quarta illuſtre lumen ſolis & lunæ, ſtellarumque ſeriem imperio tuo creauiſti, ſimulac præcepiſti eis, vt opificio tuo futuro homini deſeruirent. Quinto deinde die iuſſiſti partem ſeptimam in quam aqua confluxerat, animalia volucres ſcilicet & piſces procreare: quod ita factum eſt. Siquidem aqua muta & inanima nutu diuino iuſſa gignebat animantia, vt populi inde miracula tua haberent prædicanda. Tum quoque animantia duo paraſti, quorum vni nomen impoſuiſti Enoch, alterum vocaſti Leuiathan, & alterum ab altero ſeparauiſti: non enim poterat pars ſeptima quo aqua ſe collegerat, ea capere. Vnam partem aſſignaſti Enoch, quæ tertio die ſiccata eſt vt habitet in ea: milleq; montes eam intercurrunt, Leuiathan autem tribuiſti ſeptimam partem humidam, quam belluam paraſti, vt eſſet quæ deuoraret quos velles, & quando velles. Sexto demum die imperaſti terræ, vt iumenta coram te, beſtias & ſerpentes procrearet: atque inſuper Adam, quem conſtituiſti dominum omnibus operibus abs te creatis. Ab eo ducimus omnes originem, atque adeo populus quẽ elegiſti. Hæc omnia commemoraui corã te Domine, quia propter nos creauiſti mundũ: reliquas autẽ gẽtes prognatas ab Adã declarauiſti abs te nihili pẽdi, atq; adeo ſaliuæ cõparari. Quippe ſtillæ de vaſe fluxæ opes earũ putauiſti cõferẽdas. Nũc tamẽ, ecce domine, gẽtes iſtæ pro nihilo putatæ cœperunt dominio grauare nos & deuorare: nos autẽ populus tuus, quẽ primogenitũ & vnigenitũ tui ſtudioſum vocaſti, traditi ſumus in manus eorũ. Atqui ſi propter nos creatus eſt mundus, cur nõ habemus in eo poſſeſſionem, aut quandiu talia feremus?

## SCHOLIA IN CAP. VI.

1 vel, opus ſalutare. 2 vel, quæ per diem audiuero. 3 אחוריכם vel, vt ne feſtinando à poſterioribus temporibus recedas, id eſt, à conſideratione eorum: vel, feſtines, id eſt, anxius ſis.

## CAP. VII.

ET factũ eſt, cũ finiſſem loqui verba hæc, miſſus eſt 1
ad me angelus qui miſſus fuerat ad me primis no-
ctibus, ¶ & dixit ad me, Surge Eſdra, & audi ſermo- 2
nes quos veni loqui ad te. ¶ Et dixi, Loquere Deus meus. 3
Et dixit ad me, Mare poſitũ eſt in ſpatioſo loco, vt eſſet al
tũ & immẽſum: ¶ erit autẽ ei introitꝰ in anguſto loco poſi- 4
tus, vt eſſet ſimilis fluminibꝰ. ¶ Quis enim volẽs voluerit 5
ingredi mare, & videre eũ vel dominari eiꝰ: ſi nõ trãſierit
anguſtũ, in latitudinẽ quomodo venire poterit? ¶ Itẽ aliud, 6
Ciuitas eſt ędificata, & poſita in loco cãpeſtri: eſt autem
plena omniũ bonorũ: ¶ introitus eius anguſtus & in præ- 7
cipiti poſitus, vt eſſet à dextris quidẽ ignis, à ſiniſtris aqua
alta: ¶ ſemita autem eſt vna ſola inter eos poſita, hoc 8
eſt inter ignem & aquam, vt non capiat ſemita, niſi ſolum-
modo veſtigium hominis. ¶ Si autem dabitur ciuitas ho- 9
mini in hæreditatem, ſi nunquã ante poſitũ periculũ per-
tranſierit, quomodo accipiet hæreditatẽ ſuam? ¶ Et dixi, 10
Sic Dñe. Et dixit ad me, Sic eſt & Iſrael pars. ¶ Propter 11
eos enim feci ſeculũ, & quando tranſgreſſus eſt Adã con-
ſtitutiones meas, iudicatum eſt quod factum eſt. ¶ Et facti 12
ſunt introitus huius ſeculi anguſti, & dolẽtes, & laborioſi;

## CAP. VII.

HIs cũ ego dictis finẽ impoſuiſſem, euenit vt angelus, qui prioribus ad me noctibus demiſſus fuerat, ad me mitteretur, qui me ſic eſt allocutus: Surge Eſdra, & auſculta ſermones quos veni tibi relaturus. Tũ ego, Loquere, inquã, mi Deus. Et ille, Mare, inquit, poſitũ eſt in ſpatioſo loco, vt altũ eſſet & immenſum: conſtituatur autẽ eius in anguſto loco introitus, qui fluminibus ſit ſimilis. Quis quæſo in mare colluſtrandi illius, aut in poteſtatẽ ſuã redigendi cauſa, affectans iter, niſi tranſierit anguſtias, in apertum æquor inuehi poterit? Atq; iterũ, Vrbs eſt ædificata, & ſita in loco campeſtri, eadẽq; omni bonorũ copia inſtructa: introitus eius anguſtus, inq; præcipiti poſitus, arctante eũ igni à dextera, aquarũq; altitudine à ſiniſtra, & vnica inter ea ſemita intercedente: nẽpe inter ignem, & aquã, ſpatio tãtum veſtigij vnius hominis capace. Hæc vrbs ſi cui obtingat hæreditate, ſi ille nunquã obiectum penetrauerit periculũ, quomodo hæreditatẽ ſuã adipiſcetur? Tũ ego, Ita eſt, inquã, Domine. At ille mihi, Sic ſe habet, inquit, & ſors Iſraelitarum. Propter eos enim creaui mundum: cum autem Adam præſcripta mea tranſgreſſus eſt, tum accidit factum huiuſmodi, & adducti ſunt introitus huius mundi in anguſtum, vt eſſent pleni doloris & laboris,

*paucique ac deterrimi, tum periculoſi, & vehementer ærumnoſi. Nam ſpatioſi & tuti erant æui ſuperioris introitus, fæcundique fructu immortalitatis. Niſi ergo qui viuunt per anguſta hæc & caduca contenderint ingredi, non poterunt adipiſci quæ ſunt recondita. Quæſo igitur quare teipſum crucias, cum ſis caducus: aut quid commoueris, cum ſis mortalis? Quare non pertractas animo tuo quæ futura ſunt, potius quam præſentia? Reſpondi, & dixi, Dominator Domine, cum lege tua conſtitueris vt iuſti poſſiderent hæc, impij verò perirent: iuſtine anguſta perferent ampla ſperantes? Etenim & qui ſe geſſerunt impie, anguſta perpeſſi ſunt, ampla tamen illa non videbunt. Et dixit mihi, Nullus eſt iudex Deo iuſtior, nec quiſquam ſapientior altiſsimo. Pereant enim in præſenti vita multi, propter neglectum præſcriptæ legis diuinæ. Nam etiam atque etiam præmonuit Deus venientes, quoties venerunt, quibus factis vitam adipiſcerentur, & quid obſeruando ſupplicium euitarent. At illi non acquieuerunt, ſed contradixerunt ei, confinxerunt ſibi commenta vaniſsima, & inſtitutis flagitioſis ſeipſos circumuenerunt. Negarunt numen altiſsimi, nec vias eius animaduerterunt, ſpreuerunt legem eius, & recuſarunt teſtificationes, iura eius violarunt perfidè, nec opera eius executi ſunt. Quapropter Eſdra inania inanibus, & plena plenis. Ecce tempus veniet, & erit cum edentur ſigna quæ tibi prædixi: & apparebit ſpōſa, emergenſque exiſtet quæ nunc ſepulta latet ſub terra: & quiſquis è prædictis malis euaſerit, ipſe miracula mea videbit. Apparebit enim filius meus Ieſus cum comitibus ſuis, & gaudia celebrabunt qui reliqui fuerint, intra annos quadringētos. Porrò poſt annos hos morietur filius meus Chriſtus, & omnes ſpiritū trahentes homines: & mūdus conuertetur in antiquum ſilentium diebus ſeptem, ſicut & 1 iudicijs prioribus, donec nemo ſuperſit. Eueniet autem poſt dies ſeptem, vt excitetur adhuc ſopitum ſeculum, & corruptum intereat. Tū terra reddet quæ in ea dormiunt, & puluis quæ latent in eo ſilentia, & promptuaria depoſitas apud ſe animas reſtituent. Apparebit pro tribunali ſedens altiſsimus, miſeriæ præteribunt & 2 finis imponetur patientiæ: iuſtitia vero ſola remanebit, veritas ſtabit, fides confirmabitur, opus ſubſequetur, merces comparebit, rectè facta vigebunt, ſceleraque dominari deſinent. Tum dixi, Primus Abraham orauit pro Sodomitis, deinde Moyſes pro patribus qui peccauerunt in deſerto, & poſteri eius pro Iſraelitis, temporibus Achaz & Samuelis, Dauid pro clade, Salomon pro ijs qui venirent in ſacrum, Elias pro ijs qui pluuiam acceperunt, & pro mortuo vt reuiuiſceret, & Ezechias pro populo temporibus Sennacherib, atque adeò multi pro multis: quod ſi qui nunc poſtquam inualuerunt vitia, & iniuſtitia abundat, iuſti orauerint pro impijs, cur non idem effectus nunc quoque conſequatur? At ille mihi reſpondens, Præſens, inquit, vita non eſt extremum, honor in ea frequenter retinetur: propterea pro infirmis eſt precatio. 3 Sed dies iudicij finis erit huius æui, & initium futuræ immortalitatis, quo tempore iam ceſſarit omnis corruptela, intemperantia exoleuerit, diffidentia fuerit amputata, adoleuerit autem iuſtitia, & veritas exorta fuerit. Tunc enim nemo poterit ſeruare perditum, nec victorem opprimere. Reſpondi ac dixi, Hoc eſt ſermonis mei initium & finis, præſtare non datam eſſe terram Adamo, aut cum data eſſet, eum coercuiſſe, ne peccaret. Quorſum enim attinet homines præſentem vitam agere in triſtitia, & mortuos ſupplicium metuere? Ah tu quid egiſti Adam? Quod enim tu peccaſti, non in tuum vnius caſum redundauit, ſed in noſtrum quoque, qui ex te orti ſumus. Quid enim prodeſt nobis promiſſam eſſe vitam immortalem, ſi nos facinora mortifera patrauimus? Quid propoſitam nobis eſſe ſpem perennitatis, ſi nos pernicioſa vanitate ſumus obligati? Quid deſignatas eſſe nobis incolumes & tutas habitationes, ſi nos flagitioſe viximus? Quid repoſitam eſſe gloriam altiſsimi ad conſeruandum eos qui 4 cum patientia vitam egerunt, ſi nos peſsimis itineribus inceſsimus? Quid patefaciendum eſſe perennem*

pauci autē & mali, & periculorū pleni, & labore magno-
13 pere fulti. Nā maioris ſeculi introitus ſpatioſi & ſecuri, &
14 faciētes immortalitatis fructū. Si ergo ingrediētes non
fuerūt ingreſsi qui viuūt, anguſta & vana hæc, nō poterūt
15 recipere quę ſunt repoſita. Nūc ergo quare tu cōturbaris,
cū ſis corruptibilis? & quid moueris tu, cum ſis mortalis?
16 Et quare nō accepiſti in corde tuo quod eſt futurū, ſed
17 quod in pręſenti? Reſpōdi & dixi, Dominator Domine, Deut. 8.a.
ecce diſpoſuiſti lege tua, quoniā iuſti hæreditabunt hæc,
18 impij autē peribūt. Iuſti autē ferent anguſta, ſperantes B
ſpatioſa. qui enim impiè geſſerūt, & anguſta paſsi ſunt, &
19 ſpatioſa nō videbūt. Et dixit ad me, Nō eſt iudex ſuper
20 Deū, neq; intelligēs ſuper Altiſsimū. Pereūt enim multi
21 pręſētes, quia negligitur quę antepoſita eſt Dei lex. Mā
dās enim mādauit Deꝰ venientibus, quādo venerūt, quid ſa
22 ciētes viuerēt, & quid obſeruātes nō punirētur. Hi autē
nō ſunt perſuaſi, & cōtradixerūt ei, & cōſtituerūt ſibi co-
23 gitamen vanitatis, & propoſuerūt ſibi circunuentiones
delictorū, & ſuperdixerūt Altiſsimo nō eſſe, & vias eiꝰ nō
24 cognouerūt, & legē eius ſpreuerūt, & ſpōſiones eius ab-
negauerūt, & in legitimis eius fidē nō habuerūt, & opera
25 eius non perfecerunt. Propter hoc Eſdra vacua vacuis,
26 & plena plenis. Ecce tēpus veniet, & erit quando veniēt
ſigna quæ prædixi tibi, & apparebit ſpōſa, & apparēſcens
27 oſtēdetur quę nūc ſubducitur terra: & omnis qui libera-
28 tus eſt de prędictis malis, ipſe videbit mirabilia mea. Re-
uelabitur enim filius meus Ieſus cum his qui cū eo ſunt, &
29 iucundabūtur qui relicti ſunt in annis quadringentis. Et
erit poſt annos hos, & morietur filius meus Chriſtus, &
30 omnes qui ſpiramentum habent homines: & conuer-
tetur ſeculum in antiquum ſilentiū diebus ſeptē, ſicut in
31 prioribus iudicijs, ita vt nemo derelinquatur. Et erit poſt
dies ſeptē, & excitabitur quod nōdum vigilat ſeculum, &
32 morietur corruptū. & terra reddet quę in ea dormiunt, &
puluis qui in eo ſilentio habitant, & prōptuaria reddent
33 quæ eis cōmendatę ſunt animæ. Et reuelabitur Altiſsi-
mus ſuper ſedē iudicij, & pertranſibūt miſeriæ, & longani-
34 mitas congregabitur. Iudiciū autē ſolū remanebit, veri-
35 tas ſtabit & fides cōualeſcet, & opus ſubſequetur, & mer C
ces oſtendetur, & iuſtitiæ vigilabunt, & iniuſtitiæ nō do- Gene. 18.d.
36 minabūtur. Et dixi, Primus Abrahā propter Sodomitas Exod. 32.c.
orauit, & Moyſes pro patribus qui in deſerto peccauerūt,
37 & q poſt eū ꝓ Iſrael in diebꝰ Achaz, & Samuelis, & Da 2. Reg. 24.
38 uid pro confractione, & Salomon pro eis qui venerunt in 2. Para. 6.c.
39 ſanctificationem, & Elias pro his qui pluuiā acceperūt, 3. Reg. 17.a. Iac. 5.d.
40 & pro mortuo vt viueret, & Ezechias pro populo in 4. Re. 18. 19
41 diebus Sennacherib, & multi pro multis. Si ergo modò
quando corruptibile increuit, & iniuſtitia multiplicata eſt,
42 & orauerūt iuſti pro impijs: quare & nunc ſic nō erit? Et
reſpondit ad me, & dixit, Præſens ſeculū nō eſt finis, gloria
in eo frequēs manet: propter hoc orauerunt pro inualidis.
43 Dies enim iudicij erit finis tēporis huius, & initiū tēpo-
44 ris futurę immortalitatis, in quo tranſiuit corruptela: ſo-
luta eſt intemperātia, abſciſſa eſt incredulitas, creuit autē
45 iuſtitia, orta eſt veritas. Tunc enim nemo poterit ſaluare
46 eū qui perijt, neq; demergere qui vicit. Et reſpōdi, & di
xi, Hic eſt ſermo meꝰ primꝰ & nouiſsimꝰ, qm̄ meliꝰ erat non
dare terrā Adā, vel cū iā dediſſet, coercere eū vt nō pecca
47 ret. Quid enim ꝓdeſt hominibꝰ in pręſenti viuere in tri-
48 ſtitia, & mortuos ſperare punitionem? O tu quid feciſti Rom. 5.b.
Adā? Si enim tu peccaſti, nō eſt factꝰ ſolius tuus caſus, ſed
49 & noſter qui ex te aduenimus. Quid enim ꝓdeſt nobis
ſi promiſſum eſt nobis immortale tēpus: nos autē mortalia
50 opera egimus? Et qm̄ prędicta eſt nobis perēnis ſpes: nos
51 verò peſsimi vani facti ſumus. Et quoniam repoſita ſunt
nobis habitacula ſanitatis & ſecuritatis: nos verò male cō
52 uerſati ſumus. Et quoniam repoſita eſt gloria Altiſsimi
protegere eos qui tardè conuerſati ſunt: nos autem peſsi-
53 mis vijs ambulauimꝰ. Et quoniam oſtendetur paradiſus,
cuius



D cuius fructus incorruptus perſeuerat, in quo eſt ſecuritas
& medela: nos verò non ingrediemur. In ingratis enim 54
locis conuerſati ſumus. Et quoniam ſuper ſtellas fulge- 55
bunt facies eorum qui abſtinentiam habuerunt: noſtræ
autem facies ſuper tenebras nigræ. non enim cogitaui- 56
mus viuentes quando iniquitatem faciebamus, quod inci-
piemus poſt mortē pati. Et reſpōdit, & dixit, Hoc eſt co- 57
gitamentū certaminis quod certabit qui ſuper terrā natus
eſt homo, vt ſi victus fuerit, patiatur quod dixiſti: ſi au- 58
tē vicerit, recipiet quod dico: quoniā hæc eſt vita quam 59
Deut. 30.d. Moyſes dixit cū viueret, ad populū, dicēs, Elige tibi vitā,
vt viuas. Nō crediderūt autē ei, ſed nec poſt eū prophe- 60
tis: ſed nec mihi qui locutus ſum ad eos, quoniā nō eſſet 61
triſtitia in perditionē eorū, ſicut futurū eſt gaudium ſuper
eos, quibus perſuaſa eſt ſalus. Et reſpondi, & dixi, Scio 62
Domine, quoniā vocatus eſt Altiſsimus miſericors in eo,
quod miſereatur his qui nondū in ſeculo aduenerunt, & 63
quod miſeretur illis qui cōuerſionē faciūt in lege eius. & 64
Rom. 2.a. lōganimis eſt: quoniā lōganimitatē præſtat his qui pec-
cauerunt quaſi ſuis operibus: & munificus eſt, quoniam 65
quidē donare vult pro exigētijs. & multę miſericordię: 66
quoniā multiplicat magis miſericordias his qui præſentes
ſunt: & qui pręterierunt, & qui futuri ſunt. Si enim nō mul 67
tiplicauerit miſericordias ſuas, non viuificabitur ſeculum
cum his qui inhæreditabūt in eo. & donat: quoniā ſi non 68
donauerit de bonitate ſua, vt alleuentur hi qui iniquitatē
fecerunt, de ſuis iniquitatibus nō poterit decies milleſima
pars viuificari hominum. & iudex ſi non ignouerit his 69
qui curati ſunt verbo eius, & deleuerit multitudinē con-
tentionum: non fortaſsis derelinquerentur in innumera-
bili multitudine, niſi pauci valde.

*incorrupto fructu paradiſum, in quo eſt incolumitas & ſalubritas, ſi nos non ingrediemur? In ingratis enim locis verſati ſumus. Quid ſtellis ſplendidiores futuras eſſe facies eorum qui vſi ſunt abſtinentia, ſi noſtri vultus erunt tenebris atriores? Non enim cogitauimus in vita, dum iniuſtè agebamus, poſt mortem ſubeundas eſſe pœnas. Reſpondit ille, & dixit, Hæc eſt ratio certaminis, quo decertabit homo natus in terra, vt ſi victus fuerit, patiatur quod dixiſti: ſin vicerit, quod dico recipiat: quoniam hæc eſt vita de qua Moyſes, cum viueret, locutus eſt apud populum, dicēs, Elige tibi vitam, vt viuas. At illi non crediderunt ei, ac ne ſecutis quidem eum prophetis, adeoque nec mihi qui teſtatus ſum eis, non tam in perniciem ipſorum ſpectare triſtem caſum, quàm manere læta eos, quibus perſuaſa ſalus eſt. Reſpondi, & dixi, Scio Domine, miſericordē eſſe vocatum altiſsimum ex ea re, quod miſereatur eorum qui ſeculum illud nondum attigerunt, quodque ijs qui verſantur in lege ipſius tribuat miſericordiam. Lenis quoque eſt: quoniam lenitate vtitur erga eos qui peccauerunt, vt erga opificia ſua. munificus eſt: quoniam erogare cupit quantum opus eſt. clementia multus: quoniam multiplici clementia ſuperat tam eos qui nunc ſunt quàm qui fuerunt, aut ſunt futuri. Niſi enim clementia ſua largus eſſet, non viuiſceret mundus cum ijs qui conſequuntur in eo poſſeſsionem. 5 ignoſcens eſt: nam niſi bonitate ſua tribueret vnde leuamentum ſcelerum præſtaretur ijs qui iniquè egerunt, non poſſet decies milleſima pars hominum vitam retinere: & iudex ipſe niſi verbo ſuo curatis ignoſceret, & copiam aboleret criminum, fortaſsis ex innumerabili multitudine vix perpauci ſeruarentur.*

## SCHOLIA IN CAP. VII.

1 Vel, fatis, vt ſcilicet ſiluit antequam conderetur, vel temporibus Noe. 2 יאסף 3 בי 4 ארך 5 Χαρίζεται.

## CAP. VIII.

ET reſpōdit ad me, & dixit, Hoc ſeculū fecit Altiſsi- 1
mus propter multos, futurū autē propter paucos.
Dicā autē corā te ſimilitudinē Eſdra. Quomodo 2
autē interrogabis terrā, & dicet tibi, qm̄ dabit terrā multā
magis vnde fiat fictile, paruū autē puluerē vnde aurū fit:
Mat. 20.b. 22.b. ſic & actus præſentis ſeculi. Multi quidē creati ſunt, pau 3
ci autē ſaluabūtur. Et reſpōdi, & dixi, Abſorbe ergo ani- 4
ma ſenſum, & deuora quod ſapit. cōueniſti enim obau- 5
dire, & prophetare volens. Nec enim tibi datū eſt ſpatiū,
niſi ſolūmodo viuere. O Dn̄e, ſi nō permittes ſeruo tuo 6
vt oremus corā te, & des nobis ſemen cordi, & ſenſui cultu
ram, vnde fructus fiat, vnde viuere poſsit omnis corruptus
qui portabit locum hominis? Solus enim es, & vna plaſ- 7
matio nos ſumus manuū tuarū, ſicut locutꝰ es: & quomo 8
do nunc in matrice plaſmatū eſt corpus, & præſtas mem-
bra: cōſeruatur in igne & aqua tua creatio: & nouē mēſi-
bus patitur tua plaſmatio tuā creaturam quæ in ea creata
eſt: ipſum autē quod ſeruat, & quod ſeruatur, vtraq; ſerua 9
buntur: ſeruataque quandoque iterum reddit matrix, quæ
in ea creuerunt. Imperaſti enim ex ipſis membris, hoc 10
eſt mām̄illis præbere lac fructui mām̄illarū, vt nutriatur 11
id quod plaſmatum eſt vſque in tempus aliquod, & po-
ſtea diſponas eum tuæ miſericordiæ. Enutriſti eum tua 12
iuſtitia, & erudiſti eum in lege tua, & corripuiſti eum tuo
intellectu: & mortificabis eum, vt tuam creaturam: & 13
B viuificabis eum, vt opus tuum. Si ergo perdideris 14
eum qui tantis laboribus plaſmatus eſt: tuo iuſſu facile
eſt ordinari, vt & id quod fiebat ſeruaretur. Et nūc Do- 15
mine dicā, de omni homine tu magis ſcis: de populo autē
tuo, ob quem doleo: & de hęreditate tua, propter quā lu 16
geo: & propter Iſrael, propter quē triſtis ſum: & de Iacob,

*TVm reſpondens ille mihi, Hoc æuum, inquit, propter multos condidit altiſsimus, futurum autem propter paucos. Ediſſeram autem tibi ſimilitudinem Eſdra. Enimuero ſicut ſciſcitanti terra dicat tibi, ſe gignere perquàm copioſam quidem humum fingendis fictilibus, paucum autem puluerem vnde fiat aurum: ita ſe habet præſentis æui negotium, vt cum multi creati ſint, pauci tamen ſeruentur. Reſpondens ego, Ergo anime, inquam, hauri cognitionem, & vora ſapientiā. pactus enim es obedire, & vis agere prophetam. Neque enim tibi datum eſt amplius quàm vitæ tantum ſpatium. Ah Domine, niſi concedas ſeruo tuo, vt exoremus te, vt præſtes ſemen cordi noſtro, ſenſuique cultum, vnde fructus oriatur, quo viuat omnis corruptus: quis ſe opponat pro homine? Solus enim es, & vnum opificium manuum tuarum nos ſumus, ſicut ipſe locutus es. Etenim cum iam in vtero formatum eſt corpus, eique membra præſtitiſti, opificium tuum igni & aqua conſeruatur, & opus formatum abs te nouem menſibus patitur tuum in ſe creatum opificium: ipſum autem quod continet & quod continetur, vtraque ſeruari ſolent, ſeruatuſque tandem vterus iterum reddit quæ in ipſo adoleuerit. Conſtituiſti enim ex ipſis membris, nempe mammillis lac fœtui mammillis deſtinato præbendum, vt nutriatur id quod creatum eſt aliquandiu, donec eum tuæ benignitati deſtines: enutris eum iuſtitia tua, lege tua erudis, iudicioque tuo corripis. Interimis eum, vt rem abs te creatam: & vitam das eidem, vt opificio tuo. Si ergo perdis eum qui tantis conformatus eſt laboribus: tuo iuſſu conſtitui facile eſt, vt & id quod factum eſt ſeruetur. Nunc itaque loquar Domine, De vniuerſitate hominum tu potius videris, de populo verò tuo, ob quem doleo: de poſſeſsione tua, ob quam lugeo: de Iſraele, propter quem contriſtor: de Iacob,*

*propter quē mœreo: de eis preces corã te inſtituam, tam pro me quàm pro ipſis: quoniam video lapſus noſtros, qui terrã inhabitamus. Sed celeritatem audi futuri iudicis, Ideo vocem meam auſculta, & ſermonem meũ accipe, quem loquar corã te. Initium dictorum Eſdræ antequam aſſumeretur. Qui degis æuũ, inquã, Domine, qui ſublimis ſupera intueris, & aeria, cuius inæſtimabile ſolium, & maieſtas eſt incomprehenſibilis, cui tremebundum aſtat agmen angelorum, quorum in vento & igni verſatur cuſtodia: cuius verbum verũ, & dicta ſunt conſtantia: cuius imperium vehemens, & terribilis adminiſtratio: cuius aſpectus exiccat profunda, monteſque labefactat indignatio, vt res ipſa teſtificatur: exaudi orationem ſerui tui, opificijque tui precationem auribus accipe. Dum enim viuo, loquar: 1 vocemque mittam, dum ſentio. Ne ſpectes delicta populi tui, potius quàm tibi fideliter ſeruientes: nec attendas impia hominum ſtudia, potius quàm eos qui teſtificationes tuas per ærumnas ſeruauerunt. Ne complectaris cogitatione eos qui in conſpectu tuo mala fide verſati ſunt, potius quàm memineris eorum qui voluntatem tuam ſunt reueriti: nec velis perditos eos qui ſe geſſerunt more pecudum, potius quam reſpicias eos qui legem tuam præclarè docuerunt. Ne indigneris eis qui beſtijs peiores viſi ſunt, potius quam diligas eos qui ſemper freti ſunt tua iuſtitia maieſtateque. Quoniam nos cum patribus noſtris talibus morbis laboramus: tu autem propter nos ſceleroſos ſoles vocari miſericors. Si enim afficiaris vt nobis præſtes miſericordiam, ita demum miſericors diceris, nobis vtique iuſta facta non habentibus. Iuſti enim quibus ſunt opera copioſe parta, propriorũ operum mercedem recipiant. Quid tandem eſt homo, quod ei ſuccēſes? aut genus mortale, quod te tã amarũ reddit? Reuera enim nemo natus eſt, qui nõ impiè ſe geſſerit: nec te 2 profeſſus, qui nil deliquerit. Enimuero hoc ipſo prædicabitur iuſtitia, bonitaſq; tua Domine, cũ ignoueris eis qui rectè factorũ carēt ſubſtãtia. Et reſpõdens ille mihi, Sũt, inquit, quæ rectè loquutus es, & ſecũdum ſermones tuos res habebit: quoniã quidem non animaduertã in facta ſceleroſorũ ante mortem, ante iudiciũ, ante interitum, ſed ſtudijs iuſtorũ oblectabo me, & memor ero peregrinationis quoque, conſeruationis, & perfruendæ mercedis. Quo ergo modo loquutus ſum, ita ſe res habet. Sicut enim agricola multa ſemina terræ mandat, plantaſque diſponit copioſè, nec tamen ad tempus ſuum euadunt omnia quæ ſeminata ſunt, neque adeò quæ plantata ſunt ſolent omnia radices agere: ita etiam non omnes in mundum editi ſeruabuntur. Tum reſpondens ego, Si gratum eſt, inquam, tibi loquar. Quandoquidem ſementis agricolæ niſi ſuccreuerit, aut pluuiam tuam acceperit in tempore, aut ſi imbrium copia corruptum fuerit, itidem perit vt homo quoque qui manibus tuis formatus eſt, cuius tu dictus es archetypus, quod ad imaginē tui ſit creatus, propter quē creaſti omnia, & ſementi agricolæ cõparaſti: ne iraſcaris nobis, ſed parce populo tuo poſſeſſioniſque tuæ miſerere: tu enim is es qui opificij tui miſerearis. Et reſpondit ille mihi, ac dixit, Quæ ſunt præſentia præſentibus, & quæ futura futuris. Multum enim abes, vt me amore erga opificium meum ſuperes: cæterum ad te frequenter & ipſum propius acceſſerim, ad iniuſtos autem nunquam. Enimuero eo mirabilis es altiſsimo: quoniam vt te decet ſummiſiſti te: nec eum te iudicaſti, qui inter iuſtos magnopere gloriareris. Etenim miſeriæ multæ calamitateſque manent eos qui vitam incoluerint temporibus 3 poſterioribus, quod ſe perquàm ſuperbe geſſerint. Tu autem diſce pro te, tuique ſimilium gloriam ſciſcitare. Vobis enim patet paradiſus, vitalis arbor eſt plantata, præparatum eſt futurum æuum, præparata abundantia, ædificata vrbs, requies explorata, perfecta bonitas, & abſoluta ſapientia. Radix mali 4 reſignata receſsit à vobis, à vobis infirmitas & tinea diſperijt, corruptio proripuit ſe ad inferos in obliuionem, dolores abierunt, tandemque comparuit theſaurus immortalitatis. Ne pergas igitur ſciſcitari de multitudine pereuntium. Nam ipſi quoque libertatem adepti ſpreuerunt*

17 propter quē doleo: ¶ ideo incipiã orare corã te pro me, &
pro eis: quoniã video lapſus noſtros qui inhabitamus ter-
18 rã. ¶ Sed audiui celeritatē iudicis qui futurus eſt. ¶ Ideo
19 audi vocē meã, & intellige ſermonē meũ, & loquar coram
20 te. Initiũ verborũ Eſdræ priuſquã aſſumeretur: ¶ & dixi
Domine, qui inhabitas ſeculũ, cuius oculi eleuati in ſuper- Rom.12.d.
21 na & aere: ¶ & cuius thronus inæſtimabilis, & gloria incõ
prehenſibilis: cui aſtat exercitus angelorũ cum tremore,
22 ¶ quorũ ſeruatio in vēto & igni cõuertitur: cuius verbũ ve
23 rũ, & dicta perſeuerãtia: ¶ cuius iuſsio fortis, & diſpoſitio
terribilis: cuiꝰ aſpectꝰ arefacit abyſſos, & indignatio tabeſ-
24 cere facit mõtes, & veritas teſtificatur: ¶ exaudi orationē
25 ſerui tui, & auribus percipe precationē figmēti tui. ¶ Dum
26 enim viuo, loquar: & dũ ſapio, reſpõdebo. ¶ Nec reſpicias
27 populi tui delicta, ſed qui tibi in veritate ſeruiũt. ¶ Nec in-
tēdas impia gentiũ ſtudia, ſed qui tua teſtimonia cũ dolo-
28 ribus cuſtodierũt. ¶ Nec cogites qui in cõſpectu tuo falſe
cõuerſati ſunt, ſed memorare qui ex volũtate tua timorem
29 cognouerũt. ¶ Neq; volueris perdere, qui pecudũ mores
habuerunt: ſed reſpicias eos qui legē tuã ſplēdidè docue-
30 runt. ¶ Nec indigneris eis qui beſtiis peiores iudicati ſunt:
ſed diligas eos qui ſemper in tua Iuſtitia cõfidũt, & gloria.
31 ¶ Quoniã nos & patres noſtri talibꝰ morbis lãguemus: tu
32 autem propter nos peccatores miſericors vocaberis. ¶ Si C
enim deſyderaueris vt noſtri miſerearis, tũc miſericors vo
33 caberis, nobis autem nõ habentibus opera iuſtitiæ. ¶ Iuſti
enim, quibus ſunt opera multa repoſita, ex proprijs ope-
34 ribus recipient mercedē. ¶ Quid eſt enim homo, vt ei in-
digneris: aut genus corruptibile, vt ita amarus ſis de ipſo?
35 ¶ In veritate enim nemo de genitis eſt qui nõ impie geſsit, 3.Reg.8.g.
36 & de cõfitentibus qui nõ deliquit. ¶ In hoc enim annũtia- 2.Para.6.f.
bitur iuſtitia tua, & bonitas tua Domine, cũ miſertus fue-
37 ris eis qui non habent ſubſtantiã bonorũ operum. ¶ Et re-
ſpõdit ad me, & dixit, Rectè locutus es aliqua: & iuxta ſer
38 mones tuos ſic & fiet. ¶ quoniã non verè cogitabo ſuper
plaſma eorũ qui peccauerunt ante mortē, ante iudicium,
39 ante perditionem: ¶ ſed iucũdabor ſuper iuſtorũ figmen- Geno.4.a.
tum, & memorabor peregrinationis quoq;, & ſaluationis,
40 & mercedis receptionis. ¶ Quomodo ergo locutus ſum,
41 ſic & eſt. ¶ Sicut enim agricola ſerit ſuper terram ſemina
multa, & plantationes multitudinis plantat, ſed non in tē-
pore omnia quæ ſeminata ſunt, ſaluantur, ſed nec omnia
quæ plantata ſunt, radicabũt: ſic & qui in ſeculo ſeminati
42 ſunt, non omnes ſaluabuntur. ¶ Et reſpondi, & dixi, Si in-
43 ueni gratiam, loquar. ¶ Quomodo ſemen agricolę ſi non Mat.20.b.
aſcēderit, aut non acceperit pluuiam tuam in tempore, aut
44 ſi corruptum fuerit multitudine pluuiæ: ¶ ſic perit & ſi-
militer homo qui manibus tuis plaſmatus eſt, & tu ei ima-
go nominatus: quoniam ſimilatus es ei, propter quē om-
45 nia plaſmaſti, & ſimilaſti ſemini agricolæ. ¶ Non iraſcaris
ſuper nos, ſed parce populo tuo, & miſerere hæreditati
46 tuæ. Tu autem creaturæ tuæ misereris. ¶ Et reſpondit ad D
me, & dixit, Quæ ſunt præſentia præſentibus, & quæ fu-
47 tura futuris. ¶ Multũ enim tibi reſtat, vt poſsis diligere meã
creaturam ſuper me: tibi autē frequēter & ipſi proximaui,
48 iniuſtis autem nunquã. ¶ Sed & in hoc mirabilis es coram
49 Altiſsimo, ¶ quoniã humiliaſti te ſicut decet te: & nõ iudi
50 caſti te, vt inter iuſtos plurimũ glorificeris. ¶ Propter quod
miſeriæ multæ, & miſerabiles efficiētur eis qui habitãt ſe-
51 culũ in nouiſsimis: quia in multa ſup̃bia ambulauerũt. ¶ Tu
52 autē p̃ te intellige, & de ſimilibꝰ tuis inquire gloriã. ¶ Vobis
eñ apertus eſt paradiſus, plãtata eſt arbor vitę, pręparatũ
eſt futurũ tēpus, p̃parata eſt abũdãtia, ędificata eſt ciuitas,
p̃bata eſt requies, perfecta eſt bonitas & perfecta ſapiētia.
53 ¶ Radix mali ſignata eſt à vobis: infirmitas, & tinea à vo-
bis abſconſa eſt: & in infernũ fugit corruptio in obliuione.
54 ¶ Trãſierũt dolores, & oſtēſus eſt in fine theſaurus immor
55 talitatis. ¶ Noli ergo adijcere inquirēdo de multitudine eorũ
56 qui pereunt. ¶ Nam & ipſi accipiētes libertatē ſpreuerũt
Altiſsi-



Altiſsimum, & legē eius contēpſerunt, & vias eius dereli-
Pſal.13.53. querũt. ¶ Adhuc autē iuſtos eius cõculcauerũt, ¶ & dixe 57
runt in corde ſuo nõ eſſe Deũ: & quidē ſciētes quoniã mo 58
riuntur. ¶ Sicut enim vos ſuſcipiēt quæ prædicta ſunt: ſic 59
eos ſitis & cruciatus, quæ præparata ſunt. nõ enim voluit
hominē diſperdi. ¶ Sed & ipſi qui creati ſunt, coinquina- 60
uerũt nomē eius qui fecit eos: & ingrati fuerũt ei qui præ-
parauit eis vitã. ¶ Quapropter iudiciũ meũ modo appro- 61
pinquat. ¶ Quæ nõ omnibus demõſtraui, niſi tibi, & tibi 62
ſimilibus paucis. Et reſpõdi, & dixi, ¶ Ecce nunc Domine 63
demõſtraſti mihi multitudinem ſignorũ, quæ incipies fa-
cere in nouiſsimis: ſed non demõſtraſti mihi quo tēpore.

*altiſsimum, contempſerunt legem eius, & vias eius dereliquerunt. Præterea autem iuſtis eius proculcatis, corde ſuo Deum eſſe negarunt, & quidem ſcientes ſe morituros. Vt enim vos excipient quæ prædicta ſunt, ſic eos ſitis & cruciatus, quæ ſunt præparata. Non enim voluit Deus perire hominem, ſed ipſi poſtquam creati ſunt, profanarunt nomen creatoris ſui, & in eum qui vitam ipſis parauerat, ingrati fuerunt. Quapropter iudicata mea iam propinquant, quæ non quibuſuis expoſui, ſed tibi, paucisq; tui ſimilibus. Tum reſpondens ego, Ecce nunc, inquam, Domine, multa declaraſti mihi 5 miracula, quæ pares deſignare ſeculis 6 poſterioribus: quo verò ſeculo, mihi non expoſuiſti.*

## SCHOLIA IN CAP. VIII.

1 אענה 2 vel, laudes aut gratias agens. 3 אחרונים nouiſsimis vel poſterioribus, 4 quaſi notatione perempta. 5 vel, prædictiones. 6 אחרונים

## CAP. IX.

ET reſpondit ad me, & dixit, Metiens metire tēpus 1
in ſemetipſo: & erit, cũ videris, quãdo trãſierit pars
quædã ſignorũ quæ prædicta ſunt, ¶ tũc intelliges 2
quoniã ipſum eſt tēpus, in quo incipiet Altiſsimus viſitare
Mat.24.a. ſeculũ quod ab eo factum eſt. ¶ Et quando videbitur in 3
ſeculo motio locorũ, & populorũ turbatio, ¶ tũc intelli- 4
ges quoniã de his erat Altiſsimus locutus à diebus qui fue
runt ante te ab initio. ¶ Sicut enim omne quod factũ eſt 5
in ſeculo initiũ habet, pariter & cõſummationē, & cõſum
matio eſt manifeſta: ¶ ſic & Altiſsimi tēpora initia habēt 6
manifeſta in prodigijs & virtutibus, & cõſummationes in
actu & in ſignis. ¶ Et erit omnis qui ſaluus factus fuerit, 7
& qui poterit effugere per opera ſua & per fidem, in qua
1.Tim.1.b. credidiſtis, ¶ relinquetur de prædictis periculis, & vide- 8
bit ſalutare meũ in terra mea, & in finibus meis, quoniam
ſanctificaui me à ſeculo. ¶ Et tũc miſerebuntur qui nunc 9
abuſi ſunt vias meas: & in tormētis cõmorabuntur hi qui
eas proiecerũt in contēptu. ¶ Qui enim nõ cognouerunt 10
me, viuentes beneficia cõſecuti: ¶ & qui faſtidierunt legē 11
meã, cum adhuc erant habētes libertatē, ¶ & cum adhuc 12
eſſet eis apertus pœnitētiæ locus nõ intellexerũt, ſed ſpre
uerunt: hos oportet poſt mortem in cruciamento cogno-
B ſcere. ¶ Tu ergo noli adhuc curioſus eſſe, quomodo im- 13
pij cruciabũtur: ſed inquire quomodo iuſti ſaluabũtur, &
quorũ ſeculum, & propter quos ſeculum, & quãdo. ¶ Et 14
4.Eſdr.8.a. reſpondi, & dixi, ¶ Olim locutus ſum, & nunc dico & po 15
Matth.20.c. ſtea dicã, quoniã plures ſunt qui pereunt, quàm qui ſalua-
buntur: ¶ ſicut multiplicatur fluctus ſuper guttam. Et re- 16
ſpondit ad me, & dixit, ¶ Qualis ager, talia & ſemina: & 17
quales flores, tales & tincturæ: & qualis operator, talis &
creatio: & qualis agricola, talis cultura: quoniã tēpus erat
ſeculi. ¶ Et nunc cum eſſem parans eis his qui nunc ſunt, 18
antequam fieret ſeculum, in quo habitarent: & nemo mihi
cõtradixit. ¶ tunc enim quiſque, & nũc creator in mundo 19
hoc parato, & meſſe indeficienti, & lege inueſtigabili cor-
rupti ſunt mores eorũ. ¶ Et conſyderaui ſeculum, & ecce 20
erat periculum propter cogitationes quæ in eo aduene-
runt. ¶ Et vidi, & peperci ei valde: & ſeruaui mihi acinum 21
de botro, & plantationem de tribu multa. ¶ Pereat er- 22
go multitudo quæ ſine cauſa nata eſt, & ſeruetur acinus
meus, & plantatio mea: quia cum multo labore perfeci.
¶ Tu autē ſi adhuc intromittas ſeptem dies alios, ſed non 23
ieiunabis in eis, ¶ ibis in campũ florũ, vbi domus non eſt 24
ædificata: & manducabis ſolũmodo de floribus campi, &
carnē nõ guſtabis, & vinũ nõ bibes, ſed ſolũmodo flores.
¶ deprecare Altiſsimũ ſine intermiſsione, & veniã, & lo- 25
C quar tecũ. ¶ Et profectus ſum, ſicut dixit mihi in campũ, 26
qui vocatur Ardath, & ſedi ibi in floribus. Et de herbis
agri mãducaui, & facta eſt eſca earũ mihi in ſaturitatem.

## CAP. IX.

*AT ille mihi reſpondens, ait, Dimetiendo confer tempus cum ſemetipſo: & porro cum videris aliquam prædictorum 1 ſignorum præteriſſe partem, intelliges ipſum eſſe tempus, quo parat altiſsimus in mundum a ſe conditum inquirere. Cum igitur percipietur in orbe terræmotus, & tumultuatio populorum, tunc intelliges de his pronuntiaſſe altiſsimum, iam inde à temporibus quæ ante te fuerunt ab initio. Sicut enim quicquid creatum eſt in mundo, habet initium pariter & conſummationem, & conſummatio manifeſta eſt: ſic & tempora altiſsimi exordia habent euidentia prodigijs & efficacia, & deſinunt cum effectibus & miraculis. Porrò quicunque euaſerit ſaluus, & per opera ſua fidemq; qua crediditis, potuerit effugere, is prædicta pericula ſuperabit, & ſalutem meam videbit in terra mea finibuſque meis, quoniam me ſanctum à mundo recepi. Tum miſerabuntur ſe, qui nunc vijs meis abuſi ſunt: & in tormentis agent, qui eas contemptim repudiarunt. Qui enim viui beneficia conſecuti non agnouerunt me, quique legem meam faſtidierunt, cum adhuc præſenti libertate fruerentur, & qui patentem etiamdum ſibi pœnitentiæ locum noluerunt intelligere, ſed ſpreuerunt: eos oportet poſt obitum in cruciatu erudiri. Tu vero ne ſciſciteris curioſe quomodo cruciandi ſint impij, ſed quomodo iuſti ſeruandi ſint inquire, & quorum ſit mundus, aut propter quos mundus, & quando. Et reſpondi, ac dixi, Dudum locutus ſum quod & nunc dico, & porrò dicturus ſum, plures eſſe qui pereant, quàm qui ſeruandi ſint, quanto maior eſt fluctus quàm gutta. Tum reſpondens ille mihi, Qualis ager eſt, inquit, talia fuerunt & ſemina: quales flores, tales & colores: qualis opifex, tale & opificium: & qualis agricola, talis fuit & cultura: quoniam mundi tempus erat. Sanè cùm ijs qui nunc viuunt nondum creatum mundum quem incolerent, pararem: nemo mihi contradicebat, (tunc enim quiſque [parebat],) at nunc creatorum in hoc condito mundo mores ſemente perpetua, & lege inexplicabili corrupti ſunt. Exploraui autem mundum, & ecce periculoſus erat, propter ſtudia quæ in eo exorta ſunt: quod cum vidiſſem, peperci ei ſedulo, acinumq; de botro ſeruaui mihi, plantamq; de gente numeroſa. Pereat ergo fruſtra nata multitudo, ſeruetu[r]q; acinus & planta mea, quam multo labore excolui. Tu autem ſi porrò intermiſeris ſeptem dies alios, (non tamen agitabis ieiunium, verum in floridum campum, vbi nulla domus ædificata ſit, profectus, de floribus campi tantum comedes: non guſtabis carnem, nec bibes vinum ſed flores tantum, & precaberis altiſsimũ ſine intermiſsione.) tum veniam, & loquar tecum. Ergo profectus ſum, vt me iuſſerat, in campum nomine Ardath, & in floribus ibi ſedens herbas agri eſitaui, & attulit mihi cibus earum ſaturitatem.*

*Exactis autem diebus ſeptem, cum recumbenti in herba mihi cœpiſſet animus vt antea perturbari, os meum adaperui, cœpiq; loqui coram altiſsimo, & dicere, Oſtenſurus te nobis, ô Domine, maioribus noſtris ex AEgypto migrantibus oblatus es in deſerto inuio ac infructuoſo: & etiam atque etiam præcepiſti ipſis, dicens, Tu Iſrael audi me, ſemenq; Iacob attende ſermonibus meis. Ecce enim legem meam ſemino in vobis, vt fructum in vobis afferat, & gloriam ſempiternam ex eo conſequamini. Nam patres veſtri legem quam acceperant, non ſeruauerunt, nec cuſtodierunt iura mea, nec fructus legis comparuit, nec potuit, quoniam tuus erat. Nam qui acceperunt, non cuſtodito ſemine quod ſibi mandatum erat, perierunt. Verum ecce fieri ſolet, vt cum acceperit terra ſemen, vel mare nauem, vel vas aliquod cibum aut potum: eo in quo ſeminatum eſt, aut cui quid immiſſum eſt, pereunte, ſimul id quod ſeminatum eſt aut immiſſum, ſiue quæ ſuſcepta ſunt, intereant, nec iam comprehenſa penes nos permaneant. Sed in nobis hoc non accidit. Siquidem nos qui legem accepimus, peccando perijmus ſimul & cor noſtrum quod eam acceperat: verum lex ipſa non interijt, ſed retinuit vim ſuam. Hæc cum in corde meo diſputans oculos meos conuertiſſem, mulierem in dextera parte conſpicatus ſum, quæ ecce lugebat, magnaq; voce lamentabunda conſciſsis veſtimentis ſuis, capiteq; puluere conſperſo, animo ſupra modum angebatur. Tum dimiſsis quibus intentus eram cogitationibus, conuerſus ad eam, Quid fles, inquam, aut quid animo cruciaris? At illa mihi reſpondens, Sine me, inquit, mi Domine, deflere meipſam, doloriq; indulgere: quoniam perquam amaro ſum animo, & ſupra modum afflicta. Rurſum ego, Quid, inquam, accidit tibi? dic mihi. Reſpondit illa mihi, Sterilis ego fui, ancilla tua, nec peperi, vſa marito annis triginta. Cumque per ſingulas horas & dies ſingulos, annis illis triginta noctes & dies precatus eſſem altiſsimum, euenit exactis annis triginta, vt exaudiret me Deus ancillam tuam, & afflictionem meam reſpiceret, & attenderet ærumnam, ac daret mihi filium. Tum gaudium ſuper eo magnum celebraui vnà cum viro meo, ciuibuſq; meis omnibus, & honorem magnum tribuimus omnipotenti. Enutriui autem eum multo cum labore: & cum adultus vxorem ducendi tempus attigiſſet, diem epularem celebraui.*

27 ¶ Et factum eſt poſt dies ſeptẽ, & ego diſcũbebam ſupra
28 fœnum, & cor meũ iterũ turbabatur ſicut ante. ¶ Et aper-
tum eſt os meũ, & inchoaui dicere corã Altiſsimo, & dixi,
29 ¶ O Domine, te nobis oſtendẽs oſtenſus es patribus no- Exod.19.d.
ſtris in deſerto, quod nõ calcatur, & infructuoſo, quando 24.a.
30 erant exeuntes de AEgypto: & dicens dixiſti, ¶ Tu Iſrael Deute.4.b.
31 audi me, & ſemen Iacob intende ſermonibus meis. ¶ Ecce
enim ego ſemino in vobis legẽ meã, & faciet in vobis fru-
32 ctum, & glorificabimini in eo per ſeculum. ¶ Nam patres
noſtri accipiẽtes legem, nõ ſeruauerunt, & legitima °mea ° Tua
non cuſtodierũt, & factus eſt fructus legis nõ parens: nec
33 enim poterat, quoniam tuus erat. ¶ Nam qui acceperunt, Exod.32.f.
perierunt, non cuſtodientes quod in eis ſeminatũ fuerat.
34 ¶ Et ecce, conſuetudo eſt, vt cum acceperit terra ſemen,
vel nauem mare, vel vas aliquod eſcam vel potũ: cum fue
rit exterminatum id, in quo ſeminatum eſt, vel in quod
35 miſſum eſt, ¶ ſimul id quod ſeminatum, vel miſſum eſt,
vel quæ ſuſcepta ſunt, exterminantur, & ſuſcepta iam non
36 manent apud nos. ſed nobis ſic non factum eſt. ¶ Nos D
quidem qui legem accepimus peccãtes periuimus, & cor
37 noſtrum quod ſuſcepit eam: ¶ nam lex non perijt, ſed Eſa.48.a.
38 permanſit in ſuo labore. ¶ Et cum loquerer hæc in corde 2.Tim.2.a.
meo, reſpexi oculis meis, & vidi ⁒ mulierẽ in dextera par- ⁒ 4.Eſd.10.d.
te. & ecce hæc lugebat, & plorabat cum voce magna, &
animo dolebat valde, & veſtimenta eius diſciſſa, & cinis
39 ſuper caput eius. ¶ Et dimiſi cogitatus, in quibus eram
40 cogitans, & conuerſus ſum ad eam, & dixi ei, ¶ Vt quid
41 fles? & quid doles animo? Et dixit ad me, ¶ Dimitte me
°Domine meus, vt defleam me, & adijciam dolorẽ: quo- ° domine
niam valde amaro ſum animo, & humiliata ſum valde.
42 ¶ Et dixi ei, Quid paſſa es? dic mihi. Et dixit ad me, ¶ Ste-
43 rilis fui ego famula tua, & non peperi, habens maritum
44 annis triginta. ¶ Ego enim per ſingulas horas, & per ſin-
gulos dies, & annos hos triginta deprecor Altiſsimum
45 nocte ac die. ¶ Et factum eſt, poſt triginta annos exaudi-
uit me Deus ancillam tuam, & vidit humilitatem meam,
& attendit tribulationi meæ, & dedit mihi filium: & iucun
data ſum ſuper eum valde ego, & vir meus, & omnes ci-
46 ues mei, & honorificabamus valde Fortem. ¶ Et nutriui
47 eum cum labore multo. ¶ Et factum eſt, cum creuiſſet,
& veniſſet accipere vxorem, feci diem epuli.

## SCHOLIA IN CAP. IX.

1 Vel, miraculorum, vel prædictionum.

## CAP. X.

*ACcidit autem vt cum filius meus introijſſet in thalamum, prolapſus moreretur: cumq; omnes ciues mei euerſis lucernis ſurrexiſſent ad conſolandum me, acquieui vſque ad noctem diei conſequentis: & poſtquam omnes conſolandi me finem fecerunt, quieti me tradidi. Noctu vero ſurrexi, & aufugi, & in hunc campum, vt vides, perueni: adeoq; cogito iam non reuerti in ciuitatem, ſed hîc permanere, & nec edens nec bibens lugere ſine intermiſsione, ieiunio me macerando vſque dum moriar. Tum miſſos feci ſermones quos inſtitueram, & reſpondens ei iracundè, Omnium, inquam, mulierum ſtultiſsima, an non vides luctum noſtrum, aut quæ nos patiamur? Nam Sion mater noſtra ſumma triſtitia conficitur, & afflictione deiecta luget acerbiſsimè. Ergo ne nunc cum lugeamus omnes, mœſtiq; ſimus, vt qui experiamur triſtia, tu etiam ſuper vno filio mœreas? Nam interroga terram, & dicet tibi ſe eſſe illam quæ debeat lugere caſum tam multorum in ipſa naſcentium. Etenim ab initio omnes ex ipſa nati ſunt, naſcenturq; alij: & ecce penè omnes in perditionem abeunt, & profligatiſsima eſt multitudo eorum. Vtram igitur par eſt lugere magis, hanccine quæ tantam amiſit multitudinem, an te vicem vnius dolentem? Quòd ſi mihi dicis, Atqui non eſt planctus*

## CAP. X.

1 ET factũ eſt, cum introiſſet filius meus in thalamo
2 ſuo, cecidit, & mortuus eſt: ¶ & euertimus omnes
lumina, & ſurrexerũt omnes ciues mei ad cõſolan-
3 dum me, & quieui vſq; in aliũ diem vſq; nocte. ¶ Et factũ
eſt, cũ omnes quieuiſſent vt me cõſolarẽtur vt quieſcerẽ:
& ſurrexi nocte, & fugi: & veni ſicut vides in hoc cãpo:
4 ¶ & cogito iam non reuerti in ciuitatẽ, ſed hîc cõſiſtere: &
neq; manducare, neq; bibere, ſed ſine intermiſsione luge-
5 re, & ieiunare vſq; dum moriar. ¶ Et dereliqui ſermones
in quibus eram, & reſpõdi cum iracundia ad eam, & dixi,
6 ¶ Stulta ſuper omnes mulieres, non vides luctũ noſtrũ, &
7 quæ nobis cõtingũt? ¶ Quoniã Siõ mater noſtra omni tri
ſtitia cõtriſtatur, & humilitate humiliata eſt, & luget vali-
8 diſsime. ¶ Et nũc quoniã omnes lugemus, & triſtes ſumus:
quoniã omnes cõtriſtati ſumus, tu autẽ contriſtaris in vno
9 filio? ¶ Interroga enim terrã, & dicet tibi: quoniã hæc eſt,
quæ debeat lugere caſum tantorũ ſuper eam germinãtiũ.
10 ¶ Et ex ipſa ab initio omnes nati, & alij venient: & ecce,
penè omnes in perditionẽ ambulant, & exterminium fit
11 multitudo eorum. ¶ Et quis ergo debet lugere magis, niſi
hæc quæ tam magnã multitudinẽ perdidit quàm tu, quæ
12 pro vno doles? Si autẽ dicis mihi, ¶ Quoniã nõ eſt plãctus
meus



meus ſimilis terræ, quoniã fructũ ventris mei perdidi, quẽ
cũ mœroribus peperi, & cũ doloribus genui: ¶ terra autẽ 13
ſecundũ viam terræ, abijtq; in ea multitudo præſens, quo
modo euenit: & ego tibi dico, ¶ Sicut tu cum labore pepe 14
riſti, ſic & terra dat fructũ ſuũ homini ab initio ei qui fecit
Hebr.11.f. eam. ¶ Nunc ergo retine apud temetipſam dolorẽ tuũ, & 15
& 12.a. fortiter fer qui tibi contigerũt caſus. ¶ Si enim iuſtificaue 16
B ris terminũ Dei, & cõſilium ſuum recipies in tẽpore, & in
talibus collaudaberis. ¶ Ingredere ergo in ciuitatẽ ad vi- 17
rum tuũ. Et dixit ad me, ¶ Non faciã, neq; ingrediar ciui 18
tatẽ, ſed hîc moriar. ¶ Et appoſui adhuc loqui ad eam, & 19
dixi, ¶ Noli facere hunc ſermonẽ, ſed cõſenti perſuadẽti. 20
Quot enim caſus Sion? Conſolare propter dolorẽ Ieruſa-
lem. ¶ Vides enim quoniam ſanctificatio noſtra deſerta 21
effecta eſt, & altare noſtrũ demolitũ eſt, & tẽplum noſtrũ
deſtructũ eſt, ¶ & pſalterium noſtrum humiliatum eſt, & 22
hymnus cõticuit, & exultatio noſtra diſſoluta eſt, & lumẽ
candelabri noſtri extinctũ eſt, & arca teſtamẽti noſtri di-
repta eſt, & ſancta noſtra cõtaminata ſunt, & nomẽ quod
inuocatũ eſt ſuper nos, penè prophanatũ eſt, & liberi no-
ſtri contumeliam paſsi ſunt, & ſacerdotes noſtri ſuccenſi
ſunt, & Leuitæ noſtri in captiuitatẽ abierũt, & virgines nõ
ſtræ coinquinatæ ſunt, & mulieres noſtræ vim paſſæ ſunt,
& iuſti noſtri rapti ſunt, & paruuli noſtri perditi ſunt, &
iuuenes noſtri ſeruierũt, & fortes noſtri inualidi facti ſunt,
¶ & quod omniũ maius, ſignaculum Siõ, quoniã reſigna- 23
ta eſt de gloria ſua. nam & tradita eſt in manibus eorum
qui nos oderũt. ¶ Tu ergo excute tuã triſtitiã multam, & 24
depone abs te multitudinẽ dolorum, vt tibi repropitietur
Fortis, & requiẽ faciet tibi Altiſsimus requietionẽ laborũ.
¶ Et factũ eſt, cum loquebar ad eam, facies eius fulgebat 25
ſubito & ſpecies, coruſcus fiebat viſus eius, vt eſſem pauẽs
valde ad eam, & cogitarẽ quid eſſet hoc. ¶ Et ecce, ſubito 26
emiſit ſonitũ vocis magnũ timore plenũ, vt cõmoueretur
terra à mulieris ſono. & vidi: ¶ & ecce, amplius mulier nõ 27
cõparebat mihi, ſed ciuitas ædificabatur, & locus demon-
C ſtrabatur de fundamẽtis magnis: & timui, & clamaui voce
4.Eſd.4.b. magna, & dixi, ¶ Vbi eſt Vriel angelus, qui à principio 28
venit ad me? quoniã ipſe me fecit venire in multitudine in
exceſſu mẽtis huius, & factus eſt finis meus in corruptio-
nem, & oratio mea in improperiũ. ¶ Et cũ eſſem loquens 29
ego hæc, ecce venit ad me, & vidit me: ¶ & ecce eram poſi 30
tus vt mortuus, & intellectus meus alienatus erat, & te-
nuit dexterã meã, & cõfortauit me, & ſtatuit me ſuper pe
des meos, & dixit mihi, ¶ Quid tibi eſt? & quare conturba 31
tus eſt intellectus tuus, & ſenſus cordis tui? & quare cõtur
4.Eſd.9.c. baris? Et dixi, ¶ Quoniã dereliquiſti me, & ego quidẽ feci 32
ſecundũ ſermones tuos, & exiui in cãpum: & ecce vidi, &
video quod nõ poſſum enarrare. Et dixit ad me, ¶ Sta vt 33
vir, & cõmonebo te. Et dixi, ¶ Loquere Domine meus tu 34
in me, noli me derelinquere, vt nõ fruſtra moriar: ¶ quo- 35
niã vidi quæ nõ ſciebã, & audio quæ nõ ſcio. ¶ Aut nun- 36
quid ſenſus meus fallitur, & anima mea ſomniat? ¶ Nunc 37
ergo deprecor te, vt demõſtres ſeruo tuo de exceſſu hoc.
Et reſpõdit ad me, & dixit, ¶ Audi me, & doceã te, & dicã 38
tibi de quibus times: quoniã Altiſsimus reuelauit tibi my-
ſteria multa. ¶ Vidit rectam viã tuã, quoniam ſine inter- 39
miſsione contriſtabaris pro populo tuo, & valde lugebas
propter Siõ. ¶ Hic ergo intellectus viſionis quæ tibi ap- 40
paruit ante paululũ. ¶ Quã vidiſti lugentẽ, inchoaſti cõſo 41
lari eam. ¶ Nũc autẽ iam ſpeciẽ mulieris nõ vides, ſed ap- 42
paruit tibi ciuitas ædificari: ¶ & quoniã enarrabat tibi de 43
caſu filij ſui, hæc abſolutio eſt, ¶ Hæc mulier quam vidiſti, 44
D hæc eſt Siõ: & quoniã dixit tibi quam & nũc cõſpicies, vt
ciuitatẽ ædificatã. ¶ Et quoniã dixit tibi, quia ſterilis fuit 45
triginta annis: propter quod erant anni ſcilicet triginta,
quãdo non erat in ea adhuc oblatio oblata. ¶ Et factũ eſt 46
poſt annos triginta, ædificauit Salomõ ciuitatẽ, & obtulit
oblationes: tũc fuit quãdo peperit ſterilis filiũ. ¶ Et quod 47

*terræ meo ſimilis: quoniam ego amiſi fœtum vteri mei, quem peperi cum ærumnis, & cum doloribus genui: terra autem pro more terræ, abijtque in ea multitudo præſens, vt aſſolet: viciſsim ego tibi dico, Sicut tu cum labore peperiſti, ita terram ferre fructum homini, qui eam iam inde ab initio 1 exercuit. Nunc ergo comprime apud temetipſam dolorem tuum, & qui tibi caſus obuenere fortiter perferas. Si enim iuſtum iudicaris propoſitum Dei, conſiliumq; ipſius ſuo tempore admiſeris, laudem ex ea re inuenias. quapropter in vrbem ad virum tuum ingredere. At illa, Non faciam, inquit, neque ingrediar vrbem, ſed hîc moriar. Tum ſermonem rurſum inſtitui cum ea, & dixi, Ne proſequaris dictum hoc, ſed acquieſce ſuadenti. Quot enim ſunt caſus Sion? vel præ mœrore Ieroſolymæ te conſolare. Nam, vt vides, 2 ſanctitas noſtra ad ſolitudinem eſt redacta, altare noſtrum euerſum eſt, & templum noſtrum deſtructum: pſalterium noſtrum elanguit, & hymnus conticuit: iacet exultatio noſtra, & lumen lucernæ noſtræ extinctum eſt: arca fœderis noſtri direpta eſt, ſacraq; noſtra contaminata: pene profanatum eſt numen in nos inuocari ſolitum, & liberi noſtri contumeliam paſsi ſunt: cremati ſunt ſacerdotes noſtri, Leuitæque noſtri abducti in captiuitatem: virgines noſtræ contaminatæ ſunt, & vim paſſæ mulieres noſtræ. Abrepti ſunt iuſti noſtri, & paruuli noſtri diſperditi: iuuenes noſtri ſeruiunt, & fracti ſunt fortes noſtri: & quod omnium eſt maximum, inſigne decus Sion reſignatam ſuam amiſit gloriam: nam peruenit in manus eorum qui nos oderunt. Tu ergo excute multam tuam triſtitiam, & depone copiam dolorum, vt tibi reconcilietur qui potens eſt, & requiem tibi præbeat altiſsimus, laborumque laxamentum. Hæc me cum ea loquente, accidit vt ſubito refulgeret facies eius & figura, aſpectuſque coruſcaret adeo, vt vehementer eam expaueſcerem. Dumque quidnam id eſſet cogitarem, ecce repente vocem emiſit perquam ſonoram & terribilem, adeò vt terra concuteretur præ ſonitu mulieris: & ſpectante me, ecce iam vltra mulier non comparebat, ſed vrbs ædificabatur, lateq; locus pateſcebat fundamentis. Extimui, & magna voce clamans, Vbi eſt Vriel, inquam, angelus, qui præſto mihi fuit à principio? quoniam ipſe me adduxit in ſummam hanc mentis extremitatem, perueniq; finis meus ad corruptionem, & oratio mea ad opprobrium. Hæc adhuc loquente me, ecce venit ad me ille: cumq; vidiſſet me coram iacentem vt mortuum, & alienatum animo, apprehenſa dextera mea, confirmatum me in pedes ſtatuit, & ſic eſt allocutus, Quid tibi eſt? aut quare mens tua, animiue tui ſenſus perturbatus eſt? aut quamobrem commoueris? At ego, Quoniam, inquam, me dereliquiſti, poſtquam ego ſane iuſſa tua executus ſum, & exiui in campum, vbi vidi, ecce & video quod non poſſum enarrare. Tum ille, Conſiſte viriliter, inquit, & te commonebo. Loquere tu mecum, inquam, mi Domine, neque me deſeras, vt ne temerè moriar, quoniam vidi quæ neſciebam, & ignota audio. Aut num ſenſus meus fallitur, ſublimiſve meus errat animus? Nunc ergo oro te, vt ſeruo tuo declares hoc miraculum. Reſpondens ille mihi, Auſculta me, inquit, vt doceam te, & diſſeram tibi de ijs quæ metuis, quoniam altiſsimus tibi reuelanda putauit multa myſteria. Vidit rectum inſtitutum tuum, qui pro populo tuo mœreas ſine intermiſsione, & propter Sion vehementer lugeas. Hæc igitur eſt interpretatio viſi, quod tibi dudum oblatum eſt. Quam vidiſti lugentem conſolari inſtituiſti: at nunc iam ſpeciem mulieris non vides, verum vrbs ædificari tibi viſa eſt: & quoniam narrabat tibi de caſu filij ſui, hæc eſt explicatio, Hæc mulier quam vidiſti, Sion eſt: & quod dixit tibi ea quam & nunc cernas vt vrbem ædificatam, quod inquam dixit tibi, ſe annos triginta fuiſſe ſterilem, eò pertinet, quòd vtique fuerint anni triginta, quibus non fuit adhuc factitatum in ea ſacrificium. Porrò exactis annis triginta cum Salomon ædificaſſet vrbem, ſacrificiaq; faceret, tum fuit tẽpus quo peperit ſterilis filium. Quod autem*

tibi

*tibi dixit, ſe illum educaſſe cum labore, habitatio fuit Ieroſolymis. Rurſumque quod tibi retulit filium ſuum ingreſſum thalamum ſuum fortuito caſu concidiſſe mortuum, ea eſt quæ contigit ruina Ieroſolymæ. En tibi quod vidiſti ſimulachrum eius, quam quia filium lugebat, conſolari inſtitiſti, & ea quæ contigerunt, quæ tibi fuerunt aperienda. Iam vero videns altiſsimus te contriſtatum eſſe ex animo, totoque corde dolere vicem eius, oſtendit tibi ſplendorem gloriæ eius, decoriſque pulchritudinem: propterea enim iuſsi te manere in campo vbi domus non eſſet ædificata. Sciebam enim quòd altiſsimus hæc tibi pararet oſtendere, propterea iuſsi te venire in agrum fundamento ædificij vacuum. Neque enim poterat opus humanæ ſtructuræ ſuſtineri loco, vbi fieret vrbs altiſsimi demonſtranda. Tu ergo ne ſis timidus, neque animo tuo expaueſcas, ſed ingreſſus contemplare ſplendorem, amplitudinemq; ædificij, quantum potes oculorum tuorum obtutu perluſtrare: & poſtea audies quantum vales aurium tuarum auditu percipere. Tu enim beatus es præ multis, & inter paucos nominatus apud altiſsimum. Cæterum nocte craſtina manebis hic, & repræſentabit tibi altiſsimus viſa ſublimia rerum earum, quas idem editurus eſt in habitatores terræ temporibus 3 poſterioribus.*

tibi dixit, quoniã nutriuit eum cũ labore, hoc erat, habita-
48 tio in Ieruſalẽ. ¶ Et qm dixit tibi, q̃ filius meus veniens in
ſuo thalamo mortuus eſſet, & cõtigiſſet ei caſus, hoc erat,
49 quæ facta eſt ruina Ieruſalẽ. ¶ Et ecce, vidiſti ſimilitudinẽ
eius: & quoniã filiũ lugeret, inchoaſti cõſolari eam: & de
50 his quæ cõtigerũt, hæc erãt tibi aperienda. ¶ Et nũc videt
Altiſsimus, quoniã ex animo cõtriſtatus es, & quoniã ex
toto corde pateris pro ea, oſtẽdit tibi claritatẽ gloriæ eius,
51 & pulchritudinẽ decôris eius. ¶ Propterea enim dixi tibi
52 vt maneres in cãpo vbi domus nõ eſt ædificata. ¶ Sciebã
enim ego, quoniã Altiſsimus incipiebat tibi oſtẽdere hæc:
53 ¶ propterea dixi tibi vt venires in agrũ vbi nõ eſt funda-
54 mentũ ædificij. ¶ Nec enim poterat opus ædificij homi-
nis ſuſtineri in loco, vbi incipiebatur Altiſsimi ciuitas oſtẽ
55 di. ¶ Tu ergo noli timere, neq; expaueſcat cor tuũ: ſed in-
grędere, & vide ſplẽdorẽ & magnitudinẽ ædificij, quantũ
56 capax eſt tibi viſus oculorũ videre: ¶ & poſt hæc audies
57 quãtũ capit auditus auriũ tuarũ audire. ¶ Tu enim beatus
es præ multis, & vocatus es apud Altiſsimũ ſicut & pauci.
58 ¶ Nocte autẽ quæ in craſtinũ futura eſt, manebis hîc: ¶ &
59 oſtẽdet tibi Altiſsimus eas viſiones ſupremorũ, quæ faciet
Altiſsimus his qui habitãt ſuper terra à nouiſsimis diebus.
60 ¶ Et dormiui illam noctem & aliam, ſicut dixerat mihi.

## SCHOLIA IN CAP. X.

1 ἐργάζεσθαι, facere & colere, vt & עבד 2 vel, ſanctuarium. 3 אחרונים vel, nouiſsimis.

## CAP. XI.

*CVmque ſomno me tradidiſſem nocte illa, & craſtina, vt me iuſſerat, vidi ſomnium, & ecce aſcendebat aquila de mari, cui duodecim erant alæ pennatæ, & tria capita. Et ſpectante me, ecce expandebat alas ſuas in omnem terram omnibus ventis cæli flantibus in eam, & collectis. Et vidi de pennis eius naſcentes alias in contrarium pennas, quæ euadebant in pinnulas minutas & exiguas. Cæterum capita eius quieſcebant, & medium inter ea caput maius erat alijs capitibus, & ipſum tamen cum illis quietem capiens. Porrò inſpiciente me, ecce aquila ſubuolauit pennis ſuis, & regnauit in terra & in eius habitatoribus: vidiq; ſubiecta ei quæ ſub cælo ſunt omnia, nec quenquam illi contradicere, ne vnum quidem eorum qui in terra procreati ſunt. Deinde intuente me, ecce cum aquila 1 conſtitiſſet in vngues ſuos, vocem miſit pennis ſuis, dicens, Ne ſimul omnes vigiletis, ſed ſuo quæque loco dormiatis, & vigiletis per ſucceſsiones: capita vero reſeruentur ad extremũ. Cum autem contemplarer, ecce vox non edebatur è capitibus eius, ſed de medio corporis. Tum numeraui pennas eius aduerſas, cumq; animaduertiſſem eas eſſe octo, ſpectante me, ecce à dextera parte ſurrexit vna penna, & regnum occupauit per omnem terram. Porrò cum regnaret, aduenit finis eius, ac ne locus quidem eius comparuit. Tum altera exurrexit, & regnauit, longoq; tempore rerum potita eſt. Accidit autem vt dum regnaret, veniret finis eius, & euaneſceret vt prior. Et ecce vox ad illam miſſa eſt, dicens, Audi tu quæ terram tanto tempore tenuiſti. Hæc annuntio tibi antequam pares è medio faceſſere. Nemo poſt te tempus tuum obtinebit, ac ne dimidium quidem eius. Et exorta eſt tertia, quæ principatum obtinuit ſicut & priores, & ipſa quoque euanuit. Idem contigit & omnibus alijs ſingulatim, vt principatum gererent, rurſumq; interirent. Deinde ſpectante me, ecce per interualla temporis ſequentes pennæ ſurrigebantur à dextera parte, vt occuparent & ipſæ principatum: verum ex eis quædam obtinebant, ſtatim tamen euaneſcentes: quædam autem ex eis erigebantur quidem, ſed imperio non potiebantur. Poſt hæc cum contemplarer, ecce non comparebant duodecim pennæ, nec duæ pinnulæ: nec quicquam ſupererat in corpore aquilæ, præter duo capita quieſcentia, & ſex pinnulas. Et intuente me,*

1 ET vidi ſomnium, & ecce aſcendebat de mari aqui-
la, cui erant duodecim alæ pennarum, & capita
2 tria. ¶ Et vidi, & ecce expandebat alas ſuas in om
nem terram, & omnes venti cæli inſufflabant in eam, &
3 colligebantur. ¶ Et vidi, & de pennis eius naſcebantur
contrariæ pennæ, & ipſæ fiebant in pennaculis minutis
4 & modicis. ¶ Nam capita eius erant quieſcentia, & di-
midium caput erat maius aliorum capitum, ſed ipſa
5 quieſcebat cum eis. ¶ Et vidi, & ecce aquila volauit in
pennis ſuis, & regnauit ſuper terram, & ſuper eos qui
6 habitant in ea. ¶ Et vidi, quoniam ſubiecta erant ei
omnia ſub cælo, & nemo illi contradicebat, neque vnus
7 de creatura quæ eſt ſuper terram. ¶ Et vidi, & ecce
ſurrexit aquila ſuper vngues ſuos, & miſit vocem pen-
8 nis ſuis, dicens, ¶ Nolite omnes ſimul vigilare, dor-
9 mite vnuſquiſq; in loco ſuo, & per tempus vigilate. ¶ Ca-
10 pita autem in nouiſsimo ſeruentur. ¶ Et vidi, & ecce vox
non exibat de capitibus eius, ſed de medietate corporis
11 eius. ¶ Et numeraui contrarias pennas eius, & ecce ipſæ
12 erant octo. ¶ Et vidi, & ecce à dextera parte ſurrexit
13 vna penna, & regnauit ſuper omnem terram. ¶ Et factum B
eſt cum regnaret, venit ei finis, & non apparuit locus eius:
& ſequens exurrexit, & regnabat. Ipſa multum tenuit tem
14 pus. ¶ Et factum eſt cum regnaret, & veniebat finis eius,
15 vt non appareret ſicut prior. ¶ Et ecce vox emiſſa eſt
16 illi, dicens, ¶ Audi tu quæ tanto tempore tenuiſti ter-
ram. hæc annuntio tibi antequam incipias non apparere.
17 ¶ Nemo poſt te tenebit tempus tuum, ſed nec dimidium
18 eius. ¶ Et leuauit ſe tertia, & tenuit principatum ſicut &
19 priores: & non apparuit & ipſa. ¶ Et ſic contingebat
omnibus alijs ſingulatim principatum gerere, & iterum
20 nuſquam comparere. ¶ Et vidi, & ecce in tempore ſe-
quentes pennæ erigebantur à dextera parte, vt tenerent
& ipſæ principatum: & ex his erant quæ tenebant, ſed ta-
21 men ſtatim non comparebant. ¶ Nam & aliquæ ex eis
22 erigebantur, ſed nõ tenebant principatum. ¶ Et vidi poſt
hæc, & ecce non comparuerunt duodecim pennæ, &
23 duo pennacula: ¶ & nihil ſupererat in corpore aquilæ,
24 niſi duo capita quieſcentia & ſex pennacula. ¶ Et vidi, &
ecce



ecce ſex pennaculis diuiſæ ſunt duæ, & manſerunt ſub ca-
C pite quod eſt ad dexteram partem. Nam quatuor manſe-
runt in loco ſuo. ¶ Et vidi, & ecce ſubalares cogitabant 25
ſe erigere & tenere principatus. ¶ Et vidi, & ecce vna 26
erecta eſt, ſed ſtatim non comparuit. ¶ Et ſecundæ ve- 27
locius, quàm priores non cõparuerunt. ¶ Et vidi, & ecce 28
duæ quæ ſuperauerũt apud ſemetipſas cogitabant & ipſæ
regnare: ¶ & in eo cum cogitarent, ecce vnum quieſcen 29
tium capitum quod erat mediũ, euigilabat. hoc enim erat
duorum capitum maius. ¶ Et vidi quoniam cõpleta ſunt 30
duo capita ſecum: ¶ & ecce conuerſum eſt caput cum his 31
qui cum eo erant, & comedit duas ſubalares quæ cogita-
bant regnare. ¶ Hoc autem caput perconterruit omnem 32
terram, & dominabatur in ea his qui habitant terram cum
labore multo, & potentatum tenuit orbis terrarum ſuper
omnes alas quæ fuerunt. ¶ Et vidi poſt hæc, & ecce me- 33
dium caput ſubito non comparuit, & hoc ſicut alæ. ¶ Su- 34
perauerunt autem duo capita, quæ & ipſa ſimiliter regna-
uerunt ſuper terram, & ſuper eos qui habitant in ea. ¶ Et 35
vidi, & ecce deuorauit caput à dextera parte illud quod à
læua. ¶ Et audiui vocem dicentem mihi, Conſpice con- 36
tra te, & conſydera quod vides. ¶ Et vidi, & ecce ſicut 37
D leo concitatus de ſylua rugiens: & vidi quoniam emitte-
bat vocem hominis ad aquilam. Et dixit, dicens, ¶ Audi 38
tu, & loquar ad te, & dicet Altiſsimus tibi, ¶ Nonne tu 39
es qui ſuperaſti de quatuor animalibus, quæ feceram re-
gnare in ſeculo meo, & vt per eos veniret finis temporum
eorũ? ¶ Et quartus veniens deuicit omnia animalia quæ 40
tranſierunt, & potẽtatu tenuit ſeculum cum tremore mul-
to, & omnem orbem cum labore peſsimo, & inhabitauit
tot temporibus orbem terrarum cum dolo. ¶ Et iudica- 41
ſti terram non cum veritate. ¶ Tribulaſti enim manſue- 42
tos, & læſiſti quieſcentes, & dilexiſti mendaces, & deſtru-
xiſti habitationes eorum qui fructificabant, & humiliaſti
muros eorum qui te non nocuerunt. ¶ Et aſcendit con- 43
tumelia tua vſque ad Altiſsimum, & ſuperbia tua ad For-
tem. ¶ Et reſpexit Altiſsimus ſuperba tempora, & ecce 44
finita ſunt, & ſcelera eius completa ſunt. ¶ Propterea non 45
appareas tu aquila, & alæ tuæ horribiles, & pennacula tua
peſsima, & capita tua maligna, & vngues tui peſsimi, &
omne corpus tuum vanũ, ¶ vti refrigeretur omnis terra, 46
& reuertatur libera de tua vi, & ſperet iudicium & miſeri-
cordiam eius qui fecit eam.

*ecce de ſex pinnulis duæ receſſerunt, & ſe collocauerũt ſub capite quod erat ad partem dexteram. nam quatuor manſerunt in loco ſuo. Porrò inſpiciente me, ecce pennæ ſubalares cogitabant erigere ſe, & occupare principatum: atque adeò vidi protinus erectam vnam, ſed ſtatim deſijt apparere. Quæ autem ſubſecutæ ſunt, citius quàm priores extare deſierunt. Spectabam autem, & ecce duæ quæ ſupererant, apud ſemetipſas cogitabant & ipſæ regnare: & quum in ea cogitatione eſſent, ecce vnum quieſcentium capitum quod erat medium, expergefactum eſt. Id enim erat maius duobus capitibus. Et vidi coniuncta eſſe cum illo duo capita, & ecce conuerſum eſt caput illud cum ijs quæ cum eo coniuncta erant, & comedit duas ſubalares regnare cogitantes. Hoc etiam caput perterruit omnem terram, & in ea dominabatur habitatoribus eius cum multa vexatione, & imperium tenebat orbis terrarum amplius, quàm omnes alæ quæ anteceſſerant. Poſt hæc dum intuebar, ecce medium caput interijt ſubito & ipſum ſicut alæ. Supererant autem duo capita, quæ & ipſa ſimiliter imperio terram & incolas eius tenuerunt. Deinde contemplante me, ecce caput dexterum deuorauit alterum quod erat ad læuam. Tum audiui vocem mihi dicentem, Proſpice in aduerſum, & quod vides conſidera. Itaque proſpexi, & ecce imago leonis è ſylua concitati rugiebat: hunc vidi mittentem vocem humanam ad aquilam, & loquentem his verbis, Audi tu, nam tecum loquar verbis altiſsimi. Nonne tu es illud reliquum de quatuor animalibus (quæ deſignaui ad regnandum in orbe meo, vt ſuaipſorum tempora exigerent,) quod quarto loco exortum deuicit omnia animalia quæ tranſierunt, & imperio perquam horrendo mundum tenuit, omnemq; orbem cum vexatione grauiſsima, quodq; tanto tempore orbem terrarum fraudulenter inhabitauit? Nam iudicem te præbuiſti terræ nequaquam integrum. Vexauiſti enim mites, quietos male tractauiſti, dilexiſti mendaces, habitationes frugi hominum deuaſtaſti, & deieciſti muros eorum qui tibi non nocuerunt. Contumelia tua aſcendit vſque ad altiſsimum, & ſuperbia tua ad potentem. Deſpexit altiſsimus in tempora ſuperba, & ecce finita ſunt, & ſcelera eorum conſummata. Propterea euaneſcas tu aquila vnà cum alis tuis horribilibus, cum pennis deterrimis, cum capitibus malitioſis, cum vnguibus ſceleratiſsimis, adeoq; cum totius corporis tui vanitate, vt refocilletur omnis terra, & à tua violentia liberata ſe recipiat, ac in iuſtitia clementiaq; conditoris ſui ſpem collocet.*

## SCHOLIA IN CAP. XI.

1 יקם

## CAP. XII.

ET factum eſt, dum loqueretur leo verba hæc ad 1
aquilam, & vidi: ¶ & ecce quod ſuperauerat ca- 2
put, & non comparuerunt quatuor alæ illæ quæ ad
eum tranſierunt, & erectæ ſunt vt regnarent: & erat re-
gnum eorum exile, & tumultu plenum. ¶ Et vidi, & ec- 3
ce ipſa non apparebant, & omne corpus aquilæ incende-
batur, & expaueſcebat terra valde, & ego à tumultu &
exceſſu mentis, & à magno timore vigilaui, & dixi ſpiri-
tui meo, ¶ Ecce tu præſtitiſti mihi hoc in eo, quòd ſcru- 4
taris vias Altiſsimi. ¶ Ecce adhuc fatigatus ſum animo, 5
& ſpiritu meo inualidus ſum valde, & nec modica eſt in
me virtus à multo timore, quam expaui nocte hac.
¶ Nunc ergo orabo Altiſsimum, vt me confortet vſque 6
in finem. ¶ Et dixi, Dominator Domine, ſi inueni gra- 7
tiam ante oculos tuos, & ſi iuſtificatus ſum apud te præ
multis, & ſi certè aſcendit deprecatio mea ante faciem
tuam, ¶ conforta me, & oſtende ſeruo tuo mihi inter- 8
pretationem & diſtinctionem viſus horribilis huius, vt
pleniſsime conſoleris animam meam. ¶ Dignum enim 9
me habuiſti oſtendere mihi temporum nouiſsima. Et
dixit ad me, ¶ Hæc eſt interpretatio viſionis huius, 10

*ACcidit autem leone his verbis cum aquila loquente, cum ego contemplarer, vt repente caput quod ſuperauerat, euaneſceret vnà cum quatuor alis illis quæ tranſierant ad ipſum, & ad regnandum exurrexerant, quarum regnum erat exile ac tumultuoſum. Cum, inquam, ſpectarem, ecce abibant è conſpectu, omneq; corpus aquilæ conflagrabat, terra vehementer expaueſcente. Tum ego à perturbatione, & mente attonita, magnoq; timore expergefactus animum meum incuſabam, Ecce tu mihi huius rei author es, eo quòd ſcrutaris vias altiſsimi. Ecce laſſo ſum etiamdum animo, & ſpiritu vehementer imbecilli, vt ne paululum quidem in me ſuperſit virtutis præ magno terrore, quo hac nocte perculſus ſum. Nunc ergo orabo altiſsimum, vt me ad finem vſque reddat confirmatum. Ergo dixi, Si quam in conſpectuo tuo gratiam nactus ſum dominator Domine, ſi me apud te iuſtiorem multis iudicas, aut ſi certe ſub aſpectum tuum preces meæ valent aſcendere, fac me corrobores mihiq; ſeruo tuo viſum hoc horrendum diſtincta interpretatione declares, vt pleniſsime conſoleris animũ meum: quandoquidem dignũ me, cui 1 poſteriora tempora repræſentares, cenſuiſti. Tum ille, Hæc eſt, inquit, huius viſi interpretatio,*

Aquila

*Aquila quam de mari vidiſti aſcendentem, regnum eſt illud quod Danieli fratri tuo per viſum repræſentatum eſt, ſed non interpretatum: ideo ego tibi nunc id interpretor. Veniunt ecce tempora, quibus exiſtet regnum in terra, cuius terror erit acrior omnibus regnis quæ ipſum anteceſſerint. Regnabunt autem in eo reges duodecim, alius poſt alium, quorum ſecũdus regnum adeptus diutius tenebit quàm quiſquam è duodecim. Hæc eſt interpretatio duodecim alarum quas vidiſti. Porrò vocis, quam audiſti loquentem, non è capitibus eius, ſed de medio corporis editæ, hæc eſt ſignificatio, quòd exacto tẽpore regni illius exorientur contẽtiones nequaquam exiguæ, & ipſum ruina periclitabitur, necdum tamen cadet, ſed in integrum iterum reſtituetur. Subalarium autem octo pennarum, quas vidiſti alis eius adhærentes, hæc eſt interpretatio, Exiſtent in illo reges octo, quorum erunt tempora breuia, & anni citati. Et duo quidem ex ipſis peribunt, appropinquante vero tempore medio quatuor ſeruabuntur ad tempus, donec acceſſerit tempus 2 eius, vt finiatur, ad extremum vero duo reſeruabuntur. Deinde trium capitum quieſcentium quæ vidiſti, hæc eſt coniectatio, Temporibus eius nouiſſimis tria regna ſuſcitabit altiſſimus, & reuocabit in ea multa, & dominabuntur terræ & eius habitatoribus cum vexatione graui ſuper omnia quæ ipſa anteceſſerint, propterea ipſa vocata ſunt aquilæ capita. Nam impias fraudes eius iſta conſummabunt, & extremum imponent ei faſtigium. Quod autem caput maius euanuiſſe vidiſti, hoc innuit, vnũ ex eis in lecto ſuo eſſe moriendum, & tamen cum tormentis. Nam duos qui ſuperfuerint gladius hauriet. Vnius enim gladius hauriet alterum, qui tamen & ipſe tandem occumbat gladio. Præterea duarum pennarum ſubalarium quas ad caput in dextera parte ſitum tranſiiſſe vidiſti, hæc eſt ſignificatio, Hi ſunt quos in finem ſuum conſeruauit altiſſimus, quorum eſt regnum exile turbarumq; plenum, vt vidiſti. Leo denique quem vidiſti de ſylua excitatum, rugientem, & alloquentem aquilam, deq; iniuſtè factis ipſius arguentem per omnes ſermones quos audiuiſti: is eſt ventus quem reſeruauit altiſſimus ad extremum in illos, & impias fraudes eorum, & redarguet eos, & regeret in eos direptiones eorundem. Siſtet enim eos iudicio viuos, & in conuictos animaduertet. Nam per ærumnas eripiet reſiduos populi mei qui in fines meos euaſerint, & oblectabit eos quoad vltima iudicij dies adueniat, de qua tibi ab initio locutus ſum. Hoc eſt ſomnium quo vſus es, & hæ eius interpretationes. Enimuero ſolus dignus es habitus qui hæc ſecreta altiſſimi cognoſceres. Hæc ergo quæ vidiſti libro perſcribe omnia, & reconde in locum ſecretum, doceaſq; ea ſapientes populi tui, quorum animos ſcis hæc arcana capere poſſe, & conſeruare. Mane autem hic alios adhuc ſeptem dies, vt oſtendatur tibi quicquid altiſſimo viſum fuerit tibi ſignificare. Tum ille à me diſceſſit. Porrò cum audiſſet vniuerſus populus elapſos eſſe ſeptem dies, quibus non eſſem reuerſus in ciuitatem, congregatus à minimo ad maximum vſque vniuerſus venit ad me, & me his verbis compellauit, Quid in te peccauimus, aut qua te læſimus iniuria, quòd derelictis nobis in hoc loco conſediſti? Nam tu ſolus reliquus es nobis ex omni populo, vt botrus è vinea, vt lucerna in obſcuro loco, & vt portus ac nauis ſeruata à tempeſtate. Annon ſufficiunt nobis præſentes malorum caſus? Quòd ſi tu nos dereliqueris, quanto præſtiterat nobis vnà cum incendio Sion conflagrauiſſe? Neque enim 3 feliciores ſumus ijs qui ibi ſunt mortui, & magna voce complorauerunt. Tum ego reſpondi illis, ac dixi, Bene ſperetis Iſraelitæ, neque triſteris tu domus Iacob. Eſt enim memoria veſtri apud altiſſimum, & qui potens eſt non eſt oblitus veſtri in tentatione. Neque verò ego vos deſerui, aut auerti me à vobis, ſed conceſſi in hunc locum, vt precarer pro deſolata Sion, & veniam peterem afflictioni veſtræ 4 ſanctitatis. Ergo nunc domum ſuam redite quiſque veſtrum, & ego poſt hoſce dies aliquot ad vos reuertar. Tum populo vt iuſſeram, in vrbem reuerſo,*

11 ♀ Aquilam quã vidiſti aſcendentẽ de mari, hoc eſt regnũ
12 quod viſum eſt in viſione Danieli fratri tuo. ♀ Sed nõ eſt Dan.7.
13 illi interpretatũ, quoniã ego nunc tibi interpretor. ♀ Ecce
dies veniunt, & exurget regnũ ſuper terram, & erit timor
14 acrior omniũ regnorũ quæ fuerũt ante eum. ♀ Regnabũt B
15 autẽ in ea reges duodecim, vnus poſt vnũ. ♀ Nam ſecundus
incipiet regnare, & ipſe tenebit amplius tempus præ
16 duodecim. ♀ Hæc eſt interpretatio duodecim alarũ quas
17 vidiſti. ♀ Et quã audiſti vocẽ quæ locuta eſt, nõ de capiti-
18 bus eius exeuntem, ſed de medio corporis eius, ♀ hæc eſt
interpretatio, Quoniã poſt tẽpus regni illius naſcẽtur cõ-
tentiones nõ modicæ, & periclitabitur vt cadat: & nõ ca-
19 det tũc, ſed iterũ cõſtituetur in ſuũ initiũ. ♀ Et quoniã vi-
20 diſti ſubalares octo cohærẽtes alis eius, ♀ hæc eſt interpre
tatio, Exurgẽt in ipſo octo reges, quorũ erũt tẽpora leuia,
21 & anni citati, & duo quidẽ ex ipſis perient. ♀ Appropin-
quante autẽ tẽpore medio, quatuor ſeruabũtur in tẽpore,
cũ incipiet appropinquare tẽpus eius vt finiatur: duæ ve-
22 rò in finẽ ſeruabũtur. ♀ Et quoniã vidiſti tria capita quie-
23 ſcẽtia, ♀ hęc eſt interpretatio, In nouiſsimis eius ſuſcitabit
Altiſsimus tria regna, & reuocabit in ea multa, & domina-
24 bũtur terrã, ♀ & qui habitant in ea, cũ labore multo ſuper
omnes qui fuerunt ante hos. propter hoc ipſi vocati ſunt
25 capita aquilæ. ♀ Iſti eñ erũt qui recapitulabũt impietates
26 eius, & qui perficiẽt nouiſsima eius. ♀ Et qm̃ vidiſti caput
maius nõ apparẽs, hæc eſt interpretatio eiꝰ, Quoniã vnus
27 ex eis ſuper lectũ ſuũ morietur, & tamẽ cũ tormẽtis. ♀ Nã
28 duo qui perſeuerauerint, gladius eos comedet. ♀ Vnius eñ C
gladius comedet qui cũ eo: ſed tamẽ hic gladio in nouiſsi-
29 mis cadet. ♀ Et quoniã vidiſti duas ſubalares traijciẽtes ſu
30 per caput quod eſt in dextera parte, ♀ hęc eſt interpreta-
tio, Hi ſunt quos cõſeruauit Altiſsimus in finẽ ſuũ, hoc eſt
31 regnũ exile, & turbationis plenũ. ♀ Sicut vidiſti & leonẽ,
quẽ vidiſti de ſylua euigilantẽ & rugientẽ, & loquentẽ ad
aquilã, & arguẽtẽ eam, & iniuſtitias ipſius per omnes ſer-
32 mones eius ſicut audiſti: ♀ hic eſt vẽtus quẽ ſeruauit Altiſ-
ſimus in finẽ ad eos, & impietates ipſorũ, & arguet illos,
33 & incutiet corã ipſis diſcerptiones eorum. ♀ Statuet enim
eos in iudicio viuos: & erit, cũ arguerit eos, tunc corripiet
34 eos. ♀ nam reſiduũ populũ meũ liberabit cum miſeria, qui
ſaluati ſunt ſuper fines meos, & iucundabit eos quoaduſq;
veniet finis dies iudicij, de quo locutus ſum tibi ab initio.
35 ♀ Hoc ſomniũ quod vidiſti, & hæ interpretationes. ♀ Tu
36 ergo ſolus dignus fuiſti ſcire Altiſsimi ſecretũ hoc. ♀ Scri-
37 be ergo omnia iſta in libro quæ vidiſti, & pone ea in loco
38 abſcõdito: ♀ & docebis ea ſapiẽtes de populo tuo, quorum
39 corda ſcis poſſe capere & ſeruare ſecreta hæc. ♀ Tu autem
adhuc ſuſtine hîc alios dies ſeptẽ, vt tibi oſtẽdatur quicqd
40 viſum fuerit Altiſsimo oſtẽdere tibi. ♀ Et pfectus eſt à me. D
Et factũ eſt, cũ audiſſet omnis populꝰ qm̃ pertrãſierũt ſe-
ptẽ dies, & ego nõ fuiſſem reuerſus in ciuitatẽ, & cõgrega
uit ſe omnis à minimo vſq; ad maximũ: & venit ad me, &
41 dixerũt mihi dicẽtes, ♀ Quid peccauimus tibi, & quid iniu
ſte egimus in te, qm̃ derelinquens nõ ſediſti in loco hoc?
42 ♀ Tu eñ nobis ſuperes ſolus ex omnibus populis, ſicut bo
trus de vinea, & ſicut lucerna in loco obſcuro, & ſicut por
43 tus & nauis ſaluata à tempeſtate. ♀ Aut nõ ſufficiũt nobis
44 mala quæ contingunt? ♀ Si ergo tu nos dereliqueris, quãto
nobis erat melius ſi eſſemus ſuccenſi & nos cum incendio
45 Sion? ♀ Nec enim nos ſumus meliores eorum qui ibi mor-
tui ſunt. Et plorauerunt voce magna. Et reſpõdi ad eos, &
46 dixi, ♀ Cõfide Iſrael, & noli triſtari tu domus Iacob. ♀ Eſt
47 enim memoria veſtri coram Altiſsimo, & Fortis non eſt
48 oblitus veſtri in tentatione. ♀ Ego enim nõ dereliqui vos,
neque exceſsi à vobis: ſed veni in hũc locũ, vt deprecarer
pro deſolatione Sion, vt quærerem miſericordiã pro hu-
49 militate ſanctificationis veſtræ. ♀ Et nunc ite vnuſquiſque
veſtrum in domum ſuam, & ego veniam ad vos poſt dies
50 iſtos. ♀ Et profectus eſt populus, ſicut dixi ei, in ciuitatem:
♀ ego



♀ ego autem ſedi in campo ſeptem diebus, ſicut mihi man 51
dauit, & manducabam de floribus ſolummodo agri, de
herbis facta eſt eſca mihi in diebus illis.

*ego reſedi in campo ſeptem diebus, ſicut mandatum habebam, floribus tantum veſcens ſylueſtribus, & herbis pro cibo vtens diebus illis.*

## SCHOLIA IN CAP. XII.

1 אחרונים vel, nouiſsima. 2 ſub. temporis: vel, donec acceſſerit tempus cuiuſque. vt, &c. 3 vel, meliores. 4 vel, religionis, vel ſacrarij, vel ſacroſancti loci.

## CAP. XIII.

ET factũ eſt poſt dies ſeptem, & ſomniaui ſomnium 1
nocte. ♀ Et ecce, de mari vẽtus exurgebat, vt cõtur 2
baret omnes fluctus eius. ♀ Et vidi, & ecce, conua- 3
leſcebat ille homo cũ millibus cæli: & vbi vultũ ſuũ verte-
bat vt cõſyderaret, tremebãt omnia quæ ſub eo videban-
tur: ♀ & vbicũq; exibat vox de ore eius, ardeſcebant om- 4
nes qui audiebant voces eius, ſicut quieſcit terra quando
ſenſerit ignem. ♀ Et vidi poſt hæc, & ecce cõgregabatur 5
multitudo hominũ, quorum nõ erat numerus, de quatuor
ventis cæli, vt debellarẽt hominẽ qui aſcenderat de mari.
♀ Et vidi, & ecce ſibimetipſi ſculpſerat montẽ magnũ, & 6
volauit ſuper eum. ♀ Ego autẽ quæſiui videre regionem, 7
vel locũ vnde ſculptus eſſet mons, & nõ potui. ♀ Et poſt 8
hęc vidi, & ecce, omnes qui cõgregati ſunt ad eum, vt ex-
pugnarẽt eum, timebãt valde: tamen audebant pugnare.
♀ Et ecce, vt vidit impetũ multitudinis veniẽtis, nõ leua- 9
uit manũ ſuã, neq; phramæam tenebat, neq; aliquod vas
bellicoſum, niſi ſolũmodo vt vidi, ♀ quoniã emiſit de ore 10
ſuo ſicut flatum ignis, & de labijs eius ſpiritus flammæ, &
de lingua eius emittebat ſcintillas & tẽpeſtates, & cõmi-
ſta ſunt omnia ſimul, hic flatus ignis, & ſpiritus flammæ,
& multitudo tẽpeſtatis: ♀ & cõcidit ſuper multitudinẽ in 11
impetu, quæ præparata erat pugnare, & ſuccẽdit omnes,
vt ſubito nihil videretur de innumerabili multitudine, niſi
ſolummodo puluis, & fumi odor: & vidi, & extimui. ♀ Et 12
poſt hæc vidi ipſum hominẽ deſcendentẽ de monte, & vo
cantẽ ad ſe multitudinem aliã pacificã, ♀ & accedebat ad 13
eum vultus hominũ multorũ quorundã gaudentiũ, quo-
rundã triſtantiũ: aliqui verò alligati, aliqui adducentes ex
eis qui offerebãtur, & ægrotaui à multitudine pauoris, &
B expergefactus ſum, & dixi, ♀ Tu ab initio demonſtraſti 14
ſeruo tuo mirabilia hæc, & dignũ me habuiſti vt ſuſcipe-
res deprecationẽ meã: ♀ & nũc demõſtra mihi adhuc in- 15
terpretationẽ ſomnij huius. ♀ Sicut enim exiſtimo in ſen- 16
ſu meo, væ qui derelicti fuerunt in diebus illis: & multo
plus væ his qui nõ ſunt derelicti. ♀ Qui enim nõ ſunt de- 17
relicti, triſtes erant. ♀ Intelligo nunc quæ ſunt repoſita in 18
nouiſsimis diebus, & occurrent eis, ſed & his qui derelicti
ſunt. ♀ Propter hoc venerunt enim in pericula magna, & 19
neceſsitates multas, ſicut oſtẽdunt ſomnia hæc. ♀ Attamẽ 20
facilius eſt periclitantẽ venire in hunc, quàm pertranſire,
ſicut nubẽ à ſeculo, & nunc videre quæ cõtingunt in no-
uiſsimo. Et reſpondit ad me, & dixit, ♀ Et viſionis inter- 21
pretationẽ dicã tibi: & de quibus locutus es, adaperiã tibi.
♀ Quoniam de his dixiſti qui derelicti ſunt, hæc eſt inter- 22
pretatio, ♀ Qui aufert periculũ illo tẽpore, hic ſe cuſtodi- 23
uit qui in periculo inciderunt, hi ſunt qui habent opera &
fidẽ ad Fortiſsimum. ♀ Scito ergo quoniã magis beatifica- 24
ti ſunt, qui derelicti ſuper eos qui mortui ſunt. ♀ Hæ inter- 25
pretationes viſionis, Quia vidiſti virũ aſcẽdentẽ de corde
maris, ♀ ipſe eſt quẽ cõſeruat Altiſsimus multis tempori- 26
bus, qui per ſemetipſum liberabit creaturam ſuam: & ipſe
diſponet, qui derelicti ſunt. ♀ Et quoniã vidiſti de ore eius 27
exire, vt ſpiritũ, & ignẽ, & tempeſtatẽ: ♀ & quoniam non 28
tenebat phramæam, neque vas bellicoſum: corrupit enim
C impetus eius multitudinem, quę venerat expugnare eum,
hæc eſt interpretatio, ♀ Ecce dies veniunt, quãdo incipiet 29
Altiſsimus liberare eos qui ſuper terrã ſunt: ♀ & veniet in 30
1. exceſſu mentis ſuper eos qui inhabitant terram. ♀ Et alij 31

## CAP. XIII.

*ACcidit autem poſt dies ſeptem vt vterer ſomnio noctu. & ecce exurgebat de mari ventus, qui cieret omnes fluctus eius. Cumq; ſpectarem, ecce euadebat ille in hominem cum millibus cæli: cumq; vultum ſuum ad contemplandum conuerteret, tremebant quæ ſub eo cernebantur omnia: & quoties vox ex ore eius ederetur, incendebantur omnes qui audiſſent ſonos eius, ſicut terra 1 deuaſtatur, cum corripitur incendio. Deinde cum contemplarer, ecce congregabatur multitudo hominum innumerabilis à quatuor ventis cæli, ad oppugnandum hominem qui de mari aſcenderat. Is autem inſpiciente me, ecce ſibimetipſi montem ingentem exciderat, ſuper quem auolauit. Ego verò cupiebam videre regionem & locum vnde mons exciſus eſſet, nec potui. Porrò autem intuebar, & ecce qui venerant oppugnatum eum, omnes metuebant vehementer, & tamen audebant impugnare. At ille vbi vidit impetum venientis multitudinis, manum quidem ſuam non leuauit, vt qui nec gladium teneret, nec vllum inſtrumentum bellicum, ſed quantum vidi ſolum emiſit ex ore ſuo ſpeciem flatus igniti, & è labijs ſuis ſpiritum flammantem, lingua ſua vibrans ſcintillas & tempeſtates. Hæc ſimul commiſta omnia, nempe flatus ignitus, ſpiritus flammans, & vis tempeſtatis ingruerunt impetu ſuper paratam pugnare multitudinem, & concremauerunt vniuerſos, adeò vt repente ex innumerabili multitudine nihil præterquam puluis tantum & fumus olidus compareret. Hæc videns extimui. Poſtea verò hominem illum vidi de monte deſcendentem, & multitudinem aliam ad ſe vocantem pacificam, & accedebant ad eum homines multi vultu alij hilari, alij verò triſti, & alij vincti, alij quoſdam oblatos addacentes: & præ vi pauoris ægrotare cœpi, & expergefactus ſum, ac dixi, Tu ab initio hæc miracula ſeruo tuo declarauiſti, & dignum me indicaſti cuius precationem admitteres: itaque nunc etiam explica mihi ſomnium hoc interpretatione. Quantum enim animo meo conijcio, væ 2 relictis illo tempore, ſed multo magis væ 3 non relictis. Qui enim non ſunt relicti triſtes erant. Intelligo nunc quæ ſint repoſita in tempora 4 poſteriora, & quæ euentura ſint illis, ſimul & relictis, propterea quòd in magna pericula, calamitateſq; multas deuenerunt, ſicut hæc ſomnia repræſentant. Attamen tolerabilius eſt periclitantem in hæc incidere, & prauidere nunc quæ futura ſunt in poſterum, quàm tranſire ſicut nubem è mundo. Tum reſpondens ille mihi, Et viſum, inquit, interpretabor tibi, & ea de quibus locutus es explicabo apertius. Quandoquidem mentionem feciſti relictorum, res ſic eſt accipienda. Qui pertulerit periculum illo tempore, is ſe ſeruauerit: qui in periculum inciderunt, ij ſunt qui præſtant opera & fidem altiſſimo. Scito ergo beatiores eſſe relictos quàm mortuos. Hæ ſunt interpretationes viſi. Quod vidiſti virum aſcendere è medio maris, is eſt quem multis temporibus conſeruat altiſſimus, qui per ſemetipſum liberabit opificium ſuum, & ipſe curam capeſſet relictorum. Quod autem ex ore eius vidiſti prodeuntem ſpeciem flatus cum igne & tempeſtate: quod item nec gladium tenebat, nec telum aliud bellicum, ſed impetu ſuo diſperdidit multitudinem, quæ oppugnatum ipſum venerat, ſic eſt interpretandum, Ecce tempora veniunt, quibus ad incolas terræ liberandos accedet altiſſimus, & mentes habitatorum orbis pauore aduentus ſui ſtupefaciet. Alij in-*
*alios*

alios bella molientur, ciuitas in ciuitatem, locus in locum, gens aduerſus gentem, & regnum aduerſus regnum. Cum autem hæc gerentur, deſignabuntur ea quæ antea tibi declaraui miracula: & tunc oſtendetur filius meus, quem vt virum aſcendentem vidiſti, cuius cum gentes omnes vocem audierint, eueniet vt in ſua quæque regione bellum, quod inter ſe gerunt, omittant: & colligetur in vnum multitudo innumerabilis, animo parata ire ad oppugnandum eum ſtantem ſuper cacumen montis Sion. Sion autem exiſtet, & parata ædificataq́; monſtrabitur omnibus ſicut vidiſti montem exciſum ſine manibus. Ipſe autem filius meus arguet impia commenta gentium earum, quæ propter mala ſtudia ſua deuenerunt in tempeſtatem, & cruciatus flammæ ſimiles, quibus cruciandi deſtinabuntur, nulloq́; negotio perdet eas per legem igni aſsimilatam. Cæterum quod vidiſti colligere eum ad ſe multitudinem aliam pacificam, hæ ſunt decem tribus quæ captiuæ abductæ ſunt è terra ſua temporibus Oſeæ regis, quem captiuum abduxit rex Aſſyriorum Salmanaſar, qui tranſtulit illas vltra fluuium, & deduxit in terram alienam. Illæ cum communi conſilio decreuiſſent ſe à vulgo gentium ſubducere, & proficiſci in vlteriorem regionem humano generi nunquam habitatam, & vel ibi ſeruare iura ſua, quæ neglexiſſent in patria: per anguſtos introitus fluminis Euphratis ingreſſæ ſunt. Nam edidit eis tum miracula altiſsimus, & ſcaturigines fluminis inhibuit, donec tranſiſſent. Longo enim per eam regionem itinere proficiſcendum erat anno vno & dimidio: nam 5 Arſareth illa regio vocatur. Tum ibi ſedem acceperunt vſque ad tempus nouiſsimum: vnde cum iam redire parabunt, altiſsimus ſcaturigines fluminis denuo ſiſtet, vt pateat ipſis tranſitus: hinc eſt quòd multitudinem pacificam vidiſti. At verò qui de populo tuo relicti ſunt, ij ſunt qui intra terminum meum inueniuntur. Fiet igitur vt cum aggrediatur multitudinem collectarum gentium perdere, protegat eum qui ſuperauit populum, cui tum miracula quamplurima oſtenſurus eſt. Tum ego, Dominator, inquam, Domine, declara mihi hoc, quamobrem mihi viſus ſit vir è medio mari aſcendere. Reſpondit ille mihi, Vt quæ ſunt in profundo maris inueſtigare non potes aut cognoſcere: ita non poterit quiſquam in terra videre filium meum aut comites eius, niſi tempore 6 diei illius. Hæc eſt interpretatio ſomnij quod vidiſti, & de quo ſolus hic perſpicuè doctus es. Omiſſa enim lege tua meæ vacauiſti, ac ſtuduiſti. Vitam enim tuam inſtituiſti ſapienter & intelligentiam tibi matrem nuncupauiſti, quapropter oſtendi tibi 7 præmia apud altiſsimum. Cæterum exactis tribus diebus alijs, alia tibi diſſeram, & grauia tibi explicabo ac mirabilia. Tum profectus recepi me in campum, magnopere celebrans & laudans altiſsimũ ſuper rebus mirabilibus quas peracturus eſſet per tempus, quod ipſe diſpenſat ſimul & ea quæ incurrunt in tempora: & tribus diebus ibi reſedi.

alios cogitabunt debellare: ciuitas ciuitatẽ, & locus locũ,
32 & gens aduerſus gentem, & regnum aduerſus regnũ. ¶ Et
erit, cum fient hæc, & contingent ſigna quæ antè oſtendi
tibi: & tunc reuelabitur filius meus, quẽ vidiſti, vt virum
33 aſcendentẽ. ¶ Et erit quãdo audierint omnes gentes vo-
cem eius: & derelinquet vnuſquiſq; in regione ſua bellum
34 ſuum, quod habent ad alterutrũ: ¶ & colligetur in vnum
multitudo innumerabilis, ſicut volentes venire, & expu-
35 gnare eum. ¶ Ipſe autẽ ſtabit ſuper cacumen mõtis Sion.
36 ¶ Sion autẽ veniet, & oſtẽdetur omnibus parata & ædifi-
37 cata, ſicut vidiſti montẽ ſculpi ſine manibus. ¶ Ipſe autẽ
filius meus arguet quæ adinuenerũt gẽtes, impietates eo-
rum has quæ tẽpeſtati appropinquauerunt propter mala
cogitamenta eorũ & cruciamenta, quibus incipient cru-
38 ciari: ¶ quæ aſsimilatæ ſunt flammæ, & perdet eos ſine la
39 bore per legẽ quæ igni aſsimilata eſt. ¶ Et quoniã vidiſti
40 eum colligentẽ ad ſe aliã multitudinẽ pacificã, ¶ hæ ſunt
decẽ tribus, quæ captiuæ factæ ſunt de terra ſua in diebus
Oſee regis, quem captiuũ duxit Salmanaſar rex Aſſyrio- 4.Reg.17.a.
rum: & tranſtulit eos trans flumen, & trãſlati ſunt in terrã
41 aliã. ¶ Ipſi autẽ ſibi dederũt conſiliũ hoc vt derelinque-
rent multitudinẽ gentiũ, & proficiſcerentur in vlteriorem
42 regionẽ, vbi nunquã inhabitauit genus humanũ: ¶ vel ibi
obſeruare legitima ſua, quæ nõ fuerãt ſeruãtes in regione
43 ſua. ¶ Per introitus autẽ anguſtos fluminis Euphraten in- D
44 troierunt. ¶ Fecit enim eis tũc Altiſsimus ſigna, & ſtatuit Exod.14.c.
45 venas fluminis vſquequo trãſirent. ¶ Per eam enim regio- Ioſ.3.d.
nẽ erat via multa itineris, anni vnius & dimidij: nam regio
46 illa vocatur Arſareth. ¶ Tũc inhabitauerũt ibi vſq; in no
47 uiſsimo tẽpore: & nunc iterũ cũ cœperint venire, ¶ iterũ
Altiſsimus ſtatuet venas fluminis, vt poſsint tranſire: pro-
48 pter hæc vidiſti multitudinẽ cũ pace. ¶ Sed & qui dereli-
cti ſunt de populo tuo, hi ſunt qui inueniuntur intra termi
49 num meũ. ¶ Factũ erit ergo, quãdo incipiet perdere multi-
tudinẽ earum, quæ collectæ ſunt gentes, proteget eos qui
50 ſuperauerunt populũ: ¶ & tũc oſtendet eis multa plurima
51 portenta. ¶ Et dixi ego, Dominator Domine, hoc mihi
oſtẽde, propter quod vidi virũ aſcẽdentẽ de corde maris.
52 Et dixit mihi, ¶ Sicut non potes hæc vel ſcrutari, vel ſcire
quæ ſunt in profundo maris: ſic nõ poterit quiſq; ſuper ter
ram videre filiũ meũ, vel eos qui cũ eo ſunt, niſi in tẽpore
53 diei. ¶ Hæc eſt interpretatio ſomnij quod vidiſti, & pro-
54 pter quod illuminatus es hîc ſolus. ¶ Dereliquiſti enĩ tuã,
55 & circa meã vacaſti legẽ, & quæſiſti. ¶ Vitã enim tuã di- 1.Reg.3.
56 ſpoſuiſti in ſapiẽtia, & ſenſum tuũ vocaſti matrẽ: ¶ & pro-
pter hoc oſtẽdi tibi merces apud Altiſsimũ. erit enim poſt
alios tres dies, ad te alia loquar, & exponam tibi grauia &
57 mirabilia. ¶ Et profectus ſum, & tranſij in campũ, multũ
glorificans & laudans Altiſsimum de mirabilibus quæ per
58 tempus faciebat: ¶ & quoniam gubernat ipſum, & quæ
ſunt in temporibus illata, & ſedi ibi tribus diebus.

## SCHOLIA IN CAP. XIII.

1 השבת quieſcit: vel diſperit. 2 id eſt, ſuperſtitibus. 3 id eſt, mortuis. 4 אחרונים
5 Fortaſsis Ararath legendum; id eſt, Armenia. 6 היום 7 vel, opes.

## CAP. XIIII.

POrrò tertio die cum ſederem ſub quercu, ecce perlata eſt ad me vox è rubo, quæ vocabat, Eſdra, Eſdra. Et ego, Ecce me, inquam, Domine: ſimul & in pedes meos exurrexi. Tum ille ſic ait, Ego manifeſtiſsimè videndum me exhibui ſuper rubum, & locutus ſum Moyſi, cum populus meus ſeruiret in AEgypto: miſiq́; eum & ex eadem AEgypto eduxi populum meum. In Sina montem perduxi eum, multiſq́; diebus apud me detinui. Multa narraui ei mirabilia ſecretaq́; temporum & finem ſignificaui, ac præcepi ei, dicens, Hæc verba palàm facies, hæc autem celabis. Item nunc tibi dico, 1 ſigna quæ tibi monſtraui, & ſomnia quibus

## CAP. XIIII.

1 ET factum eſt tertio die, & ego ſedebam ſub quer-
2 cu. ¶ Et ecce, vox exiuit contra me de rubo, & di-
xit, Eſdra Eſdra. Et dixi, Ecce ego Domine. Et ſur-
3 rexi ſuper pedes meos. Et dixit ad me, ¶ Reuelans reuela
tus ſum ſuper rubum, & locutus ſum Moyſi, quãdo popu Exod.3.a.
4 lus meus ſeruiebat in AEgypto, ¶ & miſi eum, & eduxi
populũ meũ de AEgypto, & adduxi eũ ſuper mõtẽ Sina,
5 & detinebã eũ apud me diebus multis: ¶ & enarraui ei mi
6 rabilia multa, & oſtẽdi ei tẽporũ ſecreta & finẽ: & præcepi
7 ei, dicens, ¶ Hæc in palàm facies verba, & hæc abſcõdes.
8 ¶ Et nũc tibi dico, ¶ Signa quæ demõſtraui, & ſomnia quæ
vidiſti,



vidiſti, & interpretationes quas tu vidiſti, in corde tuo re-
pone ea: ¶ tu enim recipieris ab omnibus, cõuerteris reſi- 9
duus cũ cõſilio meo & cũ ſimilibus tuis, vſquequo finian-
tur tẽpora, ¶ quoniã ſeculũ perdidit iuuentutẽ ſuã, & tem- 10
pora appropinquãt ſeneſcere. ¶ Duodecim enim partibus 11
diuiſum eſt ſeculũ, & tranſierũt eius decima & dimidium
decimæ partis: ¶ ſuperſunt autẽ eius poſt mediũ decimæ 12
B partis. ¶ Nũc ergo diſpone domũ tuã, & corripe populum 13
tuũ, & cõſolare humiles eorũ, & renũtia iam corruptelæ,
¶ & dimitte abs te mortales cogitationes, & proijce abs te 14
põdera humana, & exue te iam infirmã naturã, & repone
in vnam partem moleſtiſsima tibi cogitamenta, & feſtina
tranſmigrare à tẽporibus his: ¶ quæ enim vidiſti nũc con- 15
Matt.24.a. tigiſſe mala, iterũ horũ deteriora facient. ¶ quantum enim 16
1.Iohã.2.c. inualidũ fiet ſeculum à ſenectute, tantũ multiplicabuntur
ſuper inhabitantes mala. ¶ Prolongauit enim ſe magis ve- 17
ritas, & appropinquauit mendaciũ. Iam enim feſtinat ve-
nire, quã vidiſti viſionẽ. ¶ Et reſpõdi, & dixi corã te Dñe, 18
¶ Ecce enim ego abibo, ſicut præcepiſti mihi, & corripiam 19
præſentẽ populũ. Qui autẽ iterũ nati fuerint, quis cõmo-
nebit? ¶ Poſitũ eſt ergo ſeculũ in tenebris, & qui inhabitãt 20
in eo ſine lumine. ¶ Quoniam lex tua incenſa eſt, propter 21
quod nemo ſcit quæ à te facta ſunt, vel quæ incipiẽt ope-
ra. ¶ Si enim inueni in te gratiã, immitte in me ſpiritũ ſan- 22
ctũ, & ſcribã omne quod factũ eſt in ſeculo ab initio, quæ
erãt in lege tua ſcripta, vt poſsint homines inuenire ſemi-
tam: & qui voluerint viuere in nouiſsimis, viuãt. ¶ Et reſpõ 23
C dit ad me, & dixit, Vadẽs cõgrega populũ, & dices ad eos
vt nõ quærant te diebus quadraginta. ¶ Tu autẽ præpara 24
tibi buxos multos, & accipe tecũ Sareã, Dabriã, Salemiã,
Echanũ, & Aſiel, quinq; hos qui parati ſunt ad ſcribendũ
velociter: ¶ & venias huc, & ego accendã in corde tuo lu- 25
cernã intellectus, quæ nõ extinguetur quoaduſq; finiãtur
quæ incipies ſcribere. ¶ Et tunc perfectis quædã palàm fa 26
cies, quædã ſapiẽtibus abſcõſè trades. in craſtinũ enĩ hac
hora incipies ſcribere. ¶ Et profectus ſum, ſicut mihi præ- 27
cepit, & cõgregaui omnẽ populum, & dixi, ¶ Audi Iſrael 28
Gene.47.a. verba hæc: ¶ Peregrinati ſunt patres noſtri ab initio in 29
Deut.4.a. AEgypto, & liberati ſunt inde: ¶ & acceperunt legẽ vitæ, 30
quã non cuſtodierũt, quã & vos poſt eos tranſgreſsi eſtis:
¶ & data eſt vobis terra in ſortẽ, & terra Sion, & patres ve 31
ſtri, & vos iniquitatẽ feciſtis, & nõ ſeruaſtis vias quas præ-
Act.7.g. cepit vobis Altiſsimus: ¶ & iuſtus iudex cum ſit, abſtulit à 32
vobis in tẽpore quod donauerat. ¶ Et nũc vos hîc eſtis, & 33
fratres veſtri introrſum veſtrũ ſunt. ¶ Si ergo imperaueri- 34
tis ſenſui veſtro, & erudieritis cor veſtrũ, viui conſeruati
eritis, & poſt mortẽ miſericordiã conſequemini. ¶ Iudiciũ 35
enim poſt mortẽ veniet, quãdo iterũ reuiuiſcemus: & tũc
D iuſtorũ nomina parebũt, & impiorũ facta oſtẽdẽtur. ¶ Ad 36
me igitur nemo accedat nunc, neq; requirat me vſq; dies
quadraginta. ¶ Et accepi quinq; viros, ſicut mandauit mi- 37
hi, & profecti ſumus in campũ, & manſimus ibi. ¶ Et factus 38
ſum in craſtinũ, & ecce vox vocauit me, dicẽs, Eſdra aperi
Ezech.3.a. os tuũ, & bibe quo te potauero. ¶ Et aperui os meũ, & ecce 39
Apocaly.10.b. calix plenus porrigebatur mihi. Hoc erat plenum ſicut
aqua: color autẽ eius vt ignis ſimilis. ¶ Et accepi, & bibi: & 40
in eo cũ bibiſſem, cor meũ cruciabatur intellectu, & in pe
ctus meũ increſcebat ſapiẽtia. Nam ſpiritus meus cõſerua
batur memoria. ¶ Et apertũ eſt os meũ, & non eſt clauſum 41
amplius. ¶ Altiſsimus dedit intellectũ quinq; viris, & ſcri- 42
pſerũt quæ dicebãtur exceſsiones noctis quas nõ ſciebãt.
¶ Nocte autẽ manducabant panẽ, ego autem per diẽ lo- 43
quebar, & per noctem nõ tacebam. ¶ Scripti ſunt autẽ per 44
quadraginta dies libri ducẽti quatuor. ¶ Et factũ eſt cũ cõ- 45
pleuiſſent quadraginta dies, locutus eſt Altiſsimus, dicẽs,
Priora quæ ſcripſiſti, in palàm pone, & legant digni & in-
digni: ¶ nouiſsimos autem ſeptuaginta conſeruabis, vt tra 46
das eos ſapientibus de populo tuo. ¶ In his enim eſt vena 47
intellectus, & ſapiẽtiæ fons, & ſciẽtiæ flumen. Et feci ſic.

vſus es, interpretationeſq́; quas audiuiſti, vt reponas animo tuo: tu enim 2 eximeris ex omnibus, & in reliquum cum conſilio meo, tuiſq́; ſimilibus 3 conuerſaberis, donec tempora finiantur. Quoniam æuum iuuentutem ſuam amiſit, & tempora declinant ad ſenectutem. Duodecim enim partibus diuiſum eſt æuum, elapſæq́; ſunt decem, partiſq́; decimæ dimidium: ſupereſt autem quantum eius eſt poſt dimidium decimæ partis. Nunc ergo conſule domui tuæ, caſtiga populum tuum, conſolare afflictos in eo, renuncia iam corruptelæ, mortales cogitationes miſſas facito, proijce abs te humanas moleſtias, infirmam tandem naturam exue, moleſtiſsimiſq́; ſepoſitis ſeorſum meditationibus propera migrare ex hoc ſæculo. His enim quæ vidiſti iam contigiſſe malis alia rurſum patrabuntur deteriora. Quo enim magis præ ſenectute mundus elanguerit, eo plura erunt mala inhabitantium. Recedit enim magis magiſq́; integritas, & accedit vanitas. Iam enim accelerat euenire viſum quod conſpicatus es. Tum reſpondi, ac dixi coram te Domine, Ego quidem ecce abibo, ſicut mihi præcepiſti, & præſentem populum caſtigabo: verum eos qui poſthac nati fuerint quis commonebit? Poſitus eſt 4 enim mundus in tenebris, & lumine carent eius incolæ. Quoniam lex tua concremata eſt, quapropter nemini nota ſunt facta tua, aut quæ futura ſint opera. Quod ſi gratiam apud te nactus ſum, imbue me ſpiritu ſancto, vt perſcribam omnia quæ acta ſunt ab æuo condito, quæ in lege tua ſcripta fuerunt, vt homines poſſint inuenire viam, & viuant qui voluerint 5 in poſterum viuere. Reſpondens ille mihi, Profectus, inquit, conuoca populum, & interdicas ei ne quærat te diebus quadraginta: tu autem compara tibi tabellas buxeas quamplurimas, & adſcitis tibi Sarea, Dabria, Salemia, Echano, & Aſiel, his quinque ſcriptu præceleri promptis, huc redeas: & ego accendam in animo tuo lucernam intelligentiæ, quæ non extinguatur, quoad abſoluta fuerint, quæ ſcribere cœperis. Ea vbi perfecta fuerint alia palàm facies, alia clam trades ſapientibus. Porrò hac hora craſtina ſcribendi facies initium. Tum profectus vt iuſſus eram, omni populo conuocato dixi, Audi quæ dicam Iſrael, Maiores noſtri ab initio peregrini fuerunt in AEgypto, & inde liberati cum legem vitalem accepiſſent, non ſeruauerũt eam: atq; etiam vos eam poſt illos violauiſtis. Cumq́; ſorte diuiſa vobis eſſet terra, & terra Sion, & patres veſtri, & vosipſi admiſiſtis iniquitatem, nec perſtitiſtis in itineribus quæ conſtituerat vobis altiſsimus. qui cum ſit iuſtus iudex, abſtulit à vobis in præſentia quod donauerat. Nunc vero vos hic adeſtis, & vnà vobiſcum fratres veſtri. Si ergo imperaueritis ſenſui veſtro, & animum veſtrum in officio continueritis, conſeruabimini viui, & poſt obitum veniam conſequemini. Manet enim nos poſt obitum iudicium, cum denuo reuixerimus, tum palàm fient nomina iuſtorum, & facta impiorum proferentur. Nunc igitur nemo accedat ad me, nec me requirat ante exactos quadraginta dies. Tum aſcitis mihi quinque viris, vt in mandatis habebam, vnà profecti ſumus in campum, & ibi manſimus, & ecce poſtridie vox me vocauit, dicens, Eſdra, aperi os tuum, & bibe quod tibi dabo potui. Cumq́; aperuiſſem os meum, ecce poculum plenum mihi porrigebatur, plenum quidem illud ſicut aqua, ſed colore ſuo igni ſimile. Hoc acceptum bibi: cumq́; ex eo bibiſſem, cor meum torquebatur meditatione, & pectus meum increſcebat ſapientia: nam animus meus memoria vegetabatur. Tum erupit os meum, nec eſt compreſſum poſtea. Altiſsimus præbuit intellectum quinque viris, qui ſcripſerunt quæ dictabantur mira per noctem, quæ neſciebant. Cæterum noctu 6 cibum ſumebant, ego autem loquebar per diem, & noctu non tacebam. Scripti ſunt itaq; per quadraginta dies ducenti quatuor libri. Exactis autem quadraginta diebus, locutus eſt altiſsimus his verbis, Priores quos ſcripſiſti palàm propone legendos dignis & indignis: poſteriores autem ſeptuaginta reſeruabis, vt tradas eos ſapientibus populi tui. In his enim eſt ſcatebra intelligentiæ, ſapientiæ fons, & flumen ſcientiæ. Hæc ita ſum executus.

SCHOLIA IN CAP. XIIII.

1 Vel,prædictiones:vel,miracula. 2 ſcilicet morte. 3 ἀναςρέψῃ. 4 בי 5 אחרונים 6 לחם.

CAP. XV.

ECce loquere audiente populo meo ſermones vaticinos quibus os tuum imbuero, ait Dominus, & charta ſcribendos accurato, quoniam * fideles ſunt & veri. Ne timeas à ſtudijs aduerſariorum, nec turbet te frequens contradicentium diffidentia: quoniam omnis diffidens per diffidentiam ſuam morietur. Ecce ego, ait Dominus, induco ſuper orbem terrarum mala, gladium, famem, mortem, interitum, propterea quòd abunde polluit iniquitas omnem terram, & perniciosa incolarum facinora ad ſummum perducta ſunt. Quapropter ait Dominus, Iam non diſsimulabo impia facta eorum quæ irreligioſe perpetrant, nec iniuſta facinora ſuſtinebo: ecce ſanguis innoxius triſtis clamores tollit ad me, & animæ iuſtorum vociferantur perſeueranter. Grauiter vlciſcar illos, ait Dominus, & omnem ſanguinem innoxium ab illis ad me aſſeram. Ecce populus meus quaſi grex ad cædem ducitur, iam non patiar illum habitare in terra Ægyptiaca, ſed manu potenti, brachioq; ſublimi educam eum, omnem autem terram illam clade feriam, & deuaſtabo vt antea. Lugebit Ægyptus, & fundamenta eius affecta clade & ſupplicio, quæ Deus illi irrogabit. Lugebunt colentes eam agricolæ, quoniam deficient eos ſemina præ vredine, præ grandine, & terribili ſideratione. Væ orbi & incolis eius, quia gladius imminet, & interitus eorum, & inſurget gens in prælium contra gentem, quarum manus telis armatæ ſunt. Nam ſeditione conflictabuntur homines, alij inuadent alios, nec regem ſuum reuerebuntur, principeſq; rationem actuum ſuorum potentia ſua metientur. Erit enim cum quis cupiat in vrbem commeare, nec poſsit. Propter ſuperbiam enim illorum ciuitates turbabuntur, domus euertentur, & homines trepidabunt. Non miſerebitur quiſquam proximi ſui, quo minus ferro deleantur domus ſingulorum, bonaq; diripiantur per penuriam panis, & multiplicem calamitatem. Ecce ego conuoco, dicit Deus, ad me timendum omnes reges terræ, ab Oriente, ab Auſtro, ab Euro, & à Libano, vt regerantur ipſis, & reddantur quæ illis intulerunt: qualia in electos meos agunt etiam hodie, talia faciam, & rependam in ſinum ipſis. Hæc ait Dominus Deus, Non parcet dextera mea ſceleroſis, nec deſiſtet gladius meus ab effundentibus ſanguinem innoxium in terra. Erupit ignis præ ira eius, & hauſit fundamenta terræ, & ſceleroſos quaſi ſtramen incenſum. Væ peccantibus, & mandata mea non ſeruantibus, ait Dominus: non parcam illis. Decedite poteſtate ô filij, ne contaminetis ſanctitatem meam, quoniam nouit Dominus omnes qui delinquunt in ipſum, propterea tradidit eos in mortem & ad occiſionem. Iam enim occuparunt orbem terrarum mala, in quibus hærebitis, non enim liberabit vos Deus, propterea quòd in eum peccauiſtis. Ecce aſpectus horribilis, & facies illius ab Oriente. Frequens exibit progenies draconum Arabum cum copia curruum, quorum numerus more venti feretur ſuper terram, à quo timeant & trepident omnes audientes illos ira veſanos Carmanij: exibunt, inquam, vt apri de ſylua, & inuadentes magna vi, congredientur in prælium cum illis, & partem Aſſyricæ terræ vaſtabunt. Poſtea verò dracones inualeſcent naturæ ſuæ memores, & conſpirantes magna vi ſe conuertent ad perſequendum illos: illi autem turbabuntur, & 1 domabuntur horum potentia; pedibus ſuis in fugam conuerſi. A primis Aſſyriorum finibus oppugnator obſidebit eos, quorum perdomitis vnis terror & horror in exercitum ipſorum ingruet, & in reges eorum diſſenſio. Vrgent ecce nubes ab Oriente & Septentrione vſque in Auſtrum facie vehementer horrida, furioſa & procelloſa, quæ inter ſe colliſæ deturbabunt ſtellam plurimam in terram, adeoq; ſidus ipſorum: ſanguis præ cede ventre tenus inundabit, & illuuies hominis

*vel, certi.

CAP. XV.

1 ECce loquere in aures plebis meæ ſermones propheæ
2 tiæ, quos immiſero in os tuum, dicit Dominus: & fac vt in charta ſcribantur, quoniam fideles & veri
3 ſunt. Ne timeas à cogitationibus aduerſum te, nec tur-
4 bent te incredulitates dicentiũ: Quoniã omnis incredu-
5 lus in incredulitate ſua morietur. Ecce ego induco, dicit
Dominus, ſuper orbẽ terrarũ mala, gladiũ, & famẽ, & mor
6 tem, & interitũ: propter quod ſuperpolluit iniquitas om
7 nem terrã, & adimpletã ſunt opera nociua illorum. Pro-
8 pterea dicit Dominus, Iam non ſilebo de impietatibus
eorũ quæ irreligioſè agũt, nec ſuſtinebo in his quæ inique
exercent: ecce ſanguis innoxius & iuſtus clamat ad me, &
9 animæ iuſtorũ clamãt perſeuerãter. Vindicans vindica- Apoc. 6. b. 19. a.
bo illos dicit Dominus, & accipiam omnẽ ſanguinẽ inno-
10 xium ex illis ad me, Ecce populus meus quaſi grex ad
occiſionẽ ducitur, iam nõ patiar illum habitare in Terra
11 Ægypti: ſed educam eum in manu potenti & brachio
excelſo, & percutiam plaga ſicut prius, & corrumpã om-
12 nem terram eius. Lugebit Ægyptus, & fundamẽta eius
plaga verberata, & caſtigatione quas inducet ei Deus.
13 Lugebunt cultores operantes terrã, quoniam deficient
ſemina eorum ab vredine & grãdine, & à ſydere terribili.
14 Væ ſæculo, & qui habitant in eo: quia appropinquauit
15 gladius & contritio eorũ, & exurget gens contra gentem
16 ad pugnã, & rhomphæa in manibus eorum. Erit enim
inconſtabilitio hominibus, & alij alijs inualeſcentes non
curabunt regem ſuum, & principes viæ geſtorum ſuorum B
17 in potentia ſua. Concupiſcet enim homo in ciuitatẽ ire,
18 & non poterit. Propter ſuperbiam enim eorum ciuitates
19 turbabuntur, domus exterentur, homines metuent. Non
miſerebitur homo proximum ſuum ad irritum faciẽdum
domos eorum in gladium, ad diripiendas ſubſtantias eo-
20 rum propter famem panis & tribulationem multã. Ecce
ego conuoco, dicit Deus, omnes reges terræ ad me veren
dum, qui ſunt ab Oriente, & ab Auſtro, ab Euro, & à Li-
bano, ad conuertendos in ſe, & reddere quæ dederũt illis:
21 ſicut faciunt vſq; hodie electis meis, ſic faciam & reddã
22 in ſinu eorũ. Hæc dicit Dominus Deus, Non parcet dex
tera mea ſuper peccatores, nec ceſſabit rhomphæa ſuper
23 effundẽtes ſanguinẽ innoxium ſuper terram. Exijt ignis
ab ira eius, & deuorauit fundamenta terræ, & peccatores
24 quaſi ſtramẽ incenſum. Væ eis qui peccant, & nõ obſer-
25 uant mandata mea, dicit Dominus: non parcam illis.
Diſcedite filij à poteſtate. Nolite contaminare ſanctifica-
26 tionẽ meã, quoniã nouit Dominus omnes qui delinquũt
in illum. propterea tradidit eos in mortẽ & in occiſionẽ.
27 Iam enim venerunt ſuper orbem terrarũ mala, & mane-
bitis in illis. non enim liberabit vos Deus, propter quod
28 peccaſtis in eum. Ecce viſio horribilis, & facies illius ab
29 Oriente. Et exient nationes draconum Arabum in cur-
ribus multis, & ſicut flatus, eorum numerus fertur ſuper
terrã, vt iam timeant & trepident omnes qui illos audient
30 carmonij inſanientes in ira, & exient vt apri de ſylua,
& aduenient in virtute magna, & conſtabunt in pugnam
31 cum illis, & vaſtabunt portionem terræ Aſſyriorum. Et
poſt hæc ſuperualeſcent dracones natiuitatis ſuæ memo-
res, & conuertent ſe conſpirãtes in virtute magna ad per-
32 ſequendos eos. Iſti turbabuntur & ſilebunt in virtute
33 illorum, & conuertent pedes ſuos in fugam, & à territo- C
rio Aſſyriorum ſubſeſſor obſidebit eos, & cõſumet vnum
ex illis, & erit timor & tremor in exercitu illorum, & con-
34 tentio in reges ipſorum. Ecce nubes ab Oriente, & à ſe-
ptentrione vſque ad meridianũ, & facies earum horrida
35 valde, plena iræ & procellæ, & collident ſe inuicem, &
collident ſydus copioſum ſuper terram, & ſydus illorũ, &
36 erit ſanguis à gladio vſque ad vẽtrem, & fimus hominis
vſque



vſque ad ſubſtramẽ cameli, & erit timor & tremor multus
ſuper terrã, & horrebunt qui videbũt iram illam, & tre- 37
mor apprehendet illos: & poſt hæc mouebuntur nimbi
copioſi à meridiano & ſeptentrione, & portio alia ab 38
Occidente: & ſuperinualeſcent venti ab Oriẽte, & reclu 39
dent eam, & nubẽ quam ſuſcitauit in ira, & ſydus ad faciẽ-
dam exterritationẽ ad orientalẽ ventum & Occidentem
violabitur: & exaltabuntur nubes magnæ & validæ ple 40
næ iræ, & ſydus, vt exterreant omnẽ terrã, & inhabitantes
eam, & infundent ſuper omnẽ locũ altum & eminentem
ſydus terribile, ignẽ & grandinẽ, & rhomphæas volan- 41
tes, & aquas multas, vt etiã impleantur omnes cãpi, & om
nes riui plenitudine aquarum multarum. & demoliẽtur 42
ciuitates, & muros, & montes, & colles, & ligna ſyluarum,
& fœnum pratorum, & frumenta eorum. Et tranſibunt 43
conſtantes vſq; Babylonẽ, & exterent eam: conuenient 44
ad ipſam: & circuibunt eam, & effundent ſydus & omnem
irã ſuper eam, & ſubibit puluis & fumus vſq; in cælum, &
omnes in circuitu lugebunt eam: & qui ſub ea remanſe- 45
rint, ſeruiẽt his qui exterruerunt. Et tu Aſia concors in 46
ſpem Babylonis, & gloria perſonæ eius, væ tibi miſera 47
propter quod aſsimilaſti ei, & ornaſti filias tuas in fornica
D tione ad placendum & gloriãdum in amatoribus tuis, qui
tecũ cupierunt ſemper fornicari. Odibilem imitata es in 48
omnibus operibus eius, & in adinuentionibus eius: pro-
pterea dicit Deus, Immittam tibi mala, viduitatem, pau 49
pertatẽ, & famem, & gladiũ, & peſtem, ad deuaſtandas do
mos tuas à violatione, & morte, & gloria virtutis ſuę. Si- 50
cut flos ſiccabitur, cum exurget ardor qui emiſſus eſt ſu-
per te, infirmaberis vt paupercula plagata & caſtigata à 51
mulieribus, vt non poſsint te ſuſcipere potentes & ama-
tores. Nunquid ego ſic zelabor te, dicit Dominus, niſi 52
occidiſſes electos meos in omni tempore, exaltans per- 53
cuſsionem manuum, & dicens ſuper mortem eorum, cum
inebriata eſſes, Exorna ſpeciẽ vultus tui? Merces for- 54
nicationis tuæ in ſinu tuo, propter hoc redditionem acci- 55
pies. Sicut facies electis meis, dicit Dominus, ſic faciet 56
tibi Deus, & tradet te in malũ. Et nati tui fame interiẽt: 57
& tu rhomphæa cades, & ciuitates tuæ conterentur, & om
nes tui in campo gladio cadent. Et qui ſunt in monti- 58
bus, fame peribunt, & manducabunt carnes ſuas, & ſan-
guinem bibent à fame panis & ſiti aquæ. Infelix per 59
maria venies, & rurſum accipies mala. Et in tranſitu 60
allident ciuitatem occiſam, & exterent aliquam portionẽ
terræ tuæ, & partem gloriæ tuæ exterminabunt, rurſum
reuertentes ad Babylonem ſubuerſam. Et demolita eris 61
illis pro ſtipula, & ipſi erunt tibi ignis: & deuorabunt te 62
& ciuitates tuas, terram tuam & montes tuos, omnes ſyl-
uas tuas & lignum fructiferum igni comburent. Filios 63
tuos captiuos ducent, & cenſum tuum in prædam habe-
bunt, & gloriam faciei tuæ exterminabunt.

vſque ad cingulam cameli. Pauor & terror plurimus inuadet terram, horrebunt qui viderint furorem illum, & tremore corripientur. Deinde mouebuntur nimbi frequentes ab Auſtro Septentrioneq;, & alia portio ab Occidente, & inualeſcent inſuper ab Oriente venti, qui 2 recludant eam, & nubem illam furioſe concitatam: & ſidus exortum ad territandum orientalem ventum & Occidentem violabitur, & attollentur nubes ingentes, vehementes & furioſæ, ſimul & ſidus, quæ omnem terram & habitatores eius perterreant. Effundent ſuper omnem locum altum & excelſum terribilem ſiderationem, ignem, grandinem, volantes gladios, & vim aquarum copia ſui omnes campos & riuos omnes inundantem. Ciuitates quoque, muros, montes, colles, arbores ſyluarum, fœnum pratorum & frumenta diſijcient. Babylonem vſque impetu continuato permeabunt, & euertent eam, illuc collectæ circuibunt eam, ſiderationem & omnem iram in eam effundent, excitabitur puluis & fumus ad cælum vſque, omnes eam circumcirca lugebunt, & relicti in ea ſeruient eiuſdem euerſoribus. Porrò autem, ô Aſia, Babylonicæ ſpei ſocia, & gloria perſonæ eius, væ tibi miſera, propterea quòd imitata es illam, & ornaſti filias tuas per meretricium vt placerent, & venditarent ſe amatoribus tuis, quibus ſcortari tecum ſemper fuit animus. * Inuiſam, per omnia facta ſtudiaq; ipſius es imitata: propterea dicit Deus, Immittam tibi mala, viduitatem, paupertatem, famem, gladium, & peſtem, vt violatione domus tuæ, & cæde, & 3 ipſa virtutis tuæ gloria deuaſtentur, More floris areſcentis, cum inualuerit æſtus qui te feriat, ægrotabis vt paupercula plagis affecta, & multata à mulieribus, vt non ſuſtineant te admittere potentes & amatores. Nunquid ego tantopere ſæuiſſem in te, ait Dominus, ſi non ictibus manuum ex alto delatis interemiſſes electos meos omni tempore, & inebriata poſt cædem eorum tibi dixiſſes, 4 Speciem vultus tui exorna? Propterea præmium ſcortationis tuæ in ſinum tuum regeſtum recipies. Sicut electos meos tractare ſoles, ait Dominus, ita te tractabit Deus, & te dabit in malum. Nati tui interibunt fame, tu verò gladio cades, & vrbes tuæ excindentur. Quicunque tuorum in campo fuerint, occumbent gladio: qui verò fuerint in montibus, fame peribunt, ſuas ipſorum carnes edent, & præ penuria 5 panis, ſitiq; aquæ bibent ſanguinem. Infelix permeabis maria, & mala rurſum accipies. In tranſitu allident mactatam morte ciuitatem, & proterent aliquam terræ tuæ portionem, gloriæq; tuæ partem abolebunt, euerſam denuo ſubuertentes. Diruta ſtipulæ vicem præbebis illis, & ipſi tibi viciſsim ignis: haurient te ſimul & ciuitates tuas, tum terram, montes ſyluaſq; tuas omnes, & arborem fructiferam igni comburent. Filios tuos ducent captiuos, cenſum tuum prædæ habebunt, & delebunt aſpectus tui gloriam.

SCHOLIA IN CAP. XV.

1 ירמיר 2 vel, intercludant. * vel, Odio dignam. 3 .i. ſcortatione. 4 .i. Quin ego frontem exporrigo læta? 5 vel, cibi.

CAP. XVI.

VAE tibi Babylon & Aſia, væ tibi Ægypte & Sy- 1
ria. Pręcingite vos ſaccis & cilicijs, & plãgite fi- 2
lios veſtros, & dolete: qm̃ appropinquauit cõtritio
veſtra. Immiſſus eſt vobis gladius, & quis eſt qui auertat 3
illũ? Immiſſus eſt in vobis ignis, & quis eſt qui extinguat 4
illũ? Immiſſa ſunt vobis mala, & quis eſt qui repellat ea? 5
Nũquid repellet aliquis leonẽ eſurientẽ in ſylua, aut ex- 6
tinguet ignẽ in ſtipula mox qñ cœperit ardere? Nũquid 7
repellet aliquis ſagittã à ſagittario forti miſſam? Dñs for 8
tis immittit mala, & quis eſt qui repellat ea? Exijt ignis 9
ex iracũdia ei9, & quis eſt qui extinguat eũ? Coruſcabit, 10

CAP. XVI.

VAE tibi Babylon & Aſia, væ tibi Ægypte & Syria. Accingite vos ſaccis & cilicijs, lamentate filios veſtros, & dolete, quoniam imminet contritio veſtri. Immiſſus eſt in vos gladius, & quis auertat illum? Immiſſus eſt in vos ignis, & quis extinguat illum? Immiſſa ſunt in vos mala, & quis repellat illa? Nunquis fugabit in ſylua leonem eſurientem? aut extinguet ignem in ſtipula, vbi ſemel exarſerit? Nunquis arcebit ſagittam à robuſto miſſam ſagittario? Cum Dominus ille potens immittit mala, quis illa repellat? Ignem erumpentem ex eius iracundia, quis extinguat? Illo coruſcante,

N.

*quis non timeat? tonante, quis non expaueat? comminante, quis non funditus è conſpectu eius diſpereat? Terra contremiſcit, & fundamenta eius: mare fluctus ciet è profundo, & vnda eius ſimul & piſces diſturbari ſolent à conſpectu Domini, & præ potentiæ ipſius magnificentia: quoniam dextera eius qua tendit arcum, robuſta eſt, & acutæ ſagittæ quibus iaculatur, non elangueſcunt vbi ſemel in fines terræ emiſſæ fuerint. Ecce mala mittuntur, donec ſuper terram inciderint nunquàm reprimenda. Ignis accenditur, donec fundamenta terræ conſumpſerit, nunquam extinguendus. Quemadmodum redire neſcit ſagitta à robuſto ſagittario miſſa, ita acta in terram mala non reprimentur. Væ mihi, væ mihi: quis me liberabit temporibus illis? Ingruunt dolores, & multi gemitus: ingruit fames, & frequens interitus: ingruent bella, & poteſtates formidabunt: ingruent mala, & trepidabunt omnes. In his malis quid faciam cum venerint? Ecce fames, clades, ærumna & anguſtiæ caſtigationis cauſa miſſa ſunt flagella: per omnia tamen hæc nemo ſe recipiet à ſceleribus ſuis, neque rationem vnquam habebit flagellorum. Ecce vilis erit annona in terra, adeò vt videatur eſſe parta proſperitas: ſed tum mala pullulabunt in orbe, gladius, fames, & ingens perturbatio. Nam plurimi terram inhabitantium fame interibunt, reliquos autem fami ſuperſtites perdet gladius, & cadauera iacebunt vt ſtercora, nec erit qui 1 miſereatur eorum. Derelinquetur enim terra deſerta, & vrbes eius euertentur. Non relinquetur qui colat terram, aut ei mandet ſemina. Arbores ferent fructus, at quis leget illos? Vua ſi maturuerit, quis calcabit illam? Magna enim erit ſolitudo locorum, homo aſpectum hominis, & vocem quam audiat deſiderabit. Supererunt de ciuitate decem, & duo ab agro, qui deluuerint in denſis nemoribus, hiatibuſque rupium, non ſecus quàm in oliueto, ſingulíſve arboribus relictæ tres aut quatuor oliuæ, aut vt racemi in vinea vindemiata à diligentibus perſcrutatoribus ipſius præteriti: ita temporibus illis tres aut quatuor relinquentur ab ijs qui domos gladio ſcrutabuntur. Relinquetur terra deſerta, obſoleſcent agri eius, viæ ſimul & omnes eius ſemitæ ſpinis germinabunt, nemine per eas commeante. Lugebunt virgines ſponſis carentes, lugebunt viris amiſsis mulieres, lugebunt & auxilio deſtitutæ earundem filiæ, quarum ſponſi conſumentur bello, & viri fame conficientur. Audite verò iſta ſerui Domini, & ea cognoſcite. Ecce verbum Domini, vos illud excipite: 2 nec ijs credatis de quibus dicit Dominus, Ecce mala propinquant, nec cunctantur. Quemadmodum cum prægnans filium ſuum nono menſe paritura eſt duabus aut tribus horis antequam pariendi ſibi tempus acceſſerit, ventrem eius dolores circumueniunt: & prodeunte ex eo fœtu vno puncto non ceſſant: ita mala non morabuntur, quominus in orbem inuadant gemente mundo, doloribuſq; circumuallato. Audi verbum, mi populus, Parate in pugnam, & te in malis ita gere, vt peregrinus in terra. Qui vendit, quaſi fugiturus: & qui emit, quaſi perditurus. Qui mercatur, quaſi non percepturus fructum: & qui ædificat, quaſi non inhabitaturus. Qui ſeminat, quaſi non meſſurus: & qui putat vineam, quaſi non vindemiaturus. Qui ducunt vxores, quaſi non udgenituri filios: & cœlibes ſint quaſi vidui: propterea quòd qui laborant, fruſtra laborant. Fruges enim illorum metent alienigenæ, bona diripient, domos euertent, & captiuitate prement filios eorum: quia in captiuitate & fame generabunt illos. Auarè negotiantes, quò diutius exornant vrbes, domos, poſſeſsiones, & perſonas ſuas, eò magis excandeſcam in eos ob peccata ipſorum, ait Dominus. Vt meretrix odit mulierem honeſtam, & probitate præſtantem: ita iuſtitia iniuſtitiæ ſeipſam exornanti ſuccenſebit, & palàm accuſabit eam, cum venerit qui authorē omnis peccati in terra coerceat. Propterea ne vos conformetis ad illā, aut factis eius: quoniam breui futurum eſt, vt iniuſtitia tollatur de terra,*

V.

11 & quis non timebit? Tonabit, & quis non pauebit? ¶ Do-
minus comminabitur, & quis non funditus conteretur à
12 facie ipſius? ¶ Terra tremuit & fundamenta eius: mare
fluctuat de profundo, & fluctus eius diſturbabuntur, &
13 piſces eius à facie Domini, & à gloria virtutis eius: ¶ quo-
niā fortis dextera eius quæ arcū tendit: ſagittæ eius acutæ
quæ ab ipſo mittuntur, non deficient cum cœperint mitti
14 in fines terræ. ¶ Ecce mittuntur mala, & non reuertentur
15 donec veniant ſuper terram. ¶ Ignis ſuccenditur, & non
16 extinguetur, donec conſumat fundamēta terræ. ¶ Quem-
admodum non redit ſagitta miſſa à valido ſagittario: ſic
17 non reuertentur mala quæ miſſa fuerint in terram. ¶ Væ
18 mihi, væ mihi: quis me liberabit in illis diebus? ¶ Initium
dolorū & multi gemitus, initiū famis & multi interitus, ini-
tium bellorū & formidabunt poteſtates, initiū malorū &
19 trepidabunt omnes. ¶ In his quid faciā cū venerint mala?
20 ¶ Ecce fames & plaga & tribulatio & anguſtia miſſa ſunt B
21 flagella in emendatione, ¶ & in his omnibus ſe non con-
uertent ab iniquitatibus ſuis, neq; flagellorum memores
22 erunt ſemper. ¶ Ecce, erit annonæ vilitas ſuper terrā, ſic
vt putēt ſibi eſſe directā pacē, & tunc germinabunt mala
23 ſuper terram, gladius, fames, & magna confuſio. ¶ A fame
enim plurimi qui inhabitāt terrā interient, & gladius per-
24 det cæteros qui ſuperauerint à fame, ¶ & mortui ſicut ſter
cora proijcientur, & nō erit qui cōſoletur eos. derelinque-
25 tur enim terra deſerta, & ciuitates eius deijcientur. ¶ Non
26 derelinquetur qui collat terrā, & qui ſeminet eā. ¶ Ligna
27 dabūt fructus, & quis vindemiabit illa? ¶ Vua matura fiet,
28 & quis calcabit illā? Erit enim locis magna deſertio. ¶ Cu-
29 piet eñ homo hominē videre, vel vocē eius audire. ¶ Re-
linquētur enim de ciuitate decē, & duo de agro qui abſcō
30 derint ſe in dēſis nemoribus, & ſciſſuris petrarū. ¶ quemad
modū derelinquūtur in olíueto & ſingulis arboribus tres
31 aut quatuor oliuæ, ¶ aut ſicut in vinea vindemiata racemi
32 relinquūtur ab his qui diligēter vineā ſcrutātur: ¶ ſic relin
quentur in diebus illis tres aut quatuor ab ſcrutantibus do
33 mos eorū in rhomphæa. ¶ Et relinquetur terra deſerta, &
agri eius inueterabūt, & viæ eius & omnes ſemitæ eius ger
34 minabūt ſpinas, eò quòd nō trāſient homines per eam. ¶ Lu-
gebūt virgines nō habētes ſpōſos, lugebunt mulieres nō
habētes viros, lugebūt filiæ earū nō habētes adiutorium.
35 ¶ ſpōſi earū in bello cōſumētur, & viri earū in fame exte-
36 rentur. ¶ Audite verò iſta, & cognoſcite ea ſerui Domini.
37 ¶ Ecce verbū Dñi, excipite illud: ne dijs credatis de qui-
38 bus dicit Dominus, ¶ Ecce appropinquāt mala, & non tar
39 dant. ¶ Quēadmodū prægnās cū parit in nono mēſe filiū
ſuū, appropinquāte hora partus eius ante horas duas vel
tres, dolores circumeūt ventrē eius, & prodeunte infante
40 de vētre nō tardabūt vno pūcto: ¶ ſic nō morabūtur mala
ad prodeundū ſuper terrā, & ſeculū gemet, & dolores cir- C
41 cumtenebūt illud. ¶ Audite verbū, plebs mea, Parate vos
42 in pugnā, & in malis ſic eſtote, quaſi aduenæ terræ. ¶ Qui
vendit, quaſi qui fugiat: & qui emit, quaſi qui perditurus.
43 ¶ Qui mercatur, quaſi qui fructū nō capiat: & qui ędificat,
44 quaſi nō habitaturus. ¶ Qui ſeminat, quaſi nō metet: ſic &
45 qui vineā putat, quaſi nō vindemiaturus. ¶ Qui nubūt, ſic
quaſi filios nō facturi: & qui non nubunt, ſic quaſi vidui.
46 ¶ Propter quod qui laborāt, ſine cauſa laborāt. ¶ Fructus
47 enim illorū alienigenæ metent, & ſubſtantiā illorū rapiēt,
& domos euertent, & filios eorū captiuabūt, quia in capti-
48 uitate & fame generāt natos ſuos. ¶ Et qui negotiantur in
rapina, quantum diu exornant ciuitates & domos ſuas, &
49 poſſeſsiones & perſonas ſuas, ¶ tāto magis adzelabor eos
50 ſuper peccata ſua, dicit Dominus. ¶ Quomodo zelatur
51 fornicaria mulierem idoneam & bonam valde, ¶ ſic zela-
bitur iuſtitia iniquitatem cum exornat ſe, & accuſat eam
in facie, cū venerit qui defendat exquirētē omne peccatū
52 ſuper terram. ¶ Propterea nolite ſimilari ei, nec operibus
53 eius: ¶ quoniā adhuc puſillū, & tolletur iniquitas à terra,
& iuſtitia



V.

& iuſtitia regnabit in vos. ¶ Non dicat peccator ſe non 54
peccaſſe: quoniā carbones ignis cōburet ſuper caput eius
qui dicit, Nō peccaui corā Domino Deo & gloria ipſius.
Eccleſiaſt. 23.c. Luc. 16.c. ¶ Ecce Dominus cognoſcet omnia opera hominū, & ad- 55
inuentiones illorū, & cogitationes illorū, & corda illorū.
Gene. 1.a. Pſal. 146. ¶ Dixit enim, Fiat terra, & facta eſt: fiat cælum, & factum 56
eſt. ¶ Et in verbo illius ſtellæ fundatæ ſunt, & nouit nu- 57
merum ſtellarum. ¶ Qui ſcrutatur abyſſum, & theſauros 58
illarū: qui menſus eſt mare, & conceptū eius. ¶ Qui con- 59
cluſit mare in medio aquarū, & ſuſpēdit terrā ſuper aquas
verbo ſuo. ¶ Qui extendit cælum quaſi cameram, ſuper 60
D aquas fundauit eum. ¶ Qui poſuit in deſerto fontes aqua- 61
rum, & ſuper verticē montiū lacus ad emittendū flumina
ab eminenti petra, vt potaret terrā. ¶ Qui finxit hominē, 62
& poſuit cor ſuum in medio corporis, & miſit ei ſpiritum,
vitam, & intellectum, ¶ & ſpiramen Dei omnipotētis qui 63
fecit omnia, & ſcrutinat omnia abſconſa in abſcōſis terræ.
¶ Hic nouit adinuentionem veſtram, & quæ cogitatis in 64
cordibus veſtris, peccantes, & volentes occultare peccata
veſtra. ¶ Propter quod Dominus ſcrutinando ſcrutinauit 65
omnia opera veſtra, & traducet vos omnes, ¶ & vos con- 66
fuſi eritis cum proceſſerint peccata veſtra corā homini-
bus, & iniquitates erūt quæ accuſatores ſtabūt in die illo.
¶ Quid facietis? aut quomodo abſcondetis peccata veſtra 67
coram Deo & angelis eius? ¶ Ecce iudex Deus, timete 68
eum. Deſinite à peccatis veſtris, & obliuiſcamini iniquita
tes veſtras iam agere eas in ſempiterno, & Deus educet
vos, & liberabit de omni tribulatione. ¶ Ecce enim incen- 69
ditur ardor ſuper vos turbæ copioſæ, & rapient quoſdam
ex vobis, & cibabunt idôlis occiſos: ¶ & qui conſenſerint 70
eis, erunt illis in deriſum, & in improperium, & in concul-
cationem. ¶ erit enim locis locus, & in vicinas ciuitates 71
exurrectio multa ſuper timentes Dominū. ¶ Erunt quaſi 72
inſani, nemini parcentes ad diripiendum & deuaſtandum
adhuc timentes Dominū: ¶ quia deuaſtabunt & diripient 73
ſubſtantias, & de domibus ſuis eos eijcient. ¶ Tunc pare- 74
bit probatio electorum meorum, vt aurum quod probatur
ab igne. ¶ Audite dilecti mei, dicit Dominus, Ecce adſunt 75
dies tribulationis, & de his liberabo vos. ¶ Ne timeatis, 76
nec hæſitetis: quoniam Deus dux veſter eſt. ¶ Et qui ſer- 77
uat mandata & præcepta mea, dicit Dominus Deus, ne
præponderent vos peccata veſtra, ne ſupereleuent ſe ini-
quitates veſtræ. ¶ Væ qui cōſtringuntur à peccatis ſuis, & 78
obtegūtur ab iniquitatibus ſuis, quēadmodū ager cōſtrin
gitur à ſylua, & ſpinis tegitur ſemita eius per quā nō trāſit
homo, & excluditur, & mittitur ad deuorationem ignis.

N.

*& regnet in vobis iuſtitia. Non dicat peccator ſe non peccaſſe: quoniam carbones igniti comburentur ſuper caput eius qui dicit, Non peccaui coram Domino Deo, aut gloria ipſius. Ecce Dominus cognoſcit omnes actiones hominum, ſtudia, cogitationes, ſimul & corda illorum. Nam ſimulac dixit, Fiat terra, facta eſt: fiat cælum, creatum eſt. Verbo ipſius ſtellæ firmatæ ſunt, ipſeq; nouit earum numerum. Qui ſcrutatur profunda, & 3 receſſus eorum: qui menſus eſt mare, & eius capacitatem: qui mare concluſit in medio aquarum, & verbo ſuo terram ſuſpendit ſuper aquas: qui expandit cælum quaſi cameram, & ſuper aquas fundauit illud: qui poſuit in deſerto fontes aquarum, & lacus ſuper verticem montium, vt de celſa rupe demittant ad irrigandam terram flumina: qui finxit hominem, qui collocauit in medio corporis cor eius, qui ſpiritum ei, qui vitam, qui intellectum, & 4 diuinum afflatum immiſit omnipotens, qui creauit omnia, qui omnia rimatur: quæ in latebris terræ abſtruſa ſunt: hic nouit commenta veſtra, & quæ inſtituatis in cordibus veſtris, dum peccatis, peccataq; veſtra cupitis occultare. Quapropter Dominus exactè ſcrutatus omnes actiones veſtras traducet omnes vos: & erubeſcetis palàm factis in conſpectu hominum peccatis veſtris, & ſceleribus ipſis illo die ad accuſationem veſtri ſtantibus. Quid facietis? aut quomodo peccata veſtra clam Deo & angelis eius habebitis? Ecce iudex eſt Deus: eum timete, & deſiſtite à peccatis veſtris, iniuſtaq; veſtra facinora obliuione ſempiterna dediſcite, & Deus educet vos, & liberabit ex omni afflictione. Ecce enim excandeſcit in vos ardor turbæ frequentis eorum qui rapient aliquot è vobis, & ſimulachris in cibum mactabunt: qui autem conſenſerint eis, erunt illis deriſui, ludibrio, & obtritui. Erit enim 5 locis ſingulis, & in vicinis ciuitatibus frequens in timentes Dominum conſurrectio. Tanquam inſani nemini parcentes ruent ad deprædandum, & conficiendum porrò timentes Dominum: nam deuaſtabunt & diripient facultates ipſorum, & domibus ſuis eos eijcient. Tum edent experimentum electorum meorum, vt aurum igni probatur. Audite chari mihi, ait Dominus, Ecce præſto ſunt tempora calamitoſa, & ex illis liberabo vos. Ne timeatis, aut hæſitetis: quoniam Deus dux veſter eſt. Et qui mandata mea præceptaq; ſeruatis, ait Dominus, ne prægrauent vos peccata veſtra, nec ſcelera ſuperſcandant. Væ ijs qui peccatis ſuis conſtringuntur, ſceleribuſq; ſuis operti ſunt, quemadmodum ager impeditur ſylua, & ſpinis obducta ſemita, inuia fit, & intercluditur, igniq; tandem cremanda ſubijcitur.*

SCHOLIA IN CAP. XVI.

1 ינחם 2 Aliàs, ne dijs. 3 ארצרות 4 vel, diuinam animam. 5 מקום למקום

# Liber Tobiæ.

## CAP. I. N.

*LIBER hiſtoriarum Tobiæ, filij Tobielis, nati Hananiele, filio :: Aduelis qui Gabaele ortus eſt è ſemine Aſaelis, è tribu Nephthalim, qui temporibus 1 Salmanaſaris regis Aſſyriorū captiuus fuit abductus è 2 Thiſbe, quæ eſt à dextera 3 Cades Nephthalim in Galilæa ſupra 4 Aſer ſita. Ego Tobias omni tempore vitæ meæ itineribus integritatis incedebam & iuſtitiæ, multaq; benignè in fratres gentis meæ, qui mecum Niniuen, quæ eſt in Aſſyria regione, deuenerant, erogabam. Nam cum eſſem in patria mea, in terra Iſraelitica iuuenis adhuc, & paterna mea tribus Nephthalim vniuerſa defeciſſet à templo Hieroſolymæ illius, quæ ex omnibus Iſraeliticis tribubus ad ſacrificia omnium ſelecta fuit, vbi templum illud domicilium altiſſimi conſecratū erat, & ad omnes ætates æui ædificatum: cumq; tribus omnes ſociæ defectionis 5 Baali illi iuuencæ, [quam Ieroboam rex Iſrael ſtatuerat,] ſacrificarent, atque etiam patria domus Nephthalim, ego ſolus Hieroſolymam, vt præcepto ſempiterno præſcriptum eſt omni populo Iſraelitico, frequenter commeabam, primitias gerens & decimas fructuum, vnà cum ijs quæ primum detonſa fuerant, & ea ſacerdotibus poſteris Aaronis ad aram offerebam. Primas omnium 6 fructuum decimas tradebam ſacerdotibus prognatis Aarone miniſtrantibus Hieroſolymæ: alteras decimas vendebam, & profectus quæ inde confeciſſem Hieroſolymis erogabam annis ſingulis: & tertias dabam ijs quibus par erat, prout à Debbora 7 matre patris mei præceptum habebam, vtpote pupillus à patre meo relictus. Cum autem euaſiſſem vir, Anna vxore de ſtirpe generis mei ducta, Tobiam ex ea progenui, [eumq; ab infantia docui vereri Deum, & ab omni peccato abſtinere.] Cumq; captiuus Niniuen [cum vxore, & filio, omniq; tribu mea] eſſem abductus, omnibus generis mei fratribus de cibis gētium eſitantibus, ego tamen ne veſcerer illis genio meo temperaui: quòd religionem Dei animo meo toto colerem. Gratioſum ergo me reddidit altiſſimus, & ſpecioſum coram 8 Salmanaſare, adeo vt me 9 opſonatore vteretur, [daretq; mihi poteſtatē eundi quocūque vellem, & quicquid libuiſſet faciendi libertatem. Quapropter commeabam ad quoſuis captiuitatis ſocios, & eos monitis ſalutaribus inſtituebam.] In Mediam autē profectus Gabaeli Gabriæ fratri, [quem inter multos de genere meo tribulem meum egere videbam,] decem argenti talenta, [quæ ex honorario munere regis habebam, accepto chirographo] cōcredidi. Porrò cum 10 Salmanaſar obijſſet, ſucceſſit ei in regnū filius Sennacherib: cuius cum turbulentæ res eſſent, non poteram in Mediam porrò iam commeare. Cæterum & Salmanaſaris temporibus plurima vtebar in fratres meos benignitate, panes meos erogabam in eſurientes, & veſtes in nudos, atque ſi quē generis mei cōſpicatus eram defunctum, circumq; muros projectum in vrbe Niniue, ſepeliebam illum: & ſi quos Sennacherib occiderat, cum [accepta clade, qua Deus eum propter numinis obtrectationem ipſius affecerat,] fugiens è Iudæa rediſſet, furtim ſepulchro mandabam eos, (multos enim furor illius perdidit,) vt cum conquirerentur à rege cadauera, non comparerent. Cum verò Niniuitarum quidam profectus indicium regi feciſſet me illos ſepelire, latitaui: & cum ad necem requiri me cognouiſſem, metu perculſus ceſsi. Direptæ fuerunt itaque omnes facultates meæ, nec quicquam mihi reliqui factum eſt, præter Annam vxorem meam, & filium Tobiam. Cæterum nondum erant elapſi quinquagintaquinque dies, cum illum duo ipſius filij interfecerunt. Cum ergo in montes Ararath aufugiſſem, qui illi in regnum ſucceſſerat 11 Sarchedonus eiuſdem filius, 12 Achiacharum 13 Anaelis fratris mei filium præfecit omnibus patris ſui rationibus, totiq; diſpenſationi: cumq; Achiacharus mea cauſa poſtulauiſſet, Niniuen remeaui. Nam Achiacharus à poculis erat, & ab annulo ſignatorio, tum à rationibus, ac diſpenſator, vicariumq; ſibi Sarchedonus eum adſciuerat, nempe è fratre meo natum.*

## CAP. I. V.

1 TOBIAS ex tribu & ciuitate Nephthali, quæ eſt in ſuperioribus Galileæ
ſupra Naaſſon, poſt viam quæ ducit
ad Occidentem, in ſiniſtro habens ci-
2 uitatem Sephet: ⁋ cum captus eſſet in
diebus Salmanaſar regis Aſſyriorum,
in captiuitate tamen poſitus, viam ve-
3 ritatis non deſeruit: ⁋ ita vt omnia quæ habere poterat,
quotidie cō captiuis fratribus, qui erāt ex eius genere, im-
4 pertiret. ⁋ Cūq; eſſet iunior omnibus in tribu Nephthali,
5 nihil tamē puerile geſsit in opere. ⁋ Deniq; cū irent om-
nes ad vitulos aureos, quos Ieroboam fecerat rex Iſrael,
6 hic ſolus fugiebat cōſortia omniū: ⁋ & pergebat in Ieru-
ſalem ad templū Domini, & ibi adorabat Dominū Deum
Iſrael, omnia primitiua ſua, & decimas ſuas fideliter offe-
7 rens, ⁋ ita vt in tertio anno proſelytis & aduenis miniſtra
8 ret omnē decimationē. ⁋ Hæc & his ſimilia ſecundū legē
9 Dei puerulus obſeruabat. ⁋ Cum verò factus fuiſſet vir,
accepit vxorē Annā de tribu ſua: genuitq; ex ea filiū no-
10 men ſuū imponens ei, ⁋ quē ab infantia timere Deum do
11 cuit, & abſtinere ab omni peccato. ⁋ Igitur cū per captiui
tatē deueniſſet cū vxore ſua & filio in ciuitatē Niniuē, cū
12 omni tribu ſua: ⁋ & cum omnes ederent ex cibis genti-
liū, iſte cuſtodiuit animā ſuam, & nunquā cōtaminatus eſt
13 in eſcis eorum. ⁋ Et quoniam memor fuit Domini in toto
corde ſuo, dedit illi Deus gratiā in conſpectu Salmanaſar
14 regis: ⁋ & dedit illi poteſtatē quocunq; vellet, ire, habens
15 libertatē quæcunque facere voluiſſet. ⁋ Pergebat ergo ad
omnes qui erāt in captiuitate, & monita ſalutis dabat eis.
16 ⁋ Cum autē veniſſet in Rages ciuitatē Medorū, & ex his
quibus honoratus fuerat à rege, habuiſſet decem talenta
17 argēti: ⁋ & cū in multa turba generis ſui Gabelum egentē
videret qui erat ex tribu eius, ſub chirographo dedit illi
18 memoratū pondus argenti. ⁋ Poſt multū verò temporis
mortuo Salmanaſar rege, cū regnaret Sennacherib filius
eius pro eo, & filios Iſrael exoſos haberet in cōſpectu ſuo,
19 ⁋ Tobias quotidie pergebat per omnē cognationē ſuam,
& cōſolabatur eos, diuidebatq; vnicuique, prout poterat,
20 de facultatibus ſuis. ⁋ eſurientes alebat, nudiſq; veſtimēta
præbebat, & mortuis atq; occiſis ſepulturā ſolicitus exhi-
21 bebat. ⁋ Deniq; cum reuerſus eſſet rex Sennacherib fu-
giens à Iudæa plagam, quam circa eum fecerat Deus pro-
pter blaſphemiā ſuam, & iratus multos occideret ex filijs
22 Iſrael, Tobias ſepeliebat corpora eorū. ⁋ At vbi nuntiatū
eſt regi, iuſsit eum occidi, & tulit omnē ſubſtantiam eius.
23 ⁋ Tobias verò cū filio ſuo, & cū vxore fugiens, nudus la-
24 tuit, quia multi diligebāt eū. ⁋ Poſt dies verò quadragin-
25 taquinque occiderunt regem filij ipſius, ⁋ & reuerſus eſt
Tobias in domū ſuā, omniſq; facultas eius reſtituta eſt ei.

Tobias captiuus inter Aſſyrios viam veritatis nō deſerit.
3. Reg. 17. a.
Miſericors Tobias.
3. reg. 12. f.
Fugit idola.
B
Exod. 22. d.
Deut. 12. a.
Num. 36. c.
Ducit vxorem Annam.
Filium infantulum docet Deum.
Gene. 43.
C
Inuenit gratiā coram Salmanaſar.
Succurrit Gabelo egenti.
Charitas Tobiæ in fratres.
D
4. Reg. 19. g.
eccleſiaſt. 48. d.
Eſa. 37. g. 1. machab. 7. f. & 2. mach. 8. e.
4. Eſdr. 2. c.
Tobias fugit à facie Sennacherib.
Reuertitur.

## SCHOLIA IN CAP. I.

:: In Tobia qui hodie Hebraice circūfertur eſt אריאל 1 ἐνεμεσσάρῃ. 2 Vetus interpres pro hac, Sephet memorat. Heb. מורשבי 3 De qua Ioſ. 20. aliàs, κυδίως τῆς νεφθαλίμ correctiores κυρίως: vt ſit, à dextera propriè dictæ vrbis Nephthalim. 4 Vetus interpres, Naaſon. 5 τῇ Βάαλ τῇ δαμάλει, aliàs, τῇ Βάαλ τῇ δαμάλει. 6 vel, fœtuū. 7 Id eſt, auia mea. 8 ἐνεμεσσάρῳ. 9 vel, emptore, aut potius, diſpenſatore. 10 ἐνεμεσσάρου. 11 Aliàs, Archirdonus, Eſa. 37. Eſarhadon dicitur, vt & in Tobia qui hodie extat Hebraice. 12 Hebr. אחיקר 13 חננאל

CAP. II.



## CAP. II. [V.]

Tobias inuitat timentes Deū ad prandium.
4. Reg. 19. g. & 2. Paral. 32. e.

POſt hæc verò cum eſſet dies feſtus Domini, & factū 1
eſſet prandium bonum in domo Tobiæ, ⁋ dixit 2
filio ſuo, Vade, & adduc aliquos de tribu noſtra ti-
mentes Deum, vt epulentur nobiſcum. ⁋ Cumque abijſ- 3
ſet, reuerſus nuntiauit ei vnum ex filijs Iſrael iugulatum
iacēre in platea. Statimque exiliens de accubitu ſuo, re-
linquens prandium, ieiunus peruenit ad corpus: ⁋ tol- 4
lenſque illud portauit ad domum ſuam occultè, vt dum
ſol occubuiſſet, cautè ſepeliret eum. ⁋ Cumque occul- 5
taſſet corpus, manducauit panem cum luctu & tremore,
⁋ memorans illum ſermonem quem dixit Dominus per 6
Amos prophetam, Dies feſti veſtri conuertentur in la-
mentationem & luctum. ⁋ Cum verò ſol occubuiſſet, 7
abijt, & ſepeliuit eum. ⁋ Arguebant autem eum omnes 8
proximi eius, dicentes, Iam huius rei cauſa interfici iuſſus
es, & vix effugiſti mortis imperium, & iterum ſepelis mor
tuos? ⁋ Sed Tobias plus timens Deum quàm regem, ra- 9
piebat corpora occiſorum, & occultabat in domo ſua, &
medijs noctibus ſepeliebat ea. ⁋ Contigit autem, vt qua- 10
dam die fatigatus à ſepultura, veniens in domum ſuam,
iactaſſet ſe iuxta parietem, & obdormiſſet: ⁋ & ex ni- 11
do hirundinum dormienti illi calida ſtercora inciderent
ſuper oculos eius, fieretque cæcus. ⁋ Hanc autem ten- 12
tationem ideo permiſit Dominus euenire illi, vt poſteris
daretur exemplum patientiæ eius, ſicut & ſancti Iob.
⁋ Nam cum ab infantia ſua ſemper Deum timuerit, & 13
mandata eius cuſtodierit, nō eſt contriſtatus contra Deū,
quòd plaga cæcitatis euenerit ei: ⁋ ſed immobilis in Dei 14
timore permanſit, agens gratias Deo omnibus diebus vi-
tæ ſuæ. ⁋ Nam ſicut beato Iob inſultabant reges: ita iſti 15
parentes & cognati eius irridebant vitam eius, dicentes,
⁋ Vbi eſt ſpes tua, pro qua eleemoſynas & ſepulturas fa- 16
ciebas? ⁋ Tobias verò increpabat eos, dicens, Nolite ita 17
loqui, ⁋ quoniam filij ſanctorum ſumus, & vitam illam 18
expectamus, quam Deus daturus eſt his qui fidem ſuam
nunquam mutant ab eo. ⁋ Anna verò vxor eius ibat ad 19
opus textrinum quotidie: & de labore manuum ſuarum
victum, quem conſequi poterat, deferebat. ⁋ Vnde fa- 20
ctum eſt, vt hœdum caprarum accipiens detuliſſet do-
mi. ⁋ Cuius cum vocem balantis vir eius audiſſet, di- 21
xit, Videte ne fortè furtiuus ſit: reddite eum dominis
ſuis, quia non licet nobis aut edere ex furto aliquid, aut
contingere. ⁋ Ad hæc vxor eius irata reſpondit, Ma- 22
nifeſtè vana facta eſt ſpes tua, & eleemoſynæ tuæ modò
apparuerunt. ⁋ Atque his, & alijs huiuſcemodi verbis 23
exprobrabat ei.

Relictis conuiuis, tollit corpus mortuum domum, vt ſepeliat.
B
Amos. 8. c.
1. Mach. 1. d.
Arguitur Tobias à propinquis.
Suprà. 1. d.
Efficitur cæcus in exemplum patientiæ poſteris.
C
Tobiam parentes irridēt, quos increpat.
D
Vxor Tobiæ textrix.
Innocentia Tobiæ.
Deut. 22. a.
Vxor exprobrat ei eleemoſynas.
Iob. 26.

## CAP. II. [N.]

*POrrò cum rediſſem domum meā, & Anna vxor mea, ſimul & filius Tobias mihi reſtitutus eſſet ſolenni Pentecoſtes, quod eſt ſeptem hebdomadarū ſacrū, cum lautū mihi foret cōuiuium, cibo ſumēdo decubui. Ibi cum opſoniorū copiam viderem, filio meo, Abi dico, accerſe quemuis egenū è fratribus noſtris inuentum, cui cordi ſit Dominus: interim ego te ecce expectauero. Cumq; abijſſet, reuerſus, Quidā, inquit, ô pater, è gēte noſtra præfocatus iacet in platea. Tum ego, priuſquam cibū guſtaſſem, exilij, & ſublatū 1 domū abdidi, donec ſol occidiſſet: deinde reuerſus laui, cibumq; meum ſumpſi cum mœrore, recordatus vaticinij Amos, vt dixiſſet, Solēnia veſtra conuertentur in luctū, & omnis lætitiæ veſtræ in lamentationes. Lugens itaq; poſtquam ſol occidit, abij, illumq; effoſſo ſepulchro mādaui. Tum vicini per ridiculum, Non metuit, aiebant, iſte iam interfici propter hoc facinus: qui tametſi fugam ceperat, mortuos tamē ecce rurſum ſepelit. [Ego tamen Deum magis quàm regem timens, corpora ſurripiebam occiſorū, eaq; domi meæ occultata, medijs noctibus ſepeliebam.] Eadem verò nocte cum reuerſus à ſepultura, pollutus ad parietem atrij me quieti tradidiſſem, nec velaſſem faciem, 2 paſſeres, quos in pariete latere neſciebam, ſtercus calidum in apertos oculos meos demiſerunt: vnde natis in oculis meis albuginibus, cum medicos adijſſem, nihil me iuuarunt. [Cæterum hac tentatione periclitari Tobiam Dominus ideo permiſit, vt poſteris exemplum patientiæ, quale ſancti Iob eſt, proderet. Nam cum ab infantia ſua Deum ſemper eſſet reueritus, eiuſq; mādata ſeruaſſet, nihil ei ſuccēſuit, quòd clade cæcitatis eſſet affectus, ſed conſtans in religione ipſius, agēdis eidem gratijs per omne vitæ ſuæ tēpus perſtitit. Nam ſicut beato Iob reges inſultabant, ita vitā huius affines eius & cognati habebant ludibrio, dictitantes, Vbi eſt ſpes tua, qua 3 exercebas beneficentiā, & ſepeliebas? Tobias verò reprehēdebat eos, dicēs, Ne talia loquamini: quoniā filij ſumus ſanctorum, & vitā expectamus illā quam Deus ijs qui fidem cum eo nunquam mutarint, daturus eſt.] Porrò Achiacharus alebat me, donec in Ely naida profectus ſum. Anna verò vxor mea opera muliebria facienda conduxerat, [vnde victum parabat qua poterat induſtria:] cumq; dominis ea miſiſſet, perſoluto illi pretio, hœdum inſuper addidere: qui poſtquam peruenit ad me, cœpitq; balare, Vnde nam eſt hic hœdus? inquio: Ecquis furtiuus eſt? reſtitue illum dominis, neque enim furtiuum licet edere. At illa, Dono mihi ſuper mercedem additus eſt, inquit. Ego verò non credens illi, iubebam eum reddi dominis, atque eius cauſa erubeſcebam. Tum illa mihi reſpondens, Vbi ſunt, inquit, benignæ erogationes illæ, iuſteq; facta tua? 4 en vt in te comparent omnia. [His atque alijs huiuſcemodi verbis illa me inceſſere.]*

## SCHOLIA IN CAP. II.

1 εἰς οἴκημα aliàs, εἴς τι οἴκημα 2 Heb. צפרים aues. 3 vel, erogabat in pauperes. 4 vel, en comparent in te omnia. Ironice.

## CAP. III. [V.]

Oratio Tobiæ ad Deum.

TVnc Tobias ingemuit, & cœpit orare cum lachry 1
mis, ⁋ dicens, Iuſtus es Domine, & omnia iudicia 2
tua iuſta ſunt: & omnes viæ tuæ, miſericordia, &
veritas, & iudicium. ⁋ Et nunc Domine memor eſto mei, 3
& ne vindictam ſumas de peccatis meis, neq; reminiſcaris
delicta mea, vel parentum meorum. ⁋ Quoniam nō obe- 4
diuimus præceptis tuis, ideo traditi ſumus in direptio-
nem, & captiuitatem, & mortem, & in fabulam, & in im-
properium omnibus nationibus, in quibus diſperſiſti nos.
⁋ Et nunc Domine magna iudicia tua, quia non egi- 5
mus ſecundum præcepta tua, & non ambulauimus ſyn-
ceriter coram te. ⁋ Et nunc Domine ſecundum volun- 6
tatem tuam fac mecum, & præcipe in pace recipi ſpiri-
tum meum. Expedit enim mihi mori magis quàm viuere.

Deut. 28. e.
B

## CAP. III. [N.]

*TVm contriſtatus ego, plorans ac dolens his verbis precatus ſum, Iuſtus es Domine, & omnia facta tua, inſtitataq; omnia 1 miſericordia ſunt, & integritas, iudiciumq; integrum & iuſtum exerces in perpetuū. Memento mei, & me reſpice, ne expetas à me pœnas peccatorū, aut etiam erratorum meorū, patrumve meorū qui coram te peccauimus. Nam præceptis tuis aures occluſimus, quamobrem ad prædam & captiuitatem, ad necem & fabulam, & ad opprobrium nos omnibus, inter quos diſiecti ſumus, expoſuiſti. Iam verò iuſtæ tibi cauſæ ſunt, & idoneæ multæ, cur mecum agas ſecundum peccata mea, parentumq; meorum: quia non ſeruauimus præcepta tua, neque nos erga te ſyncerè geſſimus. Ergo nunc age pro voluntate tua mecum, & iube ſpiritum meum eximi, vt decedam, atque reſoluar in terram. Præſtat enim eſſe mortuo mihi quàm viuere: quandoquidē audiui exprobrationes immeritas, & multo ſum in mœrore. Præcipe iam nunc me his anguſtijs excedere in locū æternū, nec auertas à me faciē tuam.*

*Eadem illa die contigit,vt filia Raguelis Sara 2 Ecbatanis, quæ ſunt in Media, cõtumeliam & ipſa ab ancillis patris ſui pateretur,quòd ſeptem viris fuiſſet coniuncta,& cacodæmon Aſmodæus eos, priuſquam vxorio more congreßi fuiſſent cum illa, interfeciſſet. [ Ergo cum quam puellam pro culpa ipſius increparet,] An neſcis,aiebant, te viros tuos præfocauiſſe? Septem iam habuiſti viros, nec vel vnius fuiſti cognominata. Quid nos propter eos verberas. Si mortui ſunt ad illos faceſſe hinc, vt nec filium videamus ex te nec filiam in æternum: [aut num occidere nos vis, vt iam ſeptem viros occidiſti?] His auditis vehementer contriſtata, adeò vt præfocare ſe cogitaret,dicebat tamen, Equidem patri meo ſum vnica, & hoc ſi perpetrarem, probroſum ei foret,ac ſenectutem eius ad inferos cum mærore deducerem. Porrò autem [cum in cœnaculum domus ſuæ aſcendiſſet,tribus diebus,ac noctibus totidem nec edit nec bibit, ſed in oratione perſiſtens, Deum precabatur cum lachrymis, vt ipſam ab hoc opprobrio vindicaret. Die vero tertio conſummans precationem, Deoq; laudes agens,ac] orans iuxta feneſtram,Celebrandus es Domine mi Deus,inquit, & numen glorioſum tuum, ſanctum & auguſtum illud in æuum prædicandum eſt, [qui quamuis iratus fueris, clementem tamen te præſtare ſoleas, & tempore afflictionis inuocantibus te peccata remittere.] Te celebrent omnia opera tua in perpetuum. Ecce nunc, ô Domine, defixi oculos meos ac vultum in te: aufer obſecro me de terra, vt ne ſim poſthac in exprobratione. Tu ſcis Domine integram eſſe me ab omni flagitio virili, [animumq; meum mundum ab omni concupiſcentia,] & me nec meum nomen nec paternum in terra captiuitatis meæ fœdauiſſe. [ Nunquam ludentibus miſcui me, neque me ſociam leuitati deditis adiunxi. Viro autem religione tui, non per libidinem conſenſi nubere: & aut ego fui indigna illis,aut illi fortaßis me non digni, quia me forſitan alij viro deſtinaſti: neque enim eſt humani captus conſilium tuum. Verum hoc certum habet omnis cultor tui, vitam ſuam, ſi probata fuerit, eſſe coronandam, & liberandam in afflictione: quòd ſi correctionem meditetur, veniam abs te poſſe conſequi. Non enim delectaris interitu noſtro,ſed tranquillitatem præſtas poſt tempeſtatem,atque effuſam à lachrymis fletuq; lætitiam. Nomen tuum,ô Deus Iſrael,in æuum celebretur.] Vnigenita patri meo ſum,nec eſt ei puellus, qui hæreditatem ipſius adeat, adeoq; ne frater quidem propinquus, aut è tali natus filius,cui me conſeruem vxorem. Iam mihi ſeptem interierunt,quid eſt cur ego viuam? Quòd ſi tibi minus videor occidenda, fac habeatur ratio mei, nec audiam contumeliam amplius. His amborum precibus à maieſtate magni Dei exauditis,Raphael ad medendum vtrique miſſus eſt.ad Tobiam, vt abſtergeret albugines:ad Saram vero filiam Raguelis, vt Tobia nato Tobiæ traderet vxorem, vinciretq; cacodæmonem Aſmodæum, quòd Tobiam habere eam oporteret. Eodem illo tempore reuerſus Tobias domum ſuam ingreſſus eſt, & Sara filia Raguelis è cœnaculo ſuo deſcendit.*

7 ⚲ Eadem itaq; die cõtigit vt Sara filia Raguelis in Rages
ciuitate Medorũ, & ipſa audiret improperium ab vna ex
8 ancillis patris ſui, ⚲ quoniam tradita fuerat ſeptẽ viris, &
dæmonium nomine Aſmodæus occiderat eos mox vt in-
9 greſsi fuiſſent ad eam. ⚲ Ergo cũ pro culpa ſua increparet
puellam,reſpõdit ei, dicẽs, Amplius ex te non videamus
10 filiũ,aut filiã ſuper terrã,interfectrix virorũ tuorũ. ⚲ Nũ-
quid & occidere me vis, ſicut iam occidiſti ſeptem viros?
Ad hanc vocẽ perrexit in ſuperius cubiculũ domus ſuæ,
& tribus diebus,& tribus noctibus nõ manducauit, neque
11 bibit: ⚲ ſed in oratione perſiſtẽs cũ lachrymis deprecaba
12 tur Deũ,vt ab iſto improperio liberaret eam. ⚲ Factũ eſt
autẽ die tertia dum cõpleret orationẽ,benedicens Domi-
13 nũ, ⚲ dixit,Benedictũ eſt nomen tuũ Deus patrũ noſtro-
rũ:qui cũ iratus fueris,miſericordiã facies,& in tẽpore tri-
14 bulationis peccata dimittis his qui inuocãt te. ⚲ Ad te Dñe
15 faciẽ meã cõuerto,ad te oculos meos dirigo. ⚲ Peto Do-
mine vt de vinculo improperij huius abſoluas me,aut cer
16 tè deſuper terrã eripias me. ⚲ Tu ſcis Domine quia nun-
quã cõcupiui virũ,& mundã ſeruaui animã meã ab omni
17 concupiſcentia. ⚲ Nunquã cũ ludentibus miſcui me:neq;
18 cũ his qui in leuitate ambulãt,participẽ me præbui. ⚲ Vi-
rum autem cum timore tuo,nõ cum libidine mea conſenſi
19 ſuſcipere. ⚲ Et aut ego indigna fui illis,aut illi forſitã mi-
hi non fuerunt digni:quia forſitan viro alij cõſeruaſti me.
20 ⚲ Non eſt enim in hominis poteſtate cõſilium tuũ. ⚲ Hoc
21 autem pro certo habet omnis qui te colit, quòd vita eius,
ſi in probatione fuerit,coronabitur: ſi autẽ in tribulatione
fuerit,liberabitur:& ſi in corruptione fuerit,ad miſericor-
22 diam tuam venire licebit. ⚲ Non enim delectaris in per-
ditionibus noſtris: quia poſt tempeſtatẽ tranquillũ facis,
& poſt lachrymationem & fletum, exultationẽ infundis.
23 ⚲ Sit nomen tuũ Deus Iſrael benedictũ in ſecula. ⚲ In illo
24 tempore exauditæ ſunt preces amborũ in conſpectu glo-
25 riæ ſummi Dei: ⚲ & miſſus eſt angelus Domini ſanctus
Raphael,vt curaret eos ambos, quorũ vno tempore ſunt
orationes in conſpectu Domini recitatæ.

Sara filia Raguelis patitur improperium ab ancilla patris ſui.

Oratio Saræ cum ieiunio, vt ab improperio liberaretur.

C

Innocentia Saræ.

Caſtitas.

D

Dei cõſilium extra hominis poteſtatem.

Eodem tẽpore exaudiuntur preces Tobiæ & Saræ.

## SCHOLIA IN CAP. III.

1 Vel, benignitas, חסד 2 Aliàs, Ragis.

## CAP. IIII.

*ILla die Tobiæ venit in mentem argenti, quod Ragis in Media Gabaeli crediderat, & ſecum, Cum ego mortem petierim, inquit, quin filium meum Tobiam voco priuſquam moriar commonendum? Cùmque vocaſſet eum, dixit, [ Audi mi fili quæ dicam verba, eaq; corde tuo repone quaſi fundamentum.] Defunctum me, fili, ſepelias: deinde matrem tuam ne deſpicias, ſed honorem ei præſtes per omne tempus vitæ, faciaſq; quod gratum ei ſit, nec contriſtes ipſam. Memento, fili, quam multa pericula te geſtans in vtero ſubierit, cumque obierit, ipſam iuxta me eodem ſepulchro ſepelias. Fili, obſerua Dominum Deum noſtrum omni tempore,nec peccare inducas animũ, aut præcepta ipſius negligere, ſed per omnem vitam tuam cole iuſtitiam, nec itineribus iniuſtitiæ inceſſeris. Nam dum integritati ſtudueris, ſucceſſus tibi per omnia inſtituta tua dabitur, adeoq; omnibus iuſtitiæ ſtudioſis. De facultatibus tuis 1 exerce beneficentiam, nec malignè ſe gerat oculus tuus in præſtanda benignitate. Ne auertas faciem tuam ab vllo paupere, vt Deo nec à te auerſuro faciem. Prout fueris ad copiam inſtructus,benignitatem exerceas:[ſi multum tibi fuerit,large tribuas: parum ſi tibi fuerit,*

## CAP. IIII.

1 IGitur cum Tobias putaret orationem ſuam exaudiri
vt mori potuiſſet, vocauit ad ſe Tobiam filium ſuum,
2 ⚲ dixitque ei, Audi fili mi verba oris mei, & ea in cor-
3 de tuo quaſi fundamentum conſtrue. ⚲ Cum acceperit
Deus animam meam, corpus meum ſepeli: & honorem
4 habebis matri tuæ omnibus diebus vitæ eius. ⚲ memor
enim eſſe debes quæ & quanta pericula paſſa ſit propter
5 te in vtero ſuo. ⚲ Cum autem & ipſa compleuerit tempus
6 vitæ ſuæ, ſepelias eam circa me. ⚲ Omnibus autem diebus
vitæ tuæ in mente habeto Deũ:& caue ne aliquando pec
cato cõſentias, & prætermittas præcepta Domini Dei no
7 ſtri. ⚲ Ex ſubſtãtia tua fac eleemoſynam, & noli auertere
faciẽ tuã ab vllo paupere:ita enim fiet vt nec à te auerta-
8 tur facies Domini. ⚲ Quomodo potueris,ita eſto miſeri-
9 cors. ⚲ Si multũ tibi fuerit,abundanter tribue:ſi exiguum

Exhortatio Tobiæ ad filium.

Mater honoranda. eccleſiaſt. 7.c. exod. 10. b.

B

Deus in corde habendus.

Eleemoſ. Luc.14.c. prouer.3.b. eccleſiaſt. 4.a. & 14.b. Eccleſiaſt. 35.a.



tibi fuerit, etiam exiguum libenter impertiri ſtude.
⚲ Præmium enim bonum tibi theſaurizas in die neceſſi- 10
tatis. ⚲ quoniam eleemoſyna ab omni peccato,& à mor- 11
te liberat,& non patietur animam ire in tenebras. ⚲ Fi- 12
ducia magna erit coram ſummo Deo,eleemonſyna omni-
bus facientibus eam. ⚲ Attende tibi fili mi ab omni forni- 13
catione: & præter vxorem tuam nunquam patiaris cri-
men ſcire. ⚲ Superbiam nunquam in tuo ſenſu, aut in 14
tuo verbo dominari permittas:in ipſa enim initium ſump-
ſit omnis perditio. ⚲ Quicunque tibi aliquid operatus fue- 15
rit, ſtatim ei mercedem reſtitue, & merces mercenarij tui
apud te omnino non remaneat. ⚲ Quod ab alio oderis 16
fieri tibi, vide ne tu aliquando alteri facias. ⚲ Panem 17
tuum cum eſurientibus & egenis comede:& de veſtimen-
tis tuis nudos tege. ⚲ Panem tuum, & vinum tuum ſu- 18
per ſepulturam iuſti conſtitue, & noli ex eo manducare,
& bibere cum peccatoribus. ⚲ Conſilium ſemper à ſa- 19
piente perquire. ⚲ Omni tempore benedic Deum: & 20
pete ab eo vt vias tuas dirigat, & omnia conſilia tua in ip-
ſo permaneant. ⚲ Indico etiam tibi fili mi dediſſe me de- 21
cem talenta argenti,dum adhuc infantulus eſſes,Gabelo,
in Rages ciuitate Medorum, & chirographum eius apud
me habeo: ⚲ & ideo perquire quomodo ad eum perue- 22
nias, & recipias ab eo ſuprà memoratum pondus argenti,
& reſtituas ei chirographum ſuum. ⚲ Noli timere fili mi: 23
pauperem quidem vitam gerimus, ſed multa bona habe-
bimus ſi timuerimus Deum,& receſſerimus ab omni pec-
cato, & fecerimus bene.

Eccle.24.c. Eccle.29.c.

C

Fornicatio. 1.theſſ.4.a.

Superbia. Gen.3.

Merces operarij leuit.19.c. deut. 24.c.

Math.7.b.

Eſuriens. Lucæ.14.c.

Sepultura.

Conſilium. D

Benedicendus Deus.

Pecuniam Gabelo mutuatam indicat ſup. 1. c.

Paupertas cũ timore Dei. Rom.8.d.

*tibi fuerit, ne verearis è pauco præſtare benignitatem: theſaurum enim boni recondes tibi in diem neceſsitatis. 2 Beneficentia enim vindicat à morte, nec patitur te immergi tenebris. Donum enim eximium eſt 3 beneficentia coram altiſsimo omnibus eam exercentibus. Caue tibi, fili, ab omni ſcortatione, [ nec præter vxorem tuam cum vlla conſueſcas flagitioſè,] ſed vxorem ante omnia ducito de ſtirpe maiorum tuorum,nec tibi coniungas alienigenam è tribu paterna tua non ortam: ſiquidem prophetis prognati ſumus: & Noe, atque Abrahã, tũ Iſaac & Iacob noſtri ſunt priſci maiores. Hos omnes, ô fili, memento duxiſſe vxores è cognatis ſuis,& in liberis ſuis fata felicia conſecutos, ſemenque ipſorum terram poſſeſſurum. Nunc itaque, fili,fratres tuos ama, nec ipſos filios filiaſve tuæ nationis aſperneris per ſuperbiam. quo minus vxorem tibi deſumas ex illis. [ Superbiam nunquam patiaris in animo aut ſermone tuo dominari.] Nam ſuperbiæ coniunctus eſt interitus, multaque perturbatio,& ferocitati offenſio, atque ingens egeſtas: ſiquidem mater famis eſt ferocitas. Ne moretur apud te merces vllius hominis, cuius opera vſus fueris: ſed eam protinus illi depende: etenim tibi quoque Deum colenti gratia referetur. In omnibus factis tuis circunſpectus eſto, fili, atque in omni actione vitæ tuæ conſultus: & quod oderis ipſe,ne cui feceris. Vinum ne bibas ad ebrietatem, nec illa tibi comes ſit itineris. Eſurienti impertire panem tuum,& nudis veſtium tuarum aliquid, Quicquid redundarit, eroga in pauperes,nec cruciet oculos tuos benigna erogatio. Effunde panes tuos ſuper ſepulchrum iuſtorum,nec illum ſceleroſis impertias. Conſilium ſemper petas à ſapiente,nec vllum aſperneris vtile conſilium. Saluta Dominum Deum tuum omni tempore,& ab eo pete vt vias tuas & veſtigia conformet,fortunetque conſilia. Neque enim conſilio pollet vlla gens, ſed ipſe Dominus omnium bonorum author eſt, & quem vult quo vult modo deprimit. Ergo nunc, ô fili, memineris præceptorum meorum, nec ex animo tuo deleantur. Hoc inſuper, ô fili, nunc putaui tibi ſignificandum, me decem argenti talenta Gabaeli fratri Gabriæ Ragis, quæ ſunt in Media,[ te puero] concredidiſſe, [ atque ipſius apud me habeo chirographum. Ideo rationem inito, quo modo peruenias ad illum, & recepto ab eo ſupradicto argenti pondere,chirographum ei ſuum reſtituas. Ne tibi metum afferat, ô fili, quòd pauperem vitam egerimus: ſunt tibi bona multa, ſi Deum reueritus fueris, & quod gratum ei ſit,ſtudueris facere.*

## SCHOLIA IN CAP. IIII.

1 vel, eroga in pauperes.Hebraicus codex qui nuper in lucẽ prodijt,habet צדקה id eſt, iuſtitiam, pro eo quod Græcus paſsim habet ἐλεημοσύνην. 2 vel, Erogatio enim in pauperes. 3 vel, erogatio in pauperes.

## CAP. V.

TVnc reſpondit Tobias patri ſuo, & dixit, Omnia 1
quæcunque præcepiſti mihi faciam pater. ⚲ Quo- 2
modo autem pecuniam hãc requiram, ignoro.ille
me neſcit,& ego eum ignoro: quod ſignum dabo ei? Sed
neque viam, per quam pergatur illuc, aliquando cogno-
ui. ⚲ Tunc pater ſuus reſpondit illi, & dixit, Chirogra- 3
phum quidem illius apud me habeo,quod dum illi oſten-
deris, ſtatim reſtituet. ⚲ Sed perge nunc, & inquire tibi 4
aliquem fidelem virum, qui eat tecum ſalua mercede ſua,
dum adhuc viuo: vt recipias eam. ⚲ Tunc egreſſus To- 5
bias,inuenit iuuenem ſplendidum, ſtantem, præcinctum,
& quaſi paratum ad ambulandum. ⚲ Et ignorans quòd 6
angelus Dei eſſet, ſalutauit eum, & dixit, Vnde te habe-
mus bone iuuenis? ⚲ At ille reſpondit, Ex filijs Iſrael. 7
Et Tobias dixit ei, Noſti viam quæ ducit in regionem
Medorum? ⚲ Cui reſpondit, Noui, & omnia itinera eius 8
frequenter ambulaui,& manſi apud Gabelum fratrem no
ſtrum qui moratur in Rages ciuitate Medorum,quæ po-
ſita eſt in monte Ecbatanis. ⚲ Cui Tobias ait, Suſtine 9
me obſecro, donec hæc ipſa nuntiem patri meo. ⚲ Tunc 10
ingreſſus Tobias, indicauit vniuerſa hæc patri ſuo. Super
quæ admiratus pater, rogauit vt introiret ad eũ. ⚲ Ingreſ- 11
ſus itaque ſalutauit eum,& dixit,Gaudium tibi ſit ſemper.
⚲ Et ait Tobias, Quale gaudiũ mihi erit, qui in tenebris 12

Tobias miſſus à patre in Rages ad Gabelũ,quærit ſocium itineris.

Occurrit ei Raphael quem ad patrẽ introducit

B

## CAP. V.

*TVm reſpondens Tobias, ait, Quæcũque præcepiſti mihi faciam pater: ſed quomodo hoc argentum adipiſci potero, cum ille mihi ſit ignotus? [ aut quodnam ei ſignum dabo? Cui pater, Equidem apud me habeo chirographum illius, quod vbi primum illi oſtenderis, argentum reſtituet.] Ergo tradidit illi chirographum, &, Quære tibi hominem, inquit, qui tecum vna proficiſcatur, dum viuam, ( nam ego dabo mercedem illi, ) & profectus argentum repete. Cum igitur ad quærendum hominem abiiſſet, Raphaelem inuenit [ ſtantem, iuuenem elegantem atque accinctum, & tanquam paratum proficiſci,] quem angelum eſſe ignorans [ ſalutatum ] interrogauit, [ Vnde nobis aduenis bone iuuenis? Cui ille, E filijs Iſrael, reſpondit. Rurſum interrogauit eum Tobias,] Num potero te comitem habere vſque Raga, quæ ſunt in Media? aut num locorum illorum es peritus? Et angelus, Comitem me habebis, inquit: [ ego viam noui, illaque frequenter commeaui,] vt qui apud Gabaelem fratrem noſtrum habitauerim, [ qui moratur Ragis, quæ eſt vrbs Medorum in monte Ecbatanis ſita.] Tum Tobias, Mane me, inquit, dum patri renuntiem. Et ille, Abi, inquit, & ne cuncteris. Ingreſſus itaque [ rem omnem patri nuncians,] En pater, ait, inueni qui mecum proficiſcatur. Tum ille [ miratus,] Voca eum, inquit,ad me, vt cognoſcam de qua tribu ſit, & an fidum ſis habiturus comitem. Cum ergo vocatus ingreſſus eſſet ille,& inter ſe conſalutaſſent, [ dixit iuuenis, Precor tibi gaudium perpetuum. Cui Tobias, Quale gaudium mihi ſit, inquit, cum ſedeam in tenebris,*

*nec lumen cæli videam? Cui iuuenis, Fac ſis forti animo: nã prope adeſt cum à Deo curaberis. Porrò interrogauit eũ Tobias, Num poteris filium meum ad Gabaelem vſque Raga vrbem Mediæ perducere? cæterum vbi redieris, mercedem tuam tibi numerabo. Reſpondit illi angelus, Equidem ducã eum, & ad te reducam. Rurſum ] Tobias interrogauit, Ex qua tribu, aut ex qua familia ortus es frater? explana mihi. At ille, Tribune & familiam, inquit, quæris, an mercenarium qui filio tuo comes ſit itineris? Cui Tobias, Velim, inquit, frater genus tuum & nomen cognoſcere. Tum ille, [Ne te ſolicitum habeã,] ego genus ab Azaria duco, & magno Anania, fratribus tuis. Ibi Tobias, Saluus ſit, ait, aduẽtus tuus frater, nec mihi ſuccenſeas quòd ſim genus tuum & familiam ſciſcitatus. Sanè quidem frater meus es ex honeſta bonaque progenie. Ananiam enim & Ionathan magni illius Samaiæ filios ego noui, iam tum cum Hieroſolymã vnà adorandi, & primogenia decimaſq; fructuum conſecrandi cauſa proficiſceremur: non enim in errorem cognatorum noſtrorum abducti fuerunt. E ſtirpe magna natus es, ô frater. Sed dic quam tibi dem mercedem, an drachmam in dies ſingulos cum neceſſarijs, vt & filio meo? cæterum ſi redieritis incolumes, hanc mercedem tibi amplificabo. [Rurſum dixit illi angelus, Ego ſaluum tibi deducam filium, atque reducam.] Ita cum conueniſſet, Tobiæ dixit, Para te itineri, & felix ſit veſtra profectio. Parauit itaque filius in viam neceſſaria, [& patri ſimul & matri valedixit.] Cui pater, Cum iſthoc homine proficiſcere, inquit: cæterum habitator cæli Deus felix reddat iter veſtrum, & angelus eius adiungat ſe vobis comitem. Cum ergo egreſſi ambo proficiſcerentur, vnaque cum illis canis adoleſcentis, Anna mater eius plorans cum Tobia expoſtulauit, Quare filium noſtrum dimiſiſti? Nonne ſcipio manus erat noſtræ, qui nos 1 vltro citroque duceret? Argentum non acceſſiſſet argento, verum pro filio noſtro fuiſſet reiectaneum. Quantum enim à Domino victus datum eſt nobis, id nobis ſufficit, [& aſpectum filij diuitias noſtras eſſe deputaſſemus.] At Tobias, Nihil ſolicita ſis mea ſoror, inquit, redibit incolumis, oculique tui videbunt illum. Angelus enim bonus illi comes eſt, & vſus itinere proſpero ſaluus reuertetur. Tum [ad hanc orationem mater adoleſcentis] finem fecit plorandi, [& tacuit.]*

13 ſedeo, & lumẽ cæli non video? ⁋ Cui ait iuuenis, Forti ani-
14 mo eſto: in proximo eſt vt à Deo cureris. ⁋ Dixit itaq; illi
Tobias, Nunquid poteris perducere filium meum ad Ga
belum in Rages ciuitatem Medorum? & cum redieris, re-
15 ſtituam tibi mercedem tuam. ⁋ Et dixit ei Angelus, Ego
16 ducam, & reducam eum ad te. ⁋ Cui Tobias reſpondit,
Rogo te, indica mihi. De qua domo, aut de qua tribu es
17 tu? ⁋ Cui Raphael angelus dixit, Genus quæris mercenarij: an ipſum mercenarium qui cum filio tuo eat?
18 ⁋ Sed ne fortè ſolicitum te reddam, ego ſum Azarias
19 Ananiæ magni filius. ⁋ Et Tobias reſpondit, Ex magno
genere es tu. Sed peto ne iraſcaris quod voluerim cogno-
20 ſcere genus tuum. ⁋. Dixit autem illi angelus, Ego ſa-
21 num ducam, & ſanum tibi reducam filium tuum. ⁋ Re-
ſpondens autem Tobias, ait, Bene ambuletis, & ſit Deus
22 in itinere veſtro, & angelus eius comitetur vobiſcũ. ⁋ Tũc
paratis omnibus quæ erant in via portanda, fecit Tobias
vale patri ſuo & matri ſuæ, & ambulauerunt ambo ſimul.
23 ⁋ Cumque profecti eſſent, cœpit mater eius flere, & di-
cere, Baculum ſenectutis noſtræ tuliſti, & tranſmiſiſti à
24 nobis. ⁋ Nunquam fuiſſet ipſa pecunia, pro qua miſiſti
25 eum. ⁋ Sufficiebat enim nobis paupertas noſtra, vt di-
uitias computaremus, hoc quòd videbamus filium no-
26 ſtrum. ⁋ Dixitque eis Tobias, Noli flere, ſaluus perue-
niet filius noſter, & ſaluus reuertetur ad nos, & oculi tui
27 videbunt illum. ⁋ Credo enim quòd angelus Dei bonus
comitetur ei, & bene diſponat omnia quæ circa eum ge-
28 runtur, ita vt cum gaudio reuertatur ad nos. ⁋ Ad hanc
vocem ceſſauit mater eius flere, & tacuit.

Tobiæ patri promittit angelus ſanitatem.
C
D
Angelo comite proficiſcitur Tobias.
Inf. 10. a
Flet mater quã pater conſolatur

## SCHOLIA IN CAP. V.

1 ἐν τῷ εἰσπορεύεσθαι, καὶ ἐκπορεύεσθαι.

## CAP. VI.

*AT illi itinere faciũdo ad Tigrim fluuiũ peruenere veſperi, & ibi morati ſunt. Cũq; adoleſcẽs abluẽdi ſe cauſa deſcendiſſet, piſcis [immanis] e fluuio proſilijt, abſorbere eũ conatus: [quẽ expaueſcẽs Tobias voce magna clamauit, dicẽs, Inuadit me Dñe.] Cui angelus, Piſcẽ, inquit, apprehẽde [branchijs, & ad te extrahe.] Apprehẽſum ergo piſcẽ adoleſcẽs, in terrã extraxit [ante pedes ipſius palpitante.] Cui rurſum angelus, Exẽtera piſcẽ, ait, & aſſumptũ cor & hepar vnà cũ felle tuto ſepone: [nã vſum præſtãt vtilis medicamẽti.] Et fecit adoleſcẽs vt ab angelo iuſſus erat, piſcẽ autẽ aſſatũ ederũt, indeq; tulerũt in viã ſecũ, ſaleq; conſperſerũt quantũ ipſis ſufficeret, donec Raga Medorũ vrbẽ peruenirent.] Cum autem [itinere progreſſi propinquaſſent Ecbatanis, rogauit adoleſcẽs angelum, Quid ſibi vult, Azaria frater, cor iſtud & hepar, atque fel piſcis: [aut quo remedio pollẽt quæ ſeruari iuſsiſti?] Cui dixit, Corde & hepate, ſicubi moleſtus ſit cacodæmõ aut malus genius, corã viro fœminaue ſuffitũ feciſſe cõuenit, (neq; enim moleſtus poſtea fuerit,) fel autẽ oculis hominis albugines habẽtis illiniuiſſe: etenim remediũ ſentiet. Vbi vero Ragis propinquauerũt,] cum Tobias interrogaſſet, Quò nam vis vt diuertamur?] dixit angelus adoleſcenti, hodie, frater, Raguelis vtemur hoſpitio. Is cognatus eſt tuus, & filiã habet vnicã nomine Sarã, de qua verba faciã, vt tibi cõmittat vxorẽ. [Pete ergo eã à patre ipſius, 1 vt det tibi eã in matrimoniũ]. Nã tibi debentur oẽs facultates eius, vt qui ſolus ſuperſis ex genere ipſius: & puella pulchra eſt & cordata. Quapropter auſculta nunc mihi, & ego cum patre ipſius agam, vt Ragis reuerſuri nuptias celebremus. Nam Raguelem ego noui, vt qui iuxta legem Moſaicam minime ſit eam collocaturus alij, aut certe ſibi contracturus perniciem, quoniam hæreditatem tibi cedere conuenit, potius quam vlli alij. Tunc reſpondit adoleſcens angelo, Equidem audiui frater*

## CAP. VI.

1 PRofectus eſt autem Tobias, & canis ſecutus eſt eũ,
2 & manſit prima manſione iuxta fluuiũ Tigris. ⁋ Et
exiuit vt lauaret pedes ſuos, & ecce piſcis immanis
3 exiuit ad deuorandum eum. ⁋ Quem expaueſcẽs Tobias,
4 clamauit voce magna, dicens, Domine, inuadit me. ⁋ Et
dixit ei angelus, Apprehende branchiam eius, & trahe eũ
ad te. Quod cum feciſſet, attraxit eum in ſiccum, & palpi-
5 tare cœpit ante pedes eius. ⁋ Tunc dixit ei angelus, Exẽ-
tera hunc piſcẽ, & cor eius, & fel, & iecur repone tibi. ſunt
6 enim hęc neceſſaria ad medicamenta vtiliter. ⁋ Quod cũ
feciſſet, aſſauit carnes eius, & ſecũ tulerunt in via: cætera
ſalierũt quę ſufficerent eis, quouſq; peruenirent in Rages
7 ciuitatẽ Medorũ. ⁋ Tunc interrogauit Tobias angelũ, &
dixit ei, Obſecro te Azaria frater, vt dicas mihi, quod re-
8 mediũ habebunt iſta quę de piſce ſeruare iuſsiſti? ⁋ Et re-
ſpõdens angelus, dixit ei, Cordis eius particulam ſi ſuper
carbones ponas, fumus eius extricat omne genus dæmo-
niorũ, ſiue à viro, ſiue à muliere, ita vt vltra nõ accedat ad
9 eos. ⁋ Et fel valet ad vngẽdos oculos in quibus fuerit albu
10 go, & ſanabũtur. ⁋ Et dixit ei Tobias, Vbi vis vt manea-
11 mus? ⁋ Reſpõdenſq; angelus, ait, Eſt hîc Raguel nomine,
vir propinquus de tribu tua, & hic habet filiã nomine Sarã,
ſed neq; maſculũ, neq; fœminã vllã habet aliã præter eã.
12 ⁋ Tibi debetur omnis ſubſtantia eius, & oportet eam te
13 accipere coniugem. ⁋ Pete ergo eam à patre eius, & dabit
14 tibi eã in vxorẽ. ⁋ Tunc reſpõdit Tobias, & dixit, Audio

Tobias inuaſus à piſce, liberatur ab angelo.
Angeli monitu reſeruat ſibi cor piſcis, fel, & iecur.
B
Rogatus angelus à Tobia ad quæ medicamẽta hæc conferãt, declarat.
Num. 27. a. 36. a
Hortatur Raphael Tobiã ad coniugiũ Saræ.
C



quia tradita eſt ſeptem viris, & mortui ſunt: ſed & hoc au-
diui, quia dæmonium occîdit illos. ⁋ Timeo ergo, ne for- 15
tè & mihi hęc eueniant: & cũ ſim vnicus parentibus meis,
deponam ſenectutem illorum cum triſtitia ad inferos.
⁋ Tunc angelus Raphael dixit ei, Audi me, & oſtendam 16
tibi qui ſunt quibus præualere poteſt dæmoniũ. ⁋ Hi nan- 17
que qui coniugium ita ſuſcipiunt, vt Deum à ſe, & à ſua
mente excludant, & ſuæ libidini ita vacent, ſicut equus &
mulus, quibus non eſt intellectus, habet poteſtatem dæ-
monium ſuper eos. ⁋ Tu autem cum acceperis eam, in- 18
greſſus cubiculum, per tres dies continens eſto ab ea, & ni
hil aliud, niſi orationibus vacabis cum ea. ⁋ Ipſa autem 19
nocte, incenſo iecore piſcis, fugabitur dæmonium. ⁋ Se- 20
cunda verò nocte, in copulatione ſanctorum patriarcha-
rum admittêris. ⁋ Tertia autẽ nocte benedictionem cõſe- 21
quêris, vt filij ex vobis procreentur incolumes. ⁋ Tranſ- 22
acta autem tertia nocte, accipies virginem cum timore
Domini, amore filiorum magis quàm libidine ductus, vt
in ſemine Abrahæ benedictionem in filijs cõſequaris.

Docet eum ſanctitatem nuptiarum.
Pſal. 31. b.
D

*frater Azaria, puellam in matrimonium fuiſſe datam ſeptẽ viris, qui omnes in thalamo nuptiali perierint. Iam vero ego patri meo ſum vnicus, & metuo ne ingreſſus interẽã, quemadmodum illi priores: quod dæmon amet eam, qui neminem lædit, præter eos qui cum illa concubuerint. Quamobrem nunc vereor vt moriar, & vitam parentum meorum cum dolore de me deducam ad ſepulchrum, nec filius qui ſepeliat ipſos ſit eis alius. Cui rurſum angelus, [Audi me & declarabo tibi in quos poteſtatem habeat cacodæmon. Sanè qui in matrimonium ita conueniunt, vt Deo à ſe menteque ſua excluſo, equi mulique brutorum animaliũ more vacent libidini, ij ſunt in cacodæmonis poteſtate.] Annon meminiſti præceptorum quæ pater tibi dedit, de vxore ex genere tuo ducenda? Quare nunc audi me frater, (nam vxor tua futura eſt,) nec de dæmone ſis anxius, ſiquidem hac nocte in matrimonium tibi collocabitur. Sed ingreſſurus thalamum, [per tres dies abſtinebis ab ea, & nihil aliud quàm precibus cum ea vacabis: ipſa autẽ nocte] prunam ſumes ſuffimento, & impoſita de corde ac hepate piſcis parte ſuffitum facies, quo olfacto dæmon ille aufugiet ſempiternis ſeculorum ætatibus non reuerſurus. [Secunda vero nocte admitteris in ſocietatẽ ſanctorum patriarcharum: tertiaque felicitatem eam conſequeris, vt incolumes è vobis liberi procreentur.] Cæterum [tranſacta nocte tertia] conuenturi ſurgite ambo, & miſericordem Deum inuocate, qui miſertus veſtri ſeruabit vos. [Tum adiunges tibi virginem cum timore Domini, liberorum amore magis quàm libidine ductus, vt felicitatem in liberis per ſemen Abrahæ conſequaris.] Ne metuas, quoniam ea tibi fuit ab æuo condito deſtinata: quare conſeruabis eam, tecumque proficiſcetur: exiſtimoque adeò te liberos ex ea ſuſcepturum. His auditis Tobias, amore illius captus eſt, & animum ad eam vehementer applicuit.*

## SCHOLIA IN CAP. VI.

1 vel, etenim dabit.

## CAP. VII.

INgreſsi ſunt autẽ ad Raguelem, & ſuſcepit eos Raguel 1
cum gaudio. ⁋ Intuenſque Tobiam Raguel, dixit An- 2
næ vxori ſuæ, Quàm ſimilis eſt iuuenis iſte conſobri-
no meo! ⁋ Et cum hæc dixiſſet, ait, Vnde eſtis iuuenes 3
fratres noſtri? At illi dixerunt, Ex tribu Nephthali ſumus,
ex captiuitate Niniue. ⁋ Dixitque illis Raguel, Noſtis 4
Tobiam fratrem meum? Qui dixerunt, Nouimus. ⁋ Cũ- 5
que multa bona loqueretur de eo, dixit angelus ad Ra-
guelem, Tobias, de quo interrogas, pater iſtius eſt. ⁋ Et 6
miſit ſe Raguel, & cum lachrymis oſculatus eſt eum, &
plorans ſupra collum eius, ⁋ dixit, Benedictio ſit tibi fili 7
mi, quia boni & optimi viri filius es. ⁋ Et Anna vxor eius, 8
& Sara ipſorum filia lachrymatæ ſunt. ⁋ Poſt quam au- 9
tem locuti ſunt, præcepit Raguel occidi arietem, & pa-
rari conuiuium. Cumque hortaretur eos diſcumbere ad
prandium, ⁋ Tobias dixit, Hîc ego hodie non manduca 10
bo neque bibam, niſi prius petitionem meam confirmes,
& promittas mihi dare Saram filiam tuam. ⁋ Quo audito 11
verbo Raguel, expauit ſciens quid euenenerit illis ſeptem
viris qui ingreſſi ſunt ad eam: & timere cœpit ne fortè &
huic ſimiliter contingeret. Et cum nutaret, & non daret
petenti vllum reſponſum, ⁋ dixit ei angelus, Noli ti- 12
mere dare eam iſti, quoniam huic timenti Deum debetur
coniunx filia tua: propterea alius non potuit habere illã.
⁋ Tunc dixit Raguel, Non dubito quod Deus preces & 13
lachrymas meas in conſpectu ſuo admiſerit. ⁋ Et credo 14
quoniam ideo fecit vos venire ad me, vt iſta coniungere-
tur cognationi ſuæ ſecundum legem Moyſi: & nunc noli
dubium gerere quod tibi eam tradam. ⁋ Et apprehendens 15
dexteram filiæ ſuæ, dextræ Tobię tradidit, dicens, Deus
Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob vobiſcum ſit, &

Ingrediũtur Raphael & Tobias domum Raguelis, à quo benigniſsimè ſuſcipiũtur.
B
Tobias petit filiam Raguelis ſibi dari vxorem.
C
Eam tradit ei Raguel.
Num. 36. c.
Benedictio coniugalis.
D

## CAP. VII.

*CVm autem perueniſſent Ecbatana, & ad ædes Raguelis acceſſiſſent, Sara obuiam eis egreſſa, facta vtrinque inter ſe ſalutatione, introduxit eos in ædes, & Raguel [excepit eos cum gaudio, intuituſque Tobiam,] 1 Ednæ vxori ſuæ, Quam ſimilis eſt, inquit, hic iuuenis Tobiæ conſobrino meo: ſimulque rogauit eos, Vnde nam adeſtis fratres? At illi, A prognatis Nephthalim, inquiunt, captiuis in Niniue. Rurſum ille, Noſtiſne, inquit, Tobiã fratrẽ noſtrũ? Nouimus, inquiũt. Et ille, Valetne? ait. Et viuit, & valet, inquiunt. Porrò autem [cum ille multa de ipſo bona prædicaret,] Tobias, Pater meus eſt, inquit. Tum exiliens Raguel oſculatus eſt eum cũ lachrymis, & [collo eius hærens,] bene precatus eſt illi, Eia tu [macte felicitate,] ait, hominis præclari boniq; fili. Cũ autem audiſſet oculorũ vſum amiſiſſe Tobiã, contriſtatus vna cũ 2 Edna vxore ſua, Saraq; filia collachrymauit. Cæterum propenſo animo tractarunt illos, & mactato de grege ariete, opſonia large appoſuerũt. Tum Tobias Raphaeli, Iniice mentionem, inquit, Azaria frater, eorum de quibus egiſti in itinere, vt res conficiatur. Ita ille Rageli rem aperit: [qua intellecta Raguel expauit, ſciens quid ſeptem viris illis ingreſſis ad eam accidiſſet, & ne forte idem vſuueniret huic pertimeſcebat. Dubitante ergo illo, nec vllum petenti reſponſum dante, angelus, Ne metuas, inquit, eam iſti deſpondere, quoniam ei, vtpote religioſo cultori Dei, coniunx filia tua debetur, idcoque nemo alius ea frui potuit. Tũ Raguel, Non dubito, ait, quin Deus preces & lachrymas meas reſpexerit, credoque adeo ipſum huc adduxiſſe vos, vt hac ſecundum legem Moyſi viro cognationis ſuæ iungeretur. Itaque ne dubites iam, quin eam ſim illi deſponſurus. [Hortatus eſt ergo Raguel Tobiam, vt ederet & biberet, ac ſe præberet hilarem. Nam te, inquit, par eſt filiam meam vxorem ducere. Attamẽ quod verum eſt tibi declarabo. Ego filiam meam ſeptem viris collocaui, qui ſub eam noctem qua erant cum illa concubituri, interierunt: tu tamen 3 fac animo præſenti ſis & læto. Tũ Tobias, Equidẽ hic, ait, haud quicquã guſtauero, donec [petitione mea cõfirmata] huc ſtatueritis eã, mihique collocaueritis. Cui Raguel, Dehinc iã, vt par eſt, vxorem eã habeas, ſiquidem inter vos intercedit cognatio: porrò miſericors ille Deus det vobis ſucceſſus proſperrimos. Vocauit ergo Saram filiã ſuam: quã vt ad ſe venit apprehẽſa manu, vxorẽ Tobiæ dicauit, dicẽs, Hãc ecce ſecundũ legẽ Moſis habeas, & ad patrem tuum abducas: ſimul illis bene precatus eſt, [ac dixit, Deus Abraham, Deus Iſaac, Deus Iacob, adſit vobis, ipſe coniungat*

*coniungat vos, & beneficium ſuum in vobis impleat.] Deinde vocata 4 Edna vxore ſua, ſumptoque libello ſyngraphã conſcripſit: qua conſignata, [Deũ celebrantes] epulari cœperunt. Rurſum Raguel vocata 5 Edna vxore ſua, Para ſoror, inquit, alterum cubiculum, & hanc introducas. Quæ cum feciſſet vt ille iuſſerat, & introduxiſſet eam illuc lachrymantem, lachrymas filiæ ſolata eſt, ac dixit, Bono animo eſto filia, Dominus cæli & terræ hanc tuam triſtitiam in gaudium conuerterit, quamobrem ſecura ſis ô filia.*

ipſe coniungat vos, impleatque benedictionem ſuam
16 in vobis. ¶ Et accepta charta, fecerunt conſcriptionem
17 coniugij. ¶ Et poſt hæc epulati ſunt, benedicentes
18 Deum. ¶ Vocauitque Raguel ad ſe Annam vxorem ſuam, & præcepit ei vt præpararet alterum cubi-
19 culum. ¶ Et introduxit illuc Saram filiam ſuam, &
20 lachrymata eſt. ¶ Dixitque ei, Forti animo eſto filia
mea: Dominus cæli det tibi gaudium pro tædio quod
perpeſſa es.

Conuiuium nuptiale cum laude Dei.

## SCHOLIA IN CAP. VII.

1 Alias, Annæ. Hebr. עדנה 2 Alias, Anna. 3 Τὸν νῦν ἔχων, alias, Τὸ νῦν ἔχον, id eſt, in præſentia. 4 Alias, Anna. 5 Alias, Anna.

## CAP. VIII.

*PEracta deinde cœna, Tobiam ad eam introduxerunt: qui abiens ſermonum Raphaelis recordatus, cum prunam ad ſuffimentum ſumpſiſſet, [prolato è pera ſua, &] ſuperpoſito corde piſcis ac hepate, ſuffitum fecit, cuius odore percepto, cacodæmon aufugit in 1 vltimam Ægyptum, vbi angelus eum conſtrinxit vinculis. Poſtquam autem ambo concluſi fuerunt, ſurrexit è cubili Tobias, ſimul &, Exurge ſoror, inquit, & Dominum vt noſtri miſereatur, precemur [tam hodie, quàm cras & perendie, quia tribus his noctibus Deo conciliandi ſumus: exacta vero nocte tertia, noſtro fruemur coniugio. Liberi quippe ſanctorum ſumus, nec fas eſt ita coniungi nos, vt gentes quæ Deum neſciunt. Cum ergo ſurrexiſſent vna, inſtanter orabant ambo vt incolumitatem conſequerentur.] Ipſeque exorſus, Celebrandus es, inquit, ô Deus patrum noſtrorum, nomenque tuum ſanctum ac glorioſum in æuum prædicandum eſt. Te cæli [& terræ, atque in his fontes ac flumina,] opificiaque tua vniuerſa celebrent. Tu creauiſti Adam, & ei adiutricem Euam vxorem iunxiſti pro adminiculo, è quibus hominum genus prognatum eſt. Tuum eſt dictum, Non expedit homini viuere ſolitario, condamus ei adiumentum ipſi ſimile. Nunc ergo Domine, non cauſa libidinis hanc mihi adiungo ſororem meam, ſed ſyncero animo, [ſoloque deſiderio poſteritatis, in qua nomen tuum per omnes ſeculorum ætates celebretur.] Te itaque mihi clementem exhibe, vt 2 cum hac conſeneſcam. Tum illa cum eo ſubiecit, Amen. Porrò cum illa nocte ambo concubuiſſent, Raguel exurrexit, [& circa galli cantum accerſitis ſeruis ſuis,] egreſſus, ſepulchrum effodit, quod diceret, Fortaſsis & hic mortem oppetierit [vt & cæteri ſeptem illi qui ad ipſam ingreſsi ſunt.] Cumque domum ſuam reuerſus eſſet, 3 Ednæ vxori ſuæ, Mitte quampiam, inquit, ancillarum exploratum, ſi viuat ille: ſi minus, vt eum [antequam dies illuceſcat,] ſine teſte ſepeliam. Ancilla ergo, [quam illa miſerat,] recluſo oſtio ingreſſa, dormientes ambo deprehendit [ſaluos & incolumes,] regreſſaque nuntiauit illis hominem viuere. Tum Raguel [cum vxore ſua] Deo gratulans, ait, Omni laude pura ſanctaque celebrandus es ô Deus, teque adeò ſancti tui celebrent, opificiaque tua vniuerſa: te omnes angeli & electi tui per omnia ſecula prædicent. Equidem tibi gratulor, quod exhilararis me, nec acciderit mihi quod verebar, ſed quod nobiſcum clementer egeris, duos vnigenitos miſeratus, [aſpuleriſque à nobis] hoſtem, qui nos perſequebatur.] Porrò autem Domine, exhibe te benignum his, vt vitam ſuam exigant cum ſanitate & lætitia, tuaque miſericordia, [vt ipſi te celebrent plenius, & ſacrificio laudis afficiant: vnde omnibus gentibus appareat, te ſolum eſſe Deum per omnem terram.] Iuſsit ergo ſeruos ſuos ſepulchrum obruere [priuſquam luceſceret: vxori autem præcepit vt conuiuium inſtrueret, vtque viaticum omne & cibos ad iter agendum neceſſarios appararet. Duas quoque vaccas pingues, & quatuor arietes mactandos curauit, epulaſque omnibus vicinis ſuis atque amicis apparandas,] & nuptias illis quatuordecim diebus celebrauit. Nam Raguel ante exactos nuptiarum dies illos 4 iureiurando Tobiam adegerat,*

## CAP. VIII.

1 POſtquam verò cœnauerunt, introduxerunt iuuenẽ
2 ad eam. ¶ Recordatus itaque Tobias ſermonum
angeli, protulit de caſsidili ſuo partem iecoris, po-
3 ſuitque eam ſuper carbones viuos. ¶ Tunc Raphael angelus apprehendit dæmonium, & religauit illud in deſer-
4 to ſuperioris Ægypti. ¶ Tunc hortatus eſt virginẽ Tobias, dixitque ei, Sara, exurge, & deprecemur Deum hodie, & cras, & ſecundum cras: quia his tribus noctibus
Deo iungimur: tertia autem tranſacta nocte, in noſtro
5 erimus coniugio. ¶ Filij quippe ſanctorum ſumus, &
non poſſumus ita coniungi ſicut gẽtes quę ignorant Deũ.
6 ¶ Surgentes autem pariter, inſtanter orabant ambo ſi-
7 mul, vt ſanitas daretur eis. ¶ Dixitque Tobias, Domine
Deus patrum noſtrorum, benedicant te cæli & terræ, mareque & fontes, & flumina, & omnes creaturæ tuæ quæ in
8 eis ſunt. ¶ Tu feciſti Adam de limo terræ, dediſtique ei
9 adiutorium Heuam. ¶ Et nunc Domine tu ſcis quia non
luxuriæ cauſa accipio ſororem meam coniugem, ſed ſola
poſteritatis dilectione, in qua benedicatur nomen tuum
10 in ſecula ſeculorum. ¶ Dixit itaque Sara, Miſerere nobis
Domine, miſerere nobis, & conſeneſcamus ambo pariter
11 ſani. ¶ Et factum eſt circa pullorum cantum, accerſiri iuſ-
ſit Raguel ſeruos ſuos, & abierunt cum eo pariter vt fode-
12 rent ſepulchrum. ¶ Dicebat enim, Ne fortè ſimili modo
euenerit ei, quo & cæteris illis ſeptem viris qui ſunt in-
13 greſsi ad eam. ¶ Cumque paraſſent foſſam, reuerſus Ra-
14 guel ad vxorem ſuam, dixit ei, ¶ Mitte vnam ex ancillis
tuis, & videat ſi mortuus eſt, vt ſepeliam eum antequam
15 illuceſcat dies. ¶ At illa miſit vnam ex ancillis ſuis. Quæ
ingreſſa cubiculum, reperit eos ſaluos & incolumes, ſe-
16 cum pariter dormientes. ¶ Et reuerſa, nuntiauit bonum
nuntium: & benedixerunt Dominum, Raguel videlicet
17 & Anna vxor eius, ¶ & dixerunt, Benedicimus te Domine Deus Iſrael, quia non contigit quemadmodum puta-
18 bamus. ¶ Feciſti enim nobiſcum miſericordiam tuam, &
19 excluſiſti à nobis inimicum perſequentem nos. ¶ Miſertus es autẽ duobus vnicis. Fac eos Domine plenius benedicere te: & ſacrificium tibi laudis tuæ, & ſuæ ſanitatis offerre, vt cognoſcat vniuerſitas gentium quia tu es Deus ſo-
20 lus in vniuerſa terra. ¶ Statimque præcepit ſeruis ſuis Raguel, vt replerent terra foſſam quam fecerant, priuſquam
21 eluceſceret. ¶ Vxori autem ſuæ dixit vt inſtrueret conuiuium, & præpararet omnia quæ in cibos erant iter agẽ-
22 tibus neceſſaria. ¶ Duas quoque pingues vaccas, & quatuor arietes occidi fecit, & parari epulas omnibus vicinis
23 ſuis, cunctiſque amicis. ¶ Et adiurauit Raguel Tobiam,

Tobias introductus ad Saram, aſſat partẽ iecoris.
Raphael ligat dæmonium.
1. Cor. 7. a.
Tobias hortatur Saram ad orationem.
B
Oratio Tobiæ.
Gene. 2. b.
Coniugium propter prolem
Oratio Saræ.
Raguel parat ſepulchrum Tobiæ quem putabat mortuum.
C
Ancilla nuntiat Tobiam incolumem.
Gratias agit Domino Raguel & vxor eius.
D
Iubet Raguel parari conuiuiũ



vt duas hebdomadas moraretur apud ſe. ¶ De om-
24 nibus autem quæ poſsidebat Raguel, dimidiam partem dedit Tobiæ, & fecit hanc ſcripturam, vt pars
dimidia quæ ſupererat poſt obitum eorum, Tobiæ dominio deueniret.

Dimidiam partem poſſeſsionis ſuæ dat Tobiæ.

*adegerat, non diſceſſurum, donec ijdem illi quatuordecim nuptiales dies fuiſſent elapſi: tum demũ accepto bonorum ſuorum dimidio, ad patrem remearet incolumis, reliquis poſt obitum ipſius & vxoris potiturus, [cuius rei & ſyngrapham fecerat.]*

## SCHOLIA IN CAP. VIII.

1 vel, ſupremam. 2 συγκαταγηράσαι με. 3 Alias, Annæ. 4 vel, iureiurando affirmarat, non paſſurum diſcedere Tobiam, &c.

## CAP. IX.

TVnc vocauit Tobias angelum ad ſe, quem quidem 1
hominem exiſtimabat, dixitque ei, Azaria frater,
peto vt auſcultes verba mea. ¶ Si meipſum tradam 2
tibi ſeruum, non ero condignus prouidentiæ tuæ. ¶ Ta- 3
men obſecro te vt aſſumas tibi animalia ſiue ſeruitia, & vadas ad Gabelum in Rages ciuitatem Medorum: reddaſ-
queei chirographum ſuum, & recipias ab eo pecuniam,
B & roges eum venire ad nuptias meas. ¶ Scis enim ipſe 4
quoniam numerat pater meus dies: & ſi tardauero vna
die plus, contriſtatur anima eius. ¶ Et certe vides quo- 5
modo adiurauit me Raguel, cuius adiuramentum ſperne-
re non poſſum. ¶ Tunc Raphael aſſumens quatuor ex 6
ſeruis Raguelis, & duos camelos, in Rages ciuitatẽ Medorum perrexit: & inueniens Gabelum, dedit ei chiro-
graphum ſuum, & recepit ab eo omnem pecuniam. ¶ In- 7
dicauitq; ei de Tobia filio Tobiæ, omnia quæ geſta ſunt:
fecitque eum ſecum venire ad nuptias. ¶ Cumque ingreſ- 8
ſus eſſet domum Raguelis, inuenit Tobiam diſcumbentem: & exiliens, oſculati ſunt ſeinuicem: & fleuit Gabe-
lus, benedixitque Deum, ¶ & dixit, Benedicat te Deus 9
Iſrael: quia filius es optimi viri, & iuſti, & timentis Deum,
D & eleemoſynas facientis: ¶ & dicatur benedictio ſuper 10
vxorem tuam, & ſuper parẽtes veſtros. ¶ & videatis filios 11
veſtros, & filios filiorum veſtrorũ, vſq; in tertiam & quartam generationẽ: & ſit ſemen veſtrum benedictum à Deo
Iſrael, qui regnat in ſecula ſeculorum. ¶ Cumque omnes 12
dixiſſent amen, acceſſerunt ad conuiuium: ſed & cum timore Domini nuptiarum conuiuium exercebant.

Angelus rogatu Tobiæ pergit ad Gabelum.
Raphael reddit Gabelo chirographum ipſi9, & ab eodem pecuniã recipit. C
Venit Gabelus cum angelo ad Tobiæ nuptias.
Conuiuium nuptiale cum timore Dei.

## CAP. IX.

*VOcauit ergo Raphaelem, [quem hominem putabat,] Tobias, ac dixit, [Auſculta quæſo verbis meis, Si ego tibi famuler, non ſim dignus tua 1 prudentia: tamen hoc te rogo,] Adiunge tibi ſeruum, frater Azaria, & duos camelos, atque ad Gabaelum Raga, quæ ſunt in Media, profectus, argentum ab eo [reddito ipſi chirographo ſuo] recipe, ipſumque adducito ad nuptias. Nam deierauit Raguel me non diſceſſurum: [nec poſſum iuramentũ eius ſpernere.] Pater autem meus, [vt ſcis,] dies numerat: & ſi moram [vel vnius diei] interpoſuero, dolorem ſane quàm magnum capiet. Raphael itaque [aſſumptis quatuor è ſeruis Raguelis, & duobus camelis, Raga quæ eſt vrbs in Media,] profectus eſt, & ad Gabaelum diuertit: cumque chirographum ei exhibuiſſet, loculos ille protulit obſignatos, atque ipſi tradidit. Deinde [cum Raphael eum de rebus Tobiæ certiorem feciſſet,] mane vnà profecti venerunt ad nuptias, [& domum Raguelis ingreſsi Tobiam inuenerũt diſcumbentem: cumque exiliſſet atque inter ſe conſalutaſſent oſculo, lachrymæ Gabaelo oborꝗæ ſunt, Deoque gratulabundus, Felicem te reddat Deus Iſraelis, inquit: quia filius es optimi viri, iuſti, religioſi, & in egenos benefici. Felix dicatur vxor tua, parentesque veſtri, vt filios è vobis & filios filiorum veſtrorum videatis in tertiam vſque & quartam ætatem. Felicitatem conſequatur ſemen veſtrum à Deo Iſraelis per omnes ſeculorum ætates regnante. Cumque ſubieciſſent omnes Amen, ad conuiuium nuptiale cum timore Domini celebrandum acceſſerunt,] & Tobias vxorem ſuam fecit grauidam.*

## SCHOLIA IN CAP. IX.

1 quaſi dicat, tantum abeſt vt æquum ſit te mihi præſtare obſequium, aut famulari.

## CAP. X.

CVm verò moras faceret Tobias, cauſa nuptiarũ, 1
ſolicitus erat pater eius Tobias, dicens, Putas
quare moratur filius meus, aut quare detentus eſt
ibi? ¶ Putaſne Gabelus mortuus eſt, & nemo reddet illi pe- 2
cuniam? ¶ Cœpit autem contriſtari nimis ipſe & Anna 3
vxor eius cum eo: & cœperũt ambo ſimul flere, eò quòd
die ſtatuto minime reuerteretur filius eorum ad eos. ¶ Fle- 4
bat igitur mater eius irremediabilibus lachrymis, atq; dicebat, Heu heu me fili mi, vt quid te miſimus peregri
nari, lumen oculorum noſtrorum, baculum ſenectutis
B noſtræ, ſolatium vitæ noſtræ, ſpem poſteritatis noſtræ?
¶ Omnia ſimul in te vno habentes, te non debuimus di- 5
mittere ire à nobis. ¶ Cui dicebat Tobias, Tace, & noli 6
turbari: ſanus eſt filius noſter: ſatis fidelis eſt vir ille cum
quo miſimus eum. ¶ Illa autẽ nullo modo conſolari pote- 7
rat, ſed quotidie exiliens circunſpiciebat & circuibat
vias omnes per quas ſpes remeandi videbatur, vt pro-
C cul videret eum, ſi fieri poſſet, venientem. ¶ At verò 8
Raguel dicebat ad generum ſuum, Mane hîc, & ego
mittam nuntium ſalutis de te ad Tobiam patrem tuum.

Tobias pater cũ vxore contriſtãtur ob moram filij.
Lamentatio matris Tobiæ.
Solicitudo eiuſdem pro filio.
Raguel dimittit à ſe Tobiam vnà cum vxore.

*POrrò Tobias pater dies cõputabat ſingulos: cumq; præſcripti peregrinationi dies eſſent exacti, nec illi rediret, [Tobia morã cauſa nuptiarũ faciente, ſolicitus ait, Cur nã moratur filius meus? aut quid ipſum illic detinet?] Nũ forte fruſtra ſunt, inquit? aut mortuus eſt Gabael, & argentum illi nemo reddit? Cõtriſtatus eſt ergo vehemẽter [vnà cũ vxore: & flere cœperũt ambo, quod filius ipſorũ die cõſtituto nõ rediſſet,] dixitq; ei vxor, Actũ eſt de filio, quandoquidẽ morã fecit. eumq; lamẽtari cœpit [lachrymis irremediabilibus,] ſimul ac, Nihil iam mihi ſtudio eſt, inquit, mi fili: quãdoquidẽ amiſi te lumẽ oculorũ meorũ, [ſcipionẽ ſenectutis noſtræ, vitæq; ſolatiũ, & ſpẽ noſtræ poſteritatis. Heu me, heu mi fili, quare te peregre miſimus? omnia nobis erãt in te ſita: te à nobis dimittere non debebamus.] At Tobias, Deſine, inquit, ne ſis ſolicita: eſt enim incolumis, [ſatis fidus eſt vir ille, quẽ vnà cũ eo miſimus.] Cui illa, Tace, inquit, ne me ludifices: filius meus interijt: [nec admittebat vllã cõſolationẽ.] Egrediebatur autẽ quotidie foras in viã qua diſceſſerãt, [& quacunq; remeãdi ſpes dabatur, circunſpiciebat, an procul videre poſſet venientẽ:] cibum non ſumebat interdiu, nocteſq; totas filiũ ſuũ Tobiam deflebat indeſinenter, donec quatuordecim dies illi nuptiarum quos eum illic acturum eſſe Raguel iurarat, elapſi ſunt. Ibi tum Tobias Ragueli, Dimitte me, ait: quoniam parentes mei iam deſperant ſe me viſuros. Verum ſocer hortabatur eum, Mane apud me, & ego ad patrẽ tuũ mittã, qui faciant eum de rebus tuis certiorẽ.*

*Rurſum*

*Rurſum Tobias, Nequaquam, inquit: ſed ad patrem me dimitte. [Nam ſcio parentes meos computare dies, & animo valde cruciari. Ita quamuis Raguel multis verbis oraret Tobiam, nulla tamen ratione perſuadere illi potuit.] Exurrexit ergo Raguel, & cũ ei Saram vxorem ipſius cum dimidio facultatum tam mancipiorum & iumentorum, quàm argenti tradidiſſet, bene ominando dimiſit eos, dicens, Deus cæleſtis deducat vos feliciter, [& videant oculi mei liberos veſtros,] priuſquam ego moriar. [Angelus Domini ſanctus adſit vobis comes itineris, & deducat vos incolumes, vt res parentum veſtrorum omnes integro ſtatu reperiatis.] Filiæ autem ſuæ hæc dixit, Honora ſoceros tuos, qui nunc parentes tui ſunt, & fac nuntium de te bonum accipiam. [Maritum tuũ ames, cures familiam, & domum excolas, teque ipſam exhibeas inculpatam.] ſimul eos oſculatus eſt. Inſuper autem 1 Edna ſic eſt Tobiam allocuta, Reducem te faciat, chare frater, Dominus ille cæleſtis, & det mihi videre liberos tuos è Sara filia mea, vt coram ipſo gaudeam. Ecce concredo tibi filiam meam tanquam depoſitum, vt ne tractes eam moleſtius. Poſt hæc profectus eſt Tobias Deo gratulans, quòd iter proſperum ſibi conceſsiſſet. Cumque vale dixiſſet Ragueli & 2 Ednæ vxori eius, perrexit, donec [itinere faciundo vndecimo die Charan, quæ eſt in medio itinere verſus] Niniuen propinquarent.*

9 ¶ Cui Tobias ait, Ego noui quia pater meus & mater mea
modo dies computant, & cruciatur ſpiritus eorum in ipſis.
10 ¶ Cumque verbis multis rogaret Raguel Tobiam, & ille
eum nulla ratione vellet audire, tradidit ei Saram, & di-
midiam partem omnis ſubſtantiæ ſuæ in pueris, in puellis,
in pecudibus, in camelis, & in vaccis, & in pecunia mul-
11 ta: & ſaluum atque gaudentem dimiſit eum à ſe, ¶ di- D
cens, Angelus Domini ſanctus ſit in itinere veſtro, per-
ducatque vos incolumes, & inueniatis omnia rectè circa
parentes veſtros, & videant oculi mei filios veſtros priuſ-
12 quam moriar. ¶ Et apprehendentes parentes filiam ſuam,
13 oſculati ſunt eam, & dimiſerunt ire: ¶ monẽtes eam hono
rare ſoceros, diligere maritum, regere familiã, gubernare
domum, & ſeipſam irreprehenſibilem exhibere.

Parẽtes Saræ docent eam officiũ vxoris probæ.

## SCHOLIA IN CAP. X.

1 Alias, Anna. 2 Alias, Annæ.

## CAP. XI.

*TVm Raphael dixit Tobiæ, Scis frater vt patrẽ tuum reliqueris. [Si itaque tibi videtur,] præcurramus vxorem tuam, & domum præparemus: [familia verò cum coniuge tua & iumentis noſtra veſtigia lento gradu ſequatur.] Cæterum vt fel piſcis ad manum habeas, [vtpote vſui nobis futurum.] Itaq; prægreſsi ſunt, & canis eos pone ſecutus. Anna vero ſedebat [ſecundũ viã quotidie in ſupercilio mõtis, vnde procul poterat intueri,] filiũ ſuum proſpectu in viam petens, & venientem eum conſpicata, [vt agnouit primum,] patri eius renuntiauit, Ecce filius tuus aduenit vnà cum homine qui comes ei profectus eſt. Porrò Raphael, Equidem ſcio, inquit, patrem tuum viſum eſſe recuperaturum. Itaque tu [domum tuam primum ingreſſus, vbi Dominum Deum tuum ſalutaris, actiſque ei gratijs ad patrem acceſſeris, oſculatus eum, quod habes apud te] fel hoc oculis eius illine, & cõpunctus ille detritu abolebit albugines, [protinuſque illuſtratis oculis ſuis pater tuus lumen cæli] & te videbit. Accurrẽs autem Anna ſe in collum filij ſui coniecit, dicens, Poſtquam te vidi fili, dehinc iam mori contenta ſum: & ambo complorauerunt. [Canis verò qui viam vnà cum illis confecerat, præcurrit, & quaſi nuntio veniens blandimento caudæ gratulabatur.] Et Tobias [manu puero permiſſa, obuiam filio] progrediebatur ad fores offenſans, filiuſque accurrens eum apprehendit: [quem ille complexus, itidem vt vxor oſculatus eſt lachrymis præ gaudio obortis: cumque Deum adoraſſent, gratijs actis conſederunt. Tum felle in oculos patris aſperſo, 1 iuſsit eum bono eſſe animo, [circiter ſemihoram expectans.] Cumque oculi compungi ſibi cœpiſſent, confricuit eos, donec ab hirquis albugines inſtar ſcamarum [& membranarum oui] receſſerunt: [quas cum Tobias comprehenſas ab oculis eius auulſiſſet, viſum ille recepit.] Ibi tum filium ſuum conſpicatus, collum eius amplexu petijt, ſimul ac, [Deum vnà cum vxore, præſentibuſque omnibus collaudans,] Celebrandus es, ô Deus, inquit, nomenque tuum in æuum prædicandum eſt: & beati ſancti angeli tui vniuerſi, quoniam me flagellaſti, & idem miſeratus es, quod ecce filium meum Tobiam aſpicio. Lætus itaq; ingreſſus filius ipſius patri narrauit [omnia beneficia Dei per hominem illum itineris ſui ducem ſibi præſtita, &] quæ in Media magnifica cõtigiſſent. Tobias ergo [poſt ſeptem dies, cum Sara & omnis familia cum ſaluis pecoribus ac camelis, & cum multa pecunia, etiam illa à Gabaelo recepta adueniret,] obuiã nurui ſuæ Deo gratulans ad portam Niniues egreſſus eſt, mirantibus qui videbãt ipſum euntẽ, quod viſum recepiſſet. Ipſe verò palã teſtabatur omnibus Deũ ſui miſertũ eſſe: cumq; nurui ſuæ propinquaſſet, ſalutauit eã his verbis, Saluus ſit aduetus tuus ô filia. Deo primum gratulor, qui te perduxit ad nos, tũ etiã 2 tuis parẽtibus. Attulit autẽ gaudiũ hæc res fratribus, qui Niniue erãt oĩbus, & aduenerũt 3 Achiacharus & Nasbas filius fratris ipſius [gratulatum de omnibus beneficijs quæ Deus in ipſum contuliſſet,] nuptiæque Tobiæ cum lætitia ſeptem diebus celebratæ ſunt.*

## CAP. XI.

1 CVmque reuerterẽtur, peruenerũt ad Charan quæ
eſt in medio itinere contra Niniuen, vndecimo
2 die. ¶ Dixitque angelus, Tobia frater, ſcis quem-
3 admodum reliquiſti patrem tuum. ¶ Si placet itaque tibi,
præcedamus, & lento gradu inſequantur iter noſtrum fa-
4 miliæ, ſimul cum coniuge tua, & cum animalibus. ¶ Cum-
que hoc placuiſſet vt irent, dixit Raphael ad Tobiam,
Tolle tecum ex felle piſcis: erit enim neceſſarium. Tulit
5 itaque Tobias ex felle illo, & abierunt. ¶ Anna autem ſe-
debat ſecus viam quotidie in ſupercilio montis, vnde re-
6 ſpicere poterat de longinquo. ¶ Et dum ex eodem loco
ſpecularetur aduentum eius, vidit à longe, & illico agno-
uit venientem filium ſuum: currenſque nuntiauit viro ſuo,
7 dicens, Ecce venit filius tuus. ¶ Dixitque Raphael ad
Tobiam, At vbi introieris domum tuam, ſtatim adora Do
minum Deum tuũ: & gratias agens ei, accede ad patrem
8 tuum, & oſculare eum. ¶ Statimque lini ſuper oculos eius
ex felle iſto piſcis, quod portas tecum, Scias enim quoniã
mox aperientur oculi eius, & videbit pater tuus lumẽ cęli,
9 & in aſpectu tuo gaudebit: ¶ Tunc prǫcucurrit canis, qui
ſimul fuerat in via: & quaſi nuntius adueniens, blandimẽ-
10 to ſuæ caudæ gaudebat. ¶ Et conſurgens cęcus pater eius,
cœpit offendẽs pedibus currere: & data manu puero, oc-
11 currit obuiam filio ſuo. ¶ Et ſuſcipiens oſculatus eſt eum
12 cum vxore ſua, & cœperunt ambo flere prę gaudio. ¶ Cũ-
que adoraſſent Deum, & gratias egiſſent, conſederunt.
13 ¶ Tunc ſumens Tobias de felle piſcis, liniuit oculos pa-
14 tris ſui. ¶ Et ſuſtinuit quaſi dimidiã ferè horam: & cœpit
15 albugo ex oculis eius, quaſi membrana oui, egredi. ¶ Quã
apprehendens Tobias traxit ab oculis eius, ſtatimque vi-
16 ſum recepit. ¶ Et glorificabant Deum, ipſe videlicet &
17 vxor eius, & omnes qui ſciebant eum. ¶ Dicebatque To-
bias, Benedico te Domine Deus Iſrael, quia tu caſtiga-
ſti me, & tu ſaluaſti me: & ecce, ego video Tobiam
18 filium meum. ¶ Ingreſſa eſt etiam poſt ſeptem dies Sara
vxor, filij eius, & omnis familia & pecora ſana, & cameli,
& pecunia multa vxoris, ſed & illa pecunia quam rece-
19 perat à Gabelo: ¶ & narrauit parentibus ſuis omnia be-
neficia Dei quæ feciſſet circa eum per hominem qui eum
20 duxerat. ¶ Veneruntque Achior & Nabath conſobrini
Tobię, gaudẽtes ad Tobiã, & cõgratulãtes ei de omnibus
bonis quæ circa illum oſtẽderat Deus. ¶ Et per ſeptẽ dies 21
epulantes, omnes cum gaudio magno gauiſi ſunt.

Tobias, familia cum vxore relicta in medio itinere præcedit cum Angelo.

Admonetur ab angelo Tobias de felle.

Anna ſpeculans aduentum filij, B tandem venientem agnoſcit.

Oſculum.

Præcurrit canis C quaſi nũtius.

Suſcipit Tobias filium cũ oſculo

Gratiarũ actio.

Filius patris oculos linit ex felle piſcis & viſum recipit.

Benedictio & laus Deo. D

Poſt ſeptem dies venit Sara.

Congratulantur conſobrini Tobiæ.



## SCHOLIA IN CAP. XI.

1 λέγων 2 ὁ πατήρ σου, καὶ ἡ μήτηρ σου. 3 Alias, Achior & Nabath.

## CAP. XII.

1 TVnc vocauit ad ſe Tobias filium ſuum, dixitque
ei, Quid poſſumus dare viro iſti ſancto, qui venit
2 tecum? ¶ Reſpondens Tobias, dixit patri ſuo, Pa-
ter, quam mercedem dabimus ei? aut quid dignũ poterit
3 eſſe beneficijs eius? ¶ Me duxit & reduxit ſanũ, pecuniã
à Gabelo ipſe recepit, vxorẽ ipſe me habere fecit, & dæ-
monium ab ea ipſe compeſcuit, gaudium parentibus eius
fecit, meipſum à deuoratione piſcis eripuit, te quoque vi-
dere fecit lumen cæli, & bonis omnibus per eum repleti
4 ſumus. Quid illi ad hæc poterimus dignum dare? ¶ Sed
peto te pater mi, vt roges eum, ſi fortè dignabitur medie-
5 tatem de omnibus quæ allata ſunt, ſibi aſſumere. ¶ Et vo-
cantes eum, pater ſcilicet & filius, tulerũt eum in partem:
& rogare cœperunt vt dignaretur dimidiam partem om-
6 nium quæ attulerant, acceptam habere. ¶ Tunc dixit eis
occulte, Benedicite Deum cæli, & coram omnibus viuen-
tibus confitemini ei, quia fecit vobiſcum miſericordiam
7 ſuam. ¶ Etenim ſacramentum regis abſcondere, bonum
eſt: opera autem Dei reuelare & confiteri, honorificum
8 eſt. ¶ Bona eſt oratio cum ieiunio: & eleemoſyna magis
9 quàm theſauros auri recondere. ¶ quoniam eleemoſyna
à morte liberat. & ipſa eſt quæ purgat peccata, & facit in-
10 uenire miſericordiam & vitam æternam. ¶ Qui autem fa- C
11 ciunt peccatũ & iniquitatem, hoſtes ſunt animę ſuę. ¶ Ma
nifeſto ergo vobis veritatem, & non abſcondam à vobis
12 occultum ſermonem. ¶ Quando orabas cum lachrymis,
& ſepeliebas mortuos, & derelinquebas prandiũ tuum: &
mortuos abſcondebas per diem in domo tua, & nocte ſe-
13 peliebas eos, ego obtuli orationem tuam Domino. ¶ Et
quia acceptus eras Deo, neceſſe fuit vt tentatio probaret
14 te. ¶ Et nunc miſit me Dominus vt curarem te, & Sa-
15 ram vxorem filij tui à dæmonio liberarem. ¶ Ego enim
ſum Raphael angelus vnus ex ſeptem, qui aſtamus ante
16 Dominum. ¶ Cumque hæc audiſſent, turbati ſunt, & tre-
17 mentes ceciderunt ſuper terram in faciem ſuam. ¶ Dixit-
18 que eis angelus, Pax vobis, nolite timere. ¶ Etenim cum D
eſſem vobiſcum, per voluntatem Dei eram: ipſum bene-
19 dicite, & cantate illi. ¶ Videbar quidem vobiſcum man-
ducare, & bibere: ſed ego cibo inuiſibili, & potu, qui ab ho
20 minibus videri non poteſt, vtor. ¶ Tempus eſt ergo vt re-
uertar ad eum qui me miſit: vos autem benedicite Deum,
21 & narrate omnia mirabilia eius. ¶ Et cum hæc dixiſſet, ab
aſpectu eorũ ablatus eſt, & vltrà eũ videre non potue-
22 rũt. ¶ Tũc proſtrati per horas tres in faciem, benedixerũt
Deum: & exurgentes narrauerunt omnia mirabilia eius.

Tobias filius patri cõmemorat beneficia à Raphaele in ſe collata.

Tobias pater, & filius ei⁹ offerũt B Raphaeli dimidiam partem bonorum ſuorũ. Aperit eis Raphael omnẽ geſtæ rei & conditionis ſuæ veritatem.

Oratio. Ieiunium. Eleemoſyna.

Sup. 2. a.

Oportet eũ qui Deo gratus eſt, tentatione probari.

Angelus.

Pax.

Gene. 18. a. 19. a. iu. 13. c.

## CAP. XII.

*POrrò Tobias vocato filio ſuo Tobia, Deſpice, inquit, fili mercedem homini qui te comitatus eſt, atque etiam opus auctario fuerit. At ille, Nihil grauor, inquit, pater ei dare eorum quæ attuli dimidium. [Nam quod præmium demus ei? aut quid beneficijs ipſius dignũ poſsimus ei rependere?] quandoquidem me tibi reduxit incolumem, & vxoris meæ curam habuit, [fecitque me ipſius compotem, deinde abacto dæmone, gaudium attulit parentibus eius, & me è faucibus piſcis eripuit,] atque attulit argentum meũ [à Gabaelo,] tibique ſanitatem reſtituit, [& effecit vt lumen cæli videres, ſumuſque adeò per eum bonis omnibus locupletati. Quid poterimus illi referre dignum his? Peto ergo abs te mi pater, vt roges eum an forte dignetur dimidium eorum quæ allata ſunt accipere.] Tum ſenex, Iure debetur ei, inquit: atque angelo accerſito, Accipito dimidium, ait, omnium quæ attuliſtis, & ſaluus ito. Et ille ſeuocatis ſeorſum ambobus, Deum celebrate, inquit, ipſique gratulamini: magnificè prædicate eum, & coram viuis omnibus quæ vobis præſtiterit fatemini. Præclara res eſt prædicare Deum, & nomẽ ipſius extollere. Quãobrem facta Dei honorificis celebrate ſermonibus, nec dubitetis ei laudes agere. Arcana regis celaſſe pulchrum eſt: contrà verò opera Dei palàm proferre honorificum. Si quod bonum eſt exercueritis, malũ vobis non accidet. Bonæ ſunt preces quæ cum ieiunio, benignitate & iuſtitia coniunctæ ſunt. Parum cum iuſtitia ſatius eſt, quàm multum cum iniuſtitia. 1 Beneficentiã exercere præſtat, quàm aurum theſauro recondere. 2 Beneficentia vindicat à morte, omneque peccatũ expiat, [atque impetrata venia perducit ad vitam æternam.] Qui 3 exercent beneficentiam & iuſtitiam, vitam plenè cõſecuturi ſunt: ſceleroſi verò ſuæ ipſorum vitæ ſunt inimici. Haud ego vos quicquam celauero, [ſed dicam quod verum eſt.] Dixi autem, arcana regis celaſſe pulchrum eſſe: contrà verò opera Dei palàm protuliſſe honorificum. Ego cum tu [lachrymans,] nuruſque tua Sara oraretis, memoriam precum veſtrarum coram illo Sancto retuli: cumque defunctos ſepelires, ego tibi ſimiliter aderam: cum item exurgere te nõ piguit, deſertoque prandio tuo ad [abſcondendum interdiu, noctuque] contumulandum defunctum abire, beneficium tuũ me nequaquam latuit, ſed apud te præſens aderam. [Sed quia Deo gratus eras, neceſſe fuit vt tentatione probareris.] Itaque me nunc Deus ad medendum tibi, ſimul & ad Saram nurum tuam [cacodæmone liberandam] demiſit. Ego ſum Raphael vnus è ſeptem ſanctis angelis, qui preces ſanctorum referunt, & illius ſanctæ maieſtatis ſunt emiſſarij. Tum illi perturbati ſunt ambo, pronique prociderunt metu conſternati. At ille, Ne metuatis, inquit, quoniam res veſtra tranquilla erit, ſed Deo gratulamini, quia non veni mea gratia, ſed eiuſdem Dei veſtri voluntate, quapropter ipſum celebrate in omne æuũ. Omnibus diebus ſpectrum vobis exhibui, neque enim edebam aut bibebam, ſed vobis ita viſum eſt: [nam ego cibo potuque ſub aſpectũ cadentibus non vtor.] Nunc ergo agite Deo gratias, (nam ego aſcendo ad eum qui miſit me,) & ſcriptis quæ geſta ſunt mandate omnia. Porrò cum ſurrexiſſent, nec vſquam iam ille compareret, [in faciem proſtrati per tres horas Deum laudauere: cumque exurrexiſſent,] opera Dei magna & admiranda celebrauerunt, ſimul & quo pacto viſus eſſet ipſis angelus Domini.*

## SCHOLIA IN CAP. XII.

1 vel, erogare in pauperes. Hebraicus codex habet צדקה vt & in ſequenti verſu. 2 Iuſtitia enim vindicat à morte, &c. 3 vel, Qui erogant in pauperes, &c.

## CAP. XIII.

1 APeriens autem Tobias ſenior os ſuum, benedixit
Dominum, & dixit, Magnus es domine in æter-
2 num, & in omnia ſecula regnum tuum: ¶ quoniã
tu flagellas, & ſaluas: deducis ad inferos, & reducis: & non
3 eſt qui effugiat manum tuam. ¶ Confitemini Domino

Benedicit Tobias ſenior Dominũ deut. 32. f. 1. reg. 2. a. ſapiẽt. 16. b.

## CAP. XIII.

*SCripſit autẽ Tobias [ſenior pronũciatã ore ſuo] 1 meditatione gratulatoriã his verbis, Celebrandus eſt Deus ille viuus in æternũ, ſimul & regnũ ipſius [omnibus ſæculis.] Quoniam ipſe flagellat & miſeratur: deducit ad inferos, & reducit, nec eſt qui manũ eius effugiat. Huic laudes agite vos poſterĩ*

poſteri Iſraelis coram gentibus, quoniam ipſe vos diſperſit in eas. 2 Ibi enarrate magnificētiam ipſius, & eum apud omnes viuos extollite, [ac docete nullum eſſe alium Deum omnipotentem quàm ipſum.] Nam ipſe Dominus & Deus noſter eſt, ipſe pater noſter per omnia ſæcula. Propter noſtram iniuſtitiā flagellabit nos, rurſumque miſerabitur, & nos ex omnibus gentibus, inter quas diſperſi ſumus, congregabit. Si toto corde, totoque animo ad eum conuerſi fueritis, vt integritati coram eo detis operam, ipſe quoque ſe conuertet ad vos, nec faciem ſuam à vobis auertet, ſed quæ vobiſcum agat, videbitis. Gratulamini ipſi pleno ore veſtro, Dominum iuſtitiæ celebrate [cum timore ac tremore, operibuſque veſtris] extollite regem æternitatis. Ego certe in terra captiuitatis meæ laudes agam ipſi, gentique peccatis deditæ potentiam eius & magnificentiam ediſſeram. In viam redite ſceleroſi, & exercete coram ipſo iuſtitiam. Quis ſcit an voluntatem adyciat ad vos, tribuatque vobis veniam? Ego extollam Deum meū, & animus meus regi cæli gratulabitur. Omnes magnificentiam ipſius prædicent, [dies lætos celebrent,] & laudes agant ei nomine iuſtitiæ. Te Hieroſolyma ſacroſancta ciuitas propter facta
3 filiorum tuorum flagellabit, iuſtorumque filios denuo miſerabitur. Commemora bonitatem Domini, regemque ſæculorum celebra, vt rurſum extruatur in te tabernaculum eius cū lætitia, & captiuos tuos exhilaret in te, atque calamitoſos in gratiam recipiat in omnes ſæculorum ætates. [Luce ſplendida fulgebis, & omnes fines terræ adorabunt te.] Ad nomen Domini Dei plurimæ gentes è longinquo aduenient, afferentes donaria manibus, donaria regi cæleſti. Nationes crebræ laudabunt te, tibique gratulabuntur. [Adorabunt in te Dominum, terramque tuam habebunt conſecratam: nomē enim magnum in te inuocabunt.] Omnes oſores tui merebuntur execrationem, [& damnationem omnes impiè contumelioſi in te,] omnes autem amantes te felicitatem ſempiternam. Lætare & exulta ſuper filijs iuſtorum: quoniam [fortunati] Dominum iuſtorum celebraturi conuenient. O beatos diligentes te, vt qui voluptatem tranquillitatis tuæ percepturi ſint. Beati qui ſuper flagris, quæ paſſa es, indoluerunt: quoniam tua cauſa gaudebunt cum viderint omnem gloriam tuam, & in æternum lætabuntur. Anima mea Deum regem illum magnum prædicet, [quoniam Hieroſolymam ciuitatem ſuam liberauit cunctis afflictionibus ipſius, dominus ille Deus noſter. Beatus fuero, ſi reliquiæ ſeminis mei ſuperauerint, quæ videant claritatem Hieroſolymæ,] quoniam Ieruſalem ſapphiro & ſmaragdo lapidibuſque pretioſis ædificabitur. Auro puro conſtruentur muri tui cum arcibus & propugnaculis, & plateæ Hieroſolymæ beryllo, carbunculo, lapide 4 Ophirio. Omnes vici eius Halleluia concinent, & laudes agentes, Celebrandus Deus, inquient, qui eam per omnia ſæcula ſublimem conſtituit, [vt regno potiatur per omnia ſæcula. Amen.] Atque hic finem fecit Tobias gratulandi.

4 filij Iſrael, & in conſpectu gentium laudate eum: ♀ quo-
niam ideò diſperſit vos inter getes, quæ ignorant eum, vt
vos enarretis mirabilia ei⁹, & faciatis ſcire eos quia nō eſt
5 alius Deus omnipotens præter eum. ♀ Ipſe caſtigauit nos — Deus vnus.
propter iniquitates noſtras, & ipſe ſaluabit nos propter — Peccatum.
6 miſericordiam ſuam. ♀ Aſpicite ergo quæ fecit nobiſcum, — Miſericordia.
& cum timore & tremore confitemini illi: regemque ſe- — B
7 culorum exaltate in operibus veſtris. ♀ Ego autem in ter-
ra captiuitatis meæ confitebor illi: quoniam oſtendit ma-
8 ieſtatem ſuam in gentem peccatricem. ♀ Conuertimini — Conuerſis miſericordia.
itaque peccatores, & facite iuſtitiam coram Deo, creden-
9 tes quod faciat vobiſcum miſericordiam ſuam. ♀ Ego
10 autem, & anima mea in eo lætabimur. ♀ Benedicite Do-
minum omnes electi eius: agite dies lætitiæ, & cōfitemini
11 illi. ♀ Ieruſalem ciuitas Dei, caſtigauit te Dominus in ope — Tobiæ ſenioris
12 ribus manuum tuarum. ♀ Cōfitere Domino in bonis tuis, — C prophetia de
& benedic Deum ſeculorum, vt reædificet in te taberna- — reducenda cap-
culum ſuum, & reuocet ad te omnes captiuos, & gaudeas — tiuitate in Ieruſalem.
13 in omnia ſecula ſeculorum. ♀ Luce ſplēdida fulgebis, &
14 omnes fines terræ adorabunt te. ♀ Nationes ex longin-
quo ad te venient: & munera deferentes, adorabunt in te — Eſa. 60. a.
Dominum, & terram tuam in ſanctificationem habebunt. — Mar. 8. a. Act. 2. a.
15 ♀ Nomen enim magnum inuocabunt in te. ♀ Maledicti
16 erunt qui cōtempſerint te: & condēnati erunt omnes qui
blaſphemauerint te: benedictique erunt qui ædificaue-
17 rint te. ♀ Tu autem lætaberis in filijs tuis, quoniam om- — D
18 nes benedicentur, & congregabuntur ad Dominū. ♀ Beati
omnes qui diligunt te, & qui gaudent ſuper pace tua.
19 ♀ Anima mea benedic Dominum, quoniam liberauit Ie-
ruſalem ciuitatem ſuam à cunctis tribulationibus eius, Do
20 minus Deus noſter. ♀ Beatus ero, ſi fuerint reliquiæ ſemi-
21 nis mei ad videndam claritatem Ieruſalem. ♀ Portæ Ieru- — Apoc. 21. c
ſalē ex ſapphiro & ſmaragdo ædificabuntur: & ex lapide
22 pretioſo omnis circuitus murorum eius. ♀ Ex lapide can-
dido, & mundo omnes plateæ eius ſternentur: & per vi-
23 cos eius hallelu-ia cantabitur. ♀ Benedictus Dominus,
qui exaltauit eam, vt ſit regnum eius in ſecula ſeculorum
ſuper eam. Amen.

## SCHOLIA IN CAP. XIII.

1 תפלה precationem ſignificat, & omnem de rebus diuinis conſultationem, meditationem, ac diſputationem, à פלל iudicauit. 2 Alias, vt ibi enarretis. 3 Alias, manuum tuarum. 4 Alicubi, σωφίρ vertunt Septuaginta, quod Heb. eſt Ophir.

## CAP. XIIII.

CAEterum annos natus erat quinquaginta octo cum amiſit viſum, & eundē poſt exactos annos 1 octo recepit, [vixitq; poſt quā cæcitate liberatus eſt, ānos quadragītaduos: & cōpletis annis centū duobus, Niniue honorifice ſepultus eſt.] Porrò ſubleuabat inopes, & pergebat Dominū Deū religioſè colere atque celebrare. Cū autē ad ſummā ſenectutē perueniſſet, [ſub horā mortis] vocato filio ſuo, & 2 ſex ex eo nepotibus, Aſſume filios tuos, inquit, ô fili, (nā ecce conſenui, & iā exceſſui vitæ vicinus ſum,) & cōmigra in Mediā, mi fili. [Prope iā adeſt cū interibit Niniue, neq; enim verbum Domini interciderit.] Nā 3 perſuaſa habeo quæ Ionas propheta de Niniue vaticinatus eſt, vt euertēda ſit: in Media vero res fore ad tempus pacatiores. Quinetiam fratres noſtros in orbē ex opima terra eſſe diſijciēdos, deſolādāq; Hieroſolymā, & in ea cōcrematā ædē Dei, ad tēpus deſerendā. Rurſum autē Deū miſeratum illos reductrū in patriā, vbi tēplū extruant, priori tamen diſsimile, cū impletū fuerit tēpus æui illius, quo exacto paſsim redeāt è captiuitate, qui magnifice Ieroſolymā ædificent: cum ædes illa Dei præclara ad omnes ætates ſeculorum ſtructura condetur in ea, quemadmodū de ipſa vaticinati ſunt prophetæ, cū

omnes

## CAP. XIIII.

1 ET conſummati ſunt ſermones Tobiæ. Et poſtquā — AEtas Tobiæ ſenioris.
illuminatus eſt Tobias, vixit annis quadraginta-
2 duobus, & vidit filios nepotum ſuorum. ♀ Com-
pletis itaque annis centum duobus, ſepultus eſt honorifi-
3 ce in Niniue. ♀ Quinquaginta namque & ſex annorum
4 lumen oculorum amiſit, ſexagenarius verò recepit. ♀ Re-
liquum vero vitæ ſuæ in gaudio fuit, & cum bono profe-
5 ctu timoris Dei perrexit in pace. ♀ In hora autem mor- — Tobias moriturus, ad ſe vocat
tis ſuæ vocauit ad ſe Tobiam filium ſuum, & ſeptem iuue- — filium & nepotes: quibus prę-
6 nes filios ſuos nepotes ſuos, dixitque eis, ♀ Propè erit in- — dicit Niniue de-
teritus Niniue. non enim excidit verbum Domini: & fra- — B ſtructionem,
tres noſtri qui diſperſi ſunt à terra Iſrael, reuertentur ad — & Ieruſalem re-
7 eam. ♀ Omnis autem deſerta terra eius replebitur, & do- — ſtaurationem.
mus Dei, quæ in ea incenſa eſt, iterum reædificabitur: — 1. Eſdr. 3. b.
8 ibique reuertentur omnes timentes Deum, ♀ & relinquēt



Exhortatio ad ſeruiendū Deo. Deut. 6. c. 1. reg. 7. c. C ioſ. 24. c.

gentes idôla ſua, & venient in Ieruſalem, & inhabitabunt
in ea: ♀ & gaudebunt in ea omnes reges terræ, adorantes 9
Regem Iſrael. ♀ Audite ergo filij mei patrem veſtrum: 10
ſeruite Domino in veritate, & inquirite vt faciatis quæ
placita ſunt illi: ♀ & filijs veſtris mandate vt faciant iu- 11
ſtitias & eleemoſynas, vt ſint memores Dei, & benedi-
cant eum in omni tempore in veritate, & in tota virtute
ſua. ♀ Nunc ergo filij audite me, & nolite manere hîc: 12
ſed quacunque die ſepelieritis matrem veſtram circa me
in vno ſepulchro, ex eo dirigite greſſus veſtros vt exeatis
hinc. ♀ Video enim quia iniquitas eius finem dabit ei. 13
♀ Factum eſt autem poſt obitum matris ſuæ, Tobias ab- 14 — Tobias iunior poſt obitū matris reuerti- D tur ad ſoceros.
ſceſsit ex Niniue cum vxore ſua, & filijs, & filiorum fi-
lijs, & reuerſus eſt ad ſoceros ſuos. ♀ Inuenitque eos 15
incolumes in ſenectute bona: & curam eorum geſsit, &
ipſe clauſit oculos eorum: & omnem hæreditatem do-
mus Raguelis ipſe percepit: viditque quintam genera-
tionem, filios filiorum ſuorum. ♀ Et completis annis 16 — Moritur. 99. anno ætatis ſuę.
nonagintanouem in timore Domini cum gaudio ſepelie-
runt eum. ♀ Omnis autē cognatio eius, & omnis genera- 17
tio eius in bona vita, & in ſancta conuerſatione perman-
ſit, ita vt accepti eſſent tam Deo, quàm hominibus, &
cunctis habitantibus in terra.

omnes gentes ſe conuertent ad Dominum Deum ſyncera religione colendum, ſimulachraque ſua defodient, [ac Hieroſolymam venient habitatum:] cum Dominum celebrabunt omnes nationes, Deoque populus ipſius gratulabitur: cum Dominus populum ſuum euehet, & omnes Domino Deo integritate iuſtitiaque gratificantes, benignitatemque præſtantes fratribus ſuis lætabuntur. Quamobrem nunc, ô fili, excedas Niniue. nam euenient omnino quæ prædixit Ionas propheta, [& video fore vt interitum afferat ipſi ſua iniquitas.] Tu vero legem præceptaque ſerues, & miſericordem te præbeas & iuſtum, vt bene tecum agatur. [Deum in memoria habeas, & eum omni tempore ſummoque ſtudio celebres.] Me autem honeſtè ſepelias, & matrem tuam mecum, nec Niniue diutius moremini. Cogita fili, quomodo nutritium ſuum Achiacharum tractarit Aman, quomodo eum ex luce deduxerit in tenebras, & quam ei gratiam retulerit: cæterum Achiacharum eſſe ſeruatum, vicem vero relatam illi, vt in tenebras ipſe deſcenderet. Manaſſes exercuit miſericordiam, & euaſit e laqueo mortifero, quem ipſi defixerant, Aman autem incidit in laqueum, ac perijt. Quare nunc vide fili, quid faciat miſericordia, & qualem ſe liberatricem iuſtitia præbeat. Hæc cum dixiſſet, animam expirauit in lecto, ætate annorum centum quinquaginta octo: & ille honorificè ſepeliuit ipſum, atque item Annam cum mortem obijſſet, ſepulchro patris mandauit: ipſe autem vnà cum vxore liberiſque ſuis ad Raguelem ſocerum ſuum migrauit Ecbatana. Cumque honorifice conſenuiſſet, ſoceris ſuis, [quos admodum ſenes inuenerat, officijſque fuerat proſecutus,] mortuis, glorioſeque ſepultis, facultatum ipſorum ſimul & paternarum relictus hæres, annos 4 centum viginti ſeptem habens Ecbatanis quæ eſt vrbs Mediæ, defunctus eſt, [poſtquam vidit nepotes ſuos in quintam vſque ætatem.] Audiuit autem priuſquam moreretur interitum Niniues, quæ à Nabuchodonoſore & Aſſuero capta eſt, & ante obitum ſuum ſuper ea gauiſus eſt. [Omnis autem cognatio & progenies ipſius in probitate vitæ, ſanctiſque ſtudijs perſtitit, adeò vt tam apud Deum quam apud homines, omneſque incolas terræ eſſent gratioſi.]

## SCHOLIA IN CAP. XIIII.

1 Alias, ſex. 2 Alias, ſeptem. 3 Vel, intellexi. 4 Alias, nonagintanouem.

Tt Liber

# Liber Iudith.

## CAP. I. N.

*CVM Arphaxad [ perdomitis multis gentibus, ] regnum Medorum teneret Ecbatanis, & lapidibus ternos cubitos latis, longiſque ſenos cubitos, cæſimque deformatis murum altitudine cubitorum ſeptuaginta, 1 quinquaginta vero cubitorum latitudine Ecbatanis circundediſſet, turres item in portis ipſius centenorum cubitorũ ad 2 ſexagenos cubitos latitudinis fundatas extruxiſſet ſingulas: cumque portas ipſius latitudine quadragenos cubitos, ad facilem exitum potentiſsimis copijs ſuis, ordinibuſque peditum præbendum, patentes extuliſſet ad ſeptuagenorum cubitorum altitudinem. [ Iamque quaſi confirmatus exercitus ſui potentia, magnificentiaque quadrigarum ſuarum gloriaretur: ] Nabuchodonoſor rex anno regni ſui duodecimo, quo in vrbe ampliſsima Niniue dominabatur, bello regem eundem Arphaxad adortus eſt in campo illo ſpatioſo, qui eſt in finibus Ragau. Conſociarunt autem ei ſe omnes incolæ montanæ regionis, & qui accolebant Euphratem, Tibrim, Hydaſpen, & campum Arioch regis Elymeorum, multæque gentes nationis Geloď innexere copias. Nabuchodonoſor vero rex Aſſyriorum [ auctus imperio, & animo elatus ] accerſiuit omnes incolas Perſidis, tractumque occidentalem tenentes omnes, habitatores Ciliciæ, Damaſci, Libani & Antilibani, tum omnes agentes in ora maritima, genteſque colentes Carmelum, [ & Cedar, ] & Galaad, & ſuperiorem Galilæam, & latum agrum Eſdrelon, & item omnes in Samaria, eiuſque vrbibus, tranſque Iordanem, Hieroſolymam vſque & Bethanen, & Chellus, & Cades, & fluuium Ægypti, & Taphnes, & Rameſſe, & vſque ad omnem terram Geſem ſedes habentes, vltra Tanim vſque Memphimque, omneſque adeò incolas Ægypti vſque ad fines Æthiopiæ pertinentes. Omnes tamen illi terrarum iſtarum habitatores mandatum Nabuchodonoſoris regis Aſſyriorum fruſtrati ſunt, nec arma cum eo conſociarunt, quod non metuerent ipſum, ſed vt virum vnicum deſpicerent: quapropter legatos eius infecta re ignominioſe à conſpectu ſuo remiſere. Tunc Nabuchodonoſor ira vehementi aduerſus omnes terras illas commotus, per ſolium regni ſui iurauit, certo ſe vlturum omnes fines Ciliciæ, Damaſci, Syriæque, ferroque ſuo pempturum omnes incolas terræ Moabiticæ, nationes Ammon, Iudæos omnes & Ægyptios, donec ad terminos duorum marium penetrauiſſet. Suis itaque copijs decertauit aduerſus Arphaxad regem, anno decimoſeptimo: cumque extitiſſet prælio ſuperior, omni exercitu Arphaxad, equitatuque eius ac curribus omnibus in fugam verſis, expugnatiſque vrbibus eius Ecbatana vſque peruaſit: tum captis vi turribus vrbis, plateiſque peruaſtatis, decus eius commutauit ignominia: cumque ipſum Arphaxad in montibus Ragau aſſecutus iaculis ſuis confixiſſet, poſtquam eum illo die toto perſecutus profligauit, Niniuen, ipſe cum omni turba ſuorum, frequentiſsimaque virorum bellicoſorum multitudine reuerſus, otia ibi conuiuiaque cum exercitu ſuo per dies centum viginti agitauit.*

## CAP. I. V.

Arphaxad contra Nabuchodonoſor pugnans vincitur.

1 ARPHAXAD itaque rex Medorum
ſubiugauerat multas gẽtes imperio ſuo,
& ipſe ædificauit ciuitatem potentiſsi-
2 mam, quam appellauit Ecbatanis. ♀Ex
lapidibus quadratis & ſectis fecit mu-
ros eius in altitudinem cubitorum ſe-
ptuaginta, & in latitudinem cubitorũ
triginta: turres verò eius poſuit in altitudinem cubito-
3 rum centum. ♀ Per quadrum verò earum latus vtrun- B
que vicenorum pedum ſpatio tendebatur. poſuitque por-
4 tas eius in altitudinem turrium. ♀ Et gloriabatur quaſi
potens in potentia exercitus ſui, & in gloria quadrigarum
5 ſuarum. ♀ Anno igitur duodecimo regni ſui, Nabucho-
donoſor rex Aſſyriorum, qui regnabat in Niniue ciuitate
6 magna, pugnauit contra Arphaxad: ♀ & obtinuit eum in C
campo magno, qui appellatur Ragau, circa Euphraten,
& Tigrin, & Iadaſon in campo Erioch regis Elicorum.
7 ♀ Tunc exaltatum eſt regnum Nabuchodonoſor, & cor
eius eleuatum eſt: & miſit ad omnes qui habitabant in Ci
8 licia, & Damaſco, & Libano: ♀ & ad gentes quæ ſunt in
Carmelo, & Cedar, & inhabitantes Galilæam in campo
9 magno Eſdrelon: ♀ & ad omnes qui erant in Samaria &
trans flumen Iordanem vſque ad Ieruſalem, & omnem D
terram Ieſſe, quouſque perueniatur ad terminos Æthio-
10 piæ. ♀ Ad hos omnes miſit nuntios Nabuchodonoſor
11 rex Aſſyriorum: ♀ qui omnes vno animo contradixe-
runt, & remiſerunt eos vacuos, & ſine honore abiecerũt.
12 ♀ Tunc indignatus Nabuchodonoſor rex ad omnem
terram illam, iurauit per thronum & regnum ſuum quod
defenderet ſe de omnibus regionibus his.

### SCHOLIA IN CAP. I.

1 Alias, triginta. 2 Alias, vicenos pedes.

## CAP. II.

*POrrò anno 1 octauodecimo die primi menſis viceſima ſecunda, in domo Nabuchodonoſoris regis Aſſyriorum, habitus eſt ſermo de ſupplicio ab omni terra, vt locutus ille fuerat, expetendo. Cumque conuocauiſſet omnes obnoxios ſibi, proceresque ſuos omnes, arcanaque conſilij ſui contuliſſet cum ipſis, atque omnem terræ malitiam ore ſuo repetitam expoſuiſſet, illi cenſuerunt omnes homines imperio oris ipſius non obſecutos, eſſe perimendos. Euenit igitur vt finita conſultatione ſua Nabuchodonoſor rex Aſſyricus accerſito Holopherni magiſtro copiarum ſuarum à ſe poteſtate ſecundo hæc ediceret, Hæc imperat rex ille magnus dominus totius terræ. Ecce tu à conſpectu meo profectus, adiunges tibi è viris robore pollentibus peditum ad centum viginti millia, equorumque cum equitibus millia duodecim,*

## CAP. II.

Nabuchodonoſor totum orbẽ ſibi ſubijci per Holofernem mandat.

1 ANno tertiodecimo Nabuchodonoſor regis, vice-
ſima & ſecũda die mẽſis primi, factũ eſt verbũ in
domo Nabuchodonoſor regis Aſſyriorũ, vt defẽ-
2 deret ſe. ♀ Vocauitq; oẽs maiores natu, omneſq; duces, &
3 bellatores ſuos, & habuit cũ eis myſteriũ cõſilij ſui. ♀ Di-
xitq; cogitationẽ ſuã in eo eſſe vt omnẽ terrã ſuo ſubiuga
4 ret imperio. ♀ Quod dictũ cũ placuiſſet omnibus, vocauit
5 Nabuchodonoſor rex Holofernẽ principẽ militię ſuę, ♀ &
dixit ei, Egredere aduerſum omne regnũ Occidẽtis, & cõ
6 tra eos pręcipue qui cõtẽpſerunt imperiũ meũ. ♀ Nõ par-
cet oculus tuus vlli regno, omnemq; vrbẽ munitã ſubiuga- B
7 bis mihi. ♀ Tũc Holofernes vocauit duces, & magiſtra-
tus [a] virtutes Aſſyriorum: & dinumerauit viros in expedi- [a] virtutis
tionem, ſicut præcepit ei rex, centum viginti millia pedi-
tum pugnatorum, & equites ſagittarios duodecim millia.
♀ Omnemque



♀ Omnemque expeditionem ſuam fecit præire in multi- 8
tudine innumerabilium camelorum, cum his quæ exerci-
tibus ſufficerent copioſe: boum quoque armenta, gregeſ-
que ouium, quorum non erat numerus. ♀ Frumentum ex 9
C omni Syria in tranſitu ſuo parari conſtituit. ♀ Aurum verò 10
& argentum, de domo regis aſſumpſit multum nimis. ♀Et 11
profectus eſt ipſe & omnis exercitus, cum quadrigis &
equitibus, & ſagittarijs: qui cooperuerunt faciem terræ,
ſicut locuſtæ. ♀ Cumque pertranſiſſet fines Aſſyriorum, 12
venit ad magnos montes Ange, qui ſunt à ſiniſtro Cilicię:
aſcenditq; omnia caſtella eorum, & obtinuit omnem mu-
nitionem. ♀ Effregit autem ciuitatem opinatiſsimam Me- 13
lothi, prædauitque omnes filios Tharſis & filios Iſmahel,
qui erant contra faciem deſerti, & ad auſtrum terræ Cel-
D lon. ♀ Et trãſiuit Euphraten, & venit in Meſopotamiam: 14
& fregit omnes ciuitates excelſas quæ erant ibi, à torrente
Mambre, vſquequo perueniatur ad mare: ♀ & occupa- 15
uit terminos eius, à Cilicia vſque ad fines Iapheth, qui
ſunt ad auſtrum. ♀ Abduxitque omnes filios Madian, 16
& prędauit omnem locupletationem eorum, omneſq; re-
ſiſtentes ſibi occîdit in ore gladij. ♀ Et poſt hæc deſcen 17
dit in campos Damaſci in diebus meſsis, & ſuccendit om-
nia ſata, omneſque arbores & vineas fecit incidi: ♀ & ce- 18
cidit timor illius ſuper omnes inhabitantes terram.

*& expeditione inuades omnes terras occidentales, quod imperio meo non paruerint. Illis denunciabis, vt terras & aquas parent mihi, qui furore meo ſim eos inuaſurus, omneque ſolum terræ operturus pedibus copiarum mearum, quibus ipſos daturus ſim diripiendos, ita vt ſaucij valles & torrentes impleant, effuſaque exundent præ cadaueribus ipſorum flumina: tum etiam me captiuorum gregem ex ipſis in vltimas quaſque terras abacturum. Tu verò mihi prægreſſus præoccupabis omnes fines eorum, & dedentes ſe tibi in diem diſceptationis cum ipſis mihi conſeruabis: rebelles autem oculo tam ignoſcenti non reſpicies, quo minus eos in omni terra tua cædi permittas ac direptioni. [ Non parces vlli regno, ſed omnem vrbem munitam ditioni meæ ſubiges. ] Quoniam per vitam meam, regnique mei potentiam quæ loquutus ſum, mea manu perſequar omnia. Tu verò caue vel vnum mandatorum Domini tui prætereas, ſed ea quemadmodum præcepi tibi, ſumma cura confice, nec moram quo minus exequaris ea, interpone. Tum Holophernes à conſpectu domini ſui egreſſus, conuocatis omnibus poteſtatibus, ducibus & copiarum Aſſyricarum præfectis, delectum virorum, vt à domino ſuo mandatum acceperat, in expeditionem habuit, ad centum viginti millia, equitumq; ſagittariorum ad millia duodecim: quibus quomodo militares copiæ digeri ſolent, inſtructis, & magna vi camelorum, aſinorumque geſtandis ſarcinis, inque expeditionem ouibus, bobus ac capris innumerabilibus, tum commeatu pro vniuerſa multitudine militum comparatis, [ præter frumentum quod ex omni Syria in tranſitu cogere conſtituerat, ] ſimul & auro & argento de domo regia quamplurimo, ipſe cum omnibus copijs ſuis ſe commiſit itineri, vt regem Nabuchodonoſorem prægreſſus omne ſolum occidentalium terrarum curribus & equitibus, delectiſq; peditibus ſuis operiret. Profectum eſt autem vnà promiſcuum vulgus frequentiſsimum inſtar locuſtarum, & arenæ terreſtris: neque enim erat multitudo ipſius numerabilis. Cum ergo trium à Niniue dierum profectione in ſolum campeſtre Bectileth peruentum eſſet, à Bectileth ad montem [ Ange, ] à ſiniſtra Ciliciæ ſuperioris ſitum, caſtris promotis, indeque aſportatis omnibus copijs ſuis pedeſtribus & equeſtribus cum curribus perrexit in montanam regionem, [ cuius omnia caſtella inuaſit, munitionibuſque expugnatis in vrbem celeberrimam Melothum irrupit. ] Phud & Lud excidit, omneſque populos 2 Raſes & Iſmael verſus deſertum ad auſtrinum Chelleorum latus habitantes peruaſtauit. Deinde Euphrate traiecto, tranſijt per Meſopotamiam, & omnes vrbes excelſas ad torrentem 3 Arbonai ſitas euertendo ad mare vſque penetrauit, ſubegitque fines Ciliciæ, & omnes ſibi reſiſtentes concidit. Porrò autem peruaſit ad fines Iapheth, obiectos Auſtro Arabiæque, omneſque populos Madian obeundo tabernacula ipſorum incendit omnia, caſaſque peruaſtauit: tum deſcendit in campos Damaſci tempore meſsis triticeæ, igniq; omnibus agris eius illato, [ ſucciſiſq; vineis & arboribus, ] greges & armẽta abſumpſit, & vrbes eius deprædatus, ac populatus agros, iuuenes eius oẽs cõcidit acie gladij.*

### SCHOLIA IN CAP. II.

1 Alias, terciodecimo Nabuchodonoſoris regis. 2 Alias, Tharſis. 3 Alias, Mambre.

## CAP. III.

Reges ſe vltro Holoferni dedunt: attamen cunctorum regionũ aras ſubuertit.

TVnc miſerunt legatos ſuos vniuerſarum vrbium, 1
ac prouinciarum reges ac principes, Syriæ ſcilicet
& Meſopotamiæ, & Syriæ Sobal, & Libyæ, atque
Ciliciæ, qui venientes ad Holofernem, dixerunt, ♀ Deſi- 2
nat indignatio tua circa nos. Melius eſt enim vt viuẽtes ſer
uiamus Nabuchodonoſor regi magno, & ſubditi ſimꝰ tibi,
quã morientes cũ interitu noſtro ipſi ſeruitutis noſtrę dã-
na patiamur. ♀ Omnis ciuitas noſtra, omniſq; poſſeſsio, 3
B omnes montes, & colles, & cãpi, & armenta boũ, gregeſq;
ouiũ & caprarum, equorumq; & camelorũ, & vniuerſę fa
cultates noſtræ atq; familiæ in cõſpectu tuo ſunt. ♀ ſint 4
omnia noſtra ſub lege tua. ♀ Nos etiã & filij noſtri, ſerui 5
tui ſumus. ♀Veni nobis pacificus Dominus, & vtere ſerui- 6
tio noſtro, ſicut placuerit tibi. ♀Tũc deſcendit de mõtibus 7
cũ equitibus in virtute magna, & obtinuit omnẽ ciuitatẽ,
C & omnem inhabitantẽ terram. ♀ De vniuerſis autem vr- 8
bibus aſſumpſit ſibi auxiliarios viros fortes, & electos ad
bellum. ♀ Tantuſque metus prouincijs illis incubuit, vt 9
vniuerſarum vrbiũ habitatores principes, & honorati ſi-
mul cũ populis exirẽt in obuiã venienti, ♀ excipientes eũ 10
cum coronis, & lampadibus ducentes choros in tympa-
nis & tibijs. ♀ Nec iſta tamen facientes, ferocitatem eius 11
pectoris mitigare potuerunt. ♀ Nam & ciuitates eorũ de- 12
D ſtruxit, & lucos eorũ excîdit. ♀ Præceperat enim illi Na- 13
buchodonoſor rex, vt omnes deos terræ exterminaret,

## CAP. III.

*INgruit ergo metus & terror ipſius incolentes oram maritimam Sidonios ac Tyrios, atque item in omnes incolas Sur, Ocina, & Iemnaan, ciueſque Azoti & Aſcalonis illum vehementer expaueſcebant. Miſerunt itaque [ reges omnium vrbium ac prouinciarum, & principes Syriæ, Meſopotamiæ, Syriæ Sobal, Lyciæ, Ciliciæque ] legatos ad ipſum, qui pacem in hæc verba peterent, Ecce nos ſerui Nabuchodonoſoris magni regis tibi ante oculos coram ſumus propoſiti, vt nobiſcum agas prout tibi viſum fuerit. Ecce domicilia noſtra [ cum montibus & collibus, ] totuſque ager noſter, & campus frumentarius, tum greges [ tam ouium quàm caprarum, ] & armenta [ boum, equorum, ac camelorum, ] omniaq; ſepta ſtabulorũ noſtrorũ, [ omnes facultates & familiæ noſtræ ] in poteſtate tua ſunt: quod tibi libuerit, facias. Ecce etiã vrbes noſtræ & ciues earum ſerui tui ſunt. Veniẽs ita te geras erga illos, vt tibi viſum fuerit cõmodũ. [ Deſine nobis indignari. Præſtat enĩ nos ſeruire magno regi Nabuchodonoſori, tibiq; parère viuos, quã morientes vnà cũ ſeruitutis interitu perniciẽ incurrere. ] Cũ verò hi viri perueniſſent ad Holophernem, & hæc ei mandata expoſuiſſent; ille cum copijs ſuis deſcendit ad oram maritimam, & vrbes excelſas illas muniuit præſidijs, atque ex omnibus delectum egit virorum auxiliarium. Tum illi [ vniuerſi ciues vrbium illarum, principes ac proceres vnà cum populis perculſi metu, ] totaque circumiacens regio cum coronamentis & choreis, tympaniſque eum excipere [ obuiam egreſsi cum lampadibus & tibijs: ] ipſe vero deuaſtare omnes fines eorum, lucoſque ſuccidere, [ adeo animi ferocitatem eius, quamuis hæc facerent, mitigare non potuerunt. ] Erat enim decretum ei [ ex mandato regis Nabuchodonoſoris, ] diſperdere omnes deos terræ,*

*vt omnes gentes colerent ipſum ſolum & Nabuchodonoſorē, linguæque ſimul & nationes omnes deum ipſum ſalutarent. Porrò autē [ cum Syriam Sobal tranſijſſet, & omnem Apameam, Meſopotamiamque, ad Idumæam ] venit in conſpectū Eſdraelon 1 prope Dotaim, quæ eſt exaduerſum 2 aditui magno Iudææ, & inter Gæba & Scythopolin caſtrametatus, totum menſem ibi [ captis vrbibus illis, ] moratus eſt, dum vaſa copiarum ſuarum omnia colligeret.*

videlicet vt ipſe ſolus diceretur deus ab his natio-
nibus quæ potuiſſent Holofernis potentia ſubiugari.
14 ꝰ Pertranſiens autem Syriam Sobal, & omnem
Apameam, omnemq́ue Meſopotamiam, venit ad
15 Idumæos in terram Gabaa, ꝰ accepitq; ciuitates eo-
rum, & ſedit ibi per triginta dies, in quibus die-
bus adunari præcepit vniuerſum exercitum virtu-
tis ſuæ.

## SCHOLIA IN CAP. III.

1 alias, πλησίον τῆς ἰουδαίας. 2 τοῦ πρίονος videtur ſignificare quod eſt חריץ Hebræis, quod alibi ſerram interpretantur, vt Eſa. 28. g. & poteſt ſignificare aditum inter montes anguſtum, quaſi dicat, rupturam.

## CAP. IIII.

*TVm incolentes Iudæam Iſraelitæ, poſtquam audierunt quæ omnia Holophernes magiſter copiarum Nabuchodonoſoris regis Aſſyriorum deſignauiſſet in gentes, vtque omnia illarum templa deprædatus deleuiſſet, timuerunt ab eo vehementer, & propter Ieruſalem templumque Domini Dei ſui perturbati ſunt, [ ne in hæc admitteret, qualia in alias vrbes templaque earum exempla ediderat, ] quoniam recentes redierant è captiuitate, & nuper vniuerſus populus conuentum è Iudæa celebrauerat, vaſaque ſimul & altare cum templo fuerant à profanatione expiata. Ergo in omnes fines ac vicos Samariæ, & Bethoron, & Belmen, & Iericho, & Choba, & Eſora, atque in vallem Salem dimiſerunt, qui præoccupatis montium excelſorum iugis omnibus, vicos ibi muris includerent, & annonam in apparatum belli reconderent: nam meſsis recens facta erat in agris ipſorum. Scripſitque 1 Ioachim pontifex, qui tum temporis Hieroſolymis erat, ad incolas Bethuliæ & Bethomeſtam, quæ exaduerſum Eſdraelon ſita eſt in proſpectu cāpi vicini Dothain, iubens vt inſiderent aſcenſus montium, quibus in Iudæam pateret introitus, & ſubeuntes illos prohibere facile eſſet, binorum ad ſummum virorum capaci tranſitus anguſtia. Fecerunt igitur Iſraelitæ vt conſtituerat ipſis ſacerdos Ioachim: ſenatus autem vniuerſi populi Iſraelitici, qui conſederat Hieroſolymis, omneſque viri Iſraelitici Deum magna contentione inuocare, vitam ſuam perquàm rigide affligendo [ ieiunijs & precationibus, ] vnaque cum vxoribus, liberis, iumentis, inquilinis omnibus, mercenarijs, mancipijſque ſuis lumbos ſuos cilicijs accingere: viríque ac mulieres omnes, vnà cū liberis, ciueſque Hieroſolymitani ante 2 templum proſtrati, conſperſis puluere capitibus, in conſpectu Domini cilicia protendere: tum etiam ipſum altare cingere cilicio, & implorare Deum contentione vnanimi, ne direptioni liberos ſuos aut vxores prædæ, aut excidio vrbes ſuas hæreditarias, ſacrave profanationi ludibrioque, quod oblectationi foret gentibus, vellet expoſita. [ Ipſe quoque ſummus Domini pontifex Ioachim Iſraelitas omnes obambulando verbis animabat, dictitans, Scitote Dominum preces veſtras exauditurum, ſi conſtanter in ieiunijs & precationibus coram ipſo perſtiteritis. Mementote ſerui Domini Moyſis, qui Amalec confiſum robore, potentia, exercitu, clypeis, curribus, equitibuſq; ſuis, non ferro pugnando, ſed ſanctis precibus inſtando debellauit. Idem accidet omnibus hoſtibus Iſraelitarum, ſi in inſtituto perſeueraueritis. Hac exhortatione confirmati in precibus ad Dominum erant aſsidui. ] Exaudiuit itaque Deus preces eorum, & reſpexit afflictionem, populo ante ſanctuaria omnipotentis Domini dies complures agente ieiunijs per totam Iudæam & Hieroſolymam, Ioachim autē ſummo pontifice, & qui aſtabant coram Domino ſacerdotibus omnibus, yſque qui miniſterio Dominico fungebantur, accinctis circa lumbos ſuos cilicijs, holocauſtumque illud perenne ſacrificantibus, vnaque cum votiuis 3 voluntarijſque populi donarijs, ac conſperſis puluere mitris ſuis, Dominum ſummopere implorantibus, vt omnem domum Iſraeliticam benigne reſpiceret.*

## CAP. IIII.

Filij Iſrael Holofernem timētes, hortatu Eliachim Dominum implorāt.

1 TVnc audientes hæc filij Iſrael, qui habitabant in
2 terra Iuda, timuerunt valde à facie eius. ꝰ Tremor
etiam & horror inuaſit ſenſus eorum, ne hoc fa-
ceret Ieruſalem & templo Domini, quod fecerat cæteris
3 ciuitatibus & tēplis earum. ꝰ Et miſerūt in omnem Sama-
riam per circuitum vſque Iericho, & præoccupauerunt
4 omnes vertices montium. ꝰ Et muris circundederunt vi-
cos ſuos, & congregauerunt frumenta in præparatio-
5 nem pugnæ. ꝰ Sacerdos etiam Eliachim ſcripſit ad vni
uerſos qui erant contra Eſdrelon, quæ eſt contra faciem
cāpi magni, iuxta Dothain, & vniuerſos per quos viæ trā- B
6 ſitus eſſe poterat, ꝰ vt obtinerent aſcenſus montium, per
quos via eſſe poterat ad Ieruſalem, & illic cuſtodirent vbi
7 anguſtum iter eſſe poterat inter montes. ꝰ Et fecerunt fi-
lij Iſrael ſecundum quod conſtituerat eis ſacerdos Domi-
8 ni Eliachim. ꝰ Et clamauit omnis populus ad dominū in-
ſtantia magna, & humiliauerunt animas ſuas in ieiunijs
9 & orationibus, ipſi & mulieres eorum. ꝰ Et induerunt ſe
ſacerdotes cilicijs, & infantes proſtrauerunt cōtra faciem
10 templi Domini, & altare Domini operuerunt cilicio. ꝰ Et
clamauerunt ad Dominum Deum Iſrael vnanimiter, ne
darentur in prædam infantes eorum, & vxores eorum in C
diuiſionem, & ciuitates eorum in exterminiū, & ſancta eo-
rum in pollutionem, & fierent in opprobrium gentibus.
11 ꝰ Tunc Eliachim ſacerdos Domini magnus circuiuit om
12 nem Iſrael, allocutuſque eſt eos, ꝰ dicens, Scitote quoniā
exaudiet Dominus preces veſtras, ſi manentes permāſe-
13 ritis in ieiunijs & orationibus in conſpectu Domini. ꝰ Me-
mores eſtote Moyſi ſerui Domini, qui Amalec confiden-
tem in virtute ſua, & in potentia ſua, & in exercitu ſuo, &
in clypeis ſuis, & in curribus ſuis, & in equitibus ſuis, non
14 ferro pugnando, ſed precibus ſanctis orando deiecit. ꝰ ſic
erunt vniuerſi hoſtes Iſrael, ſi perſeueraueritis in hoc o-
15 pere quod cœpiſtis. ꝰ Ad hanc igitur exhortationem
eius deprecantes Dominum, permanebant in con-
16 ſpectu Domini, ꝰ ita vt etiam hi qui offerebant
Domino holocauſta, præcincti cilicijs offerrent ſa-
crificia Domino, & erat cinis ſupra capita eorum.
17 ꝰ Et ex toto corde ſuo omnes orabant Deum, vt viſitaret
populum ſuum Iſrael.

Oratio continua in tribulatione cum ieiunio.

Exod. 17. d. Oratione vict⁹ Amalec.

D

## SCHOLIA IN CAP. IIII.

1 alias, Eliachim. 2 Partem templi quæ חיבל dicitur. 3 vel, gratuitis.

## CAP. V.

*CVm autem Holopherni copiarū Aſſyricarū magiſtro nunciatū eſſet, bellū apparare Iſraelitas, trāſitibuſq; montium intercluſis, ac iugis eorum munitis omnibus, obſtacula campis oppoſuiſſe, exarſit furore vehementi, omnibuſque principibus Moab, & ducibus Ammon, atque omnibus præfectis oræ maritimæ conuocatis, Exponite mihi tandem, inquit, vos Chananæi, quis ſit populus iſte montanam regionem inſidens, quas, [ quales & quantas ] vrbes habitet, quanto polleat copiarum numero, in qua re conſiſtat robur ipſius & potentia, quis nam rex eius, aut militiæ dux ſit conſtitutus, aut quo motus conſilio mihi non ante omnes Occidentalium terrarum incolas proceſſerit obuiam, [ pacificèq; nos exceperit. ] Tum Achior dux omnis nominis Ammonitici reſpondit illi, Rem quæſo ex ore ſerui ſui Dominus meus accipiat. etenim vera tibi narrabo de populo hoc montanam iſtam regionem tibi vicinam incolente, nec proferetur ore ſerui tui mendacium. Populus hic à Chaldæis eſt oriundus, & primum vſus hoſpitio Meſopotamiæ, quod deos paternos ſuos, qui in terra Chaldæorum colebantur, ſequi recuſaret. Cum ergo declinaſſet de via parentum ſuorum, [ quæ in multitudine deorum ſita erat, ] & Deum cæli, Deum ſibi notum adoraret, à conſpectu deorum illorum eiectus profugit in Meſopotamiam: cuius hoſpitio longo tempore vſus eſt, donec iuſsit eum Deus ipſius demigrare peregrinitate ſua, & proficiſci in terram Chanaan. Ibi habitauit, & magnis tam auri quàm argenti iumentorumque locupletatus acceſsionibus deſcendit in Ægyptum, quòd fames occupaſſet totam terram Chanaan, & conſedit ibi [ per quadringentos annos, ] donec cœpit 1 diuexari. Nam cum ibi vehementer aucti eſſent, & iam numerum genus ipſorum excederet, commotus aduerſus eos rex Ægypti, dolo circumuentos labore & opere lateritio [ vrbibus ædificandis ] afflictauit, ſibique ſeruos adſciuit. Cum ergo Deum ſuum implorauiſſent, & is totam terram Ægyptiacam cladibus affeciſſet inſanabilibus, Ægyptij eos à conſpectu ſuo eiecerunt, [ cladibuſque liberati rurſum perſecuti ſunt eoſdem, vt eos retraherent in ſeruitutem. ] Tum Deus ille mare rubrum deſiccauit coram eis, [ & aquas inſtar muri ſtatuit vtrinque, vt hi pede ſicco permearent vada maris, eodemque in loco innumerabilis perſequentium Ægyptiorum exercitus aquis obrueretur, ita vt ne vnus quidem euaderet, qui rem narraret poſteris: ] atque ita eos ad montem Sina Cadeſque Barne traduxit, [ per loca homini inhabitabilia, vbi fontes amari ad potum edulcati fuerunt, perque annos quadraginta exhibita de cælo cibaria. ] Hi eiectis omnibus incolis deſerti, ſubſedere in terra Amorrhæorum. Cumque omnes incolas Eſebon profligaſſent, tranſgreſsi Iordanem, montanam regionem omnem poſſedere. [ Quacunque ingrediebantur, idque ſine arcu, ſagitta, ſcuto, gladio, Deus ipſorum pugnabat pro ipſis, ac vincebant. ] Iidem Chananæo, & Pherezæo, & Iebuſæo, & Sichem, omnibuſque Gergeſæis [ ac potentibus Heſebon ] præ ſe exactis terram illam longo tempore tenuerunt. Et quandiu quidem in Deum ſuum non peccabant, agere feliciter ( quòd Deus ille odio proſequens iniuſtitiam, faueret eis: ) vbi autem à via quam præſcripſerat eis deflexere, [ præterque eum deum coluere alium, ] multis bellis ſupra modum attriti ſunt, [ atque expoſiti prædæ, cædi, ludibrio, ] & captiui in terram alienam abducti, tum templum Dei ipſorum ſolo æquatum eſt, vrbeſque eorum ab hoſtibus occupatæ. Nunc autem ad Deum ſuum conuerſi à diſperſione qua diſiecti fuerant, ſe recepere: & Hieroſolyma ſede religionis ſuæ recuperata, in montana regione, quæ deſerta fuerat denuo conſedere. Nam quotieſcunque ipſos deſertæ religionis Dei ſui pænituit, confirmauit eos idem Deus ille cæli ad ſubſiſtendum. Nunc ergo dominator domine, an quis in hoc populo ſit error quo peccet in Deum ſuum, exploremus. Nam is erit ei offenſioni, & aſcendemus, eumque debellabimus. [ Omnino enim Deus illorum in manus tuas tradet eos; & iugo potentiæ tuæ ſubijcientur. ] Sed ſi nulla eſt in hac gente iniuſtitia, prætereat dominus meus, ne fortè Domino & Deo ipſius decertante pro ea, nos totius vrbis vituperationem ſubeamus.*

## CAP. V.

Holofernes interrogat de progenie Iudæorū.

1 NVntiatumq́; eſt Holoferni principi militiæ Aſ-
ſyriorum, quòd filij Iſrael præpararent ſe ad re-
2 ſiſtendum, ac montium itinera cōcluſiſſent: ꝰ &
furore nimio exarſit in iracundia magna: vocauitque
omnes



omnes principes Moab & duces Ammō, ꝰ & dixit eis, Di- 3
cite mihi quis ſit popul⁹ iſte, qui mōtana obſidet: aut quæ,
& quales, & quātæ ſint ciuitates eorū: quæ etiā ſit virtus
eorū, aut quę ſit multitudo eorū, vel quis rex militiæ illo-
rū: ꝰ & quare præ omnibus qui habitat in Oriēte, iſti con- 4
tēpſerunt nos, & nō exierūt in obuiā nobis, vt ſuſciperent
nos cū pace. ꝰ Tunc Achior dux omnium filiorū Ammō 5
reſpondens, ait, Si digneris audire Domine mi dicā verita-
tem in conſpectu tuo de populo iſto, qui in montanis ha-
bitat, & non egredietur verbū falſum ex ore meo. ꝰ Po- 6
pulus iſte ex progenie Chaldæorum eſt. ꝰ hic primum in 7
B Meſopotamia habitauit, quoniā noluerunt ſequi deos pa-
trum ſuorum, qui erant in Terra Chaldęorum. ꝰ Deſeren- 8
tes itaq; ceremonias patrū ſuorū, quæ in multitudine deo-
rum erant, ꝰ vnum Deum cæli coluerunt, qui & præcepit 9
eis vt exirent inde, & habitarēt in Charan. Cumq́; ope-
ruiſſet omnem terrā fames, deſcenderunt in Ægyptū, il-
licq́; per quadringentos annos ſic multiplicati ſunt, vt di-
numerari eorū nō poſſet exercitus. ꝰ Cumq́; grauaret eos 10
rex Ægypti, atq́; in ædificationibus vrbiū ſuarū in luto
& latere ſubiugaſſet eos, clamauerunt ad Dominū ſuū, &
percuſsit totam terram Ægypti plagis varijs. ꝰ Cumq́; 11
eieciſſent eos Ægyptij à ſe, & ceſſaſſet plaga ab eis, & ite-
rum eos vellēt capere, & ad ſuum ſeruitiū reuocare, ꝰ fu- 12
giētibus his Deus cæli mare aperuit, ita vt hinc inde aquę
quaſi murus ſolidarentur, & iſti pede ſicco fundum maris
perambulando tranſirent. ꝰ In quo loco dum innumera- 13
bilis exercitus Ægyptiorum eos perſequeretur, ita aquis
coopertus eſt, vt non remaneret vel vnus qui factum po-
ſteris nuntiaret. ꝰ Egreſsi etiam mare rubrū, deſerta Sina 14
montis occupauerunt, in quibus nunquam homo habita-
C re potuit, vel filius hominis requieuit. ꝰ Illic fontes amari 15
obdulcati ſunt eis ad bibendum, & per annos quadraginta
annonā de cælo conſecuti ſunt. ꝰ Vbicunq; ingreſsi ſunt 16
ſine arcu & ſagitta, & abſq; ſcuto & gladio, Deus eorum
pugnauit pro eis, & vicit. ꝰ Et non fuit qui inſultaret popu 17
lo iſti, niſi quando receſsit à cultu Domini Dei ſui. ꝰ Quo- 18
tieſcunque autem præter ipſum Deum ſuum, alterum co-
luerunt, dati ſunt in prædam, & in gladium, & in oppro-
brium. ꝰ Quotieſcunque autē pœnituerunt ſe receſsiſſe à 19
cultura Dei ſui, dedit eis Deus cæli virtutem reſiſtendi.
ꝰ Deniq; Chananæum regem, & Iebuſæum, & Pherezæū, 20
& Hethæum, & Heuęum, & Amorrhæum, & omnes po-
tentes in Heſebon proſtrauerūt, & terras eorū & ciuitates
eorum ipſi poſſederunt: ꝰ & vſque dum non peccarent in 21
conſpectu Dei ſui erant cum illis bona. Deus enim illo-
rum odit iniquitatem, ꝰ Nam & ante hos annos cum re- 22
ceſsiſſent à via quam dederat illis Deus, vt ambularent in
ea, exterminati ſunt prælijs à multis nationibus, & plu-
rimi eorum captiui abducti ſunt in terram non ſuā. ꝰ Nu- 23
D per autem reuerſi ad Dominum Deum ſuum, ex diſper-
ſione qua diſperſi fuerant, adunati ſunt, & aſcenderunt
montana hæc omnia, & iterum poſsident Ieruſalem, vbi
ſunt ſancta ſanctorum. ꝰ Nunc ergo mi domine, perqui- 24
re ſi eſt aliqua iniquitas eorum in conſpectu Dei eorum,
& aſcendamus ad illos: quoniam tradens tradet illos
Deus eorum tibi, & ſubiugati erunt ſub iugo potētiæ tuæ.
ꝰ Si verò non eſt offenſio populi huius coram Deo ſuo, 25
non poterimus reſiſtere illis: quoniam Deus eorum de-
fendet illos, & erimus in opprobriū vniuerſæ terræ. ꝰ Et 26
factum eſt cū ceſſaſſet loqui Achior verba hæc, irati ſunt
omnes magnates Holofernis, & cogitabāt interficere eū
dicētes ad alterutrū, ꝰ Quis eſt iſte, qui filios Iſrael poſſe di 27
cat reſiſtere regi Nabuchodonoſor & exercitibus eius ho
mines inermes, & ſine virtute, & ſine peritia artis pugnæ?
ꝰ Vt ergo agnoſcat Achior quoniā fallit nos, aſcēdam⁹ in 28
mōtana: & cū capti fuerint potētes eorū, tunc cū eiſdē gla
dio trāſuerberabitur: ꝰ vt ſciat omnis gens quoniā Nabu- 39
chodonoſor deus terræ eſt, & præter ipſum alius non eſt.

Achior narrat Holoferni omnia quæ Deus egerit cum populo Iſraelitico. Iudith. 11. b.

Gen. 11. d
Gen. 12. a
Gen. 46. a.
Gen. 41. g.

Exod. 14. e.

Exod. 16. a.

Ioſ. 12. e.

Iudic. 1. 3. 4.
4. Reg. 25. a.

1. Eſd. 1. a.

Blaſphemia.

SCHOLIA IN CAP. V.

1 διεστράφησαν.

CAP. VI.

HIs habitis ſermonibus, cum conticuiſſet Achior, vniuerſus qui tabernaculum circunſtabat populus fremere, & proceres Holophernis, omneſq; orā maritimā & Moab incolentes concidēdum eſſe ipſum clamitare, [ ac dicere, Quis eſt iſte qui homines inermes Iſraelitas & imbelles, artiſq; militaris expertes, affirmet regi Nabuchodonoſori & copijs eius poſſe reſiſtere?] Non enim conſpectum Iſraelitarū expaueſcemus, cum ecce populus ſit imbelis, nulloq; aduerſus validā aciē robore. Quapropter aſcēdamus, [vt ſciat Achior ſe falſa ferre nobis, & expugnatis potentibus illorum, cum iiſdem tranſuerberetur gladio, vt ſciāt omnes gētes deum terræ eſſe Nabuchodonoſorē, nec præter eum alium,] ſiquidē illos exercitus tuus omnis, ô dñe Holophernes, abſorpſerit. Poſtquā ergo fremitus virorū conſeſſum illum circunſtantiū ſedatus eſt, Holophernes copiarū Aſſyricarū magiſter, corā omni alienigenarum populo, Moabitis & ſtipendia merentibus Ephraim, Achiorē ſic eſt allocutus, Quis tandē es tu Achior, qui prophetā egeris inter nos hodie, & genus Hieroſolymitanū bello inuictū eſſe dixeris, quòd Deus ipſius defendat illud? aut quis Deus eſt præter Nabuchodonoſorē? Hic miſſa potentia ſua, de ſolo terræ delebit illos, nec tuebitur eos Deus ipſorum: ſed nos ſerui eius perinde ac virum vnum eos delebimus, nec illi vim equorū noſtrorū ſubſiſtere poterūt. His enim eos proculcabimus, & mōtes eorū ſanguine ipſorū inundabuntur, cāpiq; implebuntur cadaueribus, nec veſtigio pedū ſuorū ſubſtiterint conſpectū noſtrū, vt quibus clade pereundū eſſe dixerit rex ille Nabuchodonoſor dominus totius terræ. Nequid, inquit, dictorū meorū cadat ad irritū. Tu vero Achior, qui ſtipendia meres Ammonitis, quandoquidē ſermones hos die iniuſtitiæ tuæ protuliſti, ex hoc iam inde die in conſpectū meū nō venies, donec profectorum ex Ægypto genus iſtorum vltus fuero. Tū ferrū exercitus mei, populuſq; mihi ſeruiēs perfodiet latera tua, & cades inter cæſos illos, cū eos in fugā conuertero. Serui enim mei te in montanā regionē abductū collocabunt in aliqua vrbiū, quæ ſunt in aſcēſu, nec interibis prius quàm vnà cū illis extinguaris. Quod ſi ſpē alis animo, non fore vt expugnentur illi, non eſt cur vultu ſis adeò conſternato, [pallorem qui faciē tuā obtinet, excute, ſi hæc verba mea non putas effectū conſecutura.] Dixi, nec quicquā dictorum meorū intercidet. Imperauit ergo Holophernes ſeruis ſuis tabernaculo ſuo aſtātibus, vt comprehēſum Achior abducerēt ad Bethuliā, & eū traderēt in manus Iſraelitarū. Tū ſerui eius arreptū Achiorē, & in mediū campū extra caſtra eductū, in montanam inde regionē aſportauerūt. Cumq; perueniſſent ad fontes Bethuliæ ſubiectos, cōſpicati eos in vertice mōtis oppidani, acceptis armis ſuis & funditoribus omnibus, in faſtigiū mōtis ex oppido contendere, aſcenſuq; occupato lapidibus illos protelare. Subierūt itaq; mōtē hi, & cū Achiorē vinculis [manibus ac pedibus iniectis ad arborē] cōſtrinxiſſent, ſub radice mōtis deſeruerūt iacentē, & ad dominū ſuū reuerſi ſunt. Iſraelitæ autē cū ex oppido ſuo deſcēdiſſent, circūſtātes ſoluerūt eū, abductumq; Bethuliā, ſtatuerūt principibus oppidi, qui tū tēporis erant, Ozias Michma natus è tribu Simeō, & Chabris Gothonielis, Charmiſq; Melchielis filius. Hi cū cōuocaſſent oēs ſeniores oppidanos, iuueneſq; oēs ipſorū, ſimul & mulieres cōcurriſſent in cōcionē, Ozias Achiorē in medio totius populi cōſtitutū, ſuper eo quod acciderat interrogauit. Tū reſpondēs Achior res actas in cōſeſſu corā Holopherne, & ſermones à ſe inter principes Aſſyriæ habitos, & quæcūq; cōtra tēplū Hieroſolymitanum ſuperbe gloriatus eſſet Holophernes, ipſis expoſuit. [Se penè ꝑpter ſermones ſuos à populo Holophernis interfectū, atq; ab irato Holopherne Iſraelitis tradi iuſſum, vt victis ipſis, ſe quoq; varijs curaret excruciādū ſupplicijs, quòd dixiſſet, Deus cæleſtis defenſor eſt ipſorū.] Procidit itaq; populus vniuerſus, & Deū adoratū implorauit [cū lamētis & fletu] dicēs, Intuere Dñe Deus cæleſtis arrogātiā iſtorū, generiſq; noſtri ſupplicis miſerere, & reſpice hodie faciē eorū qui tibi cōſecrati ſunt, [tū declara te nūquā deſerere eos qui ſpē in te collocarint, ſua vero virtute gloriātes, & ſeipſis fretos deprimere.] Achiorē autē cōſolati ſunt, & collaudauerūt vehemēter, [ ac dixerūt, Deus patrū noſtrorū, cuius tu ꝑdicaſti virtutē, hāc tibi vicē repēdet, vt illorū tu potius interitū videas. Cū verò Dñs Deus noſter donarit hac libertate ſeruos ſuos, adſit tibi Deus idē inter nos, vt pro voto tuo nobiſcū cū tuis oībus cōuerſeris.] Deinde cū Ozias eū ex cōcione domum ſuā deduxiſſet, 1 conuiuioq; excepiſſet cum ſenioribus, auxilium Dei Iſraelitici per totā illā noctē implorauerunt.

CAP. VI.

1 FActum eſt autem cum ceſſaſſent loqui, indignatus
2 Holofernes vehemēter, dixit ad Achior, Quoniam
prophetaſti nobis, dicens, quòd gens Iſrael defendatur à Deo ſuo, vt oſtendā tibi quoniā nō eſt Deus, niſi
3 Nabuchodonoſor: cum percuſſerimus eos omnes ſicut
hominē vnū, tunc & ipſe cum illis Aſſyriorum gladio in-
4 teribis, & omnis Iſrael tecum perditione diſperiet: &
probabis quoniam Nabuchodonoſor dominus ſit vniuerſæ terræ. tuncq; gladius militiæ meæ tranſiet per latera
tua, & confixus cades inter vulneratos Iſrael, & non reſ-
5 pirabis vltrà, donec extermineris cum illis. Porrò autem
ſi prophetiam tuam veram exiſtimas, non concidat vultus tuus: & pallor qui faciem tuam obtinet, abſcedat à te,
6 ſi verba mea hæc putas impleri non poſſe. Vt autē no- B
ueris quia ſimul cū illis hæc experieris, ecce ex hac hora
illorum populo ſociaberis: vt dum dignas mei gladij pœ-
7 nas exceperint, ipſe ſimul vltioni ſubiaceas. Tunc Holofernes præcepit ſeruis ſuis vt cōprehenderent Achior,
& perducerent eum in Bethuliā, & traderent eum in ma-
8 nus filiorum Iſrael. Et accipientes eum ſerui Holofernis,
profecti ſunt per cāpeſtria: ſed cum appropinquaſſent
9 ad montana, exierunt contra eos fundibularij. Illi autē
diuertentes à latere montis, ligauerunt Achior ad arborē
manibus & pedibus, & ſic vinctū de reſtibus dimiſerūt eū,
10 & reuerſi ſunt ad dominū ſuū. Porrò filij Iſrael deſcendentes de Bethulia, venerunt ad eum. Quē ſoluentes du-
xerūt ad Bethuliā, atq; in mediū populi illū ſtatuētes, percunctati ſunt quid rerū eſſet quòd illū vinctū Aſſyrij reli-
11 quiſſent. In diebus illis erant illic principes, Ozias filius
12 Micha de tribu Simeō, & Charmi, qui & Gothoniel. In
medio itaq; ſeniorū, & in conſpectu omniū, Achior dixit
omnia quę locutus ipſe fuerat ab Holoferne interrogatus:
& qualiter populus Holofernis voluiſſet propter hoc ver-
13 bū interficere eū, & quēadmodū ipſe Holofernes iratus
iuſſerit eū Iſraelitis hac de cauſa tradi: vt dum vicerit filios
Iſrael, tūc & ipſum Achior diuerſis iubeat interire ſupplicijs, propter hoc quòd dixiſſet, Deus cæli defenſor eorum
14 eſt. Cumq; Achior vniuerſa hæc expoſuiſſet, omnis populus cecidit in faciē, adorantes Dominū, & cōmuni lamētatione & fletu vnanimes preces ſuas Domino effuderūt,
15 dicētes, Domine Deus cæli & terræ, intuere ſuperbiam
eorū, & reſpice ad noſtrā humilitatē, & faciem ſanctorum D
tuorum attende, & oſtende quoniā non derelinquis præſumentes de te: & præſumentes de ſe, & de ſua virtute glo-
16 riantes, humilias. Finito itaq; fletu, & per totā diē ora-
17 tione populorū completa, conſolati ſunt Achior, dicentes, Deus patrū noſtrorū, cuius tu virtutē prædicaſti, ipſe
tibi hanc dabit viciſſitudinē, vt eorū magis tu interitū vi-
18 deas. Cū verò Dominus Deus noſter dederit hāc libertatem ſeruis ſuis, ſit & tecum Deus in medio noſtri: vt ſicut placuerit tibi, ita cum tuis omnibus conuerſeris nobi-
19 ſcum. Tunc Ozias, finito conſilio, ſuſcepit eum in do-
20 mum ſuam, & fecit ei cœnam magnā. Et vocatis omni-
21 bus presbyteris, ſimul expleto ieiunio refecerūt. Poſtea
verò cōuocatus eſt omnis populus, & per totā noctē intra eccleſiam orauerunt petentes auxilium à Deo Iſrael.

Iratus Holofernes iubet Achiorem tradi iudęis, quod Deū confeſſus eſſet. Sup.5.f. Inf.13.e.

Achior à ſeruis ligatur ad arborem.

Soluitur à Iudæis, benigneq; ab eis ſuſcipitur. C

Oratio Iſraelis.

Orant Iudæi auxilium contra Holofernē.





SCHOLIA IN CAP. VI.

1 במשתה poculis ſiue conuiuio.

CAP. VII.

Holofernes aſcendit contra Bethuliam. Sup.2.b.

HOlofernes autem altera die præcepit exercitibus 1
ſuis vt aſcenderent contra Bethuliā. Erant autē 2
pedites bellatorum centū viginti millia, & equites viginti duo millia, pręter præparationes virorū illorū
quos occupauerat captiuitas, & abducti fuerant de prouincijs, & vrbibus vniuerſæ iuuentutis. Omnes parauerunt 3
ſe pariter ad pugnā contra filios Iſrael, & venerūt per crepidinē mōtis vſq; ad apicē, qui reſpicit ſuper Dothain, à
loco qui dicitur Belma vſq; ad Chelmon, qui eſt cōtra Eſ-
drelon. Filij autē Iſrael vt viderunt multitudinē illorum 4
proſtrauerūt ſe ſuper terrā, mittentes cinerem ſuper capita ſua, vnanimes orantes vt Deus Iſrael miſericordiā ſuā
oſtenderet ſuper populum ſuum. Et aſſumētes arma ſua 5
bellica, ſederūt per loca quę ad anguſti itineris tramitē dirigunt inter montoſa, & erant cuſtodientes ea tota die &
B noctē. Porrò Holofernes, dum circuit per gyrū, reperit 6
quod fons qui influebat, aquęductum illorum à parte Auſtrali extra ciuitatem dirigeret, & incidi præcepit aquæductum illorū. Erant tamē non longe à muris fontes, ex 7
quibus furtim videbantur haurire aquam ad refocillandū
potius, quàm ad potandum. Sed filij Ammon & Moab 8
acceſſerunt ad Holofernem, dicentes, Filij Iſrael nō in lāncea, nec in ſagitta confidunt, ſed montes defendunt illos,
& muniunt illos colles in præcipitio conſtituti. Vt ergo 9
ſine congreſsione pugnæ poſsis ſuperare eos, pone cuſtodes fontium, vt non hauriant aquam ex eis, & ſine gladio
interficies eos, vel certe fatigati tradent ciuitatem ſuam,
quam putant in montibus poſitā ſuperari non poſſe. Et 10
placuerunt verba hæc coram Holoferne, & coram ſatellitibus eius, & conſtituit per gyrum centenarios per ſingu-
C los fontes. Cumq; iſta cuſtodia per dies viginti fuiſſet 11
expleta, defecerūt ciſternę, & collectiones aquarū omnibus habitantibus Bethuliam, ita vt non eſſet intra ciuitatē
vnde ſatiarentur vel vna die, quoniā ad mēſuram dabatur
populis aqua quotidie. Tunc ad Oziā cōgregati omnes 12
viri, fœminęq;, iuuenes, & paruuli, omnes ſimul vna voce
dixerūt, Iudicet Deus inter nos & te, quoniam feciſti in 13
nos mala, nolens loqui pacifice cū Aſſyrijs, & propter hoc
vendidit nos Deus in manibus eorum. Et ideo non eſt 14
qui adiuuet, cū proſternamur ante oculos eorum in ſiti &
perditione magna. Et nunc congregate vniuerſos qui in 15
ciuitate ſunt, vt ſponte tradamus nos omnes populo Holofernis. Melius eſt enim vt captiui benedicamus Domi 16
num viuentes, quàm moriamur, & ſimus opprobrium omni carni, cū viderimus vxores noſtras & infantes noſtros
D mori ante oculos noſtros. Cōteſtamur hodie cælū & ter 17
rā, & Deum patrum noſtrorū, qui vlciſcitur nos ſecūdum
peccata noſtra, vt iam tradatis ciuitatem in manu militiæ

Filij Iſrael implorant à Deo auxilium.

Holofernes cōſtituit cuſtodes fontiū, ne hauriant filij Iſrael.

Ciues Bethuliā ob ſitim Holoferni tradere volunt.

Exod.7.a.

CAP. VII.

POſtridie vero Holophernes omni exercitui ſuo, populoque, qui arma cū eo ſocia iunxerat, edixit vt caſtra moueret Bethuliā, aſcenſuſq; montiū præoccuparet, & bellum inferret Iſraelitis. Profectuſque eſt illo die robuſtiſsimus quiſq; ipſorum, & virorū bellicoſorū copiæ, peditū centū 1 ſeptuaginta millia, equitūq; millia 2 duodecim, præter impedimenta, viroſq; pedibus ſequentes perquàm frequenti multitudine, [captiuos è prouincijs & vrbibus. Hi omnes ad pugnā parati per crepidinem montis ad apicem vſque ſupra Dothain euaſere,] & caſtra locauerunt ad fontem in valle vicina Bethuliæ, & 3 in Dothain vſque Belmaim longe lateque Bethulia vſq; Cyamonem Eſdraelōni obiectam caſtra poſuerūt. Iſraelitæ vero vbi horum videre multitudinem, perturbari vehementer, [humique proſtrati puluere capita ſua conſpergere, implorantes Deum Iſraeliticum vnanimes, vt in populo ſuo miſericordiam ſuam declararet, & alius alij dicere, Hi nunc 4 occupabunt ſolum totius terræ, adeo vt nec montes excelſi, nec colles, nec valles moli ſuſtinendæ ſufficiant. Armis itaque belli quiſque ſumptis [loca, quibus iter anguſtiſsimo tramite montes interiacebat, inſidentes,] & accenſis ignibus excubantes per totam noctem illā turribus ſe continuere. Poſtridie vero Holophernes educto omni equitatu ſuo in conſpectum Iſraelitarum Bethuliæ commorantium, explorauit aſcenſus ad vrbem ipſorum, aquæductus [qui verſus auſtrinum latus ex vrbe porrigebantur,] obiuit & præoccupauit, iiſque [interſcindi iuſsis] impoſito virorum bellicoſorum præſidio, ipſe caſtra populi ſui repetiuit. [Non procul tamen à muris fontes erant, è quibus furtim aquas haurire videbātur, quibus ſe refocillarent potius quàm ſitim extinguerent.] Tum adierūt Holophernem omnes principes poſterorū Eſau, ſimul & populi Moabitici proceres omnes cum ducibus oram maritimā colentibus, ac dixerunt, Audiat ſermonem dominus noſter, nequid exercitus tuus detrimenti capiat. Nam fiducia populi iſtius Iſraelitici nō conſiſtit in haſtis, ſed in iugis montium quos habitat: neque enim ad vertices mōtium [quos munierūt] ſubire facile eſt. Iam igitur vt nullus vir cadat de populo tuo, ne adoriaris eos prælio quod quidem inſtructa committatur acie: ſed de caſtris tuis contine, vt conſerues omnes viros copiarum tuarum. Serui vero tui 5 fontanas aquas è radice montis promanantes aſſeruent cuſtodijs, (aquas enim inde petunt omnes incolæ Bethuliæ,) ita ſitis enecabit eos, aut adiget ad deditionem vrbis, [quam nunc putant in montibus ſitam, eſſe inexpugnabilem.] Nos autem cum populo noſtro in vicinos montium vertices aſcendemus, ibique vallum iaciemus præſidio futurum nequis vrbe egrediatur, vt cum vxoribus & liberis ſuis contabeſcant fame, & antequam gladius in eos ſæuiat, intereant in plateis domeſticis, vicemque pernicioſam rependas ipſis, eo quod ſeditionem moliti ſint, nec nutui tuo placide obſecuti. Horum oratio grata fuit Holopherni, ſeruiſq; ipſius omnibus, adeoq; ſecundū ipſorū dicta res decreuit inſtituēdas, [& centeni vndiq; ad ſingulos fontes dimiſsi ſunt.] Profecti ſunt ergo Ammonitæ cum quinque millibus Aſſyriorum: & caſtris in valle poſitis aquas Iſraelitarū, & aquæductus præoccupauerūt. Genus autē Eſau & Ammonitæ aſcenderūt in regionē montanā, caſtraq; locauerūt eregione Dothaim, parte ſuorū miſſa ad Auſtrū & Subſolanū aduerſus Ecrebel, iuxta Chuſi, quæ ſuper torrētem Mochmur ſita eſt. Reliquus Aſſyriorū exercitus caſtra in campo habuit, totumq; terræ ſolum operuit, vt cuius latiſsime paterent multitudine ſua tentoria & impedimenta. Iſraelitæ autē inuocabāt Dominū Deū ſuū collapſi animis, quod ab hoſtibus vndiq; concluſi eſſent, nec haberent è medio ipſorū effugiū. Iamq; 6 trigintaquatuor dies omnis multitudo Aſſyriorū tā peditū quā equitū cū curribus ſuis eos vndiq; obſederat, cū aquæ defecerunt omnes incolas Bethuliæ, vaſaq; ipſorū omnia, vt omnibus ciſternis exhauſtis ne in vnam quidē diē aquā haberēt bibendā ad ſatietatē, ſed menſura potū acciperet. Quamobrē cū infantes eorū linquerentur animo, mulieres & iuuenes præ ſiti deficerēt, atq; cōciderent in plateis vrbis portarumq; trāſitu, nec ſupereſſet in ipſis vllū robur, populus vniuerſus, & iuuenes, & vnà cū liberis mulieres ad Oziā & principes ciuitatis conuenerunt, magnaq; voce clamitātes corā ſenioribus omnibus, dixerūt, Diſceptet Deus inter nos & vos, quoniā nos magna affeciſtis iniuria, qui non egeritis amice cū Aſſyrijs. Nunc enim nō eſt qui nobis opē ferat, ſed Deus nos illis mancipauit, vt corā ipſis ſiti & clade maxima occūbamus. Vel nunc igitur accerſite illos, & vrbē totā populo Holophernis & copijs eius oībus deprædādā dedite. Præſtat enim nos cedere direptioni illorum, quā perire ſiti. Serui enim erimus illorū, vitaq; noſtra conſeruabitur, nec [cū dedecore apud omnes homines] mortē infantiū noſtrorū ante oculos, aut vxores liberoſq; noſtros animā exhalātes intuebimur. Obteſtamur autē nobis cælū & terrā, ſimul ac Deū patrū noſtrorū peccata tā noſtra quàm patrum noſtrorum in nos vindicantem, ne hæc in nos omnia conuertat hodie. [Vrbem dedatis in poteſtatem exercitus

*Holophernis, vt acie gladij cito cadamus potius, quam ſiti lõga torridi.] Simul autẽ cõploratio magna & concors per totũ cœtũ orta eſt Dominũ Deũ magna voce implorantiũ, [ac dicentiũ, Peccauimus cũ patribus noſtris, iniuſte egimus, admiſimus iniquitatẽ. Tu qui clemens es miſerere noſtri, aut iniuſtitiam noſtrã tuo flagello vindica, nec velis eos qui te prædicant, populo qui te ignorat, traditos, vt ne dicatur inter gentes, Vbi eſt Deus eorũ? Talibus clamoribus fletibuſq; tandẽ fatigati cõticuere.] Tũ Ozias [cũ exurrexiſſet, obortis lachrymis] ſic eos affatus eſt, Præſenti animo eſtote fratres, & dies adhuc 7 quinque duremus, intra quos Dominus ſuam in nos conuertet miſericordiam. [Forſitan enim iram ſuam remittet, & gloriam nominis ſui curabit:] neque enim nos omnino deſeret. Sin elapſi fuerint illi dies, nec auxilium nobis feratur, poſtulata veſtra curabo. Ita dimiſſo ad vallum ſuum populo, in muros & turres vrbis abiere ſinguli, vxoribuſq; & liberis domos ſuas remiſſis, ſeipſos in vrbe vehementer afflictauerunt.*

Holofernis, vt ſit finis noſter breuis in ore gladij, qui lon-
18 gior efficitur in ariditate ſitis. ¶ Et cum hæc dixiſſent,
factus eſt fletus & vlulatus magnus in eccleſia omni-
bus, & per multas horas vna voce clamauerunt ad
19 Deum, dicentes, ¶ Peccauimus cum patribus no-
20 ſtris, iniuſte egimus, iniquitatem fecimus. ¶ Tu
quia pius es, miſerere noſtri: aut in tuo flagello vindica
iniquitates noſtras, & noli tradere confitentes te po-
21 pulo qui ignorat te, ¶ vt non dicant inter gentes, Vbi
22 eſt Deus eorum? ¶ Et cum fatigati his clamoribus, &
23 his fletibus laſſati ſiluiſſent, ¶ exurgens Ozias, in-
fuſus lachrymis, dixit, AEquo animo eſtote fratres,
& hos quinque dies expectemus à Domino miſeri-
24 cordiam. ¶ Forſitan enim indignationem ſuam ab-
25 ſcindet, & dabit gloriam nomini ſuo. ¶ Si autem tranſ-
actis quinque diebus non venerit adiutorium, faciemus
hæc verba quæ locuti eſtis.

Oratio vehemens cum fletu & confeſsione peccati. Pſal.105.a.

Differri per quinque dies ſuadet Ozias.

SCHOLIA IN CAP. VII.

1 Alias, viginti. 2 Alias, vigintiduo. 3 ἐπὶ. alias, ſupra. 4 ἐκκλησιαι. ἐκλείξει. 5 τῆς πηγῆς. 6 Alias, viginti dies. 7 πάντι.

## CAP. VIII.

*HAEc audiuit temporibus illis Iudith filia Merari, filij 1 Ox, filij Ioſeph, filij 2 Oziel, filij Helciæ, filij Ananiæ, filij Gedeon, filij Raphaim, filij 3 Acitho, filij Eliæ, filij Eliab, filij Nathanael, filij Samaliel, filij Salaſadai, filij Iſraelis. Huius vir fuit Manaſſes eiuſdem cum ea tribus & familiæ, qui tempore meſſis hordeaceæ mortem obierat. Cum enim inſtaret in agro manipulos legentibus, ingruens in caput eius æſtus in lectum coniecit eum, & in vrbe Bethulia mortuus eſt, interque maiores ſuos ſepultus in agro qui interiacet Dothaim & Balamo. Egerat ergo Iudith domi ſuæ vidua tres annos & 4 quatuor menſes: & tabernaculo in cœnaculo domus ſuæ ſibi conſtructo, [in quo cum puellis ſuis clauſa morabatur,] accincta circa lumbos ſuos cicilio, veſteſque viduitatis ſuæ gerens, dies omnes, quibus fuerat vidua, ieiunijs tranſegerat, exceptis ſabbathis, & diebus ſabbatha nouaſque lunas proxime præcedentibus, tum Domus Iſraeliticæ ſolennibus, ac hilaribus. Erat autem eleganti forma, eximiaque ſpectanda pulchritudine. Præterea reliquerat ei maritus ipſius Manaſſes aurum & argentum, ſeruos & ancillas, iumenta & agros, quæ poſſidebat: [eratque probatæ per omnia famæ,] nec erat qui in ea quicquam daret crimini, quod Deum religioſe coleret. Hæc ergo cum ſermones populi ad principem habitos audiſſet, quod eſſet fracto præ inopia aquarum animo, cum, inquam, intellexiſſet Iudith omnem orationem quam habuiſſet Ozias ad populum, qua iuraſſet ei ſe poſt exactos quinq; dies vrbem deditur ũ Aſſyrijs, miſſa ancilla ſua, quæ omnibus facultatibus ipſius præerat, accerſiuit Oziam, Chabrim, & Charmim ſenatores ciuitatis: cumque veniſſent, ſic eos allocuta eſt, Audite principes populi Bethuliam incolentis, Minime recta eſt oratio veſtra quam habuiſtis hodie coram populo, interpoſitoque inter Deum & vos iureiurando conſtituiſtis, ac dixiſtis, vrbem vos hoſtibus noſtris eſſe dedituros, ni intra dies hoſce Dominus ſe ad ferendam nobis opem conuerterit. At qui tandem eſtis vos, qui Deum hodierno die tentandum putaueritis, Deique partes inter genus humanum præoccupandas? [Non eſt iſte ſermo qui miſericordiam impetret, ſed iram excitabit potius, & accendet indignationẽ. Voſne Domino tempus præſcribere miſerationis? vos pro arbitrio veſtro diem ei conſtituere?] Quod ſi nunc in diſquiſitionẽ vocetis omnipotentem Dominum, nihil pernoſcetis in æternum. Cum profunda cordis humani perueſtigare, & rationes mentis eius cõprehendere non poſsitis, quomodo penetretis in notitiam Dei creatoris horum, perdiſcatis mentem eius, aut rationes deprehendatis? Nullo modo fratres. itaq; Dominum Deum noſtrum ne prouocetis ad iram. Nam ſi minus voluerit intra quinq; dies hoſce nobis opitulari, poteſtatem habet ipſe quibus vult, omnibuſq; adeo diebus protegendi nos, aut etiam ante oculos hoſtium noſtrorũ diſperdendi. Vos autem ne obſtringatis conſilia Domini Dei noſtri: quoniã nõ eſt vt homo Deus, qui minis moueatur, nec vt homine natus, qui ſubeat iudicium. Quin potius [quandoquidem patiens eſt Dominus, ob hoc ipſum agamus pœnitentiam,] ab ipſo ſalutem expectantes opem eius imploremus, vt ſi viſum ipſi fuerit, vocem noſtram exaudiat. [Ideo ſummittamus illi animos noſtros, & demiſſis ſpiritibus ad ſeruiendum ei prompti ſupplicemus cum lachrymis, vt pro ſua voluntate nobis impertiatur miſericordiam ſuam:*

*vt ſicut*

## CAP. VIII.

1 ET factum eſt, cum audiſſet hæc verba Iudith vidua
quę erat filia Merari, filij Idox, filij Ioſeph, filij
Ozię, filij Elai, filij Iãnor, filij Gedeõ, filij Raphaim,
filij Achitob, filij Melchiæ, filij Enan, filij Nathaniæ, filij
2 Salathiel, filij Simeon, filij Rubẽ: ¶ & vir eius fuit Manaſ-
3 ſes, qui mortuus eſt in diebus meſsis hordeaceæ. ¶ inſta-
bat enim ſuper alligantes manipulos in campo, & venit
æſtus ſuper caput eius, & mortuus eſt in Bethulia ciuitate
4 ſua, & ſepultus eſt illic cum patribus ſuis. ¶ Erat autem Iu-
dith relicta eius vidua iam annis tribus, & menſibus ſex.
5 ¶ Et in ſuperioribus domus ſuæ fecit ſibi ſecretum cubicu
6 lum, in quo cum puellis ſuis clauſa morabatur: ¶ & habẽs
ſuper lumbos ſuos cilicium, ieiunabat omnibus diebus vi-
tę ſuę, pręter ſabbatha, & neomenias, & feſta domꝰ Iſrael.
7 ¶ Erat autem eleganti aſpectu nimis, cui vir ſuus reliquе-
rat diuitias multas & familiam copioſam, ac poſſeſsiones
8 armentis boum & gregibus ouium plenas. ¶ Et erat hęc
in omnibus famoſiſsima, quoniam timebat Dominum
valde: nec erat qui loqueretur de illa verbum malum.
9 ¶ Hæc itaque cum audiſſet quoniam Ozias promiſiſſet
quod trãſacto quinto die traderet ciuitatẽ, miſit ad preſ-
10 byteros Chabri & Charmi. ¶ Et venerunt ad illam, &
dixit illis, Quod eſt hoc verbum, in quo conſenſit Ozias,
vt tradat ciuitatem Aſſyrijs, ſi intra quinque dies non ve-
11 nerit vobis adiutorium? ¶ Et qui eſtis vos, qui tẽtatis Do-
12 minum? ¶ Non eſt iſte ſermo qui miſericordiam prouocet:
13 ſed potius qui irã excitet, & furorẽ accẽdat. ¶ Poſuiſtis vos
tẽpus miſerationis Domini, & in arbitriũ veſtrum diẽ con-
14 ſtituiſtis ei. ¶ Sed quia patiẽs Dominꝰ eſt, in hoc ipſo pœ-
niteamus, & indulgentiã eius fuſis lachrymis poſtulemus.
15 ¶ nõ enim quaſi homo, ſic Deꝰ cõminabitur: neq; ſicut fi-
16 liꝰ hominis ad iracundiã inflãmabitur. ¶ Et ideo humilie-
mus illi animas noſtras: & in ſpiritu conſtituti humiliato,
17 ſeruientes illi ¶ dicamus flentes Domino, vt ſecundũ vo-
lũtatem ſuam ſic faciat nobiſcum cito miſericordiã ſuam:

Reprehẽdit Iudith ſacerdotes quinto die ciuitatem tradere volentes, & miſericordiæ Dei terminum ſtatuentes.

Sup.7.e.

B



Iudic.2.b.4.a. 6.a.

vt ſicut conturbatum eſt cor noſtrum in ſuperbia eorum,
ita etiam de noſtra humilitate gloriemur, ¶ quoniam non 18
ſumus ſecuti peccata patrum noſtrorum qui dereliquerũt
Deum ſuum, & adorauerunt deos alienos: ¶ pro quo ſce- 19
lere dati ſunt in gladium, & in rapinam, & in cõfuſionem
inimicis ſuis. nos autem alterum deum neſcimus præter
C ipſum. ¶ Expectemus humiles conſolationem eius, & ex- 20
quiret ſanguinem noſtrum de afflictionibus inimicorum
noſtrorum: & humiliabit omnes gentes, quæcunq; inſur-
gunt cõtra nos, & faciet illas ſine honore Dominus Deus
noſter. ¶ Et nunc fratres, quoniam vos eſtis presbyteri in 21
populo Dei, & ex vobis pendet anima illorũ, ad eloquiũ
veſtrum corda eorum erigite, vt memores ſint quia tẽtati
ſunt patres noſtri, vt probarentur ſi vere colerent Deum
ſuum. ¶ Memores eſſe debent, ⁒ quomodo pater noſter 22
Abraham tentatus eſt, & per multas tribulationes proba-
tus, Dei amicus effectus eſt. ¶ Sic Iſaac, ſic Iacob, ſic Moy 23
ſes: & omnes qui placuerũt Deo, per multas tribulationes
tranſierunt fideles. ¶ Illi autem qui tentationes nõ ſuſce- 24
perunt cum timore Domini, & impatientiam ſuam, & im-
properium murmurationis ſuæ contra Dominum protule
runt, ¶ exterminati ſunt ab exterminatore, & à ſerpenti- 25
bus perierunt. ¶ Et nos ergo non vlciſcamur nos pro his 26
quæ patimur: ¶ ſed reputantes peccatis noſtris hæc ipſa 27
D ſupplicia minora eſſe flagella Domini, quibus quaſi ſerui
corripimur, ad emendationem, & non ad perditionẽ no-
ſtram eueniſſe credamus. ¶ Et dixerunt illi Ozias & preſ- 28
byteri, Omnia quæ locuta es, vera ſunt, & non eſt in ſer-
monibus tuis vlla reprehenſio. ¶ Nunc ergo ora pro no- 29
bis, quoniam mulier ſancta es, & timens Deum. ¶ Et dixit 30
illis Iudith, Sicut quod potui loqui, Dei eſſe cognoſcitis:
¶ ita quod facere diſpoſui, probate ſi ex Deo eſt: & orate 31
vt firmum faciat Deus conſilium meum. ¶ Stabitis vos ad 32
portã nocte iſta, & ego exeam cum abra mea: & orate, vt
ſicut dixiſtis, in diebus quinq; reſpiciat Dominus populũ
ſuũ Iſrael. ¶ Vos autẽ nolo vt ſcrutemini actum meum: & 33
vſq; dum renuntiem vobis, nihil aliud fiat, niſi oratio pro
me ad Dominum Deum noſtrũ. ¶ Et dixit ad eam Ozias 34
princeps Iudæ, Vade in pace, & Dominus ſit tecum in
vltionem inimicorum noſtrorum. Et reuertẽtes abierunt.

Adhortatur ſacerdotes vt populum ad patiẽtiam animent exemplo patrũ.
Deuter.8.a.
1.par.32.f.
⁒Gen.22.a.
Gen.28.b.

1.Cor.10.b.

Rom.8.d.

Conſilium Iudith in vltionẽ inimicorum.

Infrà.10.b.

*vt ſicut animus noſter ſuperbia illorum conſternatus eſt, ita rurſum ex afflictione noſtra cõſequamur gloriam.] Quoniam non extitit ætate noſtra, nec extat hodie tribus aut familia, aut populus, aut ciuitas è nobis, quæ adoret deos manu factos, vt contigit temporibus ſuperioribus, propter quæ patres noſtri, [qui Deo ſuo relicto, deos alienos adorauerant,] ad cædem & prædam fuerunt expoſiti, cladeq; magna coram hoſtibus noſtris occubuerunt. Nos vero deum alium non agnouimus, vt ſperare debeamus ipſum nos non eſſe neglecturum, nec quenquam è noſtro genere, [ſed ſanguinem noſtrum vindicaturum ab oppreſſione hoſtium noſtrorum, ac domiturum omnes gentes quæ in nos conſurrexerint, Dominumq; Deum noſtrũ effecturum eas inglorias.] Neque vero nomen ſuum, vbi capti fuerimus, manebit Iudææ, ſed ſacra noſtra diripientur, & Deus profanationem ſuam ab ore noſtro vindicabit, tum metum fratrum noſtrorum, ſimul & emancipationem terræ, poſſeſſioniſq; noſtræ deſertionem nobis rependet in caput noſtrũ inter gentes, quo ſeruitum ierimus, & offenſionem ac dedecus apud omnes dominos noſtros ſubibimus. Neque enim ad gratiam euaſerit ſeruitus noſtra, ſed Dominus ille Deus noſter infamẽ eam reddiderit. Quamobrem nunc fratres, [qui populi Dei ſenatores eſtis,] exemplum præferamus fratribus noſtris, quoniam à nobis pendet illorum animus, ſacraq; ſimul & templum, altareq; nobis nititur: [quapropter animos illorum noſtro alloquio erigamus.] Ante autem hæc omnia gratias agamus Domino Deo noſtro, qui tentat nos, quemadmodum & maiores noſtros, [an vere Deum ſuum colerent.] Mementote quæ cum Abraham egerit, [qui per multas afflictiones probatus, amicus eius factus eſt:] quibus modis probarit Iſaac, & quot caſus Iacob paſcentis oues Laban auunculi ſui in Meſopotamia Syriaca: [quot item Moſis, & omnium qui Deo placuerunt, per quàm multas ærumnas fideles penetrauerint. Nam qui tentationes nõ ſuſceperunt cum religione Domini, ſed prodiderunt impatientiam ſuam, & indignum contra Dominum fremitum, ij à peremptore deleti ſunt, & à ſerpentibus diſperditi. Et nos ergo ne vlciſcamur noſipſos pro ijs quæ patimur, ſed reputantes hæc ipſa ſupplicia eſſe flagella Domini peccatis noſtris minora, quibus quaſi ſerui caſtigamur, credamus ad emendationem illa, & non ad diſperditionem noſtri pertinere. 5 Etenim ſicut illos experiundi cordis ipſorum gratia, ita probat nos, & non vlciſcitur, ſed commonitionis cauſa Dominus plectit aſpirantes ad ipſum. Reſpondit illi Ozias, Quæcunque dixiſti, ex animo bono profecta ſunt omnia, nec eſt qui ſe tuis opponat ſermonibus. quoniam non hodie primum ſe prodit tua ſapientia, ſed omnis populus tuam intelligentiam à primis temporibus habet cognitam, quod bona ſit animi tui commentatio. Sed populus magna ſiti cruciatus ſecundum ea quæ diximus, nos ſecum coegit agere vt nos obſtringeremus iureiurando, quod minime violabimus. Quare tu nunc, cum mulier pia ſis, pro nobis ſupplica, vt Dominus pluuiam demittat implendis lacunis noſtris, ne ſiti deficiamus. Rurſum Iudith, Audite me, inquit, & facinus edam, quod ad poſteros generis noſtri continuis ætatibus perueniat. [Sicut autem quod loqui mihi datum eſt, eſſe diuinum agnouiſtis: ita quod agere conſtitui à Deo ne proficiſcatur, perpendite, & orate eum vt conſilium meum ratum faciat.] Vos ad portam hac nocte ſtabitis, egoq; cum ancilla mea egrediar [vobis orantibus,] vt intra dies poſt quos dixiſtis vos vrbem hoſtibus noſtris eſſe dedituros, Dominus Iſraelitis per manum meam ſubueniat. Vos autem quid ego ſim actura ne ſciſcitemini: neque enim vobis priuſquam confectum fuerit, quid decreuerim agere declarauero. [Interim nil aliud inſtituatur, præterquam pro me ad Dominum Deum noſtrum precatio.] Cui Ozias, ſimul & proceres reſponderũt, Abi feliciter, & Dominus Deus præeat tibi ad vltionem hoſtium noſtrorum: ſimul conuerſi è tabernaculo, ad ſtationes ſuas diſceſſerunt.*

SCHOLIA IN CAP. VIII.

1 Aliàs, Idox 2 Aliàs, Oziæ, filij Elai, filij Iamnor, 3 Aliàs, Achitob, filij Melchiæ, filij Enan, filij Nathaniæ, filij Salathiel, filij Simeon, filij Ruben. 4 Aliàs, ſex 5 ὅτι ἄν, lego.

## CAP. IX.

QVibus aſcendẽtibus, Iudith ingreſſa eſt oratoriũ 1
ſuũ: & induens ſe cilicio, poſuit cinerẽ ſuper ca-
put ſuũ: & proſternens ſe Domino, clamabat ad
Dominũ, dicens, ¶ Dñe Deus patris mei Si- 2
meõ, qui dediſti illi gladiũ in defenſionẽ alienigenarũ qui
violatores extiterunt in coinquinatione ſua, & denudaue
runt femur virginis in confuſionem: ¶ & dediſti mulieres 3
illorũ in prædam, & filias illorũ in captiuitatẽ: & omnem

Intrat Iudith ſecretũ cubiculũ: & cilicio induta & cinere cõſperſa, Deum orat, cõmemorãs beneficia ipſius & promiſsiones, quibus eum prouocet ad miſericordiam.
Gene. .b.
Gen.34.d.

## CAP. IX.

*TVm Iudith [illis abſcedentibus, dicatam precibus ædiculam ſuam ingreſſa,] in faciem procubuit: cumq; caput ſuum conſperſiſſet puluere, nudato quo induta erat cilicio, cum iam odores illius veſperæ adolerentur in æde Domini Hieroſolymis, magna voce exclamans, dixit, Domine Deus patris mei Simeonis, cui tradidiſti gladium ad vlciſcendum alienigenas, qui virginis vtero ad fœditatem recluſo, & ad turpitudinem nudato femore, locos probro profanarant, (tu enim interdixiſti ne id fieret,) & ea patrarant, ob quæ ad cædem expoſuiſti principes eorum, vt decepti ſtratum ſuum 1 rigarent ſanguine, tum ſeruis ſuper principes, principibuſque in ſedibus ſuis trucidatis, vxores eorum in prædam, inq; captiuitatem filias, & omnia*



*ſpoliæ*

*ſpolia tradidiſti diuidenda charis tibi filijs, ijs qui indignatione tua accenſi oblatum ſanguini ſuo vitiū abominati ſunt, & opem tuam implorauerunt: tu Deus ille mi Deus me etiam exaudi viduam. Tu enim & ea quæ priora ſunt illis, & illa, & quæ ſecuta ſunt deſignaſti: tu præſentia quoque & futura præmeditatus es. Tibi aſtant quorum iuſſi conſilium, & ecce præſto ſumus, inquiunt. In expedito enim ſunt inſtituta tua, & prouiſa iudicia. [Intuere nunc caſtra Aſſyriorum, ſicut olim AEgyptiorum caſtra intueri dignatus es, quando ſeruos tuos armati perſequebantur, freti quadrigis & equitatu ſuo, militumq́; multitudine. Vbi vero ſuper caſtra eorum deſpexiſti, tenebræ fatigarunt illos, pes eorum hæſit in profundo, & aquis obruti ſunt. Hoc idē his quoque cōtingat Domine.] Ecce Aſſyrij ſua potentia multi ſunt, equoq́; ſimul elati & equite, tum lacertis peditum inſoleſcentes, ſcuto, geſo, arcu, fundaq́; fidunt, nec agnoſcunt te Dominum bellorum eſſe diſſipatorem, nomine tuo Dominum. Tu robore tuo infringe vires eorum, [exere vt olim, brachiū tuum,] iraq́; tua conquaſſa potentiam. Nam decreuerunt profanare ſacra tua, & tabernaculum ſedem nominis tui glorioſi polluere, cornuq́; altaris tui ferro deturbare. Superbiam ipſorum intuens demitte iram tuam in capita ipſorum, inſertoq́; viduæ manui meæ robore, quod animo concepi, per labia 2 falſa mea ſeruū ſuper principem, ſuperq́; principem ſeruum trucidando, manu fœminæ frange ipſorum ferociā. [Iugula ſuperbum illum gladio ſuo, & fac vt per me capiatur laqueo oculorum ſuorum. Confirma animum meum, vt contemnam illum, & qua perdam illum virtute me corrobora. Pertinebit enim hoc ad memoriam nominis tui, ſi eum fœminea manus proſtrauerit.] Non enim in multitudine ſitum eſt robur tuum, 3 neque potentia tua in robuſtis: [equorum vires non expetis, nec vnquam ſuperbi tibi placuerunt,] ſed humilium es Dominus, inferiorum adiutor, præſidium infirmorum, deploratorum defenſor, ac ſeruator deſperatorum. Eia age mi paterne Deus, Deus poſſeſsionis Iſraeliticæ, Domine cælorum & terræ, creator aquarum, rex rerum abs te creatarum omnium, tu exaudi preces meas, [quæ miſericordia tua freta ſum, & fœderis tui Domine memento,] conuerte ſermonem meum in fraudem, & vulnus, ac flagellum eorum, qui contra teſtamentum tuum, contraq́; ædem ſacram tuam, contra verticem Sion, contra domum poſſeſſam à filijs tuis dira ceperunt conſilia. [Confirma conſilium in animo meo, vt ædes tua religionem tuam tueatur.] Prode exemplum in omni gente, tribuq́; tua, quo palàm fiat, te omnis virtutis & potentiæ Deum eſſe, nec alium præter te defenſorem gentis Iſraeliticæ.*

prædam in diuiſionem ſeruis tuis qui zelauerunt zelum
tuum: ſubueni quæſo te Domine Deus meus mihi viduæ.
4 ¶ Tu enim feciſti priora, & illa, pòſt illa cogitaſti: ¶ & hoc B
5 factum eſt quod ipſe voluiſti. Omnes enim viæ tuæ pa-
6 ratæ ſunt, & tua iudicia in tua prouidentia poſuiſti. ¶ Re-
ſpice caſtra Aſſyriorum nunc, ſicut tūc caſtra AEgyptio-
rum videre dignatus es, quando poſt ſeruos tuos armati
currebant, confidentes in quadrigis, & in equitatu ſuo, &
7 in multitudine bellatorum. ¶ Sed aſpexiſti ſuper caſtra
8 eorum, & tenebræ fatigauerunt eos. ¶ Tenuit pedes eorū
9 abyſſus, & aquæ operuerunt eos. ¶ Sic fiant & iſti Domi-
ne qui confidunt in multitudine ſua, & in curribus ſuis, &
in contis, & in ſcutis, & in ſagittis ſuis, & in lanceis glorian C
10 tur, ¶ & neſciunt quia tu ipſe es Deus noſter qui conteris
11 bella ab initio, & Dominus nomen eſt tibi. ¶ Erige bra-
chiū tuum, ſicut ab initio: & allide virtutem illorum in
virtute tua: cadat virtus eorum in iracundia tua qui pro-
mittunt ſe violare ſancta tua, & polluere tabernaculum
12 nominis tui, & deijcere gladio ſuo cornu altaris tui. ¶ Fac
13 Domine, vt gladio proprio eius ſuperbia amputetur, ¶ ca-
piatur laqueo oculorum ſuorum in me, & percuties eum
14 ex labijs charitatis meæ. ¶ Da mihi in animo conſtantiā,
15 vt contemnam illum: & virtutem, vt euertam illum. ¶ Erit D
enim hoc memoriale nominis tui, cum manus fœminæ
16 deiecerit eum. ¶ Non enim in multitudine eſt virtus tua
Domine, neque in equorum viribus voluntas tua eſt, nec
ſuperbi ab initio placuerunt tibi: ſed humilium, & manſue
17 torum ſemper tibi placuit deprecatio. ¶ Deus cælorū, crea
tor aquarū, & Dominus totius creaturæ, exaudi me miſe-
ram deprecantem, & de tua miſericordia præſumentem.
18 ¶ Memento Domine teſtamenti tui, & da verbum in ore
meo, & in corde meo conſilium corrobora, vt domus tua
19 in ſanctificatione tua permaneat: ¶ & omnes gentes agno
ſcant quia tu es Deus, & non eſt alius præter te.

Iudic. 4. d. 5. d. 2. Par. 14. c. 16. b. 20. a. iudic. 7. a.

## SCHOLIA IN CAP. IX.

1 ἠρδεύσαντο. aliàs, ἐσ[?]εύσαντο. 2 ἀπάτης. aliàs, ἀγάπης. 3 οὐδὲ ἡ δυναστεία σου ἐν ἰσχύουσι.

## CAP. X.

*CVm autem Deum Iſraeliticum inuocandi finem feciſſet, & hæc verba peregiſſet omnia, ſurrexit procubitu: & ancilla ſua vocata, cum in domicilium, vbi ſabbathis & diebus feſtis ſuis verſabatur, deſcendiſſet, detracto quo fuerat induta cilicio, veſtibuſq́; viduitatis ſuæ depoſitis, corpus aqua prius ablutum, vnguēto pingui perunxit, tum capillis capitis ſui digeſtis mitra ſuperimpoſita, veſtes feſtiuas ſuas, quibus ornari viuo Manaſſe viro ſuo ſolebat, induit: cumq́; ſandalia ſumpſiſſet pedibus, atque armillas, brachialia, annulos, inaures, mundumq́; ſuum omnem aſciuiſſet, vultum ad capiendos intuentium eam virorum oculos perquàm venuſtè compoſuit. [Contulerat autem ipſi Dominus quoque ſplendorem, quòd omnis ornatus iſte non ex laſciuia, ſed ex virtute proficiſceretur.] Poſtremo cum vinarium vtrem vino, & lagenam oleo plenam ancillæ ſuæ tradidiſſet, pera farina, maſſa carycarum, [caſeo,] puriſq́; panibus impleta, & omnibus vaſis ſuis conuolutis, eidemq́; impoſitis, egreſſæ ad portam Bethuliæ vrbis, Oziam & ſenatores ciuitatis Chabrim & Charmim ſtantes ibi repererunt: qui vt viderunt eam, & vultum eius alium, habitumq́; immutatum, pulchritudinem eius admirati vehementer, ſic eam allocuti ſunt, Deus, Deus ille patrum noſtrorum reddat te gratioſam, & inſtituta tua perducat ad gloriam Iſraelitarum, & excellentiam Hieroſolymæ, [vt nomen tuum in numero ſanctorū & iuſtorum celebretur. Et qui tum aderant, omnes vna voce ſubiecerunt,*

## CAP. X.

1 FActum eſt autem, cum ceſſaſſet clamare ad Do- Oratione abſo-
minum, ſurrexit de loco in quo iacuerat proſtra- luta, Iudith
2 ta ad Dominum. ¶ Vocauitque abram ſuam, & exornat ſe, vt
deſcendens in domum ſuam, abſtulit à ſe cilicium, & Holofernem
3 exuit ſe veſtimentis viduitatis ſuæ, ¶ & lauit corpus vincat in Dei
ſuum, & vnxit ſe myrto optimo, & diſcriminauit crinem gloriam.
capitis ſui, & impoſuit mitram ſuper caput ſuum, &
induit ſe veſtimentis iucunditatis ſuæ, induitque ſanda-
lia pedibus ſuis, aſſumpſitque dextraliola, & lilia, &
inaures, & annulos, & omnibus ornamentis ſuis orna-
4 uit ſe. ¶ Cui etiam Dominus contulit ſplendorem: quo- Pulcherrima
niam omnis iſta compoſitio non ex libidine, ſed ex vir- Iudith.
tute pendebat: & ideo Dominus hanc in illam pulchri-
tudinem ampliauit, vt incomparabili decôre omnium
5 oculis appareret. ¶ Impoſuit itaque abræ ſuæ [a] aſcopam B
vini, & vas olei, & polentam, & palathas, & panes, & [a] aſcoperam, vel aſcopytinē.
6 caſeum, & profecta eſt. ¶ Cumque veniſſent ad portam
ciuitatis, inuenerunt expectantem Oziam, & presbyte- Suprà. 8.
7 ros ciuitatis. ¶ Qui cum vidiſſent eam, ſtupentes mirati
8 ſunt nimis pulchritudinem eius. ¶ Nihil tamen interro-
gantes eam, dimiſerunt tranſire, dicentes, Deus patrum
noſtrorum det tibi gratiam, & omne conſilium tui cor-
dis ſua virtute corroboret, vt glorietur ſuper te Ieru-
ſalem, & ſit nomen tuum in numero ſanctorum & iu-
9 ſtorum. ¶ Et dixerunt hi qui illic erant, omnes vna voce:
Fiat



Fiat fiat. ¶ Iudith verò orans Dominum, trāſiuit per por- 10
tas ipſa & abra eius. ¶ Factum eſt autem, cum deſcende- 11
ret montem, circa ortum diei, occurrerunt ei exploratores
Aſſyriorum, & tenuerunt eam, dicentes, Vnde venis? aut
quò vadis? ¶ Quæ reſpondit, Filia ſum Hebræorum, ideo 12
ego fugi à facie eorum, quoniam futurum agnoui quòd
dentur vobis in deprędationem, pro eo quòd contemnen
tes vos, noluerunt vltro tradere ſeipſos, vt inuenirent mi-
ſericordiam in conſpectu veſtro. ¶ Hac de cauſa cogitaui 13
mecum, dicens, Vadam ad faciem principis Holofernis,
vt indicem illi ſecreta illorum, & oſtendam illi quo aditu
poſsit obtinere eos: ita vt non cadat vir vnus de exercitu
eius. ¶ Et cum audiſſent viri illi verba eius, cōſyderabant 14
faciem eius: & erat in oculis eorum ſtupor, quoniam pul-
chritudinem eius mirabantur nimis. ¶ Et dixerūt ad eam, 15
Conſeruaſti animam tuam, eo quòd tale reperiſti conſi-
D lium, vt deſcenderes ad dominum noſtrum. ¶ Hoc autem 16
ſcias, quoniam cum ſteteris in conſpectu eius, bene tibi fa
ciet, & eris gratiſsima in corde eius. Duxeruntque illam
ad tabernaculum Holofernis, annuntiantes eam. ¶ Cumq́; 17
intraſſet ante faciem eius, ſtatim captus eſt in ſuis oculis
Holofernes. ¶ Dixeruntq́; ad eum ſatellites eius, Quis con 18
temnat populum Hebræorum qui tam decoras mulieres
habent, vt non pro his merito pugnare contra eos debea-
mus? ¶ Videns itaq; Iudith Holofernem ſedentem in co- 19
nopœo, quod erat ex purpura, & auro, & ſmaragdo, &
lapidibus pretioſis intextū: ¶ & cum in faciem eius inten- 20
diſſet, adorauit eum, proſternens ſe ſuper terram. Et eleua
uerunt eam ſerui Holofernis, iubente domino ſuo.

Deprehenſa ab exploratoribus deducitur ad Holofernem. C Suprà. 3. c.

*Eſto, fiat,] ſimulq́; Deum adorauerunt. At illa, Portam vrbis, inquit, iubete aperiri mihi, vt egrediar, & ſermones quos mecum habuiſtis, re comprobem. Tum illi iuuenibus imperarunt vt aperirent, quēadmodum illa poſtularat. Quod cum feciſſent illi, Iudith vnà cum ancilla ſua egreſſa eſt, oculis proſequentibus eam oppidanis, cum de monte [circa lucis ortum] deſcenderet, donec vallem peruadentem eam è conſpectu amitterent. Ita profectæ ſunt illæ recta per vallem, donec in Aſſyrios, qui in ſtatione pro caſtris erant, inciderent: 1 qui comprehenſam interrogauerunt eam, Cuias es? & vnde venis, aut quò tendis? Et illa, Hebræis orta ſum, & transfugi ab ipſis, quoniam vobis tradentur diripiendi, [propterea quòd contemptis vobis vltro ſe dedere, vt veniam à vobis impetrarent, noluerunt.] In conſpectum autem Holophernis magiſtri copiarum veſtrarum venio, vt ei vera dicta referam, viamq́; commonſtrem ante oculos, per quam ingreſſus tota montana regione potiatur, nec vllius corporis militum ſuorū, aut animalis ſpiritus patiatur incommodum. His verbis eius auditis, viri illi contemplati vultum ipſius, admirationeq́; vehementi pulchritudinis eius capti, dixerunt illi, Conſeruaſti vitam tuam, quæ [tali vſa conſilio,] in conſpectum dominē noſtri properaris deſcendere. Quapropter nunc perge ad tabernaculum eius: deducent enim te aliquot è nobis, donec te in manus eius tradiderint. Verum vbi coram eo conſtiteris, ne conſterneris animo, ſed ſecundum hæc dicta tua perage narrationē, & bene tractabit te, [eriſq́; animo ipſius gratiſsima.] Selegerunt ergò ex ſe viros centum, qui iuncto ipſi ſimul & ancillæ curru, ad tentorium Holophernis eam aſportauerunt. Tum concurſu totis caſtris facto, quòd fama aduentus ipſius permanauiſſet in tabernacula, turba venientiū circunfundere ſe illi, extra tabernaculum Holophernis expectanti, dum illi de ipſa afferretur nuntius, & mirari pulchritudinem ipſius, adeoq́; propter ipſam ſtupere Iſraelitas, & alius alij dicere, Quis autem contemnat populum iſtum, qui tales alit apud ſe mulieres? [pro quibus non immerito cum illis depugnemus.] Sanè non eſt vtile vel vnum relinqui virum ex illis, qui dimiſsi facile queant totum orbem in fraudem pellicere. Porrò progreſsi excubitores Holophernis & omnes ſerui eius, introduxerunt illam in tabernaculum. Fortè tum Holophernes quieſcebat ſuper lecto ſuo in conopæo intertexto purpura, auro, ſmaragdo, lapidibuſq́; pretioſis: cumq́; accepiſſet de illa nuntium, prodijt in veſtibulum tabernaculi, præcedentibus eum lampadibus argenteis. Ibi cum Iudith in conſpectum eius, & miniſtrorum ipſius veniſſet, omnes venuſtatem vultus eius mirati ſunt, [& aſpectu primo captus Holophernes:] illa vero procubuit in faciem, & eum adorauit.*

## SCHOLIA IN CAP. X.

1 συνελάβοντο.

## CAP. XI.

TVnc Holofernes dixit ei, AEquo animo eſto, & 1
noli pauere in corde tuo: quoniam ego nunquam
nocui viro qui voluit ſeruire Nabuchodonoſor
regi. ¶ Populus autem tuus ſi non contempſiſſet me, non 2
alleuaſſem lanceam meam ſuper eum. ¶ Nunc autem dic 3
mihi, qua ex cauſa receſsiſti ab illis, & placuit tibi vt ve-
nires ad nos? ¶ Et dixit illi Iudith, Sume verba ancillæ 4
tuæ: quoniam ſi ſecutus fueris verba ancillæ tuæ, perfe-
ctam rem faciet Dominus tecum. ¶ Viuit enim Nabu- 5
chodonoſor rex terræ, & viuit virtus eius quæ eſt in te
ad correptionem omnium animarum errantium: quo-
niam non ſolum homines ſeruiunt illi per te, ſed & be-
B ſtiæ agri obtemperant illi. ¶ Nuntiatur enim animi tui 6
induſtria vniuerſis gentibus, & indicatum eſt omni ſe-
culo quoniam tu ſolus bonus & potens es in omni regno
eius, & diſciplina tua omnibus prouincijs prædicatur.
¶ Nec hoc latet quod locutus eſt Achior, nec illud igno- 7
ratur quod ei iuſſeris euenire. ¶ Conſtat enim Deum no- 8
ſtrum ſic peccatis offenſum, vt mandauerit per prophe-
tas ſuos ad populum, quòd tradat eum pro peccatis ſuis.

Holofernes ad ſe adductam Iudith confortat, quærens quare venerit.
Iudith itineris cauſam aſtute Holoferni aperiens, illi imponit.
Suprà. 5. a.

## CAP. XI.

*CVmq́; ſerui Holophernis releuauiſſent eam, ipſe ſic eſt eam allocutus, Bene ſpera mulier, nec expaueſcas animo, neque enim ego quenquam afflixi, qui regi totius terræ NabuchodonoZori ſeruire voluit. Quod niſi me contempſiſſet populus iſte tuus montanam regionem inſidens, non vtique erexiſſem haſtam meam aduerſus eum: ipſe autē horū ſibi cauſa eſt. Iam verò dic tu mihi qua de cauſa transfugeris ab illis, & huc adueneris: venis enim ſalutariter. Bono animo eſto, vtpote victura hac nocte, atque deinceps. neque enim eſt qui tibi faciat iniuriam, ſed bene tractaberis, quemadmodum tractari ſolent ſerui domini mei regis NabuchodonoZoris. Cui reſpondit Iudith, Accipe dicta ancillæ tuæ, vt famula tua coram te verba faciat: nec mendacium hac nocte domino meo enuntiauero. Quòd ſi ancillæ tuæ monita ſecutus fueris per omnia, Deus rem tecum conficiet, nec dominus meus excidet inſtitutis ſuis. Teſtor enim vitam regis totius terræ NabuchodonoZoris, & potentiam eius qui te miſit ad reſtitutionem viuorum omnium, non ſolum fore vt homines illi 1 per te ſeruiant, ſed feræ quoque agreſtes, & pecudes, volucreſq́; cæli per potentiam tuam ſub NabuchodonoZoris totiuſq́; domus ipſius viuant imperio. Nam ſapientiam tuam, & calliditatem animi tui nos audiuimus, totaq́; terra diuulgatum eſt, te ſolum eſſe eximium in omni regno ſcientiaq́; præſtantem, & diſciplina militari admirandum. Iam verò ſermonem quoque, quem in conſeſſu tuorum Achior habuit, & quæ verba fecerit intelleximus, [tum etiam quibus eum modis tractandum curaris.] Adepti ſunt enim eum incolæ Bethuliæ, quibus omnia quæ apud te locutus eſſet, retulit. Quapropter monita eius domine dominator, ne fueris aſpernatus, ſed corde tuo recōdas ea, quoniam vera ſunt. Non enim obnoxiū eſt ſupplicio genus noſtrū, nec valet aduerſus ipſum gladius, niſi peccatis Deū ſuū offenderit. [Cōſtat autē eum iam peccatis noſtris ſic eſſe offenſum, vt per prophetas ſuos mādata dederit ad populum, ſe propter peccata pœnis eum eſſe dediturū.*

Et quoniam

*Et quoniam Iſraelitæ ſciunt ſe Deum ſuum infenſum ſibi reddidiſſe, timore tui correpti ſunt.] Iam verò ne dominus meus ſpe decidat, nevè diſcedat infecta re, ſed mors faciem illorum impetat, tale peccatum inuaſit eos, quo irritabunt Deū ſuum, ſi nefas admiſerint. Quoniam enim defecerunt eos alimenta, & laborant inopia aquarum, iumenta ſua decreuerūt inuadere, [& bibere ſanguinem illorum,] & quoruncunque cibo Deus legibus ſuis interdixit illis, ea conſumere ſtatuerunt: primitiasq; adeò frugum, & decimas vini atque olei, quas conſecratas reſeruarant ſacerdotibus Hieroſolymis in conſpectu Dei noſtri miniſtrantibus, eas conficere cōſtitutum habent: cum eas ne manibus quidem fas ſit quenquam è populo contingere. Miſerunt autem Hieroſolymam, (nam & ipſius incolæ patrauere talia) qui ſibi licentiam referant à ſenatu. Accidet igitur vt, cum hoc accepto reſponſo fecerint, illa die tibi tradantur ad interitum. Quapropter ego ancilla tua cognitis his omnibus, transfugi ab ipſis, & miſit me Deus [iratus illis] ad conficiendam tecum rem, quæ terras omnes, ad quas ea fama permanarit, ſtupore afficiat. Religioſa enim eſt ancilla tua, Deumq; colit noctes & dies. Quare nūc apud te morabor domine, & egredietur ancilla tua in vallem noctu, Deoq; ſupplicabo, vt mihi renuntiet quando peccata ſua commiſerint. tum accedam, & rem ad te referam, & erumpes cum omnibus copijs tuis, nec erit quiſquam illorum qui tibi reſiſtat, egoq; te ducam per mediam Iudæam, donec peruenias in conſpectum Hieroſolymæ, ſedemq; tuam in medio illius collocem. Ita illos vt oues paſtore deſtitutas ages, ac ne canis quidem lingua ſua tibi obganniet. Hæc enim mihi per prænotionem dicta ſunt & enuntiata, tibiq; renūtiatum ea miſſa*

9 ¶ Et quoniam ſciunt ſe offendiſſe Deum ſuum filij Iſrael,
10 tremor tuus ſuper ipſos eſt. ¶ Inſuper etiam fames inua-
ſit eos, & ab ariditate aquæ iam inter mortuos computan
11 tur. ¶ Denique hoc ordinant, vt interficiant pecora ſua,
12 & bibant ſanguinem eorum: ¶ & ſancta Domini Dei ſui C
quæ præcepit Deus, non contingi, in frumento, vino, &
oleo, hæc cogitauerunt impendere, & volunt conſumere
quæ nec manibus deberent contingere. ergo quoniā hæc
13 faciunt, certum eſt quòd in perditionem dabūtur. ¶ Quod
ego ancilla tua cognoſcens, fugi ab illis, & miſit me Do-
14 minus hæc ipſa nuntiare tibi. ¶ Ego enim ancilla tua Deū
colo, etiam nunc apud te: & exiet ancilla tua, & orabo
15 Deum, ¶ & dicet mihi quando eis reddat peccatum ſuum,
& veniens nuntiabo tibi, ita vt ego adducam te per mediā
Ieruſalem, & habebis omnem populum Iſrael, ſicut oues
quibus non eſt paſtor, & non latrabit vel vnus canis con-
16 tra te, ¶ quoniam hæc mihi dicta ſunt per prouidentiam D
17 Dei. ¶ Et quoniam iratus eſt illis Deus, hæc ipſa miſſa ſum
18 nuntiare tibi. ¶ Placuerunt autē omnia verba hæc coram
Holoferne, & coram pueris eius, & mirabantur ad ſapien
19 tiam eius, & dicebant alter ad alterum, ¶ Non eſt talis
mulier ſuper terram in aſpectu, in pulchritudine, & in
20 ſenſu verborum. ¶ Et dixit ad illam Holofernes, Bene-
fecit Deus qui miſit te ante populum, vt des illum tu in
21 manibus noſtris. ¶ & quoniam bona eſt promiſſio tua,
ſi fecerit mihi hoc Deus tuus, erit & deus meus, & tu in
domo Nabuchodonoſor magna eris, & nomen tuum no-
minabitur in vniuerſa terra.

*ſum. Hi ſermones eius placuerunt Holopherni, & miniſtris ipſius omnibus, & ſapientiam eius mirati ſunt, dicentes, Non eſt mulier 2 ab extremo ad extremum terræ venuſtate vultus & peritia dicendi ſimilis: ſimul Holophernes eam ſic eſt allocutus, 3 Bene fecit Deus ille, qui te præmiſit iſti populo, vt afferres robur manibus noſtris, contemptoribuſq; domini mei perniciem. Sanè quidem tu venuſta es aſpectu, & ad dicendum bene comparata: quòd ſi perfeceris quæ pollicita es, Deus erit mihi deus ille tuus: tu verò ſedebis in domo regis Nabuchodonozoris, & per totam terram celebraberis.*

## SCHOLIA IN CAP. XI.

1 ὄψιά σου 2 ἀπ' ἄκρου ἕως ἄκρου τῆς γῆς 3 εὖ ἐποίησεν.

## CAP. XII.

*TVm iuſſit eam introduci in cellam argenteæ ſuæ ſupellectilis, deq; cibarijs ſuis menſam ei conſternendam, & potum de vino ſuo præbendum conſtituit. At Iudith, De his non edam, inquit, ne qua cōtrahatur offenſio, ſed de eis quæ mecum delata ſunt, mihi miniſtrabitur. Cui Holophernes, Si verò defecerint hæc quæ penes te ſunt, vnde petemus quæ tibi demus his ſimilia? Nihil enim nobis è genere tuo ſuppetit. Reſpondit illi Iudith, Vt animā tuam mi domine viuere verum eſt, ita non conſumet ancilla tua quæ mihi ſunt, priuſquā Dominus per manū meā cōſiliū ſuū fuerit executus. Introduxerunt igitur eam ſerui Holophernis in tabernaculū: vbi cum in mediā vſq; noctē dormiuiſſet, ſub matutinā vigiliā exurrexit, & miſit ad Holophernē qui diceret, Iubeat iam Dn̄s meus ancillam ſuā emitti ad precationē. Cumq; edixiſſet Holophernes ſtipatoribus corporis ſui, ne prohiberent ipſam, māſit in caſtris tribus diebus, noctu in vallem Bethuliæ egrediēs, & aqua ſe abluēs in fonte qui erat in caſtris: cumq; aſcenderet, orabat Dominū Deum Iſraeliticū vt inſtitutum ſuū ad leuandum genus populi ſui feliciter proueheret: & regreſſa, in tabernaculo munda permanebat, donec cibū ſuum caperet ſub veſperā. Euenit autem die quarto vt celebraret Holophernes 3 conuiuium cū ſeruis ſuis ſolis, nec ad concænationē quenquā inuitaſſet eorū qui præerant negotijs. Tum Holophernes Bagoæ eunucho præfecto facultatibus ſuis omnibus, I, ait, perſuade iſti mulieri Hebrææ quæ penes te eſt, vt veniat ad nos, & nobiſcū edat ac bibat. Nā ecce perſonæ noſtræ fuerit ignominioſum, ſi talem mulierem ſine habita cum ea conſuetudine prætermiſerimus: & ſi minus eam attraxerimus, nos irridebit etiam. Egreſſus ergo à conſpectu Holophernis Bagoas, & ad*

## CAP. XII.

1 TVnc iuſſit eam introire vbi repoſiti erant theſauri
eius, & iuſſit illic manere eam, & conſtituit quid
2 daretur illi de conuiuio ſuo. ¶ Cui reſpondit Iu-
dith, & dixit, Nunc nō potero manducare ex his quæ mi-
hi præcipis tribui, ne veniat ſuper me offenſio: ex his autē
3 quæ mihi detuli, manducabo. ¶ Cui Holofernes ait, Si de-
fecerint tibi iſta quæ tecum detuliſti, quid faciemus tibi?
4 ¶ Et dixit Iudith, Viuit anima tua domine meus, quoniam
non expendet omnia hæc ancilla tua, donec faciat Deus
in manu mea hæc quæ cogitaui. Et induxerunt illam ſer- B
5 ui eius in tabernaculum quod præceperat. ¶ Et petijt
dum introiret, vt daretur ei copia nocte & ante lucem
egrediendi foras ad orationem, & deprecandi Dominum.
6 ¶ Et præcepit cubicularijs ſuis, vt ſicut placeret illi, exiret
& introiret ad adorandum Deum ſuum per triduum.
7 ¶ Et exibat noctibus in vallem Bethuliæ, & baptizabat
8 ſe in fonte aquæ. ¶ Et vt aſcendebat, orabat Dominum
Deum Iſrael, vt dirigeret viam eius ad liberationem po-
9 puli ſui. ¶ Et introiens, munda manebat in tabernacu- C
10 lo, vſque dum acciperet eſcam ſuam in veſpere. ¶ Et fa-
ctum eſt in quarto die Holofernes fecit cœnā ſeruis ſuis,
& dixit ad Vagao eunuchum ſuum, Vade, & ſuade He-
11 bræam illam vt ſponte conſentiat habitare mecum. ¶ Fœ-
dum eſt enim apud Aſſyrios, ſi fœmina irrideat virum
12 agendo, vt immunis ab eo trāſeat. ¶ Tunc introiuit Vagao
ad Iudith, & dixit, Non vereatur bona puella introire ad
dominū meū, vt honorificetur ante faciē eius, vt māducet D
13 cum eo, & bibat vinū in iucūditate. ¶ Cui Iudith reſpōdit,

Holofernes iubet introduci Iudith in locū theſaurorum. Gene. 43. f. Dani. 12. b. tob. 1. b.

Petit Iudith ſibi dari facultatem nocte & ante lucem foris orandi.

Mittitur Vagao ad Iudith vt ſuadeat ei conſentire Holoferni.

*illam ingreſſus, Ne pigeat, inquit, ancillam formoſam hanc adire dominum meum, corāq; eo decorari gloria, tum vinum nobiſcum bibere ad hilaritatem, & hac die more filiarum Aſſyricarum, quæ in domo Nabuchodonozoris aſſiſtunt, ſe gerere. Cui Iudith,*

*Quænam*



Quæ ego ſum, vt contradicā domino meo? ¶ Omne quod 14
erit ante oculos eius bonum & optimum, faciam. Quic-
quid autem illi placuerit, hoc mihi erit optimum omnibus
diebus vitæ meæ. ¶ Et ſurrexit, & ornauit ſe veſtimento 15
ſuo, & ingreſſa ſtetit ante faciem eius. ¶ Cor autem Holo 16
fernis concuſſum eſt: erat enim ardens in concupiſcentia
eius. ¶ Et dixit ad eam Holofernes, Bibe nunc, & accum- 17
be in iucunditate: quoniam inueniſti gratiam coram me.
¶ Et dixit Iudith, Bibam domine, quoniam magnificata 18
eſt anima mea hodie præ omnibus diebus meis. ¶ Et acce- 19
pit, & manducauit, & bibit corā ipſo ea quæ parauerat illi
ancilla eius. ¶ Et iucūdus factus eſt Holofernes ad eam, bi 20
bitq; vinū multū nimis, quātū nunquā biberat in vita ſua.

Venit Iudith ad Holofernem.

Ebrius Holofernes.

*Quænam ego ſum, vt quid domino meo denegem? quin quicquid ei placuerit, gratumq; fuerit, propere faciam, quod mihi vſque ad diem obitus mei ſit gloriationi: ſimul exurgens ſe veſtitu, & omni mundo muliebri exornauit: acceſſitq; ancilla eius, & ex aduerſo Holopherni ſtrauit ei pelles humi, quas à Bagoa in vſum quotidianum ſuum acceperat, vt ſuper ijs recumbens cibum caperet. Cumq; acceſſiſſet Iudith, ac diſcubuiſſet, exarſit cor Holophernis in eam, animuſq; commotus eſt, vt congreſſum ipſius vehementer appeteret. Iam enim ex quo primum die conſpicatus eam fuerat, obſeruabat occaſionem, qua ea 4 abuteretur. Hortabatur igitur eam Holophernes, Bibe iam, & præbe te nobiſcum hilarem, [quoniam nacta es apud me gratiam.] Et Iudith, Sanè bibam, inquit, domine, quoniam magnificentiam adepta eſt in me hodie vita mea maiorem, quàm vllo ex quo nata ſum tempore. ſimul edere coram eo bibereq; cœpit, quæ ſibi ab ancilla ſua parata fuerant. Lætatus eſt itaque propter eam Holophernes, & vini quāplurimum bibit, quantū nunquam aliâs biberat vno die ex quo natus fuerat.*

## SCHOLIA IN CAP. XII.

3 משתה 4 ἀπατῆσαι.

## CAP. XIII.

VT autem ſero factum eſt, feſtinauerūt ſerui illius 1
ad hoſpitia ſua, & concluſit Vagao oſtia cubicu-
li, & abijt. ¶ erant autem omnes fatigati à vino. 2
¶ Eratque Iudith ſola in cubiculo: ¶ porrò Holofernes 3
iacebat in lecto, nimia ebrietate ſopitus. ¶ Dixitq; Iudith 4
puellæ ſuæ vt ſtaret foris ante cubiculum, & obſeruaret. 5
¶ Stetitque Iudith ante lectum, orans cum lachrymis, & 6
labiorum motu in ſilentio, ¶ dicens, Confirma me Do- 7
mine Deus Iſrael, & reſpice in hac hora ad opera ma-
nuum mearum, vt ſicut promiſiſti, Ieruſalem ciuitatem
tuam erigas: & hoc quod credens per te poſſe fieri cogi-
taui, perficiam. ¶ Et cum hæc dixiſſet, acceſſit ad co- 8
lumnam, quæ erat ad caput lectuli eius, & pugionem
eius qui in ea ligatus pendebat, exoluit. ¶ Cumque eua- 9
ginaſſet illum, apprehendit comam capitis eius, & ait,
Confirma me Domine Deus in hac hora. ¶ & percuſſit 10
bis in ceruicem eius, & abſcidit caput eius, & abſtulit
conopœum eius à columnis, & euoluit corpus eius trun-
cum. ¶ Et poſt puſillum exiuit, & tradidit caput Holo- 11
fernis ancillæ ſuæ, & iuſſit vt mitteret illud in peram
B ſuam. ¶ Et exierunt duæ, ſecundum conſuetudinē ſuam, 12
quaſi ad orationem, & tranſierunt caſtra: & gyrantes
vallem, venerunt ad portam ciuitatis. ¶ Et dixit Iudith 13
alonge cuſtodibus murorum, Aperite portas, quoniam
nobiſcum eſt Deus qui fecit virtutem in Iſrael. ¶ Et fa- 14
ctum eſt, cum audiſſent viri vocem eius, vocauerunt preſ-
byteros ciuitatis. ¶ Et occurrerunt ad eam omnes, à mini- 15
mo vſque ad maximum: quoniam ſperabant eam iam non
eſſe venturam. ¶ Et accendentes luminaria congyrauerūt 16
circa eam vniuerſi: illa autem aſcendens in eminentiorem
locum iuſſit fieri ſilentium. Cumque omnes tacuiſſent,
¶ dixit Iudith, Laudate Dominum Deum noſtrum qui nō 17
deſeruit ſperantes in ſe: ¶ & in me ancilla ſua adimpleuit 18
miſericordiam ſuam, quam promiſit domui Iſrael: & in-
terfecit in manu mea hoſtem populi ſui in hac nocte. ¶ Et 19
proferens de pera caput Holofernis, oſtendit illis, dicens,
Ecce caput Holofernis principis militiæ Aſſyriorum: &
ecce conopœum illius, in quo recumbebat in ebrietate
ſua, vbi per manum fœminæ percuſſit illum Dominus
C Deus noſter. ¶ Viuit autem ipſe Dominus, quoniam cu- 20
ſtodiuit me angelus eius & hinc euntem, & ibi commo-
rantem, & inde huc reuertentem: & non permiſit me Do-
minus ancillam ſuam coinquinari, ſed ſine pollutione
peccati reuocauit me vobis gaudentem in victoria ſua,
in euaſione mea, & in liberatione veſtra. ¶ Confite- 21
mini illi omnes, quoniam bonus, quoniam in ſeculum
miſericordia eius. ¶ Vniuerſi autem adorantes Domi- 22
num, dixerunt ad eam, Benedixit te Dominus in virtu-
te ſua, quia per te ad nihilum redegit inimicos noſtros.

Eccleſiaſt. 31. Holoferne ebrietate ſopito, & puella oſtium obſeruante, Iudith caput eius præſcindit, & ciuibus ſuis defert.

1. Reg. 17. 1. mach. 7.

Hortatur Iudith populum ad laudem Dei ob partam victoriam de Holoferne.

Pſal. 105. a. & 106. a.

## CAP. XIII.

*CVm autem iam ſerum eſſet, feſtinarunt ſerui eius ſe recipere, & Bagoas foris occluſit tabernaculum, præſenteſq; omnes à conſpectu domini ſui dimiſit, ſua quiſque cubilia petiere, quòd omnes defeſſi eſſent longa compotatione. Relicta eſt itaque Iudith in tabernaculo ſola, & Holophernes proiectus in lecto ſuo, quòd perfuſus eſſet ebrietate. Iuſſerat autem Iudith ancillam ſuam aſtare extra cubiculum, & ſe pro quotidiano more obſeruare exeuntem. Dixerat enim ſe exituram ad precationē ſuam, & in eandē ſententiā cum Bagoa loquuta fuerat. Cum ergo omnes è cōſpectu ipſius diſceſſiſſent, nec quiſquā relictus eſſet in cubiculo paruus aut magnus, Iudith apud lectū illius ſtans in animo ſecū, Domine Deus omnis virtutis, inquit, reſpice hac hora ad opera manuum 1 mearū, vt extollatur Hieroſolyma [ſicut promiſiſti.] Quoniā nunc tēpus eſt adiuuandi poſſeſſionē tuā, & [orta ex fiducia in te] inſtituta 2 mea perficiendi, ad conquaſſationē hoſtium, qui in nos coorti ſunt: ſimul acceſſit ad columellam lecti quæ erat 3 ad caput Holophernis, & acinacem illius inde deſumpſit. Cūq; lecto ſe applicuiſſet, coma capitis eius apprehēſa, Corrobora me hodie Domine Deus Iſraelis, inquiens: inflixit duos ictus in ceruicē eius quantū poterat, & caput amputauit: tum deinde corpore eius de ſtrato deuoluto, ablatoq; de colūnis conopæo, paulo poſt egreſſa caput Holophernis ancillæ ſuæ tradidit: quod cum illa in perā cibariam ſuam immiſiſſet, egreſſæ ſunt ambæ ſimul, quò ad precationē more ſolebāt. Ita è caſtris euadētes vallē illā ambierunt, montēq; Bethuliæ cōſcēderunt. Cūq; ad portas eius perueniſſent, Iudith procul clamauit portarū vigilibus, Aperite agite portā, aperite: adeſt nobis Deus Deus ille noſter, robur adhuc exercēs Hieroſolymis, & cōtra hoſtes potentiā, quemadmodū fecit & hodie. Hac voce ipſius exaudita, oppidani ad portā vrbis ſuæ propere deſcēderūt: cūq; ſenatores ciuitatis cōuocaſſent, concurſu vnà omniū à minimo vſq; ad maximū facto, (quoniā inſperatus erat ipſius reditus,) igneq; cauſa lucis accēſo, aperta porta receptas illas circunſtete rūt. Ipſa verò [cū in editū locū aſcēdiſſet, ſilētio facto] magna voce, Laudate Deū, inquit, & prædicate eum, quoniā miſericordiā ſuā Iſraeliticæ domui nō ſubſtraxit, [nec deſeruit ſperātes in ſe,] ſed hoſtes noſtros hac nocte mea manu cōquaſſauit. Simul caput è pera prolatū illis oſtētabat, dicēs, Ecce caput Holophernis magiſtri copiarū Aſſyricarū, ecce & conopæum in quo recubabat ebrius, cū eum Dominus manu fœminea cæderet. Viuū illum Dominū, qui me per viā qua ſum ingreſſa conſeruauit, teſtor illū mea facie deceptū in perniciē ſuam, nullū in me fœdum aut turpe patrauiſſe flagitium. [Dominus me vobis lætam, victricem & incolumem liberatis vobis reſtituit. Ipſum prædicate omnes, quia benignus eſt, & miſericordia eius ſempiterna.] Tum populus vehemēter obſtupuit: cūq; Deū inclinatus adoraſſet, ſimul omnis, Celebrādus es Deus noſter, inquit, qui hoſtes populi tui hodierno die ad nihilū redegeris.*

1 μου.
2 μου aliâs, σου.
3 πρὸς κεφαλῆν.

*Illi*

*Illi verò dixit Ozias, Beneficio Dei altiſsimi felix es, ô filia ſupra omnes mulieres terræ, & celebrandus eſt Dominus Deus ille cæli terræq; conditor, qui te direxit ad caput ducis hoſtium noſtrorum conquaſſandum. Quoniam non abſcedet vnquam 4 ſpes tua ab animo hominum potentiam Dei commemorantium. Hoc ergo tibi conferat Deus ad ſempiternam excellentiam 5 vt te bonis locupletet, eo quòd vitæ tuæ non peperciſti, cum affligeretur genus noſtrum, ſed rectam coram Deo noſtro viam ingreſſa, ruinæ noſtræ ſubueniſti. Et ſubiecit vniuerſus populus, Eſto, fiat.*

4 id eſt, memoria ſpei tuæ. 5 vel, adſit tibi beneuolus.

CAP. XIIII.

*Porrò autem allocuta eſt eos Iudith, Audite me fratres, & acceptum caput hoc in pinna murorum noſtrorum ſuſpendite: cumq; diluxerit dies, ac ſol ſuper terrã emerſerit, arma belli veſtra quiſque capietis, & ex vrbe viri valentes omnes cum duce vobis dato erumpetis, vt in campum deſcenſuri ad primam ſtationem Aſſyriorum, nec tamen deſcendentes. Tum illi ſumptis vniuerſis armis ſuis, contendent in caſtra ſua, duces copiarum Aſſyricarum excitaturi, & ad tabernaculum Holophernis curſum dirigent: quo non inuento [niſi trunco in ſanguine volutato,] terror ingruet in illos, & à conſpectu veſtro diffugient. Tum vos inſequentes vnà cum omnibus qui fines Iſraeliticos incolunt, per vias ſuas illos proſternite. [Dominus enim pedibus veſtris conculcandos eos ſubijciet.] Verum antequàm hæc fiant, accerſite mihi Achiorem Ammonitam illum miſſum ad nos tãquam ad interitum vt conſpectum agnoſcat domus Iſraeliticæ cõtemptorem. Vocatus eſt ergo Achior ex domo Oziæ, qui vt venit, & caput Holophernis in manu viri cuiuſdam in concione populi vidit, in faciem prolapſus eſt, & defectus animo: releuatuſq; accidit ad pedes Iudith, & cum faciem eius adoraſſet, dixit, Celebranda es per omnia Iudæ tabernacula, & apud omnes gentes, quæ fama nominis tui commotæ fuerint. Sed recenſe mihi nunc quæ per hos dies geſſeris. Et recitauit ei Iudith in media concione quæcunque geſsiſſet, ex qua primũ die fuerat egreſſa, vſque ad tempus quo loquebatur apud illos. [Deus Iſraeliticus, inquit, quem tu teſtatus es ſe vindicaturum de inimicis ſuis, is hac nocte caput omniũ impiorũ amputauit mea manu: quod ita eſſe probat caput hoc Holophernis, qui ſuperbo contemptu vituperauit Deũ Iſraeliticũ, & interitũ tibi minatus eſt cum diceret, Expugnato populo Iſraelitico, præcipiã latera tua gladio tranſuerberari.] Poſtquam autẽ dicendi finẽ fecit, populus magna voce iubilans, lætos per vrbem ſuam clamores iactauit. Achior verò quæ Deus Iſraeliticus feciſſet videns omnia, Deo magnopere fiſus eſt, carneq; præputij ſui circũciſa, coniunctus domui Iſraeliticæ [cũ omni generis ſui poſteritate] vſque in præſentẽ diem. Cum autẽ dies illuxiſſet, capite Holophernis de muris ſuſpenſo, omnes viri ſumptis armis in ſpiram circumeuntes ad deſcenſum montis egreſsi ſunt: quos cõſpicati Aſſyrij, nuntios ad centuriones ſuos dimittere, illiq; porrò contendere ad duces & tribunos, omneſq; principes ſuos: qui cum ad tabernaculum Holophernis perueniſſent, curatori omnis ſupellectilis eius dicere, Excita verò dominum noſtrum: quoniam ſerui iſti ad nos in pugnam deſcendere auſi ſunt, vt deleantur funditus. [Porrò ante veſtibulum cubiculi tumultuantes, cauſa illius excitandi ſtrepitum edebant de induſtria, vt non excitantium, ſed perſtrepentium opera potius excitaretur. nemo enim cubiculum Aſſyricæ maieſtatis pulſare audebat, aut vt introiret aperire. Tum ingreſſus Bagoas pulſauit atrium tabernaculi, quòd eum cum Iudith dormire ſuſpicaretur. Cum autẽ eum nemo exaudiret, dimotis foribus in cubiculum ingreſſus: vt inuenit illũ proiectũ in lecto, & adempto capite mortuũ, exclamans voce magna cum fletu, gemitu, vociferationeq; valida veſtimẽta ſua dilacerat, atque in tabernaculum etiã, vbi Iudith ſolebat recũbere, ingreſſus, vbi nec eam inuenit: ad populũ proſilit vociferãs, Nefas admiſere ſerui, vna mulier Hebræa ignominiã in domũ regis Nabuchodonozoris intulit. nam ecce humi proſtratus Holophernes, trũcuſq; capite. Hæc verba cũ audiſſent principes exercitus Aſſyrici, dilacerauerũt tunicas ſuas, & animo vehemẽter cõſternati ſunt, clamorq; & vociferatio magna in medijs caſtris exorta eſt.*

23 ¶ Porrò Ozias princeps populi Iſrael, dixit ad eam, Be-
nedicta es tu filia à Domino Deo excelſo præ omnibus
24 mulieribus ſuper terram. ¶ Benedictus Dominus qui crea
uit cælum & terram, qui te direxit in vulnera capitis prin
25 cipis inimicorum noſtrorum, ¶ qui hodie nomen tuum ita
magnificauit, vt non recedat laus tua de ore hominũ qui
memores fuerint virtutis Domini in æternum, pro quibus
non peperciſti animæ tuæ propter anguſtias & tribula- D
tionem generis tui, ſed ſubueniſti ruinæ ante conſpectum
26 Dei noſtri. ¶ Et dixit omnis populus, Fiat fiat. ¶ Porrò
27 Achior vocatus venit, & dixit ei Iudith, Deus Iſrael cui
tu teſtimonium dediſti quòd vlciſcatur ſe de inimicis ſuis,
ipſe caput omnium incredulorum incidit in hac nocte in
28 manu mea. ¶ Et vt probes quia ita eſt, ecce caput Holofer
nis, qui in contemptu ſuperbiæ ſuæ Deum Iſrael contem-
pſit, & tibi interitum minabatur, dicens, Cum captus fue-
rit populus Iſrael, gladio perforari præcipiam latera tua.
29 ¶ Videns autem Achior caput Holofernis, anguſtiatus
præ pauore cecidit in faciem ſuam ſuper terram, & æſtua-
30 uit anima eius. ¶ Poſtea verò quàm reſumpto ſpiritu re-
creatus eſt, procidit ad pedes eius, & adorauit eam, & di-
31 xit, ¶ Benedicta tu à Deo tuo in omni tabernaculo Iacob,
quoniam in omni gente quæ audierit nomen tuum, ma-
gnificabitur ſuper te Deus Iſrael.

CAP. XIIII.

Caput Holofernis in muro ſuſpenditur. 2.mach.15.e.

1 Dixit autem Iudith ad omnem populum, Audite
me fratres: Suſpendite caput hoc ſuper muros no
2 ſtros: ¶ & erit, cũ exierit ſol, accipiat vnuſquiſq;
arma ſua, & exite cum impetu: non vt deſcendatis deor-
3 ſum, ſed quaſi impetum faciẽtes. ¶ Tunc exploratores ne-
ceſſe erit vt fugiant ad principẽ ſuũ excitandũ ad pugnã.
4 ¶ Cumq; duces eorũ cucurrerint ad tabernaculum Holo-
fernis, & inuenerint eum truncũ in ſuo ſanguine volutatũ,
5 decidet ſuper eos timor. ¶ Cũq; cognoueritis fugere eos,
ite poſt illos ſecuri, quoniã Dominus cõteret eos ſub pedi B
6 bus veſtris. ¶ Tunc Achior videns virtutẽ quã fecit Deus
Iſrael, relicto gentilitatis ritu, credidit Deo, & circuncidit
carnẽ præputij ſui, & appoſitus eſt ad populum Iſrael, &
7 omnis ſucceſsio generis eius vſq; in hodiernũ diẽ. ¶ Mox
autẽ vt ortus eſt dies, ſuſpẽderunt ſuper muros caput Ho-
lofernis, accepitq; vnuſquiſq; vir arma ſua, & egreſsi ſunt
8 cum grandi ſtrepitu & vlulatu. ¶ Quod videntes explora
9 tores, ad tabernaculum Holofernis cucurrerũt. ¶ Porrò hi
qui in tabernaculo erãt veniẽtes, & ante ingreſſum cubi-
culi perſtrepẽtes, excitãdi gratia, inquietudinẽ arte molie
bantur, vt nõ ab excitãtibus, ſed à ſonantibus Holofernes C
10 euigilaret. ¶ nullus enim audebat cubiculũ virtutis Aſſy-
11 riorũ pulſando aut intrando aperire. ¶ Sed cum veniſſent
eius duces ac tribuni, & vniuerſi maiores exercitus regis
12 Aſſyriorũ, dixerũt cubicularijs, ¶ Intrate, & excitate illũ:
quoniam egreſsi mures de cauernis ſuis, auſi ſunt prouo-
13 care nos ad prælium. ¶ Tunc ingreſſus Vagao cubiculum
eius, ſtetit ante cortinã, & plauſum fecit manibus ſuis: ſu-
14 ſpicabatur enim illũ cum Iudith dormire. ¶ Sed cũ nullum
motũ iacentis ſenſu auriũ caperet, acceſsit proximans ad
cortinã, & eleuans eam, videnſq; cadauer abſq; capite Ho D
lofernis in ſuo ſanguine tabefactũ iacẽre ſuper terrã, ex-
15 clamauit voce magna cũ fletu, & ſcidit veſtimẽta ſua. ¶ Et
ingreſſus tabernaculum Iudith, nõ inuenit eam, & exilijt
16 foras ad populum, ¶ & dixit, Vna mulier Hebræa fecit cõ-
fuſionẽ in domo regis Nabuchodonoſor. ecce enim Ho-
17 lofernes iacet in terra, & caput eius nõ eſt in illo. ¶ Quod
cum audiſſent principes virtutis Aſſyriorum, ſciderunt
omnes veſtimẽta ſua, & intolerabilis timor & tremor ceci
18 dit ſuper eos, & turbati ſunt animi eorũ valde. ¶ Et factus
eſt clamor incomparabilis in medio caſtrorum eorum.

Achior credit Deo & circunciditur.

Iudæi facto armorum ſtrepitu Aſſyrios impetunt.

Vagao Holofernem mortuũ deprehendit.

CAP. XV.



CAP. XV.

Holoferne mortuo Aſſyrij fugam capiunt.

Cumq; omnis exercitus decollatum Holofernem 1
audiſſet, fugit mens & conſilium ab eis, & ſolo
tremore & metu agitati, fugæ præſidium ſumunt,
¶ ita vt nullus loqueretur cum proximo ſuo, ſed inclinato 2
capite, relictis omnibus, euadere feſtinabant Hebræos,
quos armatos ſuper ſe venire audierant, fugientes per
vias camporum & ſemitas collium. ¶ Videntes itaque 3
filij Iſrael fugientes, ſecuti ſunt illos. Deſcenderuntque
clangentes tubis, & vlulantes poſt ipſos. ¶ Et quoniam 4
Aſſyrij non adunati, in fugam ibant præcipites: filij au-
B tem Iſrael vno agmine perſequentes, debilitabant omnes
quos inuenire potuiſſent. ¶ Miſit itaque Ozias nuntios 5
per omnes ciuitates & regiones Iſrael. ¶ Omnis itaque 6
regio, omniſque vrbs, electam iuuentutem armatã miſit
poſt eos, & perſecuti ſunt eos in ore gladij, quouſque
peruenirent ad extremitatem finium ſuorum. ¶ Reliqui 7
autem qui erant in Bethulia, ingreſsi ſunt caſtra Aſſyrio-
rum, & prædam quam fugientes Aſſyrij reliquerant,
abſtulerunt, & onuſtati ſunt valde. ¶ Hi verò qui victo- 8
C res reuerſi ſunt ad Bethuliam, omnia quæ erant illorum
abſtulerunt ſecum, ita vt non eſſet numerus in pecoribus,
& iumentis, & vniuerſis mobilibus eorum, vt à minimo
vſque ad maximum omnes diuites fierent de prædatio-
nibus eorum. ¶ Ioachim autem ſummus pontifex, de 9
Ieruſalem venit in Bethuliam, cum vniuerſis presbyteris
ſuis, vt videret Iudith. ¶ Quæ cum exiſſet ad illum, be- 10
nedixerunt eam omnes vna voce, dicentes, Tu gloria
Ieruſalem, tu lætitia Iſrael, tu honorificentia populi no-
ſtri, ¶ quia feciſti viriliter, & confortatum eſt cor tuum, 11
eo quòd caſtitatem amaueris, & poſt virum tuum, alte-
D rum neſcieris: ideò & manus Domini confortauit te, &
ideò eris benedicta in æternum. ¶ Et dixit omnis popu- 12
lus, Fiat, fiat. ¶ Per dies autem triginta, vix collecta ſunt 13
ſpolia Aſſyriorum à populo Iſrael. ¶ Porrò autem vni- 14
uerſa quæ Holophernis peculiaria fuiſſe probata ſunt, de-
derunt Iudith in auro, & argento, & veſtibus, & gemmis,
& omni ſupellectili, & tradita ſunt omnia illi à populo.
¶ Et omnes populi gaudebant cum mulieribus, & virgini- 15
bus, & iuuenibus, in organis, & citharis.

Filij Iſrael ſpolijs Aſſyriorum ditantur.

Benedicitur Iudith à pontifice & populo.

CAP. XV.

*Tum etiam qui in tabernaculis erant, hoc audito facinore, [animo conſilioq; deſtituti,] obſtupeſcere, ingruente in eos metu & terrore, nec iam eſſe quiſquam qui in conſpectu alterius perſiſteret, ſed ſimul omnes perculſi, per omnes vias tam campeſtris quàm montanæ regionis diffugere, [deiecto capite, relictiſq; rebus omnibus, Hebræos, quos inſtare armatos acceperant, effugere feſtinantes:] atque ij quoque qui circa Bethuliam in montoſo loco ſe vallo muniebant, in fugam conuerſi ſunt. Tunc ergo bellicoſiſsimi quique Iſraelitarum ſe in eos effuderunt, [cum clangore tubarum & clamore: & quoniam Aſſyrij palantes in fugam ruebant præcipites, Iſraelitæ autem eos agmine iuncto perſequebantur: conficiebant quoſcunque poſſent apprehendere.] Et miſit Ozias Bethomaſtam, Bebai, Chobat, Cholam, & in omnes fines Iſraeliticos, qui perferrent geſtæ rei nuntium, vt ad cædem hoſtium cuncti prorumperent. Quo accepto nuntio Iſraelitæ, ſimul omnes irruerunt in illos, & cædendo vſque Chobæ perſecuti ſunt. Aduenerunt item & Hieroſolymitani, & ex tota montana regione, (nam ad eos quoque nuntius rerum in caſtris hoſtium geſtarum peruenerat,) atque etiam Galaaditæ & Galilæi, qui eos magna clade vltra Damaſcum vſque & fines ipſius exterminarunt. Reliqui verò incolæ Bethuliæ caſtra Aſſyriorum inuaſerunt, & ex præda illorum magnas adepti ſunt diuitias. Reliquijs potiti ſunt Iſraelitæ à cæde reuerſi, vicíq; ac ciuitates tam montanæ quàm campeſtres magnam vim obtinuerunt ſpoliorum, quorum ingens erat copia. Venerunt autem Ioachim pontifex maximus, & ſenatus Iſraelitarum Hieroſolymis commorantium, 1 confirmaturi beneficia quibus Deus Iſraelitas affecerat: tum etiam viſuri Iudith, benigneq; ſalutaturi: qui ad ipſam ingreſsi vno ore gratulati ſunt ei, ac dixerunt, Tu excellentia Hieroſolymæ, tu ingens Iſraelitarum lætitia, tu præclara generis noſtri gloriatio, tu hæc omnia confeciſti manu tua hiſq; Iſraelitas affeciſti beneficijs, & Deus ea fauore ſuo proſequutus eſt. [Confirmatum eſt cor tuum, eo quòd caſtitatem amaueris, nec poſt virum tuum admiſeris alium, ideo manus Domini te confirmauit.] Beata ſis apud Deum omnipotentem in æuum ſempiternum. Et ſubiecit vniuerſus populus, Eſto. Cæterum populus caſtra diebus triginta deprædatus, tabernaculum Holophernis & omne argẽtum, lectos, pelues, omnemq; ſupellectilem eius dicauit Iudith: quæ accepta, illa mulæ ſuæ, iunctiſq; plauſtris congeſta impoſuit. Tum concurrere viſandæ eius cauſa mulieres omnes Iſraeliticæ, & prædicare illam, vnaq; chorum illi ſtatuere: ipſaq; thyrſos manibus acceptos, mulieribus, quæ vna ſecum aderant, diſtribuit: & impoſita ſibi 2 ſociæq; ſuæ corona oleagina, choream coram vniuerſo populo ducens, præibat mulieribus omnibus, ſubſequentibus armatis omnibus viris Iſraeliticis cum coronis, [organis, citharis] & hymnis, quos ore decantabant.*

SCHOLIA IN CAP. XV.

1 Id eſt, teſtata redditurі. 2 τῇ μετ᾽ αὐτῆς.

CAP. XVI.

Iudith Domino laudem canit ob victoriã.

Tunc cantauit canticũ hoc Domino Iudith, dicẽs, 1
¶ Incipite Domino in tympanis, cantate Domino 2
in cymbalis, modulamini illi pſalmum nouum, ex-
ultate & inuocate nomen eius.
¶ Dominus conterens bella, Dominus nomen eſt illi. 3
¶ Qui poſuit caſtra ſua in medio populi ſui, vt eriperet nos 4
de manu omnium inimicorum noſtrorum.
¶ Venit Aſſur ex montibus ab Aquilone in multitudine 5
fortitudinis ſuæ: cuius multitudo obthurauit torrentes,
& equi eorum cooperuerunt valles.
¶ Dixit ſe incenſurum fines meos, & iuuenes meos occiſu 6
rum gladio, infantes meos dare in prædam, & virgines
in captiuitatem:
¶ Dominus autem omnipotens nocuit eum, & tradidit 7
eum in manus fœminæ, & confodit eum.
B ¶ Non enim cecidit potens eorum à iuuenibus, nec filij 8
Titan percuſſerunt eum, nec excelſi gigantes impoſue
runt ſe illi, ſed Iudith filia Merari in ſpecie faciei ſuæ
diſſoluit eum.

Suprà.7.c.

Suprà.10.d.

CAP. XVI.

*Præiuit autem Iudith hoc carmen gratulatorium inter omnes Iſraelitas, & vniuerſus populus hanc laudem clara voce decantauit, cœpitq; Iudith,*

*Ordimini Deo meo tympanis, Dominoq; meo cymbalis incinite: modulamini carmen ei, extollite laudem, & nomen eius inuocate.*

*Quoniam profligator bellorum eſt Dominus, qui 1 poſuit in medio populi caſtra ſua, & me vindicauit de manu perſequentium.*

*Venit Aſſyrius è montibus ab Aquilone, venit cum copiarum ſuarum myriadibus, quarum multitudo torrentes intercluſit, valleſq; equitatus operuit.*

*Aiebat ſe fines meos igni vaſtaturum, iuuenibuſq; meis gladio peremptis, alliſiſq; ſolo lactentibus, prædæ daturum infantes meos, abacturumq; virgines. Dominus omnipotens manu fœminæ fruſtratus eſt eos.*

*Neq; enim iuuenũ opera robuſtus occubuit, nec ceciderũt eum nati Titanibus, nec excelſi gigãtes aggreſsi ſunt, ſed Iudith Merari filia pulchritudine faciei ſuæ diſsipauit ipſos.*

Cum

Cum enim exuiſſet veſtitum viduitatis ſuæ, [veſteſq; feſtiuas induiſſet,] vt 2 laborantes Iſraelitas eueheret, facie ſua vnguento peruncta, & redimitis mitra capillis ſuis, ſtolaq; quam ſumpſit lineam, decepit illum.
Sandalium eius oculum hominis rapuit, & pulchritudine huius captus eſt illius animus, ceruicem ipſius penetrauit acinacu.
Perſæ exhorruerunt audaciam eius, ſtupueruntq; Medi fiduciam.
Tum iubilauerunt humiles mei, & infirmi exclamauerunt [ſiti torridi,] territiq; ſunt illi, & ſublato clamore in fugam conuerſi.
Filij puellarum confoderunt illos, & vt ſeruos fugitiuos vulnerauerunt prælio Domini Dei mei diſperditos.
Carmen & laudem cantabo Domino, Magnus es Domine & glorioſus, admirandus viribus, & inuictus.
Tibi ſeruiat vniuerſum opificium tuum, quoniam iuſsiſti, & extitit: miſiſti ſpiritum tuum, & prodijt, nec eſt quod voci tuæ reſiſtat.
Montes enim à fundamentis emouebuntur cum aquis, petræq; in modum ceræ liqueſcent à conſpectu tuo, cum ſis ijs qui te metuunt propitius.
Quoniam paruum eſt omne quamuis gratum odore ſacrificium, omniſq; holocauſto crematus adeps minimus, præ eo qui reueretur Dominum, & per omnia magnus eſt.
Væ gentibus in genus meum conſurgentibus, Dominus omnipotēs vindicabit eas die iudicij, cum immittet corporibus eorum ignem & vermes quorum perpetuo ſenſu lugeant.
Vt autem venerunt Hieroſolymam, adorauerunt Dominum, & luſtrato populo holocauſta ſua, gratuitaq; donaria, ac munera obtulerunt. Et dedicauit Iudith omnem ſupellectilem Holophernis à populo ſibi traditam. & conopæum quod ipſa cubiculo eius abſtulerat, donarium Domino conſecrauit. Cumq; populus celebrando lætitiam, Hieroſolymis in conſpectu ſacrorum tres menſes peregiſſet, Iudith ibidem permanſit. Exactis autem diebus illis ad ſuam quiſque poſſeſsionem reuectus eſt, remeauitq; Iudith Bethuliam, & in bonis ſuis habitauit. Fuit autem ætate ſua per totam terram inclyta, procoſq; multos habuit: nullus tamen vir ea potitus eſt omni tempore vitæ eius, poſtquam Manaſſes maritus eius morte obita ſepulturæ gentis ſuæ mandatus fuerat. Proceſsit inquam ad claritatem eximiam donec in domo viri ſui ad centeſimumquintum annum ætatis peruenit, & manumiſſa ancilla ſua, & obijt Bethuliæ, & ſepulchro viri ſui Manaſsis mandata eſt, Luxitq; eam domus Iſraelitica ſeptem diebus. Ceterum antequam moreretur, bona ſua Manaſsi viro ſuo ſibiq; genere proximis diſtribuit. Non extitit autem in vita Iudith qui perterreret Iſraelitas, nec poſt obitum eius multis temporibus. [Porrò dies huius victoriæ ſolennis in numerum ſacrorum dierum adſcriptus ab Hebræis, ex eo tempore ad præſentem vſque diem cultus eſt ab ijſdem.]

9 Exuit enim ſe veſtimento viduitatis, & induit ſe veſtimento lætitiæ in exultatione filiorum Iſrael. *Suprà.10.d.*
10 Vnxit faciem ſuam vnguento, & colligauit cincinnos ſuos mitra, accepit ſtolam nouam ad decipiendũ illũ.
11 Sandalia eius rapuerunt oculos eius, pulchritudo eius captiuam fecit animam eius, amputauit pugione ceruicem eius.
12 Horruerunt Perſæ conſtantiam eius, & Medi audaciam eius.
13 Tunc vlulauerunt caſtra Aſſyriorum, quando apparuerunt humiles mei, areſcentes in ſiti.
14 Filij puellarum compunxerunt eos, & ſicut pueros fugientes occiderunt eos, perierunt in prælio à facie Domini Dei mei.
15 Hymnum cantemus Domino, hymnum nouum cantemus Deo noſtro.
16 Adonai Domine magnus es tu, & præclarus in virtute tua, & quem ſuperare nemo poteſt. C
17 Tibi ſeruiat omnis creatura tua: quia dixiſti, & facta ſunt: miſiſti ſpiritum tuum, & creata ſunt, & non eſt qui reſiſtat voci tuæ. *Gen.1. pſal.32.b.*
18 Montes à fundamentis mouebuntur cum aquis, petræ ſicut cera liqueſcent ante faciem tuam.
19 Qui autem timent te, magni erunt apud te per omnia.
20 Væ genti inſurgenti ſuper genus meum: Dominus enim omnipotēs vindicabit in eis, in die iudicij viſitabit illos.
21 Dabit enim ignem & vermes in carnes eorum, vt vrantur & ſentiant vſque in ſempiternum,
22 Et factum eſt poſt hæc, omnis populus poſt victoriam
venit in Ieruſalem adorare Dominum: & mox vt purificati ſunt, obtulerunt omnes holocauſta, & vota, & repro-
23 miſsiones ſuas. Porrò Iudith vniuerſa vaſa bellica
Holofernis quæ dedit illi populus, & conopœum quod
ipſa ſuſtulerat de cubili ipſius, obtulit in anathema obli- D
24 uionis. Erat autem populus iucundus ſecundum faciem ſanctorum, & per tres menſes gaudium huius victo-
25 riæ celebratum eſt cum Iudith. Poſt dies autem illos
vnuſquiſque redijt in domum ſuam, & Iudith magna facta eſt in Bethulia, & præclarior erat vniuerſæ terræ Iſ-
26 rael. Erat etiam virtuti caſtitas adiuncta, ita vt non
cognoſceret virum omnibus diebus vitæ ſuæ, ex quo de-
27 functus eſt Manaſſes vir eius. Erat autem diebus feſtis
28 procedens cum magna gloria. Manſit autem in domo
viri ſui annos centumquinque, & dimiſit abram ſuam liberam, & defuncta eſt ac ſepulta cum viro ſuo in Bethu-
29 lia. Luxitque illam omnis populus diebus ſeptem. *Gen.50.b.*
30 In omni autem ſpatio vitæ eius non fuit qui perturbaret
31 Iſrael, & poſt mortem eius annis multis. Dies autem
victoriæ huius feſtiuitatis, ab Hebræis in numero ſanctorum dierum accipitur, & colitur à Iudæis ex illo tempore vſque in præſentem diem.

*Parta victoria venit omnis populus Ieruſalem ad adorandum. 2.Reg.8.b.*

*Iudith moritur.*

SCHOLIA IN CAP. XVI.

1 ἡ θεῖς, 2 στενόντων.

Liber



# Liber Eſther.

## CAP. I. V.

*Aſſuerus conuiuium parat principibus ſuis, vt potētiam & gloriam ſuam omnibus oſtentet.*

I N diebus Aſſueri qui regnauit ab 1
India vſque AEthiopiam ſuper centum vigintiſeptē prouincias: quan- 2
do ſedit in ſolio regni ſui, Suſan ciuitas regni eius exordium fuit. Ter- 3
tio igitur anno imperij ſui *fecerat grande conuiuium cunctis principibus, & pueris ſuis, fortiſsimis Perſarum, & Medorum inclytis, & præfectis prouinciarum coram ſe, vt oſtende- 4
ret diuitias gloriæ regni ſui, ac magnitudinem, atq; iactantiam potentiæ ſuæ, multo tempore, centum videlicet & octoginta diebus. Cumque implerentur dies conuiuij, 5
inuitauit omnem populum qui inuentus eſt in Suſan à maximo vſq; ad minimum: & iuſsit ſeptem diebus cõuiuium præparari in veſtibulo horti, & nemoris, quod regio cultu & manu conſitũ erat. Et pendebant ex omni parte ten- 6
toria ærei coloris, & carbaſini ac hyacinthini, ſuſtentata
B funibus byſsinis, atq; purpureis qui eburneis circulis inſerti erãt, & columnis marmoreis fulciebantur. lectuli quoq; aurei & argẽtei, ſuper pauimẽtũ ſmaragdino & pario ſtratum lapide, diſpoſiti erãt: quod mira varietate pictura decorabat. Bibebãt autẽ qui inuitati erãt, aureis poculis, & 7
alijs atq; alijs vaſis cibi inferebãtur. Vinũ quoque, vt magnificẽtia regia dignũ erat, abundãs & præcipuũ pone- 8
batur. Nec erat qui nolẽtes cogeret ad bibẽdum: ſed ſicut rex ſtatuerat, præponens menſis ſingulos de principibus ſuis vt ſumeret vnuſquiſq; quod vellet. Vaſthi quoque 9
regina fecit conuiuiũ fœminarũ in palatio, vbi rex Aſſuerus manere cõſueuerat. Itaq; die ſeptimo, cum rex eſſet 10
hilarior, & poſt nimiã potationẽ incaluiſſet mero, præcepit Maumã & Bazatha & Harbona & Bagatha & Abga-
C tha & Zethar & Charchas, ſeptẽ eunuchis qui in conſpectu eius miniſtrabãt, vt introducerẽt reginã Vaſthi corã 11
rege, poſito ſuper caput eius diademate, vt oſtẽderet cunctis populis & principibus pulchritudinẽ illius: erat enim pulchra valde. Quæ renuit, & ad regis imperium, quod 12
per eunuchos mandauerat, venire contẽpſit. Vnde iratus rex, & nimio furore ſuccẽſus, interrogauit ſapiẽtes qui 13
ex more regio ſemper ei *adhærebant, & illorum faciebat cũcta cõſilio, ſcientiũ leges, ac iura maiorũ: (erant autẽ 14
primi & proximi, Charſena & Sethar & Admatha & Tharſis & Mares & Marſana & Mamuchan, ſeptẽ duces Perſarũ, atq; Medorũ qui videbant faciem regis, & primi poſt eum reſidere ſoliti erant) cui ſentẽtiæ Vaſthi regi- 15
na ſubiaceret, quæ Aſſueri regis imperiũ, quod per eunuchos mãdauerat, facere noluiſſet. Reſponditq; Mamu- 16
chan, audiente rege, atq; principibus, Non ſolũ regẽ læſit regina Vaſthi, ſed & omnes populos, & principes qui ſunt
D in cunctis prouincijs regis Aſſueri. Egredietur enim 17
ſermo reginæ ad omnes mulieres, vt cõtemnãt viros ſuos, & dicant, Rex Aſſuerus iuſsit vt regina Vaſthi intraret ad eum, & illa noluit. Atque hoc exemplo omnes princi- 18
pum coniuges Perſarum atque Medorum, paruipendent imperia maritorum. vnde regis iuſta eſt indignatio. * Si 19
tibi placet, egrediatur edictum à facie tua, & ſcribatur iuxta legem Perſarum atque Medorum, quam præteriri illicitum eſt, vt nequaquam vltra Vaſthi ingrediatur ad regem, ſed regnum illius, altera quæ melior eſt illa, accipiat. Et hoc in omne (quod latiſsimũ eſt) prouinciarum 20
tuarũ diuulgetur imperiũ, & cũctæ vxores tam maiorum quàm minorũ deferant maritis ſuis honorẽ. Placuit con 21
ſilium eius regi & principibus: fecitque * iuxta conſilium Mamuchan, & miſit epiſtolas ad vniuerſas prouincias 22
regni ſui, vt quæque gens audire & legere poterat, diuerſis linguis & literis, eſſe viros principes ac maiores in domibus ſuis: & hoc per cunctos populos diuulgari.

*fecit

*Vaſthi regina iuſſu regis accerſita, recuſat ad eum venire.*

*Vaſthi pulchra.*

*Rex, ſapientum conſilio eam repudiat.*

*aderant.

*Et

*rex

*Edictum regis de imperio virorũ in vxores.*

## CAP. I. N.

*F ACTVM eſt in diebus Aſueri, (is eſt Aſuerus qui imperitabat ab India vſque ad AEthiopiam cẽtum & vigintiſeptem prouincijs,) 1 in diebus inquam illis 2 quum ſederet rex ipſe Aſuerus in ſolio regni ſui quod erat in Suſan metropoli. Anno tertio regni ſui apparauit conuiuium cunctis principibus ſuis atque ſeruis ſuis, 3 robur Perſarum atque Medorum, 4 cum ducibus & præſidibus prouinciarum erat coram eo: 5 Ipſe verò oſtentabat opes & gloriam regni ſui, & rarum ſplendorem magnificentiæ ſuæ, idq; diebus multis, nempe centum octoginta diebus. 6 Exactis autem illis diebus, 7 parauit rex populo quoque, omni ſcilicet qui inuentus fuit in Suſan metropoli, 8 ſiue ſummi eſſent ſiue infimi, conuiuium ſeptem diebus 9 in atrio hortorum domus regis. [Erant illic aulæa] candida, 10 carbaſina [&] 11 hyacinthina, funibus byſsinis & purpureis 12 ſuſpenſa ſuper arcus argenteos [qui innitebãtur] columnis marmoreis. 13 lectuli erant aurei & argentei ſuper pauimentum 14 [conſtratum lapide] marmoris Pario & varicolore. 15 Potabant ex vaſis aureis, 16 mutabantq; vaſa alia poſt alia: & vinum 17 [dabatur] regium, idq; copioſum iuxta imperium regis. Erat & 18 lex bibendi, vt neminem quis cogeret: nam ſic ordinarat rex per omnes qui præerant in domo ſua, vt facerent iuxta cuiuſque voluntatem. Sed & Vaſthi regina apparauit conuiuium fœminarũ in domo regia quæ erat regi Aſuero. 19 Die ſeptimo quum cor regis à vino 20 exhilaratum eſſet, 21 dixit ad Mehuman, Bizthan, Harbonam, Bigtham, Abagtham, Zethar & Charcas ſeptem 22 cubicularios, qui miniſtrabant in conſpectu regis Aſueri, vt introducerent Vaſthi reginam 23 in conſpectum regis cum corona regia, vt oſtenderet populis & principibus pulchritudinem eius: 24 eleganti enim erat forma. At regina Vaſthi renuit venire 25 iuxta imperium regis per cubicularios: hinc rex vehementer iratus eſt, ita vt exardeſceret furor eius in eo. Tum ait rex ad ſapientes, 26 peritos temporum, (hunc enim 27 morẽ habebat rex: ante omnes qui legum & iudiciorum gnari erant. ex intimis autem [conſiliarijs] qui ei aſsidebant, tum erant Carſchan, Sethar, Admatha, Tharſis, Meres, Marſena & Memuchan, ſeptem ſcilicet principes Perſiæ & Mediæ, 28 intuentes vultum regis, 29 qui primas obtinebãt in regno,) Quid fiet reginæ Vaſthi 30 iuxta legẽ, quòd non fecit imperiũ regis Aſueri, quod [imperauit] per 31 cubicularios? Reſpondit Memuchã corã rege & principibus, Regina Vaſthi non in ſolũ regẽ peccauit, ſed & contra omnes principes, & contra omnes populos qui ſunt in omnibus prouincijs regis Aſueri. 32 Diuulgabitur enim factum reginæ apud omnes mulieres, 33 vt contemnant maritos ſuos 34 in oculis ſuis, 35 dicentes, Rex Aſuerus iuſsit introduci Vaſthi reginã in cõſpectũ ſuũ, at illa nõ venit. Quin & 36 hoc ipſo die vxores principũ Perſarũ & Medorum, quæ factũ reginæ audierũt, dicẽt cunctis principibus regis, & 37 ſatis erit cõtemptus ac indignationis. Si igitur bonũ videtur regi, exeat edictũ regiũ 38 à cõſpectu eius, ſcribaturq; 39 iuxta decreta Perſarum & Medorum, (quæ tranſgredi fas non eſt,) 40 vt Vaſthi in cõſpectum regis Aſueri nõ ingrediatur, deinde dignitatẽ regiam quã ipſa habuit det rex ſociæ ipſius, quæ melior ipſa eſt. Audietur hæc ſententia regis, quam 41 edet per vniuerſum regnũ ſuum, (42 quod magnũ eſt,) & in pretio habebunt omnes mulieres maritos ſuos, 43 ſiue ſummæ fuerint ſiue infimæ. Placuit hoc verbũ 44 tam regi quàm principibus: fecitq; rex quemadmodum loquutus erat Memuchan, Mittens epiſtolas per omnes prouincias 45 regis, in ſingulas inquam prouincias 46 ſecundum ſcripturam eius [prouinciæ:] ad ſingulos etiam populos 47 iuxta linguam eorum, vt quiſque maritus 48 imperitaret in domo ſua: 49 loquutus itaque eſt iuxta linguam cuiuſque populi.*

## SCHOLIA IN CAP. I.

1 Subaudi, euenit. ſiue contigit. Hæc hiſtoria geſta fuit tempore captiuitatis Babylonicæ, quando omnes Iudæi apud Perſas, Medos, Aſſyrios & Chaldæos in exilio agebant. Quis iſte fuerit Aſſuerus qui Eſther Iudæam vxorem duxit, dubium eſt. Hebræi vno cõſenſu ſentiunt iſtum Aſſuerum genuiſſe ex Eſther Darium Perſam, cuius regni anno ſecundo fuit extructum templum Ieroſolymitanum. Fuit & alius Darius Medus, ſed qui iſtum aliquot annis præceſſerit. Dicunt & Mardochæum fuiſſe huius hiſtoriæ ſcriptorem: quod colligunt ex fine capitis noni huius libri quo capite finitur liber Eſther apud Hebræos. 2 q.d. quum rebus ſumma tranquillitate, & alta pace frueretur, quum victis hoſtibus ſederet in ſolio ſuo, quod erat in Suſan vrbe illa regia metropolitana. 3 Ante hanc vocem ponendum eſt punctum. q.d. facto & abſoluto conuiuio, vires Perſidis. i. Potentiſsimi quique. 4 Heb. ſatrapæ & principes prouinciarum (erant) coram illo. i. remanſerunt in aula cum rege facto conuiuio potentiſsimi quique, tantiſper dum oſtenderet illis potentiam regni ſui. Per appoſitionem dictum, robur Perſarum & Medorum ſatrapæ & principes prouinciarum. 5 Hebr. In facere videre ipſum opes. i. tantiſper dum oſtentaret illis diuitias. 6 nempe CLXXX diebus quibus oſtentauit opes & gloriam regni. q.d poſtquam oſtentauit opes &c. 7 apparauit rex ipſe omni populo 8 Hebraiſ. à magno vſque ad paruum. Hoc refertur ad gradum. q. d. cuiuſcunque conditionis homines. 9 vel, in veſtibulo horti palatij regis. i. ſui. antecedens pro relatiuo. 10 & viridia 11 id eſt, rubri coloris, 12 tenta (vel, alligata) in circulis argenteis & columnis. i. aulæa erant funibus byſsinis alligata ſemicirculis argenteis, qui infixi erãt columnis marmoreis. vel potius tenebantur & comprehendebantur aulæa illa funibus byſsinis ſuper ſemicirculos argenteos. i. funibus traiectis per circulos argenteos, ſiue fibulas argenteas, (&) ſuper columnas marmoreas. i. qui funes byſsini fulciebantur & retinebantur columnis marmoreis. His tentorijs tam pretioſis protegebantur ab iniuria ſolis. 13 Lectis veteres ad conuiuia vtebantur, iacenteſque cibum ſumebant. 14 porphyriticum, & marmoreum, & Parium & hyacinthinum. 15 Heb. Propinabant autem in 16 Hebra. & vaſa à vaſis (erant) diuerſa. i. vaſis aureis diuerſis porrigebant vinum. 17 Heb regni erat multum iuxta manum regis. i. regium vinum abundabat, pro facultate & magnificentia regis. 18 Heb. potatio ſecundum legem, nemo erat cogens: quia ſic fundauerat (. i. præceperat) rex omni præfecto domus ſuæ vt facerent pro voluntate viri & viri. i. potatio certa quadam lege erat inſtituta: nemo erat qui cogeret ſodalem bibere: quia ſic firmiſsime ſeruandum præceperat rex, ne ſcilicet vllus cogeretur: præceperat inquam vnicuique præfecto domus ſuæ vt facerent pro voluntate & arbitrio vniuſcuiuſque. 19. i. poſtremo die illius conuiuij ab Aſſuero celebrati. 20 vel, redditum eſſet (ſolito) lætius, 21 pro, mandauit ipſi &c. 22 eunuchis, 23 Hebraiſmus, pro ad ſe. 24 Heb. quia bona erat aſpectu. 25 Heb. in verbo regis quod erat in manu eunuchorum. i. ad imperium regis quod mandauerat per eunuchos. 26 id eſt, qui callebant quæ retroactis temporibus geſta fuerant à maioribus, qui vetuſta multa exempla tenebant memoria. 27 Hæc parentheſis finitur ante hæc verba, Quid fiet &c. ſic autem vertendum dictionibus aliquot ſubauditis, quia ſic erat mos regis (ponendi in deliberationem quid fieri deberet) coram omnibus peritis legum & iurium. proximi autem illi, ſcilicet Aſſueri, erant Carſan &c. i. talis erat conſuetudo regum Perſidis deferendi ardua ad peritos legum & iurium. qui autem tum erant primæ apud illum authoritatis, iſti ſunt Carſan &c. 28 id eſt, qui verſabantur in cubiculo regis, & erant eius familiares. 29 Heb. qui ſedebant primum in regno. i. qui in adminiſtratione regni primas tenebant. Hic eſt finis parentheſis. 30. i. ſecundum rationem legum. 31 eunuchos? 32 Heb. Egredietur enim verbum 33 Hebr. ad faciendum ſpernere. i. quod anſa & occaſio erit vt contemnant, & vnde fiet vt ſpernant &c. 34. i. arroganter, impudenter, & magno faſtu. qui declaratur per oculos. magno ſupercilio. q. d. vnde fiet vt abiecto pudore ſpernant mulieres viros ſuos. 35 Heb. in dicere ipſos. ſub. narratores. Phraſis Hebraica; relatiuum ſine antecedente. i. dum dicetur, nempe quod rex Aſſuerus &c. 36 quo ſcilicet facinus Vaſthi peruenerit ad aures illarũ. Aut potius vertendum eſt, Et de die illo loquentur principes mulieres Perſidis & Mediæ, quæ audiuerint facinus reginæ, cunctis &c. i. hunc diem in ore habituræ ſunt, & de eo quod factum eſt hoc die commentabuntur apud omnes maritos ſuos. 37 abunde magnus (erit) contemptus & furor. i. tunc eueniet vt vxores contemnant viros ſuos, & mariti excandeſcant in vxores ſuas. 38. i. pronuntietur nomine eius, 39 inter leges Perſidis & Mediæ, & non tranſeat, id eſt, ſcribatur in libro cõſtitutionum Perſidis & Mediæ, neque obliteretur. q. d. ſcribatur ſententia irreuocabili. 40 vel, nempe quod nunquam ventura ſit regina Vaſthi in conſpectum regis Aſſueri: quodq; daturus ſit rex ſodali ſuæ regiam eius dignitatem meliori ipſa. ſiue præſtantiori. 41 ſubaudi, aduerſus Vaſthi. 42 quamuis magnum ſit. Imperabat enim multis ſatrapis & prouincijs. 43 Hebr. à maximo vſque ad minimum, id eſt, tam paruos quàm magnos. 44 Heb. in oculis regis & principũ: 45 Antecedens pro relatiuo. ſibi ſubditas. 46. i. characteribus quibus vti ſolebant illæ prouinciæ: 47. i. eo idiomate quo vtebantur ſinguli populi. 48 eſſet dominus 49 Heb. & loquerentur ſermone populi ſui. i. vernaculo. hoc eſt, & promulgarent lingua propria edictum regium vxoribus, vt ab illis intelligi poſſet.

## CAP. II.

POſt hæc geſta, quum furor regis Aſueri reſediſſet, 1 mentionem fecit ipſius Vaſthi, & eorum quæ commiſerat, & ſententiæ quæ in eam lata erat, Dixeruntq; pueri regis qui ei miniſtrabant, 2 Quærant regi puellas virgines formoſas. 3 Conſtituit itaque rex inſpectores quoſdam per omnes prouincias regni ſui, 4 qui congregarent omnes puellas virgines eleganti forma, ad Suſan 5 regiam arcem 6 in gynæcium, ſub manum Hege eunuchi regis cuſtodis 7 mulierum, 8 qui daret [eis] 9 mundum muliebrem: Quæ vero puella 10 placeret oculis regis, 11 regina fieret pro Vaſthi. placuit hæc res regi, 12 vt ſic faceret. Erat tum 13 Iudæus quiſpiam in Suſan regia arce, cuius nomen Mardochæus, filius Iair, filij Simei, filij Kis, 14 vir Iemini, qui abductus fuerat 15 Ieroſolymis cum tranſmigratione ea quæ abducta fuerat cum Iechonia rege Iehuda, 16 quem captiuum abduxit Nabuchodonoſor rex Babylonius. Is 17 enutriebat Hadaſa quæ & Eſter, filiam patrui ſui: quandoquidem nec patrem habuit nec matrem. erat autem puella 18 venuſta forma, & eleganti aſpectu, quam Mardochæus poſt mortem patris eius & matris eius ſibi in filiam adoptauerat. Quum ergo præceptum regis & decretum eius 19 euulgatum eſſet, congregarenturq; puellæ multæ in Suſan regiam arcem 20 ſub manum Hegai, 21 recepta eſt & Eſther in ædes regias ſub manũ Hegai cuſtodis mulierum. Placuit hæc puella oculis 22 eius, concilianitq; ſibi gratiam in conſpectu eius, feſtinanſq; dedit ei 23 mundum eius & 24 partes eius, atque [curauit] vt ei darentur ſeptem puellæ 25 accõmodæ ex ædibus regijs, & 26 in gynæcio mutauit eam & puellas eius, idque bono [earum.] Porrò Eſter nõ indicabat populum ſuum, & 27 natale ſuum ſolum, quoniam Mardochæus præceperat ei ne indicaret. Singulis autem diebus deambulabat Mardochæus ante 28 atrium gynæcij, vt reſciret 29 valeretne Eſter, & quid ei fieret. Quumq; 30 appeteret tempus cuiuſque puellæ, vt ingrederetur ad regem Aſuerum, (exactis videlicet duodecim menſibus, 31 quibus vnicuique fiebat iuxta ritum mulierum. nam ſic 32 abſoluebantur dies quibus ſe comebant: ſex menſes ſcilicet 33 in vnctione myrrhina, & ſex menſes 34 odoribus & mundo muliebri:) 35 Cum hac itaque [præparatione] ingrediebatur 36 puella ad regem, & 37 quancunque diceret, dabatur ei, vt cum ea ingrederetur è gynæcio in ædes regias. Veſpere 38 ingrediebatur, & mane reuertebatur ad gynæcium 39 aliud, ſub manum Saaſgas eunuchi regis cuſtodis concubinarum: 40 nec ingrediebatur vltra ad regem, niſi rex eam 41 vellet, vocareturq; nominatim. Quum itaque appeteret 42 tempus Eſter filiæ Abihail patrui Mardochæi, (qui eam ſibi filiam adoptauerat,) vt ingrederetur ad regem, 43 nihil poſtulauit, niſi quod 44 diceret Hegai eunuchus regis cuſtos mulierum. 45 ſiquidem Eſter gratiam conciliauit ſibi in oculis omnium qui eam intuebantur. Recepta eſt itaque Eſter ad regem Aſuerum in ædes eius regias menſe decimo, is eſt menſis 46 Tebeth, anno ſeptimo regni eius. Adamauit autem rex ipſam Eſter præ cunctis mulieribus, nactaq; eſt gratiam & 47 beneficentiam in conſpectu eius ſupra omnes virgines, [adeo] vt imponeret capiti eius diadema regium, faceretque eam reginam loco Vaſthi. Et apparauit rex conuiuium magnum cunctis principibus ſuis & ſeruis ſuis, nempe 48 conuiuium Eſter, 49 remiſitque prouincijs, & dedit 50 fercula [regia] pro regia 51 munificentia. Quumque 52 denuo congregarentur virgines, ſedebat Mardochæus pro porta regis, 53 Eſter vero non indicauerat natale ſuum ſolum, nec populum ſuum, quemadmodum præceperat ei Mardochæus: quin & iuſſum Mardochæi faciebat Eſter, quemadmodum [ante] dum fuerat 54 ſub educatione eius. Sub idem tempus quum Mardochæus ſederet pro porta regis, iratus eſt Bigthan & Thæres, duo eunuchi regis ex cuſtodibus 55 liminis, 56 conantes manus inferre regi Aſuero. Cognita eſt hæc res à Mardochæo, qui indicauit [hoc] Eſter reginæ, Eſter autem dixit [hoc] regi nomine Mardochæi. Et inquiſitione facta, inuentum eſt negotium hoc, amboq; 57 in crucem acti ſunt: & ſcriptum eſt 58 hoc in libro annalium coram rege.

## CAP. II.

1 HIs ᵃ itaque geſtis, poſtquã regis Aſſueri indigna-
tio deferbuerat, ᵇrecordata eſt Vaſthi, * quæ fe-
2 ciſſet, vel quæ paſſa eſſet: ⚲ Dixeruntque pueri
regis, ac miniſtri eius, Quærantur regi puellæ virgines ac
3 ſpecioſæ, ⚲ & mittantur qui conſiderent per vniuerſas
prouincias puellas ſpecioſas & virgines: & adducant eas
ad ciuitatem Suſan, & tradant eas in domum fœminarum
ſub manu Egei eunuchi, qui eſt præpoſitus & cu-
ſtos mulierum regiarum: & accipiant mundum mulie-
4 brem, & cætera ad vſus neceſſaria. ⚲ Et quæcunque in-
ter omnes oculis regis placuerit, ipſa regnet pro Vaſthi.
placuit ſermo regi: & ita vt ſuggeſſerant, iuſsit fieri.
5 ⚲ Erat vir Iudæus in Suſan ciuitate, vocabulo Mardo-
chæus, filius Iair, filij Semei, filij Cis, de ſtirpe Iemini
6 ⚲ qui tranſlatus fuerat de Ieruſalem eo tempore quo Ie-
choniam regem Iuda, Nabuchodonoſor rex Babylonis
7 trãſtulerat, ⚲ qui fuit nutritius filiæ fratris ſui Ediſſæ, quæ
altero nomine vocabatur Eſther: & vtrũq; parentem ami
ſerat: pulchra nimis, & decora facie. Mortuiſque patre
eius ac matre, Mardochæus ſibi eam adoptauit in filiam.
8 ⚲ Cumque percrebruiſſet regis imperium, & iuxta man- B
datum illius multæ pulchræ virgines adducerentur Su-
ſan, & Egeo traderentur eunucho: Eſther quoque inter
cæteras puellas ei tradita eſt, vt ſeruaretur in nume-
9 ro fœminarum. ⚲ Quæ placuit ei, & inuenit gratiam in
conſpectu illius: & præcepit eunucho vt accelera-
ret mundum muliebrem, & traderet ei partes ſuas, &
ſeptem puellas ſpecioſiſsimas de domo regis, & tam
ipſam, quàm pediſequas eius ornaret atque excoleret.

ᵃ ita
ᵇ recordatus
* &

Quæruntur regi Aſſuero puellæ, inter quas erat Eſther.

Mardochæus adoptat Eſther in filiam.
4. Reg. 24. d.

Pulchra Eſther.

Eſther cum ceteris pulchris puellis ſeruatur in domo regis.



⚲ Quæ noluit indicare ei populum & patriã ſuã: Mardo- 10
chæus enim præceperat ei vt de hac re omnino reticeret:
⚲ qui deambulabat quotidie ante veſtibulũ domus, in qua 11
electe virgines ſeruabãtur, curã agẽs ſalutis Eſther, & ſci-
re volẽs quid ei accideret. ⚲ Cũ autẽ veniſſet tẽpus ſingu- 12
larũ per ordinẽ puellarũ, vt intrarẽt ad regẽ, expletis om-
nibus quæ ad cultũ muliebrẽ pertinebãt, mẽſis duodeci-
mus vertebatur: ita dũtaxat, vt ſex mẽſibus oleo vngerẽ-
tur ᵃ myrtino, & alijs ſex quibuſdã pigmẽtis & aromatibus
vterẽtur. ⚲ Ingredienteſq; ad regẽ, quicquid poſtulaſſent 13
C ad ornatũ pertinẽs, accipiebãt: & vt eis placuerat, cõpoſi-
tæ, de triclinio fœminarũ ad regis cubiculũ trãſibant. ⚲ Et 14
quæ intrauerat veſpere, egrediebatur mane, atque inde in
ſecũdas ædes ᵇdeducebãtur quæ ſub manu Saſagazi eunu
chi erãt, qui cõcubinis regis præſidebat: nec habebat pote
ſtatẽ ad regẽ vltrà redeũdi, niſi voluiſſet rex, & eã venire
iuſsiſſet ex nomine. ⚲ Euoluto autẽ tẽpore per ordinẽ, in- 15
ſtabat dies quo Eſther filia Abihail fratris Mardochæi, quã
ſibi adoptauerat in filiã, deberet intrare ad regẽ. quæ non
quæſiuit muliebrẽ cultũ, ſed quæcũq; voluit Egeus eunu
chus cuſtos virginũ, hæc ei ad ornatũ dedit. erat enim for
moſa valde, & incredibili pulchritudine, omniũ oculis gra
tioſa & amabilis videbatur. ⚲ Ducta eſt itaq; ad cubiculũ 16
regis Aſſueri menſe decimo qui vocatur Tebeth, ſeptimo
anno regni eius. ⚲ Et adamauit eã rex plus quàm oẽs mu- 17
lieres, habuitq; gratiã & miſericordiã coram eo ſuper om
nes mulieres, & poſuit diadema regni in capite eius, fecitq;
D eam regnare in loco Vaſthi. ⚲ Et iuſsit cõuiuiũ præparari 18
permagnificũ cũctis principibus, & ſeruis ſuis pro cõiun-
ctione, & nuptijs Eſther: & dedit requiẽ vniuerſis prouin
cijs, ac dona largitus eſt iuxta magnificentiã principalẽ.
⚲ Cũq; & ſecũdò quærerẽtur virgines & congregarẽtur, 19
Mardochæus manebat ad ianuã regis. ⚲ necdũ prodiderat 20
Eſther patriã & populũ ſuũ, iuxta mandatũ eius. quicquid
enim ille præcipiebat, obſeruabat Eſther: & ita cuncta fa-
ciebat vt eo tẽpore ſolita erat quo eam paruulã nutriebat.
⚲ Eo igitur tẽpore quo Mardochæus ad regis ianuã mora- 21
batur, irati ſunt Bagathan & Thares duo eunuchi regis
qui ianitores erant, & in primo palatij limine ᶜreſidebant:
voluerũtq; inſurgere in regem, & occidere eum. ⚲ Quod 22
Mardochæũ nõ latuit: ſtatimq; nuntiauit reginæ Eſther:
& illa regi ex nomine Mardochæi qui ad ſe rẽ detulerat.
⚲ Quæſitum eſt, & inuentum: & appenſus eſt vterque eo- 23
rum in patibulo. ᵈEt iuſsit rex vt in libro memoriali ſcribe
retur, vt pro vita ſua aliquid repenſaret ei: mandatumque
eſt hiſtorijs, & annalibus traditum coram rege.

ᵃ myrrhino,

ᵇ deducebatur

Eſther ad regẽ introducitur: quæ præ cæteris illi placẽs, regina efficitur.

Bagathan & Thares inſidiantes vitæ regis ſuſpenduntur.
ᶜ præſidebant:

## SCHOLIA IN CAP. II.

1 Heb. meminit. Illud non ſolum ad mentem refertur, ſed etiam ad ſermonem. q.d. ſermonẽ habuit de facinore illius in conſpectu ſuorum miniſtrorum. 2 ſub. quæſitores. i. hi quibus id oneris impoſitum fuerit. 3 Et conſtituat rex præfectos 4 & congregent 5 vrbem metropolitanam 6 vel, in domum mulierum, 7 ſub. regiarum 8 & largiatur 9 mundatoria earum. i. ea quibus ſordes corporis detergere ſolent, & cutem ſuam curare, ſeque ornare. 10 placuerit 11 regnet 12 feciteque ſic. 13. i. de tribu Iuda 14. i. de ſtirpe Beniamin. hoc dicit vt oſtendat eum fuiſſe de ſemine regio. 15 vel, ab Ieruſalem 16 quam captiuitatem abduxerat 17 nutriuerat 18 pulchra ſpecie. hoc refertur ad habitum corporis. 19 Hebraiſmus, auditum 20. i. ad Hagai 21 vel, aſſumpta 22 ſubaudi, Hegai, id eſt, gratiſsima fuit illi eunucho. ²¹ Hebr. accepitque gratiam, id eſt, inijt gratiam ab illo. 23 purificatoria eius, id eſt, quæ erant illi neceſſaria ad curandam cutem 24. i. quæcunque conſtituerat rex vt daret, tradidit illi. 25 dignæ ipſa. i. quæ dignæ erant, vt illi miniſtrarent. q.d. tradidit illi non tantum quæ ad ornatum corporis erant neceſſaria, verumetiam ad comitatum. 26 mutauit eam & puellas eius in meliorem partem domus mulierum. i. derelicto & mutato priſtino domicilio tranſtulit eam vnà cum puellis in præſtantiorem partem totius domicilij. Poteſt & ſic verti, & mutauit eam & puellas eius in melius. i. in meliorem habitum. hoc eſt reddidit eas formoſiores, & elegantiores in gynæcio. 27 cognationẽ ſuam, 28 vel, fores, ſiue veſtibulum 29 Heb. pacem. i. qua valetudine eſſet. 30 aduenisſet 31 Heb. iuxta legem mulierum. i. iuxta legem de mulieribus latam. 32 explebant dies purificationis ſuæ. i. quo ſe purificare debebant. 33 Heb. cum oleo myrteo. ſic melius, quam myrrheo. Duodecim menſes præteribãt antequam mulieres accederent ad regem. interim dabant operam curandæ cuti prioribus ſex mẽſibus, oleo myrteo: poſteriori ſemeſtri, aromatibus vngi ſolebant. 34 cum aromatibus & cum mundificationibus. quibus ſcilicet mulieres vti ſolebant ad curandam cutem. 35 Heb. Et in hoc. i. poſt hoc, hoc eſt peracta hac purificatione. 36 De ſingulis puellis loquitur: per plurale verte omnia. 37 quicquid poſtulabat (ſub. ab eunucho, vt elegantior eſſet) dabatur illi, vt (ſubaudi, quod dabatur ei) veniret cum ea. i. ſecum ipſa aſportaret quando proficiſceretur è gynæcio &c. 38 ſub. ad regẽ. 39 ſecundum. ita quidam Hebræorum. Erant enim duo gynæcia, vnum vxorum, alterum concubinarũ. Doctus inter Hebræos vertit ſecundo, hoc modo, accedebant ad regem, & iterũ reuertebantur in domũ mulierũ. 40 vel, non ſolebat venire 41 deperiret illam, 42 vel, ſeries, ſiue ordo. quo ordine deducenda erat ad regem, 43 quo ſcilicet elegantius ornaretur, aut elegantior facies eius appareret. q.d. contenta erat ſuo ornatu, contemnebat omnẽ fucum. Solebant enim mulieribus intraturis ad regem dare quæ ipſæ optabãt vt placerẽt regi. 44 dixiſſet 45 Heb. & fuit Eſther ferens gratiam &c. 46 Hic menſis dicitur à nobis December. 47 fauorem, id eſt, conciliauit ſibi gratiam & fauorem illius. 48. i. quod celebrabatur propter Eſther nouã coniugem. 49 Heb. quietem fecit. i. minuit tributa prouinciarum propter ipſam Eſther.

50 munera 51 vel,magnificentia.ſiue,facultate. 52 ſiue, ſecundo. Iſtud refertur ad tempus ſecundarum nuptiarum, habita ratione priorum nuptiarum Vaſthi,& poſteriorum ipſius Eſther, id eſt, tempore ſecundarum nuptiarum. 53 (Et tunc) Eſther non indicabat progeniem ſuam.i.neq; Eſther indicabat,hoc eſt tacebat gentem ſuam. 54 Heb.in educatione cum illo, ideſt,cum educabatur apud illum. 55 Quidam dicunt vocem Hebræam accipi pro ſupellectile:tunc hic erit ſenſus, duo ex cuſtodibus ſupellectilis .i. vaſorum aureorum. 56 quærentes, 57 ſuſpenſi ſunt in ligno, 58.i. beneficium illud quod præſtitit Mardochæus regi.

## CAP. III.

*POſteaquam hæc eſſent geſta, 1 euexit rex Aſuerus Haman filium Hamedatha 2 Agageum,& extulit eum, poſuitq; ſolium eius ſupra omnes principes quos habebat ſecum. Et omnes ſerui regis qui erant 3 pro porta regis genu flectebant & procidebant coram Haman, (ſic enim de eo præceperat rex,) Mardochæus vero nec genu flectebat, nec 4 procidebat. Dixerunt ergo ſerui regis qui erant pro porta regis ad Mardochæum, Quur tu præteris 5 præceptum regis? Quumq; quotidie [ſic] loquerentur ad eum, non audiebat eos: quod illi ipſi Haman indicarunt: 6 vt viderent num res Mardochæi conſiſterent: indicauerat enim eis ſe 7 Iudæum eſſe. Videns itaque Haman quòd Mardochæus non genu flecteret nec ante eum procumberet, repletus eſt furore, 9 Leueq; ducebat inferre manus ſoli Mardochæo: indicauerant enim ei 10 populum Mardochæi. 11 quin Haman conatus eſt omnes Iudæos delere,qui in vniuerſo regno Aſueri erant, 12 & qui erant de populo Mardochæi. Menſe primo, hic eſt menſis 13 Niſan, anno duodecimo regis Aſueri, 14 curauit iacere 15 pur,hoc eſt ſortem, coram Haman, idq; 16 quotidie & 17 ſingulis menſibus, vſque in menſem duodecimum, hic eſt menſis 18 Adar. 19 Dixit ergo Hamã regi Aſuero, 20 Eſt populus quidam diſiectus & 21 diſperſus inter populos per omnes prouincias regni tui, quorum leges variant ab omnium populorum [legibus,] qui nec regis decreta faciunt, nec 22 expedit regi vt illos 23 [ſic] dimittat. Si ergo bonũ videtur regi, 24 ſcripto [edictum] promulgetur, vt hi perdantur, decemq; millia talentorum argenti appendam per manus corũ qui opus 25 [hoc] exequentur, vt inferantur in theſauros regis. Et tulit rex annulum ſuum de manu ſua, deditq; eum Haman filio Hamedatha Agageo hoſti Iudæorum: 26 Aitq; rex ad Haman, Pecunia 27 data ſit tibi, ſimulq; populus iſte, vt agas cũ illo quod tibi viſum fuerit. Scribæ igitur regis vocati ſunt menſe primo, decimatertia die eiuſdem, & ſcriptum eſt ſicut præcepit Haman ad omnes 28 præfectos regis, & ad duces qui præerant ſingulis prouincijs, & ad principes ſingulorũ populorũ, 29 ad vnãquãq; prouinciã ſecundũ ſcripturã eius, & ad quẽque populũ ſecundũ linguã eius: ſcriptũ autẽ 30 eſt nomine regis Aſueri, obſignatũq; annulo regis. Miſſæ autẽ ſunt literæ 31 per manus curſorum ad omnes prouincias regis, ad delendũ, occidẽdũ & perdẽdũ omnes Iudæos, tam iuuenẽ quã ſenẽ, pueros quoque & mulieres, idq; vno eodẽq; die, nẽpe decimatertia die menſis duodecimi, qui eſt mẽſis Adar, 32 vtq; eorum facultates eorũ prædæ paterẽt. Exẽplar 33 ſcripti erat, vt affigeretur edictum in omnibus & ſingulis prouincijs, vulgareturq; vniuerſis populis, vt eſſent parati 34 ad illum diem. Egreſſi itaque curſores impulſi imperio regis, & 35 affixũ eſt decretum in Suſan arce regia. porrò rex & Haman ſedebant 36 & bibebãt, quum interim 37 ciuitas Suſan perplexa eſſet.*

1 POſt hæc rex Aſſuerus exaltauit Aman filium Ama
dathi qui erat de ſtirpe Agag: & poſuit ſolium eius
2 ſuper omnes principes quos habebat. ¶ Cunctique
ſerui regis qui in foribus palatij verſabantur, flectebant
genua, & adorabant Aman: ſic enim præceperat eis
Imperator. ſolus Mardochæus non flectebat genu, ne-
3 que adorabat eum. ¶ Cui dixerunt pueri regis qui ad
fores palatij "reſidebant, Cur præter cæteros non obſer-
4 uas mandatum regis? ¶ Cumque hoc crebrius dicerent,
& ille nollet audire, nuntiauerunt Aman, ſcire cupientes
vtrum perſeueraret in ſententia. dixerat enim eis ſe eſſe
5 Iudæum. ¶ Quod cum audiſſet Aman, & experimento
probaſſet quòd Mardochæus non flecteret ſibi genu,
6 nec ſe adoraret, iratus eſt valde, ¶ Et pro nihilo duxit
in vnũ Mardochæum mittere manus ſuas. audierat enim
quòd eſſet gentis Iudææ. magiſque voluit omnem Iu-
dæorum, qui erant in regno Aſſueri perdere nationem.
7 ¶ Menſe primo (cuius vocabulum eſt Niſan) anno duo-
decimo regni Aſſueri, miſſa eſt ſors in vrnam, quæ He-
braicè dicitur phur, coram Aman, quo die & quo menſe
gens Iudæorum deberet interfici: & exiuit menſis duo-
8 decimus qui vocatur Adar. ¶ Dixitque Aman regi
Aſſuero, Eſt populus per omnes prouincias regni tui
diſperſus, & à ſe mutuò ſeparatus, nouis vtens legi-
bus & ceremonijs, inſuper & regis ſcita contemnens: & C
optimè noſti quòd non expediat regno tuo vt inſoleſcat
9 per licentiam. ¶ Si tibi placet, decerne vt pereat, & de-
cem millia talentorum appendam arcarijs gazæ tuæ.
10 ¶ Tulit ergo rex annulum quo vtebatur, de manu ſua,
& dedit eum Aman filio Amadathi de progenie Agag,
11 hoſti Iudæorum, ¶ Dixitque ad eum, Argentum quod
tu polliceris, tuum ſit: de populo *age quod tibi placet.
12 ¶ Vocatique ſunt ſcribæ regis menſe primo Niſan, ter-
tiadecima die eiuſdem menſis: & ſcriptum eſt, vt iuſſe-
rat Aman, ad omnes ſatrapas regis, & iudices prouin-
ciarum, diuerſarumque gentium, vt quæque gens lege-
re poterat, & audire pro varietate linguarum, ex no- D
mine regis Aſſueri: & literæ ſignatæ ipſius annulo.
13 ¶ Miſſæ ſunt per curſores regis ad vniuerſas prouincias,
vt occiderent atque delerent omnes Iudæos, à puero
vſque ad ſenem, paruulos & mulieres, vno die, hoc eſt
tertiodecimo menſis duodecimi qui vocatur Adar, &
14 bona eorum diriperent. ¶ Summa autem epiſtolarum
hæc fuit, vt omnes prouinciæ ſcirent & pararent ſe ad
15 prædictam diem. ¶ Feſtinabant curſores qui miſſi erant
regis imperium explere: ſtatimque in Suſan pependit
edictum, rege & Aman celebrante conuiuium, & cunctis
"Iudæis qui in vrbe erant, flentibus.

Aman exaltatum à rege ſolus Mardochæus non adorat.

"præſidebant,

Videns Aman ſe contemptum à Mardochæo, B omnium Iudæorum interitum ab Aſſuero impetrat.

*autem

## SCHOLIA IN CAP. III.

1 Heb. magnificauit 2 id eſt, de ſtirpe & cognatione ipſius Agag. 3 id eſt, illi quibus cuſtodia corporis ipſius regis demandata erat 4 ſub. ante Haman. 5 quo ſcilicet præcepit honorem deferri ipſi Haman. 6 id eſt, vt periculum facerent an perſeuera turus eſſet Mardochæus in ſententia ſua. 7 Hac indicatione oſtendebat id Iudæis non licere, nempe deferre talem honorem creaturæ, potiſſimum arroganti, qualis erat Haman: qui honos ſoli Deo debebatur. 9 Hebr. Et contempſit in oculis ſuis, id eſt, pro nihilo duxit, floccipendit 10 id eſt, illum eſſe Iudæum. 11 Heb. &(tunc) quæſiuit Haman &c.i. omne ſtudium ſuum poſuit in hoc vt perderet totam gentem Iudæorum. 12 Hebr. populum Mardochæi, ſubaudi, Iudæos inquam, appoſitiue populum Mardochæi, id eſt, de quorum gente erat Mardochæus. 13 Sic dicitur apud Hebræos Martius. 14 Hebr. miſit, ſubaudi, mittens.i.aliquis.q.d. miſſæ ſunt ſortes inſpectante Haman, vt ſcilicet deligeret ſibi & menſem & diem quo perderet Iudæos: tandem inuenit quòd menſe XII poſſet fieri voti compos. 15 Hebraiſmus, pur, ipſa eſt goral, id eſt, ſors, quæ lingua Hebræa dicitur goral. Pur enim vox eſt Perſica idem ſignificans. 16 id eſt, à primo die menſis vſque ad diem decimumtertium menſis. 17 Hebraiſmus, à menſe. ſubaudi, primo. 18 Hic reſpondet noſtro Februario. 19 ſubaudi, miſſis iam ſortibus. 20 Heb. Eſt ille populus vnus. Abundat ille. Præterea vnus pro quidam. 21 quaſi dicat, propter ſeditiones ſimul habitare nequeunt. ſunt enim ſeditioſi. 22 vtile eſt 23 potius ſubaudi in pace 24 ſcribatur (ad prouincias) vt perdantur, id eſt, mittantur literæ regis ad ſatrapas quibus præcipiatur vt hi perdantur. 25 Iſtud hoc, non erat ſubaudiendum, Hebraice legitur, per manus facientium opus. Per facientes opus intelligit theſaurarios. ita enim Hebræi loquuntur, quaſi dicat, ſoluam theſaurarijs qui ea perferant in ærarium regis.

26 Reſpon-



26 Reſponditq; 27 data eſt.i.pecunia illa quam polliceris, tibi datur, ſeruato eam tibi: ſimulq; do tibi populũ quẽ petis. 28 principes 29 Heb. prouinciæ & prouinciæ iuxta ſcripturam eius, & populi & populi ſecundum linguã eius. Genus dicendi Hebraicum, pro, iuxta ſcripturã ſingularum prouinciarum, & iuxta idioma ſingulorum populorum. 30 erat.ſub.quod ſcriptum erat. 31.i.opera curſorum 32 vtque diriperent (vel, perderent) prædam eorum.i.vt diriperent bona eorum. Ordo inuerſus apud Hebræos. 33 literarũ erat vt daretur (.i. promulgaretur) lex quædam in ſingulis prouincijs, ([exẽplar inquã] innotuit omnibus populis) vt &c. 34.i. XIII diẽ menſis XII. 35 Heb. data fuit lex.i. promulgata fuit 36 Heb. ad bibendum. i. interim indulgebant genio. 37. i. Iudæi qui erant in Suſan, turbati erant admodum propter legem aduerſus eos latam. Continens pro contento: multi erant Iudæi in Suſan.

## CAP. IIII.

Luctus Mardochæi ob iam paratam Iudæorum necem.

QVæ cum audiſſet Mardochæus, ſcidit veſtimen- 1
ta ſua, & indutus eſt ſacco, ſpargens cinerem
capiti: & in platea mediæ ciuitatis voce magna
clamabat, oſtendens amaritudinem animi
ſui, ¶ Et hoc eiulatu vſque ad fores palatij gradiens. 2
non enim erat licitum, indutum ſacco aulam regis in-
trare. ¶ In omnibus quoque prouincijs, oppidis ac lo- 3
cis, ad quæ crudele regis dogma peruenerat, planctus in-
gens erat apud Iudæos, ieiuniũ, vlulatus, & fletus, ſacco
& cinere multis pro ſtrato vtentibus. ¶ Ingreſſæ autem 4
ſunt puellæ Eſther & eunuchi, nuntiaueruntque ei. quod
audiens conſternata eſt: & veſtem miſit, vt ablato ſacco
"indueret eam: quam accipere noluit. ¶ Accitoque 5
B Athach eunucho, quem rex miniſtrum ei dederat, præ-
cepit ei vt iret ad Mardochæum, & diſceret ab eo cur
hoc faceret. ¶ Egreſſuſque Athach, iuit ad Mardo- 6
chæum "& inuenit eum ſtantem in platea ciuitatis, ante
oſtium palatij. ¶ Qui indicauit ei omnia quæ accide- 7
rant, quomodo Aman promiſiſſet vt in theſauros regis
pro Iudæorum nece inferret argentum. ¶ Exemplar 8
quoque edicti quod pendebat in Suſan, dedit ei vt regi-
C næ oſtenderet, & moneret eam vt intraret ad regem, &
deprecaretur eum pro populo ſuo. ¶ Regreſſus Athach, 9
nũtiauit Eſther omnia quæ Mardochæus dixerat. ¶ Quæ 10
reſpondit ei, & iuſſit vt diceret Mardochæo, ¶ Om- 11
nes ſerui regis, & cunctæ quæ ſub ditione eius ſunt, no-
runt prouinciæ, quòd ſiue vir, ſiue mulier non vocatus,
interius atrium regis intrauerit, abſque vlla cunctatione
ſtatim interficiatur: niſi fortè rex auream virgam ad eum
tetenderit pro ſigno clementiæ, atque ita poſſit viuere.
Ego igitur quomodo ad regẽ intrare potero quæ triginta
iam diebus non ſum vocata ad eum? ¶ Quod cum audiſ- 12
D ſet Mardochæus, ¶ rurſum mandauit Eſther, dicens, Ne 13
putes quòd animam tuam tantum liberes, quia in domo
regis es præ cunctis Iudæis. ¶ Si enim nunc ſilueris, per 14
aliam occaſionem liberabuntur Iudæi: & tu, & domus pa
tris tui peribitis. & quis nouit vtrum idcirco ad regnũ ve-
neris, vt in tali tempore parareris? ¶ Rurſumq; Eſther hęc 15
Mardochæo verba mandauit, ¶ Vade, & cõgrega omnes 16
Iudæos, quos in Suſan repereris, & orate pro me. Non "co
medetis, & non bibetis tribus diebus, & tribus noctibus: &
ego cum ancillis meis ſimiliter ieiunabo, & tũc ingrediar
ad regem, contra legem faciens, non vocata, tradenſque
me morti & periculo. ¶ Iuit itaque Mardochæus, & fe- 17
cit omnia quæ ei Eſther præceperat.

"induerẽt eum:

Petit Eſther à Mardochæo per eunuchum cauſam luctus.

Mardochæus ſuadet ipſi Eſther vt regem pro populo deprecetur.

Eſther ad regẽ ingreſſura, iubet pro ſe orari.

"comedatis & bibatis

*QVum vero Mardochæus cognouiſſet omnia quæ fiebant, diſcidit veſtimẽta ſua, induitq; ſaccũ 1 cũ cinere, & egreſſus in mediũ vrbis, clamauit clamore magno & amaro. Et peruenit 2 vſq; ad portas regis, (non 3 enim ingredi audebat portas regis quũ ſacco indutus eſſet.) Quin & in omni prouincia, 4 regione & loco, quo 5 verbũ regis & decretũ eius peruenerat, luctus erat magnus apud Iudæos, ieiuniũ, fletus, lamentũ, ſaccus & 6 puluis ſtratum [erat] multis. Venientes autẽ puellæ Eſter & eunuchi eius, 7 nuntiauerunt ei, & 8 conſternata eſt regina vehementer, & miſit veſtes quas indueret Mardochæus, depoſito à ſe ſacco ſuo, ſed non accepit. Vocauit ergo Eſter Hathach quendam ex eunuchis regis, 9 quos rex conſtituerat, [vt miniſtrarent] ante eam, & dedit ei mandatum 10 ad Mardochæum, vt reſciret quid hoc negotij eſſet, aut cur hoc [faceret.] Exiuit igitur Hathach ad Mardochæum 11 in plateam ciuitatis, 12 quæ erat ante portam 13 regis. Indicauit ergo ei Mardochæus quidquid ſibi acciderat, 14 explicationem quoque pecuniæ quam pollicitus erat Haman ſe 15 appenſurum in theſauros regios contra Iudæos vt perderẽtur. Sed & exemplar 16 regij decreti, quod affixum erat in Suſan ad perdendum eos, dedit ei, vt oſtenderet ipſi Eſter, 17 indicaretq; ei, & mandaret ſimul illi vt ingrederetur ad regem, 18 obſecraretq; coram eo pro populo ſuo. Ingreſſus ergo Hathach, nuntiauit ipſi Eſter verba Mardochæi. Dixitq; Eſter ipſi Hathach, 19 deditq; ei mandata ad Mardochæum, Omnes ſerui regis, & 20 populi prouinciarum regis ſciunt, quòd quicunque, vir ſit ſiue mulier, introierit ad regem in atrium interius inuocatus, 21 vnam de eo ſentẽtiam eſſe vt interficiatur: 22 is tantum viuet, cui rex ſceptrum aureum porrexerit. iam ego vocata non ſum 23 hiſce triginta diebus, vt regẽ adeam. Hæc verba Eſter, 24 renuntiarunt ipſi Mardochæo. Dixit autem Mardochæus 25 vt renuntiarent ipſi Eſter [ad hunc modum,] Ne putes 26 te animam tuam ſeruaturam in domo regis præ omnibus Iudæis: Si enim omnino tacueris hoc tempore, aliunde 27 orietur Iudæis reſpiratio & liberatio, tu vero & domus patris tui peribitis: & quis ſcit, 28 ſi ad hanc opportunitatem ad regnum perueneris? Dixit autem Eſter, 29 vt nuntiarent Mardochæo, Vade, & congrega omnes Iudæos qui ſunt in Suſan, & ieiunate 30 pro me, ne comedatis, neque bibatis tribus diebus & 31 tribus noctibus, ego etiam cum ancillis meis ieiunabo ſic, 32 tum ingrediar ad regem, (quod [tamen] 33 in more non eſt,) 34 etiamſi mihi omnino pereundum fuerit. Abiens igitur Mardochæus, fecit iuxta omnia quæ præceperat ei Eſter.*

## SCHOLIA IN CAP. IIII.

1 Et cinere.ſub.aſperſus eſt. 2 vſque ad locum qui erat ante portam regis, 3 vel, non enim licebat ingredi portas regis indutum ſacco. 4 Heb. ad quẽ locum.i.ad quas 5.i. edictũ 6 cinis ſternebatur multis.i. multi vtebantur loco ſtrati cinere, & ſacco. hoc eſt, induti ſacco iacebant in cinere. 7 quomodo ſcilicet Mardochæus eſſet indutus ſacco. 8 doluit 9 quẽ ſtare fecerat rex ante illam.i. cui ſeruandã dederat reginam. 10 de Mardochæo, 11 qui erat in platea 12 ſub.platea 13.i.palatij regij. 14 expoſitionem, id eſt, oblatam pecuniam. 15 Olim enim appendebant æs quod dabatur. 16 legis (vel, ordinationis) quæ data fuerat.i. lata. 17 ſub. quod geſtum fuerat. 18 vt deprecaretur illum, & quæreret à conſpectu illius pro &c.i. vt petitionem faceret à maieſtate regia pro ſalute populi ſui. 19 Hebraiſ. præcepitque illi. nempe vt illa quæ præcipiebat illi, renuntiaret Mardochæo, & diceret quæ ſequuntur. 20 Repeti debet (omnis) more Hebraico, & omnis populus. Iſta ſunt verba reginæ. 21 vnicam legem eius eſſe ad interficiendum, id eſt, quod vnica lege lata à rege, interfici debet.q.d. vnica lege ſanciuit rex vt omnis interficeretur qui ad ipſum ingrederetur non vocatus. 22 Hebr. præter eum ad quem porrexerit rex ſceptrum. is enim viuet.i.ſeruabitur. 23 vel, abhinc triginta diebus. 24 ſub.nuntij miſſi, ab Eſther. 25 Heb. ad reſpondendũ, id eſt, reſpondendo. 26 Heb. in animo tuo adſeruari. Infinitiuus eſt ſeruari, id eſt, Ne putes apud temetipſam ſeruari te poſſe.q.d. Ne exiſtimes te ſeruatam iri alijs pereuntibus. 27 Hebr. ſtabit.i. emerget, eueniet, id eſt, alia ratione Iudæi liberabuntur. 28 Heb. ſi propter tempus iſtud.i. vt hoc tempore calamitoſo liberares populum tuum. 29 Heb. ad reſpondendum.i. reſpõdendo. vt reſpõderet. 30 propter me, 31 Heb. nocte & die.i. tribus diebus integris. Ieiunium hoc dicitur triduanum per ſynecdochen. quia tertio die abiecit Eſther ſaccum, & poſtea induta veſtibus regalibus adijt regem: quia prima dies ieiunij conſtitit tantum altera parte diei naturalis. cœperunt enim ieiunare à prandio cum primũ expoſuit rem ipſam illis, quòd factum eſt die non nocte. 32 & ſic 33 eſt præter legem. 34 Heb. & quando peribo, peribo.i. ſi contingat me perire, lubens peribo. Præterita ſunt apud Hebræos pro futuris.q.d. lubens periclitabor de vita pro ſalute populi mei.

CAP. V.

FActam eſt autem die tertio, vt induceretur Eſter regio 1 [cultu,] ſtaretq; in atrio interiori domus regiæ 2 eregione ædium regiarum, ſedente rege ſuper ſolium regni ſui 3 in palatio regni contra oſtium domus. Quumq; videret rex Eſter reginam ſtantem in atrio 4 conciliauit ſibi gratiam in oculis eius, porrexitq; rex aureum ſceptrum quod manu ſua tenebat ipſi Eſter: & accedens Eſter, attigit ſummitatem ſceptri. Aitq; rex ad eam, 5 Quid eſt tibi Eſter regina, & quæ petitio tua? 6 vſque ad dimidium regni, & dabitur tibi. Reſpondit Eſter, Si regi bonum viſum fuerit, veniat rex & Haman hodie ad conuiuium quod apparaui ei. Dixitq; rex, Adducite cito Haman, vt 7 faciat verbum Eſter. venit igitur rex & Haman ad conuiuium quod apparauerat Eſter. Dixitq; rex ad Eſter 8 in conuiuio vini, Quæ eſt poſtulatio tua, & dabitur tibi? & quæ petitio tua? 9 vſque ad dimidium regni, & fiet. Reſpondens Eſter, ait, Petitio mea & poſtulatio [hæc eſt,] Si nacta ſum gratiam in oculis regis, & ſi regi bonum viſum fuerit, 10 vt annuat petitioni meæ & præſtet quod peto, Veniat rex & Haman ad conuiuium quod parabo eis, cras autem 11 faciam iuxta verbum regis. 12 Egreſſus itaque Haman eodem die 13 lætus & hilari corde. quumq; Haman videret Mardochæum in porta regis, & [quod] nec 14 ſurgeret, nec terreretur ab eo, tunc impletus eſt Haman furore aduerſus Mardochæum. Diſſimulauit autem Haman, & veniens domum ſuam, 15 miſit & aduocauit amicos ſuos, & Sares vxorem ſuam. Et recenſuit Haman eis gloriam opum ſuarum, & multitudinem filiorum ſuorum, & cuncta in quibus rex eum euexerat, 16 & quòd extuliſſet eum ſupra principes & miniſtros regis. Dixitq; Haman, Etiam regina Eſter neminem 17 introduxit cum rege ad conuiuium quod parauerat, præter me: quin & cras inuitatus ſum ab ea vna cum rege: at hoc totum 18 haudquaquam commodum mihi eſt, 19 quantiſper Mardochæum Iudæum video ſedentem pro porta regis. Ait autem ad eum Sares vxor eius, atque omnes amici eius, 20 Fiat lignum quod altitudine ſit quinquaginta cubitorum; & facto mane 21 loquere cum rege, vt ſuſpendant Mardochæum in eo, tu vero lætus 22 ingredere cum rege ad conuiuium. Placuitq; hæc res ipſi Haman, & curauit vt pararetur lignum.

CAP. V.

1 DIe autem tertio induta eſt Eſther regalibus veſti
mentis, & ſtetit in atrio domus regiæ, quod erat
interius, contra baſilicam regis: at ille ſedebat ſu-
per ſolium ſuum in conſiſtorio palatij, contra oſtium do-
2 mus. ¶ Cumque vidiſſet Eſther reginam ſtantem, placuit
oculis eius, & extendit contra eam virgam auream quam
tenebat manu: quæ accedens, oſculata eſt ſummitatẽ vir-
3 gæ eius. ¶ Dixitque ad eam rex, Quid vis Eſther regina?
quæ eſt petitio tua? etiam ſi dimidiam partem regni petie-
4 ris, dabitur tibi. ¶ At illa reſpondit, Si regi placet, obſecro
vt venias ad me hodie, & Aman tecum ad conuiuiũ quod
5 paraui. ¶ Statimque rex, Vocate, inquit, cito Aman, vt
Eſther obediat voluntati. venerunt itaque rex & Aman
6 ad conuiuium quod eis regina parauerat. ¶ Dixitq; ei rex,
poſtquam vinum biberat abũdanter, Quid petis vt detur
tibi? & pro qua re poſtulas? etiam ſi dimidiam partẽ regni
7 mei petieris, impetrabis. ¶ Cui reſpondit Eſther, Petitio
8 mea, & preces ſunt iſtæ: ¶ Si inueni in conſpectu regis gra
tiam, & ſi regi placet vt det mihi quod poſtulo, & meam
impleat petitionem: Veniat rex & Aman ad conuiuium
quod paraui eis, & cras aperiam regi voluntatem meam.
9 ¶ Egreſſus eſt itaque illo die Aman lætus & alacer. cumq;
vidiſſet Mardochæum ſedentem ante fores palatij, & non
ſolum non aſſurrexiſſe ſibi, ſed nec motum quidem de lo-
10 co ſeſsionis ſuæ, indignatus eſt valde. ¶ Et diſsimulata
ira reuerſus in domum ſuam, cõuocauit ad ſe amicos ſuos,
11 & Zares vxorem ſuam. ¶ Et expoſuit illis magnitudinem
diuitiarum ſuarum, filiorumq; turbam, & quanta eum glo
ria ſuper omnes principes & ſeruos ſuos rex eleuaſſet.
12 ¶ Et poſt hæc ait, Regina quoque Eſther nullum aliũ vo-
cauit ad conuiuiũ cum rege, præter me: apud quam etiam
13 cras cum rege pranſurus ſum. ¶ & cum hæc omnia habeã,
nihil me habere puto, quandiu videro Mardochæum Iu-
14 dæum ſedentem ante fores regias. ¶ Responderuntque ei
Zares vxor eius, & cæteri amici, Iube parari excelſam
trabem, habentem altitudinis quinquaginta cubitos: & dic
mane regi vt appendatur ſuper eam Mardochæus, & ſic
ibis cum rege lætus ad conuiuium. ᵃ Placuit ei conſilium,
& iuſsit excelſam præparari crucem.

Eſther intrans ad regem, petit vt ipſe & Amã ad conuiuium veniant.

B

Rurſum petit C ad conuiuium veniant.

Aman parat patibulum ipſi Mardochæo.

D

ᵃplacuitque

SCHOLIA IN CAP. V.

1 Vel, indumento. Verbale nomen eleganter ſuppletur ab Hebræis, quod in verbo includitur, vt hic vides. 2. i. & atrium erat eregione, &c. 3 in domo (id eſt) regia, eregione oſtij domus. ſub. regis. 4 Heb. tulit gratiam &c. i. Eſther viſa à rege iniJt gratiam ab illo. 5 id eſt, Quid tibi negotij eſt apud me, & quidnam petis? 6 ſubaudi, pete. vel, ſit petitio tua. 7 id eſt, morem gerat ipſi Eſther. 8 id eſt, inter pocula. ſiue inter bibendum. 9 ſub. pete. 10 placeat dare petitionem meam, & facere 11. i. faciam quicquid rex voluerit. Vel melius, die craſtino proponam quæſtionẽ meam coram rege, iuxta verbum ipſius regis, id eſt, vt rex præcepit.

12 ſub. à conuiuio. 13 propter honorem ſibi impenſum à regina Eſther, quod eum ad cõuiuium inuitaſſet vnà cum rege. 14 aſſurrexiſſet illi, neque mouiſſet ſeſe loco, id eſt, quod non ceſsiſſet illũ, 15 ſub. nuntios. i. miſsis nuntijs accerſiuit ad ſe 16 &, pro id eſt. q. d. quanto honore affeciſſet illum rex, extollendo eum ſupra principes &c. 17 accerſiuit. vel, inuitauit 18 non conducit mihi. i. nihil me iuuat. hoc eſt, hæc omnia, parua mihi videntur. 19 Heb. omni tẽpore. i. quãdocũq;. 20 faciãt. vel, præparẽt, ſub. famuli 21. i. precare regẽ vt ſinat illũ appendi patibulo. 22 Imperatiuum pro futuro, ingredieris. vel, ibis. q. d. quo facto ibis cum rege lætus, &c.

CAP. VI.

NOcte iſta fugit ſomnus 1 regem, 2 iuſſitq; vt afferrent librum 3 rerum memorabiliũ 4 [atque] annales, qui lecti fuerunt coram rege. Inuentum eſt autẽ ſcriptum, quomodo Mardochæus indicarit de Bigthana & Thæres duobus eunuchis regis 5 qui cuſtodes erãt 6 liminis, quòd ſcilicet hi conati fuiſſent manus inferre regi Aſuero. Dixitq; rex, Qualis honor aut magnificẽtia Mardochæo exhibita eſt huius rei gratia? Reſponderunt pueri regis 7 qui ei miniſtrabant, 8 Ne tantillum quidẽ ei repenſum eſt. Et dixit rex, Quis eſt in atrio? (Venerat autẽ Haman in atriũ 9 exterius ædium regiarum, vt loqueretur cum rege de ſuſpendendo Mardochæo 10 in lignum quod illi parauerat.) Dixerunt ergo pueri regis ad eum, Ecce Haman ſtat 11 in atrio. Dixit ergo rex, Ingrediatur. Et quum Haman eſſet ingreſſus, dixit ad eum rex, Quid faciendum eſt viro quem 12 voluerit rex honore afficere? 13 Cogitauit autem Haman in corde ſuo, 14 Quem vellet rex honore afficere quàm me? Reſpondit ergo Haman regi, Vir quem 15 dignatur rex honore proſequi,

CAP. VI.

1 NOctem illam duxit rex inſomnem, iuſsitque ſibi
afferri hiſtorias & annales priorum temporum.
2 Quæ cum illo præſente legerentur, ¶ Ventum
eſt ad illum locum vbi ſcriptum erat quomodo nuntiaſ-
ſet Mardochæus inſidias Bagathan & Thares eunucho-
3 rum, regem Aſſuerum iugulare cupientium. ¶ Quod
cum audiſſet rex, ait, Quid pro hac fide honoris ac
præmij Mardochæus conſecutus eſt? Dixerunt ei ſerui
4 illius ac miniſtri, Nihil omnino mercedis accepit. ¶ Sta-
timque rex, Quis eſt, inquit, in atrio? (Aman quippe
interius atrium domus regiæ intrauerat, vt ſuggereret
regi, & iuberet Mardochæum affigi patibulo quod ei
5 fuerat præparatum.) ¶ Reſponderunt pueri, Aman ſtat
6 in atrio. Dixitque rex, Ingrediatur. ¶ Cumque eſſet
ingreſſus, ait illi, Quid debet fieri viro, quem rex ho-
norare deſyderat? Cogitans autem in corde ſuo Aman,
& reputans quòd nullum alium rex, niſi ſe, vellet ho-
7 norare, ¶ reſpondit, Homo quem rex honorare cupit,
¶ debet

Rex annales euoluens, fidelitatem Mardochæi inuenit.

B

Mardochæum iubet rex honorari in confuſionem Aman.



¶ debet indui veſtibus regijs: & imponi ſuper equũ qui de 8
C ſella regis eſt, & accipere regiũ diadema ſuper caput ſuũ,
¶ Et primus de regijs principibus ac tyrãnis teneat equũ 9
eius: & per plateã ciuitatis incedẽs, clamet & dicat, Sic ho
norabitur, quemcunq; voluerit rex honorare. ¶ Dixitque 10
ei rex, Feſtina: & ſumpta ſtola & equo, fac vt locutus es,
Mardochæo Iudæo qui ſedet ante fores palatij. Caue ne
quicquã de his quæ locutus es prætermittas. ¶ Tulit itaq; 11
Amã ſtolam & equũ, indutũq; Mardochæũ, in platea ciui
tatis, & impoſitũ equo præcedebat, atq; clamabat, Hoc ho
nore cõdignus eſt, quẽcunq; rex voluerit honorare. ¶ Re 12
D uerſuſq; eſt Mardochæus ad ianuã palatij: & Aman feſti-
nauit ire in domũ ſuã, lugẽs & operto capite: ¶ narrauitq; 13
Zares vxori ſuæ, & amicis omnia quæ eueniſſent ſibi. cui
reſpõderũt ſapiẽtes quos habebat in cõſilio, & vxor eius,
Si de ſemine Iudæorũ eſt Mardochæus, ante quẽ cadere
cœpiſti, nõ poteris ei reſiſtere, ſed cades in cõſpectu eius.
¶ Adhuc illis loquẽtibus, venerũt eunuchi regis, & cito eũ 14
ad conuiuiũ quod regina parauerat, pergere cõpulerunt.

Aman triſtis præcepto regis honorat Mardochæum.

16 Hunc introducant, & regio veſtitu veſtiant quo rex ſolet indui, deinde & equo [vehatur] quo ſolet vehi rex, imponaturq; corona regia in capite eius. Dent inſuper 17 veſtimentum & equum in manum alicuius, qui ex principibus eſt & 18 ſatrapis regis, vt induant virum illum quem rex honore 19 vult proſequi, 20 hunc imponant ſuper equum in platea ciuitatis, & clament ante eum, Sic fiet ei quem rex honore 19 vult proſequi. Tum dixit rex ad Haman, Ilico cape veſtimentum & equum illum, & quemadmodum loquutus es, ſic facias Mardochæo Iudæo ſedenti pro porta regis: ne ſinas excidere vel verbulum ex omnibus quæ loquutus es. Tum accepit Haman veſtimentũ & equum, & induit Mardochæum, & 21 vexit eum equo per plateam vrbis, & exclamauit corã eo, Sic fiet ei quem rex honore 19 vult proſequi. Reuerſus eſt autem Mardochæus ad portã regis, & Haman 22 impulſus ad domum ſuam, mæſtus & 23 cooperto capite. Narrauit autem Haman Sares vxori ſuæ, & omnibus amicis ſuis omne quod ei acciderat. & dixerunt ad eum 24 ſapientes ſui & Sares vxor eius, Si de ſemine Iudæorum eſt Mardochæus 25 coram quo cadere cœpiſti, non poteris 26 eum ſuperare, ſed 27 cadendo cades ante conſpectum eius. Quumq; adhuc loquerentur cum eo, 28 aſſuerunt eunuchi regis, & ſategerunt introducere Haman ad conuiuium quod parauerat Eſter.

SCHOLIA IN CAP. VI.

1 Regis, id eſt, noctem illam rex duxit inſomnẽ. 2 dixitque. dicere pro iubere. 3 vel, hiſtoriarum. ſiue monumentorum. vt ſcilicet lectione illorum falleret tempus nocturnum. 4 potius ſubaudiendum, id eſt. Nam per appoſitionem dictum eſt, liber rerum memorabilium, id eſt annales. 5 qui de cuſtodibus erant. 6 ſupellectilis, id eſt, vaſorum aureorum. 7 ſubaudienda coniunctio eſt, hoc modo, & qui ei &c. 8 Hebraiſmus, non factum eſt cum eo quicquam, id eſt, nihil prorſus honoris accepit à rege, neque mercedis. 9 Non interius dixit, quo non licebat ingredi niſi vocatis. 10 vel, in cruce, quam &c. 11 in atrio illo, ſubaudi, exteriori in quo ſtabant qui ad regem ingreſſuri erant. 12 cupit 13 Hebraiſmus, Dixit 14 Heb. Cui optauerit rex facere honorem pluſquam mihi? id eſt, quem rex maiore honore afficeret meipſo? q. d. neminem. 15 cupit 16 Afferant veſtem regiam qua induitur rex, & (adducant) equum quem equitat rex, & in cuius (equi) capite corona regni poni ſolet, &c. Nam apud Perſas, inquit quidam Hebræorum, ſolebat equus deferre diadema regni. & certe poſtea non meminit coronæ: vt conijcere liceat, huius Hebræi opinionem eſſe veram. 17 veſtem illam 18 anteſignanis. qui ſcilicet exercitus ducere ſolent. vel, vt alij volunt, vox Hebræa ſignificat eos, qui abſente imperatore exercitui præſunt. Alij vertunt, in manũ vnius ex principibus Euphratis. i. qui trans Euphratem habitabant. 19 optat 20 Heb. & equitare faciant illum ſuper equum per plateam, &c. 21 equitare fecit illum 22 feſtinauit. vel, proripuit ſeſe domũ 23 demiſſo ſcilicet pileo, more hominum triſtium. 24 Hic vocat ſapientes, quos vocauerat amicos. i. quorum conſilio vti ſolebat. 25. i. quo cœpiſti eſſe inferior. 26 aduerſus eum. i. non poteris eo eſſe ſuperior. 27. i. indubiè ſuperaberis ab illo. 28 Heb. ſuperuenerunt, & feſtinauerunt ad faciendum venire. i. coegerunt Haman vt cito veniret ad conuiuium &c.

CAP. VII.

INtrauit itaq; rex & Aman, vt biberẽt cũ regina. ¶ Di- 1
xitq; ei rex etiã ſecunda die, poſtquã vino incaluerat, 2
Quæ eſt petitio tua Eſther, vt detur tibi? & quid vis
fieri? etiã ſi dimidiã partem regni mei petieris, impetrabis.
¶ Ad quẽ illa reſpondit, Si inueni gratiam in oculis tuis ô 3
rex, & ſi tibi placet, dona mihi animã meã pro qua rogo,
B & populum meũ pro quo obſecro. ¶ Traditi enim ſumus 4
ego & populus meus, vt cõteramur, iugulemur, & pereamus:
atq; vtinã in ſeruos & famulas vẽderemur, eſſet tole-
rabile malũ, & gemens tacerẽ. Nũc autẽ hoſtis noſter eſt,
cuius crudelitas redũdat in regẽ. ¶ Reſpõdenſq; rex Aſ- 5
ſuerus ait, Quis eſt iſte: & cuius potẽtiæ, vt hæc audeat fa-
cere? ¶ Dixitq; Eſther, Hoſtis & inimicus noſter peſsimus 6
iſte eſt Amã. quod ille audiẽs, ilico obſtupuit, vultũ regis
C ac reginæ ferre nõ ſuſtinẽs. ¶ Rex autẽ iratus ſurrexit, & 7
de loco cõuiuij intrauit in hortũ arboribus conſitũ: Aman
quoque ſurrexit, vt rogaret Eſther reginã pro anima ſua.
intellexit enim à rege ſibi paratũ malũ. ¶ Qui cũ reuerſus 8
eſſet de horto nemoribus cõſito, & intraſſet cõuiuij locũ,
reperit Amã ſuper lectulum corruiſſe, in quo iacebat E-
ſther, & ait, Etiã reginã vult opprimere, me pręſente, in do
D mo mea. necdũ verbũ de ore regis exierat, & ſtatim ope-
ruerunt faciẽ eius. ¶ Dixitq; Harbona, vnus de eunuchis, 9
qui ſtabãt in miniſterio regis: En lignum quod parauerat
Mardochæo, qui locutus eſt pro rege, ſtat in domo Amã,
habens altitudinis quinquaginta cubitos. cui dixit rex,
Appendite eum in eo. ¶ Suſpenſus eſt itaq; Aman in pati- 10
bulo quod parauerat Mardochæo: & regis ira quieuit.

Eſther in conuiuio pro ſua & populi ſui vita orat.

Iuſſu regis ſuſpenditur Aman in patibulo quod Mardochæo parauerat.

INgreſſus eſt itaq; rex & Haman 1 vt biberẽt cum Eſter regina. Et ait rex ad Eſter etiam altera die 2 in conuiuio vini, Quæ eſt poſtulatio tua Eſter regina, & dabitur tibi? quæ petitio tua? 3 ad dimidium vſque regni, & fiet. Reſpondens Eſter regina, dixit, Si nacta ſum gratiam in oculis tuis ô rex, ſiq; bonum viſum fuerit regi, detur mihi 4 anima mea in petitione mea, & populus meus in petitione mea. Venditi enim ſumus ego & populus meus, vt [nos] 5 excindant & perdant: 6 & vtinam venditi eſſemus in ſeruos & ancillas, tum enim tacuiſſem, 7 verum hoſtis non ſupputat damnum regis. Reſpondens autem rex Aſuerus, dixit ad Eſter reginã, Quis eſt iſte? & vbi eſt iſte, 8 qui corde ſuo plene ſtatuerit hoc facere? Eſter ait, Vir aduerſarius & hoſtis eſt iſte malus Haman. 9 territus eſt autem Haman coram rege & regina. Et ſurgens rex à 10 potatione vini 11 in furore ſuo, [abijtq; 12 in hortos iuxta palatium: Hamã autem 13 ſtans rogabat Eſter pro vita ſua. animaduertebat enim 14 ſibi malum omnino definitũ eſſe à rege. Quum vero rex ex hortis palatij rediſſet in locũ in quo cõuiuium vini fuerat, corruerat Haman ſuper lectũ ſuper quo Eſter [ſedebat.] Tum ait rex, An vero & reginam comprimere 15 [vult] in domo me præſente? quum ſermo iſte exiſſet ex ore regis, faciẽ ipſius Haman 16 operuerunt. Dixit autem Harbona, vnus ex eunuchis regis coram rege, 17 En lignum quoque quod parauit Haman Mardochæo, (18 qui ſalutem regis curauit,) ſtat in domo Haman, altitudine quinquaginta cubitorum. dixit ergo rex, Suſpendite eum in illo. Suſpenderunt ergo Haman in ligno quod parauerat Mardochæo, reſeditq; furor regis.

SCHOLIA IN CAP. VII.

1 Id eſt, ad conuiuium paratum ab Eſther 2. i. inter pocula, inter bibendum. 3 ſub. pete. 4. i. vita. q. d. peto vt mihi & populo meo Iudaico liceat viuere, hoc eſt, ne pereamus. 5 vel, diſperdant & iugulent & deleant; 6 vel, quòd ſi in ſeruos &c. tacuiſſem. 7 quanuis inimicus nequaquam compẽſare poſsit &c. ſub. pecunia oblata. hoc dicit quia Haman pecunias regi obtulerat. rex autẽ feciſſet magnã iacturã pereuntibus Iudæis: nam multa ab illis tributi nomine accipiebat. 8 Heb. cuius cor perſuaſit ipſi vt ſic facerẽt

9 obſtupuit à conſpectu regis & reginæ, id eſt, vltrà conſpectum regis & reginæ ſuſtinere non potuit. 10 conuiuio 11 id eſt, iratus mirum in modum diſceſsit à conuiuio. 12 in hortulum palatij. 13 Heb. ſtetit ad quærendum ab Eſther, id eſt, vt petitionem faceret ab Eſther. 14 Heb. quod conſummata ſibi eſſet afflictio &c. i. perniciem & malum impenderet ſibi à rege. 15 (vis) 16 ſub. ſerui regis. ſolebant enim Perſæ operire faciem eius in quem rex iratus eſſet. q. d. occultauerunt illum miniſtri regis, ne poſthac videretur ab eo & magis ſuccenſeret illi. Alij vertunt, facies Haman tecta fuit, id eſt, ipſe præ pudore texit faciem ſuam. Alij, corruit facies eius, id eſt, effectus eſt triſtis admodum. 17 Etiam ſanè patibulum 18 Heb. qui (tamen) bonum de rege eſt locutus. i. qui de rege bene meritus eſt: detexerat enim inſidias Mardochæus quas regi ſtruxerant eunuchi duo.

## CAP. VIII.

*IPſo eodem die dedit Aſuerus rex Eſter reginæ 1 domum Haman hoſtis Iudæorum, 2 venitq; Mardochæus in conſpectum regis: Eſter enim indicauerat 3 qualiter ei eſſet [iunctus.] Tulitq; rex annulum ſuum quem ab Haman abſtulerat, & tradidit eum Mardochæo, & conſtituit Eſter Mardochæum ſuper domum Haman. Rurſum quoq; Eſter, 4 loquuta eſt 5 coram rege, acciditq; pedibus eius, flens & obſecrans eum vt 6 tolleret malum Haman Agagæi, & machinationem eius quam excogitauerat contra Iudæos. Porrexit autem rex ſceptrum aureum ipſi Eſter, ſurgenſq; Eſter ſtabat coram rege, Dixitq;, Si regi 7 placuerit, & ſi nacta ſum gratiam in conſpectu eius, ſiq; hæc res 8 commoda videtur regi, & ego 9 bona [iudicata fuerim] in oculis eius, ſcribatur vt reuocentur literæ [quæ continent] machinationem Haman filij Hamedatha Agagæi, quas ſcripſit ad perdendum Iudæos qui ſunt in vniuerſis prouincijs regis. Quomodo enim 10 potero [ferre] & videre calamitatem quæ deprehendet populum meum? aut qui poſſum [11 ferre] & videre perditionem gentis meæ? Ait itaque rex Aſuerus ad Eſter reginam, & ad Mardochæum Iudæum, Ecce domum Haman 12 dedi Eſter, quem egerunt in crucem, eò quòd intulit manum ſuam Iudæis, vos iam ſcribite ad Iudæos quod bonum vobis videtur nomine regis, & 13 obſignate annulo regis: ſcriptum enim quod exaratum eſt nomine regis, & obſignatum annulo regis, nemo audet refringere. Vocati ſunt ergo eodem tempore ſcribæ regis menſe tertio, is eſt menſis 14 Siuan, viceſimatertia eiuſdem, & ſcriptum eſt iuxta omnia quæ præcepit Mardochæus, ad Iudæos & ad ſatrapas, præfectos & principes prouinciarum, quæ ſunt ab India vſque ad Æthiopiam, 15 prouincijs centum atque viginti ſeptem, cuique prouinciæ 16 ſecundum ſcripturam eius, & cuique populo ſecundum linguam eius, Iudæis etiam iuxta ſcripturam & linguam eorum. Scripſit 17 autem nomine regis Aſueri, & obſignauit annulo regis, miſitq; literas per manum curſorum, 18 qui vehebantur equis velocibus, veredis & iuuenibus mulis, Quòd rex daret Iudæis, qui in omnibus & ſingulis ciuitatibus eſſent, facultatem ſeſe congregandi & 19 ſtandi pro vita ſua, ad 20 excindendum, ad trucidandum & perdendum omnes copias, populum, prouinciam, qui eos affligunt, & pubem, 21 & mulieres, prædamq; eorum 22 diripiendi. 23 Idque vno eodemq; die per omnes prouincias regis Aſueri, nempe decimatertia die menſis duodecimi, is eſt menſis 24 Adar. 25 Exemplar autem ſcripti erat, 26 vt affigeretur edictum in omnibus & ſingulis prouincijs, 27 vulgareturq; omnibus populis, vt Iudæi parati eſſent in diem illum, 28 ad ſeſe aſſerendum ab hoſtibus ſuis. Porrò curſores 29 qui vehebantur velocibus veredis, 30 feſtinanter egreſſi ſunt 31 impulſi præcepto regis. 32 edictum autem affixum eſt in Suſan arce regia. Mardochæus quoque egreſſus eſt 33 à rege cultu regio ornatus, hyacinthino videlicet & candido, corona quoque aurea eaq; magna, pallio deinde byſſino atque purpureo, iubilante & exultante vrbe Suſan. Ortaq; eſt lux Iudæis 34 & gaudium, exultatio & honor. In omnibus denique & ſingulis prouincijs, & in omnibus ac ſingulis ciuitatibus quò peruenerat 35 verbum regis & 36 decretum eius, habebant Iudæi gaudium & exultationem, conuiuium & 37 diem bonum: multi quoque 38 ex populis terræ 39 ſimulabant ſe Iudæos: quandoquidem 40 pauor Iudæorum ceciderat ſuper eos.*

## CAP. VIII.

1 DIe illo dedit rex Aſſuerus Eſther reginæ domum
Aman aduerſarij Iudæorum, & Mardochæus
ingreſſus eſt ante faciem regis. confeſſa eſt enim
2 ei Eſther quòd eſſet patruus ſuus. ♀ Tulitque rex an-
nulum quem ab Aman recipi iuſſerat, & tradidit Mar-
dochæo. Eſther autem conſtituit Mardochæum ſuper
3 domum ſuam. ♀ Nec his contenta, procidit ad pedes
regis: fleuitque, & locuta ad eum orauit vt malitiã Aman
Agagitæ, & machinationes eius peſsimas, quas excogi-
4 tauerat contra Iudæos, iuberet irritas fieri. ♀ At ille ex
more ſceptrum aureum prætendit manu, quo ſignum
clementiæ monſtrabatur. Illaque conſurgens ſtetit ante
5 eum, ♀ Et ait, Si placet regi, & ſi inueni gratiam in
oculis eius, & deprecatio mea non ei videtur eſſe con-
traria, obſecro vt nouis epiſtolis veteres Aman literæ B
inſidiatoris & hoſtis Iudæorum, quibus eos in cunctis
6 regis prouincijs perire præceperat, corrigantur. ♀ Quo-
modo enim potero ſuſtinere necem & interfectionem
7 populi mei? ♀ Reſponditque rex Aſſuerus Eſther re-
ginæ, & Mardochæo Iudæo, Domum Aman conceſsi
Eſther reginæ: & ipſum iuſsi affigi cruci, quia auſus eſt
8 manum mittere in Iudæos. ♀ Scribite ergo Iudæis, ſi-
cut vobis placet, ex regis nomine, ſignantes literas an-
nulo meo. Hæc enim conſuetudo erat, vt epiſtolis quæ
ex regis nomine mittebantur, & illius annulo ſignatæ
9 erant, nemo auderet contradicere. ♀ Accitiſque ſcri-
bis & librarijs regis (erat autem tempus tertij menſis,
qui appellatur Siban) viceſima & tertia die illius ſcriptæ
ſunt epiſtolæ, vt Mardochæus voluerat, ad Iudæos & ad
principes, procuratoreſque & iudices, qui centum vigin-
tiſeptem prouincijs ab India vſque ad Æthiopiam præ- C
ſidebant: prouinciæ atque prouinciæ, populo & populo
iuxta linguas & literas ſuas, & Iudæis prout legere pote-
10 rant, & audire. ♀ Ipſæq; epiſtolæ, quæ ex regis nomine
mittebantur, annulo ipſius obſignatæ ſunt, & miſſæ per
veredarios: qui per omnes prouincias diſcurrentes, vete-
11 res literas nouis nuntijs præuenirent. ♀ Quibus imperauit
rex, vt conuenirent Iudæos per ſingulas ciuitates, & in
vnum præciperent congregari, vt ſtarent pro animabus
ſuis, & omnes inimicos ſuos cum coniugibus ac liberis &
12 vniuerſis domibus interficerent atque delerent. ♀ Et con-
ſtituta eſt per omnes prouincias vna vltionis dies, id eſt
13 tertiadecima die menſis duodecimi Adar. ♀ Summaque
epiſtolæ hæc fuit, vt in omnibus terris ac populis, qui
regis Aſſueri ſubiacebant imperio, notum fieret para-
tos eſſe Iudæos ad capiendam vindictam de hoſtibus D
14 ſuis. ♀ Egreſsique ſunt veredarij celeres nuntia perfe-
15 rentes, & edictum regis pependit in Suſan. ♀ Mardo-
chæus autem de palatio, & de conſpectu regis egrediens
fulgebat veſtibus regijs, hyacinthinis videlicet & *ærinis
coronam auream portans in capite, & amictus ſerico
pallio atque purpureo: omniſque ciuitas exultauit, atque
16 lætata eſt. ♀ Iudæis autem noua lux oriri viſa eſt, gau-
17 dium, honor, & tripudium. ♀ Apud omnes populos, vr-
bes atque prouincias, quocunque regis præcepta venie-
bant, mira exultatio, epulæ atque conuiuia, & feſtus dies:
intantum vt plures alterius gentis & ſectæ, eorum reli-
gioni & ceremonijs iungerentur. grandis enim cunctos
Iudaici nominis terror inuaſerat.

Domo Aman tradita reginæ Eſther, Mardochæus exaltatur.

Eſther regem orat vt literæ in necem Iudæorum miſſæ ab Aman, fiant irritæ.

Literæ nomine regis ſcribuntur ad Iudæos, vt occidant hoſtes ſuos.

Gaudium & lætitia Iudæorum ob edictum regis Aſſueri.

*Legendum aerijs.

## SCHOLIA IN CAP. VIII.

1 Id eſt, familiam. q.d. non ſolum priuatus eſt vita, ſed etiam bonis. 2 i. admiſſus eſt in familiam regiam, & exaltatus. 3 Heb. quid eſſet ipſi. q. d. indicauit eſſe ſuum patruelem. nam erat filia patrui Mardochæi. 4 i. priori petitioni addidit hæc quæ ſequũtur.

5. i. au-



5 .i. audiente rege. 6. Heb. tranſire faceret .i. vt abigeret à ſe & à populo Iudaico calamitatem illam & inſidias quas parauerat ipſis Iudæis. 7 Heb. bonum videtur. 8 bona. ſiue, recta. 9 .i. ſi placeo regi & grata illi ſum. 10 Heb. potero & videbo. i. Quomodo potero videre. vel, Quomodo potero. ſub. viuere, & videbo. i. ſi videam. 11 vel, viuere. 12 .q.d. quid vltra quæritis? 13 ſub. literas. 14 Hic mẽſis reſpondet noſtro Maio aut parti eius. 15 vel, (ad principes inquam) centum & vigintiſeptem prouinciarum. 16 .i. characteribus quibus vti ſolebant. 17 igitur ſub. Mardochęus vel ſcriba. 18 Heb. equitantium diuitias, mulos filios equarum. i. equitantiũ opes regis, hoc eſt, animalia magni pretij, vel velociſsima, appoſitiue mulos natos ex equabus. 19 .i. tuendi vitam ſuam. 20 vel, excindendo, iugulando & perdendo omnem exercitum populi & prouinciæ. (omnem inquam exercitum) oppugnantiũ ipſos. 21. q.d. nemini parcendo. 22 vel, diripiendo. 23 Verſus iſte pendet à ſuperiore, nempe, ſcripſit quod rex permiſerit Iudæis vt congregarent ſeſe, & ſtarent pro anima ſua vno die, &c. 24 Hic menſis reſpõdet noſtro Februario, aut parti eius. 25 ſiue, Sũma. 26 vt ferretur lex, ſiue decretum. 27 Heb. (poneretur inquam lex) manifeſta. i. vt promulgaretur lex omnibus populis. vel, vt ferretur lex quę nota eſſet omnibus populis. 28 ad vindictam ſumendam de iniurijs ſuis. 29 illi equitãtes animalia magni pretij (vel velociſsima, appoſitiue) mulos. 30 more ſcilicet turbatorũ. hoc ſignificat verbũ Hebraicũ. 31 vel, ad mandatũ. ſiue imperiũ. 32 & lex illa (ſiue cõſtitutio) promulgata fuit in Suſan metropoli. ſiue vrbe regia. 33 .i. è cubiculo regio. 34 hic coniunctio &, explicat quid per lucẽ intellexerit, nẽpe gaudium. 35 vel, mandatum. 36 lex. ſiue conſtitutio. 37 diem feſtum Iudæi appellant diem bonum. 38 id eſt, regionis Aſſueri. 39 Hebraiſmus, Iudaizabant, id eſt, cœperãt ſtare à partibus Iudęorum, vel addixerant ſeſe religioni & ritibus Iudæorum. Aut ſecundum alios, cœperant contrahere affinitatem cum Iudæis. 40 id eſt, quia timebant ſibi à Iudæis.

## CAP. IX.

IGitur duodecimi menſis, quem Adar vocari antè iam 1
diximus, tertiadecima die, quando cunctis Iudæis in-
terfectio parabatur, & hoſtes eorũ inhiabant ſanguini,
verſa vice Iudæi ſuperiores eſſe cœperunt, & ſe de aduer-
ſarijs vindicare. ♀ Congregatiq; ſunt per ſingulas ciuita- 2
tes & oppida & loca, vt extenderent manum cõtra inimi-
cos, & perſecutores ſuos: nulluſque auſus eſt reſiſtere, eo
quòd omnes populos magnitudinis eorũ formido *pene-
traret. ♀ Nam & prouinciarum iudices, & duces, & procu 3
ratores, omniſque dignitas quæ ſingulis locis ac operibus
præerat, extollebant Iudæos timore Mardochæi: ♀ quem 4
principem eſſe palatij, & plurimum poſſe cognouerãt. fa-
B ma quoq; nominis eius creſcebat quotidie, & per cunctо-
rũ ora volitabat. ♀ Itaq; percuſſerũt Iudæi inimicos ſuos 5
plaga magna, & occiderunt eos, reddẽtes eis quod ſibi pa
rauerant facere: ♀ Intantum vt etiã in Suſan quingẽtos vi- 6
ros interficerent, extra decem filios Aman Agagitæ ho-
ſtis Iudęorum: quorum iſta ſunt nomina, ♀ Pharſandatha, 7
& Delphon, & Eſphatha, ♀ & Phoratha, & Adalia, & Ari 8
datha, ♀ & Phermeſta, & Ariſai & Aridai, & Iezatha: 9
♀ quos cũ occidiſſent, prædas de ſubſtãtijs eorũ agere no- 10
luerunt. ♀ Statimq; numerus eorum qui occiſi erant in Su 11
ſan ad regẽ relatus eſt. ♀ Qui dixit reginæ, In vrbe Suſan 12
interfecerunt Iudæi quingentos viros, & alios decẽ filios
Amã: quantã putas eos exercere cædem in vniuerſis pro-
uincijs? Quid vltra poſtulas, & quid vis vt fieri iubeam?
C ♀ Cui illa reſpondit, Si regi placet, detur poteſtas Iudæis: 13
vt ſicut fecerunt hodie in Suſan, ſic & cras faciant, & decẽ
filij Aman in patibulis ſuſpendantur. ♀ Præcepitq; rex vt 14
ita fieret: ſtatimque in Suſan pependit edictũ, & decem fi-
lij Aman ſuſpenſi ſunt. ♀ Congregatis Iudæis quartadeci- 15
ma die menſis Adar, interfecti ſunt in Suſan trecenti viri:
nec eorum ab illis direpta ſubſtantia eſt. ♀ Sed & per om- 16
nes prouincias quę ditioni regis ſubiacebant, pro anima-
bus ſuis ſteterunt Iudæi, interfectis hoſtibus ac perſecuto-
ribus ſuis: intantum vt ſeptuagintaquinq; millia occiſorũ
implerentur, & nullus de ſubſtantijs eorũ quicquam con-
tingeret. ♀ Dies autem tertiuſdecimus menſis Adar vnus 17
apud omnes interfectionis fuit, & quartadecima die cęde-
D re deſierunt. Quem conſtituerunt eſſe ſolennem, vt in eo
omni tempore deinceps vacarent epulis, gaudio atq; cõ-
uiuijs. ♀ At hi qui in vrbe Suſan cædem exercuerãt, tertio- 18
decimo & quartodecimo die eiuſdem menſis in cęde ver-
ſati ſunt: quintodecimo autem die percutere deſierunt. Et
idcirco eundem diem conſtituerunt ſolennem epularum
atq; lætitiæ. ♀ Hi verò Iudæi qui in oppidis nõ muratis ac 19
villis morabantur, quartumdecimum diem menſis Adar
conuiuiorũ & gaudij decreuerunt, ita vt exultent in eo, &
mittãt ſibi mutuò partes epularũ & ciborũ. ♀ Scripſit itaq; 20
Mardochæus omnia hæc, & literis comprehenſa miſit ad
Iudæos qui in omnibus regis prouincijs morabantur, tã in
vicino poſitis quàm procul, ♀ Vt quartamdecimã & quin- 21
tamdecimã diem menſis Adar pro feſtis ſuſciperent, & re-
E uertẽte ſemper anno ſolenni celebrarent honore: ♀ quia in 22

Interficiũt Iudæi inimicos ſuos.

*penetrarat.

Decẽ filij Amã ſuſpenduntur.

Dies celebris inſtituitur in memoriã liberationis.

## CAP. IX.

*MEnſe igitur duodecimo, qui eſt menſis Adar, decimatertia die eiuſdem, (1 quum iam appeteret [tempus] vt verbum regis & decretum eius perficeretur, eo ſcilicet die quo hoſtes Iudæorum 2 ſperabant ſe tyrannidem exercere in eos, 3 verſæ ſunt vices, vt Iudæi dominarentur in hoſtes ſuos.) 4 Congregati enim erant Iudæi in ciuitatibus ſuis in omnibus prouincijs regis Aſueri, vt inferrent manum in eos qui mala eis machinabantur, 5 nec potuit quiſquam coram eis conſiſtere, quoniam 6 pauor eorum inciderat ſuper omnes populos. Sed & cuncti principes prouinciarum, ſatrapæ & duces, & 7 qui exequebantur opera [regia,] honore proſequebantur Iudæos, 8 eo quod pauor Mardochæi inciderat ſuper eos. Erat enim Mardochæus magnus in domo regis, & fama eius 9 exierat per omnes prouincias, quia vir ille Mardochæus promouebat & 10 magnus fiebat. Percuſſerunt itaque Iudæi omnes hoſtes ſuos 11 ictu gladij, [edentes] cædem & perditionem, agentes cum hoſtibus ſuis pro voto ſuo. Porrò in Suſan arce regia interfecerunt Iudæi, & perdiderunt quingentos viros. Super hæc Parſandatha, Dalphon, Aſphata, Poratha, Adalia, Aridata, Parmaſta, Ariſai, Aridai, & VaiZatha decem filios Haman filij Hamedatha hoſtis Iudæorum, interfecerunt, 12 in prædam autem manum ſuam non iniecerunt. Illo eodem die peruenit numerus occiſorum in Suſan arce 13 in conſpectum regis. Dixitque rex ad Eſter reginam, In arce Suſan interfecerunt & perdiderunt Iudæi quingentos viros, atque decem filios Haman, quid fecerunt [putas] in reliquis prouincijs 14 regis? 15 Quæ vero eſt poſtulatio tua quæ detur tibi? aut quæ eſt 16 adhuc petitio tua, & fiet? Reſpondit Eſter, Si regi placet, [facultas] detur etiam cras Iudæis qui ſunt in Suſan, vt faciãt iuxta 17 decretum huius diei, ſuſpendantque decem filios Haman in ligno. Et annuit rex vt ſic fieret, 18 & affixum eſt decretum in Suſan: & ſuſpenderunt decem filios Haman. Congregati enim Iudæi qui erant in Suſan, etiam decimaquarta die menſis Adar, interfecerunt trecentos viros, at in prædam manum ſuam non iniecerunt. Reliqui quoque Iudæi qui erant in prouincijs regis, congregati 19 ſteterunt pro anima ſua, & 20 vt tranquilli eſſent ab hoſtibus ſuis, interfecerunt ex hoſtibus ſuis ſeptuagintaquinque millia, nec 21 iniecerunt manum ſuam prædæ. 22 Decimatertia die menſis Adar [23 hoc fiebat,] quieuerũt vero die decimaquarta eiuſdẽ, celebrantes eũ diẽ conuiuio & gaudio. At Iudæi qui erant in Suſan congregati ſunt decimatertia eiuſdem, 24 atq; decimaquarta eiuſdem, decimaquinta vero eiuſdem quieuerunt, & 25 eodem die habuerunt conuiuiũ & gaudium. Ideo Iudæi 26 in rure & vicis habitãtes celebrant decimumquartum diem menſis Adar 27 cũ gaudio & cõuiuio, & feſtum agunt diem, ad hæc quiſque portiones mittit proximo ſuo. 28 Conſignauit autem Mardochæus geſta iſta, & miſit literas ad omnes Iudæos qui erant in vniuerſis prouincijs regis Aſueri, ſiue prope eſſent ſiue procul, 29 Vt conſtitutionem facerent ſuper ſe, vt celebrarent decimumquartum diem menſis Adar, atque dicimumquintum eiuſdem, idque ſingulis annis. 30 Hos inquam dies*



31 quibus

31 *quibus requiem ſibi parauerant Iudæi ab hoſtibus ſuis, & 32 menſem illum qui verſus eis fuerat à triſtitia in lætitiam, & à luctu in diem 33 bonum, vt celebrarent illos dies 34 conuiuio & gaudio, & mitteret quiſque portiones proximo ſuo, & dona pauperibus. 35 Suſceperunt hoc Iudæi, quod & ipſi cœperant facere, & quod Mardochæus ſcripſerat ad eos, 36 Quomodo Haman filius Hamedatha 37 Agagæi hoſtis omnium Iudæorum 38 molitus fuerit perdere Iudæos, & 39 quomodo idem pur, id eſt ſortem, iecerit ad delendum eos, & ad perdendum eos: 40 præterea quomodo [Eſter] introierit in conſpectum regis, dixeritque vt literis refringeretur machinatio eius mala quam excogitauerat contra Iudæos, [recideretque] in caput eius, vt ſuſpenderent eum & filios eius in ligno. Hac de cauſa 41 vocauerunt dies illos Purim, 42 propter nomen ſortis, 43 propter omnes ſermones huius epiſtolæ, & 44 quidquid ipſi viderant in hoc negotio, & quidquid eis acciderat. 45 Ratum ergo habuerunt & ſuſceperunt Iudæi ſuper ſe & ſuper ſemen ſuum, atque ſuper omnes qui eis 46 iuncti fuerint, 47 vt nemo negligat quin hos duos dies celebret, vt ſcripti ſunt & deſtinati omnibus & ſingulis annis. 48 Dies enim memoriales ſunt, celebreſque in omnem poſteritatem & generationem, per ſingulas prouincias & ciuitates. Dies purim illi 49 nunquam obliuioni tradentur inter Iudæos, 50 memoriaque eorum nunquam recedet à ſemine ipſorum. Scripſit 51 præterea Eſter regina filia Abihail, & Mardochæus Iudæus 52 ſumma diligentia, 53 vt ratam haberent hanc ſecundam epiſtolam purim. Miſitque literas ad omnes Iudæos, ad centum vigintiſeptem prouincias regni Aſueri, 54 pax [vobis] & firmitas. 55 Firmiter ſeruandi ſunt dies illi Purim 56 ſuis temporibus, quemadmodum 57 eos inſtituit illis Mardochæus Iudæus, & Eſter regina: & quemadmodum ipſi 58 obligarunt animas ſuas, & poſteros ſuos ad ieiunia & preces: & 59 vt Eſter ſermone confirmauit negotium iſtarum purim, & in libro conſignauit.*

ipſis diebus ſe vlti ſunt Iudæi de inimicis ſuis, & luctus
atque triſtitia in hilaritatem gaudiumque conuerſi ſunt,
eſſentque dies iſti epularum atq; lætitiæ, & mitterent ſibi
inuicem ciborum partes, & pauperibus munuſcula largi-
23 rentur. ⁊ Suſceperuntq; Iudæi in ſolennem ritum cuncta
quę eo tempore facere cœperant, & quę Mardochęus li-
24 teris facienda mandauerat. ⁊ Aman enim, filius Amadathi
ſtirpis Agag, hoſtis & aduerſarius Iudæorũ, cogitauit cõ-
tra eos malũ, vt occideret illos, atq; deleret: & miſit phur, Sup.3.e
25 quod noſtra lingua vertitur in ſortem. ⁊ Et poſtea ingreſ- F
ſa eſt Eſther ad regem, obſecrãs vt conatus eius, literis re-
gis irriti fierent: & malum quod cõtra Iudęos cogitauerat,
reuerteretur in caput eius: deniq; & ipſum & filios eius af-
26 fixerunt cruci, ⁊ atq; ex illo tẽpore dies iſti appellati ſunt
phurim, id eſt ſortiũ: eo quod phur, id eſt ſors, in vrnã miſ
ſa fuerit. & cuncta quę geſta ſunt, epiſtolæ, id eſt libri hu-
27 ius volumine continentur: ⁊ quæque ſuſtinuerũt, & quæ
deinceps immutata ſunt, ſuſceperũt Iudæi ſuper ſe & ſemẽ
ſuum, & ſuper cunctos qui religioni eorum voluerunt co-
pulari, vt nulli liceat duos hos dies abſq; ſolennitate trãſ-
igere: quos ſcriptura teſtatur, & cætera expetunt tempora
28 annis ſibi iugiter ſuccedentibus. ⁊ Iſti ſunt dies, quos nul-
la vnquam delebit obliuio: & per ſingulas generationes
cunctæ in toto orbe prouinciæ celebrabunt: nec eſt vlla G
ciuitas, in qua Dies phurim, id eſt ſortiũ, nõ obſeruẽtur à
Iudęis, & ab eorũ progenie, quę his ceremonijs obligata
29 eſt. ⁊ Scripſeruntq; Eſther regina filia Abihail, & Mar-
dochæus Iudæus etiam ſecundam epiſtolam vt om-
30 ni ſtudio dies iſta ſolennis ſanciretur in poſterum. ⁊ Et
miſerunt ad omnes Iudęos, qui in centum viginti ſeptem
prouincijs regis Aſſueri verſabãtur, vt haberẽt pacẽ, & ſuſ-
31 ciperent veritatẽ, ⁊ obſeruãtes Dies ſortiũ, & ſuo tempore
cũ gaudio celebrarẽt: ſicut conſtituerant Mardochæus &
Eſther, & illi obſeruanda ſuſceperunt à ſe, & à ſemine ſuo
32 ieiunia, & clamores ⁊ & Sortium dies, & omnia quę libri
huius, qui vocatur Eſther, hiſtoria continentur.

## SCHOLIA IN CAP. IX.

1 Heb. in quo die deuenerat mandatum regis & lex eius (ſiue ordinatio) vt fieret. i. die quo mandari executioni debebat præceptum & lex regis de interimendis Iudæis. 2 Heb. expectauerant dominari illis. 3 Heb. & conuerſum fuit hoc. ſub. in contrariã partem. 4 Heb. Congregati ſunt, &c. iſtud dependet à principio ſuperioris verſus, menſe igitur duodecimo, &c. & parentheſis obſeruanda eſt. 5 Hebr. & nemo ſtetit coram illis. i. nemo illis reſiſtere potuit. 6 .i. ſibi à Iudæis timebant omnes gentes. 7 .i. procuratores negotiorum regis. 8 .i. ſibi timebant à Mardochæo. 9 volitabat. vagabatur. ſpargebatur. 10 creſcebat. 11 Heb. percuſsione gladij & occiſionis & interit⁹. 12 .i. non diripuerũt bona aliorũ quę illis erãt promiſſa. 13. i. ſtatim reſciuit numerum interfectorum in Suſan. 14. i. meis. de ſe loquitur in tertia perſona. 15 & quænam, &c. q. d. & tamen ſi iſtud tibi non ſatisfacit, pete quidquid vltra volueris, & dabo tibi. 16 vltrà. 17 ritum. i. quemadmodum fecerunt hodie. q. d. permittatur illis occidere aduerſarios, vt hodie interfecerunt. 18 Heb. & data (.i. promulgata) fuit lex. ſiue ordinatio. 19 .i. defenderunt ſeſe. 20 quieuerunt ab inimicis ſuis: interfecerunt autem, &c. 21 .i. illorum bona non diripuerunt. 22 Hic verſus pendet à ſuperiori, Ergo decimatertia, &c. Quidam volunt coniunctionem Hebraicam quæ verbum נוחו præcedit, pro quo quieuerunt verſum eſt, ſuperfluere, & verſum iſtum non pendere à ſuperiori, legentes hoc modo, Decimotertio die menſis Adar quieuerunt, &c. 23 potius ſubaudiendum, interfecerunt inimicos, &c. 24 Duobus diebus licuit Iudæis in Suſan interficere inimicos ſuos, nempe XIII & XIIII menſis duodecimi. 25 Heb. & fecerunt ipſum diem, (diem) conuiuij & lætitiæ .i. indulſerunt genio XV die. 26 non cincti muris, habitantes in vrbibus carentibus muris. 27 Heb. (celebrant inquam diem) lætitiæ & conuiuij, & diem bonum, & (diem) miſsionis partium quiſque ſocio ſuo .i. celebrant XIIII diem cum lætitia & conuiuijs, diem feſtum agentes, & mittentes munera, ſiue particulas cibariorum amicis ſuis. 28 Scripſit. hinc colligunt Iudæi Mardochæum huius libri authorem eſſe. 29 Vt iniungeret (ſiue præciperet) illis. Verſus iſte pendet à ſuperiori. 30 Hebraiſmus, (Iniunxit inquam) iuxta dies illos, ſiue iuxta numerum dierum illorum. 31 in quibus quieuerãt. 32 iuxta menſem. i. ſicut fecerunt eo mẽſe qui verſus eſt, &c. 33 .i. feſtum. 34 Heb. conuiuij & lætitiæ, & dies miſsionis particularum cibi, quiſque proximo ſuo. i. hos dies celebrarent cum lętitia & agitando conuiuia & in illis mittendo particulas cibariorum ad amicos ſuos, & munera pauperibus. 35 Receperunt. ſub. ſe facturos. 36 Nanque. Reddit rationẽ cur celebrati ſint hi dies à Iudæis. 37 Agagita. i. de ſtirpe Agag. 38 cogitauerat. 39 & miſerat pur, idẽ &c. hoc eſt, miſſis ſortibus detexerat diem in quo perderet omnes Iudæos. 40 Heb. Cum autem Eſther veniſſet in cõſpectum regis, dixit (rex) cum epiſtola vt conuerteretur cogitatio, &c. i. miſsis epiſtolis præcepit rex vt conuerteretur, &c. 41 vel, vocare ſolent hos dies, nempe XIIII & XV. 42 de nomine ſortis. i. deductione facta à pur. 43 .i. propter omnia quæ in hac epiſtola dicũtur geſta eſſe. 44 & (propter) id quod viderũt (ſub. Iudæi.) ſuper hoc, & (propter) id quod peruenit ad eos. ſub. rumore. 45 (Propterea inquam) ſtatuerunt, ſiue receperunt. 46 ſeſe adiuncturi eſſent. i. qui erant acceſſuri ad ritum & religionem eorum. 47 Heb. neque id pertrãſibit vt eſſent facturi duos dies illos, iuxta ſcripturam eorũ & iuxta tempus illorũ, &c .i. ſtatuto irreuocabili ſtatuerũt & receperũt ſe celebraturos hos dies, & lecturos hanc epiſtolam lingua Hebraica, die XIII & XIIII, & tẽpore pręfixo omnibus & ſingulis annis. 48 Et dies illi erunt ſolennes. 49 Heb. non peribũt. i. perpetuo celebrabũtur à Iudęis. 50 .i. poſteri Iudæorũ etiã hos dies celebraturi ſunt. 51 autem. 52 Heb. cum omni fortitudine. i. omni ſtudio, ſumma authoritate. 53 vt cõfirmaret (ſiue approbatam redderet) epiſtolam de ſortibus ſcriptam. epiſtolam inquam ſecũdam. Quidam Hebræorum ſcribunt Iudæos aliquando intermiſiſſe celebrare hos dies, & ideo Eſther & Mardochæũ denuo ſcripſiſſe vt confirmarent epiſtolam de ſortibus ſcriptam, vt celebrarent dies illos. 54 Hebraiſmus verbis pacis & veritatis, id eſt, miſit epiſtolas plenas humanitatis & veritatis. hoc eſt, humanas & veras. Verſus iſte pendet à ſuperiori. 55 Hebraiſmus, Vt approbarent dies ſortium iſtos, id eſt, vt celebrando ſuſciperent. 56 vel, quoad viuerent. 57 iniunxerat illis. 58 receperant ſuper animas ſuas & ſuper ſemen ſuum, (id eſt, receperant pro ſe & pro ſemine ſuo, ſe obſeruaturos) ieiunia & clamorem eorum, id eſt, vt eſſent memores calamitatis Iudæorum. Solent adhuc ante hos dies ieiunare Hebræi. 59 ſermo Eſther approbauit verba ſortium iſta, & ſcriptus fuit in libro, id eſt, confirmauit & inſtituit hos dies ſortium, & ſermo ille mandatus fuit annalibus.



## CAP. X.

REX verò Aſſuerus omnem terram, & cunctas 1
maris inſulas fecit tributarias. ⁊ Cuius fortitudo 2
& imperium, & dignitas atque ſublimitas, qua
exaltauit Mardochæum, ſcripta ſunt in libris Medorum
atque Perſarum: ⁊ Et quomodo Mardochæus Iudaici 3
generis ſecundus à rege Aſſuero fuerit: & magnus* apud
Iudæos, & acceptabilis plebi fratrum ſuorum, quærens
bona populo ſuo, & loquens ea quæ ad pacem ſeminis
ſui pertinerent.

*inter

## CAP. X.

*POrrò Aſuerus rex vectigal impoſuit terræ & inſulis marinis. Geſta quoq; cuncta 1 fortitudinis & roboris ſui, deinde 2 inſignis claritas magnificentiæ Mardochæi qua eum euexerat rex, annõ hæc ſcripta ſunt in libro annalium regum Medorum & Perſarum? Erat enim Mardochæus Iudæus ſecundus à rege Aſuero, & magnus inter Iudæos, acceptus denique multitudini fratrum ſuorum, 3 ſtudens ſaluti populi ſui, ſalutemque ac pacem curans omnibus poſteris ſuis.*

B Quæ habentur in Hebræo, plena fide expreſsi. Hæc autem quæ ſequuntur, ſcripta reperi in editione vulgata, quæ Græcorum lingua & literis continentur: & interim poſt finem libri hoc capitulum ferebatur quod iuxta conſuetudinem noſtram obelo, id eſt veru prænotauimus.

Somnij Mardochæi enarratio.

⁊ ⁓Dixitque Mardochæus, A Deo facta ſunt iſta. ⁊ Re- 4
cordatus ſum ſomnij quod videram, hæc eadem ſignifi- 5
cantis: nec eorum quicquam irritũ fuit. ⁊ Paruus fons qui 6
creuit in fluuium, & in lucem, ſolemq; conuerſus eſt, & in
aquas plurimas redundauit Eſther eſt, quam rex accepit
C vxorem, & voluit eſſe reginam. ⁊ Duo autẽ dracones: ego 7
ſum, & Amã. ⁊ Gentes quę cõuenerant: hi ſunt qui conati 8
ſunt delere nomen Iudæorum. ⁊ Gens autem mea: Iſrael 9
eſt, quæ clamauit ad Dominum, & ſaluum fecit Dominus
populum ſuum: liberauitque nos ab omnibus malis, & fe-
cit ſigna magna atque portenta inter gentes: ⁊ & duas 10
ſortes eſſe pręcepit, vnam populi Dei, & alteram cuncta-
D rum gentium. ⁊ venitque vtraque ſors in ſtatutũ ex illo 11
iam tempore diem coram Deo vniuerſis gentibus: ⁊ & 12
recordatus eſt Dominus populi ſui, ac miſertus eſt hære-
ditatis ſuæ. ⁊ Et obſeruabuntur dies iſti in menſe Adar 13
quartadecima, & quintadecima die eiuſdem menſis, cum
omni ſtudio, & gaudio in vnum cœtum populi congre-
gati, in cunctas deinceps generationes populi Iſrael.

*Tum Mardochæus, A Deo facta ſunt hæc, inquit. Venit enim in mentem mihi ſomnij, quod mihi ſuper his rebus videre viſus ſum, quarum nihil quicquam cecidit ad irritum. Exiguus ille fons, qui euaſit fluuius, ſimul autem erat lux, ſol & aqua plurima. Eſter eſt, inquam, ille fluuius, quam rex duxit vxorem, & reginam conſtituit. Duo vero dracones, ego & Aman ſumus. Gentes autem ſunt, quæ ad delendum nomen Iudaicũ cõuenere: mea vero gens, Iſraelitæ ſunt ij, qui Deum inuocauerunt, & ſeruati ſunt. Nam Dominus populum ſuum ſeruauit, Dominus nos ex omnibus malis iſtis eripuit, Deus edidit ea ſigna miraculaque, quæ nunquam aliâs inter gentes fuerunt deſignata, Nempe cum duas ſortes conſtituiſſet, vnam populo Dei, cunctiſque gentibus alteram. ad horum, tempus ac diem iudicij hæ ſortes ambæ coram Deo præſto fuerunt inter omnes gentes. Deus autem populi ſui non fuit immemor, & poſſeſſionem ſuam aſſeruit. Itaque ſolennes erunt iſti dies, menſis Adar decimaquarta, eiuſdemque decimaquinta diebus, cum celebritate, lętitia iucunditateque coram Deo in populo ipſius, omnibus ſeculorum ætatibus.*

## SCHOLIA IN CAP. X.

1 id eſt, quæ fortiter geſsit. 2 Hebr. declaratio magnitudinis Mardochæi qua magnificauit eum rex, id eſt, quem reddidit magnum, hoc eſt quem rex euexit ad ſummas dignitates. 3 Heb. quærens bonum populo ſuo, & loquens pacem omni ſemini ſuo, id eſt, ſtudens commodo & vtilitati populi ſui, comiterq; alloquens omnes populares ſuos. Quidam legunt, loquens pacem omni ſemini eius, id eſt, populi. hoc eſt, comiter alloquens omnes ſuos populares & familiares ex populo ſuo.

## CAP. XI.

ANno quarto regnantibus Ptolemæo & Cleopa- 1
tra attulerunt Doſithæus, qui ſe ſacerdotem, &
Leuitici generis ferebat, & Ptolemæus filius eius
hanc epiſtolam phurim, quam dixerũt interpretatum eſſe
Lyſimachum Ptolemæi filium in Ieruſalem.

## CAP. XI.

*ANno quarto regni Ptolemæi & Cleopatræ, qui ſe ſacerdotem & Leuitam ferebat, Doſithæus, & Ptolemæus eiuſdem filius prodiderunt hanc præſentem epiſtolam 1 Phurim, quam aiebant interpretatum eſſe Lyſimachum Ptolemæi filium Hieroſolymitanum.*

Hoc quoque principium erat in editione vulgata, quod nec in Hebræo, nec apud vllum fertur interpretum.

Somnium Mardochęi. Sup.2.a. 4.Reg.24.d. iere.24.a.

B ⁊ Anno ſecundo, regnante Artaxerxe maximo, prima 2
die menſis Niſan, vidit ſomnium Mardochęus, filius Iairi,
filij Semei, filij Cis de tribu Beniamin: ⁊ homo Iudęus, qui 3
habitabat in vrbe Suſis, vir magnus, & inter primos aulæ
regiæ. ⁊ Erat autẽ de eo numero captiuorũ, quos trãſtu- 4
lerat Nabuchodonoſor rex Babylonis de Ieruſalem cum
Iechonia rege Iuda: ⁊ & hoc eius ſomnium fuit, Appa- 5
C ruerunt voces & tumultus, & tonitrua, & terræmotus, &
conturbatio ſuper terram: ⁊ & ecce duo dracones magni, 6
paratique contra ſe in prælium. ⁊ Ad quorum clamorem 7
cunctæ concitatæ ſunt nationes, vt pugnarent contra gẽ-
tem iuſtorum. ⁊ Fuitque dies illa tenebrarum & diſcrimi- 8
nis, tribulationis & anguſtiæ, & ingens formido ſuper ter-
ram. ⁊ Conturbataque eſt gens iuſtorum timentium ma- 9
D la ſua, & præparata ad mortem. ⁊ Clamaueruntque ad 10
Deum: & illis vociferantibus, fons paruus creuit in flu-
uium maximum, & in aquas plurimas redundauit. ⁊ Lux 11
& ſol ortus eſt, & humiles exaltati ſunt, & deuorauerũt in-
clytos. ⁊ Quod cum vidiſſet Mardochæus, & ſurrexiſ- 12
ſet de ſtrato, cogitabat quid Deus facere vellet: & fixum
habebat in animo, ſcire cupiens quid ſignificaret ſomniũ.

*Anno regni magni illius Artaxerxis ſecundo, prima die menſis Niſan, ſomnio viſus eſt Mardochæus natus Iaro filio Semei è 2 Ciſæo nati è tribu Beniamin, homo Iudæus in vrbe Suſis habitans, vir magnus, munus gerens in aula regia. Erat autem conſors captiuitatis, quam rex Babylonis Nabuchodonozor cum Iechonia rege Iudææ deduxerat Hieroſolymis. Hoc autem fuit eius ſomnium, Exorto in terra ſubito ſonitu tumultuoſo cum tonitruis, terræmotu & tempeſtate: ecce duo dracones immanes inter ſe concertare parati prodierunt. Edebant autem ſonitum ingentem, quippe quo omnis gens ad bellum genti iuſtorum inferendum exciretur, repenteque tenebroſa dies extitit & caliginoſa, calamitas item & anguſtia, tum afflictio magnuſque tumultus ſuper terram. Perturbata itaque gens omnis iuſta, mala ſibi metuens, cum ſe comparaſſet ad occumbẽdum, clamorem ad Deum ſuſtulit, præ quo clamore ingens velut è paruo fonte fluuius, & magna vis aquarum promanauit, lux & ſol effulſit, humiles euecti ſunt, & ſuperbos abſorbuerunt. Hoc ſomnium & inſtitutum Dei ſibi repræſentatum experrectus Mardochæus mente recondidit, omnes eius partes cupide explorans, donec nocteſceret.*

## SCHOLIA IN CAP. XI.

1 Ἰῶν φουρίμ, alias, Ἰῶν φρουραί. 2 Alias, Cis.

CAP. XII.

## CAP. XII.

1 alias, Bagatha.

CVm autē Mardochæus habitaret in regia cū 1 Gabatha & Thara duobus eunuchis regijs aulæ cuſtodibus, audiuit cōſilia eorū, curas explorauit, & intellexit quo pacto Artaxerxi regi manus afferre cogitarent. Hoc cum ipſe regi renuntiaſſet, rex duos eunuchos ſuos curauit conquirendos. quibus, cum crimen confeſſi eſſent, multatis ſuſpendio, rex quod geſtum erat retulit in commentarios, & Mardochæus quoque hiſtoriam eam ſcriptis mandauit. Iuſſit autem rex eum fungi munere aulico, & donis eum ornauit pro delatione. Tum Aman Amadathi filius, qui in magno honore erat apud regem, Mardochæo eiuſdemque populo, propter duos eunuchos regios, malum dare machinatus eſt. Hoc autem erat exemplar epiſtolæ.

## CAP. XII.

Mardochæus ſecundo inſidias Artaxerxi ſtructas denudat. Sup.2.d.6.a.

1 MOrabatur autem eo tempore in aula regis cum
Bagatha & Thara eunuchis regis, qui ianitores
2 erant palatij. ¶ Cumq; intellexiſſet cogitatio-
nes eorū, & curas diligentius peruidiſſet, didicit quòd co- B
narētur in regem Artaxerxem manus mittere, & nūtiauit
3 ſuper eo regi. ¶ Qui de vtroque habita quæſtione, confeſ-
4 ſos iuſſit duci ad mortem. ¶ Rex autem quod geſtū erat, C
ſcripſit in commentarijs: ſed & Mardochæus rei memo-
5 riam literis tradidit. ¶ Præcepitque ei rex, vt in aula pala-
6 tij moraretur, datis ei pro delatione muneribus. ¶ Aman D
verò filius Amadathi bugæus erat glorioſiſsimus coram
rege, & voluit nocere Mardochæo, & populo eius pro
duobus eunuchis regis, qui fuerant interfecti.

Hucuſque procœmium.

Quæ ſequuntur, in eo loco poſita erant, vbi ſcriptum eſt in volumine, Et diripuerunt bona, vel ſubſtantias eorum. quæ in ſola vulgata editione reperimus.

Epiſtolæ autem hoc exemplar fuit.

## CAP. XIII.

Ioſephus. Antiq. lib. 11. cap. 6.

HAEc ſcribit rex magnus Artaxerxes centum vigintiſeptem prouinciarum ab India ad AEthiopiā vſq; principibus, imperioq; ſuo ſubiectis præſidibus. Cum dominio multarum gentium, & totius orbis imperio potitus eſſem, non putaui faciendum temere vt me efferrem potentia, ſed vt clementius & mitius eos qui mihi ſubiecti ſunt vſque tractando, in tranquillam per omnia vitam collocarem, regnumque mihi redderem ad extimos vſque fines quietum ac peruium, & exoptatam omnibus hominibus pacem renouarem. Cæterum ſuper hoc cum conſiliarijs conſultante me, quomodo res perficeretur: vir apud nos ſapientia præcellentiſſimus, deinde conſtanti beneuolentia, firmaque fide probatiſſimus, & honorem regni ſecundum adeptus Aman nobis indicauit, omnibus per orbem nationibus permixtum eſſe populum quendam inimicum, legibus omni genti contrarium, & aſsiduum regiorum edictorum contemptorem, vt iam conſtitutum à nobis imperium non poſsit inoffenſum ſtatum obtinere. Perpenſum igitur habentes vnicam hanc gentem per omnia in eo eſſe poſitam, vt ſumme refragetur hominibus, inſtituto legum peregrino differre, à noſtris diſsidere rationibus, malaque maxima deſignare, quo minus regnum conſequatur ſtabilitatem: præcipiendum putauimus, vt quicunque ſcriptis Aman, qui rerum adminiſtrationi præfectus eſt, & à nobis ſecundus, ſignificati vobis fuerint, vnà cum vxoribus & liberis omnes hoſtilibus gladijs citra vllam miſericordiam & veniam extirpentur radicitus, idq; die menſis duodecimi Adar anni præſentis decimaquarta: vt iampridem & etiamnum inimici violenter demiſsi ad inferos, in poſterum quietas nobis, & tranquillas omnino res exhibeant.

## CAP. XIII.

Exemplar epiſtolæ Artaxerxis contra Iudæos pertinens ad hiſtoriā tertij capitis.

1 REx maximus Artaxerxes ab India vſque AEthio-
piam, centum vigintiſeptem prouinciarū principi-
bus, & ducibus, qui eius imperio ſubiecti ſunt, ſalu-
2 tē. ¶ Cum plurimis gentibus imperarē, & vniuerſum orbē
meæ ditioni ſubiugaſſem, volui nequaquā abuti potentiæ
magnitudine, ſed clementia & lenitate gubernare ſubie-
ctos: vt abſq; vllo terrore vitā ſilētio tranſigentes, optata
3 cunctis mortalibus pace fruerētur. ¶ Quærente autē me à
cōſiliarijs meis quomodo poſſet hoc impleri, vnus qui ſa-
pientia & fide cæteros præcellebat, & erat poſt regē ſecū-
4 dus, Amā nomine, ¶ indicauit mihi in toto orbe terrarū po
pulū eſſe diſperſum, qui nouis vteretur legibus, & contra
omniū gentiū conſuetudinē faciēs, regū iuſſa contēneret, B
& vniuerſarū cōcordiā nationū ſua diſſenſione violaret.
5 ¶ Quod cū didiciſſemus, videntes vnā gentē rebellē ad-
uerſus omne hominū genus peruerſis vti legibus, noſtriſ-
que iuſsionibus cōtraire, & turbare ſubiectarū nobis pro-
6 uinciarū pacē atq; cōcordiā: ¶ iuſsimus vt quoſcūq; Amā,
qui omnibꝰ prouincijs prępoſitus eſt, & ſecūdus à rege, &
quē patris loco colimus, mōſtrauerit: cū coniugibus ac li-
beris deleantur ab inimicis ſuis, nulluſq; eorū miſereatur
7 quartadecima die duodecimi menſis Adar, anni pręſentis:
¶ vt nefarij homines vno die ad inferos deſcēdentes, red-
dant imperio noſtro pacem, quam turbauerant. C

Hucuſque exemplar epiſtolæ.

Quæ ſequuntur, poſt eum locum ſcripta reperi, vbi legitur, Pergenſque Mardochæus, fecit omnia quæ ei mandauerat Eſther. Nec tamen habentur in Hebraico, & apud nullum penitus feruntur interpretum.

1 vel, arrogantiā.

Precatus eſt autē Mardochæus ad Dominū, omniaq; ipſius facta cōmemorans, Domine Domine rex omnipotens, inquit, (ſiquidē in poteſtate tua ſunt omnia, nec eſt qui decretis contra te proficiat, ſi tu ſeruatos velis Iſraelitas: ſiquidem tu cæli terræque creator es, & omniū quæ cælo ſubiecta ſunt mirabilium, tu Dominus es omniū, nec eſt qui ante te Dominū ſubſiſtat, tibiq; nota ſunt omnia) tu Domine ſcis neq; per cōtumeliam, neq; per ſuperbiam, nec per 1 ambitionem feciſſe me quo minus ſuperbū Aman adorarē, (pro ſalute enim Iſraelitarū etiā plātas pedum eius oſculari peruoluiſſem,) ſed eò factū eſſe hoc, ne diuinæ maieſtati gloriā humanā anteponerē, neve præter te Domine quenquā adorarē: tātū abeſt vt hoc vlla ſuperbia fecerim. Quaobrem nunc Domine Deus & rex, caue populo tuo, quoniā illi exitiū noſtrū ſpeculātur, & affectant primam tuā poſſeſsionē delere. Ne negligas peculiū tuū, quod tibi è terra AEgyptiaca aſſeruiſti. Exaudi precationē meam, & eſto ſorti tuæ propitius. Luctum noſtrum conuerte in gaudium, vt viui prædicemus nomen tuum Domine, nec ora laudantium te deleas. Tales clamores ſumma vi tollebant omnes Iſraelitæ, quòd mors ipſis ante oculos obuerſaretur.

Oratio Mardochæi pertinens ad hiſtoriā quarti capitis.

8 ¶ Mardochæus autē deprecatus eſt Dominū, memor
9 omniū operū eius, ¶ & dixit, Domine Domine rex omni-
potens: in ditione enim tua cūcta ſunt poſita: & nō eſt qui
poſsit tuæ reſiſtere voluntati, ſi decreueris ſaluare Iſrael.
10 ¶ Tu feciſti cęlū & terrā, & quicquid cæli ambitu cōtine-
11 tur: ¶ Dominꝰ omniū es, nec eſt qui reſiſtat maieſtati tuę.
12 ¶ Cūcta noſti, & ſcis quia nō pro ſuperbia & cōtumelia, &
aliqua gloriæ cupiditate fecerim hoc vt nō adorarē Amā D
13 ſuperbiſsimū: ¶ (libēter enim pro ſalute Iſrael etiā veſti-
14 gia pedū eius deoſculari paratus eſſem) ¶ ſed timui ne ho
norē Dei mei trāsferrē ad hominē, & ne quēquā adorarē
15 excepto Deo meo. ¶ Et nunc Domine rex Deus Abra-
ham miſerere populi tui, quia volunt nos inimici noſtri
16 perdere, & hæreditatem tuam delere. ¶ Ne deſpicias par-
17 tem tuā quā redemiſti tibi de AEgypto. ¶ Exaudi depre-
cationē meā, & propitius eſto ſorti & funiculo tuo, & cō-
uerte luctum noſtrum in gaudium, vt viuentes laudemus
nomen tuum Domine, & ne claudas ora te canentium.
18 ¶ Omnis quoq; Iſrael pari mente & obſecratione clama-
uit ad Dominum, eo quòd eis certa mors impenderet.

CAP. XIIII.



## CAP. XIIII.

Lamentatio & oratio Eſther pro liberatione populi ſui, ad hiſtoriam quarti capitis pertinēs.

ESther quoq; regina confugit ad Dominū, pauēs pe 1
riculū quod imminebat. ¶ Cumq; depoſuiſſet veſtes 2
regias, fletibus & luctui apta indumenta ſuſcepit, &
pro vnguentis varijs, cinere & ſtercore impleuit caput, &
corpus ſuū humiliauit ieiunijs: omniaq; loca in quibus an-
tea lętari cōſueuerat, criniū laceratione cōpleuit. ¶ Et de- 3
precabatur Dominum Deū Iſrael, dicens, Domine mi, qui
rex noſter es ſolus, adiuua me ſolitariā, & cuius præter te
nullus eſt auxiliator alius. ¶ Periculum meum in manibus 4
Deut. 4. e. 7. d. meis eſt. ¶ Audiui à patre meo quod tu Dñe tuliſſes Iſrael 5
de cūctis gentibus, & patres noſtros ex omnibus retro ma
B ioribus ſuis, vt poſsideres hæreditatē ſempiternā, feciſtiq;
eis ſicut locutus es. ¶ Peccauimus in cōſpectu tuo, & idcir 6
co tradidiſti nos in manus inimicorū noſtrorū: ¶ coluimus 7
enim deos eorū: iuſtus es Domine. ¶ Et nunc nō eis ſufficit 8
quòd duriſsima nos opprimūt ſeruitute, ſed robur manuū
ſuarū, idolorū potentiæ deputantes, ¶ volunt tua mutare 9
promiſſa, & delere hęreditatē tuā, & claudere ora laudā-
tium te, atq; extinguere gloriā tēpli & altaris tui, ¶ vt ape 10
riant ora gentiū, & laudent idolorū fortitudinē, & prædi-
cēt carnalē regē in ſempiternū. ¶ Ne tradas Domine ſcep- 11
trū tuū his qui nō ſunt, ne rideant ad ruinā noſtrā, ſed cō-
C uerte conſiliū eorū ſuper eos, & eū qui in nos cœpit ſæui-
re, diſperde. ¶ Memento Domine, & oſtēde te nobis in tē- 12
pore tribulationis noſtræ, & da mihi fiduciā Domine rex
deorū, & vniuerſę poteſtatis: ¶ tribue ſermonē compoſitū 13
in ore meo in cōſpectu leonis, & transfer cor illius in odiū
hoſtis noſtri, vt & ipſe pereat, & cæteri qui ei conſentiunt.
¶ Nos autē libera in manu tua, & adiuua me, nullum aliud 14
auxiliū habentē, niſi te Domine qui habes omniū ſciētiā,
¶ & noſti quia oderim gloriā iniquorū, & deteſter cubile 15
incircūciſorū, & omnis alienigenæ. ¶ Tu ſcis neceſsitatem 16
D meā, quòd abominer ſignū ſuperbiæ & gloriæ meæ, quod
eſt ſuper caput meū in diebus oſtentationis meæ, & dete-
ſter illud quaſi pannū menſtruatę, & non portē in diebꝰ ſi-
lētij mei, ¶ & quòd nō comederim in mēſa Amā, nec mihi 17
placuerit conuiuiū regis, & nō biberim vinū libaminū: ¶ & 18
nunquā lętata ſit ancilla tua, ex quo huc trāſlata ſum vſq;
in pręſentē diē, niſi in te Dñe Deus Abrahā. ¶ Deus fortis 19
ſuper omnes, exaudi vocē eorū qui nullā aliā ſpem habēt,
& libera nos de manu iniquorū, & erue me à timore meo.

## CAP. XIIII.

ESther quoq; regina anxio metu mortis perculſa cōfugit ad Dominū, exutas magnificas veſtes ſuas mutauit triſtibus & lugubribus, pro ſuperbis delicijs puluere ſordibuſq; oppleto capite ſuo, corpus ſuū vehemēter afflictauit, omnē locū feſtiuitatis ſuæ capillis intortis ſuis cōſperſit, & implorās Dominū Deū Iſraeliticū, Tu ſolus rex noſter es, inquit, mi Domine: fer opem mihi deſtitutæ, cui adiutor præter te nullus eſt, quoniā mihi præſto eſt meū periculū. Equidē à prima ætate audiui in tribu cognationis meæ, te Dominū Iſraelitas ex omnibus gentibus, & patres noſtros ex omnibus maioribus ſuis in ſempiternam elegiſſe poſſeſsionem, & habitos ad ipſos ſermones re comprobauiſſe: adeoq; nunc cū in te peccauimus, tradidiſti nos in manus hoſtium noſtrorū, eo quod deos eorum coluerimus. Iuſte tu quidem egiſti Domine, verū illi iam nō cōtenti ſunt amara ſeruitute noſtra, ſed dexteras dexteris idolorum ſuorum commiſerunt, ſe fidem ore ſuo datam executuros, tuamq; abolituros poſſeſsionem, tum obſtructuros ora laudantium te, & ſplendorem ædis aræque tuæ extincturos, ora gentium aperturos ad virtutes vanorum prædicādas, regique corporeo perpetuam cōciliaturos admirationem. Ne tradas Domine ſceptrum tuum ijs qui nulli ſunt, nec contingat iſtis ridere ſuper ruina noſtra, ſed retorque in ipſos conſilium eorum, & ede exemplum in eum qui nobis horum author eſt. Memento Domine dare ſignificationem tui tempore afflictionis noſtræ, & me confirma rex gentium, & omnis imperij dominator. Imbue os meum ſermone facundo coram leone, & conuerte cor eius in odium oppugnantis nos ad interitum ipſius, & aſtipulatorum eiuſdem: nos vero manu tua vindica, & mihi deſtitutæ, nec alium præter te adiutorem habenti ſuccurre. Omnia tibi nota ſunt Domine, ſcis odiſſe me gloriā iniuſtorum, & lectum incircunciſorū, omniſque alienigenæ abominari. Scis impoſitam mihi neceſsitatem: nam deteſtor ſuperbum hoc inſigne meum, quod diebus ijs quibus procedo in conſpectum populi, gero capite meo, vt pannum menſtrualem deteſtor illud. Neq; enim geſto illud quibus diebus à publico ferior. Ancilla tua de menſa Aman cibum non ſumpſit, conuiuium regium non magnifeci, vinum libaminum nō bibi, nec ex quo ſorte mutata ſum vſque adhuc, ancilla tua lætata eſt niſi nomine tuo Domine Deus Abraham. Exaudi vocem deploratorum Deus omnium potentiſsime, aſſere nos à manu improborum hominum, & me hoc metu libera.

Hæc quoque addita reperi in editione vulgata.

## CAP. XV.

ET mādauit ei (haud dubiū quin Eſther Mardochęꝰ) 1
vt ingrederetur ad regē, & rogaret pro populo ſuo
& pro patria ſua. ¶ Memorare (inquit) dierū humili 2
tatis tuæ, quomodo nutrita ſis in manu mea, quia Amā ſe-
cūdus à rege locutus eſt cōtra nos in mortē: ¶ & tu inuoca 3
Dñm, & loquere regi pro nobis, & libera nos de morte.

## CAP. XV.

Ioſephus Antiquit. lib. 11. c. 6.

ET dedit ei negotium (haud dubie Mardochæus Eſther) vt ad regem ingreſſa ei pro populo patriaque ſua ſupplicaret. Memento (inquit) temporum humilis ſortis tuæ, & quomodo mea manu fueris enutrita. Quādoquidē Amā à rege ſecundus mortē nobis minatus eſt, inuoca tu Dominū, & regē affare pro nobis, vt nos à morte protegas.]

Necnon & iſta quæ ſubdita ſunt.

Quo pacto Eſther ad regem intrauerit, & ad eius aſpectū territa fuerit.

¶ Die autē tertio depoſuit veſtimēta ornatus ſui, & cir 4
cūdata eſt gloria ſua. ¶ Cumq; regio fulgeret habitu, & in- 5
B uocaſſet omniū rectorē & ſaluatorē Deū, aſſumpſit duas
famulas: ¶ & ſuper vnā quidē innitebatur, quaſi præ deli- 6
cijs & nimia teneritudine corpus ſuū ferre nō ſuſtinens:
¶ altera autē famularū ſequebatur dominā, defluentia in 7
humū indumēta ſuſtentans. ¶ Ipſa autē roſeo colore vul- 8
tū perfuſa, & gratis ac nitentibus oculis triſtē celabat ani-
mum, & nimio timore contractū. ¶ Ingreſſa igitur cuncta 9
per ordinē oſtia, ſtetit cōtra regem, vbi ille reſidebat ſu-
per ſoliū regni ſui, indutus veſtibus regijs, auroq; fulgens
C & pretioſis lapidibus, eratq; terribilis aſpectu. ¶ Cumq; 10
eleuaſſet faciē, & ardentibꝰ oculis furorē pectoris indicaſ-
ſet, regina corruit, & in pallorē colore mutato, laſſum ſu-
Prou. 21. a. per ancillulā reclinauit caput. ¶ Conuertitq; Deus ſpiritū 11
regis in māſuetudinē, & feſtinus ac metuēs exiliuit de ſo-
lio: & ſuſtentās eā vlnis ſuis, donec rediret ad ſe, his verbis
blandiebatur, ¶ Quid habes Eſther? ego ſum frater tuus, 12

Porrò die tertio quàm orandi finem fecerat, cum exutas veſtes lugubres ſplendidis ſuis mutauiſſet, illuſtrata illis poſtquam rerum omnium inſpectorem & ſeruatorem inuocauit, duabus ancillis adhibitis, quarum alteri quaſi delicate ſe gerens, innitebatur: altera ponè ſequebatur ſuſtentans veſtem. Ipſa formæ præſtantia rubens, hilarique & tanquam amorem inuitanti vultu prædita, corde interim timore contracto, per omnes ianuas ingreſſa in conſpectu regis conſtitit. Sedebat autem ille in regali ſolio ſuo, indutus omni habitu maieſtatis ſuæ, totuſque collucens auro & gemmis, & 1 perquàm terribilis. Cumque elata quæ maieſtate ardebat facie, acriter ferociterque tueretur, regina collapſa eſt, & colore præ defectione mutato, ſuper præcedentis ancillæ caput ſe demiſit. Tum Deus ad lenitatem mutauit regis animum, vt anxius ſolio exiliens illam vlnis ſuis exciperet: cumque ad ſe rediſſet, conſolaretur inſuper eam verbis blandis, ac diceret, Quid hoc rei eſt Eſther? ego frater tuus ſum:

1 vel, perquam ſtupendus.

eſto

*eſto bono animo, ne morere, quoniam commune nobis eſt imperium: accede. ſimul elatum ſceptrum aureum ſuum ceruici illius applicuit, & eam amplexatus, Quin mecum loqueris, inquit? Tum illa ſic eum allocuta eſt, Tanquã angelũ Dei te Domine contuita ſum: quapropter cor meum pauore maieſtatis tuæ perturbatum eſt. Nam admirandus es domine, totaque tua facies relucet dignitate. Hæc cum loqueretur, illa præ defectione corruit, & perturbatus eſt rex, totuſque ſatellitum ipſius cœtus eam conſolabatur.*

13 noli metuere, ꝰnõ morieris: nõ enim pro te, ſed pro omni-
14 bus hęc lex cõſtituta eſt. ꝰAccede igitur, & tãge ſceptrũ.
15 ꝰCũq; illa reticeret, tulit aureã virgã, & poſuit ſuper collũ
16 ciꝰ, & oſculatus eſt eã, & ait, Cur mihi nõ loqueris? ꝰ Quę
reſpõdit, Vidi te domine quaſi angelũ Dei, & cõturbatũ
17 eſt cor meũ præ timore glorię tuę. ꝰ Valde enim mirabi-
18 lis es domine, & facies tua plena eſt gratiarũ. ꝰ Cũque lo-
19 queretur, rurſus corruit, & penè exanimata eſt. ꝰRex autem turbabatur, & omnes miniſtri eius conſolabantur eã.

D Gen. 33. b. 2. reg. 19. c.

Exemplar epiſtolæ regis Artaxerxis, quam pro Iudæis ad totas regni ſui prouincias miſit: quod & ipſum in Hebraico volumine non habetur.

## CAP. XVI.

*REx magnus Artaxerxes ab India ad AEthiopiã vſque præfectis centũ vigintiſeptẽ prouinciarũ, & principibus imperio noſtro parentibus, ſalutẽ dicit. Multi crebra benignitate beneficorum hominum ſæpius ornati, cum ſupra modum elati non ſolum ijs qui nobis ſubiecti ſunt malum dare nitantur, vt qui lætam copiam moderate ferre nequeant, cumque bene de ſe meritis moliantur inſidias, neque gratitudinem ſolum ex hominum vita tollant, ſed etiam quaſi qui beneficio nullo ſint affecti, faſtu tumeant, tamen inſpectoris omnium Dei vltrices malorum pœnas ſemper ſe credunt effugituros. Sæpe autem & multos quibus commiſſa poteſtas, & adminiſtrandæ res amicorum concreditæ fuerant, vana ſpes participes ſanguinis innocentis factos calamitatibus inuoluit immedicabilibus: dum ſimplici benignitate principum, mendacij peruerſitate fraudulenter abutuntur. Hoc quod propoſuimus non tam licet ex rerum veterum monumentis intelligere, quàm ex ijs quæ, ſi quæras, in pedes incurrunt, & à peſte indigne dominantium impie patrata ſunt. Quare prouidendum eſt in poſterum, vt mutationibus vſi tranquillum reddamus regnum omnibus hominibus: & quæ incurrunt in oculos, leniter obuiam eundo diſcutiamus. Ergo poſtquam Aman Amadathi Macedo, reuera alienus à ſanguine Perſico, multumque remotus à noſtra bonitate, vſus hoſpitio noſtro, humanitateque noſtra, quam omnibus gentibus præſtamus, adeo fretus, vt pater noſter appellaretur, & adoraretur ab omnibus, ſecundamque regij ſolij perſonam gereret: hanc excellentiam moderate ferre non valens, nobis principatum & ſpiritum conatus eſt adimere, eo quòd ſeruatorem noſtrum, & per omnia beneficum Mardochæum, inculpatamque regni noſtri ſociam Eſther, cum vniuerſa iſtorum gente multiplicibus fallaciarum vijs expetiuit ad interitum, (nam his modis ſperabat, vbi nos deſertos oppreſsiſſet, ſe Perſarum imperium ad Macedonas tranſlaturum,) nos vero Iudæos ab hoc peſtilentiſſimo viro neci deſtinatos, minime maleficos eſſe comperimus: ſed iuſtiſsimis vtentes legibus, ſummi, maximi viuique Dei, qui nobis & maioribus noſtris regnum in pulcherrimum ſtatum redegit filios eſſe: recte ſanè feceritis, ſi literis ab Aman Amadathi miſsis non pareatis. Nam harum author ipſe ad Suſorum portas cum omni familia cruci affixus eſt, quia Deus omnipotens ſubito dignas ei pœnas rependit. Cæterum huius epiſtolæ exemplari in omni loco propoſito, Iudæos ſinatis libere ſuis vti legibus, & adiuuetis eos, vt eos qui inſidias ipſis tempore calamitoſo moliti ſunt, vlciſcantur, idque ipſa die duodecimi menſis Adar decimatertia. Siquidem hanc Deus omnipotens in gaudium conuertit ipſis pro generis electi internecione. Deinde vero vos inſignem hanc diem ferijs veſtris illuſtribus celebrate cum ſumma lætitia: vt id & nunc & in poſterum nobis amicisque noſtris Perſis, ſalutis: inſidiatoribus autem noſtris, exitij ſit monumentum. Porrò ciuitas omnis, aut in vniuerſum regio, quæ ſecundum hæc ſe non geſſerit, ferro ignique per indignationem deuaſtabitur: & non ſolum hominibus inuia reddetur, ſed etiam feris & volucribus in tempus ſempiternum infeſta.*

## CAP. XVI.

1 REX magnus Artaxerxes, ab India vſque AEthio-
piam centum vigintiſeptem prouinciarũ ducibus
ac principibus, qui noſtrę iuſsioni obediunt, ſalutẽ
2 dicit. ꝰMulti bonitate principum & honore qui in eos col
3 latus eſt, abuſi ſunt in ſuperbiam: ꝰ& non ſolum ſubiectos
regibus nituntur opprimere, ſed datam ſibi gloriam non
4 ferentes, in ipſos qui dederunt, moliuntur inſidias. ꝰNec
contenti ſunt gratias non agere beneficijs, & humanitatis
in ſe iura violare, ſed Dei quoq; cũcta cernẽtis arbitrãtur
5 ſe poſſe fugere ſententiã. ꝰEt in tantum veſanię prorupe-
rũt, vt eos qui credita ſibi officia diligẽter obſeruãt, & ita
cuncta agunt vt omniũ laude digni ſint, mendaciorũ "cu-
6 niculis conentur ſubuertere, ꝰ dum aures principum ſim-
plices, & ex ſua natura alios æſtimãtes, callida fraude de-
7 cipiũt. ꝰQuæ res & ex veteribus probatur hiſtorijs, & ex
his quę geruntur quotidie, quomodo malis quorundã ſug
8 geſtionibus regum ſtudia deprauentur. ꝰ Vnde prouidẽ-
9 dum eſt paci omnium prouinciarũ. ꝰ Nec putare debetis,
ſi diuerſa iubeamus, ex animi noſtri venire leuitate, ſed
pro qualitate & neceſsitate temporum, vt reipublicæ po-
10 ſcit vtilitas, ferre ſententiam. ꝰEt vt manifeſtius quod dici-
mus intelligatis, Aman filius Amadathi, & animo & gente
Macedo, alienuſq; à Perſarum ſanguine, & pietatem no-
ſtram ſua crudelitate cõmaculans, peregrinus à nobis ſuſ-
11 ceptus eſt: ꝰ& tantam in ſe expertus humanitatem, vt pa-
ter noſter vocaretur, & adoraretur ab omnibus, poſt regẽ
12 ſecundus: ꝰqui in tantũ arrogantię tumorem ſublatus eſt,
13 vt regno priuare nos niteretur & ſpiritu. ꝰ Nam Mardo-
chæum, cuius fide & beneficijs viuimus, & conſortem re-
gni noſtri Eſther cum omni gente ſua nouis quibuſdã at-
14 que inauditis machinis expetiuit in mortem: ꝰ hoc cogi-
tans vt illis interfectis inſidiaretur noſtræ ſolitudini, & re-
15 gnum Perſarum transferret in Macedonas. ꝰNos autem à
peſsimo mortaliũ, Iudęos neci deſtinatos, in nulla penitus
16 culpa reperimus, ſed econtrario iuſtis vtentes legibus, ꝰ&
fillos Altiſsimi & maximi, ſemperque viuentis Dei, cuius
beneficio & patribus noſtris & nobis regnũ eſt traditũ, &
17 vſq; hodie cuſtoditur. ꝰVnde eas literas quas ſub nomine
18 noſtro ille direxerat, ſciatis eſſe irritas. ꝰ Pro quo ſcelere
ante portas huius vrbis, id eſt Suſan, & ipſe qui machina-
tus eſt, & omnis cognatio eius pẽdet in patibulis: nõ no-
19 bis, ſed Deo reddente ei quod meruit. ꝰ Hoc autem edi-
ctum quod nunc mittimus, in cũctis vrbibus proponatur,
20 vt liceat Iudęis vti legibus ſuis. ꝰQuibus debetis eſſe ad-
miniculo, vt eos qui ſe ad necẽ eorũ parauerãt, poſsint in-
terficere tertiadecima die mẽſis duodecimi, qui vocatur
21 Adar. ꝰhãc enim diẽ, Deus omnipotẽs, mœroris & luctꝰ,
22 eis vertit in gaudium. ꝰ Vnde & vos inter cæteros feſtos
dies, hãc habetote diẽ, & celebrate eã cũ omni lætitia, vt
23 & in poſterũ cognoſcatur, ꝰomnes qui fideliter Perſis obe
diunt, dignam pro fide recipere mercedem: qui autem in-
24 ſidiantur regno eorum perire pro ſcelere. ꝰOmnis autem
prouincia & ciuitas quæ noluerit ſolennitatis huius eſſe
particeps, gladio & igne pereat, & ſic deleatur, vt non ſo-
lum hominibus, ſed etiam beſtijs inuia ſit in ſempiternũ,
pro exemplo contemptus & inobedientiæ.

Sup. 1. a. Sup. 3. a. * fugientis B Sup. 3. a. C D

Liber



## CAP. I. V.

Iob à Deo proponitur vt forma perfecta religioſi hominis ac verè ſapientis: qui nec ſecũdis rebus nec aduerſis frãgitur, vt deſerat Deũ, ſummũ & vnicum bonũ.

Liberi eius & poſſeſsio.

* conuiuium

Iob poſt conuiuia curat liberos ſuos ſanctificandos.

VIR ERAT in Terra-Hus, nomine 1
Iob: & erat vir ille ſimplex & rectus,
ac timens Deum & recedens à malo.
ꝰ Natiq; ſunt ei ſeptem filij & tres fi- 2
liæ. ꝰEt fuit poſſeſsio eius ſeptem mil- 3
lia ouium, & tria millia camelorũ, quin
genta quoq; iuga boum, & quingentæ
aſinæ, ac familia multa nimis: eratq; vir ille magnus inter
omnes orientales. ꝰEt ibant filij eius, & faciebant "conui- 4
uia per domos, vnuſquiſque in die ſuo: & mittentes voca-
bant tres ſorores ſuas, vt comederent & biberent cum eis.
ꝰ Cumque in orbem tranſiſſent dies conuiuij, mittebat ad 5
eos Iob, & ſanctificabat illos: conſurgenſq; diluculo, offe-
rebat holocauſta per ſingulos. Dicebat enim, Ne fortè
peccauerint filij mei, & benedixerint Deo in cordibus
B ſuis. Sic faciebat Iob cũctis diebus. ꝰ Quadam autem die, 6
cum veniſſent filij Dei vt aſsiſterent coram Domino, af-
fuit inter eos etiã Satan. ꝰCui dixit Dominus, Vnde ve- 7
nis? Qui reſpondens, ait, Circuiui terram, & perambulaui
eam. ꝰDixitque Dominus ad eum, Nunquid conſideraſti 8
ſeruum meum Iob, quod non ſit ei ſimilis in terra, homo
ſimplex & rectus ac timens Deum, & recedens à malo?
ꝰ Cui reſpondens Satan, ait, Nunquid Iob fruſtra timet 9
Deum? ꝰ nonne tu vallaſti eum, ac domum eius, vniuer- 10
ſamque ſubſtantiam eius per circuitum: operibus manuũ
eius benedixiſti, & poſſeſsio eius creuit in terra? ꝰ Sed 11
extẽde paululum manum tuam, & tange cuncta quę poſ-
C ſidet: niſi in faciem * benedixerit tibi. ꝰDixit ergo Domi- 12
nus ad Satan, Ecce vniuerſa quæ habet, in manu tua ſunt:
tantum in eum ne extendas manum tuam. Egreſſuſq; eſt
Satan à facie Domini. ꝰ Cum autem quadam die filij & 13
filiæ eius comederent & biberent vinum in domo fratris
ſui primogeniti, ꝰnuntius venit ad Iob, qui diceret, Boues 14
arabant, & aſinæ paſcebantur iuxta eos: ꝰ & irrue- 15
runt Sabæi, tuleruntque omnia, & pueros percuſſerunt
gladio: & euaſi ego ſolus, vt nuntiarem tibi. ꝰ Cumque 16
adhuc ille loqueretur, venit alter, & dixit, Ignis Dei ceci-
dit è cælo, & tactas oues puerosque conſumpſit: & effugi
ego ſolus, vt nuntiarem tibi. ꝰSed & illo adhuc loquente 17
venit alius, & dixit, Chaldæi fecerunt tres turmas, & inua-
D ſerunt camelos, & tulerũt eos, necnon & pueros percuſſe-
runt gladio: & ego fugi ſolus, vt nuntiarẽ tibi. ꝰAdhuc lo- 18
quebatur ille, & ecce alius intrauit, & dixit, Filijs tuis & fi-
liabus veſcentibus & bibentibus vinum in domo fratris ſui
primogeniti, ꝰrepẽte ventus vehemẽs irruit à regione de- 19
ſerti, & concuſsit quatuor angulos domus, quę corruẽs op
preſsit liberos tuos, & mortui ſunt: & effugi ego ſolus, vt
nuntiarem tibi. ꝰTunc ſurrexit Iob, & ſcidit "veſtimenta 20
ſua, & tonſo capite corruens in terram, adorauit, ꝰ& dixit, 21
Nudus egreſſus ſum de vtero matris meæ, & nudus reuer-
tar illuc. Dominus dedit, Dominus abſtulit: " ſicut Do-
mino placuit, ita factum eſt: ſit nomen Domini benedi-
ctum. ꝰIn omnibus his non peccauit Iob " labijs ſuis, neq; 22
ſtultum quid contra Deum locutus eſt.

Satan ſine permiſſu Dei non poteſt nocere ipſi Iob.

Benedictio Dei

* tuam

Boues & aſinæ Iob rapiuntur à Sabæis.

Oues ſuccẽdũtur à Deo.

Camelos abigunt Chaldæi.

Liberi occiduntur impetu vẽti

* tunicã ſuam,

Fides & patientia Iob in aduerſis. eccleſi. 5. c. 1. tim. 6. b.

## CAP. I. N.

*FVIT in regione 1 VZ vir [quidam] nomine 2 Iob, integer & probus & religioſus ac vitans malum. Eique nati ſunt filij ſeptem, & tres filiæ. 3 Poſſeſſio autẽ pecoris ipſius fuit ſepties mille oues, & ter mille cameli, & iuga boum quingenta, necnon quingentæ aſinæ, & permagnum famulitium: ita vt vir ille cunctos orientales antecelleret. 4 Solebant autem ipſius filij apparare conuiuia quiſque domi ſuæ per vices dierum: ac miſſo nuntio accerſebant ſuas tres ſorores, vt vnà ederent ac biberent. 5 Quumque vices conuiuij exhibendi circulum abſoluiſſent, Iob miſſo nuntio [accerſebat] & 6 ad rem diuinam præparabat eos: maneque ſurgens offerebat holocauſta totidem, quot ipſi numero erãt. Cogitabat enim Iob apud ſe, Fortaſſe filij mei peccauerunt, 7 & indigna cogitarũt de Deo: ſicque faciebat Iob omni tempore. 8 Accidit autem quodam die, vt 9 filij Dei venientes ſiſterent ſe Domino: inter quos venit etiam Satanas. Dixitq; Dominus ad Satanã, Vnde venis? Et reſpõdens Domino Satanas, ait, A peruagando & obambulando in terra. Et dixit Dominus ad Satanam, 10 Obſeruauiſtine cultorem meum Iob 11 (ſiquidem illi nemo par eſt in terra) virum integrum, & probum, & religioſum, & vitantem malum? Reſpondens autem Satanas Domino, inquit, Num Iob gratis veneratur Deum? an non tu ſepſiſti eum vndique, & domum eius, & omnia quæ habet? Nonne quicquid agit, fortunas: & poſſeſſio eius longe lateque obtinuit regionem? Verum iniecta manu tua, quæcunque habet affligito: 12 [& male mihi ſit] niſi te in faciem tuam vituperauerit. Dixit itaque Dominus ad Satanam, Ecce permitto arbitratui tuo quæcunque poſſidet: veruntamen ipſi manum tuam haud iniicias. Et egreſſus eſt Satanas à conſpectu Domini. 13 Accidit autem die quodam, vt ipſius filij & filiæ comederent ac biberent vinum in domo fratris ſui primogeniti. Venitque nuntius ad Iob, dicens, Quum boues ararent, & 14 iuxta illos paſcerent aſinæ, irruentes Sabæi 15 rapuerunt eos, & pueros occiderunt gladio: ego autem * ſolus euaſi, qui tibi nuntiarem. Adhuc iſto loquente, venit alius nuntians, Ignis Dei cælo decidit, & comburens oues atq; pueros, abſumpſit eos: ego autem ſolus euaſi, qui nuntiarem tibi. Adhuc iſto loquente, venit alius dicens, Chaldæi 16 tribus turmis diuiſi, camelos inuadẽtes rapuerunt, & pueros occiderunt gladio: ego autem ſolus euaſi, qui tibi nuntiarẽ. Adhuc illo loquente, alius venit nũtians, Tui filij & filiæ comedebant ac bibebant vinum in domo fratris ſui primogeniti: & ecce validus ventus à regionibus vltra deſertum poſitus veniens, 17 colliſit quatuor angulos domus, quæ corruens oppreſsit iuuenes, & mortui ſunt: ſolus autẽ ego euaſi, qui tibi nuntiarẽ. Surrexit itaq; Iob, & lacerauit ſuum paliũ, caputq; totondit, & cadens in terram 18 ſeſe incuruauit. Dixit autem, Nudus egreſſus ſum de vtero matris meæ, nudus etiam illò reuertar: Dominus dederat, & Dominus abſtulit: laudetur nomen Domini. Iob in hoc toto [negotio] minime peccauit, neque inſulſum aliquid attribuit Deo.*

## SCHOLIA IN CAP. I.

1 Vz, ſiue Hus, regio eſt proxima Idumęæ, vt Thren. 4. d, Gaude Edom quę habitas in terra Hus. 2 De hoc Ezechiel loquitur, cap. 14. e, Si fuerint tres, &c. Noe, Daniel, & Iob. Et Iacob. 5, Sufferentiam Iob audiſtis, &c. Vnde nemini dubium eſſe debet hãc eſſe veram hiſtoriam, nõ fictam. Ex filijs Eſau videtur fuiſſe, quod indicare videtur nomen regionis, Hus. 3 Peculium autem ipſius. 4 Heb. Et ibant filij eius, & faciebant conuiuium in domo cuiuſq; die ſuo. 5 Heb. Et factum eſt, quum circumiuiſſent dies conuiuij. 6 Heb. ſanctificabat eos. i. iubebat eos ſanctificari abſtinendo à cibis & operibus carnis. 7 Heb. Et benedixerũt Deum in corde ſuo. Benedicere pro maledicere, vt & 4. Re. 21, Benedixit Naboth Deo & regi. 8 Proſopopœia qualis eſt 3. reg. 22, Egreſſus eſt ſpiritus & ſtetit, &c. 9 id eſt, angeli boni, qui Deo ſe ſiſtebant, parati ad exequendum quod prçciperetur. 10 Hebraiſmus, Poſuiſtine cor tuum ſuper ſeruum meum Iob. 11 vel, quod non ſit ſimilis in terra. 12 Hebraiſmus, ſi non in faciem tuam maledixerit tibi. Quidam ſubaudiunt, Et videbis ſi non, &c. Alij, emoriar ſi non. Alij aliud. 13 Hebraiſmus, Et fuit dies, & filij eius. 14 Hebraiſmus, in locis ſuis, id eſt, vbi ſolitæ erant paſcere. 15 abegerunt * tantum, ego. Sic inf. 16 Hebraiſmus, tres duces poſuerunt, & ca. &c. quaſi dicat, fecerunt tres acies, quibus præfecerunt duces ſiue imperatores. 17 percuſsit. 18 vel, adorauit.

CAP. II.

## CAP. II.

ACcidit autem die quodam, vt venientes filij Dei ſiſterent ſe Domino: inter quos etiam Satanas venit vt ſe Domino ſiſteret. Dixitque Dominus ad Satanam, Vnde venis? Ac reſpondens Satanas Domino, ait, A peruagando & obambulãdo in terra. Et dixit Dominus Satanæ, 1 Obſeruauiſtine cultorem meũ Iob (ſiquidem illi non par eſt in terra) virum integrum, & probum, & religioſum, & vitantem malum, & qui etiamnum retinet integritatem ſuam? tuque inſtigaſti me, vt abs re 2 deuorarem ipſum. Et reſpondens Domino Satan, inquit, Cutem [alienam] pro cute [ſua,] & omnia quæ habet quiſque, dabit, 3 vt conſeruet vitam ſuam. Verum iniecta manu tua, ipſummet & carnem eius affligito: 4 [& male ſit mihi,] niſi te in faciem tuam vituperauerit. Dixitque Dominus Satanæ, Ecce arbitratui tuo permittitur: verum [ea conditione] vt vitam eius ſerues. Egreſſus eſt Satanas à conſpectu Domini, ac percuſſit Iob 5 vlcere peſſimo à planta pedis vſque ad verticem. Et accepit teſtam, qua ſeſe fricaret, ſeditque 6 in puluere. Vxor autem illius dixit ei, Adhucne retines integritatem tuam? Quin 7 ſupplica Deo vt moriaris. Ad quam ille inquit, Loqueris vt vna ex ſtolidis mulieribus: etiam bonum 8 accipiebamus à Deo, & malum non acciperemus? In hoc toto [negotio] Iob ſuis labijs non peccauit. Porrò quum tres amici Iob audiuiſſent vniuerſa mala hæc quæ acciderant ei, Eliphaz Themanita, Baldad Suhita, & Sophar Naamathita: venerunt quiſq; à 9 loco ſuo. conuenerat enim inter eos, vt 10 vnà viſerent eum, atque conſolarentur. Ac procul ſuos oculos tollentes, non agnouerunt eum, 11 altaque voce plorauerunt, & lacerarunt quiſque pallium ſuum, puluerem quoque ſupra capita ſua ſparſerunt 12 in cælum. 13 Humi autem adſederunt ei ſeptem dies & ſeptẽ noctes, vt nullus ei vel verbum loqueretur. videbant enim dolorem vehementer auctum eſſe.

## CAP. II.

1 FActum eſt autem cum quadam die veniſſent filij
Dei, & ſtarent coram Domino, veniſſet quoque
2 Satan inter eos, & ſtaret in conſpectu eius, ♀ vt
diceret Dominus ad Satan, Vnde venis? Qui reſpon-
3 dens ait, Circuiui terram, & perambulaui eam. ♀ Et di-
xit Dominus ad Satan, Nunquid conſideraſti ſeruũ meũ
Iob, quod non ſit ei ſimilis in terra, vir ſimplex & rectus,
ac timens Deum, & recedens à malo, & adhuc retinens
innocentiam? Tu autem commouiſti me aduerſus eum,
4 vt affligerem eum fruſtra. ♀ Cui reſpondens Satan, ait, B
Pellem pro pelle, & cuncta quæ habet homo, dabit pro
5 anima ſua: ♀ alioquin mitte manum tuam, & tange os
eius & carnem, & tunc videbis quod [a] in faciem benedi-
6 cat tibi. ♀ Dixit ergo Dominus ad Satã, Ecce, in manu tua
7 eſt, veruntamen animam illius ſerua. ♀ Egreſſus igitur
Satan à facie Domini, percuſſit Iob vlcere peſſimo,
8 à planta pedis vſque ad verticem eius: ♀ qui teſta ſaniem
9 radebat, ſedens in ſterquilinio. ♀ Dixit autem illi vxor
ſua, Adhuc tu permanes in ſimplicitate tua? benedic
10 Deo, & morere. ♀ Qui ait ad illam, Quaſi vna de ſtul-
tis mulieribus locuta es. ſi bona ſuſcepimus de manu
Dei, mala quare non [a] ſuſtineamus? In omnibus his non
11 peccauit Iob labijs ſuis. ♀ Igitur audientes tres amici
Iob omne malum quod accidiſſet ei, venerunt ſinguli de
loco ſuo, Eliphaz Themanites, & Baldad Suhites, & So-
phar Naamathites. Condixerant enim vt pariter ve-
12 nientes viſitarent eum, & conſolarentur. ♀ Cum- D
que eleuaſſent procul oculos ſuos, non cognouerunt
eum: & exclamantes plorauerunt: ſciſsiſque veſti-
bus ſparſerunt puluerem ſuper caput ſuum in cæ-
13 lum. ♀ Et ſederunt cum eo in terra ſeptem diebus & ſe-
ptem noctibus, & nemo loquebatur ei verbum. videbant
enim dolorem eſſe vehementem.

Satanæ cũ Deo colloquium petentis facultatẽ percutiẽdi corpus Iob.

[a] in facie tua

Satan percutit Iob vlcere.

Tentatur Iob C ab vxore.

Proſpera & aduerſa, à Deo.

[a] ſuſcipiamus?

Veniunt tres amici Iob vt eũ conſolentur.

### SCHOLIA IN CAP. II.

1 Vide cap. præcedenti numero 10. 2 perderem. 3 Heb. pro anima ſua. 4 Vide cap. 1. numero 12. 5 Vox Hebræa ſcabiem fœdiſsimam ſignificat, qualis eſt elephantiaſis, & quam Indicam ſcabiem vocant ſeu morbum Gallicum. 6 in medio cineris. Is erat mos lugentium, vt & cilicio indui. 7 Alij, benedic Deo, & morere, id eſt, morieris, quaſi dicat, falleris. nam etiam ſi benedicas Deo, & ipſum laudes, tamen morieris. fruſtra igitur es integer. Dictio Hebrea precari etiã ſignificat. 8 ſuſcipimus à Deo, & malum non accipiemus? 9 Locus pro regione. 10 ſimul accederẽt ad condolẽdũ ei. 11 Sub. aliquot voces, Et quũ ꝓpius acceſsiſſent, & eũ agnouiſſẽt, alta voce, &c. 12 .i. puluere ſurſum verſus iacto ſparſerũt capita ſua. Heb. 13 Lugentes ſolebant in terra aut in puluere ſedere.

## CAP. III.

POſt hæc Iob os ſuum aperuit, & 1 cõqueſtus eſt de ſuis temporibus. Ac reſpondens Iob, dixit,

2 Pereat dies quo natus ſum: & nox 3 qua [nuntius] dixit marem conceptum eſſe.

Dies 4 ille ſit tenebricoſus, 5 nec Deus eum ſuperne requirat, neque illum ſplendor aliquis illuſtret.

6 Coinquinent eum tenebræ & vmbra 7 denſiſsima, nubeſque illum occupet: perterrefaciant eum 8 flagrantiſsimi ardores dierum [canicularium.]

9 Sit is nox perpetua, & caligo auferat illũ: 10 non addatur diebus anni, neq; veniat in numerum 11 menſium.

Ecce nox illa 12 ſolitaria ſit, neq; incidat in eam 13 iubilus.

Deteſtentur eam 14 ſoliti execrari dies, qui 15 excitaturi ſunt balenas.

Obtenebreſcãt in eius crepuſculo ſtellæ, ita vt lucem expectet, neq; veniat, nec intueatur 16 palpebras auroræ.

Quoniam oſtia 17 ventris materni non clauſit, & nõ abſcondit moleſtiam ab oculis meis.

Quare non moriebar [ſtatim editus] ex vtero, & [non] expirabam, vt ſum egreſſus ventrem?

Quare me genua exceperunt [obſtetricis?] quare vbera, vt ſugerem?

Nunc enim iacerem, 19 & ſecurus otiarer, ac dormirem: ſic enim quietus agerem

Cum regibus, & 20 conſultiſsimis hominibus in terra, qui ſibi ſolitudines 21 excoluerunt ædificijs.

22 Necnon cum principibus habentibus aurum, quique domos ſuas argento referſerunt.

## CAP. III.

1 POſt hæc aperuit Iob os ſuum, & maledixit diei ſuo,
2 ♀ & locutus eſt,
3 ♀ Pereat dies in qua natus ſum, & nox in qua dictũ
eſt, Conceptus eſt homo.
4 ♀ Dies ille vertatur in tenebras: non requirat
eum Deus, deſuper, & non [a] illuſtretur lu-
mine.
5 ♀ Obſcurent eum tenebræ & vmbra mortis: occupet eum
caligo, & inuoluatur amaritudine.
6 ♀ Noctem illam tenebroſus turbo poſsideat: non
computetur in diebus anni, nec numeretur in men-
ſibus.
7 ♀ Sit nox illa ſolitaria, nec laude digna, ♀ maledi-
8 cant ei qui maledicunt diei, qui parati ſunt ſuſcitare le-
uiathan.
9 ♀ Obtenebrentur ſtellæ caligine eius, expectet lucem &
non videat, nec ortum ſurgentis auroræ,
10 ♀ Quia non concluſit oſtia ventris qui portauit me, nec
abſtulit mala ab oculis meis.
11 ♀ Quare non in vulua mortuus ſum, egreſſus ex vtero
non ſtatim perij?
12 ♀ Quare exceptus genibus? cur lactatus huberibus?
13 ♀ Nunc enim dormiens ſilerem, & ſomno meo re-
quieſcerem
14 ♀ Cum regibus & conſulibus terræ, qui ædificant ſibi ſo- C
litudines:
15 ♀ Aut cum principibus qui poſsident aurum, & replent
domos ſuas argento:

Ierem. 20. d.

[a] Illuſtret

Querimonia qua Iob deplorat, & exponit amicis triſtiſsimum rerũ ſuarum ſtatum, & quantos perferat cruciatus. Cuius ſumma eſt optãdũ ſibi, quod editus in B terram non eſſet, aut moriatur citiſsime. Vnde naſcitur occaſio diſputationis inter Iob & ſuos amicos ſuper afflictione ipſius.

♀ Aut



♀ Aut ſicut abortiuum abſconditum non ſubſiſterem, vel 16
qui concepti non viderunt lucem.
♀ Ibi impij ceſſauerunt à tumultu, & ibi requieuerunt 17
feſsi robore,
♀ Et quondam vincti pariter ſine moleſtia, non audie- 18
runt vocem exactoris.
♀ Paruus & magnus ibi ſunt, & ſeruus liber à domino ſuo. 19
D ♀ Quare miſero data eſt lux, & vita his qui in amaritudi- 20
ne animæ ſunt,
♀ Qui expectant mortem, & non venit: quaſi effodien- 21
tes theſaurum,
♀ Gaudentq; vehementer cum inuenerint ſepulchrum? 22
♀ Viro cuius abſcondita eſt via, & circundedit eum Deus 23
tenebris?
♀ Antequam comedam, ſuſpiro: & tanquam inundantes 24
aquæ, ſic rugitus meus:
♀ Quia timor quem timebam, euenit mihi: & quod ve- 25
rebar accidit.
♀ Nonne diſsimulaui? nonne ſilui? nonne quieui? & ve- 26
nit ſuper me indignatio.

Aut nullus omnino eſſem tanquã abortiuus fœtus 23 qui celatur: & tanquam infantes qui non aſpexerunt lucem.

24 Ibi temerarij & inquieti homines 25 tumultuari deſinunt, & ibi quieſcunt 26 delaſſati.

27 Vincti [aliquando:] opulenti ac beati ſunt, & nemo audit vocem exactoris.

Paruus & magnus ibi ſunt pares, & ſeruus 28 manumittitur.

Quare [Deus] moleſtijs affecto concedit lucem, & vitam ægris animo?

Qui expectant mortem, & non contingit, & ſcrutantur eam ſtudioſius quàm theſauros?

29 Qui læti olim & exultantes, nunc gauderent adepti ſepulchrum?

30 Viro cuius 31 via eſt occultata, 32 quẽq; Deus circũſepſit?

33 Quum enim cibum ſum capturus, ingemiſco, & eiulatus edo lachrymis aquarum ritu manantibus.

34 Equidem ſummopere expaui quod mihi euenit: & quod exhorrui, accidit mihi.

Non fœlix fui, non ſecurus egi, non vitam quietam traduxi, 35 & tamen hæc tempeſtas coorta eſt.

### SCHOLIA IN CAP. III.

1 Vox Hebræa, non tantum execrari, ſed etiam vituperare ac dicere mala ſignificat. 2 quaſi dicat, vtinam eximatur è memoria hominum, nec celebretur natalis ille dies. 3 quæ dixit, id eſt, dicere potuit. 4 id eſt, dies illi conſimilis. 5 id eſt, Deus in ſupernis cælis habitans, ne faciat eum redire. 6 Deturpent. 7 Hebraiſmus, mortis. 8 æſtus diei, id eſt, vapores calidi qui interdum aſſurgere ſolent, & diem obſcurare. 9 Hebraiſmus, Noctem eam occupet (id eſt, ſibi vendicet) caligo, id eſt, reddatur obſcuriſsima. 10 vel, ne gaudeat inter dies. 11 Heb. lunarium. quibus ſcilicet menſes cõſtant. 12 id eſt, careat hominum lætis & iucundis congreſsibus. vel, nequis ea nocte ſe itineri committat, ne ſuperueniat ei aliquid. aut ſi ſe commiſerit, taceat: ſit ea triſtis admodum. 13 cantus. clamor lætus. 14 quod ſcilicet infœlici die nati ſint vt ego, illi etiam huic diei meo maledicant. 15 quaſi dicat, Sit piſcatoribus inauſpicata & deteſtabilis propter nubilum cælum & tempeſtates. Ita nonnulli. at vox Hebraica לויתן non eſt nomen piſcis, & ן ponitur pro ם. vnde vertendum, qui parati ſunt excitare luctum ſuum, id eſt, conqueri de die ſuo infœlici. 16 id eſt, radios, qui ſic dicuntur quod præcedant auroram ipſam. 17 Hebr. ventris mei, id eſt, matris meæ in quo conceptus ſum, quaſi dicat, quia ea nocte tam infauſta conceptus ſum. 18 quia fuit mihi principium huius calamitatis. 19 & quieſcerem ac dormirem. tũc requies fuiſſet mihi cũ, [redacted] 20 conſiliarijs terræ. Loquitur de his quorum conſilio gubernatur terra. 21 ædificabant, id eſt, ædes collapſas inſtaurabant vt facerent ſibi nomen dum viuerent. 22 Aut 23 abſconditus, id eſt, qui dum adhuc eſſet in viſceribus matris perijt. 24 In morte videlicet, vel in ſepulchro. 25 incutere metum, ſubaudi, ſubditis. 26 feſsi robore, id eſt, quorum vires afflictæ ſunt. 27 Simul vincti pacati ſunt: nec audiunt, &c. De vinctis qui addicebantur laboribus, vt qui dãnabantur ad metalla. qui omnes, nullo excepto, mortui nõ afficiuntur moleſtia, nec audiunt vocem illius qui rigide nimium ab illis exigebat opus. 28 Hebraiſmus, liber à Domino ſuo. 29 Hebraiſmus, Qui lætantur de gaudio, exultant cum inuenerint ſepulchrum, id eſt, Qui gaudent quando gaudendum eſt, exultant, &c. 30 Subaudi, vt quid inquam concedit ſiue dat Deus lucẽ, viro, &c. Quidã iũgũt præcedenti verſui, adepti ſepulchrũ viri cuiꝰ via occultata, &c. q. d. Qui lætari ſolẽt de rebꝰ de quibus gaudendũ eſt, lætari ſolent cũ inciderint in ſepulchrũ hominis afflicti, quũ recordãtur hominis mortui qui dũ viueret infœlix erat. gaudent inquam de eius morte quod ſit liberatus à tantis afflictionibus. 31 id eſt, qui neſcit quod iter tenendum ei ob infœlicitatem. 32 & præcluſit (ſub. viam) Deus propter eum? vel illi? i. qui nũquã aſſequitur quod optat: quod proprium eſt infœlicis. nã videtur Deus ponere obicem tranſuerſum ne obtineat quod petit. 33 Heb. Quia ante panem meum gemitus meus veniet, & ſtillabunt ceu aquę, rugitus mei. 34 Quia. Ratio tanti luctus. 35 & euenit timor, id eſt, ſemper quod timui euenit mihi.

## CAP. IIII.

REſpondens autem Eliphaz Themanites, dixit, 1
♀ Si cœperimus loqui tibi, forſitan moleſtè acci- 2
pies. ſed conceptũ ſermonẽ tenere quis poterit?
♀ Ecce, docuiſti multos, & manus laſſas roboraſti. 3
♀ Vacillantes confirmauerunt ſermones tui, & genua tre- 4
mentia confortaſti.
♀ Nunc autẽ venit ſuper te plaga, & defeciſti: tetigit te, & 5
conturbatus es.
♀ Vbi eſt timor tuus, fortitudo tua, *patientia tua, & perfe- 6
ctio viarum tuarum?
♀ Recordare, obſecro te, quis vnquam innocens perijt? 7
aut quando recti deleti ſunt?
♀ Quin potius vidi eos qui operantur iniquitatem, & ſe- 8
minant dolores, & metunt eos,
♀ Flante Deo periſſe, & ſpiritu iræ eius eſſe conſumptos. 9
♀ Rugitus leonis & vox leænæ, & dentes catulorum leo- 10
num contriti ſunt.
♀ Tigris perijt, eo quòd non haberet prædam: & catuli 11
C leonis diſsipati ſunt.
♀ Porrò ad me dictum eſt verbum abſconditum, & quaſi 12
furtiuè ſuſcepit auris mea venas ſuſurri eius.
♀ In horrore viſionis nocturnæ, quando ſolet ſopor occu- 13
pare homines,
♀ Pauor tenuit me, & tremor, & omnia oſſa mea perter- 14
rita ſunt.
♀ Et cum ſpiritus me præſente tranſiret, inhorruerunt 15
pili carnis meæ,

Caput diſputationis inter Iob & amicos eſt, an Iob ſit afflictus à Deo propter impietatem & ſcelera, an aliã ob cauſã. Quam controuer- B ſiam Deus ipſe arbiter dirimit capite, 38. *& Ex afflictionibus Iob nititur Eliphaz probare eum eſſe impium communi omnium carnalium argumento.

ELiphaz ergo Themanita 1 excipiens eum, dixit, Num erit tibi moleſtum, ſi tentemus verba tibi facere? quanquam ſermones prohibere quis poſſet?

2 Ecce plurimos ipſe erudiuiſti, & confirmaſti manus remiſſas.

Labentem erexerunt tui ſermones, & genua procumbentia roboraſti.

Nunc quum 3 tibi aliquid vſu venit, ſuccumbis: & quum te [nonnihil] attigit, perturbaris.

4 Videlicet ex tuo metu prodijt tua fiducia, tua ſpes & integritas in via tua.

5 Cogita quæſo quis innocentiũ perierit, aut vbi homines probi extincti ſint.

6 Equidem quoties vidi arantes vanitatem, & ſeminantes moleſtiam: [vidi etiam] quod idipſum meſſuerunt.

Afflatu [enĩ] Dei perierũt, & 7 à vẽto iræ ipſius abſũpti ſunt.

Rugitus leonis, & vox leopardi [8 comprimitur,] & leunculorum dentes excerpuntur.

Perit 9 tigris inopia prædæ, catuliq; 10 leænæ 11 diſsipãtur.

12 Adhæc 13 res arcana perlata eſt ad me, ex qua modicum quiddam 14 percepit auris mea.

Inter cogitationes [quæ oriebantur] è viſis nocturnis, quum ſopor homines occuparet,

Ingruit mihi pauor & tremor, ac terrefecit 15 quantum eſt oſsium meorum.

Spiritus nanque ante me hinc inde commeabat, & pili per totum corpus meum horruerunt.

*Quūq; cōſiſteret,nō agnoſcebā ei⁹ faciē,[obuerſabaturq;] meis oculis imago,16 & erat ſilentiū:ac vocē[eiuſmodi] percepi,*
*Num 17 iuſtior eſſet homo quam Deus? num vir eſſet purior ſuo conditore?*
*Ecce 18 in ſuis miniſtris non firmum opus retinuit, 19 in angeliſque ſuis poſuit væſaniam.*
*Quāto magis [à perfectione abſunt] qui 20 domos luteas incolūt,& quorū fūdamētū eſt è puluere, quoſque [res multæ] comminuunt, 21 priuſquam conficiantur à tineis?*
*22 Inter mane ac veſperam conteruntur: 23 & qui non reſipiſcunt,æternum pereunt.*
*An non 24 poſteritas illorum interit, & moriuntur deſtituti ſapientia?*

16 ¶ Stetit quidā,cuius nō agnoſcebā vultum, imago coram oculis meis, & vocem quaſi auræ lenis audiui,
17 ¶ Nūquid homo, Dei comparatione iuſtificabitur,aut factore ſuo purior erit vir?
18 ¶ Ecce qui ſeruiūt ei,non ſunt ſtabiles,& in angelis ſuis reperit prauitatem.
19 ¶ Quanto magis hi qui habitant domos luteas, qui terrenum habent fundamentum, conſumentur velut à tinea?
20 ¶ De mane vſque ad veſperam ſuccidentur:& quia nullus intelligit,in æternum peribunt.
21 ¶ Qui autem reliqui fuerint,auferentur ex eis:morientur, & non in ſapientia.

Aliud eius argumentum à iuſtitia & æquitate Dei.
D
2.Petr.2.a.

## SCHOLIA IN CAP. IIII.

1 Reſpondens. 2 Occupatio. Edidit quidem Iob præclara opera,verum ex ſimulata ſanctimonia. 3 tibi euenit.ſub.calamitas. 4 Heb.profecto timor tuus erat ſpes tua:& ſimplicitas viarū tuarū erat expectatio tua.Id eſt,timebas Deum,integreque & innocenter viuebas,quia ſperabas aliquid emolumēti ab eo :igitur fucatus eras & hypocrita.Ordo dictionum inuerſus apud Hebræos. 5 Quatuor rationibus hoc capite& ſequenti oſtendere nititur Eliphaz,Iob eſſe, ob ſua peccata percuſſum à Deo. Primo, Quotquot mulctantur malis, ob ſuam culpam mulctantur. 6 Hebraiſmus,Vt vidi,aratores iniquitatis & ſeminatores afflictionis, meſſuerunt eam, id eſt, Dantes operam iniquitati, damnantur & pereunt. Metaphora ab aratoribus. 7 id eſt, ſi vel paululum iraſcatur. 8 vel, perit. De omnibus qui tyrannidem exercent intelligit qui tandem pereunt poſt minas & afflictiones. 9 leo. 10 leonis, id eſt, filij tyrannorum. 11 diſperguntur. 12 Secundo, Diuina reuelatione proditum eſt Eliphazi cogitanti de rebus Iobis, quod ob peccata ſit miſer, quum & angeli non perſtiterint in ſua perfectione. 13 res hæc (olim) me latebat, cæterum ex ea modicum, &c. 14 id eſt, reuelante Deo per angelum. 15 Hebraiſmus, multitudinem. Deſcribit pulchre aduentum Spiritus ſancti. 16 ſilentium & vocem audiui, i.vocem tenuem & ſubmiſſam.ſubaudi,dicentē ſequentia.17 quaſi dicat, Deus iuſtior eſt homine : iuſteque omnia facit. ergo iuſte affligit : & ita tu peccator es. male tamen argumentatur Eliphaz. nam multi affliguntur vt probentur à Deo. 18 in angelis ſuis poſuit, id eſt, poni permiſit. quāquā vox Hebræa תהלה laudem & lucem ſignificat:vnde repetita negatione ſuperiore, vt eſt mos Hebræorum,rectius verti potuit, Et in angelis ſuis non poſuit laudē aut lucem, quaſi dicat,angeli non ſunt creati à Deo in omnimoda veritate ſiue perfectione abſolutiſſima : quia ſi conferantur cum Deo,ſunt velut tenebræ. 19 ſic legunt quidam Hebræorum,quaſi dicat,angeli Deo collati videntur inſipientes. 20 id eſt, corpora terreſtria. 2.cor.5 a, Si terreſtris domus noſtra,&c. 21 Hebraiſmus, comminuent eos ante tineam, id eſt, priuſquam à vermibus abſumantur in ſepulchro, vt veſtis à tinea. 22 A mane vſque ad veſperam, id eſt, ſingulis diebus perpetuo patent periculis, 23 eo quod non ſit qui ponat (ſubaudi, ſuper cor) id eſt, qui adijciat animum, quaſi dicat, incauti & imprudentes pereunt. 24 abducitur dignitas eorum (ſiue quæ in eis eſt. aut, ab eis) id eſt, præclara portio quæ eſt in eis, hoc eſt anima aufertur ab eis.

## CAP. V.

*V 1 Oca obſecro, num ſit qui tibi reſpondeat, 2 & ad quemlibet ſanctorum reſpicito.*
*3 Nempe furor ſtultum occidit, ac 4 leuem perimit indignatio.*
*Vidi equidem ſtultum radices agentem, & ſtatim 5 male ominatus ſum domui eius,*
*Fore vt eius liberi longe abſint 6 à ſalute, ac 7 ſeſe perdant 8 in porta, nec ſit qui eripiat:*
*9 Vt eius meſſem deuoret famelicus, eamque rapiat è medijs ſpinis, & ſitibundus auide hauriat ipſius opes.*
*Etenim 10 vanitas non prodijt ex 11 puluere, neque 12 moleſtia germinauit è tellure.*
*13 Sed Adæ irrogatum eſt, vt generaret ad moleſtiam, & ſcintillæ in altum euolent.*
*14 Verum à Deo ipſo rationes petam, & meam orationem ad Deum conferam,*
*Qui edit ingentia opera, eaque inueſtigabilia, & res mirandas illaſque innumeras,*
*Qui dat pluuiā ſuperficiei telluris,& aquas immittit 15 vicis:*
*Vt humiles in alto loco ponat,ac 16 mæſti obtineant arcem ſalutis:*
*Cogitationes callidorum irritas facit, 17 vt nihil ſolidi efficiant manus eorum.*
*Qui capit ſapientes in ipſorum calliditate, & conſilium verſutorum 18 ſubuertitur:*
*Ita vt interdiu 19 verſentur in tenebris, & in meridie palpent ceu in nocte.*
*Seruat etiam pauperem à 20 gladio, & ore illorum, è manu potentioris.*
*Et eſt afflicto ∵ ſpes reliqua, 21 & iniqui non habent quòd vituperent aut querantur.*
*Ecce beatum hominem, quem arguit Deus : 22 neque tu reijcies caſtigationem Dei optimi maximi.*
*Pariter enim dolores infligit, & obligat vulnera : 23 verberat idem, eiuſque manus medentur.*
*24 Sex periculis eripiet te, 25 & in ſeptimo non attinget te malum.*

1 VOca ergo ſi eſt qui tibi reſpondeat,& ad aliquem ſanctorum conuertere.
2 ¶ ᵃ Virum ſtultum interficit iracundia,& paruulum occîdit inuidia.
3 ¶ Ego vidi ſtultum firma radice,& maledixi pulchritudini eius ſtatim.
4 ¶ Longe fient filij eius à ſalute,& cōterentur in porta, & non erit qui eruat.
5 ¶ Cuius meſſem famelicus comedet, & ipſum rapiet armatus, & bibent ſitientes diuitias eius.
6 ¶ Nihil in terra ſine cauſa fit, & de humo non ᵃ egredietur dolor.
7 ¶ Homo naſcitur ad laborem,& auis ad volatum.
8 ¶ Quam ob rem ego deprecabor ᵃ Dominum, & * Deum ponam eloquium meum.
9 ¶ Qui facit magna & inſcrutabilia & mirabilia, abſque numero.
10 ¶ Qui dat pluuiam ſuper faciem terræ, & irrigat aquis vniuerſa.
11 ¶ Qui ponit humiles in ſublime, & mœrentes erigit ſoſpitate.
12 ¶ Qui diſſipat cogitationes malignorum, ne poſſint implere manus eorum quod cœperant.
13 ¶ Qui apprehendit ſapientes in aſtutia eorum, & conſilium prauorum diſſipat.
14 ¶ Per diem incurrent tenebras, & quaſi in nocte, ſic palpabunt in meridie.
15 ¶ Porrò ſaluum faciet ᵃ egenum à gladio oris eorum, & de manu violenti pauperem.
16 ¶ Et erit egeno ſpes, iniquitas autem contrahet os ſuum.
17 ¶ Beatus homo qui corripitur à Deo : increpationem ergo Domini ne reprobes:
18 ¶ Quia ipſe vulnerat, & medetur: percutit, & manus eius ſanabunt.
19 In ſex tribulationibus liberabit te, & in ſeptima non tanget te malum,

ᵃ Vere Perſtat Eliphaz nitens oſtendere Iobis impietatem à ſanctorum impunitate & ſtultorū perditione.
ᵃ orietur
B
ᵃ Deum,
* ad
Argumenta iuſtitiæ Dei.
1.Corint.3.d.
C
Commendatio crucis quæ hominem erudit & mortificat. Iaco.1.b.

¶ In



¶ In fame, eruet te de morte: & in bello, de manu gladij. 20
D ¶ A flagello linguæ abſconderis: & non timebis calamitatem cum venerit. 21
¶ In vaſtitate & fame ridebis: & beſtias terræ non formidabis. 22
¶ Sed cum lapidibus regionum pactum tuum : & beſtiæ terræ pacificæ erunt tibi: 23
¶ Et ſcies quòd pacem habeat tabernaculum tuum: & viſitans ſpeciem tuam, non peccabis. 24
¶ Scies quoque quoniam multiplex erit ſemen tuum, & progenies tua quaſi herba terræ. 25
¶ Ingrediêris in abundantia ſepulchrum, ſicut infertur aceruus tritici in tempore ſuo. 26
¶ Ecce, hoc vt inueſtigauimus, ita eſt : quod auditum, mente pertracta. 27

*Tempore famis redimet te à morte, & in bello à gladio.*
*Abſconderis 26 à flagro linguæ : neque timebis quum inciderit 27 calamitas.*
*28 Ad calamitatem & famem ridebis, neque metues animalia terreſtria:*
*29 Nam cum lapidibus ruris erit tibi fœdus, 30 & feræ adigentur vt ſeruent pacem erga te.*
*31 Senties etiam tabernaculum tuum ipſam incolumitatem eſſe:& recenſendo tuum domicilium non peccabis.*
*Sēties & plē tuā augeri,& poſteros tuos ceu gramen terræ.*
*Peruenies [denique] 32 ſoſpes adhuc ad ſepulchrum, quemadmodum frugum aceruus 33 increſcit ſuo tempore.*
*34 Atque hæc fermè ſunt, quæ rebus accurate perpenſis decreuimus proponere, ſuntque certiſſima : proin velis ea percepta æquo animo apud teipſum dijudicare.*

## SCHOLIA IN CAP. V.

1 Vociferare. Clama. 2 & ad quem ſanctorum (ſub. angelorum) te conuertes? qui te ſcilicet dignetur ſua reſponſione. q.d. nullus eſt angelorum quamlibet paruus qui non ſit te ſuperior, quique te dignetur alloqui.Oſtendit hominem eſſe angelis multo inferiorem.quāto magis Deo? 3 Profecto ira.Oſtendit mala homini accidere propter peccata:Eſtque tertia ratio qua Eliphaz probat Iob fuiſſe impium quod affligatur vt impij & ſtulti.Ira,inquit, interficit ſtultū.i.frequenter fit vt homines iracundia pereant,quod fruſtrentur deſyderijs ſuis. 4 cupiditas habendi (auiditas ad rem) interficit cupidum.ſiue auidum ad rem. 5 Heb.maledixi habitaculo eius.i.mox cenſui,reputaui fore vt habitaculo eius male cederet. 6 .i.ab auxilio Diuino.7 cōterātur 8.i. palā,in loco publico.in portis cauſæ publicę & priuatæ iudicabātur. 9 Ordo inuerſus apud Hebræos,ſic ordinatur, Facultas eorum (deuoluetur) ad eum cuius meſſem eſuriens comedet,& eum qui è ſpinis accipiet eam : & imminebit illi prædo. Extremam hominis infœlicitatem deſcribit. q.d.Opes poſterorum impij,deuoluentur ad eum cuius meſſem eſurientes deuorabūt.i.ad hominem infœlicem, & ad eum qui è ſpinis accipiet eā meſſem,& meſſi illi inhiabit prædo.Morē furū ſignificat qui noctu ſegetes furantur tēpore famis in locis pulcherrimis & fertilibus,relicta ſegete quæ eſt inter ſpinas, quā etiā colligit qui eam primus accipere poterit.i.etiam illi prędo imminebit. 10 iniquitas.q.d.non ob iniquitatē ipſius terræ, ea fit ſterilis, ſed ob iniquitatem hominis.Hæc quarta eſt ratio,quòd Iob propter peccata affligatur.Originale peccatum cauſa eſt omnium ærumnarū : igitur actuale,peculiarium: 11 terra,12 peruerſitas.vel,afflictio & dolor. ∵ 13 vel,Sed homo ad laborem natus eſt vt filij carbonis eleuant ſeſe volando,aut volatu.q.d.propter peccatum primi parentis homo eſt labori obnoxius, vt natura ſcintillæ ſurſum ſeſe attollunt. 14 Vtique ego requirerem Deum (ſub.ſi talia paterer)& ad Deum diſponerem eloquium meum .i. Deum precarer.Hortatur eum ad pœnitentiam. 15 Heb.ſuper faciem platearū. 16 & triſtes exaltentur ope.ſub.Diuina.vel,& abiecti ſiue contempti exaltentur in ſalutem.i.in locum tutum & inacceſſum.aut in ſublimi .i. in ſumma dignitate attollat De⁹ abiectos & viles,qui ſibi nihil tribuunt.17 ne quod decreuerunt. 18 vel, redditur irritum. 19 impingant in tenebras,id eſt,in re clariſſima deſtituantur prudentia. 20 gladio ore eorum,id eſt,à calumnijs eorum quæ ſunt veluti gladius vtrinque ſcindens. ∵ vel,in quo ſperet.21 Heb.& iniquitas occluſit os ſuum. i. iniqui autem coguntur tacere confuſi. 22 proinde correptionem Omnipotentis ne ſpreueris. 23 vulnerat,& manus eius ſanant. ſub. vulnus ab eo inflictum. Metaphora à chirurgis. 24 Finiti numeri pro infinitis.q.d.omni tempore liberabit te à noxa. Aut referantur ad tribulationes ſiue pericula quæ poſtea receſet. 25 imò vero(vel, atq; adeò) in ſept. 26 dū peruagabitur lingua, id eſt, dum impij pios deferent apud tyrannos,non accuſaberis cum reliquis. 27 depopulatio. 28 quaſi dicat,floccipendes vaſtitatem & famem. 29 id eſt, lapides non lædent te quaſi ex pacto. Solebant olim nudis pedibus ambulare, vnde ſæpius lædebantur. 30 Hebraiſmus, & beſtia agri erit tibi pacifica, quaſi dicat, non nocebunt tibi feræ agreſtes, ſi occurrerint tibi. Pſal.90, Super aſpidem & baſiliſcum ambulabis. 31 Hebraiſmus,& ſcies quod pax erit in tabernaculo tuo, viſitabiſque tabernaculum tuum, & non peccabis, id eſt, diligentiſſime conſyderabis familiam tuam vt nihil mali agat,& non peccabis indulgendo familiæ tuæ. Verti poteſt, & ſcito tabernaculum tuum fore in ſumma pace poſteaquam viſitaueris familiam tuā, nec peccaueris.ſub.conniuendo ad peccata eorū.32 in ſenio. q.d. non morieris ante mortem naturalē.ſenex morieris. 33 excidirur. 34 Heb. En hoc (quod) perquiſiuimus,& ita res habet : audi illud,& tu ſcito tibi,id eſt,acquieſcito illi,& commendato memoriæ.

## CAP. VI.

Pœnam culpa ſua grauiorem dicit.Iob.

REſpondens autem Iob,dixit, 1
¶ Vtinam appenderentur peccata mea, quibus iram merui : & calamitas quam patior, in ſtatera: 2
¶ Quaſi arena maris hæc grauior appareret: vnde & verba mea dolore ſunt plena, 3
¶ Quia ſagittæ Domini in me ſunt : quarum indignatio ebibit ſpiritum meum, & terrores ᵃ Domini militant contra me. 4
¶ Nunquid rugiet onager cum habuerit herbam? aut mugiet bos,cum ante præſepe plenum ſteterit? 5
B ¶ Aut poterit comedi inſulſum, quod non eſt ſale conditum? aut poteſt aliquis guſtare, quod guſtatum affert mortem? 6
ᵃ Animæ enim eſurienti etiam amara dulcia eſſe videntur:
¶ Quæ prius nolebat tangere anima mea, nunc præ anguſtia, cibi mei ſunt. 7
¶ Quis det vt veniat petitio mea : & quod expecto, tribuat mihi Deus: 8
¶ Et qui cœpit, ipſe me conterat : ſoluat manum ſuam, & ſuccîdat me? 9
¶ Et hæc mihi ſit conſolatio, vt affligens me dolore, non parcat : nec contradicam ſermonibus Sancti? 10

ᵃ Dei

Iob humana patitur,optādo ſibi mortem.

*AD quæ reſpondens Iob,dixit,*
*O ſi exactiſſime appenderetur 1 indignatio mea, ſimulque 2 mea conditio in ſtateram poneretur:*
*Tum enim 3 grauior eſſet quàm arena maris : quocirca 4 pro magnitudine rerum parcè ac moderatè queſtus ſum.*
*Nam 5 Dei optimi maximi ſagittæ in me ſunt, quarum 6 feruor ebibit 7 ſpiritum meum, & terrores 8 Dei acie inſtructa me inuaſerunt.*
*Num rudit onager herba præſente? num 9 bos mugit appoſita farragine?*
*10 Poteſtne inſulſum edi non conditum ſale? num ſapit cuiquam 11 ſaliua albuminis?*
*Quæ meus animus 12 renuit contingere, ea ſunt 13 mihi pro cibo fœtido.*
*Vtinam eueniat quod peto, ac deus concedat quod 14 ſpero.*
*15 Deuſque aliter ſtatuat de me, vt me comminuat, excuſſaque manu velut neruo findat me.*
*16 Adhuc enim mihi ſolatium erit: etſi terreſiam ægrotatione, ita vt mihi non parcatur, minime tamen negabo verba ſancti [Dei.]*

*Verum quod robur meum eſt,vt 17 durare poſsim? & quis finis [expectandus] mihi,ſi vitam longius producam?*
*Num robur mihi lapideum? num caro mea calybea?*
18 *Quid ſi ferendo non ſum, 19 & facultas ſubſiſtendi me deſtituit?*
20 *Decebat amicos exhibere beneficentiam miſero amico:ſed [me,vt vos dicitis]religio Dei optimi maximi deſeruit.*
*Fratres mei 21 fidem fefellerunt vt torrens, 22 vtque vallem tranſeunt torrentes.*
*Qui turbidi ſunt 23 à glacie 24 & niue, quæ in eos reſoluitur.*
*Tempore autem quo 25 areſcunt abolentur, 26 & per calores auferentur è loco ſuo.*
27 *Concutiuntur itinera per quæ feruntur: 28 cæterum euaneſcunt, ac penitus intereunt.*
29 *Viderunt [eos aliquando] 30 qui proficiſcuntur in regionem Thema, 31 & qui Sabæos adeunt ſpem habent de eis:*
*Pudefiunt autem, quia ſpem [in eis] poſuerunt: & poſtquã peruenerunt ad locum iſtum, erubeſcunt.*
32 *Eiuſmodi mihi torrentem planè exhibetis, qui conſpectis meis ærumnis extimuiſtis.*
*Dixine vt mihi conferatis aliquid, & è facultatibus veſtris largiamini pro me muneras?*
*Vtque me liberetis 33 ab hoſte, & 34 redimatis me ex manu 35 tyrannorum?*
36 *Docete me,& tacebo:indicate mihi in quo errem.*
37 *Quàm plana firmaq; ſunt, recte pronuntiata: vel quid à vobis allatum vim aliquam habet argumenti?*
38 *Num excogitaſtis ſermones & verba, idq; inaniter, quibus me deſperationis conuincatis?*
39 *Præterea pupillo imponere ſtudetis, & amico veſtro foditis decipulam.*
*Nunc igitur 40 rectius æſtimate rem, & meas atque veſtras rationes inſpicite, an mentiar.*
41 *Redite quæſo in viam, & ne ſit [in vobis] iniquitas, redite: nam etiam nunc ſalua eſt mea iuſtitia.*
42 *Non eſt in lingua mea iniquitas, neque palatum meum non ſentit malos ſapores.*

11 ¶ Quæ eſt enim fortitudo mea, vt ſuſtineam? aut quis finis meus, vt patienter agam?
12 ¶ Nec fortitudo lapidum fortitudo mea, nec caro mea ænea eſt.
13 ¶ Ecce, non eſt auxilium mihi in me, & neceſſarij quoque mei receſſerunt à me.
14 ¶ Qui tollit ab amico ſuo miſericordiam, timorem Domini dereliquit.
15 ¶ Fratres mei præterierunt me, ſicut torrens qui raptim tranſit in conuallibus.
16 ¶ Qui timent pruinam, irruet ſuper eos nix.
17 ¶ Tempore quo fuerint diſsipati, peribunt: & vt incaluerint, ſoluentur de loco ſuo.
18 ¶ Inuolutæ ſunt ſemitæ greſſuum eorum: ambulabunt in vacuum,& peribunt.
19 ¶ Conſyderate ſemitas Thema, itinera Saba,& expectate pauliſper.
20 ¶ Confuſi ſunt, quia [a] ſperaui: venerunt quoque vſque ad me, &pudore cooperti ſunt.
21 ¶ Nunc veniſtis: & modo videntes plagam meã timetis.
22 ¶ Nunquid dixi, Afferte mihi, & de ſubſtantia veſtra donate mihi?
23 ¶ Vel, Liberate me de manu hoſtis, & de manu robuſtorum eruite me?
24 ¶ Docete me,& ego tacebo: & ſiquid fortè ignoraui, inſtruite me.
25 ¶ Quare detraxiſtis ſermonibus veritatis, cum è vobis nullus ſit qui poſsit arguere me?
26 Ad increpandum tantum eloquia concinnatis, & in ventum verba profertis.
27 ¶ Super pupillum irruitis, & ſubuertere nitimini amicum veſtrum.
28 ¶ Veruntamen quod cœpiſtis explete: præbete aurem, & videte an mentiar.
29 ¶ Reſpondete obſecro abſque contentione:& loquentes id quod iuſtum eſt, iudicate:
30 ¶ Et non inuenietis in lingua mea iniquitatem, nec in faucibus meis ſtultitia perſonabit.

C Conqueritur ſe ab amicis relictum, cum præter meritũ affligatur.

[a] ſperauerunt.

D

SCHOLIA IN CAP. VI.

1 vel,querela,querimonia. 2 afflictionem meam in ſtatera (ſub.poſitam)attollant. In ſtatera.i.in altera lance ſtateræ. 3 ſub. afflictio. 4 Heb.verba mea abſorpta ſunt.i.vix loqui poſſum. vox mea faucibus adhæret. 5 Omnipotentis.i.acutiſsimæ.vt cedri Dei .i.altiſsimæ. 6 venenum.ſolent enim aciem ſagittæ inficere veneno. 7 .i.partem illam vitalem. 8 .i.maximi.hoc eſt ægritudines illæ quę maximum mihi terrorem incutiunt. De dolore, quē ſuſtinebat, videtur intelligere. 9 .q.d. Putaſne ſine cauſa me conqueri, quum ne animalia quidem ipſa conquerantur quum habent quod volũt? 10 Probat quę dixerat, ſimilitudine ducta à minori ad maius. deeſt autem altera pars argumentationis, quanto minus amarũ comedi poteſt? q.d.natura homo non poteſt edere cibum inſipidum: multo minus vehementes dolores, qualis eſt hic quē patior. 11 ſapor.q.d.non:quod natura ſit inſipidum.multo minus amarũ.12 renuebat. 13 Heb.ſicut fœtores panis mei.vel,velut ægritudines carnis meæ.i.proxima mihi ſunt vt ſunt ægritudines corporis, neque magis à me ſeparari poſſunt afflictiones, quàm à corpore ægritudines. 14 nempe mortem:vt ſequenti verſu declarat. 15 Velitque Deus me conterere:ſoluere manum ſuam,& ſuccidere me. Manus ligata videtur quãdo parcit. Morte repentina perdi optat. 16 Heb. Et eſt adhuc conſolatio mea,& calefaciam me in dolore, (qui) nõ parcit(mihi)quia non ſuppreſsi verba ſancti.i. Quãuis adhuc habeã quo me conſolari poſsim, tametſi vrar dolore, qui crudeliſsime exercet me, nẽpe quod nõ ſuppreſſerim verba Dei, nõ contradixerim verbis eius, nõ fuerim in eũ blaſphemus. 17 ſperare.ſub.liberos.reſpondet ad verba Eliphaz in fine preced.cap. Senties & prolẽ tuam augeri.q.d.fruſtra ſperem liberos. 18 Heb. Nonne nõ auxiliũ meũ in me(fuit) .i.nonne quoad potui, me iuui? 19 & (nunquid) officiũ impulſum (fuit) à me? .q.d.nonne ſemper me continui in formula recte viuendi? 20 Heb.(an)diſſolutio, à ſodali ſuo conuitium (erit?) & nunquid dicetur quod timorem Omnipotẽtis deſeruerit? Miratur impudentiam amicorum, qui pro conſolatione conuitiũ dicant. Quidam inter Hebræos ſic legũt, Nonne dicetur ab amico, quod timorẽ & miſericordiã Omnipotẽtis deſeruerit? .q.d. fierine poteſt vt amicus dicat amico ſuo, quòd deſeruerit,&c. 21 Heb.præuaricati ſunt, ſub.in me.i.fefellerunt. inconſtantes amicos torrentibus cõparat, qui tẽpore veris aucti niualibus aquis, magno impetu feruntur, æſtate exareſcunt. ad quos mercatores ſitibundi accurrẽtes ſpe potus, falluntur. 22 & inundatio torrentium(qui) prætereũt. i. qui ad tempus decurrunt. 23 ſub. liquefacta in aqua. 24 Heb.ſuper eos abſconditur nix.vel,in quibus abſcõditur nix.i.in quos torrentes nix liquefacta in aquam immiſcetur & immittitur. 25 Heb. incaleſcunt, delentur.vel, defluendo imminuuntur & delentur. 26 & dum incaleſcit,(ſub.tempus) extenuantur. 27 (aut) auertuntur ſemitæ (ſub.ipſorum torrentium.) 28 Heb.& aſcẽdunt in vacuum. 29 Conſyderauerunt.ſub.illos torrentes, vt darent potũ ſibi & iumentis. 30 Heb. ſemitę Arabiæ deſerti.i. mercatores qui adibant Arabiam deſertam. 31 Heb.itinera Sabeæ expectauerunt ſibi.i. qui Arabiam fœlicem adibant, ſperabant ſe hauſuros ex illis aquam. 32 Hebraiſ. Quia nunc fuiſtis(ſimiles) vnicuique illorum. 33 Heb. de manu tribulationis, id eſt, à tribulatione. 34 eripiatis. 35 ſubaudi corrumpendo illos muneribus. 36 ſub.in quo videatis me impium. 37 Quam (tamen) fortia ſunt eloquia rectitudinis! ſed quid argumentando conficiet diſceptatio ex vobis? quaſi dicat, Fortis eſt veritas, facile concludit quæ vera ſunt; at ex falſis vera concludere nõ poteſtis, quia me dicitis impium. 38 An diſceptando (.i.cum diſceptare vultis) reputare debetis eloquia eius qui deſpondit animum, verba mera & ventũ? quaſi dicat, an diſceptando debetis floccipẽdere verba mea, qui animũ ob afflictiones deſpõdiſſe vobis videor? Non ſunt paruipendenda eloquia hominis afflicti. 39 Etiã pupillo iraſceremini, (vel pupillum condemnaretis) quum fodiatis(ſubaudi, fraudes, id eſt, machinemini) aduerſus ſociũ veſtrũ. vel, amicum. 40 Heb. velitis (&) aſpicite ad me, & videte an mentiar in conſpectu veſtro, id eſt, nunc placeat vobis oculos conijcere in me, & periculũ facite an mentiar vobis præſentibus, quaſi dicat, longè ero vobis diſsimilis. 41 Reuertimini nunc, & non ſit iniquitas; iterum inquam reuertimini, adhuc iuſtitia mea erit in ea. Relatiuum ſine antecedente, ſubaudi, diſceptatione vel reſponſione. i. Rurſum aſſumpto ſermone diſceptate mecũ citra vllã iniquitatẽ; adhuc in hac ſecunda diſceptatione inueniar iuſtus. 42 An eſt in lingua mea iniquitas? an palatũ meũ non intelliget tribulationes? q.d. An falſa dico dum tueor iuſtitiam meam? Dicat aliquis, Quare ergo ita turbaris? Reſpondeo, An palatum meum non ſentiet calamitates? Intelligere pro ſentire. ac ſi dicat, Vt fieri non poteſt vt palatum non fugiat ſaporem amarum: ita fieri non poteſt vt pars ſenſitiua non refugiat dolorem. Eam vocat hic palatum.



CAP. VII.

Vitam non eſſe niſi laborẽ perpetuum Iob oſtendit, ſimul ipſius vitæ breuitatem.

Militia eſt vita hominis ſuper terram:& ſicut dies 1
mercenarij, dies eius.
¶ Sicut ſeruus deſyderat vmbram,& ſicut mer- 2
cenarius præſtolatur finem operis ſui:
¶ Sic & ego habui menſes vacuos, & noctes laborioſas 3
enumeraui mihi.
¶ Si dormiero, dicam, quando conſurgã? & rurſum expe- 4
ctabo veſperã,& replebor doloribus vſq; ad tenebras.
¶ Induta eſt caro mea putredine & ſordibus pulueris: cu- 5
B tis mea aruit, & contracta eſt.
¶ Dies mihi velocius tranſierunt, quàm à texente tela 6
ſucciditur, & conſumpti ſunt abſque vlla ſpe.
¶ Memento quia ventus eſt vita mea, & non reuertetur 7
oculus meus vt videat bona,
¶ Nec aſpiciet me viſus hominis: oculi tui in me, & non 8
ſubſiſtam.
¶ Sicut conſumitur nubes, & pertranſit: ſic qui [a] deſcen- 9
derit ad inferos, non aſcendet,
¶ Nec reuertetur vltra in domum ſuam, neque cognoſcet 10
eum amplius locus eius.
C Quapropter & ego non parcam ori meo, loquar in tribu- 11
latione ſpiritus mei:confabulabor cum amaritudine ani
mæ meæ.
¶ Nunquid mare ego ſum, aut cetus, quia circundediſti 12
me carcere?
¶ Si dixero, Conſolabitur me lectulus meus,& releuabor 13
loquens mecum in ſtratu meo:
¶ Terrebis me per ſomnia,& ꝑ viſiones horrore cõcuties. 14
¶ Quam ob rem elegit ſuſpendium anima mea,& mortem 15
oſſa mea.
D ¶ Deſperaui, nequaquam vltrà iam viuam: parce mihi, 16
nihil enim ſunt dies mei.
¶ Quid eſt homo, quia magnificas eum? aut quid appo- 17
nis erga eum cor tuum?
¶ Viſitas eũ diluculo,& ſubito ꝓbas illũ: ¶ vſquequo nõ 18
parcis mihi, nec dimittis me vt glutiam ſaliuam meam? 19
¶ Peccaui, quid faciã tibi ô cuſtos hominũ? quare poſuiſti 20
me contrarium tibi, & factus ſum mihimetipſi grauis?
¶ Cur non tollis peccatum meum, & quare non aufers 21
iniquitatem meam? ecce, nunc in puluere dormiam:
& ſi mane me quæſieris, non ſubſiſtam.

[a] Deſcendit

CAP. VII.

*An non 2 militia homini eſt in terra, & dies eius velut 3 mercenarij dies?*
*Vt ſeruus anhelat ad 4 vmbram, vtque mercenarius præſtolatur ſuam mercedem:*
5 *Ita mihi eſt iniunctum agere menſes inanes, & moleſtas noctes numerauerunt mihi.*
*Vbi me in lectum collocaui, dico, Quando ſurgam? 6 quumque menſuram ad veſperum extendi, ſaturor iactationibus vſque ad crepuſculum.*
*Induit caro mea vermes & 7 puluerem glebarũ ritu cohæreſcentem, cutiſq; mea rupta eſt, ac 8 mihi diſplicet.*
*Dies mei velociꝰ fugiũt quã 9 tela, & trama deficiẽte finiũtur.*
10 *Cogita vitam meam eſſe ventum, quòdq; meus oculus non iterum videbit proſperitatem.*
*Non 11 aſpiciat me [poſt hac] oculus cernentium me, ſed tui oculi, 12 vt ſuperſtes non ſim,*
*Quemadmodum nubes deficit ac præterit: ſic qui deſcendit in ſepulchrum, 13 non aſcendet,*
*Non redibit vltra in domum ſuam, neque 14 loci eius [homines] agnoſcent eum.*
*Proĩde nõ cohibebo meũ os, quin loquar aliquid in animi mei anguſtijs, & 15 querulũ quiddã loquar in ægritudine mea.*
*Num pelagus ſum? num cetus ſum, 16 quòd mihi obices circundediſti?*
*Quum apud me dico, Lectus meus aliquid ſolatij adferet, cubile meum 17 muſsitanti adimet [aliquid moleſtiæ:]*
*Tunc 18 ſomnijs me terres, & viſionibus exagitas me.*
*Quapropter anima mea ſuſpendium eligit, & mortem 19 præ oſsibus meis.*
20 *Recuſo equidem perpetuò viuere, tantũ finem meũ facito, ſiquidem mei dies ſunt ipſa 21 vanitas.*
*Quid eſt homo, quod 22 eum tractas tam magnifice, & animum adijcis ad eum?*
*Et 23 mane inuiſis eum, ſingulisq; momentis exploras eũ?*
*Quandiu non me facies miſſum, & non concedes reſpirandi ſpatium, vt meam ſaliuam glutiam?*
24 *Peccaui: quomodo me geram erga te, ſi hominis facta obſeruare velis? quare me poſuiſti 25 obiectum tibi ita vt mihimet oneri ſim?*
*Quare nõ 26 tollis meũ ſcelꝰ, & aufers iniquitatẽ meã? 27 vbi enĩ iacuero in puluere, ſi mane requiras me, nõ ero ſuperſtes.*

SCHOLIA IN CAP. VII.

1 Vel, Certe. 2 tempus præfixum. 3 ſub.ſunt præfixi, quibus ſeruire debet.q.d.tribulatio mea maxima eſt, & vita hoĩs eſt breuis: quî fieri igitur poteſt vt nõ conquerar? Deſcribit humanę vitę breuitatem. 4 .i.noctem. 5 Heb. Sic hæreditaui mihi(vel,in hæreditatẽ accepi) menſes vanitatis,& noctes laboris enumerauerũt mihi.ſub.numeratores. Dilucidiꝰ ſic, vt ſubaudiatur ל ante יריחי Sic quaſi iure hæreditario traditus ſum mihi(.i.in damnũ meũ,) mẽſibus mendacibus,& noctes laborioſas apparauerũt mihi. ſub.illi mẽſes. Aut, nam noctes,&c. Menſes mendaces vocat, quia in illis ſperabat requiẽ quã nõ eſt aſſecutus.q.d. ſingulis mẽſibus expectaui requiem, quam non inueni. nã illis menſibus grauia paſſus ſum ſingulis noctibus. Declarat ſeipſum ſequẽti verſu. 6 Hebr.& menſurauit(ſub.cor meũ) veſperam,& ſaturatus ſum rebus aſpernandis (vel fœditatibus) vſq; ad crepuſculũ.q.d. omnes horas noctis numeraui,& vſq; ad auroram ad ſaturitatẽ vſq; repletus ſum fœditatibus.quod ſequenti verſu declarat. 7 ramenta pulueris.q.d.ſcatuit caro mea vermibus,& furfuribus.alludit ad ſcabiẽ. 8 facta eſt abominabilis. 9 radius textorius,& finiũtur abſq; ſpe.ſiue expectatione. 10 Conuertitur ad Deum. q.d. Si ita eſt vt ait Eliphas, ô Domine reuoca in memoriam,&c. 11 aſpiciet 12 &(mox) non ero. 13 .i.nõ reuertetur in vitã.ſub.ante reſurrectionẽ. 14 Heb. agnoſcet eũ amplius locus eius. Dicũtur Hebræis habitacula homines agnoſcere, quãdo ea agnoſcũt homines. 15 Heb. loquar de amaritudine animę meę. 16 Heb. quod ponas mihi cuſtodiã? q.d. An vires meę ſunt tã fortes quã vires maris & ceti, quod me affligis tãta afflictiõe quę eſt mihi vice cuſtodię? tãquã impatientis. 17 lamẽtationẽ meã auferet.i.nõnihil luctus mei. 18 Extremã tentationẽ deſcribit, quæ in ſpiritu fit tẽpore nocturno. 19 potiꝰ quã oſſa mea .i. quã corpus meũ.mauult anima mea reliquere corpꝰ morte violẽta aut naturali, quã remanere in tribulatiõe. 20 Heb. Abominatꝰ ſum(vitã meam, quod) nõ in æternũ victurus eſſem: recede à me. q. d. vt diutiſsime viuã, paulo poſt moriẽdũ mihi eſt: noli me igitur vltra vexare, ſiquidẽ,&c. 21 .i.breuiſsimi. 22 Heb. magnifices eũ, vt apponas erga eũ cor tuũ? .i.vt tanti facias eũ, nempe vt cures res eius.q.d. nõ eſt tanti vt eũ debeas curare. Debile argumentũ, nã Deus mortalia curat habita ratione miſericordiæ ſuæ, nõ hoĩs. 23 ſingulo mane. 24 vel,(Eſto) peccauerim, quid feci tibi,&c.q.d. Eſto peccauerĩ vt dicit Eliphaz, qua in re propterea potui incõmodare tibi, ô tu qui ſeruas homines? 25 in offendiculũ .i. in quẽ ſemper impingas, & tãtopere affligas, in quẽ vnũ iacula tua intorqueas: quũ multi alij peccauerint grauꝰ. Verba deſpõdentis animũ. in hac vita aut quoad hanc vitam corporis. 26 aufers. Auferre peccatũ Hebręis eſt parcere. Satis inquit pœnarum ſumpſiſti de me. 27 Heb. quia nunc in puluere iacebo,& requires me, & non comparebo .i. mox enim in terra dormiam, breui ſum moriturus. quod ſi poſtea me quæras vt mihi benefacias, non poteris, quia non ſubſiſtam.

CAP. VIII.

Baldad conatur Iob ad confeſſionẽ peccatorũ & pœnitentiam reuocare, idque duobus argumentis.

Reſpondens autem Baldad Suhites, dixit, 1
¶ Vſquequo loquèris talia, & ſpiritus multiplex 2
ſermonis oris tui?

CAP. VIII.

*Cui reſpondens Baldad Suhita, dixit,*
*Quandiu tandem loqueris talia, & 1 verba oris tui ſonabunt pertinaciam?*

*NumDeus 2 peruerteret iudicium? num 3 Optimus maximus peruerſe ageret contra iuſtitiam?*
*4 Quia liberi tui peccauerunt in eum, 5 permiſit eis euenire quod ſcelus eorum poſtulabat.*
*Quod 6 ſi ipſe mature ad Deum redieris, & ſupplicaueris Optimo maximo:*
*Si purus probuſque fueris, tui gratia tum ſurget, 7 ac proſperitate ſumma donabit tuum domicilium ob iuſtitiam:*
*Eritque prior tua ſors modica, & poſterior tua ſors valde augeſcet.*
*Sciſcitare quæſo 8 ex priſco æuo, teque compone ad perueſtigationem patrum ipſorum:*
*(Nos enim nuper nati ſumus, & rerum ignari ſumus: quum dies noſtri ſint in terris velut vmbra.)*
*9 An non illi te erudient, ac dicent tibi, & ex corde ſuo proferent ſermones?*
*10 Adoleſcitne ſcirpus abſque palude? creſcetne 11 carex abſque aquis?*
*Dum adhuc in virore ſuo eſt, non ſuccidetur, & tamen ante omnia virentia exareſcet:*
*12 Ita contingit omnibus qui Deum obliuiſcuntur, & ſpes hypocritæ intercidit:*
*Cuius 13 fiducia per negligentiam interit, & illud in quo ſpem collocat, eſt 14 domus aranei.*
*15 Qui enim domui eius innitetur, non conſiſtit: quiq; prehendit eam, non ſtabit.*
*16 Cæterum plantæ in ſe humorem continentis etiam quum in ſole ſtat, propago tenera prodibit in horto.*
*17 Et in congerie lapidum radices ipſius denſe implicabuntur, ſpectabitque domum lapide ſtructam.*
*18 Quumque ſtirpitus è loco ſuo eijcietur, vt quis neget, ſe vnquam vidiſſe illam:*
*19 Gaudebit ſe ad eum modum tractari, & ex humo alia 20 prouenient.*
*Ecce Deus non aſpernatur integrum, neque [rurſum] 21 prehenſat manum prauorum.*
*22 Quoad os tuum riſu impleat, & labia tua iubilo:*
*Inimici tui pudore 23 afficiantur, 24 tabernaculum vero impiorum non duret.*

3 Nunquid Deus ſupplantat iudicium? aut Omnipotens ſubuertit quod iuſtum eſt?
4 Etiam ſi filij tui peccauerunt ei, & dimiſit eos in manu iniquitatis ſuæ:
5 Tu tamen ſi diluculo conſurrexeris ad Deum, & Omnipotentem fueris deprecatus:
6 Si mundus & rectus inceſſeris, ſtatim euigilabit ad te, & pacatum reddet habitaculum iuſtitiæ tuæ, B Primũ argumentũ à pœnitentium benedictione.
7 Intantum vt ˋſi priora tua fuerint parua, & nouiſsima tua multiplicentur nimis.
8 Interroga enim generationem priſtinam, & diligenter inueſtiga patrum memoriam:
9 (Heſterni quippe ſumus, & ignoramus quoniam ſicut vmbra dies noſtri ſunt ſuper terram) Pſal.143.a.
10 Et ipſi docebunt te: loquentur tibi, & de corde ſuo proferent eloquia.
11 Nunquid virere poteſt ſcirpus abſque humore? aut creſcere carectum ſine aqua? Secundum à ſubitanea hypocritarum perditione. C
12 Cum adhuc ſit in flore, nec carpatur manu, ante omnes herbas areſcit:
13 Sic viæ omnium qui obliuiſcuntur Deum, & ſpes hypocritæ peribit:
14 Non ei placebit vecordia ſua, & ſicut tela aranearum fiducia eius.
15 Innitetur ſuper domum ſuam, & non ſtabit: fulciet eã, & non conſurget.
16 Humectus videtur antequam veniat ſol, & in ortu ſuo germen eius egredietur.
17 Super aceruum petrarum radices eius denſabuntur, & inter lapides commorabitur. D
18 Si abſorbuerit eum de loco ſuo, negabit eum, & dicet, Non noui te.
19 Hæc eſt enim lętitia vię eius, vt rurſum de terra alij germinentur.
20 Deus non proijciet ſimplicem, nec porriget manum malignis,
21 Donec impleatur riſu os tuum, & labia tua iubilo.
22 Qui oderunt te, induentur confuſione: & tabernaculum impiorum non ſubſiſtet.

## SCHOLIA IN CAP. VIII.

1 Heb. ſpiritus validus verba oris tui? .i. quouſq; tam graui & vehementi oratione culpã tuã excuſabis? 2 q.d. non, ſed omnia facit ſumma æquitate. ergo iuſte affligit te. 3 Omnipotens. 4 Heb. Si, pro quia. 5 eiecit eos (ſub. è mundo) propter tranſgreſsionem ſuam. Hebraice, in manu ſceleris ſui. 6 Heb. mane quæſieris Deum, & Omnipotentem deprecatus fueris. 7 Heb. Et pacificabit domicilium tuæ iuſtitiæ .i. animum qui iuſtitiæ eſt ſtudioſus. Vel, habitaculum in quo iuſtitiæ ſtudioſus habitaturus es. 8 id eſt, maiores. crede ea quæ maiores dicent tibi. Exemplo maiorum probat Deum maiorem fortunam reſtituere [illegible] 9 vel, Certe. 10 Parabola oſtendit proſperitatem Iobis diuturnam non fuiſſe, quia ſimulatę ſanctitatis fuerit. 11 pratum. herba prati. 12 Heb. ita ſemitæ omnium obliuiſcentium Dei. 13 id eſt, conſilia & adinuentiones impiorum. 14 id eſt, tela. 15 Heb. Impetu nitetur ſuper domum ſuam, & non coſiſtet: firmat ſe ſuper eam, & non permanet, id eſt, tela araneæ rumpitur & corruit, ſi ipſa aranea illi telæ impetu nitatur. 16 Alia ſimilitudine plãtę naturali humore prędite quę in aſperis locis viget, ſolidã oſtẽdit fœlicitatẽ eſſe illorum, qui verè pij ſunt. Hebraice legitur, Viridis eſt ante ſolẽ, & ſupra hortũ rami eiꝰ extẽdunt ſe .i. Arbor quędã viridis ſoli expoſita, expãdit propagines ſuas ſup hortũ in quo plãtata eſt. 17 Heb. Iuxta fontẽ (.i. locũ humidũ) radices eiꝰ implicãtur, & (radix eiꝰ) implicatur (ſicut) domꝰ lapidũ .i. inſtar rupis magnę. 18 Heb. Si abſorbeat eã (ſub. agricola) de loco ſuo, & inficiãdo dicat (arbor) de loco illo, Nõ vidi te .i. Nũquã fui plãtata in te. q.d. ſi nihil de ea arbore in eo loco remaneat ĩ quo erat plãtata: ꝑfecto, &c. Sẽtẽtia ꝑficitur ſequẽti verſu. 19 ſub. ea arbor ita trãſplãtari. Heb. ꝑfecto id eſt lętitia vitę eiꝰ: & de terra alia germinabũt. Cõparat afflictionẽ hoĩs pij trãſplãtationi arboris, quę trãſplãtatio cedit ipſi arbori in bonũ. Profecto inqt, fœliciꝰ ſecũdo loco plãtata ꝑuenit, & de illa terra alia, multi ꝑueniẽt ſtolones. 20 ſub. ſtolones, aut rami multi. 21 vt ſcilicet ferat illis auxiliũ. 22 vel, Adhuc implebit os tuũ riſu. ſub. poſt has tribulationes. 23 vel, afficiẽtur. 24 & tentoriũ impiorũ non extabit, id eſt, Deus nunquam inſtaurabit tentoriũ impiorũ, vt eſt inſtauraturus tabernaculũ piorũ.

## CAP. IX.

*AD quæ reſpondens Iob, dixit,*
*Enimuero noui quòd 1 res ita habeat: 2 quid autem homo iuſtitia contenderet cum Deo?*
*Si enim 3 velit cum eo litigare, non reſpondebit ei 4 ad vnum ex mille.*
*Eſt nanque ſapiens corde, & prævalidus viribus: 5 cui autem cecidit fœliciter, qui ſe illi pertinaciter oppoſuit?*
*Qui tranſponit montes, 6 neque præſenſerunt illi, quos in ira ſua ſubuertit,*
*Qui commouet è loco ſuo terram, ita vt eius columnæ 7 quatiantur,*
*Quo imperante, ſol non oritur, 8 & ſtellas velut appoſito ſigillo claudit.*
*Qui ſolus extendit cælos, perq; 9 ſummitates maris incedit.*

## CAP. IX.

1 ET reſpondens Iob, ait,
2 Verè ſcio quòd ita ſit, & quòd non iuſtificetur homo compoſitus Deo.
3 Si voluerit contendere cum eo, non poterit ei reſpondere vnum pro mille.
4 Sapiens corde eſt, & fortis robore: quis ꝰreſiſtit ei, & pacem habuit? ꝰreſtitit
5 Qui tranſtulit montes, & ꝰneſcierunt hi quos ſubuertit in furore ſuo. ꝰneſciunt
6 Qui commouet terram de loco ſuo, & columnæ eius concutiuntur.
7 Qui præcipit ſoli, & non oritur: & ſtellas claudit quaſi ſub ſignaculo.
8 Qui extẽdit cęlos ſolus, & graditur ſuper fluctus maris.

Qui



Qui facit Arcturum, & Oriona, & Hyadas, & interiora Auſtri. 9
B Qui facit magna, & incomprehenſibilia, & mirabilia, quorum non eſt numerus. 10
Si venerit ad me, non videbo eum: ſi abierit, non intelligam *. 11 * eum.
Si repente interroget, quis reſpondebit ei? vel quis dicere poteſt, Cur ita facis? 12
Deus cuius irę nemo reſiſtere poteſt, & ſub quo curuantur qui portant orbem. 13
Quantus ergo ſum ego, vt reſpõdeam ei, & loquar verbis meis cum eo? 14
Qui etiam ſi habuero quippiam iuſtum, non reſpondebo, ſed meum iudicem deprecabor. 15
Et cum inuocantem exaudierit me, non credo quòd audierit vocem meam. 16
In turbine enim conteret me, & multiplicabit vulnera mea etiam ſine cauſa. 17
Non concedit requieſcere ſpiritum meum, & implet me amaritudinibus. 18
C Si fortitudo quæritur, robuſtiſsimus eſt: ſi æquitas iudicij, nemo audet pro me teſtimonium dicere. 19
Si iuſtificare me voluero, os meum condemnabit me: ſi innocentem oſtendero, prauum me comprobabit. 20
Etiam ſi ſimplex fuero, hoc ipſum ignorabit anima mea, & tędebit me vitæ meæ. 21
Vnum eſt quod locutus ſum, & innocentem & impium ipſe conſumit. 22
Si flagellat, occidat ſemel, & non de pœnis innocentum rideat. 23
Terra data eſt in manus impij, vultum iudicum eius operit. quod ſi non ille eſt, quis ergo eſt? 24
Dies mei velociores fuerunt curſore: fugerunt, & non viderunt bonum. 25
Pertranſierunt quaſi naues poma portantes, ſicut aquila volans ad eſcam. 26
D Cum dixero, Nequaquam ita loquar: commuto faciem meam, & dolore torqueor. 27
Verebar omnia opera mea, ſciens quod non parceres delinquenti. 28
Si autem & ſic impius ſum, quare fruſtra laboraui? 29
Si lotus fuero quaſi aquis niuis, & fulſerint velut mundiſsimæ manus meæ: 30
Tamen ſordibus intinges me, & abominabuntur me veſtimenta mea. 31
Neque enim viro qui ſimilis mei eſt, reſpondebo: nec qui mecum in iudicio ex æquo poſsit audiri. 32
Non eſt qui vtrunque valeat arguere, & ponere manum ſuam in ambobus. 33
Auferat à me virgam ſuam, & pauor eius non me terreat. 34
Loquar, & non timebo eum: neque enim poſſum metuens reſpondere. 35

*Qui fecit Arcturum, Cynoſuram, & Pleiadas, & 10 Auſtri penetralia.*
*Qui opera ingentia edit, eaque inueſtigabilia, & res mirandas eaſque innumeras.*
*Ecce 11 præteribit me, vt non videam: & commeabit vltro citroque, vt eum non intelligam.*
*Ecce 12 ſiquid raptim auferet, quis illud recuperabit? aut quis dicet ei, Quid agis?*
*13 Niſi Deus reprimat iram ſuam, 14 ei ſuccumbent conſpiratores potentiſsimi.*
*Quanto magis ego, ſi commutem cum eo verba, & 15 coner apud eum vti verbis ſelectis?*
*16 Cui minime reſponſarem, etiamſi iuſtus eſſem, verum iudici meo ſupplex forem.*
*17 Quum inuocaui eum, & reſpondit mihi, non tamen credo quòd auribus vocem meam perceperit:*
*Poſtquam me ſubuertit turbine, & abs re mihi plurima vulnera inflixit,*
*Neque mihi concedit vt reſpirem, [quoniam] exatiauit me amarulentia calamitatum.*
*Si 18 viribus agendum ſit, ecce prævalidus eſt: 19 ſi iure agendum, quis mihi patrocinabitur?*
*20 Si me pro iuſto geram, os meum damnabit me impietatis: ſique integritatem mihi arrogem, opprimet me.*
*21 Integer ſanè ſim: attamen animam meam non perſpectam habeo, mihique diſplicet vita mea.*
*22 Vnum illud eſt: ad quod oſtendendum mea omnis tendit oratio, quod Deus perpetuò ſui ſimilis pariter integrum & impium conficit.*
*23 Quòd ſi flagrum inferendo ſtatim occidit, innocentium afflictionem ſannis proſequetur?*
*24 Atqui terræ gubernatio impio permittitur, qui faciem iudicum 25 eius obuelat: 26 ſi hæc Deus non agit, cedo vbi alius ſit qui agat?*
*Ceterum dies mei velocius quàm curſor elapſi ſunt, fugeruntque vt nihil læti viderint.*
*27 Præteruolarunt æquantes celoces celeritate, vtque inuolat aquila in eſcam.*
*Siquando apud me dixi, Obliuiſcar 28 meditationis meæ, & deponam 29 vultus [triſtes,] meque continebo:*
*Timui omnes labores meos, ſciens quod me [peccantem] non 30 dimitteres impunitum.*
*31 Impius igitur eſſem? quorſum iſtos labores fruſtra exantlaui?*
*32 Si enim aquis niualibus me lauero, & 33 puritate manus meas emundauero:*
*34 Si me foueæ immerſeris, mea veſtimenta fœdabunt me.*
*Non enim vir eſt vt ego, cui reſpondere audeam, vtque ſimul in ius ambulemus.*
*Non enim eſſet inter nos arbiter, 35 qui controuerſiam noſtram dirimeret.*
*Auferat [autem] virgam ſuam à me, neque terrore ſuo me exagitet:*
*Tum loquar, neque verebor 36 quòd cauſa mea infirma ſit.*

## SCHOLIA IN CAP. IX.

1 nempe Deum eſſe iuſtiſsimum. 2 Heb. quomodo autẽ iuſtificabit ſe homo cum Deo? id eſt, quomodo iuſtus inuenietur, ſi conferatur cũ Deo? 3 ſub. homo, vt tueatur ſuã innocentiã. 4 ſub. argumentum, ex mille argumentis. q.d. tanti non eſt homo vt eũ Deus ſua reſponſione dignetur. 5 Heb. quis dura loquetur ei, & pace fruetur? q.d. nemo, id eſt, quis verbis duris cum eo contendet, & permanebit in pace? 6 nec agnoſcunt (ſub. homines imperiti) quis ſubuerterit eos furore ſuo. 7 tremant. agitentur. 8 Hebraiſmus, & pro ſtellis ſigillabit. vel, & ſtellas ſigillat, id eſt, abſcondit à nobis: efficit vt ſtellæ non luceant nobis. 9 excelſa, id eſt, altos fluctus marinos. Alij intelligunt aerem, qui voluitur ad motum cæli. 10 .i. Meridiei. Penetralia vocat, quia ſtellæ circa polum auſtrinum non apparent habitantibus in oppoſito hemiſpherio. q.d. qui fecit omnia ſigna tam auſtralia quàm meridionalia. 11 tranſit coram me, & non video: pręterit ante me, nec intelligo illũ, id eſt, Deus me pręſente multa facit quę non aſſequor, nec ipſe eſſe illarũ rerũ authorẽ deprehendo. non cognoſcimus illum per opera ſua. 12 Heb. capiet (ſub. quem voluerit) & quis reuocabit eum? id eſt, ſiquẽ de medio volet tollere, nemo reuocabit eum à propoſito. 13 Deus non reuocabit irã ſuam. ſubaudi, metu, aut increpatione hominis. 14 ſub. eo deprimuntur adiutores ſuperbię, id eſt, qui cum arrogantia & ſuperbia auxiliũ alijs pollicentur. Id videre licet in Iſraelitis, qui quotieſcunque pependerunt ab AEgyptijs, perierunt. 15 Heb. eligam verba mea cũ eo. 16 Alij per interrogationẽ, Quę etiãſi iuſtus ſim alloqui non auſim: iudicantem me deprecabor? ſub. propter peccata mea, tua opinione, quaſi dicat, male ſuades ſi de me vera ſunt quæ dicis. nam ſi impius ſum, vt dicis, non dignabitur me alloqui. cur ergo illum deprecer? 17 Si inuocauero (illum) & reſponderit mihi, non credam quod, [illegible], ac ſi dicat, Putaſne hominem tanti eſſe, vt Deus illum ſuo alloquio dignetur? Argumentum ab indignitate humana. 18 ad virtutem. ſubaudi, ſpectent verba tua, id eſt, ſi de virtute loquaris. 19 ſi vero ad iudicium, quis conuenire me cũ eo faciat? id eſt, quis efficiat vt cum eo deſcendã in certamen? 20 Hebraiſmus,


Sĩ

Si iuſtus fuero, os meum condemnabit me:& ſi immaculatus, prauum me reddet, id eſt, ſi cauſa mea ſit iuſta, ſermo meus efficiet vt dicar à vobis improbus,& prauus. 21 Deficio (Conſumpus ſum) nec noui animam meam, id eſt, non agnoſco animam meam fungi muneribus ſuis. 22 Vnica (ſubaudi, via eſt) propterea dixi, immaculatum & improbum ipſe conſumit. [redacted], quaſi dicat, ſi ita res habeat vt dicis, afflictiones omnes immitti ob peccata, dicam vnicam eſſe viam. 23 id eſt, Si Deus tantum ob ſcelera affligit, ſequitur vt oppreſsionem Innocentium ſtatim puniturus ſit. Hebraice legitur, Si flagellũ occidat ſubito (ſubaudi, impios) tentationem innocentium ridebit? Confutat hic Iob verba Baldad, qui dixiſſet pœnam piorum prorogari, impios autẽ ſubito perimi. quod ſi ita res ſe haberet, multo grauior eſſet pœna piorum, vnde & ipſi impij poſſent pios ridere. Tentationem vocat caſtigationem & correptionem. 24 Hebraiſmus, Terra data eſt in manum impij. 25 ſubaudi, terræ, id eſt, qui omnia impune facit cõniuentibus iudicibus: efficit vt iudices diſsimulẽt ſe videre ipſius flagitia. 26 Heb. ſin minus, vbinã eſt,& quis eſt? id eſt, quod ſiquis eſt qui dicat rem aliter ſe habere, vbinam eſt ille qui hoc dicat:& quis eſt, quum quod dixi, omniũ calculo cõprobatum ſit? 27 Hebraiſmus, præterierunt cum nauibus voluntatis, id eſt, volũtarijs. hoc eſt tam cito prætereũt, quam velociſsimæ naues quę pro volũtate noſtra quãcelerrime currunt per mare. 28 querelæ. querimonię. 29 vel, iram meã,& recreabor. aut confirmabo. ſub. cor meũ. 30 mũdares me. i. nõ eſſes me abſoluturus. 31 (Si) ego impius ſim, quare in vanũ laborabo? Dixerat Baldad, Si eſſem impius vt tu, deprecarer Deũ. cui nũc reſpõdet Iob[redacted] 32. i. ſi nemo affligitur niſi ob ſcelus ſuũ, actũ eſt de ſanctis. nã integerrimus homo intricatus miſeriæ, ſtatim erit impius. 33 re puriſsima. 34 Tũc in foueã immerges me,& abominabũtur me veſtes meę. i. ſi id faciã, interficies me, cũ vita mea ſit breuiſsima: & veſtimẽta mea abhorrebũt à me tanquã à mortuo: nã mortuũ nõ decẽt veſtimẽta. 35 Heb. (nec eſſet) qui poneret manũ ſuã ſup nos ambos. 36 quia non ſic ego apud me. i. non ſum talis qualẽ me eſſe putatis.

## CAP. X.

*A 1 Ctum eſt de vita mea, quare dũ viuo, mihi permittam muſsitationem, & loquar in ægritudine mea. [Tunc] dicam Deo, ne damnes me [impietatis:] doceto me [potius] de qua re mecum 2 litiges.*

*3 Conducetne tibi, ſi opprimas violenter, ſi opus tuarum manuum aſperneris, & 4 impiorum conſilium illuſtres?*

*Habeſne oculos carneos? inſpicisne res humano more? 5 ſuntne dies tui, vt dies hominis? num anni tui vt dies viri:*

*Vt inueſtigare velis meã iniquitatẽ, & inquirere peccatũ meũ?*

*6 Te aduoco teſtem, è cuius manu nemo poteſt eripere, quòd non ſim impius.*

*Tuæ manus elaborauerunt me, ac me fecerunt 7 quãtus quãtus ſum: & tamen deuoraſti me.*

*Cogita quæſo quod me velut argillam finxeris, 8 meq́; redacturus ſis in puluerem.*

*An non veluti lac 9 fudiſti me, & velut caſeũ me coagulaſti?*

*Cute & carne veſtiuiſti me, oſsibus etiam & neruis me contexiſti.*

*10 Vita & beneficentia me proſecutus es, tuaq́; 11 prouidentia ſeruauit meum ſpiritum.*

*Atque hæc in tuo corde repoſuiſti, nec me fallit 12 quod hæc tuo nutu gerantur.*

*Siquid peccaui, 13 annotauiſti mihi, neque ſiuiſti meam iniquitatem abire impune.*

*Siquid impie geſsi, 14 væ mihi: 15 ſin colui iuſtitiam, non tamen audeo caput attollere, ſatis ac ſuper contumelijs affectus, quare meam deiectionem reſpicias.*

*16 Quæ vtinam inualeſcat, vt me ceu leopardus venêris, iterumque portentoſa calamitate conficias me.*

*17 Producas contra me nouos teſtes tuos, tuæque indignationis gladius in me [ſtringatur,] & malorum inuicem ſuccedentium agmen inuadat me.*

*Cur autem eduxiſti me ex vtero? vtinam 18 expirem, vt me nullus oculus aſpiciat.*

*Vtinam, vt aliquando fui, 19 nullus ſim: vtinam à ventre ad ſepulchrum elatus eſſem.*

*20 An non dierum meorum portio modica deſinet? ſaltem abſiſtat à me, vt paululum reſpirem:*

*Priuſquam in regionẽ tenebris & denſiſsima vmbra obſitam abeo non rediturus:*

*Ad regionem obſcuram, qualis eſt caligo & vmbra denſiſsima, 21 quæ non habet ordines: 22 quumque illuxit, perinde eſt atque ſi caligo eam obtineat.*

1 TAEdet animam meam vitæ meæ, dimittam aduerſum me eloquium meum, loquar in amaritudine animæ meæ. — *Tædet Iob vitæ ſuæ.*

2 ¶ Dicam Deo, Noli me condemnare: indica mihi cur me ita iudices.

3 ¶ Nunquid bonum tibi videtur, ſi calumnieris me,& opprimas me opus manuum tuarum, & conſilium impiorum adiuues?

4 ¶ Nunquid oculi carnei tibi ſunt: aut ſicut videt homo, & tu videbis?

5 ¶ Nunquid ſicut dies hominis dies tui,& anni tui ſicut humana ſunt tempora, — B

6 ¶ Vt quæras iniquitatem meã,& peccatum meũ ſcruteris?

7 ¶ Et ſcias quia nihil impium fecerim, cum ſit nemo qui de manu tua poſsit eruere.

8 ¶ Manus tuæ ᵒfecerunt me, & plaſmauerunt me totum in circuitu: & ſic repente præcipitas me? — ᵒplaſmauerunt me, & fecerunt

9 ¶ Memento quæſo quòd ſicut lutum feceris me, & in puluerem reduces me. — Collatiõe priorum beneficiorum & præſentis afflictionis, nimiam ſeueritatem Dei in ſe oſtẽdit. *&

10 ¶ Nõne ſicut lac mulſiſti me,& ſicut caſeũ me coagulaſti?

11 ¶ Pelle & carnibus veſtiſti me, *oſsibus & neruis compegiſti me,

12 ¶ Vitam & miſericordiam tribuiſti mihi, & viſitatio tua cuſtodiuit ſpiritum meum. — C

13 ¶ Licet hæc celes in corde tuo, tamen ſcio quia vniuerſorum memineris.

14 ¶ Si peccaui, & ad horam pepercisti mihi: cur ab iniquitate mea mundum me eſſe non pateris?

15 ¶ Et ſi impius fuero, væ mihi eſt: & ſi iuſtus, non leuabo caput, ſaturatus afflictione & miſeria.

16 ¶ Et propter ſuperbiam quaſi ᵒleænam capies me, reuerſuſque mirabiliter me crucias. — ᵒleæna (nominat. caſus)

17 ¶ Inſtauras teſtes tuos contra me, & multiplicas iram tuã aduerſum me,& pœnæ militant in me.

18 ¶ Quare de vulua eduxiſti me? qui vtinã conſumptus eſſem, ne oculus me videret. — D

19 ¶ Fuiſſem quaſi non eſſem, de vtero trãſlatus ad tumulũ.

20 ¶ Nunquid non paucitas dierum meorum finietur breui? dimitte ergo me, vt plangam paululum dolorem meũ, — Pœnitendi ſpatium quærit.

21 ¶ Antequam vadam,& non reuertar, ad terram tenebroſam,& opertam mortis caligine, — Deſcriptio mortis.

22 ¶ Terram miſeriæ & tenebrarum, vbi vmbra mortis, & nullus ordo, ſed ſempiternus horror ᵒinhabitans. — ᵒinhabitat.

## SCHOLIA IN CAP. X.

1 Heb. Exciſa eſt anima mea in vita mea: relinquã ſuper me querimoniã meã,& loquar in amaritudine animæ meæ. Reddit rationem tantę querimonię. Cohęret autem ſentẽtia huius verſus cũ precedentibus, Plenus (inquit) viribus, morior, propterea non coercebo os meũ. i. laxis habenis cõquerar, ob tã graue cruciatũ: vrgeor amaritudine animę loqui. 2 contendas, id eſt, quare ſic me affligas. Secundum rationẽ carnis loquitur, non ſpiritus. 3 Hebraiſmus, An bonum tibi (erit) quòd opprimas me? id eſt, Nunquid proderit tibi, iuuaberis, vtilitatem capies,&c. 4 id eſt, ſi conſilio impiorum faueris. q. d. ſi res ita haberet vt dixerunt ſocij mei, tu videreris fauere conſilio illorum qui male de me loquuntur. Hic videtur argumentari contra Baldad. 5 .i. nunquid paruo tempore perduras? 6 Heb.



6 Heb. Secundum ſcire tuum; nam impius non ſum: (& tamẽ) non eſt qui de manu tua eripiet me. Priorem verſus partem iungunt Hebræi fini præcedentis verſus, ſic, & inquirere peccatum meum iuxta opinionem tuam?. i. iuxta animi tui ſententiam, & non pro veritate, vt homines corrupti iudicij faciunt? q. d. nequaquam. Quamuis non ſim impius, tamen ita me affligis, vt nemo me poſsit eripere de manu tua. 7 pariter per circuitum,& perdes me?. i. fecerunt me omnino. q. d. mirum eſt quod ita me affligas, quum ſim opus tuum. 8 & in puluerem reduces me? Interrogatiue legendu[illegible] liquefeciſti me. i. velut è liquido lacte feciſti me. nam ſeme[illegible]genitale[illegible] candidum & liquidum. Generationem hominis deſcribit. 10 Vitam & miſericordiam feciſti mecum. i. membris formatis infudit Deus animam.& quia mirum eſt fœtum viuere in aluo matris, adiecit miſericordiam. nam miſericordia Dei fit vt fœtus viuat in aluo. 11 Heb. viſitatio tua. i. conſtitutio tua. 12 Heb. quod iſtud eſt apud te. 13 in carcerem conijcies me, & ab iniquitate mea non emundabis me? Quanta ſit pugna carnis cum ſpiritu, docet hic Iob. Sunt hic verba carnis non ſatis patienter ferentis afflictiones. Eſto peccauerim, an par ſit propterea me perpetuo affligi, nec condonari mihi iniquitatem meam? vel pœnas iniquitati meæ debitas? ita Hebræi. 14. i. maledictus ſum: 15 Heb. ſi vero iuſtus ſum, non attollam (vel, non tamen auſim attollere) caput meũ exaturatus ignominia,& vidẽs afflictionẽ meã. 16 (Vtinam) augeſcat (dolor meus) & vt leo rapias me: at reuertẽris, & mirus apparebis in me. q. d. Optarim vt tu Deus me ſubito perderes, ita fœliciſsimus mihi viderer. at non ita facturus es, ſed multis afflictionibus me afficies. 17 Innouabis plagas tuas contra me,& multiplicabis iram tuam mecum, mutationes & exercitus mecum. i. tu nouis plagis cruciabis me vt me perdas, & multiplicabis iram tuã quam concepiſti aduerſum me: variæ & multæ afflictiones me exagitant. Sunt qui legant, Innouabis teſtes tuos: quod dictio Hebręa vtrunque ſignificet. Dicuntur autem plagæ teſtes Dei, quod iram ipſius teſtentur. 18 interijſſem, 19 fuiſſem tanquam non fuiſſem. i. vtinã ab vtero perijſſem. hi videntur non fuiſſe, qui protinus vita priuãtur. 20 Certe paucũ quid ſunt dies mei: deſine & dimitte me,& cõfortabo paululũ. ſub. cor meũ. vel, cõfortabor. 21 .i. in qua nullus ordo, ſed omnimoda confuſio. 22 lucet ſicut caligo. i. lumẽ habet ſimile caligini. Alij legũt,& obſcurata eſt ſicut caligo.

## CAP. XI.

Sophar iniuſte Iob arguit. *&

REſpondens autem Sophar Naamathites, dixit, 1

¶ Nunquid qui multa loquitur, non * audiet? aut vir verboſus iuſtificabitur? 2

¶ Tibi ſoli tacebunt homines? & cum cæteros irriſeris, à nullo confutaberis? 3

¶ Dixiſti enim, Purus eſt ſermo meus, & mundus ſum in conſpectu tuo. 4

¶ Atque vtinam Deus loqueretur tecum, & aperiret labia ſua tibi: 5

¶ Vt oſtenderet tibi ſecreta ſapientiæ, & quòd multiplex eſſet lex eius: & intelligeres quòd multò minora exigaris ab eo, quàm meretur iniquitas tua. 6 — B

Deum incomprehenſibilem oſtendit.

¶ Forſitan veſtigia Dei comprehendes, & vſque ad perfectum, Omnipotentem reperies? 7

¶ Excelſior cælo eſt,& quid facies? profundior inferno,& vnde cognoſces? 8

¶ Longior terra menſura eius, & latior mari. 9

¶ Si ſubuerterit omnia, vel in vnũ coarctauerit, quis contradicet ei? vel quis dicere ei poteſt, Cur ita facis? 10

C ¶ Ipſe enim nouit hominum vanitatem, & videns iniquitatem, nonne conſyderat? 11

¶ Vir vanus in ſuperbiam erigitur, & tanquam pullum onagri ſe liberum natum putat. 12

¶ Tu autem firmaſti cor tuum, & expandiſti ad eum manus tuas. 13

Pœnitenti Deũ miſericordem promittit: ſimul fœlicitas pij viri deſcribitur.

¶ Si iniquitatem quæ eſt in manu tua abſtuleris à te, & nõ manſerit in tabernaculo tuo Iniuſtitia, 14

¶ Tunc leuare poteris faciem tuam abſque macula, & eris ſtabilis,& non timebis. 15

D ¶ Miſeriæ quoque obliuiſcêris, & quaſi aquarũ quæ præterierunt recordaberis. 16

Leui. 26. a.

¶ Et quaſi meridianus fulgor conſurget tibi ad veſperam: & cum te conſumptum putaueris, orieris vt lucifer. 17

¶ Et habebis fiduciam propoſita tibi ſpe, & defoſſus ſecurus dormies. 18

¶ Requieſces,& non erit qui te exterreat: & deprecabuntur faciem tuam plurimi. 19

¶ Oculi autem impiorum deficient, & effugium peribit ab eis,& ſpes illorum abominatio animæ. 20

*CVi reſpondens Zophar Naamathita, inquit, Non reſpõdendum eſſet ad multitudinẽ verborum? 1 aut homo loculuſ[?]us cauſam euicit?*

*2 Videlicet tibi ſoli homines tacebunt, vt te ſannionem agentem nemo ſuffundat pudore.*

*3 Dixiſti autem, 4 Diſciplina mea ſyncera eſt, & ego purus ſum tuo iudicio.*

*Sed vtinã Deus loquatur, & 5 aduerſum te aperiat ſua labia:*

*Reſeratq́; tibi arcana ſapientiæ. ſunt enim Deo iudiciorum 6 duo genera: ad hæc ſcito quòd Deus pœnam iniquitati tuæ debitam diſtulit.*

*Tune perueſtigando inuenires Deum? tune inuenires 7 Dei optimi maximi perfectionem conſummatam?*

*8 Quæ quum altitudines cælorum æquet: quid efficies? quum profundior ſit inferis, quid intelliges?*

*Cuius quantitas longior eſt terra, & latitudo eius maior quàm mare.*

*Quis autem remorabitur eum, ✕ variè res verſantem, vt alias recludat, alias in publicam notitiam edat?*

*9 Quumq́; nouerit homines nihili, cernatq́; vanitatem, non conſyderaret?*

*Attamen vir 10 inanis deſipit, homoq́; naſcitur [vt] pullus onagri.*

*Quòd ſi tuum cor recte compones, & ad ipſum [Deum] manus tuas expandes:*

*11 Si qua vanitas eſt in manu tua, procul eam abijcito, & nõ concedito iniquitati domicilium in tuis tabernaculis.*

*Tunc enim faciem tuam attolles 12 citra vitium, eriſq́; vallo munitus, nec timebis quenquam.*

*Obliuiſceris enim moleſtiæ, vt non magis recorderis quàm præterlabentis aquæ.*

*Totumq́; tẽpus [vitæ] perſtabit ſerenius quàm meridies: 13 aut ſi obſcuritas incidet tibi, rurſum clarum mane illuceſcet.*

*14 In ſpem ſummam adduceris, 15 & iacebis ſecurus velut foſſa circunducta.*

*Cubabis denique, vt nemo exterreat, multiq́; tibi ſupplices erunt.*

*Oculi autem impiorum 16 fruſtrabuntur, eiſq́; adimetur effugium, & ſpes illorum erit 17 vaniſsima.*

## SCHOLIA IN CAP. XI.

1 Hebr.& an vir labiorum iuſtificabitur?. i. an garrulitate & loquacitate tua perſuadebis te iuſtum eſſe? 2 Heb. Nugæ tuæ homines tacere faciunt:& quum ſubſannes alios, nemo eſt qui te confundat. i. vincat. 3 ſub. Deo. 4 Puri ſunt mores mei, & purus ſum in oculis tuis. q. d. multis verbis conaris oſtendere mores tuos eſſe puros, etiã Deo iudice. 5. i. aperto ore loquatur tecũ. 6 nẽpe iudicia aperta & occulta. Alij legunt, quia duplo maiora ſecundum legem (ſub. pati deberes) proinde ſcito quod Deus latere facit te (aliquid) de iniquitate tua. i. Deus permittit vt aliquid iniquitatum tuarum te lateat. vel, Scito quod Deus remiſit tibi partẽ iniquitatũ tuarum, ſiue pœnarum peccatis tuis debitarum. 7 Omnipotentis 8 Alij legunt, Altitudinibus cæli quid facies? rem profundiorẽ inferno quomodo deprehendes? .i. qua ratione putas te poſſe deprehendere altitudinem cæli? q. d. ſi humana aſſequi nõ potes, diuina quomodo aſſequeris? ✕ ſi exterminare velit, & detrudat in carcerem, aut congreget. ſub. in vnum locum. 9 Quia nouit homines vanitatis,& contemplatur vanitatem, & (eum qui) non intelligit. i. Nouit quàm vani & nequam ſint homines, & quàm non curent intelligere quæ Dei ſunt. 10 vanus reddetur cordatus, quanuis naſcatur, &c. i. quanuis homo naſcatur excors & expers omnium ſcientiarum & omnis cognitionis, vt pullus onagri, tamen per Dei gratiam redditur intelligens. 11. i. ſi opera tua ſunt iniqua 12 vel, è macula, eriſque fixus, nec timebis. i. Tunc efficieris immaculatus, & mundus coram Deo. 13 vel, ſplendeſces, & ſicut mane ipſum eris. Deſcribit fœlicitatem hominis reſipiſcentis. Tempus matutinum ſubinde redditur illuſtrius vſque ad meridiẽ: ita fœlicior reddetur reſipiſcens. 14 vel, Et confides, quod ſuperſit ſpes: quod ſi fodias, cõfidenter dormies. Id eſt, Confides ſpem magnã reliquam

eſſe tibi: in ſumma ſpe omnis boni viues. quòd ſi fodiendo remaneas in agro, procul à tentorijs tuis, tamen illic in ſumma fiducia

dormies. 15 q.d.tantum abeſt vt aliquid timere debeas. 16 deficient.ſub.præ timore aut expectatione. 17 afflictio animæ.

## CAP. XII.

*AD hæc reſpondens Iob, dixit,*
*1 Enimuero vos eſtis hominum vniuerſitas, & vobiſcum ſapientia morietur.*
*Eſt & mihi cor non minus quàm vobis, 2 neque cedo vobis vlla in re: quis autem non tenet quæ vos iactatis?*
*3 Ridiculo ſum amicis, verum vltionem Dei poſcit, qui & annuit, ridere iuſtum & integrum,*
*4 Lucernam contemptam iudicio hominis opulenti, quæ idonea eſt greſſibus dirigendis.*
*Fælicia tabernacula prædones habent, & in magna ſecuritate agũt qui 5 res Dei interturbant, quiq; Deum portant manu ſua.*
*Verum interroga quæſo pecudes, & vnaquæque docebit te: & volucrem cæli qui 6 referet tibi:*
*Vel inſtitue colloquium cum terra, & docebit te, piſces etiam maris narrabunt tibi:*
*Quis ignorat 7 hæc omnia, quòd manus Dñi condiderit iſta,*
*In cuius manu ſita eſt anima omnium quæ vita prædita ſunt, & ſpiritus vniuerſæ humanæ carnis?*
*An non auris probat ſermones, & 8 palatum guſtat cibos?*
*Eſt in ſenibus ſapientia, 9 & longa ætas affert peritiam.*
*Cum ipſo [Deo] ſapientia eſt & fortitudo, ei conſilium eſt & peritia.*
*Ecce demolietur, quod non ædificabitur: concludet virum, & 10 non aperietur [ei.]*
*Ecce cohibebit aquas, & exareſcent: rurſumq; illas demittet, ac terram euertent.*
*Cum ipſo robur eſt & 11 ſubſiſtentia, ei [ſubeſt] 12 errans & decipiens.*
*Qui 13 conſiliarios abducit vt prædam, & iudices vertit in amentiam.*
*Qui ſoluit 14 diſciplinam regum, & vinculo conſtringit lumbos eorum.*
*15 Sacerdotes vt prædam abducit, & potentes ſubuertit.*
*16 Fidis hominibus eripit eloquẽtiã, & iudiciũ aufert ſenibus.*
*Effundit cõtemptũ in principes, & 17 Zonam potentiũ laxat.*
*18 Abſtruſa profert in apricum è tenebris, & 19 denſiſſimam vmbram educit ad lucem.*
*Auget gentes, eaſq; perdit: 20 extendit gentes, eaſq; cõpeſcit.*
*Adimitq; cor primatibus populi terræ, eoſq; facit errare 21 per ſolitudinem inuiam:*
*Vt palpent in tenebris, & luce careant, facitq; errare illos tanquam ebrios.*

## CAP. XII.

1 RESpondens autem Iob, dixit,
2 ¶Ergo vos eſtis ſoli homines, & vobiſcum morietur ſapientia? — *Iob quàm ſit patiens oſtendit.*
3 ¶ Et mihi eſt cor ſicut & vobis, nec inferior veſtri ſum:
quis enim hæc quæ noſtis ignorat?
4 ¶ Qui deridetur ab amico ſuo ſicut ego, inuocabit Deum, — *Prouerb.14.a.*
& exaudiet eum: deridetur enim iuſti ſimplicitas.
5 ¶Lampas contempta apud cogitationes diuitum, parata
ad tempus ſtatutum.
6 ¶Abundant tabernacula prędonũ, & audacter prouocant
Deum, cum ipſe dederit omnia in manus eorum.
7 ¶Nimirum interroga iumenta, & docebunt te: & volatilia — *Creatoris potentiam ex creaturis docet.*
cæli, & indicabunt tibi. — B
8 ¶ Loquere terræ, & reſpondebit tibi, & narrabunt piſces
maris.
9 ¶Quis ignorat quòd omnia hæc manus Domini fecerit,
10 ¶In cuius manu anima omnis viuentis, & ſpiritus vniuerſæ carnis hominis?
11 ¶ Nonne auris verba dijudicat, & fauces comedentis
ſaporem?
12 ¶In antiquis eſt ſapientia, & in multo tempore prudentia.
13 ¶Apud ipſum eſt ſapientia & fortitudo, ipſe habet conſilium & intelligentiam. — C
14 ¶ Si deſtruxerit, nemo eſt qui ædificet: ſi incluſerit hominem, nullus eſt qui aperiat. — *Eſa.22.f. apoc.3.b.*
15 ¶ Si continuerit aquas, omnia ſiccabuntur: * ſi emiſerit — **&*
eas, ſubuertent terram.
16 ¶Apud ipſum eſt fortitudo & ſapientia: ipſe nouit & decipientem, & eum qui decipitur.
17 ¶Adducit conſiliarios in ſtultũ finẽ, & iudices in ſtuporẽ. — *Mutantur ſtatus principum vt agnoſcantur dona Dei.*
18 ¶Baltheum regũ diſſoluit, & præcingit fune renes eorũ.
19 ¶Ducit ſacerdotes inglorios, & optimates ſupplantat,
20 ¶Commutans labium veraciũ, & doctrinam ſenũ auferẽs. — D
21 ¶ Effundit deſpectionem ſuper principes, & eos qui oppreſſi fuerant releuans.
22 ¶Qui reuelat profunda de tenebris, & producit in lucem
vmbram mortis.
23 ¶Qui multiplicat gentes & perdit eas, & ſubuerſas in integrum reſtituit.
24 ¶Qui immutat cor principum populi terræ, & decipit eos
vt fruſtra incedant per inuium,
25 ¶ Palpabunt quaſi in tenebris, & non in luce, & errare
eos faciet quaſi ebrios.

## SCHOLIA IN CAP. XII.

1 Sane (putatis) quòd vos ſitis populus.i. ſpecimen totius orbis. 2 Heb. non cado ego à vobis: & cũ quo non, ſicut iſta?.i.quis talia dicere non poſſit qualia dicitis? 3 Heb.Sum riſus amico eius qui inuocat Deum, & reſpõdet illi: iuſtus perfectus eſt deriſio. Derideor inquit ab amico hominis fœliciſſimi, cui Deus largitur omnia pro voto: qui abſoluta iuſtitia eſt præditus, derideri ſolet. 4 Lucernam contemptam cogitationibus opulenti, paratam nutantibus pede. Similitudo eſt quæ vnam cauſam oſtendit, ob quã Deus affligit integros homines, vt alij diſcant, ſi hoc fit in viridi, quid fiet in arido? Alij legunt, Qui paratus eſt ad lapſus pedis, eſt velut torris (lignum ardens) & contemptus apud cogitationem hominis paratì.i.Qui mox caſurus eſt, cuiuſque fortuna mutatur, eſt velut lignũ ardens quod ſe abſumit, & alios perdit, & contemptus iudicio hominis fœlicis, & in ſumma tranquillitate viuentis.q.d.fugitur à fœlicioribus tanquam ignis. fœlices habent infœlices pro re abiectiſſima: iuxta illud, Tempora ſi fuerint nubila, ſolus eris. 5 irritant Deum: ijque qui accipiunt in manus ſuas Deum.i.qui manu ſua tractant idolum quod colunt. Alij legunt, qui venire faciunt Deum in manum ſuam.i. qui manibus ſuis fingunt & formant idola quæ colant. Idololatris omnia proſpera. Argumentatur contra ea quæ dixerat Sophar in fine ſuperioris capitis. 6 ſub. ſapientiam diuinam.q.d.vis agnoſcere ſapientiam Dei? contemplare ipſas creaturas. 7 de omnibus his, 8. q.d. vt palatũ cibũ diſcernere ſolet ita auris ſermonẽ. Oportet ſermonẽ probari ad regulam auris & ſpiritus. Taxat ſocios ſuos quaſi iuniores. 9 Repetitio.q.d.fateor quod ante dixiſti. Poteſt hic verſus ſequẽti cõiungi.vt dicat, fateor in ſenibus eſſe ſapientiã, ſed tamẽ nõ eſt conferẽda cũ ſapiẽtia Dei.nam cũ ipſo, &c. 10 non ſoluetur.q.d.ſiquẽ deijciat in carcerẽ, nulla vi humana ex illo extrahi poterit. 11 æquitas.i. penes illũ eſt robur quo æquiſſime vtitur. 12.q.d.iuſto iudicio permittit nos errare, & decipi per pſeudoprophetas. 13.i.priuat cõſilio ſapiẽtes. 14 Heb. vinculum.i.poteſtatẽ à tyrannis aufert, & nonnunquã populum à tyrannide liberat, coniecto in vincula tyranno. 15 Hebr. Ducit principes ſpoliatos.q.d.priuat & ſpoliat authoritate ſua eos qui antea valebant authoritate. 16 vel, veracibus.i.reddere ſolet mutos etiam eloquentiſſimos. 17 cingulum (vel robur) fortiũ debilitat. 18 Heb. Reuelat profunda.i. reuelando educit è tenebris. abſtruſa edit in lucem. 19.i.rem latentiſſimam reddit conſpicuã. 20 vel, dilatat gentes, & reducit eas.ſub.in locũ ſuum. 21 Heb.in vano, & non in via.i.per locum vbi non eſt iter, & non per viam.

## CAP. XIII.

*EN omnia [hæc] vidit oculus meus, & auris mea audiuit, eaq; 1 conſyderauit.*
*2 Non minorem habeo notitiam quàm vos, nec cedo vobis.*

## CAP. XIII.

1 ECce omnia hæc vidit oculus meus, & audiuit auris — *Ex proprijs ipſorum verbis Iob amicos redarguit.*
mea, & intellexi ſingula.
2 ¶ Secundum ſcientiam veſtram & ego noui: nec
inferior veſtri ſum.

¶ Sed



¶ Sed tamen Omnipotentem loquar, & diſputare cum 3
Deo cupio:
¶Prius vos oſtendens fabricatores mendacij, & cultores 4
peruerſorum dogmatum.
¶Atque vtinam taceretis, vt putaremini eſſe ſapientes. 5
B ¶Audite ergo correptiones meas, & iudicium labiorum 6
meorum attendite.
¶ Nunquid Deus indiget veſtro mendacio, vt pro illo lo- 7
quamini dolos?
¶ Nũquid faciẽ eius accipitis, & p̃ Deo iudicare nitimini? 8
¶Aut placebit ei quem celare nihil poteſt? aut decipietur, 9
vt homo, veſtris fraudulentijs?
¶Ipſe vos arguet, quoniã in abſcõdito faciẽ eius accipitis. 10
¶Statim vt ſe commouerit, turbabit vos, & terror eius ir- 11
ruet ſuper vos.
¶ Memoria veſtra comparabitur cineri, & redigentur in 12
lutum ceruices veſtræ.
¶ Tacete pauliſper, vt loquar quodcunque mihi mens 13
ſuggeſſerit.
¶ Quare lacero carnes meas dentibus meis, & animam 14
C meam porto in manibus meis?
¶Etiam ſi occiderit me, in ipſo ſperabo: veruntamen vias 15
meas in conſpectu eius arguam.
¶Et ipſe erit ſaluator meus: non enim veniet in conſpectu 16
eius omnis hypocrita.
¶ Audite ſermonem meum, & ænigmata percipite auri- 17
bus veſtris.
¶Si fuero iudicatus, ſcio quòd iuſtus inueniar. 18
¶Quis eſt qui iudicetur mecum? veniat: quare tacens con- 19
ſumor?
¶Duo tantum ne facias mihi, & tunc à facie tua non 20
abſcondar.
¶Manũ tuã longe fac à me, & formido tua nõ me terreat. 21
¶Voca me, & ego reſpondebo tibi: aut certe loquar, & tu 22
reſponde mihi.
D ¶ Quantas habeo iniquitates & peccata, ſcelera mea & 23
delicta *oſtende mihi. — **mea*
¶Cur faciem tuã abſcondis, & arbitraris me inimicũ tuũ? 24
¶Contra folium quod vento rapitur, oſtendis potentiam 25
tuam, & ſtipulam ſiccam perſequeris.
¶ Scribis enim contra me amaritudines, & conſumere me 26
vis peccatis adoleſcentiæ meæ.
¶Poſuiſti in neruo pedem meum, & obſeruaſti omnes ſe- 27
mitas meas, & veſtigia pedum meorum conſyderaſti:
¶Qui quaſi putredo conſumendus ſum, & quaſi veſti- 28
mentum quod comeditur à tinea.

*3 Verum ad Deũ locutus ſum, & cum Deo diſceptare volui:*
*Atqui vos eſtis mendacij concinnatores, & vniuerſi vos inepti 4 medici.*
*Vtinã prorſus taceretis, 5 quod ſapiẽtiæ veſtræ poſſet attribui.*
*Audite quæſo argumentationem meam, & 6 contentionem meam auſcultate.*
*An oportet iniquitatem vos loqui 7 ob Deum? & eius gratia dolum loqui conuenit?*
*8 An illi gratificari vultis, & pro ipſo litigabitis?*
*9 An iuuabit, ſi vos ſcrutetur? num illudetis ei, vt illuditur homini?*
*10 Qui certiſſime vos arguet, ſi occulte in gratiam cuiuſquam diſcedetis à recto.*
*An non excellentia ipſius terret vos, & illius formido vos inuadit?*
*11 Meminiſſe oportebat vos ſimiles eſſe cineri, & corpora veſtra, corporibus argillaceis.*
*12 Silete mihi, & ego loquar meo periculo, quicquid tandem ſit mihi euenturum.*
*13 Cur ferrem carnem meam in meis dentibus, & animam meam ponerem in palma mea?*
*14 Si me occiſurus eſſet, non expectarem: 15 tantum apud eum diſputo de vitæ meæ ratione.*
*16 Ipſe enim & mihi ſaluti eſt, quum in eius conſpectum nullus hypocrita veniat.*
*Attente audiatis meum ſermonem, & meam 17 expoſitionem [capite] auribus veſtris.*
*18 Quum enim cauſam meã informauero, ſcio quòd abſoluar.*
*19 Quiſquis igitur mecum litigaturus eſt, [id faciat:] quandoquidem iam tacebo, & expirabo.*
*Tantũ 20 duo non mecũ agas, tuncq; à facie tua nõ abſcõdar:*
*Manum tuam remoue procul à me, & formidine tua ne terrefacito me.*
*21 Et te accuſante ego defenſoris partes agam: vel ego loquar, & tu mihi reſpondeto.*
*22 Quantum mihi eſt iniquitatũ & peccatorum? ſcelus meum & peccatum meum indica mihi.*
*Quare abſcondis faciẽ tuam, & me inimicũ tuum exiſtimas?*
*An folium impulſum 23 concuties, & ſtipulam aridam perſequeris?*
*24 Si aduerſum me ſcripſiſti offenſus, & iniquitates adoleſcentiæ meæ 25 impingis mihi:*
*26 Et poſitis meis pedibus in cippo prohibes ne quò effugiam, qui radicibus pedum meorum veſtigia imprimit:*
*27 Quum ipſe velut putrida res vetuſtate conſiciendus ſim, & ſicut veſtis quæ comeditur à tinea.*

## SCHOLIA IN CAP. XIII.

1 Intellexit. 2 Heb.Secundum ſcire veſtrum ſciui etiã ego. 3 Certe ego loquar cum Omnipotente, & opto diſputare cũ Deo. q.d.ſcio cauſam meam iuſtam, propterea optarim cum verace, nõ cum mendace diſceptare. 4 conſolatores intelligit.q. d. ex veris falſum concluditis, & vanã conſolationẽ affertis. 5 Heb.& erit vobis ad ſapientiã. 6 Heb.lites labiorũ meorũ.i.diſceptationẽ meã. 7.i.vt defendatis Deũ me affligentẽ citra iniquitatẽ? 8 Heb. An faciẽ eius accipietis?.i.an debetis habere reſpectum perſonæ quum de Deo agitur? 9 An bonũ fuerit vt probet vos: & an ſicut mentitur (quis) de homine, mẽtiemini de eo? q.d.aliud dicitis, aliud cogitatis: nũquid vtile vobis fuerit vt ſcrutetur vos & probet? an debetis tueri mẽdacijs iuſtitiã Dei, vt ſolemus aliquãdo iuſtitiã amici noſtri tueri mẽdacijs? 10 Heb.Corripiẽdo corripiet vos ſi accipiatis faciẽ in occulto.i.in cogitatione veſtra. 11 Heb.Memoriæ veſtræ ſunt ſermones cineris.i. reſponſiones veſtræ pereunt & collabuntur. Quidam per memoriã, famã & nomen intelligũt: alij imagines. Alij vertũt, Memoriæ veſtræ ſunt ſimiles cineri.i. memoria veſtra tam cito perit quàm cinis. 12 Heb.Tacete à me, & ego loquar, & tranſeat ſuper me quiduis.q.d. Ne curetis quid mihi eueniat, tantũmodo ſinite me loqui. 13. i. nõ ſum ita crudelis vt totus perdi velim. Hebraice legitur, Cur aufero carnẽ meam dentibus meis, & pono animã meam in manibus meis? Conqueritur de ſua afflictione. ſunt autem verba doloris. ac ſi dicat, Cur cogor præ nimio dolore lacerare carnem meã, variaq; pericula ſubire? 14 Si (Deus) interficiat me, non expectabo.ſub.poſthac vllũ bonũ. Legitur, Etiã ſperabo in eum. 15 verũtamẽ caſtigabo vias meas ad faciem eius.i.dabo operã vt innocẽter viuã coram eo. 16 Heb.Etiã ipſe erit mihi in ſalutem: nõ enim in cõſpectum eius flagitioſus eſt venturus. Rationẽ præcedentis reddit, Spero enim fore mihi auxiliatorem. 17 Heb.annuntiationẽ meam.i.quod dicturus ſum vobis. 18 Heb.Ecce nunc ſi ordinauero iudiciũ, ſcio quòd ego iuſtificabor.i.Si cauſam meam ex ordine dixero, certo ſcio quod iuſtus reperiar. 19 Heb.Quis eſt qui contendat mecum? nunc enim tacebo, & expirabo.i.Vtinam eſſet aliquis qui vellet mecum contendere. nam vos me indicta cauſa damnaſtis. nũc enim ſi tacuero, efflabo animã. 20 ſub.quæ ſequũtur. 21 Hebr.Et voca, & ego reſpondebo. Optionẽ dat Deo vt ipſi vel actoris vel rei partes concedat. 22 Quot mihi ſunt iniquitates & peccata? q.d.receſſe numerũ peccatorũ meorũ. 23 conteris? vel, cõterere ſiue confringere ſtudes? aut cõfringendũ ducis? 24 Nam ſcribis aduerſum me amaritudines.i. imputas mihi flagitia quæ dolorem animi mihi pariunt. 25 Heb.poſſidere me facis.i.aſcribis mihi: quarũ tamẽ nõ recordor amplius. 26 Hebr. Et ponis in compede pedes meos, & cuſtodis omnes ſemitas meas, ſuper radices pedum meorum excauatus eſt. Radicem pedũ intelligit craſſitiem crurum infimorũ. Legi etiam poteſt, cuſtodit, ſiue cohibet, ſub. compes, omnes ſe. meas. 27 Quũ ipſum (ſubaudi, folium) ſit ſicut putredo, quæ vetuſtate conſumitur. Hic verſus refertur ad illud, An folium impulſum. q.d. Mirum eſt quòd totus ſis in conterendo homine qui ſimilis eſt folio quod vento rapitur, & eſt ſicut putredo, &c.

CAP. XIIII.

## CAP. XIIII.

HOmo natus mulieris, 1 viuens breuiori tempore, in
omnibus ſuis diebus affatim habens turbarum,
Vt floſculus oritur & ſucciditur, fugitq́; velut vm-
bra, neque perſiſtis.
Aperis etiam oculos tuos ſuper 2 tali, 3 vt me in ius voces?
Quis 4 proferet purum ex immunda [maſſa?] ne vnus quidem
[proferri poterit.]
Si dies eius exacte præfiniti ſunt, & numerus menſium ipſius
penes te eſt, eiq́; terminos præfixiſti, quos præterire non
poteſt:
Abſiſte ab illo, 5 vt deſinat quum iam grato animo excipiet
diem fatalem tanquam mercenarius.
6 Ligno enim ſpes reliqua eſt quòd repullulet quum exciſum
fuerit, teneraq́; propago eius non deficiat:
Quum radix eius conſenuerit in terra, & ſtirps eius in humo
emortuus fuerit,
7 Attracto humore aqueo iterum germinat, exhibetq́; fructus
decerpendos, vt plantæ ſolent:
Et vir languore confectus morietur, 8 & homo expirabit, vt
nuſpiam ſuperſtes ſit?
9 Cum recedentibus aquis Oceani flumina ſiccabuntur &
areſcent: homines poſt obitum non reſurgent, quoad cælum
non ſit, neque expergiſcetur & excitabuntur è ſomno ſuo.
Vtinam in ſepulchro me recondas & occultes, donec remit-
tat ira tua, mihiq́; terminum præſcribas, ad quem recor-
deris mei.
Reuiuiſcetne homo, vbi mortuus fuerit? equidem omnibus
diebus 10 militiæ meæ præſtolabor, donec viciſsitudo mea
veniat,
11 Quando vocanti tibi reſpondebo, tuq́; opus manuum tua-
rum expetes.
Nunc enim greſſus meos 12 numeras, [&] non 13 obſeruas
peccatum meum.
14 Quum [enim] ſcelus meum conſignatum ſit, adſueſne ali-
quid iniquitati meæ?
15 Porrò mons cadens marceſcit, & ſaxum de loco ſuo cedit:
16 Aquæ cauant lapides, tuq́; ſummergis alluuionibus tellu-
rem: & ſpem homini calamitoſo adimis.
17 Quin viribus vteris in eo ſuperando, vt migret mutans fa-
ciem ſuam, & dimittas eum,
18 Ignoretq́; an filij ipſius in ampla fortuna ſint, & non cu-
ret eos quum anguſtia premuntur:
19 Tantum dolebit dum carnem ſuam geſtat, animaq́; ipſius
mærebit dum in ipſo agit.

## CAP. XIIII.

1 HOmo natus de muliere, breui viuens tempore,
repletur multis miſerijs.
2 ♀Qui quaſi flos egreditur & conteritur, & fugit
velut vmbra, & nunquam in eodem ſtatu permanet.
3 ♀ Et dignũ ducis ſuper huiuſcemodi aperire oculos tuos,
& adducere eum tecum in iudicium?
4 ♀ Quis poteſt facere mundum de immundo conceptum
ſemine? nonne tu qui ſolus es?
5 ♀Breues dies hominis ſunt, numerus menſium eius apud
te eſt: conſtituiſti terminos eius qui præteriri non po-
terunt.
6 ♀Recede paululum ab eo vt quieſcat, donec optata ve-
niat, ſicut mercenarij, dies eius.
7 ♀Lignum habet ſpem: ſi præciſum fuerit, rurſum vireſcit,
& rami eius pullulant.
8 ♀ Si ſenuerit in terra radix eius, & in puluere emortuus
fuerit truncus illius,
9 ♀Ad odorẽ aquæ germinabit, & faciet comam quaſi cum
primùm plantatum eſt:
10 ♀Homo verò cum mortuus fuerit, & nudatus atque con-
ſumptus, vbi quæſo eſt?
11 ♀Quomodo ſi recedant aquæ de mari, & fluuius vacue-
factus areſcat:
12 ♀Sic homo cum dormierit non reſurget: donec atteratur
cælum non euigilabit, nec conſurget de ſomno ſuo.
13 ♀Quis mihi hoc tribuat, vt in inferno protegas me, & ab-
ſcondas me, donec pertranſeat furor tuus, & conſtituas
mihi tempus in quo recorderis mei?
14 ♀Putaſne mortuus homo rurſum viuet? cũctis diebus, qui-
bus nũc milito, expecto donec veniat immutatio mea.
15 ♀Vocabis me, & ego reſpondebo tibi: operi manuum tua-
rum porriges dexteram.
16 ♀Tu quidem greſſus meos dinumeraſti, ſed * parce pec-
catis meis.
17 ♀Signaſti quaſi in ſacculo delicta mea, ſed curaſti iniqui-
tatem meam.
18 ♀Mons cadens defluit, & ſaxum transfertur de loco ſuo,
19 ♀Lapides excauãt aquæ, & alluuione paulatim terra con-
ſumitur: & homines ergo ſimiliter perdes.
20 ♀Roboraſti eum paululum, vt in perpetuum tranſiret:
immutabis faciem eius, & emittes eum.
21 ♀Siue nobiles fuerint filij eius, ſiue ignobiles, nõ intelliget.
22 ♀Attamen caro eius dum viuet, dolebit, & anima illius ſu-
per ſemetipſo lugebit.

Miſeriam vitæ humanæ deſcribit Iob.

Pſal. 50. a.

B Prophetat reſurrectionem.

C

Expectatio ſuſtinet pios donec impetrent quod ſperant.

Prouerb. 5. d. * parces

D Aeternæ mortis pœnæ.

## SCHOLIA IN CAP. XIIII.

1 Hebraiſmus, breuibus diebus, & ſatur ira. vel, timore, ſiue perturbatione, id eſt, breui tempore viuit, plenuſque eſt perturbationibus. 2 hunc 3 Hebraiſmus, & me adduces in iudicium tecum? 4 Hebraiſmus, dabit, id eſt, quis edat operationem mundam de corde impuro? 5 & degat (vitam) donec exoptet tanquam mercenarius diem ſuum, quaſi dicat, noli eum affligere, cum vita humana ſit breuiſsima, donec perueniat ad ſenium quo tempore tædebit illum viuere. 6 vel, De arbore enim eſt ſpes aliqua, 7 Heb. Ab odore aquarum germinabit, & faciet meſſem ſicut planta. i. producet multos ramos, ſicut nouellæ plantæ ſolent. Quidam vertunt, ſicut ſurculus. 8 Hebr. At homo morietur, & deficiet, & interibit homo, & vbinam erit? q. d. homo quantumuis robuſtus, ſi ſemel moriatur, non reuireſcet, non poſtea reuertetur in vitam, ſine miraculo. 9 Heb. (vt) Receſſerunt aquæ à mari, & flumen ſiccatur & exareſcit: ſic homo obdormit, & non ſurget, donec non fuerint cæli, non expergiſcentur (homines) & non excitabuntur è ſomno ſuo. Hic vtitur alia ſimilitudine qua comparat infirmitatem humanam aquis decurrentibus quæ nunquam redeunt vnde diſceſſerunt. Vt aquæ relinquunt alueum arentem, nunquam reuerſuræ: ſic homo moritur, nec reſurget donec cælum non fuerit. 10 vitæ meæ expectarem donec veniret immutatio mea. i. expectarẽ ſortem meã mutari in meliorem, ſi mortuus reuiuiſceret ante reſurrectionẽ. 11 Alij hunc verſum à ſuperiori diſiungunt, vertuntque, Vtinam clames, & ego reſpondeam tibi; deſyderares (perdere) opus manuum tuarum? i. Vtinam mihi liceret tecum verba vltro citroq́; facere: dicerem tibi, deſyderare debeas perdere opus tuum? 12. i. in numerato habes quæ hactenus à me geſta ſunt: tantum abeſt vt opus tuum diligas more opificum 13 reſeruas (vel, in aliud tempus differs) pœnas peccatis meis debitas. 14 Obſignata eſt (velut) in faſciculo iniquitas mea, & aſſuis aliquid iniquitati meæ. Ac ſi dicat, Videris eſſe diligentiſsimus cuſtos iniquitatis meæ, imò eam reddere maiorẽ. 15 Hi duo verſus iungũtur, ſic, Et ſane (vt) mõs cadẽs marceſcit, & (vt) rupes (quę) trãsfertur è loco ſuo (marceſcit) 16 (Et vt) lapides comminuuntur aqua, (vtq;) impetus aquarũ inundat quæ ſpõte fundit puluis terrę: ſic ſpem hominis perdis. Comparat afflictionem caſui montium, & inundationibus aquarum, Vt (inquit) mons collapſus marceſcere ſolet, ſimiliter & rupes: vtque gramina & herbæ quæ ſponte naſcuntur, pereunt alluuione: ſic perditurus es hominem vt nullam de eo ſpem homines ſint habituri. 17 Hebraiſmus, Præualebis ei in æternum, & abibit: mutabis faciem eius, & eijcies eum à te. Homo, inquit, tibi non poteſt reſiſtere, abibit, ſiue morietur, & morte faciẽ eius mutabis, eijcieſq́; eum à te per mortem. 18 Multiplicabuntur liberi eius, eo ignorante: aut diminuentur, & non aduertet ad eos. Ac ſi dicat, Eo mortuo, ſi creuerint filij eius, ſi diminuti fuerint, id latebit eum. Loquitur de carne mortua. 19 Hebraiſmus, verum caro eius dum ſuper eum fuerit, dolores ſentiet: & anima eius in eo, lugebit, id eſt, Quandiu viuet, dolores ſentiet, & mœſtitia afficietur: poſt mortem nihil horum ſentiet. His rationibus vult oſtendere mortem optabiliorem eſſe afflictionibus.

CAP. XV.



## CAP. XV.

Eliphaz arguit Iobum de ſapiẽtiæ & munditiæ arrogantia.

REſpondens autem Eliphaz Themanites, dixit, 1
♀Nunquid ſapiens reſpondit quaſi in ventum lo- 2
quens, & implebit ardore ſtomachum ſuum?
♀ Arguis verbis eum qui non eſt æqualis tibi, & loqueris 3
quod tibi non expedit.
♀ Quantum in te eſt, euacuaſti timorem, & tuliſti preces 4
coram Deo.
♀ Docuit enim iniquitas tua os tuum, & imitaris linguam 5
blaſphemantium.
♀Condemnabit te os tuũ, & non ego: & labia tua reſpon- 6
debunt tibi.
♀ Nunquid primus homo tu natus es, & ante omnes col- 7
les formatus?
♀ Nunquid conſilium Dei audiſti, & inferior te erit eius 8
ſapientia?
♀ Quid noſti quod ignoremus? quid intelligis quod ne- 9
ſciamus?
Eccleſiaſt. 18. b. B
♀ Et ſenes & antiqui ſunt in nobis multo vetuſtiores, 10
quàm patres tui.
♀ Nunquid grande eſt vt conſoletur te Deus? ſed verba 11
tua praua hoc prohibent.
♀Quid te eleuat cor tuum, & quaſi magna cogitans, atto- 12
nitos habes oculos?
♀Quid tumet contra Deum ſpiritus tuus, vt proferas de 13
ore tuo huiuſcemodi ſermones?
♀Quid eſt homo, vt immaculatus ſit, & vt iuſtus appareat 14
natus de muliere?
Suprà. 4. d.
♀ Ecce inter ſanctos eius nemo immutabilis, & cæli non 15
ſunt mundi in conſpectu eius:
Deſcribit impiorum maledictionem, quamuis eam innocenti Iob falſo tribuat. C
♀ Quanto magis abominabilis & inutilis homo, qui bibit 16
quaſi aquam iniquitatem?
♀Oſtendam tibi, audi me: quod vidi narrabo tibi. 17
♀Sapientes confitentur, & non abſcondunt patres ſuos, 18
♀ Quibus ſolis data eſt terra, & non tranſiuit alienus 19
per eos.
♀Cunctis diebus ſuis impius ſuperbit, & numerus anno- 20
rum incertus eſt tyrannidis eius.
♀Sonitus terroris ſemper in auribus illius: & cum pax ſit, 21
ille ſemper inſidias ſuſpicatur.
♀ Non credit quòd reuerti poſsit de tenebris ad lucem, 22
circunſpectans vndique gladium.
♀Cum ſe mouerit ad quærendum panem, nouit quòd pa- 23
ratus ſit in manu eius tenebrarum dies.
♀Terrebit eum tribulatio, & anguſtia vallabit eum, ſicut 24
regem qui præparatur ad prælium.
♀Tetendit enim aduerſus Deum manum ſuam, & contra 25
Omnipotentem roboratus eſt.
♀ Cucurrit aduerſus eum erecto collo, & pingui ceruice 26
armatus eſt.
D ♀Operuit faciẽ eius craſsitudo, & de lateribus eius aruina 27
dependet.
♀Habitauit in ciuitatibus deſolatis, & in domibus deſer- 28
tis, quæ in tumulos ſunt redactæ.
♀Non ditabitur, nec perſeuerabit ſubſtãtia eius, nec mit- 29
tet in terra radicem ſuam.
♀Non recedet de tenebris: ramos eius arefaciet flamma, 30
& auferetur ſpiritu oris ſui.
♀Non credet fruſtra errore deceptus, quòd aliquo pretio 31
redimendus ſit.
♀Antequam dies eius impleantur, peribit: & manus eius 32
* areſcent.
* areſcet.
♀Lædetur quaſi vinea, in primo flore botrus eius, & quaſi 33
oliua proijciens florem ſuum.
♀ Congregatio enim hypocritæ ſterilis, & ignis deuo- 34
rabit tabernacula eorum qui munera libenter acci-
piunt.
Eſa. 59. a. pſal. 7. d.
♀Concepit dolorem & peperit iniquitatem, & vterus eius 35
præparat dolos.

## CAP. XV.

AD hæc 1 reſpondens Eliphaz Themanita, inquit,
2 Num vir ſapiens reſpondendo proferet ventoſam
ſcientiã? & orientalis ventus implebit eius ventrẽ?
Afferetq́; argumenta quæ non 3 congruunt, & ſermones qui-
bus 4 nihil efficit?
Præterea 5 ſoluis religionem, & preces ad deum prohibes.
Nam 6 iniquitas inſtruit os tuum, & linguam callidorum
vſurpare tibi placet.
7 Arguat autem te [impietatis] os tuum, & non ego: tuaq́; la-
bia 8 teſtimonium reddant aduerſus te.
9 Omniumne hominum tu primus natus es, & formatus es
ante colles?
Num auſcultator fuiſti diuinorum arcanorum, 10 & ſapien
tia ſuos terminos vltra te non porrigit?
Quid noſti quod nos ignoremus? aut quid intelligis, cuius nos
ſimus imperiti?
Eſt & inter nos canus & ſenex, etiã prouectioris ætatis quàm
pater tuus.
11 Num dedignaris conſolationes diuinas, & res occulta tibi
videtur?
12 Quantum ſeduxit te cor tuum? & quantam elationem
animi ſignificant oculi tui,
13 Quia contra Deum erigis animum tuum, proferſq́; ſermo-
nes ex ore tuo?
Quid eſt homo, vt [à ſcelere] purus ſit, & vt natus mulieris
iuſtus ſit?
Ecce in ſanctis ſuis [angelis] 15 firmum opus non produxit
[Deus,] ac ne cæli quidem ſunt in eius oculis ſine macula:
Quanto magis homo abominabilis & 16 inutilis, qui velut
aquas imbibit iniquitatem?
Explicabo tibi, modo auſcultes mihi: & 17 quod perſpexi,
tibi recenſebo,
Quod ſapientes homines retulerunt, 18 & à maioribus ſuis
acceptum bona fide tradiderunt.
Quibus ſolis 19 permiſſa fuit rerum publicarum gubernatio,
neque infeſtauit eos hoſtis.
20 Impius omni tempore ſibi adſciſcit dolores parturientis
fœminæ, & numerus annorum abſconditur tyranno.
Voces 21 terrificæ [inſonant] auribus eius: & quum pax agi-
tur, ei ſuperuenit vaſtator.
Non credit ſe iterum exiturum è tenebris, 22 & è ſpecula
proſpectat gladium.
23 Satagit, vbicunque panem inueniat: ſcit [enim] quòd ſuis
factis periculoſa tempora accerſiuerit:
Eumq́; terrent 24 anguſtia & circunuallatio, & eum circun-
ſtant vt regem confertis globis præliaturum.
Nam aduerſus deum intẽdit manum ſuam, & 25 vires pro-
mit aduerſus Optimum maximum.
26 Qui cum eo concurrens collum inuadet, ac denſiſsimos cly-
peos conuellet.
27 Nam adeps illius obduxit faciem eius, & obeſitatem con-
traxit circum ilia,
28 Quare habitat in vrbibus quæ deſtruuntur, & domos ſuas
non inhabitat, quæ in congeries lapidum vertendæ ſunt,
Non diteſcet, neque ſtabiles erunt illius opes, 29 neque ad
plenum creſcet in terra.
Nunquam euadet 30 tenebras, [&] 31 flamma teneram eius
propaginem arefaciet: 32 abibit autem per indignationem
quam ore ſuo efflat.
33 Vanitate [autem] deceptus non fidet [Deo,] quum felicitas
eius in contrarium mutatur.
Abſumetur 34 ante fatale tẽpus, & ramus eius non florebit.
Vt vitis, violenter abijciet ſuos 35 botros immaturos, & vt
oliua ſuum florem abijciet.
Nam hypocritæ 36 congregatio erit ſolitaria, & ignis deuo-
rabit tabernacula 37 muneribus referta:
38 Concipiendo moleſtiam, & pariendo vanitatem, venter
eius concinnabit dolum.

SCHO-

## SCHOLIA IN CAP. XV.

1 Reſpondere pro loqui more Hebraico, Tunc loqui cœpit Eliphaz dicens. 2 Hebr. Nunquid ſapiens loquetur ſcientiã vẽti, & replebit vento Orientali ventrẽ ſuũ? Aſſerit hic omnia Iobi argumenta vana eſſe. Debetne qui vult haberi ſapiens, loqui verba vana, talemq; de ſe opinionẽ vanã concipere? Per ventrẽ, mentem intellige: & per ventũ Orientalem, vanã opinionem. 3 profunt, 4 non proficiet? 5 tollis timorem (Dei) & ſubtrahis preces coram Deo. Ac ſi dicat, Tu videris tollere Dei prouidentiam: qua ablata quis illum timebit, aut illum in afflictione deprecabitur? 6 q.d. non eſt opus vt te doceam in quo pecces, ipſe ſermo tuus te docet iniquũ eſſe, cum nõ ſine delectu vtaris ſermone aſtutorũ.i. ſermone & argumentatione fallaci. 7 Condemnabit 8 Hebr. loquentur 9 vel, An prior Adamo &c. quod ſcilicet toties exprobres meis iuuentutẽ? 10 Heb. & (an) contines (cohibes) apud te ſapientiã (omnem?) vel, & diminuetur intra te ſapientia?.i. an ſolus ſapis, ita vt te pereunte, ſit ipſa ſapiẽtia peritura? 11 Heb. An parũ ſint tibi cõſolationes iſtorũ, & an res ſecreta ſit apud te? Ac ſi dicat, An minores ſunt conſolationes iſtorũ quàm vt te cõſolari poſsint? an eſt aliquid ſecreti quod illapſum ſit in animũ tuũ? 12 Hebr. Cur cepit te cor tuũ & cur oculi tui annuunt, 13 Vt reſpõdeas Deo ſpiritũ tuum, & proferas ex ore tuo verba? Duo iſti verſus coniunguntur, Quæ, inquit, dementia cepit te, & quid oculi tui tibi annuunt.i. ſigno quodam approbare volunt tuã innocentiã, quod tam cõſtanter audeas pro voluntate tua, ſiue arbitrio tuo reſpõdere Deo, & depromere verba ex ore tuo? 15 non ponit veritatem.i. perfectionẽ abſolutã. 16 putidus. fœtidus 17.i. ex his quæ vidi vſu euenire in hoc mũdo, probabo tibi Deum curã habere rerũ mortaliũ. 18 Heb. neq; celauerunt à patribus ſuis. 19 data erat terra, neq; trãſiuit alienus per eos.i. quibus ſapientibus, vel quibus maioribus ſapientum data erat tota regio adminiſtranda, quã ita rexerunt, vt inuicti perſtiterint. 20 Hebr. Omnibus diebus improbus ipſe dolore cruciatur, & numero annorũ qui abſconditi ſunt violento.i. & toto tempore vitæ tyranni, quamuis omnia fœliciter ſuccedere ei videantur. Anni dicuntur abſcõditi in mente Diuina, quod ſolus Deus ſciat numerum annorũ noſtrorũ. 21 ſub. armorum. 22 Heb. & erit aſpectus gladio.i. videbitur à gladio. Hebraiſmus, pro, impendebit illi periculũ à gladio. 23 Heb. Vagabitur ad panẽ (quærẽdum) vbinam: & ſciet quod paratus ſit in manu eius dies tenebrarum. Recidet, inquit, in ſummam paupertatẽ: ita vt cogatur mendicare, & quærere vbinam inuenire poſsit panẽ quo viuat. tunc certo ſciet tẽpus tenebrarũ.i. afflictionis ſibi impendere. res enim quæ in manu eſt, in propinquo eſt. 24 Tribulatio & anguſtia præualebit illi ſicut rex, futuro in globũ.i. homini redigendo in globum vt demergatur. q.d. vt rex præualet illi cui vt demergatur, caput cum pedibus ligatur in formam ſphæræ: ita ab anguſtia vincetur, eritque intolerabilis. Legi etiam poteſt, circundabit eum inſtar regis præparati ad bellũ quod dicitur Chidor. Quidam exiſtimant eſſe genus præludij. 25 Heb. contra Omnipotentem fortificatus eſt.i. ſummo conatu Omnipotenti reſiſtere voluit. 26 Heb. Curret ad eum in collum, in craſsitudinem corporum ſcutorum eius.i. in laminas quibus clypei conſtant. q.d. Inuolabit in collum eius, & incurret in denſiſsimas partes clypeorum eius, nullis armis poterit reſiſtere Deo. 27 Quia operuit faciem ſuam adipe ſuo, & contraxit rugas ſuper ilia. Præ pinguedine ſcilicet.i. quia dedit operam delicijs, bene curauit cutẽ ſuam in hoc mundo. 28 Et habitauit vrbes deletas, & domos vbi non habitabant (prius homines:) quæ &c. vertendæ erant.i. quia curauit inſtaurandas vrbes deletas, nominis gratia, curauitq; inſtaurari domos quæ collapſuræ erant. Duo præcedentes verſus iunguntur ſequẽti, Quia operuit &c. Et habitauit &c. ideo nõ diteſcet &c. 29 Heb. neque tradet terræ cõſummationẽ eorum. ſub. ædificiorũ. vel, earum, domorum.i. non abſoluet hominibus regionis ædificia illa quæ cœperat inſtaurare. 30.i. afflictiones. 31.i. tribulatio ſiue afflictio poſteritatem eius abſumet. 32 (imo) recedet flatu oris eius. ſub. Dei. Alij, mouebitur loco ſuo etiam proprio flatu.i. veniet ad eam tenuitatem carnis qui pinguiſsimus erat, vt flatu loco ſuo moueri poſsit. 33 Qui errat in vanitate, non credit quod permutatio eius futura ſit (mera) vanitas.i. Deditus vanitati non credit ſe deuenturum ad vanitatem meram. 34 Hebraiſ. in non die ſuo.i. ante vltimum vitæ terminũ. 35 filios intelligit per botros: & pueros per florem. 36 id eſt, priuabitur liberis ſuis hypocrita. 37 muneris. vel doni, id eſt, tabernacula quæ muneribus ſunt extructa. 38 id eſt, facultas, non voluntas peccandi ablata eſt. Hebraice (Nam) Conceperunt iniuriam, & pepererunt iniquitatem, & vẽter eorum præparauit dolum. Infinitiui apud Hebræos pro præteritis. Ratio eſt præcedentis verſus, Quia mente & opere ſunt improbi, excogitauerunt ſemper aliquam fraudem.

## CAP. XVI.

*AD quæ reſpondens Iob, dixit,*
*Sæpius audiui talia, vniuerſi eſtis cõſolatores 1 moleſti.*
*Quando tandem finis imponetur ventoſis verbis? 2 aut quid te iuuat, quum [me] vexas?*
*Poſſem & ego loqui more veſtro. 3 ô ſi vos eo loco eſſetis quo ego ſum: 4 vobis enim aptum ſermonem accommodarem, & motu capitis teſtarer dolorem meum ex veſtra miſeria:*
*Voſq; confirmarem ore meo, & conſolatio meorum labiorum dolores veſtros minueret.*
*Ego autem ſi loquar, dolor meus non minuitur: ſiue omitto [loqui,] & quid decedit mihi?*
*5 Verum iampridem ærumnis onerauit me [Deus:] 6 & ſanè cunctas meas facultates ſtupefeciſti.*
*7 Rugis quoque arauiſti me, vt teſtimonij vim habeat, & amiſſa priſtina forma mihi diſsimilis ſum, ita vt palam arguat me.*
*8 Ira ſua lacerat, ac hoſtiliter mecum agit, frendit in me ſuis dentibus, hoſtiſq; meus oculis ſuis micat aduerſum me.*
*Diſtendunt contra me os ſuum, & contumelioſe 9 præcidunt maxillam meam, 10 & in malis meis voluptatem ſuam expleuerunt.*
*Conſtrictum me Deus 11 iniquo tradidit, & 12 per impios proſtrauit me.*
*13 Beatus fui, ſed diſiecit me: ac mea ceruice comprehẽſa minutatim confregit me: ſcopum denique me ſibi conſtituit,*
*14 Vt me ſagittæ illius vndiq; feriant, & renes meos diſſecet, ac non parcat, & in terram effundat fel meum.*
*15 Ita me vulnerauit, vt continuum vulnus ſit, [&] in me fecit impetum ſicut gigas.*
*Conſui ſaccum ſuper cutem meam: & cornu meum 16 depreſsi humum.*
*Facies mea 17 intumuit fletu, & palpebras meas obduxit caligo denſiſsima:*

1 REſpondens autem Iob, dixit,
2 ♀ Audiui frequenter talia: conſolatores oneroſi omnes vos eſtis.
3 ♀Nunquid habebunt finem verba ventoſa? aut aliquid tibi moleſtum eſt ſi loquaris?
4 ♀Poteram & ego ſimilia veſtri loqui: atque vtinam eſſet anima veſtra pro anima mea,
5 ♀Conſolarer & ego vos ſermonibus, & mouerem caput meum ſuper vos.
6 ♀Roborarem vos ore meo: & mouerem labia mea, quaſi parcens vobis.
7 ♀Sed quid agam? ſi locutus fuero, non ° quieſcet dolor meus: & ſi tacuero, non recedet à me.
8 ♀Nunc autem oppreſsit me dolor meus, & in nihilum redacti ſunt omnes artus mei.
9 ♀Rugæ meæ teſtimonium dicunt contra me, & ſuſcitatur falſiloquus aduerſus faciem meam contradicens mihi.
10 ♀Collegit furorem ſuum in me, & comminans mihi, infremuit contra me dentibus ſuis: hoſtis meus terribilibus oculis me intuitus eſt.
11 ♀Aperuerunt ſuper me ora ſua, & exprobrantes percuſſerunt maxillam meam, ſatiati ſunt pœnis meis.
12 ♀Concluſit me Deus apud iniquum, & manibus impiorum me tradidit.
13 ♀Ego ille quõdã opulẽtus repẽtè cõtritus ſum: tenuit ceruicẽ meã, cõfregit me, & poſuit me ſibi quaſi in ſignũ.
14 ♀Circũdedit me lanceis ſuis, cõuulnerauit lumbos meos, & non pepercit, & effudit in terra viſcera mea.
15 ♀ Cõnſcidit me vulnere ſuper vulnus, irruit in me quaſi gigas.
16 ♀Saccum conſui ſuper cutem meam, & operui cinere carnem meam.
17 ♀Facies mea intumuit à fletu, & palpebræ meæ caligauerunt.

Auſteritate amicorum motus Iob, ſuam calamitatem enarrando, ſe citra iniquitatẽ pati oſtendit.

B

° quieſcis

C

♀Hæc



D ♀Hæc paſſus ſum abſque iniquitate manus meæ, cum haberem mundas ad Deum preces. 18
♀Terra ne operias ſanguinem meum, neque inueniat in te locum latendi clamor meus. 19
♀ Ecce enim in cælo teſtis meus, & conſcius meus in excelſis. 20
♀ Verboſi amici mei, ad Deum ſtillat oculus meus. 21
♀ Atque vtinam ſic iudicaretur vir cum Deo, quomodo iudicatur filius hominis cum collega ſuo. 22
♀Ecce enim breues anni tranſeunt: & ſemitam, per quam non reuertar, ambulo. 23

*18 Quum tamen nulla violentia ſit in palmis meis, & oratio mea ſit munda.*
*19 O tellus, ne celes mea ſcelera capitalia, & non ſit locus vbi lateant querelæ de me.*
*20 Nũc etiã ecce teſtẽ habeo in cælo, & 21 cõſciũ in excelſis.*
*22 Quumq; amici mei rhetorica oratione contra me agant, manantibus lachrymis Dei opem imploro.*
*23 Is enim palàm proferet, ſiquid peccatum eſt à viro contra Deum, & à filio hominis in proximum ſuum.*
*24 Nam anni adnumerati ſuccedunt, ac iter ſemel peragendum ingrediar.*

## SCHOLIA IN CAP. XVI.

1 Vani. 2 quid corroborabit te quum loquêris?.i. qua re confirmabis opinionẽ tuam, ſi loquaris? 3 Heb. ſi eſſet anima veſtra loco animæ meæ.i. ſi talia pateremini qualia ego patior. 4 ſocietatẽ vobiſcum inirem cum verbis, & mouerem ſuper vos caput meũ.i. adiungerem me vobis ſermonibus veracibus. 5 Certe nũc fatigauit me (ſub. Deus).i. ad fatigationẽ vſq; afflixit me. Iam reſpondet argumento Eliphaz, Tu videris concludere eum eſſe impium qui affligitur, ſed erras. 6 deſolaſti omnem congregationẽ meam. Perſonæ mutatio.i. familiã meam: quia liberi eius perierũt. Alij exponunt, omnem congregationẽ membrorum meorũ.i. omnia membra mea. 7 Heb. corrupiſti quoque me, in teſtem fuit: & extitit in me macies mea, & in facie mea teſtificabitur.i. In rugas cutem meam contraxiſti: quæ ſingulæ ſunt vice teſtis doloris mei: & macies quæ in corpore meo apparet, & in facie mea, teſtabitur me vehementer fuiſſe afflictum. 8 Ira eius (ſub. Dei) rapuit me, & odio proſecutus eſt me, frenduit aduerſum me dentibus ſuis, hoſtis meus acuit oculos ſuos in me. Multis verbis deſcribit vim afflictionis ſuæ. 9 percuſſerunt 10 ſimul contra me coadunati ſunt. vt ſcilicet perdant me. 11 vel, mendaci 12 in manus impiorum declinare fecit me. Alij exponunt, declinare fecit me, ſub. à ſorte mea, per manus ſiue opera improborum. 13 vel, Tranquillus erã, & attriuit me: 14 Heb. Circundederunt me ſagittarij eius, diſſecuit renes meos, & non pepercit, effudit (ictu ſagittæ) fel meum. 15 Heb. Confregit me confractione ante conſpectũ cõfractionis.i. confregit me crebris confractionibus & inuicẽ ſibi ſuccedentibus. hoc dicit quod quaſi in puncto tam multa mala illi acciderant. 16 oneraui puluere. Lugentiũ erat aſpergere caput puluere. 17 lutulenta facta eſt. ſolent enim lachrymis facies deturpari quaſi luto infectæ eſſent. 18 Heb. nõ ob iniuriã palmarũ mearum: quinimo oratio mea fuit pura.i. hæc euenerunt citra vllam meam iniquitatem quã admiſerim, aut quod aliquid mali loquutus ſim. 19 Heb. O terra ne tegas ſanguinem meum, & ne vllus inueniatur locus clamori meo. vbi ſcilicet quieſcat. q.d. Optarim afflictionẽ meam notam eſſe omnibus, & clamorem meum. 20 Etiam nunc ſane 21 teſtem in excelſis. ſub. ſedibus.i. in cælo qui poſsit reddere teſtimoniũ innocẽtiæ meæ. 22 Heb. O colloquutores mei amici mei, ad Deũ lachrymatur oculus meus.i. O amici mei qui loquimini & diſſeritis mecũ, ad Deũ lachrymas fundo qui teſtis eſt innocentiæ meæ, nõ ad vos qui cupitis eã labefactare. 23 Heb. (Vtinã) & diſceptare poſsit homo cũ Deo, vt filius hominis cũ ſocio ſuo. 24 Quia anni numeri aduenient, & ſemitã inibo, nõ reuertar.i. anni illi pauci quibus adhuc victurus ſum, aduenient. q.d. breui moriturus ſum.

## CAP. XVII.

Contabeſcendo, ſe patienter præſtolari dicit.

SPiritus meus attenuabitur, dies mei breuiabuntur, & ſolum mihi ſupereſt ſepulchrum. 1
♀ Non peccaui, & in amaritudinibus moratur oculus meus. 2
♀Libera me, & pone me iuxta te, & cuiuſuis manus pugnet contra me. 3
♀Cor eorum longe feciſti à diſciplina, & propterea non exaltabuntur. 4
B ♀ Prædam pollicetur ſocijs, & oculi filiorũ eius deficient. 5
♀Poſuit me quaſi in prouerbium vulgi, & exemplum ſum coram eis. 6
♀Calligauit ° ad indignationem oculus meus, & membra mea quaſi in nihilum redacta ſunt. 7
♀Stupebunt iuſti ſuper hoc, & innocens contra hypocritam ſuſcitabitur. 8
C ♀Et tenebit iuſtus viam ſuam, & ° mundis manibus addet fortitudinem. 9
♀Igitur omnes vos conuertimini, & venite, & non inueniam in vobis vllum ſapientem. 10
♀Dies mei tranſierunt, cogitationes meæ diſsipatæ ſunt, torquentes cor meum: 11
♀ Noctem verterunt in diem, & rurſum poſt tenebras ſpero lucem. 12
D ♀ Si ſuſtinuero, infernus domus mea eſt, & in tenebris ſtraui lectulum meum. 13
♀Putredini dixi, Pater meus es: Mater mea, & ſoror mea, vermibus. 14
♀Vbi eſt ergo nunc præſtolatio mea, & patientiam meam quis conſyderat? 15
♀In profundiſsimum infernum deſcendent omnia mea: putáſne ſaltem ibi erit requies mihi? 16

° ab indignatione

° mundus (nominat. caſus.

*I 1 Am quidem ago animam, & dies mei ritu lucernæ deficiunt, meq; ſepulchrum manet.*
*2 Si non illuſores agunt mecum, & 3 in mœrore quo me iſti afficiunt, nox tranſigenda eſt.*
*4 Deponito quæſo [pignus,] 5 & da fideiuſſorẽ in cauſa quæ mihi tecũ eſt: 6 & quis erit, qui mecum ſponſionem faciat?*
*Quia 7 excluſiſti cor eorum ab intelligentia, iccirco 8 negotium hoc non magnam laudem eis pariet,*
*9 Qui amicos numerat inter bona ſua, eius filij non inuenient quod expectabant:*
*Nam me quidem [Deus] poſuit exemplum populis, 10 & celeberrimæ famæ ero in poſterum.*
*Cuius oculus præ indignatione caligat, 11 meaq; membra vniuerſa vmbræ ſimilia ſunt.*
*Ob quam rem 12 probi ſtupebunt, & innocens 13 aduerſus hypocritam excitabitur: 14 iuſtuſq; inſiſtet viæ ſuæ, & innocens magis magiſq; progredietur.*
*15 Tantum vos vniuerſi domũ redite, & abite quæſo: quandoquidem inter vos nullum ſapientem reperio.*
*Dies mei præterierunt, & 16 conatus mei intercepti ſunt, quæque animo præſumere poſſem.*
*17 Noctem vertent in diem, & lux ſubſequetur e veſtigio tenebras.*
*18 Si expectarem, infernus [tamen eſt] domus mea, & in tenebris ſtraui lectum meum.*
*19 Foueam appello patrem meum: & vermem, matrem & ſororem meam.*
*20 Vbi eſt igitur, vbinam ſpes mea? & ſpem meam quis ſpectabit?*
*21 Quæ ſi mecum in puluerem demitteretur, vectes ſepulchri ſubſiderent.*

## SCHOLIA IN CAP. XVII.

1 Heb. Spiritus meus cõſumptus eſt, & dies mei ſunt præciſi, ſepulchra mihi. Hoc eſt, Omnes vires corporis mei ſunt fractæ, & dies vitæ meæ præciſi ſunt, ſepulchra me manent.i. breui ſepeliar. 2 Si non impoſtores (ſint) mecum. Subaudienda eſt aliqua dictio, Diſperéam, aut ſimilis. Diſpereã niſi amici mei ſtudeant mihi imponere. nam volunt perſuadere mihi, me eſſe peccatorẽ. Quidam Hebræorũ exponunt, Non optarim vt Deus mecũ diſceptaret, niſi iſti impoſtores eſſent. 3 & oculus meus commoratus eſt dum illi exacerbarent me.i. conſpicatus eſt irritationes eorum. 4 Hebr. Appone nunc, Sub. cor tuum.i. aduerte quæſo animũ verbis meis. 5 da mihi fideiuſſorem mecum. i. fideiubeas mecũ, quod ſis mecũ diſceptaturus. 6 Hebr. quis eſt qui tangat manum meam?.i. quis eſt qui tactu manus meæ polliceatur mihi Deum mecũ diſceptaturũ? nam cũ illis diſceptare nolo, quod ſint ſtulti. 7 Heb. abſcondiſti. q. d.

diſti.q.d.priuaſti ſenſu communi mentem & animum eorum:ſtulti ſunt. 8 Heb.non exaltabis.Iſte verſus ſequenti iungitur,Nō exaltabis eum qui renunciabit,&c. 9 Heb.(cum)qui renunciabit cogitatus ſuos adulandi cauſa:& oculi filiorum eius deficient.i.nō exaltabis eum qui adulandi gratia dicere ſolet quicquid venerit ei in mentem:& filij,ſiue nepotes deficient cum viderint interitum parentis. 10 vt loquantur populi,qui prius eram dominus, ſiue princeps. Vide Daniel.3. Redit ad afflictionem ſuam. Fecit me Deus fabulam vulgi. 11 & cogitationes meæ omnes ſunt ſimiles vmbræ. 12 vel,recti obſtupuerunt. cum ſcilicet viderent me affligi. 13 propter hypo.quum videat impios tam fœliciter agere, & pios ita vexari. 14 Heb.& arripuit iuſtus viam ſuam,& mundus manibus auxit robur.Tamen,inquit,iuſtus nō receſsit propterea à mandatis Dei:& is cuius opera ſunt munda,maximis viribus dedit operam pietati. 15 Heb. At vero omnes reuertimini, & adeſte nunc, & non inueniam in vobis ſapientem.i. vt oſtendam neminē veſtrū recte dicere. 16 Hebr.cogitationes meæ ſublatæ ſunt. Sub.à me, violentia nempe afflictionis.Tres dictiones quæ ſequuntur,poſſeſsiones cordis mei,ad principium ſequentis verſus pertinent.Cogitationes autem ita vocat, quod ſint veluti poſſeſsiones cordis.

17 Heb.poſuerūt diem, noctem: lucē propinquā propter tenebras. Id eſt, Cogitationes meæ verterunt diē ipſum in noctē:hoc eſt res lucidas reddiderunt dubias & ancipites.verterunt etiam in noctem lumen propinquum.i. auroram, propter tribulationes, quæ verò dicuntur tenebræ. 18 Cohærent ſequentes verſus, qui ſic leguntur Hebraice,Si expectauero(quòd)infernus(ſit)domus mea, & in tenebris ſternam lectum meum.i. Si expectem donec moriar, & recumbam in ſepulchro. 19 Quod clara voce dicam ſcrobi, Pater meus es. & vermibus, Mater mea & ſoror mea.i. Si expectem donec habitem in ſepulchro, vnà cum vermibus. Periphraſis eſt ſepulchri. 20 Vbinam mox (erit)ſpes mea:& expectationē meam quis videbit? Ac ſi dicat,Quando tandem eueniet mihi quod iubebas me expectare à Deo? quiſnam videbit me conſecutum quod expectaueram? [redacted]. Promittitis vos amici,quæ moribundi conditio nō capit. Ironia, vt nōnulli volunt. 21 Ad fulcra vſque inferni deſcendent: ſi ſemel in terra quies.Per infernum,intelligit locum infimum.i.Spes & expectatio mea in infima & centrum terræ mecum deſcendent, [redacted], cum in ea quieuero. [redacted]

## CAP. XVIII.

*AD hæc Bildad Subita reſpondens,dixit,*
*Quando tandem ſermonibus imponetis finem? 1 intelligite,& poſtea loquamur.*
*Quare ſimiles pecori æſtimamur, 2 & vobis obſtinati videmur?*
*Tu qui 3 per furorem,diſcerpis animam tuam, 4 deſereturne terra propter te,& rupes è loco ſuo cedet?*
*5 Certè 6 lux impiorum extinguitur, neque ſplendet 7 flamma ignis 8 ipſius.*
*In 9 eius tabernaculo lumen obtenebreſcet, ac lucerna illius 10 quæ lucet ei,extinguetur.*
*11 Greſſus virtutis illius anguſti erunt, 12 ſuumq́; conſilium deijciet eum.*
*Quia miſſus eſt ſuis pedibus in rete, & 13 iuxta implicitam ſepem obambulat.*
*Laqueus comprehendet calcaneum illius, eumq́; 14 ſitibundus ſuperabit.*
*Eius funis in terra eſt abſconſus, & decipula eius in ſemita.*
*Vndique terrebunt eum pauores,& 15 quocunque gradietur, comminuent eum.*
*16 Famelica erit virtus eius, & 17 pernicies ei parata eſt ab vtroque latere.*
*18 Deuorabit vectes cutis ſuæ, deuorabit vectes eius primogenitus mortis.*
*19 Euelletur ipſius tabernaculo id cui potiſsimum fidebat, eaq́; res adducet eum ad regem terrorum.*
*20 Habitabit in tabernaculo eius nulla propinquitate attingens eum, & ſulphur 21 ſpargetur in caſam eius.*
*Infernè radices illius exareſcent, & supernè 22 meſsis eius ſuccidetur.*
*Memoria eius interibit de terra, neque famam celebrem habebit in platea.*
*23 Propellent eum 24 ex luce ad tenebras, & ex orbe illum fugabunt.*
*Non filium neque nepotem habebit in populo ſuo, non ſuperſtitem in ſuis domicilijs.*
*Stupefient poſteri 25 ad fata illius, & 26 priores inuaſit horror.*
*Atque hæc tabernacula 27 duntaxat impij ſunt, & is eſt locus ignorantis Deum.*

1 REſpondens autem Baldad Suhites,dixit,
2 ¶ Vſque ad quem finem verba iactabitis? Intelligite prius,& ſic loquamur.

Baldad reprehendit Iob, quòd non audiat bene conſulentes, & impij pœnas enarrat.

3 ¶ Quare reputati ſumus vt iumenta, & ſorduimus coram vobis?
4 ¶ [a]Quid perdis animā tuā in furore tuo,nunquid propter te derelinquetur terra, & trāsferētur rupes de loco ſuo?

[a] Qui

5 ¶ Nónne lux impij extinguetur, nec ſplendebit flamma ignis eius?
6 ¶ Lux obtenebreſcet in tabernaculo illius: & lucerna quæ ſuper eum eſt,extinguetur. B
7 ¶ Arctabuntur greſſus virtutis eius, & præcipitabit eum conſilium ſuum.
8 ¶ Immiſit enim in rete pedes ſuos, & in maculis eius ambulat.
9 ¶ Tenebitur planta illius laqueo, & exardeſcet contra eum ſitis.
10 ¶ Abſcondita eſt in terra pedica eius,& decipula illius ſuper ſemitam.
11 ¶ Vndique terrebunt eum formidines, & inuoluent eum pedes eius. C
12 ¶ Attenuetur fame robur eius, & inedia inuadat coſtas illius,
13 ¶ Deuoret pulchritudinem cutis eius, & conſumat brachia illius primogenita mors.
14 ¶ Auellatur de tabernaculo ſuo fiducia eius, & calcet ſuper eum,quaſi rex,interitus.
15 ¶ Habitent in tabernaculo illius ſocij eius qui non eſt, aſpergatur in tabernaculo eius ſulphur.
16 ¶ Deorſum radices eius ſiccentur, ſurſum autem atteratur meſsis eius. D
17 ¶ Memoria illius pereat de terra,& non celebretur nomen eius in plateis. Prouerb. 2.d.
18. ¶ Expellet eum de luce in tenebras, & de [b] vrbe transferet eum. [b] orbe
19 ¶ Non erit ſemen eius, neque progenies in populo ſuo, nec vllæ reliquiæ in regionibus eius.
20 ¶ In die eius ſtupebūt nouiſsimi,& primos inuadet horror.
21 ¶ Hæc ſunt ergo tabernacula iniqui, & iſte locus eius qui ignorat Deum.

## SCHOLIA IN CAP. XVIII.

1 Inſtruite (nos)& poſtea loquemur.Sub.vobiſcū. 2 Heb. fuimus ſtupidi in oculis veſtris?Id eſt,videmur vobis ſtupidi. Legi etiam poteſt, ſorduimus in oc. ve.i. quare vobis videmur viles & polluti? Alludit ad id quod dixerat Iob ſuperiori capite, Abſcōdiſti cor eorum ab intelligentia. 3.i.impatientia. Tertia perſona eſt Hebræis, pro ſecunda. 4 Sub.à Deo.q.d. an tui gratia dicemus Deum nō curare mortalia?an Deum rupem immutabilē, dicemus propter te factū mutabilem? 5 Etiam 6.i.prudentia 7 ſcintilla ignis.i.prudentia & conſilium. 8 Mutatio numeri, pro vniuſcuiuſque ipſorum. 9 Singulare pro plurali, eorum.Idem dicit quod præcedenti verſu,In mente eorū conſilium peribit. 10 Heb.ſuper eum.i. quæ in eo eſt. 11.i. non ſunt facturi quæ facere vellent & poſſent. 12 & amandabit illum à ſeſe conſilium eius.i.deſtituetur proprio conſilio. 13 ſuper rete.i.ſuapte ſponte conijcit ſe in rete. 14 graſſator.vel,prædo. 15 diffugere facient illū pedibus ſuis. Id eſt,proprijs,non alienis pedibus conijciet ſe in rete. 16.i. nō aſſequetur quod cupit.Hebræi, virtutem,liberos interpretantur:quod homines in virtute & robore ſuo gignere ſoleant. 17 confractio parata erit coſtæ illius.i.ipſemet varijs malis cruciabitur. 18 Abſumet ramos cutis eius, abſumet(inquam)mēbra eius primogenitus mortis.Ramos cutis, vocat membra. Alij liberos intelligunt. Per primogenitum mortis,intelligit grauiſsimū morbum. ac ſi dicat, Erit obnoxius cum ſua poſteritate grauiſsimis morbis. Quidā Hebræorum, primogenitū mortis interpretantur angelum qui præeſt



ipſi morti. Alij mortem quæ præuenit tempus ſuum. Alij, primas infirmitates quæ illi obueniunt. 19 Hebr. Abrumpetur de tentorio eius ſpes eius:& incedere faciet eum ad &c.Sub.conſilium eius, Id eſt,peribunt liberi & opes eius in quibus confidebat: & proprio conſilio deueniet in poteſtatem rei maxime terribilis. 20 Hebr. Habitabit in tentorio eius,(ſub.timor,) eo quòd non ſit ipſius. Id eſt, Perpetuo timebit: eo q̃ tentorium illud factum ſit rebus non pertinentibus ad ipſum, ſed ex rapina. 21.i. peribit igni tabernaculum eius. 22 rami 23 Sub.morbi,& afflictiones. 24.i.de vita ad mortem. 25 Hebr. ſuper die eius.i.ob caſum eius. 26.i.præſentes qui viuunt tempore Iobis. 27 vel, certe ſunt hominis iniqui.Id eſt,talia accidunt iniquis, & ignorantibus Deum.

## CAP. XIX.

Iob flagella ſua & miſerias deſcribens, aſſerit ſe non ob impietatē eas pati.

1 REſpondens autem Iob, dixit,
2 ¶ Vſquequo affligitis animam meam, & atteritis me ſermonibus?
3 ¶ En, decies confunditis me, & non erubeſcitis opprimentes me.
4 ¶ Nempe etſi ignoraui,mecum erit ignorantia mea.
5 ¶ At vos contra me erigimini, & arguitis me opprobrijs meis.
6 ¶ Saltem nunc intelligite quia Deus non æquo iudicio afflixerit me,& flagellis ſuis me cinxerit.
7 ¶ Ecce,clamabo vim patiēs, & nemo audiet: vociferabor, & non eſt qui iudicet.
B 8 ¶ Semitam meam circunſepſit,& tranſire non poſſum, & in calle meo tenebras poſuit.
9 ¶ Spoliauit me gloria mea, & abſtulit coronam de capite meo.
10 ¶ Deſtruxit me vndique,& pereo,& quaſi euulſæ [a] arbori abſtulit ſpem meam.

[a] arboris

11 ¶ Iratus eſt contra me furor eius,& ſic me habuit quaſi hoſtem ſuum.
12 ¶ Simul venerunt latrones eius, & fecerunt ſibi viam per me, & obſederunt in gyro tabernaculum meum.
13 ¶ Fratres meos longe fecit à me, & noti mei quaſi alieni receſſerunt à me.

Derelictus à propinquis.

14 ¶ Dereliquerunt me propinqui mei: & qui me nouerant obliti ſunt mei.
C 15 ¶ Inquilini domus meæ, & ancillæ meæ ſicut alienum habuerunt me,& quaſi peregrinus fui in oculis eorum.
16 ¶ Seruum meum vocaui, & non reſpondit, ore proprio deprecabar illum.
17 ¶ Halitum meum exhorruit vxor mea, & orabam filios vteri mei.
18 ¶ Stulti quoque deſpiciebāt me: & cum ab eis receſsiſſem, detrahebant mihi.
19 ¶ Abominati ſunt me quondam conſiliarij mei: & quem maxime diligebam, [b]auerſatus eſt me.

[b] aduerſatus eſt mihi.

20 ¶ Pelli meæ,conſumptis carnibus,adheſit os meum,& derelicta ſunt tantummodo labia circa dentes meos.
21 ¶ Miſeremini mei,miſeremini mei, ſaltem vos amici mei, quia manus [c]Domini tetigit me.

[c] Dei

22 ¶ Quare perſequimini me ſicut Deus,& carnibus meis ſaturamini?
D 23 ¶ Quis mihi tribuat vt ſcribantur ſermones mei? quis mihi det vt exarentur in libro
24 ¶ Stylo ferreo, & plumbi lamina, vel [d] celte ſculpantur in ſilice?

[d] certe

Vaticinium Iob de generali reſurrectione.

25 ¶ Scio enim quòd Redemptor meus viuit,& in nouiſsimo die de terra ſurrecturus ſum:
26 ¶ Et rurſum circundabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum:
27 ¶ Quē viſurus ſum ego ipſe, & oculi mei conſpecturi ſunt, & non alius. repoſita eſt hæc ſpes mea in ſinu meo.
28 ¶ Quare ergo nunc dicitis, Perſequamur eum, & radicem verbi inueniamus contra eum?
29 ¶ Fugite ergo à facie gladij, quoniam vltor [e]iniquitatum gladius eſt:& ſcitote eſſe iudicium.

[e] iniquitatis

*AD hæc reſpondens Iob,dixit,*
*Quandiu cruciabitis animum meum,& ſermonibus 1 enecatis me?*
*Iam decies 2 contumelias mihi intuliſtis: 3 an non pudet vos quòd prorſum alios mihi vos exhibetis?*
*4 Etenim ſi omnino erro, conſtat mihi ratio, quæ in errorem abduxit.*
*5 Quòd ſi omnino magnū quiddam in me oppugnādo efficere conamini,& per calamitatē meā, veſtrā intētionē fulcire:*
*Scitote nunc, quòd deus 6 me potentia ſua premat, quodq́; ſuo 7 inſtrumento venatorio circundederit me,*
*8 Si clamem vim inferri mihi,non reſpondetur mihi: ſi vociferer,non retineo ius meum.*
*Semitam [enim] meam ſepſit, vt euadere nequeam, & vijs meis offudit tenebras.*
*Detraxit mihi 9 gloriam meam,& 10 coronam mei capitis abſtulit.*
*11 Euulſit me circunquaque 12 vt peream, abſtulitq́; ſpem meam 13 vt [euulſæ] arbori.*
*Exarſit in me ira illius,meq́; habet in hoſtium numero.*
*Simul venerunt 14 milites eius, & 15 viam muniuerunt aduerſum me,& caſtra poſuerūt circum mea tabernacula.*
*Fratres meos abſtraxit à me, quiq́; me nouerant, etiam alienos ſe mihi offerunt.*
*Propinqui mei 16 deſeruerant me, & neceſſarij mei obliti ſunt me.*
*17 Familiares mei & ancillæ meæ cenſent me peregrinum, eiſq́; videor externus.*
*Quum voco ſeruum meum,& ore meo 18 peto ab eo aliquod officium,non reſpondet mihi.*
*Halitus meus offendit vxorem meam, 19 filijs etiam ventris mei ſupplex ſum.*
*Etiam homines nequam aſpernantur me: [quibus] quum aſſurgo,iaciunt in me ſcommata.*
*Omnes 20 amici intimi abominantur me, & quos dilexi aduerſantur mihi.*
*Cuti & carni meæ adhæret 21 os meum,& 22 euaſi dentium meorum cute comite.*
*Benignius mecum agite, benignius mecum agite vos amici mei,quoniam diuina manus tetigit me.*
*Quare me perſequimini vt Deus? & 23 carne mea non ſaturamini?*
*24 Vtinam ſcribantur mei ſermones,vtinā in libro exarētur,*
*Styloq́; ferreo incidantur in plumbum aut ſaxum,quo perpetuò durent.*
*Noui & ego quòd vindex meus viuit,& 25 nouiſsimo [tempore] adhibebit ſuam vim pulueri.*
*Poſtquam vero circundederint 26 hoc mea cute, ſpectabo Deum è carne mea.*
*Quem ego 27 mihi contemplabor,& oculi mei videbunt, & non alius: 28 quod vnicum meum eſt deſyderium.*
*29 Nam [olim] dicetis,Cur eum perſequebamur, in quo fundamenta negotij [ſalutis] deprehendebantur?*
*30 Timete igitur gladium vobis imminentem, quia ira iniquitates, [iniquitas parit] vltionem Dei: quoniam intelligetis eſſe iudicem.*

## SCHOLIA IN CAP. XIX.

1 Conficietis. attenuabitis. attereitis. 2 confudiſtis me. i. iam ſatis ſuperque, ſæpius conati eſtis falſis argumentationibus me confundere,& oſtendere impium. 3 non erubeſcitis, perfricuiſtis frontem mihi. vt ſcilicet me iniquum eſſe concludatis. Alij vertūt, non pudet vos,indurati eſtis mihi.i.induraſtis facies veſtras contra me. 4 Sed eſto errauerim;mecum moretur error meus. Ac ſi dicat, Si peccauerim, quid ad vos? ego ipſe luam pœnas, non vos. 5 Heb.Si vero aduerſum me magnificetis (ſub.errorē meū,) & arguēdo adducatis aduerſum me opprobriū meū, Perficitur hic verſus ſequēti,Scitote &c.i.Si quæratis errorē meū verbis exaggerare, & arguendo cōcludere velitis peccatorē me eſſe, & propterea affligi. 6 Heb. peruertit me.i.ſi ſolos peccatores affligeret,vt dicitis,

inique & peruerſe mecum ageret, affligendo me : cum ſim iuſtus. 7 reti.q.d.ſcitote me non mea culpa incidiſſe in retia. Verba hominis derelicti à Deo,& non ſentientis vltra auxiliũ ipſius. 8 Heb. Ecce clamabo iniuriam,(ſub.mihi fieri)& non reſpondebor: exclamabo , & non erit mihi iudicium.i. nemo vindicabit illatam mihi iniuriam. 9 Gloriam ſuam vocat opes ſuas. ſpoliauit me opibus meis. 10.i.liberos meos.Ita in Prouerb. Corona ſenum , ſunt filij filiorum. 11 Deſtruxit. Solet perire arbor ſi omni ex parte effodiatur radix eius. 12 & abiui.euanui.perij. 13 tanquam arboris. Sub.ſpem.i.priuauit me omni ſpe mea vt arbor deſtituitur ſpe ſua ſi euelluntur radices eius omni ex parte. 14 copiæ eius.i. exercitus tribulationum miſſarum ab eo,inuaſerunt me. 15 attriuerunt viam ſuam ſuper me.i. tam frequentes inuaſerunt me tribulationes,vt viam quaſi tritam reddiderint more tranſeuntium. 16 defecerunt me.ſub.viſitare & conſolari. 17 Heb.Habitatores domus meæ. 18 deprecor.vel,peto beneficium. Hic oſtendit,Deo nobis irato,omnia nobis eſſe contraria. 19 Heb.& gratificatus ſum propter filios vẽtris mei.i. quãuis illi ſtudeam gratificari propter filios ventris mei , hoc eſt vt ex ea ſuſcipiã liberos.q.d. ob rem honeſtã, vt ex ea alios procreem liberos. 20 viri ſecreti mei. i. quotquot olim erant mihi à ſecretis. 21 Singulare pro plurali.Redactus ſum ad extremam maciem. 22 Heb. & ſeruatus ſum in cute dentium meorum.q.d.ſola cutis qua teguntur dentes mei,illæſa remanſit,& integra. 23.i.calumnia mea.q.d.abunde calumniati eſtis me , iam deſinite obſecro. 24 q.d.tantum abeſt vt credam verba mea quibus tueor iuſtitiam meam , eſſe falſa , vt cupiam ſcribi in materia incorruptibili. 25 nouiſsimus ſuper terram conſiſtet.i.quod ſit futurus omnium nouiſsimus , hoc eſt,quod in æternum ſit victurus. 26 Demonſtratiuum eſt H O C : quod ob deformitatem ſummam,non liceret corpus dicere. Et circundederint.i. Pater , Filius, & Spiritus ſanctus. Iudæi vertunt & exponunt ad hunc modum, Et poſt pellem meã,(ſub.attritam) fregerunt(ſub.dolores mei) hoc:& ex carne mea videbo Deũ meũ. ac ſi dicat , Scio Deũ meũ æternũ: nihilominus deprehẽdo doloribus eum me affligere & vexare. nã poſt pellẽ meã cõtritam,dolores fregerũt etiam iſtud os, id eſt oſſa mea:& ex afflictione quam ſentio in carne mea, video Deũ.i. ſentio Deũ eſſe qui me affligat:ne putes me illũ ignorare. 27.i.bono meo:ad commodũ meum.cuius conſpectu aliquãdo fruar : hac ſpe ſum in media tribulatione. 28 Hebr.& (tamen) defecerunt renes mei in ſinu meo. i. quamuis præ afflictione defecerint omnia inteſtina mea. 29 Quin dicitis,Quare perſequemur eum? quum radix rei inueniatur in me.i. Cur non dicitis apud vos , Iam ſatis afflximus eum : quum ipſa rei veritas inueniatur in me. hoc eſt quum reuera ſim innocens? 30 Timete vobis à facie gladij, quia ira eſt (ex)iniquitatibus gladij:vt ſciatis fore iudicium. Id eſt, Timete vobis à ſupplicio gladij, quia prouocatio ad iram citra meritum prouenit ex iniquitatibus quæ ſolent puniri gladio.hæc dico , vt ſciatis futurum aliquando iudicium quo tale peccatum punietur.

## CAP. XX.

*A 1 D hæc reſpondens Zophar Naamathita, dixit,*
*2 Igitur cogitationes meæ impellunt me ad reſpondendum, 3 & propterea in me feſtinatio exiſtit.*
*Audiam tamen ex te correptionẽ coniunctam cum mea ignominia: tametſi me conſcientia hîc conſolabitur.*
*Nonne ſcis illud omnibus ſeculis obſeruatum , ex quo [ Deus ] impoſuit terræ homines,*
*Quòd iubilatio impiorum 4 cito finiatur , & lætitia hypocritæ ſit 5 temporaria?*
*Si 6 exaltatio ipſius in cælum vſque aſcenderit, 7 ſuumq; caput extulerit vſque ad nubes:*
*Peribit tamen 8 tandem vt ipſius ſtercus:& qui[paulo ante] videbant eum,dicent, Vbinam is eſt?*
*Auolabit vt ſomnium, & non reperient eum , & fugabitur vt viſio nocturna.*
*Oculus qui eum intuitus eſt,non iterum videbit , neque amplius 9 cernent eum[homines]ſui loci.*
*Liberi eius 10 placabunt pauperes, & manus illius reſtituẽt 11 opes per vim ademptas.*
*12 Adoleſcentiæ vitia tenaciſsime illi inhærent, eumq; comitantur ad[ſepulchri]puluerem.*
*13 Quumq; malum dulceſcat in ore illius,recondit ipſum ſub lingua ſua:*
*14 Eiq; parcit , vt non demittat , idque detinet in medio palato ſuo:*
*Panis eius in viſceribus ipſius 15 vertitur in bilem aſpidum intra illum.*
*16 Opes deuorat , quas reuomet, [ Deo ] extrahente illas ex ventre ipſius.*
*17 Venenum aſpidum ſuget, eumq; occidet lingua viperæ.*
*18 Non videbit riuos fluminum torrentium mellis & butyri.*
*19 Quæ labore acquiſiuit,reddet , minimeq; deuorabit , velut merces permutatorias,nec illis gaudebit.*
*20 Attriuit enim , & reliquit pauperes : domumq; diripuit, nec ædificauit eam.*
*21 Non ſentiet in ventre ſuo quòd opulentus eſt , neque conſeruare poterit res optatas.*
*22 Cibo illius non aderit vis nutriendi , quocirca bonũ ipſius inſtabile eſt.*
*23 Etſi rebus omnibus affatim abundet , angitur tamen , & omnibus partibus laborioſi hominis fungitur.*
*24 Eſto autem vt impleat ventrem ſuum, [Deus tamen] immittet ei feruorem iræ ſuæ , & 25 depluet in eum, [ & ] in 26 cibum illius:*
*Eumq; fugientem arma ferrea excipiet arcus chalybeus.*
*27 Strinxit gladium , qui corpus transfigat,ac micat per fel adactus,eiq; occurſant res terrificæ.*

## CAP. XX.

1 REſpondens autem Sophar Naamathites, dixit,
2 ¶Idcirco cogitationes meæ variæ ſuccedunt ſibi, & mens in diuerſa rapitur.
3 ¶Doctrinam qua me arguis audiam, & ſpiritus intelligentiæ meæ reſpondebit mihi.
4 ¶Hoc ſcio à principio , ex quo poſitus eſt homo ſuper terram,
5 ¶Quòd laus impiorum breuis ſit, & gaudium hypocritæ adinſtar puncti.
6 ¶Si aſcenderit vſque ad cęlum ſuperbia eius,& caput eius nubes tetigerit:
7 ¶Quaſi ſterquilinium in fine perdetur : & qui eum viderant,dicent, Vbi eſt?
8 ¶Velut ſomnium auolans non inuenietur , tranſiet ſicut viſio nocturna. B
9 ¶Oculus qui eum viderat,non videbit: neque vltra intuebitur eum locus ſuus.
10 ¶Filij eius atterentur egeſtate , & manus illius reddent ei dolorem ſuum.
11 ¶Oſſa eius implebuntur vitijs adoleſcentiæ eius , & cum eo in puluere dormient.
12 ¶Cum enim dulce fuerit in ore eius malum, [a] abſcondet illud ſub lingua ſua:
13 ¶Parcet illi , & non derelinquet illud , & celabit in gutture ſuo.
14 ¶Panis eius in vtero illius vertetur in fel aſpidum intrinſecus.
15 ¶Diuitias quas deuorauit euomet , & de ventre illius extrahet eas Deus.
16 ¶Caput aſpidum ſuget, & occîdet eum lingua viperæ. C
17 ¶Non videat riuulos fluminis,torrentes mellis, & butyri.
18 ¶Luet quæ fecit omnia,nec tamen conſumetur: iuxta multitudinem adinuentionum ſuarum,ſic & ſuſtinebit:
19 ¶Quoniam confringens nudauit [b] pauperis domum : rapuit,& non ædificauit eam.
20 ¶Nec eſt ſatiatus venter eius:& cum habuerit quæ concupierat, poſsidere non poterit.
21 ¶Non remanſit de cibo eius,& propterea nihil permanebit de bonis eius.
22 ¶Cum ſatiatus fuerit,arctabitur,æſtuabit, & omnis dolor irruet ſuper eum.
23 ¶Vtinam impleatur venter eius , vt emittat in eum iram furoris ſui,& pluat ſuper illum bellum ſuum.
24 ¶Fugiet arma ferrea,& irruet in arcum æreum. D
25 ¶[c] Eductus, & egrediens de vagina ſua , & fulgurans in amaritudine ſua : vadent , & venient ſuper eum horribiles.

Hic dicit Sophar impios in hoc mundo florere, ſed ad tempus.

[a] abſcondit

[b] pauperes: domum

Eccleſiaſt. 5. c.

[c] Gladius eductus

¶Omnes



¶Omnes tenebræ abſconditæ ſunt in occultis eius: deuorabit eum ignis qui non ſuccenditur: affligetur relictus in tabernaculo ſuo. 26
¶Reuelabunt cæli iniquitatem eius , & terra cõſurget aduerſus eum. 27
¶Apertum erit germen domus illius , detrahetur in die furoris Dei. 28
¶Hæc eſt pars hominis impij à Deo, & hæreditas verborum eius à Domino. 29

*30 Vniuerſæ tenebræ repoſitæ ſunt in locis illius abſtruſis: quem ignis deuorat non follibus excitandus,[&]quicquid eſt reſiduum in domo ipſius, malo inuoluitur.*
*Cæli 31 prodent illius iniquitatem , terraque in eum inſurgit.*
*32 Prouentus domus eius , quando iram ſuam Deus promet, migrabit vt aquæ effuſæ.*
*33 Hæc impij hominis ſors eſt ex Deo, 34 & præmium paratum à Deo ipſius blaſphemijs.*

## SCHOLIA IN CAP. XX.

1 Vertendum , Tunc cœpit loqui. non enim reſpondet his quæ Iob dixerat capite ſuperiore : ſed his quæ dicta erant ab Iobo cap.12.dixerat enim in ſumma pace viuere homines improbos qui alios depopulantur. Illis reſpondet nunc Sophar. 2 Sane.Hic ponitur exordium more ſolito , Verum quidem eſt impios florere in hoc ſeculo , ſed hoc ad tempus. 3 Hæc particula verſus iungitur ſequenti,hoc modo, Et propterea ꝙ ſentiam in me Caſtigationem ignominiæ meæ(quam)audiui ( à te:)& ſpiritus intelligentiæ meæ reſpondere me facit. Sic habent Hebræa. Duabus cauſis ( inquit) cogor tibi reſpondere:partim propter ignominiam qua me affeciſti,quòd male me habeat ignominia qua me affeciſti:partim etiam doctrina illa mea me cogit , quod exiſtimem me ſatis habere doctrinæ & eruditionis vt tibi reſpõdeam. 4 Heb.eſt à propinquo.i. à paruo tempore.ad præteritum refertur.q.d. non diu eſt ꝙ ea fœlicitate fruitur. 5 ad momentum?ad punctum temporis? 6.i. ſi. quando in ſumma dignitate conſtituatur. 7 & caput eius nubem attingat 8 in perpetuum 9 Heb.cernet eum locus eius.i.congregatio illa in qua habitabat:ita Hebræi exponunt. 10.i.vſqueadeo miſeri erunt , vt cogantur placare iratos tenuis fortunæ homines. Alij vertunt,ambibunt gratiam tenuis fortunæ hominum.ac ſi dicat, Improbus etiamſi diuites filios reliquerit , tamen ad extremam paupertatem redigentur. 11 Heb.rapinã ipſius. vel, robur eius.i. quod vi ac violentia eripuit pauperibus. 12 Heb.Oſſa eius repleta ſunt occultis ipſius:& cum eo iacebit (ſub.iniquitas eius ) in puluere. Occulta ipſius vocat peccata quæ admiſit in adoleſcentia ſua. q.d.præterea ita deſeret eum Deus vt non conuertatur,ſed moriatur in peccatis ſuis. 13 Si dulce fuerit in ore eius malum, (& ) abſconderit illud ſub lingua ſua.vt ſcilicet occultare ſolemus res dulces ſub lingua noſtra. 14 (Et ) pepercerit illi, neque dereliquerit illud,ſed potius retinuerit in medio palati ſui.i.Si tantopere placuerit illi malũ,quantopere res dulces placẽt delicato palato. 15 vertetur:fel aſpidum in medio illius. Panis,inquit,induet naturã contrariam,fietque noxius:& erit ei velut venenum aſpidũ intra eum. 16 Heb.Facultates deuorauit,quas euomet: de ventre eius expellet illas.ſub.Deus. 17 Id eſt, Venenum hauriet quo morietur: cogetur tandem reſtituere res furto ablatas : & tandem male peribit. 18 Hoc eſt,in magna rerum copia egebit. Verti poteſt, Non videbit riuos & fluuios torrentium mellis,&c. Per mel & butyrum, intelligit res omnes ſuaues quæ habentur in delicijs. Per riuulos,copiam & abundãtiam.q.d.omnia facit vt res aſſequatur ſuaues, quas nunquam aſſequetur. 19 Heb.Reſtituet laborem,& non deuorabit illum , iuxta facultates permutationis eius , & non gaudebit.i. Reſtitutionem faciet ex opibus ſuo labore partis , nec fruetur labore illo ſuo : reſtitutionem inquam faciet iuxta menſuram facultatum quas vi aut furto abſtulit ab alijs , neque fruetur labore ſuo. 20 id eſt, Adeo attriuit res aliorum , vt eos ad paupertatem redegerit : diripuitque domum quam non ædificauerat. 21 Sane non agnoſcet tranquillum in ventre ſuo: non ſeruabit de deſyderabili ſuo. Non ſolum , inquit , priuabitur labore ſuo , ſed & ſentiet ægritudines mirabiles in corpore ſuo : nec quippiam eorum quæ habet in delicijs,ſeruabit ſibi. 22 Hebraiſmus, Non eſt reliquum quippiam ad comedendum illud : propterea non proſperabitur bonum eius. vel , Nullæ ſunt reliquiæ quæ comedi poſsint : propterea non multiplicabuntur bona eius,id eſt , Redigetur ad ſummam paupertatem. 23 Hebraiſmus, Cum implebitur ſufficientia eius,arctabitur:omnis manus iniqui ( vel , hominis parati ad iniuriam inferendam) eueniet illi , id eſt , Cum habebit quod ſufficiat ei ad vitam tuendam , incidet tamen in anguſtias: & inuadent eum omnes iniqui parati ad iniuriam inferendam. 24 Hebraiſmus, Erit ad implendum ventrem eius. Subaudiendum ſi. ſi fuerint illi opes quibus explere poſsit ventrem. 25 Subaudi , infinita mala. 26 in corpus eius. Iobum inſimulare videtur , quaſi dicat, erit miſerrimus. 27 Hebraiſmus , Extrahet ſagittam (aliquis)& exibit è pharetra , & reſplendebit ex felle eius , & venient ſuper eum terrores,ſubaudi,mortis. Præterita ſunt apud Hebræos pro futuris. Adeò, inquit, infœlix erit, vt cum primum extraxerit quis ſagittam è pharetra, feriatur ea ſagitta , quæ tingetur felle eius:timebitque ſibi,ſentiens ſe vicinum morti. Alij de enſe , non de ſagitta exponunt. Protinus vbi aliquis euaginauerit gladium, tranſmittet eum in corpus ipſius : qui tinctus felle ipſius exibit ex ipſo corpore. 30 Hebraiſmus , Omnes tenebræ ſunt reconditæ occultis illius : deuorabit illum ignis non excitatus : atteretur ſuperſtes in tentorio eius , id eſt , Omnia mala eum manent propter occulta peccata eius : deuorabit eum ignis diuinus qui follibus non excitatur , conterentur quotquot ſuperſtites fuerint in tabernaculo eius. 31 Vel per futurum , prodent , & inſurget , id eſt, terra in perniciem eius multa producet, aut denegabit ei fructum. 32 Germen domus eius , id eſt , poſteritas eius alio demigrabit. 33 id eſt , Hæc ſunt quæ impius expectare debet à Deo pro ſua portione: 34 Hebraiſmus , & ( hæc eſt ) hæreditas ſermonis illius de Deo, id eſt, Hæc eſt merces quam reportat impius propter ſuas in Deum blaſphemias.

## CAP. XXI.

Impiorum proſperitatem Iob enarrat. Sic autem argumentatur , Si iuſtitia Dei poſtulat vt neminem affligat , niſi aliquo ſcelere meritus ſit: poſtulat etiã vt nullum ſceleratum impune dimittat. Sed multi impij fœliciſsime viuũt, Quomodo igitur concluditis me impium , quòd affligar?

B

Iere.12.a.
abac.1.a.

REſpondens autem Iob,dixit, 1
¶Audite queſo ſermones meos,&agite pœnitẽtiã. 2
¶Suſtinete me,vt & ego loquar:& poſt mea,ſi videbitur,verba, ridete. 3
¶Nunquid contra hominem diſputatio mea eſt , vt merito non debeam contriſtari? 4
¶Attẽdite me,& obſtupeſcite,& ſupponite digitũ ori vr̃o. 5
¶Et ego quando recordatus fuero,pertimeſco , & concutit carnem meam tremor. 6
¶Quare ergo impij viuunt,ſubleuati ſunt,confortatique diuitijs? 7
¶Semen eorum permanet coram eis , propinquorum turba,& nepotum in conſpectu eorum. 8
¶Domus eorum ſecuræ ſunt & pacatæ , & non eſt virga Dei ſuper illos. 9
¶Bos eorum concepit,& non abortiuit: vacca peperit , & non eſt priuata fœtu ſuo. 10
¶Egrediuntur quaſi greges paruuli eorum , & infantes eorum exultant luſibus. 11
¶Tenẽt tympanũ,& citharã,& gaudẽt ad ſonitũ organi. 12
¶Ducunt in bonis dies ſuos , & in puncto ad inferna deſcendunt. 13

*A D hæc reſpondens Iob, dixit,*
*1 Attentius meos ſermones audite, idq; pro conſolatione vobis imputabitur.*
*Ferte me,& ego loquar : & poſtquam locutus fuero , ſannis exagitate.*
*2 Num colloquium ad hominem inſtitui? aut quare non affectus animi mei promerem?*
*Aſpicite me,& obſtupeſcite,ac manum ori imponite.*
*3 Nam cogitatione obiens quæ mihi acciderunt,perturbor,& totum corpus meum horrore concutitur.*
*Quare impij viuunt,& conſeneſcunt , & pollent opibus?*
*Semen eorum 4 ipſis ſpectantibus fæliciter eis prouenit , 5 & propagines eorum ob oculos ipſorum.*
*6 Domus eorum ſalua eſt extra metum , neque in eos ſæuit Dei virga.*
*Taurus eorum 7 init pecus,& non eſt iners: vacca eorum parit,& non 8 eſt ſterilis.*
*9 Edunt greges infantium, eorumq; liberi ſaltitant.*
*Ad tympanum & citharam 10 ducunt choros,& læti agunt ad ſonum fidiculæ.*
*Omneq; ſuum æuum tranſigunt beate , & momento 11 demittuntur ad ſepulchrum.*

*Qui quidem Deo 12 dicent, Recede à nobis: nec enim cupimus ſcire tuas viuendi præceptiones.*
*Quid eſt 13 Optimus maximus, vt ei ſeruiamus? aut quid vtilitatis capiemus, ſi 14 ei occurramus ſupplices?*
*15 Quam certe fœlicitatem ſuam nõ operibus ſuis adepti ſunt: cæterum ſententia impiorum longe à me diſcrepat.*
*[Rurſum] quoties impiorũ 16 lucerna extĩguitur, eiſq; ſupuenit ſua pncies, 17 [Domino] diſtribuẽte partes in ira ſua?*
*18 Vt ſint velut palea ad ventum, & velut quiſquilia quas turbo aufert.*
*⁒ Abſcondit deus virtutem illius filijs ſuis, [& ] rependit ei, vt ſentiat.*
*19 Videntque oculi eius detrimentum ipſius, ac bibit aliquantum furoris Dei optimi maximi.*
*20 Quam vero in domo ſua voluptatem relinquit poſt ſe? poſtremo, dimidium menſium eius ſubtrahitur.*
*[Et quum hæc ita habeant,] num eſt qui Deum velit docere ſcientiam, qui excelſos iudicat?*
*Alius moritur 21 integris viribus, totus opulentus & fœlix:*
*Cuius mammæ lacte ſunt plenæ, & medulla 22 oſſium ipſius bibitur.*
*Alius moritur in ægritudine animi, 23 qui nunquam lætus comedit.*
*Pariter autem iacent in puluere, ac vermis eos tegit.*
*Ecce non me latent cogitationes veſtræ, & 24 conatus ad me inuadendum.*
*Dicitis enim, Vbi eſt domus 25 boni & liberalis hominis? & 26 vbi tentorium tabernaculorum impiorum?*
*An non 27 percontamini facientes iter, eoſq; ex notis eorum [externis] non æſtimatis?*
*28 Etenim prauis parcitur ad diem perniciei, & ad diem irarum adducuntur.*
*29 Quis autem pronuntiare poſſet ex facie rerum ipſius de vitæ ratione? aut quis rependet ei quæ geſſit?*
*30 Effertur nimirum ad ſepulchrum, & in aceruo vigilabit.*
*31 Vt ei dulces ſint ceſpites torrentis, eumque ſequẽtur omnes homines, quemadmodum innumeri præceſſerunt.*
*Quomodo igitur me cõſolamini rebus vanis, 32 & in veſtris reſponſionibus ſcelus adhibitum eſt?*

14 Qui dixerunt Deo, Recede à nobis, & ſcientiam viarum tuarum nolumus.
15 ᵃ Quis eſt Omnipotens, vt ſeruiamus ei? & quid nobis prodeſt ſi orauerimus illum? Mala.3.d.
16 Verumtamen quia non ſunt in manu eorum bona ſua, conſilium impiorum longe ſit à me. ᵃQuid
17 Quotiẽs lucerna impiorum extinguetur, & ſuperueniet eis inundatio, & dolores diuidet furoris ſui! Eorundem repentinum interitum deſcribit. C
18 Erunt ſicut paleæ ante faciem venti, & ſicut fauilla quã turbo diſpergit.
19 Deus ſeruabit filijs illius dolorem patris: & cum reddiderit, tunc ſciet.
20 Videbunt oculi eius interfectionem ſuam, & de furore Omnipotentis bibet.
21 Quid enim ad eum pertinet de domo ſua poſt ſe? & ſi numerus menſium eius dimidietur?
22 Nunquid Deum docebit quiſpiam ſcientiam, qui excelſos iudicat?
23 Iſte moritur robuſtus & ſanus, diues & fœlix,
24 Viſcera eius plena ſunt adipe, & medullis oſſa illius irrigantur:
25 Alius verò moritur in amaritudine animæ ſuæ abſque vllis opibus:
26 Et tamẽ ſimul in puluere dormiẽt, & vermes operiẽt eos. D
27 Certè noui cogitationes veſtras, & ſententias contra me iniquas.
28 Dicitis enim, Vbi eſt domus principis? & vbi tabernacula impiorum?
29 Interrogate quenlibet de viatoribus, & hęc eadem illum intelligere cognoſcetis.
30 Quia in diem perditionis ſeruatur malus, & ad diem furoris ducetur.
31 Quis arguet corã eo viã eius? & quæ fecit, qs reddet illi?
32 Ipſe ad ſepulchra ducetur, & in congerie mortuorum vigilabit.
33 Dulcis fuit glareis Cocyti, & poſt ſe omnem hominem trahet, & ante ſe innumerabiles.
34 Quomodo igitur conſolamini me fruſtra, cum reſpõſio veſtra repugnare oſtenſa ſit veritati?

## SCHOLIA IN CAP. XXI.

1 Hebraiſmus, Audite audiendo ſermonem meum: & erit hoc conſolationes veſtræ, id eſt, Attente me audite, & hoc veſtrum ſilentium erit mihi vice magnæ conſolationis. 2 Hebraiſmus, An ego ad hominem eloquium meum? quòd ſi, quare non abbreuiabitur ſpiritus meus? Mirum dicendi genus Hebraicum, pro, Nunquid cum homine mihi ſermo eſt? quod ſi ita eſt vt Deum alloquar, non hominem: quare non deſponderem animum, ſi locuturus eſſem falſa? quomodo auderem Deo præſente falſa loqui? Alij, cum Deum alloquar, nec mihi reſpondeat, quare non anxiaretur ſpiritus meus? quaſi dicat, mirum non debet vobis videri ſi conquerar. 3 Hebraiſmus, Si reuocem in memoriam, (ſubaudi, afflictionem meam) perturbor: & accipit carnem meam tremor. 4 eſt paratum ante ipſos cum eis. Loquitur de opibus telluris: poſtea vero de liberis. Alij per metaphoram interpretantes, ſic legunt, Semen eorum rectum cum illis in conſpectu eorum: & nepotes eorum ſunt in oculis eorum, quaſi dicat, Liberi impiorum in ſumma pace viuunt, & cum ſummo conſenſu viuunt apud parentes. 5 & nepotes eorum in oculis ipſorum. Subaudiendum aliquid, cuiuſmodi, pacifice degunt. in oculis ipſorum, id eſt, ipſis videntibus. 6 Hebraiſmus, In domibus eorum eſt pax à timore, id eſt, quæ nihil timoris habet ſibi annexi. 7 imprægnat, & non perdit ſemen genitale, id eſt, grauidas reddit vaccas: nec ſemen eius eſt inutile, nam vaccæ quas imprægnauit, pariunt. Abunde exprimit humanam fœlicitatem. Armenta eius ſunt admodum fœcunda. 8 abortit. 9 Emittunt veluti gregem ouium paruulos ſuos. Hoc verſu declarat copiam liberorum, & ſanitatem eorundem. 10 leuant. attollunt, ſubaudi, pedes: aut vocem. vociferantur. 11 vel, corrumpuntur in ſepulchro. 12 vel, dicunt, quaſi dicat, hi ſunt contemptores Dei. 13 Omnipotens. 14 oremus illum? 15 Sane bonum eorum non eſt in manu illorum: conſilium impiorum procul eſt à me, id eſt, Non ſunt hæc bona in poteſtate ipſorum, vt ea in alterum ſeculum deferre poſſint: ſubaudi, propterea, quia hoc non poſſunt, conſilium, &c. quaſi dicat, fœlices ſunt, ſed momentanea fœlicitate: ideo conſilium eorum non mihi placet. 16 futura ſunt apud Hebræos. Lucernam, intelligit fœlicitatem. Extinctionem autem, finem fœlicitatis. Miratur autem & cum admiratione exprimit impiorum interitum. 17 (&) dolores diſtribuet (Deus ſuper eos) in ira ſua, id eſt, iratus. 18 erunt velut, &c. ⁒ Deus abſcondet filijs eius robur eius, quaſi dicat, Tu forte dices mihi, Deum puniturum rapinam ipſius in filijs ipſius. Res non ita habet: filius non portabit iniquitatem patris: ipſe pater punietur qui rapuit. ∴ retribuat (illi) & cognoſcat, id eſt, puniat eum Deus: & cognoſcat pœnas à Deo illi eſſe inflictas ob rapinam. 19 Videantque oculi eius confractionem eius, & de furore Omnipotentis bibat, id eſt, ipſe ſuis oculis videat ſuam calamitatem, & de calice iræ Dei bibat. 20 Quia quæ erit voluntas eius de domo ſua poſt ſe, quum numerus menſium eius truncatus ſit? id eſt, quid curabit de familia ſua ſe mortuo, cum iam ſit mortuus? 21 Hebraiſmus, in fortitudine perfectionis ſuæ, totus tranquillus & quietus. 22 irrigantur oſſa eius. 23 Hebraiſmus, nec comedit in bono. 24 & conceptus quos inique excogitatis aduerſum me. Vt ſcilicet me confundatis. Alij, Noui cogitatus quos aduerſum me ſupprimitis vt cauſam veſtram aſſeueretis, mea deſtructa, quaſi dicat, vos non agitis mecum iuxta legem differendi: quę enim ſubſeruiunt veſtrę cauſę, ea tantum dicitis, vt meam ſupprimatis. ita enim dicitis, timere ſemper impios ſibi, etiam ſi exterius illis nihil mali accidat. 25 principis? Per domum, intelligit arcem munitiſsimam magno ſumptu ędificatam, id eſt, Vbinam inuenies qui ędificarit ſibi arcem, quod ſibi ab hoſtibus timeat? quaſi dicat, nuſquam eſt. Videmini dicere, pios non timere: propterea non ędificare ſibi domos. impios autem ſibi ędificare domos quibus ſe tueantur. Per principem, virum pium intelligit, qui ſua ſponte, non coactus Deo ſeruit. Alij ad hũc modum exponunt, Noui cogitationes veſtras: quia dicitis, Vbinam eſt domus principis? .i. mea. vbinam eſt tentorium impiorum?



impiorum? q. d. euerſam dicitis, & deſtructã domũ meam propter impietatem. Vocabant enim Iobum principem, à munificẽtia, per ironiam & antiphraſim, eo ꝙ diues fuiſſet & potens, ideoq; princeps haberetur, nec tamen haberet quæ requiruntur in principe. Et in hunc ſenſum ſequentia exponũtur 26. i. Vbinam videas impios ſecure habitare in ſuis ampliſsimis tabernaculis? q. d. timorem putatis eſſe pœnã iniquitatis. 27 interrogaſtis tranſeuntes viam, & ſigna eorum non denegaſtis? .i. nonne interrogare potuiſtis viatores qui peregre proficiſcentes, vident ea quæ in hoc mundo ſiunt, & ſigna quæ dare ſolent, nonne vera eſſe potuiſtis agnoſcere? quomodo ſcilicet pereant probi, & improbi ſeruẽtur. Vel vt ad Iobum referatur, Nonne interrogaſtis de me viatores, & ſigna corũ quæ dixerunt vobis de iuſtitia mea, nõ poteſtis negare? 28 Heb. Quia die confractionis prohibetur malus, & die quo furores aduehuntur. i. tempore calamitoſo impius ſeruatur incolumis, & tẽpore quo Deus iratus ſæuit in mortales. 29 Hebr. Quis renuntiabit in facie eius viam eius: & quod fecerit quis retribuet illi? .i. quis illi in faciẽ dicet viam eius, & poſt mortẽ retribuet ei quæ fecerit mala, quum iam delatus ſit ad ſepulchrum? Perficitur hic verſus ſequẽti. 30 Et ipſe ad ſepulchra efferetur, & iuxta aceruum frugum maneat. Hic verſus iungitur præcedenti, Quis retribuet ei, cum iam ſit ſepultus in ſepulchro quod eſt in agro iuxta aream in quam deportãtur fruges, & in tumulo moretur aſsidue more mortuorum? Aceruum frugum alij tumulum metaphorice ſignificare dicũt, alij pyramidem ſepulchralẽ. Tantũ vult dicere, eum eſſe mortuũ. 31 Dulces ſunt illi glebę torrẽtis, & poſt illũ omnes hoĩes trahet (ſub. mors) & ante illũ (traxit) nõ numerus. i. Glebæ torrẽtis vbi ſepultus eſt, nullũ negotiũ illi faceſſunt, hoc eſt, nullũ malũ ſentit poſt mortẽ: præterea poſt illum mors trahet omnes homines, & ante ipſum innumeros iam traxit homines. Alij pro glebis rupturas vertũt: vt Rupturam torrentis vocet foueam ſuapte natura factam in torrente. q. d. Si dicas, illi eſſe pœnã ꝙ moriatur: reſpondeo omnibus hoc accidere. 32 & reſponſiones veſtræ relictæ ſunt mendacium? id eſt, cum omnes reſponſiones veſtræ oſtendantur fallaces eſſe & vanæ?

## CAP. XXII.

Rurſum conatur probare Iobum ob ſcelera multatum.

RESpondens autem Eliphaz Themanites, dixit, 1
Nunquid Deo poteſt comparari homo, etiam cum perfectæ fuerit ſcientiæ? 2
Quid prodeſt Deo ſi iuſtus fueris? aut quid ei confers ſi immaculata fuerit via tua? 3
Nunquid timens te, arguet te, & veniet tecũ in iudiciũ, 4
Et non propter malitiam tuam plurimam, & infinitas iniquitates tuas? 5
Abſtuliſti enim pignus fratrum tuorum ſine cauſa, & nudos ſpoliaſti veſtibus. 6
Aquam laſſo non dediſti, & eſurienti ſubtraxiſti panem. 7
B In fortitudine brachij tui poſsidebas terram, & potentiſsimus obtinebas eam. 8
Viduas dimiſiſti vacuas, & lacertos pupillorum comminuiſti. 9
Propterea circuncidatus es laqueis, & conturbat te formido ſubita. 10
Et putabas te tenebras non viſurum, & impetu aquarum inundantium non oppreſſum iri? 11
ᵃAnnon — ᵃ An cogitas quòd Deus excelſior cælo ſit, & ſuper ſtellarum verticem ſublimetur? 12
Et dicis, Quid enim nouit Deus? & quaſi per caliginem iudicat. 13
Verba infidelium: in Iob tamen minime competentia. — Nubes latibulum eius, nec noſtra conſyderat, & circa cardines cæli perambulat. 14
Nunquid ſemitam ſeculorum cuſtodire cupis, quam calcauerunt viri iniqui, 15
C Qui ſublati ſunt ante tempus ſuum, & fluuius ſubuertit fundamentum eorum 16
Qui dicebant Deo, Recede à nobis: & quaſi nihil poſsit facere Omnipotens, æſtimabant eum, 17
Cum ille impleſſet domos eorum bonis? quorum ſententia procul ſit à me. 18
Pſal. 106. — Videbunt iuſti & lætabũtur, & innocẽs ſubſannabit eos. 19
Nonne ſucciſa eſt erectio eorum, & reliquias eorum deuorauit ignis? 20
Pœnitenti bona promittũtur. — Acquieſce igitur ei, & habeto pacem, & per hæc habebis fructus optimos. 21
Suſcipe ex ore illius legem, & pone ſermones eius in corde tuo. 22
D Si reuerſus fueris ad Omnipotentem, ædificaberis, & longe facies iniquitatem à tabernaculo tuo. 23
Dabit pro terra ſilicem, & pro ſilice torrentes aureos. 24
Eritque Omnipotens contra hoſtes tuos, & argentum coaceruabitur tibi. 25
Tum ſuper Omnipotentem delicijs afflues, & eleuabis ad Deum faciem tuam. 26
Rogabis eum, & exaudiet te, & vota tua reddes. 27
Decernes rẽ, & veniet tibi, & in vijs tuis, ſplẽdebit lumẽ. 28
Prouer. 29. d. — Qui enim humiliatus fuerit, erit in gloria: & qui inclinauerit oculos ſuos, ipſe ſaluabitur. 29
Saluabitur innocens, ſaluabitur autem in munditia manuum ſuarum. 30

## CAP. XXII.

*AD hæc reſpondens Eliphaz Themanita, dixit,*
*1 Num deo commodabit vir fortis? nam qui ſapiunt, ſibi commodant.*
*Num 2 Optimo maximo voluptati eſt, ſi iuſtus ſis? aut lucro eſt, ſi vitam integram agas?*
*An 3 ob metum tui arguit te, ac tecum in ius ambulauit?*
*4 An non potius ob vitioſitatem tuam magnam, & infinitas iniquitates tuas?*
*Nam pignus à fratre tuo accepiſti abs re, ac nudis detraxiſti veſtimenta.*
*Non præbuiſti poculum aquæ laſſo, & famelico negaſti panẽ.*
*5 Violentus vir poſsidet terram, & habens authoritatem inhabitat eam.*
*Viduas dimiſiſti vacuas, & 6 lacerti pupillorum attriti ſunt.*
*Iccirco laquei circundati ſunt tibi, & terror ſubitus perturbat te.*
*7 Aut tenebras non vides? & inundationem aquarum, quæ operit te?*
*Nonne Deus cælum altum tenet? ſpectato enim verticem ſtellarum, quàm ſublimes ſunt.*
*8 Dixiſti etiam, Quid Deus ſciret? an per caliginẽ iudicaret?*
*9 Nubes ei latebræ ſunt, vt non videat, 10 & in ſphæra cæleſti verſatur.*
*11 An non obſeruaſti mundi viam, quam homines nihili ingreſſi ſunt?*
*12 Qui ariditate conſtricti ſunt in rugas, quũ potuiſſent diutius perſiſtere, & fundamẽtum eorum vt flumen diffluxit.*
*Qui dicebant Deo, Faceſſe à nobis: & quid 13 Optimus maximus faceret 14 nobis?*
*Atqui domos eorum bonis referſerat: 15 cæterum ab impiorum conſilio longe diſcrepat mea ſententia.*
*Quos inſpicientes iuſti lætantur, & innocens irridet illos:*
*16 Quum ſubſiſtentia noſtra non ſit exciſa, 17 reliquias autem iſtorum ignis abſumpſerit.*
*18 Quapropter accommoda te illi, & pacem cum eo confice, per quæ fœlicitas proueniet tibi.*
*Accipe oro legem ab ore illius, & reponito in corde tuo eloquia ipſius.*
*Si te conuerteris ad 19 Optimum maximum, 20 ædificaberis, [&] procul 21 abiges iniquitatem à tuo tabernaculo.*
*22 Ponetq; [Deus] in puluere munitionem, & torrentes auri Ophirei tanquam ſaxum.*
*23 Optimus maximus etiam inuadet hoſtes tuos, 24 tuq; habebis argentum purgatiſſimum.*
*Tunc enim in Optimo maximo te oblectabis, & 25 palmas tuas leuabis ad Deum.*
*Exorabis eum, & audiet te, tuaq; vota 26 exolues.*
*Quancunque rem decreueris, rata erit, & 27 in vijs tuis lumen ſplendebit.*
*28 Deprimuntur enim, quos dicebas elatos eſſe: & ſummiſſos Deus ſeruare ſolet.*
*29 Liberabit inſulam innocentis: liberaberis autem per munditiam manuum tuarum.*

## SCHOLIA IN CAP. XXII.

1 Heb. An Deo proderit vir, quum proderit ſibi homo prudens? i. Num aliquid vtilitatis accedet Deo ſi vir prudens cōſulat ſuæ vtilitati & ſaluti? Num Deo profuerit vir, ſua iuſtitia, & operū ſuorum rectitudine? q.d. non: ſed ſibi ſoli profuerit. Eliphaz nititur conuellere rationes Iobi, deinde illū ad pœnitentiam hortatur. Dixerat Iob impios quandoq; tranquille viuere: contrà vero, pios ſæpiſsime affligi. Vtranq; rationem cōſutat, oſtendens id Dei prouidentia fieri, qui expectet impios ad [illegible], & inuitet. 2 Omnipotenti 3. i. an quod timeat ſibi ab operibus malis ſtatim corripit impios, & cōdemnat? q.d. non: ſed tardus eſt ad iram, vt impiū ad pœnitentiam prouocet: ſtatim punit iuſtū vt illū probet. Conniuet enim aliquando, more patris, qui vt filium ſeruet, differt afflictionem: nōnunquā vero affligit, vt inſperato iudiciū ſuū promat. q.d. Tu ex diuturna fœlicitate impij, vis cōcludere Deū nō curare mortalia: ſed hoc falſum eſt. quum tamen hoc nollet dicere Iob. 4 vel, Nōne afflictio tua eſt multa? at iniquitatibus tuis nō eſt finis. Nonne, pro ſane. q.d. fateor equidē te grauiter affligi. 5 Heb. At viro brachij (erat) terra: & cuius facies acceptatur, habitat in ea. Virum brachij vocat potentē. q.d. Pauperes nō dignaris pane, at potentibus poſſeſsiones tuas offers, & ijs quos magnifaciūt homines propter authoritatē eorum. Hæc ſunt peccata grauiſsima quæ non reputant homines. 6. i. vires ac facultates pauperum atteruntur te vidente & ſciēte. 7 Heb. Aut tenebræ, nec vides: & copia magna aquarū obruit te. i. Aut tenebræ afflictionū perturbauerunt te, nec vidiſti: & tribulationū copia te obruit. q.d. propter peccata quæ recenſuimus, omnia hæc mala acciderūt tibi. 8 Dicēſne icc irco. q.d. an propterea quod tantum chaos ſit inter nos & Deum dices eum nō poſſe videre, & ſic iudicare quæ à nobis fiunt? 9 Sub. Et an dices, quod nubes, &c. 10 & in circuitu cæli deambulat. i. tantum curat cæleſtia, nō terrena 11. i. Non obſeruaſti quid euenerit hominibus prauis, vt quos diluuiū aut flamma perdidit? Alij vertunt, Nunquid ſemitam ſeculi ſeruabis, quam calcauerunt homines iniquitatis? Semitam ſeculi, vocat opinionē antiquorum qui erāt tēpore diluuij. q.d. Viſne tueri opinionē illam antiquorū, tēpore diluuij, qui omnes cēſebant tollendam eſſe diuinam prouidētiam? 12 Qui exterminati ſunt, quum nō aduenisset tēpus: & fluuius effuſus fuit in fundamētum eorum. i. Ante tēpus, morte violēta perierunt aquis diluuij. 13 Omnipotēs 14 Heb. illis? Tertia perſona pro prima, nobis. 15 Hebr. & (vel, proinde) cōſilium improborū lōge eſt à me. Verba ſunt Eliphaz, vt nōnullis placet: alij verba Iobi eſſe volunt, & ſubaudiunt, propterea. Poteriſne propterea dicere, Cōſilium impiorū procul eſt à me? i. Num poteris dicere, te nō ſentire cū improbis, quum tu, vt ipſi, prouidētiam Dei tollas? 16 Sane non fuit deleta ſubſiſtētia noſtra. Vel, inſtauratio noſtra. i. Noe, qui genus noſtrum inſtaurauit, nō perijt in diluuio. 17 reliquias autē iſtorum deuorauit ignis. Sub. de cælo emiſſus, qui Sodomā & alias vrbes deuorauit. 18 vel, Aſſueſce quæſo cum illo, & habebis pacē: in illis eueniet tibi bonum. i. Aſſueſce ambulare in via Dei, & viues in pace: in illis, ſub. vijs Domini (relatiuum ſine antecedente) euenient tibi omnia fœlicia. 19 Omnipotentem, 20. i. rurſum aſſequēris eam fœlicitatem quam habebas: rurſum habebis filios. 21 vel, abige 22. i. Adeo creſcere te faciet Deus vt munitionem ſiue turrim ædifices in terra, ob ingentē auri copiam. Alij legunt, Et pones ſuper puluerem aurum: & inſtar rupis torrentium aurum obrizum. Imperatiuum eſt Hebræis pro futuro. Vſqueadeò abundabis auro, vt illud ſis, tāquam rem viliſsimā, depoſiturus in terra: & inſtar petræ magnæ fluminum erit tibi aurū Ophir. q.d. nō pluris facies aurum quàm lapides. Alij, Habebis tantū auri, vt æquare poſsis mōtē vnde oriuntur multa flumina. 23 vel, Et aurū tuū erit Omnipotens. i. multum & ingens. Ita enim res exaggerāt Hebræi addito nomine Dei. hoc eſt cumulus aureorū tuorū erit ingēs. 24 & argentū duplex erit tibi. i. Abūdabis multo amplius argēto quàm prius. 25 faciem tuā 26 cum ſcilicet eris voti cōpos. q.d. reddet te voti cōpotem. 27 id eſt, fauebit tibi Deus, in ſumma fœlicitate ambulabis. 28 Cum humiliabūtur (ſub. alij, tūc) dices, Exaltatio (mihi eſt) nam humilem oculis ſeruare ſolet. Sub. Deus. 29 Innocens ſeruare ſolet totam regionem, & ſeruabitur (ſub. regio) ob puritatē manuum tuarum. i. ob integritatem operum tuorum. Manus pro opere.

= pœnitentiam

## CAP. XXIII.

*AD hæc reſpondens Iob, dixit,*

*1 Etiamnum triſti oratione vtor: quanquam mea calamitas ſuperat gemitus meos.*

*Vtinam 2 ſciam, & inueniam eum, & veniā ad ſolium eius:*

*3 Informarem [enim] ante illum cauſam meam, & os meum argumentis 4 inſtruerem:*

*Sermones [quoque] cognoſcerem, quibus mihi reſponderet: ac intelligerem quid mihi diceret.*

*Num 5 virtutis magnitudine litigabit mecum? non, ſed ipſus 6 mihi [vires] conferet.*

*7 Ibi cum eo probus diſceptabit, 8 ac tandem aſſeram [meam animam] à iudice meo.*

*Si ad 9 Orientem eam, nuſpiam ille apparet, aut 10 in Occaſum, non animaduerto eum.*

*11 Dum agit quippiam ad læuam, ego non ſpecto: 12 & ad partem dexteram ſe abdit, vt non videam.*

*13 Nam viam [meam] perinde nouit atque ego: captoq; experimento de me, vt aurum prodij.*

*Pes meus tenuit greſſum illius, [&] viam illius obſeruaui, 14 neque deflexi.*

*15 Non remoui etiam præcepta labiorum illius ab inſtituto meo, [&] eloquia oris eius recondidi.*

*16 Et quum perpetuò ſui ſimilis ſit, quis ab eo rationē exiget? quod expetiuit anima illius, fecit.*

*17 Quumq; perfecerit quod de me decreuerat, fecit quod aliàs ſæpe ab eo factum eſt.*

*18 Quamobrem percellebar metu ab eo, 19 præcogitabam [hæc,] & timebam eum.*

*Meumq; cor 20 molliuit Deus, & Optimus maximus turbauit me.*

*Non enim exciſus ſum 21 malo improuiſo: 22 neque caligo faciem meam operuit.*

1 REſpondens autem Iob, ait,

2 ⁋Nunc quoque in amaritudine eſt ſermo meus, & manus plagæ meæ aggrauata eſt ſuper gemitum meum.

3 ⁋Quis mihi tribuat vt cognoſcam & inueniam illum, & veniam vſque ad ſolium eius?

4 ⁋Ponā corā eo iudiciū, & os meū replebo increpationib⁹,

5 ⁋Vt ſciam verba quæ mihi reſpondeat, & intelligam quid loquatur mihi. B

6 ⁋Nolo multa fortitudine contendat mecum, nec magnitudinis ſuæ mole me premat.

7 ⁋Proponat æquitatem contra me, & perueniet ad victoriam iudicium meum.

8 ⁋Si ad Orientem iero, non apparet: ſi ad Occidentem, non intelligam eum.

9 ⁋Si ad ſiniſtram, quid agam? nō apprehendam eum. ſi me vertam ad dexteram, non videbo illum. C

10 ⁋Ipſe vero ſcit viam meam, & probabit me quaſi aurum quod per ignem tranſit.

11 ⁋Veſtigia eius ſecutus eſt pes meus, viam eius cuſtodiui, & non declinaui ex ea.

12 ⁋A mandatis labiorum eius non receſsi, & in ſinu meo abſcondi verba oris eius.

13 ⁋Ipſe enim ſolus eſt, & nemo auertere poteſt cogitationē eius: & anima eius quodcunque voluit, hoc fecit. D

14 ⁋Cumque expleuerit in me voluntatē ſuam, & alia multa ſimilia præſto ſunt ei.

15 ⁋Et idcirco à facie eius turbatus ſum: & conſiderās eum, timore ſolicitor.

16 ⁋Deus molliuit cor meū, & Omnipotens cōturbauit me.

17 ⁋Non enim perij propter imminentes tenebras, nec faciē meam operuit caligo.

Aſſerit Iob ſe potentiam & ſententiam iudicis vereri: & tamen ſe non affligi ob peccata.

## SCHOLIA IN CAP. XXIII.

1 Heb. Etiam hodie (quo) exacerbatio eſt eloquium meum, manus mea grauis eſt ſupra gemitum meum. i. Etiam hodie quo grauiſsime ſtomachor, plaga mihi illata grauior eſt quam vt eam querimonia explicare poſsim. Deſcribit grauitatem afflictionis ſuæ. 2 Vtinam ſcirem. ſubaudi, vbi Deus ſit, quaſi dicat, Vtinam mihi negotium eſſet cum Deo cui nihil ignotum: non cum hominibus, quos multa latent. 3 Heb. diſponerem 4 Hebraiſmus, replerem. 5 multitudine virium. Aſſerit Deum iuſtiſsimum eſſe, vt qui certare velit ratione, non potentia & viribus. 6 Heb. ponet in me. ſub. vires. 7 Illic. aduerbiū loci pro aduerbio tēporis, tūc: cū ſcilicet



ſcilicet dederit mihi vires ſubſiſtendi cū illo. 8 & liberabo meipſum in perpetuū à iudicāte me. i. ab hominibus dicētibus me impiū eſſe, vt vltra nō ſit opus diſceptatione. 9 Heb. partē anteriorē. q.d. Optarem diſceptare cū Deo: ſed vbi inueniā? 10 Heb. retro. vel, ad partē poſteriorē. Dicit Deū conſilio humano non inueniri, nec eum habere certā ſedē. 11 (Si) ad ſiniſtram dum operatur, nec videbo. i. Si eam ad Septentrionē (qui reſpiciēdo ad Orientē eſt in ſiniſtra) vbi mirabilia operatur, nec tamen eum videre potero. 12 Heb. abſcōdit dexterā, & nō videbo. 13 Si cognoſcat viam quæ eſt apud me, & probet me, egrediar vt aurū. i. Si notā habuerit Deus rationē vitæ meæ, & probauerit: egrediar à cōſpectu eius ſicut aurū puriſsimū: nullā inueniet in me maculam. 14 Hæc verba, Neque deflexi, iungi poſſunt ſequenti verſui, A præcepto labiorum eius. 15 Heb. A præcepto labiorū eius: (iungitur præcedēti) neq; deſerui: (ſub. præcepta eius) abſcondi (in corde meo) verba oris eius diligentius quàm neceſſaria mea. i. chariora mihi fuerunt præcepta Dei, quàm id quo anima mea fouetur & tuetur. Præceptū labiorum Dei vocat id quod Deus ore ſuo præcepit. 16 Heb. Et ipſe (erit) in vno, & quis auertet illū? i. ſi fuerit in vna ſentētia, quis auertet illū? Reſpondere videtur tacitæ obiectioni, Quomodo audes tueri innocentiā aduerſus Deū? ac ſi dicat, Optarē diſceptare cū Deo, quāuis ſciā eum eſſe Omnipotētē & immutabilē. 17 Quia perfecit neceſſaria mea: & ſicut hæc multa ſunt apud illū. Optarim inquā cū Deo diſceptare: nam perfecit quicquid mihi erat opus: ipſe corporis mei artifex: & omniū quæ in me ſunt: & ſicut hæc, id eſt huiuſmodi multa ſunt apud illū, talia multa facere ſolet in ipſis animātibus & alijs rebus. 18 Propterea à facie eius timere debuerā. ita verti debet futurū ex Hebræo. i. hac ratione quia Deus eſt Omnipotēs, debuerā perturbari. 19 conſyderabo & timebo illu. i. Si conſyderarē maieſtatem illius, timere deberem mihi ab illo. 20 Sub. varijs afflictionibus. 21 Hebr. ante tenebras. i. afflictionem. 22 neque abſcondit caliginem ante me. i. neque texit afflictionem meam.

## CAP. XXIIII.

Deus res humanas curat.

Iob hominum iniquitates deſcribit.

 AB Omnipotente non ſunt abſcondita tempora: qui autem nouerunt eum, ignorant dies illius. 1

⁋Alij terminos tranſtulerunt, diripuerunt greges, & pauerunt eos. 2

⁋Aſinum pupillorum abegerunt, & abſtulerunt pro pignore bouem viduæ. 3

⁋Subuerterunt pauperum viam, & oppreſſerunt pariter manſuetos terræ. 4

⁋Alij quaſi onagri in deſerto egrediuntur ad opus ſuum, °vigilanteſque ad prædam, præparant panem liberis. 5

° vigilantes ad

B ⁋Agrum non ſuum demetunt: & vineam eius, quem vi oppreſſerint, vindemiant. 6

⁋Nudos dimittunt homines, indumenta tollentes, quibus non eſt operimentum in frigore: 7

⁋Quos imbres montium rigant: & non habētes velamen, amplexantur lapides. 8

⁋Vim fecerunt deprædantes pupillos, & vulgum pauperem ſpoliauerunt. 9

⁋Nudis & incedētibus abſque veſtitu, & eſurientibus tulerunt ſpicas. 10

⁋Inter aceruos eorum meridiati ſunt, qui calcatis torcularibus ſitiunt. 11

⁋De ciuitatibus fecerunt viros gemere, & anima vulneratorum clamauit, & Deus inultum abire non patitur. 12

C

⁋Ipſi fuerunt rebelles lumini, neſcierunt vias eius: nec reuerſi ſunt per ſemitas eius. 13

⁋Mane primo °conſurget homicida, °interficiet egenum & pauperem: per noctem verò erit quaſi fur. 14

° conſurgit ° interficit

⁋Oculus adulteri obſeruat caliginem, dicens, Non me videbit oculus: & operiet vultum ſuum. 15

⁋Perfodit in tenebris domos, ſicut in die condixerāt ſibi, & ignorauerunt lucem. 16

⁋Si ſubito apparuerit aurora, arbitrantur vmbram mortis: & ſic in tenebris quaſi in luce ambulant. 17

Impiorum maledictio.

⁋Leuis eſt ſuper faciem aquæ: maledicta ſit pars eius in terra, nec ambulet per viam vinearum. 18

⁋Ad nimium calorem tranſeat ab aquis niuium, & vſque ad inferos peccatum illius. 19

D

⁋Obliuiſcatur eius, miſericordia: dulcedo illius, vermes, non ſit in recordatione, ſed conteratur quaſi lignum infructuoſum. 20

⁋Pauit enim ſterilem & quæ non parit, & viduæ bene non fecit. 21

⁋Detraxit fortes in fortitudine ſua: & cum ſteterit, non credet vitæ ſuæ. 22

⁋Dedit ei Deus locum pœnitentiæ, & ille abutitur eo in ſuperbiam: oculi autem eius ſunt in vijs illius. 23

⁋Eleuati ſunt ad modicum, & non ſubſiſtent, & humiliabuntur ſicut omnia, & auferentur & ſicut ſummitates ſpicarum conterentur. 24

⁋Quòd ſi non eſt ita, quis me poteſt arguere eſſe mentitum, & ponere ante Deum verba mea? 25

*QVare 1 ab Optimo maximo nō ſunt abſcōdita tempora, & agnoſcentes eum non ſpectarūt dies eius? Sunt enim qui limites remouent, qui gregē rapiunt & paſcunt:*

*Qui aſinum pupillorum abigunt, qui loco pignoris accipiunt bouem viduæ:*

*Qui pauperes pellunt ex via, ita vt in latebras abdātur, quotquot in terra humiles ſunt.*

*Ecce velut onagri 2 exeunt in ſolitudinem ad opus ſuū peruestigantes prædam: 3 quibus deſertum panem profert ad liberos alendos.*

*In agro 4 farraginem ſuam demetunt, & in vinea [aliena] vindemiant impij.*

*5 Nudum adigunt, vt pernoctet ſine veſtimento, & careat indumento per frigus:*

*6 Vt madeant homines in montibus à nimbo, & ſaxum amplexentur non habentes ſuffugium.*

*7 Rapiunt pupillo, quod poſt vaſtationem relictum fuerat, 8 & cum iniuria humilium pignus accipiunt.*

*Cogunt etiam nudum incedere ſine veſtimento, 9 & famelicè geſtant manipulum.*

*Intra muros 10 eorum exprimunt oleum, quiq; in torcularibus calcant, ſitiunt.*

*Clamāt homines 11 oppidani, & anima vulneratorum vociferatur: 12 quæ quidem abſurda Deus hominibus hauduaquam propoſuit.*

*Ipſi autem 13 facti ſunt rebelles in lucem, neque vias eius agnoſcunt, neque ſedent in ipſius ſemitis.*

*14 Prima luce homicida ſurgit, & occidit humilem atque pauperem: noctu autem ſimilis erit furi.*

*Oculus etiam mœchi obſeruat 15 crepuſculum, dicens, Non cernet me oculus, 16 faciemq; palliat.*

*Perfodiunt domos noctu, quas interdiu ſibi notarunt, minimeq; lucem probant.*

*17 Vniuerſis ipſis matutina lux æque inuiſa eſt atq; denſiſsima caligo mortis: 18 ſiquis enim cognoſcat eos, affert terrores denſiſsimæ caliginis.*

*Quiſq; illorū 19 diffugit per aquas, & portioni eorū maledicitur in terra, neque deflectunt ad viā ducentem ad vineas.*

*[20 Vtq;] terra torrida & calor abſumūt aquas niuales, [ita] 21 infernus eos qui peccauerunt.*

*Obliuiſcitur eiuſmodi hominis 22 ad miſericordiam procliuis, 23 eſtq; dulcis cibus vermium, nec vlla memoria ipſius relinquitur, ac velut 24 arbor iniquitas confringitur.*

*Qui ſterilem quæ non 25 pariebat, afflixit, 26 neque exhilarauit viduam.*

*27 Quin & potentes verſat ſua potentia, attamen ab illis euectus non fidit ſuæ vitæ.*

*28 Siquis etiam ei donet vt tutus agere poſsit, ac nitatur illi, oculi eius ſpeculantur vias eius [ad nocendum.]*

*29 Quumq; breui tempore in faſtigio fuerint, nulli erunt, ac redigentur ad paupertatem, vtq; [alij] omnes contrahuntur, & vt caput ſpicarum ſucciduntur.*

*30 Quis autem me conuincet mendacij, quòd hæc ita non habeant? & quis ſermonem meum confutabit?*

## SCHOLIA IN CAP. XXIIII.

1 Ab Omnipotente. Hic Iob perſonam induit eius qui prouidentiā Dei non agnoſcat,aut certe de ea dubitet.ac ſi dicat , Vos dicitis Deo nihil eſſe abſconditū, & ego quæro à vobis , quomodo illi tempora,& ea quæ ſunt in tempore,non ſunt abſcondita,cū videamus impios homines liberè graſſari in innocentes,&c. Nullam habet Deus affinitatē cum tēpore:quare igitur ea quæ ſub tempore fiunt agnoſceret, quū ij qui maiorē de eo habent cognitionē , non viderint illū obnoxium tempori?æternus in cælis agit,nihil curans quæ in hoc mundo agātur. 2 in deſerto, exeunt.i. Illi ſunt feri & crudeles more ferarū ſurgētes mane ad parandā ſibi prædam. 3.i. illi omnes furto & rapto viuunt. 4 pabulum eius,ſubaudi,inopis. 5 Heb. Nudus pernoctat. 6 Heb. Humectantur inundatione montium: & abſque protectione habitant in rupe.i. madent aqua quæ è montibus defluit : & eo quod nihil habeant quo ſe tueri poſsint ab iniurijs cæli,habitāt in cauernis. 7 vel, Deprædantur præ depopulandi cōſuetudine.aut,Pupillū deprædātur ab vbere.i. eum qui adhuc pendet ab vbere. 8 & accipiunt in pignus quod eſt ſuper pauperem. 9 & famelici ſunt qui portauerūt manipulos.i.redigunt ad extremā paupertatē eos qui tēpore meſsis collegerant ſegetes quibus viuerent. 10 Sub.impiorū. Alij vertunt inter muros ſuos oleū exprimūt,& torcularia calcant,& ſitiūt.i. In domo ſua in qua prelū eſt,pauperes exprimunt oleū iſtorū impiorū,nec eos potu dignantur. 11 de vrbe.ſub. ob iniuriā. incipit narrare quæ faciāt in vrbibus,declaratis ijs quæ in agris. 12 Hebr. & Deus non ponit inſulſum.i.nihil agit ſine ratione. q.d.ſi ita res haberet vt dicis , nempe Deū nō affligere impios vt inuitet ad reſipiſcentiā: pios autē affligere vt exploret & probet : quomodo poſſes Deū tueri ab iniuria, qui tamen nihil agit ſine ratione ? nam hoc pacto incommodaret pijs qui affligerentur ab impijs. Docti quidā Hebræorū legunt, Et Deus nō ponet prohibitionē.i.non prohibet eorū opera:non obſiſtit eis. 13 ſunt ex his qui rebelles ſunt luci.i.Deo,vel legi. 14 Sub. lucē. Appetente luce. 15.i.veſpertinū tēpus.primas tenebras, tempus commodum adulterio perpetrando. Obſeruat inquit:vt videas illos non peccare infirmitate, ſed malitia. 16 Hebr. adijciet mihi abſconſionē faciei.i.reddet me incognitum. 17 Heb. Quia ſimul mane eſt illis velut vmbra mortis.i. ipſi abhorrēt à luce matutina, tanquā à morte. 18 Heb.quum cognoſcet,terrores vmbræ mortis (ſunt)illis.i. Quum agnoſcere poteſt vnus alterū,hoc eſt appetente luce matutina vbi vident lucē aduenisse , triſtantur ad mortē vſq;. 19 Heb.Leuis eſt ſuper faciem aquæ:maledicta eſt portio eorum in terra:neq; recedit(vllus) via vinearū. Velociter,inquit, mane ſe ad mare recipiunt, in loca maledictioni obnoxia.i. arentia & inculta: nec recedunt via regia,ne agnoſcantur. Quidā vertunt,Nemo aſpicit viam vinearū. 20 q.d. Ita eſt vt dicimus: & tamē Deus patienter eos ſuſtinet, nec quicquā mali ſentiunt ne in ipſa quidē morte: nullas dant pœnas in hoc mūdo. 21 ſepulchrum 22 vel,amicus, 23 os vermis eſt illi.ſub.dulce.q.d.nihil à morte ſentit doloris,celerrime abſumunt eum vermes. 24 quæ ſcilicet vi aliqua tempeſtatis frangi ſolet. 25 pariet.i.quæ nunquam paritura eſt.ſterilem vxorē afflixit ob ſterilitatem. 26 & viduam (ſub. opprimit , cui) nemo benefacturus eſt. Vel vt alij,& viduæ non benefaciet. 27.i. ſuo arbitratu euehunt ac redigunt in ordinē quoſlibet impij. Alij vertunt,(Et tamen ſecum)trahit fortes viribus ſuis:ſurget, nō credet vitæ. i. Tantis pollet viribus vt fortiſsimos robore vincat , & abducat quò velit:ſi inſurrexerit in aliquem, & adoriatur , is quem adortus fuerit,non ſperabit ſe vltra victurum. 28 Heb. Dat illi ad confidentiā , & innitetur illi:& oculi eius ſunt ſuper vias eorū. Solent boni dare illis munera vt confidēter habitent inter illos: at poſtea inſidiantur illis à quibus munera acceperunt. 29 vel, Diſcedunt paululum, & non eſt, & illi humiliantur ſicut quiuis : obthurantur , & vt ſummitas ſpicæ ſucciduntur.i. Cum illi qui munera dederunt impio , diſceſſerint paululum ex vrbe, nuſquam comparet impius quo nitebantur,quia ſequitur illos,& humiliantur illi vt alij à quibus improbi munera non acceperunt : obthurantur ora eorum ab improbo ne clament, & occiduntur. 30 Hebr. quod ſi non(ita ſit,)vbinam eſt qui me mendacij arguat, & redigat in nihilum ſermonem meum? q. d. nemo. Quod ſi dicas rem aliter ſe habere,quis eſt qui poſsit me in hac re mendacem oſtendere?

## CAP. XXV.

*AD hæc reſpondens Bildad Subita,dixit,*
*1 Imperium & formido eſt penes illum , qui pacem conficit in ſublimi ſuo loco.*
*Num eius milites numero comprehenduntur ? aut cui 2 lux illius non oritur?*
*Et quid iuſtitiæ ſibi arroget homo friuolus Deo comparatus? & quid purus eſſet natus mulieris?*
*3 Ecce facit vt non exiſtat lux vſque ad lunam,& ſtellæ non ſunt puræ in oculis eius:*
*4 Quanto minus homo friuolus,qui putredo cenſeri poteſt? & filius hominis,qui 5 vermiculus?*

1 REſpondens autem Baldad Suhites,dixit,
2 ℣ Poteſtas & terror apud eum eſt qui facit concordiam in ſublimibus ſuis.
3 ℣ Nunquid eſt numerus militum eius ? & ſuper quem non ſurget lumen illius?
4 ℣ Nunquid iuſtificari poteſt homo comparatus Deo , aut apparere mundus natus de muliere?
5 ℣ Ecce luna etiam non ſplendet,& ſtellę non ſunt mundæ in conſpectu eius:
6 ℣ Quanto magis homo putredo , & filius hominis vermis?

## SCHOLIA IN CAP. XXV.

1 Dominatio & timor qui apud illū eſt,facit pacē in excelſis eius. Nititur Baldad defendere iuſtitiā diuinam , & improbum Iob cóprobare. Fieri nō pōt,inquit, vt Deū dicamus iniuſtū:is enim eſt ad cuius nutū conſiſtūt cæleſtia. ſumpto argumēto à potentia. Dominatio, & reueréda quædā maieſtas quæ apud illū eſt,facit vt corpora cæleſtia ſine vllo diſsidio fungantur ſuis officijs , & moueantur. 2.q.d. Omnes lumine diuino illuſtrantur:de plenitudine gratiæ eius omnes accipiunt. 3 Heb. Ecce vſque ad lunā non lucebit. Latine,Sed ne luna quidem lucida eſt cum Deo collata. Futurū pro præſenti. 4 vel,Quāto magis homo qui eſt vermis? 5 Repetitio.

## CAP. XXVI.

*AD hæc reſpondens Iob,dixit, 1 Cui opem fers?num ei qui vires non habet? 2 quem ſeruas?an eum qui non habet potens brachium?*
*3 Cui das conſilium?eine, qui ſapientia caret? 4 eumq; doces, qui affluit ſapientia?*
*5 Cuinam ſermones narras? 6 aut cuius ſpiritus egreditur ex te?*
*7 Res emortuæ[à Deo]formātur ſub aquis,& in vicinis locis.*
*8 Nudus ante illum extat infernus , neque interitus habet velamentum.*
*Qui Aquilonem extendit ſuper inane , & terram ſuſpendit ſuper nihilum.*
*Qui 9 cohibet aquas in ſuis nubibus , neque nubes rumpitur 10 ab eis.*
*Qui 11 cōſtruxit faciē ſolij, 12 ſuper quod expādit nubē ſuā.*
*Terminū præſtituit aquis, 13 dū cōſummētur lux cū tenebris.*
*Colūnæ cæli cōcutiūtur,& 14 ſtupefiūt ab illius increpatione.*
*15 Sua potentia ſcindit mare , & intelligentia ſua compeſcit [eius] ferociam.*
*16 Suoq; ſpiritu adornauit cælos, [& ] manus eius formauit 17 ſerpentem vectem.*

1 REſpondens autem Iob, dixit, — Iob ridet Baldad.
2 ℣ Cuius adiutor es?nunquid imbecillis?& ſuſtentas brachium eius qui non eſt fortis?
3 ℣ Cui dediſti conſilium?forſitan illi qui non habet ſapientiam,& prudentiam tuam oſtendiſti plurimam. B
4 ℣ Quē docere voluiſti?nónne eum qui fecit ſpiramentū?
5 ℣ Ecce gigantes gemunt ſub aquis,& qui habitāt cum eis.
6 ℣ Nudus eſt infernus coram illo , & nullum eſt operimentum perditioni.
7 ℣ Qui extendit Aquilonem ſuper vacuum,& appendit terram ſuper nihilum. C
8 ℣ Qui ligat aquas in nubibus ſuis , vt non erumpant pariter deorſum.
9 ℣ Qui tenet vultū ſolij ſui,& expādit ſup illud nebulā ſuā.
10 ℣ Terminum circundedit aquis vſque dum finiantur lux & tenebræ.
11 ℣ Columnæ cæli contremiſcunt, & pauent ad nutum eius. D
12 ℣ In fortitudine illius repente maria congregata ſunt, & prudentia eius percuſsit ſuperbum.
13 ℣ Spiritus eius ornauit cælos: & obſtetricante manu eius, eductus eſt coluber tortuoſus.

℣ Ecce,



℣ Ecce, hæc ex parte dicta ſunt viarum eius : & cum vix paruam ſtillam ſermonis eius audierimus , quis poterit tonitruum magnitudinis illius intueri? 14

*18 Atque iſta duntaxat extrema ſunt viarum eius: & quantulam portionem audiuimus de iſto negotio ? quis autem tonitru potentiæ illius cognoſceret?*

## SCHOLIA IN CAP. XXVI.

1 Heb. Quid adiuuiſti,in non eſt robur vllum? Iob ridet quodāmodo argumenta Baldad:propterea non reſpōdet, quū ad ſimilia iam reſpōderit. In qua re,inquit , adiuuiſti ſententiā tuā de prouidentia Dei particulari,[redacted]? 2 ſaluaſti brachio infirmo.i.putaſti eā cōfirmare ratione infirma & inualida. 3 Quare decreuiſti ſine ſapiētia?.i.quamobrē imprudenter id cōſilij cepiſti, roborare hanc tuā ſententiā[redacted]quod tibi cedet ad imprudentiā. 4 notificaſti abūde ordinationē. Ironia. Aperte notā feciſti ꝓuidētiā diuinā.q.d.notā nō reddidiſti prudētiā tuā hac re. 5 .q.d. putaſne te ſermonē facere cū homine imperito? 6 & anima egreſſa eſt ex te?vel,cuius animus exiuit à te?.i.quis te talia docuit ? quē ſequutus hæc dixiſti? 7 Quæ vitæ expertia ſunt,naſcūtur ſub aquis, ſub habitatoribus earū. De metallis loquitur.q.d. Extendit ſe prouidentia Dei ad profunda maris, & ſub piſcibus qui habitant ipſas aquas,vbi gignuntur ipſa metalla. 8 infernū intelligit centrū terrę. q.d. infernus & perditio nota ſunt Deo, carēt velamēto. infernū & perditionē pro eodē accipit, id eſt,locū in quē res quæ deſcendunt, pereunt. 9 colligat. 10 ſub ipſis.ſub.aquis. 11 Conſtringit faciē ſolij.i.aerē & vaporē exiſtentē in media regione ſublimi,qui eſt ante faciē ſolij eius,hoc eſt cæli. 12 ſuper eū.ſub. aerē regionis frigidæ. illic vapores conſtringūtur in nubē. 13.i.quādiu erit mūdus. 14 cōmouētur. 15 vel,virtute eius quieſcit mare ipſū. 16 He. Spiritu eius cęli(ſunt)ipſa pulchritudo.i.ſunt pulcherrimi. 17 colubrū fugacē. Viā illā lacteā ſignificat, quæ refert colubrū : & per hoc reliqua ſigna intelligit. q.d. creauit omnes imagines cæleſtes. 18 Heb. Ecce hæc,partes ſunt viarum eius:ſed quàm exigua eſt res de qua audiamus? & vim potentiarū eius quis conſyderabit? Profecto , inquit, hæc quæ dixiſti, ſunt portio aliqua eorum quæ facit Deus: ſed quā exigua res eſt de qua audiamus alios loquentes & diſſerentes ? & magnitudinem potentiæ eius quis agnoſcet?

## CAP. XXVII.

Tuetur hic Iob cauſam ſuā vt antea,& Deum accuſat. Innocens Iob.

ADdidit quoq; Iob, aſſumēs parabolā ſuā,& dixit, 1
℣ Viuit Deus,(qui abſtulit iudiciū meū,& Omnipotēs q ad amaritudinē adduxit animā meā,) 2
℣ Quia donec ſupereſt halitus in me,& ſpiritus Dei in naribus meis, 3
℣ Non loquentur labia mea iniquitatem , nec lingua mea meditabitur mendacium. 4
℣ Abſit à me vt iuſtos vos eſſe iudicem : donec deficiam, non recedam ab innocentia mea. 5
B ℣ Iuſtificationem meā quā cœpi tenere,nō deſerā: neque enim reprehendit me cor meum in omni vita mea. 6
* Sit vt — ℣ * Sicut impius inimicus meus, & aduerſarius meus quaſi iniquus. 7
Afflictio impiorum. — ℣ Quæ eſt enim ſpes hypocritæ ſi auarè rapiat, & non liberet Deus animam eius? 8
℣ Nunquid Deus audiet clamorem eius , cum venerit ſuper eum anguſtia? 9
℣ Aut poterit in Omnipotente delectari,& inuocare Deū omni tempore? 10
℣ Docebo vos per manum Dei quæ Omnipotens habeat, nec abſcondam. 11
℣ Ecce,vos oēs noſtis,& vt q̄d hęc ſine cauſa vana loqmini? 12
C Maledictiones impij — ℣ Hæc eſt pars hominis impij apud Deum , & hæreditas violentorum, quam ab Omnipotente ſuſcipient. 13
℣ Si multiplicati fuerint filij eius, in gladio erūt,& nepotes eius non ſaturabuntur pane. 14
℣ Qui reliqui fuerint ex eo,ſepelientur in interitu , & viduæ illius non plorabunt. 15
℣ Si comportauerit quaſi terram argentum,& ſicut lutum preparauerit veſtimenta: 16
℣ Præparabit quidem,ſed iuſtus veſtietur illis , & argentum innocens diuidet. 17
℣ AEdificauit ſicut tinea domum ſuam, & ſicut cuſtos fecit vmbraculum. 18
Pſal.48. — ℣ Diues cum dormierit, nihil ſecum auferet : aperiet oculos ſuos , & nihil inueniet. 19 D
℣ Apprehendet eum quaſi aqua inopia, nocte opprimet eum tempeſtas. 20
℣ Tollet eum ventus vrens , & auferet, & velut turbo rapiet eum de loco ſuo. 21
*Emittet — ℣ *Et mittet ſup eū,& nō parcet:de manu ei⁹ fugiēs fugiet. 22
℣ Stringet ſuper eum manus ſuas, & ſibilabit ſuper illum, intuens locum eius. 23

*V1 Lterius quoq; ſermonē ſuum proſequēs Iob , dixit,*
*2 Per Deum viuentem , qui 3 me præter meritum afflixit : & per 4 Optimum maximum , qui me in triſtitiam coniecit:*
*Nunquā dū in me halitus erit, & 5 flatus Dei in naſo meo,*
*Labia mea loquentur iniquitatem,& lingua mea dolum meditabitur.*
*Abſit à me,vt 6 veſtram ſententiam probem : 7 donec expirabo minime adimam mihimet integritatem:*
*Sed iuſtitiam meam retinebo, & non deponam eam, 8 neque committam vt me vnquam culpet cor meum*
*Qui mihi aduerſatur [ hac in cauſa ] impius : & qui ſe mihi opponit , iniquus habendus eſt.*
*Quid enim hypocritæ ſperandum eſt , 9 quum Deus extrahet illius animam , ſi commoda ſua comparet ?*
*Num clamorem eius audiet deus , quum pericula ei accident?*
*Num in 10 Optimo maximo ſeſe oblectabit, omnique tempore inuocabit Deum ?*
*Docebo vos 11 per Dei gratiam , neque celabo 12 vt res diuinæ comparatæ ſint.*
*Ecce 13 autem,quum vos omnes ſpeculationibus [theologicis] operam dederitis,quare tam vanas opiniones habetis?*
*Hæc eſt 14 pars impij hominis ex Deo , & hæc hæreditas, quam percipiunt tyranni ab Optimo maximo.*
*15 Si numerum liberorum adauxerint,gladio perimentur,& poſteri eorum non ſaturabuntur pane.*
*16 Reliqui facti,lue perempti ſepelientur , & ipſorum viduæ non lugebunt.*
*Si coaceruet [ impius ] argentum vt puluerē, & 17 paret veſtem vt argillam:*
*Parabit ille quidem , at iuſtus induet , ac innocens diuidet argentum.*
*AEdificabit domum ſuam 18 vt tinea,vtque cuſtos [ hortorum ] conſtruit tugurium.*
*Diues 19 decumbet, nec honorifice funerabitur: 20 aperiet oculos,& nemo aderit ei.*
*Ingruent in eum terrores vt aqua, & noctu furtim auferet illum tempeſtas.*
*Auferet eum 21 ventus orientalis , vt abeat , & de loco ſuo 22 deturbabit eum.*
*23 Inuehetque illi affatim malorum,quæ magno ſtudio effugere molitur.*
*24 Quo ſublato plauditur,& homines loci eius illū exibilant.*

## SCHOLIA IN CAP. XXVII.

1 Heb. Et addidit Iob aſſumere parabolā ſuā , & dixit.i. Reſumpſit Iob ſermonē , & diſceptationē intermiſſam. conquieuerat enim Iobus paululū,dū alij loquerentur. 2 Heb. viuit Deus. 3 Heb. abſtulit iudiciū meū.i.qui ſinit me affligi citra culpā meā,& ꝓpterea videtur ius meū auferre. Vel,qui me iuſte affligit iuxta opinionē veſtrā pro peccatis. 4 Omnipotētē. 5.i.quādiu ſpirauero. 6 He. vos iuſtificē.i.dicā opinionē veſtrā eſſe iuſtā. 7 .i.quādiu vixero,nō abnegabo innocentiā meā. 8 Heb.nō declinabit cor meū à diebus meis.i.nō auertetur alio mēs mea toto tēpore vitæ mæ. 9 quū ſuratus fuerit,quū pacatā reddiderit De⁹ animā eius?i. Quā ſpē de hypocrita cōcipere debemus ſi cōgreget multas diuitias , quū rapina & furto rē ſuā auxerit?quę itē ſpes erit hypocritę quū Deus permiſerit animæ eius vt viuat in hac vita in ſūma fœlicitate? Certè nulla:nā nō eſt duratura illa fœlicitas externa.q.d. quāuis ego dixerim impios fœliciter agere, nō tamē laudo ſortē & conditionē eorū:nā malus eos manet exitus. 10 Omnipotente. 11 Heb.in manu Dei.i. Deo iuuante & ſubminiſtrante facultates. Alij, quod Deus facere ſolet quotidie. 12 vos id quod eſt penes Omnipotentē .i. id quod

Omnipotēs quotidie facere ſolet. Repetitio. 13 Heb. Ecce vos oēs videtis: quare in vanitate vaneſcitis? .i. Cū videatis quę ego docebo vos, quare vanā opinionē in vanū conamini defendere? q.d. Cū dicebā improbos fœliciter agere: nō de oībus intelligebam, ſed de aliquibus tātū. 14 portio impbi hominis cū Deo .i. quod ſequitur, recipere ſolet impius à Deo. 15 Heb. Si multiplicētur filij eius, erunt gladij. 16 Superſtites eius ſepeliētur in ipſa morte .i. qui euaſerint, ſepeliētur adhuc viui moribūdi. vel, cōfecti morbo diuturno. 17 .i. tātū veſtiū parauerit, quātū eſt luti. 18 .i. nō lōgiori tēpore duraturā, q̄ domus tineæ in ligno putrido, aut veſtimēto. 19 morietur, & nō colligetur .i. nō deferetur ad ſepulchrū. 20 aperiet oculos (ſuos aliquis) & non extabit. ac ſi dicat, in puncto temporis deſinet eſſe impius. 21 .i. Eurus. 22 vt tempeſtates auferet eum .i. vt res tempeſtate auferri ſolēt, magno impetu. 23 Et immittet in eū (ſub. multa mala) nec illi parcet: à manu eius fugiēdo fugiet .i. Ob plagā Domini cogetur fuga ſibi cōſulere. 24 Complodet ſuper eum manus ſuas, & ſibilabit ſuper eum de loco ſuo. Quicunque, inquit, audierit talia accidiſſe impijs, præ admiratione collidet manus, & ſibilabit.

## CAP. XXVIII.

*H 1 Abet argentum venas, & aurum locum in quo conflant.*
*Ferrum è puluere tollitur, & lapis 2 vt æs funditur.*
*3 Tenebris poſuit [ Deus ] terminū, 4 & ad omnē pfectionē ipſe ſcrutatur lapidē in caligine & denſiſſima vmbra abditum.*
*5 Erumpit [ alicubi ] torrens, qui accolas non fert: 6 rurſum exareſcunt torrentes, vt à pede non ſentiantur: ſuperant etiam hominis ſtaturam, & qui poterant vadari.*
*Eſt terra in qua 7 panis prouenit: 8 altius autem eruta ignem exhibet.*
*Eſt locus, [ cuius ] lapides [ ſunt ] ſapphirus, habetq; 9 auri pulueres:*
*10 Eſt ſemita, quam ignorat volucris, neque illam conſpexit oculus milui.*
*11 Non calcarūt eā feræ, non leopardus ambulauit per eam.*
*12 Immittit ſuam manum ſilici, ac montes funditus euertit.*
*13 Rupibuſq; exciſis educit riuos, & [ tamen ] quicquid pretioſum eſt, cernit oculus 14 eius.*
*15 E guttis flumina colligit, & rē abſtruſam profert in lucem.*
*Vnde autē ſapiētia 16 petēda eſt? aut vbi eſt loc⁹ intelligētiæ?*
*Ignorat homo pretiū illius, neq; inuenietur in terra viuentiū.*
*17 Abyſſus enim inquit, In me non eſt. ac mare dicit, Mecum non eſt.*
*Non dabitur 18 pro illa, quod in theſauris concluſum habetur, neque argentum expendetur in pretium eius.*
*19 Non illi præponderabit aurum Ophireum, aut 20 onyx pretioſus, aut ſapphirus.*
*Non pretium illius æquabit aurum aut vitrum, nec cum ea permutabitur vas ex auro obrizo.*
*Nulla mentio fiet 21 ramoth & gabis, 22 ſapientia quoque margaritis præponderat.*
*Non 23 topazium Aethiopiæ pretium illius æquabit, 24 non aurum puriſſimum præponderabit.*
*Vnde igitur veniet ſapientia? aut vbi eſt locus intelligentiæ?*
*25 Eſt quidem abſtruſa ab oculis omnium viuentium, & recondita, vt lateat volucrem cæli.*
*26 Perditio & mors dixerunt, Audiuimus auribus noſtris famam eius.*
*Deus viā 27 eius 28 monſtrat, quippe qui nouit locum eius.*
*Is enim in partes terræ extremas proſpicit, omniaque ſub cælo videt:*
*29 Vt vento etiam pondus adhibeat, & aquas menſura comprehendat:*
*30 Præfigendo pluuiæ terminū, & viā fulguri atq; tonitruis:*
*Tunc 31 vidit, & 32 recenſuit eam, 33 parauitque illam, & 34 perueſtigauit eam.*
*35 Dixit autem homini, Ecce timor Dei 36 eſt ſapientia, & vitare malum eſt intelligentia.*

## CAP. XXVIII.

1 HAbet argentum venarum ſuarum principia: & auro locus eſt in quo conflatur.
2 ¶ Ferrum de terra tollitur: & lapis ſolutus calore, in æs vertitur.
3 ¶ Tempus poſuit tenebris, & vniuerſorum finem ipſe conſyderat, lapidem quoque caliginis, & vmbram mortis.
4 ¶ ᵃ Diuidet torrens à populo peregrinante, eos quos oblitus eſt pes egentis hominis & inuios.
5 ¶ Terra de qua oriebatur panis in loco ſuo, igni ſubuerſa eſt.
6 ¶ Locus ſapphiri lapides eius, & glebæ illius aurum.
7 ¶ Semitā ignorauit auis, nec intuitus ᵇ eſt oculos vulturis.
8 ¶ Non calcauerunt eam filij inſtitorum, nec pertranſiuit per eam leæna.
B
9 ¶ Ad ſilicē extēdit manū ſuā, ſubuertit à radicibus mōtes.
10 ¶ In petris riuos excīdit, & omne pretioſū vidit ocul⁹ eius.
11 ¶ Profunda quoque fluuiorum ſcrutatus eſt, & abſcondita in lucem produxit.
12 ¶ Sapientia verò vbi inuenitur? & quis eſt locus intelligentiæ?
13 ¶ Neſcit homo pretium eius, nec inuenitur in terra ſuauiter viuentium.
14 ¶ Abyſſus dicit, Non eſt in me: & mare loquitur, Non eſt mecum.
C
15 ¶ Non dabitur aurum obrizum pro ea, nec appendetur argentum in commutatione eius.
16 ¶ Non conferetur tinctis Indiæ coloribus, nec lapidi ſardonycho pretioſiſſimo, vel ſapphiro.
17 ¶ Non adæquabitur ei aurum vel vitrum, nec commutabuntur pro ea vaſa auri.
18 ¶ Excelſa & eminentia non memorabuntur comparatione eius: trahitur autem ſapientia de occultis.
19 ¶ Non adęquabitur ei topazius de AEthiopia, nec tincturæ mundiſſimæ componetur.
20 ¶ Vnde ergo ſapiētia venit? & q̄s eſt locus intelligentiæ?
21 ¶ Abſcondita eſt ab oculis omnium viuentium, volucres quoque cæli latet.
D
22 ¶ Perditio & mors dixerunt, Auribus noſtris audiuimus famam eius.
23 ¶ Deus intelligit viam eius, & ipſe nouit locum illius.
24 ¶ Ipſe enim fines mundi intuetur: & omnia quæ ſub cælo ſunt reſpicit,
25 ¶ Qui fecit ventis pondus, & aquas appendit in menſura.
26 ¶ Quādo ponebat pluuijs legē, & viā procellis ſonātibus:
27 ¶ Tunc vidit illam, & enarrauit, & præparauit, & inueſtigauit.
28 ¶ Et dixit homini, Ecce timor Domini, ipſa eſt ſapientia: & recedere à malo, intelligentia.

Cū res oēs ſint ab homine perueſtigabiles, ſolam Dei ſapientiam inſcrutabilem oſtendit.

ᵃ Diuidit

ᵇ eſt eam oculus

Sapien. 7. a

Sapientia. Intelligentia.

### SCHOLIA IN CAP. XXVIII.

1 Heb. Certe eſt argēto egreſſio: & auro vnde eliciūt illud. Hic Iobus docet cur idē probis & improbis eueniat: nēpe quia mundus ſubiectus eſt mutationibus. His verſiculis oſtendit quotidie aliquid noui accidere. Nunc eruuntur ex aliquo loco aurū & argentū vnde prius non educebantur. 2 effundit chalybem .i. ex terra quę concreuit in lapidē, accipitur chalybs. Aut, è lapide fuſo tollitur æs. 3 Tenebras vocat quæ non ſunt. q.d. facit Deus eſſe quæ pri⁹ non erant. 4 & omni fini quem inquirit, (poſuit finem) lapidem caliginis & vmbræ mortis .i. Omni rei obnoxiæ fini, & corruptioni poſuit finem: fecit quod erat, non eſſe. Lapidem caliginis & vmbræ mortis vocat materiam informem. Sunt qui vertant, Et omni perfectioni, lapidē &c. i. Deus ponit finem rei formatæ, cuius author eſt: ponit inquam illi rei formatę materiam informem. 5 Heb. Erumpit fluuius iuxta accolam. vel, habitatorem. Magna abūdantia erūpit fluuius in locum habitabilem. hoc eſt, locus habitabilis ſtatim fit inhabitabilis propter abundantiam aquarum. 6 Heb. aquę traditæ obliuioni à pede, & quę altiores erant homine, abſcedunt. vel, euaneſcunt. i. aquę per quas nullo tempore pes vllus ambulauerat, quę tranſiri non poterant, quòd homine altiores eſſent, abſcedunt, & exareſcunt. 7 .i. fertilis & ferax. 8 & quod ſub ea eſt vertitur in quendam velut ignem .i. areſcit, & fit infœcunda. 9 .i. aurum. eſt ferax auri. 10 Heb. ſemitam non cognoſcet illi auis, neq; aſpiciet eā oculus volucris. Illi, inquit, qua eatur ad eam. q.d. Poſtea regio illa deſeritur, & fit inhabitabilis etiam ipſis auibus: ſed ne à longe quidē aſpicietur ab ipſis volucribus. Vides variam mutationem huius ſeculi. 11 Non calcabunt eam filij ſuperbię, nec trāſibit per eam leo.

Filios



Filios ſuperbię vocat belluas truces & immanes. Ne à leonibus quidem habitabitur. 12 .i. lapidē duriſſimū cōminuit. 13 In rupibus erumpere facit flumina. q.d. quū vult, facit exūdare totā regionem ita vt aquis ſubuertatur: quū tamē quicquid pretioſum eſſet, cerneretur in ea regione. 14 ſub. regionis. 15 Heb. (Poſtea) à fletu fluminum coercet: & abſconſionē educet in lucē. Coercet, inquit, rupes .i. ſiſtit flumina quæ erūpere ſolent è montibus. Poſtea efficit nē rupes flumina effundant: & reddit regionē obrutā aquis, aridam, & ſubiectā oculis omniū. His omnibus oſtendit omnia ſubiecta eſſe corruptiōi & mutationi: idē neminē eſſe fœlicē vel infœlicē. 16 inuenietur? Oſtēdit tādem fœlicitatem quæ ſolis probis cōtingit, quę æterna eſt. 17 q.d. ſapientia iſta, cæleſtis eſt, non terrena. 18 pro illa aurū .i. nullo auro, neq; argento acquiritur ſapientia iſta cæleſtis. 19 Non æſtimabitur auro Ophir .i. auro aducto ex Ophir regiōe. nullo auro, quantūuis puro, æſtimari poteſt, nec vllis gēmis, aut lapillis. 20 cryſtallus. Alij dicunt vocē Hebræā ſignificare lapidem multo pretioſiorē auro, quū ei poſtponatur. 21 Nomina ſunt lapidum pretioſiſſimorū. negligentur, inquit, pretioſiſſimi lapides, ſi incidamus in mentionē ſapientiæ. Quidā vertunt, corallia, & gabis. 22 Heb. & tractio eius eſt multo præſtantior margaritis .i. acquiſitiō ſapientiæ. 23 vel, ſmaragdus. 24 non auro defæcatiſſimo æſtimabitur. 25 vel, Cū abſtruſā ſit, &c. 26 .q.d. Materia ipſa informis oſtendit quodāmodo ſapientiā diuinā. ita Hebręi exponunt. Alij melius, Perditio & mors .i. homo perditus & corruptus, propter peccatū Adæ. q.d. relucet ſapientia in homine, qui eſt filius mortis. voluit enim Deus ſapientia ſua ſaluare hominem, qui perditus erat & mortuus. 27 ſub. ſapiētiæ. 28 intelligit. q.d. Deus author eſt eius ſapiētiæ, & nouit vbi habitet. 29 .i. vt faciat aerē ſeruare ſuā proportionē, & aquā ſimiliter ſuā proportionē. Per ſynecdochē autē intelligit de omnibus elementis. 30 Dum faceret pluuiæ ſtatutū, & viā coruſcationi & tonitruo .i. dū præſcriberet leges pluuiæ (oportet enī eā defluere certa portione, & certo tēpore) & dū faceret viā coruſcationi tonitruorū, quę fieri ſolet tēpore tonitrui. 31 Sub. ab ęterno. 32 ſcripſit .i. voluit eam perpetuo ſeruari in iſtis rebus inferioribus. 33 vt ſcilicet perpetuo duraret. 34 inquiſiuit illam .i. hanc voluit ſtudioſe obſeruare. q.d. fecit omnia iſta in ſapientia. 35 .q.d. Dum hæc faceret, viſus eſt quaſi dicere homini, & admonere hominem. 36 .i. qua itur ad ſapientiam.

## CAP. XXIX.

Iob vitę ſuę anteactę fœlicitatem & pia geſta recenſet: tacite amicos calūnię arguens, qui dicebant illū merito pati quę patiebatur.

ADdidit quoq; Iob, aſſumēs parabolā ſuā, & dixit, 1
¶ Quis mihi tribuat, vt ſim iuxta menſes priſtinos, ſecūdū dies quibus Deus cuſtodiebat me, 2
¶ Quando ſplendebat lucerna eius ſuper caput meum, & ad lumen eius ambulabam in tenebris? 3
¶ Sicut fui in diebus adoleſcentiæ meæ, quando ſecretò Deus erat in tabernaculo meo? 4
¶ Quando erat Omnipotens mecum: & in circuitu meo pueri mei? 5
¶ Quando lauabam pedes meos butyro, & petra fundebat mihi riuos olei? 6
B ¶ Quando procedebam ad portam ciuitatis, & in platea parabant cathedram mihi? 7
¶ Videbant me iuuenes, & abſcondebantur: & ſenes aſſurgentes ſtabant. 8
¶ Principes ceſſabāt loqui, & digitū ſuperponebāt ori ſuo. 9
¶ Vocem ſuam cohibebant duces, & lingua eorum gutturi ſuo adhærebat. 10
¶ Auris audiens beatificabat me, & oculus videns teſtimonium reddebat mihi: 11
¶ Eo quòd liberaſſem pauperem vociferantem, & pupillum cui non eſſet adiutor. 12
C ¶ Benedictio perituri ſuper me veniebat, & cor viduæ conſolatus ſum. 13
¶ Iuſtitia indutus ſum, & veſtiui me, ſicut veſtimento & diademate, iudicio meo. 14
¶ Oculus fui cæco, & pes claudo. 15
¶ Pater eram pauperum: & cauſam quam neſciebam, diligentiſſime inueſtigabam. 16
¶ Conterebam molas iniqui, & de dentibus illius auferebam prædam. 17
¶ Dicebamque, In nidulo meo moriar, & ſicut palma multiplicabo dies. 18
¶ Radix mea aperta eſt ſecus aquas, & ros morabitur in meſſione mea. 19
D ¶ Gloria mea ſemper innouabitur, & arcus meus in manu mea inſtaurabitur. 20
¶ Qui me audiebant, expectabant ſententiam, & intenti tacebant ad conſilium meum. 21
¶ Verbis meis addere nihil audebant, & ſuper illos ſtillabat eloquium meum. 22
¶ Expectabant me ſicut pluuiam, & os ſuum aperiebant quaſi ad imbrem ſerotinum. 23
¶ Siquando ridebam ad eos, non credebant, & lux vultus mei non cadebat in terram. 24
¶ Si voluiſſem ire ad eos, ſedebam primus: cumque ſederem quaſi rex circunſtante exercitu, eram tamen mœrentium conſolator. 25

Officium boni principis.

## CAP. XXIX.

*V 1 Lterius quoq; ſermonem ſuū proſequēs Iob, dixit,*
*2 Vtinam eo loco ſint res meæ, quo fuerunt prioribus menſibus, & ijs, quibus me cuſtodiebat Deus:*
*Quum 3 eius lucerna in capite meo luceret: 4 ad cuius lumen ibam per tenebras?*
*Qualis fui tempore 5 hyemis meæ, 6 quum Deo eſſet arcta neceſſitudo cum meo tabernaculo.*
*Quum adhuc 7 Optimus maximus eſſet mecum, & 8 iuuenes mei circum me.*
*Quando 9 pedes meos butyro abluebam, & 10 ſaxum apud me fundebat riuos olei.*
*Quando 11 per oppidum ad portam prodibam, & in platea parabam ſellam meam:*
*Et me conſpicati iuuenes abſcondebantur, ſeneſque aſſurgentes adſtabant.*
*Principes autem à ſermone abſtinebant, orique ſuo imponebant manum:*
*Procerūq; vox 12 pmebatur, & lingua eorū adhærebat palato.*
*Nam auris quæ 13 audiuerat, beatum prædicabat me: & oculus qui viderat, 14 teſtimonium mihi reddebat:*
*Quia 15 humilem clamantem aſſerebam, & orphanum cui nemo ferebat opem.*
*16 Qui paulò minus perierat, laudę me proſequebatur, & cor viduæ 17 commouebam ad iubilum,*
*18 Induebam iuſtitiam, & iudicium meum veſtiebat me vt pallium & tiara.*
*Fui [ quoque ] oculus cæco, & vice pedum claudo.*
*Pater fui pauperum: & cauſam forenſem, 19 quam ignorabam, indagaui.*
*Et iniqui hominis molares contriui, atque prædam extraxi 20 è rictu ipſius.*
*21 Cogitabam igitur 22 me in nido meo expiraturum eſſe, ac more phœnicis multos dies victurum.*
*23 Diffuſa fuit mea radix ad aquas, & ros 24 in meſſe mea eſt moratus.*
*25 Mea dignitas mihi recens perſtitit, & arcus meus in manu mea recepit vires.*
*Me audito 26 expectabant [ homines, ] & tacebant ad meum conſilium.*
*Poſtquam dixiſſem, non iterabant ſermonem, 27 & ſermo meus in eos ſtillabat:*
*Meq; 28 velut pluuiam expectabant, & os aperiebant ſuum velut 29 ad pluuiam ſerotinam.*
*Siquando iocarer apud eos, 30 non credebant, 31 & in omnibus morigerari mihi ſtudebant.*
*32 Accommodaui me illorū moribus cū iudicio, tenuiq; primos accubitus, ac inter eos verſatus ſum, vt rex inter militū [cuſtodiam, ] & quomodo quiſpiam mæſtos conſolaturus.*

### SCHOLIA IN CAP. XXIX.

1 Heb. Et addidit Iob aſſumere ſermonē ſuum .i. Rurſum cœpit loqui & dicere. 2 Heb. Quis ſtatuat me ſicut, &c. 3 vel, ſuam lucernā ſplēdeſcere faceret ſup caput meū .i. Dū ſūmo fauore pſequeretur me. 4 & ad lumen eius ambulabā per tenebras. Hoc eſt, Dū vincebā fauore illius ſummas tribulationes. Tenebras, rerū difficultates & tribulationes intelligit. Dū per gratiā eius nihil mihi erat difficile. 5 adoleſcentiæ. Vox Hebræa proprie ſignificat autumnū: & per metaphorā, adoleſcentiā, quia vt autūno ſemina terrę

mandantur,

mandantur, ita in adoleſcẽtia homines facile generant. 6 & dum eſſet ſocietas Dei ſuper tabernaculum meũ. i. dum Deus per gratiã ſuã habitaret in tentorio meo. dum faueret mihi. Multis verbis deſcribit fauorẽ Dei. 7 Omnipotens 8. i. Dum adhuc ſtiparer famulis meis. 9 veſtigia mea. vel, itinera mea. i. dum adeſſet mihi ſumma copia rerũ omniũ. 10 rupes. i. dum mihi eſſet tanta copia olei vt videretur æquare ſummos fluuios. 11 egrediebar per portam iuxta vrbem. Deambulaturus ſcilicet circa vrbis mœnia, vt fit ſub noctem tẽpore æſtatis. 12 abſcõdebatur. i. vnà cum voce abſcondebantur. aut ſilentes proripiebant ſe. q. d. ne hiſcere quidem audebant, me præſente, tanta erat mei reuerẽtia. 13 ſub. quæ faciebam 14 ſub. de innocentia vitæ meæ. 15 pauperẽ vociferantẽ eripiebam, & pupillũ, & (eum) cui nõ erat adiutor. 16 Hebr. Benedictio pereuntis veniebat ſuper me. i. Commendabar ab hominibus qui perijſſent niſi illis ſuccurriſſem. 17 exhilarabã. quũ ſcilicet opem illi ferrem. 18 Induebam &c. i. iuſtitia erat mihi quaſi veſtis quæ nunquã recedit à me: eram obſeruãtiſsimus iuſtitiæ: & iudiciũ meũ (. i. iuſtitia. repetitio eſt) erat mihi tanquã pallium & velamẽ capitis. nullo tẽpore recedebat à me iuſtitia. 19 vel, quã non ſatis noueram. hoc eſt, volebã ſcire cuius cauſa eſſet iuſta. 20 è dentibus 21 Fretus ſcilicet integritate vitæ meæ. 22 Efflabo animã in nido meo: & multiplicabo dies tanquã arenã. i. Subito moriar citra moleſtiã lõgæ ægritudinis, in medio liberorũ meorũ, ſiue liberis meis ſuperſtitibus, & diutiſsime viuam. 23 Expoſita eſt m. r. ad aq. hoc eſt, in aquoſo loco eſt. q. d. quæ ſunt mihi neceſſaria ad vitã, abunde adſunt. 24 pernoctat (vel, permanet) in ramis meis. Ros, proſperã fortunã ſignificat: Rami, fructũ. q. d. etiã filij mei fœliciſsime habebunt. 25 vel, Gloria mea innouabitur apud me: & arcus meus in manu mea innouabitur. i. quotidie augebitur gloria mea: & robur meũ inſtaurabitur, maiuſq́; reddetur. 26. i. pendebant à me, & ſilendo acquieſcebant cõſilio meo. 27 ſed ſuper eos ſtillabat ſermo meus. i. id quod dixerã, alter alteri renũtiabat. 28 ſub. neceſſariam ſemẽtis tẽpore ſiccitatis. 29. i. ore aperto perierunt meũ conſilium quanto deſyderio pluuia in Autumno expectari ſolet. De pluuia quæ ad frugũ maturitatẽ deſyderari ſolet, loquitur, quum veſperi, aut tempore nocturno cadit. Oſtendit autem quantæ integritatis ſit vitæ authoritas. 30 id eſt, putabant me ſerio loqui. 31 Hebr. & lumen vultus mei non deijciebant, id eſt, authoritatem meam non ſpernebant. nihilominus me reuerebantur. 32 Hebraiſmus, Deligebam viam eorum, & ſedebam in capite, & habitabam ſicut rex in ipſo exercitu, ſicut is qui conſolatur lugentes. Siquando inquit, me illis adiungebam, ſedebam in loco principe. vel, Præſcribebam illis viam quam tenere debebant, & primas tenebam inter illos: meque tanto honore proſequebantur, quanto milites regem: & habitabam inter illos ſicut qui conſolatur lugentes, qui pendere ſolent ab ore conſolatoris.

## CAP. XXX.

*NVnc autem me ridẽt minores me ætate, quorũ patres dedignatus fuiſſem adiũgere canibus gregis mei.*
*1 Quorum robur collatũ quid mihi attuliſſet? quibus vigor omnis fuit perditus:*
*Qui rerũ inopia & fame adacti 2 profugerunt in ſolitudinẽ ac locum torridum, ac nuper in egeſtate ſumma erant:*
*Ac 3 decerpſerunt maluam apud arbuſtum aliquod: eiſq́; radix iuniperorum panis fuit.*
*Quiq́; pulſi fuerunt 4 è medio, clamantibus aduerſus eos hominibus tanquam aduerſus furem:*
*Vt degerent 5 in horridis locis torrentium, & in ſpeluncis terræ ac petrarum:*
*Vt ruderent inter arbuſta [velut onagri,] ſeq́; contraherent 6 ſub vepreto aliquo.*
*7 Denique nihili homunciones & inglorij, qui in terra viuere non deberent:*
*Illis nunc carmen ſum, & illis 8 fabula ſum:*
*Meq́; abominantur [omnes,] & longe diſcedunt à me, neque ſputum continent à me.*
*Nam poſtquam [Deus] 9 emiſſo neruo me afflixit, 10 effrænes in me feruntur:*
*Et adoleſcentes ad dextrum [latus] inſurgunt, meoſq́; pedes 11 ſubuertunt: 12 viam quoque in me munierunt vt incommodent.*
*Viam quoque meam 13 corruperunt, 14 ac promouent ad lædendum me, vt eis adiutore nihil opus ſit.*
*15 Irruunt vt latum flumen ruptis aggeribus, & impetu conuoluunt ſeſe.*
*Factoq́; in me impetu terrores 16 animã meã beneficẽtiæ ſtudioſam perſequũtur vt vẽtus, meaq́; ſalus vt nubes præterijt.*
*Nunc etiam anima mea in me 17 inuertitur, ſibiq́; me vendicant tempora calamitoſa.*
*Noctu 18 perforantur oſſa mea à me, nec quieſcunt [vermes] digredientes à me.*
*Veſtimentum meum 19 vi malorum 20 faciem ſuam mutauit, quæ velut 21 capitium togæ meæ cingunt me.*
*% Deduxit me ad argillæ [vilitatem,] mihiq́; videor ſimilis pulueri ac cineri.*
*Dum clamito ad te, non exaudis me, 22 ac perſeuerantem minime curas.*
*Mutatus es mihi in crudelem [hoſtem,] & robore tuæ manus 23 aduerſaris mihi.*
*Extuliſti me, 24 ac vento [impoſitum] vexiſti me: 25 ſed [rurſum] liquefeciſti me in mea ſubſiſtentia.*
*Scio enim quòd 26 mors reſtituet me, & domus deſtinata omnibus viuentibus.*
*27 Non ſanè iniciet manus aceruo [defunctorum,] aut clamant aliqui poſt obitum ſuum?*

## CAP. XXX.

1 NVnc autem derident me iuniores tempore, quorum non dignabar patres ponere cum canibus gregis mei:
2 ¶ Quorum virtus manuum mihi erat pro nihilo, & vita ipſa putabantur indigni.
3 ¶ Egeſtate & fame ſteriles, qui rodebant in ſolitudine, ſqualentes calamitate & miſeria,
4 ¶ Et mandebant herbas, & arborum cortices, & radix iuniperorum erat cibus eorum:
5 ¶ Qui de conuallibus iſta rapientes, cum ſingula reperiſſent, ad ea cum clamore currebant.
6 ¶ In deſertis habitabant torrentium, & in cauernis terræ, vel ſuper glaream.
7 ¶ Qui inter huiuſcemodi lætabantur, & eſſe ſub ſentibus delicias computabant. B
8 ¶ Filij ſtultorum & ignobilium, & in terra penitus non parentes.
9 ¶ Nunc in eorum canticum verſus ſum, & factus ſum eis in prouerbium.
10 ¶ Abominantur me, & longè fugiunt à me, & faciẽ meam conſpuere non verentur.
11 ¶ Pharetram enim ſuam aperuit, & afflixit me, & frænum poſuit in os meum.
12 ¶ Ad dexterã orientis calamitatis meæ ilico ſurrexerunt: pedes meos ſubuerterunt, & oppreſſerunt quaſi fluctibus, ſemitis ſuis.
13 ¶ Diſsipauerunt itinera mea, inſidiati ſunt mihi: & præualuerunt, & non fuit qui ferret auxilium.
14 ¶ Quaſi rupto muro, & aperta ianua irruerunt ſuper me, & ad meas miſerias deuoluti ſunt. C
15 ¶ Redactus ſum in nihilum: "abſtuliſti quaſi ventus deſyderium meum: & velut nubes pertranſijt ſalus mea.
16 ¶ Nunc autem in memetipſo marceſcit anima mea, & poſsident me dies afflictionis.
17 ¶ Nocte os meum perforatur doloribus: & qui me comedunt, non dormiunt.
18 ¶ In multitudine eorum conſumitur veſtimentum meum, & quaſi capitio tunicæ ſuccinxerunt me.
19 ¶ Cõparatus ſum luto, & aſsimilatus ſum fauillæ & cineri.
20 ¶ Clamo ad te, & non exaudis me: ſto, & non reſpicis me.
21 ¶ Mutatus es mihi in crudelem, & in duritia manus tuæ aduerſaris mihi.
22 ¶ Eleuaſti me, & quaſi ſuper ventum ponens eliſiſti me valide.
23 ¶ Scio quia morti trades me, vbi conſtituta eſt domus omni viuenti. D
24 ¶ Veruntamen non ad cõſumptionem meam emittis manum tuam: & ſi corruerint, ipſe ſaluabis.

Quanto cõtemptu ab hominibus, & quanta maledictione à Domino tractetur, deſcribit Iob.

" abſtulit

Mors domus omnium.

¶ Flebam



¶ Flebam quondam ſuper eo qui afflictus erat, & compatiebatur anima mea pauperi. 25
¶ Expectabam bona, & venerunt mihi mala: præſtolabar lucem, & eruperunt tenebræ. 26
¶ Interiora mea efferbuerunt abſque vlla requie, præuenerunt me dies afflictionis. 27
¶ Mœrens incedebam, ſine furore, conſurgens, in tuba "clamaui. 28
¶ Frater fui draconum, & ſocius ſtruthionum. 29
¶ Cutis mea denigrata eſt ſuper me, & oſſa mea aruerunt præ caumate. 30
¶ Verſa eſt in luctum cithara mea, & organum meum in vocem flentium. 31

" clamabam.

*[Quidlibet mali obtingat] ſi non defleui 28 calamitoſos, & anima mea nõ dolore cõmota eſt ob aliorum paupertatem.*
*29 Proin expectaui bonum, & euenit malum: præſtolatus ſum lucem, & venit caligo:*
*Inteſtina mea 30 efferbuerunt, & non quieuerunt, 31 meq́; apprehenderunt calamitoſa tempora.*
*32 Lugubri habitu inceſsi, vt ſolem non ſentiens, ſtans etiam in cœtu clamitabam [eiulans.]*
*33 Fuiq́; frater draconum 34 & ſocius ſtruthionum:*
*Cutis mea in me denigrata eſt, & oſſa mea præ ſiccitate 35 exaruerunt:*
*Meaq́; cithara verſa eſt in luctum, & 36 fidicula mea in vocem plorantium.*

## SCHOLIA IN CAP. XXX.

1 Heb. Etiã virtus manuum illorum ad quid mihi? ſuper eos perijt tẽpus. i. quid erat eorũ potẽtia collata meæ? Vel vt alij, etiam opera eorũ ad quid mihi vtilis fuiſſet? vixerũt inutiles. 2 ſolitarij erant: qui fugiebãt ad ſiccitatẽ, ad tenebras, vaſtitatẽ, & deſolationem. Nemo, inquit, accedebat ad eos: & coacti fame fugiebãt ad locum ſiccũ & arentẽ, ad vaſtas ſolitudines. 3 Decerpebãt maluam inter arbuſta. q. d. vtebantur cibo abiectiſsimo. 4. i. è media vrbe. 5 Hebr. in ſciſſura. vel, ruptura. 6 vel, ſub carduis. aut, arboribus aculeatis. dum ſcilicet cuperẽt vitare frigoris iniuriã. 7 Heb. filij ſtulti, filij hominũ nomine carentiũ: qui humiliati ſunt plus quàm terra ipſa. Sunt etiã, inquit, filij ſtultorũ, etiã hominũ obſcurorũ & ignobilium, qui terra ipſa quæ ab hominibus calcatur, abiectiores ſunt. 8 Heb. in ſermonẽ. 9 Heb. funẽ meum diſſoluit, & afflixit me. i. abſtulit ex animis illorũ reuerentiã, qua erãt velut obligati vt me reuererẽtur. 10 & frænũ à facie mea excuſſerũt. Frænũ, vocat timorẽ: quia vt fræno cohibentur equi, ita & homines timore continentur in officio. q. d. depoſuerunt timorẽ, quo continebantur in officio, nẽpe præſentia mea. 11 impellunt. vt ſcilicet præcipitent me in terram. 12 & calcant ſuper me ſemitas confractionis ſuæ. i. aſsiduis cõtritionibus & damnis quærunt me perdere: reddunt vias ſuas tritas frequenti diſcurſatione vt me damnis cõficiant. 13 ſubuertunt. i. reddunt ſtudiũ meum irritũ: impedimẽto mihi ſunt quo minus aſſequar quod cupio. 14 deſtructionẽ meã adiuuãt, quibus non erat olim adiutor. Ac ſi dicat, cadentẽ me, impellunt: & meam infœlicitatẽ adiuuant ij qui antea omni ope erãt deſtituti. 15 Tanquam per rupturam latã inuadũt me: ſub calamitate deuoluti ſunt. ſub. ad me. Vtitur ſimilitudine ducta à fluuio qui cum impetu fugit rupta ripa. Illi veniũt, inquit, aduerſum me magno impetu vt fluuius ſolet rupto aggere: Vbi viderunt me obrutũ aliqua calamitate, voluerunt me perdere, nacti occaſionẽ, aduoluti ſunt ad me latenter. 16 Heb. vltroneam meam. vel, principẽ meam. i. animam meam nobilẽ & inclytam 17 effuſa eſt: arripuerunt me dies afflictionis, id eſt, pene ſum exanimatus: nunc vehemẽtiſsime affligor. 18 oſſa mea perforauit (ſub. dolor) ſuper me: & arteriæ meæ nõ cõquieuerunt. i. noctu ſentio grauiſsimũ dolorem: neq; pulſus meus redditur minor tẽpore nocturno: qui tamẽ minui deberet, quia calor retrahitur in partẽ interiorẽ. Grauitatẽ morbi deſcribit. 19 præ multitudine roboris. ſub. morbi, id eſt, præ nimia morbi grauitate. 20 quod ſcilicet inficeretur ſanie nimia. 21 ora. i. ſuperior veſtis pars. vtebantur antiquitus veſtibus omni ex parte conſutis: atq; ita foramẽ erat in ſupremo veſtis, quod collum cingebat. & hoc, vocatur os. % Deiecit me in lutum. ſub. morbus ille. 22 ſto, & non conſyderas. i. quũ ſto tacẽdo, nihil me curas. 23 odiſti me. i. perinde percuſsiſti me atq; ſi me odiſſes. 24. i. me ſublatũ, celerrime alio me tranſtuliſti. 25 & abſtuliſti à me rectam viuendi rationẽ. q. d. viſus es ita me affligere quaſi nunquam permanſiſſem in officio. [redacted]
26 reuerti facies me ad mortẽ, & ad domum cõſtitutam omnibus viuentibus. i. ad ſepulchrum. q. d. Nihil mihi verſatur ob oculos præter mortẽ. 27 Sane precatio non porriget manũ: (quamuis) in confractione illius (ſit) clamor. i. Tunc certe nõ proderũt preces ad Deũ: quamuis ſoleant homines tẽpore calamitatis clamare ad eum. 28 difficilẽ die. vel, durũ die. i. miſerũ & calamitoſum. 29 Quãdo expectaui bonũ, tunc &c. 30 magno æſtu agitata ſunt, 31 Heb. anticipauerunt me dies afflictionis. 32 Ater ambulaui, nõ ob ſolem: ſteti in pedes in congregatione, & vociferatus ſum. q. d. Facies mea fuit admodum nigra, non propter ſolem, ſed propter afflictionem & grauitatem morbi interioris: quum deberem ſilere, nempe in congregatione & conſilio, coactus ſum erumpere in vocem doloris. 33 id eſt, naturam draconum ſum imitatus, ſemper emiſi vocem lugubrem. 34 ſocius fui filijs ſtruthionum. Vox Hebræa ſignificat genus auis deſerta incolentis, cuius cantus eſt lugubris. 35 Hebr. incaluerunt. i. contraxerunt calorem præter naturam. 36 organum meum. q. d. lætitia mea verſa eſt in luctũ.

## CAP. XXXI.

PEpigi fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem de virgine. 1
¶ Quam enim partem haberet in me Deus deſuper, & hæreditatem Omnipotens de excelſis? 2
¶ Nunquid non perditio eſt iniquo, & alienatio operantibus iniuſtitiam? 3
¶ Nonne ipſe conſyderat vias meas, & cunctos greſſus meos dinumerat? 4
¶ Si ambulaui in vanitate, & feſtinauit in dolo pes meus: 5
¶ Appendat me in ſtatera iuſta, & ſciat Deus ſimplicitatem meam. 6
¶ Si declinauit greſſus meus de via, & ſi "ſecutus eſt oculus meus cor meum, & ſi in manibus meis adhæſit macula: 7
¶ Seram, & alius comedat, & progenies mea eradicetur. 8
¶ Si deceptum eſt cor meum ſuper muliere: & ſi ad oſtium amici mei inſidiatus ſum: 9
B ¶ Scortum alterius ſit vxor mea, & ſuper illam incuruentur alij. 10
¶ Hoc enim nefas eſt, & iniquitas maxima. 11
¶ Ignis eſt vſque ad perditionem deuorans, & omnia eradicans genimina. 12
¶ Si contempſi ſubire iudicium cum ſeruo meo, & ancilla mea, cum diſceptarent aduerſum me: 13
¶ Quid enim faciam cum ſurrexerit ad iudicãdum Deus? & cum quæſierit, quid reſpondebo illi? 14
¶ Nunquid non in vtero fecit me, qui & illum operatus eſt: & formauit me in vulua vnus? 15

Iob recenſet vitæ ſuæ innocentiam.

" ſecutum eſt oculos meos

*1 FOEdus pepigi cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem de virgine.*
*Quæ enim pars Dei ſuperne 2 erit, & quæ hæreditas 3 Optimi maximi è ſublimibus [cælis?]*
*An non 4 pernicies iniquo [parata eſt,] & afflictio patrantibus ſcelus?*
*An nõ ipſe videt meas vias, & oẽs gradus meos adnumerat?*
*Si 5 fraudes commiſi, & pes meus feſtinauit ad dolum:*
*Appendat me in ſtatera iuſtitiæ, & cognoſcat meam integritatem [Deus.]*
*Si deflexit greſſus meus à via, 6 & cor meum ſecutũ eſt appetitionem rei viſæ, & 7 macula palmis meis adhæſit:*
*Ego ſeminem, & alius comedat, 8 meiq́; poſteri euellantur radicitus.*
*9 Si concupiſcentiæ vxoris alienæ obnoxium fuit cor meum, & ante oſtium ſodalis mei ſum 10 inſidiatus:*
*11 Permolat vxorem meam alius, 12 & ſubigant eam alij.*
*13 Hoc enim grãde flagitiũ eſt, & iniquitas capitali actione perſequenda.*
*14 Ignis enim eſt, qui ad interitum vſque voraret, ac omnem prouentum meum radicitus euelleret.*
*15 Si detrectaui iudicia, quũ ſeruus meus aut ancilla vellent mecum litigare:*
*16 Quid enim facerem Deo conſurgente [ad iudicium,] & quid ei reſponderem animaduerſuro?*
*An non idem qui condidit me in ventre, condidit & illum, & formauit 17 eum in vno vtero?*

*18 Si fraudaui gentium inopum, & viduas lactaui vana ſpe:*
*Et ſolus edi cibum meum, nec orphanus de illo comedit.*
*19 Nam à primis annis educauit me [benignitas] velut parens, & quamprimum editus ſum in lucem, eam mihi vitæ magiſtram conſtitui.*
*Siquem 20 veſte carentem perire vidi, & deeſſe indumentum pauperi:*
*Si nõ gratias egerũt mihi 21 femora eius, & nõ vellere agnorũ meorum calefactus eſt, [nõ recuſo quin malum patiar.]*
*22 Si minitatus ſum orphano, quum non ignorarem me valere plurimum in porta:*
*Excidat armus meus ab humero, & brachium meum frangatur 23 in oſsibus.*
*Mihi enim adfuit metus calamitatis à Deo iniciẽdæ, 24 quã perferre non poſſem.*
*Si poſui ſpem meam in auro, & maſſæ aureæ dixi 25 meum eſſe præſidium.*
*Si creſcentibus opibus meis, & 26 quum adipiſcerer ingentes diuitias, gauiſus ſum:*
*27 Si videns lucẽ [ſolis] ſplendidã, & lunã clarã incedentem:*
*28 Et occulte cor meum mihi perſuaſit, vt manus mea ori applicaretur.*
*Nam & ea iniquitas 29 eſt iudicio capitali digna: Deum enim qui ſupra eſt negaſſem.*
*Si gaudium percepi ex infortunio inimici mei, & exultaui cũ ei malum obueniſſet.*
*30 Sed ne hactenus quidem permiſi meo palato peccare, vt ei malum imprecaretur.*
*Si non dixerunt 31 familiares mei, 32 Vtinam liceat iſtius carnibus ſatiari.*
*Non [enim] hoſpes pernoctauit foris, & oſtia mea 33 peregrinanti aperui.*
*Si occultaui 34 vt Adam ſcelus meum, vt iniquitatem meam in 35 receſſu meo reconderem.*
*36 Si reformidaui turbam magnam, & contemptus familiarum deterruit me, vt tacerem, & non domo exirem.*
*37 Vtinam ſit mihi auditor, ipſeque Optimus maximus dictet mihi, quod pro mea parte adnotandum ſit, aduerſarius autem meus librum perſcribat.*
*Quem niſi humero meo portauero, & mihi velut corollas 38 appoſuero, [quiduis patiar.]*
*39 Eumque per ſingulos gradus recitabo, & eum adibo tanquam principem.*
*Si clamat contra me 40 tellus mea, ſimulque lachrymantur 41 ſulci eius:*
*42 Si opes illius edi abſque pecunia, & cultores eius nimijs operis confeci:*
*Proueniat 43 paliurus pro frumẽto, & 44 lolium pro hordeo.*
*45 Finita ſunt verba Iob.*

16 ♀ Si negaui quod volebant pauperibus, & oculos viduæ expectare feci:
17 ♀ Si comedi buccellam meam ſolus, & non comedit pupillus ex ea:
18 ♀ (Quia ab infantia mea creuit mecum miſeratio: & de vtero matris meæ egreſſa eſt mecum)
19 ♀ Si deſpexi ° prætereuntem, eo quòd non habuerit indumentum, & abſque operimento pauperem: ° pereuntem
20 ♀ Si non benedixerunt mihi latera eius, & de velleribus ouium mearum calefactus eſt: C
21 ♀ Si leuaui ſuper pupillum manum meam, etiam cum viderem me in porta ſuperiorem:
22 ♀ Humerus meus à iunctura ſua cadat, & brachium meum cum ſuis oſsibus confringatur.
23 ♀ Semper enim quaſi tumentes ſuper me fluctus timui Deum, & pondus eius ferre non potui.
24 ♀ Si putaui aurum robur meum: & obryzo dixi, Fiducia mea.
25 ♀ Si lætatus ſum ſuper multis diuitijs meis, & quia plurima reperit manus mea.
26 ♀ Si vidi ſolem cum fulgeret, & lunam incedentem clarè:
27 ♀ Et lætatum eſt in abſcondito cor meum, & oſculatus ſum manum meam ore meo,
28 ♀ Quæ eſt iniquitas maxima, & negatio contra Deum altiſsimum.
29 ♀ Si gauiſus ſum ad ruinam eius qui me oderat: & exultaui quòd inueniſſet eum malum.
30 ♀ Non enim dedi ad peccandum guttur meum, vt expeterem maledicens animam eius. D
31 ♀ Si non dixerunt viri tabernaculi mei, Quis det de carnibus eius, vt ſaturemur?
32 ♀ Foris non manſit peregrinus, oſtiũ meum viatori patuit.
33 ♀ Si abſcondi quaſi homo peccatum meum, & celaui in ſinu meo iniquitatem meam.
34 ♀ Si expaui ad multitudinem nimiam, & deſpectio propinquorum terruit me: & non magis tacui, nec egreſſus ſum oſtium.
35 ♀ Quis mihi tribuat ° adiutorẽ, vt deſyderiũ meum audiat Omnipotens: & librum ſcribat ipſe qui iudicat,
36 ♀ Vt in humero meo portem illum, & circundem illum quaſi coronam mihi?
37 ♀ Per ſingulos gradus meos pronuntiabo illum, & quaſi principi offeram eum.
38 ♀ Si aduerſum me terra mea clamat, & cum ipſa ſulci eius deflent.
39 ♀ Si fructus eius comedi abſque pecunia, & animam agricolarum eius afflixi.
40 ♀ Pro frumento oriatur mihi tribulus, & pro hordeo ſpina. *

° auditorem, Scriptorẽ æternum ſuæ cõtrouerſiæ ſibi contingere, optat Iob.

* Finita ſunt verba Iob.

## SCHOLIA IN CAP. XXXI.

1 Dũ hic tuetur innocẽtiã ſuã, depingit officiũ viri ſancti. q.d. fuit maxima cõcordia carnis & ſpiritus mei. 2 vel, manet illos qui talia agunt? nẽpe corruptores virginũ. q.d. cur cogitaſſem de virgine corrũpenda, quũ ſcirẽ quã mercedẽ ſoleat Deus huiuſmodi hominibus dare? 3 Omnipotẽtis. ac ſi dicat, ſi homines finem ſpectẽt, deterrebuntur à peccando. 4 calamitas. 5 Hebraiſmus, ambulaui in mendacio. 6 Hebraiſmus, & poſt oculos meos ambulauit cor meũ. i. ſi cõcupiui quod videbant oculi mei. 7 vel, quicquã. nã duplex eſt lectio. quod ſcilicet ſit alienum. 8 Vel potius, meaque germina. 9 Heb. Si deceptũ fuerit cor meũ ſuper muliere aliena. i. ſi turpi amore vxoris alienæ correptus & deceptus fuerit anim⁹ me⁹. 10 ad corrũpendam ſcilicet vxorem eius, quæ in oſtio ſtare ſolet. 11 Molat alteri vxor mea. i. eripiatur mihi & alteri famuletur. Solebant mulieres in familijs in quibus non erant ſerui, molere, & panẽ cõficere. 12 & ſuper eam incuruent ſe alij. i. rem habeant cum ea. 13 Heb. Eſt enim ſcelus & eſt iniquitas (ex iniquitatibus) quæ iã iudicatę ſũt. q.d. ſine cõtrouerſia grauiſsimũ peccatũ eſt adulteriũ. 14 Nam ignis ipſe (ſub. à Deo miſſus) ad imũ vſq; deuoraſſet. ſub. omnia bona mea. 15 Heb. Si reſpui iudiciũ ſerui mei & ancillæ meæ, in litigando eos mecũ. Omittitur autem, vt & in alijs nõnullis, pœna quę in hac poni debet cõditione. 16 Quid enim feciſſem cũ ſurrexiſſet Deus: & quũ viſitaſſet me quid reſpondiſſem illi? Cũ ſurrexiſſet, inqt, vt ſcilicet iudicaret inter me & illos. Et quũ viſitaſſet, ſub. mores meos. 17 nos vnic⁹ in matrice? i. me & ſeruũ meũ ſolus Deus formauit in matrice matrũ noſtrarũ. 18 Heb. Si prohibui ab eo quod optabant pauperes, & oculos viduæ deficere feci. i. Si denegaui quicquã pauperibus quod optarẽt, & præ expectatiõe deficere fecerim oculos viduæ. q.d. ſi nõ ſtatim ſuccurri. 19 Heb. Nã à pueritia mea adoleuit mecũ (ſub. orphanus) tanquã apud patrem: & ab vtero matris deduxi illam. Sub. viduã. q.d. A pueritia foui pupillos: & ab vtero matris factus ſum dux viduarũ. 20 quod abſq; veſtimento eſſet 21 latera eius. ſub. quæ operui. 22 Heb. Si leuaui cõtra pupillũ manũ meã quũ viderẽ auxiliũ meũ in porta. i. ſi percuſſi pupillũ, quũ viderẽ auxiliũ meũ paratũ, ſi vellet inſurgere: & impune id facere poſſem. 23 à canna. Cãna eſt os longũ à flexura cubiti vſq; ad humerũ. 24 nã propter eius maieſtatẽ nõ potuiſſem. Sub. eripi è manibus eius. 25 vel, fiduciam meã eſſe. 26 Heb. quòd manus mea inueniſſet facultates. ſub. maximas 27 Si vidi ſolẽ quãdo ſplẽdebat, & lunã (à qua) abire ſolet (lumẽ) pretioſum. i. quę ſubinde priuatur lumine. ſi cõſyderaui ſolẽ ſplendentẽ, & lunã, vt eos adorarẽ tanquã Deos. q.d. nunquã ſuſpicatus ſum ſolẽ eſſe Deum. 28 Et deceptũ fuit in occulto cor meũ, & oſculata eſt man⁹ mea os meũ. De ſeductione ſiue idololatria tacita loquitur. q.d. ſi quũ vidi ſolẽ, deceptus fui vt ſuſpicarer illũ eſſe Deũ, & in ſignũ reuerentiæ poſui manũ meã ad os meũ 29 fuiſſet iudicata: 30 Heb. Et non dedi ad peccãdum palatũ meũ, vt peterẽ in maledictione animã eius. i. quum



quum ne habenas quidem laxarim ori meo vt de illo maledicerẽ, & dura ei imprecarer. 31 Hebr. homines tentorij mei. i. domeſtici & familiares mei. 32 Heb. Quis dabit de carne eius? non ſaturabimur. ſub. donec perierit. Verba ſunt domeſticorũ Iobi quos nimiũ fatigabat in tractandis hoſpitibus. q.d. ſtudioſiſsime ſuſcepi aduenas & peregrinos, adeo vt præ faſtidio laboris quẽ in eis tractandis faceſſebam famulis meis, mala mihi imprecarentur ipſi famuli. 33 Heb. ad iter. aut iuxta iter. i. vt facilius declinarent in domũ meã peregrini. 34 vel, ſicut homines. ſub. reliqui. 35 ſinu. i. penes me. 36 Nam fregiſſem turbã multã, & deſpectio familiarũ humiliabat me, & ſilebam, neq; egrediebar domũ. q.d. neminẽ timebã. poterã enim frangere maximã turbã, q̃ pollerem viribus: tamen quũ abiectiſsimus quiſq; ignominia me afficeret, tacebã, meq; domi continebam. 37 Quis det mihi audientẽ me? profecto ſignum meũ eſt, quod Omnipotens reſpõdebit mihi, & liber quẽ ſcripſit homo contẽtionis meæ. i. Vtinã haberẽ qui meã cauſam audiret. ſanè argumentũ innocẽtiæ meæ eſt, quod Dominus teſtimoniũ redditurus eſt illi. liber itẽ quẽ ſcripſit aduerſarius meus. q.d. tantum abeſt vt amicorũ meorũ dicta labefactent innocentiã meã, vt ea optarẽ ſemper ferre. 38 colligauero. q. d. librum illũ quẽ aduerſum me ſcripſerũt aduerſarij mei, ge..abo, eritq; mihi ornamẽto vt corollæ: vt omnes videant quæ adduxerunt contra me. 39 Numerum greſſuũ meorũ narrabo illi: & accedã ad illũ tanquã ad ducẽ. id eſt cũ ſumma reuerẽtia accedã ad illũ qui paratus fuerit audire cauſam meam, eo modo quo principes adire ſolemus. 40 Tellurem pro colonis poſuit. q.d. ſi colonis mercedẽ nõ perſoluerim. Vel vt alij, ſi non iure poſsideo terram quam habeo. 41 id eſt, ſi coegerim vi aut violentia arare terram meam, denegando victum & mercedem agricolis meis. 42 Si comederim abſque argento virtutem eius, & afflixerim animam eorum qui colunt eam, id eſt, Si fructum illius terræ comederim non reddita mercede agricolis, Imo afflixerim ipſos qui coluerunt eam. 43 vel, ſpina. aut carduus. 44 vel tribulus. Alij vertunt, ſemen fœtidum & putidum. 45 vel, perfecta ſunt verba Iobi, id eſt, abſoluta eſt diſceptatio Iobi cum amicis. Clauſula eſt forenſis, vt Latini rhetores adhibent, Dixi. vel Dicta eſt cauſa.

## CAP. XXXII.

Eliu tacentibus cæteris arguit illos inſipiẽtiæ.

OMiſerunt autem tres viri iſti reſpondere Iob, eo 1
quòd iuſtus ſibi videretur. ♀ Et iratus, indigna- 2
tuſq; eſt Eliu filius Barachel Buzites de cogna-
tione Ram: iratus eſt autem aduerſum Iob, eo quòd iuſtũ
ſe eſſe diceret coram Deo. ♀ Porrò aduerſum amicos 3
eius indignatus eſt, eo quòd non inueniſſent reſponſionẽ
rationabilem, ſed tantũmodo condemnaſſent Iob. ♀ Igi- 4
tur Eliu expectauit Iob loquentem: eo quòd ſeniores
B * eſſent qui loquebantur. ♀ Cum autem vidiſſet quòd 5
tres reſpondere non potuiſſent, iratus eſt vehementer.

* ſe

Docet nõ ętatẽ, ſed Spiritũ Dei dare prudentiã.

♀ Reſpondenſque Eliu filius Barachel Buzites, dixit, 6
Iunior ſum tempore, vos autem antiquiores: idcirco demiſſo capite veritus ſum vobis indicare meã ſententiã.
♀ Sperabam enim quòd ætas prolixior loqueretur, & annorum multitudo doceret ſapientiam. 7
♀ Sed vt video, Spiritus eſt in hominibus, & Inſpiratio Omnipotentis dat intelligentiam. 8
♀ Non ſunt longæui ſapiẽtes, nec ſenes intelligũt iudiciũ. 9
C ♀ Ideo dicam, Audite me, oſtendam vobis etia ego meam ° ſapientiam. 10
♀ Expectaui enim ſermones veſtros, audiui prudentiam veſtram, donec diſceptaremini ſermonibus veſtris: 11
♀ Et donec putabam vos aliquid dicere, conſyderabam: ſed vt video, non eſt qui poſsit arguere Iob, & reſpondere ex vobis ſermonibus eius. 12
♀ Ne fortè dicatis, Inuenimus ſapientiam, Deus proiecit eum, non homo. 13
♀ Nihil locutus eſt mihi, & ego non ſecundum ſermones veſtros reſpondebo illi. 14
♀ Extimuerunt, nec reſponderunt vltrà, abſtuleruntque à ſe ° eloquium. 15
D ♀ Quoniam igitur expectaui, & non ſunt locuti: ſteterunt, nec vltrà reſponderunt: 16
♀ Reſpondebo & ego partem meam, & oſtendam ſcientiam meam. 17
♀ Plenus ſum enim ſermonibus, & coarctat me ſpiritus vteri mei. 18
♀ En venter meus quaſi muſtum abſque ſpiraculo, quod lagunculas nouas diſrumpit. 19
♀ Loquar, & reſpirabo paululum: aperiam labia mea, & reſpondebo. 20
♀ Non accipiã perſonã viri, & Deũ homini non æquabo. 21
♀ Neſcio enim quandiu ſubſiſtam, & ſi poſt modicum tollat me factor meus. 22

° ſcientiam.

° eloquia.

*CEſſauerunt igitur tres iſti viri reſpondere Iob, quia ſibi iuſtus videbatur. Iratus eſt autem Elihu filius Barachel Buzita de familia Ram, ipſi Iob ſuccenſens, 1 quòd ſibi maiorem iuſtitiam arrogaret, quàm Deus ferre poſſet. Tribus autem amicis eius ſuccenſuit, quòd non 2 ſuppeterent eis rationes idoneæ, & tamen Iob damnaſſent [impietatis.] Nam Elihu 3 expectauit dum Iob finem loquendi feciſſet: eo quòd iſti ætate illum ſuperabant. Videns autem Elihu 4 tres iſtos nihil argumentorum habere, ſuccenſuit. Et reſpondens Elihu filius Barachel Buzita dixit,*
*Quum ego ætate minimus ſim, vos autem ſenes, 5 veritus ſum, ac timui apud vos meam ſententiam proferre.*
*6 Cogitaui enim par eſſe vt ſenes loquantur, & grandæui diſſerant de ſapientia.*
*Verum Spiritus 7 ipſe agit in hominibus, & afflatus Optimi maximi docet eos.*
*8 Et fit, vt magnates non ſapiant, nec ſenes oſtendant iudicium.*
*Quamobrem dixi, Audito me, & ego etiam prodam quod ſentio.*
*Ecce verba veſtra expectaui, & aures prebui, 9 quandiu moliti eſtis apparatum veſtrum & ſermones afferre:*
*Dumq; vobis attendo, ecce nullus veſtrum Iobum refellit, neque reſpondet ad ipſius verba.*
*10 Neque eſt vt dicatis, Attigimus ſapiẽtiam: [nempe] Deus proſtrauit ipſum [Iob,] & non homo.*
*Contra me quidem aciem diſputationis [Iob] non direxit, neque illi reſpondebo verbis veſtris.*
*Expauerunt, nec reſponderunt amplius, 11 & ſermones defecerunt illos [prouocatores.]*
*Et expectaui, 12 donec loqui poſſent: reſtiterunt enim, vt non amplius reſpondeant.*
*13 Quare & ego reſpondebo pro mea parte, & quod ſentio ipſe quoque proferam.*
*Plenus enim ſum ſermonibus, & ſpiritus ventris mei angit me.*
*Nam venter meus 14 rumperetur vt noui vtres, quum vino ſpiraculum non aperitur.*
*Loquar itaque, 15 vt animi anguſtias remoueam, & aperiens labia mea reſpondebo,*
*16 Neque vero perſonæ cuiuſquam hominis aliquid tribuã, nec honorificis appellationibus cuiquam blandiar.*
*17 Nam ſi ad gratiã loqui inſtituam, neſcio an opifex meus cito me ſublaturus ſit.*

## SCHOLIA IN CAP. XXXII.

1 Propterea quòd iuſtificaret animam ſuam ſupra Deum. i. diceret ſe iuſtum magis quàm Deum. dicebat enim ſe iuſtũ: Deum non item, quòd affligeret eum citra culpam. 2 inueniebant reſponſionem. q. d. condemnabant Iobum nulla ratione adducta. 3 Heb. expectauit Iobum in verbis. i. ſuſtinuit loquentẽ. 4 Hebr. quòd non eſſet (reſponſio) in ore triũ virorum. 5 expaui 6 Heb. Dixi, Dies loquentur, & multitudo annorum notam reddẽt ſapientiam. i. Cogitabã apud me quod ſequitur, Prouecti ætate, & annoſi ſapientes loquentur ſapienter de re propoſita. q.d. putabã ab ætate petendam eſſe ſapientiam, ſed à Spiritu Dei eſt petenda. 7 eſt in homine. q.d. quos aliquando putamus eſſe viliſsimos, habent Spiritum Dei. non ex ætate comparatur ſcientia: ſed à Spiritu ſancto proficiſcitur. 8 Heb. Non magnates ſapientes, & ſenes non intelligunt iudicium. i. non continuo fit vt qui magnates ſunt, ſint ſapientes: neque qui ſenes, intelligant quod rectum eſt. 9 donec audirem intelligentias veſtras, donec inueſtigaretis verba. i. donec audirẽ quid ſentiretis: dumque excogitaretis quid eſſetis locuturi. 10 Heb. Ne forte dicatis, Inuenimus ſapiẽtiã, Deus exagitat illum, non

nõ homo. Ne inquit, poſthac dicatis, fecimus deinduſtria: nõ oportet hominem exagitare Iobum: ſatis eſt quod à Deo exagitetur. nã res non ita habet: hoc dicere nõ poteſtis. 11 Heb. remouerunt à ſe ſe verba, id eſt, tacuerunt. 12 at quia non loquuntur, ſed ſubſtiterũt, nec vltra reſpondent: Reſpondebo etiã, &c. iungitur ſequenti verſui. 13 Reſpondebo (vel, loquar) etiam. 14 eſt tanquam vinũ quod non eſt apertum, & crepat ſicut vtres noui. i. Venter meus eſt velut vter plen⁹ muſto, cui nõ datur ſpiraculũ: & dirũpetur ſicut vtres noui pleni muſto. ſolẽt enim propter calorẽ vini facile rũpi. 15 & recreatio erit mihi: 16 Heb. nequaq̃ ſuſcipiã faciẽ viri: & ad hominẽ mutato nomine nõ vtar. i. Nequaq̃ loquar ad gratiã, nec adulatorũ more vſurpabo glorioſos titulos, vt appellem hominem ſapientẽ, prudentẽ, aut iuſtũ. 17 Heb. Nõ enim noui mutato noĩe alloqui: ilico perdet me creator meus. ſub. ſi vtar nomine mutato.

## CAP. XXXIII.

*QVamobrem audi quæſo Iob ſermones meos, & omnia verba mea auſcultato.*
*Ecce quæſo, aperui os meum, & lingua mea loquetur in palato meo:*
*1 Verbaq; mea proficiſcentur ex corde ſyncero, & ſcientiam puram loquentur labia mea.*
*Nam & me Dei Spiritus condidit, 2 & afflatus Optimi maximi vitam mihi indidit.*
*Si vales, 3 mihi reſpondeto, & acie directa mecum congredere, ac fortiter obtine gradum tuum.*
*4 Ecce apud Deum tibi æquor, & ego ex luto fictus ſum.*
*Ecce metus nullus ex me turbabit te, ac 5 ſi incumberem in te totus, non grauiter premerem.*
*Dixiſti nanque me audiente, atque ſermonum iſtorum voces percipiente:*
*Purus ſum, & ſine ſcelere, 6 irreprehenſibilis ſum, & vaco iniquitate.*
*Ecce [enim Deus] occaſionem captatam aduerſus me reperit, ac me ſibi iudicauit inimicum:*
*Et cõiecit pedes meos in cippũ, cuſtodiens omnia itinera mea.*
*7 Qua quidem in re non iuſte agis, tibique planum faciam quod Deus longe ſuperat friuolum hominem.*
*8 Cur litigas cum eo, quem omnium negotiorum ſuorum reddere rationem non oportet?*
*9 Etenim ſemel Deus loquetur, & iterum, ſi [homo] id non animaduertat,*
*10 In ſomnis, in viſo nocturno, quando ſopor homines opprimit, dum in lecto dormiunt.*
*Tunc autem hominibus 11 vellit, & diſciplinam eorum velut impreſſo ſigillo conſignat,*
*12 Vt homini adimat factũ [prauũ,] & viro ſuperbiã detegat:*
*13 Prohibetque animã eius à fouea, & vitam eius ne progrediatur ſub telorum iactum.*
*14 Caſtigabitur etiam [homo] cruciatu ſuper lectum ſuum, & quantum eſt oſſium illius, vehementi [morbo:]*
*15 Et vita eius faſtidit panem, animaq; eius cibũ ſuauẽ antea:*
*16 Vt abſumatur caro eius ne videatur: & 17 promineant illius oſſa quæ [prius] non videbantur*
*Proximeque 18 foueam accedit anima eius, & vita eius 19 pollinctoribus:*
*20 Quum obtingit ei nuntius orator vnus ex mille, vt homini exponat officium ſuum.*
*21 [Deus] beneficio eum proſequitur, ac dicit, Redime illum, ne deſcendat in foueam: inueni expiationem:*
*22 Recipitq; caro eius vegetabilem vim, etiã maiorẽ quàm in pueritia habuit, ac redit ad dies adoleſcentiæ ſuæ.*
*Deum exorabit, 23 qui bene volet ei, faciemque ſuam oſtendet lætam, ac reddet homini ſuam iuſtitiam.*
*24 Vt reſpiciat in homines, 25 ac dicat, Peccaui, & præuaricatus ſum à probitate, nec pœnas condignas dedi:*
*26 Sed redemit animam meam, ne pergeret ad foueam: & vitam meam, vt lucem aſpiciat.*
*Ecce omnia hæc Deus agit bis aut ter cum viro:*
*Vt reuocet animã eius à fouea, vtq; illuſtretur luce 27 viuifica.*
*Attendito Iob, audito me: ſileto, & ego loquar.*
*Aut ſi ſuppetunt ſermones, reſpondeto mihi: loquere, nam cupio 28 vt te poſsis defendere.*
*Sin minus, auſcultato mihi, [&] ſileto, atque ego te ſapientiam docebo.*

## CAP. XXXIII.

1 AVdi igitur Iob eloquia mea, & omnes ſermones
meos auſculta.
2 ¶ Ecce aperui os meum, ᵃloquatur lingua mea
in faucibus meis.
3 ¶ Simplici corde meo ſermones mei, & ᵇſententiam puram labia mea loquentur.
4 ¶ Spiritus Dei fecit me, & Spiraculum omnipotentis viuificauit me.
5 ¶ Si potes, reſponde mihi, & aduerſus faciẽ meam cõſiſte.
6 ¶ Ecce, & me ſicut & te fecit Deus, & de eodem luto ego quoque formatus ſum.
7 ¶ Veruntamen miraculum meum non te terreat, & ᶜeloquentia mea non ſit tibi grauis.
8 ¶ Dixiſti ergo in auribus meis, & vocem verborum tuorum audiui,
9 ¶ Mundus ſum ego, & abſque delicto: immaculatus, & non eſt iniquitas in me. B
10 ¶ Quia querelas in me reperit, ideo arbitratus eſt me inimicum ſibi.
11 ¶ Poſuit in neruo pedes meos, cuſtodiuit oẽs ſemitas meas.
12 ¶ Hoc eſt ergo in quo non es iuſtificatus. reſpõdebo tibi, quia maior ſit Deus homine.
13 ¶ Aduerſus eum contendis, quòd non ad omnia verba reſponderit tibi?
14 ¶ Semel loquitur Deus, & ſecundũ id ipſum non repetit.
15 ¶ Per ſomnium in viſione nocturna, quando irruit ſopor ſuper homines, & dormiunt in lectulo:
16 ¶ Tũc aperit aures virorũ, & erudiẽs eos, inſtruit diſciplina, C
17 ¶ Vt auertat hominem ab his quæ ᵈfecit, & liberet eum de ſuperbia:
18 ¶ Eruens animam eius à corruptione: & vitam illius vt non tranſeat in gladium.
19 ¶ Increpat quoque per dolorem in lectulo, & omnia oſſa eius marceſcere facit.
20 ¶ Abominabilis ei fit in vita ſua panis, & animæ illius cibus antè deſyderabilis.
21 ¶ Tabeſcet caro eius, & oſſa quæ tecta fuerãt, nudabũtur.
22 ¶ ᵉAppropinquabit corruptioni anima eius, & vita illius mortiferis,
23 ¶ Si fuerit pro eo angelus loquens vnus de ᶠſimilibus, vt annuntiet hominis æquitatem,
24 ¶ Miſerebitur eius, & dicet, Libera eum, vt non deſcendat in corruptionem: inueni in quo ei propitier.
25 ¶ Conſumpta eſt caro eius à ſupplicijs, reuertatur ad dies adoleſcentiæ ſuæ.
26 ¶ Deprecabitur Deum, & placabilis ei erit: & videbit faciem eius in iubilo, & reddet homini iuſtitiam ſuam. D
27 ¶ Reſpiciet homines, & dicet, Peccaui, & verè deliqui, & vt eram dignus, non recepi.
28 ¶ Liberauit animam ſuam ne pergeret in interitum, ſed viuens lucem videret.
29 ¶ Ecce, hæc omnia operatur Deus tribus vicibus per ſingulos,
30 ¶ Vt reuocet animas eorum à corruptione, & illuminet luce viuentium.
31 ¶ Attende Iob, & audi me: & tace, dum ego loquor.
32 ¶ Si autem habes quod loquaris, reſponde mihi, loquere: volo enim te apparere iuſtum.
33 ¶ Quòd ſi nõ habes, audi me: tace, & docebo te ſapientiã.

Oſtẽdit Eliu in quo Iob peccauerit.
ᵃ loquetur
ᵇ ſcientiam
ᶜ eloquiũ meũ nõ ſit tibi graue
Cum Deo non contẽdendum, nec eius opera inquirenda curioſius.
ᵈ facit
ᵉ Appropinquauit
ᶠ millibus

### SCHOLIA IN CAP. XXXIII.

1 Heb. Rectitudo cordis mei ſermones mei. 2 Heb. Spiraculum Omnipotentis viuificauit me. 3 Heb. Diſpone orationem tuam, & conſiſte ante me. 4 Ecce ego iuxta os tuum pro Deo. Dixerat Iob, veniat Deus & ne me terreat, diſputabo cum eo. propter hoc



hoc dicit, En ego adſum pro Deo. q.d. Inueniſti diſputatorem talẽ qualem optaſti. 5 Heb. & manus mea non erit tibi grauis. i. neque ego percutiam te: non nocebo tibi. 6 nitidus. 7 Heb. Ecce hac ratione non es iuſtificatus: reſpondebo tibi quòd maior eſt Deus homine. 8 Cur aduerſus eum contendis? non enim omnia verba ſua loquitur. i. non omnia ſua arcana reuelat. ac ſi dicat, omnia in vſum noſtrum facit, licet non intelligamus. 9 Heb. Quia vna (via) loquitur Deus, & duabus ei qui non viderit eam. i. vna via ſiue ratiõe loquitur Deus, aut etiam duabus ei qui priorem loquendi rationem non intellexerit. q.d. Duobus modis homines alloquitur Deus, Per ſomnum, & per morborum immiſsionem. 10 In ſomnio viſionis noctis. i. viſionibus noctu factis per quietem. 11 aperit, & caſtigationem eorum quam ſigillauit. i. ſolet alloqui homines, & inſpirare illis caſtigationem qua eſt eos caſtigaturus: quam tanquam ſententiam ſigillauit. 12 Vt auferat (à ſe) homo opus, & vt abſcondat ab homine ſuperbiã. q.d. Hoc facit Deus vt reuocet hominem ab opere & inſtituto prauo, & humiliet eum ſub manu ſua. 13 Remouebit (ſub. hac ratione) animam ſuam à corruptione: & vitam ſuam ne tranſeat in gladium. Hac ratione ſeipſum ſeruabit ne pereat gladio. 14 Hic loquitur de ſecunda illa via qua Deus homines reuocat à malis. 15 Et abhorrere faciet eum vita eius panem: & anima eius cibum deſyderij. i. deſyderabilem. q.d. Anima eius deficiet, ita vt abhorreat ille à pane & cibo. 16 Deficiet caro eius à viſione. i. deſinet videri caro eius, hoc eſt reddetur macilentus. 17 extabunt. prominebunt. 18 corruptioni accedet. i. morietur. 19 Heb. mortiferis. i. ijs qui tradunt homines morti. hoc eſt morbis. 20 Heb. Si ſit apud eum angelus (bonus) interpretans vnum ex mille, vt annuntiet homini rectitudinem eius. Coniungitur hic verſus ſequentibus, id eſt, ſi tunc adſit angelus bonus qui ponat ante oculos hominis milleſimam partem beneficiorum Dei, vt annuntiet ſiue inſpiret homini ipſi Deum iuſte omnia facere: & homo acquieſcat: tunc miſerebitur eius Deus, &c. 21 Tunc miſerebitur eius, & dicet (angelo) Redime illum ne deſcendat in corruptionem: inueni redemptionem. Et dicet, inquit, Deus angelo ſuo, Vindica illum ab interitu. q.d. curabit Deus illum ſeruãdum per angelum. Inueni, inquit Deus, rationem qua illi ſim propitius. 22 Succulentior erit caro eius quàm erat in iuuentute: & reuertetur ad dies adoleſcentię ſuæ. 23 Heb. qui diliget eum, & videbit faciem eius cum iubilo. i. fauore ſummo proſequetur eum, concedetque ei omnia optata. 24 Cõtemplabitur homines, ſub. Deus. vel, intuetur: expectat donec reſipiſcamus, & reuertamur ad eum. 25 & (quicunque) dicet, Peccaui, & rectum peruerti, & non placuit mihi. ſub. rectitudo. perficitur ſententia verſu ſequenti. 26 Redimet animam ſuam ne tranſeat in corruptionem: & anima eius lucem videbit, id eſt, vindicabit ſe homo ab interitu. Vel, Deus vindicabit eum. poteſt vtrunque intelligi. 27 Viuentium, id eſt, vt tandem conſpicuus ſit in medio viuentium. 28 te iuſtificare, id eſt, te iuſtum oſtendere, non impium.

## CAP. XXXIIII.

Eliu ꝓbat Deũ non eſſe iniquũ iudicem, quòd ſit mũdi iudex, & omnium rerum potens adminiſtrator.

PRonuntians itaque Eliu, etiam hæc locutus eſt. 1
¶ Audite ſapientes verba mea, & eruditi auſcultate me: 2
¶ Auris enim verba probat, & guttur eſcas guſtu dijudicat. 3
¶ Iudicium eligamus nobis, & inter nos videamus quid ſit melius, 4
¶ Quia dixit Iob, Iuſtus ſum, & Deus ſubuertit iudicium meum: 5
¶ In iudicando enim me, mendacium eſt: violenta ſagitta mea abſque vllo peccato. 6
¶ Quis eſt vir vt eſt Iob, qui bibit ſubſannationem quaſi aquam, 7
¶ Qui graditur cum operantibus iniquitatem, & ambulat cum viris impijs? 8
¶ Dixit enim, Non placebit vir Deo, etiam ſi cucurrerit cum eo. 9
¶ Ideò viri cordati audite me, abſit à Deo impietas, & ab Omnipotente iniquitas. 10
B ¶ Opus enim hominis reddet ei, & iuxta vias ſingulorum reſtituet eis. 11
¶ Verè enim Deus non condemnabit fruſtra, nec Omnipotens ſubuertet iudicium. 12
¶ Quem conſtituit alium ſuper terram? aut quem poſuit ſuper orbem quem fabricatus eſt? 13
¶ Si direxerit ad eum cor ſuum, ſpiritum illius & flatum ad ſe trahet: 14
¶ Deficiet omnis caro ſimul, & homo in cinerem reuertetur. 15
¶ Si habes ergo intellectum, audi quod dicitur, & auſculta vocem eloquij mei. 16
¶ Nunquid qui non amat iudicium, ſanari poteſt? & quomodo tu eum qui iuſtus eſt, intantum condemnas, 17
¶ Qui dicit regi, apoſtata: qui vocat duces impios? 18
¶ Qui non accipit perſonas principum: nec cognouit tyrannum, cum diſceptaret contra pauperem: opus enim manuum eius ſunt vniuerſi. 19
¶ Subito morientur, & in media nocte turbabũtur populi, & pertranſibunt, & auferent violentum abſque manu. 20
¶ Oculi enim eius ſuper vias hominum, & omnes greſſus eorum conſyderat. 21
C ¶ Non ſunt tenebræ, & non eſt vmbra mortis, vt abſcondantur ibi qui operantur iniquitatem. 22
¶ Neque enim vltrà in hominis poteſtate eſt, vt veniat ad Deum in iudicium. 23
¶ Conteret multos, innumerabiles, & ſtare faciet alios pro eis. 24

Oſtendit ipſum Iob à Deo iniuſtè non affligi.
Deut. 10. d. 2. pa. 19. c. ſap. 6. b. eccle. 35. b. rom. 2. b. gal. 2. b. eph. 6. b. colo. 3. d. act. 10. e. 1. pe. 1. c.
Mutatio regnorum, opus Dei eſt.

*PLuribus autem diſſerens Elihu, dixit,*
*Audite ſapientes viri meos ſermones, & eruditi auſcultate mihi:*
*Nam auris ſermones explorat, & palatum 2 ſaporem ciborum dijudicat.*
*3 Ac cum iudicio agere nobis placeat, & cognoſcamus inter nos quid bonum ſit.*
*Dixit enim Iob, Iuſtus ſum, & Deus 4 me tractat indignis modis:*
*5 Falſus ſum expectatione iudicij mei, quum ſagitta mihi dolorem inflixerit abſque vllo meo ſcelere.*
*Quis autem vir eſt Iobo conferendus, qui 6 bibat irriſionem velut aquas?*
*7 Et conſors eſt malorum quæ facinoroſis debentur, ac verſatur in conditione impiorum.*
*Dixit enim, 8 Vir non faciet paria, ſi cum Deo curſu contendat.*
*Quocirca 9 viri cordati auſcultate mihi: 10 Abſit vt in Deum hæreat aliquid impietatis, aut in Optimum maximum aliquid iniquitatis.*
*Rependit enim homini quod geſſerit, 11 vt illud aſſequatur ad quod contendit quiſque.*
*Proculdubio autem Deus nihil 12 temere agit, & Optimus maximus nulli facit iniuriam.*
*Quis enim 13 cũ illo inuiſit terrã? & quis condidit totũ orbẽ?*
*14 Si ei ſuus animus ſuggereret reuocare ſpiritum & flatum ſuum:*
*[Protinus] omnis caro ſimul expiraret, ac homo conuerteretur in puluerem.*
*Siquid igitur intelligentiæ habes, hoc audi, & auſculta vocem meorum ſermonum.*
*An qui odit iudicium, 15 chirurgos imitaretur? 16 illumne impietatis ſugillabis, qui iuſtus & potens eſt?*
*17 Num rex appellandus eſt apoſtata? & principes impij?*
*18 Qui perſona principum non mouetur, neque diſcrimen ponit inter 19 munificum, & tenuem: vniuerſi enim opus ſunt manuum ipſius.*
*Repente morientur, & media nocte 20 velut torrente auferentur populi, vt intereant, auferantque [angeli] validum nullo negotio.*
*Oculi enim eius coniecti ſunt ad vias cuiuſque, omneſq; gradus hominis videt.*
*Non ſunt tenebræ neque denſiſsima caligo, vbi abſcondi poſſint flagitioſi.*
*21 Nec enim Deus impingit cuiquam quod non fecit, vt cum Deo in ius ambulet.*
*Conteritque potentes infinitos, & eis ſufficit alios.*

22 *Quamobrem ad notitiam proferet opera illorũ, & [diem]*
*vertet in noctem, vt conterantur.*
23 *Quos in loco celebri collidit, propterea quòd impij ſunt:*
*Siquidem ab eo defecerunt, & omnes vias eius ignorarunt:*
24 *Vt extorquerent clamorem inopi ad ipſum peruenientem,*
*vtque clamorem humilium exaudiret.*
*Porrò ipſo tranquillitatem conſtituente, quis turbabit? &*
25 *abſcondente faciem tam à gente quam ab homine, quis*
*eum aſpiciet?*
26 *Ne regnet homo hypocrita, [neu] laquei ſint quibus popu-*
*lus capiatur.*
27 *Ad Deum enim pertinet dicere, Condonaui noxam, &*
*non vaſtabo.*
28 *Siquid reliquum eſt quod non perſpexi, tu indicato mihi:*
*ſiquam iniquitatem patraui, non iterabo.*
29 *An à te [ortam diſputationem alius] abſoluet, quia tu reie-*
*ciſti? tua enim eſt optio [hîc,] non mea: proin ſiquid noſti,*
*eloquere.*
30 *Homines cordati loquantur mihi, & vir ſapiens qui mihi*
*auſcultauit.*
31 *Iob [ſanè] imperite locutus eſt, ac verba ſua imprudenter*
*[effutiuit.]*
32 *Hæc autem in medium affero, vt res Iobis diſcutiantur*
*exactiſsime, quo paratæ ſint reſponſiones contra prauos*
*homines.*
33 *Non enim defuturus eſſet, qui ſcelus peccato cumulans in-*
*ter nos plauderet, ac verbis cum Deo litigaret.*

25 ♀ Nouit enim opera eorum: & idcirco inducet noctem, &
conterentur.
26 ♀ Quaſi impios percuſsit eos in loco videntium.
27 ♀ Qui quaſi de induſtria receſſerunt ab eo, & omnes vias
eius intelligere noluerunt,
28 ♀ Vt peruenire facerent ad eum clamorem egeni, & au-
diret vocem pauperum.
29 ♀ Ipſo enim concedente pacem, quis eſt qui condemnet?
ex quo abſconderit vultum, quis eſt qui contempletur
eum & ſuper gentes & ſuper omnes homines?
30 ♀ Qui regnare facit hominem hypocritam propter pec-
cata populi.
31 ♀ Quia ergo ego locutus ſum ad Deum, te quoque non
prohibebo.
32 ♀ Si erraui, tu doce me: ſi iniquitatem locutus ſum, vltrà
non addam.
33 ♀ Nunquid à te Deus expetit eam, quia diſplicuit tibi?
tu enim cœpiſti loqui, & non ego: quòd ſiquid noſti
melius, loquere.
34 ♀ Viri intelligẽtes loquãtur mihi, & vir ſapiẽs audiat me.
35 ♀ Iob autem ſtultè locutus eſt, & verba illius non ſonant
diſciplinam.
36 ♀ Pater mi, probetur Iob vſque ad finem: ne deſinas ab
homine iniquitatis.
37 ♀ "Qui addidit ſuper peccata ſua blaſphemiam: inter nos
interim conſtringatur, & tunc" ad iudicium prouocet
ſermonibus ſuis Deum.

D Malus magiſtratus malo populo datur à Deo.

"Quia addit "multiplicet ſermones ſuos ad Deum.

SCHOLIA IN CAP. XXXIIII.

1 Heb. Et reſpondit. i. ſermonem perſequens. 2 Hebr. guſtat ad comedendum. 3 Heb. Iudicium eligamus nobis. i. conſtituamus inter nos diſceptationem. 4 Heb. abſtulit iudiciũ meũ. i. iuſtitiam meam: hoc eſt, non agit mecum pro æquitate mea: affligit me immerito. 5 Super iure meo mentiri debeo? doloroſa eſt ſagitta mea ſine tranſgreſsione. Ius vocat ſuam iuſtitiam & æquitatem. An, inquit, par eſt vt mẽtiar ſuper innocentia mea? tacere ne debeo meam innocentiam? vulnus meum plenum eſt doloribus, vulnus inquam quod accepi à Deo nullo meo merito. 6 Bibere ſubſannationem velut aquam, eſt plenum eſſe ſermonibus ridiculis. 7 Et ambulauit in ſocietate cum operantibus iniquitatem, & qui ire (paratus ſit) cum hominibus impietatis. i. qui ſecutus ſit operantes iniquitatem, videaturque aſſentiri opinionibus improborũ. Nam dicit &c. 8 Non prodeſt ipſi homini dum ambulat cum Deo. 9 viri cordis. i. ſapientes. 10 Abſit à Deo facere iniquitatem: & ab Omnipotente vt faciat vanitatem. vel, committat flagitium. q. d. fieri non poteſt vt Deus aliquid inique agat. 11 & iuxta viam hominis inuenire faciet eum. i. faciet homini iuxta id quod facit. 12 impie agit, & Omnipotens non peruertet iudicium. 13 viſitauit ſuper eum terram: & quis diſpoſuit orbem terræ vniuerſum? i. quis eo ſuperior, vel quis poſt illum viſitauit terram vt eam rectius diſponeret? 14 Si apponeret ad illum (hominem) cor ſuum, ſpiritum eius & animã eius ad ſeſe colligeret. i. ſi Deus vellet omnem hominem perdere, vita ſpoliaret vnumquenque. q. d. Nemo eſt quem Deus vita priuare non poſsit. 15 Vel, obligabit vulnus? i. vt chirurgus etiam ſecans & vrens, ſanitati hominis conſulit, ita Deus affligens. Alij ex commentarijs Hebræorum vertunt, an qui odit iudiciũ, regnabit? i. dignuſne eſt qui regnet? q. d. non. 16 & an iuſtum inſignem, pronuntiabis impium? 17 Nunquid dicere (æquũ eſt) regi, O inique? & principibus, O inique? 18 Sub. Quanto magis ei qui &c. 19 principem 20 commouebuntur populi, & præteribunt: & amouebunt fortem non manu. i. non potentia. quia ſæpe à famulis interficiuntur tyranni. 21 Heb. Quia non ſuper hominem poſuit quod futurum eſt: vt ambulet ad Deũ cum iudicio. i. non commiſit homini quod futurum eſt (q. d. futura ſibi reſeruauit) vt homo cum Deo poſsit cõtendere. 22 Heb. propter ea cognoſcere faciet opera ſua: & vertet ſeſe nox, & conterentur. i. efficiet vt homines cognoſcant opera ſua: nam exacta nocte conterentur omnes illi. 23 Pro iniquis percutit eos in loco videntiũ. i. Tanquã improbos ſolet eos percutere vidẽtibus omnibus. 24 Vt peruenire faciat ad ſeſe clamorẽ pauperis, & vt clamorẽ pauperum exaudiat. Sub. ſic percutit impios. i. eos percutit vt oppreſsi fugiant ad illũ tanquã ad anchoram ſacram. 25 ſi abſcõderit faciem, quis intuebitur illum? & ſuper gentes, & ſuper hominem ſimul. ſub. eueniunt mala. i. ſi abſconderit faciẽ ſuam alicui, quis eum dignabitur intueri? q. d. nemo, & nationi vni, & ſingulis eueniunt mala, eo φ regnet hypocrita &c. Sequenti verſu perficitur hic verſus. ac ſi dicat, Et vni nationi & ſingulis eueniunt mala duabus de cauſis: aut propter peccata noſtra, φ ſint offendicula populi: & propter regis iniquitates 26 Eo φ regnet homo hypocrita: [&] Iob offendicula populi. 27 Sane ad Deum qui dicere poteſt, Remiſi iniquitatem, non deſtruam. Sane, inquit, par erat vt diceres Deo, quæ ſequuntur verſu ſequenti, Nempe, Quanuis neſciam me peccaſſe, &c. Deo inquam cuius eſt remittere iniquitatem, & non deſtruere. 28 Abſq; hoc quod videam, (ſub. doce me) ſi iniquitatem feci, non addam. i. Dicere debueras, Quanuis neſciã me peccaſſe, opto tamẽ vt doceas me qua ratione peccarim. 29 Hebraice ad verbũ, An ex te, vt perficiat illam? nã abominatus es, quia elegiſti, & nõ ego: & quid noſti loqui? Multa ſubaudienda, An ex te prouenire debet vt Deus perficiat afflictionẽ illã? vel, An in cauſa eſſe debes vt Deus te perfecte puniat? nam abominatus es vitã tuam, elegiſtiq; mori, & non ego. & quid ad hæc reſpondere poſsis? 30 Heb. Homines cordis dicent mihi: & homo ſapiens audiet me. q. d. Mea ſententia viris cordatis probabitur. Dicent mihi. i. in gratiam meam, fauendo cauſæ meæ: & homo ſapiens audiet verba mea, in gratiam meam, dicẽdo, Iob &c. 31 Iob non in cognitione loquitur: & verba eius non in intelligentia. 32 Heb. Vtinam probetur Iob in æternum pro reſponſionibus in hominibus iniquitatis. i. Vtinã longo tẽpore probetur patientia Iob, vt habeamus quod reſpondere poſsimus hominibus iniquis. Quidam vertunt, Pater mi (Deus) da vt probetur Iob. Verti etiam poteſt, Voluntas mea vt &c. 33 Nam addet ſuper iniquitatẽ ſuam, præuaricationem: inter nos exploder, & multiplicabit verba ſua Deo. i. Si vltra probetur, addet peccatum peccato, loquendo contra Deum, vt facere ſolent impij, explodet opinionẽ noſtram.

CAP. XXXV.

P*Roſequens igitur Elihu ſermonem, dixit,*
1 *An cum iudicio id ſtatuis quod dicis, Iuſtitiæ meæ*
*apud Deum nulla eſt ratio?*
*Dixiſti enim,* 2 *Quid commodabit, quam vtilitatem ca-*
*piam, ſi non peccem?*
*Ad quod tibi & tuis amicis tecum reſpondebo.*
*Contemplare [enim] cœlos, & vide: & aſpice æthera, quanto*
*ſit altior te.*

CAP. XXXV.

1 IGitur Eliu hæc rurſum locutus eſt,
2 ♀ Nunquid æqua tibi videtur tua cogitatio, vt dice-
res, Iuſtior ſum Deo?
3 ♀ Dixiſti enim, Non tibi placet quod rectum eſt: vel quid
tibi proderit, ſi ego peccauero?
4 ♀ Itaq; ego reſpõdebo ſermonibus tuis, & amicis tuis tecũ.
5 ♀ Suſpice cælum & intuere, & contemplare æthera quòd B
altior te ſit.

Non Deo, ſed homini vel nocet impietas, vel prodeſt pietas.

♀ Si pec-



♀ Si peccaueris, quid ei nocebis? & ſi multiplicatæ fuerint 6
iniquitates tuæ, quid facies contra eum?
♀ Porrò ſi iuſtè egeris, quid donabis ei, aut quid de manu 7
tua accipiet?
♀ Homini qui ſimilis tui eſt, nocebit impietas tua, & filium 8
hominis adiuuabit iuſtitia tua.
C ♀ Propter multitudinem calumniatorum clamabunt: & 9
eiulabunt propter vim brachij tyrannorum.
♀ Et non dixit, Vbi eſt Deus qui fecit me, qui dedit car- 10
mina in nocte?
♀ Qui docet nos ſuper iumenta terræ, & ſuper volucres 11
cæli erudit nos.
♀ Ibi clamabũt, & nõ exaudiet, propter ſuperbiã malorũ. 12
D ♀ Non ergo fruſtra audiet Deus, & Omnipotens cauſas 13
ſingulorum intuebitur.
♀ Etiam cum dixeris, Non conſyderat: iudicare coram 14
illo, & expecta eum.
♀ Nunc enim non infert furorem ſuum, nec vlciſcitur ſce- 15
lus valde:
♀ Ergo Iob fruſtra aperit os ſuum, & abſque ſcientia ver- 16
ba multiplicat.

Impie ſentit caro, Deum ſua non curare.

*Si pecces,* 3 *quid ages in illum? & ſi augeſcant ſcelera tua,*
*quid ei facies?*
*Si iuſtus ſis, quid dabis illi, aut quid ex manu tua accipiet?*
4 *Sed virum tuæ conditionis impietas tua, & filium hominis*
*iuſtitia tua attingit.*
5 *Cur igitur clamant multi ob magnitudinem oppreſsionum?*
*& vociferantur propter violentiam magnatum?*
*Nempe quia nullus dicit, Vbi eſt Deus qui me condidit,*
6 *qui noctu dat cantus?*
*Noſq; maiori doctrina donauit quàm pecudes terreſtres:*
*& ſapientiam nobis maiorem conceſsit quàm auibus cœli?*
*Tum clamant,* 7 *quum improborum hominum inſolentia*
*premuntur, & [Deus] non exaudit.*
*Verum deus* 8 *vanitatem iſtam [precum] non audit, nec*
*Optimus maximus reſpicit eam.*
*Etiam ſi dicas* 9 *quòd eum non videas, nihilominus* 10 *eſt*
*apud eum iudicium, tuumq; fuerit expectare illum.*
11 *Quia enim iam non animaduertit iratus, neque pro enor-*
*mitate ſcelerum pœnam irrogauit.*
12 *Iob erupit in verba inania, & imperite grauibus ſermo-*
*nibus vtitur.*

SCHOLIA IN CAP. XXXV.

1 Hebr. An hoc putas ad iudicium: dixiſti, iuſtitia mea plus quàm Dei? i. An hoc iuſtum eſſe putas quod dixeris, Iuſtitia mea maior eſt quàm iuſtitia Dei? vel, dixiſti te iuſtiorem Deo, & eum te citra culpam affligere. 2 Quid proderit tibi, quem fructum capiam de expiatione mea? Enallage perſonæ eſt tibi pro mihi, id eſt, quid emolumenti capiam ſi ſtuduero emendare vitam meam, cum me affligas ac ſi peccaſſem? 3 id eſt, qua in re lædes illum? q. d. neque prodeſt, neque obeſt Deo ſi mali aut boni fuerimus. 4 Heb. Viro ſicut tu, (erit) impietas tua: & filio hominis erit iuſtitia tua, id eſt, Si benefeceris, bono tuo id feceris: & ſi male, etiam damno tuo id feceris. Aut impietas tua nocebit viro tibi ſimili: & iuſtitia tua proderit filio hominis: q. d. ſi bona egerimus, noſtro bono: ſi mala, noſtro malo. 5 De multitudine oppreſſorum, quos clamare faciunt, & vociferantur propter brachium fortium. Sub. nemo reſipiſcit, nemo ſapit, neque dicit, Vbi eſt, & cætera in ſequenti verſu. Videbatur Iob innuere, Deum non curare hæc mortalia, φ permitteret pios affligi, impios vero fœliciter agere. Retorquet hæc verba Eliu: dicens id fieri, & eos ſæpe opprimi à potentibus, eo quòd non recurrant ad Deum, neque inuocent eum. 6 Hebr. qui ponit carmina in nocte? i. qui creauit ſtellas lucentes nocte, quæ nos ad laudem Dei debent inuitare. 7 Hebr. propter ſuperbiam malorum. i. propter vehementiam malorum. q. d. dices fortaſſe eos clamare cum malis premuntur, ſed non implorant Dei opem ex animo: quare Deus non exaudit illos. 8 i. vanas preces quæ non funduntur ex animo. 9. i. quãuis difficile perſuadeas tibi, Deũ te videre: tamẽ videt te. 10 vel potius ſic, iudica te in cõſpectu eius: & ſperes in eo. Nam oportet prius agnoſcere culpam ſuã: deinde ſpem ſuã collocare in Deo. 11 Nunc autem (ſcito) φ nihil eſt id quod viſitauit ira eius: neq; nouit (Iob) multum admodũ mali. i. ſcito Deum non agere tecum pro rigore iuſtitiæ: neque &c. 12 Igitur Iob in vanitate aperit os ſuum: & abſque ſcientia verba multiplicat, id eſt, in vanum loquitur, & imprudenter.

CAP. XXXVI.

ADdens quoque Eliu, hæc locutus eſt, 1
♀ Suſtine me paululum, & indicabo tibi: adhuc 2
enim habeo quod pro Deo loquar.
♀ Repetam ſcientiam meam à principio, & operatorem 3
meum probabo iuſtum.
♀ Verè enim abſque mendacio ſermones mei, & perfecta 4
ſcientia probabitur tibi.
♀ Deus "potentes non abijcit, cum & ipſe ſit potens. 5
♀ Sed non ſaluat impios, & iudicium pauperibus" tribuit. 6
♀ Non auferet à iuſto oculos ſuos, & reges in ſolio collo- 7
cat in perpetuum, & "illic eriguntur:
♀ Et ſi fuerint in catenis, & vinciantur funibus pauper- 8
tatis,
B ♀ Indicabit eis opera eorum & ſcelera eorum, quia vio- 9
lenti fuerunt.
♀ Reuelabit quoque aurem eorum, vt corripiat: & loque- 10
tur, vt reuertantur ab iniquitate.
♀ Si audierint & obſeruauerint, complebunt dies ſuos in 11
bono, & annos ſuos in gloria.
♀ Si autem non audierint, tranſibunt per gladium, & con- 12
ſumentur in ſtultitia.
♀ Simulatores & callidi prouocant iram Dei, neque clama 13
bunt cum vincti fuerint.
♀ Morietur in tempeſtate anima eorum, & vita eorum 14
inter effœminatos.
♀ Eripiet de anguſtia ſua pauperem, & reuelabit in tribu- 15
latione aurem eius.
C ♀ Igitur ſaluabit te de ore anguſto latiſsimè, & non ha- 16
bente fundamentum ſubter ſe: requies autem menſæ
tuæ erit plena pinguedine.
♀ Cauſa tua quaſi impij iudicata eſt, cauſam iudiciumque recipies. 17

Rurſum declarat Eliu Dei iuſtitiam ab operibus eius.

"potens "tribuet.

"illi

Quare Dominus corripiat aut flagellet.

Hypocritarum iudicium, confuſio & deſperatio.

R*Vrſum quoque dixit Elihu, Suffer me pauliſper, &*
1 *explicabo tibi, quia plura habeo quæ* 2 *p Deo dicã.*
3 *Afferam enim quod cognitum habeo: verum non*
*preſsius agens, & conditori meo iuſtitiam vendicabo.*
*Nam plane ſermones mei carent mendacio,* 4 *& ſcientia*
*integra præditus tecum agit.*
*Ecce deus* 5 *potens quum vires habeat animo pares, [vni-*
*uerſitatis gubernationem] non detrectat.*
6 *Non impio vitam concedet, & iudicem humilium aget.*
*Non retrahit oculos ſuos à iuſto, &* 7 *ſolio imponit reges, vt*
*aliqui perpetuò celſitudinem retineant.*
*Quumq; vincti compedibus fuerint,* 8 *ac irretiti funibus*
*miſere vixerint:*
9 *Refert eis quid facto fuerit opus, & ſcelera ipſorum, quia*
*ſuperbierant:*
*Eiſq;* 10 *peruellit aurem,* 11 *vt caſtigentur, & dicit vt à*
*vanitate diſcedant.*
*Quòd ſi obedierint, ac [eum] coluerint, exigent dies ſuos pro-*
*ſpere, annoſq; ſuos ſuauiſsime.*
*Sin minus obtemperauerint,* 12 *pergent ſub telorum ictũ,*
*& expirabunt* 13 *propter imprudentiam.*
*Cæterum* 14 *hypocritæ falſi cordis iram coaceruabunt, &*
*non clamabunt cum eos conſtrinxerit.*
*Quare anima eorum morietur* 15 *per iuuenilem ſtoliditatẽ,*
*& vita eorum cum ſcortatoribus.*
16 *Quum affligit humilem ſua miſeria, vellit ei aurem per*
*afflictionem.*
17 *Quinetiam ſi te reuocarit è faucibus periculi, [ſupereſt]*
*lata vorago quæ fundamento caret, vt menſa tua referta*
*pinguedine peſſum eat:*
18 *Tuq; impij iudicium expleueris, iudicium & ius retine-*
*bunt ſuum vigorem.*

*19 Quia minime te ira defendet, etiã ſi cõpleſione manuũ fueris minitatus: neque munerum multitudo aſſeret te.*
*20 Num magni æſtimaret amplitudinem tuam? non munitionem, nec omnia quæ vires conferunt, [æſtimat.]*
*21 Ne anheles noctu, quum populi ſua in ſede permanentes incrementa capiunt.*
*22 Caue te vertas ad res nihili, quibus coneris te ex miſeria extricare.*
*23 Ecce Deus arcem potentiæ tenet: quis legumlator ei conferendus eſt?*
*24 Quis cum eo inſpexit viam illius? & quis dicet, Iniquitatem patraſti?*
*Tu memineris vt opus illius 25 amplifices, quod homines intuentur:*
*Quod omnes homines ſpectant, & mortales contemplantur, [quanquam] eminus.*
*Ecce Deus modis omnibus maximus eſt, 26 vt ignoremus numerum annorum eius, & viam eum perueſtigandi.*
*27 Nam prohibet guttas aquarum, [quæ rurſum] fundent pluuiam ex vapore ſuo [coactam,]*
*28 Vt deſluant ab æthere, ac deſtillent in multos homines.*
*29 Siquis etiam animaduertat expanſiones nubis, [ſunt velut] laquearia tugurij ſui.*
*30 Ecce illi ſuperexpandit lucem ſuã, & radices maris operit.*
*31 Illis enim iudicium exercet in populos, vt det cibum copia magna.*
*32 Nubibus includit exhalationem igneam: eique præcipit vt tendat contra occurrentem vaporem:*
*33 Nũtiatq; illi ſocia eius quòd indignetur [vapori] aſcẽdenti.*

18 ♀ Non te ergo ſuperet ira, vt aliquem opprimas: nec multitudo donorum inclinet te.
19 ♀ Depone magnitudinem tuam abſque tribulatione & omnes robuſtos fortitudine.
20 ♀ Ne protrahas noctem, vt aſcendant populi pro eis.
21 ♀ Caue ne declines ad iniquitatem: hanc enim cœpiſti ſequi poſt miſeriam.
22 ♀ Ecce, Deus excelſus in fortitudine ſua, & nullus ei ſimilis in legiſlatoribus.
23 ♀ Quis poterit ſcrutari vias eius? aut quis [o] audet ei dicere, Operatus es iniquitatem?
24 ♀ Memento quòd ignores opus eius de quo cecinerunt viri.
25 ♀ Omnes homines vident eum, vnuſquiſque intuetur procul.
26 ♀ Ecce Deus magnus vincens ſcientiam noſtram: numerus annorum eius inæſtimabilis.
27 ♀ Qui aufert ſtillas pluuiæ, & effundit imbres ad inſtar gurgitum
28 ♀ Qui de nubibus fluunt, quæ prætexunt cuncta deſuper.
29 ♀ Si voluerit extendere nubes quaſi tentorium ſuum,
30 ♀ Et fulgurare lumine ſuo deſuper, cardines quoque maris operiet.
31 ♀ Per hæc enim iudicat populos, & dat eſcas multis mortalibus.
32 ♀ In manibus abſcondit lucem, & præcipit ei vt rurſus adueniat.
33 ♀ Annuntiat de ea amico ſuo, quòd poſſeſsio eius ſit, & ad eam poſsit aſcendere.

[o] poteſt

D

Fideli homini cognita Dei opera.

## SCHOLIA IN CAP. XXXVI.

1 ſub. quod ſentio. 2 .i. quibus poſsim defendere iuſtitiã Dei. 3 Heb. Aſſumam ſententiam meam de longe: & factori meo dabo iuſtitiam .i. Vtar ſententia quadam longe petita, qua oſtendã Deum eſſe iuſtiſſimũ. 4 perfectus eſt ſcientijs apud te .i. iudicio tuo Deus eſt ſapientiſsimus. q.d. conuenit mihi tecum in hoc, Deum eſſe ſapientiſsimum. ex hoc facile probabo Deum nõ ſpernere homines, ſed proſequi eos ſummo amore & fauore: quum ſit quædam affinitas inter Deum & homines. 5 vel, fortis, non abijciet fortẽ corde. q.d. Deus eſt inſignis magnus & fortis, valens intelligentia, qui nouit omnia: non abijciet igitur hominem qui valet vi intellectus. Deus non poteſt ſui ſimilem ſpernere. 6 Heb. Non viuificabit improbum: & iudiciũ pauperum dabit .i. Non conſeruabit impium in vita, pios autem conſeruabit. Vnde concludo, Deum omnia iuſtiſſime facere. 7 cum regibus in ſolio ſedere faciet in perpetuum, & exaltabuntur. Exponit quid ſit, cum regibus ſedere faciet, quum dicit, & exaltabuntur. 8 aut irretiti fuerint funibus paupertatis. Reſpondet tacitæ obiectioni, Qui fieri poteſt vt hæc vera ſint, quũ videamus iuſtos aliquando premi ſumma egeſtate, & tribulationibus vexari? Hoc fit, inquit, bono ipſorũ. Sequenti verſu perficitur ſententia. 9 Tunc iudicabit illis opus ipſorũ, & (iudicabit) quod trãſgreſsiones eorum inualeſcant. Quod, inquit, eos affligat, illud fit bono ipſorum: nam tunc illis renuntiat opera eorum eſſe mala: & quod pœnæ tranſgreſsionum ipſorum inualeſcant niſi reſipuerint. hoc modo à peccatis eos reuocat, cõmiſsis & cõmittendis. 10 reuelat aurem. Reuelare aurẽ, admonere in aurem, & inſpirare. 11 ad correctionem .i. correctionis gratia. 12 in gladium trãſibunt, id eſt, gladio peribunt. 13 abſque ſcientia .i. in ſumma ignorantia excæcabit illos Deus. 14 ſcelerati corde attribuunt (ſub. Deo) iram .i. dicunt Deũ hæc immittere quod iratus ſit. 15 in iuuentute, quaſi dicat, morientur in iuuentute, dum adhuc cum ſcortatoribus viuũt. nam ea ętas procliuior eſt ad ſcortationem. 16 Liberabit pauperem à paupertate (vel afflictione) ſua: & reuelabit aurem eorum in afflictione. Id eſt, per afflictionem peccatum ſuum agnoſcent, & reſipiſcent. 17 Iſte verſus cum ſequenti ſic leguntur in Hebręo, Quinetiam (ſub. ſi non peccaſſes) depoſuiſſet te (Deus) de ore anguſtię, in locum latitudinis, ſub qua (latitudine) nulla eſt anguſtia: & quod requieſcit ſuper menſam tuam, fuiſſet plenum pinguedine. Senſus eſt, Tu fœliciter ageres ſi nõ peccaſſes: & quod ſuperponitur mẽſę tuæ, eſcis pinguibus & delicatis eſſet plenũ. 18 At vero iudicio impropi repleuiſti iuſtitiam & iudicium, quæ replent omnia .i. At vero ſequutus improborum iudicium dixiſti iuſtitiam Dei qua omnia conſeruat, eſſe iniuſtitiam. 19 iraſcitur enim (Deus) ne tollat te de medio plagâ: nec multitudo redemptionis declinare te faciet. Certe, inquit, iratus Deus te affligit, ne te vehemẽti afflictione omnino perdat: à qua afflictione quantumuis magnũ pretium eripere te non poteſt. 20 An æquipollebũt diuitię tuę? nõ aurum, & omnes vires potẽtię. q.d. An illi pœnæ & afflictioni æquipollebunt tuæ diuitiæ? An vllis opibus vitare poſsis punitionẽ Dei? Reſpondet, Non aurum, neque vllæ vires quantumuis magnæ, poterunt te eripere ab ira Dei & punitione. 21 Ne conſyderes nocte quod extermínentur populi ſub ipſis .i. in loco ſuo. q.d. Tempore nocturno quando mens tua vacua eſt curis, noli meditari quomodo gentes aliquę perierint, aliæ vero non. 22 Caue tibi ne conijcias oculos ad iniquitatem: quia hoc elegiſti præ paupertate. Vide, inquit, ne reſpicias ad id quod te inducere poſsit vt dicas Deum aliquid iniuſte egiſſe: nam quod id elegeris .i. in ea ſis ſententia vt Deus aliquid iniuſte facere videatur tibi, hoc accidit ex tenuitate ingenij tui. 23 Ecce Deus protegit virtute ſua: quis eſt ſimilis illi docens? Deus ſolet protegere homines ne pereãt: & quis ſimilis eſt illi Deo qui docet nos vitare pericula ne pereamus? 24 Quis ſuper illũ viſitauit viam eius? .i. quis maior illo corrigere poſsit illa quæ fecit? 25 magnifices. 26 & non cognoſcemus (ſub. eum neque) numerum annorum eius, neque eſt inueſtigatio. vel, & numerus annorum eius comprehendi non poteſt. q.d. à nobis perfecte cognoſci non poteſt: eſt enim incomprehenſibilis. In ſequentibus narrat miracula Dei, quibus incomprehenſibilem eum eſſe oſtendat. 27 Cũ prohibuerit ſtillas aquæ, ſtillabunt pluuiam ad vaporem eius. In ſumma, inquit, ſiccitate & ſummo calore nubes ſtillabunt pluuiam ad vaporem quẽ ſubduxit in mediam regionẽ aeris. Aliquando in ſumma ſiccitate educitur vapor copioſus vnde generatur pluuia. 28 Nã ſtillabunt è cælo, & ſtillant ſuper multos homines. Vel, Nam defluere ſolent aquę è cælo, quæ ſtillant ſuper plurimos homines. 29 Nunquid intelliget (homo) differentias nubium, & fremitus tentorij eius? .i. Nunquis poſsit comprehendere omnes differentias nubium? nam aliquando grando, aliquando nix generatur: illic enim fiunt miracula magna. Et an intelligere poteſt homo fremitus nubium eius? nam nubes dicuntur eſſe Deo vice tentorij. 30 Ecce extendit ob id lucem ſuam: & radices maris tegit. Vt eliciat, ait, vaporem, extendit radios ſolares ſuper mare. Declarat quomodo educantur nubes. Radices intelligit ſuperficiem maris. vocat autem radices, propter fluctus vagos qui in diuerſa ſcinduntur more radicis, id eſt, vapor copioſus conſurgit è mari propter radios ſolis: vnde fit pluuia. 31 Quia per eas iudicat populos: & dat eſcam in copia. Per eas, inquit, aquas aliquando punit populos, aliquando dat eſcam copioſiſsimam. nam ex copioſa pluuia proueniunt fruges. 32 Super nubes tegere ſolet lumen: & præcipit propter illam de occurrente, id eſt, In media regione aeris aliquando educit vaporem magnum, id eſt calorem ſiccum & calidum, vnde fiunt fulgura: tunc Deus præcipit vt ei vapori occurrat alia exhalatio frigida, & impellatur: donec inflammata violenter rumpat nubem. Metaphora ducta à ducibus bellum commiſſuris. 33 Socius eius annuntiat de ea: (& tunc) acquiſitio

irg



iræ ſuper aſcendentem. ſub. exhalationem .i. tunc iraſcitur exhalatio illa quæ aſcendit. Metaphora de prælio ſumpta. q.d. Vapor ille frigidus colligit omnes ſuas copias, videturque quodammodo annuntiare hoſtem vaporem calidum aduenisse, vnde petit ſibi ſuccurri: tunc exhalatio illa calida iraſcitur, quæ nata eſt aſcendere in ſupremam regionem aeris: & colluctantur, fitque fulgur.

## CAP. XXXVII.

SVper hoc expauit cor meum, & emotum eſt de loco ſuo. 1
♀ [a] Audiet auditionem in terrore vocis eius, & ſonum de ore illius procedentem. 2
♀ Subter omnes cælos ipſe conſyderat, & lumen illius ſuper terminos terræ. 3
♀ Poſt eum rugiet ſonitus, tonabit voce magnitudinis ſuæ, & non inueſtigabitur, cum audita fuerit vox eius. 4
♀ Tonabit Deus in voce ſua mirabiliter, qui facit magna & inſcrutabilia. 5
♀ Qui præcipit niui vt deſcendat in terram, & hyemis pluuijs, & imbri fortitudinis ſuæ. 6
♀ Qui in manu omnium hominum ſignat, vt nouerint ſinguli opera ſua. 7
♀ Ingredietur beſtia latibulum ſuum, & in antro ſuo morabitur. 8
♀ Ab interioribus egredietur tempeſtas, & ab Arcturo frigus. 9
♀ Flante Deo concreſcit gelu, & rurſum latiſsimè funduntur aquæ. 10
♀ Frumentum deſyderat nubes, & nubes ſpargunt lumen ſuum. 11
♀ Quæ luſtrant cuncta per circuitum quocunque eas voluntas gubernantis duxerit, ad omne quod [o] præceperit illis ſuper faciem orbis terrarum, 12
♀ Siue in vna tribu, ſiue in terra ſua, ſiue in quocunque loco miſericordiæ ſuæ eas iuſſerit inueniri. 13
♀ Auſculta hæc Iob: ſta, & conſydera mirabilia Dei. 14
♀ Nunquid ſcis quando præcepit Deus pluuijs, vt oſtenderent lucem nubium eius? 15
♀ Nunquid noſti ſemitas nubium magnas, & perfectas ſcientias? 16
♀ Nónne veſtimenta tua calida ſunt, cum perflata fuerit terra Auſtro? 17
♀ Tu forſitan cum eo fabricatus es cælos, qui ſolidiſsimi quaſi ære fuſi ſunt. 18
♀ Oſtende nobis quid dicamus illi: nos quippe inuoluimur tenebris. 19
♀ Quis narrabit ei quæ loquor? etiam ſi locutus fuerit homo, deuorabitur. 20
♀ At nunc non vident lucem: ſubito aer cogetur in nubes, & ventus tranſiens fugabit eas. 21
♀ Ab Aquilone aurum venit, & ad Deum formidoloſa laudatio. 22
♀ Digne eum inuenire nõ poſſumus: magnus fortitudine & iudicio, & iuſtitia, & enarrari non poteſt. 23
♀ Ideo timebunt eum viri, & non audebunt contemplari omnes qui ſibi videntur eſſe ſapientes. 24

[a] Audite
Ex alijs operibus probat Eliu ſapientiam Dei & iudicium eius imperueſtigabile.

B

[o] præcepit

C

D

*AD quam etiam rem cor meum expaueſcit, ac 2 luxatur è loco ſuo.*
*Audite attentius 3 fremitum vocis illius, & ſonũ qui egreditur 4 ex ipſius ore.*
*5 Quem dirigit per omnia ſpatia ſub cælo, & 6 lucem eius 7 ad extremas partes terræ.*
*8 Poſt illum rugiet tonitru, 9 tonabitq; voce maieſtatis ſuæ: 10 nec differet alia, poſtquam audita fuerit vox eius.*
*Tonabit Deus voce ſua mirifice, qui res maximas gerit quas ignoramus.*
*Niui enim dicit, Sis in terra: & 11 nimbo, vt modica pluuia, & pluuijs ſuæ potentiæ, vt ſint nimbus.*
*12 Intra domos cogit omnes homines; vt cuncti mortales ſciant opus ſuum:*
*Feraq; ſubit luſtrum ſuum, & degit in ſuis cubilibus.*
*13 Ex penetralibus [nubis] venit turbo, 14 & nubium diſperſionem ſequitur frigus.*
*℅ Flatuq; Dei dabit [nubes] glaciem, & latum ſpatiũ aquarum 15 pro fundamento.*
*16 Nubi quoque negotium rigandi dat, ac diſsipat nubem ſuæ pluuiæ.*
*17 Atq; ipſe verſatur in orbibus tenẽs gubernacula, vt opera ſua perficiant quæcunque mandat eis ad orbem ac terram.*
*18 Siue vni tribui, ſiue terræ ſuæ, ſiue homini alicui beneficium conferat.*
*Hæc Iob auribus accipito, & 19 reſiſte, conſyderans Dei miracula.*
*20 Sciebaſne, quum Deus iſtis leges imponeret, ac proferret lucem ſuæ nubis?*
*21 Num intelligis miſturas nubis, 22 & illa miracula perfectiſsimæ ſcientiæ?*
*23 Vt tuæ veſtes caleant, quum terræ quietem ac tranquillitatem inducit à Meridie?*
*24 An cum ipſo extendebas æthera ita ſolidum, vt videatur res fuſilis?*
*Oſtende nobis quid ei dicamus: 25 nos enim ſumus imparati ob tenebras [ignorantiæ.]*
*Si [enim] loquar, 26 num ei narrabitur? 27 quòd ſi quiſquam loquatur, eſt illud tamen imperfectum.*
*28 Iam vero quum lucem non viderent, hoc eſt ſerenitatem in æthere, ventus flans ſerenabit eum:*
*Venitq; à Septentrione ſerenitas auro ſimilis, 29 ad Deum reuerendiſsimum pertinet confeſsio.*
*30 Qui quum ſit Optimus maximus, non inueniemus eum: quumq; ſit ampliſsimus potentia & iudicio, & eximiæ iuſtitiæ, non reſpondebit.*
*Quapropter metuunt eum homines, 31 qui minime curat quid omnes machinentur qui ſibi ſapere videntur.*

## SCHOLIA IN CAP. XXXVII.

1 Inſuper ad id .i. propter tonitrua 2 transfertur .i. ſubſultat cor meum intra me præ metu. 3 terrorem 4 ac ſi dicat tonitru eſſe vocem Dei qua terret homines. 5 vel, Quam (nubem) irrigat .i. efficit vt nubes illa quæ operit totum cælum, aliquando vertatur in imbrem. q.d. ex illa nube decidunt aquæ, poſtea apparent fulgura: quia in illa nube eſt exhalatio calida & ſicca, vnde educitur fulgur. 6 lumen eius, ſub. nubis, vel Dei. hoc eſt, fulgur eius diſſoluitur ſuper extrema terræ. 7 Heb. ad alas 8 Poſt illud (ſub. lumen ſiue fulgur) rugit voce. Prius enim apparẽt fulgura, deinde tonitru. & tamen prius fit tonitru, quòd viſio fiat citra motum in momento: tonitru autem fit cum motu. oportet enim diſtantiam eſſe vt percipiatur 9 tonatque voce ſuperbiæ ſuæ .i. ſono maximo & ingenti: 10 neque retardabit (ſub. tonitrua) quum audietur tonitru eius. q.d. illa tonitrua excipiunt fulgura, mox audiuntur tonitrua, modo ſint in ea diſtantia vt exaudiri poſsint. 11 & imbri pluuiæ, & imbri pluuiarum fortitudinis. Sub. dicit, Eſto ſuper terrã. Imbrem pluuiæ vocat imbrem tenuem. Imbrem vero pluuiarum fortitudinis intelligit imbrem impetuoſiſsimum. q.d. imperat imbri tenui & impetuoſo vt deſcendat in terram. 12 Omnem hominem recludit, quominus cognoſcat omnes homines operis ſui, quaſi dicat, pluuiarum abundantia cogit Deus homines remanere domi ſuæ, quominus poſsint exire vt inuiſant operarios ſuos. 13 Miratur quòd deſcendat tonitru ex intima nube. 14 & à diſpergentibus venit frigus, id eſt, à ventis Aquilonaribus. nam ſolet Aquilo reddere aerem nitidum & mundum: propterea dicitur ſcopæ cæli. Verti poteſt, Et de inundationem faciente prodit frigus, id eſt, & nonnunquam de nube quæ inundationem facere ſolet, prodit frigus. Hoc eſt, nubes illa aliquando vertitur in grandinem vel niuem ℅ Et ex voluntate 15 in anguſtia. ſub. ponet. Hoc dicitur de pruina & minuta pluuia, quæ eſt pluuia lata, facileque congelatur. 16 vel, Præterea ſerenitas, fatigat nubem, & diſpergit nubem luminis eius .i. Nonnũquam nubes diſſoluitur, & cælum redditur ſerenũ propter fulgur: quia tum fit nubi vis. & ea ſerenitas ſiue claritas diſpergit nubẽ quæ conſtat exhalatione calida & ſicca, quæ dicitur lumen, quia ex ea facile ſuſcitatur lumen .i. fulgur. Poſterior verſus pars declarat præcedentẽ. 17 Ipſa quoque vertitur

 machinis

machinis eius: vt faciant quęcunque præcepit illis ſuper faciem orbis terrarum. Nubes, inquit, ipſa certis de cauſis opera ipſius Dei vertitur nunc in aquam, nunc in grandinē: vt faciant &c. 18 Siue pro flagello, ſiue propter terram ſuam, ſiue in gratiam (aut miſericordiam) exiſtere facit illam. Sub. nubem. q. d. Efficit vt nubes feratur in diuerſa, aliquando vltionis cauſa, vt affligat mortales: vel vt det neceſſaria telluri: aut vt incrementum maius accipiāt quæ ſunt in terra. 19 ſta 20 Nunquid noueras, cum diſponeret Deus de illis nubibus, & quum oſtenderet lumen nubis ſuæ? i. eraſne quum Deus indidit nubi ſuæ naturam vt verti poſſet quaſi in ignem, & ex ea educi fulgur? 21 Nunquid noſti differentias nubis? vel, varietates nubium? q. d. num noſti quomodo Deus conuerteret nubes nunc in niuem, nunc in grandinem, nunc in pluuiam? Poteſt etiam legi, Nunquid noſti libramenta nubium? i. quomodo nubes pendeant in aere? 22 ſub. (nunquid noſti) mirabilia perfecti ſcientijs? id eſt, ſecreta Dei ſapientiſsimi? 23 vel, Quòd veſtes tuæ (erunt) calidæ, quum quieſceret à Meridie? Noueraſne, inquit, futurum vt calidæ eſſent veſtes tuæ quum nubes venirent à Meridie. i. quum ſol eſſet in ſignis Septentrionalibus & non Auſtralibus ſiue æſtinis? q. d. Quòd aer ſit calidus flante Auſtro, omnibus eſt notum: ſed illud miratur quum nullus eſt ventus à Meridie, ſed potius à parte oppoſita. 24 Nunquid extendiſti cum illo cælos fortes (&) qui ſunt velut aſpectus rei fuſæ? i. ita perſpicui vt vitrum perſpicuum eſt? 25 Heb. non diſponemus cum illo. ſub. ſermonē, quaſi diſputaturi. 26 .i. nunquid opus habet interprete qui annunciet ei quæ loquimur? q. d. non, quia omnia ſunt ei nota. 27 an loquetur aliquis (cum illo) cum perdetur? i. quis reſiſtere poterit Deo volenti aliquem perdere? q. d. nemo. 28 Nunc quoque non vident lumen clarum quod eſt in nubibus: & ſpiritus tranſit, & repurgat illas. Miraculum quod fit in cælo, perſtringit. Fit, inquit, interdum vt nubes nobis intercipiant lumen ſolis: ſed quas ventus Aquilonaris iterum diſpellit, ſerenitatem afferens aeris. Lumen clarum vocat ſolem. 29 & laus eſt ſuper Deum terribilem. i. hac ratione laudatur Deus mirabilis in operibus. 30 Omnipotēs quē nō inuenimus (.i. incōprehenſibilis) eſt potentiſsimus, & magnus iudicio, & multitudine iuſtitiæ, (propterea) nō affliget. ſub. nos libenter, ſed quaſi inuitus. 31 Heb. non aſpicit omnes ſapientes corde, id eſt, non habet reſpectum perſonarum, affligit etiam eos qui ſibi videntur ſapientes.

## CAP. XXXVIII.

*R 1 Eſpondens autem Dominus ipſi Iob 2 ex turbine, dixit,*
*Quis eſt ille, qui 3 ſermonibus imperitis offundit tenebras conſilio [diuino?]*
*4 Accinge queſo lumbos tuos vt vir fortis: & demonſtra mihi quæ te rogabo.*
*Vbi eras, quum terræ fundamenta iacerem? expone, 5 ſiquid tenes ſcientiæ.*
*Quis adhibuit ei menſuras, 6 ſi modo noſti? 7 quis eam ad regulam extruxit?*
*In quo fundamento fixæ ſunt baſes eius? aut quis demiſit lapidem eius angularem?*
*Quum ſimul iubilarent ſtellæ 8 matutinæ, & exultarent omnes 9 filij Dei?*
*Et [quis] cohibuit mare valuis, 10 quum erumperet vt egrederetur ex vtero?*
*11 Quando nubem ei pro veſtimento appoſui, & caliginem pro faſcia:*
*Protuliq; meū decretū in illud, & obicē atq; valuas oppoſui:*
*Ac dixi, Hucuſque peruenies, nec vlterius, 12 & hic depones tuos tumentes fluctus.*
*13 Tune ſtatim vt extitiſti, matutino tempori dediſti præcepta, & auroræ ſuum locum aſſignaſti,*
*14 Vt obtineat extremas partes terræ, & ex ea 15 pellantur impij?*
*16 Seq; transforment vt argilla, cui ſignum imprimitur, 17 ſibiq; [parum] conſtent vt veſtis.*
*18 Eripitur etiam impijs lux ipſorum, & brachium elatum confringitur.*
*Num perueniſti ad 19 guttas maris, & 20 in perueſtigationem abyſsi penetraſti?*
*Suntne tibi oſtēſæ 21 portæ mortis? aut num vidiſti 22 portas vmbræ mortis?*
*23 Num conſyderando aſſecutus es terræ latitudinem? ediſſere, ſi hoc vniuerſum noſti,*
*24 Qua parte [mundi] lux habitat, & vbi eſt locus tenebrarū:*
*25 Vt ea reuoces intra ſuos terminos, vtq; noueris vias quæ ducunt ad domum eorum.*
*26 Habéſne cognitum tempus quo naſcebaris, & quantus ſit numerus dierum tuorum?*
*27 Perueniſtine ad theſauros niuis, aut theſauros grandinis inſpexiſti?*
*Quæ reſeruaui ad tempus 28 hoſtis [perſequendi,] ad diem conflictus & belli.*
*29 Qua parte lux [fulguris] erumpet, quam ventus orientalis in terram diſpergit?*
*30 Quis corriuauit aquæductum inundationi? 31 & quis viam aperuit fulgetræ, cum qua eduntur tonitrua?*
*Vt pluat in terram, in qua vir non eſt: & in deſertum, in quo nullus homo verſatur:*
*32 Vt copioſe inſtruat locum vaſtum & deſolatum, ac prouentum herbæ producat.*

## CAP. XXXVIII.

1 R Eſpondens autem Dominus Iob de turbine, dixit,
2 ¶ Quis eſt iſte inuoluens ſententias ſermonibus imperitis?
3 ¶ Accinge ſicut vir lumbos tuos, interrogabo te, & reſponde mihi.
4 ¶ Vbi eras quando ponebam fundamenta terræ? Indica mihi, ſi habes intelligentiam.
5 ¶ Quis poſuit menſuras eius ſi noſti? vel quis tetendit ſuper eam lineam?
6 ¶ Super quo baſes illius ſolidatæ ſunt? aut quis [a]demiſit lapidem angularem eius,
7 ¶ Cum me laudarent ſimul aſtra matutina, & iubilarent omnes filij Dei?
8 ¶ Quis concluſit oſtijs mare, quando erumpebat quaſi de vulua procedens,
9 ¶ Cum ponerem nubem veſtimentum eius, & caligine illud quaſi pannis infantiæ obuoluerem?
10 ¶ Circundedi illud terminis meis, & poſui vectem & oſtia,
11 ¶ Et dixi, Vſque huc venies, & non procedes amplius, & hic confringes tumentes fluctus tuos. B
12 ¶ Nunquid poſt ortum tuum præcepiſti diluculo, & oſtēdiſti auroræ locum ſuum?
13 ¶ Et tenuiſti concutiens extrema terræ, & [b] excuſsiſti impios ex ea?
14 ¶ Reſtituetur vt lutum ſignaculum, & ſtabit ſicut veſtimentum.
15 ¶ Auferetur ab impijs lux ſua, & brachium excelſum confringetur.
16 ¶ Nunquid ingreſſus es [c] profundum maris, & in nouiſſimis abyſsi deambulaſti?
17 ¶ Nunquid apertæ ſunt tibi portæ mortis, & oſtia tenebroſa vidiſti?
18 ¶ Nunquid conſyderaſti [d] latitudinem terræ? indica mihi, ſi noſti, omnia,
19 ¶ In qua via lux habitet, & tenebrarum quis locus ſit,
20 ¶ Vt ducas vnunquodque ad terminos ſuos, & intelligas ſemitas domus eius.
21 ¶ Sciebas tunc quòd naſciturus eſſes? & numerum dierum tuorum noueras? C
22 ¶ Nunquid ingreſſus es theſauros niuis, aut theſauros grandinis aſpexiſti,
23 ¶ Quæ præparaui in tempus hoſtis, in diem pugnæ & belli?
24 ¶ Per quam viam ſpargitur lux, diuiditur æſtus ſuper terram?
25 ¶ Quis dedit vehementiſsimo imbri curſum, & viam ſonantis tonitrui,
26 ¶ Vt plueret ſuper terram, abſque homine in deſerto, vbi nullus mortalium commoratur,
27 ¶ Vt impleret inuiam & deſolatam, & produceret herbas virentes?

Alloquitur Dominus Iob, oſtēdens ei ſuam iuſtitiam ex inſcrutabilibus ſuis operibus.

[a] dimiſit
[b] excluſiſti
[c] profunda
[d] latitudines

¶ Quis



¶ Quis eſt pluuiæ pater? vel quis genuit ſtillas roris? 28
¶ De cuius vtero egreſſa eſt glacies? & gelu de cælo quis genuit? 29
D ¶ In ſimilitudinem lapidis, aquæ durantur, & ſuperficies abyſsi conſtringitur. 30
¶ Nunquid coniungere valebis micantes ſtellas Pleiadas, aut gyrum Arcturi poteris diſsipare? 31
¶ Nunquid producis Luciferum in tempore ſuo, & Veſperum ſuper filios terræ conſurgere facis? 32
¶ Nunquid noſti ordinē cęli, & pones rationē ei in terra? 33
¶ Nunquid eleuabis [e] in nebula vocem tuam, & impetus aquarum operiet te? 34
¶ Nunquid mittes fulgura, & ibunt: & reuertentia dicent tibi, Adſumus? 35
¶ Quis poſuit in viſceribus hominis ſapientiam? vel quis dedit gallo intelligentiam? 36
¶ Quis enarrabit cælorum rationem, & concentum cæli quis dormire faciet? 37
¶ Quando [f] fundabatur puluis in terra, & glebæ compingebantur? 38

[e] ad nebulam
[f] fundebatur

*Habetne 33 parentem pluuia? aut quis genuit guttas roris?*
*E cuius ventre egreſſa eſt glacies? & quis genuit pruinā cæli?*
*34 Aquæ in ſpeciem lapidis vertuntur, & ſuperficies abyſsi conſtringitur gelu.*
*35 Num vinculis colligabis Pleiades? aut cohærentes ſtellas Cynoſuræ disiunges?*
*36 Tune Hyades ſuo tempore produces, & reges Arcturum cum ſuis filijs?*
*37 Sciſne leges cæli? aut dominium eius terræ imponis?*
*38 Clamabiſne ad nubem alta voce, ita vt aquarum inundatio te operiat?*
*Tune fulgura emittes, vt eant, ac tibi dicant, Ecce adſumus?*
*Quis indidit 39 renibus ſapientiam? aut quis indidit 40 cordi intelligentiam?*
*41 Quis ſapientia ſua ætheri dictabit quæ faciat? & lagenas cæli quis 42 ſiſtet?*
*43 Quum puluerem fundunt ad ſolum, & glebæ velut conglutinatæ cohæreſcunt?*
*44 An tu leænæ venaberis prædam, & paſtum ſufficientem exhibebis catulis leoninis,*
*Quum in cubilibus iacent, atque inſidiantur in luſtro?*
*45 Quis parat ſuum venatum coruo, quum eius pulli ad Deum clamant, & cibo carentes oberrant?*

## SCHOLIA IN CAP. XXXVIII.

1 Hebraiſmus eſt, pro Allocutus autem Dominus Iob. 2 vel, de ipſa caligine, in qua videtur nobis deliteſcere. Dicunt Hebræi Deum habitare in caligine. i. non poſſe cognoſci qualis eſt. nam & materia ipſa qua includimur, impedit quo minus cognoſcamus Deū perfecte. 3 Heb. obſcurat conſilium verbis ſine cognitione? i. quis eſt ille qui ſic loquitur obſcure? 4 .i. appara te ad futuram diſceptationē. 5 Heb. ſi noſti intelligentiā. i. ſi peritus ſis tantarum rerum. 6 quod noſcas? Miratur quomodo ſtet terra in medio aeris. q. d. eā menſuram habet terra qua nulla alia aut maior, aut minor debuerit eſſe. 7 aut quis extēdit ſuper eam lineam? i. quis deſignauit veluti fune, fundamenta ipſius terræ? 8 luminis. i. lucidæ, planetæ. 9 .i. angeli. q. d. vbi eras in prima mundi creatione? 10 .i. quis ſtatim poſt creationem aquarum, concluſit maria quaſi foribus oppoſitis? 11 vel, Cum texi maria nubibus. 12 ponet in elatione fluctus tuos. Ponet, ſubaudi ventus. In elatione, quum maxime intumueris. 13 Heb. An in diebus tuis pręcepiſti mane. i. feciſti lucem matutinā. 14 Vt arriperet angulos terræ? i. vt appareret in iſto loco æſtate, hyeme vero in alio? 15 vel, excutiantur. quia ſcelerum patratores oderunt lucem, & illatebrant ſe: aut tenebriones iſti ſumunt perſonam bonorum virorum, vt cera omnem figuram ſigilli impreſsi capit. Alij vertunt, & vt arripiant impij ex ea? quia ex ea mutatione ſolis varij morbi oriuntur. Alij, & excutiuntur impij ex ea. ſub. terra, propter varios morbos ob illam ſolis mutationem. 16 vel, Mutatur (ſub. terra) ſicut lutum ſigilli. q. d. Terra eſt ſuſceptibilis variorum affectuum ſicut terra mollis quæ admittere poteſt impreſsionem. 17 & ſtabunt (ſub. homines) ſicut veſtimentū. Quod ſcilicet ſubinde mutari ſolet. hoc dicit propter diuerſum ſolis occaſum: vario nanque modo tunc afficiuntur homines, quemadmodum & terra varios ſuſcipit affectus. 18 Heb. Et prohibebuntur ab improbis lumen ipſorum, &c. i. cadent improbi à fœlicitate ſua, & vires eorum inſignes debilitabuntur. 19 profunda. i. an tibi totum mare perſpectum eſt? 20 & in vado abyſsi deambulaſti? i. in fundo abyſsi, vt poſsis noſſe quæ fiant illic? q. d. Oportet iudicem noſſe ea de quibus iudicaturus eſt: tu vero iudicas de operibus meis, quū ea non cognoſcas. 21 Portas mortis intelligit viſcera terræ. ac ſi dicat, an noſti quæ fiunt in viſceribus terræ? 22 Idem ſignificat quod Portæ mortis. Hoc dicit quia corpora illa cæleſtia influunt in mortalia. ab illis dicimus vitam pendere: à terra vero mortē, id eſt corruptionem quę à terra prouenit. propterea vocat mortem viſcera terræ. 23 Num conſyderaſti vſque ad latitudines terræ? annuntia ſi noſti totam ipſam. ſub. terram. i. nunquid conſyderaſti ea quæ fiunt ſub polis ipſis? an fuiſti in eo loco in quo annus conſtat vnico die naturali? Si perſpectam habes totam ipſam terram, indica quæ ſit via, &c. perficitur ſententia verſu ſequenti. 24 .i. ſi noſti, indica mihi vbi dies ſit longiſsimus, & longiſsima nox. Quādo enim ſol accedit ad polos: in æſtate qui habitant ſub polo antarctico, habent dies per ſex menſes, & noctem per totidem menſes. quando vero ſol accedit ad oppoſitum polum, nempe ad tropicum cancri, idem illis contingit oppoſito modo. 25 (An) quod acceperis eam in regionem ſuam, & intelligas ſemitas domus eius? Pendet ex pręcedenti hic verſus, & ſubaudiendū, an noſti qua parte mūdi habitet lux, noſti inquam, propterea quod eam lucem acceptam collocaueris in regionem ſuam, & intelligas ſemitas domus ipſius luminis? q. d. non. tu non feciſti lucem vt eſt in ea regione, vt poſsis ſcire vbinam ſint dies illi longiſsimi, & quod recedente lumine fiant tenebræ. 26 (An) quod tunc natus ſis, & numerus dierum tuorum ſit multus? q. d. an noſti propterea quod tunc cū creata eſt lux, natus eſſes, ſiſque tam longæuus? 27 .i. An noſti locum in quo fiat nix, quomodo hyeme nix fiat, æſtate vero grando? 28 tribulationis. ac ſi dicat, qua grandine vtor vice flagelli. 29 Heb. Quænam ſit via illa in qua diuiditur exhalatio, (&) ſpargit ventum ſuper terram? Sub. an noſti vbi diuidatur exhalatio (quæ Hebraice dicitur lux, quod facile concipiat lumen, facileque inflammetur: hinc aliquando fiunt ſtellæ currentes, aliquando cometæ criniti) ex qua exhalatione fit ventus qui ſpargitur ſuper terram. 30 Quis diuiſit inundationi aquę ductum? i. deſignauit aquæductum aquæ vehementi? q. d. cuius arbitrio in aliqua regione fit pluuia maxima, potius quàm in alia? cur ex vna nube potius quàm ex alia? 31 & (quis dirigit) viam fulguris (&) tonitrui? i. quis iubet in aliqua patria fieri tonitrua & non in alia? ita vt aliquando pluat in terra deſerta, &c. perficitur ſententia ſequenti verſu. Duo ſunt ſubſtantiua Hebraice, ſine coniunctione, fulguris tonitrui. Qui ſine coniunctione legunt, ſic vertunt, quis aſsignauit viam fulguri coruſcationum, ita vt pluat ſuper terram, &c. 32 Heb. Vt ſatiet vaſtitatem & deſolationem: & vt germinare faciat ſcaturiginem terræ. i. ita vt ad ſaturitatem vſque irriget terram deſertam, & germinare faciat terram ipſam. 33 ſub. præter me? 34 Heb. Inſtar lapidis aquæ concretæ deliteſcunt: & aſpectus abyſsi congelantur. Aquę (inquit) induunt aliam faciem, vt iam non videantur eſſe aquę, quū inſtar lapidis indurantur: & ſuperficies aquarū conſtringuntur & congelantur. 35 Num prohibebis delicias Pleiadum: aut contractiones Orionis aperies? Delicias Pleiadum ſiue Vergiliarū vocat flores quę Vere oriuntur. Orionis ſydus tempore hyberno naſcitur, qui ſuo frigore prohibet ne flores erumpant. q. d. Nemo eſt pręter Deum qui prohibere poſsit ne flores tempore Veris erumpant: aut qui poſsit efficere, vt tempore hyberno floreant. 36 Num educes ſigna cęleſtia tempore ſuo? & Arcturum cum filijs ſuis deduces? i. An efficere poſsis pro volūtate tua vt ſigna Zodiaci oriantur? an deduces Arcturum per circulum ſuum cum ſtellis quibus conſtat? vel cum ſtellis ſibi propinquis? intelligit polares ſtellas, id eſt Vrſam cum ſtellis quibus conſtat. Progreditur à Zodiaco ad Polum arcticum. 37 An iura cęli noſti, diſponiſque imperium eius in terra? quaſi dicat, Non tuo imperio, ſed Dei, corpora cęleſtia ius habent in hęc inferiora. 38 quaſi dicat, Non tuo imperio deſcendet abundantia aquarum. 39 ita Chaldęus paraphraſtes vertit. Hebraice legitur, viſceribus. i. in abditis hominum, hoc eſt in cordibus. 40 ita etiam Chaldæus paraphraſtes reddidit Hebraicam vocem, quæ intellectum ſignificat. 41 Quis numerauit cælos in ſapientia? id eſt, quis tam prudenter fecit cælos eo numero quo ſunt? 42 vel, faciet iacere? id eſt, quis repellit nubes, quum terra ſatis compluta eſt? Rectius tamen ex Hebræo vertes, & quæ deſcendunt de cælo quis quieſcere fecit? De centro terræ loquitur, locutus de fulgure & de his quæ fiunt in ſublimi, in quibus oportet eſſe aliqua grauia, quaſi dicat, quis effecit vt grauia conſiſtant in terra quaſi in centro, niſi ego? 43 Cum dureſceret puluis in duritiam illam, & glebæ ſibi inuicem adhæſerunt? Hic verſus iungendus præcedenti. Cum dureſceret, inquit, propter grauitatem ipſa terra in duritiam illam in-

ſignem quam pre ſe fert terra:& glæbæ,&c.q.d.quis dedit terrę cũ facta eſt,vt deſcenderet ex ſublimi in imum? 44 Heb. Nunquid apparas leoni prædam,& animam (.i.appetitum) leonum imples?

i.quis dat eſcam leonibus præter Deum? 45 Heb. Quis præparat coruo eſcam ſuam, quando pulli eius ad Deum vociferantur, & errant propter non cibum? .i.eo quod careant eſca.

CAP. XXXIX.

*NOſtine tempus quo pariunt 1 ibices? 2 obſeruaſtine fœturam ceruarum?*

*Num poſſes numerare 3 quanto ſpatio menſes ſuos impleant? aut noſti tempus quo pariunt?*

*4 Incuruatæ hinnulos ſuos enituntur, ac fœtus ſuos cum dolore edunt.*

*Hinnuliq́; earum 5 pingueſcunt, & creſcunt à frumento, 6 vt diſcedant,nec reuertantur ad eas.*

*Quis liberum dimiſit aſinum ſylueſtrem? & quis onagri vincula ſoluit?*

*Cuius domum ſolitudinem poſui, & cubilia eius 7 locum ſterilem:*

*8 Ridetq́; turbam oppidanam,nec audit clamores 9 agaſonis.*

*10 Paſcua illius ſunt, quod in montibus conquirit, omniſq́; generis virentes herbas ſectatur.*

*Voletne 11 rhinoceros tibi ſeruire? an morabitur ad præſepe tuum?*

*12 Alligabiſne rhinocerotem loro, vt arando porcas faciat? num te ſubſequens in profundis ſulcis glebas franget?*

*13 Fideſne illi,quia multum habet roboris? 14 num ei permittes laborem tuum?*

*An credes ei,quòd ſementem tuam 15 conuehet,ac [fruges] areæ tuæ congregabit?*

*16 Penna ſtruthiocameli primatum obtinet, ſi ei conferas alam aut plumam ciconiæ.*

*17 Quum in terra deſerit oua ſua,in puluere calfacere ſolet:*

*Ac obliuiſcitur, 18 quum pes prouoluit, ac fera conculcat ea:*

*19 Duriterq́; tractat pullos ſuos, perinde atque non eſſent illius:& ſecura eſt, perinde quaſi labor eius ſuperuacaneus foret.*

*Quoniam Deus 20 eripuit ei cogitationem de ſapientia,neq; impertitus eſt ei intelligentiam.*

*21 Poſtquã vero adultus alas attollit,[tunc] 22 ridet equum & illum qui eo vehitur.*

*23 An tu equo dediſti vt ſit generoſus & bellator? num collo ipſius hinnitum accommodabis?*

*24 Num excitabis eum vt locuſtam, cuius nares etiam ferociam ſpirant?*

*25 Foditq́; in valle,ac gaudet fortitudine, vt obuiam vadat aduerſus arma.*

*Deridet[quoque]timorem, nec paueſcit, neque retrocedit ob gladium.*

*26 Quumq́; pharetra apud eum reſonat, & micat haſta, ac geſum:*

*27 Dumq́; fremitus & tumultus oritur,fodit terram,nec credit eſſe tubæ ſonum.*

*Quum tubæ ſigna canunt,dicit, Hæha:& eminus bellum, & 28 clamorem ducum, & claſsicum odoratur.*

*Nunquid 29 per tuam intelligentiam factum eſt, vt accipiter alas ſuas moueat, ac verſus Auſtrum pennas ſuas expandat?*

*Nunquid 30 ad tuum imperium aquila volat in altũ, 31 & in ſublimi loco nidulatur?*

*32 Habitatq́; in petra,& moratur in præruptis ſaxis & loco inacceſſo?*

*Indeq́; ſpeculatur vt cibum nanciſcatur, cuius oculi proſpiciunt longinquas res:*

*Eiuſq́; pulli ſanguinem lambunt, & vbicunque ſunt cadauera,eum locum frequentat.*

*Reſpondens etiam Dominus ipſi Iob,dixit,*

*33 Satiſne rationum allatum eſt ab Optimo maximo ad te conuincendum?*

*34 Ad quod reſpondere illum oportebit, qui cum Deo altercari vult.*

CAP. XXXIX.

1 NVnquid capies leænæ prædam,& animam catulorum eius implebis,

2 ♀ Quando cubant in antris, & in ſpecubus inſidiantur?

3 ♀ Quis præparat coruo eſcam ſuam, quando pulli eius clamant ad Deũ,vagantes,eo quòd non habeant cibos? Pſal.146.b. Pulli coruorum nos docent fiduciam in Deum.

4 ♀ Nunquid noſti tempus partus ibicum in petris,vel parturientes ceruas obſeruaſti?

5 ♀ Dinumeraſti menſes conceptus earum, & ſciſti tempus partus earum? Rurſus oſtendit Dominus mirabilia quæ facit in animalibus.

6 ♀ Incuruantur ad fœtum,& pariunt,& rugitus emittunt.

7 ♀ Separantur filij earum,& pergunt ad paſtum: egrediuntur,& non [a] reuertentur ad eas. [a] reuertuntur

8 ♀ Quis dimiſit onagrum liberũ,& vincula eius quis ſoluit?

9 ♀ Cui dedi in ſolitudine domum, & tabernacula eius in terra ſalſuginis.

10 ♀ Contemnit multitudinem ciuitatis,clamorem exactoris non audit. B

11 ♀ Circunſpicit montes paſcuæ ſuæ, & virentia quæque perquirit.

12 ♀ Nunquid volet rhinoceros ſeruire tibi,aut morabitur ad præſepe tuum?

13 ♀ Nunquid alligabis rhinocerota ad arandum, loro tuo? aut confringet glebas vallium poſt te?

14 ♀ Nunquid fiduciam habebis in magna fortitudine eius, & derelinques ei labores tuos?

15 ♀ Nunquid credes illi quoniam ſementem reddat tibi, & aream tuam congreget?

16 ♀ Penna [a] ſtruthionis ſimilis eſt pennis herodij, & accipitris. [a] ſtruthionum

17 ♀ Quando derelinquit oua ſua in terra,tu forſitan in puluere calefacies ea?

18 ♀ Obliuiſcitur quòd pes conculcet ea, aut beſtia agri conterat.

19 ♀ [a] Duratur ad filios ſuos quaſi non ſint ſui, fruſtra laborauit nullo timore cogente: C [a] Induratur

20 ♀ Priuauit enim eam Deus ſapientia, nec dedit illi intelligentiam.

21 ♀ Cum tempus fuerit,in altum alas erigit: deridet equum & aſcenſorem eius.

22 ♀ Nunquid præbebis equo fortitudinem, aut circundabis collo eius hinnitum?

23 ♀ Nunquid ſuſcitabis eum quaſi locuſtas? gloria narium eius terror.

24 ♀ Terram vngula fodit, exultat audacter: in occurſum pergit armatis.

25 ♀ Contemnit pauorem, nec cedit gladio.

26 ♀ Super ipſum ſonabit pharetra,vibrabit haſta & clypeus.

27 ♀ Feruens & fremens ſorbet terram, nec reputat tubæ ſonare clangorem.

28 ♀ Vbi audierit buccinam,dicit,Vah. procul odoratur bellum,exhortationem ducum,& vlulatum exercitus.

29 ♀ Nunquid per ſapientiam tuam plumeſcit accipiter, expandens alas ſuas ad Auſtrum? D

30 ♀ Nunquid ad præceptum tuum eleuabitur aquila, & in arduis ponet nidum ſuum?

31 ♀ In petris manet, & in præruptis ſilicibus commoratur, atque inacceſsis rupibus.

32 ♀ Inde contemplatur eſcam, & de longe oculi eius proſpiciunt.

33 ♀ Pulli eius lambunt ſanguinem: & vbicunque cadauer fuerit,ſtatim adeſt.

34 ♀ Et adiecit Dominus,& locutus eſt ad Iob,

35 ♀ Nunquid qui contendit cum Deo, tam facile conquieſcit? vtique qui arguit Deum,debet reſpondere ei.

♀ Reſpon-



♀ Reſpondens autem Iob Domino, dixit, 36

♀ Qui leuiter locutus ſum,reſpondere quid poſſum? manum meam ponam ſuper os meum. 37

♀ Vnum locutus ſum, quod vtinam non dixiſſem, & alterum,quibus vltrà non addam. 38

*Porrò Iob reſpondens Domino,dixit,*

*Ecce 35 leuior fui, & quid tibi reſpondeam? Imponam ori meo manum meam.*

*36 Semel locutus ſum, nec reſponſabo: aut bis, nec iterum faciam.*

SCHOLIA IN CAP. XXXIX.

1 Heb.petrarum capræ.i. ibices habitantes in rupibus. 2 & obſeruabis parturire ceruas? q. d. obſeruarene potes quo tempore parere ſoleant ceruæ,vt illis opem feras? nam hæc animalia magna cum difficultate pariunt. 3 menſes quibus fœtum (vel,conceptũ) adimplent? 4 Heb. Accumbunt,fœtus ſuos confringunt,dolores ſuos remittunt. Ac ſi dicat, Cætera animalia optime ſeſe cõponunt vt facile pariant: at iſta ſeſe alio modo diſponunt. incuruant enim ſe præ dolore,& in terram proſternunt vt fœtus ſuos emittãt,quod faciunt maximo cum dolore: nam membranas confringunt quæ ſunt in ventre ſuo.ſiquando natura conetur emittere fœtus,videntur reſiſtere:nõ adiuuant ipſam naturam. Dolores ſuos,vocat partus ſuos.Pſalmo 29.fit mentio de difficultate partus earum. 5 vel, conualeſcunt. ſani euadunt. 6 ſub dio exeunt. neque redeunt ad illas. Exeunt ſub.à matribus,neque ad matres reuertuntur,& Deus paſcit illos. 7 Heb.terram ſalſam.i. aridam, in qua nihil creſcit. Repetitio eſt. 8.i.Non timet ſibi etiam ſi magna multitudo impetat eum. 9 Heb.exactoris.i.non audit clamores eius qui vult eum redigere in ſeruitutẽ more exactoris qui aliquid ab aliquo exigit. q.d.non poteſt cicurari. 10 Hebr. inueſtigatio montium paſcua eius:& poſt omne virens perquirit. 11 vel, monoceros 12 Heb. Nunquid ligabit rhinocerota in ſulco lorum eius: & nunquid arabit valles poſt te? 13. i. ſperaſne te araturum terram tuam viribus eius? q.d.non:nam non vult ſubmittere colla iugo. 14 Repetitio. 15 Heb.redire faciet.aut,reddat.i. ꝙ delaturus ſit ſementem tuam ad terras tuas? 16 Hebr.Penna exultantium ſeu iubilantium afficitur lætitia. Periphraſis eſt pennæ ſtruthionis, ex qua criſtam ſibi faciunt homines iubilantes ac læti. Alij ex commentarijs Hebræorum ſic legunt hunc verſum, Ala pauonum eſt læta: & an ala ſtruthiocameli & pluma.ſub.eſt læta? Pauones veniunt in obliuionem ſui, conſyderatione alarum ſuarum & caudæ: qua pulchritudine alarum caret ſtruthiocamelus: & tamen obliuiſcitur ſui, nempe ouorum ſuorum. 17 Derelinquit enim in terra oua ſua, & ſuper puluerem calefacit illa.i. Ponit oua humi, illiſque incubat. 18 ꝙ pes conculcabit illa,& fera campi contereret illa. Nec meminit,inquit: aut non venit illi in mentem ꝙ pes, &c. 19 vel, Obliuiſci facit(illam) pullorum ſuorum(in loco)in quo non (erunt)ei(pulli: ſed)in vanum erit labor eius ſine pauore. i. Obliuiſcitur loci illius in quo recondidit oua ſua: in quo loco nullos pullos habebit, ſed inanis futurus eſt labor eius: nam ſine timore humi reliquit. & tamen Deus conſeruat hanc ſpeciem. Quidam vertunt, Ipſe tam durus ſit erga pullos ſuos acſi non ſint ſui: fruſtra laborat ipſe ſine timore. 20 obliuiſci eam facit prudentiam.i. aufert ab ea prudentiam eam naturalem quam habent cæteræ aues. 21 Hebr. Quum tempus fuerit,in ſublime eleuat ſeſe,id eſt, adueniẽte aliquo fugit. curſu conſulit ſaluti ſuæ.non enim volat,neque deſerit terram, ſed tantum currit pedibus. 22.i.vincit curſu equum, & velociſsimum equitem. 23 Heb. Nunquid dabis ipſi equo robur:& nunquid indues collum eius tonitru? Darene,inquit,potes ipſi equo: aut nunquid dediſti ipſi equo robur & fortitudinem qua præditus eſt? nunquid adornare potes guttur eius hinnitu vehementi? quem vocat tonitru.q.d.non.meum enim eſt illud facere. 24 Heb. Nunquid mouiſti illũ ſicut locuſtam? gloria naris eius eſt terror.i. Nunquid effeciſti vt ſeſe moueat tanquam locuſta? feciſtine equum agilem tanquam locuſtam? hinnitu ſuo terrare poteſt homines. Alij aliter exponunt,Nunquid efficies vt fremitu narium ſuarum terreat homines? 25 Fodiunt(ſub.pedes eius)vallem,ac lætatur fortitudine ſua:egredietur hominibus armatis. Vallem, terram mollem intelligit. Deſcribit ingenium equi. 26 Propter eum ſtridebit pharetra,ferrum,haſtã,& lanceæ.i. quia ipſe equus gladio euaginato nõ cedit,ſolent eum homines ſagittis appetere, vel haſta, aut lancea. 27 Cum impetu & ira deglutit terram: neque credet ꝙ ſit vox tubæ. Tanta,inquit, velocitate currit, vt terram abſorbere videatur: neque aliquid curat tubæ vocem. 28 tonitru.i. impetum. 29. i. quam dederis illi 30 Heb.iuxta os tuum 31 Heb.& quum exaltauerit nidum ſuum. Hic verſus, ſequenti iungitur. 32 In rupe habitat,& moratur in prominentia rupis & arcis? quaſi dicat, hanc naturam à me habet,non ab homine. 33 Hebraiſmus, Nunquid contendere cum Omnipotente, eſt eruditio? vel, caſtigatio. Aut, eſt caſtigare? ſubaudi,ſeipſum, quaſi dicat,qui ſolent caſtigare ſeipſos, qui eruditi ſunt ſapientia Diuina, non ſolent contendere cum Deo, non ſolent obſtrepere Deo caſtiganti. 34 Qui diſceptat cum Deo, reſpondeat ad illud, id eſt, qui conatur conuincere Deum,reſpondeat ad hanc interrogationem,nempe, An contendere cum Deo, ſit ſeipſum caſtigare. 35 vilis ſum. abiectus. contemptibilis. 36 id eſt, Semel atque iterum locutus ſum: ſed vltra non ſum id facturus.

CAP. XL.

Collatio humanæ imbecillitatis cum diuina potentia.

REſpondens autem Dominus Iob de turbine,dixit, 1

♀ Accinge ſicut vir lumbos tuos:interrogabo te,& indica mihi. 2

♀ Nunquid irritum facies iudicium meum: & condemnabis me,vt tu iuſtificeris? 3

♀ Et ſi habes brachium ſicut Deus, & ſi voce ſimili tonas? 4

♀ Circunda tibi decorem,& in ſublime erigere,& eſto glorioſus,& ſpecioſis induere veſtibus: 5

♀ Diſperge ſuperbos in furore tuo, & confunde eos: & reſpiciens omnem arrogantem humilia: 6

B ♀ Reſpice cunctos ſuperbos, & confunde eos, & contere impios in loco ſuo: 7

♀ Abſconde eos in puluere ſimul,& facies eorum demerge in foueam: 8

♀ Et ego confitebor quòd ſaluare te poſsit dextera tua. 9

Oſtendit Deus potẽtiam ſuam in elephante.

♀ Ecce,behemoth quem feci tecum,fœnum quaſi bos comedet: 10

♀ Fortitudo eius in lumbis eius, & virtus illius in vmbilico ventris eius. 11

♀ Stringit caudam ſuam quaſi cedrum,nerui teſticulorum eius perplexi ſunt. 12

♀ Oſſa eius velut fiſtulæ æris, cartilago illius quaſi laminæ ferreæ. 13

C ♀ Ipſe eſt principium viarum Dei qui fecit eum, applicabit gladium eius. 14

♀ Huic montes herbas ferunt: omnes beſtiæ agri ludent ibi. 15

♀ Sub vmbra dormit in ſecreto calami, & locis humentibus? 16

CAP. XL.

*REſpondens autem Dominus è turbine ipſi Iob, dixit,*

*Accingere quæſo lumbos tuos vt vir[fortis,]& 1 demonſtra mihi quæ te interrogabo.*

*2 Tune etiam reſcindes à me iudicata, meq́; temerarium pronunciabis vt tu appareas iuſtus?*

*3 Etenim ſi tibi tam potens eſt brachium quàm Deo, ede quoque ritu illius tonitrua:*

*Induito quæſo 4 excellentiam, & celſitudinem, teq́; veſtito gloria & magnificentia:*

*5 Effunde iræ tuæ efferueſcentiam, ac circunſpice omnes ſuperbos, eoſq́; deprime:*

*Circunſpice omnes ſuperbos, & ſubige illos, & 6 ſubuerte impios 7.in loco ſuo:*

*Abſconde illos ſimul in puluere, & conſtringe facies eorum 8 in loco abſtruſo.*

*9 Et ego quoque prædicabo te heroa, qui poſsis te viribus tuis defendere.*

*10 Ecce quæſo te,vt elephas,quem æque vt te condidi, fœnum comedat ritu bouis.*

*Ecce virtus eius exiſtit in lumbis eius, & robur illius in 11 vmbilico ventris ſui.*

*12 Stringit caudam ſuam 13 vt cedrum, & nerui teſtium eius 14 perplexi ſunt.*

*Oſſa eius[referunt] 15 fiſtulam æris,& ſolidiora oſſa baculum ferreum.*

*16 Is prima rerum origine à Deo conditus eſt, & qui fecit eum, 17 admouet ei gladium ſuum.*

*Et enim montes ferunt pabulum, & omnes feræ ludunt 18 apud eum:*

*19 Iacetq́;[feræ] ſub arbuſtis,in latibulo arũdinũ & paludis:*

*20 Quem*

20 *Quem arbuſta tegunt vmbra ſua, eumque circundant ſalices ad torrentem ſtantes.*
21 *Ecce fluuium hauriet, nec præcipitanter aget, ſperans etiã Iordanem in os eius influxurum.*
22 *Et tamen oculorum læſione capitur, & vincula traijciuntur per eius promuſcidem.*
*Nunquid cetum hamo extrahes,* 23 *& funem alte immittes linguæ ipſius?*
*Imponeſne* 24 *vncum illius naſo: & ſpina perforabis maxillam eius?*
25 *An multis precibus eblandietur ex te beneficium? num verbis demulcebit te?*
*Ferietne tecum fœdus, vt eum tibi mancipes ſeruum perpetuũ?*
*Ludeſne cum illo tanquam cum auicula? eumve alligabis* 26 *puellis tuis?*
27 *Concident eum ſocij, & partientur inter mercatores?*
28 *Implebiſne ſudes pelle ipſius, aut eiꝰ capite fiſcellã piſcariã?*
29 *Memineris tibi eſſe bellum paratum, ſi ei manum admoliaris, vt non iterum velis facere.*
30 *Spes eum capiendi fallax eſt: num etiam deijcietur, vt ſpecies eius oſtentat?*

17 ¶ Protegunt vmbræ vmbram eius, circundabunt eum ſalices torrentis?
18 ¶ Ecce, abſorbebit fluuium, & non mirabitur: & habet fiduciam quòd influat Iordanis in os eius.
19 ¶ In oculis eius quaſi hamo capiet eum, & in ſudibus perforabit nares eius.
20 ¶ An extrahere poteris leuiathan hamo, & fune ligabis linguam eius? Item in balena.
21 ¶ Nunquid pones circulum in naribus eius, aut armilla perforabis maxillam eius? D
22 ¶ Nũqd multiplicabit ad te pces, aut loquetur tibi mollia?
23 ¶ Nunquid feriet tecum pactum, & accipies eum ſeruum ſempiternum?
24 ¶ Nunquid illudes ei quaſi aui? aut ligabis eũ ancillis tuis?
25 ¶ Concident eum amici, diuident illum negotiatores?
26 ¶ Nunquid implebis ſagenas pelle eius, & gurguſtium piſcium capite illius?
27 *Pones ſuper eum manum tuam: memento belli, nec vltrà addas loqui. *Pone
28 ¶ Ecce, ſpes eius fruſtrabitur eum, & videntibus cunctis præcipitabitur.

## SCHOLIA IN CAP. XL.

1 Heb. reſponde mihi. 2 Heb. Nunquid condemnabis iudicium meum, & condemnabis me vt iuſtificeris? q.d. Qui fieri poteſt vt iuſtifices teipſum, & condemnes me? Quia Iob dicebat ſe pati præter culpam, propterea videbatur Deum dicere iniuſte adminiſtrare hæc inferiora & iniuſtum eſſe. 3 Sed an eſt tibi brachium ſicut Deo? & (an) in voce ſicut ille, tonabis? i. an ſunt tibi tantæ vires quantæ Deo? an tantis viribus polles? poteſne tonare vt ille tonat? q.d. Deus eſt potentiſſimus: fieri non poteſt vt non ſeruet iuſtitiam in omnibus. 4 exaltationem. maieſtatem. q.d. ſi poſſis, collige omnes vires tuas, & perde impios, vt ego facio. Verſus iſte ſequenti iungitur. 5 Heb. Diſperge furores iræ tuæ. i. oſtende iram tuam. 6 conculca. 7 .i. in habitaculis ſuis. 8 .i. in carcere, vel ſepulchro. hoc eſt fac ſepeliantur. 9 Heb. Ego quoque fatebor tibi quòd ſalutem paritura ſit dextera tua. i. dicam te potentem, non tamen potentiſſimum. 10 En tibi elephas quem feci tecum, more boum herbam comedit. Vocem Hebræam BEHEMOT, Hebræi dicunt ſignificare elephantem: quem ita appellant à mole elephantis: quod ſit inſtar multorum animalium, hoc eſt ingentis molis. Quem, inquit, feci tecum. i. vt tecum habitaret. Oſtendit Deum eſſe optimum & maximum, per creaturas quas creauit: ſimul ingenium elephantis oſtẽdit. q.d. En tibi elephas animal maximum quod cicurari poteſt, quem creaui in vſum tuum vt habitaret tecũ, veſcitur herba more boũ. 11 Quæ partes ſunt debiles in cęteris animãtibꝰ, in elephante ſunt fortes admodũ. 12 celeriter mouet 13 quę eſt vt cedrus. i. quæ magnitudine videtur æquare cedrũ. Hyperbolica locutio. 14 implicati ſunt. i. multis inter ſe plicatis neruis connexi ſunt teſtes eius. 15 laminam chalybis. 16 Heb. Eſt principium viarum Dei. i. inter animantes quas Deus creauit, habet primas partes. q.d. eſt ſpecimen omniũ animalium quæ creauit Deus. 17 applicabit. i. inuadet eũ gladio. q.d. nemo præter Deũ, audebit eum gladio appetere. 18 illic. Vbi ſcilicet paſcitur. q.d. non timẽt illum. 19 Subaudienda interrogatio, Num vel Nunquid: hoc pacto, Nunquid ſub arboribus iacet, & in abdito arundinis, & in limo? q.d. tantæ eſt magnitudinis, vt eum arbores ſua vmbra tegere non poſsint, neque poteſt latere in arundineto, neque in loco lutoſo, vt aliquę animantes latere ſolent. 20 (An) tegent eum arbores vmbriferæ, vt ſint vmbra eius? (an) circundabunt eum ſalices torrentis? q.d. non. Laudat elephantem à magnitudine. Arbores eum tegere non poſſunt, vt deliteſcat ſub vmbra earum: neque ſalices quę in torrentibus naſci ſolent, poſſunt eũ circunquaq; tegere. 21 Ecce calumniatur fluuium, (ita vt) non feſtinet vltra: confidit ſe attracturum Iordanem in os ſuum. Ea, inquit, vi rapiet aquas & bibet, vt qui volunt ab alijs extorquere pecuniam, calumniantur vt facilius extorqueant: ita inquam fluuium rapiet, vt fluuius curſum ſuum ſiſtere videatur eo bibente: tantumque eſt animal vt putet ſe hauſurum & ebibiturum omnes aquas Iordanis. 22 Heb. In oculis ſuis (eſt quod) accipiet illum: (&) offendiculis perforabit naſum ſuum. i. Reputat ſe poſſe recipere totas aquas Iordanis: tantaq; auiditate bibit aquas amnis, vt naſum vſque in fundum ipſius amnis immergat, ita vt offendat aliquid quod lædat nares eius. 23 & fune, (quem) demerſeris ad linguam eius? i. vt hæreat linguæ eius. Potentia Dei per ea quæ facta ſunt cognoſcitur: ideo hic ceti animalis marini meminit. ac ſi dicat, Deus eſt maximus, qui creauit tantum animal, cetum piſcem, omnium aquatilium belluam maximã, vt elephas inter animalia terreſtria. 24 hamum. 25 Heb. Nunquid multiplicabit tibi preces? an loquetur tibi dulcia? ſub. ne eum lædas? q.d. Nunquam ad te ſupplex accedet, neq; adulabitur tibi ne eum lædas. expugnari, neq; vinci poteſt: ea eſt fortitudine. 26 .i. an puellę tuę ludẽt illo, vt recreẽt animũ ſuũ? q.d. nõ. 27 Nũquid cœnabũt propter illũ mercatores, & diuidẽt illũ inter ſe? Declarat quid facere ſoleãt mercatores vendituri alijs mercatoribus aliquid: ſolẽt enim celebrare cõuiuia, vt melius merces ſuas vẽdere poſsint: & interim loquũtur de mercibus vendẽdis. Nũquid, ait, propter illũ, vt illũ vẽdãt cetarij, & diſtribuãt alijs, celebrabũt cõuiuia? q.d. non: nã capi nõ poteſt arte humana. 28 Nũquid incides cultris (vel, inſtrumẽtis ferreis) pellẽ eius, & fuſcina piſciũ caput eius? Dicit tantã eſſe duritiẽ cutis eius, vt aciẽ ferri reſpuat: neq; caput eius incidi fuſcina qua capi ſolẽt piſces. 29 Heb. Pone ſuper eũ manũ tuã, & nõ addes meminiſſe vltra prelij eius. i. Si ſemel inuaſeris illum, & inieceris in illũ manũ: nõ vltra eris dimicaturꝰ cũ alio: interficiet enĩ te. 30 Heb. Sane ſpes eius eſt fallax: credisne quòd ad aſpectũ eius cõſternatur? ſub. homo. Spes inquit, quã homines habent de illo capiẽdo, eſt fallax. nõ enim capi poteſt. nõ mihi videris credere ꝙ hoĩes excidant tanquam exanimati eo viſo. ſolo illius aſpectu terrentur homines.

## CAP. XLI.

NEmo tam 1 *crudelis eſt, qui eum prouocet:* 2 *& quis ante me cum illo congreſſus eſt?*
3 *Quis me anteuertit? & premium dabo, iſque mihi omnium qui ſub cælo ſunt præſtantiſſimus habebitur.*
*Non ſilentio præteribo eius membra,* 4 *& quantum fortitudine polleat, ac quàm pulchre inſtruat copias ſuas.*
5 *Quis detracto veſtimento eum nudauit? quis pertinget inter vtramque maxillam eius, vt frænum adhibeat?*
*Quis oſtia* 6 *oris illius aperuit,* 7 *quum ipſi ordines dentium eius terrorem incutiant?*
8 *Superbit autem ſquamis continuis, vt alueorum fluctus continentes ſunt, quibus corpus inſtar clypeorum defenditur, ſuntque arctiſsime concluſæ velut ſigno impreſſo:*
9 *Alteraque alteram attingit, vt ne ventus quidem inter eas penetrare poſſit:*

1 NOn quaſi crudelis ſuſcitabo eum: quis enim reſiſtere poteſt vultui meo? Deo nullus reſiſtere poteſt.
2 ¶ *Et quis antè dedit mihi, vt reddam ei? omnia quæ ſub cęlo ſunt, mea ſunt. Iere. 50. g.
3 ¶ Non parcam ei, *verbis potentibus, & ad deprecandum compoſitis. *&
4 ¶ Quis reuelabit faciem indumenti eius? & medium oris eius quis intrabit?
5 ¶ Portas vultus eius quis aperiet? per gyrum dentiũ eius formido.
6 ¶ Corpus illius quaſi ſcuta fuſilia, compactum ſquamis ſe prementibus:
7 ¶ Vna vni cõiũgitur, & ne ſpiraculũ quidẽ incedit per eas: B





¶ Vna alteri adhærebit, & tenentes ſe nequaquam ſeparabuntur. 8
¶ Sternutatio eius ſplendor ignis, & oculi eius vt palpebræ diluculi. 9
¶ De ore eius lãpades procedunt ſicut tedæ ignis accẽſæ. 10
¶ De naribus eius procedit fumus ſicut ollæ ſuccenſæ, atque feruentis. 11
¶ Halitus eius prunas ardere facit, & flamma de ore eius egreditur. 12
¶ In collo eius morabitur fortitudo, & faciem eius præcedit egeſtas. 13
C ¶ Membra carnium eius cohærentia ſibi: mittet cõtra eum flumina, & ad locum alium non ferentur. 14
¶ Cor eius indurabitur tanquam lapis, & ſtringetur quaſi malleatoris incus. 15
¶ Cum ſublatus fuerit, timebunt angeli, & territi purgabuntur. 16
¶ Cum apprehenderit eum gladius, ſubſiſtere non poterit neque haſta, neque thorax: 17
¶ Reputabit enim quaſi paleas ferrum, & quaſi lignum putridum, æs. 18
¶ Non fugabit eum vir ſagittarius, in ſtipulam verſi ſunt ei lapides fundæ. 19
D ¶ Quaſi ſtipulam æſtimabit malleum, & deridebit vibrantem haſtam. 20
¶ Sub ipſo erunt radij ſolis, & ſternet ſibi aurũ quaſi lutũ. 21
*& ¶ Feruẽſcere faciet quaſi ollam, profundum: * mare ponet quaſi cum vnguenta bulliunt. 22
¶ Poſt eum lucebit ſemita, æſtimabit abyſſum quaſi ſeneſcentem. 23
¶ Non eſt ſuper terram poteſtas quæ comparetur ei, qui factus eſt vt nullum timeret. 24
¶ Omne ſublime videt, ipſe eſt rex ſuper vniuerſos filios ſuperbiæ. 25

10 *Eſt vna alteri commiſſa, & ſeſe mutuum complectuntur, nec ſe mutuum diuelli ſinunt.*
*In ſternutationibus eius lumen collucet, eiuſq; oculi referunt palpebras auroræ.*
*E cuius ore lampades egrediuntur, & igneæ ſcintillæ promicant.*
*E naribus eius prodit fumus velut ab efferuẽte aheno & olla.*
*Cuius halitus carbones ignitos reddit, flammaq; egreditur ex ore ipſius.*
*In cuius collo* 11 *agit robur,* 12 *& gaudium ei affert ſi timeatur.*
13 *Pulpæ carnis eius cohærent, ac in eo ſolidiores ſunt, vt non moueantur.*
*Cor eius durum eſt vt lapis, & durum vt inferioris lapidis molaris fragmen.*
14 *Quumq; ſe commouet, fortiſſimi etiam expaueſcunt, ac animis conſternati, neſciunt quò ſe vertant.*
15 *Siquis eum aggrediatur, non reſiſtet gladius, aut haſta penetrabilis, aut lorica.*
*Ferrum [enim] æſtimat paleas, & chalybem lignum putridum.*
*Quem non fugabit* 16 *ſagitta, & lapides funda in eum excuſſi vertuntur in ſtipulam.*
*Catapultæ habentur ei pro ſtipula, ridetq;* 17 *geſum frẽdens:*
18 *Cui ſubiecta ſunt acuta teſtarum fruſta, & luto inſternit rem acutam:*
19 *Ac profundum eruit, vt bulliat velut lebes, ipſumq; mare commiſcet velut mortarium.*
20 *Poſt ſe quoque relinquit veſtigium, vt quis putet abyſſum canitie obductam.*
*Non eſt in terra* 21 *dominium cui pareat, ita factus vt neminem metuat.*
*Quicquid eſt ſublime,* 22 *id reſpicit, ipſeq; regem agit in feroces vniuerſos.*

## SCHOLIA IN CAP. XLI.

1 Hebraiſ. audax, vt ſuſcitet illum. i. qui auſit eum laceſſere. 2 quis ergo qui ante me conſiſtere poſsit? Hic vau, pro ergo poſitum. Ante me, inquit, qui creaui beſtiam illam. 3 Quis anteuertit me, & perfeci? quicquid eſt ſub cælo, meũ eſt. i. Quis oſtendit mihi viam in creatione totius mundi? quem habui ſocium? q.d. nemiñẽ. quicquid, &c. 4 & ſtatum virium, & gratiam diſpoſitionis eius. i. dicam quàm egregie, quàm concinne membra eius cõpoſita ſint. 5 Heb. Quis reuelauit faciem veſtimenti eius, & cum duplicitate fræni eius quis accedet ad illum? i. quis ſpoliare audeat eum pelle? quum ſit tam mirabile & terrificum? quis cum duplicato fræno audeat ipſum accedere? quis audeat illi frænum inijcere, etiam fortiſsimum? 6 faciei. Oſtia faciei vocat maxillas. 7 Heb. in circuitu dentiũ eius eſt terror, id eſt, habet dentes terrificos. 8 Heb. Fortia ſcutorum eius, ſuperbia: clauſa eſt ſigillo arcto, id eſt, fortia ſcuta eius ſunt ſuperba, hoc eſt, res magnifica. Squamas vocat ſcuta propter magnitudinem, & fortitudinem. Squamæ illius præduræ ſunt & fortes admodum: ſingulæ ſunt aſtrictæ & concluſæ ſigillo arcto: optimè ſunt diſpoſitæ. 9 Heb. Vnum (ſcutum) alteri appropinquat: & ſpiritus non inſinuabit ſeſe inter illas. 10 Heb. Vnumquodque cum fratre ſuo adhærent, ſeſe tenent, & non ſeparantur. 11 moratur. i. collum habet robuſtiſsimum. 12 Hebr. coram illo gaudebit mœror. i. in lætitiam vertetur mœror. q.d. nihil eſt quod illi triſtitiam afferre poſsit. 13 Hebr. decidua. i. partes illæ carnis quæ in alijs animalibus laxæ ſunt & propendent, in hoc ſunt firmæ. ac ſi dicat, eſt corpore admodum ſolido. 14 Hebraiſmus, Præ dignitate eius timebunt fortes: & præ conſternationibus purgabunt ſeſe, id eſt, Præ magnificentia & excellentia eius fortes timebunt: præque metu maximo ſoluetur illis aluus. 15 (Ei) qui attigerit illum, gladius non permanebit, haſta, telum, & lorica. Vel, Qui attigerit illum, non permanebit gladius eius, haſta, &c. id eſt, frangetur gladius eius. q.d. nullo telo lædi poteſt. 16 Heb. filius arcus. 17 vibrationem lanceæ, id eſt, Non læditur lancea ſiue haſta. 18 Hebraiſ. Sub eo ſunt teſtæ acutæ: ſternit (ſibi) rem acutam in luto. q.d. cutis eius dura eſt admodum: nam vbi iacet, innititur rei acutæ, & tamen non læditur. 19 Feruere facit velut ollam profundum: ponit mare ſicut ollam. Sub. pigmenti, id eſt, in qua decoquuntur vnguenta. Hoc dicit quia ſolet eijcere per canalem quendam quem geſtat in capite, aquas in altum: tum videtur mare bullire. 20 Poſt ſe lucere facit ſemitam: reputat (ſub. aliquis) abyſſum eſſe hominem ſenij. i. Relinquit poſt ſe aquam albicantẽ, vel reddit aquam à tergo albam, vt quis putet aquas caneſcere. 21 vel, ſimilitudo illi: quam fecerunt ſine timore. Verbu plurale, propter trinitatem. i. quem fecit Deus vt nihil timeat. Quidam vertunt, Non eſt dominatio eius in terra. ſub. ſed in mari. 22 deſpicit: & eſt rex ſuper omnes filios ſuperbiæ. i. omnes alias beſtias ſpernit: & rex eſt ſuper omnes vaſtas belluas.

## CAP. XLII.

REſpondens autem Iob Domino, dixit, 1
¶ Scio quia omnia potes, & nulla te latet cogitatio. 2
Iob agnoſcit peccatum ſuũ. ¶ Quis eſt iſte qui celat conſilium abſque ſcientia? ideo inſipienter locutus ſum, & quæ vltra modum *excederent ſcientiam meam. 3 *exceedunt
¶ Audi, & ego loquar; interrogabo te, & *reſponde mihi. 4 *oſtende
¶ Auditu auris audiui te; nunc autem oculus meus videt te. 5
¶ Idcirco ipſe me reprehendo, & ago pœnitentiam in fauilla & cinere. 6

REſpondens autem Iob Domino, dixit,
*Scio quòd omnia poſsis, & quòd* 1 *nullus conatus tuus impediatur.*
*Quis eſt iſte qui occulit conſilium* 2 *imperite? [nempe ego:]*
3 *ſiquidem narraui quæ non intellexi, & negotia miranda quæ ſuperant captum meum, neque cognoui.*
*Audi quæſo, & ego loquar: te [poſthac] interrogabo, vt erudias me.*
4 *Famam enim aliquam de te perceperam: nunc autem* 5 *oculus meus te conſpicit.*
6 *Quare [factum meum] improbo, & pœnitentia ductus [iaceo] in puluere & cinere.*

*Factum eſt autem poſtquam Dominus locutus eſt hæc verba cum Iob, vt Dominus dixerit Eliphazi Themanitæ, Excanduit 7 naſus meus in te atque duos amicos tuos, quia non rectè locuti eſtis 8 apud me, vt ſeruus meus Iob. Proinde capite nunc vobis iuuencos ſeptem, & arietes ſeptem, & adeuntes ſeruum meum Iob, holocauſtum pro vobis offerte: Iob autem ſeruus meus pro vobis orabit: 9 nam ipſius reſpectu vos non tractabo pro flagitij veſtri magnitudine, quia non rectè apud me locuti eſtis vt ſeruus meus Iob. Iuerunt igitur Eliphaz Themanita, & Bildad Subita, [&] Zophar Naamathita, feceruntq; quemadmodum eis locutus eſt Dominus, 10 & Dominus gratificatus eſt ipſi Iob. Dominus etiam 11 poſtliminio reſtituit Iob, quum pro amicis ſuis oraret, ac duplo auxit Dominus omnia quæ Iob prius habuerat. Conuenerunt quoque ad illum omnes fratres eius, & omnes ſorores eius, & omnes qui prius eum nouerant, & conuiuati ſunt apud eum domi ſuæ, 12 eumq; ſedulò conſolati ſunt de omni malo quod ei Dominus intulerat: necnon ei dederunt ſinguli 13 nummum & inaurem auream. Cæterum Dominus fortunauit Iob amplius poſtero tempore quàm priori, vt haberet quaterdecies mille oues, & ſexies mille camelos, & mille iuga boum, & mille aſinas. Habuit etiam ſeptem filios, & tres filias. indidit autem nomen 14 vni Iemima, & alteri nomen 15 Kezia, & nomen tertiæ 16 Keren haphuch. Neque repertæ ſunt in tota regione tam formoſæ fœminæ quàm filiæ Iob: quas pater ipſarum hæredes inſtituit cum fratribus ſuis. Poſthæc autem Iob vixit annos centum quadraginta, & vidit ſuos liberos, & liberorum ſuorum liberos per quatuor ætates. Eſtque Iob mortuus ſenex & 17 prouectæ ætatis.*

7 ¶ Poſtquam autem locutus eſt Dominus verba hæc
ad Iob, dixit ad Eliphaz Themaniten, Iratus eſt furor
meus in te, & in duos amicos tuos, quoniam non eſtis lo-
8 cuti coram me rectum, ſicut ſeruus meus Iob. ¶ Sumite
ergo vobis ſeptem tauros, & ſeptem arietes, & ite ad ſer-
uum meum Iob, & offerte holocauſtum pro vobis: Iob au
tem ſeruus meus orabit pro vobis: faciem eius ſuſcipiam,
vt non vobis imputetur ſtultitia: neque enim locuti eſtis
9 "ad me recta ſicut ſeruus meus Iob. ¶ Abierunt ergo
Eliphaz Themanites, & Baldad Suhites, & Sophar Naa-
mathites: & fecerũt ſicut locutus fuerat Dominus ad eos,
10 & ſuſcepit Dominus faciem Iob. ¶ Dominus quoq; con-
uerſus eſt ad pœnitentiam Iob, cum oraret ille pro amicis
ſuis. Et addidit Dominus omnia quæcunque fuerant Iob,
11 duplicia. ¶ Venerunt autem ad eum omnes fratres ſui,
& vniuerſæ ſorores ſuæ, & cuncti qui nouerant eum
prius: & comederunt cum eo panem in domo eius: & mo-
uerunt ſuper eum caput, & conſolati ſunt eum ſuper om-
ni malo quod intulerat Dominus ſuper eum. Et dederunt
12 ei vnuſquiſq; ouem vnam, & inaurẽ auream vnã. ¶ Do-
minus autem benedixit nouiſsimis Iob magis quàm prin-
cipio eius. Et facta ſunt ei quatuordecim millia ouium, &
ſex millia camelorum, & mille iuga boum, & mille aſinæ.
13 ¶ Et fuerunt ei ſeptem filij, & tres filiæ. ¶ & vocauit no-
14 men vnius Diem, & nomen ſecundæ Caſsiam, & nomen
15 tertiæ Cornuſtibij. ¶ Non ſunt autem inuentæ mulieres
ſpecioſæ ſicut filiæ Iob in vniuerſa terra: deditque eis pa-
16 ter ſuus hæreditatem inter fratres earum. ¶ Vixit autem
Iob poſt flagella hæc, centum quadraginta annis, & vi-
dit filios ſuos, & filios filiorum ſuorum, vſque ad quartam
generationem, & mortuus eſt ſenex, & plenus dierum.

B Amici Iob reprehenduntur à Deo.

"coram me rectum

Orat Iob pro amicis: cui duplicia reſtituuntur. C

D Benedictio Dei, Diuitiæ Iob.

## SCHOLIA IN CAP. XLII.

1 Non prohibebitur à te cogitatio, id eſt, ſcio te facere poſſe quæcunque cogitaueris, & animum induxeris. 2 ſine ſcientia. i. quis eſt qui dicit aliqua fieri in hoc ſeculo ſine conſilio Dei? [redacted] 3 propterea annuntiaui (multa, &) non intelligebam: occultata à me, nec ſciebam. i. propterea fateor me multa dixiſſe quæ nõ intelligebam, nec cognoſcebam illa perfecte. 4 Hebr. Auditu auris audiueram te. q. d. Audiueram te de tuis operibus loquentem: ſed nihil præter auditum habebam. oportet enim hominem interne doceri per Spiritum tuum. Sæpius audiui diſputare de prouidentia tua: [redacted] 5 ſub. mentis meæ. [redacted] 6 Propterea abominor, & pœnitet me ſuper puluerem & cinerem. [redacted], ſedentẽ in puluere & cinere more lugentium. 7 furor 8 mihi (vel, propter me) vt ſeruus meus Iob. [redacted] Nam illi volebant tueri iuſtitiam Dei, at rationibus humanis: [redacted] 9 Hebr. quandoquidẽ ſuſcipiam faciẽ eius ne afficiam vos ignominia. ſub. propter hanc culpam. Suſcipere faciẽ alicuius dicitur Deus, quum illum exaudit. 10 Hebr. Et Dominus ſuſcepit faciem Iob. i. admiſit preces eius. 11 Hebr. conuertit captiuitatem Iob. Qua ſcilicet detinebatur à Satana. 12 & condoluerunt illi & conſolati &c. 13 Chaldæus paraphraſtes vertit ouem, ſiue agnam. 14 primæ ימימה, Iemima, id eſt, diuturna. vel in dies. 15 קציעה keſiah, id eſt, abraſio. 16 קרן הפוך keren-hapuch, id eſt, cornu conuerſionis. Voluit nimirũ Iob iſtis nominibus conſignare memoriam vtriuſque fortunæ ſuæ, proſperæ & aduerſæ. Chaldæus paraphraſtes aliam adijcit rationem quare eas his appellarit nominibus. Vocauit, inquit, vnam Iemima, quod pulchra eſſet vt dies: alteram keſia, quod nobilis eſſet ſicut ſpecies aromatica, quam caſſiam vocant: & tertiam, keren hapuch, id eſt, cornu ſtibij, propter elegantiam vultus eius. 17 Hebraiſmus, ſatur dierum. vel, plenus dierum, id eſt, longam ætatem & fœliciſsime.

# Bibliorum errata à Geneſi vſque in finem Iob.

Fol. 2. col. 1. in margine. eccli. 14. c. lege eccli. 24. c. fol. 3. col. 1. in margine "Et miſit, le." Et emiſit fo. 3. co. 3 ver. offerret. le. afferret fo. 4. co. 2. ver. nu. Et leg. En. fo. 5. co. 1. in margine matt. 1. b. le. matt. 15. b. & co. 4. verſ. terram. in margine deſiderantur hæc verba, Poſtremus iſte numerus reſpondet primo verſui ſequentis paginæ fol. 7. col. 2. verſ. bræum, retrogado lege retrogrado & col. 3. verſic. Filij. Phur lege Phut & col. 4. verſ. Chus Phur lege Phut fol. 8. col. 2. verſ. tis, & lege ac & col. 1. verſ. creuiſſent, dele aquæ fol. 9. col. 2. verſu, pro, incolumen. lege incolumem. & verſ. runt, habitare, lege ſimul habitare. & verſ. to. ſicut pars. lege ſicut ea pars. folio. 10. colum. 1. verſ. autem, vernaculus meus, lege vernaculus meus, hæres meus. & verſ. net, potenter nos, lege potentiſsimos & colum. 2. verſ. bus, aliquot, lege aliquid. & colu. 4, Abraham. lege, Abram. fol. 11. col. 1. verſ. ratio, rationibus, lege rationibus ſuis. & columna. 3. verſu. Abraham, verò lege verè. folio. 12. columna. 2. ver. 29. Et. ſic iuſtus, lege ſic vt iuſtus. & columna. 4. in margine. 2. Petri. 2. b. lege. 1. petri. 2. b. fo io. 13. col 1. verſ. terfices, & ipſe ait, lege & ipſa ait. fo. 14. co. 1. verſ. ſenectute, ſubannaſſe. lege ſubſanaſſe. & co. 2. ver. rexit, Abimelech, lege Abi-melech. fol. 14. col. 3. verſ. has, Macha, lege Maacha. & verſ. riath, Cbanaan: lege Chanaan: fol. 15. col. 1. cam, macphela, lege Machphela. & col 4. verſ. inquit, Dominus, lege Et Dominus. fol. 16. col. 2. ver. tecum, afferat, lege afferas. & col. 3. verſ. hydria, quod lege quoad. & ver. ſecundum, Nabaioth, lege Nebaioth. & ver. baioth. Abeel, lege Abbeel. fo. 17. col. 1. verſ. Ba, batuelis, lege Bathuelis. fol. 18. col. 1. in margine deſiderantur. B. C. D. & col. 4. ver. Iacob. in, lege en fol. 19. col. 1. in margine appone. C. & ver. ſcalam, doctſsimi, lege doctiſsimi. & col. 2. verſ. ran, præcepiſſeque, lege præcepiſſetque. & col. 4. verſ. nia. amoueamus, dele cõma, fol. 20. col. 2. præua, Naphthali, lege Naphtali. & col. 3. verſ. ti, ſeruaui, lege ſeruiui. & verſ. me, patenthesin, lege parentheſin. fo. 22. col. 3. ver. & liberos, poſtremos, lege poſtremo. & col. 4. verſ. bitur, ruum, lege tuũ & col. 4. verſ. tia, vide lege. 27. vide. & verſ. Nu. nu. 7. 27. lege. nu. 7. fol. 24. col. 1. in margine. ſupra. 28. cap. lege, ſupra. 28. c. & verſ. taber, Turrem gregis, lege Turrẽ-gregis. & co. 4. verſ. regnauit, ſenla le. ſemla. fo. 26. col. 2. verſ. oculorum. diuertere, dele cõma. fol. 27. col. 3. verſ. voca, Paeneach, lege Paeneah. & col. 4. verſ. ſa, Terra ¶ Ægypti. lege ¶ Terra-Ægypti. fol. 30. col. 1. verſ. ſente, At, lege" At. fol. 37. col. 3. verſ. ſibi, quæ, dele punctũ. fo. 42. col. 4. verſ. bream, Mare-lege ad Mare-. fol. 51. col. 4. verſ. apte, ſe: dele duopuncta. fol. 65. col. 3. ver. ficium, adipe, lege adipem. fol. 72. co. 2. ver. quam, tempora, lege tempore. fol. 73. col. 3. verſ. dicia, obominandis, lege abominandis, fol. 90. col. 2. ver. nes illis, lege illis? fol. 94. col. 4. ver. [illegible], vni lege vini, fol. 106. col. 1. verſ. le, patre, lege parte. & in margine filiorum, lege filiarum. fol. 112. col. 4. ver. loco. poſtea dictus, lege poſtea & dictus. fol. 129. col. [illegible]. ver. uit? mondum, lege nondum. fol. 132. col. [illegible]. ver. Ægyptij. iaceibant, lege iaciebant. fol. 135. col. 3. verſ. Manedad, lege Maneda. fol. 136. col. 2. ver. ſemel, Iſrael, lege Iſraelis. fol. 138. col. 3. ver. deſ. Hethron, lege Hetzron. fol. 141. col. 4. in marg. "aro. lege" Ataroth. & col. 3. verſ. ciuitatẽ, Kades lege Kædes. fol. 145. col. 1. in margine Ioſue. 25. d. lege, Ioſue. 15. d. fol. 151. col. 4. ver. vos. egeſtis, lege egiſtis. fol. 162. col. 4. ver. bi fama. feci, lege fecit. fo. 163. co. 4. ver. haberet, litera ד debet eſſe ר. fol. 166. col. 1. ver. niſſet, es lege eſt. & col. 2. ver. bim, quoq; duo, lege quoq; ibi duo. & ver. בד litera ד debet eſſe ר in vtraq; dictione. fo. 173. co. 1. ver. mim. Dixit lege Dicit. fol. 176. col. 2. ver. tis, Iuro lege Iura. & col. 3. ver. derẽtur, ſeru, lege ſerui. & col. 4. in margine promittitur Dauid. lege promittitur Dauidi. fol. 183. col. 4. in margine ſuſcitans, lege ſuſcitatus. fol. 189. col. 1. in margine. 2. Paralip. 3. b. lege. 1. paral. 3. b. fol. 190. col. 3. ver. gni. hoſt lege hoc. fol. 191. col. 2. ver. Ziba, Lode-bar, lege Lo-debar. fo. 195. col. 4. ver. deſertũ. vniuerſi. le. vniuerſi. fo. 197. co. 4. ver. fili9, Iſraeli, leg. Ieſraeli. fo. 199. co. 3. trãſiuit. atq;, leg. itaq;. & ver. quaſi, primos, lege primus. fol. 201. col. 1. ver. licio, illi lege illic. & col. 2. verſ. 24. erat, eris, lege æris. fol. 205. col. 3 ver. ſacerdos, quòd, leg. quod. & ver. mon, Beniam, leg. Benaiam. & verſ. Domini, præcepit, lege præcipit. fo. 206. col. 1. ver. ¶ Nun, Solomoni, lege Salomoni. & col. 2. ver. Hebra, reuerti faciem, lege reuerti faciam faciẽ fol. 216. col. 3. ver. bat, quia, lege qui fol. 218. col. 2. ver. ſepeliſſet, lege ſepelijſſet. fol. 219. col. 3. ver. Dauidis, Ioſaphat, lege Iehoſaphat. foli. 224. col. 2. ver. 60. Agnos, anima, lege anima mea. & ver. aliter, homine lege omine. fol. 225. co. 3. ver. Accedens, Chanaana, lege Chnaana. fol. 226. col. 3. ver. 1. deſierat, lege. 1. ideſt Deſierat. fol. 227. col. 3. ver. tantum, lege tantam. fol. 230. col. 2. ver. &. 21. tiuxit, lege, & 21. tinxit. fol. 232. col. 4. in margine Lobona, lege Lobna. fol. 235. col. 4. in margine duobus ſerui, lege duobus ſeruis. fol. 236. col. 5. ver. qui, quæ lege quam. fol. 238. colu. 4. ver. ſi. quod, lege, quo. fol. 239. col. 4. ver. bat, Tribuum, lege Tribum. fo. 240. col. 4. ver. de. Dminus, lege Dominus fol. 243. colu. 4. verſ. Achobor, Aſaia lege & Aſaia. & in margine. 24. f. lege. 34. f. fol. 244. col. 1. ver. que, patrẽ lege partem. fo. 246. col. 1. ver. ras, Aſxenax, lege Aſxenaz. fol. 247. col. 3. ver. 16. Cepit, & Kenath, lege Kenath. & ver. filiam, Ierha lege Iarha. & ver. bad, Ephal, Ephal, lege Eplal, Eplal. & col. 4. ver. ther. & mortuus, lege mortuus. fol. 250. col. 4. in margine. Caleb haitatio, lege Caleb habitatio. fol. 251. col. 3. ver. legitur, dicicitur, lege dicitur, & ver. di. zithai, lege Zilthai. fol. 265. col. 1. ver. ferre. offerrat. lege offerat. fol. 279. col. 1. in margine Deut. 24. &c. dicat, Deut. 24. c. 4. reg. 4. b. Ezech. 18. c. folio. 290. columna. 1. ver. quam, effecutus, lege aſſecutus. folio. 295. columna. 4. verſ. dia, texerunt, lege texuerunt. folio. 304. columna. 1. in principio capitis, appone ſequent. cotam, 2. Para. 36. d. 1. eſdr. 1. a. fol. 320. col. 1. in fine, appone in margine, Matth. 24. a. fol. 325. col. 2. ver. peruenias. reſtituas. lege reſtituas. 7. fol. 325. col. 3. ver. indeq;, lege ſindeq;. & ver. ſitinere, ſdele. & co. 2. ver. ſtrũ, eis, le. ei. fo. 341. col. 3. ver. nũ, miſsionis, lege miſsiones. fo. 345 co. 4. ver. poſuit, ת. ſit. ח. fo. 350. co. 1. ver. ſed, tamẽ, lege tamẽ ad fo. 356. co. 3. ver. perẽ, potauerũt, lege portauerũt. fo. 362. co. 3. ver. Dei, cẽſeruat lege cõſeruat. fo. 366. co. 3. ver. quæcũ, & animũ lege & in animum.

FINIS.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA